

Digitized by the Internet Archive
in 2023 with funding from
Kahle/Austin Foundation

https://archive.org/details/sanctipatrisnost0001vari

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII THEOLOGI

OPERA OMNIA.

TOMUS PRIMUS.

S.-CLODOALDI, E TYPOGRAPHEO BELIN-MANDAR.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΕΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII THEOLOGI,

VULGO NAZIANZENI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA

QUÆ EXTANT VEL EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, GERMANICOS, ANGLICOS, NEC NON AD ANTIQUIORES EDITIONES CASTIGATA; MULTIS AUCTA, ETC., ETC.

POST OPERAM ET STUDIUM MONACHORUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI E CONGREGATIONE SANCTI MAURI.

TOMUS PRIMUS.



GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY 1962

ALMA COLLEGE 208.33 LIBRARY C862M Alma California

PARISIIS,

APUD PAUL MELLIER, BIBLIOPOLAM,

PLACE SAINT-ANDRÉ DES ARTS, 11;

PARENT-DESBARRES, BIBLIOPOLAM, RUE DE BUSSY, 12 ET 14. ‖ PÉRISSE FRÈRES, BIBLIOPOLAS, PLACE SAINT-SULPICE.

1842.

28067

SIZE 3
BR
65
G6
1842
v.1

IN GREGORII THEOLOGI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERUM NOVAM EDITIONEM

PRÆFATIO GENERALIS.

PRÆCLARA duo Eccleſiæ Græcæ ſidera, Gregorium Nazianzenum & Baſilium Magnum, eadem tellus eodem tempore tulit. Ambo ſanctiſſimis editi parentibus, ambo ipſi ſanctitate inſignes, ambo dicendi copiâ præſtantiſſimi, ambo denique paribus ſtudiis univerſam Eccleſiam quàm latè patet, ſcriptis illuſtrarunt, moribus ornarunt.

Plures jam anni ſunt, ex quo eximia Baſilii ſcripta caſtigata, & priſtinæ reddita integritati in lucem emiſſa ſunt. Spes erat Gregorium Nazianzenum proximo ſecuturum intervallo. Id fuit in votis; & certè idem ſperare licebat ab iis, qui tam præclaram in emendandis ad veterum codicum fidem tum Græcorum tum Latinorum Patrum ſcriptis navaverant operam. Cùm enim primùm ad opus iſtud animum appuliſſent noſtri, novaſque in diem è prælo exeuntes priſcorum monumentorum editiones placere bonis omnibus conſpexiſſent; id ſibi negotii crediderunt dari, ut maximos quoſque utriuſque Eccleſiæ, Græcæ ſcilicet & Latinæ Patres in lucem emitterent. Ad opus tam arduum ſtrenuè aggreſſi ſunt. Quo ſucceſſu norunt omnes. Inſignes quatuor Latini Patres, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Gregorius, prodiere; tres quoque è Græcis, Athanaſius, Baſilius, Chryſoſtomus. Unus hactenus expectabatur; unum omnes deſiderabant: extremum hoc munus poſtulabant. Quæ tantæ Gregorium moræ tenerent mirabantur. Nihil neceſſe eſt cauſas percurrere, quæ tamdiu Gregorium retardarunt. Varii eventus, morſque ipſa impedimento fuit. Domnus Fr. Louvard iſtud opus aggreſſus fuerat, vir acris ac vehementis ingenii & *quaſi ignis*; multa jam congeſſerat, innumeras ex variis manuſcriptis codicibus lectiones deſcripſerat ipſe, & deſcribi curaverat; ſed tot jactatus eſt tempeſtatibus, ut incœpto deſiſtere coactus ſit. Tum ejus ſcrinia, & quæcumque paraverat, in amici manus pervenere, quo non erat quiſquam ex noſtris ad opus iſtud perficiendum magis idoneus. Noſtrum dico Prudentium Maran, qui in Baſilii epiſtolarum editione elaboranda, aliiſque præclaris operibus, maximam laudem adeptus eſt: qui græcè latinèque luculenter ſciebat: qui in verſandis diurnâ nocturnâque manu ſanctorum Patrum, maximè Græcorum, ſcriptis, vitam omnem conſumpſerat. Sed heu! dum nimium operi manum admovere moratur, aliiſque in dies elaborandis ſcriptis occupatur, morte correptus, imperfectum iſtud relinquit. Audacior profectò videbitur, quiſquis inchoatum tam difficile opus ſuſceperit. Nec dubium quin temerarius audiat, ac in ſuî comparatione, defuncti deſiderium excitet. Verùmtamen ſi quis temeritatis notam inurat, juſta nobis eſſe poteſt excuſatio. Quantum enim licuit, onus tam impar viribus noſtris ſuſcipere recuſavimus; ſed reluctantibus, & tenuitatem noſtram cauſantibus impoſita nobis hæc eſt provincia ab his, quorum imperia detrectare nefas fuiſſet. Jubentibus itaque ceſſimus: admotâ deinceps operi manu, nec curis nec laboribus pepercimus ut juſſa faceſſeremus. Nemo non intelligit, quantum laboris & operæ impendendum fuerit in emendanda, ſaltem pluribus in locis, veteri editione, in ſeligendis variis lectionibus, vertenda carminum parte maxima, diſponendis ordine chronologico

Eccli. XLVIII. 1.

epiſtolis, in adornanda S. Gregorii vita, exponenda ejus doctrina, in enodandis variis difficultatibus, rebuſque in aliis pluribus quas accurata editio poſtulat.

§. I.

De variis S. Gregorii Operum editionibus.

PRIMUM quidem doctorum virorum, qui Opera Gregorii in lucem proferre ſtuduerunt, labores ſunt commemorandi. Alii plura, alii pauciora; alii græcè, alii latinè tantùm, alii græcè ſimul & latinè; alii quaſdam tantùm orationes, aut carminum partem aliquam, vel epiſtolarum. Non enim omnia ſimul, diſperſa hinc inde ſancti Doctoris Opera prodire poterant, ſed per particulas, quatenùs in hominum ſtudioſorum manus & cognitionem venerunt. Sua ſingulis laus reddenda; quippe qui, tametſi imperfectum reliquerint opus quod aggredimur, nobis tamen præeundo viam monſtraverint, & ad perficiendum non nihil contulerint.

Editiones Græcæ.

Cat. Bibl. Reg. Tom. I. P. 340. n. 204.

I. Ut de græcis editionibus primùm dicamus, quod quidem ordo videtur poſtulare, prima ſe ſe offert illa, qua continentur *Gregorii Nazianzeni orationes lectiſſimæ XVI græcè ex editione M. Muſuri*: *Venetiis* in ædibus Aldi 1516, *in*-8°.

1516.

1528. Epiſtolæ nonnullæ Gregorii, unà cum epiſtolis Baſilii, typis excuſæ ſunt
1532. primùm Haganonæ anno 1528 *in*-8°, deinde Venetiis anno 1532 curis Obſopæi, *in-fol.*

1536. Gregorii Nazianzeni Theologi orationes IX elegantiſſimæ prodierunt anno 1536 in ædibus hæredum Aldi, *in*-8°.

1544. Eaſdem orationes typis mandavit Vechelius Pariſiis anno 1544.

1550. Paulò poſt longè locupletior vulgata eſt editio operum Gregorii; quæ non modò orationes, ſi minus omnes, ſaltem earum partem maximam; verùm etiam LXXX epiſtolas, & permulta carmina complectebatur. Anno Chriſti 1550 prodiit Baſileæ, ſumptibus Joannis Hervagii, græca illa editio; quam proximè, eodem ſcilicet anno, ſubſecuta eſt eorumdem operum elaborata variis ab Auctoribus latina interpretatio. Extat in Regia Bibliotheca hujus græcæ editionis exemplar cum notis ad oram libri ſcriptis. In hac editione recenſetur inter opera Gregorii Tragœdia, *Chriſtus patiens*, quæ jam bis græcè prælo exierat: Romæ, anno 1542, *in*-8°, per Antonium Bladum Aſulanum; & Lovanii anno 1544, per Rutgerum Reſcium: utriuſque editionis hujus Tragœdiæ non meminit Fabricius. Eodem anno editio Bladi Pariſiis in officina Chriſtiani Vechelii recuſa eſt.

1568. Sententias & regulas vitæ ex Gregorii Nazianzeni ſcriptis collectas, græcè; ejuſdem iambos aliquot, græcè etiam, ſtudio Joannis Sambuci, Antuerpiæ in lucem emiſit Plantinus anno 1568, *in*-8°.

1590. Nec verò prætermittenda *Selecta carmina ab Hieronymo Brunello* S. J. edita, cum Georgio Piſide & Syneſii ac Clementis Alexandrini hymnis: Romæ anno 1590, *in*-8°.

1591. Addenda etiam poëmata quædam a Davide Hœſchelio, Lugduni Batavorum anno 1591, *in*-8°. ex officina Platiniana, cum paraphraſi græca, quam Hœſchelius Nicetæ opus eſſe arbitratur.

1610. Denique, geminæ Gregorii in Julianum Imperatorem invectivæ, græcè, cum ſcholiis græcis; ejuſdem oratio in Martyres & contra Arianos; decem novæ epiſtolæ, teſtamentum Gregorii: omnia ex Bibliotheca Henrici Savilii edita ſunt Etonæ, *in*-4°. anno 1610, curâ & ſtudio R. Montagu, typis Johannis Norton.

Editiones Latinæ.

GREGORII Nazianzeni carmina, ad benè beatèque vivendum utiliſſima, latinè, ex editione Aldi Manutii Romani & Petri Candidi Monachi. Venetiis, Aldus Manutius, *in*-4°. 1504. 1504.

Anno 1508, decem Gregorii orationes, ex earum numero quas a Rufino latinè redditas ferunt, vulgatæ ſunt Argentorati, cum ipſius præfatione ad Apronianum, per Joannem Knobauch. Hæ ſunt orationes, olim I, XII, XV, XVII, XXVIII, XXXIII, XXXVIII, XXXIX, XLIV, L. 1508.

Eodem anno, alias ſeptem orationes, latinè a ſe redditas, Auguſtæ Vindelicorum Œcolampadius vulgavit.

Anno 1522, alia quarumdam Gregorii orationum editio Lipſiæ prodiit *in*-8° : at illa non differt ab Argentoratenſi. 1522.

Anno 1531, Bilibaldus Pirkheimerus, qui tribus ante annis Gregorii Apologeticum latinitate donatum in lucem emiſerat, triginta octo orationes, quas latinè verterat, Baſileæ prælo ſuppoſuit. Necdum inde exierant, cùm mors abſtulit interpretem; cujus *non mortem deplorandam*, ait Eraſmus, *ſed deflendam publicam ſtudiorum jacturam.* Quippe, «Pirkheimerus, ni feſtina mors » obſtitiſſet, *eximium Chriſtianæ Philoſophiæ præconem Gregorium Nazian-* » *zenum ſic latinè loquentem nobis* daturus fuiſſet, ut græci ſermonis ſonos nemo » deſideraturus fuiſſet». Joannes Straub, Bilibaldi gener, tranſlatas a ſocero ſuo orationes edendas curavit Baſileæ ex officina Frobeniana, anno 1531. Editioni, quæ plurima alia Gregorii opera complectitur, præfixa eſt elegantiſſima Eraſmi epiſtola in qua laudes interpretis proſequitur. 1531.

Anno ſequenti, Claudius Chevallon Pariſiis vulgavit Gregorii Nazianzeni cognomento Theologi orationes XXXVIII, tractatus, ſermones & libros aliquot latinè, Bilibaldo Pirkheimero, Rufino Preſbytero, & Petro Moſellano interpretibus, ex editione Joannis Straub & Deſiderii Eraſmi. Hujus Pariſienſis editionis anni 1532 non videtur meminiſſe Fabricius. 1532.

Aliam anno 1550 Volfangus Muſculus, Baſileæ, apud Joannem Hervagium, præfixâ epiſtolâ nuncupatoriâ Auguſtanæ Reipublicæ præfectis conſulibus, adornari curavit editionem, quæ latinè exhibet quidquid græcè complectitur editio ejuſdem anni apud eumdem Hervagium; ſcilicet XXXVIII orationes a Pirkheimero latinè redditas, orationes quinque de Theologia a Petro Moſellano, quatuor autem ab ipſo Muſculo, nempe I, XLI, XLV & XLVII; demum Tragœdiam, *Chriſtus patiens*, ex verſione Sebaſtiani Guldebeccii Tigurini, & alia poëmata cum interpretatione Aldi Manutii. 1550.

Anno 1550, orationem de pauperibus amandis & benignitate complectendis, cum duabus Gregorii Nyſſeni orationibus ejuſdem argumenti, ex interpretatione Petri Franciſci Zini edidit Pariſiis Vaſcoſanus, *in*-4°. 1550.

Anno 1569, prodiit Pariſiis apud Claudium Fremy prima operum Gregorii, adornata a Jacobo Billio Prunæo S. Michaëlis in Eremo Abbate, editio, ſive interpretatio. Aliud enim eſt editio, aliud interpretatio. Id ſenſit ipſe Billius, librumque ſuum inſcripſit : *Gregorii opera novâ tranſlatione donata*, &c. cum commentariis Nicetæ Serronii, &c. Non una novæ hujus interpretationis fuit editio. Vel ipſo anno ſequenti prodiit Coloniæ, plurieſque deinceps recuſa eſt. De hac verſione, quæ ceteris longè præſtat, mox plura dicemus. 1569.

Quo tempore Billius Gregorii operibus latinè vertendis incumbebat, Leuvenklaius, hortantibus amicis, eumdem laborem ſuſceperat; cùmque de Billii labore certior factus fuiſſet, manum de tabula tollere cogitabat. At eo deinceps edito ſententiam mutavit, cùm cerneret ſe quàm multa non priùs viſa, 1571.

quibus caruiſſet Billius, congeſſiſſe; maximè verò quòd nactus eſſet Eliæ Cretenſis Archiepiſcopi in Nazianzenum commentarios, quibus ducibus ad eruendos abſtruſos in pleriſque locis Nazianzeni ſenſus uti ſe poſſe magna cum utilitate conſpexit. Præterea egregia ſcriptorum Nazianzeni exemplaria, quibus uſus eſt, celebrat, inter quæ duo ſummis effert laudibus; alterum Choniatæ Acuminati manu ſcriptum; alterum longè antiquius, litterarum elegantiâ præſtans, & ſcriptionis integritate; tantâ ſcilicet diligentiâ exaratum, nullum ut in eo verbum perperam ſcriptum reperiatur. Is codex Baſileam, ubi etiamnum magnâ veneratione aſſervatur, allatus tempore Concilii Baſileenſis, plurimas exhibet picturas, haſque inter elegantem Gregorii imaginem. Horum exemplariorum ope depravata plurima ſe correxiſſe, & mutila integritati reſtituiſſe aſſerit Leuvenklaius. Prodiit illa editio Baſileæ anno 1571 ex officina Hervagiana, eaque tam diuturnis vigiliis tantiſque curis elaborata, ut in prima libri pagina hæc inſcribere non dubitaverit: *Nec deinceps aliam expectari locupletiorem poſſe de proœmio lector intelliget.* Num Germanus interpres plus æquo ſibi indulgeat, ex dicendis declarabitur.

Leuvenklaius editionem in tres omninò diſtribuit tomos: quorum primus orationes XX cum Elianis commentariis continet, totuſque ipſius debetur induſtriæ, qui eum de græco in latinum ſermonem tranſtulit. Alter reliquas orationes XXXII, cum epiſtolis & poëmatiis hactenus editis complectitur; quæ quidem ſumpſit ex Billiana editione. Huic tomo præfatiunculam Billio honorificam præfixit, hiſque verbis eum alloquitur: *Quapropter mihi polliceor te virum ſapientem ac doctum optimam in partem conſilium noſtrum interpretaturum. Debet enim abeſſe, quum omni ab hominum genere, tum a litteratis potiſſimùm invidia; quibus eſſe nihil antiquius par eſt, quàm ut & ipſi juvandæ totis viribus Reipublicæ ſtudeant*, &c. Sua Leuvenklaium ſpes fefellit: nam malè eſt a Billio habitus, & a Billianæ interpretationis anni 1583 Pariſienſibus editoribus, tum in præfatione, tum in notis, in quibus plerumque acrioribus verbis repulſus & increpitus eſt. In tertium & ultimum tomum, *qui totus*, inquit Leuvenklaius, *itidem noſter eſt*, ea refert Gregorii poëmata, quæ hactenus non erant luce donata. Præterea Nicetæ commentarium in Gregorii ſententias, tam quaternis quàm ſingulis verſibus incluſas, adjecit, & egregium Pſelli Chriſtiani Philoſophi de difficilium Nazianzeni locorum intellectu librum: demum Dialogos, quos Cæſario falsò adſcriptos ne quidem ſuſpicatur.

1573. Julius Gabrielis Eugubinus tres Gregorii orationes, ſcilicet 1°. Apologeticum, 2°. de amore erga pauperes, 3°. in natalem diem Salvatoris noſtri, latinè redditas edidit anno 1573, Antuerpiæ, typis Platinianis, *in*-8°. quas etiam ſcholiis, ſive commentariis illuſtravit. Addidit præterea emendationes ex multis vetuſtiſſimis ac probatiſſimis exemplaribus erutas in græca omnia Gregorii opera, quæ editione Baſileæ anni 1550 continentur. Præfixa eſt nuncupatoria Antonio Carafæ Cardinali epiſtola.

1583. Billiana verſio iterùm Pariſiis apud Nivellium & Nicolaum Cheſneau, anno 1583, ex ſecunda Billii recognitione, qui operi immortuus eſt: verùm auctior illa atque emendatior recuſa eſt curâ & ſtudio Genebrardi, qui eam Gregorio XIII. Pontifici dicavit. In duos diſtincta eſt tomos, propter novam plurimorum librorum acceſſionem. Acceſſere ſi quidem Nicetæ Serronii, Pſelli, Eliæ Cretenſis commentarii, epiſtolæ pluſquam centum quinquaginta, tam græcæ quàm latinæ.

1753. Anno 1753, Venetiis ſumptibus Antonii Zatta latinè prodierunt omnia Gregorii Nazianzeni opera ex eadem verſione & cum iiſdem commentariis & ſcholiis; quibus acceſſere latinè tantùm quæ a Jacobo Tollio

&

& Muratorio utrâque linguâ jam edita fuerant, ut poſtea dicemus.

Editiones Græco-latinæ.

PRIMÙM occurrunt Gregorii Nazianzeni carmina, ad bene beatèque vivendum utiliſſima, è græco in latinum ad verbum converſa ab Aldo Manutio Romano, & ejuſdem typis excuſa græcè & latinè, Venetiis, anno 1504, *in*-4°. Laudandus Aldus, qui primus partem aliquam Gregorii carminum vertere tentavit; quamvis enim craſſâ & ineleganti ea veſte donaverit, donavit tamen, & aliis viam aperuit. 1504.

Gregorii quædam & ſancta carmina cum Joannis Langi Sileſii interpretatione, & ejuſdem Langi poëmata aliquot Chriſtiana : Baſileæ, 1561, *in*-8°. per Joannem Oporinum. Verſus græcos latinis totidem verſibus non inelegantibus redd' interpres. 1561.

Anno 1568, Henricus Stephanus in lucem emiſit, cum Syneſii hymnis, Gregorii Nazianzeni odas aliquot græcè & latinè, ex verſione & cum notis Franciſci Porti : Pariſiis, *in*-24. 1568. Cat. Bib. Reg. Tom. I. pag. 350. ſub num. 302.

Ibidem anno 1570, Joannes Benenatus vulgavit Gregorii Nazianzeni odas græcè, cum latina verſione, *in*-8°. Ibidem, Gregorii Nazianzeni odæ aliquot græcè & latinè, ex verſione & cum notis Franciſci Porti, apud Claudium Morellum, 1618, *in*-24. *Ibid.* n. 303. 1570. *Ibid.* n. 304.

Opuſcula quædam tunc primùm in lucem edita, aliaque item verſibus reddita, magnaque ex parte Cyri Dadybrenſis Epiſcopi commentariis illuſtrata, cum prævia epiſtola ad Cardinalem Sirletum, interprete Jacobo Billio, *in*-8°. 1575, Pariſiis, apud Joannem Benenatum. 1575.

Anno 1582, Lipſiæ typis Joannis Steiman prodiit *in*-8°, Oratio Gregorii Nazianzeni de Pentecoſte græcè & latinè, ex editione & cum ſcholiis Matthæi Dreſſeri. 1582. *Ibid.* n. 208.

Anno 1591, S. Gregorii Nazianzeni definitiones rerum ſimplices incerti auctoris, & Maximi Monachi definitiones, græcè & latinè ex verſione Joannis Leuvenklaii, ex editione & cum notis Davidis Hœſchelii : Heidelbergæ, ex officina Santandreana, *in*-8°. 1591. *Ibid.* n. 208. *It.* n. 258.

Anno 1596, Nonni Panopolitani... & S. Gregorii Nazianzeni Tetraſticha, Diſticha, Monaſtica carmina cum verſione latina è regione, ex interpretatione Erhardi Hedeneccii : Baſileæ ad Lecythum Valdkirchianum, *in*-8°. 1596. *Ibid.* n. 230.

Anno 1608, Gregorii Nazianzeni Threnodia, ſeu poëmation elegiacum de animi ſui affectibus & miſeriis, græcè & latinè : Ingolſtadt, Adam Saturius, 1608, *in*-8°. 1608.

Anno 1619, Epiſtolæ Gregorii Nazianzeni : Ingolſtadt. Elegantiſſima hæc eſt epiſtolarum editio. 1619.

Anno 1658 prodiit liber, cui titulus Ἐμπύρευμα ευσεβείας, varia ex Patribus Græcis collectanea exhibens, atque inter ea *Gregorii Nazianzeni carmina quædam*... Omnia græcè cum interpretatione latina & ex editione Joannis Gaſpari Suiceri : Tiguri, Joan. Jacob. Bodmerus, *in*-12. 1658. *Ibid.* n. 271.

Anno 1696, *D. Gregorii Nazianzeni Theologi Carmina cygnea inedita.* Hæc continentur in libro, cui titulus : *Jacobi Tollii inſignia itineris Italici* : Trajecti ad Rhenum, 1696, *in*-4°. 1696.

Anno 1709. Carmina, ſive Epigrammata CCXXVIII S. Gregorii Nazianzeni : Patavii, *in*-4°. inter *Anecdota Græca*, quæ Antonius Muratorius, Ducis Mutinæ Bibliothecarius, publici juris fecit. 1709.

Anno 1716, collecta D. Gregorii Nazianzeni plurima poëmata in latinum converſa, auctore Dionyſio Gaullyer : Pariſiis, *in*-12. 1716.

Editiones vulgari ſermone.

1576. *QUATRAINS ſententieux de S. Grégoire de Nazianze, avec une brieve expoſition, tournés en vers François par Jacques de Billy: Paris, Guillaumes Chaudieres, 1576. in-8°.*

1693. 1693. Orationes omnes Gallico idiomate verſæ ſunt per Nicolaum Fontaine, ut notatur in Catal. Reg. Bibl. Pariſiis, 2. vol. *in*-8°, apud Joannem Pralard.

1735. 1735. Geminas orationes contra Julianum deſertorem, a ſe gallicè redditas, cum notis edendas curavit Eccleſiaſticus Grationopolitanus : Lugduni, *in*-12. apud Duplain.

1747. 1747. Oratio I. ſive Apologeticus, gallicè cum notis : Pariſiis, apud Ludovicum Lottin, *in*-12.

De Editione Græco-latina Pariſienſi 1630.

NUNC ad Græco-latinam editionem, quæ græcum Gregorii, & latinam Billii interpretationem complectitur, veniamus. Non una eſt hæc editio. Prodiit primùm anno 1609, deinde anno 1630, Pariſiis, denique Coloniæ, vel potius Lipſiæ ; quæ editio ab aliis hoc ſolo diſcrepat, quòd pluribus ſcateat mendis. Hanc magnificè commendat Fredericus Morellus « ut a » nunquam ſatis laudato Billio diligenter collatam cum Regiis Mſſ., & cum » Medicæis Reginæ matris, necnon quos illuſtriſſimus Cardinalis Sirletus ex » Italia miſerat, denique cum codice quem ultrò commodavit vir clariſſi- » mus Paulus Petavius, Curiæ ſupremæ ſenator integerrimus ; in cujus libri » ora marginali variantes quidem lectiones, conjecturas & emendationes Bil- » lius operoſâ ſedulitate adnotaverat, &c ». Hæc & alia mira prædicat. Rem tamen propiùs conſiderantes, fidem habere detrectant. Imò Pariſienſibus typographis, pro laudibus tam impensè dilectæ editioni conceſſis, *eos nihil minus præſtitiſſe, quàm quod polliciti erant*, à Montacutio objectum eſt, qui præclarum elogium irridet & depellit ſic proſequendo : « Habebant fortaſſe, habe- » re ſanè poterant, Regios, Regineos, Petavii libros, Sirleti, &c, ſed, ut » ille Epicteti lucernam, ad oſtentationem, non ad uſum; quippe qui defor- » marunt magis Gregorium quàm fuerat in editione prima ».

Greg. Naz. in Jul. invect. duæ.

Quid tum Pariſienſes, & fortaſſis ipſe Morellus? ab ipſis audiamus : « Nec » moleſtum, nec injucundum tibi, (lectori φιλαληθεῖ) inquiunt in præfatiun- » cula, ſi propoſiti conſiliique noſtri, ac non dubiæ deſtinationis in D. Gre- » gorii Nazianzeni operibus græcè & latinè edendis te paucis admonemus. » Sic igitur habeto, nos in animo habuiſſe hujus ſanctiſſimi & eloquentiſſi- » mi antiſtitis operum δίγλωττον editionem aggredi ex codice Baſilienſis » ἐκδόσεως anni 1550 apud Hervagium, quem clariſſimus vir Jacobus Billius, » utriuſque linguæ peritiſſimus, cum Regiis codicibus Gallicis & cum Italicis » accuratè contulerat... Verùm enim quoniam non ubique cum ipſius latina » interpretatione conveniebant ejus emendationes & εἰκασμοί, multaque ab » illo fuerant in textu deleta, quæ idem rurſus δευτέρων ἀμεινόνων reponenda » ἀναπειισθεὶς cenſuerat, & contra ſuſtulerat in latina interpretatione, quæ » in græcis relicta erant; tantum ſibi aſſumere noluit præfectus διορθώσεσι, ut » de tanti viri opere & ἀγχινοίᾳ ſententiam ferret; maluitque de *hoc ſibi* » *tradito* exprimere, ac deinde in notis ac ſcholiis collectas varias lectiones » repræſentare, quæque magis cum interpretum oratione conſentirent, vel » cum auctoris ſenſu convenirent, in locis ambiguis indicare ».

Bilinguem. Editionis. Conjecturæ. Secundis curis melioribus. Perſuaſus. Correctionibus typographicis. Induſtria, judicio, ſolertia.

Quodnam autem *traditum illud, de quo bonâ fide correctioni præfectus exprimere maluit?* Si *traditum illud*, is erat *emendatus* a Billio *codex probè collatus & caſtigatiſſimus effectus*; cur ad calcem rejectæ Billii lectiones? Hominem

quippe credas, quod ſolet, quodque prorſus hîc operis neceſſarium, præ manibus habuiſſe Billii quoddam autographum; ſi minùs *caſtigatiſſimum*, at è quo diligens ſaltem & acutus Typographus expedire ſe utcumque poſſet. Sed neutrum uſpiam affirmat Genebrardus. Igitur *ſi traditum* illud nihil eſt niſi Hervagiana editio Baſilienſis, unius, ut conſtat, Billii manu, liturisque tam confuſa tam perturbata, *ut quam λέξιν καὶ ῥῆσιν magis probaret, quam rejiceret, διαῤῥήδην nunquam exprimeret*, quod ipſe fatetur atque etiam ſcribit Morellus; cur inſertæ paſſim atque ſuffectæ Billii ſeu lectiones, ſeu conjecturæ; cùm, fatente Morello, ne obſcurè quidem, nec ullo modo unquam expreſſerit, quid probaret, quid rejiceret? Denique quis Hercules ad hoc *Augiæ* pluſquam *ſtabulum repurgandum?* Et tamen huic operi admovetur *præfectus correctionibus typographicis*; qui forſitan vix, ut ferè fit, græcè legere norat.

Dictionem, verbum. Diſertè.

Genebrardus in Epiſt. ad Greg.

Veniâ tamen digni videntur Pariſienſes editores. *Quid enim hìc agas*, ut Morelli verbis utar, *ubi quam λέξιν καὶ ῥῆσιν magis probaret, quam rejiceret diſertè nunquam* (Billius) *exprimeret? Ubi non ubique*, quod aiunt in altera præfatione, *cum latina interpretatione conveniebant emendationes & conjecturæ: ubi multa in textu deleta, quæ idem* Billius *reponenda cenſuerat; & contra ſuſtulerat in latina interpretatione, quæ in græcis relicta erant:* uno verbo, ubi nec latina cum græcis, nec græca cum latinis convenirent. Quid agas, inquam; niſi, nec Baſilienſia, quæ plerumque deleta aut perturbata, nec Billiana quæ dubia penitus & incerta, ſed inconditum quoddam, informe & ambiguum opus edas?

Ecce jam, non *propoſitum*, non *conſilium ac deſtinatio*, ſed opera Pariſienſium editorum. Hoc eorum opus, ipſis fatentibus. Hinc mirari ſubit quî falsò græcis inſcriptum doctiſſimi Billii nomen doctos pariter & indoctos in errorem induxerit, ut in hac editione, græca meliora quàm in Baſilienſi ſibi perſuaderent. Inde Gregorius ſub falſi Billii nominis umbra neglectus incultuſque jacet, quia ſummâ curâ collatus cum Mſſ. & emendatus a Billio temerè prædicatur.

De correctione ſeu codice Billii.

PRÆ manibus habemus famoſum Billii volumen, de quo tam mira Genebrardus, Morellus, aliique prædicant. Chatardi primùm, cui Bibliothecam Billius legarat, tum Genebrardi, deinde in Petavii manus venit is codex. A Petavio Senatore Pariſienſi ad Richerios, Sorbonicum doctorem alterum, alterum medicum fratris ejus filium, demum ad bibliopolas tranſiit. Hunc emptum vir clarus, librorum & litterarum amans, D. Baron Senonenſis Metropolis Canonicus & Promotor, cùm de nova Gregorii Operum editione cogitare noſtrum audiſſet Louvardum, ipſi ſtatim ultro obtulit librum, atque etiam generoſiùs miſit.

Liber editus eſt Baſileæ apud Hervagium anno 1550. *In ora* non tantùm, ut Morellus admonebat, ſed intra ipſas lineas longè frequentiùs; *nec emendationes, conjecturas, lectiones* duntaxat, verùm gloſſemata etiam, ſynonima, & id genus alia, manu ſua adnotavit Billius. Sed intra lineas ita plerumque hæc inſerta, tam malè picta, tantâ confuſione adſcripta ſunt, ut nec apertè, nec obſcurè, nulloque prorsus modo pernoſcas, non dicam, quæ ſpuria ſit, quæ germana lectio; ſed ut ne divinando quidem aſſequaris, an illa lectio ſit è manuſcriptis eruta, aut è quibuſnam, an gloſſa, an conjectura, an emendatio. Credo equidem, ne Billius ipſe redivivus, quid ſibi tum vellet, modò poſſet explicare. Pura puta ſunt adverſaria, in quæ aliud agentes ſcriptores curſim ac feſtinanter ex tempore mentem exonerant, ſine ſerie, ſine ordine,

ſine diſtinctione, ut niſi citò, aut perendie digerant, quid ſibi voluerint, ipſi poſteà non intelligant.

Verſionem ſuam primò quidem magnâ, tum ſecundis curis ſummâ ſedulitate Billius adornavit; ad idque conſilii lectiones, ſcholia, gloſſas, conjecturas, emendationes in edito ſuo promiſcuè congeſſit. Verùm de græcis edendis, ſeu deſperarit omnino, quod inſinuat Genebrardus; ſeu quod verius, ſeriò nunquam cogitarit; iis certè neque ſtudium, neque curam ullam impendit; imò ſic perturbata reliquit, ut quid rejiciendum, quid retinendum, ipſi editores non potuerint agnoſcere nec quiſquam poſſit intelligere. Nunquam græcè Gregorii opera edere deſtinatum illi animo fuit; & certè, ſi id ſeriò cogitaſſet, ſi operi manum admoviſſet, ſi quid promoviſſet, cur eo ſtatu ſaltem græca Nazianzeni non reliquit, quo Iſidori Peluſiotæ epiſtolas, quas è Billii ſchedis triennio poſt ejus obitum græcè & latinè Chatardus excudi curavit; imò quo ſtatu reliquit centum viginti ſeptem ejuſdem Gregorii epiſtolas, quæ græcè pariter & latinè ipſo penè quo mortuus eſt anno prodiere? Quid Chatardus, qui & in elogio Jacobi Billii, & in epiſtola ad Godefridum Billium ejus fratrem, depoſita apud ſe Billii inedita opera, *veluti poſthumos* quoſdam *libros* pollicitus erat, hunc nobis unum, & natu-majorem, & parenti cariorem, & merito præſtantiorem invidit? Primò namque conceptus a Billio fœtus hic fuit, vixque græcæ linguæ tyrocinia exceſſerat ille, « Cùm inceſſit » ei cupiditas latinitate hunc (Gregorium) donandi & ab innumeris quibus » ſcatebat mendis & ſalebris repurgandi. Totus erat (Billius) in Gregoriano » illo opere, quod non immeritò *piſtrinum* ſuum, in quo diu ei molendum fuit, alicubi appellat». Addit infra Chatardus: « Cupiebat & ipſe (Billius) » impensè, dum ſuperſtes erat, ut græcus ſanctorum illorum patrum, quos » tranſtulit, contextus ab ipſo recognitus & ab innumeris mendis vindicatus » recuderetur, maximèque D. Gregorii Nazianzeni... in quo caſtigando, » convertendo & illuſtrando diu multùmque ſe torſit... Sed hoc a Bibliopo- » lis nunquam conſequi potuit, qui a Græcis & Hebræis edendis planè » abhorrent».

Elog. Billii Epiſt. ad Godef. Billium Oper. Greg. ed. an. 1583. p. 1550.

Id quidem impensè Billius, & a primis ferè græcæ linguæ tyrociniis *cupiebat*, nullus dubito: Operi par erat, & confuſa licèt parata materia, feliciter tamen perfeciſſet incœptum, ſi ſpes edendi aliqua tum affulſiſſet. Verùm cùm nulla affulgeret, in græcis operæ tantum collocavit, quantum interpretationi ſuæ conducere judicavit. Hoc fuit opus Billii circa græcum Gregorii: hic unus labor, *in quo totus fuit*, cui etiam immortuus eſt. Cum autem Chatardus ait in elogio Billii: « Omnia D. Gregorii Nazianzeni opera repurgata & multò » auctiora facta, conquiſitis nimirum undequaque veteribus græcis exempla- » ribus, multiſque ad eum miſſis... typis mandat, &c» : ex his verbis diſcimus, quænam a Billio *repurgata*, & cui rei *conquiſita*, miſſaque exemplaria græca; nimirum *caſtigandis*, *recognoſcendis*, *repurgandiſque* pauculis græcis, & latinæ ipſius interpretationi editionique Gregorii perficiendæ, qualem extremâ manu politam moriens anno 1582 Billius reliquit, quæque anno ſequenti è prælo egreſſa eſt: at græcis orationibus, carminibus, & epiſtolis plus operæ præterea nihil impendit.

Si græcus contextus a Billio eſt *collatus*, *recognitus*, *repurgatus*, *caſtigatiſſimuſque* effectus, ut narrant Genebrardus & Chatardus; cur, quæſo, viri docti Billioque conjunctiſſimi opus *caſtigatiſſimum* præ ceteris mandari typis non curarunt? Ergone id a Bibliopolis conſequi non potuerunt; qui recalescentibus paulò poſt Græcarum Hebraïcarumque litterarum ſtudiis, ipſius Nazianzeni plurima, tum Iſidori volumen integrum, omnia græcè & latinè vulgarunt? Quin etiam haud ita multò poſt, ipſa Gregorii Nazianzeni omnia, aliorumque

aliorumque bene multorum opera græcè & latinè typis elegantiſſimis edita ſunt. Unum duntaxat addam : textus ille *expurgatus & caſtigatiſſimus*, quem Chatardus & Genebrardus viderunt, ille ipſe eſt, quem exhibet emtum a D. Baron Senonenſis Metropolis Canonico, miſſumque D. Franciſco Louvard exemplar; quod opportunè ſervatum, non excidit. Hinc certò diſcimus correctionem Billianam nuſquam extare, nuſquam extitiſſe; adeoque Pariſienſem editionem non majori in honore, quam Baſileenſem habendam, de qua Billius : *Hervagianus codex, qui unus ſuppetebat, tot tamque fœdis erroribus ſcatebat, ut ad hoc Augiæ ſtabulum repurgandum non uno Hercule opus eſſet. Nulla oratio, nulla propemodum pagina graviſſimis mendis vacabat.* Ολοσώματος, *ut ita dicam, erat hæc plaga.* Chatardus etiam hæc de Billio ſcribit ad fratrem ejus Laudunenſem Abbatem, cui Billianum Iſidorum nuncupat. « Pudebat » enim eum, quòd Græcia... tam doctum, tam diſertum, tamque facundum » auctorem & oratorem ſuum haberet tam mutilum ac lacerum, totque » plagis confoſſum, ut ſemivivus relictus videretur ». Quæ cùm vera ſint, atque in Pariſienſem editionem poſſint retorqueri, ut ex dictis conſtat, inde quoque conſtare debet neceſſariam eſſe novam operum Gregorii Nazianzeni editionem; maximè cùm nulla ſit quæ omnia ejus opera contineat; nulla quæ non innumeris mendis ſcateat. Ad novam igitur operum Gregorii editionem adornandam noſtri ſunt aggreſſi. Primus operi manum admovit D. Jacobus Friſchius; quo paulò poſt extincto, operi ſucceſſit D. Franciſcus Louvard; verùm tot tempeſtatibus jactatus eſt ut rem infectam relinquere coactus ſit. Tum partes illas ſuſcepit D. Prudentius Maran, ſed è tranſverſo mors incurrens virum doctum abſtulit, priuſquam opus promovere, nedum perficere potuerit. Demum nos, licèt impares tanto oneri, *in eorum labores*, inviti ſed juſſi, intravimus. Quid ſinguli in hac editione præſtiterint, nunc exponendum.

§. II.

Quid noſtri in hac editione Operum Gregorii adornanda præſtiterint exponitur.

STADIUM iſtud qui prior ingreſſus fuerat, Jacobus Friſchius morte ſtatim eſt ſublatus; quaſdam tantùm variantes lectiones reliquit.

D. Franciſcus Louvard, qui ſucceſſit operi, diu multumque inſudavit, nulli pepercit labori. Ardentis ingenii impetum ſecutus, undequaque conquirebat quidquid propoſitum ſuum juvare poſſet. Quo factum eſt, ut immenſam rerum ad Gregorii editionem neceſſariarum copiam congeſſerit. Omnes pene editiones comparavit, ſive græcas, ſive latinas, ſive græco-latinas; ad quas, *omnia, ſi paucula quædam excipias*, a ſe exacta fuiſſe Gregorii opera teſtatur. Has omnes longo ordine recenſet, Baſileenſes, Billianas, &c. lectiones, quæ ad calcem editionum rejiciuntur : atque etiam ſi quas lectiones vel notas a viris doctis in ora librorum ſcriptas novit, tantâ diligentiâ exquiſivit, ut tandem repererit. Famoſiſſimum volumen Baſileenſis editionis, in quo lectiones & emendationes, quæ manu Billii ad oras & intra lineas ſcriptæ ſunt, ſponte ſuâ benignè obtulit, ut jam dictum eſt, vir clariſſimus D. Baron. Aliud ejuſdem editionis exemplar, *cum emendationibus & annotationibus ſcriptis manu viri docti* accepit a D. Naulin, viro cetera docto, atque inprimis Scripturarum ſtudio clariſſimo, in curia Pariſienſi advocato. Exemplar iſtud Hervagianæ editionis, in Heinſii Bibliothecæ catalogo Lugduni Batavorum edito an. 1682, p. 7. n. 129 inſcriptum eſt. Lectiones & emendationes ſunt eleganter pictæ, ſed Anglum, Calvini diſcipulum, ſapiunt, ni fallor. Quaſdam emendationes, quas in ora Pariſienſis editionis anni 1630,

olim appoſuit doctiſſimus de Barcos Abbas Sancygiranus, deſcribi & ad ſe mitti, emendationes quoque ac notas à doctiſſimo Tillemontio ad oram Pariſienſis Editionis ſcriptas, & à domino Tronchai oblatas exſcribi curavit.

Tandem copioſiſſimas lectiones, quas è Regiis, Colbertinis Mazarinæiſque manuſcriptis collectas, ad oram græco-latinæ Editionis Pariſienſis anni 1630 manu propriâ appinxit vir doctiſſimus, ac de literis græcis optimè meritus R. P. Combefiſius, Dominicanus, ipſe ſuâ exſcripſit noſter Louvardus : cui prætereà R. P. le Quien doctrinâ, eruditione, ſcriptis clariſſimus, è Dominicana familia, Pariſiis ad vicum ſancti Honorati, ſui decus maximum Ordinis, emendationes & notas cenſorias in Billianam omnem operum Gregorii interpretationem, ab eodem Patre Combefiſio elaboratas benignè tradidit; & quidem eo majori benignitate, quòd ipſe pene ſtatuerat edere Gregorium, propter ſingularem Theologi affinitatem cum Damaſceno, cujus tum editionem adornabat.

Primum autem noſtro Louvardo ſtudium fuit ſcrinia Bibliothecarum revolvere, & quidquid è re ſua erat deſcribere. Scriptorum manu codicum tantam reperit copiam, ut in his deligendis operæ plus inſumtum, quàm in inveniendis fateatur, atque ex iis immenſam variarum lectionum copiam ſive propriâ, ſive alienâ manu collegit.

His omnibus comparatis, præfationes, vitam auctoris, præfigendas ſingulis orationibus admonitiones, quidquid demum accuratam ſolet atque etiam debet editionem comitari, ſummâ diligentiâ ac celeritate parabat, atque eo progreſſu, ut faſtigium operi impoſuiſſet, ni continuis moleſtiis & impedimentis conflictatus fuiſſet. Demum incœpto deſiſtere coactus, nihil abſolvit. Tum pependit interrupta Gregorii operum editio, minæque ingentes operum. Minæ, inquam, ingentes operum; nam præter Gregorii opera, Eliæ in novemdecim orationes, eaſque inſigniores ac theologicas; Nicetæ item in ſexdecim alias orationes commentaria; Baſilii, medio ſæculo decimo Eccleſiæ Cæſarienſis Epiſcopi longè optimi ſcholiaſtæ, in duas ſupra quadraginta orationes ſcholia; demum ſimul cum operibus Gregorii, plus ſeptem ſcriptorum, quorum ne quidem nota ſunt nomina, fetus edere, imò præmittere ſtatuerat. Pleraque parata erant, & quidem prœlo maturiora quàm ipſa Gregorii opera.

Intermiſſum diu opus, tandem longo poſt tempore in noſtri Prudentii manus pervenit, viri eruditione & laboribus Eccleſiæ utilitati impenſis, nempe edendis ſanctorum Patrum ſcriptis, clariſſimi. Nemo certè è noſtris ad Gregorii editionem concinnandam, & ad incœptum opus iſtud perficiendum magis idoneus. Verùm ſuſcepto operi ſeriùs manum admovit, nec multùm acceleravit. Delectum quemdam variarum lectionum, quarum florem libaverat, ejus manu ſcriptum, & plurima Carmina, quæ ſtrictâ oratione verterat Billius, ab ipſo ſolutâ oratione reddita reperimus.

Multum adhuc operæ & laboris impendendum ſupererat, ad perficiendam operum Gregorii editionem. Collati quidem erant manu exarati codices orationum, epiſtolarum & carminum; ſed variæ lectiones adhuc diſſipatæ, in chartis tantùm deſcriptæ, necdum ad oram exemplaris edendi appictæ. Quemadmodum priuſquam domus ædificetur, res ad ædificandum neceſſariæ, materia, calx, cæmenta, ligna, & quæcumque ædificanti ſunt neceſſaria, præparantur; ſic quæ ad editionem Gregorii neceſſaria, præparata quidem ſed nondum tractata & elaborata : variæ lectiones ſanandis græci textûs locis depravatis præſto erant, ſed nondum adhibitæ; adeoque emendandus ſupererat textus, emendanda quoque Billii interpretatio. Concinnanda erat vita Gregorii; ad quod opus fragmenta Gallica Tillemontii commentariorum, quæ

omnes vitæ ipſius annos minimè complectuntur, præcipuè ſuppetebant. Notæ ſive obſervationes, aliaque plurima quæ requiruntur ad editionem, nondum elaborata: hæc omnia pro viribus præſtare conati ſumus.

Primum id nobis ſtudium fuit varias lectiones cum edito Gregorii textu græco conferre, loca corrupta ſanare, ut ſua textui puritas reſtitueretur, ſuuſque nitor redderetur. Ad interpretationem quod ſpectat, Billius vir utriuſque linguæ peritiſſimus, Gregorii opera tam felici ſucceſſu latinè reddidit, tantoque apud omnes in honore eſt ejus interpretatio, ut temerarius certè auditurus ſit, quiſquis novam adornare tentaverit. Nihil tamen eo de Billiana interpretatione judicio deterritus noſter Louvardus, aliam ſibi elaborandam putaverat, & in vertendis duabus orationibus, nempe primâ & ſecundâ, *al.* 1ª. & 41ª. rei periculum fecerat: verùm mutatâ ſententiâ incœpto deſtitit, & Billianam interpretationem ſervare decrevit. Idem fuit conſilium noſtro Prudentio. Utriuſque veſtigiis inhærentes, eam è regione græci contextûs ſartam tectam ſervavimus; & ſi quando à mente Gregorii Billiana interpretatio aberrare aut eam non ſatis aſſequi viſa eſt, aliam textui inſerere non dubitavimus, vel in notis ſubjicere, lectorem monendo. Id autem de orationibus tantùm & epiſtolis intelligendum; nam de carminibus aliud fuit conſilium. Cùm enim latina Billii carmina græcis Gregorii carminibus non ſatis reſpondeant, viſum eſt græca pedeſtri ſermone reddere, latinis Billii verſibus ad marginem inferiorem rejectis.

Priuſquam autem ulteriùs progrediamur, hîc obiter exponendum quinam ſint manu exarati codices, excuſſi a D. Louvardo, quibus uſi ſumus.

§. III.

Notitia veterum Codicum, ad quos Gregorii Orationes emendavimus.

Plurimos & quidem probatiſſimæ notæ codices in conſilium adhibuimus. Hos inter unus eſt Regius, olim num. 1809, nunc autem num. 510. totâ republicâ litterariâ famoſiſſimus, qui ſolus è Gallicanis omnibus cunctas Gregorii orationes continet. De quo Billius: « Tuli, inquit, ampliſſimum » codicem capitalibus litteris exaratum, tantum antiquitatis præ ſe ferentem, » ut ipſius Gregorii propemodum ætate ſcriptus eſſe videretur, qui præter » epiſtolas & verſus, omnia ipſius opera continebat. Quem cùm pauciſſimis » diebus incredibili celeritate perlegiſſem, ex eoque innumera loca, quæ in » impreſſo vitiosè legebantur, integritati ſuæ reſtituiſſem, ſtatim eum Athe- » nas (quo enim alio nomine incomparabile illud bonarum omnium littera- » rum gazophilacium appellem), referendum habui ». Quantùm feſtinaret Billius, hîc ex ipſo diſcimus, ac de græcis *integritati ſuæ reſtituendis* eum non cogitaſſe, niſi quoad verſioni ſuæ ſatis haberet.

Famoſi illius codicis, omnium quotquot in Regia Bibliotheca græci aſſervantur ornatiſſimi, formam ex catalogo Bibliothecæ Regiæ expreſſam oculis ſubjicere, nec moleſtum nobis, nec forſan ipſi ingratum lectori. Membranaceus codex eſt, totus a capite ad calcem uncialibus litteris oblongis & ad ſiniſtram paululum deflexis elegantiſſimè deſcriptus, cum accentibus primâ manu. Columnis duabus paginæ diſtinctæ: tituli orationum in membrana aurea exarati: ſingulæ fermè diſtinctiones majores, aut periodi, literis aureis, pictiſve figuris incipiunt. Initio imagines quinque paginas ſingulas occupant: primæ, tertiæ & quartæ membrana cærulea; ſecundæ verò & quintæ, aurea.

Iª. Chriſtus in cathedra ſedens, & ſiniſtrâ manu librum reſignatum tenens. In libro hæc leguntur: εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι, id eſt, *pacem meam do vobis.* Cetera deleta.

II[a]. Tres figuræ ſtantes cum diadematis & aliis imperii inſignibus. In medio Eudocia Auguſta, dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ globum tenens. Juxta duo filii; hinc Leo Deſpota, inde Alexander. Uterque ſiniſtrâ globum geſtat. Imaginem ambit limbus quidam cærulæus, in quo hi verſus albis literis ſunt ſcripti.

Εὐκλημάτουσαν ἄμπελόν σε τοῦ κράτους
Βότρυς φέρουσαν τοὺς γαληνοὺς δεσπότας
Βασίλειος προήξε Ρομαίων ἄναξ
Μεθ' ὧν προλάμπεις Εὐδοκία φωσφόρος.

Felicem te palmitibus vitem Imperii
Racemos ferentem, ſerenos ſcilicet Principes;
Baſilius promovit Romanorum Imperator
Cum quibus præfulges, Eudocia lucifera.

III[a]. & IV[a]. Cruces duæ aureæ gemmatæ cum fimbriis utrinque pendentibus & hac inſcriptione ΙC XC νικᾷ : *Jeſus Chriſtus vincit.*

V[a]. Tres figuræ ſtantes. In medio Baſilius cum imperii inſignibus. Dextrâ Elias propheta, roſei ſeu lucidi coloris veſte indutus, Labarum manu elatum tenens, & Baſilio quaſi porrigens. Lævâ Gabriel Archangelus, alatus & habitu imperatorio, diadema Baſilii capiti imponens. Imaginem totam ambit inſcriptio, ſeu tetraſtichon, cujus verſus primus deletus eſt : reliqui tres etiamnum legi poſſunt.

Νικὴν κατ' ἐχθρῶν Ηλίας ὑπογράφει:
Ο Γαβριὴλ δὲ τὴν χάραν προμηνύων
Βασίλειε στέφει σε κόσμου προστάτην.

Victoriam de hoſtibus Elias deſignat;
Gabriel autem gaudium annuntians,
O Baſili, coronat te orbis rectorem.

Ex his figuris apparet ſcriptum eſſe hunc codicem ante annum 886, quo anno obiit Baſilius Imperator, cognomento Macedo, maritus Eudociæ, Leonis ſapientis & Alexandri pater.

Prætereà in eodem codice una & quadraginta imagines ſunt ampliſſimæ; totque olim erant, quot orationes. Sed ex illis integræ novem deſiderantur. Ex iis quæ ſuperſunt novem decemve ad hiſtoriam Eccleſiaſticam, maximè Gregorii noſtri, pertinent. Orationum ordo in hoc manuſcripto ad chronologicum proximè accedit, initio maximè. Prima namque eſt, *in Paſcha & tarditatem*, quæ malè in editis XLI[a]. eſt.

Codicem hunc cum omnibus editis orationibus noſter Louvardus contulit, quem his litteris deſignat *b m*, quia tempore Baſilii Macedonis ſcriptus ipſique oblatus.

Longum eſſet ire per ſingula : ſat erit codicum quibus uſi ſumus, quique a noſtro Louvardo collati ſunt ſeriem texere, cum notis quibus indicantur.

Catalogus Mſſ. Codicum, quibus in emendandis Gregorii operibus uſi ſumus.

NOTÆ INDICES.
REGII.
Olim..... nunc.

a. 1914.....512. Membranaceus, Franciſci I. Pariſienſibus editoribus I^us. Maximam partem manu antiquâ ineunte ſæc. XI exaratus videtur.

b. 1916.....517. Olim Medicæus, ante annos ſaltem 700 videtur ſcriptus; ſed Oratio in paſcha & tarditatem, nunc 1, recentiori manu.

c. 2296.....550. Codex ſæculo XIII. eleganti manu ſcriptus, literis aureis initio Orationum, & picturis ornatus. E Bibl. Petaviana in Regiam tranſiit.

d. 2297.....542. Circa decimum ſæculum; præfert nomen Johan. Gaddi.

e. 1915.....571. Olim Medicæus, XV. ſæculi.

f. 2311.....541. Codex optimæ notæ, olim Mazarinæus, ante annos 700 ad minus, ſcriptus elegantiſſimè.

g. 1820...1173. Olim Monaſterii Cryptæ Ferratæ, anno 950 deſcriptus; inter multa ſanctorum Patrum opuſcula, ſeptem Gregorii Orationes continet.

h. 2426.....858. Duas tantum Gregorii Orationes, variorum opuſculis permixtas habet: XII. ſæc. exaratus videtur.

l. 2886....984. Chartaceus, XIV. ſæc.

m. 1913....573. Membran. Baſilii ſcholia in Orationes Gregorii quadraginta quinque continens: XI. ut creditur, ſæculo exſcriptus.

n. 2315.....570. Chartaceus XIV. ſæc.

o. 2885.....996. Anonymi ſcholia in Gregorii Orationes quatuordecim continens, XII. ſæc.

ph. 1917.2...525. X. vel certè XI. ineunte ſæc. videtur exaratus. Longè optimæ notæ liber, qui paſſim ac ubique penè cum famoſiſſimo Cod. 510. olim 1809 conſonat; vel eo etiam emendatior. Pauciſſimis amanuenſium ſphalmatis dehoneſtatur: XVI tantùm Orationes repræſentat. Ludovico Magno, anno 1701, ab Archiepiſcopo Philippopolitano oblatus eſt hic codex.

q. 1917.1...518. Membranaceus, Franciſci I. ſub finem X. ſæc.

r. 1918....516. Item Franciſci I. Pariſienſibus II^us. X. ſæc.

t. 2299....554. Membranaceus, XIII. ſæc. Orationes decem & ſeptem continens, quarum initio leguntur carmina argumentum explicantia: editis in omnibus ferè concors. Henrici IV. nomen & inſignia præfert.

u. 2308....524. Ante annos 500. exaratus, optimæ notæ, & optimis lectionibus refertus. Ideò hac notâ, Cypr. quandoque deſignatus, quòd Vanſlebius hunc emit Nicoſiæ in Cypro, & in Bibliothecam Regiam detulit, anno 1671.
Vel Cypr.

v. 2310....540. Membranaceus, olim Mazarinæus, XII. ſæc.

x. 2312....553. Olim Mazarinæus, novem tantum Orationes habens, quibus Nicetæ Commentarii accedunt, XIII. ſæc.

y. 1921....526. Membranaceus, XI. ſæc. ex Oriente in Bibliothecam Regiam, annno 1669 illatus.

z. 2300.... 556. Membranaceus, XIII. ſæc. Quibuſdam Orationibus addita ſunt ſcholia.

bm. 1809.... 510. Celeberrimus Codex, de quo ſupra dictum eſt.

hu. 2302.... 552. Membranaceus, XIII. ſæc. ex Bibliotheca Huraltii Boistalerii in Regiam illatus.

Chryſ..... 543. XII. ſæc. exaratus, & Ludovico XV oblatus à Chryſantho Patriarcha Hieroſolymitano.

NOTÆ INDICES.

COLBERT. *Codices olim Colbertini, dein Regii.*

Vel.			Olim.....nunc.	
a	1.	3062.	2294. 3.3.	576.
b	2.	2696.	1917. 5.5.	528.
c.	3.	2695.	1918. 3.3.	545.
d.	4.	4241.	2891. 3.3.	977.
e.	5.	2776.	1918. 5.5.	529.
f.	6.	2792.	2308. 4.4.	547.
g.	g.	2494.	2297².	575.
h.k.	8.	1342.	2301. 3.	569.
i.	9.	642.	1914. 5.	532.
l.	10.	929.	2348. 3.	766.
m.	11.	4248.	2308. 5.	515.

Alii Codices manuſcripti.

Or. 1. 74us inter Cod. Mſſ. Oratorii Domini Jeſu in vico ſancti Honorati, Pariſ.

Jeſ. 65us inter Mſſ. Cod. Collegii Ludovici Magni, viâ Jacobæâ.

Paſſ. Cod. Mſſ. Eminentiſſimi Cardinalis Paſſionæi.

Vat. Cod Mſſ. ex Bibliotheca Vaticana.

Coisl. Cod. Mſſ. D. de Coislin, nunc in Bibl. S. Germani à Pratis.

Codices excuſi.

Ald. Aldi Manutii editio anni 1516.

Baſ. Baſilii Scholiaſtæ lectiones.

Bil. Billius, Billianæ editiones, ac lectiones Mſſ.

Bod. Bodleianus codex in Montacutio.

Comb. Combefiſii lectiones.

El.Cret. Elias Cretenſis.

Gab. Gabrielii lectiones.

Heinſ. Heinſiani codicis lectiones.

Herv. Baſileenſis editio apud Hervagium, 1550.

Leuv. Leuvenklaii editio.

Mont. Montacutius.
Ox. Oxonienſis codicis lectiones apud Montacutium.
Par. Pariſienſium editio 1609 ac deinceps.
Sav. Savilius.
Sancig. Sancigyranenſes emendationes.
Sch. Andreæ Schotti in Montacutio Schedæ.
Syr. Syrleti Mſſ. in Bill. lect.
Th. Codex Mſſ. D. Thomſon in Montac.
Till. DD. Tillemontius.
Tr. Codex Mſſ. S. Trinitatis apud Montac.
Vaq. Vaquerii codex in notis Pariſienſibus.

Hi ſunt libri majoris momenti, tam manu ſcripti, quàm excuſi, quorum ſubſidio novam Gregorii operum editionem adornare, incœptumque opus & diu interruptum proſequi & abſolvere tentavimus. Multò plures codices manuſcriptos evolvimus, quorum ſeriem integram ibi texere longum fuiſſet: præcipuos deſignare ſatis viſum eſt; ceteros acervatim generali nuncupatione in notis appellavimus, maximè dum in eamdem lectionem convenirent. Optimas quaſque ex omnibus variis lectionibus ſelegimus, eaſque vel textui inſeruimus, ut corruptis mederemur, ſi eas in contextum referri vulnus poſtulavit, appoſitâ ad marginem notâ quæ lectorem emendationis commonefaceret, vel in margine inferiori ſubjecimus. Sunt aliquando longiores notæ, cùm explananda difficultas occurrit, vel ſpinæ, quas ſibi non recidi lector ægrè ferret. Orationum, quæ ordine temporum collocantur, fronti præfixæ ſunt admonitiones, in quibus tempus quo habita quæque eſt adſtruitur, & argumentum exponitur. Exſpatiantur illæ nonnunquam fortaſſis longiùs, ſed rei gravitas, vel difficultates, quæ intra notarum anguſtias concludi, vel diſſolvi non poterant, brevioribus eſſe non permiſit. Orationes in capita, ſeu numeros diviſæ, ac temporum ordine ſunt collocatæ. Minutus autem earum numerus, nedum auctus: quippe ex illarum numero reſectas quatuor, inter ſpurios fetus amandavimus. Geminas quoque ad Cledonium literas, & unam ad Nectarium ex Orationum claſſe remotas, ad propriam ſedem inter epiſtolas revocavimus.

Tandem præfari deſinam, poſtquam virorum doctorum, qui amicam porrexerunt manum, officia commemoravero. Primus ſe ſe offert vir è Regia Numiſmatum, Inſcriptionum, humaniorumque literarum Academia clariſſimus, ejuſdemque Γραμματεὺς, D. Dupuy, in quovis ſcientiarum genere & linguarum, maximè græcæ, verſatiſſimus & peritiſſimus; qui non perfunctoriè, ſed diligenter cenſoris vices agens, ſingula prout ſubjecta prœlo exibant folia, nihil cunctatus, ea legere ſolitus & expendere; atque ut vir ille bonus & prudens, de quo Horatius, culpabat dura, mutanda notabat, ambiguè dicta arguebat, parum claris addere lucem monebat, &c. Quantum ipſi debeamus vix dicere, nedum gratias, quantas debemus, poſſimus referre.

Vigilantiſſimi & doctiſſimi Regiæ Bibliothecæ curatores, D. Caperonier & D. Bejot, ditiſſimum hunc theſaurum peramanter pro more reſerarunt; nec modò uti permiſerunt, ſed & manu exaratos codices, quos vellem, ad nutum benignâ manu ſuppeditarunt.

Vellem hîc ego cunctis, qui ſuppetias contulerunt, inprimis Bibliothecarum præfectis, non tantùm Gallicanarum, ſed etiam exterarum, grates proſuis in nos beneficiis dignas rependere.

Eminentiſſimus Cardinalis Paſſionæus, qui dum viveret literas amabat & fovebat, literis ipſe ornatiſſimus, his noſtris favebat ſtudiis, ut argumento

ſunt plures datæ ad noſtros Franciſcum Louvardum & Prudentium Maranum literæ, quibus propenſa in nos noſtraque ſtudia, ac conteſtata humanitas, & amor Literarum, quas ipſe non colere ſolùm, ſed ornare ſtudebat. Permultas ex variis codicibus manu ſcriptis, non tantùm ſuæ ipſius Bibliothecæ, ſed etiam Vaticanæ, lectiones varias, tam Orationum, quàm Epiſtolarum, atque etiam Carminum deſcribendas eleganter, ipſisque mittendas curavit. Ad opus ſtrenuè agendum cohortabatur, ſignificans ſummum Pontificem (is erat felicis memoriæ Benedictus XIV) in magno hujus editionis eſſe deſiderio, & Sanctitatem ſuam unâ ſecum de illo opere frequentem habere ſermonem.

Inſignis Abbatiæ S. Germani Bibliothecarius, è cariſſimis noſtris ſodalibus unus, D. Patert, ex pluribus codicibus ſcriptis manu, non tantùm S. Germani, ſed etiam Regiæ, Claromontanæ, &c. varias lectiones, & quidem elegantiſſimâ manu & ſagaciter deſcriptas liberaliter ſubminiſtravit D. Prudentio Maran. Alias quoque alter e noſtris, a ſe deſcriptas, D. Andræas Brion peramanter obtulit.

Nec tacitum relinquam dilectiſſimum ſodalem D. Danielem Labbat, qui diligenti & multo labore indices locupletiſſimos adornavit, nec D. Dionyſium d'Olive, qui menda typographica corrigendi libenter in ſe curam ſuſcepit, & operam ſtudiosè proſecutus eſt. Jam faxit Deus ut noſter hic quantuluſcumque labor in uſus cedat Eccleſiæ Catholicæ, cui quidquid fecerim totum conſecro, quidquid ſcripſerim totum ſubmitto.

SECUNDA

SECUNDA PARS.

Defenſio Gregoriana.

PLURES non tantùm ex Heterodoxis, quod mirum non eſt, ſed etiam ex Catholicis, Gregorio parùm æquos ſe præbuerunt, imò eum conviciis laceſſere, calumniis atque etiam falſis criminibus inſimulare auſi ſunt, quorum petulantiam frangere & contumelias juvat retundere. Singulorum tamen calumniis & dicteriis in Gregorium refellendis non immorabor. Miſſis igitur Dallæi, Clerici, Baſnagii, &c, ſat erit Tollium qui eos imitatus eſt, caſtigare, & diluere quæ adversùs Gregorium falsò & inverecundè ſcripſit. Is quidem in ſcriptis Theologi verſatiſſimus, ſed in auctorem iniquiſſimus, tam multa huc illuc, tamque injurioſa viro ſancto ſparſit in argumentis & notis quorumdam carminum, quæ ipſe vulgavit anno 1690, ut omnia proferre longum foret: præcipua tamen delibare, & falſa oſtendere, animus eſt.

Primùm quidem in argumento, ſive *causâ ſcripti*, carminis, quod Gregorius *de ſe ipſo & adversùs Epiſcopos* condidit, quodque Tollius græcè primus vulgavit, ſic amaris ſalibus poëtam carpit: « Cùm verò omni » vitâ, tum & cultu victuque monachum potius ſeveriſſimæ integritatis, » quàm tantæ dignitatis ageret ac referret Epiſcopum; ad hæc & altiores » ob eruditionem defenſamque SS. Trinitatis doctrinam ſpiritus gerere » videretur, Ciceronianæque imbecillitati affinis, ut ille conſulatum ſuum » & expulſum urbe Catilinam omnibus tantùm non horis memorabat, ita » & ipſe contuſos Arianos & ſuam Triadem aſſiduè prædicaret, ingentem » ſibi quorumdam ſuorum Preſbyterorum, aliorumque Epiſcoporum con- » flavit invidiam.... Serò ſapiunt Phryges. Gregorius, qui promptiſſimum » hunc aſſenſum non expectarat; propriâ ſe captum videns ingenuitate » animi, quanquam ſtatim facti pœnitebat, pudore tamen adductus, in » ſententia perſtitit..... Hinc ſtatim natæ hæ querelæ, hinc illæ, ut » ita dicam, lacrymæ & ceteri Threni, in quibus & patientiam, & » animi robur, ac moderationem in tam probo viro deſideres.... Cicero- » nem ſanè nemo meliùs expreſſit vitâ, moribus, eloquentiâ, fortunâ, » uſque in exilium; & in exilio, uter mollior vix quiſquam dixerit ».

Neque verò his contentus Tollius, Gregorium adhuc graviùs perſtringit in notis ad carmina à ſe vulgata. Ad primum verſum carminis adversùs Epiſcopos: « Eſt in hiſce vir, inquit, ſanctiſſimus aliquid humani paſſus; » optimi quidem conſilii atque voluntatis, ſed in ferendis injuriis aliquanto » quàm oportebat mollior, minuſque a conviciis & acerbitate, quæ Chriſ- » tianum dedecet, temperans ». Quin & hæc ſcripta eſſe dixerat Tollius, aucto ex pœnitentia & adverſariorum ludibriis dolore, irritatique inde in hanc veluti vindictam ægri jam nimis animi perturbatione. Ad verſum 18 ejuſdem carminis, ubi ait Gregorius: *Neminem in iis quæ dicam indicabo; Attamen*, inquit Tollius, *id carmine de vita ſua impigrè & peracerbè fecit;* id eſt, nominavit. Addit inſuper Tollius: *ita exactè iis deſignatis, quos perſtringit, ut nominaſſe non opus fuerit; ſed & alibi Maximum nominat.... ejus comam adeò ſatyricè exagitat & adeò aſperè, ut nihil ſupra. Quid? inquit, laqueum proponere inimico ad ſuſpendium, ut nihil de conviciis iſtis dicam, hominis-ne eſt Chriſtum ſectantis? Non videtur. Denique* ad carminis V. v. 1. *capiſtrum ori ſuo impoſitum, præreptamque docendi publicè facultatem Gregorius graviſſimè tulit & .... acerbis queſtibus deplorat; ergo*

Toll. p. 4.

Cauſa ſcripti in fine.

pag. 5.

pag. 6.

pag. 84.

nunc in adverſarios ſuos, qui eum malis artibus ad Epiſcopatûs abdicationem compulerant, ſatyricè invehitur.

Gregorio æquior non fuit Dupinius, qui de eo talia ſcribere non eſt veritus : *Gregorius quidem piiſſimus fuit, ſed homo paulò minùs conſideratus, & negotiis ineptus. Tanto ſolitudinis deſiderio flagrabat, ut nullo, quod ab ea retrahebat, officio diu fungi poſſet. Aggredi res arduas, moxque ſuſceptas relinquere pernix. Cùm tres Epiſcopatus habuerit, ne unum quidem legitimè habuiſſe dici poteſt. Ingenio erat Gregorius moroſo & ſatyrico, & ita ad jocandum procax ut nemini parceret, ac ne quidem Epiſcopis, quibus erat apprimè infenſus. Ita, quem impensè prius laudarat, Maximi famam atris admodum & ad ſtuporem infuſcavit coloribus ac denigravit.*

Bibl. eccleſ. T. 2. p. 655.

Vellem ut eruditi viri qui hæc de Gregorio ſentiunt & dicunt, nomina eorum, quorum famam maligno dente proſciderit, in medium proferrent. Nam quod ſpectat Maximum, quem unum opponunt, nihil moror. Interea verò nobis fas eſt his conviciis & calumniis omnia Gregorii opera tam orationes, quàm epiſtolas & carmina opponere. Legantur, inquam, orationes, maximè quas habuit de moderatione in diſputationibus ſervanda, &c. Legantur epiſtolæ, in quibus, velut in filio, parentis imago reſplendet. Ibi liberales joci, jucundiſſimus in jocando lepos, argutiæ meræ ac veneres, ſed ſatyræ nullæ. Legantur epiſtolæ ad Theodorum & ad Theoctenum, quorum iram, deſideriumque vindictæ ſuo ipſius exemplo comprimit. Legantur etiam carmina : legantur, inquam, vel ea ipſa unde calumniandi anſam arripuit Tollius. Hanc ſibi ſtatim regulam ſtatuit Gregorius : *Conviciis quidem exagitare fas non eſt quemquam; & ut homines cuncti ab eo abhorrent, ita peculiariter ipſe vitium hoc odi.* Vel, ut ipſe vertit Tollius : *Neminem verò in his quæ dicam, indicabo, veritus ne quemquam calumniari videar; quæ res & per ſe illicita eſt, & mihi præ primis exoſa. Non enim quemquam deſignabo, ne proferre videar in lucem quæ occultanda erant.* Et paulò poſt : *Et quinam ſint mali patebit deinceps, ubi meam orationem oppugnans manifeſtò te tuimetipſius accuſatorem declaraveris.* Nimirum, ut cum Tullio loquar, *ego neminem nomino. Quare iraſci nemo mihi poterit; niſi qui ante de ſe voluerit confiteri.* Quæ verba Hieronymus ad Nepotianum de clericorum vitiis & ipſe diſputans uſurpat, ut ad Ruſticum, ex prologo libri tertii, Phædriana : *Qui generalem de vitiis diſputationem in ſuam referunt contumeliam .... ſuam indicant conſcientiam;* vel ipſiſſimis Phædri verbis elegantiùs, *ſtultè nudabunt animi conſcientiam.* Unde Hieronymus contra Rufinum generaliter pronuntiat : *Quando ſine nomine contra vitia ſcribitur; qui iraſcitur, accuſator ſuî eſt.*

Epiſt. al. 81. & 198.

Carm. de ſeipſo & adverſus Epiſcopos, v. 19. & ſeqq.

Toll p. 5.

v. 29.

Pro lege Manil. c. 13.

Hier. Ep. 35. T. IV. par. 2. p. 266.

Id. ibid. Epiſt. XCV. p. 771.

Adv. Ruf. lib. I. T. II. part. II. p. 361.

Conticeſcant igitur atque erubeſcant, qui Gregorio crimina inferunt, quæ oderat, & a quibus *peculiariter abhorrebat.* Neminem quemquam conviciis, vel ſatyris laceſſivit, nec niſi generalis ejus de vitiis eſt diſputatio. At nominavit Maximum, inquies. Quidni nominaſſet Proteum illum, lupum, Chriſtiani orbis totius fabulam, notumque perturbatorem? Hoccine demum eſt denigrare hominem? Hoccine famam ejus atris admodum & ad ſtuporem coloribus infuſcare? Imò verò, qui talia fatur, nivem aſpergit nigredine, ut Æthiopem lavet; & viro ſanctiſſimo infamiam inurit, ut perditam impio famam reſtituat. Quid quod longè graviora de Maximo reticet Gregorius?

Verùm *ceteros ita deſignat, ut nominaſſe non opus fuerit.* Fatemur id quidem. Qua verò cautione, quæſo attendas. Primò namque, ne in epiſcopalem ordinem dicenda derivarentur & redundarent, admonet Gregorius :

Toll. not. ad v. 21. carm. I. p. 6.

Non omnium, inquit, *mentionem faciam..... Nam multos etiam novi, de quibus loquendum eſt honeſtiùs. Verùm quiſquis improbus eſt, & pluſquam improbus, vinci ſe domarique patiatur. Mali quidquid eſt vulnerabit orationis gladius; imò ſicarios & homicidas, qui falſis ſermonibus atque figmentis*, paſtores ipſamque doctrinam infamantes, *innoxium animarum ſanguinem effundebant.* Verbo dicam, lupos paſtores inſectatur, doctores ſpurios & adulterinos. Putaſne verò nunquam licere, laudabile nunquam eſſe, ovinam pellem ac larvam lupis detrahere, ut detecti cognoſcantur? Si *Reipublicæ intereſt cognoſci malos*; profectò intereſt Eccleſiæ, minus Catholicos, falſoſque paſtores cognoſcere. Et qui larvam detrahit, ut cognoſcantur, ne mactent & furentur, is laudabilis eſt. v. 23. & ſeq. v. 25. Carm. al. 12. v. 12. v. 15. v. 16 & 17.

Id præſtitit Gregorius, qui poſthabito privato commodo, periclitantium ſaluti animarum Eccleſiæque totius conſulens, in improbos & vitia calamum ſtrinxit; nihil niſi caritatem, niſi pacem ſpirans. Iſta flens potius quàm mordens ſcripſit; imò *ludens* nonnunquam, quia ridiculum acri res fortius ac melius plerumque ſecare noverat. Miror virum, alioqui ingenio perſpicaci, luſum non intellexiſſe, ubi Gregorius, dubium de coma quid faciat ac propemodum deſperantem Cynicum fingens, ſermone jam tritum ei proverbium feſtivè ſuggerit: *Reliqui tibi præter malam crucem jam video nihil.* Quis vanam Tollii exclamationem riſu non excipiat? Cui, inquam, riſum non moveat hæc verborum Gregorii acceptio? *Quid? Laqueum proponere inimico ad ſuſpendium, hominis ne eſt Chriſtum ſectantis?* Quis enim mitior Gregorio? Etiamſi ſcripta tacerent, clamarent facta, ipſa Maximi hiſtoria, acta Concilii, ſicarii, lapides quos excepit, nec quemquam ulciſci paſſus eſt. Carm. al. 1. v. 6. v. 939. Toll. p. 6.

In his, quæ objiciuntur, Gregorii carminibus, nihil, aut ferè nihil quod in Apologetico ſuo & alibi paſſim ad populum Orationibus non reperiatur; imò nihil quod in ſuis de ſacerdotio libris non ſcripſerit paulò poſt Chryſoſtomus. Non igitur animi *imbecillitate*, non *ægritudine*, non *impoſiti capiſtri* dolore, non abdicati *pœnitentiâ* Epiſcopatûs, quæ nulla fuit, illa conſcripſit Gregorius. Figmenta hæc ſunt ab Heterodoxis prolata, malè a quibuſdam Catholicis repetita. Apage ergo, Tolli, lepidam hanc tuam, imò injurioſam in Gregorium comparationem, quâ Theologum cum Cicerone componis; hoc eſt, *ita animo perculſo & abjecto, ut ſine ſermone ullo, ſine cogitatione ulla jaceret*, ut *mentis errore teneri* vulgò crederetur. Quid confers violentum coactum Tullii exilium, cum voluntaria Gregorii, & expetita, atque etiam extorta ab Imperatore, & omnium ætatum admiratione digna, Conſtantinopolitanæ ſedis abdicatione? Quid puerum tantùm non ejulantem, & fletibus, ne ſcriberet, *impeditum*, cum athleta & glorioſo *confeſſore* componis? Legeſis omnes ad Atticum epiſtolas, quæ libro tertio continentur, Liviique Hiſtoriarum librum 120, & tuæ te pudeat comparationis. Ad Attic. lib. 3. Epiſt. 2. *Ibid.* Ep. 12. *Ibid.* Ep. 14. *Ibid.* Ep. 10.

Denique quid ambitioſa illa Ciceronis & uſquequaque fuſa jactantia, cum aſſidua, cum modeſta, cum neceſſaria & religioſa prædicatione Trinitatis? Quid Chriſti ad Belial? Quid hîc Theologo ſanctiſſimo cum Oratore profano? Quid humilitatis Chriſti diſcipulo, cum turpi & abjecto gloriæ mancipio, quem gloriolam, veritatis diſpendio, corrogare non pudet? *Ardeo*, inquit Epiſtolâ ad Luceium, *cupiditate incredibili.....nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis....Itaque te planè etiam atque etiam rogo, ut & ornes ea vehementiùs etiam quàm fortaſſe ſentis.... amorique noſtro pluſculum etiam, quàm concedit veritas, largiare.* Item ad Atticum Epiſtolâ 58. *Epiſtolam*, inquit, *Luceio quam miſi, qua res meas ut ſcribat rogo,* Cicer. Ep. fam. lib. 5. ep. 13.

fac ut ab eo ſumas ; valde bella eſt ; eumque ut approperet adhorteris , & quod mihi ita ſe facturum reſcripſit , gratias agas. Quis tulerit cum homine tam glorioſo Gregorium componi? Nequidem ratione eloquentiæ comparari poſſe concederem. Argutum namque , acutum , & planè Laconicum ſcribendi genus ſectatus eſt Gregorius ; Tullius verò , ut ſcribit auctor
pag. 78. *obſtetricis animorum* Edm. Richerius , *Aſianum & redundans* potius quàm Atticum & preſſum affectavit. In Dialogo de oratoribus , *elumbem & enervatam Ciceronis eloquentiam* vocat Brutus. Diutiùs forſan iis refellendis immoror , quæ ridenda potius & contemnenda , quàm ſeriò erant refellenda. Verùmtamen cùm lectores nonnulli ſint , quibus plus religionis quàm ſcientiæ ineſt , & quorum conſcientia infirma ac timida lædi poſſet carminibus adversùs Maximum & Epiſcopos ſcriptis ; juvat hos ex animis ſcrupulos evellere , quinam illi ſint Epiſcopi , quos exagitavit Gregorius , oſtendendo ; ut meritò exagitatos , atque etiam durè increpitos , quilibet intelligat.

Primò quidem nemo neſcit correctionis fraternæ præceptum eſſe tam in
Lev. XIX. 17. veteri quam in nova lege : *Non oderis fratrem tuum* , ait Moyſes , *ſed publicè argue illum , ne habeas ſuper illo peccatum.* Math. Ev. Cap. 18. v. 16. *Si autem te non audierit* (frater tuus) *adhibe tecum adhuc unum , vel duos teſtes .... Quod ſi non audierit eos : dic Eccleſiæ.* Quin & ante legem ſcriptam , naturæ vi & caritatis , eo quiſque officio tenebatur , inprimis præpoſiti , parentes , magiſtri , paſtores. Ab ipſa enim natura & caritate , quâ proximi ſalus nobis cordi eſſe debet , hujus præcepti neceſſitas fluit.

Poteſt itaque , atque etiam debet & tenetur , qui ſcientiâ , dignitate , &
Tit. 1. 13. officio eminet , arguere peccantes , *durè* etiam interdum *increpare* , maximè
2. Tim. c. 2. 17. c. 3. 5. *ut ſani ſint in fide* , ut vitentur improbi , idque nominatim ut diſcipulus ,
Joh. 3. 9. 2. Pet. 2. quem diligebat Jeſus ; vel graphicè , ut Apoſtolorum princeps , ac Judas ,
Jud. v. 4. perſtringere , atque etiam publicè traducere. *Manifeſta* enim *peccata* ,
Greg. Mag. Ep. 17. lib. 14. T. II. p. 1280. ut inquit Gregorius alter & ipſe Magnus , *non occultâ correctione purganda ; ſed palam ſunt arguendi , qui palam nocent* , Apoſtolo præcipiente : *Peccantes coram omnibus argue :* quod Chriſtus docuit & fecit , *acerbè &*
Aug. ſerm. 317. Tom. 5. p. 1270. *amarè* , ut ait Auguſtinus ; *ſed amando* , quos arguebat Judæos. Hoc a Prophetis & Apoſtolis egregiè præſtitum nemo neſcit.

Eccleſiæ certè intereſt *Hypocritas , falſos Prophetas* , lupos ſub ovina pelle latentes dignoſci , ut in odium adducantur & fugiantur a ſimplicioribus , ut nemini noceant. Hæc omnia caritatis erga proximum , erga Deum
Aug. ſerm. 315. Tom. 5. p. 1262. & Eccleſiam , officia fuere in Chriſto , in Joanne , in Stephano , cui *lingua ferox , lene cor ;* qui *ſæviebat & amabat.* Hæc etiam in Theologo aliiſque viris Sanctis , quos aliquando Dei gloria , zelus domûs Dei , imminentia ſimplicibus mala , oppreſſa calumniis innocentia , Religio , acrioribus verbis impios exagitare compulerunt , caritatis officia fuiſſe dubium non eſt.

Socr. lib. 5. c. 6. Soz. lib. 7. c. 7. Cod. Theodoſ. tit. 1. leg. 2. Gothof. Nunc qui & quales fuerint Epiſcopi , quos Gregorius in carminibus exagitat , & quæ facies Eccleſiæ totius fuerit , dicamus. Theodoſius magnus anno 380 ſacro fonte ab Aſcholio Theſſalonicenſi Epiſcopo luſtratus , *aureum ad populum urbis Conſtantinopolitanæ* edictum dedit , quo ſancivit *judicandos plectendoſque Hæreticos* , qui , *quam Pontifex Damaſus Petruſque Alexandriæ Epiſcopus ſequebantur , fidem non amplecterentur.* Tunc itaque in Palatium redeunte ac dominante catholicâ fide , ad eam quoque rediere & aulici præſules , qui ex principum favore metuque penduli , omni facilè vento doctrinæ circumlati , dubio animo & fide , momento huc illuc impel-
Carm. I. Tol. v. 334. & ſeq. lebantur : *Miſera* , inquit Gregorius , & *abominanda vitæ ludibria : quod*

fidem

fidem attinet, partem in utramque parati, non Dei legum, ſed temporum obſervantes. Euripi doctrinæ, hinc inde reciprocè fluctuantes, adulatores, dulcia mulierum venena, parvis leones, at rerum potientibus canes. In carmine de vita ſua *aleatores* vocat hos Epiſcopos, κυβιϛαὶ; Chamæleontes, Χαμαιλέοντων, καὶ τρόπον πολυπόδων. Ibid. v. 338.

Tales Epiſcopi, qui inter Arianos & Catholicos medii, utrique parti, pro temporum ratione, ſe venditabant, ab Eccleſia cum Epiſcopatûs dignitatiſque, quam obtinuerant, honore & gradu ſuſcepti, improborum jam Epiſcoporum ita numerum auxerant, ut bonis Epiſcopis, atque etiam in Conciliis aliquando prævalerent. Hinc illæ Gregorii, qui zelum & indignationem continere non valebat, juſtæ querelæ. Hinc ſuam ipſius, vel ſuo potiùs nomine, collegarum in ſacerdotio facilitatem in hujuſmodi Epiſcopis admittendis deplorat his verbis: *Propoſuimus voce præconis, pro foribus Sanctuarii omnibus denuntiavimus: Ingrediatur qui volet,* bis licet, aut etiam ſæpiùs fidem, pro occaſione, *mutaverit. Adeſt tempus nundinarum, nemo abeat nihil operatus, &c.* Carm. 1. de vita ſua, v. 17. 27.

Quiſquis hæc & alia ſimilia in aliis Gregorii carminibus legerit, is profectò intelliget quinam fuerint Epiſcopi, de quibus tacere non potuerit, nec debuerit. Excuſandæ tam præpoſteræ benignitati ac facilitati tales Epiſcopos admittendi, Alexandrinæ ſynodi anno 362 habitæ, vel certè Athanaſii de recipiendis Hæreticis decretum procul dubio prætendebant. Verùm, ut obſervat Annalium eminentiſſimus parens, Alexandrinis patribus *magna ratio, quod multiplex illorum,* qui recipi jubebantur, Epiſcoporum *numerus eſſet, qui in Concilio* Ariminenſi, vel neſcientes, vel coacti, Arianis conſenſerant; ipſique, qui ab Arianis partibus tum redibant, ſincero veritatis amore odioque perfidiæ, quippe qui ſub Juliano Apoſtata ad id adduci videbantur. Præterea, ut ait Hieronymus, *huic aſſenſus eſt Occidens; & per tam neceſſarium Concilium, Satanæ faucibus ereptus eſt mundus.* An. 362. §. 204. Dial. adv. Lucif. T. IV. part. 2. p. 302.

Longè verò diſpar ratio ſub Theodoſio, aliaque Eccleſiæ facies. Ex iis enim Epiſcopis, qui ſpe vel metu redibant, plerique omnes ab Arianis, Conſtantio mortuo, deſciverant, iiſdemque iterum ſeſe adjunxerant ſub Valente, *bis ac ſæpius*, ut ait Gregorius, *fidem mutantes, & alearum inſtar*, aut arundinis momento verſati. Undè facilitas illa Epiſcopos lapſos recipiendi, quæ, Hieronymo teſte, laudi Athanaſio quondam, vitio probroque tunc data eſt Petro Alexandrino præſuli. *Præſto* ei Concilio, inquit Baronius, de Concilio generali Conſtantinopolitano primo loquens, *fuerunt plures ex illis, qui antea, Valentis tempore, pulſis Orthodoxis, Arianorum favore, vacantes ſedes acceperant. Hi enim tempori inſervientes, ſub Catholico Imperatore æquè Catholicæ fidei defenſores ſe præbuere, cum anteà vel gratiâ ducum exercitûs, vel favore aliorum magiſtratuum, in Epiſcopatum omninò licet indigni nihilominus irrepſiſſent. De quibus omnibus fuſiùs ipſe Gregorius Nazianzenus.* Hæc Baronius, qui, expreſsâ horum Epiſcoporum imagine, ſic proſequitur: *Intelligis, puto, quales, exceptis paucis, tunc eſſe ſolerent Epiſcopi Orientalis Eccleſiæ; quomodò fidem habere conſueverint pro ratione temporis mobilem, & non niſi ad privatum commodum accommodatam. Cujus quidem rei non Gregorius duntaxat, ſed & Baſilius ſuis ſcriptis locuples teſtis accedit, ut ſuo loco ſuperiùs eſt demonſtratum.* Alios bene multos adhibere teſtes, maximè Chryſoſtomum & Hieronymum, poterat Baronius; qui, poſtquam narravit quàm malè atque indignè Gregorium habuerint, *ex his*, inquit, *diſce alia, nempe quàm vera ſint quæ in eoſdem Gregorius conſcripſit.* Chron. an. 374. Bar. an. 381. §. 22. §. 49. §. 82.

Id quidem optimè & appoſitè auctor eminentiſſimus. Nam palam, vivis illis & audientibus, vates ſanctiſſimus vera ſe dicere profeſſus eſt, nec quiſquam auſus eſt contradicere: ὡς σφόδρα χρώμεθ' ἀναξίοις τοῖς προστάταις! Βοήσομ' οὐ ψευδῆ μὲν, οὐχ ἥδιστα δὲ. *Quàm indignos habemus antiſtites! Elatiore quidem voce dicam, non falſa quidem, ſed auditu non jucunda.* Si vera hæc ſunt, ut vera eſſe conſtat; quis tam gravia, tam aperta Eccleſiæ probra atque ſcandala, ſimpliciorum diſpendio & periculo animarum, tacenda audeat aſſerere? Quid? quòd multò pejores adhuc erant illi, de quibus loquitur Gregorius? Nam de iis Gregorius pleraque tacet. Maximus, qui cane pejor & angue, ac viperâ fabulosâ, quæ ſe foventem in ſinu enecavit, omnes facilè ſceleribus, iiſque publicis, & impudentiâ ſuperabat. Ipſi non diffitentur adverſarii. Unde mirari ſubit, cur Tollius, qui huic monſtro parcitum vellet, Juliani Apoſtatæ non etiam contra Gregorium defenſionem auſus ſit ſuſcipere. Verùm, quod auſus non eſt Tollius, audet Clericus, quod mirum non eſt; imò è Catholicis, quod luctuoſum valde, ſunt nonnulli, quorum nomini parco, qui Apoſtatæ adversùs Theologum patrocinantur, atque Juliani laudes prædicare non verentur.

Adv. Epiſ. v. 357. 358.

Plures etiam ex Orthodoxis Epiſcopis vitiis gravibus laborantes, quorum minimum erat *ignorantia, quæ quidem ipſa malum eſt*, ἄγνοια γὰρ κακὸν μὲν ἀλλ' ἧσσον κακὸν, qui vix baptiſmo expurgati, *priora vitia*, τὰ πρὶν κακὰ, virtutes nullas ad Epiſcopatum afferebant. De his ſic habet Gregorius: *Pudet me quidem dicere quo pacto res noſtræ comparatæ ſint, ſed canam tamen. Cùm ordinati conſtitutique ſimus virtutis doctores, omnium malorum officina ſumus. Antiſtes facili momento reperitur, qui nihil anteà præſtiterit, & novitius ad dignitatem accedat. Res divinæ modò ſunt jactus alearum, cuborumque..... Heri oratoris munere fungens, jus faſque venale habebas..... nunc autem ſubitò judex & Daniel factus es..... Ne veſtimentum quidem tam facilè mutare quis queat, ut tu mores mutas..... Heri Simon magus eras, hodie Simon Petrus. Heu niniam celeritatem! Heu! pro vulpecula leo prodiſti.* Ii ſunt Epiſcopi de quibus in carmine de vita ſua ſcribit: *Hoc breviſſimum dari poteſt præceptum, & optimum ne ſalute excidas documentum, ut quà illi præeunt, ne ſequaris: quorum thronus accuſator eſt morum; & cancelli atque ſupercilium potiùs quàm vita hos a plebe ſecernunt.* Horrida ſanè hæc Paſtorum hujus temporis imago; quos ea tantùm ratione utiles dicit Eccleſiæ Gregorius, ut, quò non eundum ſit, eorum exemplo fideles agnoſcant.

Adv. Epiſ. v. 331. Ibid. v. 446. 448. Ibid. v. 361. & ſeq. Ibid. v. 393. Ibid. v 394. Ibid. v. 396. Ibid. v. 415. Ibid. v. 419. Ibid. v. 424. Ibid. v. 430. Carm. 36, 37, 38.

Eligant jam nunc adverſarii. Vel hæc falſa eſſe probent, vel contendant ea non eſſe hujuſmodi, quæ acri & publicâ etiam reprehenſione digna videantur; vel, ſi vera eſſe fateantur, quod quidem fateantur neceſſe eſt, oſtendant a nemine unquam, ne quidem a Paſtoribus, etiam Epiſcopis, ita debere, aut poſſe, illæsâ caritate, exagitari: quod ſacris Scripturis adverſatur, & fraternæ correctionis præceptum evertit. Salutaris enim pudor nonnunquam incutiendus, & peccantes corripiendi ſunt, tum propriæ ipſorum, tum ſalutis eorum causâ, quos ſcandalis, pravâ doctrinâ, praviſque exemplis peſſumdant. *Quaſi tuba*, ait Scriptura, *exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.* Reis ergo annuntianda ſunt peccata; juſtaque, neceſſaria & ſancta indignatio & verborum acrimonia; nec injurioſus & contumelioſus eſt habendus, qui duris & probroſis increpationibus peccatores coercet.

Iſai. LVIII. 1.

An verò Gregorius, Chryſoſtomus, & alii paſſim viri ſancti, non noverant, quæ illa ſit acerbitas, quam Chriſtus damnat, quæ maledicentia; quid ſit alicui detrahere, quid denigrare? Quàm iniqui Sanctorum nos ſumus æſtimatores! Ab iis exercendi zeli & correctionis leges accipiendæ, non a nobis damnandi, qui eodem ſpiritu non agimur & ignoramus quid ſit

zelatum esse pro Domino Deo exercituum, & quæ christiana libertas esse debeat; ignoramus, inquam, licèt & Apostolos virosque Apostolicos, imò Agnum ipsum mansuetum ita fuisse locutum legamus & audiamus. III. Reg. XIX. 10.

Non ergo culpandus, sed laudandus Gregorius, qui christianâ libertate utens, Apostolorum & Christi ipsius vestigia secutus, *zelo zelatus est pro Domino Deo exercituum*, ac peccatores durè increpavit. Non *imprudenti nimium fervore*, ut somniavit Tollius, *successorem sibi petivit;* sed ardenti ac sincero vitæ privatæ & solitudinis desiderio. Non eum *statim*, nec unquam pœnituit, quòd sedem Constantinopolitanam abdicasset. Nullæ inde *querelæ*, nullæ *lacrymæ*, nulli *threni*, *in quibus patientiam & animi robur ac moderationem in tam probo viro desideres.* Id omne in viro sancto miramur : æquiorem tantùm in Tollio rerum æstimatorem desideramus. Fabulæ & somnia hæc sunt : longè aliæ sunt querelarum Gregorii & lacrymarum causæ. Dolebat, si doluit, derelictas oves, quas unicè diligebat, imò quos in Christo genuerat filios; hos alieno, qui nec amore patrem satis, nec sollicitudine pastorem referret traditos dolebat, fame, siti arentes, hæresique propè dominanti expositos. Id quidem, & meritò dolebat Gregorius. Hinc illæ lacrymæ fuere : non aliunde; non, ut malè sanus fingit Tollius, quòd *capistrum ori suo impositum*, *præreptamque docendi publicè facultatem*, gravissimè ferret. Nihil a veritate magis alienum fingi potest; si quidem adeò silentii tenax erat Gregorius, ut hoc ipso etiam tempore, ne verbum quidem per totam quadragesimam sit prolocutus; & ad loquendum aliàs sic tardus, ut ad id vix ac ne vix quidem compelli posset. Toll. p. 84. in not.

Dolebat etiam tamen suavissimos sibi præreptos familiares & amicos; non autem se verbo *captum*, & abdicationem proponenti citiùs quàm vellet Episcopos assensisse, sedemque Constantinopolitanam deseruisse, quam gaudens reliquit; ut argumento sunt plurimæ post reditum scriptæ a Gregorio epistolæ, maximè verò XCIV ad Amasonium data. Si iis de rebus dolere, mœrere & indignari crimen est, Gregorii crimen esse, nec ab eo facilè liberari posse lubenter fatemur. Cetera verò nihil dolebat, nec relictarum rerum ullo tenebatur desiderio.

Tantorum itaque Ecclesiæ, quam Deus *acquisivit sanguine suo*, malorum dolore Gregorius, non secus ac Athenis Apostolus, incitatus, piè sibi temperare non poterat : neque etiam debuit, ut teretibus ac teneris auribus consuleret, veritatis ac religionis dispendio, sermonem emollire. Habent enim molliores illæ elocutiones nescio quid frigidi flaccidique, quo veritati semper non nihil perit. Movent profectò aliter propria rerum nomina, propriisque insita notis crimina : nec satis, si molliter innocentia, religio, fides defenditur; pene deseritur, si non etiam proditur. Nihil veri nimium videri debet adversùs innocentiæ & veritatis hostes : traducendi palam ii sunt, & nativis pingendi coloribus, ut agnoscantur, agnitique vitentur ac fugiantur. Hac ratione simplicibus consulitur, mendacium revincitur, error repellitur, vincit & triumphat veritas. Non jam immoramur falsis criminationibus propulsandis quæ in Gregorium congessit D. Dupin; cùm & satis ex modò dictis refellantur, & Dupinus ipse in sua ad DD. Archiepiscopum Parisiensem declaratione, ut temere confictas damnaverit & revocaverit. Act. XX. 28.

§. II.

Perpetua Gregorii virginitas contra Beveregium & Muratorium asseritur.

« Post Nicænum Concilium, inquit Beveregius, Spiridionem, Gregorium » Nyssenum ut Nazianzenum, tam patrem quàm filium Theologum matrimo- In notis ad canonem V. apost.

» nio copulatos fuiſſe, nemo in antiquitate verſatus neſcit ». Hæc conſidenter ſcribere auſus eſt Beveregius, nullâ ratione, nullâque nixus auctoritate. Tam inauditam & inſanam opinionem dormitanti ſcriptori excidiſſe, dixerit quiſquis in ſola Theologi lectione verſatus fuerit; vel potiùs id à Beveregio ſcriptum in gratiam Epiſcoporum ſuæ gentis, pro ſua in matrimonium devotione.

Tale commentum notare ſat eſſe, nec ullam huic refellendo operam impendendam arbitrarer, niſi malum ſerpere longiùs, & virum clariſſimum, è Catholicis unum, Muratorium, qui mirabatur olim confidentiam Beveregii, præter quem *nullus adhuc affirmavit Nazianzenum filium unquam ſeſe matrimonio obſtrinxiſſe*, ipſius poſteà errorem amplexum fuiſſe cernerem. Non tamen abſolutè amplexus eſt, ſed ſuſpicatus *Beveregii ſententiam cum veritate conſentire.* Qui etiam de Theoſebia hæc ait: *Aut Nazianzeno nupſit*, quod *ſimillimum vero arbitror.* Itaque commentum Beveregii & pravæ Muratorii ſuſpicionis fundamenta ſimul convellenda ſunt.

Murat. notæ in epigr. 32. Theoſeb. à ſe editum, p. 131, 132, 133, 134.

Ut à Muratorio incipiamus, verba, quæ viro docto fucum fecerunt, hæc ſunt in epigrammate Theoſebiæ, quod ipſe vulgavit: Γρηγορίᾳ μεγάλῳ σύζυγε ἀτρεκέως: *Gregorii Magni verè conjux.* Ex his plurima colligit Muratorius: primò, Gregorii Nyſſeni uxorem non fuiſſe Theoſebiam; id quidem optimè: deinde Gregorium, qui *Magnus* ibi appellatur, Theologum eſſe, cujus uxor, eaque germana, Theoſebia fuerit; id verò peſſimè: denique hinc epigramma Theologi eſſe non poſſe. Quæ quidem ut penitùs convellamus, primò ſtatuendum, quod caput eſt, nullius unquam conjugii vinculis Theologum irretitum, nedum Theoſebiæ copulatum: 2°. deinde nihil adeò impedire, quominus epigramma tribuatur Gregorio Nazianzeno: 3°. neque ex epitaphio, neque ex epiſtola aliàs XCV. ſequi Nyſſeno Theoſebiam nupſiſſe. Sic Gregorium utrumque à conjugio liberum, & cœlibem vitam duxiſſe conſtabit.

Muratorius inter Theologum & Theoſebiam matrimonium fuiſſe ſuſpicatus, Theoſebiam *cum viro Nazianzeno caſtitatem potiùs, quàm thori conjunctionem ſervare voluiſſe* conjiciebat: mox idem *inter utrumque carnis communionem* admittit, ſed ad breve tempus; & arbitratur *recenti huic opinioni ſuffragari poſſe verſum illum Theologi, ita ſcribentis in carmine IV de animæ ſuæ calamitatibus:* αὐτὰρ ἔπειτα γάμοιο βαρὺν ζυγὸν ἔκτος ἔθηκα. *Deinde verò grave jugum matrimonii à me ſepoſui.* Nihilominùs tamen hæc ita ſe habere aſſererere non auſus eſt Muratorius. Amamus virum doctum quòd præ verecundia rem tam inauditam pro certè non affirmat.

Nos verò omne prorſus matrimonium à Gregorio propulſamus. Ipſe Mu-
Ibid. ratorius argumenta ſuppeditabit: « Cur enim Gregorius, inquit, qui tam » ſæpè ac tot verbis, vel minuta vitæ ſuæ monimenta verſibus clauſit, hoc » unum non levis momenti præteriſſet, aut tam jejunus commemoraſſet »? Neque verò id tantùm ſilentio, & argumento, ut vocant, negante; quanquam id genus argumenti valere debet, ubi quid habet, quod facti vim & locum obtineat: hîc autem habet, ſi unquam habuit; cùm qui rerum ſuarum hiſtoriam, non uno, ſed multiplici poemate, non obiter, ſed deditâ operâ accuratèque texere ſe profitetur, rem tamen unam è præcipuis, ſi non etiam ex omnibus præcipuam ſilet, quæ ad vitæ varietates, quas literis mandat, quàm maximè facit, quale profectò eſt vitæ genus & curſus, quem Gregorius tenere decreverat. Ubi enim de genere vitæ deligendo Nazianzenus agebat, ibi ſanè debuit agere de matrimonio, ſi poſthabitâ cœlibe vitâ ad nuptias convolavit.

Neque verò eos, qui matrimonii vinculis aſtrictum fuiſſe Gregorium cenſent, iſtud matrimonium collocaturos eſſe arbitror poſtquam presbyter creatus eſt. Ad confictas itaque Theologi nuptias tempus id unum ſupereſt, quòd

quod ante ſacerdotium ejus effluxit. Conſentit Muratorius & ait : *Non diu conſtitiſſe carnis communionem inter Nazianzenum & Theoſebiam; ſed utrumque caſtitatem jam pridem elegiſſe, ut ſacerdotium ille iniret, ut inter diaconiſſas iſta* cooptaretur. Verùm tempus illud ipſum eſt, in quo accurata Gregorii narratio nullum ullo vitæ ipſius momento conſiſtere matrimonium patitur. Ut enim fingas Theoſebiam, aliamve quamlibet Gregorium uxorem duxiſſe, quidquid & quoquo modo finxeris, id omne ruit & penitus ſubvertitur diſertiſſimis Gregorii verbis, vitam ſuam deſcribentis, ibique accuratiſſimè ubi de vitæ genere deligendo. *Ibid.*

Gregorii parentes non ipſi auctores fuerunt ut animum ad uxorem appelleret; parentes, inquam, qui non modò filii votum caſtitatis ac propoſitum norant, ſed eum ipſi, priuſquam naſceretur, Deo dicaverant, & natum obtulerant, adeò ut *ab utero matris Deo ſacer, ac puer oblatus* fuerit, & quidem ad altare, ſolemni ritu tactiſque ſacræ Scripturæ libris: quod ipſe ſcribit Gregorius, qui *parentis votum ac deſiderium ratum habuit*, & præſtare quovis tempore ſtuduit, atque etiam præſtitit. *Devinxit me ſibi amica caſtitas*, inquit, & *carni vincula injecit, ſimulque ardentem divinæ ſapientiæ ac vitæ monaſticæ amorem injecit; vitæ, quæ dici poteſt futuræ primitiæ; quippe quæ coſtâ non indiget, quæ corpus circumplectatur ſuum, verbiſque deceptum blandis ad amara deguſtanda adducat:* hæc ſunt conjugii vincula, quibus Gregorius a puero copulatus eſt. Conjux ipſius, non Theoſebia, ſed perpetua caſtitas; conjux ſapientia fuit, ac utriuſque ſocia & adjutrix *monachi vita, cujus amorem ipſi* injecit caſtitas, quam in naufragii periculo vovit, & quam toto vitæ tempore, quantùm licuit ac penes ipſum fuit, profeſſus eſt. Carm. al. 2. v. 426, 433, 448, 449. *Ibid.* v. 456, &c.

Innumera ex Gregorii ſcriptis alia proferre teſtimonia facillimum eſſet, quibus illum nullo unquam matrimonio conſtrictum fuiſſe, ſed ejus, quam amabat unicè, *caſtitatis jugo colla perpetuò firmiterque ſubmiſiſſe* manifeſtum fieret. Legatur narratio ſomnii quod ſanctiſſimus Doctor fusè deſcribit, & in quo adhuc *puer, nec tamen admodum puer, verùm eâ ætate quâ boni & mali imaginibus animus informatur*, caſtitas & ſapientia ſibi viſæ ſunt humanâ ſpecie, tantaque ex ipſarum afflatu & colloquio puritatis dilectio in cor emanavit ipſique ſemper inhæſit, ut vecordes, ne quid dicam ampliùs, meritò videantur, qui de Gregorii perpetuo cœlibatu vel tantiſper dubitaverint. Unde vir factus Gregorius, & cùm Athenis reverſus deliberaret, non de vitæ curſu, verùm de via, qua expeditus ad propoſitum finem certiùs perveniret, hoc primum ponit: *Jam olim mihi certum erat, ac veluti lege ſancitum, quæ carnis ſunt in profundum ea projicere; idque tum magis ac magis arridebat.* Carm. 5. v. 110. *Ibid.* v. 205, 206, 207, 208 ad 313. Carm. al. 1. v. 280. & *ſeq.* *Ibid.* v. 284, 285.

Quid igitur ſibi vult Gregorius his verbis, *grave jugum matrimonii à me ſepoſui?* Non impoſitum hoc onus abjecit, ſed ab eo ſemper declinavit, a ſe amovit, ab eo abhorruit, amore caſtitatis & vitæ monaſticæ. Sic grave onus matrimonii excuſſit, haud quidem impoſitum unquam; ſed a ſe amovendo ne imponeretur. Non aliter Gregorius excuſſit onus matrimonii, quàm cautè fugiendo quidquid hoc vitæ genus ſpectat, utpotè contrarium propoſito ſervandæ virginitatis & voto monaſticæ vitæ. Certè Gregorius, qui vitam monaſticam iterato voto ſe amplexurum promiſerat, uxorem ſibi adjungere non poterat, quin datam Deo fidem falleret, ſceluſque maximum in ſe admitteret. Abſit igitur ut virum tam ſanctum, pietate inſignem, tantum ſcelus perpetraſſe; abſit, inquam, ut Gregorium ſpreto ſervandæ virginitatis voto, quo obſtrictus erat, qui *ab utero matris ſacer erat, qui matris votum ac deſiderium ratum habuerat*, uxorem duxiſſe arbitremur, aut ſuſpicemur. Talis ſuſpicio tam in Gregorium injurioſa, quàm contraria veritati. Carm. al. 5. v. 283.

Conſtare debet ex dictis Gregorium nullis unquam nuptiis, nec cum

Theoſebia, nec cum alia qualibet femina alligatum fuiſſe. Quo diſputationis capite poſito, ac eorum, quæ ſequuntur, fundamento, jam ſponte ſuâ ſequitur Theologum non eſſe eum, qui in epitaphio Theoſebiæ *Magnus* dicitur, & cujus Theoſebia *verè conjux* comparve appellatur. Hinc efficitur, nihil obſtare quominus hoc epitaphium a Gregorio elaborari potuiſſe credatur. Imò non tantùm potuit, ſed reipſa ab ipſo elaboratum eſſe ex epiſtola al. xcv. manifeſtum eſt; quæ quidem epiſtola cum epitaphio rebus & verbis ita conſonat, ut utriuſque, vel neutrius, auctor agnoſcendus ſit Gregorius. Fatentur autem omnes epiſtolam, germanum eſſe Theologi fetum ad Gregorium Nyſſenum ſcribentis. Pro certo itaque habendum, Theologum nec Theoſebiæ, nec ulli alii unquam connubio junctum, eumdemque eſſe auctorem epitaphii. Prætereà Muratorii, qui epitaphio, ut & epiſtolâ ad Gregorium Nyſſenum, perpetuam Theologi virginitatem labefactari ſuſpicatus eſt, rationes evaneſcunt & funditùs corruunt.

Jam verò ſi quæras, quis ille ſit Gregorius, qui in epitaphio *Magnus* dicitur, ultrò reſpondebimus, nullum alium eſſe quàm Nyſſenum. Quod autem Theoſebiam ſpectat: in epiſtola *ſacerdotis conjux* comparve appellatur; in epitaphio ſacerdotis illius nomen declaratur; rurſuſque cujus ſacerdotis & cujus Gregorii fuerit *compar* Theoſebia denuntiatur. Quiſquis illas literas legerit, non dubitabit quis ille ſit Gregorius. Ejus enim ipſius ſacerdotis, ut eſt in epiſtola; ejus Gregorii, ut diſertiùs habet epitaphium, Theoſebia *compar*, vel ſi mavis, *conjux*, a quo illam in epiſtola commendat laudatque Theologus; ejus iterùm ſacerdotis, cui & virtute *par &* honore Theoſebia prædicatur; ejuſque adeò ſacerdotis, ejus Gregorii *compar*, ad quem pertinent illæ laudes, ad quem datæ ſunt literæ. Quæ cùm ſint ad Nyſſenum ſcriptæ, ipſiſſimus ille Gregorius habendus eſt, cujus & *ſoror* & *conjux*, ſeu magis *compar*, ut in epitaphio Theoſebia deſignatur. Et certè cùm Nyſſeni, & non ſacerdotis alterius σύζυγον Baronius, continuatores Bollandi, Rivetus & alii ſenſerint Theoſebiam in epiſtola dictam, eamdemque ſororem; quid incommodi eſſe poteſt idem admittere in epitaphio, quod in epiſtola admittitur?

Supereſt, ut quo ſenſu Nyſſeni *ſoror & conjux*, σύζυγος, Theoſebia dicatur, exponamus. Primò quidem, ſignificatione propriâ utrumque dici non potuit; ab obvio igitur & proprio ſenſu vox deducenda, & quærenda interpretatio. Theoſebia in epitaphio τέκος Εμμελίοιο, Emmeliæ filia dicitur: quod *ſi nurum* interpreteris, ad Baronii, Henſchenii & Papebrochii, Riveti aliorumque, qui Nyſſenum connubio junctum cum Theoſebia fuiſſe volunt, ſententiam accedes; nec a conſuetudine, qua nurus *filiæ* plerumque appellantur ab iis, quas ſocrus habent, penitus receſſeris, a veritate autem prorſus abſceſſeris. Neque enim ſinit epiſtola, de qua toties, illam epitaphii vocem ullo modo ſollicitare; atque etiam huc & quàm maximè cum epitaphio epiſtola concurrit, ut *Baſilii ſoror*, quod præ ſe fert epitaphii titulus, & Emmeliæ filia, quo in ipſo eſt epitaphio, germanaque adeo ac propriè Nyſſeni ſoror Theoſebia adſtruatur. Epiſtolæ verba ſunt: *Te admiror ob eam tolerantiam ac philoſophiam, quam diſceſſu beatæ ſanctæque ſororis veſtræ præſtare te audio:* quæ quidem verba illud epitaphium aliò prohibet detorqueri. Et paulò inferiùs prædicat Theoſebiam, *eccleſiæ decus, Chriſti ornamentum, ætatis illius bonum, feminarum fiduciam, Theoſebiam in tanta fratrum pulchritudine formoſiſſimam & clariſſimam;* fratrum, inquam, quinque, & ſororum totidem. Quibus egregiè concinit in Emmeliam epitaphium cxxx apud Muratorium. Mitto quæ ex iis laudibus pro Theoſebiæ perpetuâ virginitate colligi poſſint; quam quidem

ſi profeſſa non eſſet, digna profectò non eſſet quæ tot inter fratres ac ſorores virgines *clariſſima*, & *Chriſti ac eccleſiæ decus & ornamentum* diceretur.

In epiſtola Theologi ad Nyſſenum hæc obſervanda maximè ſunt verba: *Theoſebiam meam; meam enim voco, quæ ut Dei legibus conſentaneum erat vixit; quandoquidem ſpiritalis cognatio corpoream antecellit.* Tantam hæc verba vim habent ad probandum Theoſebiam ſororem eſſe germanam Nyſſeni, & ad arcendum penitùs cùm ab eo, tum a Nazianzeno conjugium, ut mirum valde ſit viros doctos ex his verbis anſam arripuiſſe alterutri Gregorio cum Theoſebia matrimonium affingendi, ex quibus contrarium ſtatuere debuerant.

Certè Gregorius, cùm *cognationi corporeæ*, quâ Nyſſenum Theoſebia attingebat, *ſpiritalem* opponit qua ad ſe ipſum pertinebat; cùm *ſpiritalis* hujus *cognationis* cauſas ac rationes reddit, quòd nimirum Theoſebia *Dei legibus conſentaneè vixit*, omnem prorſus a ſe & a Nyſſeno matrimonii ſuſpicionem propulſat. Theoſebia ſoror erat Nyſſeni, cognatione corporali; ſoror verò Nazianzeni, *cognatione ſpirituali*; neutrius autem uxor. Nec movere debet vox iſta σύζυγος, quâ uſus eſt auctor epitaphii. Idem enim hâc voce ſignificare voluit Gregorius, quod in epitaphio XLI. apud Muratorium p. 40. Καρτέριον τῆς σῆς σύζυγον εὐσεβίης. *Rapuiſti*, inquit, *Nicomedes Carterium tuæ pietatis ſocium.* Nazianzeno certè licuit quod cuique licet, vocibus iis abuti, quibus voluerit, modò definiat, novamque, quam iis affingit, ſignificationem exponat. Quod ſanè diſertiſſimè præſtitit, Theoſebiam ſororem Nyſſeni germanam eſſe confirmans, ejuſdemque diaconiſſam his verbis adſtruens, quibus aptiora non ſunt ad deſignanda diaconiſſæ merita & munia: *Theoſebiam verè ſacram, atque adeò ſacerdoti comparem & parem honore & magnis myſteriis dignam.*

Præterea vox græca σύζυγος non propriè ſignificat eos, quos latinè conjuges vocamus, maritum & uxorem; ſed eos generatim, qui operis ejuſdem ſocii, idem veluti jugum trahere cenſentur. Ita conſilii participem vocat σύζυγον Ariſtophanes in Pluto: ita quoque Plato. Sic è noſtris, Macarius Ægyptius monachus, συζύγες nominat diſcipulos, quos binos Dominus miſit, tanquam conjugales. Eo etiam ſenſu Theoſebia σύζυγος Gregorii Nyſſeni fuit & dici potuit, quòd illi *par honore*, ὁμότιμον, quòd *magnis digna myſteriis*, τῶν μεγάλων μυστηρίων ἀξίαν; iiſque miniſtrandis fratrem ſoror, ſacerdotem diaconiſſa adjuvabat, & conjunctâ operâ collaborabat. Hæc autem de voce σύζυγος diſputavimus, ſalvo Baſilii patris ejuſdemque Epiſcopi connubio cum Emmelia, & Gregorii patris cum Nonna. Emmelia enim & Nonna, ſanctiſſimæ feminæ, verè conjuges, altera Baſilii patris, altera Gregorii patris fuere, quod aliis & plurimis argumentis conſtat. Neutra cum marito conſanguinitatis ullo gradu erat conjuncta, ut vocem a nativa ſignificatione deducere opus ſit.

Nemo jam non intelligit quo ordine habenda ſit vana Muratorii de matrimonio Theologi ſuſpicio, & quanto in errore verſatus ſit Beveregius, qui confidenter aſſerit neminem in antiquitate verſatum neſcire Gregorium Theologum matrimonio copulatum fuiſſe. Imò nemo in antiquitate verſatus id unquam cogitavit: unus Beveregius natum ex ſe tam inauditum commentum protulit. Certum igitur & inconcuſſum maneat nullis alligatum unquam nuptiis fuiſſe Theologum, qui, ut ait Theodulus monachus in Gregorii Theologi laudatione, *nuptias non attigit, verùm in perpetua virginitate vixit.* Certum quoque & inconcuſſum maneat Gregorium Nyſſenum connubio junctum non fuiſſe cum Theoſebia, quæ quidem ſoror ipſius erat, non autem conjux; adeòque & ipſum, ſi alio non fuerit conjugio implicatus, liberum & cœlibem perpetuò vixiſſe. Sanè qui eum nuptias attigiſſe voluerunt, non aliam quàm Theoſebiam eum uxorem habuiſſe ſtatuerunt, nec alio nixi fundamento quàm epiſtolâ al. XCV; quæ cùm aliam præ ſe ferat ſententiam, ruit omninò p. 153.

Cent. IV. c. X. verbo Greg. Nyſſ. centur. p. 322.

nuptiarum Nyſſeni fundamentum, victrix eſt opinio Centuriatorum, qui eum perpetuò cœlibem vixiſſe volunt, & laudant orationem Gregorii al. XX. in Baſilium Magnum.

Nyſſ. p. 117.

Librum de virginitate ſcripſit Nyſſenus, in quo hæc ſunt verba : *Veluti quodam terræ hiatu prohibemur, quominùs ad hanc virginitatem accedamus ;* quæ verba amiſſæ virginitatis quandam ſuſpicionem videntur injicere. Verùm hæc verba ipſa, & comparationes quas adhibet ſi perpendas, ſuſpicio evaneſcet. Non enim virginitatem ipſam, ſed illius vitæ commoda, utilitates, quietem deplorat. Non, inquam, nudam ac ſimplicem virginitatem in eo tractatu proponit Nyſſenus ; ſed vitam Deo devotam, liberam curis ac cœleſtem, cujus adjutrix inprimis & ſocia virginitas. Negotiis autem ſæcularibus diſtracta primùm, dein epiſcopali ſollicitudine Nyſſeni vita cùm fuerit, nihil mirum ab eo, qui tantis bonis carebat, ſortem ſuam deplorari. Qui vel prologum legerit, ubi accuratum totius libri argumentum, rem intelliget.

§. III.

De Vita monaſtica quam profeſſus eſt Gregorius.

MONASTICÆ vitæ profeſſione adſtrictum fuiſſe Gregorium, necnon Baſilium, Chryſoſtomum conſtans eſt omnium retrò ſæculorum ſententia. Cum id negari abſolutè non poſſit, novam quandam opinionem, apud antiquos inauditam prorſus, doctus Thomaſſinus invenit, ut monachum non fuiſſe Gregorium, nec Baſilium oſtenderet. Hujuſmodi figmentum

Rep. aux Etud. Monaſ. p. 178.

arriſit celeberrimo abbati Trapenſi, monachorum ſtudia impugnanti ; ne, ſi Gregorium, Baſilium, Chryſoſtomum, &c. monachos fuiſſe agnoſceret, monachis fas eſſe ſtudio incumbere, agnoſcere cogeretur. Hæc Hieronymi epiſtolæ ad Principiam verba, hujus novæ opinionis fundamentum ſtatuit Thomaſſinus : *Suburbanus vobis ager pro monaſterio fuit, & rus electum pro ſolitudine..... Quis hoc crederet, ut conſulum pronepos* (Pammachius) quem

Diſcip. Ec. part. 2. lib. 1. cap. 46.

Hieronymus appellat αρχισράτηγον monachorum) *inter purpuras Senatorum furvâ tunicâ pullatus incederet ?* Hoc totum eſt, ſi fides Thomaſſino, myſterium

n. 13. 14 & 15. p. 165.

monaſticæ profeſſionis Gregorii, Baſilii, Chryſoſtomi &c, nimirùm furvâ tunicâ pullatum incedere, rure verſari. Non aliam in his Sanctis vitæ monaſticæ profeſſionem agnoſcit Thomaſſinus, ſimulque negat, *verè monachum eſſe, niſi qui ſe ad totum vitæ tempus aſtringat, ſeque omnibus poſſeſſionibus ſpoliet ac nudet.* « Verùm difficile non erit, inquit noſter Prudentius Maranus, » Thomaſſinum refellens, utrumque de Baſilio adſtruere ; & quod eruditus » Thomaſſinus ſtatuit, ut eum monachum non fuiſſe probet, id convertere » in argumentum veræ illius monaſticæ profeſſionis ». Quod de Baſilio difficile non eſt, de Gregorio difficilius non erit, cujus ſcripta amplam ſegetem ſuppeditant.

Vereor ne actum agere videar, & ſupervacaneo incumbere labori, ſi de Gregorio id probare aggrediar, quod de Baſilio probavit ejus epiſtolarum editor. Qui enim unius vitæ monaſticæ profeſſionem probat, utrumque monachum fuiſſe oſtendit. Aggrediar tamen, ſi quidem hanc provinciam noſter Prudentius *Sodali operum Gregorii editionem elaboranti* reliquit, nihil ipſe *in his quæ ad ſanctum Gregorium Nazianzenum ſpectant immoratus.*

Ut quis verè & propriè monachus ſit, requirit Thomaſſinus ut *ſe ad totum vitæ tempus aſtringat, ſeque omnibus poſſeſſionibus ſpoliet ac nudet.* Utrumque præſtitiſſe Gregorium, Gregorius presbyter, ejus vitæ ſcriptor, diſertis ver-

p. 8 & 9.

bis teſtatur. « Ipſe ſibi conſulebat ut, quemadmodùm in vitæ diſcrimen » adductus promiſerat, Deo ſeſe offerret, & a mundo ſejunctus, cum eo

» qui

» qui ſolus puriſſimus eſt, vitæ conſuetudine jungeretur, atque ex librorum » ſacrorum lectione veritatis ſplendorem hauriret ». *Idque etiam per omnem vitam facere non deſtitit, Monachus eſſe potiùs habens quàm mundanus, & pauper quam quæſtuarius : μοναχὸς ἀντὶ κοσμικοῦ.* Quidquid igitur Thomaſſinus requirit, ut quis propriè dicatur & verè ſit monachus, id omne Gregorius præſtitit; imò plura quàm poſtulat.

Quidquid objicitur a Thomaſſino, adductum crederes ad probandum monaſticam vitam profeſſum fuiſſe Gregorium. Opponit tamen vir doctus, Gregorio fontem & hortum fuiſſe, adeòque ipſum ſuorum ſibi reſervaſſe partem bonorum, & propterea verè & propriè monachum non fuiſſe. Hæc Gregorii verba ſunt in carmine poſt abdicatam Conſtantinopolitanam ſedem condito (quod quidem obſervare plurimùm intereſt) in quo ſe monachum appellat, quod diſſimulat Thomaſſinus : *Nuper quidam*, inquit, *ſtultus, deliciis perditus, dives atque inſolens, delicias mihi vitæque mollitiem objectabat, cùm alia multa dicens, tum etiam illud, me divitem & copioſum eſſe, ut qui & hortum, & otium, & mediocrem fontem habeam.* Hinc concludit Thomaſſinus, Gregorium non omnia bona abjeciſſe, adeòque non propriè monachum fuiſſe. An ſeriò, an jocosè & ridere volens hoc dixerit vir doctus, dubitari poſſet : mirum enim virum doctum talibus momentis, ſi momenta licet appellare, rem tam apertam impugnare. Gregorius hortum habuit & parvum fontem; quæ quilibet, ut quotidie videmus, habet Eremita : quis inde ſeriò colligat, Gregorium ſuorum ſibi partem bonorum reſervaſſe ? Idem etiam poſſet dicere cum *ſtulto deliciiſque perdito*, Gregorium divitem & copioſum fuiſſe. Quem Gregorius ſic refellit : *Si fontem, vel hortulum, vel umbroſum nemuſculum.... poſſideamus, id delicias interpretamini*, magnam noſtrorum nobis partem bonorum reſervaſſe arbitramini. *Quid verò*, inquam, *ô miſer, lacrymaſne taces, & ventris frænum, & genuum vulnera, nocteſque inſomnes, quibus monachi ſua corpora conficientes enecant ?* Hæc Gregorius: quem omnia abjeciſſe, ſeque omnibus poſſeſſionibus ſpoliaſſe ac nudaſſe, quod requirit Thomaſſinus ut quis verè monachus dici & eſſe poſſit, certum eſt ipſiuſmet verbis. Omnia dimiſit, nihil ſibi ſervans, etiam facundiæ labores : *Omnia ei qui me in ſortem accepit, & ſervavit dono dedi, poſſeſſiones, κτῆσιν* &c : eadem paſſim repetit Gregorius in orationibus & in carminibus.

Carm. al. 59. v. 1. 2. 3. 4.

Ibid. v. 13, & ſeq.

Orat. 2. p. 50.

Quod autem Gregorii teſtamentum ſpectat, nihil in eo reperias, quod noſtræ adverſetur ſententiæ, imò nihil quod non faveat. Ut enim omittam tunc temporis non tantùm teſtari, ſed etiam hæreditates adire monachis licitum fuiſſe, legibuſque conceſſum; bonorum, de quibus in teſtamento ſtatuit, non dominus, ſed procurator tantùm & adminiſter fuit. Hæc enim omnia jam dudum abjecerat : *Omnemque meam ſubſtantiam catholicæ Nazianzi Eccleſiæ conſecravi*, inquit, *ad pauperum, qui ſub eadem ſunt eccleſia, miniſterium ;* atque ita omnia abjecit, ut *ea de cauſa tres alendis pauperibus curatores inſtituerit.* Non de rebus ſuis, quæ nullæ erant, quippe omnia abjecerat, teſtamento ſuo ſtatuit; ſed confirmat, quod jam pridem deſtinaverat, ſanctorumque parentum voluntati obſequitur. Veniam ſibi dari poſtulat, quod nihil poſſit dare Alypianæ dulciſſimæ filiæ; rationem hanc addit : *Quippe qui omnia jam pauperibus deſtinavi, aut potiùs beatiſſimis parentibus, qui ita polliciti erant, obſecutus ſum, quorum voluntatem irritam reddere, nec ſanctum, nec tutum arbitror.*

Hæredem ſuum hoc teſtamento inſtituit Gregorium monachum : *Hæres meus eſto Gregorius monachus ;* additque poſtea : *ita quidem ut ipſe meam omnem ſubſtantiam, mobilem & immobilem, ſanctæ catholicæ Nazianzi Eccleſiæ*

reſtituat .... ſcienſque .... in eam rem ſe inſtitutum hæredem, ut per ipſum Eccleſiæ omnia ſine fraude conſerventur. Poterat ergo Gregorius, quamvis monachus eſſet, & omnia abjeciſſet, fontem & exiguum hortum habere. Sic Gregorii teſtamentum confirmat eum vitæ monaſticæ profeſſioni addictum fuiſſe, difficultateſque omnes diſſolvit, nedum impedimento eſſe & difficultatem poſſit aliquam parere.

Achillæum Thomaſſini argumentum, ad expugnandam Gregorii monaſticam profeſſionem, ſunt hæc Gregorii verba:

Carm. de vita ſua, v. 310, 311.

Μέσην τιν' ἦλθον ἀζύγων καὶ μιγάδων,
Τῶν μὲν τὸ σύννουν, τῶν δὲ τὸ χρηστὸν φέρων.

Mediâ inter illos hoſque procedo viâ,
Meditans ut iſti, commodum illorum æmulans.

Quæ verba, ſi viro docto fides, ſignificant Gregorium, cùm deliberaſſet quodnam vitæ genus inter ſolitudinem monachorum & vitam in media civitatum turba ſequeretur, mediam iniiſſe viam, ut aliis prodeſſet, nec ſibi perniciem inveniret. Si ita Gregorii verba licet interpretari, fas ſit dicere cum poëta:

Horat. Ep. lib. 2, Ep. 1. *Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.*

Quàm longiſſimè Thomaſſinus aberrat a mente Gregorii! quam ſi velimus aſſequi, paulo ſuperiora repetenda ſunt verba:

Carm. de vita ſua, v. 270. & ſeq.

Πρῶτον δὲ τοῦτο φιλοσοφῆσαι πεφυθέμην,
Ῥίψαι Θεῷ καὶ τἆλλα, καὶ πόνους λόγων,
Ὡς οἱ παρέντες μηλοβότῃς τὰς οὐσίας,
Ἢ χρυσὸν ἀθροίσαντες εἰς ἅλμης βύθους.

Primum quidem philoſophari ſtatueram,
Ut Deo projicerem & alia omnia, & facundiæ labores;
Velut qui agros pecudibus paſcendos reliquerunt,
Vel aurum congeſſerunt in maris profundum.

Gregorius his certè verbis declarat, ſe jamdudum omnia abjeciſſe in perpetuum, deſiderio philoſophiæ, id eſt, ut monachi vitam exerceret; quod ad vitam monaſticam requirit & ſufficere fatetur ipſe Thomaſſinus; neque enim plura fas eſt requirere. Id autem decreverat Gregorius jamdudum, id fixum ſtatutumque erat:

Ibid. v. 282, 283.

Τὸ μὲν τὰ σαρκος ἐς βύθους ῥίψαι, πάλαι
Δεδογμένον τ' ἦν, καὶ τότ' ἤρεσκε πλέον.

Ea quidem quæ carnis ſunt, in profundum projicere
Dudum ſtatutum erat, tuncque placebat magis.

Hoc fixum animo Gregorii ſedebat, votoque ſanctiſſimus Præſul adſtrictus
Orat. 2. al. 1. tenebatur, quod *in maximis graviſſimiſque periculis*, cùm Athenas mari peteret, *Deo voverat.* Nulla jam de eo deliberatio.

Quid igitur illud erat, de quo Gregorius intus amicos ad conſilium vocat?

Ibid. v. 278, 279.

Ἐνδον καθίζω τῶν φίλων κριτήριον,
Ἐμῶν λογισμῶν, γνησίων παραινετῶν.

Intus amicos in conſilium voco,
Meas cogitationes, quæ ſinceræ ſunt hortatores.

Ibid. Scilicet Gregorius « inter ea quæ præſtantiora ſunt, id quod præſtantius » eſt quærebat; nam quæ carnis ſunt, in profundum abjicere dudum

» ſtatutum erat, tuncque placebat magis. Conſideranti autem vias quæ ad » Deum ducunt, quænam melior eſſet, invenire non facile erat. Aliud » enim, aliorum habitâ ratione, bonum aut malum videbatur, ut ſæpe fit, » ubi quid agendum eſt. Longam veluti quandam peregrinationem medita- » batur. Navigationem quidem effugerat & maris labores, ſed inveſti- » gabat quænam expeditior eſſet via. Magnifaciebat Eliam Theſbiten, » Carmelum, deſertum Joannis præcurſoris, filiorum Jonadab vitam ſine » apparatu; verùm rursùs eum tenebat ſacrorum librorum amor, res cum » deſerto & quiete non quadrans. In utramque partem ſæpe delatus, » tandem inter ſua deſideria ſic litem diremit, mentiſque agitationem cohi- » buit: videns enim eos, quos actuoſa delectabat vita, aliis quidem utiles, » ſibi autem inutiles ac malis agitari; eos autem qui vale ſæculo dixerunt, » ſtabiliores quidem eſſe, ac in Deum placidâ mente reſpicere, at ſibi ſolis » prodeſſe, anguſtâ caritate, vitamque inſolitam & aſperam traducere; » mediam inter utroſque viam iniit, meditari ut hi, prodeſſe ut illi » ſtatuens ». Hinc Gregorio Eremitarum atque etiam Anachoretarum vivendi genus arridebat, hinc Cœnobitarum. Sed in illis, quòd ſibi ſolis utiles eſſent; in iis verò quòd aliis quidem utiles, ſibi verò eſſent inutiles, diſplicebat. Itaque mediam iniit viam inter Eremitas & Migades, id eſt, inter Eremitas & Cœnobitas; illorum ad cœleſtia converſionem, & iſtorum caritatem retinens, ut ſibi & aliis utilis, maximè parentibus, eſſet.

Ea igitur fuit deliberatio Gregorii, utram ex duobus monachorum generibus, Eremitarumne an Cœnobitarum vitam ſequeretur. Ac veluti qui in aliquo periculo gravi conſtitutus, ſe vitam religioſam profeſſurum Deo pollicitus, etiam voto ſe obſtrinxiſſet; deinde ſecum reputans, quomodò promiſſum faciat, varia hujus temporis virorum religioſorum inſtituta & leges, Trappiſtarum ſcilicet, Mendicantium, &c. perpendit; demum, habito ſecum conſilio, vitam Trappiſticam ut aſperiorem refugit, Mendicantium autem ut nimis actuoſam & ſibi minus utilem reſpuit, Deo militare ſub regula ſancti Benedicti mavult: iſne monachus dicendus, & vitam monaſticam amplexus videri poſſet? Credo equidem. Atqui hoc ipſum eſt quod præſtitit Gregorius, cùm habitâ ſecum deliberatione utrum vivendi genus, an Eremitarum, an Migadum ſequeretur, unum ex utroque temperatum amplexus eſt cum Baſilio; qui vitam ſolitariam & cœnobiticam præclarè inter ſe reconciliaverat & permiſcuerat, exſtructis monaſteriis quæ ſociata vitæ utriuſque commoda, nulla autem permixta habebant incommoda.

Hoc ſi non ſtatim atque optaſſet, certè quàm primùm licuit, vitæ genus ſecutus eſt Gregorius; & ſeceſſit ad Baſilium, unàque cum eo Ponticam ſolitudinem incoluit: « Degebant tamen ſinguli, inquit Annalium » eccleſiaſticorum parens ex Rufino, in ſingulis cellulis ſeparatis, ita » tamen inter ſe diſtantes, ut non incommoda ſæpius conveniendi daretur » facultas. Id etenim ex Gregorii epiſtola, quam tunc in eremo agens ad » Amphilochium, in eadem ſolitudine philoſophantem, ſcripſit, facilè » poteſt intelligi.

Apud Boll. 9 Maii in vita Gregorii. c. 5. p. 837.

Ep. al. XII.

» Qualis autem fuerit ejus habitatio & victus, pergit Baronius, ex his » etiam aſſequimur, quæ idem ad Baſilium, poſtquam inde receſſerat, » ludens ſcribit his verbis »: *Quoniam quæ jocando ad te ſcripſimus, æquo animo fers, ea quoque quæ deinceps ſequuntur adjiciemus, ex Homero autem initium ducetur:* Nunc age, progrediens internum concine, quæſo, ornatum; *tugurium videlicet & tecto & januis carens, focum ignis & fumi expertem, parietes igne exſiccatos, ne luti guttis impetamur, Tantalis ſimiles, eâdemque*

Ep. al. VIII.

pœnâ mulctati, nimirum in aquis ſitientes, miſerandas illas epulas & jejunas, ad quas è Cappadocia, non tanquam ad Lotophagorum paupertatem, ſed veluti ad Alcinoi menſam, nos novi & ærumnoſi naufragi vocati ſumus. Memini enim panes illos & juſcula, ſic enim nominabantur, ſemperque meminero, dentibus circa fragmenta collabeſcentibus, ac poſtea erectis, velutque è cœno retractis; quæ ſublimiùs tu amplificabis, propriis calamitatibus videlicet orationis magnitudinem tibi ſuppeditantibus. Quibus niſi illa magna, & pauperum verè ſtudioſa, mater tua nos quàm celerrimè liberaſſet, nobiſque tempeſtate jactatis velut portus extitiſſet; jampridem apud vivos eſſe deſiiſſemus, fidei Ponticæ nomine non majorem laudem conſequentes, quàm miſerationem moventes.

Hæc licet joco Gregorius, ſeria tamen deſcribit. Quantâ enim vitæ auſteritate, cùm ipſe, tum ceteri monachi eandem ſolitudinem incolentes vixerint, ex his, quæ de ſibi ſubjectis monachis ad Hellenium ſcribit, ſatis apparet:

Carm. al. 47. *Ipſi enim*, inquit, *partim in antris ſolitariiſque, & ad terram ſtratis rudibuſque cubilibus delectantur; a domibus abhorrent, cognatamque cœleſtis ſapientiæ quietem amplectuntur: partim ferreis compedibus ſeſe excruciant, ut vitium unà cum corpore conficiant. Alii rurſum ferarum ritu parvis anguſtiſque domibus incluſi, ne mortalis quidem cujuſpiam vultum aſpiciunt, ac ſæpè etiam totos viginti dies, totidemque noctes, a cibo abſtinent, dimidiaque ex parte Chriſti jejunium imitantur; utque nonnihil ipſe glorioſi prædicem, quidam illorum mei gregis ovis erat, hinc parvo quodam oppido egreſſus. Sunt inſuper qui garrulam linguam quaſi vinculis quibuſdam aſtringunt, labiaque ſilentio comprimunt, ſummæque illi Menti laudis ſacrificium ſolâ mente offerunt. Eſt etiam qui annos integros in templo ſtans, puras ad Deum manus expanderit, nec, quod vix cuiquam fidem facturum eſt, vel tantillum obdormierit, ſed vivi lapidis inſtar Chriſto defixus ſteterit, ac velut obriguerit. Huic porrò exigui cibi reliquias vicinus corvus impertiebat, panemque integrum, ſi duo fortè eſſent, afferebat. Quin etiam quo tempore Chriſtus ſalutifero illo ſupplicio perfunctus mortale reliquit, inventus eſt quidam, qui hinc ad divinum montem aſcenderet, ibique & ſermone, & mente, & membris immotus ſtans, ventis nivibuſque jactaretur; nec, quanquam alioqui plures viri pii eum circumſtarent, & ab eodem obnixè contenderent, ut aliquam ſui corporis rationem haberet, precibus tamen ullis moveretur; ſed Chriſtum regem fortiſſimè conſertis, ut dici ſolet, manibus retineret.*

Carm. al. 4. Alibi de Ponticis monachis hæc habet Gregorius: *Plerique ſub ferreis vinculis ingemiſcunt, alii rurſus pro cibo cineres habent, ſunt quibus potus lacrymis temperatur; alii hybernis nivibus impetiti, quadraginta dies, totidemque noctes, velut arbores quædam perſtant, corde nempè è terra migrantes, Deumque ſolum in mente habentes. . . . Quid denique eos commemorem, qui oculos claudunt, & aures velut peſſulo quodam obdunt, nè aculeus quiſpiam mortis furtim irrepat? At hæc medicamenta carni hoſti meo propino.* Hæc Gregorius, qui hæc

Carm. al. 54. etiam alibi fuſiùs: *Carnem meam ætatis flore laſcivientem & æſtuantem multis ac crebris laboribus attrivi, ventris ſatietatem vicinamque rabiem ſuſtuli, oculos temperantiæ adjumento palpebris infixi, iram abrupi, membra devinxi, riſum deploravi; omnia Chriſto ceſſerunt, priora omnia conciderunt. Terra mihi lectus fuit, aſperrima veſtis membra contexit; pervigilia etiam & lacrymarum imbres adhibui: interdiu labori humeros ſubjunxi: hymnis totâ nocte concinendis corpus inſtar ſtatuæ defixi; nullam omninò humanam voluptatem nec in animum quidem & cogitationem admittens. Atque hoc quondam mihi vitæ inſtitutum erat.*

Sic mediam viam iniit Gregorius inter Eremitarum & Migadum vivendi rationem, cœnobiticam amplexus ex utraque temperatam a Baſilio. Is primus omnium Cœnobitas in Oriente inſtituit, legeſque condidit, quas etiam exemplo docuit unà cum Gregorio, qui Baſilio in condendis Cœnobitarum regulis atque

atque etiam ſervandis ſocius fuit, ut conſtat. Itaque ambo jure ac meritò Cœnobitarum Patriarchæ habendi ſunt, qui leges monachis condidere, monaſteria extruxere & vitam monachi exercuere, ut Benedictus in Occidente.

Præter privatas cujuſque exercitationes, quas ex Rufino deſcribit Baronius, erant communia utrique exercitia; a quibus cùm aliquando abſtractus fuiſſet Gregorius, hæc ingemiſcens ſcripſit: *Quis mihi dabit ut priſtinorum dierum afflictionem, in quibus tecum jucundiſſimè vixi, vel menſem unum ferre liceat? quoniam res triſtes, quæ ſponte feruntur, coactis deliciis potiores habentur. Quis dabit mihi pſalmodias illas, & vigilias, & ad precandum receſſus, vitamque illam quaſi ſpiritualem & incorpoream? Quis fratrum, qui a te in pietate inſtituuntur & in ſublime eriguntur, unanimitatem dabit & concordiam? Quis virtutis certamen & acumen, quod præſcriptis modis & canonibus ſtabiliebamus? Quis divinorum oraculorum exercitium, inque illis cum ſpiritûs moderamine inventam lucem? aut, ut minora ac leviora dicam, quis dabit quotidianas illas & manuarias operas? Quis lignorum findendorum, comportandorum, ac componendorum laborem & lapidicinas? Quis conſitiones & irrigationes plantarum? Quis platanum illam auream, Xercis platano præſtantiorem, in qua non rex mollis & enervatus, ſed monachus afflictus & debilitatus? quam ego plantavi, Apollo rigavit, hoc eſt excellentia tua, Deus autem in honorem noſtrî provexit.* Ruf. lib. 2. c. 9 Bar. apud Boll. 9. Maii p. 388. Epiſt. al. 9.

Quo tempore Gregorius in ſolitudine verſabatur, & monachi vitam cum Baſilio exercebat, crebris ſuorum literis cùm Baſilius Cæſaream revocaretur, reſpondit: *Nunc quoniam per gratiam Dei voti noſtri pro viribus compotes facti ſumus, organum benedictum puteumque profundum adepti, Gregorium, os illud dico Chriſti; parumper nobis, obſecro, parumper hanc morulam indulgete, quam non ad hoc petimus, ut urbium ſectemur delicias, ſed ut fruamur Sanctorum convictu.* Gregorium quoque pietas erga parentes ſolitudinem relinquere & Nazianzum reverti compulit; nec tamen intereà quod voverat, id eſt, monachi vitam, in paterna domo agere ceſſavit: *Adeò ut*, inquit, *philoſophiam quoque ipſam, quâ nec poſſeſſio ulla, nec nomen ullum mihi carius eſt, contempſerim; vel, ut veriùs loquar, hoc primùm ſtuduerim, ut ne philoſophantis ſpeciem præberem.* Quod externum eſt in vita monachi, vel, ut ipſius verbis utar, *philoſophantis ſpeciem*, amore parentum deſpexit, ὡς καὶ φιλοσοφίας ὑπεριδεῖν αὐτῆς; ſed intus verè monachi vitam agebat: ut enim ait ipſe Gregorius: *Morum eſt, non corporum, vita monaſtica:* Apud Boll. 9 Maii, p. 388. Or. 2. p. 59.

Τρόπων γὰρ εἶναι τὴν μονὴν, ἀ σωμάτων. Carm. de vita ſua.

Obſervare juvat Gregorium à ſolitudine abductum metu ne *benedictionem paternam amitteret:* ἐκ ἠνεγκα.... καταλυθῆναι τὴν εὐλογίαν: quo poſteà metu depulſo, nempe poſt ſanctorum mortem parentum & abdicatam ſedem Conſtantinopolitanam, totam *philoſophiam*, *quâ nec poſſeſſio ulla*, *nec nomen ullum ipſi carius erat*, id eſt, ipſam *philoſophantis ſpeciem* & nomen amplexus eſt; & tam exteriùs quàm interiùs, *ruri*, ut ſcribit Hieronymus, *vitam monachi exercuit.* Or. 2 p. 59.

Priuſquam hinc diſcedamus, & Gregorii locum, qui objicitur ex carmine primo, relinquamus; voces quædam explanandæ ſunt, ut vitilitigatoribus occurratur. Ἄζυγον, ἄζυγὸς, *injugatus*, *cœlebs*, vulgò redditur: verùm apud Gregorium, qui hanc vocem huic voci μιγάδων opponit, accipi debet de Eremita, Anachoreta, vel quolibet Monacho, qui omnino ſolus eſt, nec ullum habet ſocium. Ideò Bollandiſtæ interpretantur *Solitarios:* Leuvenklaius ad marg. γρ. καὶ ἐρημικῶν. Aliter interpretari vocem hanc non ſinunt, quæ præcedunt & quæ ſequuntur in Gregorio. Vereor, ne doctus Sirmundus in vita ſancti Theodori Studitæ, num. v. p. 7. minus rectè verterit hæc verba: τῶ κοι-

νωνικῆ βίᾳ τὸν ἄζυγα προτιμήσαντας, cœlibem vitam conjugio anteponentes : κοινωνικὸς βίος namque in Gregorio Orat. XXI. n°. 19. de vita cœnobitica ſunt accipienda.

Μιγάδων, alia vox exponenda eſt, ſi quidem viros doctos in errorem impulit. Μιγάδες accipit Gregorius pro Cœnobitis; quo ſenſu vox illa à pluribus accipitur, in quorum numero ſunt ſanctus Chryſoſtomus, Hom. in falſos prophetas; Theophilactus in Marcum c. 4. ἄλλοι μέν εἰσι παρθένοι καὶ ἐρημικοί· ἄλλοι μιγάδες καὶ ἐν κοινοβίῳ· ἕτεροι λαικοὶ καὶ ἐν γάμῳ ; id eſt, *alii quidem virgines ſunt & ſolitarii : alii mixti & in cœnobio ; rurſus alii laici & in conjugio viventes.* Verùm a nullo alio certiùs ac meliùs diſcere poſſumus quàm ab ipſo Gregorio quid ſignificare voluerit voce μιγάδων. Primùm quidem in Oratione ſecunda n°. 29. conjugatos a continentibus ſecernit, hoſque inter Eremitas Cœnobitis aut mixtis opponit : *Quantum*, inquit, *intervallum inter conjugatos & cœlibes.... quantum ex his rursus inter Eremitas & Cœnobitas, qui permixti communiter degunt*, id eſt, Migades. In Oratione XXI eâdem utitur diſtinctione, ſed mutatis verbis, ut magis illuceſcat oppoſitio : οἱ τῆς ἐρημίας ... οἱ τῆς ἐπιμιξίας. In eadem Oratione Eremitas eos eſſe ait, *qui vitam prorſus ſolitariam, & ab hominum ſocietate remotam agunt, ſuî ipſorum tantùm & Dei colloquio fruentes ;* quibus opponit Cœnobitas : *alii autem caritatis legem per communionem & ſocietatem colentes, ſolitarii ſimul & cœnobitæ ſunt*, &c. ἐρημικοί τε ὁμοῦ καὶ μιγάδες. Ecquis jam erit, qui Cœnobitas fuiſſe μιγάδες, & Gregorium qui inter Eremitas & Migades mediam iniit viam, vitam monaſticam exercuiſſe negaverit? Niſi fortè qui velit Monachos non fuiſſe Eremitas & Cœnobitas, quos cùm Athanaſius exul peragraret Ægyptum, conſociavit; nec Baſilii diſcipulos, quos, ex Eremitis & Migadibus præclarè inter ſe reconciliatis, congregavit; quibus etiam leges condidit, aſceteria & monaſteria extruxit.

§. IV.

Cujuſnam Eccleſiæ Epiſcopus habendus dicenduſque ſit Gregorius, qui vulgò Nazianzenus appellatur, inveſtigatur.

PRIMÒ quidem Saſimenſis Eccleſiæ, quæ recèns a Baſilio ſedes erecta erat, epiſcopus conſecratus fuit Gregorius ab ipſo Baſilio & patre Gregorio compellentibus. Huic ordinationi, ſi minùs animum, ſaltem cervicem inflexit: ſed cùm ad capeſſendam ſedem nullus pateret aditus, quam ſcilicet Anthimus armatis militibus occupatam tuebatur, abjectis Saſimis, in ſolitudinem ſe contulit; nec oblationem, nec ordinationem, nec quidquam eorum quæ apud epiſcopos in more & inſtituto ſunt, Saſimis peregit, ut ipſe teſtatur; ſed ſimul atque conſecratus eſt epiſcopus, fugam quam animo conceperat, arripuit.

Deinde revocatus è ſolitudine, regimen eccleſiæ Nazianzenæ, jubente iterum patre, qui præ ætate huic adminiſtrandæ impar erat, verùm eâ conditione, ut mortuo patre liber eſſet abire quò vellet, ſuſcepit. *Ad breve tempus*, inquit ipſe Gregorius, *& quaſi hoſpites, præfecturam ſuſcepimus :* accepit quidem, ſed mortuo patre eam abjecit.

Ep. al. 42.

Denique Conſtantinopolim accerſitus ab epiſcopis Thraciæ & orthodoxis, ut cauſam fidei contra graſſantes latèque dominantes in regia civitate Arianos, Macedonianos aliaſque veritatis peſtes tueretur, cùm adveniſſet, fideique cauſam defendiſſet, hæreticos profligaſſet, errores fugaſſet, collapſam fidem reſtituiſſet, & omnium animos ſibi conciliaſſet; totius populi clerique conſenſu, annuente Theodoſio Imperatore, in ſede Conſtantinopolitana, pulſo Demophilo, pulſo etiam Maximo, non tamen repugnans ut antea, collocatus eſt a ſancto Meletio, Concilii generalis, quod tum celebrabatur, præſide.

Ortis deinde querelis inter epiſcopos, arreptâ occaſione, Gregorius abdicat ſe epiſcopatu, effringit vincula, & gaudio geſtiens patriam repetit, optatâ ſolitudine ſe fruiturum ſperans.

Quo tempore, Conſtantinopoli relictâ, in patriam reverſus eſt Gregorius, adhuc paſtore deſtituta erat Nazianzena eccleſia, Apollinariſtarum inſidiis patens. Hujus periculo permotus Gregorius, rogantibus epiſcopis & univerſo populo, illius curam, donec præficeretur epiſcopus, ſe ſuſcepturum promiſit: quo præfecto, fugit iterùm in ſolitudinem.

Eſto nunc judicium Lectoris, cujuſnam Eccleſiæ Gregorius habendus & appellandus ſit epiſcopus, & an tres epiſcopatus habuerit. Nemo, opinor, dicturus eſt eum fuiſſe Saſimenſis Eccleſiæ præſulem. Certè nuſpiam ſcripſit Gregorius ſe hujus Eccleſiæ epiſcopum renuntiatum fuiſſe, ut ipſe loquitur, κηρυχθέντα; hoc eſt, ullo præconii genere declaratum. Deſignatum quidem, propoſitum, inauguratum etiam hujus Eccleſiæ epiſcopum ſe fatetur in Oratione nona undecimaque paſſim & in epiſtola al. XLIV. *Non Nazianzi*, inquit, *ſed Saſimorum* (Epiſcopus) *deſignati*, ſeu mavis, *propoſiti ſumus*: Σασίμων δὲ προεβλήθημεν. Id enim hoc verbum eo loci ſonat, ſenſu ſæpius a voce *prædicari & renuntiari* diverſo; quod vel ex Sozomeno patet, Hiſt. lib. v. cap. 8, & Socrate lib. v. c. 8. necnon & Cyro Prodomo, in titulo epigrammatum ſuorum in hanc ordinationem Gregorii:

Εἰς Γρηγόριον προβαλλόμενον εἰς Σασίμα.

At neque hîc, neque uſquam alibi epiſcopum Saſimenſem renuntiatum ſe Gregorius dixit; imò attendenti certò negaſſe videtur. Quemadmodùm enim Nazianzi *deſignatum*, propoſitumve epiſcopum hîc ſe negat, ac Saſimorum fatetur; ſic ille Nazianzo ſe renuntiatum epiſtolâ al. CCXXV. fatetur, ac de Saſimis negat, quorum *deſignatum propoſitumque* epiſcopum fuiſſe ſeſe conceſſerat. *Ego certè*, inquit, *ſi corpore quidem ita me haberem, ut Eccleſiæ poſſem Nazianzenæ præeſſe, cujus ab initio præſul ſum renuntiatus, minùs autem Saſimorum, ut vobis haud rectè nonnulli ſuadent.* Hæc ſunt Gregorii verba, quæ non bene vetus interpres reddidit.

Porrò nihil obeſt, imò plurimùm juvat, renuntiationem illam *ab initio*, ſeu primam a Gregorio vocari, cùm Saſimorum, ob quæ primùm ad epiſcopatum aſſumptus, deſignatus ante fuiſſet quàm Nazianzo renuntiatus: multò obſit minùs de renuntiatione tacita tantùm aut non publica; id a Gregorio aliis in locis explicatum. Quin inde colligas, nullo Saſimis, nec taciti quidem, nedum ſolemnis genere præconii renuntiatum: quippe de Nazianzo concedit Gregorius, de Saſimis expreſsè negat; de illis viciſſim quod affirmat, negat de Nazianzo.

Erant itaque diverſi generis renuntiationes epiſcoporum, publicæ & canonicæ aliæ, aliæ non ita. Vulgata res eſt, maximè in Oriente, *populi totius ſuffragiis*, ψήφῳ τῷ λαῷ παντός, tunc temporis electos eſſe epiſcopos, uti de Athanaſio ſcribit Gregorius; vel ut habet Concilium Calcedonenſe, Actione XVI. *paſcendorum omnium calculis*. Exempla longiùs petenda non ſunt: Nectarius in ſede Conſtantinopolitana Gregorio ſubrogatus eſt, *communibus*, inquit Sozomenus, *Synodi ſuffragiis*; ipſique Conſtantinopolitani Patres *ad epiſcopos Romæ congregatos* eumdem a ſe ſcribunt ordinatum *univerſi cleri totiuſque ſuffragiis civitatis*, παντός τε τοῦ κλήρου, καὶ πάσης ἐπιψηφιζομένης τῆς πόλεως. Moxque de Flaviano Antiocheno: *Canonicè*, vel, *uti canones jubent*, *totâ illâ eccleſiâ ſuffragante, ordinarunt epiſcopi illius provinciæ & diœceſeos Orientalis*: οἵ τε τῆς ἐπαρχίας καὶ τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως .... κανονικῶς ἐχειροτόνησαν πάσης συμψήφου τῆς ἐκκλησίας. In Concilio Calced. act. XI. Stephanus Epheſinus ſe canonicè electum probat, his verbis: quia, & *populus*, inquit, & *clerus*, & *epiſcopi*, epiſcopum me conſtituerunt. Idem Concilium, Act. XVI, non

Orat. 21. p. 390.

Hiſt. l. 7. c. 7.

Con. Conſt. 1. Ep. Syn. t. 2. Conc. p. 966.

alios agnoſcit epiſcopos, præter eos, *qui decreto facto a clericis uniuſcujuſque metropolis & poſſeſſoribus*, κτητόρων, *& clariſſimis viris, ſuper hæc & a reve-*
Apol. 2. *rendiſſimis epiſcopis provinciæ omnibus aut pluribus* inſtituti ſunt. S. Athanaſius Gregorium negat eſſe epiſcopum Alexandrinum, quia *neque plebi cognitus,*
Hiſt. lib. 4. c. 22. *neque poſtulatus a presbyteris fuerat.* Manifeſtiùs de Lucio Theodoretus ait : *Non in orthodoxorum epiſcoporum Synodo, non ſuffragio legitimorum clericorum, non poſtulatione plebis, ut eccleſiæ leges præcipiunt, ordinatus eſt.*

Nunc verò de conſtituendis erigendis-ve novis epiſcopatibus, veluti Saſimenſi, ad quem potiſſimùm collimat hæc oratio, quid Patres definierint ut conſtet, ecce Concilii Sardicenſis canon ſextus : *Provinciæ epiſcopi debent in iis urbibus epiſcopos conſtituere, ubi etiam priùs epiſcopi fuerunt. Si autem urbs aliqua inveniatur tam populoſa, ut ipſa epiſcopatu digna judicetur, accipiat,* iiſdem profectò legibus,& a provinciæ ſuffragantibus epiſcopis; quod vel Conciliis definitum. In Carthaginenſi ſecundo, can. 5. de novis ſedibus erigendis præſcribitur, ut *populus Dei multiplicatus ſit;* deinde *ut deſideraverit*, ſeu poſtulaverit epiſcopum ; tum ut fiat *cum ejus voluntate in cujus poteſtate eſt diœceſis.*
Can. 65. Concilium vulgò dictum Africanum addit : *Placuit ut plebes, quæ nunquam habuerunt proprios epiſcopos, niſi ex plenario Concilio uniuſcujuſque provinciæ & primatis, atque conſenſu ejus ad cujus diœceſim eadem eccleſia pertinebat, decretum fuerit, minimè accipiant.* Ad confirmanda hæc omnia vel ſufficeret Epiſtola Gregorii, aliàs XXII, ubi de Baſilii Magni electione : ſed ad aſtruendam Occidentalis eccleſiæ hac in re cum Orientali conſenſionem, Sidonius Apollinaris, lib. 4. Ep. 25. & lib. 5. Ep. 5, 8 & 9. hujus renuntiationis ſpecimen exhibet : *In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Simplicius eſt, quem provinciæ noſtræ Metropolitanum, civitati veſtræ* (Biturices) *ſummum ſacerdotem fieri debere* (Sidonius) *pronuntio. Proclamationum* formulas, quo nomine appellat Morinus, plurimas ipſe ſuppeditat, de ſac. ordin. Exerc. 1. c. 3. Inſignior autem illa eſt, quam ex Euchologio Cryptæ Ferratæ idem profert : *Suffragio & approbatione Deo maximè amabilium epiſcoporum, & ſanctiſſimorum presbyterorum & diaconorum, divina gratia . . . promovet hunc . . . in epiſcopum urbis* &c.&c. E Vaticano exemplari aliam exhibet, in qua dicitur *ſuffragio & approbatione SS. Metropolitanorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum*, &c. atque ex Cedreno relatam in tranſlatione epiſcoporum formulam eandem adducit. *Hæc eſt*, inquit vir doctus, *electionis legitimæ jam factæ denuntiatio publica, fieri ſolita cùm epiſcopus ad ordinationem*, adde, & ad inthronizationem *accinctus eſt.*

Tales erant in eccleſiis omnibus publicæ, legitimæ, canonicæ electiones, renuntiationes, ordinationes epiſcoporum : tacitæ verò, & ut ita dicam, interpretativæ, quales irritas eſſe decrevit Antiochena Synodus anno 341. can. 16. qui citatur in Conc. Calced. Act. 11. (*a*) *Si quis epiſcopus vacans in eccleſiam vacantem proſiliat, ſedemque pervadat, abſque integro perfectoque Concilio, hic abjiciatur, etſi cunctus populus quem diripuit, eum habere delegerit.* Et infra can. 21. (*b*) *Nec vi coactus a populis, neque ſi etiam hoc ei ab epiſcopis ſuadeatur*, vacantis eccleſiæ, *qui propriam deſeruit*, habetur epiſcopus. *Ubique integræ & plenariæ Synodi decretum* requiritur, & ut *nullas ordinatio ſecus facta vires habeat* canone 19 decernitur. His expoſitis, facilè dijudicare eſt an epiſcopus Saſimorum Gregorius habendus ſit.

Magni Baſilii factum, quanquam a pluribus minimè probatum, arguere non auſim : at certè, quod Sardicenſe Concilium poſtulat ad novos epiſcopatus conſtituendos, Πληθύνσα πολις, *Populoſa plebs*, nequaquam erant Saſima : *non*

(*a*) Εἰ τις ἐπίσκοπος χολάζων ἐπι χολάζουσαν ἐκκλησίαν ἑαυτὸν ἐπιῤῥίψας ὑφαρπάζοι τὸν θρόνον δίχα συνόδε τελείας, τοῦτον ἀποβλητον εἶναι, καὶ εἰ πᾶς ὁ λαὸς, ὃν ὑφάρπασεν, ἕλοιτο αὐτὸν.

(*b*) Μήτε ἀπὸ λαῶν ἐκβιαζόμενον, μήτε ὑπὸ ἐπισκόπων ἀναγκαζόμενον.

multiplicatus

multiplicatus Dei populus, ut Carthaginenſe requirit; epiſcopum nec poſtulaverat, nec deſideraverat plebs Saſimorum; ejuſdem eccleſiæ cleri ac populi nulla convocatio, coitio nulla; nec epiſcoporum provinciæ plenaria Synodus, ut Antiochenum & Africana ſanciunt, ulla intervenerat; nullus *conſenſus* ejus, *in cujus poteſtatem diœceſis*, tum dubii juris, poſtea tandem, ipſo conſentiente Baſilio, ceſſit. Adeò Primatis ſuffragium non acceſſerat, ut armatâ propemodum manu repugnaret Anthimus, quem *martium & pugnacem* virum feſtivè Gregorius appellat. Itaque epiſcopum eundem Epiſtola, aliàs XXXIII. adversùs ordinationem ſuam, cum aliis quibuſdam epiſcopis, multa cauſatum, ſcribentem, minitantem, poſtulantemque Synodum inducit. Undè Baronius: *Exiſtimamus*, inquit, *quòd Anthimus alium Saſimis, quæ ſibi vindicaſſet, epiſcopum ordinaverit; & Baſilius, ad dirimendas eccleſiæ controverſias inter Catholicos periculoſo illo tempore obortas, Anthimo pugnaci homini loco ceſſerit.*

Ep. al. 31. Ἀρίστου Ἀνθίμου.

Baron. an. 371. n. 107.

Illuc fortaſsè referri poſſit illud Epiſtolæ, aliàs XXXIII, *epinicium* quod de Gregorio *quaſi devicto* concinebat Anthimus; illique etiam verſus, quibus Ægyptii præſules ſuggillantur: *Leges verſantes jam pridem mortuas, a quibus quàm maximè & manifeſtò eramus liberi.* Et quidem liber, etiamſi vera fuiſſent quæ illi objiciebant, Saſimorum præſulem eum eſſe renuntiatum, unde ad Saſima revocabant; ſed fruſtra certè, his etiam poſitis: quantò magis ſi falſa ſint, ordinato in ejus locum ſuffectoque epiſcopo, vel novo certè epiſcopatu extincto?

Ὥσπερ ἐπινίκιόν τινα .. ὡς ἡτιμένων. Carm. de vita ſua, v. 1813, 1814.

Conſtat enim alioqui cum Anthimo Baſilium in concordiam poſtea rediiſſe. Et quâ, quæſo, conditione, pacato Anthimi bello, Gregorius per bellum iſtud ex Antiocheni Concilii canone XVIII hucuſque liber, liber eſſe perſeveravit, idque palam ac *manifeſtò*, niſi alterutrâ ex his conditionibus acceptâ; vel ut Anthimi, cujus provinciæ Saſima cedebant, ordinatio valeret, vel ſanè locus epiſcopo careret? Alioqui ſi ejus loci renuntiatus erat epiſcopus, quod objiciebant adverſarii, jam nec occultis nec cognitis rationibus liber, ſed tunc eccleſiæ Saſimenſi manifeſtò Gregorius illigatus; imò & *communione privandus* ex ejuſdem Antiocheni Concilii canone XVII, *ſi ad eccleſiam ſibi commiſſam*, remotis jam impedimentis, *ire non acquieviſſet.* Liber itaque a Saſimis Gregorius ac liberrimus ſemper fuit, tum ante, tum poſt factam cum Anthimo pacem; etiamſi ad eam eccleſiam fuiſſet publicè & canonicè renuntiatus. Supereſt igitur ut tacitâ & occultâ, ſi dici liceat, renuntiatione, Saſimorum epiſcopus Gregorius fuerit: verùm ne id quidem ullâ ratione defendi poteſt. Neque enim conniventibus vel tacitè probantibus epiſcopis, clero, populis, quæ tacita renuntiatio eſt, unquam hanc eccleſiam adminiſtraſſe ullo modo dici poteſt; quam fortè nec adivit unquam, nec a limine ſalutavit, in qua nec ſedit, nec ut ſederet ullâ vi cogi potuit & adduci. *Certamen iniit pater*, inquit ipſe, *ut in Saſimenſi ſede me collocaret: ut autem non valuit* &c. Paulò poſt: *Datam autem ne minimùm quidem eccleſiam attigi; ita ut nec unum ibi ſacrificium Deo obtulerim, vel preces unà cum populo fuderim, nec clericorum cuipiam manus impoſuerim.*

Carm. de vita ſua, v. 497. & ſeq.

Ex his tum factis, tum dictis liquet, quis in Gregorio *renuntiationis & proclamationis* ſenſus: ille nimirum, qui hodieque initæ poſſeſſionis, & ut vocant, beneficii cujuſpiam *inveſtituræ;* ſeu fuerit illa *tacita*, cùm alicui ſedem invadenti, aut eorum ad quos conferendi beneficii non omninò jus pertinet precibus, vel etiam vi quadam eccleſiam adminiſtranti connivent, ſilentque veri patroni ac legitimi collatores beneficii; ſeu fuerit *renuntiatio* ad juris apices formamque legibus ſancitam, lectis & expoſitis patroni, regiſve *diplomate* conferentis, ſeu, ut vocant, proviſionibus, & *Bullâ*, ſi qua ſit, Papæ, aut *Viſa*, atque a promovente, in ſede ut plurimum eo qui promovetur collocato,

aliisque de more peractis, quibus hodiè quis vel episcopatûs, vel alterius beneficii possessor firmatur, aut certè, si alius intercedat, *denuntiatur*, & *prædicatur*, quod græca ipsa κηρύσσεται sonant; quanquam non eo id in Oriente, quo in his partibus, modo fieret. Sensum hunc exhibent verba Gregorii,
Epist. al. 42. contraria & opposita de Nazianzo Safimisque scribentis: Safimis *propositum*, designatum, ac si velis, nominatum antistitem, non autem Nazianzo; contra verò ecclesiæ Nazianzenæ non propositum, non designatum, non ordinatum
Epist. al. 225. episcopum, sed renuntiatum tamen, idque *primum* & *ab initio*, quanquam *non publico*, sed tacito tantùm genere renuntiationis: quæ quidem specie-tenus pugnantia, hâc ratione conciliari & intelligi possunt.

Ecclesiæ alicujus pastor non is censetur, nec in pastorum numerum refertur, qui ad eam electus, promotus, vel etiam ordinatus, jure tandem cadit; sed qui victâ causâ possessionem adit atque obtinet. Quâ igitur ratione Safimensis ecclesiæ episcopus dici posset Gregorius, qui Safima non attigit quidem, nec illic episcopalis muneris vices ullas obiit? Si Safima dixit *sua*, id non nisi ironicè: egregium illud Basilianæ amicitiæ munus ridet & exprobat. Vel etiam *sua* dicere potuit, quia sibi attributa, sibi oblata, sibi data, sed a dubio possessore.

Priusquam Safima dimittamus, exemplo rem illustrabimus. Beneficium, ut vocant illud, cui animarum cura incumbit, vulgò Curatum, uni clerico patronus; alter pro patrono se gerens alteri præsentet conferatque; aut certè in curia Romana quivis alius obtineat. Possessione jura sua firmet alter; alter aut arceatur, aut segniùs agat. Dum interim sub judice lis est, intra annum, ut fit, sacerdotio uterque initietur eâ mente & consilio, ut officio suo fungi valeat. Ad ecclesiam eandem ordinati ambo vel interea paciscantur, vel senatusconsulto possidenti jus asseratur, vel alter denique, minimè contentiosus, nec litium amans, æmulum ultrò sinat possessorem, ipsique suo jure cedat. Sacerdos quidem is erit, propositus etiam, designatus, ordinatusque ad ecclesiam illam, velut ad Safimensem Gregorius. Num idcirco dicetur illius loci sacerdos, & in pastorum hujus ecclesiæ catalogum unquam referetur? Minimè sanè; quia dubio semper aut controverso jure suo cecidit aut sponte cessit.

Quod ætate nostrâ *præsentationes*, *provisiones*, *collationes* vocant, hoc majores nostri ad hanc vel illam ecclesiam ordinationes appellabant; quia tunc nemo sine titulo ordinabatur. Quæ si alicunde cassæ haberentur & irritæ, nullum, ut ita loquar, ad extra sortiebantur effectum: & qui nullius loci sacerdos aut episcopus manebat, *Vacans*, σχολάζων, dicebatur. Talis fuit, ut ex dictis patet, ordinatio Gregorii ad Safima.

Fuerit ergo Gregorius ad Safima propositus, designatus, inauguratusque episcopus, ordinationi suæ consenserit, Safimensis tamen episcopus nec fuit, nec dici potest, nisi ab invidis & calumniatoribus; quippe qui nec apertè, nec tacitè; non canonicâ, non aliâ quavis ratione loci illius episcopus fuerit renuntiatus, nedum unquam in Safimensi sede collocatus & firmatus.

Quæ hactenus disputavimus, aperta, vera, certa, necessaria erant ad propulsandas a Gregorio nostro calumnias; apta etiam & commoda ad abstergendam a textu græco corruptionis notam, atque ad tollendam ab innumeris locis, qui pugnare inter se videntur, repugnantiam. Hac viâ nimirùm iniquæ de translatione ad sedem Constantinopolitanam quæstiones; de tribus episcopatibus, simulque nullo, meræ veteris invidiæ ac recentioris
Dupin, Bibl. eccl. tit. Gregorius. cujusdam Scriptoris seu calumniæ seu commenta; de corrupto Epist. CCXXV textu conjecturæ evanescunt; veraque sunt & expedita, quæ in Epistola aliàs XLII & iterum in Epistola aliàs CCXXV. & in aliis locis legenti negotia facessebant: quod ampliùs sequenti dissertatione de episcopatu Nazianzeno

patebit. Hanc claudet teſtimonium Nicetæ Paphlagonis tom. 6. Bibl. Concionatoriæ parte primâ ſub finem, quo quidem teſtimonio tota propemodum diſceptatio præſens ac proxima continetur.

Poſtquam narravit Orator, quomodo epiſcoporum, Antiocheni inprimis magni Meletii votis, Gregorius fuerit in ſede Conſtantinopolitana collocatus, objectioni occurrit pergitque: « At nemo illegitimè, contraque ac » ſacrâ Eccleſiæ regulâ ſtatutum eſt, ad tertiam eum arbitretur transferri » ſedem. Nam neque ea res tranſlatio eſt, ſed electio, primaque ac unica » in urbe Auguſta pro epiſcopi dignitate, atque munere ſedis collocatio. » Nam quòd primò Saſimis, uti dicebam, præfectus eſt, id ſolùm promo- » tionis causâ fuit, cùm neque ſedem receperit, nec omninò illic ordina- » verit, ullam-ve myſticam initiationem pro antiſtitis partibus celebraverit; » quòd nempe viculus ad ſuſtentandam epiſcopalem ſedem eſſet omninò » ineptus. Nazianzenam autem cathedram quondam curaviſſe, cùm pater illius » epiſcopus eſſet; at non ejus creatum eſſe epiſcopum, aut ſedem illam un- » quam ſuſcepiſſe. Solùm autem patris hortatu ac juſſu ut ſacri miniſterii » defectum impleret, ſic Eccleſiæ curam ſuſcepiſſe, ut ſenectæ fulcrum ac » paternæ imbecillitatis ſuſtentaculum audiret. Ita verò ſe rem habere, etiam » ex iis perſpicuum eſt, quæ ipſe ad Gregorium ſibi cognominem ſcribit: » *Inter omnes etenim conſtat me non Nazianzi, ſed Saſimorum antiſtitem crea-* » *tum*, (propoſitum) *fuiſſe, tametſi in patris reverentiam & eorum qui ſup-* » *plices hoc a me contenderunt, ad breve tempus, quaſi hoſpites præfecturam ſuſ-* » *cepimus*. Quòd igitur pater mortalem vitam divinâ commutaverat, vacantem » jam inventum divina Spiritus gratia, vitæque ac doctrinæ humanâ majore » præſtantiâ poſteà clariſſimum effectum, in urbis Auguſtæ ſolio quantùm » oculis conſpicuum erat, conſtituit; quantùm autem animo aſpectabile, » orbis terrarum bonum paſtorem magnumque antiſtitem præficit ».

Tom. 6. p. 631. col. 2. ex orat. in Gregorium.

Ep. al. 42. προεσδλήθημεν.

Rejecto Saſimenſi epiſcopatu, rejiciendus quoque Nazianzenus, & Conſtantinopolitanus eſt afferendus: id quidem exequimur. Abjectis Saſimis, Gregorius in ſolitudinem ſe contulit, è qua retractus roganti, vel jubenti patri id tantùm conceſſit ut *collaborans cum eo curam Eccleſiæ* Nazianzenæ *ſuſciperet*; eâ lege ac conditione, ut ne huic aſtringeretur Eccleſiæ, & parente mortuo, *pennam ſpiritui quò vellet & quoquomodo vellet ſuam permitteret deferendam, nec quiſquam foret, qui ſe cogere poſſet, aut aliò traducere repugnantem*. Mirum eſt, Gregorium Nazianzenæ Eccleſiæ epiſcopum appellatum fuiſſe, cùm tantopere præcaverit, ut ne huic Eccleſiæ alligaretur: multi tamen ſcriptores, veteres & recentiores, Theologo reclamante, eum Nazianzenum appellant, Socrates, Sozomenus, Gregorius ejus vitæ ſcriptor, Baronius, Bellarminus. Vetus & communis error eſt, manuſcriptis, qui nunc extant, longè antiquior, ipſique Gregorio ſuppar. Rufinus in prologo ad Orationes Gregorii latinè verſas ſcribit: *Defuncto patre ſuccedit in epiſcopatum apud Nazianzum*; & Hiſt. Lib. 11. c. 9. *in locum patris eundem ſubrogatum* aſſerit. Imò Hieronymus, qui familiariter cum eo Conſtantinopoli verſatus eſt, & qui eo magiſtro Scripturas ſe didiciſſe gloriabatur; *Gregorius*, inquit, *primùm Saſimorum, deinde Nazianzenus epiſcopus*.

Carm. de vita ſua, v. 500.

Or. 12. al. 8.

Ad Pamm. & Epiſt. 51. Lib. 1. cont. Jov. & de Script. eccl.

Quin etiam, notante Baronio ad annum 371, & in vita Gregorii apud Bollandum cap. IX, *ejus adverſarii id ei dabant crimini, eumque ob contumeliam appellabant triepiſcopum, cùm jam ſedis Conſtantinopolitanæ fuiſſet electus epiſcopus*. Sed tam diſertè Gregorius negat ſe fuiſſe Nazianzi epiſcopum, ut ipſi fides adhibenda ſit: *Manifeſtum eſt*, inquit, *omnibus me non Nazianzi deſignatum epiſcopum eſſe*. Non certum duntaxat & indubitatum, ſed manifeſtum; non amicis ſolùm & paucis, ſed *omnibus* omninò debuit eſſe *manifeſtum*. In

Epiſt. al. 42.

Carm. de vita ſua, v. 528. & ſeq. carmine autem de vita ſua : *Poſtquam*, inquit, *parentes exceſſere vitâ, & hâc ego calamitate liber ſum relictus, datam equidem Saſimenſem eccleſiam nullatenus attigi . . . Paternæ verò . . . exiguo ſanè tempore, velut hoſpes alienæ, curam aliquam geſſi, non diffitebor : idipſum uſque denuntians epiſcopis, poſcens inſtar beneficii ex imo corde, ut urbi virum aliquem præficerent epiſcopum. Hinc illud quidem verè affirmans, nondum ullam a me acceptam fuiſſe publicâ renuntiatione* (Eccleſiam) . . . *Cùm autem non perſuaderem, alium ut præficerent ; quia hi quidem præ magno* mei *deſiderio retinere volebant, illi verò fortè deſpi-*
Ibid. v. 554. *ciebant ;* nulli autem cauſabantur non eſſe liberum : *primùm Seleuciam fugâ me contuli*, atque ibi *in Parthenone celeberrimæ martyris Theclæ non exiguo tempore* commoratus ſum.

Nec dicas Gregorium fateri ac ſcribere, epiſcopum Nazianzi ſe renun-
Ep. al. 225. tiatum : *Ego ſi certè corpore quidem ita me haberem, ut eccleſiæ poſſem Nazianzenæ præeſſe, cujus ab initio ſum* Præſul *renuntiatus, minùs autem Saſimorum, ut vobis haud rectè nonnulli ſuadent, non adeò ſum* &c. Scripſit quidem Gregorius non ſemel ſe Nazianzi epiſcopum renuntiatum, ſed de publica renuntiatione non eſt intelligendus : verè, inquit poſt obitum patris, *affirmabam nondum ullam acceptam a me fuiſſe publicâ renuntiatione* eccleſiam : ſcripſit iterùm Ep. aliàs CCXXII. *eâ ſe non teneri renuntiatione*, quâ Nazianzi renuntiatum ſeſe Ep. aliàs CCXXV. ſcribit, *eâ non aſtringi*, uti rurſus carm. de vita ſua, v. 523.

Poſtquam Conſtantinopoli in patriam reverſus eſt Gregorius, Nazianzenam iterùm adminiſtrare eccleſiam, anarchiâ laborantem ab Apollinariſtis miſerè laceratam, cleri populique precibus & lacrymis coactus eſt ; ſeſe iterùm adminiſtrationi *conceſſit* (*a*), *jugum ſubiit* (*b*), *vinci ac vinciri* ſe iterùm paſſus eſt, ἡττήθην, δέσμιος ἔρχομαι. Verùm ſicut priùs a patre victus, ita tum, non *in plenario concilio renuntiatus* ab epiſcopis, ſed a civibus tantùm amiciſque
Carm. 145. v. 191. & Ep. al. 42. coactus, ob patris, *cujus ſolvi labores dolebat*, & *eorum qui hoc a ſe precibus contendebant reverentiam, ad breve tempus præfecturam quaſi hoſpes* (*c*) *accepit*,
Carm. 145. v. 105 & 189. *ac veluti peregrinus*. Iterum, non *proprias*, proprius ut epiſcopus, *habenas*, ſed *alienas*, ξένην ἡνίαν, ſuſcepit ; quippe qui eo ipſo loco alterius gregis pedum,
Ep. al. 222. ἄλλης ποιμνίης, ſcilicet Conſtantinopolitani, ſuſcepiſſe ſe fateatur. Unde ne id quidem, niſi *quandiu valeret*, conceſſit ; atque iterùm diſceſſit quaſi liber,
Ep. al. 88. recrudeſcente paulo poſt ægritudine : *Conſtrictum*, inquit, *me morbus tenet, & ab eccleſiæ gubernaculis celeriùs abduxit.*

Quod verò omnem tollit dubitationem, Eulalio tandem renuntiato publicè & epiſcopo Nazianzi canonicè ordinato, Nyſſeno præſuli & iis qui canones
Ep. al. 42. objiciebant, reſpondet Gregorius : *Quod ſi quis eſt, qui putet epiſcopo vivente alium inſtitui non debere, is ſciat ſe ne hâc quidem in parte nobis causâ ſuperiorem eſſe. Apud omnes enim liquidò conſtat, me non Nazianzi, ſed Saſimorum antiſtitem propoſitum eſſe ;* id eſt, ne Nazianzi quidem *propoſitum*, nedum publicè ac canonicè renuntiatum eſſe epiſcopum. Expirantis tamen vitæ reliquias, ſi per valetudinem licuiſſet, ipſi Eccleſiæ Nazianzenæ conſecraturum ſe Epiſt. CCXXV profitetur potiùs quàm Saſimenſi, cui nunquam, inquiunt Bollandenſes, ſe credidit obligatum, cui nullo unquam præconii genere renuntiatus erat : quanquam id moleſtiæ faceſſendæ gratiâ quidam invidi per calumniam & *contentionem*, ut ibidem loquitur, objiciebant.

Innocuum quo ludebat Gregorius cum adverſarios, tum amicos, artificium quis non miretur ? Cùm ad Nazianzenam Eccleſiam tacita ſaltem objectabatur renuntiatio ; Saſimenſem protinus deſignationem regerebat, ut Epiſt. CXLII,

(*a*) Ἐπιδίδωμι. Ep. al. 222.
(*b*) Αὐχὴν ἔκαμψα. Carm. 7. v. 80. = (*c*) Ὡς ξένος. Epiſt. al. 42.

eique

eique eccleſiæ, a qua, vel impletâ vel abolitâ ſede, nihil penitus timebat, plus illigatus quàm Nazianzo videri volebat. Cùm autem ad Saſima, ut Epiſt. ccxxv, revocabatur, aut magis contemtûs causâ relegabatur; Nazianzenam illico *renuntiationem* objiciebat, *quâ ſe teneri* nihilominus non timeret. Genuinum hunc eſſe Epiſtolarum ſenſum, præter graviſſima quæ jam attulimus momenta, probant eædem Epiſtolæ XLII, LXV, LXXXIII, CCXXV, in quibus omnibus eos ſalsè ridet qui, ut eccleſiæ probarent alterutri verè addictum, fruſtra canones opponebant.

Ad cumulum accedat jam palmaris locus, qui Saſimenſem Nazianzenumque ſimul epiſcopatum Gregorii vel unus poſſit ad fabulas amandare. Locum illum exhibet carmen I. editum a Tollio, v. 93. *Ceterùm poſteaquam acceſſiſſem* Conſtantinopolim, *relictâ Cappadociâ, quæ fidei propugnaculum eſſe pleriſque videtur, nequaquam deſerto populo, cui aliquâ neceſſitudine obligatus eſſem:* ἀ λιπὼν λαὸν, ἀδὲν τῶν αναγκαίων ἐμόι; *nam illa ſunt hoſtium meorum figmenta, falſique ſermones, invidiæ velamenta quædam ingeniosè excogitata.*

At, inquies, Gregorius ſe fatetur propriam habuiſſe eccleſiam, aliam a Conſtantinopolitana, his verbis: *In gratiam porro cum veritate redeant, qui nos alienam uxorem expetiviſſe aiunt, cùm ne propriam quidem habere voluerimus.* Orat. al. 27; nunc 36. n°. 6.

Quæ Thomaſſinus ad Saſima trahit, quamvis Nazianzum perinde ſpectare poſſint. Sed Baſilius ſcholiaſtes hæc verba, *alienam uxorem a nobis expetitam eſſe*, ſic interpretatur: ἤτοι ☪ ἀυτὸ τῦτο, ὡς συκοφαντησάντων οἰητέον τῶν ἐναντίων· ἢ διὰ τὴν ἐκκλησίαν Κωνσαντινυπόλεως ἐκληπτέον: hoc eſt: *Vel idipſum per inimicorum calumniam objectum fuiſſe putandum eſt, vel ſanè de Eccleſia Conſtantinopolitana accipiendum.* Diſcip. eccl. part. I. l. 2. c. 25. n. 9.

De eccleſia itaque dicta hæc etiam intelligantur; eccleſiæ tamen alteri mancipatum unquam Gregorium inde non magis ſequitur, quàm eundem uxorem aliquando duxiſſe quam reliquerit poſteà, ex interpretatione priori ſequatur. Sequitur tantùm uxore ac eccleſiæ curâ liberam ſolutamque vitam & matrimonio antepoſuiſſe & epiſcopatui, priuſquam ad Conſtantinopolitanam ſedem eveheretur. Sunt verſus nonnulli carminis I. qui cum hoc loco quandam habent affinitatem: Αλλ' οὐκ ἐμὸν γὰρ τῇ βίᾳ κάμψαι γόνυ, ἀδ' ἀσπάσασθαι τὴν ἄθεσμον ἵδρυσιν, ὃς ἀδὲ τὴν ἔνθεσμον ἠναγκασμένος; quos verſus Cardonus, apud Bollandum, paraphraſticè & ſolutâ oratione feliciùs ſic reddit, quam Billius ſtrictâ: *Sed non iis ego ſum moribus, ut violentiæ ulli facilè cedendum exiſtimem, aut occupandam cathedram, non ritè & ſicut oportet collatam, qui nullâ ratione paſſus ſum in ea me collocari, quam jure æquiſſimo obtinere poteram.* v. 1071. & ſeq. IX. Mai. p. 439.

Legitimam enim illam, ut ita loquar, *inthronizationem*, ἔνθεσμον ἵδρυσιν, non factam, ſed oblatam; non traditam, ut Billius reddit, ſed tradendam uxorem Gregorius, ſi fas eſt dicere, dereliquit. Nec incerta res: illam probant verſus carminis de vita ſua 541 & *ſeq.* Et certè nemini dubium eſſe poteſt, quin univerſi, non tantùm provinciæ, ſed orbis totius, quàm latè patet, præſules ad evehendum Gregorium ad epiſcopatum, ſeu Saſimenſem, ſeu Nazianzenum libenter conſpiraſſent, ſi ipſe conſenſiſſet. *Nec enim*, inquit de ſe ipſo, *adeò epiſcopis contemtui ſumus, ut alium manente me renuntiarent:* eo ſenſu ne *propriam quidem uxorem*, ſedem-ve legitimam, *habere* voluiſſe credendus eſt. Ep. al. 42; Leviora ſunt quæ objiciuntur, quod Gregorius *ſuos* appellat Nazianzenos: *ſui* profecto erant, patriâ, habitatione, affectu, curâ ac ſollicitudine eorum, quam pluries ſuſcepit, ſive dum pater ſenio confectus ſuperſtes eſſet, ſive poſt mortem ipſius, ſive poſt abdicatam ſedem Conſtantinopolitanam, ſed nunquam ut proprius eorum epiſcopus. Sat de Saſimenſi & Nazianzeno epiſcopatibus dictum, atque etiam plura forſan quàm neceſſe erat. Carm. de ſuis calamit.

Amotis Saſimenſi & Nazianzeno epiſcopatibus, quos nunquam a Gregorio

occupatos fuiſſe demonſtratum nobis videtur, ſupereſt ut vel nullius, vel ſanè urbis Conſtantinopolis, nec niſi Conſtantinopolis epiſcopus renuntiatus fuerit Gregorius. Conſtantinopolitani Epiſcopi titulum plerique manu exarati codices præferunt: Conſtantinopolitanum reverà epiſcopum fuiſſe res ipſa loquitur, loquuntur acta ſcriptaque omnia. Tanta fuerunt *plebis, poſſeſſorum*, ut canones præſcribunt, *Clariſſimorum*, Imperatoris, *Cleri, Epiſcoporum*, virorum etiam ac mulierum, Gregorium præſulem poſtulantium ſtudia & vota, ut nemo ſatis, niſi Gregorius ipſe, verbis expreſſerit. Cùm Theodoſius urbis Conſtantinopolitanæ eccleſias Catholicis reſtituit, unàque cum eo majorem baſilicam Theologus ſubiit, qui priùs erat in nubilo ſol refulſit. *Ibi*, inquit Gregorius, *cùm hoc ſpectaculo ſubiiſſet animos fiducia*, quæ adderat multitudo *clamare totis viribus ac depoſcere nos, in præſentiarum* haud aliter *ac ſi hoc unum defuiſſet; princepſque ac maximum a ſummo Principe hoc civitati fore thronis ipſis anteponendum munus, ſi urbis ſolio* epiſcopali *ab ipſo donaremur. Hoc viri dignitate præcipui, hoc infimum vulgus agitabat. Omnes ex æquo rem deſiderabant, pari flagrabant deſiderio: hoc altâ voce mulieres inclamabant, penè ampliùs quàm mulieres deceret. Incredibile quoddam, repercuſſo fragore, tonitru audiebatur.*

De rebus ſuis, v. 1374 & *ſeq.*

Tunc quidem vicit Theologi modeſtia, neque tum cogi potuit ut epiſcopale ſolium conſcenderet: verùm ad agendas uni Deo gratias populi ſtudia vir divinus, Θειότατος, providâ dexteritate convertit. Tam unanimi omnium ordinum poſtulationi, tam ardentibus votis & clamoribus, epiſcoporum, plenariique concilii provinciæ non tantùm, ſed Orientis etiam penè totius & œcumenicæ Synodi ſuffragia ſolemniter acceſſerunt. *Quidquid Oriens*, inquit, *habebat, exceptâ Ægypto, populi antiſtitum ad Romam uſque ſecundam, terræ mariſque ex receſſibus intimis concitatum coiit. His præſidebat vir pietate maximus . . . . . moribus mellitus* (Meletius) & *nomine. Hi me collocant firmantque*, πήξοντες, *in auguſtâ ſede clamantem gementemque, una tamen de cauſa non plane repugnantem.*

Carm. de vita ſua, v. 1393.

Theodoret. Hiſt. lib. 5. c. 8.

Carm. de vita ſua, v. 1507.

Sed nec Ægyptiorum etiam defuiſſe videtur conſenſus, quos quidem maximè his verbis alloquitur Gregorius: *Heri, ut ita dicam, inthroniſtæ, hodie perſecutores, ac è throno, in quo me collocaſtis, deturbantes.* Conjecturam aſtruunt carminis ejuſdem verſiculi 1810 & 1811. quibus teſtatur Ægyptios minimè voluiſſe in throno Conſtantinopolitano alterum a ſe collocare: quin & contraria Gregorio ipſi omnino perſuadere conabantur; adeò ut nullius in toto Concilio generali conſenſus atque ſuffragium defuiſſe videatur. Gregorius autem, qui binos epiſcopatus fugerat, Conſtantinopolitanum ſuſcepit ſpe pacis conciliandæ; eâque deſperatâ deſeruit, ut in ſolitudine, Deo contentus, expetitâ pace frueretur. Ita quod ſchiſmate laborantibus Corinthiis vir apoſtolicus Clemens Epiſtolâ priori ſuadebat, ut « Si quis eſſet generoſus, » ſi quis miſericors, ſi quis caritatis plenus, diceret: Si propter me ſeditio & » diſcordia & ſchiſmata, diſcedo . . . . ſolum ovile Chriſti in pace degat &c»; ad quod paratum ſe eſſe poſt exemplum Theologi Chryſoſtomus profitebatur: id Gregorius Nazianzenus reipsâ præſtitit, qui ut ſeditioni obviam iret, poſtquam ad Conſtantinopolitanam ſedem admotus eſſet, protinus eccleſiæ repudiavit præfecturam; nec aliam *vir generoſus*, ut verbis S. Clementis utar, *vir miſericors & plenus caritatis*, vitâ divinâ inſignis, chriſtianæ in eccleſiâ pacis martyr & hoſtia, diſcedens ab Imperatore popoſcit gratiam, niſi ut ad concordiam adduceret epiſcopos, conteſtatus ſe mundi gratiâ, quæ patiebatur pati facilè, & ad conciliandam mundo pacem urbe thronoque excedere libenter, paci denique omnia litare: *Quin etiam ſcis*, inquit, alloqui pergens Imperatorem Theodoſium, *quàm reluctantem in throno me collocaſti.*

Ep. 1. S. Clem. p. 176. Ed. Cotel.

Hom. xi. ad Eph.

v. 1891 & 1898.

v. 1899.

Nunquam Saſimenſem, nunquam Nazianzenum epiſcopum ſe dixit dici-ve paſſus eſt Gregorius, ſed ſemper in carminibus & epiſtolis vehementer reclamat; Conſtantinopolitanam verò ſedem ſe accepiſſe fatetur, in ea ſe collocatum fuiſſe teſtatur, ſeque ipſe nominat illius urbis epiſcopum. Certè nec major nec apertior ulla poteſt eſſe auctoritas quàm iſtud authentici teſtamenti principium & finis. Ac principium quidem : *Gregorius*, inquit, *epiſcopus Catholicæ Conſtantinopolis eccleſiæ, vivens ac prudens* .... In fine verò ſubſcriptio hæc eſt : *Gregorius epiſcopus Catholicæ Conſtantinopolis eccleſiæ relegi teſtamentum, & omnia approbans ſubſcripſi manu meâ, & vim obtinere volo & jubeo.*

Denique inter epiſcopos Conſtantinopolitanos in epiſcoporum hujus urbis ſerie ſic recenſetur : *Gregorius Theologus, Saſimorum primùm epiſcopus* (deſignatus), *Conſtantinopolitanus ſub Theodoſio Magno renuntiatus eſt; eique hæc ſedes, veluti qui multa laboraſſet, ac eccleſiam ab injuria vindicaſſet in libertatem, eſt a Synodo confirmata :* ἐπικυρωθέντος αὐτῷ τὸ θρόνου παρὰ τῆς συνόδου.

Nullum jam circa epiſcopatum Gregorii dubium videtur ſupereſſe, nec evellendus reſtat ſcrupulus. Siquidem ex dictis conſtare debet eum, nec Saſimorum, nec Nazianzi, ſed ſolius Conſtantinopolis Eccleſiæ epiſcopum renuntiatione publicâ & canonicâ, communibus totius cleri ac populi votis & ſuffragiis, nec non plenarii Concilii Patrum omnium conſenſu, fuiſſe renuntiatum. Non aliud igitur huic noſtræ Gregorii operum editioni titulum præfigere licebat, quàm qui præfixus eſt : *Sancti patris noſtri Gregorii Theologi, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, opera.* Hunc ſibi in manuſcriptis penè omnibus Orationes omnes, hunc ſibi Carmina, hunc ſibi Epiſtolæ titulum præſcribunt.

§. V.

De Amphilochio, cum patre, tum filio epiſcopo Iconienſi, totaque Gregorii materna cognatione, ad quam pertinere Amphilochius demonſtratur.

Amphilochium illum, cujus uxor Livia fuit, ab Iconienſi hujus nominis præſule diverſum ſtatuit quidem vir Clariſſimus Muratorius in notis ad epitaphium XXXI, p. 31. At nihil ille præterea, nec ei de utriuſque Amphilochii cum Gregorio noſtro conſanguinitate aut ſuboluit quidquam, aut certè quid ſentiret vir doctus non aperuit. Verùm Amphilochium filium, de quo in Epigrammatibus, Iconienſem eſſe epiſcopum celeberrimum illum ac vulgò eo nomine cognitum, tametſi non ita fortaſſe conſtet; conſtat tamen certiſſimè Amphilochios, de quibus hîc agitur, Gregorio ſanguine conjunctiſſimos fuiſſe; ac patrem quidem avunculum Gregorii, filium verò Amphilochium ex avunculo fratrem aut amitinum. Quod poſtremum ubi probaverimus, partem alteram attingemus.

Mitto Amphilochium, Amphilochii Euphemiique parentem, & Liviæ conjugem, natum Diocæſareæ, id eſt, Nazianzi. Is Amphilochius dicitur *magna Philtatii & Gorgoniæ proles :* υἱὲα Φιλτατίου, Γοργονίας τε μέγαν. Porro Philtatii filia appellatur Nonna, quæ alia eſſe non poteſt, quàm mater Theologi; quippe quæ Nonna in Teſtamento Gregorii vocatur, Alypium & Gorgoniam juniorem parentes habuit, ſororemque Alypianam. Apud Mur. Ep. 33. p. 33. *Ibid.* Ep. 115. p. 106.

Hoc vel uno momento conſtat Nonnæ, Theologi matris, Amphilochium fuiſſe ex Philtatio & Gorgonia parentibus germanum fratrem. Hinc ad Nonnæ filiam manavit Gorgoniæ nomen, quemadmodum ab avia Baſilii magni ſoror dicta eſt Macrina; imò ipſius Gorgoniæ junioris filia ab avia quoque, matre Theologi, Nonna vocata; & ab avo, aut proavo Philtatio,

Epiſt. 136. lib. 2. Philtatius, de quo in quodam epitaphio, quem ex Gregorii familia fuiſſe nemo dubitaverit.

Jam verò quantum lucis hæc affundant ſingulis epigrammatibus, totique hiſtoriæ & genti Gregorii attendat lector. Hinc primò apparet cur vir ſe ipſo adeo commendabilis Amphilochius, ſuis nobilitetur parentibus. Nimirum iſti, Gregorio quoque avi erant, illaque *radix ſancta*, unde orta Nonna *ſanctior*, Gregorii mater, toties in carminibus atque orationibus hoc nomine a filio commendata.

Apud Mur. Ep. 29. p. 29. Deinde planum eſt, quid hæc verba epitaphii XXIX ſignificent: πνοῖς πάντα πέπασσο. Agitur enim de doctrina & ſcientiæ bonis, quæ conſanguineis & affinibus, eos docendo, paraverat Amphilochius. Unde iterum in *Ibid.* Ep. 30. p. 29. epitaphio XXX, doctrinâ idem ipſe dicitur *auxilium & robur fuiſſe cognatis, piis, nobilibus, litteratis, verbique dator*, id eſt, eloquentiæ; ſeu ut in alio Ep. 31. p. 30. *Rhetoricæ* magiſter *eximius:* quod quidem græca ſonant.

Quippe ex diſcipulis Amphilochii patris & neceſſariis, Gregorius non unus ſolùm erat, ἑταίρων σῶν ἑνὸς; verùm ex propinquis etiam, & ſanguine conjunctiſſimus. Hinc adeò ſic epitaphium XXX claudit: *Gregorius hæc ſcripſi, orationem oratione, quam a te, Amphiloche, edidici, mutuam rependens.* Didicerat porrò Gregorius, utique in patria, ſub patre primùm & avunculo, priuſquam ad exteros, velut ad mercaturam bonarum artium, proficiſceretur.

Antequam verò longiùs progrediamur, operæ pretium fuerit obſervare, Murat. 30. p. 31. quod Muratorius in epitaphii titulum XXXI conjiciebat, jam ut certiſſimum eſſe habendum, ſcribendumque, εἰς Αμφιλόχιον ἄλλο, in *Amphilochium aliud*, ſcilicet Epitaphium; non autem, in *Amphilochium alium.* Idem enim eſt Amphilochius, Gregorii avunculus, de quo in epitaphiis 29, 30, 31, 32, Ep. 32. p. 32. 33, 34, 35, &c. in quibus *vim igneam dicendi habuiſſe*, ῥήτρην πυρόεσσαν, Ep. 35. p. 34. *omneſque Cappadocas ſuperaſſe eloquentiâ* dicitur. Is, inquam, unus idemque Amphilochius; nec dubium cuiquam eſſe poteſt, quin ille Amphilochius, qui in poſterioribus ſub novo titulo epitaphiis ab eloquentia tantopere commendatur, ille ipſe ſit, qui *fons eloquentiæ omnibus*, Gregoriique magiſter prioribus in epitaphiis audire meruit.

Plana demum eſt & aperta totius Gregorianæ gentis ex matre ſeries, hucuſque propemodum ignota. Quam enim exhibet Baronius in vita Gregorii, ea mendoſa, & prætereà ab aliis perturbata & adulterata fuit. Sic igitur, lector, habeto.

Ex Philtatio & Gorgonia ejus uxore orta eſt Nonna, Gregorii mater, ejuſdemque avunculus Amphilochius, Nonnæ germanus frater. Natu majorem fuiſſe Nonnam id penè perſuadet, quòd Gregorius Amphilochii Epiſt. 23. al. 106. filios, non niſi quia ætate minores erant, *filiorum* nomine compellare ſoleat, ſeque ipſe *ſenem* appellare. De Amphilochii ſobole primum dicamus.

Murat. Ep. 17. p. 17. Amphilochius, Gregorii avunculus, uxorem habuit Liviam, μάκαιρα δάμαρ Αμφιλόχου Λιβίη: *Beata Amphilochii uxor Livia.* Tres ex ea liberos Ep. 19. p. 20. Amphilochius ſuſcepit: σῶν τε τριὰς τεκέων, *tuorum filiorum trias.* Hi filii Ep. 20. p. 20. fuere *Euphemius & Amphilochius:* υἷεες Αμφιλόχου Εὐφήμιος, Αμφίλοχος-τε. De tertii nomine poſtea dicemus.

Mur. Ep. 19. Liviæ matri hos tres liberos ſuperſtites fuiſſe probat epitaphium XIX, in quo, *liberorum trias marituſque tumulo Liviam illuſtraſſe* dicuntur. Primus Ep. 20 & ſeq. omnium mortuus eſt Euphemius, quem pluribus epitaphiis celebravit Gregorius, quibus epitaphiis bellè conſonat Epiſtola Gregorii CCXXX, aliàs CXIV, ad Theodoſium ſive Theodorum, cujus filia Euphemio jam deſponſata, nuptiis

nuptiis proxima, ibi non deſcribitur aliter ac in epitaphio XXI, conjux ejus Euphemius. Mur. Ep. 21.

Si alia non ſuppeterent momenta, ea ſatis eſſent ad demonſtrandam Euphemii, ejuſque patris Amphilochii & Amphilochii fratris cum Gregorio cognationem. Scribit enim epiſtolâ mox laudatâ Gregorius Theodoſio jamjam futuro Euphemii vitrico : *Nunc genera copulantur*, & inferiùs, cognationis gradum ut intelligas : *Et tu nos per ſuaviſſimum filium noſtrum Euphemium habe*, & *nos item per ſuaviſſimam filiam veſtram vos habemus.* Mox Theodoſii filiam, ſuam quoque ob matrimonium ducens : *Patris* (de ſe ipſo loquitur) *benevolentia par erga liberos.*

Utrum autem Euphemius iſte, de quo in epiſtola CCXXX. al. CXIV, ille ipſe ſit, cujus ſit mentio in epiſtola LXXXIII. al. CXLIX, an ille quoque de quo circa finem teſtamenti agitur, non ita perſpicuum eſt. Si unum tantùm admittas Euphemium, occurrunt difficultates, quæ ſolvi non poſſunt. Satiùs ergo arbitramur, imò neceſſarium, duos Euphemios diſtinguere ; unum, de quo epitaphia & epiſtola CCXXX, aliàs CXIV ad Theodoſium; alterum, de quo teſtamentum Gregorii loquitur, utrumque tamen affinitate Gregorio conjunctum.

Tres Amphilochio ex Livia fuiſſe liberos diximus, Euphemium & Amphilochium : quis ſit tertius, quærendum. Epitaphium, in quo *trias liberorum* Amphilochio tribuitur, tertii nomen ſilet. In epitaphio XX duorum duntaxat filiorum Amphilochii ſit mentio ; Euphemii jam defuncti, & Amphilochii ſuperſtitis. Primò quidem Philtatium tertium eum eſſe filium ſuſpicabamur ; verùm Gregorius nodum hunc ipſe ſolvit in carmine ad Olympiadem, his verbis : Εσ͂τί σοι, ὦ χαρίεσσα, *θεοδόσις· ἣ δὲ προκείσθω παντός σοι μύθοιο καὶ ἔργματος ἔμπνοος εἰκὼν . . . . αὐτοκασιγνήτη μέγ' ἀμύμονος ἀρχιερῆος Αμφιλόχου. *Eſt tibi, *ô* elegantiſſima mulier, *Theodoſia, quæ tibi omnis ſermonis & operis vivum exemplar propoſita ſit . . . ſoror innocentiſſimi antiſtitis Amphilochii.* En tertia Amphilochii progenies. Amphilochius verò, cujus ſoror Theodoſia dicitur, non alius eſt quàm Iconienſis epiſcopus ; Amphilochius, inquam, Euphemii ex Amphilochio & Livia frater germanus. Omnia conveniunt; patria, genus, vitæ & morum ſanctitas. Murat. 19. Murat. 20. Carm. ad Olymp. v. 97 & ſeq. * θεῷ δόσις.

Patriam Amphilochii Iconienſis fuiſſe Cappadociam teſtatur Baſilius epiſtolâ aliàs CCCXCIV, & maximè Hieronymus qui epiſtolâ ad Magnum LXXXIII, aliàs LXXXIV, inter viros doctos Cappadociæ Baſilium, Gregorium & Amphilochium recenſet. Amphilochio parenti, ejuſque filiis, Diocæſarea, id eſt, Nazianzum, patria aſſignatur in epitaphio XXXI. Murat. Ep. 31. p. 30.

De genere quoque ſibi conſentiunt omnia, epitaphia, epiſtolæ, poemata. In epitaphiis Amphilochius ille, qui Gregorii ex avunculo frater dicitur, parentem ejus nominis Amphilochium habuit : habuit & Iconienſis Amphilochius, ut ex epigraphe epiſtolæ LXII, aliàs CLXI. optimè Tillemontius eruit & aſtruit notâ priori in vitam Amphilochii, & eruditi concedunt.

Gentem verò ac familiam Amphilochii eandem atque Gregorii ſapiunt epitaphia, ut vidimus, propemodum omnia ; ſapiunt & epiſtolæ. Epiſtola namque XIII, aliàs CLX ad Amphilochium, quem Iconienſem poſtea epiſcopum fuiſſe nemo negaverit, Gregorius ait : *Non multùm unà fuimus, quanquam illud omninò oportuit, cùm propter nos ipſos, tum propter traductam ad nos a parentibus amicitiam.* Ac paulo poſt Nicobulus, ex Gregorii ſorore Gorgonia filius, non Gregorii ſolùm, ſed Amphilochii pariter, tametſi inferiori gradu, filius dicitur : *Filius noſter,* ἡμῶν, amborum, *Nicobulus.* Epiſtola LXII, aliàs CLXI, certiſſimè ad Amphilochium Iconienſis epiſcopi patrem ſcripta, cognationem Amphilochii cum Gregorio a capite ad calcem aut diſertè exprimit, aut non obſcurè ſignificat; maximè verò illâ comparatione inter funus

Gregorii patris, quem Theologus ſibi morte ſublatum dolet, & amiſſionem Amphilochii filii, quem Amphilochius pater ademptum ſibi queritur; illâque etiam, jure utique propinquitatis, debitâ conſolatione, quam Amphilochius pater, & Gregorius filius a ſe mutuò expectare ac repoſcere poterant. Clariùs adhuc his ad Amphilochium verbis illud declarat Gregorius : *Nos accuſas*, inquit.... *minimè detrimentum agnoſcere, quod amici omnes & cognati*, συγγενεῖς, *acceperunt; atque ego inprimis* &c : diſertiſſimè porrò exprimit, ubi Iconienſem epiſcopum æquè vocat Amphilochii, ad quem ſcribit, *filium ac ſuum ipſius fratrem : filium tuum, fratrem autem noſtrum* &c. τὸν σὸν υἱὸν, ἡμέτερον δὲ ἀδελφὸν. Has ob cauſas conſolationem a Theologo expectare debuerat Amphilochius pater de filio ſibi adempto, nempè Amphilochio Iconienſi, cujus ex avunculo frater erat Gregorius.

Tam clara ſunt iſthæc & firma, ut jam pigeat epiſtolam ad Themiſtium XXIV, alias CXL adjicere, ubi hæc leguntur : σοὶ φίλος πατρόθεν ὁ ἐμὸς Αμφιλόχιος. Hæc verba ſive cum interprete ſic reddideris, *a paterno latere tibi amicus eſt meus Amphilochius;* ſive magis ad literam, *tibi amicus eſt, meus a parentibus Amphilochius;* vim certè aut verborum horum-ce, aut ſententiæ prioris haud effugeris. Dicere enim voluit ſeu interpres, ſeu Gregorius, minimè degenerem ab eloquentia patris Amphilochium eſſe; quâ Themiſtio *eloquentiæ regi* carus pater cùm eſſet, carus eidem & filius eſſe debebat. Quæ quidem avunculo Gregorii, ejuſque filio, qui in epitaphiis tantopere ob eloquentiam celebrantur, egregiè conveniunt. Unde in eadem epiſtola mox ſubjicit Gregorius : *Addam etiam, quod ejuſmodi eſt,* nempè Amphilochius, *qui nec majorum generi, nec noſtræ amicitiæ dedecori ſit.* Sic enim reddenda Gregorii verba, πατέρων γένει; non ut interpres, *paterno generi;* alioqui πατρὸς dixiſſet Gregorius, non πατέρων. Ita autem loquitur, ut genus Amphilochii, ſuum quoque fuiſſe, majoreſque eoſdem ſignificet. Simili prorſus & ſententiâ & ratione in carmine 57, v. 103. *decus ſuum* Iconienſem epiſcopum Amphilochium Gregorius vocat. Decus autem eſſe poterat Gregorii Amphilochius, vel ut tanti magiſtri diſcipulus, vel ut communis ſtirpis & originis ornamentum. Præſtat hæc verò ſententia priori, cùm Amphilochio Epiſtolâ XIII, aliàs CLX, ſcribentem Gregorium viderimus : *Non multùm unà fuimus* &c, quæ a diſciplina quàm longiſſimè remota ſunt. Ita quoque epitaphio apud Muratorium XXXVI, Nicomedem *decus meum* ait; quia ſanguinis particeps ejuſdem, gentem & ipſe Gregorianam illuſtrabat.

Carm. ad Olympiad.

Nec minùs ad rem noſtram faciunt teſtamentum Gregorii, & plures epiſtolæ; XXII, aliàs CX; XXIII, aliàs CVI; in quibus Amphilochium ſive honore, ſive amore digniſſimum, vel reverendiſſimum, ſane ob epiſcopatûs dignitatem, filium ſuum appellat : τὸν τιμιώτατον υἱὸν, ἀιδεσιμωτάτον &c. Euphemium quoque, Amphilochii, poſtea Iconienſis epiſcopi, germanum fratrem, filium ſuum appellat Gregorius. Si rationem quæras, cur amitinos Gregorius noſter eo nomine donaverit; epiſtola XXIII, aliàs CVI, quæ pro Amphilochio ipſo ſcripta eſt, docebit : *Ipſe tibi*, inquit Gregorius, *cariſſimum filium noſtrum Amphilochium offero, virum probitatis nomine uſque adeò nobilem, etiam præter quàm ætas ferat; ut ipſe, qui & ſenex & ſacerdos.... præclarè mecum agi exiſtimaturus ſim, ſi eam hominum exiſtimationem obtinerem.* Ætatis igitur dignitatiſque prærogativâ, hoc uſus eſſe vocabulo Gregorius videtur, & amitinos appellavit, modò fratres, modò filios.

De Nonnæ, Gregorii matris, nepotibus nunc dicamus. Nonna tres liberos procreavit, Gregorium, Cæſarium, & filiam nomine Gorgoniam. Cœlebs obiit Cæſarius; Gregorius virginitatem perpetuò coluit, vitamque monaſticam exercuit. Sola poſteros reliquit Gorgonia, quæ nupſit Alypio.

Nullum jam conjecturis locum de marito Gorgoniæ, quem Baronius in vita Gregorii Vitalianum fuiſſe conjiciebat, Tillemontius modeſtè ſuggerebat eſſe Meletium, relinquit Epitaphium LXX. In eo ſi quidem Alypius Gorgoniæ maritus appellatur : Murat Ep. 70. p. 65.

Κτῆσιν ἑὴν, σάρκας τε, καὶ ὀστέα, πάντ' ἀναθεῖσα
Γοργόνιον Χριστῷ, μοῦνον ἀφῆκε πόσιν,
Οὐ μὴν οὐδὲ πόσιν δηρὸν χρόνον. ἀλλ' ἄρα καὶ τὸν
Ηρπασεν ἐξαπίνης κύδιμον Αλύπιον.

Cenſum ſuum, carnes & oſſa, omnia cùm ſacraſſet
Gorgonium Chriſto, ſolum reliquerat ſponſum,
Verumtamen non diu ſponſum. Sed profectò & ipſum
Illuſtrem Alypium ex improviſo rapuit.

Ad Alypium ſine controverſia ſcriptæ ſunt epiſtolæ, LXXXII, aliàs CXLVIII; LXXXIII, al. CXLIX; LXXXVI, al. CL. cùm in poſtremò laudata ſororis ſuæ mentionem ſic faciat Gregorius, ut uxorem Alypii facilè agnoſcas. Ad eundem datæ ſunt epiſtolæ, LXXXIV & LXXXV, al. CLI & CLII : neque tamen Alypium illum Cappadociæ præſidem conſtituere neceſſe eſt. Num ad Alypium eundem epiſtola LXI, aliàs LXXX, veriſimile non eſt. Repugnat omninò laudibus, queis in oratione funebri Gorgoniæ Alypius conjux ornatur, & epitaphio LXX, de eo Alypio ſcriptas eſſe epiſtolas CCVII & CCVIII, al. CXLVI & CXLVII. Alypius enim, de quo his in literis, Simpliciam uxorem habuerat, & viduam moriens reliquerat. Gorgoniæ verò conjux Alypius, & uxori ſuperſtes fuit, & ita ei ſuperfuit baptiſatus, ut ad ſecundas nuptias convolandi nec animum nec tempus habuerit. Murat. Ep. 70, p. 65.

Baronius Gorgoniæ, præter Alypianam filiam, filios quoque duos, Petrum & Phocam tribuit eodem errore, quo Vitalianum, cujus filii Petrus & Phocas fuere, ei ſponſum aſſignavit. Filios itidem duos Gorgoniâ natos in orationem octavam, aliàs XI. num. 14, Elias Cretenſis affirmat; nomina autem reticet, & ambos tantùm *ad epiſcopatûs faſtigium evectos* aſſerit : quod vix credere ſinit ſcriptorum omnium de his ſilentium. Veri longè ſimilius eſt Gorgoniam, præter Alypianam, de qua conſtat vel ex epigraphe epiſtolæ XII, aliàs CLV, & maximè ex carmine 50, ubi Alypianæ filius Nicobulus Gregorium vocat *matris avunculum*, πατρὸς ἐμῆς μήτρων μέγαν; veriſimilius, inquam, præter Alypianam geminas alias Gorgoniam enixam filias, Eugeniam & Nonnam. Carm. ad Nicob. patr.

Etenim Gregorius Alypianæ *filiæ ſuæ dulciſſimæ*, ut vocat, Eugeniam & Nonnam ita in teſtamento adjungit, ut eodem illas atque Alypianam gradu fuiſſe dubitare non ſinat hic loquendi modus : *Alypianam filiam meam dulciſſimam*, (*ceterarum enim Eugeniæ & Nonnæ exigua ratio habenda eſt*) &c..... *hæc ad ipſius* Alypianæ *liberos pertinere volo; & nulla in re ipſam, vel ſorores ejus*, nempe Eugeniam & Nonnam, *moleſtas eſſe*. Quid clarius ut demonſtretur Alypianam illam, non virginem eam eſſe de qua epiſtola CLVIII, al. CCXXXII, ſed quæ Nicobulo nupſerat, & ſorores ejus germanas fuiſſe Eugeniam & Nonnam? Quas quidem virgines permanſiſſe nihil neceſſe eſt credere. Quod enim de Gorgonia dictum eſt in Oratione VIII, aliàs XI, *corporis fructum, hoc eſt liberos & nepotes ſpiritûs fructum effecit*, de Baptiſmo & conſecratione quæ ex eo fluit, poteſt & debet accipi : alioqui virginitate conſecraſſe filias ſuas omnes Gorgonia dicenda eſſet, quod quidem abſurdum & facto contrarium; ſiquidem Alypiana nupſit Nicobulo, Eugenia quoque, vel Nonna, Meletio. Is eſt Meletius, qui in teſtamento Gregorii γαμβρός dicitur, quòd ejus ſororis filiam uxorem duxiſſet.

Ex Nicobulo, ad quem plures Gregorii epiſtolæ, & Alypiana Nicobulus alter natus eſt, & Alypiana virgo, de qua epiſtola CLXXXI, al. CXXXII. De Nicobulo certa res eſt, vel ex carmine quod Nicobuli nomen ſibi præſcripſit, & ex patris Nicobuli reſponſione, itemque ex epiſtola CXCV, aliàs XLIV; unde diſcimus alios Nicobulo juniori germanos fratres fuiſſe, quorum vel nomina penitùs ignorantur.

Sunt alii bene multi Gregorio noſtro affines & conſanguinei; in quorum numero eſt Euphemius, alter ab Amphilochii filio. De eo in teſtamento, ubi res inter affines agitur.

Helladium Eulaliumque fratres epiſtolâ XV, aliàs CXCV, Gregorius vocat *conſobrinos* ſuos, aut patrueles, ἀνεψίους; niſi mavis ex ſorore aut propinquorum aliquo nepotes, pro varia vocis ſignificatione.

Murat. Ep. 50. Ep. 46. p. 43. Murat. Ep. 49. p. 45. Ep. 50. p. 46. Ep. 66. p. 61.

Georgius & Baſiliſſa ſoror ejus germana epitaphio L, necnon Euſebius, qui utriuſque frater omninò videtur, unà cum Nonna matre Theologi ex variis epitaphiis eo tumulo conditi, qui Gregorii & Nonnæ ſanguini paratus erat, ἅιμα τὸ Γρηγορίυ, Νόννης τε μεγαλλέος, ab eodem alieni genere eſſe non poſſunt.

Ep. 36, 37, 38. Carm. ad Hellen. v. 143. & ſeq.

Nicomedes, in quem tria ſunt epitaphia, cujus etiam laudes pleniùs celebrantur in carmine al. XLVIII, ex eodem cretus ſanguine videtur.

Jam de Philtatii adoleſcentis cum Gregorio affinitate dubitare vix nomen ſinit, quod ab avo Gregorii manaſſe videatur. Suadet etiam epitaphium XLV. Murat. p. 42. ac penitus perſuaderent hæ voces *ſacra tellus*, ſi tumulum certò ſignificarent. *Veriſimillimum*, inquit Muratorius, *neceſſarios Nazianzeni fuiſſe Philtatios.* Huic adoleſcenti adoleſcentulus alter adjungendus, Gregorius nomine, Gregorii ex ſorore nepos aut abnepos, de quo epitaphium CXXXIII. apud Murat. Hos omnes præter ſtemmatis ſeriem recenſemus, quia quo ordine illi ac loco ſtatuendi ſint ignoramus. Sit igitur à matre, Gregoriani ſtemmatis iſta delineatio.

PHILATIUS & GORGONIA.

AMPHILOCHIUS & ejus uxor LIVIA. — NONNA & GREGORIUS conjux.

EUPHEMIUS (mortuus ſine liberis paulò ante nuptias.) — AMPHILOCHIUS (poſtea Iconienſis Epiſcopus.) — THEODOSIS (Olympiadis educatrix.) — GREGORIUS Theol. — GORGONIA (conjux ejus ALYPII.) — CÆSARIUS (ſine liberis.)

ALYPIANA (cujus conjux NICOBULUS.) — EUGENIA — NONNA

NICOBULUS junior. — ALYPIANA virgo. — Fratres multi, nomine ignoto.

PRÆTER ORDINIS SERIEM SUNT

Euphemius alter ab Amphilochii filio, de quo in Teſtamento.
Meletius maritus Eugeniæ, aut certè Nonnæ junioris.
Helladius & Eulalius Nazianzi epiſcopus, fratres.
Euſebius, Georgius, Baſiliſſa germani & ipſi.
Nicomedes ac filii duo.
Philtatius adoleſcens.
Gregorius juvenis.

TERTIA

TERTIA PARS.

De variis Gregorianæ doctrinæ capitibus.

QUAMVIS Gregorius diu multùmque patuerit invidiæ, quamvis plurimos vitæ toto tempore acerboſque expertus ſit adverſarios, nunquam ex iis quiſquam auſus eſt eum erroris inſimulare & ipſius doctrinam carpere. « Hu- » jus, inquit Rufinus, neque vitâ aliquid probabilius & ſanctius, neque » eloquentiâ clarius & illuſtrius, neque fide purius & rectius, neque ſcientiâ » plenius & perfectius inveniri poteſt; utpotè qui ſolus ſit, de cujus fide ne » diſſidentes quidem inter ſe, ut fieri ſolet, partes & ſtudia diſputare potue- » rint; ſed id obtinuerit apud Deum & Eccleſias Dei meriti, ut quicumque » auſus fuerit doctrinæ ejus in aliquo refragari, ex hoc ipſo quia ipſe magis » ſit hæreticus arguatur. Manifeſtum namque indicium eſt non eſſe rectæ fidei » hominem, qui in fide cum Gregorio non concordat ». Adeò pura enim & ſincera, & omni prorſus vitio carens ejus doctrina, ut inde Theologi nomen unus poſt Apoſtolum Joannem ſit adeptus.

Plura tamen ſive Clericus ad Sociniana commenta, de tribus naturis in Deo per antiquos orthodoxos excogitatis, fovenda, pravè detorſit; ſive Barbeiracus quædam moralis doctrinæ capita acriter & inſulsè reprehendit. Quid mirum in hominibus qui auctoritatis jugo omni excuſſo, nihil non experti ſunt, nihil ſacrum in fide reliquerunt? At inter ipſoſmet Catholicos Petavius, vir eruditione præſtans, Gregorium ut malè de adverſariis quos confutat triumphum agentem traducit: ſed ipſe in venerandos Patres nimiùm iniquus, & a Bullo Anglicano ſcriptore bene caſtigatus, cenſuræ acerbitate tantis viris non nocuit; imò potiùs propriæ gloriæ, jam inde ſimulationibus quibus uſus eſt in cauſa pergravi obnubilatæ, labem æternam inuſſit. Hæc omnia exponere & exagitare ſi animus eſſet, ultra hujus voluminis fines protenderetur oratio: in ſequens igitur diligens & exacta querelarum omnium conſideratio, quæ in doctrinam ſanctiſſimi Doctoris congeſtæ ſunt, extrahenda. Quidquid tunc occurrerit quod offendere infirmos, vel in deterius poſſet accipi, elucidabimus, & ſcrupulos ſi qui ſint ſtudiosè evellemus. Satis nunc erit ſi præcipua doctrinæ Gregorii capita in unum collecta Lectori exhibeamus; ut vel ſic pateat quàm accuratè & altè de divinis differat, ac rectè Theologus nuncupari meruerit: hinc apparebit quantâ ipſius injuriâ, quantâque veritatis offensâ, erroris potuerit inſimulari.

De Deo.

QUO tempore docendi munus Gregorio impoſitum eſt, tanta de divinis rebus diſputandi prurigo animos inceſſerat, ut omnia loca, ne Gynæceis quidem exceptis, hujuſmodi contentionibus ac tumultu perſonarent. Cui malo medicam ut manum adhiberet, *Non cujuſvis eſt*, inquit, *ô viri, de Deo diſſerere, non, inquam, cujuſvis; non adeò vilis ac protrita hæc res eſt, & eorum qui adhuc humi reptant.... His duntaxat hoc muneris incumbit, qui exactiſſimè explorati ſunt, ac contemplando longè proceſſerunt.... aut, ut parciſſimè loquar, jam hoc agunt, ut ſe a vitiorum labe purgent. Sed nec cujuſvis temporis* illud eſt; *nec apud quoſvis, nec de quibuſvis, ſed certo tempore, & apud certos homines, & aliquouſque hoc faciendum.* De his omnibus, tum oratione vigeſimâ-ſeptimâ, quæ Theologicarum velut exordium eſt, tum aliis in locis, ſaluberrima præcepta dedit.

Orat. 27. n°. 3.

Ibid. n°. 3.

De Deo præclarè & ſubtiliter diſputat, nihilque magnificentius & ad perſuadendum accommodatius quàm argumenta quæ ex naturæ miranda ſtructura ac eleganti forma deprompſit : *Etenim*, inquit, *quòd Deus ſit, ac princeps quædam cauſa, quæ res omnes procrearit atque conſervet, tum oculi ipſi, tum lex naturalis docent; illi, dum rebus in aſpectum cadentibus aciem affigunt, eaſque & pulchrè fixas & ſtabiles eſſe, & progredi, atque immotè, ut ita dicam, moveri volvique perſpiciunt : hæc autem, dum per res oculis ſubjectas, ac recto ordine collocatas, auctorem earum certâ ratione colligit atque aſſequitur. Quonam enim modo univerſa hæc rerum moles vel producta unquam fuiſſet, vel conſiſteret, niſi Deus omnia in rerum naturam protuliſſet, atque conſervaret?* Hoc omnes & ſingulæ creaturæ conclamant, *nobiſque ipſius numen declarant, non ſecùs videlicet ac ſolis in aquis umbræ atque ſimulacra infirmis oculis ſolem repræſentant.* Quis etiam inſtrumenti muſici concinnitatem aſpiciens, aut cantum audiens, conditorem ipſius, aut citharistam, facie licet ignotum, mente non reputet ? Plurima ejuſdem generis argumenta tractat, quibus mundi curſum & rerum aſpectabilium ordinem caſui vel fortunæ adſcribere, non niſi ſummæ dementiæ dandum manifeſtò evincit. Sed ſi ex rerum natura divinitas animis tam perſpicuè elucet, num ipſa mens & mundo latior, & creaturis omnibus ſupereminentior, Deum auctorem ſuum ſibi ipſi non meliùs indicabit & exhibebit ? *Sic* igitur *ratio quæ ex Deo eſt, & cunctis inſita, & prima in pectoribus noſtris condita lex, cunctiſque mortalibus innexa, nos ab iis rebus, quæ oculis cernuntur, ad Deum ſubvexit.*

Orat. 28. n°. 6. Συλλογιζόμενος ratiocinando colligit. Orat. 28. n°. 3. Ibid. n°. 16.

Intereà quid ſit Deus ſi petas, cave ne tibi ex ceteris creaturis viſibilibus, quæ Deum undique celebrant, aliquid veriſimile fingas. *An corpus eum eſſe dices ? Quonam ergo modo immenſus, infinitus, figuræ expers eſt, ac denique ejuſmodi, ut nec tangi nec oculis cerni queat? An hæc quoque in corpora cadunt? ô licentiam ! non enim hæc corporum natura eſt. An verò corpus quidem eſſe ſtatues, immenſum verò atque infinitum, ceteraque hujus generis eſſe negabis ? O craſſitiem ! ut nullâ re nobis Deus præſtet. Quid enim afferri poteſt, cur colatur atque adoretur, ſi circumſcriptus eſt ? aut quid cauſæ eſſe dicemus, quin ex elementis conflatus ſit, atque in eadem denuò redigatur, aut etiam prorſus intereat ? Compoſitio quippe pugnæ initium eſt, pugna autem diſſidii, diſſidium ſolutionis : ſolutio porrò nullo modo in Deum ac primam illam naturam cadit.*

Ibid. n°. 7.

Tranſcendere itaque neceſſe eſt omnem naturam ſenſibilem & cogitare *Deum omnium quæ ſunt pulcherrimum & ſublimiſſimum eſſe, niſi quis tamen eum malit ſupra omnem eſſentiam ponere, aut in ipſo, quidquid id eſt, collocare ; utpotè a quo alia quoque, ut ſint, acceperint.* Et quantum de ineffabili loqui fas eſt, paucis totum complectitur dum vocat Deum *Pelagus quoddam eſſentiæ immenſum & interminatum.* Quid aliud enuntiat nomen quod Deo perexcellenter tribuitur? *Ens* ſiquidem dicitur, quòd & à ſe ſit & in ſe ipſo Entis habeat fontem inexhauſtum. *Quantùm nobis aſſequi conceſſum eſt, Ens & Deus magis quodammodò eſſentiæ nomina ſunt; ex iiſque etiam vox* Ens, *ad eam indicandam aptior eſt ; non hoc ſolùm nomine quòd ipſe, cùm Moyſi in monte oraculum ederet.... ita ſeipſum appellavit; ſed etiam quia nomen illud magis proprium eſſe comperimus..... Naturam ejuſmodi exquirimus, quæ ipſum eſſe per ſe habeat, ac non cum alio quopiam copuletur. Ens verò, proprium ſanè eſt Dei, ac totum, nec priore aliquâ re, nec poſteriore* (*nec enim erat, aut erit*) *definitum ac circumciſum.*

Orat. 6. n°. 12. Orat. 45. n°. 3. Or. 30. n°. 18.

At quantumlibet & rerum univerſitas & mens opificem ſuum profiteantur, inconſideratè & periculosè quis, hoc uno ſultus præſidio, ad eum ſeſe certò erigere putaverit ; nec mirum ſi tot docti & ſapientes, ſolo lumine naturali ipſum quærendo cogitationum ſuarum fuco decepti, à Deo magis ac magis

aberraverint : ut enim Deus rectè a nobis percipiatur, neque orbis aſpectus, neque ipſamet ratio ſatis nos erudiunt, *ſed nunc, & ſemper opus fuerit Spiritu, per quem ſolum Deus & intelligitur, & exponitur, & auditur.* Verumtamen quidquid de Deo ſentiamus, licet altum quid & ſublime excogitaverimus ; quantumvis creſcat in hac vita cognitio, eſſentiam Dei nunquam aſſequemur. *Quid tandem Deus naturâ ſuâ & eſſentiâ ſit, nec hominum quiſquam unquam invenit, nec invenire poteſt.* Hinc Gregorius Eunomiano fatuè ſe jactanti omnia ſcire, & arroganter ab orthodoxis, *quænam eſſet Dei eſſentia* quærenti : *Tuæ,* inquit, *dementiæ eſt hoc dicere, qui generationem quoque ipſam anxiè perſcrutaris : nobis autem abundè magnum atque amplum fuerit, ſi in poſterùm quoque diſcamus, ſolutâ videlicet hâc caligine & craſſitie, ut pollicitus eſt is qui non mentitur.* Nunc verò Theologus ille meritò cenſeatur, *non qui in totum, quid Deus ſit, invenerit . . . . ſed qui ampliorem ipſius ſpeciem mente conceperit, ampliuſque veritatis ſimulacrum, vel adumbrationem, vel quocumque tandem alio vocabulo uti quis malit, in ſeipſo collegerit.* Et ne ab hac regula vel ipſos patres antiquos excipias, vel prophetas qui Deum aliquando vidiſſe in Scripturis narrantur. *Si quis enim Deum cognovit, aut, Scripturâ teſte, cognoviſſe dicitur, eatenus cognoviſſe cenſendus eſt, quatenus uberioris ſplendoris particeps ſit. . . . Ita exſuperantia hæc, perfecta cognitio exiſtimata eſt, non ad ipſius rei veritatem, ſed ad aliorum modulum & facultatem perpenſa.*

Or. 2. n°. 39.
Or. 28. n°. 17.
Or. 29. n°. 11.
Or. 30. n°. 17.
Or. 28. n°. 17.

Nec mirum ſi mortale, tam anguſtis circumſcriptum terminis, divinum & immenſum non capiat : quonam enim pacto totam illius naturam ratio humana apprehendere poterit, cùm *omne creatum, ſive cæleſte, ſive ſupercæleſte, licèt ſublimiori quàm nos naturâ præditum, Deoque vicinius, longiori tamen intervallo a Deo, ac plenâ illâ & abſolutâ cognitione diſtat, quàm quo compoſitam hanc noſtram, & abjectam atque humi vergentem maſſam ſuperat?* Nihil intereà expoſtulandum, ſi Deus a nobis non *plenè perfectèque comprehendi queat,* dum tam multa oculis etiam ſubjecta, manibus ſæpe contrita, rationis captum ſuperare quotidianâ experientiâ diſcamus, & varia naturæ arcana poſt tantas inquiſitiones abſcondita & tectiſſima permaneant. Nonne prope infinita rerum creatarum myſteria, quæ mortales undique circumſtant, monent, ne *altiora ſe quærant,* aut tot mirabilium auctorem ſcrutari præſumant, ne *a magnitudine gloriæ ipſius opprimantur* ? Hæc ſanctus Doctor eximiè & fusè proſecutus eſt, totus in ſua oratione incumbens *ut oſtendat, ne ipſam quidem ſecundarum rerum naturam hominis mente atque ingenio comprehendi poſſe, nedum primam illam ac ſolam, vereor enim dicere, omnibus rebus excelſiorem.* Sic & animi dotes, mentis & corporis in homine ſocietatem, membrorum inter ſe concinnitatem, elementorum ordinem, animantium & germinantium ſpecies perluſtrat, eos qui philoſophiæ principatum ſibi vindicant egregiè compellans, ut vel ſingularum proprietatum, quas elegantiſſimè deſcribit, recondita principia detegant, aut tandem divinis rebus, ob intelligentiæ difficultatem, detrahendi finem faciant.

Ibid. n°. 3.
Or. 45. n°. 3.
Eccli. 3. 22.
Prov. 25. 27.
Or. 28. n°. 31. in fine.

De Trinitate.

Quoad vixit Gregorius, accuratioris doctrinæ circa Trinitatem prædicator indefeſſus fuit & defenſor acerrimus contra Arianos & Macedonianos ; ita ut omnia ejus ſcripta, ſive orationes, ſive epiſtolæ, ſive carmina, Trinitatem reſonent & ſuſcepta pro Trinitatis defenſione contra quoſlibet adverſarios certamina : unde ejus æmuli hoc ipſum vitio vertebant & objiciebant, prout etiamnum objicere Gregorio Clericum & Tollium non puduit, quod *aſſiduè ſuam Trinitatem prædicaret & omnibus tantùm non horis memoraret* obita pro Trinitate certamina, & exantlatos labores. Si quæ-

cumque ad exponendam & defendendam Eccleſiæ catholicæ fidem circa Trinitatis myſterium ſcripſit Gregorius, hic animus eſſet referre, maxima ejus ſcriptorum pars exſcribenda eſſet, nequidem ullo prætermiſſo : verùm pauciora excerpere & inſigniora ſat erit. Itaque Trinitatis myſterium his
Or. 31. n°. 5. verbis exponit : *Unus Deus retinendus eſt, & tres Hypoſtaſes, ſive tres Perſonæ, confitendæ, & quidem unaquæque cum ſua proprietate.* Et in alia oratione: *At unum Deum agnoſcere oportebat principii expertem & ingenitum, & unum Filium ex Patre genitum, & unum Spiritum ex Deo ſubſtantiam habentem, concedentem Patri Ingeniti proprietatem, Filio verò generationem ; de cetero autem ejuſdem omninò naturæ, dignitatis, honoris, gloriæ. Hæc, inquam, agnoſcere oportebat, hæc confiteri.* Trinitati accommodat hæc Joannis verba de
Or. 31. n°. 3. Filio : Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Erat lux vera... Pater. Erat lux vera... Filius. Erat lux vera.... alius Paracletus. Erat, & erat, & erat : ſed unum erat. Lux, & lux & lux :*
Or. 25. n°. 16. *ſed lux una, Deus unus.* Quælibet Perſona eſt ab æterno : *Patrem verè* dicimus, *ac multo quidem veriùs, quàm qui apud nos id nomen obtinent ; tum quia proprio & ſingulari modo Pater eſt, non autem ſicut corpora ; tum quia ſolus, non enim ex conjunctione ; tum quia ſolius, nempe unigeniti ; tum quia ſolùm, nec enim ipſe priuſquàm Pater eſſet, Filius fuit ; tum quia in totum & totius Pater, quod de nobis certò affirmari nequit; tum quia ab initio, nec enim poſterius Pater eſſe cœpit. Filium verè Filium, quòd & ſolus ſit, & ſolius, ac ſingulari modo, & ſolùm ; non enim Pater quoque ſimul eſt, & in totum Filius, & totius, & a principio, hanc ſcilicet rationem habens, ut nunquam Filius eſſe cœperit ; non enim ex pœnitentia eſt deitas, neque ex profectu deificatio, ut ille aliquando Pater, hic aliquando Filius eſſe deſinat. Spiritum Sanctum verè Sanctum : neque enim alius talis eſt, nec eodem modo, neque ex acceſſione ſanctitatem habet, ſed eſt ipſamet ſanctitas, nec magis & minus, nec, quoad tempus, originem unquam habuit, nec finem habiturus eſt. Hoc enim Patri & Filio & Spiritui Sancto commune eſt, quòd minimè creati ſunt, atque ipſa divinitas. Hoc autem Filio & Spiritui Sancto, quòd uterque eorum ex Patre eſt. At verò Patris proprietas hæc eſt, quòd ingenitus ſit : Filii quòd genitus : Spiritûs Sancti quòd procedat.* Hæc generatio & proceſſio, quæ nullis verbis
Ibid. n°. 17. poteſt explicari, ſcrutanda non eſt : *hoc tantùm ſciamus Trinitatem in unitate,*
Or. 31. n°. 28. *& unitatem in Trinitate adorandam. Colamus Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, tres proprietates, unam divinitatem, nec gloriâ, nec honore, nec eſſentiâ, nec regno diviſam.*

Tres verò perſonæ, licèt reipsà diſtinctæ, ita ſunt ſibi invicem cohærentes ut quiſquis vel unam exſcindere tentaverit, tres ſimul ac totam prorſus
Ibid. n°. 4. deitatem ſuſtulerit ; ſiquidem una ſine altera eſſe nunquam poteſt. *Si fuit tempus, cùm non eſſet Pater, fuit quoque, cùm non eſſet Filius. Si fuit tempus, cùm non eſſet Filius, fuit quoque, cùm ne Spiritus quidem eſſet. Si unum illud a principio erat, utique & tria. Si unum dejicis, audax hoc dicam, ne duo quidem ſuperiore loco colloces. Quæ enim imperfectæ deitatis utilitas? Imò quæ deitas, ſi imperfecta ? Perfecta autem quomodo erit, in qua ad perfectionem aliquid deſideretur ? Deſideratur enim, ſi ſanctitate careat. Hanc porrò quomodo habere queat, ni Spiritum habeat ? Si enim alia quædam præter illum ſanctitas eſt, quæ tandem illa intelligenda ſit, dicat quiſpiam : aut, ſi quidem eadem hæc eſt, quid afferri poteſt, quamobrem non jam inde a principio fuerit ? Quaſi verò præſtiterit Deo, aliquando imperfectum extitiſſe, ac Spiritûs expertem.*

Quis autem pergrande myſterium valeat vel ſaltem ſubolere ? Nobis ſemper inacceſſum fuiſſet, niſi Scripturæ divinitatis theſauros mortalibus expandiſſent.

expandiſſent. At Eccleſiæ Doctores tantam majeſtatem, captui humano nimis præcellentem & cujus fulgore mens perſtringitur, variis comparationibus delineare & adumbrare aggreſſi ſunt, ut vel ſic quamdam Trinitatis notionem nobis ſuppeditarent. Hoc Gregorius exſequitur dum hominem ad ſe ipſum advocat, & in intimo animæ impreſſam myſterii imaginem ad contemplandum allicit. Mens ſiquidem, ſermo & ſpiritus in una ejuſdem hominis natura, licèt ab invicem ſecernantur, non tamen tres eſſentias, ſed unam numero ſubſtantiam conſtituunt. *Nos autem*, ut loquitur ſanctus Doctor, *unam & eandem deitatis naturam teneamus, quæ ex principii experte, & generatione, & proceſſione agnoſcitur; quemadmodùm id quod nobis ineſt, mente, ſermone, ac ſpiritu intelligitur.* Or. 23. n°. 11. ὡς νῦν τῷ ἐν ἡμῖν, καὶ λόγῳ καὶ πνεύματι.

Multæ ſunt aliæ comparationes, quarum ope infirmum animum ſublevare ſcriptores noſtri conati ſunt : ſed quàm parum ad rei veritatem accedunt, ut Gregorius teſtatur! *Cùm mentis curioſitate multùm diuque mecum conſideraſſem, rei tantæ imaginem quandam exquirens, cui tandem rerum inferarum divina illa natura comparanda ſit, reperire non potui. Quamvis enim exiguam aliquam ſimilitudinem invenerim, major tamen me pars fugit, humique relinquit.* Cavendum itaque ne terrenis cœleſtia metiendo, dignitatem myſterii deprimamus ; ideòque ex ſingulis ſimilitudinibus apage quidquid vel nimis abjectum, vel diſpar prorſus fuerit : *In ſumma nihil eſt in quo mens mea gradum figere queat, dum, quod imaginor, in exemplis conſidero ; ni fortè quiſpiam eâ animi æquitate ſit, ut, cùm unum aliquid ex propoſita imagine acceperit, reliqua projiciat.* Or. 31. n°. 31. Ibid. n°. 33.

Tritheiæ crimen quod in Gregorium increpabant Ariani ita diluit, ut mirum ſit fuiſſe deinceps qui unam ſubſtantiam ſpecie tenus admiſiſſe ipſum incuſarent. *Si Deus, & Deus, & Deus*, ſciſcitabantur Ariani, *quid cauſæ eſſe poteſt, quin tres ſint Dii ?* Ad hæc Gregorius : *Nobis*, inquit, *Deus unus eſt, quoniam una deitas ; atque ad unum, ea quæ ex eo ſunt, referuntur, etiamſi tres perſonas credimus. Neque enim hoc magis, illud minus eſt Deus ; nec hoc prius, illud poſterius. Nec voluntate ſcinduntur, aut potentiâ dividuntur, aut denique quidquam eorum, quæ dividuis rebus contingunt, hîc quoque reperitur.* Et quò veram & integram in deitate unitatem aſſerat, non ſimulatam aut imperfectam, ab hac unitate amovere ſatagit quidquid vel in cœleſtibus, vel in humanis, malè ipſi exæquare contenderent. *Quid autem, dixerint fortaſſe, nonne apud Ethnicos quoque deitas una eſt, ut docent qui pleniùs apud illos perfectiùſque philoſophantur, atque apud nos genus univerſum, humanitas una? Et tamen plures ſunt Dii, & non unus, ſicut etiam multi homines. At illic communitas unitatem habet, quæ cogitatione ſolâ conſiderari poſſit.* Contrà verò perfectam unitatem tribus æquè perſonis abſque ullo diſcrimine congruere ſtatuit ſanctus Doctor, aureis hiſce verbis præ ſensûs altitudine non ſatis perſcrutandis : *At noſtræ doctrinæ non eadem eſt ratio ; ſed horum* (nempè divinorum ſuppoſitorum) *quodlibet unitatem habet, non minùs ejus, cum quo conjungitur, quàm ſui ipſius reſpectu, propter eſſentiæ & potentiæ identitatem : τῷ ταυτῳ τῆς οὐσίας, καὶ τῆς δυνάμεως.* Sed verbis quid opus eſt, ut Gregorium purgemus ? cùm Eunomium, qui diviſionem in paternam ſubſtantiam inducere orthodoxos ut probaret, tanto ſtudio laborabat, omnibus nervis propulſare intendat. Quæ ſanè animis bene affectis plus æquo ſufficiant, ne quid vel leviſſimum de fide eximii Doctoris ſuſpicentur. Or. 31. n°. 13. n°. 14. n°. 15. n°. 16.

De Patre.

Deum Patrem divinitatis Filii & Spiritûs Sancti cauſam, quod idem valet ac principium apud Latinos, Gregorius edocet : *Parvorum certè*, inquit, *ipſoque indignorum principium fuerit Pater, niſi deitatis ejus, quæ in Filio & Spiritu Sancto conſideratur, cauſa ſit.* Ut a Patre Filius & Spiritus Sanctus Or. 20. n°. 6.

emanant & perinde ad eum referuntur, ſic unitatis in Trinitate origo & fons
Or.42. n°.15. Pater eſt: *Una his tribus natura Deus eſt : unio verò eſt Pater, ex quo, & ad quem ea, quæ deinceps ſequuntur, referuntur, non ut confundantur ac permiſceantur, ſed ut cohæreant.* Si quandoque Pater ſolus Deus nominatur,
Or.30.n°. 13. & Chriſtus ipſum ſic alloquitur : *Ut cognoſcant te ſolum verum Deum ;* Gregorius hoc *ad eorum, qui, quanquam falsò, Dii tamen appellantur, ſublationem dici* exiſtimat. Major utique Pater Filio dici poteſt, non ob aliquam in natura diſparilitatem, ſed quatenus Pater Filii cauſa & principium eſſe dignoſcitur. Majorem etiam aſſerere poſſumus, ſi Filii humanitatem attendamus : ſed hæc interpretatio ſancto Doctori non multùm arridet, ut minus
Ibid. n°. 7. honorifica. *Nonne perſpicuum eſt*, inquit, *majoris vocem ad cauſam referendam eſſe ? . . . Quòd ratione humanitatis Pater Filio major intelligendus ſit, verè quidem dici poteſt, ſed non perindè honorificè.*

De Filio.

NULLUS unquam Filii divinitatem magis ſtrenuè propugnavit, ſive argumenta firmando, ſive objecta adverſariorum convellendo, ſive difficiliora explanando. Singulis quibuſque proferendis non immorabimur, pauca ex tam multis delibare contenti. Primùm unde acceperit Filii divinitatem oſtendit, plurima
Or.29. n°.17. Scripturarum loca congerendo quæ ipſam apertè declarant. *Nos*, inquit, *ex magnis & excelſis vocibus Filii divinitatem percepimus, ac prædicamus. Quibus tandem? His nimirum, Deus, Verbum, quod in principio erat, & cum principio, & principium ; ut in his locis :* In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. *Et*, Tecum principium : &, Qui vocat eam a generationibus principium. *Ad hæc Filius unigenitus dicitur*: Unigenitus Filius, *inquit*, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. *Via, Veritas, Vita, Lux.* Ego ſum via, veritas & vita : &, Ego ſum lux mundi. *Sapientia, Potentia :* Chriſtus Dei potentia & Dei ſapientia. *Splendor, Character, Imago, Sigillum, ut in his verbis :* Qui cùm ſit ſplendor gloriæ : &, character ſubſtantiæ ipſius : &, imago bonitatis. . . . Et, Qui erat, qui eſt, & qui venturus eſt, omnipotens ille. *Quæ perſpicuè de Filio dicuntur, ſicut & alia plura, quæ eandem vim habent, quorum nihil aſcititium eſt, nec Filio, aut Spiritui Sancto poſterius acceſſit, quemadmodum nec Patri. Neque enim ex acceſſione perfectio ipſis comparata eſt. Non enim Pater Verbi unquam expers fuit; nec unquam fuit quin Pater eſſet; nec denique unquam veritate, ſapientiâ, viribus, vitâ, ſplendore, aut bonitate caruit.*

Sed quid ? Nonne qui divinitatem Filio abrogant, & ipſi plurima Scripturæ loca in ſui erroris patrocinium afferunt? His ſanctus Doctor obviam it, regulam conſtituendo, cujus ope intricata enodantur, cujus lumine obſcura dilucidantur, & umbræ quibus veritatem error obtegere nitebatur, evaneſcunt.
Ibid. n°. 18. Ipſum audire juvat. *Multa etiam alia congerere queas . . . . Quanquam autem unumquodque horum ſigillatim perſequi, pioque ſenſu explicare minimè difficile eſt, atque offendiculum illud, quod in literis exiſtit, repurgare & eximere, ſi modo verè offendis, ac non potiùs de induſtria peccas ; ut tamen rem ſummatim contraham, hoc tibi faciendum eſt, ut ſublimiores voces divinitati, ac præſtantiori illi & incorporeæ naturæ, paſſionibuſque ſuperiori attribuas : humiliores autem, compoſito, & tuâ causâ inanito, atque incarnato . . . ut tu videlicet intelligas quæ prioris illius naturæ ſit ratio, & quæ aſſumptæ humanitatis.*

At ne errorem minùs intolerandum aut peccatum non tam immane cenſeas, negare Filio divinitatem, ex Gregorii ſenſu offenſæ atrocitas eſt ſta-
Or.38. n°.15. tuenda. *Deitati fidem abrogas ? hoc ne Dæmones quidem ipſi fecerunt. O Dæmonibus incredulior, & Judæis inſipientior ! Iſti enim Filii nomen æqualitatis vocem eſſe cenſebant : hi autem eum, a quo fugabantur, Deum norant.*

De Spiritu Sancto.

NEC minori ardore ac zelo Spiritûs Sancti divinitatem aſtruit contra Macedonianos. Spiritum Sanctum Deum apertè confitetur, quo tempore etiam inter Catholicos non pauci erant, qui quamvis Spiritûs Sancti divinitatem agnoſcerent, eum tamen Deum apertè non dicebant, nec dici volebant. Tam apertâ prædicatione non tantùm Arianorum & Macedonianorum, ſed etiam nonnullorum Catholicorum offenſam incurrit, adeò ut ipſius adverſarios ad eum è ſede Conſtantinopolitana deturbandum, hoc etiam nonnihil moverit & adjuverit. *Fortaſsè Spiritus impetitur : Ἴσως τὸ πνεῦμα βάλλεται* : hoc eſt, inquit Billius, fortaſsè hac de cauſa oppugnor & exagitor, quia Spiritûs Sancti, cui bellum iſti indixerunt, divinitatem aſſero & prædico. Carm. al. 123. v. 33. Pergit Gregorius : *τὸ πνεῦμα (ἀκούσατε) ὡς θεὸς, πάλιν λέγω· ἐμοὶ θεὸς σὺ· καὶ τρίτον βοῶ, θεὸς* : *Spiritus ut Deus, audite, iterum dicam : tu mihi Deus, & tertiò clamabo, Deus eſt* &c. Quod in defendenda Filii divinitate Athanaſius præſtitit, id Gregorius in defendenda Spiritûs Sancti divinitate. Si tot & tantas non eſt expertus perſecutiones, quot & quantas perpeſſus eſt Athanaſius, non niſi id accidit, quia occaſio defuit, non autem animus & voluntas. Eſt tamen aliquid in ejus ſcriptis, quod mirationem facit. Sibi, nomine hæreticorum, objicit, *Spiritûs Sancti divinitatem nullo Scripturæ loco proditam haberi :* Or. 31. n°. 21. quod quidem refellit duplici ratione ; primò affirmans *Scripturæ teſtimonio admodum confirmatam eſſe Spiritûs divinitatem, iis quidem certè, qui non nimis ſtolidi & obtuſi fuerint, atque a Spiritu averſi.* Ibid. n°. 29. Deinde ipſe innumera Scripturæ profert teſtimonia, quibus oſtenditur Spiritûs Sancti divinitatem in Scripturis proditam haberi : *Spiritus Dei dicitur, Spiritus Chriſti, mens Chriſti, Spiritus Domini, ac Dominus ipſe, Spiritus adoptionis . . . ſcientiæ, pietatis . . . . omnia eſſentiâ ſuâ implens, omnia continens*, &c. Ibid.

Præterea, hoc etiam poſito, quòd Spiritûs Sancti divinitas nullo Scripturæ loco prodita haberetur, illud impedimento eſſe non deberet quominus Spiritum Deum eſſe confiteremur, ſi quidem alia plurima credimus quæ in Scripturis non apparent. *Undenam*, inquit, alloquens adverſarium, *tu arces illas tuas, ingenitum aut Anarchum accepiſti, aut nos etiam immortalis vocem ? Hoc nominatim & expreſsè oſtende, vel ea rejiciemus, quia in Scriptura non extant, vel expungemus . . . . Nonne perſpicuum eſt, hæc de iis ſumpta eſſe, ex quibus colliguntur, tametſi minimè dicantur ?* Ibid. n°. 23.

Hujus reſponſionis dilucidandæ causâ, Gregorius comparationem inſtituit. *Duæ*, inquit, *ex omni ævo illuſtres vitarum mutationes extiterunt, quæ etiam duo Teſtamenta, atque ob rei celebritatem, terræ motus appellantur ; altera a ſimulacrorum cultu ad Legem, altera a Lege ad Evangelium. Ac tertium etiam terræ motum Scriptura nobis annuntiat, nempe migrationem ab hac vita ad alteram illam motûs omnis & jactationis expertem. Idem porrò duobus Teſtamentis accidit. Quid illud ? Non repentè, nec ad primam aggreſſionis impulſionem commutata ſunt. Quamobrem ? Id enim ſcire operæ pretium eſt : ut ne vi pertraheremur, ſed perſuaſione adduceremur. Quod enim voluntarium non eſt, ne diuturnum quidem eſt. . . . Ergo prima Lex ſublatis ſimulacris ſacrificia permiſit. Secunda ſubmotis ſacrificiis, circumciſionem minimè prohibuit. Ac poſtea, ut ſemel ſubtrahi ſibi aliquid æquo animo tulerunt homines, rebus etiam ſibi conceſſis, hoc eſt, illi ſacrificiis, hi circumciſione abſtinuerunt ; atque ut ex Ethnicis Judæi, ita ex Judæis Chriſtiani facti ſunt, per mutationes quaſi furtim ad Evangelium allecti . . . . Huic exemplo divinitatis doctrina comparari poteſt, niſi quod contrario modo res procedit . . . . Sic enim ſe res habet : Vetus Teſta-* Ibid. n°. 25. Ibid. n°. 26.

mentum Patrem apertè prædicabat, Filium obſcuriùs. Novum autem nobis Filium perſpicuè oſtendit, & Spiritûs divinitatem ſubobſcurè quodammodo indicavit. Nunc verò Spiritus ipſe nobiſcum verſatur, ſeſeque nobis apertiùs declarat. Neque enim tutum erat, Patris divinitate nondum confeſſâ, Filium apertè prædicari; nec, Filii divinitate nondum admiſsâ, Spiritum Sanctum, velut graviorem quandam, ſi ita loqui fas eſt, ſarcinam nobis ingeri..... Quin tacitis potiùs acceſſionibus, &, ut David loquitur, aſcenſionibus, atque ex gloria in gloriam progreſſionibus & incrementis, Trinitatis lumen ſplendidioribus illuceret....

Or. 31. n°. 27. *Quin etiam ab ipſo Jeſu paulatim declaratur....* Rogabo enim Patrem, inquit, & alium Paracletum mittet vobis, Spiritum veritatis..... *Habebat quædam Salvator, quæ a diſcipulis, licet alioqui multiplici doctrinâ implerentur, tunc tamen portari poſſe negabat, ob eas forſitan, quas attuli, cauſas, atque idcirco ea ipſis occultabat. Ac rursùs dicebat fore, ut ab adveniente Spiritu omnia edocerentur. Ergo unum ex eorum numero eſſe cenſeo, ipſam Spiritûs Sancti deitatem, in poſterum apertius declarandam, tum videlicet, cùm jam poſt Salvatoris in integrum reſtitutionem, matura & perceptibilis eſſet ipſius cognitio, utpotè cui ob tam inſigne miraculum fides non jam abrogaretur.*

Ex ſuperioribus Gregorii verbis de Filii divinitate obſcurè in veteri, perſpicuè in novo Teſtamento cognita; item de Spiritu ſubobſcurè tantùm in novo Teſtamento ſignificato: ex his, inquam, verbis, id ſequitur tantùm & colligendum, præter Scripturam, traditionem non ſcriptam fuiſſe neceſſariam, cujus ope Filii ac Spiritûs Sancti divinitas in Scripturarum teſtimoniis ſubobſcurè expreſſa, perſpicuè & apertè declararetur. Quod quidem alibi Gregorius docet expreſſiùs:

Or. 6. n°. 22. *Præclarum depoſitum, quod a patribus noſtris accepimus, cuſtodientes; Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum adorantes; in Filio Patrem, in Spiritu Filium cognoſcentes,*

n°. 21. *in quorum nomine baptiſmi aquâ tincti ſumus.* Et Or. xxxi: *Identidem ſæpiuſque inculcas Spiritûs Sancti divinitatem nullo Scripturæ loco proditam haberi. Enimverò quòd nec novus ac peregrinus, nec introductius ipſe ſit, verùm & a priſcis, & hujus ætatis hominibus agnitus & patefactus, quanquam a pluribus jam oſtenſum eſt, qui de hac re diſſeruerunt, atque in divinis Scripturis nec ignavè, nec perfunctoriè verſati ſunt, ſed literam penetrantes, atque intrò proſpicientes, reconditam pulchritudinem divino beneficio viderunt, ſcientiæque luce colluſtrati ſunt,* &c. Quæ certè confirmant neceſſariam eſſe traditionem ut Scripturæ intelligantur, fideique dogmata definiantur ab Eccleſia, penes quam eſt depoſitum iſtud, quod acceptum ab Apoſtolis ſervat & ſemper ſervabit.

Si quædam ſunt, quæ mira videri poſſint, dicta a Gregorio ad defendendam Spiritûs Sancti divinitatem; mirum adhuc magis quod ait, tunc temporis nonnullos fuiſſe, etiam ex catholicis, qui quamvis Spiritum Sanctum æqualem Patri & Filio, conſubſtantialemque crederent, ipſum tamen Deum appellare nollent: quod quàm abſurdum ſit, nemo non intelligit; nec tamen in dubium revocari poteſt, cùm tam diſertè aſſerat ac dicat, ſe liberè prædicante Spiritum Sanctum Deum eſſe, commotam fuiſſe terram.

Carm. al. 145. v. 13. & ſeq.

Οὐδὲν γὰρ οὕτως οὔποτε	*Nihil enim ſic unquam*
Ολὴν ἔσεισε γὴν	*Totam commovit terram,*
Ως πνεύματος παῤῥησία	*Ut libertas, quâ Spiritus*
Θεοῦ βοωμένου.	*Palam Deus prædicatur:*
Ο καὶ προσάντη τοῖς φιλοῖς	*Quod & inviſum me amicis*
Τέθεικεν, οἴδαμεν.	*Effecit, id ſcimus.*

Quæ tamen verba ſic accipienda eſſe arbitror, ut iis ſignificare voluerit mirabilem

mirabilem Conſtantinopoli mutationem factam, cùm in ea urbe, quæ metropolis & propugnaculum erat Macedonianorum, Spiritûs Sancti divinitas ipſius Gregorii operâ ſingularique animi fortitudine prædicata eſt.

Inanis autem ille ſcrupulus, de prædicatione Spiritûs Sancti divinitatis, non niſi in quibuſdam Orientis partibus graſſatus eſt, maximè Cæſareæ; ita ut etiam Baſilius, cùm firmiſſimis argumentis Spiritûs Sancti divinitatem demonſtraret, eum eſſe Deum non apertè prædicaret, ne animos efferaret, ne novis diſſidiis, noviſque vexationibus anſam præberet, quod fusè proſequitur Gregorius Oratione quam habuit in laudem Baſilii: in Occidente verò nunquam; nemo enim illic Spiritum Sanctum Deum dicere & prædicare dubitavit. Orat. 43. n°. 68. 69.

Quamvis de proceſſione Spiritûs non agat Gregorius, plura tamen in ejus ſcriptis ſunt loca, ex quibus conjicere licet, eum a Patre & a Filio Spiritum Sanctum procedere arbitratum fuiſſe, ut iſta: προσκυνοῦντες πατέρα ἐν υἱῷ, καὶ υἱὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι; *Adorantes Patrem in Filio, & Filium in Sancto Spiritu.* Quibus verbis id ſupponitur: quemadmodum Filius ſubſtantiam ſuam a Patre trahit, ſic ſuam a Filio Spiritus Sanctus. Or. 24. n°. 19.

De Incarnatione.

INCARNATIONIS non minùs accuratè quàm Trinitatis myſterium explicat Gregorius. Tam enim diligens & accuratus in eo exponendo, ut ex immenſa illa hæreſum circa Incarnationem cohorte, quæ terris incubuit, nulla ſit quam calamo non confixerit, natas pariter & naſcituras. Neſtorianorum enim, Eutychianorum & Monothelitarum impia dogmata, quæ necdum eruperant, convellit, oppoſitas his dogmatibus veritates prædicans. Ac primò quidem non aliam agnoſcit Incarnationis cauſam, quàm humani generis reſtaurationem: τίς δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, ἣν δι' ἡμᾶς ὑπέστη θεὸς, αἰτία; τὸ σωθῆναι πάντως ἡμᾶς· τί γὰρ ἕτερον. Docet Verbum animæ proximè unitum fuiſſe, mediâque animâ corpori: διὰ τοῦτο θεὸς σαρκὶ διὰ μέσης ψυχῆς ἀνεκράθη, καὶ συνεδέθη τὰ διεζῶντα τῇ πρὸς ἄμφω τὸ μεσιτεύοντος οἰκειότητι. Divinitas & corpus, res diſcrepantes ita conjunctæ ſunt, animæ interventu. Apollinariſtæ Jeſum Chriſtum dominicum hominem appellabant; quo nomine è ſanctis Patribus uſi ſunt, Athanaſius, Epiphanius, Caſſianus, &c; verùm longè alio ſenſu, hominem ſcilicet perfectum intelligentes. Apollinariſtæ autem hominem in Chriſto admittebant, modò animâ carentem, modò intelligentiâ, cujus ſcilicet vices divinitatem ſupplere volebant; quos ſic refellit Gregorius: *Neque hominem a divinitate ſeparamus*, inquit, *ſed unum & eundem profitemur* &c. Duæ exſcribendæ eſſent ad Cledonium epiſtolæ, quæ olim inter Orationes numerabantur, quas inter LI & LII occupabant ſedem, & Orat. XXXVIII. *Qui eſt, fit: qui creatus non eſt, creatur; qui nullo loco contineri poteſt, per interventum animæ intellectualis, inter divinitatem & carnis craſſitiem, continetur. Qui locupletes alios ditat, paupertate afficitur: carnis enim meæ paupertatem ſubit, ut ego divinitatis ipſius opes conſequar. Qui plenus eſt, exinanitur: ſuâ enim gloriâ non nihil exinanitur, ut ego plenitudinis ipſius particeps efficiar..... Chriſtus humana omnia, excepto peccato, ſuſcipit, conceptus quidem ex Virgine, animo & corpore a Spiritu præpurgatâ; nam & generationem honore affici, & virginitatem præferri oportebat.* Virginem Mariam, quæ Dominum concepit & peperit, non ſemel θεοτόκον παρθένον appellans, anathema dixit Neſtorio priuſquam naſceretur, iiſque omnibus qui hanc honorificam appellationem beatæ Virgini adimunt. Or. 30. n°. 2. Or. 2. n°. 23. Socrat. l. 2. c. 46. p. 161. Epiſt. 1. ad Cledonium, olim Or. 51. n°. 13. Or. 35. n°. 4.

De Angelis.

QUOD Angelos ſpectat, hærere videtur Gregorius circa eorum creationem, naturam, ſtatum, & varios eorum ordines: in ea tamen cum antiquis Patribus græcis fuiſſe ſententia videtur, ut crederet ante mundum creatos
Or. 38. n°. 9. eſſe Angelos. *Quoniam autem bonitati* divinæ *nequaquam ſatis erat ſuâ ipſius ſolùm contemplatione moveri, ſed bonum diffundi ac propagari oportebat, ut plura eſſent, quæ beneficio afficerentur, id enim ſummæ bonitatis erat, primùm angelicas & cæleſtes virtutes cogitavit: atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo conficiebatur, ac Spiritu explebatur. Atque ita ſecundi ſplendores procreati ſunt, primi ſplendoris adminiſtri; ſive intelligentes ſpiritus, ſive ignem velut materiæ expertem & incorporeum, ſive aliam quandam naturam eos exiſtimare oportet.*
Or. 31. n°. 15. Verumtamen Angelos *ſimplici quâdam naturâ* præditos, & *puras naturas*
Or. 28. n°. 31. ſanxit. *Ignem* verò ipſos nuncupat, non quòd corpoream ſubſtantiam vel tenuiſſimam eis affingat, ſed ob munera quibus erga nos funguntur. Sic Deus *ignis* etiam in Scripturis vocatur, vel ob nimiam puritatem, vel ob flagrantiſſimum juſtitiæ ſtudium quo peccata exurit, pravos mores ſive immutando, ſive plectendo. His annuit ſanctus Doctor, & interpretationi ſuffragatur.
Ibid. *Spiritus*, inquit, *atque ignis Angelus appellatur; illud, quia intellectili naturâ eſt præditus, hoc, quia purgandis animis noſtris adhibetur; quandoquidem primaria quoque illa eſſentia* (Deus) *iiſdem nominibus in Scriptura*
Or. 40. n°. 7. *nuncupatur.* Videtur alicubi Angelos naturâ ſuâ omni peccato prorſus immunes opinari. *Quoniam omni peccati labe carere, Dei eſt, primæque & incompoſitæ naturæ; (ſimplicitas enim pacata eſt, atque ab omni diſſidio remota;) audacter etiam addam, & Angelicæ, quæ aut prorſus extra peccandi aleam eſt, aut ad id certè ob eam propinquitatem, quam ad Deum habet, proximè accedit.* Verùm ſententiam aut temperare, aut ſaltem explanare ſequentibus
Or. 38. n°. 9. dicere nihil vetat. *Geſtit quidem animus dicere ad malum immobiles* Angelos, *atque ad bonum duntaxat agitationem habentes, utpotè Deum circumſtantes, ac primario Dei fulgore collucentes; verùm ut non omninò immobiles, ſed ægrè mobiles exiſtimem ac dicam, mihi perſuadet ille ob ſplendorem Lucifer, qui propter ſuperbiam caligo, & effectus eſt, & nominatur, ac ſubjectæ ipſi rebelles poteſtates, quæ per boni fugam vitium effecerunt, illudque nobis contraxerunt.* Angelos hîc attendit quales erant, dum de futura ſorte adhuc inſcii, & nondum in ſanctitate conſtabiliti, libero poterant arbitrio a prima ſententia in aliam deflectere, licèt ad juſtitiam mentis affectu tunc proclives, promptiores ad bonum quàm ad malum eſſent.
Or. 28. n°. 31. *Angelicæ poteſtates divinæ voluntatis miniſtræ ſunt, roboreque non modò naturali, ſed etiam adventitio pollent, loca omnia peragrant, tum ob miniſterii promptitudinem, tum ob naturæ levitatem. Aliæ aliam quandam orbis partem complectuntur, aut certè aliis quædam pars commiſſa eſt, ut novit qui hæc ordinavit ac diſtinxit. Ad unum rerum omnium Conditoris nutum omnia in unum jungunt. Divinas laudes canunt, ac ſempiternam illam gloriam*
Or. 40. n°. 36. *ſempiternè intuentur* &c. *Nobis* etiam *ad optima quæque adjumento ſunt.*

De Anima ejuſque immortalitate & origine.

Or. 2. n°. 17. ANIMAM ex Deo & immortalem eſſe docet: *Anima ex Deo eſt, atque divina, ſupernæque nobilitatis particeps, ad eamque properans; tametſi viliori*
Ibid. n°. 28. *interim ac deteriori ſit aſtricta.... De animæ ſalute periclitamur, quæ beata & immortalis eſt, atque immortalibus, vel ſuppliciis, vel laudibus, ob vitium aut virtutem afficietur.* Patres, carnis tantùm ſunt patres:

Οὐχ ὅλε ἀνθρώποιο πατὴρ βροτὸς, ὡς ἐνέπεσιν,
Αλλ' ὅσον σαρκός τε καὶ αἵματος· ἀμφοτέρων μὲν
Ολλυμένων, ψυχὴ δὲ θεῦ κρατέοντος ἄημα,
Εκτοθεν εἰσπίπλυσα χοὸς πλάσει. οἶδεν ὁ μίξας,
Πῶς τὸ πρῶτον ἔπνευσε, καὶ εἰκόνα μίξατο γαίῃ. Carm. in laud. Virg. v. 392. & seq.

Non totius hominis homo pater eſt, ut dici ſolet,
Sed tantùm carnis & ſanguinis, quorum utrumque
Peribit. Anima autem Dei omnipotentis ſpiraculum eſt,
Extrinſecus incidens in terreſtre figmentum. Novit qui miſcuit
Quomodo primùm afflavit, ac imaginem terræ miſcuit.

Peccatum originale.

ORIGINALE peccatum apertiſſimè confitetur : *Totus cecidi*, inquit, *atque ob primi hominis inobedientiam & Diaboli fraudem condemnatus ſum....* Or. 22. n°. 13.
Quemadmodum in veteri Adamo mortui ſumus, ita in Chriſto vivamus ; dum nimirùm cum Chriſto & naſcimur, & cruci affigimur, & ſepelimur, & reſurgimus. Pulchra enim in contrarium mutatio mihi ſubeunda eſt, ut quemadmodum ex ſecundis rebus moleſtæ venerunt, ſic etiam ex moleſtis lætæ & jucundæ redeant. Ubi enim abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia : & ſi guſtus condemnavit, quanto magis Chriſti paſſio juſtificavit? Locum hunc exſcripſit Auguſtinus l. 1. cont. Jul. c. 5. p. 505. Tom. 10. Triplicem nativitatem Gregorius, Scripturarum auctoritate, numerat & decernit, quarum duæ priores vitium originis noſtræ declarant; cùm una quæ fit per corpus, ſervilis ſit & libidinoſa; altera quæ per Baptiſmum nobis confertur, malum primæ nativitatis depellere, & damnum reſarcire monſtretur. *Triplex nativitatis genus agnoſcit Scriptura, primum ex corporibus, alterum ex Baptiſmo, tertium ex reſurrectione. Horum primum nocturnum & ſervum eſt, ac cum libidine conjunctum : alterum diurnum & liberum, ac depellendarum vitioſarum affectionum vim habens, omne id, quod a nativitate contractum eſt, velamen amputans, & ad ſupernam vitam nos revocans, πρὸς τὴν ἄνω ζωὴν ἐπανάγουσα.* Radix tamen peccati extincta penitus non eſt. *Utinam*, inquit, *funditus pereat vitium, & primum illius ſemen, ac Pravus ille, qui dormientibus nobis zizania ſuperſeminavit.... Hæc nobis lignum illud invexit, & amarus eſus, & invidus ſerpens, & lex violata, quæ nobis hanc pœnam irrogavit, ut in vultûs ſudore nobis victus ſit parandus..... E paradiſo dejectus ſum, atque ad terram, ex qua aſſumtus fueram, averſus ſum, id unum deliciarum loco habens, quòd calamitates meas cognitas habeam : & pro exigua voluptate, perpetuo mœrore damnatus ſum ; eamque pœnam pendo, ut mihi cum eo qui malè in meam amicitiam irrepſit, ac per arboris guſtum in fraudem me induxit, bellum gerere ſit neceſſe. Hinc factum eſt ut in labore & ærumna naſcar, & vivam, ac moriar. Hinc indigentia nata eſt ; ex indigentia cupiditas habendi, ex cupiditate bella, ex bellis porro tributa, quibus in divina condemnatione nihil gravius eſt & acerbius.* S. Auguſtinus, pluribus ad confirmandam fidem catholicam prolatis Gregorii teſtimoniis, ſic Julianum alloquitur : *Sed non tibi deerit magni nominis & famâ celeberrimâ illuſtris Epiſcopus etiam de partibus Orientis, cujus eloquia ingentis merito gratiæ, etiam in linguam Latinam tranſlata uſquequaque claruerunt. Sedeat ergo cum iſtis patribus etiam ſanctus Gregorius, & cum eis tuæ criminationis inanem patiatur invidiam : dum tamen cum eis contra novitiam peſtem veſtram, medicinalem proferat & ipſe ſententiam... An tibi parva in uno Gregorio Epiſcoporum orientalium videtur auctoritas? Eſt quidem tanta perſona, ut neque ille hoc niſi*

Or. 40. n°. 2.
Or. 19. n°. 14.
S. Aug. l. 1. cont. Jul. p. 504. 505. T. 10.

ex fide christiana omnibus notissima diceret, nec illi eum tam clarum haberent atque venerandum, nisi hæc ab illo dicta ex regula notissimæ veritatis agnoscerent.

De Baptismo & Confirmatione.

Or. 40. n°. 3, n°. 4. BAPTISMUM appellat *omnium Dei beneficiorum præclarissimum & præstantissimum. Donum*, inquit, *vocamus, gratiam, baptismum, unctionem, illuminationem, incorruptionis indumentum, regenerationis lavacrum, sigillum, ac denique excellentissimo quovis nomine appellamus.* Donum *dicitur, quia iis, qui prius nihil contulerunt, datur.* Gratia, *quia etiam debentibus.* Baptismus, *quia peccatum in aqua sepelitur.* Unctio, *quia sacer & regius* .... Illuminatio, *quia splendor & claritas.* Indumentum, *quia ignominiæ nostræ velamen*
Or. 40. n°. 7. *est* &c. Tandem quodlibet peccatum purgat & abstergit. *Hæc Baptismi gratia & facultas est, non orbem terrarum ut olim obruens, sed uniuscujusque hominis peccatum purgans, easque obstructiones vel maculas, quæ vitio contrahuntur, prorsus abstergens.*

Collatum a laicis Baptisma irritum videtur existimasse Gregorius : saltem colligi ex eo potest quod narrat de se, cùm Cæsareâ navigaret Athenas.
Or. 18. n°. 31. *Ortâ gravi tempestate, in periculum miser veneram*, inquit, *ne non initiatus è vita discederem, spiritualem aquam inter exitiosas & mortiferas undas desiderans; ac proinde clamabam, obsecrabam, breve quoddam temporis spatium expectabam : clamabant etiam, in communi licet vitæ discrimine, qui simul navigabant.* Verebatur Gregorius, ne Baptismi gratiâ privaretur : remedium tamen erat ipsi perfacile, si existimasset manu laici Baptismum posse conferri. Non
Carm. de vita sua. enim dubium quin plures tunc adfuerint, eâdem fide informati : *Quippe omnes ad unum fletibus genas rigabant; junctique Christum voce gemebundâ vocabant.* Hæc tamen apud eum legere est, quæ primam sententiam infirmare
Or. 40. n°. 26. viderentur : *Quivis tibi initiator sit, qui modò eâdem fide informatus est.*

Existimat sanctus Doctor eos qui, non quidem per contemptum, ad Baptismi gratiam non pervenerint, sed moras producentes ante susceptum
Or. 40. n°. 23. Baptisma morte correpti fuerint, *leviores pœnas daturos, utpotè qui non tam animi pravitate, quàm stultitiâ, a baptismo aberrarint.* De adultis & infantibus, propter inopinatum & violentum casum, non susceptâ baptismi
Ibid. gratiâ, mortuis hæc habet : *Postremi denique, nec cœlesti gloriâ, nec suppliciis a justo judice afficientur, utpotè qui licet signati non fuerint, improbitate tamen careant, atque hanc jacturam passi potius fuerint, quàm fecerint.* Hæc verò non sic accipienda, quasi censuerit Gregorius originalis peccati pœnas infantes non luere. Revera infantes suppliciis non afficientur quòd Baptismo caruerint, sicut nec adulti, ni desidiâ vel contemptu ad Baptismum non accesserint : siquidem defectus ille Baptismatis non eis crimini verti posset. Intereà licet adulti non puniantur ob omissum baptisma, pœnas tamen exolvent de peccatis quæ in vita perpetrarunt; sic & infantes naturâ filii iræ & peccato originali obnoxii, meritò plectentur, miserè a Deo in æternum
Or. 39. n°. 13. repulsi, ut Gregorius docet : *Hominem invidiâ Diaboli, atque acerbo peccati gustu, a Deo conditore miserè separatum despicere, a Deo alienum est*

Hortatur parentes, ut infantibus suis Baptismum conferri curent, & eos
Or. 40. n°. 17. ab infantia sanctificari. *Infans tibi est ? Ne occasionem improbitas arripiat : ab infantia sanctificetur, ab ipsis unguiculis Spiritui consecretur. At propter naturæ imbecillitatem sigillum metuis ? Quàm imbecillis animi mater es, pusillæque fidei ! Anna verò Samuelem, prius etiam quàm procreatus esset, Deo vovit, atque in lucem editum statim consecravit.* Non vult pueros primâ ætate bap-
Ibid. n°. 28. tisari, nisi quod urgeat periculum. *De reliquis ita censeo, ut triennio expectato,*

aut

aut aliquanto breviori vel longiori temporis ſpatio (nam tum, & myſtici quiddam audire, & reſpondere poſſunt, ac ſi minùs plenè & exactè intelligunt, imbuuntur tamen & informantur,) ita demum, magno perfectionis ſacramento & animas & corpora ſanctificent..... Propter inopinatos & repentinos periculorum impetus, quique nullâ ope atque auxilio propulſari queant, lavacro communiri omnino conducibilius eſt. Objurgat eos qui baptiſmum differunt, ſubvertitque inanes, quas obtrudunt cauſas. *Omne tibi tempus ad ablutionem idoneum eſt, quandoquidem nullum tempus mortis periculo vacat.* Verum ſolemne Baptiſma, in Cappadocia, non niſi diebus Paſchæ, Pentecoſtes & Epiphaniæ conferebatur. Primus Gregorius diei Epiphaniæ meminit: ſed in Oriente mos iſte vigebat. Imperante Juſtiniano, rex Herulorum, Gethes nomine, Conſtantinopolim venit, & die Epiphaniæ Baptiſma ſuſcepit, ac pro ſacro fonte ſponſor illius ipſe fuit Imperator.

Or. 40. n°. 16 & ſeq. *Ibid.* n°. 13.

Paul. Diac. hiſt. l. 16. p. 272. T. 13. Bibl Patr.

Fœdus cum Deo in Baptiſmate contractum fideliter ſervandum docet Gregorius his verbis: *Nihil aliud eſſe vim & facultatem Baptiſmi exiſtimare debemus, quàm ſecundæ vitæ ac purioris vivendi rationis pactum cum Deo initum. Ac proinde vel maximo in metu omnes eſſe, atque omni cuſtodiâ noſtras animas ſervare debemus, ne mendacio fidem pactumque violaſſe comperiamur. Nam cùm ad mutua hominum pacta firmanda Deus medius adhiberi ſoleat, quantum, quæſo, periculum eſt, ne fœdera cum Deo ipſo contracta perfregiſſe reperiamur; ac, præter alia peccata, ipſius quoque mendacii apud Veritatis tribunal rei peragamur?*

Or. 40. n°. 8.

De Confirmationis ſacramento hoc unum in ſcriptis Gregorii reperimus: neceſſarium eſſe, ut perfecti ſimus Chriſtiani, ἐπιζητεῖται πρὸς τὴν τελείωσιν; atque ſacramentum iſtud in nomine Spiritûs Sancti conferri.

Or. 34. n°. 14. Or. 33. n°. 17.

De Euchariſtia.

Quod Euchariſtiæ ſacramentum ſpectat; realem Chriſti in Euchariſtia præſentiam tam multis & tam perſpicuis teſtimoniis agnoſcit Gregorius, ut nullum de ejus fide circa myſterium iſtud dubium eſſe poſſit. *O Dei cultor ſanctiſſime,* inquit, Amphilochio ſcribens, *ne cunctaris orare & intercedere pro nobis, quando dicto allicis Verbum Dei; quando incruentâ ſectione corpus & ſanguinem dominicum ſecas, vocem adhibens pro gladio.* Et Oratione xlv. *Lex,* inquit, *fulcientem baculum tibi præſcribit, necubi animo titubes, dum ſanguinem Dei, & paſſionem, ac mortem audis, ac dum Dei patronus ac defenſor videri cupis, impiè corruas. Quin potiùs ſine pudore ac dubitatione corpus ede, ſanguinem bibe, ſi modò vitæ deſiderio teneris, nec ſermonibus de carne fidem abrogans, nec ad eos, qui de paſſione habentur, impingens. Innixus ſta, firmus & ſtabilis, atque ita comparatus, ut nulla in re quatiaris ab adverſariis, nec verborum lepore atque illecebris abripiaris.*

Epiſt. al. 240. n°. 19.

In Euchariſtiæ conſecratione verum agnoſcit ſacrificium, cùm ait Epiſcopos & Presbyteros incruentas hoſtias offerre, atque altaria noſtra ita appellari, quòd ſuper ea incruenta ſacrificia offerantur: *O Sacerdotes, qui hoſtias incruentas offertis.... O genua, ô palmæ, puriſſimis Deum quæ placabatis hoſtiis, Carterii, quomodo ceſſaſtis.* Magnas virtutes in eo requirit, qui ſacrificium iſtud ad altare ſupernum tranſmittit, qui externum ſacrificium, illud magnorum myſteriorum antitypum, offert. *Quo tandem modo externum illud ſacrificium.... Deo offerre auderem, aut quo modo Sacerdotis habitum & nomen ſubire, priuſquam ſanctis operibus manus purificaſſem.* « Per externum » autem ſacrificium, illud, quod per panem & vinum peragitur, intelligit » Gregorius, quæ quidem in ſacra menſa propoſita, per ineffabilem quandam

Carm. al. xi. v. 1. Apud Murat. Epit. 40.

Or. 2. n°. 95.

» omnipotentis Dei vim & facultatem, in Chriſti corpus & ſanguinem verè » commutantur. . . . Nec verò, quin hoc verum ſit, ullo pacto ambige, cùm » ipſe apertè dicat, *hoc eſt corpus meum*, & *hic eſt ſanguis meus*. Quin » potiùs Salvatoris ſermonem fide accipe. Nam cùm verus ſit, minimè » mentitur ». Hæc Elias Cret. in Orat. al. 1. nunc 2. Tom. 2. apud Bill. p. 200, 201.

Per incruentum hoc ſacrificium, nos Chriſti participes effici docet Gregorius : *Per quod* (incruentum ſacrificium) *nos Chriſto ipſiuſque paſſionibus & divinitati communicamus*. Sunt alia Gregorii verba, ex quibus, ut obſervat Muratorius, probari poteſt, apud veteres ſacrificia & preces pro iis qui deceſſerunt in ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis, viguiſſe; ſic enim in epitaphio CXVIII inducit mortuos Gregorium & Nonnam loquentes : *Nos pii parentes Gregorii, qui & ſenectutem reddidit ſuis laboribus levem noſtram, & nunc proſequitur nos ſacrificiis ;* καὶ νῦν αμφιέπει θυσίαις. Nec minùs oblatione ſacrificii ægros ex morbo recreatos aſſerit & repræſentat ſanctus Doctor. In exemplum profert patrem ſuum Gregorium, nec non Gorgoniam ſororem ſuam, quorum alter : *Illud quidem cum aliis hominibus commune habuit, quòd ægrotaret ; hoc autem non item commune, ſed admodum peculiare, aliiſque miraculis conſentaneum. Nam cùm nunquam dolore non premeretur, & quidem perſæpe ſingulis diebus, atque interdum etiam horis, ex ſola liturgia robur concipiebat, ac morbus, tanquam ex edicto & imperio fugatus, ſe ſubducebat .... Illa verò* (Gorgonia) *cùm caput ſuum pari cum clamore, lacrymiſque, quibus abundabat, mulierculæ illius inſtar, quæ olim Chriſti pedes rigavit, altari admoviſſet, nec ſe priùs illud dimiſſuram eſſe denuntiaſſet, quàm ſanitatem obtinuiſſet ; ac deinde hoc ſuo pharmaco corpus totum perfudiſſet, & ſi quid uſpiam antityporum pretioſi corporis aut ſanguinis manus recondiderat, id lacrymis admiſcuiſſet, (ô rem admirandam!) ſtatim liberatam ſe morbo ſentit, atque & corpore, & animo, & mente levis diſcedit.*

Or. 4. n°. 52.

Anecd. græc. p. 112.

Or. 18. n°. 38.

Or. 8. n°. 18.

Nec verò quemquam movere debet, quòd Gregorius, de Euchariſtia loquens, figuras & antitypa appellat. Movit tamen id, aut certè movere viſum eſt nonnullos. Neque enim, inquiunt Miniſtri Claudius & Albertinus, his nominibus fuiſſet uſus Gregorius, ſi verè & realiter Chriſti corpus & ſanguinem in Euchariſtia contineri exiſtimaſſet. Elias Cretenſis hæc nomina de Euchariſtia interpretatur, ac de vero Chriſti corpore & ſanguine exponit. Sed & inanes Claudii & Albertini objectiones refellit, ac funditùs evertit auctor operis de Perpetuitate fidei, lib. 1. c. 5. p. 49. Tom. 3.

In Or. al. 1. nunc 2. apud Bill. Tom. 2. p. 201.

De Pœnitentia.

JUSTITIAM amitti poſſe & recuperari, ſatis tot lapſorum experientiâ didicerat ſanctus Doctor; attamen ne qui innocentiâ Baptiſmi exciderent, nova contrahendo peccata, ſibi de venia nimis blandirentur, aliud eis non ſupereſſe remedium præter lacrymas denunciat Gregorius, *nunc aliud remedium extra lacrymas nullum prorſus ſcio*. Quin ut homines a peccato magis deterreat & in juſtitia ſtabilius confirmet, monet eos pœnitentiam laborioſum eſſe pharmacum, difficiliorem & moleſtiorem diſciplinam : *Grave eſt facilioris medicinæ loco difficiliorem & moleſtiorem adhibere, ac, projectâ miſericordiæ gratiâ, ſuppliciis ſeipſum obnoxium reddere, atque ex delicti ratione emendationem æquare. Quantam enim lacrymarum vim impendemus, ut ea cum Baptiſmi fonte exæquari poſſit ? Quis autem ſponſor erit, fore, ut vitæ finis curationem expectet, ac non potiùs adhuc ære alieno preſſos, atque illius ignis ardore opus habentes, tribunal illud ſuſcipiat ? Tu quidem fortaſſe, bone & humane agricola, dominum ſupplex rogabis, ut ficulneæ adhuc parcat, nec eam ſterilitatis*

Or. 40. n°. 9.

accuſatam adhuc ſuccidat, verùm tibi permittat, ut ſtercora undique in eam injicias, hoc eſt, lacrymas, gemitus, preces, chameunias, vigilias, animæ & corporis macerationem, ac denique correctionem eam, quæ ex peccati confeſſione, contemptiorique vitæ genere exiſtit; at incertum eſt, an Dominus illi parcet, utpotè quæ etiam locum otiosè occupet, cùm interim alius miſericordiâ egeat, atque ob longanimitatem, quæ ipſi exhibetur, deterior fiat.

Licet Gregorius purgationem animæ ac inſtaurationem in priſtinum ſtatum rariſſimam eſſe agnoſcat, & ægrè tandem poſt aſſiduos gemitus, longoſque labores vulneribus cicatricem obduci; acriter tamen Novatianorum ſævitiam coarguit. *Tu verò quid ais*, inquit *? quam legem ſtatuis, ô nove Phariſæe, ac nomine, non autem animi propoſito, purè, ac Novati dogmata cum eadem infirmitate nobis efflans? Pœnitentiam non admittis? luctibus locum negas? lacrymas lacrymis non proſequeris? Utinam talem tibi judicem experiri non contingat. Benignitate Jeſu non moveris, qui infirmitates noſtras ſuſcepit, & morbos noſtros portavit, qui non venit vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam, qui miſericordiam mavult quàm ſacrificium, qui ſeptuagies ſepties peccata condonat? Quàm beata eſſet ſublimitas tua, ſi puritas ea eſſet, non autem faſtus, leges ſupra hominis captum inſtituens, ac morum correctionem per deſperationem tollens. In eodem enim vitio ſunt, indulgentia omninò animadverſionis expers, & condemnatio omni veniâ carens; illa omnes habenas laxat, hæc ob vehementiam ſtrangulat.* Or. 39. n°. 18.

Proſequitur Gregorius, urgens Novatianos: *Quid? Ne pœnitentem quidem Davidem admittis, cui propheticam quoque gratiam pœnitentia conſervavit? Nec magnum illum Petrum, qui circa Salvatoris paſſionem humani aliquid perpeſſus eſt? At Jeſus eum ſuſcepit, ac per triplicem interrogationem & confeſſionem, triplicem abjurationem ſanavit. Quid.... nec eum (admittis) qui ſcelere ſeſe in Corintho devinxit? At Paulus caritatem etiam erga eum firmavit, ſimul atque eum ad meliorem vitæ frugem rediiſſe perſpexit; iſtamque cauſam affert: ne abundantiori triſtitiâ abſorbeatur* &c. Quod ait Gregorius de Novatianis: *In altero ævo igni fortaſsè baptizabuntur, qui poſtremus eſt baptiſmus, nec ſolùm acerbior, ſed & diuturnior, qui craſſam materiam inſtar fœni depaſcitur, vitiique omnis levitatem abſumit;* fortè ſperabat Gregorius Novatianos errorem ſuum agnituros; quapropter verba de igne purgatorio, non de æterno igne, ut putat Nicetas, videntur intelligenda. Ibid. Ibid. n°. 19. Apud Bill. t. 2. p. 1037.

De Ordinis Sacramento.

De ordinis ſacramento non multa dogmaticè tractata in Gregorii ſcriptis reperias, niſi quod Epiſcopis in ordinatione Spiritum Sanctum conferri teſtatur. *Num tu*, inquit, *Spiritûs Sancti non es particeps? atqui maximè te hoc ipſo effers.* Jure divino paſtores a populo ſecerni & præeſſe docet. *Quemadmodum in corpore aliud principatum tenet, ac velut præſidet, aliud ſubeſt & regitur: ad eundem quoque modum Deus, vel æquitatis lege, quæ meritum cujuſque perpendit, vel etiam providentiæ, per quam omnia inter ſe velut devinxit, hoc in Eccleſiis conſtituit, ut alii paſcantur & pareant, quibus videlicet id utilius eſt, ac tum ſermone, tum opere, ad officium dirigantur: alii autem ad Eccleſiæ perfectionem paſtores ac magiſtri ſint, nimirum qui virtute, conjunctioneque & familiaritate apud Deum, vulgo ſublimiores ſunt, rationem animæ ad corpus, aut mentis ad animam obtinentes; ut hæc duo, hoc eſt & id quod deficit, & id quod redundat, inter ſe, velut in membris, compoſita & compacta, ſpiritûſque compage connexa & colligata, unum corpus, omni ex parte perfectum, atque ipſo Chriſto, qui caput noſtrum eſt, omnino dignum exiſtant.* Ritus tandem quibus inaugurabatur Pontifex, ſic deſcribit, Carm. adv. Epiſc. apud Toll. p. 27. Or. 2. n°. 3.

Or. 10. n°. 4. eum a quo conſecratus fuerat alloquens. *Me pontificem ungis, ac podêre cingis, capitique cidarim imponis, atque holocauſti ſpiritualis altari admoves, & initiationis vitulum mactas, manuſque ſpiritui conſecras, & ſancta ſanctorum ſpectatum introducis, verique illius tabernaculi, quod non homo, ſed Deus finxit, miniſtrum efficis.*

Meminit Lectoris officii Gregorius, ubi narrat Gallum & Julianum, qui
Or. 4. n°. 23. poſtea fuit apoſtata, in Clerum ſeipſos aſcripſiſſe : *Adeò ut divinos quoque libros lectitarent plebi, non minùs amplum id ſibi & honorificum eſſe exiſtimantes, quàm aliud quidvis, imò omnium ornamentorum maximum præſtantiſſimumque pietatem eſſe cenſentes.*

Agnoſcit diſertiſſimè primatum Petri, quem diſcipulorum omnium cariſſi-
Or. 19. n°. 13. mum appellat. *Non modò ſuo Chriſtus, ſed etiam Petri, diſcipulorum omnium*
Carm. adv. Epiſc. apud Toll. p 25. *cariſſimi, nomine didrachmum pendit. Petrus Apoſtolorum princeps, ſed*
Or. 32. n°. 18. *Eccleſiæ petra, non ut piſcator, ſed ut fervoris ſcatens. Vides quemadmodum ex Chriſti diſcipulis, magnis utique omnibus & excelſis, atque electione dignis, hic petra vocetur, atque Eccleſiæ fundamenta in ſuam fidem accipiat.* Hinc a
Or. 9. n°. 1. Gregorio, *Petrus eccleſiæ columen dicitur.*

Hunc primatum ad Petri ſucceſſores manaſſe declarat ſanctus Doctor, Romanum Pontificem orbis chriſtiani præſidem, & unitatis catholicæ vinculum deſignans.

Carm. de vita ſua, v. 571. & ſeq.

Τούτων δὲ πίστις, ἡ μὲν ἦν ἐκ πλείονος
Καὶ νῦν ἔτ' ἔστιν εὔδρομος, τὴν ἑσπέραν
Πᾶσαν δέουσα τῷ σωτηρίῳ λόγῳ
Καθὼς δίκαιον τὴν προέδρον τῶν ὅλων
Ολην σέβουσαν τὴν θεῖ συμφωνίαν.

Quod ſpectat ad illarum fidem ; vetus quidem (Roma) *jamdudum*
Atque etiam nunc rectè currit, Occidentem
Totum devinciens ſalutari doctrinâ,
Quemadmodum par eſt, ut quæ univerſis præſidet,
Totam colat Dei concordiam.

De Sacramento Matrimonii.

Or. 37. n°. 10. Bonum eſſe matrimonium, ſed tamen virginitati poſthabendum cenſet Gregorius. *Bonum eſt matrimonium*, inquit; *ſed quòd virginitate præſtantius ſit, dicere non poſſum. Neque enim magnum aliquid eſſet virginitas, niſi re aliquâ bonâ melior & præclarior eſſet. Nolite hoc moleſtè ferre, quæ matrimonii jugo ſubjectæ eſtis : obedire Deo oportet magis quàm hominibus. Ceterùm facite, ut inter vos quaſi vinculo conſtringamini, & virgines & uxores, atque unum ſitis in Domino, mutuumque aliæ aliarum ornamentum. Non eſſet cœlebs, niſi matrimonium eſſet. Unde enim in hanc vitam virgo prodiiſſet? Nec eſſet honorificum & venerandum matrimonium, niſi virginem proferret, tum Deo, tum vitæ.*

Ibid. n°. 8. Secundas nuptias non videtur probare. *Si enim duo Chriſti ſunt*, inquit, *duo quoque viri ſint, & duæ uxores. Si autem unus Chriſtus, unum Eccleſiæ caput, una etiam caro ſit, ſecunda autem reſpuatur. Quod ſi ſecundam prohibeat, de tertia quid dicendum eſt? Primum lex eſt, ſecundum venia & indulgentia, tertium iniquitas. Qui autem hunc numerum excedit, porcinus planè eſt, utpotè ne multa quidem vitii exempla habens.* Ex his verbis critici nonnulli minùs rectè exiſtimarunt Gregorium damnaſſe ſecundas nuptias : ſed
Or. 39. n°. 18. immeritò, ſi quidem Novatum ita ſentientem impugnat & refellit. *Anne juvenibus quidem viduis, propter ætatis lubricum, ineundi matrimonii poteſtatem facis?*

facis ? At Paulus hoc facere minimè dubitavit.... At hæc minimè poſt baptiſmum, inquis. Quo argumento id confirmas ? Aut rem ita ſe habere proba, aut ſi id nequis, ne condemnes. Quod ſi res dubia eſt, vincat humanitas & facilitas. n°. 19.

Impudicam quidem mulierem expellendam cenſet Gregorius, cùm id Chriſtus permiſerit; reliquis autem omnibus in rebus animi æquitate & patientiâ uti jubet. Si fuco illitos & ceruſsâ colores & pigmenta perſpexerit vir, hoc ornatu mulierem ſpoliet, ceteraque inhoneſta coerceat & reprimat. Or. 37. n°. 8.

Adulterii causâ uxorem dimittere viro permittitur; mulieri autem virum dimittendi non eadem datur facultas : hanc legem non probat Gregorius, eamque impugnat. *Quid enim cauſæ fuit*, inquit, *cur mulierem coërcerent, marito contra indulgerent? ... Et mulier quidem, quæ improbum conſilium adversùs viri ſui cubile ſuſceperit, adulterii piaculo conſtringatur, acerbiſſimiſque legum pœnis excrucietur; vir autem, qui fidem uxori datam per adulterium violaverit, nulli ſupplicio obnoxius ſit ? Hanc legem haudquaquam probo.... Viri erant, qui hanc legem ſanxerunt, ac propterea adversùs mulieres lata eſt.* Or. 37. n°. 6.

Epiſcopos præcipuos matrimonii fuiſſe miniſtros, ſæpiùſque interfuiſſe dum celebraretur, ſequentibus confirmari poteſt. Cùm Gregorio non liceret adeſſe Olympiadis nuptiis, ſcribit Procopio : *Quantùm ad voluntatem attinet, & adſum, & ſimul feſtum celebro; juvenileſque dextras inter ſe jungo, atque utraſque Dei manui.* Epiſt. al. 57.

De Invocatione Sanctorum.

Invocationis Sanctorum, atque inprimis beatæ Virginis, teſtis locupletiſſimus eſt Gregorius, ubi hæc narrat de beata Juſtina martyre, quæ *Deſperatis omnibus aliis remediis ad Deum confugit, atque adversùs deteſtabilem amorem ſponſum ſuum patronum ac defenſorem aſſumit.... Chriſtum.... Virginemque Mariam ſupplex obſecrans, ut periclitanti virgini ſuppetias ferret, jejunii & chameuniæ pharmaco ſeſe communit; partim ut formæ venuſtatem tanquam inſidioſam obſcuraret, ſicque flammæ materiam ſubtraheret, ac libidinis fomitem abſumeret; partim ut per fidem & humilitatem propitium ſibi Deum & exorabilem redderet. Neque enim Deus ullâ re perinde, atque voluntariâ corporis afflictatione, conciliatur, lacrymiſque miſericordia viciſſim rependi ſolet.* Or. 24. n°. 10 & 11.

Dubium Gregorio non erat quin Sanctis in cœlo nota eſſent & vota noſtra, & plurima quæ hìc agimus; ſic enim de Athanaſio jam vitâ functo loquitur : *Nos autem utinam ipſe benignus deſuper & placidus aſpicias, atque hunc populum gubernes, perfectum perfectæ Trinitatis, quæ in Patre & Filio & Spiritu Sancto intelligitur & colitur, adoratorem; meque, ſiquidem res pacatæ futuræ ſint, in vita teneas, gregemque mecum paſcas : ſin autem Eccleſia bellis flagratura eſt, reducas, aut aſſumas, tecumque & cum tui ſimilibus colloces, tametſi magnum ſit quod poſtulo.* Or. 21. n°. 37.

Non tantùm Athanaſium, ſed & Baſilium invocat & Cyprianum; Sanctique martyris cineribus morbos & dæmones depelli ſcribit. Sanctorum reliquiarum cultum, invocationem, interceſſionem, tam ſæpè tamque apertè profitetur Gregorius, ut id negare cùm hæretici non poſſint, piam hanc conſuetudinem cœcam in Divos ſuperſtitionem appellare auſi ſint. Ita Dallæus : « Cœca in Divos ſuperſtitio, quam hic ipſe Gregorius » non parum promoviſſe ſuis & verbis & exemplis videtur ». Or. 43. n°. 81. Or. 24. n°. 19 & 18. Adv. Lat. trad. de rel. cultu, p. 53.

De Gratia.

Quam optimè Auguſtino & Latinis græci Patres in cauſa gratiæ aſſentiant, ſatis confirmatum eſt, maximè a doctiſſimo Meldenſi Epiſcopo; & vel unus Gregorius, in tanto apud Græcos habitus honore, hoc ſuo ſuffragio evinceret. Plura jam ab Auguſtino adversùs Pelagianos noſtri Theologi teſtimonia prolata ſunt, quædam ex deperditis libris, & ſingula tam perſpicua, tam ad

controverſiam expediendam apta, ut Auguſtinus ipſe in Gregorio loqui, & Gregorius Pelagianos tot ante annos confutare voluiſſe crederetur. Hæc lectori mox conſtabunt, ſi ad doctrinæ capita quæ exhibentur pauliſper animo attendat.

Nihil ſanè magis auxilii divini neceſſitatem arguit, quàm ignorantiæ quotidianæ difficultates, & libidinis, vel in ipſis juſtificatis, miſerandæ commo-
Or. 39. n°. 7. tiones, quas Gregorius & palàm confeſſus eſt, & amarè ingemuit. *Invidiâ Diaboli*, inquit, *perſecutio adversùs Dei figmentum excitata eſt: idcircò Dei imago probro ac dedecore affecta; & quemadmodum mandato parere recuſavimus, ita licentiæ erroris traditi ſumus.* Bellum hoc inteſtinum, quod ex variis & militantibus invicem contrariis deſideriis intra nos frequenter exſurgit, tam vividis coloribus depinxit, tam nervosè expreſſit, ut Auguſtinus,
Lib. 11. cont. Jul. n°. 7. Or. 2. n°. 91. adversùs Pelagianos de hac re agens, Gregorium teſtem adhibere non dubitaverit, cujus verba ſic Billius reddidit. *Nondum de interno bello, atque in nobiſmetipſis & in affectibus ſito, verba facio, quo nocte ac die, partim occultè, partim apertè, ab humilitatis corpore divexamur; & ab ea quæ nos per ſenſus, atque alia hujus vitæ oblectamenta, ſurſum deorſumque verſat, jactatione, atque a luto fæcis, cui infixi ſumus, & a peccati lege ſpiritûs legi repugnante, regiamque in nobis imaginem, & quidquid divinæ defluxionis nobis inſperſum eſt, corrumpere conante. Vix porrò quiſquam, nec niſi diuturnâ philoſophiâ ſeipſum domuerit, atque animæ nobilitatem & claritatem ab eo quod humile eſt & cum tenebris conjunctum, paulatim abripuerit, vel Deum propitium nactus ſit, aut etiam ambo hæc habuerit, atque ad oculos ſurſum erigendos quàm maximè ſeſe exercuerit, deprimentem materiam ſuperare queat.* Si congerere omnia quæ ſanctus Doctor de hoc argumento diſſeruit ſuſciperemus, volumen pene integrum exſcribendum eſſet: ſiquidem, ad intimos pietatis ſenſus cordibus inſtillandos, nihil aptius in humanis judicavit quàm frequentem, quæ nos undique premunt, miſeriarum enumerationem; cùm & ſuperbiam retundere & ad humilitatem orationemque accendere tam ſalubriter valeant.

Legendum maximè carmen flebile quod *de animæ ſuæ calamitatibus* inſcriptum eſt, cujus hæc pauca promamus.

Carm. 4. v. 71. & ſeq.

Ineſt quippe mihi, ineſt lex duplex, quarum altera quidem bona
Bonum ſectatur; altera autem deterior ſectatur quæ mala ſunt.
Ac ea quidem, quæ mentis eſt, parata eſt
Ad obediendum Chriſto, gradiens ad lucem:
Altera autem, quæ carnis eſt & ſanguinis, prompta eſt
Ad excipiendum Belial, dum ad tenebras trahitur...
His autem pugnantibus inſpector venit cœlitùs,
Spiritus magni Dei, & menti manum dedit;
Corporis pernicioſi ſolvens tumultum, atque atrorum
Compeſcens vitiorum fluctum aſſurgentem.
Sed tamen rabidum retinet furorem, nec bello
Deſiſtit caro, inclinatque huc & illuc pugna.
Interdum quidem mente caro domatur. Rurſus aliàs
Fortem carnem mens ſequitur, non volens;
Sed illud quidem concupiſcit quod melius eſt. Quod autem odit,
Id dum facit, pernicioſam deplorat ſervitutem,
Et patris primigenii deceptionem, & matris nefandam
Tranſgreſſionem, noſtræ matrem ſtultitiæ.

Tantas ærumnas vitæ humanæ mirâ varietate & intimis gemitibus lamentari non defatigatur, tot malis & fletibus & querelis ſolamen aliquantum ac medelam conferre ſatagens. At unde levamen ſperaret niſi a ſpiritu gratiæ, quem

tam altis ſuſpiriis, ac votis ferventibus ſollicitat, & ad ſe allicere nititur? Sicut igitur innumeras animæ infirmitates non neglexit, ſed ſatis deflevit; ſic medicum bonitate & potentiâ ſolum morbis tam acutis & tenacibus curandis idoneum non deſinit appellare: & quemadmodum voluntatis languorem & inertiam ad bonum ubique expertus & confeſſus eſt; ita quidquid boni fit in nobis & a nobis, ad Deum cordis humani motorem efficacem referre & ipſi adſcribere non hæſit. Bonum omne a Deo initium ſumere & ad finem perduci, paucis ſed decretoriis teſtatur: *Deus*, inquit, *a quo bonum omne initium ducit, atque ad finem perducitur, orationi opitulator accedat* Or. 6. n°. 12.

Principium boni operis, juſtitiæ & bonitatis in homine fons & origo, haud-dubiè ſincera fides, cujus initium & profectum abſque ulla cunctatione Gregorius Deo aſſignat: *Trinitatem*, inquit, *ô viri, unius Deitatis eſſe fateamini, aut, ſi magis placet, unius naturæ; atque hanc vocem* (Deus) *a Spiritu vobis poſtulabimus. Dabit enim profectò ſecundum, qui primum dedit.* Jam enim Spiritum Sanctum Patri & Filio conſubſtantialem crediderant, ſed Deum profiteri inficiabantur. Hoc teſtimonio uſus eſt Auguſtinus, lib. de Dono perſeverantiæ, ſed interpretis oſcitantiâ non nihil depravatum, ut bene notarunt ejus editores noviſſimi. Or. 41. n°. 8.

Quid mirum inde ſi ſanctus Doctor errantes a Deo illuminari & immutari poſtulet, cùm fides, quam a Deo nobis donari declaravit, ſola infidelitatis tenebras diſcutiat. *Qui autem*, inquit, *ligata exponit, & nexus diſſolvit, ac nobis in mentem induxit, ut violentorum dogmatum obliquitates ſolveremus, maximè quidem optarim ut hos* (Arianos) *immutet, ac pro argutatoribus pios, & pro iis, qui nunc appellantur, Chriſtianos efficiat.* Or. 29. n°. 21.

Nec qui fidem acceperint, ſibi jam ſatis eſſe arbitrentur ut deinceps quoſlibet pietatis actus exerant; ſed adhuc & ſemper ipſis auxilio divino opus eſſe, ut rectè velint rectèque agant, ſanctus Doctor, ne fallaci confidentiâ cæcutiant & cadant, eos potenter commonefacit, explanando hoc Salvatoris effatum: *Non omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt.* Poſtquam a voluntatibus humanis omnem fatalem neceſſitatem repulit, libertatem aſſerendo; jam ut eorum qui ſibi de propriis viribus nimiùm blandiuntur frangat ſuperbiam, verba Pauli magnis intonat vocibus: *Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei;* ex quibus ſic infert: *Quoniam enim nonnulli ſunt, qui ob rectè facta ita animis efferuntur, ut id totum ſibipſis adſcribant, nec quidquam Creatori, & ſapientiæ eorum auctori, ac bonorum omnium ſuppeditatori acceptum ferant, his verbis eos docet Paulus, quòd ipſum etiam recte velle divino indigeat auxilio; imò, ut rectiùs loquar, voluntas quoque ipſa, & electio eorum, quæ recta & cum officio conjuncta ſunt, divinum quoddam beneficium eſt, atque a Dei benignitate manans..... Idcircò ait: non volentis, id eſt, non ſolùm volentis, nec currentis ſolùm, ſed etiam miſerentis Dei. Ita, quoniam velle quoque ipſum a Deo eſt, optimo jure totum Deo aſſignavit. Quantumlibet curras, quantumlibet certes, opus habes eo qui dat coronam.* Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtrà vigilat qui cuſtodit eam. *Scio*, inquit, *quod nec velocium curſus eſt, nec bellum fortium, nec pugnantium victoria, nec proſperè navigantium portus; ſed Dei eſt, & victoriam afferre, & incolumen ſcapham in portum perducere.* Or. 37. n°. 13.

Quid plura? & quid ſibi arrogare humana voluntas præſumat, cùm & ipſa bona voluntas & electio ad rectè agendum, & labor & curſus, & victoria & incolumitas, & quidquid cogitari poteſt uſque ad triumphum & plenam poſt pericula ſecuritatem, totum Deo ſit optimo jure tribuendum? Hinc ſi Deo munera, grati animi obſequia, offerre ſtudeamus, non a nobis

tanquam ex nobis hæc promamus, ſed tanquam dona ipſius munificentiæ, prout ſunt, dicemus ei & voveamus; quod & pietatis officium Deo gratiſſimum
Or. 19. n°. 8. eſt nobiſque ſaluberrimum. *Alius*, inquit, *minus quidem, alius majus, omnes tamen citra exceptionem offeramus, in opus perfectum, in habitaculum Chriſti, in templum ſanctum, architectonicâ Spiritus arte conſtructi & coagmentati. Illud quidem minimè dubium eſt, quin, etiamſi omnia contulerimus, minùs tamen collaturi ſimus, quàm accepimus. Quandoquidem divini beneficii eſt quòd ſumus, quòd Deum cognoſcimus, quòdque etiam, quod offeramus, habemus.* Tandem quemlibet profectum in virtute fecerimus, quantumvis immutemur in melius, non nobis gratulemur, ſed Deo gratias referamus, cujus dexterâ fit hæc quotidiana morum emendatio, ut Gregorius confirmat hæc verba Scripturæ interpretando: Non apparebis in conſpectu meo va-
Or. 44. n°. 8. cuus; *Verum ſi quid pulchri habes, tecum feres. At nunc*, inquit, *diverſo modo novus appare, ſic nempè, ut totus immuteris..... Hüic feſto, muneris loco, præclaram mutationem offer, ac ne ſic quidem magnificè de te ſentias, verùm dic cum Davidè:* Hæc mutatio dexteræ excelſi, *a quo promanat quidquid ab hominibus rectè & cum laude geritur.*

Quis autem inter tot pericula, tot tentationum prælia firmus & ſecurus gradietur, ſi ſòlus contra hoſtes tam formidandos pugnare cogatur? Nunc ergo ſollicitationes mundi, impulſus Diaboli, carnis titillationes, cupidinum æſtus, & quidquid animum a virtute dejicere poteſt, ſuperare, comprimere & extinguere, nullus ſanè poteſt niſi ope divinâ munitus & adjutus, ut Gregorius docet.

Carm. al. 3. v. 66. 67.
Si tremis, quia ſtipulam ſcintilla levis accendit:
Confide. Imber è cœlo refrigerabit ingentem flammam.

Quibus addenda quæ Auguſtinus ex deperdito opere Gregorii decerpſit & protulit. *Anima namque, cum in laboribus fuerit & in anguſtiis, cùm hoſ-*
Aug. l. 11. cont. Jul. n. 7. *tiliter urgetur a carne, tunc ad Deum refugit, & cognoſcit unde debeat auxilium poſcere.*

Jam verò ut ſibi ſupernam virtutem conciliet, quid ſapientius, quid ſalubrius languens & invalidus excogitaret, quàm totum divinæ gratiæ ſe committere, ſuis conatibus nullomodò ſubnixum? Nec minus probandum ſi, quidquid poteſt, quidquid valet, Chriſto libenter omnia concedat.

Carm. 97.
In te, Chriſte, plus habeo fiduciæ quàm in conatibus meis....
Carm. 8. v. penult.
Ex te, in te, Beate, rurſus intueor robur meum....
Carm. de reb. ſuis circa finem.
Rex Chriſte, tu mihi patria, robur, divitiæ, omnia.

Et quanta ſit gratiæ virtus, quanta ejus in corde movendo efficacitas, nobis graviter inculcat, dum toties profert miracula quæ Chriſtus corporibus ſanan-
Or. 38. n°. 16. dis edidit, ut ejus potentiam illuſtriùs demonſtret. *Jeſum videbis*, inquit, *Angelorum miniſterio uti, & morbos omnes ac languores curare, & mortuos ad vitam revocare, quemadmodum utinam te quoque fidei pravitate mortuum.* Tantam divinæ gratiæ fiduciam, tantam de ſua efficacitate opinionem & exiſtimationem in mente habuit, ut carmine *de rebus ſuis* eâ virtute quâ olim Chriſtus morbos depulit, Dæmones exturbavit, mortuos ab inferis excitavit, ſimili operatione vim gratiæ in ſuam animam exerere ardentiſſimè exoptet.

Fortem tuam manum
Carm. de reb. ſuis circa finem.
Mitte, & dolorum fer remedium, ac in me omnia
Miracula, & prodigiorum virtutem, ut olim, oſtende.
Dic, & celerrimè fluxus ſanguineus deſinat.
Dic, & porcorum gregem in furorem agat legionis
Spiritus, & in mare cadat, & a me recedat.
Lepram triſtem remove, lumen accedat

Oculis

Oculis cæcis, & aures ſonum audiant.
Aridam manum meam extende. Vincula linguæ
Rumpe, & pedum firma greſſum debilem.
Ex modico pane ſatia. Sterne mare
Terribile. Splendidiùs ſole coruſca.
Fige membra ingraveſcentia, & ex mortuis
Rurſus ſuſcita fœtentem; nec me infructuoſum,
Poſtquam veluti ficum videris, arefacias.

Igitur miracula quæ Chriſtus edidit corporibus ſanitatem reſtituendo, non niſi umbra & figuræ miraculorum quæ quotidie operatur, dum homines ad ſalutem reducit; nec minori virtute ac potentiâ in animas agit quàm in corpora, quinimò majori, cùm & voluntatis repugnantiam compellere neceſſe ſit, & ejus libertatem permulcere ac tractare, ut pravos cordis affectus non cogendo, ſed mirâ ſuavitate immutando, animum ad ſe efficaciter convertat.

Si gratiæ neceſſitatem & vim tantis attollat ſtudiis, æqualiter ſaluberrima quæ exinde oriantur pietatis monita prodere ipſi cura eſt, ut ſic ſincerâ grati animi reverentiâ ac cordis humilitate gratiam ad nos pelliciamus, & aſſiduâ oratione ſummâque vigilantiâ eam in nobis foveamus & adaugeamus.

Gradior, non ſine præmii ſpe, inter currendum membra protendens, Carm. 59. v. 98. & ſeq.
Chriſtum habens pro afflatu, Chriſtum pro robore, pro opibus ampliſſimis:
Qui mihi & perſpicaces oculos, & proſperos curſus præſtat.
Sine ipſo omnes vana ludibria ſunt mortales,
Et mortui viventes, fœtidi peccatis.
Neque enim ſine aëre vidiſti volantem avem;
Neque ſine aqua maris curſor natavit Delphinus.
Sic nec ſine Chriſto mortalis pedem attollit.
Quamobrem ne nimium glorieris, nec tuæ
Viribus mentis confidas, etſi magnopere ſapiens fueris:
Neque aliquem videns abjectiorem, in altum attollaris,
Quaſi omnibus ſuperior ſis, & ad metam propius accedas.

Hæc procul dubio ſatis evincunt Græcos Patres, & maximè Gregorium, de gratia tam doctè & luculenter quàm Latinos diſſerere, nec minùs ipſam prædicare & commendare ſollicitos fuiſſe.

De Fide.

PER Fidem via ſalutis capeſcitur, ſaluſque comparatur. Doctorum pariter & indoctorum eſt fides; *Nam ſi in eruditos tantùm viros caderet fides, nihil Deo minùs dives foret:* Εἰ δ' εἰς σοφὸς ἔπιπλεν ἡ πίστις μόνον, θεῷ παρ' ἡμῖν ὀδὲν ἦν πενέστερον. Sermonem ſimplicis fidei ſufficere docet Gregorius: Λόγος γὰρ ἀρκεῖ καὶ ψιλῆς τῆς πίστεως, μεθ' ἧς ἀτέχνως τὸ πλέον σώζει θεός; *Nam ſermo ſimplicis fidei ſufficit, cum qua pars hominum maxima ſalutem comparat.* Myſteria autem, maximè verò Trinitatis, penitus cognoſcere non preſumendum, & perſcrutari nefas. *Ne Patris naturam anxiè inquiras*, inquit, *Unigeniti ortum, Spiritûs Sancti gloriam & potentiam; unam, inquam, & eandem in tribus perſonis deitatem & claritatem, individuam illam naturam, ac confeſſionem, & gloriam, ſpemque hominum fide præditorum. Verba illa, quibus ſimul cum lacte imbutus es, mordicus retine: ſermonis autem & diſputationis curam eruditioribus manda. Satis ſuperque tibi eſt fundamentum habere: ſuperſtruat architectus.* Non cujuſvis eſſe ait de Deo diſſerere; ſed his duntaxat hoc muneris incumbit, qui exactiſſimè ſunt explorati. *Non cujuſvis eſt*, inquit, *de Deo diſſerere, non, inquam, cujuſvis... Addam etiam non cujuſvis temporis, nec apud quoſvis, nec de quibuſvis, ſed certo tempore & apud certos homines..... Non cujuslibet*

Carm. de vita ſua, v. 1230.
Ib. v. 1228.
Or. 32. n°. 21.
Or. 27. n°. 3.

quidem, quoniam his duntaxat hoc muneris incumbit, qui exactiſſimè explorati ſunt, ac contemplando longè proceſſerunt, priuſque etiam & corpus, & animam a vitiorum ſordibus purgarunt; aut, ut parciſſimè loquar, jam hoc agunt, ut ſe a vitiorum labe purgent .... Quando autem? tum videlicet, cùm ab externo luto & tumultu quietem agimus, nec princeps noſtri pars improbis vagiſque ſimulacris confunditur... Apud quos porro? Nempè apud eos, qui rem hujuſmodi ſtudiosè ac ſeriò amplectuntur, quique non ut quidpiam aliud, ſic hoc quoque ineptâ nugacitate proſequuntur, poſt Circenſes ludos & ſpectacula, poſt cantiones, poſt denique quàm ventri & iis quæ ſunt ſub ventre indulſerint. Qui quidem ita perditè affecti ſunt, ut hoc quoque in oblectamentorum parte numerent, nimirum de divinis rebus nugari, atque argutâ diſputatione concertare. Jam de quibus, & quouſque diſputandum? De his ſolùm, quæ ingenii noſtri modulum, atque auditoris captum non excedunt.... Neque verò hæc quiſquam ita accipiat, quaſi *Deum perpetuâ memoriâ colendum eſſe negem.... Nec enim tam ſæpe ſpiritum ducere, quàm Dei meminiſſe debemus; imò, ſi dici poteſt, aliud nihil quàm hoc faciendum.... Quocirca, ne quis perpetuò Deum memoriâ teneat, haud veto, ſed ne de Deo diſputet; imò nec hoc prohibeo, id enim pium eſt, ſed ne intempeſtivè.*

Ibid. n°. 4.

Quod autem maximè prohibet Gregorius illud eſt, ne de myſteriis noſtris immoderato dicendi vel ſcribendi ſtudio irreverenter diſputemus. *Illud ſaltem inter nos conveniat, ut myſtica myſticè, & ſancta ſanctè proloquamur, nec in profanas aures, quæ in vulgus efferri nefas eſt, projiciamus; nec patiamur religioſiores quàm nos videri eos, qui Dæmones adorant & turpium fabularum ac rerum cultum profitentur.*

Ibid. n°. 5.

De lectione librorum Ethnicorum.

Juveni Ethnicorum librorum lectioni incumbenti hæc conſilia dat Gregorius. *Diligenter optimis diſciplinis incumbe, & in libris poetarum, hiſtoricorum commentariis, fluente oratorum facundia, ſubtilibus philoſophorum meditationibus temet exerce; ſic tamen, ut prudenter in omnibus hiſce verſeris. Debes enim ſapienter ex eis colligere quæcumque ſunt utilia; contraque ſolerti judicio vitare quidquid in ſingulis eſt noxium, adeoque apis argutæ induſtriam imitari. Nam ea quibuslibet floribus inſidere cùm conſueverit, de ſingulis utilia tantùm decerpit, ſingulari quadam ſapientiâ naturam ipſam magiſtram ſecuta. Tu verò rationem ſequens alia quidem largiter decerpe, ſi quæ prodeſſe poſſunt: ſi autem aliquid ejuſmodi ſit ut detrimentum afferat, celeriter intellectâ rei pravitate avola. Quippe mens hominibus data eſt ejus celeritatis, ut velociter admodum avolare poſſit. Quapropter quidquid ab iis perſcriptum eſt, vel ad virtutis laudem atque prædicationem, vel è diverſo ad vitiorum reprehenſionem; ea tu velim ſingulari ſtudio cognoſcas, ac tum mentem & ſenſum eorum retineas, tum dictionis elegantiam. Quæ autem de diis ſcripſerunt, inſignes nugas continentia, verbi gratiâ, fabulas inhoneſtas ac fœdas, malorum geniorum doctrinas, fabulas, inquam, tum riſu tum lacrymis dignas; hæc omnia tanquam laqueos & decipulas averſare. Cùmque ſimul utraque legeris, deos ipſorum & orationes, deos ridiculos, & orationes amabiles; deos quidem illos voluptuarios reſpue, verùm orationes maximi facito: quaſi ſcilicet de eodem frutice ſpinas caveto, & roſas decerpito. Atque hæc quidem optima de doctrinis extraneis lex fuerit.* Eadem præſcribit Baſilius Magnus libros Ethnicorum legentibus.

Carm. ad Seleucum, v. 35. & ſeq.

De poteſtate temporali & eccleſiaſtica.

Quid de poteſtate temporali cogitare debeamus, atque etiam quid cogitare debeant ii ipſi, qui eâ inſigniti ſunt, his verbis ſignificat Gregorius: *Imperatores purpuram revereamini .... Cognoſcite quantum id ſit, quod veſtræ*

Or. 36. n°. 11.

fidei commiſſum eſt, quantumque circa vos myſterium. Orbis univerſus manui veſtræ ſubjectus eſt, diademate parvo atque exiguo panno retentus. Supera quidem ſolius Dei ſunt; infera autem veſtra etiam ſunt. Subditis veſtris deos vos præbete; liceat enim audacius aliquid dicere. Cor regis in manu Dei eſt, ut ex Scriptura audimus ac credimus. Hîc imperium veſtrum ſit, non autem in auro & in exercitibus. Aulici, proceres, ac ſublimibus thronis & dignitatibus inſignes, ne ob potentiam magnopere animos efferatis, nec de mortalibus rebus tanquam immortalibus cogitetis. Fidem Imperatoribus ſervate, ſed priùs Deo, propter quem his etiam quibus commiſſi & traditi eſtis.

Eccleſiaſticam poteſtatem agnoſcit, hiſque verbis coram præfecto provinciæ prædicat & tuetur: *Vos quoque imperio meo ac throno lex Chriſti ſubjicit. Imperium enim nos quoque gerimus; addo etiam præſtantius ac perfectius: niſi verò æquum ſit ſpiritum carni, & cœleſtia terrenis cedere.* Or. 17. n°. 8. Nec minùs tamen principibus parendum eſſe docet: *Submittamus nos, tum Deo, tum alii aliis, tum iis qui in terris imperium gerunt: Deo quidem omnibus de cauſis, alii autem aliis propter caritatis fœdus: principibus denique, propter ordinem publicæque diſciplinæ rationem; idque tanto etiam magis, quantò facilioribus illis ac benignioribus utimur.* Ibid. n°. 6.

De hierarchia & cœlibatu presbyterorum.

Quod attinet Hierarchiam, ubi Gregorius de clero Conſtantinopolitano verba facit, Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum & Lectorum tantùm meminit. *Vide Presbyterorum concilium, canitie & prudentiâ ornatorum, Diaconorum modeſtiam .... Lectorum concinnitatem.* Or. 42. n°. 11. Primos in Hierarchia eccleſiaſtica gradus Epiſcopi, ſecundos occupant Sacerdotes: ad Epiſcopatum non niſi per inferiores gradus aſcendebatur. Quandiu Eccleſia floruit, & vigor diſciplinæ ſtetit incolumis, quiſquis ad ſupremum ſacerdotii honorem promovendus erat, ob ſanctitatis meritum aſſumebatur, ac diligenter de ejus vita, moribus & doctrina exquirebatur. Verùm quo tempore nefanda Arianorum hæreſis omnia miſcuit, hic ordo perturbatus, conculcatæ leges. Hinc illæ Gregorii querelæ: *Nos verò cunctos facilè collocamus in antiſtitum ſolia, modò ipſi velint: nequaquam recentium, aut priſcorum, vel actiones conſiderantes, vel doctrinam, vel converſationem ... Non eos antiſtites facimus, qui aliquo temporis ſpatio fuerint examinati; ſed qui ſuomet judicio digni videntur.* Carm. adv. Epiſc. apud Toll. p. 39. Hinc tam triſtes, tam luctuoſæ hujus temporis epiſcoporum imagines, tam nigris coloribus ab ipſo in carminibus efformatæ. Sic in Oratione de hoc argumento: *Aliorum me puduit, qui cùm pleriſque nihilo meliores ſint, atque utinam non etiam multò pejores, illotis, ut dici ſolet, manibus, profaniſque animis in ſanctiſſima myſteria ſeſe inferunt, ac priuſquam digni ſint, qui ad res ſacras accedant, ſacrarium ipſum ambiunt, & circum ſacro-ſanctam menſam ſeſe invicem premunt ac protrudunt, tanquam non virtutis exemplum, ſed victûs parandi occaſionem & ſubſidium hunc ordinem eſſe judicantes, ac non munus referendis rationibus obnoxium, ſed imperium ab omni cenſura immune.* Or. 2. n°. 8.

In Oriente Presbyteri non tam ſtrictè cœlibis vitæ legem obſervaſſe videntur, quin ab ea aliqui recederent, quod ipſe ſignificat Gregorius, ubi ſcribit eſſe quoſdam qui baptiſmum ab eo presbytero velint ſuſcipere, *qui cælebs ſit, qui continentiæ laude atque angelicâ vivendi ratione floreat.* Or. 40. n°. 20.

De cauſis eccleſiaſticis.

Causarum eccleſiaſticarum judices erant Epiſcopi; & ſi quando res eccleſiaſticæ publicis prætoriis traducebantur, id ægrè ferebant, & exinde querimonias apud judices habebant, ut epiſtola Gregorii de epiſcopo Boſphorio

Ep. al. 227. argumento eſt. *Hanc tibi*, inquit ſcribens Nectario, *precationem auſus ſum offerre pro reverendiſſimo Epiſcopo Boſphorio.... Controverſiam certè de circummanentibus exortam ipſe nimirum diſſolves juxta Spiritûs gratiam, quæ in te eſt, & canonum tenorem. Illud autem minimè ferendum tuæ reverentiæ videatur, quòd noſtra publicis prætoriis traducantur. Nam tametſi ſint Chriſtiani, ut certè Dei benignitate ſunt, ejuſmodi negotiorum judices; quid commune gladio & ſpiritui? Quod ſi etiam conceſſerimus, quomodo aut ubinam juſtum, diſputationem de fide cum aliis controverſiis implicari.* Quod hac epiſtolâ poſtulabat Gregorius, conſecutus videtur, occaſionemque dediſſe reſcripto Theodoſii, dato 4. Febr. an. 384. vel 385. ad Optatum Ægypti præfectum, quo ſancitur, *ne nomen epiſcoporum, vel eorum qui eccleſiæ neceſſitatibus ſerviunt, ad judicia ſive ordinariorum ſive extraordinariorum pertrahatur. Habent illi judices ſuos, nec quidquam his publicis commune cum legibus: quantùm ad cauſas tamen eccleſiaſticas pertinet, quas decet epiſcopali auctoritate decidi. Quibuſcumque igitur mota fuerit quæſtio quæ ad Chriſtianam pertineat ſanctitatem, eos decebit ſub eo judice litigare, qui præſul eſt in ſuis partibus omnium ſacerdotum*, &c.

Lege 3. apud Sirmundum in appendice Codicis Theod. Tom. 1. operiorum, p. 720.

De virginibus & monachis.

NOTATIONE dignum maximè quod ait Gregorius de Virginibus Deo conſecratis, deque iis omnibus, qui poſt nuncupata Deo vota, promiſſa non curant perſolvere, aut graviter officium deſerunt:

Carm. 4. de præc. ad Virgines.

Qui Virginitatem Chriſto regi obtulit,
Rationale ſacrificium, victimam incruentam,
Nuptias ſi deinceps quæſierit, non jactura tantùm illi, verùm graviſſimus
Eſt caſus, morti proximus, ac præterea opprobrium indelebile.....
Quis verò audiens Sapphiram infelicem & Ananiam
Lucro qui ſuo malam mortem commutarunt,
Non vereatur vel leviter promiſſa violare?
Regulam etiam quis auream cùm furtim ſubripuiſſet
E populi primoribus, inſcio duce,
Veſtem & pecuniæ modicum; toti nocuit populo.
Talis eſt, qui virginitatem amplexus, retro graditur; aut etiam deterior.

Or. 6. n°. 2. Nazianzi Monachorum exercitia ſic deſcribit Gregorius: *Vigiliæ, jejunia, preces, lacrymæ, calloſa genua, pectoris converberationes, ſuſpirium ex imo manans, pernox ſtatio, mentis ad Deum peregrinatio, tenuis inter orandum fletus, audientium animos ad compunctionem incitans, pſallentes, Dei gloriam celebrantes, legem Domini diu noctuque meditantes, exaltationes Dei in gutturibus ferentes; atque hæc etiam vitæ Deo gratæ pulchra indicia & argumenta, tacitique præcones, ſordida nimirum & ſqualida coma, pedes nudi, & Apoſtolicos imitantes, nihil mortuum ferentes, apta & moderata tonſura, amictus faſtum coërcens, zona ob ornatûs neglectum culta & ornata... oculus minimè vagus, ſubriſus blandus... ſilentium ſermone præſtantius, laudatio ſale condita, non ad blanditias comparata, ſed ad meliora dirigens, objurgatio laudatione optabilior... modus tum in commune prodeundi, tum ſecedendi, hoc ut ipſi Spiritûs myſteriis imbuantur; atque ita utrumque, ut & in communi ſolitudinem ſervent, & in ſolitudine fraternam benevolentiam & caritatem; &, quæ his adhuc majora & ſublimiora ſunt, opes in paupertate, poſſeſſio in peregrinatione, gloria in contemptu, potentia in infirmitate, fæcunditas in cœlibatu, ſiquidem præſtantiores fœtus illi ſunt, qui ſecundum Deum exiſtunt, quàm qui a carne ortum ducunt: qui deliciis minimè ſtudere pro deliciis habent; qui regni cœleſtis causâ humiles ſunt, qui nihil in mundo habent & ſupra mundum exiſtunt, qui etiam in carne extra carnem vivunt, qui pro portione Deum habent, qui propter regnum inopiâ laborant, & propter inopiam regnant.*

De

De Monachis & Virginibus Deo ſacris ſic iterum in Carmine Iambico :

Sed quod ſemper ac omnibus notiſſimum eſt,
Cernis inſomnes virginum pſalmodias,
Virorum ac mulierum naturæ oblitorum,
Quot & qualium ! quam ad divinitatem accedentium !
Concinentem & Angelis reſpondentem chorum
Duplicem, in cœlo & in terra ordinatum,
Divinæ laudatorem majeſtatis & naturæ.

Carm. de virtute.

Non una omnium virginum vita, eademque vivendi inſtituta,

Αἱ μὲν ὁμηγερέες ξυνὸν πόθον ἀμφιέπουσαι
Οὐρανίης ζωῆς, ἶσα τε μέτρα βίου.

Carm. 48. adHellenium.

Aliæ quidem ſimul congregatæ, ſub uno conclavi commune vivendi inſtitutum ſervabant, commune deſiderium foventes cœleſtis vitæ, ſimileſque vivendi modos ſecutæ.

Αἱ δ' ἄρ' ἑοῖς τοκέεσι παρήμεναι ἀδρανέουσιν,
Ἠὲ κασιγνήτοις μάρτυσι σωφροσύνης.

Aliæ verò intra paternas domos infirmis aſſidebant parentibus, quorum curam ſuſcipiebant, atque etiam affinium, quos ſuæ continentiæ teſtes habebant. Sic Marcellina, ſancti Ambroſii ſoror, ſacra Deo fuit virgo in paternis domibus; ſic Euſtochium, ſic Principia, aliæque non paucæ, Hieronymiano calamo celebratæ, quæ nullis ſe monaſteriis addixerant, & ſub una parentum cura degebant. Progrediente tempore, abuſus irrepſere : nonnullæ ex his virginibus interdum, aut parentibus fratribuſque orbatæ, aut infirmitate, aut paupertate, aut aliis incitatæ rationibus, Clericos vagoſque Monachos in contubernium aſciverunt; atque ita factum eſt ut parentum ac fratrum loco ſuccederent Clerici ſive Monachi, συνεισάκτοι, introductitii, qui etiam honeſtis nominibus talem & tam noxiam conſuetudinem obtegebant. Hinc *Agapetorum & Agapetarum* origo, quibus nominibus tam periculoſam vivendi normam decorabant. Hinc ſanctorum Patrum, maximè Hieronymi querelæ deplorantis inflictum virginitati vulnus, in Epiſt. de cuſtodia virginitatis ad Euſtochium : *Pudet dicere*, inquit, *proh nefas! triſte, ſed verum eſt. Unde in Eccleſias Agapetarum peſtis introiit ? Unde ſine nuptiis aliud nomen uxorum ? Imò unde novum concubinarum genus ?* &c. Tantis malis ſancti Patres querelis ſuis, admonitionibus & ſcriptis, necnon Concilia ſeveris edictis obviam ire non ceſſarunt; quæ quidem ſi ſingula commemorare animus eſſet, longa nobis texenda eſſet hiſtoria. Hæc dixiſſe ſat eſt; qui plura volet, legat Antonii Muratorii Diſquiſitionem *de Syniſactis & Agapetis* in Anecdotis græcis &c. Patavii in-4°. an. 1709. p. 218.

Obſervationes circa Eccleſiæ Diſciplinam ex Gregorii ſcriptis.

Plurima in Gregorii ſcriptis obſervatione digna occurrunt, tam circa Eccleſiæ diſciplinam, quàm circa morum regulas. Eccleſiæ aſylum iis erant, qui ad eas confugiebant; unde nemini eos extrahere licebat. Inſigne profert exemplum Gregorius in Oratione de Baſilio. *Mulieri cuidam ampliſſimo loco natæ, cujus maritus haud pridem extremo vitæ die functus erat, judicis aſſeſſor vim afferebat, invitamque ad nuptias pertrahebat. Iſta autem, cùm nullâ ratione hanc vim effugere poſſet .... ad ſacram menſam confugit, Deumque adversùs hanc injuriam propugnatorem ſibi adoptat. Quid igitur.... faciendum fuit, non dico Magno Baſilio, qui de his rebus leges quoque omnibus ſtatuerat, ſed alii cuipiam longe illo inferiori, dum tamen ſacerdoti ? Quid aliud, niſi ut eam aſſereret, retineret, omni curâ tueretur, Dei clementiæ &* Or. 43. n°. 56.

legi, quæ altaribus honorem haberi jubet, manum porrigeret, omnia denique priùs faceret & pateretur, quàm ut inhumanius ullum adversùs eam consilium iniret; sicque & mensam sacro-sanctam, & fidem etiam illam cum qua supplex erat, contumeliâ afficeret? Non passus est Basilius ullam piæ viduæ injuriam inferri, sed eam adversùs ejus persecutorem, quamvis Dominicæ Augustæ præsidio fretum, omni ope & operâ tutatus est.

Priscis Ecclesiæ temporibus Christianorum mos erat, ut quilibet propriis manibus Eucharistiæ materiam efficeret, hique panes omnes in divina mensa offerrentur. Ne Imperator quidem ab hoc usu liber erat, ut exemplo Valentis
Or. 43. n°. 52. discimus: *Cùm dona, quæ ipsemet*, ut scribit Gregorius, *effecerat, divinæ mensæ offerenda essent*, &c.

Omnes simul fideles, viri ac mulieres, psalmos in Ecclesia decantantes
Or. 5. n°. 25. sedebant: *Nos cum vetulis sedemus & psallimus.* Signum crucis in quovis casu efficax remedium habebatur. Quanta sit hujus signi vis, manifestum est ex eo quod Juliano de rebus suis Dæmones consulenti contigisse narrat
Or. 4. n°. 55. his verbis Gregorius: *Ut autem egregium virum progredientem terrores adoriri cœperunt, ac subinde plures ac formidabiliores sonos quosdam insuetos, aiunt, tetrosque odores atque ignea spectra, & nescio quas nugas & deliramenta, rei novitate perculsus. ... ad crucem vetusque remedium confugit, hocque se adversùs terrores consignat, eumque, quem persequebatur, opitulatorem asciscit.... Valuit*
n°. 56. *signaculum, cedunt Dæmones, pelluntur timores. Quid deinde? Respirat malum; rursus audaciam concipit, rursus aggreditur, rursus iidem terrores urgent, rursus signaculum adhibetur, ac Dæmones conquiescunt. Hæret consilii inops discipulus.* Sacros jejunii dies fideles observabant, quidam etiam ultra vires:
Or. 40. n°. 30. *Christus*, inquit Gregorius, *paulò ante tentationem jejunavit; nos ante Paschà.... Ille totos quadraginta dies a cibo abstinuit, utpotè Deus; nos autem ad virium nostrarum modulum jejunium attemperavimus, etiamsi quidam, zelo impulsi, ultrà virium facultatem in jejunando prosiliant.* Qui sacra jejunia non celebrabant, arguebantur. Sic Gregorius acriter præfectum, ob violatam jeju-
Epist. al. 74. nii legem, increpat: *Inique agis, ô judex, qui non jejunes. Et quomodo leges humanas servabis, qui divinas contemnis, & pro nihilo ducis?*

Mortuorum corpora magno apparatu fideles tumulo componebant, ut
Or. 5. n°. 16. exemplo est Constantius Imperator. *Ille igitur*, ut narrat Gregorius, *publicis præconiis faustisque ominibus, ac celebri pompâ deducitur, religiosisque etiam his nostris officiis, hoc est, nocturnis cantionibus, ac cereorum ignibus, quibus nos Christiani pium è vita discessum ornandum existimamus.* Sic etiam exequias
Or. 7. n°. 15. describit Gregorius. *Nobis magnus ille Cæsarius servatus est, cinis pretiosus, mortuus laudatus, hymnis sibi succedentibus deductus, ad martyrum sacraria cum pompa ductus, sanctis parentum manibus honoratus, matre candidâ veste indutâ pietatem mœrori subrogante, lacrymis a philosophia superatis, psal-*
Ibid. n°. 17. *modiis luctum sedantibus.... Atque alia quidem persolvimus, alia verò dabimus, anniversarios honores & commemorationes offerentes, ii quidem certè, qui superstites erunt.* Hinc patet consuetudinem fuisse etiam, ut honores anniversarii & commemorationes ab iis, qui superstites erant, offerrentur.

Præter festa præcipua, nempè Natalis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, Pentecostes, festa etiam Apostolorum Constantinopoli celebrabantur, nec non Martyrum, quos inter numerabantur Machabæi. Apostolorum namque festa ibi se celebrasse, etsi non sæpe, inter valedicendum testatur Gre-
Or. 42. n°. 26. gorius. *Valete Apostoli, præclara colonia, certaminis mei magistri, etsi minùs sæpe festa vestra celebravi.* In festum sancti Cypriani martyris Orationem ad populum habuit Gregorius, nec non aliam in festum Machabæorum,
Or. 15. n°. 1. quorum dies festus Constantinopoli agebatur: *Qui quamvis*, inquit, *apud*

multos non honorentur, quia non poſt Chriſtum decertarunt, digni ſunt tamen qui ab omnibus honore afficiantur, quoniam pro legibus inſtitutiſque patriis fortem animum præſtiterunt. Qui porrò ante Chriſti paſſionem martyrium ſubierunt, quid tandem facturi erant, ſi poſt Chriſtum perſecutionem paſſi fuiſſent, ejuſque mortem ſalutis noſtræ causâ ſuſceptam ad imitandum propoſitam habuiſſent? Quibus virtutibus pietatiſque operibus feſta Sanctorum, præcipuè Martyrum, cohoneſtentur, digno caractere exprimit, & exinde in hæc verba proſequitur. *Si ita convenimus, aut concurrimus, reverà feſtum hunc diem, ut Chriſto gratum eſt, celebramus, reverà martyres honore affecimus, aut afficiemus, reverà triumphalem choream agimus. Sin autem eò convenimus, ut ventris voluptatibus indulgeamus, & fluxis ac brevi perituris deliciis fruamur, eaque, quæ mox evacuantur, inferamus; atque hæc loca, non temperantiæ, ſed crapulæ, & hæc tempora, non ſpiritualis aſcenſus, ac (niſi hoc a me audaciùs dictum videatur) divinitatis conſequendæ, cujus mediatores ſunt martyres, ſed rerum gerendarum & negotiationum tempora eſſe arbitremur: primùm quidem quòd hoc tempori conveniat, haud agnoſco. Quid enim paleæ cum tritico? quid carnis voluptati cum martyrum certaminibus?* Or. 11. n°. 5.

Hoſpitales erant Chriſtianis excipiendis domus, quæ ut perfugium adversùs humanam infirmitatem, atque adversùs miſerias paupertatis habebantur. Unam Baſilius extra urbem Cæſaream ædificavit, cujus deſcriptionem a Gregorio factam huc referre juvabit, nec legere pigebit: *Paululum extra civitatem pedem effer, ac novam civitatem conſpice, illud pietatis promptuarium, commune locupletum ærarium, in quo, non modò redundantes ac ſuperfluæ opes, ſed jam neceſſariæ quoque facultates per illius cohortationes reconduntur... in quo morbus æquo animo toleratur, & calamitas beata cenſetur, & miſericordia exploratur.... Mihi verò nulla res perinde admirabilis videtur, atque compendiaria hæc ad ſalutem via, facilis in cœlum aſcenſus.* Or. 43. n°. 63.

Julianus rem nullam Chriſtianæ religioni, quæ ipſi erat inviſiſſima, tam honorificam eſſe, quàm hoſpitales domos & pauperum curam animadvertens, nec ullâ re tam creviſſe, ſtatuit hujuſmodi domus conſtruere, datiſque literis ad quemdam gentilem ſacerdotem, Arſacium nomine, juſſit crebra in ſingulis civitatibus Xenodochia conſtitui: Apoſtatam audire juvat. *Religio gentilium nondum ex animi noſtri ſententia viget, culpâ eorum qui illam profitentur. Nam ea quidem quæ ad Deos pertinent, præclara ſunt atque magnifica, omnique voto ac ſpe majora.... Quid ergo? putamuſne nos iſta ſufficere? Nec attendimus quid Chriſtianorum religionem auxerit, humanitas ſcilicet in peregrinos, & in ſepeliendis mortuis ſollicita diligentia, & ſimulata morum gravitas. Quorum ſingula a nobis exercenda eſſe exiſtimo. Nec ſufficit quod tu hujuſmodi ſis, ſed quotquot in Galatia ſunt flamines tales eſſe decet.... Singulos flamines hortare, ut nec ad theatrum accedant, nec in tabernis bibant, nec artem ullam, aut opificium turpe ac probroſum exerceant... Crebra in ſingulis civitatibus Xenodochia conſtitue, ut peregrini non ex noſtris ſolùm, ſed ex aliis etiam, ſi pecuniâ fortè opus habuerint, humanitate noſtrâ perfruantur. Porrò unde ſumtus tibi ſuppetant, a me jam proviſum eſt.... Turpe enim ex Judæis neminem mendicare, impios verò Galilæos, præter ſuos pauperes, etiam noſtros alere: noſtros autem mendicos noſtrâ ope ac ſubſidio deſtitutos videri.* Sozom. l. 5. c. 16. p. 619.

Circa morum Regulas.

Bibliothecæ Eccleſiaſticorum Scriptorum auctor ſcribit, Gregorium morum diſciplinam docere ratione, quæ philoſopho magis quàm populo conveniat: quod quidem, ſi verum foret, non laudi ſed vitio vertendum eſſet epiſcopo, qui, cùm artem callere debeat docendi omnes, ſic orationem ſuam

auribus auditorum accommodet, neceſſe eſt, ut tam rudes quàm doctos cœleſtibus imbuat diſciplinis. Quiſquis tamen legerit Gregorii ſermones, ſi diligenter attendat quomodò varia circa mores doctrinæ capita proponat & explicet coram frequenti populo, facilè noſcet Gregorium, fidelem in domo Dei diſpenſatorem, providâ manu frumenta patrisfamilias ſingulis ita erogaſſe, ut nullus, ne pauperculus quidem, fame laboraret; & ſapientiæ fontes tantâ reſeraſſe prudentiâ, ut omnes, ſive parvi, ſive magni, ſitim poſſent reſtinguere. Paucis juvat exemplis rem demonſtrare.

1°. Si quæras a Gregorio, quomodò quis ſermonem, vel rem aliquam
Or. 2. n°. 1. auſpicari debeat? *Optimus hic ordo eſt*, inquit, *ut qui vel ſermonem, vel rem aliquam auſpicatur, a Deo initium ducat, & in Deo conquieſcat.* Hæc omnium actionum noſtrarum norma.

Or. 19. n°. 7. 2°. Quid Deo offerendum? *Unuſquiſque Deo, quod poterit, offerat, quovis tempore, quovis genere vitæ & fortunæ, pro præſentis facultatis modulo, pro gratia ſibi conceſſa, ut per omnes virtutis modos, omnes cœleſtis regni manſiones impleamus.*

3°. Tam benignus, tam clemens eſt Deus, ut vel minima lubens accipiat, ſi voluntatem cupiditas non comprimat, & anguſtiis pectoris munera non coarc-
Ibid. n°. 8. tentur. *Nihil eorum quæ Deo offeruntur, tam parvum eſt, quamvis etiam minimi momenti ſit, quamvis longè infra illius dignitatem, quod non omninò accipiat, gratumque habeat.... Illud quidem minimè dubium eſt, quin, etiamſi omnia contulerimus, minus tamen collaturi ſimus, quàm accepimus. Quandoquidem divini beneficii eſt, quòd ſumus, quòd Deum cognoſcimus, quòdque etiam, quod offeramus, habemus. Atque illud pulcherrimum humaniſſimumque cenſendum eſt, quod Deus largitionem, non oblatæ rei pretio & dignitate, ſed offerentis affectu & facultate metitur.*

Apoph. Pat. apud Cotel. p. 410. t. 1. Mon. Ec. Græc. 4°. Quid maximè poſtulet a nobis, totum gravi ſententiâ & memoratu dignâ inculcat. *Dixit Abbas Gregorius Theologus: Tria hæc exigit Deus ab omni homine baptizato, fidem rectam ex animo, veritatem in lingua & temperantiam de corpore.*

5°. Quibus ex cauſis, quo fine præclara facinora quiſquis aggrediatur optimè
Or. 4. n°. 59. conſtituit, omnem aditum vanæ gloriæ obſtruendo. *Si gloriæ cupiditate, ac non veritatis ſtudio & amore, nos pericula adire exiſtimabat (Julianus) hæc ſanè apud illos ludant Empedocles, & Ariſtæi, & Empedotimi quidam, ac Tro-*
n°. 60. *phonii, atque hujuſmodi miſerorum hominum chorus... At Chriſtianis jucundius eſt pietatis causâ pati, etiamſi nemo id reſciturus ſit, quàm aliis cum impietate florere, atque in gloria verſari. Hominibus quippe placere, parum admodum curamus; id unum expetentes, ut honorem a Deo conſequamur; imò ſublimiùs etiam aſſurgimus. (De iis loquor, qui verè philoſophi, veroque Dei amore præditi ſunt). Quippe qui bono conjungi propter ipſum bonum exoptamus, non autem propter honores in altero ævo reconditos. Secundus enim hic honeſtorum & laudabilium virorum gradus eſt, pretio ac mercede aliquid facere; quemadmodum in tertia claſſe collocandi ſunt, qui pœnæ metu a ſcelere & maleficio deterrentur.*

6°. Leges amicitiæ ita deſcribit, ut ad perpetuam hominum concordiam & ſocietatis incolumitatem nihil amplius deſiderandum, ſi mores ad illud exem-
Or. 4. n°. 123. plar informarentur: *Apud Chriſtianos lex & norma amicitiæ quiſque ipſe eſt, atque eadem proximis velle quæ & ſibi ipſi. Crimen autem, non modò malum extitiſſe, ſed etiam a malo parum abfuiſſe, cùm cupiditas ipſa pene ut actio plectatur: apud quos tantum pudicitiæ ſtudium eſt, ut oculus quoque frenetur ac reprimatur; & manus ſanguinaria & mortifera ita longè arcetur, ut ira etiam ipſa coërceatur; perjurium autem adeò atrox & nefarium cenſetur, ut jusjurandum quoque ipſum nobis ſolis interdictum ſit.*

7°.

7°. Benignitatem erga pauperes non tantùm ſuadet, ſed maximis urget momentis. *An tu benignitatem, non neceſſariam, ſed tibi liberam eſſe putas? Ac non legem, ſed conſilium? Hoc quoque ipſe magnopere vellem & exiſtimarem. Sed me ſiniſtra illa manus terret, & hædi, & probra, quæ ab eo, a quo illic collocati ſunt, conjiciuntur; non quia manus alienis bonis attulerunt, nec quia templa diripuerunt, aut adulterium perpetrarunt, aut aliud quiddam ex aliis quæ interdicta ſunt, admiſerunt, hoc ordine mulctati, ſed quia Chriſtum per pauperes minimè curarunt.* Or. 14. n°. 39.

8°. Tandem Chriſtianum beneficiis divinis aūt cumulatum, aut multùm egentem ſeipſum intueri cogendo, egregiè ad caritatis officia accendit. *Habes beneficium, quod te multorum mandatorum ſubmoneat: ne contemtim prætereas. Pauper acceſſit? In mentem tibi veniat, ex quàm gravi pauperate ad quantas divitias provectus es. Pane carens, aut potu, atque etiam fortaſsè Lazarus quiſpiam ad domûs tuæ fores provolutus? Moveat te myſtica menſa, ad quam acceſſiſti; moveat te panis ille cujus particeps factus es, calix ille, quem accepiſti, cum Chriſti paſſionibus initiareris. Peregrinus ad genua tua procubuit, domo carens, advena? Per hunc eum excipe, qui propter te peregrinatus eſt, idque in propriis, quique per gratiam ad te immigravit, teque ad cœleſte domicilium pertraxit. Zachæum imitare, illum, inquam, heri Publicanum, hodiè animi magnitudine & liberalitate præditum. Facultates omnes tuas ingredienti Chriſto offer, ut, licet corporali ſtaturâ puſillus, animo tamen eveharis, Chriſtum egregiè conſpicatus. Ægrotus proſtat, ac ſaucius? Moveat te ſanitas tua, & vulnera quibus te Chriſtus liberavit. Si videris nudum, operi eum, tuum incorruptionis indumentum, hoc eſt, Chriſtum honore proſequens: quotquot enim in Chriſtum baptizati ſumus, Chriſtum induimus. Si debitorem nactus ſis, ad pedes tuos ſeſe abjicientem, ſyngrapham omnem, tam juſtam, quàm injuſtam reſcinde. Decem illa talentorum millia, quæ tibi Chriſtus remiſit, in memoriam revoca. Noli te acerbum minoris debiti exactorem præbere, & quidem conſervis, cùm tibi a Domino major ſumma condonata ſit; ne humanitatis quoque illius, quam tibi in exemplum propoſitam haudquaquam imitatus es, pœnæ a te expetantur.* Or. 40. n°. 31.

Plurima ſunt in operibus Gregorii hiſtoriam ſpectantia, quæ ſingula referre longum foret. Pauca è multis ſeligam. In Oratione XXXIII ſcribit Petrum in Judæa Evangelium prædicaſſe, Lucam in Achaia, Andræam in Epiro, Joannem Epheſi, Thomam in India, Marcum in Italia. n°. 11.

Videtur inter victimas pro Chriſto cæſas recenſere SS. Lucam & Joannem. *Non victimas pro Chriſto cæſas veritus es? nec magnos pugiles extimuiſti, Joannem illum, Petrum, Paulum, Jacobum, Stephanum, Lucam, Andræam, Theclam, eos qui & poſt illos, & ante illos, pro veritate periculis ſe objecerunt. Qui cum igni, & ferro, & belluis, & tyrannis, & præſentibus malis* &c. Joannes tamen & Lucas, quamvis crucis mortificationem jugiter in ſuis corporibus pertulerint, & permultas propter Chriſtum & ejus Evangelium calamitates paſſi ſint; « Haudquaquam, ut ſcribit Elias Cretenſis, » Comment. in Orat. III. nunc IV, interempti ſunt, verùm in pace ad eum, » qui pacis Deus eſt, reverſi ſunt ». Or. 4. n°. 69. In edit. Bill. t. 2. pag. 222. 223.

Scribit Gregorius Petrum lupinis unico aſſe emtis vitam toleraſſe: *Pulchra res victûs tenuitas*, inquit: *documento mihi eſt... Petrus qui lupinis unico aſſe emtis alebatur.* « Hoc autem, ait Nicetas, Comm. in Orat. al. XVI. p. 659. » ex quodam libro deſumtum eſt in eccleſiaſticum canonem minimè re- » cepto ». Gregorius hæc verba Petro adſcribit in Epiſtola al. XVI. p. 778: *Ægra anima vicina eſt Deo, ut eximiè alicubi loquitur Petrus.* Annotat Elias hunc locum ſumtum eſſe ex eo libello, qui doctrina Petri inſcribitur: Or. 14. n°. 4.

Or. 24. n°. 24. Commentario in Orat. al. XVII. p. 684. Hæc autem verba : *Petrum dicentem audiamus : Erubeſcite qui aliena detinetis, Deique æquitatem vobis imitandam proponite, & nemo erit pauper :* ex libro apoſtolicarum quæſtionum, quem poſtea ſexta Synodus improbavit, tanquam ab Hæreticis depravatum & adumbratum, ſumta eſſe ſcribit Nicetas, Comment. in Orat. al. XVI. p. 672.

Carm. de præc. ad virgines. Or. 24. n°. 10. Scribit Gregorius Theclam virginem necis flammæque periculo primùm ereptam, dein morſibus unguibuſque leonum, qui generoſos virginis artus dente premere & diſcerpere minimè auſi ſunt, e tyranno ipſius proco ope Chriſti ſervatam. Quamvis eam pro Chriſto ſanguinem ſuum fudiſſe non aſſerat, hanc tamen numerat inter cæſas & illuſtres pro Chriſto victimas : hanc alii martyrem appellant. Sacrum egregiæ huic virgini templum erat Seleuciæ, quò abdicatâ ſede Conſtantinopolitanâ Gregorius ſeſe recepit.

Or. 6. n°. 18. De Judæis hæc, digna quæ obſerventur, habet Gregorius : *Una utique illis calamitatis columna totus terrarum orbis eſt, per quem variè fuſi ſparſique ſunt, divinuſque cultus compreſſus & extinctus, ipſumque adeò Jeroſolymitanæ urbis ſolum, quod vix jam agnoſcitur, atque hactenus duntaxat illis patet, idque duntaxat fructûs ex veteri ſua gloria & amplitudine capiunt, ut per diem conſpicui facti ſolitudinem lugeant.* Eadem & plura etiam de Judæis plurimi narrant Scriptores, maximè Hieronymus qui ait, uſque ad ſua tempora Judæos prohiberi Jeruſalem ingredi; eoſque, qui Chriſti ſanguinem emerant, emere lacrymas ſuas, id eſt, pecuniâ facultatem obtinuiſſe ut quo die a Romanis capta dirutaque & everſa fuit Jeruſalem, illi campos ubi Jeruſalem fuerat, veniant, & eis ruinam civitatis flere liceat. Euſebius teſtatur lib. 4. hiſt. cap. 6. univerſam gentem Judæorum in regionem circa Jeroſolyma ſitam pedem inferre prohibitam fuiſſe conſtitutione Adriani Imperatoris ; adeò ut ne proſpicere quidem è longinquo patrium ſolum ipſis liceret. Quod tamen poſteà conceſſum, vel potius pecuniâ emptum, ut notat Gregorius.

In cap. 1. Sophon. t. 3. p. 1655.

Ex ipſo diſcimus Maximinum crudeliori adversùs Chriſtianos perſecutione graſſatum, quam Diocletianum, & ejus ſucceſſorem Maximianum. *Perſecutio erat, & quidem perſecutionum omnium atrociſſima, maximèque horrenda. Iis loquor, quibus Maximini perſecutio nota eſt ; qui, cùm poſt multos, qui paulò ante extiterant, ingruiſſet, hoc effecit, ut omnes humani ac faciles fuiſſe viderentur.* Præclaram hanc vocem dictam refert a Conſtantini Magni patre Conſtantio, Principe optimo, qui cùm ad perſecutionem Chriſtianis movendam his verbis inter alia a malevolo impelleretur :

Or. 43. n°. 5.

Carm. adv. iram.

Τί τῆς μελίσσης ἐστὶν ἡμερώτερον ;
Αλλ' οὐδ' ἐκείνη τῶν τρυγώντων φείδεται.
Eſt ne animal ape mitius ?
Sed ne illa favos auferentibus parcit.

Conſtantius reſpondit :

Πῶς οὐκ οἶδας, ὦ βέλτιστέ σου,
Ως δ' ἐκείνη κέντρον ἐστὶν ἀσφαλές ;
Παίει μὲν, αὐτὴ δ' εὐθέως ἀπολλυται.
An te fugit, vir optime,
Quod ipſius aculeus periculo non vacat ?
Ipſe quidem pungit, ſed illa ſtatim moritur.

Plurima de Conſtantio honorificè prædicat; Imperatorem piiſſimum, Chriſti amantiſſimum, qui Deo adjunctus ſit, qui cœleſtis gloriæ hæreditatem acceperit, qui moriens imperium cum meliore commutarit. Non hæc Hilarius, non hæc Athanaſius, non Theodoretus, aliique Scriptores Eccleſiaſtici. Sed jam in Præloquio ad Orationem quartam hæc diligenter excuſſa ſunt : Monitum, ſi velit, adeat Lector ; nobis ſemel dicta retractandi otium non eſt; quinetiam cum voluminis tum temporis anguſtiæ nos cogunt ut præfandi terminum hîc tandem habeamus.

VITA
SANCTI GREGORII THEOLOGI
EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI
EX IPSIUS POTISSIMUM SCRIPTIS NUNC PRIMUM ADORNATA.

GREGORIUS Nazianzenus, qui ab eximia rerum divinarum ſcientia *Theologi* nomen ſolus poſt Apoſtolum Joannem invenit, quis, qualis & quantus fuerit, omnes uno ore Græci & Latini melioris notæ Scriptores Eccleſiaſtici honorificentiſſimè teſtati ſunt; pauciora tamen de ejus vita rebuſque geſtis literis mandarunt. Verùm ipſe Gregorius proprio calamo ſupplevit, tum in prolixo & egregio carmine quod de ſuis rebus ipſe ſcripſit, tum variis in locis, ſeu carminum ceterorum, ſeu orationum & epiſtolarum, in quibus plurima de ſeipſo commemorat. Quare ſcripta Gregorii, vitæ ipſius, ac eorum quæ de ipſo ſcribimus, baſis ſunt ac fundamentum.

I. Gregorii patria: an Nazianzum, an Arianzus pagus.

Nazianzum Cappadociæ civitatem, haud procul a Cæſarea, in cujus diœceſi erat, Gregorii eſſe patriam, indeque Nazianzenum eum dictum fuiſſe plerique exiſtimant. Sunt tamen qui eum, non Nazianzi, ſed Arianzi natum arbitrantur. Arianzus autem pagus erat in regione Tiberina ſitus, quem doctiſſimi Tillemontius & Gothofredus Hermantius ſuburbanum Nazianzo cenſeri putant: idque inde colligunt, quòd, cùm ea regio grandine vaſtata fuiſſet, Nazianzenos ad pœnitentiam hortatus ſit Gregorius, ut quos ea calamitas propiùs ſpectaret. Id hauſtum eſt ex Collatione v. Synodi v. ubi Euphrantas Epiſcopus Thyanenſis ait: *Arianzus quidem prædium eſt, unde ortus fuit Gregorius, ſub Nazianzo conſtitutus.* Bollandiſtæ aiunt ſe non intelligere « Cur hæc debeant » ad nativitatem referri, cùm ſufficiat, ſi ex illo ſuæ poſſeſſionis prædio Gregorii pater, » aut avus, in ipſam Nazianzenam civitatem migravit, ibique Gregorium filium pe- » perit mater ». Prætereà, inquiunt, « Arianzus non prædium fuiſſe videtur, ſed pagus, » in quo prædium habuit Gregorius a quodam Rhegino emtum ». Leviora hæc ſunt quàm ut iis immoremur diutius; ac parum intereſt, natus-ne ſit Gregorius Nazianzi, an Arianzi; maximè cùm conſtet Arianzum vicinum fuiſſe Nazianzo.

IX. Maii. p. 376.

Patriam igitur, ut ait Gregorius preſbyter in ejus vita, ſecundam Cappadocum provinciam habuit, urbem Nazianzum. Juvat obſervare Nazianzum, ut ex Hieronymo, libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis, & ex Gregorio diſcimus, appellatam olim fuiſſe Diocæſaream. Parva quidem urbs & obſcura, Nazianzum, nullo in honore, imò communi cum ceteris Cappadocibus infamiâ laborans. Ubique enim terrarum peſſimè audiebant Cappadoces: nec ullus eſt Scriptor, ſive è noſtris, ſive ex profanis, qui eos conviciis non laceſcat; quæ etiam proverbio, melius dixerim, veteri σαρκασμῷ, τρία ΚΚΚ κάκιστα, increbuerunt. Unum inter multos audiamus Iſidorum de Cappadocibus loquentem: « Subdola atque improba magna ex parte hæc natio eſt. Pace offenditur, »contentionibus ac diſſidiis alitur, eumdemque dulcis & amari fontem habet. In con- »greſſu blandè ac benignè loquitur, in abſentia obtrectat. Fallax eſt, impudens, teme- »raria, meticuloſa, cavillatrix, illiberalis, verſuta, inhumana, ſuperba & contu- »max, in ſecundis amicorum rebus mœſta, in adverſis læta & inſatiabilis. Sub pie- »tatis larva mulierculas in captivitatem redigit, atque inſano auri amore Babilonium »ſuperat. Ad mentiendum proclivis eſt, ad pejerandum celer. Ac denique qualem »habes improbiſſimum ac prorſus exoſum Gigantium, tales omnes Cappadoces eſſe exiſ- »tima, ac pro certo habe... Quid tibi cum genere belluinis moribus prædito? Quid tibi »cum barbara natione? Quid te cum ignobilibus commiſces? Quid cum Cappadocibus »collideris?..... Quid tuam ipſius exiſtimationem commaculas, cum illis te con- »ferens, quibus nec ut mancipiis quiſquam mente præditus uti velit »? Hæc erat anti- quorum de Cappadociæ incolis opinio, adeoque de Nazianzi civibus, quippe quæ pars ejus erat, ſecundæ nimirùm Cappadociæ obſcura civitas. Verum a Gregorio noſtro « Adeò nobilitata... eſt, verba ſunt ejus biographi, ut apud extremos etiam orbis »terrarum fines propter eum clara atque illuſtris extiterit. Neque enim Pella ob Ale- »xandrum celebrior eſt, inquit, aut Perſæ propter Cyrum ad tantam gloriæ ſplendo- »riſque magnitudinem evecti ſunt; quantum hæc propter magnum Gregorium aſſecuta »eſt. Quocirca ipſi quoque ob educatum Gregorium abundè perſolutam eſſe mercedem

Hier. de Script. Eccl. Greg. Ep. ad Hellen. ad Olymp.

II. Mala veterum de Cappadociæ incolis opinio. Iſid. Peluſ. lib. 1. Epiſt. 281. p. 101.

Ibid. p. 123; Ep. 351.

»existimo; quippe quæ & Indis & Britannis ex diametro inter se oppositis æquè in»claruerit ».

Quamvis autem Isidorus tam malè de Cappadocibus senserit & scripserit, in altera
Lib. 1. Ep. 158. p. 64. tamen epistola, postquam Priscum Cappadocem sic allocutus est : « Vereor ne tu illius »Cappadocum partis sis, quæ omni vitiorum genere injusta est » ; hæc addit : « Altera enim »rursum Cappadocum pars est quàm optima, πανάριστος, ex qua illi extiterunt, qui vitæ »suæ ac præceptorum luce orbis terrarum finibus præluxerunt, διδουχήσαντες. Quibus verbis non alios certè quàm Gregorium magnumque Basilium significare voluit Isido-
Ibid. p. 124. rus, ut & istis in epistola CCCLII : « Ego verò Sanctos illos è Cappadocia extitisse as»sentior. Atque hoc potissimum istorum improbitatis argumentum est » ; nempe Cappadocum, quorum mores indigni veterum Sanctorum Patrum virtute tunc decantabantur.

Gregorius tamen Cappadociæ non illibenter meminit, eamque, ut sese dat occasio, laudibus effert. De Georgio Cappadoce, qui Athanasio infensissimum se præbuerat, verba
Or. 21. n°. 14. faciens, sic ait : *Atque hîc mihi carissimum solum, patriam, inquam, meam, omni crimine solutam velim : improbitas enim, non patriæ, sed iis, qui animi inductione ipsam elegerunt, assignanda est. Illa enim sacra, & apud omnes pietatis laude clara & illustris est.*
Or. 43. n°. 3. Alibi Cappadociam, venerandam patriam suam vocat, nec minus juvenum, quam
Carm. 62. equorum bonam nutricem. Et in fine carminis ad Nemesium, *Cappadoces suos* dicit, & hoc nomine se gloriari profitetur.

III. Parentes Gregorii. Parentibus ortum esse nobilibus Gregorium asserit ejus vitæ Scriptor ; quod quidem incertum est de patre ipsius Gregorio ; nisi quis inde illud colligere velit, quòd
Or. 18. n°. 5. Gregorius noster in Oratione, quâ defuncti patris laudes prosequitur, his verbis incipiat : *Ille igitur, ut patriam, genus, corporis dotes, externum splendorem, & alia, ob quæ homines magnificè de se sentiunt, ad encomiorum leges remittam, &c.* Dum enim ait Gregorius se genus patris, corporis dotes, externum splendorem ad encomiorum leges remittere, nonne indicare videtur sibi ista in laudibus parentis ponere licuisse ; adeoque eum & genere, & corporis dotibus, & externo splendore, & aliis, ob quæ homines magnificè de se sentiunt, præstitisse ? Nisi enim iis præstitisset, Orator certè tali exordio risum movisset.

IV. Hæresis Hypsistariorum. Hypsistariorum sectam profitebatur Gregorius pater ; quæ secta *Ex gentili errore*,
Or. 18. n. 5. inquit noster Gregorius, *& legali vanitate conflata erat ; quarum utriusque partes quasdam fugiens, ex quibusdam partibus conflata & constituta est. Etenim illius quidem simulacra & sacrificia rejicientes, ignem & lucernam colunt : hujus autem sabbatum & jejunam quandam a nonnullis cibis abstinentiam venerantes, circumcisionem aspernantur.* Ex his patet Gregorium non fuisse omnino Idololatram, quamvis Gregorius, carmine *de rebus suis*, hunc *sub idolis* vixisse scripserit. Quâ quidem voce non deorum aut animalium simulacra, ut Joanni Clerico visum est, sed ignis aut lucernarum elementa
Pag. 329. Gregorium intellexisse, in monito ad Orationem XVIII ostendimus ; idque ex relatis Gregorii verbis apertè declaratur. Quòd autem *Hypsistariorum* nomen spectat, græco fonte cadit, nempe voce ὕψιστος, quæ *altissimum* sonat ; sibique Hypsistariorum nomen vindicant, quòd solum Altissimum adorent. De hac hæresi nihil legitur apud Epiphanium, Augustinum, ceterosque qui de hæresibus scripsere. Consimilia tamen ferè de Euphemitis, seu Massalianis, narrat Epiphanius Hæresi LXXX : ait enim illos ex gentilibus, nec Judaïsmo, nec Christianismo attendentes, deos quidem dicere ; nullum autem adorare, sed unum solum venerari, quem omnipotentem vocant. Quandam etiam similitudinem habent Hypsistarii cum subortis posteà Cœlicolis Africæ, de quibus Augustinus, epistolâ CLXIII ; Codex Theodosianus, lib. XLIII de Hæreticis, & lib. XIX de Judæis Cœlicolis & Samaritanis.

V. Mores Gregorii Patris. Longo Gregorius pater tempore in Hypsistariorum errore, nimirum ad quadragesimum quintum fermè ætatis suæ annum, versatus est. Verumtamen priusquam religionem Christianam profiteretur, moribus erat Christianus. *Ille enim*, inquit Gregorius noster, *ante etiam quàm ad nostram caulam se contulisset, noster erat. Mores quippe ipsum nobis asciscebant. Ut enim multi ex nostris nobiscum non sunt, quos scilicet a communi corpore vita removet ; sic contra multi exterorum ad nos spectant, quicumque nimirum fidem moribus antevertunt, ac solo nomine carent, cùm rem ipsam teneant. Quo in numero meus quoque pater erat ; ramus quidem ille alienus, ceterùm vitâ & moribus ad nos propendens.* Pudicitiæ laude excellebat Gregorius ; idem simul amabilissimus & castissimus, quæ duo haud facilè in unum concurrunt. Justitiæ tam tenax fuit, ut in magnis reipublicæ muneribus versatus, ne teruncio quidem facultates suas auxerit. Sed his omissis, ad annum, quo Christo nomen dedit, ac Christianam religionem professus verasque virtutes est assecutus, veniamus. Is fuit annus, quo habita est Synodus Nicæna, post Virginis partum 325. Etenim ab episcopis, qui illuc contendebant ut Arii furoribus obsisterent, præcipuè verò a Leontio, qui tum Metropolim gubernabat, cùm sponte suâ desiderium suum confessus fuisset, communisque salutis auxilium poposcisset, catechesis sermonibus imbutus, baptismum suscepit.

Anno

Anno igitur 325 baptizatus eſt Gregorius, aut aliquanto poſt tempore; ſi quidem, teſte Gregorio noſtro, *Ad lavacrum acceſſit, cùm ſe pro viribus ſuis priùs purgaſſet; atque tum animo, tum corpore, multò magis, quàm qui olim a Moyſe tabulas accepturi erant, purificaſſet.* Ex his patet Gregorium tempus aliquod impendiſſe, ut ſordes elueret priuſquam aquis baptiſmi purgaretur, quò purgatio prævia purgationis dono firmitatem aſſereret, ſeu gratiam in tuto poneret. Egreſſum ex aqua lumen circumfulſit: quo miraculo perculſus epiſcopus, Gregorium ſibi in epiſcopatu ſucceſſurum palam ac publicè clamavit. Id argumento eſt eum Nazianzi ab ejus Eccleſiæ epiſcopo baptiſma ſuſcepiſſe, non verò a Leontio Cæſarienſi, ut putat Baronius, quem ſequitur Papebrochius. Quod cùm mater ejus, fictorum numinum cultui addicta, indignè ferret, patriam fugere coactus eſt, *Patris cæleſtis ac veræ hæreditatis causâ, & matre, & facultatibus aliquandiu carere ſuſtinens, atque hanc ignominiam æquiùs & faciliùs quàm alii ſummos honores tulit.*

VI. Gregorius pater baptiſmum ſuſcipit ab Epiſcopo Nazianzeno. *Ibid.* n°. 13.

VII. Patriam fugere cogitur ab irata matre. Or. 18. n°. 5.

Quod de Gregorio è lavacro aſcendente prænuntiatum fuerat, contigit. Creatus eſt epiſcopus anno 329, vel 328, ut placet Gothofrido Hermant, annos natus fermè quinquaginta; cumque Nazianzenam Eccleſiam per quadraginta quinque annos ſapientiſſimè adminiſtraſſet, exactis penè centum annis, plenus dierum, ſanctiſſimè obiit anno 373 exeunte, vel ineunte 374.

VIII. Epiſcopus creatur.

Ipſi non diu ſuperſtes fuit piiſſima conjux Nonna: tali digna ſponſo erat, ut ipſe tali dignus ſponsâ; atque, ut pii filii verbis utar, *Si quis ab ultimis terrarum finibus, atque ex univerſo hominum genere, præſtantiſſimum conjugium conciliare ſtuduiſſet, nullum uſquam hoc præſtantius aptiuſque reperiri potuiſſet. Ita enim virorum ac mulierum optima & præclariſſima quæque in unum confluxerant, ut hoc matrimonium, non minùs virtutis, quàm corporum, nexus eſſet.* Habuit Nonna, quod ex editis a doctiſſimo Muratorio epigrammatibus diſcimus, patrem nomine Philtatium; matri nomen fuit Gorgonia, fratri Amphilochius, ex quo ortus magnus ille Amphilochius Iconii epiſcopus. Nonna ex radice ſancta prodiit; acceptamque a parentibus virtutis hæreditatem ita pietate ſuâ & præclaris actionibus auxit, ut ſi ſingula percurrere animus eſſet, de illis volumen impleretur. Sed ea ſuaviùs leget, & ex ipſo fonte hauriet lector, verſans Gregorii noſtri ſcripta, in quibus ſæpius Nonnæ fit mentio. Legenda inprimis Oratio XVIII. quæ tota de Gregorio patre, & de Nonna; carmina I & II. &c. Unum duntaxat referam, quod prætermittere nefas eſſet. Nonnæ adſcribenda eſt ſui ab Hypſiſtariorum ſecta ſponſi ad chriſtianam religionem tranſitio, quam aſſiduis ad Deum precibus, dies ac noctes cum lachrymis & jejuniis obſecrando, impetravit: *Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem.* Nonnæ adſcribendi ſunt abundantes ipſius in epiſcopatu fructus; Nonnæ adſcribenda eſt natorum pietas, quos enixa non minùs ſpiritu quàm carne, Deum unum timere & amare docuit; quos tam egregiis moribus ac præceptis informavit atque imbuit, ut ſingulos, aſpirante gratiâ, ardens ad ſidera virtus erexerit, atque inter Sanctos ipſi numerentur cum ſanctis parentibus; nimirum Gorgonia, quæ forſan natu maxima fuit; Gregorius, de cujus vita, rebus geſtis, & ſcriptis dicturi ſumus, & Cæſarius.

IX. Nonna, mater Gregorii, è radice ſancta prodiit. Or. 18. n°. 7.

I. Cor. VII. 14.

Hiſce ergo parentibus natus eſt Gregorius, *Atque ad Deum a vulva ipſa projectus, & ex materna pollicitatione ipſi donatus.* Etenim Nonna, cupiens maſculam prolem, cùm eam crebris precibus a Deo impetraſſet, ut olim Anna Samuelem, voti compos facta pia mater, filium ſibi dono Dei conceſſum illi a quo acceperat, Annam æmulata, conſecravit. Quo anno id contigerit gravis eſt difficultas, & certant inter ſe Scriptores. Quamvis noſtrum non ſit tantas lites componere, quid tamen ſentiamus diſſimulare lex operis non ſinit: ſed priùs diverſarum opinionum expendenda ſunt momenta. Doctiſſimus ac piiſſimus Tillemontius, cum aliis pluribus, Gregorium nec citiùs nec ſeriùs anno ter centeſimo vigeſimo nono natum eſſe ſtatuit ex pluribus Gregorii ipſius verbis, quo certè non eſt alius ætatis ſuæ teſtis locupletior. Palmaria inprimis videntur hæc Gregorii patris verba filium ad ſuſcipiendum munus paſtoritium impellentis:

X. Quo anno natus ſit Gregorius. Or. 2. n°. 77.

Οὔπω τοσοῦτον ἐκμεμέτρηκας βίον,
Οσος δύῆλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόνος.

Carm. de vita ſua, v. 512.

Nondum tot annos vita percurrit tua,
Quot mi in ſacris jam ſunt peracti victimis.

His duobus verſiculis manifeſtum eſt Gregorium Nazianzenum natum eſſe, cùm jam Deo ejus pater victimas offerret; ſive victimas eas intellexeris quas quilibet Chriſtianus ex corde puro offert, ſive quas ſolius eſt ſacerdotis aut epiſcopi, ut miniſtri, offerre. Cùm autem Gregorius non ante annum 328 creatus ſit ſacerdos & epiſcopus, neceſſe eſt ut Gregorius filius ex patre epiſcopo ſit procreatus, ſi victimas quas obtulit, priuſquam naſceretur filius, eas eſſe credideris, quas ſoli ſacerdoti offerre competit, adeoque non ante annum 328 aut 329, quo creatus eſt epiſcopus.

XI. Bollandi ſententia de anno, quo natus eſt Gregorius.

Reclamant Bollandiſtæ, interpretes accuſant, verba græca ab ipſis malè reddita latinè queruntur, & abſurdiſſimum eſſe clamant, ſi Gregorius Nazianzenus dicatur patre ſacerdote vel epiſcopo editus. Id quidem mirum & prorſus inſolitum, nec cum legibus Eccleſiaſticis valde conſonum. Sed verba græca aliter intelligere, ne vel ipſimet Papebrochio poſſibile eſt; quippe qui aliter ea interpretari nequit, niſi mutando Gregorii verba græca arbitrio ſuo, nullius ſcriptoris, nullius codicis manu exarati autoritate. Quod mirum videri poſſit in viro, qui de verſionibus expoſtulat, atque interpretes minimè curioſos fuiſſe, ubi eos maximè ſcrupuloſos eſſe oportuiſſet, clamitat?

9 Maii p. 370. 371.

Legendum igitur ἐτησίων pro θυσιῶν conjicit:

Οσος διῆλθ' ἐτησίων ἐμοὶ χρόνος.
Quot eteſiarum tranſiit tempus mihi.

9. Maii p. 371. *Col.* 1.

Quæ lectio nullo nititur fundamento, nec ulla ei ſubeſt notio. Quis enim credat Gregorium patrem ſignificare voluiſſe, nondum tot annos vixiſſe Gregorium filium, quot ipſe vixerit? Nam ſic ipſe interpretatur Papebrochius:

Ætas peracta tam longa nondum eſt tibi, Quot &c.

Sed correctionis ſuæ *licentiam*, ſic enim ipſe appellat, agnovit poſteà; confeſſus eſt etiam vir candidus eam nullius Manuſcripti autoritate fulciri, ac demum pollicitus hanc ſe libenter dimiſſurum, cùm vel aliam magis fundatam certamque invenerit quiſpiam, vel explicandæ phraſeos iſtius rationem aptiorem. Aliam ipſe Papebrochius lectionem invenit, ſeu potius finxit; cujus non major quàm prioris autoritas eſſe poteſt, cùm nullius ipſa codicis autoritate fulciatur; & quæ ſuo, ſi admitteretur, plus noceret, quàm faveret fabricatori: ſic igitur legendum ſuggerit:

Tom. 2. *Maii* p. 845.

Tom. 7. *Maii* p. 657.

Οσος διῆλθε δὶς ἰὼν ἐμοὶ χρόνος.
Bis quantum eundo labitur tempus mihi.

p. 38. *Col.* 2. « Satius eſt, ut ait noſter Prudentius Maran in vita ſancti Baſilii, cum Tillemontio »fateri, legem eccleſiaſticam de continentia epiſcoporum nondum in omnibus omnino »eccleſiis viguiſſe, quàm apertiſſimum locum ejuſmodi conjecturis attentare ». Rectè, ſi priùs demonſtrari poſſet legem illam in Cappadocia non viguiſſe, quod quidem probare non facile fuerit.

XII. Quot annis Gregorius Athenis eloquentiæ operam dedit.

Eſt alius Gregorii textus, qui ad confirmandam ſententiam Tillemontii de anno quo vir ſanctus natus eſt, non minùs idoneus videtur: ait namque Gregorius, cùm Athenis in patriam reditum parabat anno 355, ſe longum tempus ſtudio eloquentiæ impendiſſe, ac ſe jam circiter triginta annos natum. Hæc ſunt ejus verba:

Carm. de vita ſua, v. 238.

Καὶ γὰρ πολὺς τέτριπτο τοῖς λόγοις χρόνος.
Ηδη τριακοσὸν μοὶ σχεδὸν τοῦτ' ἦν ἔτος.

9. Maii, p. 371. Verum ex adverſo occurrunt Bollandiſtæ, atque in eo diſputant. « Gratis, inquiunt, »præſumitur ſignari annus ætatis, ubi annus ſtudii, acquirendæ eloquentiæ Athenis »impenſi, multò congruentiùs poteſt intelligi..... Aliàs enim quomodo tempus »annorum octo vel decem, (nec enim plures tunc numerare poſſes, ſi ſolùm erat »tricenarius,) longum dixiſſet ad eam exercitationem, cui plurimi totam dicabant »vitam, neque vel extremâ ætate oratoriæ artis perfectionem ſe aſſecutos cre»debant»? Ergo ne decem vel octo anni eloquentiæ ſtudio Athenis impenſi, viro chriſtiano, qui jam antea per plures annos, tum Nazianzi a parentibus, tum Cæſareæ, aliiſque in locis a doctiſſimis magiſtris in omni litterarum & ſcientiarum genere fuerat inſtitutus, ſatis ſuperque erant, ut ipſi dicere liceret ſe longum tempus in eo curriculo triviſſe? An verò neceſſe eſt, ut vitam quis totam dicaverit ſtudio eloquentiæ, quò verè poſſit dicere ſe longum tempus huic exercitationi impendiſſe? Potuit ergo dicere Gregorius, quod eum dixiſſe manifeſtum eſt. Imò miror Gregorium tot annos Athenis verſatum; Gregorium, inquam, quem mater a Deo precibus impetrarat, pollicita ſe ei dicaturam, ſi votis annueret; quem a vulva ipſa ad Deum projecerat; qui ſe a matre Deo dicatum norat; cui, cùm jam pueritiæ ætatem tranſiſſet, divinæ Scripturæ exempla inſtillarat, quibus ſignificarat parentum vota, Abrahæ hiſtoriam & Iſaac, Annæ & Samuelis; quem, cùm eum Deo puerulum obtulit, ſic affata erat:

XIII. Refellitur opinio Bellandi.

Carm. de rebus ſuis, v. 445. *& ſeq.*

Nate, ego te vivum Chriſto, cariſſime, munus
Offero, quò matris votum promiſſaque firmes;
Quæ te concepi precibus: quæque optimus ut ſis
Et vitâ eximius, flagrantibus expeto votis.
Hoc genitricis erat votum: cui protinus ipſe
Cedendum, in tenera quamvis ætate, putavi.

Ecquis, hæc ſeriò perpendens, in animum induxerit Gregorium, qui pietatem a

parentibus cum lacte hauserat, ad annum usque ætatis 55 acquirendæ eloquentiæ operam dedisse : nec ipsi, post impensos huic studio Athenis octo vel decem annos dicere licuisse se longum tempus impendisse ?

XIV. Imberbis Gregorius rediit Athenis.

Adeò autem annum 55 non attigerat, cùm Athenis rediit Gregorius, ut se tunc & Basilium *ex imberbibus viros factos* fuisse dicat. Ὡς δ' οὖν ἐπανήκαμεν, μικρὰ τῷ κόσμῳ καὶ τῇ σκηνῇ χαρισάμενοι, καὶ ὅσον τὸν τῶν πολλῶν πόθον ἀφωσιώσασθαι, (οὐ γὰρ αὐτοί γε εἴχομεν θεατρικῶς, οὐδ' ἐπιδεικτικῶς) τάχιστα ἐγενόμεθα ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τελοῦμεν εἰς ἄνδρας ἐξ ἀγενείων, ἀνδρικώτερον τῇ φιλοσοφίᾳ προσβαίνοντες. An verò imberbem se esse dicere potest vir 55 annos natus ? *Ut igitur*, inquit Gregorius, *domum reversi sumus, cùm aliquantulum mundo ac scenæ serviissemus, quantùm scilicet satis erat, ut plurimorum obsequeremur cupiditati, (neque enim ipsimet ad theatrum & ostentationem propendebamus,) continuò facti sumus juris nostri, & ex imberbibus facti viri ad philosophandum nos contulimus generosiùs.* Quid ad hæc Bollandistæ ? Solertes sibi videntur, verba Gregorii in metaphoricum sensum detorquentes, quod etiam signant additâ particulâ *tanquam ex imberbibus*. « Sic, inquiunt, nec quod *ex imberbibus* dicat (Gregorius) *factos viros*, debet »cum respectu ad ætatem accipi, sed referri ad animum ; qui tunc primùm viriliter »erigi cœpit ac roborari, cum sepositò aliis placendi studio, quod imperfectorum »est, ad veram solidamque virtutem, quæ est virorum perfectorum, conatum suum »intenderunt ». Hæc profecto a Bollandistis inconsideratè dicta, fas sit dicere ; nec injuriam se Basilio & Gregorio facere cogitarunt, cùm aiunt, *tunc primùm*, scilicet cùm annum ætatis quinquagesimum quintum attigissent, eorum animos *viriliter erigi cœpisse ac roborari, & sepositò aliis placendi studio, ad veram solidamque virtutem conatum intendisse*. Egregia verò laus Basilii & Gregorii ! Imò maxima contumelia. Tantorumne virorum animus, non nisi exactis 55 annis, *viriliter erigi cœpit & ad veram solidamque virtutem conatum intendere ?* Considerent Bollandistæ quid scripserint.

Or. 43. n°. 25.

9. Maii p. 371.

XV. Objecta Bollandi.

Plurima objicit Papebrochius : 1°. Qui fieri possit ut Gregorius, qui vix quadragenario major erat secundùm Tillemontii calculum, cùm paulò post fratris Cæsarii & Gorgoniæ sororis mortem carmen de rebus suis scripsit, queratur *jam caput canis albescere, rugosaque membra ad tristis vitæ occasum prona ferri?* 2°. Quomodo Nonna quinquagenaria filium peperit? Eam enim Gregorius, non solum ὁμόζυγον, *conjugem*, verùm etiam ὁμόχρονον, *coætaneam* fuisse asserit, ἴσον πολιῆτε καὶ ἤθεσι, *moribus & canitie æqualem*. 3°. Quomodo id tacitum prætermisisset filius in Oratione, qua parentum laudes prosequitur, multa longè minutiora expendens ? Suis quidem non caret difficultatibus Tillemontii opinio, sed quæ tamen solvi possint. Age ergo, 1°. mirum esse non debet senectutis incommoda circumvenisse Gregorium priusquam ad eam ætatem, quæ senectus appellatur, perveniisset. Id enim non tam illius annis, quàm infirmitatibus, studiorum ac pœnitentiæ laboribus, quibus jam fractum ipsius erat corpus, & senectutis incommoda supervenerant, tribuendum. Quod autem aiunt, Gregorium silentio non fuisse prætermissurum, si ex matre tam provectæ ætatis esset natus ; ut id concedamus, certè silentio non prætermisit, si minùs in Oratione, qua parentes laudavit, saltem in carmine de vita sua. Ibi enim narrans, quomodo sua eum mater statim ab utero obtulerit Deo ; ac deinde iterum offerens, cùm jam rationis esset particeps, consecratis sacrorum librorum tactu ipsius manibus, quibus verbis eum allocuta fuerit, sic prosequitur :

v. 307 & 308.

Jam carum filium aliquis divinitus datum, bonum optimus,
Properantem ut sacra victima fieret, ad aram adduxit,
Sarræ tardiparæ prolem. . . . .
Nunc ego te vivum Deo munus, ut promisi,
Offero.

Carm. de rebus suis, v. 442. & seq.

Suam namque matrem conferens Gregorius cum tardipara Sara, eam quoque, ut ipsius verbis utar, ὀψίτοκον, tardiparam fuisse satis indicat.

XVI. In sententia Tillemontii gravissima est difficultas.

Verùm alia longè gravior est in opinione Tillemontii difficultas, quæ maximè scrupulum movet Papebrochio, nec immeritò, atque etiam nobis ipsis. Vix enim adduci possumus, ut patre episcopo, qui quinquagenario major erat cùm episcopale munus susceperit, natum esse credamus Gregorium. Nihil tale apud omnes hujus sæculi scriptores, qui de Gregorio verba fecere, reperitur. Nihil apud Hieronymum, qui hujus Doctoris consuetudine usus est, quo etiam magistro se Scripturas sacras didicisse gloriatur. Si patre episcopo natus esset Gregorius, quomodo Hieronymus, qui id profecto non ignorasset, his verbis Pammachio scripsisset : « Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut »virgines eliguntur, aut vidui, aut certè post sacerdotium in æternum pudici » ? Quomodò idem sanctus Doctor Jovinianum sic alloqui ausus fuisset : « Certè confiteris non »posse esse episcopum, qui in episcopatu filios faciat ; alioquin si deprehensus fuerit, »non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur »? Nec verò Hieronymum de consuetudine tantùm Occidentalis ecclesiæ loqui respondere licet, si quidem contra Vigilantium disputans : « Quid faciunt, inquit, Orientis ecclesiæ, quid Ægypti, &

Lib. 1. adv. Jovin.

»ſedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes; aut ſi uxores »habuerunt, mariti eſſe deſierunt »? Innumeros Conciliorum canones, veterumque Patrum teſtimonia fas hîc eſſet ſubjicere, quibus ſacerdotes quarto ſæculo ab uxoribus abſtinuiſſe manifeſtum eſt, quique non ſinunt credere Gregorium patre epiſcopo natum eſſe. E medio ſi abeſſet is, qui eſt in Tillemontii opinione, ſcrupulus, hanc per obſtantes difficultates ſequeremur, quæ quidem leviores ſunt quàm quæ in aliorum opinionibus occurrunt.

XVII. Contrariæ opinionis incommoda.

Suidas ſcribit Gregorium nonagenario majorem obiiſſe, adeoque natum anno 299; ex quo ſequeretur Gregorium octogenarium fuiſſe, cùm Conſtantinopolim ad defendendam catholicam fidem profectus eſt. Sed quis credat virum octogenarium illic ea præſtitiſſe, quæ præſtitit; pareſque tantis laboribus ſubeundis hâc ætate vires habuiſſe, tantâ vi dicendi valuiſſe & efficaciâ, ut auditores omnes, non modò catholicæ fidei addictos, ſed ipſos etiam hæreticos ſibi devinciret? Ex ipſo enim Gregorio diſcimus, nullum fuiſſe, quamcumque religionem profiteretur, qui ejus ſermonibus, ad quos concurſu magno accedebant, non delectaretur. Quid ſi addiderimus Gregorium, poſtquam relictâ Conſtantinopoli in otia tuta receſſit, longum de vita ſua carmen, hujuſque carminis veluti quamdam appendicem, (ſic enim nobis appellare licet conditum in epiſcopos eorum temporum) carmen acri ac vehementi ſtylo, imò immenſam aliorum carminum, quæ *Carmina cygnæa* vocant, copiam condidiſſe? Deinde, ut cetera omittam, Gregorius, qui anno 362 ad ſacerdotalem dignitatem evectus eſt unâ cum Baſilio, annos ſexaginta tres habuiſſet ex Suidæ calculo, videlicet natus anno 299. Queritur tamen maturiùs ſe factum ſacerdotem, in Oratione ſecunda. *Ne extrema quidem ſenectus*, inquit, *huic rei præſtituta, longum tempus cenſeri debet.* Quibus verbis manifeſtè ſatis indicat ſe juniorem fuiſſe quàm oportuiſſet; poſteaque hæc, ad confirmandum quod dixerat, affert verba Salomonis: *Væ tibi civitas, cujus rex junior eſt.* Vir certè ſexagenario major queri non poteſt, nec debet, ſe citiùs ſacerdotale munus ſuſcepiſſe.

n°. 72.

Eccli. x.

Quod ſpectat Bollandiſtas, in ſua *chronologia vitæ S. Gregorii expenſa & innovata*, Suidæ opinionem amplectuntur; quam ut tueantur, omnibus nervis contendunt in vertendis explicandiſque quibuſdam Gregorii teſtimoniis, quæ ipſis incommodant; nec tamen feliciter, ſi quidem vela dare retrorſum, novaſque ſubindè interpretationes afferre coguntur, quæ vel ipſis non admodum placent. Quapropter ſibi non conſtant, niſi in eo, quòd Gregorium patre epiſcopo natum conſtanter negent. Candidè fatetur Papebrochius, (cujus animi candoris alia laude digna habemus teſtimonia,) cùm eruditioribus quibuſdam amicis nonnulla eorum, quæ propoſuit innovandæ chronologiæ fundamenta, communicaſſet; ſe non omnes æquè aſſentientes habuiſſe. « Erant, inquit, qui»bus videbatur ſuperſtitioſa ſolicitudo cavendi, ne ex patre jam epiſcopo natus crede»retur Nazianzenus; metuebantque ne ex noſtræ ac paulò ſuperioris ætatis præjudicio »procederet illa, hæreticis nupturientibus riſum motura, &c. ». Demum poſtquam diu diſputavit, modo huc, modo illuc inclinans, ipſi alternanti ferè potior videtur Baronii ſententia « Interim, inquit, qui nihil mutatum volet, eo quod Ετήσιαι ipſi non videantur »pro *anni curriculo* poſſe per metaphoram accipi, ſequatur *Baronii ſententiam* ».

App. ad t. 7. Maii, p. 844.

Ibid. 845. *col.* 1.

XVIII. Baronii ſententia.

Ea autem eſt Annalium parentis ſententia; per hyperbolen locutum fuiſſe Gregorium patrem, cùm his verbis, *nondum tot annos, &c.* ſuadere filio conaretur, ut paſtoritiam curam ſuſciperet; quomodo ſæpe non multùm grandiores natu tantillò ſe junioribus dicunt, ſe id de quo agitur ſciviſſe priuſquam naſcerentur alii. Hac ratione ſcrupulum iis ex animo evellit, qui ut credant Gregorium patre epiſcopo natum eſſe adduci non poſſunt. Cenſet namque eum etiam *patre nondum Chriſtiano natum.* Verùm Baronius ſcrupulum ſimul ſuâ interpretatione donat & aufert. Illis quidem aufert, qui cenſent Gregorium patre epiſcopo natum non eſſe; donat autem aliis, atque in primis Tillemontio, qui Gregorium abſque mendacio ſic loqui non potuiſſe, & tali hyperbole gaviter offendi veritatem affirmat.

9. *Maii p.* 375. *col.* 1. *n.* 9.

XIX. Quælibet opinio ſuis laborat difficultatibus. Minoribus urgetur quæ ſtatuit Gregorium patre chriſtiano, ſed nondum epiſcopo natum.

Nulla ex his omnibus eſt opinionibus, quæ non multis gravibusque difficultatibus laboret. Illa porro, nobis omnia meditantibus incommoda, minoribus urgeri viſa eſt, quæ Gregorium patre nondum epiſcopo, ſed jam Chriſtiano natum anno 325 aut ineunte 326 ſtatuit ex ipſius Gregorii verbis. *Annus mihi*, inquit, *jam pene trigeſimus erat*, cùm Athenis, anno 355 vel 356, diſcedere cogitabat. Naſci ergo debuit anno 325 exeunte, aut ineunte 326, ut trigeſimus illi annus eſſet is quo Athenas reliquit. Ejus pater nondum erat epiſcopus; ſed eum Chriſtianum tunc fuiſſe, quamvis contra ſentiat Baronius, colligimus ex carmine quinto ubi ait Gregorius ſe natum ſtatim a Nonna Deo oblatum: deinde addit, & *a parentibus ſuſcepit donum*: καὶ ἐκ τοκέων ὑπέδεκτο δῶρον. Igitur ipſe quoque Gregorius pater filium vero Deo obtulerat, proindeque eum tunc colebat. Carmine etiam alio, poſtquam narravit quomodo vix natus Deo dicatus fuerit & oblatus, inſtar vituli vel agni; *Non enim dicere audeo, ut novus quidam Samuel, niſi ad eorum qui dederunt deſiderium reſpiciam.*

Carm. de anim. ſuæ calam. v. 199.

Carm. de vita ſua, v. 88.

Jam

Jam verò ſi roges qua ratione Gregorii textum interpretemur, ex quo alii eum patre epiſcopo natum colligunt, accipe. Verba ipſa huc revocanda & oculis ſubjicienda. XX. Alia verborum Gregorii patris interpretatio ex Comm. Trev. *Apr.* 1707. *art.* 1. *p.* 711.

Οὔπω τοσοῦτον ἐκμεμέτρηκας βίον,
Οσος παρῆλθε θυσίων ἐμοὶ χρόνος.

Nondum tot annos vita percurrit tuâ,
Quot mi in ſacris jam ſunt peracti victimis.

Gregorii verba ſic reddunt qui eum patre epiſcopo natum eſſe contendunt : verùm hi addunt in ſua interpretatione, quod in græco textu non apparet, nempe *peracti*. Porrò textui nihil addatur nec detrahatur, ſed ad verbum reddatur. Sic optimè reddidit auctor epiſtolæ, in commentariis Trevoltianis, ex qua hæc hauſimus :

Nondum tantam emenſus es vitam,
Quantum præteriit *mihi ſacrificiorum tempus.*

Non ait Gregorius facta a ſe, ſive ut ſacerdote, ſive ut epiſcopo, ſacrificia ; ſed filium ſuum tantam nondum vitam eſſe emenſum, quantum ſibi ipſi ſacrificiorum tempus *præteriiſſet*. Quid porrò vetat quominus dicamus ſacrificia ea, eſſe ſacra myſteria, quibus poſt ſuſceptum baptiſma interfuerat, quorum particeps fuerat, imò quæ etiam, ſi minùs ut ſacerdos, ſaltem ut Chriſtianus ſuo modo per aliquot annos obtulerat, quemadmodum fideles offerre ſolent, juxta hæc Miſſæ canonis verba : *Memento etiam, Domine. .. & omnium circumſtantium, quorum tibi fides cognita eſt & nota devotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis*, &c ? Ex quo ergo ſuſceperat baptiſma Gregorius, ſacris myſteriis interfuerat, horum particeps fuerat, exinde *ſacrificiorum* tempus ipſi fluere cœperat, ut ipſi dicere licuerit filium alloquendo : *Nondum tantam emenſus es vitam, quantum præteriit mihi ſacrificiorum tempus.* Quod quidem longè veriſſimum erat. Quin, Theologus ipſe, carmine de vita ſua, ſic Deum affatur : *Precor ſi quando te pater & veneranda mater aut victimis puris & ſanctis munerati ſunt;* victimarum nomine pia opera ex caritatis affectu Deo oblata haud dubiè intelligens ; & carm. XI. *animæ victimas incruentas* memorat : quid igitur obſtat, quominus eodem ſenſu Gregorius pater ſacras victimas intellexerit ; idque ſolùm verſibus illis declaraverit ; videlicet non tot vitæ annos decurriſſe filium, quot ipſe in offerendis Deo chriſtianis operibus impenderat ?

Carm. de reb. ſuis, v. 416. 419.

Carm. de div. vitæ generib. v. 40.

Prætereà, cum Baronio licet dicere, per hyperbolen ſic locutum fuiſſe Gregorium ; quod illæsâ veritate potuit Poëta. Certè Gregorius pater his verbis nec fefellit filium, nec fallere intendit, aut potuit, nec aliud demum ſignificare voluit quàm quod filio notiſſimum erat. Mirum profectò eſt his Gregorii verbis mendacii notam inuri ab iis, qui fatentur cum Bollandiſtis Gregorio licuiſſe dicere abſque mendacio, matrem ſuam coætaneam fuiſſe patri, ἴσον πολιῆτε καὶ ἤθεσι, quamvis annis decem atque etiam ampliùs eam juniorem fuiſſe concedant. XXI. Gregorii verbis mendacii nota non debet inuri.

His omnibus expenſis, arbitramur Gregorium patre nondum epiſcopo natum, & Gregorium patrem per hyperbolen locutum fuiſſe, nec ejus verbis ullatenus veritatem attentari. An verò Gregorius Gorgoniâ ſorore junior, ſeniorve fuerit, dubitant nonnulli, nec facile eſt definire, ut Papebrochio placet. « Potuit certè, inquit, primo » partu nata femina, in matre acuiſſe deſiderium prolis maſculæ ». Sed leviſſimam, imò nullam hanc eſſe difficultatem quis non intelligat ? An verò in Annâ, quam cum matre ſua conferre ſolet Gregorius, & illic quidem potiſſimum, *primo partu nata femina acuit deſiderium prolis maſculæ ?* Ut ergo ſtet comparatio Nonnæ cum Anna, rectiùs Gorgoniam juniorem fratre Gregorio fuiſſe inferretur ; quod plures Scholiaſtæ confirmant. XXII. Patre nondum epiſcopo natus eſt Gregorius. *9. Maii p. 377. col. 1.* Elias Cret. in edit. Bill. t. 2. p. 761.

Itaque natus videtur Gregorius, (ſive ſenior, ſive junior Gorgoniâ fuerit) anno 325 vel 326, patre nondum epiſcopo, ſed Chriſtiano, ut jam diximus. Ab ipſis incunabulis piè a piis parentibus educatus eſt, qui regendæ ipſius pueritiæ curam ipſi ſuſcepere. Cùm eam ætatem, quam dicunt rationis expertem, pertranſiſſet, eum mater, quem jam ſtatim ab ortu Deo obtulerat, atque etiam priuſquam naſceretur dicaverat, iterum obtulit & dicavit ; ſacris literis pueri manus luſtravit, libros divinos teneris manibus tractandos exhibendo ; quibus eum votis obſtrinxiſſet ſignificavit, atque hortata eſt ut matris promiſſa factis expleret. Ipſe protinus annuit, quamvis in tenera ætate, rataque omnia habuit, ac perficere ſemper ſtuduit. Optimis in domo paterna, ubi præclara virtutum exempla præ oculis habebat, præceptis informatus, gravitatis ſenum aliquid præferebat, ætate ſimul & ratione creſcens. Creſcebat & boni cupiditas, quemadmodum ex nubibus nubes coïre ſolent. Librorum, qui de rebus divinis tractant, lectione oblectabatur. Cum viris probis frequens erat. Sic tenera mens optimis imbuebatur moribus, formamque pietatis induebat, donec tempus adeſſet, quo eum ſacro fonte abluendum eſſe Chriſtus notum faceret ; qui ſingulari beneficio ſervum ſuum affecit, eumque verbis compellare dignatus eſt. Caſtitati alligavit, carnem frenavit, ſa- XXIII. Gregorius naſcitur. Prima educatio in domo paterna. Carm. de vita ſua, v. 95 & *ſeq.* Carm. de rebus, v. 455.

grantem ſapientiæ divinæ amorem inſpiravit, ac vitæ monaſticæ, μοναχου βιότοιο, quæ vitæ futuræ præludium eſt.

XXIV. Ardor ſervandæ pudicitiæ.

Carm. 1. de vita ſua, v. 105. & ſeq.

Carm. 5. v. 205.

Divinus quidam inceſſit juvenis animum ardor ſervandæ pudicitiæ, quem viſum cœleſte ipſi in ſomnis oſtenſum magis magiſque firmavit. Hæc ſunt, ut ego quidem opinor, miracula, queis Deus, qui ſic pias mentes ad ſalutem trahit, ejus deſiderio calcar addidit, ut ipſe ſcribit Gregorius, dubitans an ea tegere debeat, quod animi parum grati eſt, an prædicare, quod faſtum videtur ſapere. Rem tamen ipſe totam aperit in carmine *de animæ ſuæ calamitatibus*, nocturnumque viſum narrat, quo Deus ipſi caſtioris vitæ amorem immiſit, *cùm adhuc puer parvulus eſſet, nec tamen omnino parvulus*, ſed eâ ætate qua boni & mali imagines in animo inſcribuntur, menſque nondum certis cogitationibus formam accipit. His Gregorii verbis manifeſtum eſt, id contigiſſe cùm adhuc in domo paterna, non autem cùm jam Athenis verſaretur, ut Rufinus perperam ſcripſit.

XXV. Viſum nocturnum quo caſtitatis amore accenditur.

Virgines duas videre ſibi videbatur propiùs ſtantes, candidiſque veſtibus collucentes, ambas formoſas, ejuſdemque ætatis, quibus ornamento erat inornata forma. Quærenti Gregorio quænam eſſent, & unde veniſſent, altera ſe caſtitatem eſſe dixit, altera temperantiam: cùmque ipſum hortatæ eſſent, ut mentibus mentem & facem facibus jungeret, quò eum miro fulgore ſplendentem in cœlum ferrent, protinus in cœlum evolarunt. Cùm igitur viſo nocturno incenſus eſſet Gregorius, amor caſtitatis, cujus fulgor intimis animi receſſibus contineri non poterat, in eo ſplenduit.

XXVI. Piorum virorum conſuetudinem expetit.

Ib. v. 281.

Ib. v. 303.

Primùm igitur congreſſum piorum virorum appetivit, qui matrimonii vincula fugerant, ſeque a terrenis hominibus ſejunxerant, ut Chriſtum regem animi pennis ſequerentur. Hos unicè amans & toto corde complectens, ſpei cœleſtis duces habuit. Poſteà grave matrimonii jugum excuſſit, præclaram eorum, qui perpetuâ virginitate florerent, ſortem exoptans. Non convivia, & quæcumque juvenibus curæ eſſe ſolent, ipſi placebant; non mollis veſtis, non petulans riſus, non ſcopuli & montes, non equi & canes venatici. Ea omnia miſſa fecit; projectâque omni vitæ hujus felicitate, auſteræ temperantiæ collum ſubmiſit. Ex ſingulari illo, quem tunc hauſit animo, caſtitatis amore, condita poſtmodum ab eo fuiſſe illa inſignia poemata, quibus laudes virginitatis & præcepta ad virgines continentur, rectè cum Papebrochio colligas.

XXVII. Gregorii ſtudia extra limen proferuntur.

Carm. de vita ſua, v. 112 & ſeq.

Vita Greg. p. 4.

Poſtquam intra domum paternam ſic primùm inſtituta fuit Gregorii pueritia, ſacrarumque literarum ſtudiis & omni virtutum genere informata, extra limen prolata ſunt ejus ſtudia. Quamvis enim nihil unquam antiquius ſacris literis habuerit, externas tamen inveſtigare & comparare non eſt dedignatus, eo nimirum conſilio, ut veris literis per nothas ferret opem; ne ſuperbè jactitarent ſe, qui nihil præter inanem eloquentiam in gutture & ſuavibus vocum ſonis ſitam norunt; neve ſophiſmatum nexibus implicaretur. Itaque « Cùm ætate jam adoleviſſet, inquit ejus vitæ ſcriptor, Cæſaream pro» fectus, illicque cum præſtantibus quibuſdam magiſtris conſuetudine habitâ, doctri» nâque non exiguâ collectâ, in Palæſtinam navigavit ».

XXVIII. Cæſaream Cappadociæ proficiſcitur.

P. 40. 41.

Nullus certè ambigendi locus, utram Cæſaream petierit Gregorius. Etenim Cæſaream, quæ in Cappadocia ſita eſt, non Palæſtinam ubi altera eſt Cæſarea, tunc navigavit. Viri tamen docti plures Cæſaream Palæſtinæ intelligunt, inprimis Billius, Baronius, atque etiam ipſe Tillemontius; quorum opinionem auctor vitæ Baſilii, novæ editioni operum ſancti Doctoris præviæ, validiſſimis momentis impugnat & refellit.

Or. 43. n°. 15.

XXIX. In Cappadocia primùm amicitiam cum Baſilio junxit Gregorius.

9 *Maii*, p. 379. *col.* 2. *not.* B.

Narrat Gregorius Nazianzenus ſe & Baſilium, *Veluti fluxum quemdam fluminis, ex eodem patriæ fonte in diverſas regiones doctrinæ cupiditate diſſectos, rurſus, velut ex compoſito, Deo videlicet ita impellente, Athenis coiviſſe.* Uterque ergo in Cappadocia conjunctus fuerat, quod perperam negat Papebrochius, qui etiam aſſerit Gregorium & Baſilium primùm Athenis mutuò ſe noviſſe: uterque inde in varias regiones profectus, non alter è Ponto, alter è Cappadocia. Id confirmatur verbis Gregorii in eadem Oratione, ubi Athenas ſibi *verè aureas* dicit, *ac ſi cuiquam alii, bonorum parentes. Nam illæ mihi hominem, non illum quidem ante ignotum, ſed tamen pleniùs noſcendum præbuerunt.*

Or. 43. n°. 14.

Εκεῖναι γὰρ μοὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐγνώρισαν τελεώτερον, οὐδὲ πρὶν ἀγνοούμενον.

Idem efficitur vel ex ipſis Gregorii verbis, quibus poſt Billium & Baronium Tillemontius Cæſaream in Palæſtina indicari arbitratur. Hæc ſunt Gregorii verba in Oratione de Baſilii laudibus, habita Cæſareæ. Επὶ τὴν Καισαρέων πόλιν επείγεται, τῶν τῇ δὲ μεθέξων παιδευτηρίων. ταύτην δὲ λέγω τὴν περιφανῆ τε καὶ ἡμετέραν, ἐπεὶ καὶ τῶν ἐμῶν λόγων αὕτη καθηγεμὼν καὶ διδάσκαλος, τὴν οὐχ ἧττον λόγων Μητρόπολιν ἢ τῶν πόλεων, ὧν ὑπέρκειται, καὶ καθ' ὧν ἔχει τὴν δυναστείαν· ἢν εἴ τις τοῦ ἐν λόγοις κράτους ἀποστερήσειεν, ἀφῃρηκὼς ἔσται αὐτὸ τὸ κάλλιστόν τε καὶ δικαιότατον. ἄλλαι μὲν γὰρ τῶν πόλεων ἄλλοις ἀγάλλονται καλλωπίσμασιν, ἢ παλαίοις ἢ νέοις, ὅπως ἂν οἶμαι τῶν διηγημάτων ἔχωσιν, ἢ τῶν ὡρωμένων. τῇ δὲ λόγοι τὸ γνώρισμα, ὥσπερ ἐν τοῖς ὅπλοις ἢ τοῖς δράμασι τὰ ἐπίσημα. *Cæſaream, ut ſcholarum illius civitatis particeps eſſet, contendit; hanc, inquam, illuſtrem civitatem, & noſtram: nam meorum quoque ſtudiorum dux & magiſtra extitit; quæ non minùs*

Ib. n°. 13.

literarum atque doctrinæ, quàm urbium, quibus præcellit & dominatur, metropolis; quam si quis doctrinæ palmâ spoliaverit, rem omnium pulcherrimam ipsique maximè propriam eripuerit. Nam cùm aliæ civitates aliis ornamentis, vel antiquis, vel novis glorientur, prout, opinor, vel historiis, vel rebus quibusdam visendis ornatæ sunt; hinc contra, ut arma vel tragœdias notæ quædam atque insignia, sic literarum gloria nobilitat illustremque reddit.

Nihil est in his verbis, ut observat noster Prudentius Maran, quod non optimè conveniat Cæsareæ Cappadocum. Aptè quidem Gregorius urbem, in qua loquebatur, & voce & manu designans, dicebat: *Hanc, inquam, illustrem civitatem, & nostram;* ταύτην δὲ λέγω τὴν περιφανῆ τε καὶ ἡμετέραν. Non putat Tillemontius hanc Cæsaream a studiis literarum, ut a præcipuo urbis ornamento, laudari potuisse. Sed ut omittam Eusebium, qui Cappadociæ præsules doctrinâ inter alios enituisse testatur, ipse Basilius Gregorii testimonio suum adjungit, & literis inter patriæ ornamenta dat palmam. Sic enim loquitur de eo statu in quem divisione Cappadociæ redacta erat: « Spectaculum fœdissimum » facta est, quæ priùs tum de literatis viris... gloriabatur ». Similiter in alia epistola, literarum studia inter ea quæ civitati nomen & famam pepererant, præcipuè commemorat. An verò Gregorius, pronuntiato nomine Cæsareæ, admonere poterat auditores, Cæsaream, de qua loquebatur, non eam esse in qua Orationem habebat, sed illustrem illam in Palæstina Cæsaream designari? Certè si de Cæsarea Palæstinæ locutus fuisset Gregorius, auditorum animos offendisset, nedum benevolentiam captasset, meritòque expostulandi ansam præbuisset Cappadocibus, qui literarum & eloquentiæ laudem nec Cæsarienses Palæstinæ, nec aliis civitatibus concedebant. Quomodo etiam Cæsaream Palæstinæ *civitatem nostram* dicere licuisset, imò *patriam* appellare, ubi ait, *ex eodem patriæ fonte....dissectos....Athenis coivisse?*

Vita Basil. *ibid.*

XXX. Cæsarea Cappadociæ literis fuit insignis.

Vita Const. c. 43. p. 548. b. c.

Epist. 76.

Epist. 74.

Or. 43. n°. 15.

Addit hæc verba Gregorius, quæ litem dirimunt: *Jam quæ sequuntur, ii exponant, qui & eum apud se erudierunt, & fructum ex ipsius eruditione ceperunt; quantus videlicet magistris, quantus æqualibus esset.* Quis ambigendi locus, utris Cæsarienses narranda Gregorius relinquat? Iisne, qui longè remoti erant, nec majorem ex Basilii eruditione utilitatem quàm aliæ civitates perceperant? An iis quos alloquebatur, quique & Basilii studiorum meminisse poterant, & qui ejus doctrinâ per tot annos imbuti fuerant? Cùm igitur his verbis manifestè Cæsarea Cappadocum dignoscatur, immeritò quærit Tillemontius, quod pace tanti viri dixerim, cur Gregorius, qui Cæsareæ perorabat, Basilium in hanc urbem venisse conceptis verbis non dicat; cur non eam designet, nisi ejusmodi notis, quæ saltem ei cum altera Cæsarea communes sint. Quod autem objicit Tillemontius ex eo quod Gregorius Cæsaream, de qua loquitur, *civitatem nostram* appellet, quia *ipsius studiorum dux & magistra extitit;* quod, inquam, objicit vir doctus, ut probet hæc verba non esse accipienda de Cæsarea Cappadociæ, quam Gregorio *suam* aliis de causis, atque inprimis quòd suæ provinciæ Metropolis esset, appellare licebat, in ipsum regeritur. Etenim cùm Cæsaream Gregorius ob disciplinas, quas ibi hauserat, non solùm ob metropolitica jura, *suam* diceret; rationem addere debuit, cur eam singulari modo suam appellaret, alioqui nemo non existimasset eum ad jura metropolis respicere (*).

Ibid. n°. 13.

Idem literarum amor, qui Basilium & Gregorium Cæsareæ Cappadocum conjunxerat, alterum ab altero distraxit. Basilius namque inde profectus est Constantinopolim, Gregorius verò in Palæstinam navigavit: *Ob artis oratoriæ amorem in Palæstinæ scholis, tum florentibus, moratus.* Illustres enim erant scholæ illæ ac florentissimæ, in quibus ex christianis olim, Pamphilus martyr, Eusebius, aliique doctissimi viri professi fuerant; his autem temporibus, Thesperium Gregorius, ut scribit Hieronymus, Rhetorem, eloquentiæ præceptorem habuit; & inter socios Euzoium, qui posteà, imperante Valente, patrocinio Arianorum creatus episcopus, Cæsarienſem sedem occupavit.

XXXI. Literarum amore in Palæstinam se confert.

Or. 10. p. 163. A.

Aliquandiu commoratus in Palæstina Gregorius Alexandriam se contulit, cujus urbis scholas olim illustrarant Clemens, Origenes, aliique viri pietate & scientiâ commendandi, & quas demum Didymus celebriores reddidit. Adhuc noster Gregorius, licet ex voto Deo oblatus, erat catechumenus, ex usu, seu potius abusu illorum temporum, antiquis ecclesiæ moribus traditionibusque apostolicis adversante, quem ipse postmodum Gregorius, Basilius, Gregorius Nyssenus graviter insectati sunt.

XXXII. Alexandriam petit.

Demum haustis utriusque Cæsareæ & Alexandriæ scientiarum fontibus, majori animi ardore Athenarum flumina sitiens, moræque impatiens, conscensâ navi Ægineâ circa medium Novembrem, quo tempore periculosissimæ tempestates exoriri solent, in Græciam

XXXIII. Athenas navigat & gravi tempestate jactatur.

(*) Scrupulum aliquem mihi injiciunt verba Gregorii Orat. in laudem Cæsarii, ubi postquam de prima educatione Cæsarii, suaque ipsius mentionem fecit, sic prosequitur: *Cùm jam peregrinationis tempus esse videretur, ac tum primùm alter ab altero distracti sumus; ego nimirùm ob artis oratoriæ amorem, in Palæstinæ scholis, tum florentibus, moratus, ille autem Alexandriam profectus.* Si cùm primùm Gregorius & Cæsarius alter ab altero distracti sunt, Gregorius Palæstinam petiit, & in scholis est moratus, Cæsarea Palæstinæ, non Cappadocum est intelligenda, nisi dixerimus utrumque tunc versatum Cæsareæ Cappadocum, unde alter Palæstinam, alter Alexandriam petiit.

Or. 7. n°. 6.

per mare Parthenicum navigat. Itaque vix jam paululum navis proceſſerat, cùm gravis exorta eſt tempeſtas, quam egregio metro cecinit. Omnia præſentem omnibus mortem intentabant : Gregorio autem mors animæ longè majorem formidinem afferebat. *In periculum enim miſer veneram*, inquit, *ne non initiatus è vita diſcederem, ſpiritualem aquam inter exitioſas & mortiferas undas deſiderans.* Clamabat, obſecrabat, breve quoddam temporis ſpatium expetebat; tantos demum gemitus edebat, ut ceteri, quod vix credibile eſt, omiſſis quiſque propriis calamitatibus, ſuas Gregorii ejulatibus preces jungerent, ejus infortunio condolentes. Omnes, etiam qui Deum ante non norant, Deum invocabant, ut ſcribit Gregorius; quod certè argumento eſt plures in ea navi fuiſſe fideles chriſtianos, baptiſmo initiatos, a quibus & ipſe Gregorius neceſſitate compulſus eum petere & ſuſcipere poterat : quod quidem licere docent Tertullianus, Hieronymus, Auguſtinus, aliique doctores, atque etiam approbat Eccleſia. Quomodo ergo ipſi in mentem non venit, ut a vectorum quopiam baptiſmum peteret? Validitas baptiſmi per laicos collati non ſatis nota fuiſſe Græcis videtur. Sic Baſilius, poſt Cyprianum & Firmilianum, in epiſtola canonica 1ª, canone 1° : « Quare eos, inquit, »qui ab ipſorum partibus ſtabunt, tanquam a laïcis baptizatos, jusſerunt vero Eccleſiæ »baptiſmate ad eccleſiam venientes expurgari. » Quibus verbis liquet collatum a laïcis baptiſma irritum apud Græcos habitum fuiſſe.

Carm. de vita ſua, v. 131 & ſeq.

Or. 18. n°. 31.

Boll. 9 *Maii* p. 379.

Tillem. t. 9. p. 326.

XXXIV. Validitas Baptiſmi per laicos collati non ſatis nata Græcis.

T. 3. novæ edit. p. 270.

XXXV. Promittit Gregorius ſe Deo victurum ſi ſoſpes evadat.

Per viginti dies ſæviit tempeſtas, totidemque diebus gemebundus ſupra puppim jacuit Gregorius, Deum ſupplex exorans, pollicitus ſi maris periculo liberaretur, atque expetito baptiſmo frueretur, ei, a quo ſalutem accepiſſet, ſeſe conſecraturum. *Tuus ſum*, inclamabat : *antea jam eram, & nunc iterum. Tu me bis accipies, pretioſam tibi poſſeſſionem, terræ mariſque munus, tibi conſecratum voto parentis & metu graviſſimo. Tibi vivam, ſi duplex periculum effugero. Si me perire ſiveris, cultor tibi peribit. Expergiſcere mihi, aut gradere, & metum compeſce.* Vix hæc dixerat, cùm ſtatim ſedata eſt & commutata in auram procella. Servatum ſe agnoſcit Gregorius precibus parentum, qui in ſomnis admoniti quem in caſum adductus eſſet filius, orationibus ac lacrymis Deum obſecraverant ut periclitanti opem ferret. Quin & in ipſa periculi flamma, juveni cuidam ex vectoribus, qui Gregorio cariſſimus erat, viſa eſt in ſomnis mater ejus Nonna mare conſcendere, arreptamque navim ad terram protrahere : quâ viſione perſpectâ & narratâ, ſtatim conſecuta eſt tranquillitas. Tum vectores omnes, quotquot infideles erant, ſe Dei, quem colebat Gregorius, benignitate ſervatos agnoſcentes & confitentes, Chriſtianam religionem ex animo amplexati, duplicem nacti ſunt ſalutem. *Hujus ipſi periculi*, inquit Gregorius, *donum extitimus : ut enim nos Deo voveramus, ſi diſcrimen effugeremus ; ita periculo liberati, nos etiam ipſos obtulimus.* Quibus verbis Gregorius, ſi Baronio fides, ſe & vectores ſacro baptiſmate tum fuiſſe initiatos ſignificat.

Carm. de vita ſua, v. 194 & ſeq.

XXXVI. Parentum ſe precibus ſervatum agnoſcit.

Or. 18. n°. 31.

Vit. Greg. p. 5.

Or. 18. n°. 31.

9 *Maii*, p. 378.

XXXVII. Athenas advenit circa annum 350.

Interim navis tranquillum per æquor Rhodum appulit, Rhodo Æginam, indeque ſolvens ſecundis fluctibus tandem expetitas Gregorius Athenas pervenit. Quo autem anno pervenerit, certò definire difficile fuerit. Tantummodo ex ipſo diſcimus, eum imberbem adhuc fuiſſe, cùm literarum amore incenſus Athenas petiit. His enim verbis narrare incipit tempeſtatem, quæ, in hanc urbem nave tendenti, ſupervenit :

Carm. de vita ſua, v. 112.

Lanugo nondum genas texerat, tamen
Me literarum ceperat fervens amor, &c.

Or. 43. n°. 25.

In Oratione quoque XLIII. ait ſe & Baſilium Athenis in patriam reduces *ex imberbibus viros factos*, καὶ τελοῦμεν εἰς ἄνδρας ἐξ ἀγενείων. Quod certè funditus evertit eorum opinionem, qui eum triginta annos Athenis ſtudio eloquentiæ impendiſſe ſentiunt. Verba tamen Gregorii, ut verum fatear, ſic accipi & quidem rectè poſſunt, ut imberbem fuiſſe exiſtimemus, cùm primùm paternam domum reliquit ut plurimas urbes peragraret ſtudiorum causâ, Cæſaream utramque, Alexandriam, & tandem Athenas, quas potiſſimum adire cupiebat, tanquam literarum ſedem & domicilium. Has igitur, ut veriſimile eſt, adiit circa annum 350; ſi quidem Athenis jam verſabatur, cùm eò venit, anno 351, Baſilius, cujus adventum jam fama nuntiabat, magnamque omnibus expectationem moverat, præcipuè autem Gregorio, qui Athenas Baſilii adventu *aureas* ſibi factas ſingulari amoris declaratione ſignificat : *Athenas mihi verè aureas*, inquit, *ac, ſi cuiquam alii, bonorum parentes. Nam illæ mihi hominem, non illum quidem ante ignotum, ſed tamen pleniùs noſcendum præbuerunt. Ac doctrinam exquirens, beatitudinem reperi ; mihique diſpari modo idem quod Saüli accidit, qui patris aſinas quærens, regnum invenit..... Habebant nos Athenæ, velut fluxum quemdam fluminis, ex eodem patriæ fonte in diverſas regiones doctrinæ cupiditate diſſectos, rurſumque velut ex compoſito, Deo videlicet ita impellente, coëuntes.*

Or. 43. n°. 14 & 15.

XXXVIII. Stolido ritui ſubducit Baſilium Gregorius.

Omnibus humanitatis officiis Baſilium ſuſcepit Gregorius ; gratamque inprimis ei operam advenienti præbuit, virum gravem & modeſtum ſubducendo ſtolidæ ludificationi Athenis uſitatæ erga novos diſcipulos, qui in hanc urbem ſe conferebant.

Inſanum

Insanum hunc ritum, in Oratione de Basilii laudibus, eleganter describit Gregorius; qui mox adversùs Armenios quosdam non minorem amico opem tulit. Hi nimirum Armenii, Basilii olim sub ipsius patre condiscipuli, invidis oculis ejus laudes conspicientes, tanquam Athenis diutius commorati, temerè lacessebant Basilium, a quo facilè refellebantur. Gregorius quidem, Athenarum amans, ipsarum æstimationem in Armeniis a Basilio superatis periclitari ægrè ferens, veritus ne civitas aliquid dedecoris acciperet, si novus accola antiquiores superaret, primò Armeniis opem ferebat; at ubi perfidum eorum esse consilium perspexit, totum se ad Basilium vertit, eoque juvante Armenii penitus profligati. *Hæc altera*, Basilio & Gregorio, *amicitiæ, non jam scintilla, sed fax clara & sublimis accenditur.* His namque amicitiæ officiis Gregorius adeò sibi Basilium conciliavit, Basilius autem morum gravitate adeò Gregorium devinxit, ut unanimes simul effecti, sibi quisque felicissimus videretur quòd talem tantumque nactus esset amicum. Hæc sunt arctissimæ Basilium inter & Gregorium amicitiæ fundamenta. Perfectissimum istud est amicitiæ christianæ exemplar, quo noti ac celebres fuere, tum hominibus suæ ætatis, tum omnibus retro sæculis.

XXXIX. Opem fert contra Armenios.

Or. 43, n°. 15. 17.

XL. Arctissima Basilium inter & Gregorium necessitudo.

Crevit adhuc progressu temporis tam sancta amicitia, voluntatum ac studiorum consentione. Cùm enim mutuum inter se confessi fuissent desiderium sectandæ philosophiæ, tum uterque alteri quidvis erat, contubernalis, convictor, concors, unum spectans, iisdem rebus gaudens. Quis dignè scripserit præclaros tam eximiæ necessitudinis fructus? Eccui tanta dicendi copia, ut utriusque tum in literis, tum in pietate progressus enarrare queat? Unus id posset exequi Gregorius. *Par spes doctrinæ*, inquit, *hoc est, rei omnium invidiosissimæ, nos ducebat: & tamen aberat invidia, æmulatio autem in pretio habebatur. Hoc utrique certamem, non uter primas ferret, sed uter alteri eas concederet; uterque enim alterius gloriam pro sua ducebat. Una utrique anima videbatur, duo corpora ferens..... Unum utrique opus & studium virtus erat, & ad futuras spes vivere, nosque ita comparare, ut, ante discessum ex hac vita, hinc migraremus. Quod quidem nobis ob oculos ponentes, vitam actionesque omnes nostras dirigebamus, tum divini præcepti ductum sequentes, tum alter alteri virtutis studium exacuentes; atque, nisi hoc arrogantius dicere videar, uterque alteri norma & amussis eramus, quâ rectum a pravo discernitur. Non enim cum sodalium nostrorum petulantissimis & impudicissimis, sed cum castissimis consuetudinem habebamus; nec cum pugnacissimis, sed cum pacatissimis, iisque, quorum consuetudo maximos fructus afferebat: illud nimirum exploratum habentes, facilius esse vitium contrahere, quàm virtutem impertiri; quemadmodùm etiam facilius esse morbo alieno infici, quàm sanitatem largiri. Disciplinis porrò, non tam jucundissimis, quàm optimis oblectabamur: nam hinc quoque, vel ad virtutem, vel ad vitium, juvenes informantur.*

XLI. Crescit amicitia inter Gregorium & Basilium. Una utrique anima esse videbatur.

Ibid. n°. 20.

XLII. Unum utrique studium erat virtus.

Duæ nobis viæ notæ erant: altera prima & præstantior, altera secunda & inferioris pretii: illa nempe, quæ ad sacras nostras domos, eosque qui illic erant doctores, ferebat; hæc autem, quæ ad externos præceptores. Ceteras omnes, quæ ad festa, spectacula, celebres conventus, epulas ducebant, æquo ac libenti animo aliis reliqueramus.... Jam cùm aliis alia quædam cognomenta sint, vel a parentibus accepta, vel ex seipsis, hoc est, ex propriis vitæ studiis institutisque comparata: nobis contra magna res & magnum nomen erat, Christianos & esse & nominari... Atque, ut rem in pauca contraham, pestiferæ quidem aliis, quòd ad animæ salutem attinet, Athenæ sunt... obis autem nihil detrimenti ab iis allatum est, utpotè qui animo communiti & obsepti eramus. Quin potius hinc ad fidem confirmati sumus. Inde contigit, ut egregium illud par amicorum, non in universa Græcia solùm, sed extra Græciam celebraretur; & cùm eorum magistri famam Athenarum adæquarent, ipsi quoque, ubicumque noti erant magistri, in hominum ore versarentur, & Oresti ac Piladi longè ab omnibus præferrentur.

XLIII. In sacris domibus assidui.

Ibid. n°. 21.

XLIV. Christiani & esse & nominari volunt.

XLV. Pestiferæ aliis Athenæ, nihil illis nocent, sed ad fidem confirmant.

Quidquid prætereà de Basilio privatim Gregorius honorificè prædicat, de ipso quoque Gregorio intelligendum esse nemini dubitare licet, quamvis id silentio prætermittat vir tam modestus, ut *laudes suas ne ab alio quidem unquam prædicari pateretur.* Dicere ergo liceat, cum vitæ ipsius scriptore, de Gregorio, quod ipse Gregorius noster de Basilio scripsit; nempe Gregorium his præditum fuisse moribus, qui etiam sine doctrina laudem habuissent; sed ad hos mores & egregiam indolem tantam accessisse doctrinæ copiam, ut nemo cum eo comparandus esset; sive in Rhetorica, quæ linguam ad Græcismum format, historiam colligit, metris præest, & carminibus leges præscribit; sive in omnibus Philosophiæ partibus: ne Geometriam quidem ab eo neglectam fuisse, nec Astronomiam, nec Arithmeticam; sed iis relictis, quæ ad pietatem prodesse non poterant, tantum ex iis disciplinis sibi sumsisse, quantum satis erat, ut ab iis, qui sese in hoc genere venditabant, exagitari non posset.

Ibid. n°. 22.

Præceptores, quibus usus est Athenis Gregorius, apud tot homines celebres erant, apud quot Athenæ ipsæ. Hi fuere, Himerius & Proæresius: primus gentilis erat, alter verò Christianus. Is, ob dicendi copiam, primùm in Gallias, inde Romam a Constantio missus, illic ex senatusconsulto donatus est statuâ ejusmodi inscriptione

XLVI. Præceptores, quibus usus est Athenis.

nobilitatâ : *Regina rerum Roma Regi eloquentiæ.* Chriſtianum hunc diximus, quidquid ſcripſerit Eunapius, qui hunc ut gentilem ſibi vindicat. Proæreſius enim Chriſtianæ religioni ſic addictus fuit, ut, cùm Julianus, lege datâ ne Chriſtiani liberalium artium Doctores eſſent, ipſi Chriſtianos docere permiſiſſet, ſcholam ſponte deſeruerit : quod ex Hieronymo diſcimus. Quin ipſe Eunapius ſcribit, Proæreſium ſententiâ Juliani a lectione remotum fuiſſe. An verò Julianus, Ethnicorum philoſophorum ſtudioſiſſimus, ſententiâ ſuâ a lectione removiſſet Proæreſium, niſi Chriſtianam Religionem fuiſſet profeſſus ?

XLVII. De Juliano Gregorii augurium. n°. 12 & 16.

Habuit Athenis Gregorius, inter ſtudiorum ſocios, Julianum Exæquatorem, quem in Oratione decima nona alloquitur ; alterum item Julianum longè famoſiorem. Is erat Julianus, Conſtantii Auguſti ſucceſſor, ſuâ a Religione Chriſtiana defectione notiſſimus, omnibuſque retro ſæculis execrandus. Cùm Athenas veniſſet circa annum 355 medium, ubi primùm cum eo congreſſus eſt Gregorius, hominem novit ; & quidquid poſteà infelix comprobavit eventus, perſpexit & prænuntiare non dubitavit his verbis : *Quale Romanorum regio malum alit !* Or. 5. n°. 24. δῖον κακὸν ἡ Ρωμαίων τρέφει πόλις.

XLVIII. Reditum in patriam meditatur.

Non diu poſt Juliani adventum, Gregorius & Baſilius, plenâ doctrinæ mercibus nave ; reditum in patriam, ut initum ſanctioris inſtituti conſilium perficiant, meditantur. *Aderat diſceſsûs dies, & quidquid ad diſceſſum pertinebat, extremæ allocutiones, proſecutiones, revocationes, gemitus, complexus, lacrymæ.* Tum eos circumſtat ſodalium, æqualium, ac magiſtrorum etiam nonnullorum chorus : negant ſe eis abeundi poteſtatem facturos ; obſecrant, vim faciunt, hortantur, ſpondent ſe calculis ſuis daturos eloquentiæ principatum Gregorio : nihil non efficiunt ut reditum intercludant. Omnia perrumpit Baſilius ; ſed Gregorius, partim amicorum precibus emollitus, partim ab ipſo Baſilio proditus, ſic enim ipſe Baſilium incuſat, victus eſt, & invitus Athenis remanſit. Verùm cùm diu ab animæ ſuæ dimidio ſeparari ægrè ferret, & præterea patriæ parentumque deſiderio teneretur, paulo poſt furtim ſe ſubduxit & ad ſuos reverſus eſt. *Nec tamen in longum*, inquit, *mihi producta eſt hæc calamitas.... Sed non ita multo tempore Athenis poſtea commoratus, velut præ animi deſiderio equum illum Homericum imitor, perfractiſque eorum, a quibus retinebar, vinculis, campos pedibus pulſo, atque ad ſodalem meum impetu feror.* Id contigit anno 356, aut forſan ineunte 357.

Carm. de vita ſua, v. 248. & ſeq. Or. 43. n°. 24. Or. 43. n°. 24.

XLIX. Ad parentes cum fratre Cæſario ſimul redit. Or. 7. n°. 8.

Digreſſus Athenis Gregorius Conſtantinopolim terrâ petiit ; quam in urbem Cæſarius ejus frater Alexandriâ profectus, eodem tempore appulit. Quod quidem Gregorius non temerè ac fortuitò, ſed ſingulari Dei providentiâ, parentum votis favente, contigiſſe obſervat. *Pia namque mater, materno quodam voto, atque amoris erga filios pleno, hoc optabat, quemadmodùm ambos eodem tempore emiſerat, ſic ambos quoque ſimul redeuntes cerneret.* Itaque Cæſarius, ſpretis honoribus quibus princeps civitas ipſeque Imperator eum retinere nitebantur, propoſito nobili matrimonio oblatâque ſenatoriâ dignitate, itineris ſocium ac comitem fratri ſe adjunxit, atque ita ad paternam domum, unde ſimul emiſſi fuerant, ſimul rediere.

L. Rogatus a parentibus & civibus, mundo aliquantulum temporis impendit. Carm. de vita ſua, v. 274. Hiſt. lib. 2. c. 9.

Redux in patriam Gregorius, ut Baſilius in ſuam, mundo & ſcenæ aliquantulum temporis impendit, quamvis ab ambitione & theatrica ingenii oſtentatione quàm maximè abhorreret ; ſed civibus & amicis rogantibus, ut comportatas ab exteris regionibus opes promeret, ingenii ſui ſpecimina denegare non licuit ; &, ut ipſius verbis utar, *amicis ſaltavit*, τοῖς φίλοις ὠρχησάμην. Propoſitum namque ipſi erat ab initio, projectis omnibus, etiam facundiæ laboribus, uni philoſophiæ operam dare, ſeu vitam monaſticam amplecti. Si Rufino credendum, Rethoricæ munus magnificè Baſilius exercuit, Gregorius verò magnificentiùs contemſit. Baſilio etiam, cùm Athenis verſarentur, promiſerat, ſe cum eo in eamdem ſolitudinem receſſurum. Verùm in ædes paternas reverſum ætas ſenilis parentum domi manere compulit, ut eorum curam haberet, datamque amico fidem debitæ parentibus pietati poſthabere coëgit. *Promiſſis non ſteti, fateor*, inquit querelis Baſilii reſpondens : *quippe jam inde ab Athenis illiuſque loci amicitia & animorum connexione* (*nec enim aptius verbum occurrit*) *facturum me receperam ut tecum vitæ conſuetudinem haberem, ſimulque philoſopharer. Fidem autem fefelli, haud ſponte ac libenter : verùm quòd lex legem ſuperarit, ea nimirum, quæ parentes colere jubet, legem ſodalitatis ac familiaritatis.*

LI. Pietas erga parentes domi retinet Gregorium, ibique monaſticam vitam agit. Epiſt. al. 5.

Interea tamen Gregorius, quantum ipſi licuit, quod Deo promiſerat, vitæ genus eſt ſecutus ; cùmque ipſi in ſolitudinem ſeſe recipiendi facultas non daretur, ab amici conſortio abſtractus ſic vitam in paternis ædibus inſtituit, ut mediâ quâdam viâ incedens, cum actioni tum contemplationi vacaret. Quippe media hæc via, tametſi illud vitæ genus non eſſet, quod ſe in ſolitudine cum Baſilio acturum promiſerat, minimè tamen a propoſitæ philoſophiæ ſcopo aliena erat. Imò vita ipſa monaſtica erat, ſi minùs corpore in deſerto & ſolitudine acta, ſaltem mente & moribus. *Morum enim eſt vita monaſtica, non corporum*, ut ipſe Gregorius his verbis teſtatur, ubi viam illam mediam deſcribit : Τρόπων γὰρ εἶναι τὴν μονὴν, οὐ σωμάτων. Sic etiam Sozomenus, φιλοσοφοῦντας, monachos appellat non tantùm eos « qui

Carm. de vita ſua, v. 329.

»in ſolitudine delituerunt», verùm etiam eos, « qui, licet in media civitatum turba, »vixerint viles & abjecti, nec a vulgo ullatenus diſcrepantes ». Veram igitur monachi vitam in domo paterna, nondum in eremo, agebat Gregorius; verèque monachus, non corpore, ſed vitâ & moribus fuit. Sozom. l. 3. c. 17. p. 528.

LII. Vitam monaſticam ſe amplexurum, etiam voto ſe adſtrinxerat.

Quis enimverò plura, quàm quæ præſtitit Gregorius, requirat ut quis vitam monaſticam egiſſe credatur, & monachus exiſtimandus ſit, eo maximè tempore quo nondum erat in uſu ſolemnis votorum Deo nuncupatio? Sua eum mater Deo dicavit, a quo acceperat; quæcumque mater fuerat pollicita, Gregorius rata habuit. Ipſe non ſemel ſe Deo obtulit & addixit; vitam monaſticam amplexurum etiam voto ſe adſtrinxit, cùm tempeſtate jactatus in periculo, quod precibus & voto propulſavit, verſaretur. Promiſſa fideliter perfecit. Omnia, etiam facundiæ labores, contemſit non ſecus ac illi duo philoſophi, quorum alter prædia ſua dereliquit, alter collectum ex venditis agris argentum in mare projecit. Miſſum fuit matrimonium, caſtitatem vovit, quam amplecti fixum ipſi immotumque ſemper fuit: Πάλαι δεδογμένον τ' ἦν; omnibus ſe penitus exuit: *Cetera quidem,* inquit, *mandato & Spiritui reliqui; ac pretioſam margaritam cum omnibus iis, quæ quondam habebam, commutavi; factuſque ſum, aut, ut rectiùs loquar, fieri opto magnus ille negociator, qui exiguis rebus atque omninò perituris magna & æterna emit.* Carm. de vita ſua, v. 272. *Ibid.* v. 283. Or. 6. n°. 5.

LIII. Baptiſma ſuſcipit. Quo tempore non conſtat.

Tam perfectum vitæ genus haud dubiè aggreſſus eſt Gregorius poſt ſuſceptum baptiſma; quod quo tempore ſuſceperit, inter Scriptores non convenit. Arbitratur Baronius id contigiſſe cùm Athenas navi peteret, poſtquam è periculo liberatus fuit. « Quod au- »tem ait (Gregorius) è periculo liberatum ex voto ſtatim ſe Deo obtuliſſe, haud aliud »putamus id eſſe, quàm quòd baptiſmum tantopere expetitum ſit aſſecutus ». Gregorii vitæ ſcriptor cenſet, eum diſtuliſſe baptiſma uſque ad trigeſimum ætatis annum, cùm Athenis eſt reverſus in patriam. « Nos, inquit Papebrochius, neque ad finem commo- »rationis Athenienſis baptiſmum dilatum fuiſſe putamus, neque ſtatim ſuſceptum poſt »naufragii periculum, ſed poſt alterum vitæ diſcrimen a terræ motu ». Idem Papebrochius, in appendice ad diem nonam Maii, fingit Gregorium Athenis excurriſſe Antiochiam, ut Libanium audiret, eâque occaſione Nazianzo iter habuiſſe ut ſuſceptum patriæ epiſcopatum patri gratularetur, ejuſque manibus baptiſmum ſuſcepiſſe, atque iterùm Athenas ſe contuliſſe. Sed figmenta hæc ſunt, quæ nullo penitus nituntur fundamento. Præterea Libanius Antiochiæ non niſi poſt annum 351 docuit. Itaque ſtandum eſt, ut nobis videtur, Gregorii presbyteri ſententiæ, qui ſcribit Gregorium noſtrum patriæ reſtitutum, primùm divino baptiſmate tinctum, vi & facultate jam ante colluſtratum. Boll. 9 *Maii* p. 378. col. 1. 9 *Maii*, p. 379. Tom. VII. *Maii*, p. 659. col. 1 & 2. Vit. p. 8.

LIV. Nunquam jurandi legem ſibi indicit & ſervat.

Tum ſibi legem nunquam jurandi, quandiu in hac vita verſaretur, quam etiam uſque ad extremum diem ſervavit, indixit. Tum ſibi conſulens, Deo ſe obtulit, ut a mundo ſejunctus, cum eo qui ſolus puriſſimus eſt vitæ conſuetudine jungeretur, atque ex ſacrorum librorum familiari lectione veritatis ſplendorem hauriret. Quod etiam per omnem vitam facere non deſtitit, *monachus eſſe potius habens*, inquit ejus vitæ ſcriptor, *quàm mundanus, & pauper quàm quæſtuarius.* Tunc ei, qui eum in ſortem accepit & ſervavit, omnia dono dedit, opes, ſplendorem, &c. *Nam ceteris in rebus*, inquit, *me quovis homine ſegniorem ac languidiorem eſſe non inficior, omnem enim cupiditatem abjeci, ex quo Chriſto nomen dedi,* ἀφ' οὗ χριστῷ συνεταξάμην; *neque ex omnibus rebus, quæ aliis jucundæ & expetendæ videri ſolent, ullâ teneor, non opibus*, &c. Plurima alia fas hîc eſſet referre de vita geſtiſque Gregorii poſt ſuſceptum baptiſma, cujus gratia eò uberior fuit, quòd ſimul ſe aſceticæ vitæ conſecrarit & omnibus ſe exuerit, quod dudum ſtatuerat, πρεσθέμην βίῳαι, ut Chriſtum totus indueret. Or. 24. n°. 3. Carm. de vita ſua, v. 270.

LV. Non affectu tantùm, ſed reipsâ ſe exuit Gregorius.

Nec verò affectu tantùm, ut quibuſdam viſum eſt, ſed reipsâ omnibus ſe bonis exuit Gregorius. Nihil contra ex ipſius teſtamento objici poteſt; ſiquidem, pro temporum illorum conſuetudine, parentum hæreditatem ipſi adire licebat. Prætereà non idcircò hæreditatem adiit, ut eam ſibi ſervaret; ſed ut piorum parentum, qui facultates ſuas pauperibus erogandas reliquerant, extremas voluntates exſequeretur. Quinimò, ne in epiſcopatu quidem minùs pauper extitit. Factus Saſimorum epiſcopus, nec panem quidem habere ſe ait, quem hoſpiti offerat, μηδ' ἄρτον ἔξων τῷ ξένῳ διακλάσαι. Neque ditior fuit Conſtantinopoli. *Pecunias*, inquit, *eripient? Si meas quidem, ipſi eâdem operâ pennas etiam, quibus minimè indutus ſum, abſcindant.* In carmine, quo Julianum Exæquatorem rogat, ut rem familiarem vectigalibus eximat, ait ſuas ſe opes pauperibus, ſtudio ferendæ crucis, erogaſſe, eaſque communem navigantibus portum eſſe, commune indigentibus auxilium. Alio in carmine ſe ipſe interrogans ubi ſint opes, reſpondet: *Partem Deus habet, partem alteram ſceleratus livor rapacibus manibus tradidit.* Scribens amico qui nonnullos ab eo libros popoſcerat, his eum verbis alloquitur: *Quod ſi tibi videtur minimè philoſophicum eſſe librorum pretium poſtulare; tu mihi pecuniam ſolve, objectionem autem tuam ſolvent pauperes.* Quæ quidem omnia Gregorium omnibus ſe facultatibus exuiſſe liquidò demonſtrant. Carm. de vita ſua, v. 470. Or. 26. n°. 16. Carm. al. 49. ad Julian. Carm. al. 8. ad ſeipſum. Ep. al. 199.

Nihil enim ſibi ex omnibus ſervavit præter eloquentiam, quam tanto labore,

LVI. Omnia, literas quoque, Christo dimisit. Carm. de reb. suis, v. 98 & seq.

peragratis pluribus Orientis atque Occidentis regionibus comparaverat : *Unum mihi in amoribus fuit*, inquit, *literarum decus, quas mihi compararunt Oriens & Occidens, & Græciæ ornamentum, Athenæ. In his diu multùmque laboravi ; sed & illas pronas coram Christo demisi, humique affixi, cedentes magno Dei Verbo, quod omnem humanæ mentis varium & mutabilem sermonem longè superat.* Cetera quidem omnia volentibus reliquit, opes, generis nobilitatem, gloriam, &c ; at eloquentiam solam complexus est, nec suscepti, ut eam sibi compararet, laboris eum unquam pœnituit. Ut enim vana & inutilis est eloquentia, quæ in verbis duntaxat sita est, quam aspernatur & damnat Gregorius ; sic alia est cujus utilitatem agnoscit, & patrocinium adversùs Julianum suscipit, quem in nulla re magis iniquum & sceleratum se præbuisse existimat, quàm cùm sermones eripere Christianis tentavit. *Unde igitur*, inquit Julianum alloquens, *homo omnium levissime, hoc tibi in mentem venit, ut sermones Christianis eriperes ?* Sic Christianam eloquentiam tuetur contra Apostatam ; hanc sibi & amicis exoptat : *Atque utinam mihi, amicisque meis sermonum robur adsit.* Hanc solam se complecti, utpotè verbi famulam, nec unquam libenter neglecturum hanc possessionem fatetur ; quin potiùs eam & colere & exosculari, majoremque ex ea voluptatem capere, quàm ex omnibus aliis rebus in unum collectis, quibus plerique delectantur : hanc sibi totius vitæ sociam, ut probum consiliarium, atque congerronem, & ducem viæ in cœlum ferentis, ac promptum commilitonem adscisere. Et quia jucunditatem omnem humi sitam aspernabatur, omnis illius amor post Deum in eloquentiam Christianam effusus est, vel potiùs in Deum quoque, quandoquidem ad Deum cum prudentia rapit, per quam etiam Deus sincerè percipitur, & conservatur, atque in nobis adolescit.

LVII. Alia vana, alia est utilis eloquentia, famula verbi. Hanc sibi & amicis exoptat Gregorius. Or. 4. n°. 101.

Or. 4. n°. 100. Hanc solam complectitur : hac quàm maximè delectatur.

LVIII. Fidem datam Deo non fefellit Gregorius : quo modo datam Basilio fefellerit.

Sed quò nos rapit oratio, de Gregorii effuso in eloquentiam amore differentes ? Ad ipsum Gregorium revertamur, quem Athenis reducem in domo paterna reliquimus, mediâ incedentem viâ quam inierat, ut simul voti sponsionem, quâ Deo obligatus erat, impleret, & debitæ parentibus pietati faceret satis, sic agendo, vitamque instituendo ut alterum alteri non postponeret, sed utrumque expleret. Basilii quidem querelis respondens Gregorius, fatetur se promissis non stetisse, & fidem fefellisse. Verùm promissa hæc, & fidem datam Basilio intelligit, cui Athenis se cum ipso in solitudinem, ut vitam ageret solitariam, recessurum promiserat. His promissis, ut jam memoratum est, non stetit, hanc fidem fefellit : *Haud sponte ac libenter ; sed quod lex legem superarit, ea nimirum, quæ parentes colere jubet, legem sodalitatis ac familiaritatis.* Sed fidem datam Deo nullatenus fefellit, promissisque stetit, eam primùm in ædibus paternis vitam agendo, quam in solitudine acturum se fuerat pollicitus ; ac deinde in eremo, in quam ubi primùm licuit se recepit.

Ep. al. 5.

LIX. Vitam quoque solitariam egisse Gregorium in Tiberina, in qua situm erat Arianzum credibile est. Vita Basil. p. 46.

Quin etiam credibile est Gregorium, cùm Athenis in ædes paternas rediisset, hinc in Tiberinam regionem se contulisse, ubi Arianzum rus, ejus natale solum, situm erat non longè a Nazianzo ; ut simul & vitam solitariam ageret, & parentibus debitam caritatem posset exhibere ; ac præterea datam fidem Basilio servaret, quem ut in hanc solitudinem se conferret literis invitavit. Illuc venisse Basilium verisimile est, quamvis longas non duxerit moras. Novæ editionis epistolarum Basilii auctor agnoscit, primò Basilium in Tiberinam recipere sese voluisse, quod his epist. XIV verbis confirmat, « Nunc »igitur intelligis, quò ego periculi stultus venerim, qui locum ejusmodi cum Tiberina, »orbis terrarum barathro, commutare contenderim ».

LX. Nihil minùs esse videbatur Gregorius in domo paterna, quàm quod reipsâ erat. Carm. de vita sua, v. 323. Carm. de reb. suis, v. 137 & seq.

Quo ergo tempore Gregorius confectorum annis parentum curam gessit, nihil minùs esse videbatur quàm quod reipsâ erat. Pars namque ejus philosophiæ hæc fuit, *Non videri primariæ vitæ labores exantlare, magisque esse quàm videri Deo amicum. Sed major eum tenebat monachorum amor, quamvis videretur inter multos versari.* Nec minùs interea parentibus omnem exhibebat sollicitudinem, eorum senectam fovens, nihil magis pium ratus quàm primum post Deum parentibus honorem præstare. Verumtamen rei familiaris curam sibi maximas fatetur attulisse molestias. *Parentes quidem observans & fovens laborantes, spebus animum deliniebam*, inquit, *ut optimum aliquid adimplens, & impositio fungens a natura officio. Certò constat barathris refertam esse improborum viam, quandoquidem mihi etiam ex bono malum evenit. Nam multæ me & molestæ sollicitudines, quæ mentem ac membra die ac nocte rodunt, è cœlo animam in terras dejiciunt. Primùm quidem servis imperare quale exitii rete ? qui acerbos quidem dominos semper oderunt, pios autem impudenter conculcant ; nec malis placidi, nec bonis dociles ... Deinde verò rem familiarem administrare, & Cæsaris pondus humeris semper sustinere, ac duram audire exactoris vocem ... Posthac autem circa frequentis fori tumultum, & sedes excelsas, miseris litibus solicitos versari, & sermonum delitigantium strepitu obtundi, ac legum volubilibus laqueis molestias pati ; ubi pugnæ & labores, ac malis plus tribuitur quàm bonis, ipsique legum arbitri utrisque venales ; & improbus si ditior sit, is optimus est.*

LXI. Molestias parit Gregorio rei familiaris cura.

Or. 43. n°. 25.

Licèt tota hæc Gregorii ratio in vitæ instituto, laude atque admiratione digna videatur, dubitat tamen vir sanctus, an hinc sibi omnis vitæ difficultas asperitasque fluxerit, per quam incommodum ac salebrosum ad philosophiam iter habuerit, nec desiderio suo animique

animique propoſito ſatis dignum. Quare Baſilio ſcribens objectanti, quòd unà ſecum in ſolitudinem ſeſe non recepiſſet, quemadmodum ab Athenis ſe facturos mutuò promiſerant, datamque fidem fefelliſſet, id ultro fatetur, ac promittit deinceps ſe fidem ſervaturum. *Fidem fefelli*, inquit .... *non autem prorſus fallam, ſiquidem hoc gratum tibi futurum eſt. Partim enim nos tecum erimus, partim ipſe nobiſcum eſſe ne quæſo graveris, ut omnia ſint communia, & æqualis amicitia. Sic enim fiet, ut nec parentes mœrore afficiamus, & te fruamur.* Ita Gregorius amicum invitat ut ad ſe veniat, ſcilicet in ſolitudinem Tiberinæ regionis, quæ cùm Nazianzo vicina eſſet, id moleſtè non ferrent parentes, quibus etiam poſſet ſollicitudinem impendere, & ſimul cum amico ſolitariam vitam agere, ut pollicitus fuerat. Non igitur Baſilius Gregorio, ut viſum Bollandiſtis, ſed Gregorius Baſilio ſuadere conatus eſt ut in Tiberinam regionem ſecederet. Rectè tamen aiunt ſe non dubitare, quin Arianzum excurrerit Baſilius ad viſendum amicum.

Ep. al. 5.

LXII. Baſilium invitat Gregorius, ut ad ſe veniat, ut omnia ſint communia.

9 *Maii. p.* 385. *col.* 1. *not.* B.

Interea Baſilius, qui docendi munus apud Cæſarienſes abjecerat, ad quod eum piiſſima ſoror Macrina, nec non Gregorius impulerant, varia in Oriente & Ægypto inviſit monaſteria, & circa annum 358 in patriam reverſus, nullâ interpoſitâ morâ, in ſolitudinem ſeſe recipit, ardens ſtudio præclara virtutum exempla imitandi, quæ in monaſteriis Ægypti, Palæſtinæ, Cœleſyriæ & Meſopotamiæ, non ſine ſtupore conſpexerat. Idoneum ſeceſſui locum ad ripam Iridis fluvii, qui ex Armenia ortus Pontum irrigat, ab omni prorſus hominum conſuetudine remotum elegit e regione monaſterii, quod ad alteram ejuſdem fluvii ripam Macrina conſtruxerat.

LXIII. Baſilius, exſtructo monaſterio, Gregorium allicere conatur.

Illic primus omnium in Cappadocia vitam cœnobiticam, quam ſolitariæ longè præferendam exiſtimabat, inſtituit Baſilius. Optaverat fratrem aliquem reperire, qui vitam aſceticam profiteretur, ut unà cum eo brevem hujus vitæ fluctum pertranſiret. Speraverat ſe cum Gregorio victurum; ſed impoſita amico fovendæ parentum ſenectutis neceſſitas impedimento fuit, quo minùs id quod inter ſe, cùm Athenis verſarentur, pacti fuerant, exſequerentur. Quapropter eo deſtitutus præſidio, poſtquam varia luſtravit monaſteria, ſolus in ſolitudinem ſe recipit; cujus delicias ubi primùm delibavit, datis ad Gregorium literis, perjucundâ loci deſcriptione eum allicere conatus eſt. Gregorius amici & ſolitudinis deſiderio flagrans, quàm primùm licuit, in Pontum ad Baſilium ſe contulit, anno 358 vel 359. Illic miratur & laudat eximiam fratrum, quos ad pietatem Baſilius inſtituebat, concordiam; ſuavem Pſalmorum & Hymnorum cantum, quo magnopere delectatus fuit; vitam pauperem, quæ illic agebatur, & quam ipſe traduxit, cùm panis adeò durus apponeretur, ut dentes frangeret; tantaque erat rerum omnium inopia, ut niſi mater Baſilii opportunè ſuccurriſſet, moriendum fuiſſet. Commemorat etiam Gregorius laborem manuum, Augiæ ſimum è domo exportatum ut horti fertiles redderentur, ac immane plauſtrum ſuâ & Baſilii cervice manibuſque tractum. His addit lignorum comportationes & lapicidinas, arborum conſitiones & irrigationes.

LXIV. In ſolitudinè ad Baſilium ſe confert: ambo vitam aſceticam agunt.

Greg. Ep. al. 9.

Vitæ auſteritas, rerum inopia, manuum labor, &c.

Quod ſupererat otii ab aſceticæ vitæ muniis, Scripturarum meditationi impendebant. Id longè gratiſſimum erat Gregorio, cui de vitæ inſtituto conſultanti ac fluctuanti utrum eligeret, illud præ aliis eligendum viſum fuerat, in quo frequentiùs ac liberiùs ſacros libros verſare ac meditari poſſet. Ambo igitur concordibus animis, pari ſtudio parique ſucceſſu ſacræ huic lectioni incumbunt, atque eos fructus percipiunt, qui non modò in ſuam ipſorum, verùm etiam in Eccleſiæ totius utilitatem redundarunt. Nullus dubito quin hæc ad primum Gregorii ſeceſſum pertineant, nec dubitare ſinunt hæc verba ipſius Gregorii Baſilio ſcribentis, & poſt aliquot annos priſtinas illas delicias, quas cum ipſo in ſeceſſu deguſtaverat, deſiderantis. *Quis me ſecundum priſtinorum illorum dierum ſtatum conſtituet, in quibus ego tecum afflictionem pro deliciis habebam? .... Quis pſalmodias illas & vigilias dabit, atque ad Deum per orationem peregrinationes, illamque velut materiâ vacantem & incorpoream vitam? Quis fratrum eorum, qui a te dii efficiebantur atque in altum evehebantur, concordiam animorumque conjunctionem? Quis virtutis certamen, & ad eam incitationem, quam ſcriptis legibus ac regulis obfirmavimus? Quis divinorum oraculorum ſtudium, lucemque in ipſis ductu atque auſpiciis Spiritûs Sancti inventam?* Cùm autem in Scripturarum ſtudio plus antiquis ſcriptoribus quàm ingenio proprio tribuerent, plurima ex Origene collegerunt obſervatione digna, quæ in unum corpus redacta *Philocaliam* appellarunt.

LXV. Studio ſacrarum literarum incumbit, eoque ſtudio mirificè delectatur Gregorius.

Ep. al. 9.

In ediſcendis Scripturis Baſilius & Gregorius mutuam ſibi operam præſtabant, familiares etiam de his inter ſe ſermones conferendo, cùm in eremo, ubi teſtantur eas ſe didiciſſe, verſarentur. Sed præcipuum in divinorum oraculorum ſtudio magiſtrum habuere Spiritum Sanctum, cujus ductu & auſpiciis lucem in ipſis a ſe inventam declarant. Præter Philocaliam, alius exſtat fructus commorationis Gregorii in monaſterio Baſilii, & commune utriuſque opus, ut ex ipſo Gregorio diſcimus, nempe leges monaſticæ & regulæ. *Quis dabit virtutis certamen, & ad eam incitationem, quam ſcriptis legibus ac regulis obfirmavimus.* Quæ Gregorii verba dubitare non ſinunt, quin ad has leges

LXVI. Philocalia & Regulæ monaſticæ ſunt fructus ſtudiorum Baſilii & Gregorii.

regulaſque vitæ monaſticæ ſcribendas ſuam cum Baſilio operam contulerit. Quod ni feciſſet, certè vir modeſtus de ſe non prædicaret.

LXVII. Voti compos ſit Gregorius, mediam carpens viam inter Anachoretas & Mygades.

Sic in Baſilii monaſterio quiete ac ſolitudine fruebatur. Hanc ab initio adamarat, eam in maximis graviſſimiſque periculis Deo voverat. Voti compos factus, mediam carpebat viam, quam dudum animo conceperat, inter Anachoretas & Mygades; cum illis meditari, cum iſtis Scripturas verſare & aliis prodeſſe; cum illis contemplari, cum iſtis agere poterat. Pſalmis, hymnis, orationibus, vigiliis, inediæ, meditationi Scripturarum die noctèque vacabat. Quid plura? Habebat quod tota mente petierat, eoque vitæ genere, licet aſperrimo, ſic oblectabatur, ut peractis in eo annis duobus, ſe *nonnihil attigiſſe quod optaverat, ac velut in limine eſſe* dicat, *atque ex ipſo guſtu majore deſiderio exarſiſſe.* His namque verbis utitur pro eo, quo ſolitudinis amore flagrabat; cujus deſiderio ita tenebatur, ut plures etiam anni breve tempus viſi fuiſſent.

Or. 2. n°. 6.

LXVIII. Gregorium ab eremi deliciis in domum paternam revocat pietas erga parentes.

Haud tamen credimus tredecim annos, ut narrat Rufinus, Gregorium in Baſilii monaſterio verſatum fuiſſe, in quod ſe receperat anno 358 vel 359, & ex quo extractus eſt anno 360 aut 361, ut ad patrem ſe conferret, qui tali auxilio ſe deſtitui ægrè patiebatur. Sic pietas erga parentes, quæ reverſum Athenis Gregorium Nazianzi retinuerat, eum ab eremi deliciis ægrè avulſum rurſus Nazianzum revocavit. Primus hic Gregorii ſeceſſus ab altero, qui contigit poſtquam presbyter creatus fuit, ſecernendus eſt, ut rectè obſervant Bollandiſtæ adversùs Baronium, quem etiam refellunt.

LXIX. Gregorium revocare conatur Baſilius.

Gregorium abſentem, datis ad eum literis, in ſolitudinem revocare conatus eſt Baſilius, cui amicus reſcripſit. Hinc jocoſæ illæ utriuſque literæ ultro citroque datæ; Gregorii laudantis ſuam Tiberinam, & Ponticas ſylvas poſthabentis; Baſilii verò cavillantis Tiberinam, & Ponticas ſolitudines celebrantis. Sed quamvis jocaretur Gregorius, quàm maximo tamen relictæ ſolitudinis deſiderio ſe teneri diſſimulare non potuit, hiſque verbis declaravit: *Quæ de Pontica commemoratione priùs ſcribebam, joco, non ſeriò ſcribebam: quæ autem nunc ſcribo, admodum ſeriò ſcribo. Quis me ſecundum priſtinorum illorum dierum ſtatum conſtituet, in quibus ego tecum afflictionem pro deliciis habebam? . . . Sed hæc optare quidem perfacile, conſequi autem non perinde facile. At tu mihi adeſto . . . . Equidem ipſe te magis quàm aërem ſpiro, idque ſolùm vivo, quod tecum ſum, vel coram, vel abſens per animi ſimulacrum.*

Ep. al. 9.

LXX. Presbyter creatur, & fugit in Pontum.

Citiùs tamen, quàm ſpes erat, id conſecutus eſt Gregorius. Cùm enim ſuus eum pater invitum ac reluctantem presbyterum creaſſet, hac tyrannide, ſic enim appellat, offenſus, ad Baſilium recurrit, tum ut dolorem ſuum amici colloquiis leniret, tum etiam ut quid ſibi agendum eſſet cum eo deliberaret. Eum vigeſimâ-quintâ Decembris, quæ natalis erat Domini dies, ordinatum fuiſſe, atque in Pontum fugiſſe die feſto luminum, qui paucis poſt diebus celebratur, arbitramur cum Niceta & Tillemontio: ſed breviſſimo poſt tempore in patriam reverſus eſt, nempe ad diem Paſchæ. Unde in Oratione quam habuit, *Myſterium*, inquit, *unxit me: myſterio pauliſper ceſſi, ut me ipſum inſpicerem & explorarem; cum myſterio etiam ſimul introeo.* Quibus verbis ſignificat, ſe die feſto, cùm creatus fuiſſet presbyter, diſceſſiſſe, & die etiam feſto rediiſſe. Quod annum ſpectat, is erat 362; ſi quidem Julianus nondum in Cappadociam venerat, nec in Chriſtianos adhibuerat eam crudelitatem, cujus horrenda reliquit monimenta in regionibus, quas Conſtantinopoli profectus menſe Maio anni 362, Antiochiam petens, peragravit, quibus poſteà cumulum in Oriente impoſuit. Gregorius namque in Apologetico, quem ſcripſit, vel declamavit, exponens quas ob cauſas, poſtquam presbyter creatus fuerat, in Pontum fugiſſet, ac rurſus Nazianzum rediiſſet, hæc de Juliano verba facit: *Nec verò externum bellum metuo, nec feram illam, quæ nunc adversùs eccleſias impetum fecit, etiamſi ignem minetur, etiamſi gladios*, &c. His perſpicuè liquet, nondum Apoſtatam in Cappadociam veniſſe, & crudelitatem exercuiſſe, ſed tantùm minas intentaſſe, ex quibus Gregorius quid facturus eſſet ſuſpicatus hæc ſcripſit. Gregorius igitur creatus eſt presbyter die 25 Decembris anni 361: cùmque fugiſſet in Pontum, inde ad ſuos reverſus eſt ad diem Paſchæ anni 362, eoque die brevem de feſto habuit Orationem; ſed paulò poſt prolixam exaravit ſeu declamavit, in qua cur in Pontum fugerit ac inde redierit rationem reddit.

Carm. de vita ſua, v. 351.

LXXI. Revertitur ad diem feſtum Paſchæ, primamque habet Orat. In longiori poſtea, fugæ & reditûs rationem reddidit.

Or. 1. n°. 2.

Or. 2. n°. 87.

LXXII. Bis è ſolitudine avulſus Gregorius.

Itaque bis in Ponticam eremum ſeſe contulit Gregorius; bis amatâ ſolitudine avulſus eſt, & Nazianzum è Ponto ad ſuos redire coactus. Primò quidem circa annum 361, ſecundò ad diem Paſchæ anni 362, cùm die 25 Decembris anni proximè elapſi creatus fuiſſet presbyter. Secundæ in Pontum profectionis & reditûs cauſas ipſe in Oratione, quæ primum olim, nunc ſecundum occupat locum, proſequitur. Cur verò pater eum è Baſilii monaſterio extraxerit, & Nazianzum redire anno 361 compulerit, perinde non eſt perſpicuum. Nihil moror quæ Baronius in ſua Gregorii vita ſcripſit. Is enim utrumque Gregorii noſtri in Pontica ſolitudine commorationem confundens, & perturbans tempora, quod Bollandiſtæ non ſemel obſervant, ad Valentis uſque imperium, « Qui »Arianæ perfidiæ favens, adversùs Catholicos concitavit turbas, Gregorii reditum

Maii, p.

»promovet. Fuit id in cauſa, inquit Baronius, ut pater Gregorii vehementiùs ageret, »ut filium ab eremo revocaret. Erat enim jam longo ſenio hebetior, & ut ſubeundis »laboribus impar eum precibus urgebat, ut pater juſſis, ac denique ut epiſcopus coge»bat imperio. Licet enim diutius ſurdo, ut aiunt, fabulam ingeſſiſſet, flexit tandem, »coëgit extorſitque ab invito, revocatque filium Nazianzum. Qui reverſus in patriam, ha»buit egregiam illam Orationem, quæ inſcribitur *Apologeticus*.... Dixit etiam tunc præ»claram eam Orationem, cujus eſt titulus, *In ſancta lumina*,» &c. Hæc Baronius. Egregia Oratio, quæ inſcribitur *Apologeticus*, habita eſt ſub Juliano, non verò ſub Valente; Oratio autem *In ſancta lumina*, non *tunc*, ut vult Baronius, ſed anno pene elapſo.

Haud negaverim turbas ab Arianis excitatas in cauſa fuiſſe cur Gregorius Nazianzum redierit; ſed ut id concedam, certè non has eſſe turbas arbitror, quæ a Valente ſunt excitatæ, ut viſum eſt Baronio. Vix etiam adduci poſſum ut credam cum doctiſſimo Tillemontio, Gregorium patrem formulæ Ariminenſi tum ſubſcripſiſſe, & jam ab ejus communione Nazianzenos monachos diſceſſiſſe, cùm ejus filius, relictis Ponticæ ſolitudinis deliciis, Nazianzum rediit anno 361; idque cauſæ fuiſſe cur rediret, ut opem ferret longævo patri, qui Ariminenſi formulæ ſubſcripiſſet, quò è luto emergeret.

LXXIII. Turbas Ariani excitant.

Magnas quidem turbas anno 360 excitarant Ariani, qui poſt luctuoſas Synodos, Ariminenſem in Occidente, Seleucianam in Oriente, habitas anno 359, item etiam Conſtantinopoli anno 360, Conſtantii Auguſti præſidio freti, vi & arte rem agebant; omneſque epiſcopos, in tota quàm latè patebat Eccleſia, formulæ, quæ ipſorum impietatis totum virus artificiosè tectum continebat, ſubſcribere cogebant. Fuit enim ea fallacia & dolus Arianorum, ut ὁμοιούσιον ſubſcribendum ac profitendum traderent, unius literulæ mutatione magnam ſenſûs diſcrepantiam adducentes; Filium nempe non ejuſdem ſubſtantiæ cum Patre, quod ὁμοούσιον ſignificat, ſed ſimilis dicerent, ὁμοιούσιον, hoc eſt, conſimilem patri & non conſubſtantialem prædicarent. *Erat autem*, inquit Gregorius, *in promtu atramentum, & calumniator a tergo. Ea res permultos è nobis, invictos alioqui viros, in fraudem impulit; qui quamvis mente nequaquam prolapſi fuerint, tamen ſubſcriptione tranſverſi acti ſunt, & cum illis, utroque nomine ſceleratis, conſenſerunt; ac ſi non flammæ, fumi certè participes fuerunt.* Tanta inde ſecuta eſt Eccleſiæ Catholicæ tempeſtas, ut qui videbantur eſſe templi columnæ, proſtrati, vel ſaltem concuſſi ſint, ſi quidem etiam nolentes ſeducti ſunt; atque, ut Hieronymi verbis utar, ingemuerit orbis, & Arianum ſe eſſe miratus ſit.

LXXIV. Fraus Arianorum.

LXXV. Multos in fraudem impellunt Ariani.

Or. 21. n°. 23.

LXXVI. Formulæ Ariminenſi poſt medium annum 362 ſubſcripſit Theologi pater.

In eorum tamen numero, qui Ariminenſi formulæ tum ſubſcripſerunt, ſcilicet Conſtantii Imperatoris tempore, non fuiſſe Gregorium, nec eum niſi poſt medium annum 362 ſubſcripſiſſe, ortamque eſſe inter epiſcopum & monachos Nazianzenos diſcordiam tam multis probatur momentis, ut nullum de ea re dubium eſſe poſſit. Primò quidem Gregorius noſter non ait juſſa Conſtantii Imperatoris, aut rerum perturbationem, quæ tunc ſumma fuit, ſubſcribendi cauſam ſuo fuiſſe patri, ſed deſiderium pacis & cum nonnullis ineundæ communionis. 2°. Ante iſtud diſſidium, Eccleſiam Nazianzenam arcam Noë vocari ſolitam eſſe, ut quæ univerſi orbis diluvium ſola effugiſſet, teſtatur Gregorius. Teſtis profectò mendax foret, ſi Nazianzenus epiſcopus dolis Arianorum deceptus fuit tempore Conſtantii; falsòque dixiſſet commune univerſi orbis diluvium effugiſſe Nazianzenam Eccleſiam, cujus Eccleſiæ epiſcopus ipſe artificioſis verbis circumſcriptus in pravam ſocietatem pertractus fuiſſet.

Or. 18. n°. 18.

Ibid. n°. 17.

LXXVII. Schiſma monachorum ob ſubſcriptionem Gregorii patris, non contigit ſub Conſtantio.

At longè graviora ſuppetunt momenta. Cùm Gregorius è Ponto Nazianzum reverſus eſt ad diem feſtum Paſchæ anni 362, ſummâ pace fruebatur Eccleſia Nazianzena, quam magnis effert laudibus: nec veretur dicere ſe non conceſſurum, ut *ampliſſimæ civitates; gregeſque numeroſiſſimi ulla in re* Nazianzenæ Eccleſiæ *præferantur.* Nulla ergo Nazianzi diſcordia fuit anno 362, nec ulla etiam Gregorii patris tunc erat ſubſcriptio, e qua diſſidium erupit. Quin imò recens erat tumultus, cùm Gregorius noſter primam contra Julianum Orationem ſcriberet, ut his verbis manifeſtum eſt: *Atque utinam ille quoque cœtus ad chorum noſtrum ſe adjungeret, qui, cùm prius cantionem haudquaquam adulterinam atque ignobilem nobiſcum Deo accineret, ac dextro quondam ordine dignus haberetur, atque etiam brevi, ut confido, habebitur, haud ſcio qua re commotus, repente cantum in diverſum mutat, alioque gradu atque ordine ſeſe collocat; ac ne ob communem quidem lætitiam, quod etiam magis miror, adduci poteſt ut nobiſcum conjungatur.* Hæc profectò verba, *cùm priùs cantionem ... nobiſcum Deo accineret ... repentè cantum in diverſum mutat*, diſſidium monachorum recens ortum fuiſſe indicant ſatis; nec non ſpes illorum reditûs, lenitas quâ eos ut membra ſua complectitur Gregorius; ac demum quòd non ſemel ait monachos omnium poſtremos diſceſſiſſe. Ex his etiam pariter conficitur recentem quoque fuiſſe Gregorii ſubſcriptionem, vel certè eum non longè antea ſubſcripſiſſe. Etenim ſi ſub Conſtantio, anno 360 vel 361, ſubſcripſiſſet epiſcopus Nazianzenus, quomodo monachi indignationem ſuam ad annum uſque 363 corde preſſiſſent? Aut ſi tamdiu preſſerunt, cur diſceſſionem ſubito & præcipiti conſilio tribuit

Or. 6. n°. 10.

Or. 18. n°. 18.

Gregorius ? Quomodo, inquam, indignationem ſuam tam longo tempore preſſiſſent monachi, quos ipſe *ferventiorem Eccleſiæ partem appellat ? Qui*, ut idem Gregorius ait in alia Oratione, *tametſi alioqui pacati ac moderati ſint, hac tamen in re lenes & faciles eſſe non ſuſtinent, cùm per ſilentium & quietem Dei cauſa proditur ; verùm hîc admodum bellaces ſunt, atque in confligendo acres & feroces, hujuſmodi enim zeli æſtus eſt, citiùſque aliquid, quod non oporteat, tentaverint, quàm quod ex officio ſit prætermiſerint.* Videant, qui Gregorium patrem, ſub Conſtantio, Ariminenſi formulæ ſubſcripſiſſe arbitrantur, ex quo ſequeretur monachos per duos aut etiam tres annos indignationem ſuam diſſimulaſſe, quomodo hæc conciliare valeant ; maximè verò cùm ex Gregorio breve fuerit diſſidium. *Eos* enim, *qui ob pietatis zelum diſſidebant*, inquit, *& ſibi & ceteris reconciliavit* (Gregorius pater) *poſtremos a nobis ſejunctos, & primos reverſos.* Breviſſima, inquam, illa fuit diviſio, teſte Gregorio, qui *eam calamitatem hactenus duraſſe* ſcribit, *ut per hoc diſſidium, quantum pacis bonum eſſet, qui diviſi fuerant, intelligerent, ſtatimque odium illud odio haberent ac deteſtationi. Qua pacis celeritate ſubreptum pene fuit & obſcuratum, quod in medio contigit.* Ecquis autem reſarcitum tam *celeriter* & redintegratum, vix ut extitiſſe credatur, atque etiam breve diſſidium putet quod annis tribus ad minimum aut quatuor perſeveraverit ? Quis credat tot annis indignationem ſuam preſſiſſe monachos, quos *admodum bellaces atque in confligendo acres & feroces* ſcribit Gregorius noſter ?

Ibid. Or. 21. n°. 25.

Or. 18. n°. 18.

LXXVIII. Brevis fuit hæc diſcordia.

Or. 6. n°. 8 & 12.

Or. 21. n°. 25.

Quid plura ? Quandiu diſciſſa fuit Nazianzena Eccleſia, Gregorius obmutuit, ut ipſe teſtatur. Nondum ergo diſciſſa erat, cùm primos tres ad populum ſermones habuit anno 362. Idque etiam inde patet, quòd non modò nihil in his Orationibus contra diſſidium, nihil de pace dicat Gregorius, quod profectò non omiſiſſet Orator pacis amantiſſimus ; verùm etiam Nazianzenam Eccleſiam *uno eodemque animo unum idemque ſentientem* laudet.

Or. 3. n°. 6.

LXXIX. Sub Juliani finem ſubſcripſit impiæ formulæ, ſed illæſum cor ſervavit.

Non igitur ſub Conſtantio, ſed vergente ad finem Juliani imperio, formulæ minùs orthodoxæ videtur ſubſcripſiſſe Gregorius, deceptus Arianorum dolis, qui abſente filio, nacti opportunam ſenem circumveniendi occaſionem, ſpecie pacificationis eum in pravam ſocietatem pertraxerunt. Dixi, abſente filio, qui interdum paternæ domûs ſollicitudini ſe ſubſtrahens, in amicam Ponti ſolitudinem ad Baſilium evolare ſolebat ; nunquam enim eo præſente patri inſidias ſtruere auſi fuiſſent. Magnas in eccleſia Nazianzena turbas excitavit Gregorii ſubſcriptio, & ſtatim monachi ab ejus communione diſceſſerunt ; quod anno 363 contigit, ſi quidem nondum diſceſſerant, cùm anno 362 Nazianzenæ eccleſiæ concordiam laudaret Gregorius ; recens autem erat diſceſſio, cùm primam contra Julianum jam extinctum invectivam ſcriberet. Denique diſſidio, quod diuturnum non fuerat, ſedato, compoſito, &c. inſtaurata eſt concordia anno 364. Monachos enim a ſe *ob pietatis zelum* diſſidentes ſibi & ceteris reconciliavit Gregorius, tum ob ipſius reverentiam, tum ob dogmatis puritatem. *Solus* namque, ut ait Gregorius noſter, *illæſam mentem, minimèque ſimul cum atramento infectam animam habere creditus eſt, tametſi per animi ſimplicitatem abreptus fuiſſet, dolumque ob animi ſinceritatem ab omni dolo alienam minimè caviſſet.* Ita gravis eccleſiæ Nazianzenæ tempeſtas ſedata eſt Gregorii epiſcopi precibus & admonitionibus, nato interim pietatis & operæ ſocio ; qui cum patri ad omne bonum comes & adjutor eſſet, ac velut a latere curreret, hîc Dei beneficio multo maximam laboris ſtudiique partem contulit.

Or. 18. n°. 18.

LXXX. Theologus loquitur perinde ac ſi reus ipſe foret, quod pietati erga patrem tribuendum eſt.

Miretur forſitan quiſpiam cur Gregorius, de ſeditione adversùs patrem ſuum excitata a ferventiore eccleſiæ parte verba faciens, perinde loquatur ac ſi ipſe reus eſſet & cum patre in pravam ſocietatem pertractus fuiſſet : *Nam cùm*, inquit, *a ferventiore eccleſiæ parte ob eam cauſam ſeditio in nos excitata eſſet ; quòd ſcripto quodam & artificioſis verbis circumſcripti, in pravam ſocietatem pertracti fuiſſemus.* Verùm abſit ut arbitremur Gregorium noſtrum, doctrinæ catholicæ pugilem egregium, ſimul cum patre ab Arianis deceptum fuiſſe. Id enim pietati erga parentem & humanitati datum videri debet, quòd de culpa velut communi loquatur. Cùm autem non ſeipſum, ſed ſolum patrem excuſet, *qui ſolus illæſum cor habere, nec ſimul animam cum atramento fœdaſſe creditus eſt*, indicat ſeipſum non ſubſcripſiſſe, adeoque nec externâ actione erraſſe. Prætereà obſervandum, culpam ſubſcriptionis paternæ præcipuè derivatam in filium, quòd cum patre, ut videbatur, lapſo communionem retineret, nec ab eo ſeſe, uti ferventiores, ſepararet.

Or. 18. n°. 18.

Boll. 9 *Maii*, *p.* 385.

LXXXI. Præclara Gregorii in hanc rem ſententia.

Huic noſtræ de diſſidio Nazianzenæ eccleſiæ & inſtaurata pace diſquiſitioni finem imponamus præclarâ in hanc rem Gregorii ſententiâ : *Nihil*, ut obſervat vir ſanctus in Oratione quam de pace habuit, *eos, qui ſincero animi affectu Deum colunt, æquè inter ſe conciliat, atque conſentiens de Deo doctrina ; quemadmodum contra nihil ad diſſidium ita promtum ac paratum eſt, ut diverſa in hac re animorum ſententia. Hîc enim, etiam qui aliis in rebus æquiſſimus & facillimus eſt, ferventiſſimus exiſtit ; ac manſuetus*

Or. 6. n°. 12.

manſuetus verè pugnax efficitur, cùm ſe per lenitatem Dei jacturam facere, imò, ut rectiùs loquar, per prolapſionem ſuam, Deum, qui nos & pro divitiis habet & divites reddit, damno afficere conſpicit. Sic igitur, nos in ipſa quoque contentione moderatiùs nos ipſos geſſimus; adeò ut concordia disjunctione ipsâ clarior fuerit, ac per ea, quæ utrinque læta & commoda extiterunt, id, quod in medio contigit, pene ſurreptum & obſcuratum.

LXXXII. Naſcenti in eccleſia Cæſarienſi diſcordiæ mederi ſatagit Gregorius, & Orationes in Julianum elaborat.

Quo tempore diſciſſa erat Nazianzena eccleſia, aliud ſchiſma non minùs exitiale Cæſarienſi eccleſiæ impendebat, & jamjam erat oriturum ex ſimultatibus, quas Euſebius Cæſarienſis epiſcopus, præſul licèt morum honeſtate clarus & pietate inſignis, adversùs Baſilium exercebat; cujus rei causâ optimorum quorumque, præcipuè verò monachorum, in ſe odium concitavit. Hi namque, iniquo animo ferentes ducem ſuum Baſilium ab eccleſiæ adminiſtratione removeri atque injuriâ affici, ſtatim audaci facinore ab epiſcopi communione recedere ſtatuunt, ſecumque partem plebis & honoratorum non exiguam abſtrahunt. At Baſilius, filius pacis, non is erat, qui ſuâ causâ eccleſiam lacerari pateretur; conſiliario & hortatore Gregorio utens, unà cum illo in Ponticam ſolitudinem ſeceſſit: *Nobis*, inquit Gregorius, *hac in re conſultoribus ac ſinceris monitoribus uſus, nobiſcum in Pontum profugit.* Seceſſionem illam anno 364 exeunte, aut ineunte 365, collocandam eſſe probat auctor vitæ ſancti Baſilii, cap. IX. n°. VI: itaque jam extincto ſchiſmate Nazianzeno contigit. Or. 43. n°. 29.

Baſilium autem preſbyterio nondum initiatum, & in ſolitudine agentem, anno 363, Gregorius convenerat; ſublato ſcilicet è vivis Juliano Apoſtatâ, & adhuc flagrante Nazianzeno ſchiſmate; ibique ambas in Apoſtatam Orationes ſcripſerat, adjuvante ſeu conſiliante Baſilio, ut ex his ſecundæ Steleuticæ (ſic enim illæ nuncupantur) verbis colligunt eruditi: *Hæc tibi Baſilius & Gregorius, &c.* Non imprudenter, ut Petro Cuneo videtur, Julianum, *tanquam in ſcena, palam omnibus ludibrium fecit;* ſed multis & magni momenti rationibus Apoſtatam publicè proſcindere compulſus eſt. Præcipuas tantùm, ceteris, brevitatis causâ, prætermiſſis, exhibemus. Primò igitur oportebat, Or. 4. n°. 8. hoc exemplo eos in veritate confirmari, qui cùm univerſarum quidem rerum Deum confiteantur, tamen ob animæ ſuæ levitatem, ſuperbiente impio, cogitationibus incenduntur, peccatorum pacem non ferunt, nec Dei conſilium expectare ſuſtinent. Deinde Juliani facinorum enarratione gentilibus oſtendendum erat, *quid illos dæmones doceant.* Or. 5. n°. 36. Tandem ipſi fideles, eorum quæ paſſi fuerant expoſitione, commonendi fuerunt, ne *Ibid.* n°. 34. tempeſtatis in tranquillitate obliviſcerentur, *nec morbi in ſanitate, nec captivitatis, incolumes in Jeruſalem reverſi, nec Ægypti poſt Ægyptum.* Ex his Orationibus duo præterea diſcimus, quorum prius ad hiſtoriam Gregorii & Baſilii pertinet; alterum fidelibus, qui ſub impio rege vivunt, erudiendis idoneum eſt. Itaque Gregorius ſe & Baſilium poſtremos ad perſecutionem a Juliano reſervatos eſſe docet, ſic eum compellans: *Hæc tibi Baſilius & Gregorius... quos cùm & vitâ & ſermone, & mutuâ concordiâ* Or. 5. n°. 39. *claros & celebres jam inde a Græcia noſſes... poſtremos ad perſecutionem reſervabas.* Fortunæ templum a Cæſarienſibus Cappadociæ ſub Juliano everſum, pœnas factum ob illud ab eis ſumtas memorat, & propriam eo de negotio ſententiam in prima Steleutica Gregorius aperit hoc modo: *Quæ* Julianus *in Cæſarienſes noſtros admiſit, hos,* Or. 4. n°. 92. *inquam, animi magnitudine præditos, ac pietatis ſtudio ferventes, ita ab eo exagitatos, ac per contumeliam vexatos, fortaſſe ne objicere quidem æquum fuerit. Etenim ob Fortunam, fortunatiori tempore infortunio affectam, juſtâ indignatione commotus, ad hanc ultionem progreſſus eſſe videbatur: quandoquidem injuſtitiæ dominanti nonnihil concedendum eſt.* Ceterum in proſcindendo Apoſtata Gregorium nullatenus modum exceſſiſſe, & in Monitis jam demonſtratum fuit, & ſi quid ſupereſt dicendum in prolegomenis tomi ſecundi addetur.

Orationibus illis ad finem perductis, cùm Baſilius Cæſaream veniſſet, atque ab Euſebio civitatis epiſcopo, menſe Septembri anni 364, Preſbyter creatus eſſet, dolorem inde conceptum, datis ad Gregorium literis, ſignificavit; cui Gregorius ita reſpondit: *Epiſtolæ tuæ proœmium laudo. Quid autem tuorum non eſt laudandum? Ac* Epiſt. al. 11. *tu captus es, quemadmodum nos quoque circumſcripti: quandoquidem ad Preſbyteri gradum pertracti ſumus... Hoc non fieri fortaſſe quidem præſtitiſſet... Quoniam autem factum eſt, ferre neceſſe eſt, ut mihi quidem videtur, ac præſertim ob tempus iſtud, quod multas nobis hæreticorum linguas invehit.* Hoc tempus ad Valentis Imperatoris initia referendum eſſe, cùm ſcilicet Ariani ejus patrocinio freti omnia ex arbitrio ſuo ſucceſſura ſperarent, auctor vitæ ſancti Baſilii certiſſimis argumentis comprobavit. Non multò Cap. IV. n°. 1. poſt evenere Baſilii cum Euſebio epiſcopo ſuo ſimultates, antea memoratæ; quarum quidem componendarum hæc fuit occaſio. Vita Baſi. c. IX. n°. 11.

LXXXIII. Ad ſpiritualem conventum ſive ad

Gregorius ab Euſebio ad aliquem conventum ſpiritualem, ſive diem feſtum, perhonorificè vocatus reſcripſit, & de illata Baſilio injuria liberè conqueſtus eſt. *Honore quidem me abs te affici lætor... Verùm contumeliam cariſſimo fratri Baſilio a tua pietate illatam eſſe,*

diem festum ab Eusebio invitatur Gregorius.

atque etiamnum inferri molestè fero ... Tu dum eo contemto nos honore afficis , perinde mihi facere videris , ac si quis unius viri caput alterâ manu demulceat , alterâ malam feriat ; aut etiam convulsis domûs fundamentis parietes pingat , atque externas partes exornet.

Epist. al. 20. *Proinde si quid mihi obtemperandum putabis , hoc facies. Ut autem obtemperes, abs te peto atque contendo : æquum est enim. Si illum , ut par est , colueris , ipse quoque ab eo vicissim observaberis. Nos autem sequemur,quemadmodùm umbræ corpora , utpotè parvi & ad*

Ep. al. 169. *pacem propensiores.* In contumeliam accepit Eusebius libertatem Gregorii, qui rescripsit, se non contumeliosè , sed accommodatè ad leges spiritûs , scripsisse; æquum enim esse , ut sibi Eusebius , quamvis gradu superior sit, justam libertatem concedat. Mox in alia

al. 170. epistola Eusebio significavit Gregorius , se nullam animo offensionem suscepisse ; sed etiamsi suscepisset , libenter depositurum , cùm videat feras in ecclesiam irruentes , & generosè resistentem Eusebium ; cui se venturum , si ita ipsi videatur, promittit , ut cum eo adversùs hæreticos pugnet.

LXXXIV. Inter Eusebium & Basilium pacem componit Gregorius.

Ep. al. 19. Non ingratam fore operam suam Eusebio certior factus Gregorius , ad eum illico se contulit ; cùmque ipsum tempore mollitum , ut ferrum igne , & ad reddendam Basilio benevolentiam propendere , imò ad scribendum ut eum placaret , haud dubiis testimoniis intellexisset , id amico quantocius significavit , atque eum hortatus est Gregorius , ut episcopum occuparet , aut adveniendo aut scribendo , simulque itineris se comitem futurum pollicetur. Annuit Basilius , & confestim eum Gregorius è Pontica solitudine in arenam certaminis educit. Tam prudenti consilio , de Basilio , de Eusebio , de ecclesia Cæsarienſi optimè meritus est Gregorius ; extinctæ namque sunt simultates , instaurata concordia , profligati Ariani , qui cùm alias jam ecclesias vicissent , alias oppugnabant , alias victuros se sperabant ; nec ullâ re magis ad spem evertendæ Cæsareæ , cui Valens Imperator agmine Arianorum episcoporum stipatus imminebat anno 365 , erigebantur , quàm Basilii absentiâ & ducis imperitiâ. Reportata ex Valente Arianisque episcopis victoria,cujus pars magna fuit ipse Gregorius , Basilium cum Eusebio tam arctè conjunxit , ut nec episcopo molestum esset ab eo , quem dignitatè superabat , scientiâ & eloquentiâ & consilio & virtute superari ; nec Basilius ideò episcopum minùs coleret & observaret , quòd eo tot essent partibus superior ac præstantior. Tillemontius , Hermantius , Pagius , Baronius , Bollandistæ , alii aliis annis hæc contigisse arbitrantur. Nos verò cum novissimo Basilii epistolarum editore , Basilium anno 364 , vel ineunte 365 , secessisse , & eodem anno Gregorii operâ & consilio Cæsaream rediisse , ac de Valente Arianoque agmine victoriam reportasse existimamus.

LXXXV. Ætas & morbi parentum abesse Gregorium non sinunt.

Epist. al. 4. Non diuturna fuit hæc postrema Gregorii in Pontica solitudine commoratio , cujus nequidem mentionem facit in carmine de vita sua. Neque enim tam necessario filii auxilio provecta parentum ætas longo tempore destitui patiebatur, atque etiam frequentes morbi , quibus eorum senectus patebat ; quique Gregorium domo exire non sinebant ; vel eum , si quando aberat , revocabant. Sic Basilio instanti ut in solitudinem se conferret , excusat se , morbum matris afferens. *Assidemus enim* , inquit , *dominæ matri , gravi jampridem morbo laboranti. Quam si non dubio & ancipiti statu relicturi sumus , tuâ præsentiâ mihi crede haudquaquam carebimus.* Grávem quoque patris morbum in Oratione decima-octava , quâ laudes ejus prosequitur , narrat ; quo singulari Dei beneficio repentè liberatus est , adeò ut quo die moriturus putabatur , consurgens synaxim cum populo celebraverit. In eadem Oratione , matrem gravi morbo laborantem , insperato nec minori miraculo , ut quoddam visum ei divinitus ostensum docuit , ab ea ægritudine quâ detinebatur , refert convaluisse.

LXXXVI. Ingentem Gregorio dolorem parit Cæsarii fratris mors ; & post ejus obitum molestissimis est obrutus negotiis.

Si parentibus senio confectis , atque graviter interdum ægrotantibus , curam sollicitudinemque frequenter impendere coactus est Gregorius ; longè graviores curas , seu molestias ipsi Cæsarii fratris, thesaurorum præpositi in Bithynia, mors attulit. Cùm Nicæa, terræ motu longè post hominum memoriam maximo , tota penè subversa est die undecimâ Octobris anni 368 , solus ex viris insignibus , aut certè cum admodùm paucis , mirabili divinæ providentiæ beneficio Cæsarius incolumis evaserat. At non diu vitam produxit, quippe mortuus eodem anno desinente , vel incipiente proximo , seu 25 Januarii 369 , ut volunt Bollandistæ. Cæsarii obitu , Gregorius , cui rei familiaris cura incumbebat , invisis negotiis obrutus fuit. Cùm enim munere publico fungeretur Cæsarius , quo tempore mortuus est , suaque omnia pauperibus eroganda reliquisset , mox ut extremum

Greg. Ep. 18. halitum efflavit , *Hostes,* nempe curiales illi Harpagones, *impetum fecerunt , ejusque facul-*

Carm. de vita sua , v. 370 & *seq.* *tates liberrimè & insolentissimè diripuerunt. Erat thesaurorum custos* , ait Gregorius ; *medio autem in munere moritur , canumque multitudo assilit in defuncti pecuniam ; & quidquid reliquerat , omnia dilacerant famuli , extranei , amici. Quis enim collapsam non*

Ep. 32. nov. edit. *prædatur quercum ?* Basilius , qui res Gregorii suas esse ducebat , scribens Sophronio Constantinopolis Præfecto , narrat mortui pretiosissima quæque servos alioſque homines servis non meliores diripuisse , & pauciſſima parentibus reservata , quæ statim pauperibus erogata fuerunt ex mortui voluntate , qui moriens dixerat : *Mea omnia volo esse*

pauperum. Addit Basilius, plurimos prodiisse commentitios creditores, qui Cæsarium a se pecuniam accepisse dicerent; quibus numeratum fuerat quidquid petebant, unde nonnullos pœnituerat quòd plus non petiissent : at crescente ejusmodi sycophantarum numero, negare quod petebant necesse fuisse; repulsam passos lites intulisse, ac Gregorium in maximas ærumnas conjectum, a quibus ut eximatur, Sophronium rogat Basilius. De Cæsarii pietate, rebus gestis, eruditione, &c. dicendi forsan hic locus esset; sed de his satis Gregorius in Oratione quam de eo habuit coram parentibus. Hanc legat lector, si velit. Gorgoniæ sororis, aliquantò post Cæsarium è vivis sublatæ, præstantissimas virtutes Oratione funebri similiter ornavit.

LXXXVII. Gregorius Basilium minùs caute electioni Cæsariensis episcopi providentem reprehendit.

Anno 370, Gregorius singularem in re maximi momenti prudentiam animique fortitudinem ostendit, ac perruptis omnibus quæ obstabant, ad felicem exitum rem perduxit. Ipsius enim potissimum operâ Basilium Cæsareæ episcopum electum fuisse constat. Nemo quidem tantâ sede dignior erat Basilio, cujus administrandæ jam plurimas partes ab Eusebio sibi commissas sustinuerat. Quanta ipsius pietas, quàm eximia doctrina, quanta demum essent merita in ecclesiam Cæsariensem, neminem latebat. Verumtamen plurima obstitere, quæ ni suâ Gregorius prudentiâ removisset, in irritum res cessisset. Basilius ipse, cùm mediâ jam morte Eusebius teneretur, ne suspicatus quidem in se oculos conjectum iri, amicum suum Gregorium accersivit, his verbis scribens, ac veluti ipse extremos spiritus ageret, atque supremum vale moriens amico dicere cuperet. Gregorius, acceptis literis, vim lacrymarum profudit, ingemuit, & ad iter se accinxit. Verùm cùm posteà episcopos ad urbem accurrere sensisset, Basilii consilium intellexit, navigii proram convertit ac proficisci detrectavit. Tum datis ad Basilium literis, quàm incautè se gereret liberè significavit. *Videris tu quidem mihi*, inquit, *viri constantis & solidi atque animi firmitate præditi existimationem habere : multa tamen simpliciter magis quàm cautè & circunscriptè consultare atque exequi. Nam qui a vitio liber est, is quoque ad suspiciendum vitium segnior esse consuevit. Cujusmodi quiddam nunc quoque contigit. Ad Metropolitanam urbem nos acciviſti, cùm de episcopo creando consultatio proposita esset.* Quibus præmissis, sic prosequitur carpens quod incautè a Basilio actum videbatur. *Demirari cœpi, primùm si quid deceret atque honestum esset non perspiciebas, nec improborum linguis occurrendum putabas, quæ simplicissimis quibusque celerrimè calumniam struunt. Deinde, si non eadem tibi ac nobis convenire existimas, quibus & vita, & doctrina, & reliqua omnia communia sunt, nimirùm a Deo ita jam inde a prima ætate consociatis. Tertiò, liceat enim hoc quoque dicere, si piorum Deique metu præditorum hominum hujusmodi electiones esse judicasti, non autem potentium & apud vulgus gratiosorum.* His de causis Gregorius se navigii proram convertisse, & proficisci detrectasse significat Basilio, cui auctor est ut prudenti secessu tumultus & pravas suspiciones fugiat. Huic consilio paruisse Basilium, ac latebras quæsiisse, dum electio perageretur, verisimile est.

Ep. Greg. al. 21.

LXXXVIII. Gregorius uterque operam navat, ut Basilius ecclesiæ Cæsariensi præficiatur. Greg. Ep. al. 23.

Nec minùs intereà Gregorius uterque nituntur, ut in Eusebii locum subrogetur Basilius. Gregorium episcopum Cæsaream invitarunt præsules, qui jam in urbem sese contulerant; sed adeò invenustè ac impolitè, ut nec illum adesse oportere, nec quam ob causam, nec quo tempore significaverint. Rescribens episcopis venerandus senex factam sibi injuriam non dissimulavit, nec tamen adesse detrectavit. At cùm varia fore hominum studia in eligendo episcopo non dubitaret, notum fecit episcopis neminem se habere quem Basilio, ob ejus vitæ sanctitatem ac doctrinæ præstantiam, præferre possit; nec verò illius corporis debilitatem impedimento esse debere, cùm episcopus, non athleta quæratur. Promittit se adfuturum, si suffragium istud recipiant, ac operam eis daturum vel spiritu vel corpore; sin autem certis conditionibus via capessenda sit, ac factiones contra æquitatem conflentur, gavisurum se quòd fuerit contemtus. Eadem episcopus Nazianzenus de Basilio, quem præ ceteris omnibus eligendum decernit, ecclesiæ Cæsariensi scripsit, quæ honorificè eum invitarat. Nihil prætermissum ab optimo sene, ut prosperè res cederet. *Literas scribebat*, (quod argumento est plures ab eo fuisse scriptas, quàm supersunt) *monebat, conciliabat populum, sacerdotes, & reliquos, quotquot erant clerici, obtestabatur, suffragium ferebat, ordinabat etiam adhuc absens, canitiei suæ hoc dabat, ut apud alienos, tanquam apud suos, auctoritate uteretur.* Hanc sollicitudinem a Gregorio postulare videbatur ecclesiæ Cæsariensis status, in qua animorum magna erat dissensio. Omnibus præferebant Basilium, populi pars selectissima, universus clerus, Ascetæ. Verùm invidebant & obnitebantur magistratus, ac infimæ plebis perditissimi quique cum magistratibus conjuncti, imò ipsi episcopi, quod jocandi materiam religionis hostibus præbebat.

LXXXIX. Nihil ab iis prætermissum ut res prosperè cederet. Or. 18. n°. 36. Or. 43. n°. 37.

Prætereà cùm ab Arianis periculum esset, ne laborantem dissidiis ecclesiam Cæsariensem occuparent atque everterent, Gregorius, qui nondum adesse poterat, magnum ex Oriente lumen accersit sanctum Eusebium Samosatensem, missis per Eustathium diaconum literis, in quibus quanto versaretur in periculo Cæsariensis ecclesia declarabat. Accurrit

XC. Eusebium Samosatensem accersunt ab Oriente.

Ep. 47. inter Basilianas, p. 110. sanctus martyr in Cappadociam, quod asserit Basilius, & confirmat Gregorius, qui Spiritum Sanctum ab exteris regionibus viros pietate insignes zeloque flagrantes ad ungendum Basilium excitasse testatur.

Basi. Ep. 48. Or. 43. n°. 37.

XCI. Basilius electus est Cæsariensis episcopus, Gregorii utriusque operâ.

Quid plura? Cùm eorum numero episcoporum, qui Basilium erant proclamaturi, unus deesset ad canonicam electionem; Nazianzi episcopus, *non solùm senectute, sed etiam morbo fractus, ac pene animam agens, iter aggredi non dubitavit, ut calculo suo electionem juvaret, Spiritûs videlicet ope atque auxilio fretus.* Proficiscenti patri Gregorius noster literas ad sanctum Eusebium dedit, cujus zelum, sudores, gratamque Deo libertatem laudat, atque ei acceptam refert renovatam patris senectutem, unde etiam rem ex sententia succesturam sperat. *Senectus renovatur, morbus superatur, lecto affecti exiliunt, infirmi potentiâ accinguntur. Quæ res mihi conjecturam afferunt, negotia nostra ex animi sententia successura esse. Ac patrem quidem, tum suo, tum nostro nomine habes, pulchrum universæ vitæ & venerandæ canitiei finem impositurum, nimirùm præsentem hanc pro ecclesia dimicationem. At certum habeo fore, ut precibus vestris, quibus fretus nemo non sibi quidvis polliceri debet, firmiorem eum valentioremque recipianus.*

Or. 18. n°. 36. Or. 43. n°. 37. Ep. al. 29.

Or. 43. n°. 37. Spes Gregorii irrita non fuit. *Fieri aliter non poterat*, ut ipse ait, *quin Spiritus Sanctus vinceret; atque adeò abundè vicit.* Basilius electus fuit Cæsariensis episcopus, ordinatus, & in throno collocatus. Quibus peractis, Gregorius qui profectus fuerat, *vehiculo non secus ac mortuus feretro impositus, juvenis redit, firmus ac valens, oculos erectos habens, a manuum impositione & unctione, addo etiam, & ab illius, qui ungebatur, capite roboratus. Hoc igitur ad priscas narrationes accedat, quòd labor sanitatem affert, & animi alacritas mortuos excitat, & exilit senectus Spiritu delibuta.* Sic Basilius, Gregorii utriusque & sancti Eusebii Samosatensis operâ, ecclesiæ Cæsariensis episcopatum suscepit anno 370, ut multis argumentis confirmat noster Prudentius Maran post Petavium & Tillemontium: nec audiendi sunt Bollandistæ & Baronius, qui Basilium anno 369 ordinatum scribunt; multò autem magis repellendus est Pagius, qui ejus ordinationem ad annum usque 371 differt.

Ibid.

Vita Bas. c. XIII. p. 83.

XCII. Gregorius nec electioni Basilii interfuit, nec eum post electionem invisit, Basilio querenti se neglectum respondit.

Nemini dubium fuit, quin Gregorius, qui electioni Basilii non interfuerat, electo gratulaturus Cæsaream occurreret. Verùm christianæ modestiæ consulens, atque horum temporum invidiam fugiens, repressò amicum videndi desiderio, domi se continuit, datis intereà literis, quibus se summâ perfusum lætitiâ fuisse fatetur, cùm lucernam a Spiritu Sancto victore supra candelabrum positam intellexit; simulque causas cur statim ad ipsum non advolaverit, exponit, ac ne id a se expostcat precatur. Gregorii orationes, seu excusationes non accepit Basilius, seque ab eo parvipendi ac negligi conquestus est. Basilii querelis sic percacutè respondit: *Si nobis propterea succenses, quòd te minùs, quàm tua virtus meretur, suspicimus & admiramur, omnibus quoque mortalibus succenseas oportet. Neque enim alius quisquam satis te laudavit, aut laudaturus est, præter te tuamque in dicendo sublimitatem; si quidem fieri posset ut quispiam suas ipse laudes prædicaret, idque sermonum lex ferret. Quòd si contemtum tuî nobis objicis, quin priùs insaniam? At quòd philosophamur indignaris? Liceret mihi cum bona tua venia dicere, hoc unum doctrinâ quoque tuâ & eruditione sublimius est & præstantius.* Cessit tandem Basilius, & amici prudentiam judicio suo comprobavit; quemadmodum cùm posteà Cæsaream veniisset Gregorius, atque oblatam sibi ab amico insigniorem inter Presbyteros sedem repudiasset, hoc factum non accusavit, sed laudavit Basilius.

Ep. al. 24. Ep. al. 10. Or. 43. n°. 45.

XCIII. De Valente adversùs ecclesiam Nazianzenam impetum faciente, unà cum patre victoriam reportat.

Sub finem anni 371 videtur contigisse, quod de patris zelo narrat Gregorius, qui magnâ animi constantiâ *sese hæreticis opposuit, cùm illi unà cum imperatoria impietate expeditionem adversùs Nazianzenam ecclesiam susceperunt, tanquam nos quoque*, inquit Gregorius, *in potestatem suam redacturi, aliisque jam fere omnibus servitute oppressis adjuncturi. Imperatoriam impietatem* intelligit Valentem, qui, compositâ cum Gothis pace, ad impugnandam Catholicam fidem imperii vires convertit, & hæretico agmine cinctus in Cappadociam se contulit. Intentus potissimum erat Valentis arcus in Basilium; sed Cæsaream petens, exeunte anno 371, vel inde forsan discedens anno sequenti, Nazianzo iter habuit, confectumque senio aggressus est episcopum, qui glorioſum de eo triumphum reportavit. Magnam profecto in eo triumpho partem habuit Gregorius noster; quod quidem ipse, vir licèt modestissimus, fateri coactus est, cùm ait Gregorium patrem suum *magno adjumento* fuisse decertantibus Nazianzenis adversùs imperatoriam impietatem, *tum per se ipse, tum per nos etiam fortasse*, inquit Gregorius, de seipso loquens, *quos, velut non ignavos ac degeneres catulos, in illos* Hæreticos *velut in sævissimas feras immittebat, ad pietatem nimirùm hac ratione nos exercens.*

Or. 18. n°. 37.

Ibid.

XCIV. Adversùs eumdem Valentem certanti Basilio socius fuit Gregorius, ejusque consors in nobili triumpho quem de devictis & expugnatis Catholicæ fidei hostibus retulit exeunte anno 371 & ineunte anno 372. His certaminibus interfuisse Gregorium ex ipso discimus. Etenim se in ecclesiam unà cum Basilio ingressum testatur,

teſtatur ; ejuſque voces audiſſe, quas *Dei voces* appellare non dubitat, cùm alloqueretur Imperatorem qui ſemel & iterùm in eam ſe contulerat, ut Baſilii colloquio, quod jam pridem expetebat, frueretur. Nec verò tantùm Baſilii colloquiis cum Imperatore, verùm etiam habitis anteà cum Præfecto & Præpoſito coquorum, qui artis ſuæ gladios minabatur, *atque ad ignem ſibi congruentem tranſmiſſus* eſt, ut feſtivè jocatur Gregorius, concertationibus eum interfuiſſe certum nobis videtur. Eum invitaverat Baſilius, ut ſibi adeſſet ad propoſitum certamen, venturum ſe promiſerat; itaque eum veniſſe pro certo habendum. Arbitratur Tillemontius matris Gregorii morbum attuliſſe moras, & cauſam fuiſſe cur a Baſilio vocatus ſtatim non venerit. Verùm, ut omittam cariorem fuiſſe Gregorio eccleſiæ utilitatem, quàm ut, eâ poſthabitâ, ægrotanti matri aſſideret, atque ad defendendam eccleſiam accurrere detrectaret; certè in his literis, quibus nititur Tillemontius, nihil legitur de graviſſimis veniendi cauſis, nihil de Gregorii promiſſis, qui cùm pugnandi tempus adeſſet, adfuturum ſe pollicitus fuerat; ſed tantùm deſiderio videndi Baſilium ſe teneri ſignificat, cui ſatisfacturum ſe ait, ſi ſua mater Baſilii precibus ſanetur. Quare hæc ad aliud tempus pertinet epiſtola; & quæcumque narrat Gregorius de Baſilii prolixa & acri cum Præfecto Modeſto concertatione, ſuis ipſe auribus credendus eſt hauſiſſe.

cius eſt Gregorius. Or. 43. n°. 53.

Ibid. n°. 47.

Ep. 4.

Or. 43. n°. 48. *& ſeq.*

Idem etiam dicendum de variis Baſilii præliis cum ceteris ab Imperatore præmiſſis, ſive *ex judicum claſſe*, ſive *ex militari ordine*, ſive *ex gynæceo*. In his omnibus Baſilii ſocius fuit Gregorius, qui lætus & alacer victoris latus cingebat, ſtrenuè commiſſas ſibi a Baſilio partes agens. Hanc namque, propter temporis anguſtias, rationem inierat Baſilius, ut ipſe quidem ſibi verbi diſpenſationem vindicaret; Gregorio autem, quem ob nominis obſcuritatem, (ſic loquitur vir modeſtus) nemo eſſet accuſaturus & in exilium ejecturus, loquendi libertatem committeret. Atque ita, inquit, Evangelium noſtrum firmum validumque erat, auxilio utriuſque ſuffultum. Ex his intueri licet quantos labores, quàm difficilia ac periculoſa onera ſuſtinuerit Gregorius, cùm adverſarios cominus adortus manuſque cum illis conſerens, acriùs illorum in ſe odium excitavit. Plura de his dicere ſupervacaneum fuerit, cùm nullus penè ſit ſcriptor antiquus, qui præclara hæc Baſilii certamina, egregiamque ipſi a Gregorio præſtitam in his certaminibus operam, non longiùs proſequatur. Verùm lectorem monitum volumus, recentiores, in diſponenda harum rerum ſerie, nonnunquam aberrare. Ne Tillemontius quidem, quo non alter cautior ac diligentior, ab omni errore immunis eſt. Locus quidam Gregorii noſtri minùs rectè intellectus in maximas anguſtias virum doctum conjecit. Poſtquam Gregorius retulit Valentem Baſilii admiratione perculſum, vetuiſſe ne vis ei inferretur, & dum dona offerret mirum in modum titubaſſe, cùmque rurſus in eccleſiam veniſſet, intra velum divinas Baſilii voces audiviſſe; poſtquam, inquam, hæc narravit Gregorius, ſic proſequitur : Αὐτὴ γίνεται ϕ τῦ βασιλέως περὶ ἡμᾶς ϕιλανθρωπίας ἀρχὴ, ϗ κατάϛασις πρώτη, τῦτο τὸ λῆμμα ϕ τότε διοχλύϭης ἐπηρείας τὸ πλεῖϛον, ὥϭπερ τι ῥεῦμα διέλυϭεν. *Hoc extitit Imperatoriæ erga nos humanitatis & clementiæ principium; hæc prima rerum ſedatio, hæc occaſio maximam impreſſionis illius, qua tum vexabamur, partem, non ſecùs ac fluctus quoſdam, fregit ac diſſolvit.* Hæc ad ſecundum Valentis in eccleſiam ingreſſum refert Tillemontius, indeque colligit Baſilium ac omnes etiam Cappadociæ eccleſias reliquo Valentis Imperatoris tempore, vel ſaltem diu ſatis poſt Valentis cum Baſilio colloquium, pacem retinuiſſe. Verùm pax illa nequaquam conciliari poteſt cum perſecutione, quam poſt ſecundum Valentis in eccleſiam ingreſſum conſecutam eſſe auctor eſt Gregorius. Conjecturis Tillemontius hanc difficultatem ſolvere nititur. Sed quid conjecturis opus eſt, cùm res per ſe plana ſit & expedita? Hæc enim verba Gregorii : *Hoc fuit Imperatoris erga nos humanitatis initium, hæc prima rerum ſedatio*, non ad Valentis intra velum cum Baſilio colloquium, ſed ad illam Baſilii virtutis admirationem, qua perculſus Valens vetuit ei vim afferri, referenda ſunt : quod quidem ex tota rerum ſerie patet. Etenim Gregorius ait Valentem, auditis quæ geſſerat Baſilius, in tantam illius virtutis admirationem veniſſe, ut vim ei inferri vetuerit, eique ſatisfaciendi causâ in eccleſiam venerit, ubi ad ſolum Baſilii conſpectum contremuit, ac poſtea rediens longum videndi Baſilium deſiderium explevit. Quod ergo ſtatim addit Gregorius, hanc primam fuiſſe tempeſtatis ſedationem, referri debet ad juſſum Valentis, qui miratus ſummam Baſilii conſtantiam in certamine adversùs Præfectum, quæ ipſi a Præfecto narrata fuerat, ne vis illi inferretur vetuit, atque in eccleſiam ſe conferre & cum ipſo colloqui ſtatuit. Prætereà idem probant hæc verba Gregorii, ϗ κατάϛασις πρώτη, *hæc prima ſedatio*, quæ Billius non reddidit. Certum namque eſt, tunc primùm ſedatam fuiſſe tempeſtatem, cùm Valens vetuit ne vis Baſilio inferretur, quod profectò vetuit priuſquam in eccleſiam ſe conferret. Hæc monuiſſe ſat eſt. Qui plura volet, legat vitam Baſilii novæ operum ſancti Doctoris editioni præfixam, Cap. XX. p. 104. n°. VIII.

XCV. In aliis Baſilii præliis partes ſuas agit Gregorius. *Ibid.* n°. 47.

Or. 43. n°. 53.

Illic etiam legere licebit egregiè tractata in capite XXIII, quæcumque ſpectant orta, poſt Valentis diſceſſum, inter ſanctum Baſilium & Anthimum Tyanenſem epiſcopum

XCVI. Operam ſuam offert Baſilio

adversùs Anthimum Tyanensem.

diſſidia, ex diviſione Cappadociæ in duas provincias; & quæ geſſit Gregorius, ut amici partes tueretur, & jura defenderet contra Anthimum. Ubi primùm Gregorius audiit Baſilio moleſtias exhiberi, ſuam ei ſponte operam obtulit, ſeque Cæſaream pollicitus eſt venturum, tum ut eum conſilio juvaret, tum ut contumelias cum eo partiretur, quamvis pro certo haberet Baſilium nihil prorſus facturum quod philoſophiâ ſit indignum. Quæ verba ſatis indicant epiſtolam al. xxv, ſcriptam fuiſſe hujus diſſentionis causâ, in qua non de fide aut doctrina agebatur, ſed de reditu & ſedis amplitudine. Diviſionem civilem Cappadociæ, quæ ſub initium hyemis anni 372 inſtituta fuit, non ſtatim ſecuta eſt eccleſiaſticæ provinciæ diviſio, quæ non niſi poſt Valentis diſceſſum, circa menſem Martium hujus anni, videtur contigiſſe. Tum verò Anthimus, Tyanenſem civitatem, quæ ſecundæ Cappadociæ Metropolis facta fuerat, eodem jure in rebus eccleſiaſticis eſſe debere contendit, eaſque paroecias, quæ novæ provinciæ nuper adjunctæ fuerant, ut jam ſibi attinentes & a Baſilio diſtractas, vindicavit: contrà Baſilius veteri conſuetudini, atque huic diviſioni, quæ olim a patribus facta fuerat, inhærebat. Partes Anthimi ſequebantur plerique Cappadociæ epiſcopi: *Tres quidem erant cauſæ*, inquit Gregorius, *cur multi etiam ante parum leni & candido erga eum* (Baſilium) *animo eſſent. Prima, quòd in fidei negotio cum eo minimè conſentiebant, niſi quantum id ipſis, cogente multitudine, neceſſariò faciendum erat. Altera, quòd dolorem ex ipſius electione conceptum nondum omninò ex animis ejecerant. Poſtrema, quòd ſe longè multùmque ab eo gloriâ ſuperari acerbiſſimè ferrent; tametſi id confiteri turpiſſimum eſſet... Ex hac contentione permulta mala partim jam accidebant, partim impendebant. Subtrahebantur conventus a novo Metropolita, proventus diripiebantur*, &c.

Ep. al. 25.

Greg. Or. 43. n°. 58.

XCVII. Gregorius Cæſaream venit, Baſilio addit ſe ſocium, & intereſt pugnæ prope Saſima contra Anthimum.

His auditis, Gregorius debitum huic tempori officium non prætermittit, ſuamque protinus, ut jam dictum, Baſilio operam profitetur; quod amico pergratum fuit. Nec mora, Baſilius rogat Gregorium ut quantocius ad ſe veniat; qui cùm veniſſet, ambo ſimul profecti ſunt ad montem Taurum, ubi locus quidam erat, ſive eccleſia ſub ſancti Oreſtis nomine, unde annuos reditus capiebat Cæſarienſis epiſcopus. Dum redirent, Anthimus, quem Taurici reditus maximè in furorem agebant, quippe quos in tranſitu Cæſaream portari iniquo animo cernebat, cum prædatoria manu anguſtias occupat; tranſeuntis Baſilii mulis, qui rebus ex ſancto Oreſte perceptis onuſti erant, iter intercludit, ne ultra progrediantur. Commiſſa hæc pugna prope Saſima. Nam Gregorius non ſine ſtomacho jocatur in Baſilium, quòd ſe Saſimorum epiſcopum conſtituiſſet, ut cum Anthimo bellum gereret, ſi quando is Baſilii mulos arriperet anguſtias tenens, & velut Amalec Iſraëlem coërcens. Datum ſe etiam Saſimis ait in carmine de vita ſua, quia bellicam fortitudinem ad Baſilii cauſæ defenſionem oſtenderat: quod argumento eſt eum pugnæ prope Saſima interfuiſſe.

Ibid.

XCVIII. Gregorius Saſimorum epiſcopus conſecratur Nazianzi, non Cæſareæ anno 372.

Iſtud tamen diſſidium ad eccleſiæ utilitatem convertit Baſilius multiplicando epiſcopatus: *Ex quo*, inquit Gregorius, *tres præclariſſimæ res ſecutæ ſunt. Nam & animarum cura major ſuſcepta eſt; & quælibet civitas proventus ſuos habuit; & bellum hâc ratione compreſſum & extinctum eſt.* Harum in numero ſedium epiſcopalium, quas erexit Baſilius, fuere Saſima, ignobilis quidem locus, cui Gregorium noſtrum præficere epiſcopum ſtatuit; eumque reluctantem, atque epiſcopale onus reformidantem ac prorſus fugientem cedere, &, ſi minùs animum, ſaltem caput ordinationi ſubmittere, adjuvante Gregorii patre, compulit. Hæc ordinatio non Cæſareæ, ut vult doctiſſimus Tillemontius, ſed Nazianzi peracta eſt, ut ipſe teſtatur Gregorius, qui Baſilium veniſſe Nazianzum manifeſtè aſſerit: *Sed venit ad nos amicorum cariſſimus Baſilius*, &c. Αλλ' ἦκεν ἡμῖν τῶν φίλων ὁ φίλτατος Βασιλέως. Tum narrat, quomodò, patre Baſilium adjuvante, deceptus fuerit. Prætereà, quo die ordinatus eſt, Orationem coram patre & Baſilio aliiſque epiſcopis, qui eum ordinaverant, habuit. Quis credat Gregorium patrem ſenio confectum Cæſaream veniſſe hujus ordinationis causâ; aut ſi venerit, id ſilentio prætermiſſurum fuiſſe Gregorium, qui ſimile patris iter, Baſilii causâ ſuſceptum, ut ſummæ animi fortitudinis in effeto corpore ſpecimen admiratur? Ordinatus eſt Gregorius Saſimorum epiſcopus ante Paſcha, quod anno 372 incidit in diem 8 Aprilis: ſiquidem ſanctus Euſebius Samoſatenſis, literis paulò poſt Paſcha anni illius datis reſpondens, hanc ſibi ordinationem non placuiſſe ſignificat.

Ibid. n°. 59.

Carm. de vita ſua, v. 389.

XCIX. Inviſitur a Gregorio Nyſſeno, quem miſit Baſilius.

Perpaucis poſt ordinationem diebus, Gregorium noſtrum inviſit Gregorius Nyſſenus, ab amico miſſus, ut cognominem ſuum ſolaretur. Hunc amicum eſſe ſanctum Euſebium Samoſatenum aut ſanctum Meletium arbitratur Tillemontius: verùm is amicus non alius eſt quàm ipſe Baſilius. Poſtquam enim Gregorius in Orationis exordio, quam coram Nyſſeno habuit, ſibi amicum ab amico venire dixit, ab auditoribus poſtulat num rem clariùs exponi velint, & ſtatim Moyſen & Aaron in medium profert; iiſque peracutè inter ſe comparatis, iterum poſtulat, annon perſpicuè cognominem ſuum, id eſt, Gregorium, & unanimem, id eſt, Baſilium, Oratio effinxerit. *Horum alter*, inquit, *nos unxit, & latentes in medium produxit... non ut dignum erat eo ſpiritu qui in ipſo eſt...*

Or. 11. n°. 3.

Alter venit ut nos consoletur, ac confirmet, spirituique mansuescat. Cùm ergo missus sit a Basilio Gregorius Nyssenus, quod manifestum est ex dictis, advenire non potuit postridiè ordinationis, ut Baronio visum est, atque perperam legitur apud Billium in interpretatione tituli Orationis undecimæ : verùmtamen paucioribus post ordinationem diebus advenit. In ista Oratione, ut in ea quam ante coram Basilio habuerat, vim sibi illatam conqueritur, sed tamen obsequium suum profitetur. Dolet quod Nyssenus seriùs venerit, veluti post cladem auxilium, post tempestatem gubernator, post cicatricem medicina : verùm se nunc cedere & fiduciam concipere declarat, quod argumento est hanc habitam Orationem priusquam fugâ elapsus in solitudinem se contulerit.

C. Querelæ Basilii contra Gregorium,& Gregorii contra Basilium.

Vix Nyssenus Nazianzo discesserat, cùm Gregorius deceptum se esse sentiens, fugit iterùm, solitudinisque deliciis perfruitur. Basilius consilia sua conspiciens Gregorii fugâ penitus corruere, cum eo graviter expostulavit. At Gregorius jam altum gerens cordi inflictum vulnus, ex quo per vim ordinatus fuerat a Basilio, non minùs acriter respondit. Hinc illæ literæ, haud quidem jocosæ ut anteà, sed stomachosæ ac vehementes, ultro citroque datæ, quibus, dum suam quisque causam tuetur, suas etiam animis cœlestibus esse iras docent; quæ si longiùs processissent, non tam perfectum Christianæ amicitiæ exemplar in Basilio & Gregorio haberemus.

CI. Queritur Gregorius fraudem sibi factma.

Acceptis Basilii literis, rescripsit atque his verbis exorsus est Gregorius : *Desines-ne tandem nos maledictis incessere, ut insulsos ac rusticos, & ab amicis inopes, & ne vitâ quidem dignos, quoniam ea, quæ passi sumus, intelligere ac persentire ausi sumus? .. Fraudem in quam inducti sumus, seriùs quidem quàm oportuit, sed tamen aliquando agnovimus. Atque hujus rei culpam in episcopalem thronum conferimus, utpotè qui te repentè supra nos evexerit ... Hoc omnium, quæ patimur, maximè ridiculum est, vel potiùs miserandum, nimirum quòd iidem & injuriâ afficiuntur, & accusantur.* Vituperationem non effugit Basilius, quòd fidissimum amicum ac optimè de se meritum in episcopales curas, præter ipsius voluntatem, conjecisset; & quod minùs excusatione dignum erat, virum pietate & eloquentiâ insignem, qui Ecclesiæ egregiam dare operam poterat, in obscurissimum angulum ac omnibus vitæ commodis destitutum relegasset. Objiciebant alii aliud quidpiam, prout vel moribus comparati erant, vel Gregorii causâ irascebantur : *benignissimi autem* quique neglectum & contemtum a Basilio fuisse Gregorium, & postquam ipsius operâ usus fuerat, veluti vas quoddam ignobile projectum. Declarat Gregorius se arma ferre non posse, & *pro lactentibus & avibus tanquam pro animabus & canonibus digladiari.* Rogat ut ipse cum Anthimo bellum gerat, ac sibi omnium rerum loco quietem concedat. Demum his verbis, quæ ejus dolorem maximè indicant, epistolam claudit : *Quocirca tu quidem viriliter age, & confortare, omniaque ad tuam ipsius gloriam, quemadmodùm fluvii torrentes, trahe; nec amicitiam, nec vitæ consuetudinem & familiaritatem virtute ac pietate potiorem habens, nec quæ ex his rebus hominum de te opinio futura sit, quidquam curans, sed uni duntaxat te Spiritui addicens. Nos verò id duntaxat lucri ex amicitia tua capiemus, ut amicis posthac minimè fidamus, nec Deo quidquam præferamus.* Haud equidem crediderim ea ingessisse Basilium maledicta, quæ prioribus epistolæ verbis continentur; sed ea ex ejus dictis consequi Gregorius præ nimio dolore existimavit. Scriptam hanc epistolam, non tantùm post ordinationem, sed etiam post fugam inde patet, quòd Gregorius fraudem sibi factam se sensisse dicat, atque omnium rerum loco quietem sibi a Basilio concedi postulet. Ipsa etiam maledicta, quibus se petitum a Basilio queritur, eum jam fugisse probant. Scripta quoque in secessu epistola trigesima-secunda, in qua indignatur Gregorius se inertiæ accusari quia Sasima non accepit, otio & quiete unicè se gloriari profitetur.

Ep. al. 31.

CII. A pluribus culpatur Basilius.

Ibid.

Ep. al. 32.

Inter hæc jurgia scriptam arbitratur Tillemontius epistolam Gregorii ad Nicobulum; sed immeritò. Mittens Gregorius Nicobulo literas Basilii cum suis, his quæ Basilii erant priore loco positis, suas subjunxit, sese quidem cum Basilio ubique conjungi volens, sed eum sibi anteponens. Minùs videtur intellexisse Tillemontius hæc verba : *Cùm Basilium Magnum mihi semper prætulerim, tametsi illi contrarium videatur : tum nunc quoque præfero*, &c id est, inquit Billius, *tametsi ille me sibi anteferat.* Non enim hæc verba ita accipienda sunt, quasi Basilium existimet Gregorius plus sibi tribuere quàm ipsi.

Ep. al. 21.

In Bas. p. 179.

CIII. Gregorius de solitudine revocatus à patre, Basilio instante, coram utroque habet Orationem.

Or. 10. n°. 1.

E solitudine, in quam se post ordinationem receperat Gregorius, citò retractus est jubente patre & instante Basilio; quapropter in Oratione, quam post reditum coram utroque habuit, eo utitur exordio : *Nihil senectute fortius, nihil amicitiâ venerabilius. Ab his ego ad vos ductus sum, vinctus in Christo, non ferreis catenis, sed tenacissimis Spiritûs vinculis constrictus.* Alicunde se venire his verbis declarat Gregorius; proinde hæc Oratio non statim post ordinationem, ut visum est Tillemontio, habita, sed post reditum ex fuga. Deinde addit se antea aliis omnia reliquisse, ut secum philosopharetur, & Eliæ Carmelum ac Joannis desertum cogitasse; quod ei dicere non licuit quo die ordinatus fuit Sasimorum episcopus, si quidem hanc ordinationem non solitudo, sed impensus in juvando patre sacerdotii labor subsecutus est. Præterea disertis verbis solitudinem, in

Ibid. quam ſe receperat, indicat, cùm ait ſe, *ne his quidem ſuî amantiſſimis ac fratribus ſermones impertire ſuſtinuiſſe, ut ab omni negotio feriatus ſecum philoſopharetur.* Quid plura ? Re-
Ibid. n°. 2. cantat quidquid poſt ordinationem præ dolore in Baſilium aſperiùs dixerat : *Jam enim iram abjicio, audiant manſueti & lætentur ; manumque hanc, quæ mihi vim attulit, placido vultu conſpicio, ac Spiritui arrideo, mihique commotum pectus ſedatur, reditque ratio ; atque amicitia, inſtar flammæ conſopitæ & extinctæ, rurſus ex parvo igniculo reviviſcit & excitatur. Renuerat conſolari anima mea, & anxietate afficiebatur in me ſpiritus meus. Dixi, nunquam in poſterum amicitiæ fidem habebo.* Nulla ſanè ante ordinationem jurgii cauſa Baſilium inter & Gregorium extitit ; ſola ordinatio rixas movit : hæc verba, quæ fatetur ſe dixiſſe Gregorius, *nunquam in poſterum amicitiæ fidem habebo*, leguntur ad calcem epiſtolæ trigeſimæ-primæ, quam poſt abjectum regendæ Saſimorum eccleſiæ conſilium ſcripſit. Quæ quidem omnia, Orationem nunc decimam habitam non fuiſſe poſt ordinationem, ſed poſtquam è fuga rediit Gregorius, manifeſtè demonſtrant.

CIV. Gregorius in Oratione ſua mutatum ſe profitetur.

In ea Oratione ſinceram mutationem profitetur Gregorius, rataque omnia habet, ac tandem eccleſiæ ſibi commiſſæ gubernacula capeſcere in animum videtur induxiſſe. Itaque Saſima ire conſtituit, ſed priuſquam ad iter ſe accingeret, Doaris, quæ novæ Cappadociæ civitas erat, Eulalium epiſcopum unà cum Gregorio patre aliiſque nonnullis epiſcopis ordinavit, tumque Orationem habuit quæ nunc tertia-decima eſt. Hæc verò cùm fierent abſente ac fortè etiam ignorante Baſiliò, qui ſe pro metropolita & capite utriuſque Cappadociæ adversùs Anthimum gerebat, necdum finita eſſet controverſia, verendum erat ne ordinationem iſtam velut in contumeliam ſuî factam haud
Or. 13. n°. 2. æquo ille animo interpretaretur. Occurrit amici querelis Gregorius his verbis : *Non venimus in magni illius paſtoris contemtum & ignominiam, qui ſplendidæ civitati præſidet. Honorabilem ſcimus, caput agnoſcimus . . . Sacerdotes & præſules augere ſtuduimus, non ſubtrahere ; hæreticos evertere, non orthodoxos imminuere.* Cùm Gregorius Saſima aut veniſſet, aut venire pararet, ſuâ ejus conſilium diligentiâ præripuerat Anthimus, & Saſimorum paludes ante occupaverat. Quinetiam prohibenti & comminanti Gregorio, convitiis probriſque refertam ſcripſit epiſtolam, veluti triumphum in victum canens.
Epiſt. al. 33. *Fortiſſimus Anthimus ad nos*, inquit Gregorius, *cum epiſcopis quibuſdam venit ; ſive ut patrem meum inviſeret, (nam id quoque præ ſe ferebat), ſive ut quæ egit ageret. Cùmque multis modis animum noſtrum tentaſſet, paræcias commemorans, & Saſimenſes paludes, & noſtram ordinationem, nunc blandè alloquens, nunc poſtulans, nunc minas intentans, nunc expoſtulans, nunc laudans, nunc vituperans, variis denique orationis circulis, ſtrophis atque ambagibus utens, tanquam ipſe ſolus nobis ob oculos proponendus eſſet, novaque metropolis, utpotè major ac præſtantior.* Hæc Anthimus, qui, cùm nulla in re cedere Gregorium conſpexiſſet, rebus infectis iratus abceſſit, *Baſiliſmum* ei veluti *Philippiſmum* quemdam exprobrans. Non multò pòſt, Gregorium ad Synodum vocavit Anthimus ; quod cùm Gregorio permoleſtum eſſet, atque injuriam fieri clamaret, Anthimus eum rogavit, ut ſaltem ejus operâ Baſilius ad deliberandum ea de re ſecum adduceretur. Id pollicitus eſt Gregorius, & ſcripſit Baſilio, rem totam ejus judicio permittens. Hæ Gregorii literæ ad nos non pervenerunt.

Anthimus in ſuas partes Gregorium pertrahere fruſtra conatur.

CV. Novas Baſilii querelas, aliis Gregorius querelis repellit.

Quamvis Baſilii cauſam ſtrenuè ſatis, ut videtur, defendiſſet Gregorius, illius tamen literis offenſus eſt Baſilius, & cum eo jurgavit quaſi Anthimo faveret. His verbis reſpondit Gregorius, jocando quidem, ſed acriter carpendo Baſilium : *Quàm ferociter, & equinorum pullorum more, exilis in tuis literis : Nec mirum te ad gloriam nuper evectum oſtentare nobis velle quam gloriam nactus ſis, ut hac ratione teipſum auguſtiorem reddas, quemadmodum pictores, qui eximias formas depingunt.* Deinde breviter exponit quid ejus causâ geſſerit, æquumque non eſſe demonſtrat, ut cum Baſilii causâ in offenſionem Anthimo venerit, Baſilio diſpliceat veluti in Anthimum propenſior. Denique ſic epiſtolam claudit : *Quòd ſi oſtentationis gloriæque nimio ſtudio teneris, atque è loco ſuperiore nos alloqueris, velut metropolitanus parvæ civitatis incolas, vel etiam nullius, nobis quoque ſupercilium eſt, quod opponamus. Hoc enim omnibus facillimum eſt, ac fortaſſe æquius.*

Epiſt. al. 33.

CVI. Abjectis Saſimis Gregorius repetit ſolitudinem.

Ceterùm propoſitam ab Anthimo conditionem, ut de reſtituenda pace communis iniretur deliberatio, non repudiavit Baſilius, imò libenter accepit. Interea Gregorius, cùm nullum ſibi ad capeſſendam ſedem, quam occupaverat atque armatis militibus tuebatur Anthimus, acceſſum patere cerneret, ac nollet obſcurâ ſpe & cœcâ expectatione exitûs deliberationis de pace componenda pendere, amatam diuque optatam ſolitudinem repetit. Gregorius preſbyter in ipſius vita ſcribit eum ad ægrotorum domicilium confugiſſe, εἰς φροντιστήριον ἀσθενῶν καταφεύγει. Tum addit : *Ferunt autem eum, nec oblationem, nec ordinationem, nec quidquam aliud eorum, quæ apud epiſcopos in more & inſtituto poſita ſunt, Saſimis peregiſſe ; verùm ſimul atque epiſcopus ordinatus fuit, fugam animo concepiſſe.*

Sic

Sic tam grave onus excuſſit Gregorius, ſic inviſa abjecit Saſima, quæ tot ei moleſtias, & quas nulla unquam dies, quoad vixit, exhaurire potuit, pepererunt: Saſima, inquam, ex quibus Gregorio, ut ipſius verbis utar, *omnis vitæ inconſtantia & perturbatio manavit.* Quis & qualis ille ſit locus, Gregorii calamitatibus, quarum fons & origo fuit, atque etiam carminibus tam famoſus, ex ipſo Gregorio diſcimus. Or. 43. n°. 59.

CVII. Saſimorum deſcriptio. Carm. de vita ſua, v. 439 & ſeq.

Statio quædam eſt in medio pervulgatæ viæ,
In terra Cappadocum, quæ ſcinditur in triplicem viam.
Sine aqua, ſine virore, nihil habens liberale,
Horridus valde & anguſtus pagus.
Omnia hîc pulvis, & ſtrepitus, & currus,
Lamenta, ejulatus, exactores, tormenta, compedes;
Populus verò, quotquot perigrini & errones.
Hæc erat Saſimorum meorum eccleſia.....
Quid igitur, per Deum, facere me æquum fuit?
Contentum eſſe? malorum excipere incurſus,
Enſe feriri, ſuffocari luto?
Nec habere ubi hoc ſenium collocem,
Dum ſemper è tecto per vim exturbor?
Nec panem habiturus eram, quem hoſpiti frangerem.....
Rurſus fugitivus quidam & curſor in montem,
Surripiens amicum vitæ genus, delicias meas.
Sed quid ſum lucratus? non enim conſtans fugitivus
Eram, ut apparet. Sed cùm omnia perferre ſciam,
In hoc uno ignavus ſum: patris iram non fero, &c.

CVIII. Gregorius Nazianzenæ eccleſiæ regimen ſuſcipit, jubente patre, eâ conditione ut eo mortuo liber ſit abire quò velit.

Itaque Gregorius, abjectis Saſimis, in ſolitudinem ſeſe recepit; ſed aliud ipſi ſubeundum fuit certamen cum patre, qui cùm ab eo ut Saſima teneret obtinere nullatenus potuiſſet, ſaltem precibus juſſiſque eſt conſecutus ut Nazianzum rediret, eamque eccleſiam, cui regendæ per ætatem impar erat, adminiſtrandam ſuſciperet. Eâ autem lege vicariam præfecturam Nazianzenæ eccleſiæ, cogente patre, ſuſcepit ut tantummodo his nexibus teneretur obligatus, dum pater ſuperſtes eſſet; eo autem è vivis ſublato, ſibi liberum eſſet abire quò vellet. His ipſe teſtatur verbis in Oratione, quam ad populum Nazianzenum habuit: *Nunc quidem cum præclaro parente curam hanc ſuſcipere non recuſo, velut magnæ aquilæ & altiſſimè volanti pullus non incommodus e propinquo advolans. Poſteà verò pennam meam Spiritui, quò volet, & quoquo modo volet, ferendam dabo; nec quiſquam erit, qui me cogere, aut aliorſum traducere poſſit, cum eo conſultantem.... Hæc habui, viri Nazianzeni, quæ ſimplici animo benevolentiæque pleno ad vos dicerem, atque hoc eſt animi mei arcanum.* In carmine de vita ſua Nazianzenam Eccleſiam ſe ſuſcepiſſe juſſu parentis declarat, ita ſecum reputantem ac dicentem: *Neque enim res iſta invitum me conſtringet, qui nec ullâ denuntiatione, nec ullo promiſſo teneor:* Οὐ γὰρ καθέξει τοῦτ', ἔφην, ἄκοντά με, ὃν οὔτε κήρυγμά, οὔθ' ὑπόσχεσις κρατεῖ. οὕπως ἀνήγαγέ με νικήσας φόβος. *Sic me victrix formido reduxit.* Or. 12. n°. 5 & 6. V. 523.

Ex hac Gregorii præfectura, qua, patre adnitente, invitus adminiſtrandæ Eccleſiæ Nazianzenæ curam ſuſcepit, non pauci eum hujus eccleſiæ ordinatum fuiſſe epiſcopum arbitrati ſunt. Sed quidquid ea de re ſcripſerint veteres ac recentiores, locupletior non eſt alius teſtis quàm Gregorius; nec alii ulli major quàm ipſi fides habenda eſt. Hæc ipſius ſunt ad Gregorium Nyſſenum ſcribentis verba: *Inter omnes etenim conſtat, me non Nazianzi, ſed Saſimorum antiſtitem creatum fuiſſe, tametſi in patris reverentiam, & eorum qui ſupplices hoc a me contenderunt, ad breve tempus præfecturam quaſi hoſpites ſuſcepimus*, &c. Epiſt. al. 42.

CIX. Gregorius Baſilium defendit, a quodam monacho accuſatum, quòd Spiritum Sanctum Deum non appellaſſet.

Poſt ſuſceptam a Gregorio Eccleſiæ Nazianzenæ adminiſtrationem, habitamque Orationem duodecimam, contigiſſe videtur jurgium quod inter ipſum & quemdam monachum extitit de Baſilio. Rem ſic narrat Gregorius in epiſtola al. xxvi: *Convivium quoddam erat, in quo plurimi clariſſimi viri nobiſque amicitiâ conjuncti accumbebant, atque inter eos vir quidam pietatis nomen habitumque præ ſe ferens. Nondum ad pocula ventum erat, cùm, ut in conviviis fieri ſolet, de nobis ſermo excitatur. Omnibus porro virtutes tuas ampliſſimis laudibus efferentibus, noſque etiam, ut iiſdem vitæ ſtudiis deditos, adjungentibus .... indignè tulit hic philoſophus. Et quidnam hoc eſt, inquit, admodum furiosè exclamans, ô viri, quàm valde mendaces & adulatores eſtis! Cetera quidem laudentur ſanè viri illi, ſi ita lubet, nihil repugno: verùm quod maximum eſt, illis non concedam. Orthodoxiæ nomine fruſtra laudatus Baſilius, fruſtra Gregorius; ille, quia ſermonibus ſuis veritatem prodit; hic, quia patientiâ ſuâ eandem ſimul prodit.* Tum his Gregorius convitiatorem verbis redarguit: *Unde hoc, ô homo vane, atque arrogantiæ nomine,* Epiſt. al. 26.

nove Dathan & Abiron ? Unde nobis dogmatum promulgator venis ? Siccine tantarum rerum judicem teipſum efficies ? Tum ille : ex Eupſychii martyris ſynodo nunc venio, eamque dicti mei teſtem habeo, (ſic enim res ſe habebat), atque illic Baſilium magnum audivi, de Patre quidem & Filio optimè & perfectiſſimè, atque ut vix quiſquam alius facilè queat, differentem : Spiritum Sanctum autem convellentem ac diſtorquentem, &c. Igitur Philoſophus ille Baſilium vituperabat eo quòd Spiritum Sanctum Deum non appellaſſet concionando ; ac veluti a veritate declinaret, eamque politicè magis quam piè prædicaret. Baſilii partes ſtrenuè defendit Gregorius, cauſaſque reddidit cur Spiritum Sanctum expreſsè & palam Deum non diceret ; quamvis eum eſſe Deum, non ſecus ac Filium, crederet, ac verbis etiam oſtenderet, nimirum in inſidiis eſſe Hæreticos, obſervantes ſi quam ex ejus ore nudam vocem poſſent arripere, ut eo ejecto eccleſiam occuparent, ceteraſque eccleſias popularentur ; itaque ſatius eſſe unam vocem, ſententiâ in tuto poſitâ, prætermittere, quàm eccleſiam in tantum diſcrimen adducere. Temperamentum iſtud, quod probavit poſtea magnus Athanaſius, iis qui aderant diſplicuit, ipſumque Gregorium clamoribus inſectati ſunt, ut ignaviæ magis quàm ſanæ doctrinæ conſulentem.

CX. Gregorius Baſilio controverſiam ejus causâ ſuſceptam ſignificat, rogans ut ipſe doceat quouſque liceat uti œconomiâ, ut contradicentes poſſit repellere.

Datis ad Baſilium literis, rem totam narravit Gregorius, rogans ut doceret quouſque in diſputatione de Spiritûs Sancti divinitate progredi, quaſque voces uſurpare, & quouſque œconomiâ uti liceret ; haud equidem ſuâ causâ, qui omnium eſſet miſerrimus & ſtolidiſſimus, ſi dubitaret de Baſilii ſententia, ſed ut contradicentibus reſponderet. Has Gregorii literas, tametſi adhibitâ cautione quàm maximâ, omnibuſque honoris atque amoris ſignificationibus refertas, pejorem in partem accepit Baſilius ; qui etiam Gregorio reſpondens, mirari ſe ait, non quòd monachus hoc dixiſſet, ſed quòd germaniſſimos ſuos fratres, ſuos & amicos auditores habuiſſet ac diſcipulos. His reſpondere dedignatur, & cum Gregorio expoſtulat, quòd ad ſe non veniat ; aditum enim non habituras calumnias, ſi magnam anni partem ſimul traducerent. Quanto in honore eſſet apud Baſilium Gregorius ex hac perhonorifica eum invitandi ratione liquet : « Si enim tantùm appareas, »inquit, ſupprimes ipſius impetum, eoſque qui ad patriæ res evertendas conſpirant diſ»ſipabis, ubi ipſis notum fuerit te Dei gratiâ noſtri cœtûs ducem eſſe, &c. »

CXI. Epiſtolam Gregorii pejorem in partem accipit Baſilius.

Baſilio reſcripſit Gregorius, ipſum immeritò offenſum fuiſſe literis ſuis, non malo & ſubdolo, ſed ſimplici animo, & eâ quâ ſolebat benevolentiâ ſcriptis ; eumque admonuit ſatius fuiſſe incommodis medicinam afferre, quàm conſilium danti ſuccenſere. Ceterum ſe venturum promittit, & Baſilio duce libenter dimicaturum : *Quis enim*, inquit, *langueat, imò quis non magno & fidenti animo futurus ſit, te duce ac ſocio de veritate diſputans, atque contendens ?*

CXII. Gregorius Baſilio ſcribit eum immeritò literis ſuis offenſum.

Ep. al. 27.

Exiſtimat vir clariſſimus Tillemontius, quem ſequitur noſter Prudentius Maranus ; contentionem Gregorium inter & monachum Baſilio crimen proditæ veritatis inferentem, contigiſſe anno 371 : ſuam viri docti opinionem confirmant his Baſilii verbis, quibus Gregorium rogat ut veniat auxilium laturus contra hoſtem qui bellum inferebat :

Vita Baſ. p. 96.

CXIII. Quis ille ſit hoſtis, contra quem rogat Gregorium Baſilius, ut veniat auxilium laturus.

« Ipſe verò exorari te ſine, ut nobiſcum ad propoſitum certamen allabores, ac nobiſcum »occurras ei, qui bellum nobis infert. Si enim tantùm appareas, ſupprimes ipſius »impetum » &c. Hoſtem hunc non alium eſſe quàm Valentem contendunt. « Nullum enim »aliud tempus occurrit, inquit noſter Prudentius, in quo inſtantem hoſtem expectaverit »Baſilius, & exilium aut aliquid gravius ex prælio ſperaverit. Appropinquantem Va»lentis adventum deſignat Gregorius cùm ait in convivio, *ingens circa Baſilium eſſe* »*bellum, vicinis omnibus captis & ſubjugatis*. Prætereà, ſi jam Baſilius cum Valente pu»gnaſſet, num ignaviæ crimen futuri prælii promiſſione refelleret ? Quibus enim illius »fidem præterita certamina non approbaſſent, multò minùs nondum commiſſa appro»barent. Aliam rationem addit Tillemontius, ſcilicet Baſilium poſt Saſimenſes moleſtias »dicere non potuiſſe : ſe nullius ſibi in Gregorium, *neque parvi, neque magni delicti* »*eſſe conſcium* ». Verùm hanc rationem ipſe noſter Prudentius, quamvis idem ſentiat ac Tillemontius, refellit : « Sed non video, inquit, cur Baſilius etiam poſt turbas Saſi»menſes hanc amicitiæ nunquam violatæ laudem ſibi vindicare non potuerit, cùm præ»ſertim Gregorius pluribus locis dicat amicitiam hac in re Baſilium ſpiritui poſtha»buiſſe ». Sic in Oratione de laudibus Baſilii loquens de turbis Saſimenſibus, quas non-

Baſ. Ep. 71. p. 164.

Epiſt. al. 26.

Or. 43. n°. 59.

dum pectore excuſſerat ; *Niſi quis tamen*, inquit, *hoc a me pro illius apologia accipiat, quòd ſublimiora, quàm pro hominis conditione, ſentiens, atque hinc prius etiam quàm vitâ excederet, digreſſus, omnia ad Spiritum referebat ; atque amicitiæ officia, quæ alioqui ſanctè colebat, hîc ſolùm aſpernabatur, ubi Deum anteponi oportebat.* In altera Oratione coram Baſilio : *Quandoquidem*, inquit Gregorius, *ut nos pluris fortaſſe, quàm alios omnes ducis ; ita rurſum Spiritum nobis longè anteponis. Non paſſus es talentum in terra defoſſum atque obrutum latere*, &c. Potuit ergo Baſilius, etiam poſt Saſimenſes turbas, dicere ſe nullius ſibi in Gregorium, *neque parvi, neque magni delicti eſſe conſcium.* Et certè id dicere licuit Gregorio, cui acerbiora in Baſilium verba excidêre : quantò magis Baſilio ?

Or. 10. n°. 3.

Nunc verò expendendum, an hoſtis qui bellum inferebat Baſilio, is Valens Imperator eſſet; an certamen, ad quod Baſilius Gregorium accerſebat, ut unà ſecum pugnaret, illud fuerit certamen, quod imminere ſibi ex adventuro Cæſaream Valente arbitrabatur. Id quidem volunt doctiſſimus Tillemontius & noſter Prudentius, quos, ob egregias virtutes & ſcientiam ſingularem, obſervantiâ quàm maximâ colimus. Hîc tamen ab eorum opinione diſcedimus; neque enim Gregorii & Baſilii verba de Valente debere intelligi nobis videntur. Baſilius ad certamen contra hoſtem advocans Gregorium, his eum verbis compellat: « Si enim tantùm appareas, ipſius ſupprimes impetum, »eoſque qui ad patriæ res evertendas conſpirant, diſſipabis, ubi ipſis notum fuerit te »Dei gratiâ noſtri cœtûs ducem eſſe ». Ita-ne, amabo, ſcribere, & hæc de Valentis impetu dicere licuit Baſilio? An verò Baſilius unquam exiſtimavit Gregorium, vel Imperatori, vel Præfecto, vel coquorum Magiſtro, adeò aut terribilem aut acceptum eſſe, ut vel auctoritate vel gratiâ, imò ſolâ ſuî præſentiâ, & cum Baſilio ſocietate, tantos confeſtim impetus retardare, ne dicam *diſſipare* penitus poſſet? Quin his certaminibus cum Præfectis ab Imperatore præmiſſis, & cum ipſo Valente adfuit Gregorius: quid porro tale præſtitit, quale præſtiturum confidit Baſilius?

CIV. Ille hoſtis, non Valens.

Non ergo de Valente intelligenda ſunt Baſilii verba, ſed de ejus ſuffraganeis aliiſque epiſcopis, inprimis Euſtathio Sebaſteno, qui Sabellii & Apollinaris errores Baſilio affingebat. Prætereà ob eam, qua de Spiritu Sancto verba faciens utebatur Baſilius, œconomiam, alii timiditatis, alii proditæ aut etiam innovatæ fidei notam inurebant; quam adventu ſuo Gregorius & communione cum Baſilio abſtergere penitus & eluere poterat, quippe quem divinitatis Spiritûs Sancti liberrimum & præ ceteris omnes propugnatorem agnoſcebant. Propterea Baſilius Gregorium advocat, his verbis: « Si tantùm appa»reas, ipſius ſupprimes impetum, eoſque qui ad res patriæ evertendas conſpirant, diſſipabis» , &c.

CXV. Euſtathius Sebaſtenus intelligendus eſt, Baſilio infenſus.

Nec verò ex ſequentibus colligas Valentis *impetum* ſignificari. Expectare namque Baſilius etiam tum potuit, ut ab eccleſia paterniſque ædibus ejiceretur, non tantùm ab Arianis, qui id anno 372, iterumque anno 376 tentarunt; verùm à Catholicis etiam pluribus, qui & ipſi cæco zelo abrepti Baſilio adverſabantur. Prætereà Euſtathius Sebaſtenus, homo verſipellis, qui cum Arianis erat tum communione & in Baſilium odio conjunctiſſimus, Euſtathianique famoſis libellis Cæſarienſem epiſcopum lacerabant; adeò ut a multis malè audiret, etiam orthodoxis, atque ejus in fide dubia eſſet integritas.

Quin etiam Gregorium noſtrum tunc epiſcopum fuiſſe, ex his ejuſdem epiſtolæ, quam ad eum ſcripſit Baſilius, verbis certò colligi poſſe nobis videtur: Εἰ γὰρ κατὰ τὰς ἀρχαίας συνθήκας, καὶ κατὰ τὴν ὀφειλομένην νῦν ταῖς ἐκκλησίαις παρ' ἡμῶν ἐπιμέλειαν, τὰ πολλὰ τῷ ἐνιαυτῷ μετ' ἀλλήλων διήγομεν; « Si enim ex veteri pacto, ac juxta eam, quam nunc debemus eccleſiis, curam & »ſollicitudinem, ſæpius per annum conveniſſemus», &c. Hæc certè verba Gregorium non ſecus ac Baſilium fuiſſe epiſcopum denotant, novamque ac parem jam nunc incumbentem ambobus eccleſiarum curam. Unde ſequitur, τὰ πολλὰ τῷ ἐνιαυτῷ μετ' ἀλλήλων διήγομεν; quæ rectè vetus interpres ſic latinè reddidit: « Sæpius per annum conveniſſemus, quod »epiſcopos maximè juvat, probantque frequentes Synodi». Quapropter Baſilius malorum cauſam inde repetit, quòd non unà conveniant: τούτων δὲ αἴτιον ἐκεῖνο . . . τὸ μὴ συντυγχάνειν ἡμᾶς. Demum hæc ejuſdem epiſtolæ verba, epiſcopum fuiſſe tunc Gregorium confirmant: ὅτι αὐτὸς τῇ τῷ θεῷ χάριτι τῷ καθ' ἡμᾶς συλλόγῳ κατάρχεις, vel ut vetus editio κατάρξεις; «Conventui »noſtro, ſeu Synodo, præſidebis; vel ut Tillemontius, Eccleſiæ noſtræ caput te præbeas »ac commonſtres» : quod epiſcopis duntaxat propriè convenire nemo neſcit.

CXVI. Epiſcopum tunc fuiſſe Gregorium conſtat, Ep. 71. p. 165.

His jam ad cumulum accedat, (quod opinioni ſuæ incommodare non diſſimulat Tillemontius,) Orationem Theologi habitam anno 372, poſteaquam abjectis Saſimis Nazianzenæ eccleſiæ adminiſtrationem, jubente patre, ſuſcepit Gregorius, laudari in epiſtola XXVI, de qua agitur: *Simulque*, inquit, *vocem quandam meam commemoravit* (monachus qui in Baſilium atrociter invehebatur,) *cùm ego, ut in frequentiſſimo cœtu, de divinitate verba faciens pervulgatum illud de Spiritu Sancto interfatus eſſem: Quouſque lucernam abſcondemus ſub modio?* Quæ totidem verbis in Oratione habentur. Ex quo ſequitur hæc contigiſſe poſt Orationem, quæ habita eſt anno 372; proindeque epiſtolam XXVI non anno 371, ſed anno 372 ſcriptam eſſe, idque poſt Septembrem, quem in menſem incidit beati martyris Eupſychii ſive memoria, ſive conventus, unde calumniandi Baſilium occaſionem monachus arripuerat. Neque etiam citiùs hoc anno Hellenius, qui Gregorii literas Baſilio reddidit, exæquandis Nazianzi tributis præpoſitus, Cæſaream profectus eſt.

CXVII. In epiſtola 26 Gregorii fit mentio Orationis 12 quo conſtat poſt Orationem ſcriptam eſſe epiſtolam. Or. 12. n°. 6.

Ceterùm quo tempore Gregorius unà cum patre Nazianzenam eccleſiam adminiſtrabat, ſive ante, ſive poſt exortam cum monacho de Baſilio controverſiam, Cæſaream ſe contulit; ibique eximiam illam Orationem habuit quæ *de pauperum amore* inſcribitur. Eorum causâ potiſſimum habita eſt, qui in hoſpitali domo, alendis pauperibus à Baſilio Magno conſtructâ, ſacro morbo laborabant. Ad hoc etiam tempus pertinent Orationes ſequentes; videlicet decima-quinta *in laudem Machabæorum*, quorum paſſiones non ex

Or. 14.

libris ſacris qui Machabæorum nomen habent, ſed ex Joſephi libro *de Imperatrice ratione*, exponit & eloquentiæ ſuæ floribus exornat. Decima-ſexta, *in patrem tacentem propter plagam grandinis*, quâ Tiberina regio, Gregorii natale ſolum, anno circiter 373 afflicta fuit. Decima-ſeptima, *ad cives Nazianzenos gravi timore perculſos*, ob delictum aliàs incognitum, *& ad præfectum iraſcentem.*

CXVIII. Mors Gregorii ſenioris & Nonnæ ejus conjugis.

Quomodò, abjectis Saſimis, Gregorius ſolitudinem iteratò petierit, eâque retractus eccleſiæ Nazianzenæ curam ſuſceperit, rogante vel jubente patre, jam narravimus. Eâ autem, ut dictum eſt, conditione vicariam præfecturam ſuſcepit, ut, morte ſublato patre, diſcedere & quò vellet abire ſibi liceret.

Non ita longo poſt tempore Gregorius noſter, parentis utriuſque obitu, Nazianzenæ eccleſiæ regimen excuſſit ſeque ſibi vindicavit. Anno ſiquidem 374, circa vernum tempus, Gregorium patrem annos natum penè centum, cùm ex iis quadraginta-quinque Nazianzenæ eccleſiæ præfuiſſet, mors abſtulit. Nec multò poſt, Nonna Gregorii ſenioris conjux, ejuſdem penè ætatis, morte ſublata eſt. Licèt enim quamdiu ſuperſtes fuerit compertum non habeatur, diu tamen eam ſuperſtitem non fuiſſe inde fas eſt conjicere, quòd Theologus ſe citò poſt ſuſceptam Nazianzenæ eccleſiæ curam parentibus orbatum fuiſſe ſcribat. Forſan die Auguſti quinto, quo ejus memoria tum apud Græcos, tum apud Latinos colitur, obiit. Eam certè anno ſequenti jam mortuam conſtat, cùm Seleuciam petiit Gregorius.

Carm. de vita ſua, v. 527.

CXIX. Parentibus orbatus Seleuciam ſe confert Gregorius.

Aſſerit Baronius « Gregorium parentibus orbatum nullatenus adduci potuiſſe, *ut vel* »*diem unum in adminiſtratione eccleſiæ Nazianzenæ perſeveraret*, rogante licèt Baſilio, »aliis ſimul epiſcopis, & civibus precibus importunis id ipſum efflagitantibus; a quibus »omnibus, captatâ fugâ, ſe abripuit profectus Seleuciam pietatis ergo ad memoriam »ſanctæ Theclæ, quò frequens fidelium peregrinatio eſſe ſolebat». Rectiùs verò ſcribit Tillemontius, hujus eccleſiæ regimen, Baſilii aliorumque epiſcoporum ac civium precibus victum ſuſcepiſſe Gregorium, & in eo aliquandiu perſeveraſſe. Nec tamen interea ceſſabat rogare epiſcopos, ut huic eccleſiæ paſtorem præficerent, quam ipſe regendam, nonniſi quoadusque præpoſitus eſſet epiſcopus, ſuſceperat. Cùm autem Gregorii precibus non moverentur, nec quod rogabat obtineret, fugâ elapſus Seleuciam ſe contulit, cùm eccleſiam Nazianzenam tribus tantum circiter annis ante & poſt mortem patris rexiſſet.

Ad an. 372. t. 4. p. 331. Vita Greg art. 39. p 398. art. 42. p. 404. Carm. de vita ſua, v. 550.

Seleuciæ non exiguo tempore commoratus eſt Gregorius, ut ipſe teſtatur (*a*); nimirum uſque ad Valentis obitum, qui victus a Gothis, ſagittâ percuſſus, incensâ agreſti casâ, in quam delatus fuerat, ultricibus flammis abſumtus fuit die nonâ Auguſti anni 378. Illic tamen optatâ pace & otio quod ſperaverat, frui non licuit: *Nihil boni*, ut ejus verbis utar, *prorſus reperit; imò negotia, quæ effugere in animo habuerat, velut ex compoſito incurrerunt, vimque attulerunt.* Quænam illa fuerint negotia definire non licet: forſitan his verbis ſignificat ſe ab hæreticis vexatum fuiſſe. Gregorii vitæ ſcriptor Theologum ſcribit Nazianzum rediiſſe, nec ullis civium precibus flecti potuiſſe; quod ex iis verbis colligit, ut videtur, quibus Gregorius in ſe ſolitas recidiſſe calamitates, poſtquam fugâ Seleuciam petiit, ipſemet fatetur.

Ibid. v. 553. *& ſeq.*

CXX. Baſilii morte cumulus accedit ad Gregorii calamitates.

Anno ſequenti 379, Gregorius adhuc Seleuciæ conſedebat, & quidem gravi ac periculoſo morbo detentus, cùm Baſilii Magni mors ipſi nuntiata eſt. Quantum in deflenda tam cari capitis morte dolorem conceperit Gregorius, ipſe ſolus enarrare ſufficit. Ex morte Baſilii cumulus ad ſuas calamitates ipſi acceſſiſſe viſus eſt. *Hoc quoque*, exclamat in epiſtola, qua de Baſilii obitu fratrem ejus Gregorium Nyſſenum conſolatur, *hoc quoque ærumnoſæ huic vitæ reliquum erat, ut Baſilii mortem audirem*, &c. In alia epiſtola: *Quæris*, inquit, Eudocium alloquens, *quo ſtatu res noſtræ ſint? admodum acerbo. Baſilium non habeo; Cæſarium non habeo, fratrem meum ſecundùm carnem & ſpiritum: pater meus & mater mea dereliquerunt me, ut cum Davide loquar. Corpus adversâ valetudine laborat, ſenectus caput premit; curæ aliæ aliis intexuntur. Incurſant negotia, infidi amici, eccleſiæ res paſtore & gubernatore carent. Pereunt bona, nuda & aperta ſunt mala, navigatio in nocte, fax nuſquam, Chriſtus dormit. Quid faciam? Una mihi malorum depulſio, mors. At res etiam alterius vitæ mihi formidoloſæ ſunt, ex hujus vitæ rebus conjecturam ducenti.* Morbus, quo laborabat Gregorius, fuit impedimento quominùs in hoc triſti eventu communibus amicis adeſſet, & ſanctos Baſilii cineres exoſcularetur. Cæſarienſis eccleſiæ, tanto ornamento ſpoliatæ, ſolitudo, ſpectaculum erat Gregorio prorſus intolerabile. Ipſe dimidiâ ſuî parte mortuus & diſſectus ſibi videbatur, amiſſo tali ſocio; a quo etiam per nocturnas viſiones, ut olim cùm viveret, admonebatur & caſtigabatur, ſi quid feciſſet minùs decorè. Baſilii funus ſtrictâ & pedeſtri oratione proſecutus eſt Gregorius. Etenim carmen funebre, duodecim epigrammatiis conſtans, ſuî in Baſilium amoris & deſiderii monumentum eſſe voluit; ſed multò uberiùs, cùm Conſtantinopoli reverſus eximiam de Baſilii laudibus habuit Orationem,

Epiſt. al. 37.

Epiſt. al. 39.

(*a*) Καὶ μοι διῆλθεν οὐ βραχὺς τῇδε χρόνος.

in

in qua omnes ingenii vires & eloquentiæ flores profudit. Si Baronio fides in vita Gregorii, is « Cùm de infirmitate, quâ detinebatur, aliquantulum allevatus esset, no- »bilissimam illam panegyrim in laudem Basilii conscripsit, qua vitam ejus exactè mo- »numentis perpetuis consignavit ». Apud Boll. ad diem 9 Maii p. 398.

CXXI. Gregorius proficiscitur Constantinopolim, abs Thraciæ episcopis & orthodoxis accersitus.

Quamvis præclara sint quæcumque hactenus de Gregorio narravimus, longè præclariora supersunt dicenda, ea scilicet quæ duobus vel tribus annis gessit Constantinopoli; sive illuc a Synodo Antiochena, ut Baronio videtur, missus fuerit, sive rogantibus Constantinopolitanis se contulerit. Credo equidem episcopos veritatis defensores, quibus, postquam fidei perduellis extinctus est Valens, ad suas ecclesias revertendi facultatem dedit Gratianus, consilia iniisse, ut illatas ecclesiis plagas ab Arianis sanarent, tristesque ruinas repararent: credo etiam in eam rem habitas fuisse Synodos. Haud tamen crediderim cum Baronio Gregorium nostrum, Antiochenæ Synodi decreto, eadem de causa jussum esse Constantinopolim proficisci; sed accersitum ab episcopis Thraciæ & ab orthodoxis, qui in urbe regia versabantur. Id ipse testatur Gregorius, cujus verba non significant eum jussu Antiochenæ Synodi Constantinopolim petiisse, ut Baronio placet. Bar. *ib. p.* 399. *col.* 1.

Επεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τῦ πνεύματος,	*Ad hos gratia Spiritûs, multis advocantibus*	Carm. de vita sua, v. 598.
Πολλῶν καλούντων ποιμένων & θρεμμάτων,	*Et pastoribus & ovibus, nos misit,*	
Λαῦ βοηθῦς & λόγυ συλλήπτορας.	*Populi adjutores & doctrinæ defensores.*	

Gregorii biographus eodem quo nos sensu verba illius interpretatur, quamvis erret in Basilio qui jam tum obierat, cùm ait, nullâ Synodi Antiochenæ factâ mentione, eum Constantinopolim statim adfuisse, « Basilio luminari magno, ipsius cupiditati alacritatique quasi »faces quasdam subdente, atque ad spiritualia certamina ipsum inungente, aliisque com- »pluribus episcopis, principisque urbis civibus, fidei pietate præditis, ab eo obnixè »contendentibus, ut ipsis auxilio egentibus malorum se depulsorem præberet ». Id ipse Gregorius in carmine de vita sua confirmat, ubi scribit Constantinopolitanorum in se civium amorem inde natum, quòd ab ipsis accitus, & *eorum opus esset*: οἵ δ' ὡς ἑαυτῶν ἔργον εἶχον ἀσμένως. In altero autem carmine, narrans quomodo a suis deliciis bonisque omnibus abreptus & longè abductus, Constantinopolim se conferre coactus sit, meminit quidem Gregorius *conventuum episcoporum*: τὸ δ' ὃν πρόδηλον, σύλλογοίτε ποιμένων, ϗ λαὸς ὀρθόδοξος. Verùm nihil opus est hæc verba, ut rectè observat Tillemontius, de Synodo Antiochena, quæ non nisi exeunte anno 379 coacta est, interpretari, cùm de Thraciæ episcoporum conventibus commodè & rectè possint atque etiam debeant intelligi. Demum ab amicis etiam, inter quos, præter Basilium, fuere Meletius, Bosphorus Coloniæ episcopus, & alii plures, Constantinopolitanis auxilium ferre compulsus fuit Gregorius. Sic profectus aliquanto post Basilii mortem tempore, *non suâ sponte, sed coactus*, ut ipse testatur: ὅτω μὲν ἦλθον οὐχ ἑκών, &c. Eadem passim repetit, maximè in Oratione quam tum ad Arianos habuit: *Ego*, inquit, *parvulus ille, obscurâ & ignobili patriâ natus, ad vos accessi, idque non ultro, nec me ipsum offerens, ut moris est hodie plerisque, qui ad Ecclesiæ gubernacula temerè prosiliunt, sed accitus ac vi compulsus, & timori Spirituique obsecutus. Quòd si falsa loquor, hoc mihi pro sceleris pœna imprecor, ut diutius hîc belli molestias incassum sustineam, nec quemquam errore liberem, sed voti sui compotes fiant, qui animæ meæ sterilitatem imprecantur.* Adv. Episc. Carm. de vita sua, v. 610. Or. 33. n°. 13.

CXXII. Deploratus Constantinopolitanæ ecclesiæ status.

Luctuosa tunc omnium ecclesiarum facies, sed nullius luctuosior quàm Constantinopolitanæ, in qua jam ab annis quadraginta grassata fuerat Ariana lues, sub Pontificibus hæreticorum antesignanis, atque etiam ipsis novorum dogmatum conditoribus; sub principibus, quales fuere Constantius & Valens, qui hæreticorum partes tuebantur, Catholicos vexabant, & pro errore contra veritatem toto, ut ita dicam, imperii corpore certabant. Quàm deploratus esset ecclesiæ Constantinopolitanæ status, quivis facilè colliget auditis tantùm eorum nominibus, qui sedem illam tenuerunt ab anno 339, quo Arianis, cæso vindice fidei orthodoxæ pontifice Paulo, impunè in ea grassari licitum est. Hanc, relictâ sede Nicomediensi, Ariani dux agminis confestim eo anno invasit Eusebius, post quem in Macedonii manus infelix hæc ecclesia devenit. Expulso ab ipsismet Arianis, anno 360, ob inauditam crudelitatem doctrinæque inconstantiam Macedonio, Eudoxius fex hæreticorum, idemque perditissimus hæresiarcha, Aëtii Arianorum longè impiissimi discipulus, suffectus est. Is anno 370 impietatis cursum absolvit.

CXXIII. Ariani latè dominantur in urbe: templa occupant: alia commutata in sepulcra.

Tum verò respirare paululum visi sunt Catholici, sibique Evagrium episcopum jam cooptarant. Sed mox Valens Imperator, Arianæ tutela perfidiæ, pulso in exilium Evagrio cum Eustathio presbytero, qui ipsius electionis auctor fuerat, Eudoxio Demophilum æquè impium ac nefandum substituit. Ita Ariani summâ rerum Ecclesiæ potiti, vix pietatis *reliquias*, & excitandæ a Gregorio fidei *semina* reliquerant. Templorum alia ab hæreticis occupata, atque inprimis amplissimum illud, *Sophia cognominatum*, tunc *Diaboli propugnaculum* magis quàm ecclesia, ubi *suos ille milites ac defensores collocarat*; imò ubi *dæmonum exercitus, furiarumque ac spirituum legiones aderant immundorum.* Or. 35. n°. 3.

Or. 42. n°. 23. Alia, *ex templis in ſepulcra commutata, alia cruore Sanctorum aſperſa profanataque : presbyteri exuſti ;* Catholici *contumeliis* vexati, *bonorum direptione, exilio ; eccleſiis, domibus, ipſis etiam pulſi ſolitudinibus... grex exiguus, ac ne grex quidem, ſed parvum quoddam & tenue gregis veſtigium, aut reliquiæ ; præclarè ſecum agi putabant, ſi ſalutem ſuam ſurripere liceret.*

Ibid. n°. 2.

CXXIV. Variæ hæreſes Conſtantinopoli graſſabantur præter Arianam.

Neque ſolùm Ariana lues Conſtantinopoli graſſabatur, verùm ibi quoque Novatiani, Macedoniani, Photiniani, Marcelliani, Sabelliani, Eunomiani, jamjamque Apollinariſtæ pullulantes, veritati ac fidei unà cum Catholicis exulanti bellum indixerant. His etenim, inquit Baronius, è portis inferi eductis legionibus, & Conſtantinopoli velut in ſtativis collocatis, antiquus hoſtis fidem Catholicam oppugnabat.

Socr. l. 2. c. 38. Sozom. p. 571.

Tam triſti, atque etiam *triſtiori ſtatu*, ſi Gregorium ipſum audias, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ res erant, cùm ab epiſcopis & a populis ob eam, quæ mare tranſierat, ſcientiæ ac ſanctitatis famam, qua precibus, qua obteſtationibus vocatus accituſque, Conſtantinopolim antiquæ rursùm fidei conditor Theologus venit.

Or. 33. n°. 13.

CXXV. Quibus armis pugnaturus contra Hæreticos inſtructus venit Gregorius.

Carm. al. 1. v. 591.

Venit autem *cum poteſtate minimè ſanè contemnenda*, cumque ipſius, ut quidam interpretantur, autoritate Imperatoris ; quanquam Davidis noſtri contra Goliath & Philiſthæos *arma non carnalia ſed potentia Deo.* Nec enim præſentiâ corporis quidquam infirmius ; *Peregrinus præco & exterus ; parvâ civitate ac ne civitate quidem, ſed arido, inamœno, infrequenti loco natus, obſcuro terrarum angulo abditus hucuſque ; contractis ſenectute membris, & curvato humi corpore, vultu haud eleganti, rugis aratus, fletu tabidus & fame, agreſti voce & aſperâ, viliori veſte ; pauperrimus, nec pecuniâ quàm alis inſtructior.* Sic ſe ipſe in carminibus & orationibus depingit Gregorius. Corpore vir tantulus, ſed Spiritu, potens opere & ſermone, principum hujus ſæculi poteſtatumque munitiones, conſilia, & quæ adversùs ſcientiam Dei ſe extollebat, altitudinem omnem deſtructurus progreditur, *Theologi triumphale nomen*, ut cum Baronio loquar, inde meritò ſibi comparaturus.

Boll. *9 Maii*, p. 403.

II. Cor. x. 4.

CXXVI. A cognatis hoſpitio exceptus. Pia erat domus, in quam conveniebant orthodoxi.

Conſtantinopolim igitur veniens Gregorius anno 379, a cognatis quibuſdam ſuis hoſpitio exceptus eſt. Nulla enim tum Catholicis in ea urbe erat eccleſia, adeò Arianorum factio invaluerat. De domo, quæ Theologum excepit, hæc ſcribit : *Domus quædam pia, amore Dei flagrans, non ſecus atque Eliſæum Sunamitidis domus, nos refocillavit ; domus, inquam, hominum corporis ſpiritûſque mecum cognatione conjunctorum ; apud quos populus hic quoque compactus eſt, cùm furtim orthodoxam fidem perſecutionibus vexatam atque afflictam hauriret ; nequaquam liberè nec ſine periculo.*

Or. 26. n°. 17.

CXXVII. Exiguus ille locus, ob reſtitutam fidem dictus poſtea Anaſtaſia.

Exiguus erat ille locus, ubi tunc primùm convenit populus, & in eccleſiam mutatus ; idemque eſt qui laxatus, ob reſtitutam ac velut a mortuis excitatam in ea Catholicam fidem *Anaſtaſia* ſubinde eſt appellatus.

Carm. de vita ſua, v. 1083.

Ἀναστασία, ναῶν ὁ τιμιώτατος,
Ἡ πίστιν ἐξήγειρας ἐν γῇ κειμένην.
Anaſtaſia, templorum maximè venerabile,
Quæ jacentem humi fidem exſuſcitaſti.

Quam etiam appellationem confirmatam nonnulli volunt ; apud Sozomenum, reſurrectione feminæ ejuſque fœtûs, quem utero geſtabat ; & ſanctæ Martyris Anaſtaſiæ reliquiis poſteà depoſitis ad *roſtra Domnini*, ſive, ut aliis placet, *porticum*, ubi *Anaſtaſiæ* templum ab eruditis collocatur. Verùm quidquid ſit de reſurrectione feminæ ejuſque fœtûs, & de depoſitis a Gennadio Patriarcha in hac æde reliquiis ; conſtat Anaſtaſiam inde dictam eſſe, quòd collapſa fides illic excitata eſt ; quod iterum atque iterum teſtatur Gregorius, & tam diſertè, ut nullum eſſe poſſit dubium. Jam nunc res ejus præclarè geſtas Conſtantinopoli proſequamur.

CXXVIII. Ita creſcit Anaſtaſia, ut brevi omnes Conſtantinopolitanas amplitudine & magnificentiâ ſuperet eccleſias. In hac nova Bethleem omnes hæreticos oppugnat fugatque Gregorius.

Exiguus, ut jam diximus, primùm locus fuit Anaſtaſia ; ſed mutatus in eccleſiam ita crevit brevi tempore, ut jam ab anno 398 marmora, quibus ornaretur, quæreret Nectarius, atque etiam ſacras ædes Conſtantinopolitanas magnificentiâ & amplitudine, Socratis & Sozomeni tempore, ſuperaret. In hac itaque *nova Bethleem*, quo nomine eam appellat Gregorius, ob anguſtos loci ambitus, Chriſti antiqua fides revixit, & *intermortua* ad vitam rediit. Demum in hac *Silo, quadraginta annis circumacta in deſerto, incertiſque vagata ſedibus, arca fixa eſt, ac requievit arca Noë altera, novi mundi & orthodoxorum ſeminarium ferens* & conſervans. « Tam anguſto foramine, ut optimè »Baronius, perinde ac ſi in latiſſimo campo, adversùs fidei hoſtes certabat Theo»logus ; uno rotatu gladii circumcirca poſitos hæreticos, Arianos, Macedonianos, »Photinianos, Sabellianos, Apollinariſtas, ac Novatianos perurgebat profligabatque... »Erant manus ejus contra omnes, ac manus omnium contra eum ; ſicque exaltata ſunt »opera Dei, ut unus non tantùm mille fugaret, ſed & decem millia. Extat adhuc, pergit »eminentiſſimus Scriptor, appenſus in Eccleſia pallio involutus poſt Ephod gladius ille, »quo noſter Coriphæus manu fortis Philiſtinorum turmas in fugam vertit. Extant,

Soc. l. 5. c. 7. p. 263. Soz. l. 7. c. 5. Ap. Bol. 9. *Maii*, p. 400.

»inquam, ſublimes illæ Gregorii Orationes, pretioſiſſima Dei Eccleſiæ ſuppellectilia, »quibus prædictas hæreſes oppugnavit; inter quas illæ celebriores habentur, quæ *de* » *Theologia* ſunt inſcriptæ, » &c.

CXXVIII. Fidei cauſam egregiè defendit Gregorius. Tali defenſore tempus egebat. Carm. de vita, v. 656.

His eloquentiſſimis ſermonibus egregiè fidei cauſam defendit Gregorius, Catholicos docet, Hæreticos refellit. Tali defenſore tempus egebat; tam peritum Oratorem, ad defenſionem fidei Catholicæ, luctuoſus eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſtatus requirebat; eaque cauſa fuerat, cur in hanc urbem ſe conferret, vel potiùs cur in eam mitteretur. Civitas quæ, Arianis aliiſque hæreticis plena, adveniente Gregorio efferbuerat, (*a*) commota ejus Orationibus in eum exarſit. Quanam ex iis Orationibus quæ ſuperſunt, veram de Trinitate fidem nuntiandi exordium ſumſerit, haud conſtat. Oratio quæ nunc vigeſima eſt, olim verò vigeſima-nona, non immeritò prima videri poſſit, aut ſaltem una ex prioribus quas Theologus Conſtantinopoli habuit.

CXXIX. Quâ ratione res divinas tractat Gregorius.

Res divinas ſuis in ſermonibus leniter, moderatè, prudenter tractabat Orator Chriſtianus; non diſputando, ſed docendo; non ut philoſophus, verùm ut Apoſtolorum diſcipulus; non ut profanus, ſed ut ſacer Orator atque Evangelii præco. Pernicioſa hæreticorum dogmata refellebat, non convitiis laceſſendo, neque enim quemquam vel ſermone læſit unquam, ſed invictis rationibus & argumentis pugnando, ita ut aut ſuaderet, aut elingues redderet. Bellum indixit erroribus, non hominibus; perverſa dogmata inſectabatur, non ipſos homines; quorum ſalutis tanto deſiderio tenebatur, *ut anathema etiam a Chriſto eſſe, ac nonnihil, ut damnatus, perpeti non recuſaſſet; modò ſecum adjungerentur* (*b*), *communibuſque animis Trinitatem celebrarent.* Ex ipſo diſcimus Gregorio, quam in defendenda veritate, refellendiſque hæreticorum dogmatibus, viam ſecutus fuerit. *Vultis*, inquit Patres Concilii Conſtantinopolitani alloquens, *aliquid juvenilius adjiciam? Videtiſne adverſarias linguas miteſcentes, & eos qui divinitati bellum indixerunt, nihil jam nobis turbarum faceſſentes? Id quoque Spiritûs, id quoque agriculturæ noſtræ eſt. Non enim inerudite docemus, neque adverſarios convitiis & contumeliis inceſſimus, quemadmodùm plerique faciunt, non cum dogmate ſed cum dogmatis aſſertoribus confligentes, ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes; non aliter ac ſepias ante ſe atramentum vomere aiunt, ut piſcatores effugiant. Verùm nos pro Chriſto bellum gerere hoc argumento declaramus, quòd ſecundùm illum pacificum & clementem Chriſtum, ac noſtras infirmitates portantem, dicamus.* Hæc fuit Gregorii de rebus fidei diſputandi ratio: id placido animo, a jurgiis temperans, mirâ quadam eos urbanitate & lepore demulcens, agere ſolebat. Inſignem in eo genere Orationem, *de moderatione in diſputatione ſervanda*, Conſtantinopli pronuntiavit. At non is erat qui, ut moderationis famam ſibi colligeret, aliquid de veritate, mollius contendendo, detereret. *Neque enim*, inquit, *cum veræ atque orthodoxæ fidei pernicie paci ſtudemus, nonnihil de animorum contentione remittentes, ut moderationis & æquitatis famam colligamus*, (*non enim quod bonum eſt malè aucupamur*,) *atque interim tamen pacem colimus, legitimè nimirum pugnantes, atque intra limites noſtros Spiritûſque regulam noſmet continentes. Ac de his quidem ita ſentio, cunctiſque animarum diſpenſatoribus rectæque doctrinæ arbitris legem ſtatuo: ut nec aſperitate ſuâ adverſariorum animos exulcerent, nec ſubmiſſione inſolentiores efficiant; ſed prudenter & conſultè in fidei cauſa ſe gerant, nec in alterutro horum mediocritatis lineas tranſiliant.*

Or. 41. n°. 8.

CXXX. Gregorii ratio diſputandi contra hæreticos; placido animo diſputat, mirâ urbanitate demulcet.

Or. 42. n°. 13.

CXXXI. Nihil de veritate detrit, leniter diſputando.

Or. 42. n°. 13.

Omnes concurſu magno ad talem Oratorem audiendum accedebant, non modò Catholici, verùm etiam Hæretici, cujuſvis ſectæ, imò exteri & a fide alieni; alii ejus doctrinâ, alii ipſius eloquentiâ illecti. Exſultabant gaudiis ſanæ fidei ſectatores, cùm cernerent veritatem, quæ tot annis urbe exularat, & extincta videbatur, reducem & redivivam liberè prædicari; hæreticos autem, qui tamdiu graſſati fuerant, tantâ dicendi copiâ, tam firmis expugnari argumentis & obrui, ut ne mutire quidem auderent, & ad Theologi verba aures ſuas vel pervicaciſſimi inflecterent.

CXXXII. Accurritur ab univerſis, Catholicis, Hæreticis, infidelibus, ad ejus ſermones.

Nec verò tantùm errores refellere, perverſa dogmata convellere, qui quidem præcipuus fuit Gregorius ſcopus, verùm etiam morum præcepta tradere ſatagebat. In quo dicendi genere ſic compoſitus erat, ut quæ prodeſſent audientibus, illorum auribus ingereret. Commonefaciebat ut ſe in Dei lege exercerent, alendo pauperes & hoſpites, morbo laborantibus opem ferentes, in hymnis Deum celebrando, in precibus, gemitibus, lacrymis; humi cubando, ſenſus cohibendo; gulam, riſum, iram, carnem frenando; linguæ temperando, ut nec omnia, nec ubique, nec apud quoſvis, ſed quantùm, quando & ad quos loqui eſſet opportunum, loquerentur. Hæc & alia plurima,

CXXXIII. Non tantùm fidei dogmata confirmat, & errores refellit Gregorius, ſed morum quoque præcepta tradit.

(*a*) Πολλοῖς συνηνέχθημεν ἐλθόντες κακοῖς.
Πρῶτον μὲν ἐξέζεσε καθ' ἡμῶν ἡ πόλις,
Ως εἰσαγόντων ἀνθ' ἑνὸς πλείους θεούς.

(*b*) Ωσθε καὶ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ, καὶ παθεῖν τι ὡς κατάκριτος δέχομαι· μόνον εἰ σὺν ἡμῖν καὶ κοινῇ τὴν Τριάδα δοξάσαιμεν.

non ad ingenii & doctrinæ oſtentationem, ſed ad pietatem excitandam plebemque permovendam tractabat minimè fucatæ eloquentiæ vi. Hæc erat Gregorii circa inſtitutionem morum ratio dicendi & docendi: ex quo colligi poteſt permultas hujus generis Orationes Conſtantinopoli habitas periiſſe.

CXXXIV. Ad verba Oratoris accedente exemplo, & ad Orationes vitæ ſanctitate, miros habet fructus. Or. 33. n°. 15.

Cùm autem ad verba exemplum, ad Orationes vitæ ſanctitas accederet, dictiſque facta congruerent, mirum quantos ſucceſſus habuerit Gregorius; quàm multos è Catholicis ad meliorem vitam, & Hæreticos ab errore ad ſanam doctrinam reduxerit; quot oves perditas ad ovile reportaverit, quot lupos depoſitâ fævitie inter oves recenſuerit, quàm immenſum denique gregem ex exiguo conſpexerit. Id quidem, priuſquam accideret, ſperaverat, cùm Arianos Conſtantinopoli latè dominari cerneret: ſecum enim cogitans, his ſe verbis & ſpe melioris temporis ſolabatur: *Domos Ariani habent, nos hoſpitem; hi templa, nos Deum, idque prætereà quòd viva Dei vivi templa ſumus, victimæ vivæ... Hi populos habent, nos Angelos; hi temeritatem & audaciam, nos fidem; hi minas, nos preces & orationes; hi feriendi inſolentiam, nos patientiam; hi aurum & argentum, nos purgatam fidei doctrinam... At mihi grex exiguus? Sed ad præcipitia non fertur. At anguſta mihi caula? Sed lupis inacceſſa... Nec dubito quin eam quoque aliquando latiorem proſpecturus ſim. Multi enim ex iis qui nunc in luporum numero ſunt, a me inter oves recenſebuntur, ac fortaſſe etiam inter paſtores.* Addit Gregorius: *Hoc mihi annuntiat feliciter bonus ille Paſtor, propter quem ego animam meam pro ovibus pono.* Quibus ſignificare videtur ſe Dei beneficio, quorumdam quæ futura eſſent bonorum viſione ac promiſſione recreatum fuiſſe.

CXXXV. Hos ſe fructus habiturum ſperaverat, ipſique Deus forſitan oſtenderat.

CXXXVI. Hi fructus non eloquentiæ, quæ tamen maxima erat, ſed Oratoris pietati & patientiæ tribuendi. Tales fructus unius juſti perſecutione vexati precibus aliquando Deus concedit. Or. 42. n°. 5.

Tam felices exitus non tam eloquentiæ Gregorii, quæ maxima erat, quàm ipſius pietati & patientiæ adſcribendi ſunt. Hos uberrimos prædicationis fructus percepit, illo dante incrementum, *Qui pauperem facit & ditat, qui mortificat & vivificat, qui ſolâ voluntate omnia facit & immutat... idque plerumque unius juſti, diuturnâ perſecutione vexati precibus permotus.* Vir ille ipſe fuit Theologus, qui diuturnâ Arianorum perſecutione vexatus; qui non modò dicteriis, ſcommatibus, calumniis, injuriis laceſſitus, verùm etiam ad judicum tribunal raptus, ac veluti cædis reus, demum ſaxis impetitus, patienter tulit, dicens cum Stephano: *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum*, uberes benedictiones pro maledictis rependit, pro perſecutoribus preces fudit. Tantâ patientiâ complurium perditorum animos ſibi conciliavit, idque conſecutus eſt ut victos hoſtes ad Catholicam fidem amplectendam provocaret. Quæ profectò res hominibus noſtris documento eſſe debet, licèt ad convertendas ad Chriſtum animas ingenii ac doctrinæ præſidia requirantur, tamen conſpectâ vitæ morumque innocentiâ & patientiâ plus multò quàm literis aut concertationibus profici.

CXXXVII. Permotus Gregorii famâ Hieronymus, è Syria Conſtantinopolim venit, ut ejus fiat diſcipulus.

Tot & tam præclarè pièque rebus geſtis Gregorii fama longè latèque diffuſa eſt, adeò ut Hieronymus è Syria, tam longinquo terrarum ſpatio, Conſtantinopolim ſe contulerit. « Res planè admiratione digna eſt, ut cum Baronio loquar, hominem, quem ob inſi-
» gnem eruditionem conſulerent Occidentales epiſcopi, qui orbem doceret, tam longa &
» difficilia itinera peragraſſe, ut Gregorii mereretur eſſe auditor, ac ſub tanto magiſtro
» poſſet profiteri diſcipulum; inde ſibi ſummum gloriæ decus conciliaturum exiſtimans
» cum acceſſione doctrinæ. Imò eo nomine, ut regalibus quibuſdam inſignibus ac præ-
» clariſſimo quodam ornamento, gloriari conſuevit. *Ego eo magiſtro glorior & exulto*,
» inquit. Et ad Pammachium ſcribens, ſe eo explicante ſacras didiciſſe Scripturas affir-
» mat, eumque præceptorem ſuum appellat. Præceptor quondam meus, Gregorius Na-
» zianzenus, inquit, rogatus a me ut exponeret quid ſibi vellet in Luca* δευτέροπρωτον ele-
» ganter luſit: *Docebo te*, inquiens, *ſuper hac re in Eccleſia, in qua mihi omni populo acclamante, cogeris invitus ſcire quod neſcis; aut certè ſi ſolus tacueris, ſolus ab omnibus ſtultitiæ condemnaberis.* Quo tempore adhærebat Gregorio Hieronymus, tanto duce ac magiſtro obſcuriſſimam viſionem illam Iſaiæ de Seraphim exponere tentavit, ut is ipſe verbis teſtatur: « De hac viſione ante annos circiter triginta, cùm eſſem Conſtan-
» tinopoli, & apud virum eloquentiſſimum Gregorium Nazianzenum, tunc ejus urbis epiſ-
» copum ſanctum, Scripturarum ſtudiis erudirer, ſcio me brevem dictaſſe ſubitumque
» tractatum, ut experimentum caperem ingenioli mei, & amicis jubentibus obedirem ».
Epiſcopus ergo tunc erat Gregorius Conſtantinopolis, cùm eo magiſtro uſus eſt Hieronymus, ut ipſe aſſerit; qui ſi in hanc urbem ſe contulerit anno 379, ut putat Baronius, neceſſe eſt ut tribus fere annis in hac urbe verſatum fuiſſe Hieronymum concedamus: anno ſi quidem 381 Gregorius hujus urbis eccleſiæ præfectus eſt epiſcopus. Id non ægrè Baronio concederemus, ſi ſuæ opinionis firmas afferret rationes; verùm nullas affert.

Apud Boll. 9 *Maii*, p. 402.

Epiſt. ad Pammach.

* Primum a die ſecundo azymorum: ab hoc enim die ſeptem Sabbata, ſive ſept. Hebdomadæ numerandæ erant.

Comm. in Iſa. c. 6.

CXXXVIII. Orti inter Orthodoxos diſſidii occaſione, Hæ-

Intereà diſſidium inter Orthodoxos Conſtantinopoli exortum eſt, unde ipſis inſultandi anſam arripiebant Hæretici, quos geminâ Oratione *de pace* refellit Theologus. Diſſidium illud non aliud nobis videtur fuiſſe, quàm Meletii & Paulini de Antiocheno epiſcopatu contentio, cujus causâ non urbs modò Conſtantinopolitana, verùm etiam orbis

orbis universus contraria in studia scindebatur. De his dictum satis in Monito ad utramque Orationem ; ambæ enim sunt de eodem argumento. Alterâ Theologus ad pacem dissentientes hortatur, alterâ compositam pacem gratulatur. Alias Orationes habuit eodem anno 379 Gregorius, sed de his commodiùs in Monitis cuique præviis.

reici ipsis insultandi ansam arripiunt, quos Gregorius refellit.

Acto tot tempestatibus Gregorio alia adhuc gravior & molestior supervenit : de turbamentis ecclesiæ Constantinopolitanæ a Maximo excitatis anno 380 loquimur. Lætissima quidem hujus anni fuerant initia. Theodosius Imperator, jam debellatis hostibus firmatoque solio, baptisatus ab Ascholio Thessalonicensi episcopo Catholico, lege datâ 28 Februarii, fidem quam Damasus Romæ, Petrus Alexandriæ profiterentur, tenendam sanxerat. Mutatis in melius Catholicorum rebus, aliqua Gregorio spes erat se tandem pace fruiturum, cùm Maximus novam & periculosiorem excitat tempestatem. Patriâ is Alexandrinus erat, Philosophus, sectâ Cynicus, professione, habitu & moribus. Constantinopolim venerat, habitu corporis, baculo, pallio, barbâ & prolixâ comâ ostentans philosophum, verbis autem Christianum ; martyrum filium, seque martyrem jactitans ; Catholicæ fidei causâ verberibus cæsum, atque in Oasim vastam illam solitudinem se relegatum fuisse mentitus, cùm reverâ ob fœdissima scelera in exilium missus esset, ut Gregorius testatur. Quid plura ? Gregorius dolis & mendaciis deceptus hunc humanissimè exceperat, mensâ & tecto dignatus, veneratus ut martyrem, & demum pro concione laudarat : dixit enim in laudem ejus Orationem illam, cui titulus *in laudem Heronis*, quæ forsan exeunte anno 379 habita est. Hunc aliò profecturum rogavit Gregorius, ut Constantinopolim reverteretur. Redux ex itinere, benignissimè iterum a Gregorio suscipitur, inter amicos numeratur, & beneficiis cumulatur. Fallitur tamen Gregorii vitæ scriptor, cùm ait Maximum ab eo in clerum adscriptum fuisse. Tunc enim primùm prolixam comam depositi, cùm episcopus a suis fuit ordinatus.

CXXXIX. Maximus Philosophus Constantinopolim venit. Cod. Theod. 16. c. 1. l. 2. p. 45.

Quis & qualis Cynicus.

Benignissimè excipitur a Gregorio, quem dolis & mendaciis ita decipit, ut in ejus laudem habuerit Orationem.

Quibus dolis & fraudibus nefarium istud consilium, quod jam diu mente conceperat, perficere conatus sit homo nequissimus, longè latèque prosequitur Gregorius in carmine de vita sua : nobis sat erit summa rerum sequi fastigia. Postquam Maximus, *peritus scelerum artifex & machinator,* suis mendaciis circumvenit Theologum, virum candidum, minimè suspicacem, aliisque longè artibus occupatum & assuetum, suâ eum sede deturbare, & eam invadere aggreditur. Huic se facinori aptaverat, avertendo paulatim nonnullos a Gregorio, quos ab ipso alienos noverat ; ascisendo sibi sceleris consortem è Gregorii sacerdotibus unum, natione barbarum & moribus, qui licèt beneficiis a Gregorio cumulatus, veteri in eum odio & invidiâ urebatur. Hi ambo ingrati contra Gregorium unà conjurant ; viros seditiosos & ad quodlibet scelus paratos, nautasque emtos pecuniâ ad se convocant. Pecuniam suppeditavit quidam presbyter, qui ex Naxo insula Constantinopolim venerat ad emendas pro ecclesiæ suæ usu marmoris Proconesii tabulas. Petrum Alexandrinum a Gregorio divellunt, & in suam sententiam pertrahunt ; Petrum, inquam, abducunt, suisque fraudibus perficiunt, ut qui per literas nuper Gregorium Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopum præfecerat, huic Ecclesiæ Maximum, abjecto Gregorio, præficere laboret, mittatque episcopos Ægyptios, qui episcopatum illi decernant. His ita paratis, jam facto opus erat, & extrema sceleri, seu iniquæ molitioni, manus admovenda. Rem aggrediuntur per amicas noctis tenebras, opportunam nacti occasionem, cùm Gregorius in morbum incidisset. Ecclesiam invadunt, Maximum consecrare & in solium collocare festinant. Priùs tamen quàm absolvissent, res tam nefaria innotuit, omnesque, non modò Orthodoxos, verùm ipsos etiam Arianos horrore affecit. Concurrere omnes ad ecclesiam, deprehendunt in opus peregrinos incumbentes episcopos, in eos conclamant. Quibus conclamantibus, Maximus cum suis effugit Ægyptiis : tum in sordidam Choraulæ domunculam ingressi, clanculum scelus inchoatum absolvunt. Hæc fuit Maximi ordinatio, qui furente plebe, totaque in eum plaustra convitiorum effundente, ejectus est civitate. Repulsam quoque a Theodosio passus est, quem cum suis episcopis Maximus, opem imploraturus, adiit Thessalonicæ circa mensem Augustum, anni 380. Tum Alexandriam petit, ipsumque Petrum hujus urbis episcopum aggreditur, & ab eo postulat, ut vel sedem Constantinopolitanam adipisci faciat, vel suum ipsi solium tradat ; sed Prætor cum manu militari superveniens Maximum expulit.

CXL. Gregorium è sua sede deturbare eamque invadere tentat Maximus. Carm. de vita sua, v. 1000.

CXLI. Cùm suum scelus perficeret Maximus, operique incumberet, deprehensus, ejectus est civitate.

Interea Gregorius, quàm maximo perculsus dolore, id tamen solatii habebat, quod spes aliqua affulgebat id se consecuturum, ut sibi ab urbe discedendi copia daretur. Cujus consilium cùm populus cognovisset ex quibusdam verbis, queis ut suorum memores essent laborum hortabatur ; (*a*) tum facto agmine, viri, mulieres, juvenes, virgines, senes, nobiles, ignobiles, circumstantes queruntur, vim pene inferunt, suum ejulando præsulem a sententia demovere nituntur. Quod cùm constanter recusaret,

CXLII. Perculsus dolore Gregorius, solabatur spe discedendi copiam se consecuturum.

(*a*) Καὶ τῶν ἐμῶν μέμνησθε φίλτατοι πόνων. Carm. de vita sua, v. 1064.

precibus exorant ut saltem maneat, nec trucibus lupis gregem addicat : sicque ipsi concessum est urbe egredi, ut corporis animique vires eâ tempestate nonnihil læsas in villa aliquantulum restauraret. Non ita multò post redux Orationem, olim XXVIII, nunc XXVI, habuit, quæ miram pastoris erga oves caritatem spirat.

CXLIII. Theodosius Constantinopolim venit.

Lib. 5. de Civit. c. 26.

Hic erat rerum status, cùm Theodosius Thessalonicâ Constantinopolim venit die Novembris 24, anni 380. Ab ipso imperii sui initio nihil antiquius habuerat quàm de fide Catholica benè mereri : *Justissimis & misericordissimis legibus*, ut Augustini verbis utar, *adversus impios laboranti Ecclesiæ subvenire* non cessaverat, quam Valens hæreticus, impensè favens Arianis, vehementer afflixerat ; cujus Ecclesiæ *membrum esse, magis quàm in terris regnare gaudebat.* Gregorium quàm honorificentissimè Theodosius excipit, amplexatur, benignè alloquitur, præcipuam urbis Ecclesiam, nimirum sanctæ Sophiæ, quam annis quadraginta occupaverant Ariani, tradit his verbis eum compellans : *Dat tibi Deus & tuis laboribus per nos templum istud*, &c. Demophilum, qui Eudoxio Ariano Arianus ipse successerat in Constantinopolitana sede, accersit Imperator, monet ut abdicatâ hæresi fidem Catholicam cum suis profiteatur ; quod eo negante, jussit Theodosius hæreticos ecclesiis excedere, quas orthodoxis restituit. Hæc 26 Novembris contigisse auctor est Socrates ; mense verò Decembri Marcellinus in chronico. Mox Imperator unà cum Gregorio majorem Basilicam ingreditur : quò simul ut ingressi fuere, sol, qui prius erat in nubilo, refulsit. *Ibi*, inquit Gregorius, *cùm hoc spectaculo subiisset animos fiducia, quæ aderat multitudo infinita, clamare totis viribus ac deposcere nos impræsentiarum haud aliter ac si hoc unum defuisset, princepsque ac maximum a summo principe hoc civitati thronis ipsis anteponendum munus, si urbis solio* (Episcopali) *ab ipso donaremur. Hoc viri dignitate præcipui, hoc infimum vulgus agitabat. Omnes ex æquo rem desiderabant. Hoc altâ voce mulieres inclamabant, pene ampliùs quàm mulieres deceret. Incredibile quoddam repercusso fragore tonitru audiebatur.*

CXLIV. Honorificè Gregorium excipit : Demophilum ejicit : Ecclesias Catholicis restituit.

Carm. 1. v. 1315.

CXLV. Majorem Basilicam ingreditur Gregorius unà cum Theodosio : cœlum, quod antea nubilum erat, serenatur ad ingressum Gregorii in templum.

CXLVI. Episcopale solium ut conscenderet, quamvis omnes peterent, cogi non potest.

Theod. l. 5. hist c. 5 & 6.

Tunc quidem victrix fuit Theologi modestia, nec cogi potuit ut episcopale solium conscenderet : verùm ad agendas Deo gratias populi studia *vir divinus*, Theodoreti verba sunt, providâ dexteritate convertit. Frendebant Ariani, sed circumstantes milites hos in officio continuere : *Unus tantùm ensis nudatus fuit & posted reconditus, fractaque plebis audacia.* Aliquanto post tempore, cùm unanimi omnium ordinum postulationi, votis & clamoribus, suffragia episcoporum plenariique, non provinciæ solùm, sed Orientis etiam penè totius, & œcumenici Concilii quod Theodosius convocarat, renuntiatio solemniter accessisset, in sede Constantinopolitana clamans & gemens collocatus est Gregorius. *Quidquid Oriens*, inquit, *habebat, exceptâ Ægypto, populi antistitum ad Romam usque secundam, terræ marisque ex intimis recessibus concitatum coiit. His præsidebat vir pietate maximus . . . moribus mellitus & nomine* (Meletium significat). *Hi me collocant firmantque in augusta sede clamantem & gementem, una tamen de causa non planè repugnantem.*

CXLVII. In sede Constantinopolitana Gregorius collocatur.

Carm. de vit. v. 1517.

Nequidem Ægyptiorum consensus videtur defuisse ; quos scilicet, maximè his verbis, alloquitur Gregorius : *Heri inthroniste, hodiè persecutores ;* è throno nimirum, in quo vos ipsi me collocastis heri, hodiè dejicientes. Itaque nullius propemodum in toto Concilio generali consensus suffragiumve defuit. Demum non defuit ipsius Gregorii consensus, *una tamen de causa non repugnantis.* Hinc apparet quàm legitimè & canonibus convenienter Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopus creatus sit Gregorius, atque habendus.

CXLVIII. Summo consensu Gregorius in sede Constantinopolitana collocatus, nullius penè suffragium defuit.

CXLIX. Gemens & clamans, non tamen planè repugnans collocatur Gregorius.

Carm. de Episc.

Quænam autem illa una fuit causa, cur vir tam modestus regendæ ecclesiæ curam, quod toties detrectaverat, suscipere non recusaverit ? Pacis studium. Quo enim Sasimensem primùm fugit episcopatum, deinde Nazianzenum, hoc eodem pacis amore Constantinopolitanum suscepit. Spes erat illi quippe conciliandorum Regia in urbe animorum, & extinguendæ discordiæ, quæ exorta erat occasione schismatis Antiochenæ ecclesiæ. Quid gesserit Gregorius, quid præstiterit Constantinopoli, ex ipso juvat audire : *Laboravi, populum in medio luporum collegi, gregi aquâ carenti de meæ doctrinæ fonte potum præbui, feci sementem ejus fidei, quæ est in Deo fundata. Trinitatis lumen illis patefeci, qui priùs in tenebris versabantur. Adeòque quasi coagulum quoddam eram in lacte persuasionis vi cogentis pharmacum. Et alios quidem jam constrictos tenebam, alii propè aberant, alii statim idem facturi erant : in omnibus autem iracundia flectebatur, quæ priùs in eis fervebat, & doctrina mea jam benevolentiâ quadam erat temperata. Idem de toto populo sperandum videbatur*, &c. Hi fuere Gregorii successus Constantinopoli ; hæc felix rerum mutatio ipsius curis & laboribus parta ; hæc nova & splendida fidei & religionis facies, quæ horrida erat cùm in urbem se contulit, cujus omnes ecclesias per quadraginta annos occupaverant Arianorum antesignani, Imperatorum freti potentiâ. Hæc verò cùm certa sint ex Historicis Græcis, etiam testimonio suo Ambrosius in libro de Spiritu Sancto confirmat.

Quæ Gregorio in urbe Regia vivendi ratio fuerit, quæ in eum paratæ insidiæ, quæ adversariorum ejus de eo querimoniæ, quæ demum ejus defensiones, Gregorius ipse tum in Carminibus, tum in Orationibus enarrare compulsus est. CL. Gregoriana gesta in urbe Constantinopolitana.

Haud scio, inquit, *quibus verbis enarrem quæ secuta sunt,*
Cùm ingentem rerum ac negotiorum molem secum trahant....
Dicam tamen quàm potero moderatissimè. Carm. de vit. v. 1400. & seqq.

Primò apud se statuit non eos imitari, qui Regum & Magnatum januis assidebant; & accusando, vel pietatis quæstum ambiendo indecorè se gerebant; desiderari potiùs quàm odio haberi maluit; ex raritate venerationem sibi mercatus est. Quos anxios vidit ob ea in se commissa, quorum sibi conscii erant, alios beneficentiâ prosecutus est, alios pecuniis juvit; omnes metu liberavit. Sicarium in cubiculum ejus ingressum, & consilii sui atrocitate permotum, in genua provolutum & lacrymantem, his verbis coram omnibus affatus est: *Ibid.*

Servet te Deus; me autem qui servatus sum,
Lenem videri in sicarium non magna res est.
Meum te fecit audacia: vide
Quomodo & me, & Deo dignus fias. *Ibid.* v. 1466.

Hoc audito civitas omnis quæ, ob tradita orthodoxis templa & ejectos Arianos, *ingemiscebat, & ut gigas ille fertur qui fulmine ictus in monte Ætna fumum & ignem è profundo emittebat, statim emollita est, ut ferrum ignis violentiâ.* *Ibid.*

Tantæ porro Ecclesiæ præsul institutus, proventusque & infinitam omnis generis eximiamque suppellectilem consecutus, ne unica quidem drachma hinc facultates suas auxit; cùm tamen maximam talentorum copiam, si ita ipsius voluntas tulisset, colligere potuisset. Ne redituum quidem & administrationis rationem ab iis, qui Ecclesiæ negotia procurassent, repetivit; haud tamen ignarus id ab iis improbatum iri qui pecuniis inferiores sunt, & quàm indecora sit in Ecclesiæ ministris avaritiæ suspicio, non intelligunt. Ipsi etiam exprobratum est quòd nec mensâ lautâ & opiparâ, nec magnificâ veste uteretur, nec splendidè in publicum prodiret, nec eos qui eum adibant, graviter & cum fastu exciperet. Quam quidem accusationem in Oratione valedictoria coram universali Concilio ita diluit: *Nesciebam scilicet nobis cum Consulibus, & Præfectis, clarissimisque belli Ducibus, qui tot opibus copiisque circumfluunt, ut, quò sua projiciant, non habeant, æmulationem & certamen esse; illudque oportere, ut & nobis, pauperum bonis ad luxum & delicias abutentibus, venter undique comprimatur, & necessaria in res superfluas effundantur, atque altaria ipsa ructibus nostris contaminentur. Nesciebam nos equis insignibus & lascivis ferri, sellisque & curribus magnificè attolli, ac cum fastu & pompa deduci, velutque blandâ manu demulceri oportere, atque omnes nobis, perinde ac belluis, de via decedere, & in utramque viæ partem scindi & distrahi, aut etiam tantam præeuntium turbam esse, ut procul incessus noster conspicuus appareat.* Or. 42. n°. 24.

Cùm autem multi essent quos hæc apologia perstringeret, inde est quòd Gregorius se a multorum moribus alienum esse profiteatur, nec se miraturum, si quando vinculis ut incommodus & morosus astringatur, aut etiam musto plenus censeatur, ut Christi discipuli cum linguis loquerentur: *Ignorante scilicet multitudine id Spiritûs vi & facultate fieri, non mentis aberratione.* *Ibid.* n°. 22.

Aliundè novimus quibusnam oblectamentis labores suos levare solitus esset: *Inambulabam*, inquit, *ego solus, vergente jam ad occasum sole. Locus porrò in quo spatiabar, maris ripa erat. Semper enim soleo hujusmodi oblectamentis labores dissolvere ac relaxare; quandoquidem nec perpetuam contentionem nervus ferre potest.* Or. 26. n°. 8.

Quo pacto se adhiberet erga eos qui persecutionis tempore lapsi erant, ipse Gregorius docet his verbis: *Ne ipse quidem eos recipio, qui vel nullo modo, vel non satis deprimuntur, nec patrato crimini parem vitæ emendationem afferunt; cùmque recipio, convenientem ipsis locum assigno.* Or. 39. n°. 19.

Propositâ quasi universâ Gregorii in urbe Constantinopolitana episcopatûs summâ, nunc singula recensеamus. Post restitutas orthodoxis ecclesias, convocatum à Theodosio Concilium diximus. Ex toto Oriente Constantinopolim episcopi convenere numero 150, ut fidem Nicænam confirmarent, & Regiæ urbi episcopum præficerent. Nullum fortè celebratum unquam est concilium, ad quod tot præsules sanctitate insignes convenerint. Hos inter eminebant sanctus Meletius Antiochenus, sanctus Gregorius Nyssenus ejusque frater sanctus Petrus Sebastenus, sanctus Amphilochius, &c. Alii verò non pauci aderant longè dissimiles, & valde moribus dispares, quos Gregorius noster asperiùs tractat. Ex his erant nonnulli, qui Valentis tempore, pulsis in exilium præsulibus orthodoxis, Arianorum favore vacantes sedes occupaverant. Hujusmodi pontifices, tempori servientes, sub Arianis principibus Ariani erant, sub orthodoxis fidem orthodoxam profitebantur. CLI. Concilium generale convocat Theodosius an. 381.

In hoc Concilio, quod secundum generale est, & primum Constantinopoli habitum, causa Maximi Cynici, qui in sedem Constantinopolitanam irrepere tentaverat, tantasque turbas excitarat, agitata est. Communi omnium consensu irrita Cynici ordinatio habita CLII. In eo Concilio Maximi irrita ordina-

tio declaratur, Maximus ab ecclesia ejectus. Electio Gregorii confirmata. Præfuit concilio, saltem post Meletii mortem.

fuit, sancitum est Maximum nec fuisse nec esse episcopum; & qui ab ipso ordinati essent in quocumque ecclesiæ gradu, clericos non esse habendos. Uno verbo, quæcumque circa ipsum, vel ab ipso acta fuerant, a Concilio improbata ac rescissa sunt, ejectusque Maximus ab ecclesia, & a fidelium consortio remotus. Quibus peractis, Theologi electio communi patrum calculo probata & confirmata, ipse in sede Constantinopolitana multùm quidem gemens, non tamen ut anteà repugnans, collocatus est a sancto Meletio Concilii præside, qui jam vel ante Concilium in urbem venisse creditur, ut Gregorii electionem confirmaret, & *sponsum sponsæ daret*, ut loquitur Nyssenus, qui hâc die Orationem habuit. Gregorius noster Concilii præses fuisse videtur, si minùs statim atque

Mors Meletii.

in solio episcopali constitutus fuit, saltem postquam mors abstulit Meletium, bonis omnibus flebilem, nulli verò flebiliorem quàm Gregorio. Insignis hoc sæculo moribus, pietate, scientiâ præsul fuit Meletius, maximè verò certaminibus pro defendenda veritate adversus hæreticos susceptis, sub Imperatoribus Constantio, Juliano, Valente, a quibus sæpe in exilium pulsus fuit. Ecclesiæ pacem sanctus præsul moriens episcopis commendaverat, Gregorio teste; qui & ipse pacis studiosissimus, hâc unâ causâ in sede Constantinopolitana locari se passus fuerat, ut Orientales & Occidentales, quorum alii pro Meletio, alii pro Paulino stabant, ad concordiam revocaret, & luctuosum schisma, quo Catholicus orbis scindebatur, extingueret.

CLIII. Gregorius in hac erat sententia, ut Meletio successor non ordinaretur. Sed adeò non persuasit, ut omnium pene odia in se concitaverit.

Sublato igitur e vivis Meletio, Gregorii sententia fuit, pacta esse servanda, nec Meletio ordinandum esse successorem; siquidem anteà convenerat, ut illi qui priùs moreretur, sive Paulinus, sive Meletius foret, nullus subrogaretur, & superstes alter Antiochenam sedem occuparet. Hæc, inquam, fuit Gregorii sententia, cui quidem si ceteri paruissent, magna illa lis composita fuisset. Suadere conatus est, ut sineretur Paulinus, jam senio confectus, paucis diebus quibus vita superstes foret, solus Antiochenam sedem occupare; quo defuncto, in ejus tunc locum subrogarent Orientales quem vellent. Hæc ejus fuere verba ad Concilii Constantinopolitani patres: *Thronum retineat qui tenuit ad hunc diem* (nempè Paulinus) *: Quid hoc nocebit*, &c. Nihil tam prudenti sententiâ profecit Gregorius, adeòque non persuasit quod volebat, nec dissidentes ad concordiam revocavit, ut etiam omnium in se odia incenderet. In sua tamen sententia, vir justi rectique tenax, constanter perseveravit, contestatus se throno episcopali potiùs cessurum, quàm ut eos, si prava decernerent, sequeretur. Quæ Gregorii contestatio indecoris excepta est clamoribus: *Clamitant illi undique, ut graculorum turba,* &c. Itaque vicit juniorum epis-

Carm. de vita sua, v. 1627, &c.

Ibid. v. 1683.

CLIV. Vincit juniorum factio episcoporum, qui etiam seniores in suam pertrahunt sententiam: & Flavianus presbyter Antiochenus Meletii successor electus est.

coporum factio, qui seniores in suam pertraxere sententiam; atque etiam, haud quidem per se, sed per Gregorii familiares, ipsius constantiam tentare ausi sunt, ut suaderent id quod de Flaviano in Meletii locum substituendo cogitabant. Sed repulsam passi sunt. *Quid necesse est dicere, quibus vocibus ab his amicis nostra canities fuit tentata ?* Hæc & alia plura Gregorius, qui indignabundus *è medio pedem cœpit eximere;* imò & è domo sua in aliam migravit, extrahens seipsum *a profundo Ecclesiæ*, ubi domus erat episcopalis, ut procul esset *a malis sermonibus & conventibus.* Ut audivit populus domum a Gregorio commutatam esse, penè incredibile est quibus gemitibus, quot & quantis lacrymis pastorem suum omnes Catholici deflerent, quibus orationibus, ut a proposito desisteret, cum eo contenderent. His quidem movebatur Gregorius, sed tamen nondum a prima sententia desistere potuit. Cùm autem a Concilio discessisset, tum Flavianus, presbyter Antiochenus, Meletii successor electus est communibus eorum omnium qui remanserant votis; sicque discordia Orientales inter & Occidentales perseveravit: quod tantum Gregorio mœrorem incussit, ut sedem Constantinopolitanam deserere firmus statuerit. Assensi sunt omnes Concili patres; tum Orientales, Gregorio infensi ob denegatum Flaviano suffragium; tum Occidentales, Ægyptii nempè & Macedones, recèns Constantinopolim advecti, qui pro sua in Orientales æmulatione, Gregorium, licèt Paulini causam tueretur, ipsisque adeò faveret, non ob aliud eum throno episcopali cedere passi sunt, quàm quod ab Orientalibus in eo fuisset collocatus, ac quidquid ab ipsis actum fuerat cassum irritumque esse vellent.

CLV. Orientales & Occidentales episcopi, variis de causis, Gregorio sedem suam relinquere volenti, non adversantur.

Hinc illorum querelæ adversus Gregorii promotionem, *non tam ipsius odio, vel ut alium in throno collocarent, quàm ut molestiam aliquam his, qui eum in illo collocaverant, parerent*, negotiumque facesserent. *Saltem remotis arbitris*, inquit Gregorius, *hoc mihi interdum asserebant.* Certè Ægyptii ac Macedones, qui Occidentalium partes tuebantur, non poterant nisi bene velle Gregorio, qui tam strenuè pro componenda pace adversùs Orientales decertans, episcoporum Occidentalium patrocinium susceperat. Itaque Orientalibus episcopis odio erat Gregorius, eo quòd causam Occidentalium defendisset; Occidentales verò, in odium Orientalium, de sede in qua ab Orientalibus collocatus fuerat, ac veluti non legitimè occupata, Gregorio negotium conflabant.

Carm. de vit. v. 1810.

CLVI. Gregorius abdicat se episcopatu.

Hæc ubi moveri intellexit Gregorius, arreptâ occasione *effringit vincula.* In medium progressus, episcopos alloquitur, ad pacem & concordiam hortatur. Tum subjungit: *Quæ quidem ad me spectant parvi pendite . . . Ego Jonas Propheta ero. Trado me*

Ibid. v. 1827. & 1841.

ipse

ipſe ad ſalutem navis, quamvis procellæ nulla in me cauſa reſideat. Sublatum me ſortis exitu projicite. Hoſpitale me ex profundo cete excipiet. Sic mirando inauditoque honorum ac ſuî ipſius contemtu, nec non raro & ſingulari pacis concordiæque ſtudio, Gregorius epiſcopatu Conſtantinopolitano ſeſe abdicat. Protinus è conventu egreſſus adit Theodoſium, a quo enixis impetrat precibus ut abdicationi acquieſcat. Pius quidem Imperator, qui Gregorium ob ſingularem eloquentiam maximi faciebat, & ob eximiam pietatem impensè venerabatur, *haud libenter, ut ferunt, ejus votis ceſſit; ceſſit tamen.* Non ſolùm autem pacis amor & concordiæ, ſed alia bene multa in cauſa fuere, cur epiſcopatum deponeret Gregorius. Id cernere eſt in variis Theologi carminibus & epiſtolis, ſed potiſſimum in egregia illa Oratione, quam, acceptâ a patribus Concilii & ab Imperatore diſcedendi facultate, in primario urbis templo coram centum quinquaginta epiſcopis populoque Conſtantinopolitano habuit, priuſquam diſcederet. Hanc qui legerit, vix temperet a lacrymis: nihil enim hâc Oratione eloquentius, nihil ad permovendum aptius; maximè verò cùm extremum vale gementi lacrymiſque perfuſo gregi dicit & dilectiſſimæ Anaſtaſiæ, quæ in medullis ipſi hærebat, & hæſit ſemper; adeò ut ſemper in ejus mente eſſet, in ore verſaretur, atque etiam dormienti per ſomnia repræſentaretur. Tantâ vi omnes adverſariorum querelas diluit, tam diſertè & manifeſtò ſuam ipſius innocentiam, caritatem, paſtoralem ſollicitudinem oculis omnium exhibuit, ut mirum ſi ejus detractores pudore non ſuffunderentur, & ſinguli, ejus diſceſſum lamentantes, eum a propoſito deterrere non conarentur.

CLVII. Facultatem diſcedendi a Theodoſio faciliùs obtinet Gregorius. Carm. de vita ſua, v. 1901.

CLVIII. Non ſine lacrymis quiſquam legerit extremum vale, quod gregi ſuo lacrymis perfuſo dixit Gregorius in Orat. coram epiſcopis, nunc 42.

Sic Gregorius Conſtantinopolim reliquit anno 381, labente Julio, poſt triennii in urbe commorationem; cujus ſedem non niſi per aliquot hebdomadas tenuerat, ex quo ſcilicet in ea a Concilio generali, ab Imperatore, toto ſpectante & plaudente populo, fuerat collocatus. Hinc Gregorius ſic epiſcopos alloquitur: *Heri locaſtis in throno, hodie dejicitis.* Quamvis autem nimiùm faciles epiſcopi ejus votis annuerint, nonnullos tamen id ægrè tuliſſe, aureſque obſtruxiſſe, atque etiam effugiſſe ne alium in ipſius throno ſedentem conſpicerent, ex Gregorio diſcimus: quorum nomina, licèt taceat, hos epiſcopos fuiſſe credimus Amphilochium, Gregorium Nyſſenum, Petrum Sebaſtenum ejus germanum, Helladium, ceteroſque Præſules ſingulari pietate & ſcientiâ commendandos, qui cum Gregorio familiaritate jam dudum conjuncti erant, ejuſque virtutem norant.

CLIX. Anno 381 labente menſe Julio Conſtantinopolim reliquit. *Ibid.* v. 1936.

CLX. Fuere epiſcopi qui id ægrè tulerunt, aureſque obſtruxerunt, & effugerunt ne alium in throno Gregorii ſedentem cernerent.

Noſtri non eſt inſtituti cetera, quæ in Concilio Conſtantinopolitano geſta ſunt poſt Gregorii diſceſſum, proſequi; quæ licèt magni ſint momenti, a propoſito noſtro, ad quod etiam non videntur pertinere, nos longiùs abducerent. Gregorium urbe diſcedentem & patriam repetentem ſequamur. Quo tempore Conſtantinopoli digreſſus ſit non patet; at credibile eſt eum, quàm primum potuit, profectum eſſe, nec expectaſſe donec alter in ejus locum ſubrogaretur. Priuſquam diſcederet, teſtamentum condidit, quod etiamnum extat, appoſitis plurium epiſcoporum nominibus, qui tunc Conſtantinopoli verſabantur. *Sanè teſtamentum hoc*, inquit Poſſevinus, *digniſſimum eſt, in quod epiſcopi, quique ſacerdotia pinguia tenent, ſeriò inſpiciant, eumque imitentur, ſi velint procul a carne & ſanguine ſibi & animarum ſaluti ſeriò conſulere.*

CLXI. Teſtamentum condit Gregorius. Appar. ſac. p. 671.

Gregorius, tot glorioſis adversùs hæreticos defunctus prælìis, tot exantlatis laboribus ad reparandam fidem antiquam, quæ penè collapſa erat Conſtantinopoli, denique tot rebus præclarè geſtis, gaudio geſtiens patriam repetit, in qua ſe otio ac quiete optatâque ſolitudine fruiturum ſperabat. Gaudio tamen permixtus erat dolor: non enim ſiccis oculis dulces natos, quos in catholicâ fide genuerat, & caram liquit Anaſtaſiam. In natale ſolum æger advenit, nec idcircò ſuam abdicationem pluribus tunc approbavit, licet præclarium facinus tantâ ſui oblivione decretum, tantâ animi elatione conſummatum, omnes poſthac mirati ſint. Amicorum variæ de hac re opiniones Gregorium non latuerunt. Philagrio, viro ſpectabili, ſemetipſum per literas excuſanti quòd eum non inviſeret, ac timere ſe ſignificanti ne nimis inconſideratè ſuam ipſe Gregorius eccleſiam deſeruiſſet, ita reſpondit: *Et me ſcito admodum afflictâ eſſe valetudine... Nobis haudquaquam parva leviſque momenti ſunt ea, de quibus ſcripſiſti: proindè nec ipſi perfunctoriè & negligenter, ſed perquàm accuratè, conſideratâ re atque perpenſâ, ad hoc judicum venimus. Feſſi ac fracti ſumus, cum invidia, & cum ſacris Epiſcopis communem concordiam dirimentibus, fideique cauſam privatis contentionibus poſteriorem habentibus, concertantes. Quocirca navigii proram, ut dici ſolet, convertere, noſque... in nosipſos colligere decrevimus: atque alios quidem eminus ſpectare mutuò ſe impetentes.*

CLXII. Nazianzum revertitur Gregorius. Epiſt. al. 65.

Attamen in patriam reverſo eâ frui requiè, cui tantopere ſtudebat, nec domeſtico ſtatim licuit otiari. Vacabat per id temporis eccleſiæ Nazianzenæ ſedes, nequicquam Sozomeno contrarium ſcribente. Hanc enim ſibi cariſſimam eccleſiam, navis inſtar ductore carentis, mediis in fluctibus errantem, procellis actam & Apollinariſtarum incurſibus patentem, a ſe inventam Gregorius ipſe teſtatur iambico carmine olim XXIII, nunc CLX.

CLXIII. Epiſcopum Nazianzi conſtituere fruſtra conatur. Lib. VII. cap. 7.

Cùm enim veniſſem, peregrina
Linquens ſedem terra,
Dulcemque plebem
Ut vidi, ſtatim menti occurrit

Arca, quæ ſola
Effugit inundationem....
Hanc enim, cùm defeciſſet
Penè vera doctrina,
Servavit ligno
Magnus pater meus,
Totius totam Trinitatis
Cultricem reddens.
Hanc afflictam abſque præſule,
Velut navem in alto,
Carentem gubernatore,
Jactatam tempeſtate,
Maximorum malorum,
Extrahere è gurgite volebam.

Cùm verò navis penè confractæ clavum nec tenere ipſi animus eſſet, nec per valetudinem liceret; memor tamen pii parentis in hac gubernanda & inſtauranda laborum, eam penitùs naufragio perire non ferebat. Itaque virum frangendis æſtuantium undarum incurſibus idoneum ei præficere curavit, virum quidem adhuc laicum atque ærarii eccleſiæ cuſtodem recèns conſtitutum, cetera virtutibus, quales in epiſcopo requiras, inſigniter ornatum & abundè inſtructum. Verùm ſpem mentitus eſt exitus, flagrante invidiâ presbyterorum eccleſiæ; quarum pars a Gregorio Sarcolatrarum appellata (Tillemontius Apollinariſtas interpretatur) palàm apertèque repugnabat; pars obſecundantis ſpecie clanculum adverſabatur: quodque magis mirere, antiſtites qui ſe Gregorii amicos profitebantur, qui ſuam illi hac in re opem erant profeſſi, fidem datam fefellerunt. Quàm porrò graviter id tulerit, his atque aliis verbis in eodem carmine ſignificat:

Verumtamen deceptus ſum, ô Trinitas
A me prædicata!
Periit fides in Deum,
Periit ex hominibus.
Quò quis ſe conferat? & quibus
Jungat ſe ſocium?

CLXIV. Arianzum ſe recipit, & inde Cæſaream ſe confert.

Tum verò Gregorius, commiſsâ Cledonio presbytero Nazianzenæ eccleſiæ curâ, Arianzum, in domum paternam, valetudinis causâ & ſolitudinis amore ſe recepit, nec ante medium circiter annum 382 Nazianzum reverſus eſt. Cæſaream interea ſe contulit, ut Baſilio Magno, tribus abhinc prope annis ad ſuperos evocato, juſta perſolveret: quod quidem in Oratione nunc XLII ſic executus eſt, ut in præclaris amici facinoribus enarrandis omnes eloquentiæ chriſtianæ opes profunderet, atque obtrectatoribus qui Baſilii indolem accuſare, aut ejus de Spiritu Sancto doctrinam, & in ea prædicanda morem carpere auſi fuerant, os in perpetuum occluderet.

CLXV. Quid in ſolitudine ageret.

In ſolitudine quo pacto ſe haberet Gregorius, quibus rebus vacaret, quo ſenſu amicos, quo etiam inimicos proſequeretur, ſcribens ad Amazonium ipſemet declarat his verbis: *Si quis communium amicorum, quos permultos eſſe confido, ex te percontetur, ubi nunc Gregorius, & quid rerum agat, dicere ne dubites eum quietè ac tranquillè philoſophari, non magis eos, a quibus injuria ipſi lata eſt, curantem, quàm eos, de quibus, in lucemne & vitam prodierint, ignotum atque obſcurum eſt: adeò invicto eſt animi robore. Quòd ſi te rurſus idem roget, quomodo amicorum disjunctionem ferat, non jam fidenter reſpondeas eum philoſophari, verùm animo eſſe perquàm humili & abjecto. Alii enim in aliis rebus molliores ſunt, ego autem in amicitia & amicis.*

Epiſt. al. 73.

CLXVI. Calamitates quibus tunc temporis afflictabatur Eccleſia.

Hæc dum ageret ille, optatoque frueretur otio, vehementibus Eccleſia procellis agitabatur, hinc Antiocheno ſchiſmate dilacerata, illinc Apollinariſtarum turbata conatibus; qui licèt ab Oriente & Occidente rejecti, diſſeminandis nunc palam, nunc occultè ſuis erroribus nihilò ſegniùs adlaborabant. Ad hæc Cynicus ille, qui turpiter e ſede Conſtantinopolitana depulſus, in Ægyptum primò ſe receperat, eamque calumniando ſus deque verterat, Italiam concitabat iiſdem artibus. Quibus malis quantocius occurrendum ratus Pontifex Damaſus, generale Concilium Romæ haberi decrevit. Aſt Imperator rem in Oriente peragi ſatius ducens, Conſtantinopoli ſynodum indixit, cui Gregorium præſertim intereſſe ſummopere cupiebat. Cujus voti per Procopium certior factus Gregorius, infelici omnium quibus adfuerat Synodorum exitu ad memoriam revocato, ſuas quominus Auguſto pareret infirmitates obtendit. *Ego*, inquit, *ſi vera ſcribere oportet, hoc animo ſum, ut omnem epiſcoporum conventum fugiam: quoniam nullius Concilii finem lætum & fauſtum vidi, nec quod depulſionem malorum potiùs, quàm acceſſionem & incrementum habuerit... Huic quoque meo judicio patronus morbus accedit, quippe qui me ita diſtorqueat, ut quotidie fere extremos ſpiritus efflem, nec ullâ re meipſo uti queam.* Excuſationem, quam fictam arbitrabatur, adeò non admiſit Imperator, ut novis per Icarium virum illuſtrem & Olympium Cappadociæ Rectorem Gregorio inſtiterit mandatis: quibus acceptis Olympio ſic reſcripſit vir mentiri neſcius: *Hoc mihi morbo ipſo gravius eſt, quòd cùm æger ſim, ægrotare tamen non credar, verùm peregrinationem ita longam inire, atque in medios tumultus meipſum impellere jubear: a quibus ſeceſſiſſe tam mihi gratum fuit, ut hoc nomine gratiam quoque corporis afflictioni propemodum habeam.... Hoc & illuſtriſſimo quoque Icario non ita pridem ſcripſi, cùm idem ab eo juſſum acceptiſſem; & nunc a tua animi magnitudine peto, ut pro nobis quoque id ſcribere non gravetur.* Vicit tandem Gregorii modeſta recuſatio, qui jam antea ſtatuerat nunquam

Epiſt. al. 55.

Epiſt. al. 76.

intereſſe Epiſcoporum conciliis, ut ipſe fatetur ad Theodorum Epiſcopum Tyanenſem ſcribens. *Vocas?* inquit. *Nos vero properamus. Properamus autem, ut ſoli cum ſolo congrediamur. Synodos enim atque colloquia procul ſalutamus; ex quo ſcilicet tempore multa eorum, ut parcè loquar, improba & flagitioſa eſſe comperi.* Epiſt. al. 84.

Quamvis Synodos vitaret Gregorius, eum tamen, non ſecus ac Orbi præeſſet, omnium eccleſiarum tenebat ſollicitudo, ſemper intentus iis quæ ad hæreſum extinctionem aut propagationem fidei ſpectare conſpiceret. *Omnia*, inquit, *apud nos Dei beneficio rectè ſe habent, hoc uno excepto, quod de eccleſiis anxii & ſolliciti ſumus tam fœdè perturbatis.* Epiſt. al. 72. Sua eum inprimis angebat Nazianzena, quam non modò corrumpere, ſed & invadere tentabant Apollinariſtæ. Dum enim ad Xanxaridas thermas longiùs Gregorium morbus abduxiſſet, ſuæ factionis hominibus, quos Nazianzi habebant, contra jus faſque Epiſcopum conſtituere præſumpſerunt. Hos lenitate ſuâ manſuetos placidoſque reddere voluerat & paulatim emollire; at pejores eos effecit: *Non enim*, inquit, *pravos homines lenitas inflectit.* Epiſt. al. 77. Cùm autem abſens malo mederi non valeret, literas ſibi vicarias ſubſtituit, ſcribens Olympio Præfecto his verbis: *Mali homines, Epiſcopos quoſdam, quibus dignitas ab univerſali Concilio abrogata fuerat, accerſentes, aut tranſeuntibus abutentes, imperialibus omnibus conſtitutionibus atque omnibus veſtris edictis violatis, cuidam impii & adulterini ſui gregis Epiſcopi nomen impoſuerunt, nullâ re, ut opinor, perinde freti, atque ſummâ meâ imbecillitate.* *Ibid.* Deinde ſceleris hujus ultionem petit, mitiorem tamen quàm tanta audacia mereretur.

Anno 382 circiter exeunte, rogantibus epiſcopis & univerſo populo, puſillis ac magnis vociferantibus & obſecrantibus, ut aſſumto eccleſiæ Nazianzenæ clavo eam ab imminenti ſervaret naufragio, ceſſit. *Tuæ pietati*, inquit Gregorius, datis ad Boſporium Colonienſem literis, *hoc denuntio, nos manus dare & cedere, atque eccleſiæ curam, Deo dante, ſuſcepturos eſſe, quandoquidem hoc contenditis, ac præſertim urgente hâc tempeſtate, propter imminentem, ut ipſe ſcribis, adverſariorum incurſionem, humileque hoc corpus Deo commodaturos eſſe, quandiu durabit, vireſque noſtræ ferent*, &c. Hæc verba, *quandiu durabit, vireſque ferent*, ſatis evincunt epiſtolam non ad annum 374, ut vult Tillemontius, eſſe referendam, quo Gregorius defuncto patre eccleſiæ Nazianzenæ *curam aliquam geſſit;* ſiquidem tunc temporis non pollicitus fuerat Nazianzi ſe manſurum quandiu vires ferrent, ſed tantùm donec epiſcopus alter eligeretur. CLXVII. Eccleſiæ Nazianzenæ curam gerit. Ep. 138. al. 14. Boſporio.

Circa idem tempus Nazianzenos cives ab ingenti periculo, atque urbem ipſam ab excidio liberavit, quam ſolo ſe æquaturum minabatur Cappadociæ Præfectus in ultionem graviſſimi facinoris. *Audax facinus*, fatetur Gregorius, *verùm nequaquam a communi conſilio, ſed a temerario quorumdam adoleſcentum impetu profectum.* Ob irrogatum forſan gravius quoddam tributum, ventum erat ad ſeditionem; protervi quidam juvenes, violato Cæſaris decreto, etiam hominem occiderant. Interea Gregorius morbo laborans cùm adire Præfectum non poſſet, literas ſcripſit ut eum ad miſericordiam flecteret. His literis atque precibus, Gregorii liberata eſt civitas. Eâ occaſione habitam fuiſſe Orationem XVII coram Præfecto, (is erat Olympius) quæ inſcribitur, *ad cives Nazianzenos trepidantes & Præſidem iratum*, exiſtimavit Baronius; ſed falli videtur. Hæc enim Oratio, cùm adhuc Gregorius pater ſuperſtes eſſet, habita eſt: præterea culpa Nazianzenorum, de qua in Oratione agitur, non perinde gravis eſt ac illa, de qua in epiſtola ad Olympium. CLXVIII. Patriam ab ingenti periculo liberat Gregorius. Ep. al. 49. Apud Boll. 11 *Maii*, p. 421.

Gregorium tandiu Nazianzi in urbe permanſiſſe, donec illi firma ſecuritas redderetur, & optimus illic præficeretur antiſtes, ſcribit Baronius; ſimulque egiſſe apud Helladium Cæſareæ Cappadociæ epiſcopum Metropolitanum, ut Eulalium virum probatiſſimum præficeret eccleſiæ Nazianzenæ, dum ipſe interim ſeceſſum in ſolitudinem meditabatur. Rem paulò aliter contigiſſe ab ipſo Gregorio diſcimus. Eccleſiam quidem Nazianzenam regendam ſuſceperat, quandiu vires ferrent; & eam aliquandiu rexit. Cùm autem gravi morbo laboraret, datis literis ad Theodorum Tyanenſem ſignificavit ſe morbo ab eccleſiæ gubernaculis abductum fuiſſe, ipſique Theodoro hanc curam incumbere: quod ſi non audiatur, addit ſe omnibus publicè prædicaturum, eccleſiam hanc paſtore indigere. *Teſtificor coram Deo & electis Angelis, Dei gregem indigna pati, ut qui ob perditam valetudinem meam nec paſcatur, nec viſitetur... Cùm autem pietas tua ſuperiore loco ſita ſit, ad te oculos conjectos habere neceſſe eſt. Eccleſiam tuam, quo pacto tibi videbitur, cura... Quod ſi hæc dicens ac ſcribens minimè audiar... perſpicuum reddam quòd Eccleſia Epiſcopo indigeat.* Quod minabatur ſe facturum præſtitit Gregorius, gubernacula eccleſiæ Nazianzenæ abdicavit, nec cogi ultra potuit ut ea ſuſciperet. Nequicquam Boſporius Colonienſis, cui primùm ceſſerat, iterum hortatus eſt ut remaneret tantiſper, donec ejus loco epiſcopum conſtituiſſent: repulſam paſſus eſt. Quare coacti ſunt epiſcopi eccleſiæ Nazianzenæ paſtorem dare; & Eulalius, vir inſignis pietate, epiſcopus creatus eſt. Quo ordinato, falſus rumor increbuit Gregorium Nazianzenâ ſede privatum fuiſſe ab Helladio Cæſarienſi; quâ calumniâ Helladium, ceteroſque epiſcopos qui Eulalium CLXIX. Eulalium Nazianzi epiſcopum præfici curat. *Ibid.* p. 422. Epiſt. al. 88.

Ep. al. 42. ordinaverant, liberavit, eos in epistola ad Gregorium Nyssenum excusans; simulque denuntiando se nunquam ecclesiæ Nazianzenæ creatum fuisse episcopum.

CLXX. Vita Gregorii in solitudine. Ex eo tempore Gregorius in rure paterno, voti compos factus, latuit abditus, totosque, quotquot superfuerunt vitæ dies, traduxit; atque ut cum Hieronymo loquar, *monachi vitam exercuit.* A mulierum consuetudine sic alienus, ut cùm propinquus ejus quidam, Valentinianus nomine, sedem in vicinia cum mulieribus posuisset, locum ipse Ep. al. 196. mutaverit, scriptâ subinde ad eum epistolâ conquestus his verbis: *Per summum scelus ejicimur .... Multo melius erat, tabulâ publicè propositâ, nobis secessionem indicere, quàm per mulieres, quas è regione nostra collocasti.... Nisi hoc dictu audax est, nos quoque per Evam è paradiso expulisti.* Sic sibi fugâ consulebat Gregorius, non tantùm ut ab oculis removeret scandalum; verùm etiam ne stimulus carnis, angelus Satanæ qui ipsi datus fuerat, lethale vulnus infligeret. Mirum sane quòd homo gravissimis fatigatus angustiis & ærumnis, senio confectus, morbo laborans, in eremo consistens, carnem continuis domans jejuniis ac vigiliis, cum spiritu fornicationis manus conserere fuerit coactus; ipsi tamen fides habenda, cum hoc iterum atque iterum lugens profiteatur. Carm. de calamitatibus suis. *Furibundo robore sævit caro*, inquit, *nec unquam a bello quiescit... Quamobrem in luctu & squallore versor, cœlestemque illum Regem, qui omnia imperio tenet, supplex obtestor, ut corporis animæque controversiam disceptet, bellumque comprimat.* Dum belli hujus exitum semper timeret, non solis gemitibus amoris Christum, ut sedaret tempestatem hostemque depelleret, urgebat: *Pernicioso*s, inquit, *stuctus extimescens, ventri claustra impono, animum mœrore conficio, lacrymarum vim effundo, sempiterno Regi debilitata genua flecto, & sordidatus incedo.* Eodem animi ardore beatus senex, nihil sciens nisi Christum, & hunc crucifixum, novum sibi mortificationis genus invenit. Ætate gravis fractusque morbo, aliquid de vitæ austeritate remiserat licèt invitus: ut autem mysticum semper cum Christo sacrificium ageret & huic mundo jugiter moreretur; ut oris delicta senumque peculiare vitium, qui quandoque nimiùm loquuntur, purgaret, continuum silentium toto Quadragesimæ tempore sibi imperavit. *Sic ego*, inquit, *præcipitis sermonis* Carm. 55. *impetum conspiciens excedere modum & regulam... inveni optimum remedium; scilicet comprimens totum sermonem excelso pectore, ut discat lingua quæ dicenda & quæ non dicenda sint discernere.*

CLXXI. Nectario scribit adversùs Apollinaristas. Hoc temporis tractu, Hæretici caput extulerunt in urbe Regia, adeò ut liberè conventus agerent, & dogmata sua prædicarent. Alii quidem solâ episcoporum aut præfectorum tolerantiâ id agebant; Apollinaristæ verò, tacitâ vel expressâ licentiâ, seipsos orthodoxis æquiparare, & eâdem cum ipsis libertate frui sinebantur. Quibus auditis Gregorius, Nectario, quem in se benevolum jam expertus erat, epistolam scripsit, quæ inter Orationes numero XLVI censebatur, & de concessa Apollinaristis licentia vehementissimè conquestus est: *Quod autem*, inquit, *ex omnibus ecclesiasticis calamitatibus acerbissimum, Apollinaristarum licentia est, quos haud scio quomodo pietas tua conventuum æquè ac nos habendorum auctoritatem sibi arrogasse atque usurpasse passa fuerit.* Hæreticos illos, errorem suum occultando, Nectario fucum fecisse conjicimus ex eo quòd Gregorius claram dogmatum illorum expositionem epistolæ suæ inserendam crediderit; cui expositioni ista subjunxit: *Si illis, ut & piè sentientibus* (nimirum, ut potè qui piè sentiant) *ea quæ sentiunt docere liberèque promulgare permittitur, quis non videt ecclesiæ doctrinam condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus stante? Neque enim rerum natura fert, duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse.* Non ex eo tantùm quòd tolerentur, sed ex eo quòd piè sentientes judicentur Apollinaristæ, concludit Gregorius ecclesiæ doctrinam condemnari. Quâ quidem observatione falsi convincitur, quod Barbeiracus in hoc sancti Doctoris ratiocinium protulit.

Alias ad Nectarium literas dedit Gregorius pro Bosporio episcopo Colonienſi, de erroribus circa fidem, ac de infractis canonibus insimulato. Verendum erat ne hujusmodi causa in publico Prætorio ageretur; quod ne fieret, obnixè rogavit Gregorius: *Illud autem*, inquit, *minimè ferendum tuæ reverentiæ videatur, quòd nostra publicis Prætoriis traducantur. Nam tametsi sunt Christiani, ut certè Dei benignitate sunt, ejusmodi negotiorum judices: quid commune gladio & Spiritui? Quod si etiam concesserimus, quomodo aut ubinam justum, disputationem de fide cum aliis controversiis implicari?* Ep. al. 227.

CLXXII. Scribendis epistolis & condendis versibus occupatur. Sic Gregorius, post abdicatam Ecclesiæ Nazianzenæ curam, nil minùs decoris domûs Dei flagrans desiderio, catholicis utilitatibus totus incumbebat; nec inertem in solitudine vitam illius fuisse satis testantur tot carmina, quorum pars maxima ab eo tunc condita sunt; tot epistolæ, quibus innocentiæ adversùs oppressores patrocinium suscipit; quibus fidem adversùs hæreticos aut defendit ipse, aut alios ut defendant, hortatur. Quæ quidem omnes epistolæ argumento sunt, quantum in eo fidei studium fuerit, quanta sollicitudo circa res Ecclesiæ, quantus amor proximi, quantum pacis studium, &c.

Longum esset hæc per singula enarrare; sed silentio prætermittere nefas quod sanctus Pontifex egit, saluti animarum semper intentus, ut Nemesium ad Christum alliceret.

Vir

Vir erat omni liberali doctrinâ politiſſimus, ſummæ eloquentiæ, & in foro celeberrimi nominis. Mox illuſtris factus, Cappadociæ præfecturam primùm obtinuit, & integrâ mente magnâque reverentiâ res provinciæ adminiſtravit; ſed quamtumvis & eruditus & prudens, adhuc idolorum cultui addictus erat. Interea, vir literarum amans, Doctorem maximum ſingulari honore proſequi non deſtitit, ipſique neceſſaria levandæ ſenectuti & infirmitati juvandæ ſubſidia generosè ſuppeditavit. Gregorius, ut epiſcopum decebat, non laudes amplificando, ſed monita ſalutis tribuendo, beneficiorum memorem ſe dignè comprobavit. Ingenio hominis exquiſitæ literaturæ obſequens ipſi egregium poëma dedicavit, quo ei ſimulacrorum vanitatem & mendacium exprobraret, & ad unius Dei cultum præſidem tot præclaris dotibus ornatum traduceret. Nemeſius tanti Magiſtri præcepta æquo animo excepit, ad ſanctum Doctorem ſe contulit, cum eo de religione diſſeruit; ſatiſque veriſimile eſt Pontificis ſermonibus edoctum & ſanctitate perculſum, idola ejuraſſe, ipſumque philoſophum hunc eſſe chriſtianum, Nemeſii nomine, qui de anima opus edidit, quod inter opera Gregorii Niſſeni vulgatum eſt.

Talibus negotiis in ſolitudine diſtentus erat Gregorius & condendis carminibus, quæ nihil niſi Chriſtum pietatemque ſpirant, tutiſſimaque dogmata & morum præcepta complectuntur. Pia ubique argumenta, vel animæ & corporis purgatio, vel Theologia, vel precationes ad implorandam opem divinam adversùs carnem & malum dæmonem ad ſcelus ſollicitantem; vel gemitus viri pii, ærumnas ſuas lugentis Chriſtumque orantis, ut vitæ finem afferat. Cantare non ceſſavit vates piiſſimus ad extremum uſque vitæ ſpiritum, morbi quærens ſolatia; quo quidem in dies ingraveſcente, & appropinquante morte, ludere verſibus, & carmina quæ Cygnæa vocant, componere pergebat.

CLXXIII. Moritur Gregorius.

Quamvis autem aſperam ſemper, victuque horridam duxiſſet vitam, ſæviens in corpus, carnem vigiliis, jejuniis aliiſque pœnitentiæ laboribus afflictans, extremæ vitæ certamen imminere ſentiens, jamjam *tartarum caligine horrendum* videre ſibi videbatur, & *ignis flammam, altiſſimamque noctem.* Tum ſupplex ad ſidera palmas tendebat, inclamans beatorum choris ut opem ſibi ferrent, totoque corde ad Deum aſpirans Chriſtum enixè rogabat ut ſe exciperet, & imaginem ſuam non deſereret. Ita beatiſſimus ſenex *proximè moriturus, cygnæo cantu Domino cantans, puriſſimum Deo ſpiritum* reddidit, ac optatam quietem cum agminibus beatorum adeptus eſt. Mortuum hunc eſſe anno undecimo Theodoſii Imperatoris, ſive anno 389, ex Hieronymo diſcimus, qui in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis de Gregorio ſcribit: *Deceſſit ante hoc ferme triennium ſub Theodoſio Imperatore.* Porrò Hieronymus teſtatur ſe hoc opus ſcripſiſſe anno ejuſdem Imperatoris decimo quarto, ex quo ſequitur Gregorium, qui triennio ante deceſſerat, obiiſſe anno undecimo Theodoſii, adeòque anno 389.

Apud Boll. 9 *Maii*, p. 427.

CLXXIV. Quâ ſtaturâ corporis fuerit Gregorius.

Corpore robuſto fuit Gregorius, ſed aſſiduis morbis vitæque moleſtiis, prætereaque jejuniis, vigiliis, chameuniis ita fracto ac debilitato, ut ſibi ſenectutem, quod ipſemet teſtatur, acceleraverit. Anonymus Græcus, a Baronio laudatus, quâ ſtaturâ fuerit his verbis exprimit in codice 540. Bibl. Vat. « Staturâ mediocri erat, pallidus aliquantulum, »non tamen citra venuſtatem: depreſſo naſo, ſuperciliis in rectum protenſis, aſpectu »blando & ſuavi, altero oculo nempè dextro ſubtriſtis, quem cicatrix quædam contra»hebat, barba non promiſſa, ſed denſa tamen. Quâ parte calvus non erat, nam ſub»calvus erat, albos crines habebat, ſummas item barbæ partes velut fumo obſitas oſ»tendebat ». Gregorii autem animi effigies ex rebus geſtis, quas enarravimus, nec non ex ipſius ſcriptis, in quibus ipſe ſeſe depingit, ſatis perſpicitur. Suum ipſe ſibi epitaphium paraverat, quod præcipuos vitæ ipſius eventus duodecim verſibus elegiacis complectitur. Dies feſtus Gregorii agitur nono Maii apud Latinos; apud Græcos autem Januarii trigeſimo unà cum ſancto Baſilio & ſancto Chryſoſtomo. Sed peculiaris Gregorio ſoli ſacer & ſolemnis apud eoſdem Græcos eſt menſis Januarii vigeſimus-quintus dies.

Ib. p. 428.

CLXXV. Dies feſtus Gregorii.

CLXXVI. Quanta apud omnes Gregorii exiſtimatio.

Quanta fuerit olim apud veteres, hodieque etiamnum ſit apud recentiores, Gregorii ejuſque operum exiſtimatio, inde conſtat, quòd Patres omnes non tantùm Græci, verùm etiam Latini, ac Theologi, nec non Scripturarum interpretes, in adſtruendis fidei dogmatibus, oppugnandis erroribus & exponendis Scripturis, ipſius auctoritatem paſſim adhibeant. Exemplo eſſe poteſt, & inſtar omnium ſit Auguſtinus, qui lib. 1. contra Julianum, peccatum originale adverſus Pelagianos Gregorii auctoritate adſtruit. « Sed non tibi deerit magni nominis & famâ celeberrimâ illuſtris epiſcopus etiam de »partibus Orientis, cujus eloquia ingentis merito gratiæ, etiam in linguam latinam »tranſlata uſquequaque claruerunt: ſedeat ergo cum iſtis patribus etiam ſanctus Gregorius, »& cum eis tuæ criminationis inanem patiatur invidiam: dum tamen cum eis contra »novitiam peſtem veſtram, medicinalem proferat & ipſe ſententiam ». Hæc de Gregorio noſtro Auguſtinus; qui, prolatis pluribus Gregorii teſtimoniis, ita proſequitur: « An tibi »parva in uno Gregorio epiſcoporum Orientalium videtur auctoritas? Eſt quidem tanta »perſona, ut neque ille hoc niſi ex fide Chriſtiana omnibus notiſſima diceret; nec illi

Cap. 5. n°. 15. Tom. x. p. 504.

Ibid. n°. 16.

»eum tam clarum haberent atque venerandum, niſi hæc ab illo dicta ex regula notiſſimæ »veritatis agnoſcerent».

CLXXVII. Tranſlatio. Sacræ Gregorii Reliquiæ è Cappadocia Conſtantinopolim tranſlatæ ſunt, Imperante Conſtantino Porphyrogenito, qui epiſtolam a ſe Gregorio Nazianzeno ſcriptam iis tradidit, quibus ſacri theſauri Conſtantinopolim devehendi cura fuerat commendata. Hâc autem epiſtolâ Gregorium rogabat, ut ne Conſtantinopolim venire gravaretur. « Tu ad »nos accedere ne dubita, a quibus ſpiritu ac favore tuo nunquam abſis, qui planè or»phani ut eſſemus non es paſſus ... Votis igitur piis annue, ad nos te inclina, rever»tere ad eum qui tanto tuî deſiderio tenetur gregem, populum tuum benignus reviſe, »in urbem eam ingredere, in qua periclitantem religionis orthodoxæ cauſam egregiè »quondam confirmaſti». Extat hæc epiſtola in Oratione, habita de tranſlatione, quam Orationem ex Mſ. græco Regis Sardiniæ latinè vulgarunt Bollandiſtæ, p. 448, &c. græcè quoque, p. 769, &c. Ii verò qui miſſi fuerant, Gregorii oſſa planè integra repererunt, inſolitam & inexplicabilem odoris fragrantiam ſpirantia, eaque loculo ad id parato impoſita læti detulerunt. Imperator cum Sacerdotibus, omnibuſque magnæ urbis incolis, honorificè obviam profecti ſunt ſacris reliquiis, quæ primùm intra regias ædes, in palatii eccleſia, ſeu Oratorio, depoſitæ, poſteaque in Apoſtolorum templo juxta ſancti Chryſoſtomi corpus repoſitæ ſunt.

CLXXVIII. Altera Tranſlatio corporis Gregorii Cp. Romam. Boll. 9 *Maii*, p. 454. Alteram corporis ſancti Gregorii « Tranſlationem Conſtantinopoli Romam factam, »*firmâ certâque traditione didicimus*, inquit Baronius, eam ob cauſam, quòd graſſantibus barbaris in eas regiones, ſanctimoniales feminæ, in quarum eccleſia tantus »theſaurus erat conditus, fugâ ſuæ pudicitiæ conſulentes, acceptum venerandum corpus, »impoſitumque navigio, ad tutum pietatis azylum Romam confugientes, detulerunt; »atque in templo ſanctæ Mariæ in Campo-Martio, ſibi ab apoſtolica ſede conceſſo, »condiderunt; ibique in adjacente domo, in qua habitabant, more patrio divinas laudes »per dies ſingulos perſolvebant. Quibus jam vitâ functis, ceſſit locus Romanis virgi»nibus, quæ ibidem non ſub regula ſancti Baſilii, ut illæ olim, ſed ſub inſtitutis ſancti »Benedicti hactenus perſeverant». Hæc Baronius, qui addit hanc tranſlationem *ſub-obſcuram* fuiſſe. Subobſcura ſanè; nam tam denſis tenebris involuta, tam gravibus intricata difficultatibus, ut eas depellere & ſolvere difficillimum ſit.

CLXXIX. Tranſlatio corporis Gregorii facta a Gregor. XIII Summo Pontifice. Denique alia eſt, & celeberrima quidem illa tranſlatio corporis Gregorii, quod Gregorius XIII, ſummus Pontifex, ex eccleſia Dei genitricis ad Campum-Martium, in capellam a ſe in Baſilica ſancti Petri magnificentiſſimè exornatam ſummâ celebritate tranſtulit IX menſis Junii anni 1578. Hujus tranſlationis hiſtoriam ex Mſ. libro Bibliothecæ Vaticanæ vulgarunt Bollandiſtæ ad diem nonam Maii, p. 457. Veneti tamen corpus Gregorii Nazianzeni integrum Conſtantinopoli devectum Venetias apud ſe in eccleſia ſancti Zachariæ aſſervari gloriantur. Alterutrum ex his corporibus forſan eſſe Gregorii patris corpus cum Bollandiſtis dicere fas eſt.

CLXXX. Sanctorum Baſilii & Gregorii caracteres adumbrantur. Ad hujus hiſtoriæ coronidem conſentaneum fortè quibuſdam videbitur, ut cum in ea frequens adeò Baſilii mentio injecta fuerit, arctiſſimoque Doctor eximius ſocietatis vinculo, veritatis amore ac virtutum dignâ æmulatione Gregorio conglutinatus fuerit, diverſos utriuſque, comparatione quadam inter eos inſtitutâ, caracteres adumbremus; ut ſic ſingulis eorum velut collectis lineamentis, amborum perfectam imaginem, quantùm tenui penicillo fas eſt, exprimamus.

Illud quidem patiatur Scriptorum profanorum conditio, ut quorum virtutes nihil excedunt humanæ naturæ vires, eos ratio inter ſe mutuò conferre utcumque poſſit. Sed longè major eſt mea ergà ſanctiſſimos illos præſules veneratio & obſervantia, quàm ut id oneris in me ſuſcipiam. Quibus enim inter ſe conveniant quibus-ve differant dotibus, ſolus hic novit qui eos, quibus voluit, pro ſumma ſua ſapientia diſtinxit donis, vel pares fecit.

Nemo tamen non mirabitur quàm ſpiret in eorum libris ſolidum eloquentiæ robur; quàm ingeniosè politèque ſcribendi copia, quàm acuta ſententiarum venuſtas, eam ut ſolitudo non obſcuraverit, non extinxerit auſterioris vitæ aſperitas. Quanquam hoc quidem inter utrumque diſcrimen reperiatur, quòd plus admodum ſeria ſit Baſilii Oratio, Gregorii verò plus habeat vividi ſalis, plus gratiæ.

Id ſibi magis ſumebat ille, ut animos moveret flecteretque; hic verò magis etiam ut delectaret. Orationem ille magis copioſam, uberibuſque ſententiis pleniorem effundebat; hic verò plus abundabat lepore, plus argutiis. Suavis quidem & fortis, ſed nativa planè, & nihil ab arte mutuata præſidii, ſeſe ultrò Baſilii prodebat eloquentia. Huc verò etiam adjiciebat animum, & quaſi in parte officii ponebat Gregorius, ut ſuam alioqui ſplendidiſſimam exereret.

Ille in exigendis ad chriſtianæ diſciplinæ rigorem moribus adeò religioſus fuit, ut vel ſeverior videretur. Hic verò ſummam vitæ auſteritatem divino delibutus gaudio adeò colebat, eam ut omnibus eſſe vel maximè amabilem inſinuaret.

Majeſtatem ſpirabat moderata leniſque Baſilii indoles : contrà micabat in Gregorio ignea quædam ingenii vis, & vivax perſpicacia. Gravitatis alter & modeſtiæ adeò diligens fuit, ut quamvis ipſi ſuppeteret argutiſſimus in jocando lepos, ab iis tamen prorsùs abhorruerit quæ vel leviſſimam joci ſpeciem præ ſe ferrent. Jocos alter eo pietatis ſucco reſperſit, ut ſales inter & facetias virtutem animis inſtillaret. Baſilius denique hominum obſervantiam ſibi magis conciliabat, ac penè cultum ; Gregorius verò ſuavi morum amœnitate omnium amorem ſibi & ſtudia magis promerebatur.

Elucet divina quædam in Gregorii Orationibus majeſtas, nihil ut videam aut ornatius aut ſublimius quod fieri unquam potuerit, quo ſua myſteriis noſtris vindicetur auctoritas, ſua ſervetur reverentia, ſuum decus afferatur. Quarum vis & robur quanta ſint, vel ex hoc intelligi maximè poteſt, quòd inde theologus, quaſi omnium exceptione major, fuerit appellatus. Atque adeò malè quis ex Gregorii literis nativum ejus caracterem duxerit.

Secùs verò Baſilium ſuæ totum referunt literæ, quæ tam ſuaves illecebras habent, eas ut omnes vincant quas græca retro omnis antiquitas ad nos uſque tranſmiſit.

Nihil hic ſtrictâ oratione condidit, ſed quidquid politioris humanitatis hocce ſcribendi genere veteres conſignarunt, ſagaci cum judicio & exquiſito delectu luſtravit, pluraque differuit ſaluberrimis præceptis referta, quibus tutam in legendis hujuſmodi libris juvenibus viam ſterneret ; ne vel, ut ſæpe fit, latentibus undequaque ſcopulis impingerent, vel nihil inde perciperent utilitatis. Neque hoc ſatis.

Longè etiam majora nobis Gregorius adjumenta contulit. Utile enim dulci miſcuit, ut ſanctiſſimas virtutis præceptiones, dulci quodam voluptatis ſapore conditas libentiùs deguſtaremus ; atquè adeò varia ipſe eaque excultiſſima ſcripſit poëmata, quorum ſi ad argumentum ſpectas, omnia prorsùs ſeria, nil niſi Chriſtum pietatemque ſpirant : ſi ad ſtylum, nihil concinnius facilius-ve, ut Homerum poſſis agnoſcere. Carmina verò Gregorii cum appello, ea non appello, quæ micant fictitio Poëtarum fuco, mendacibuſque fabularum pigmentis illita, ſed quæ ſincerâ veritatis luce ſplendeſcunt ; quæ miram, ſimplice ſub cultu, promunt artificis inventionem, cum ſingulari ſermonis elegantiâ conjunctam ; quæ demum nativam ſapiunt felicis cujuſdam ingenii amœnitatem, nemini facilè parabilem, quæ tamen in Gregorio non labore quæſita, ſed innata atque inſita videatur.

Hinc adeò doctiſſimos illos eccleſiæ Patres quos morum ſanctimonia atque integritas vitæ, ſolitudinis literarumque amor, veritatis ſtudium, eloquentiæ laus eximia, ſudati pro Chriſto in epiſcopali munere labores, hauſtæ pro Religione tutanda atque ampliſicanda ærumnæ, ſpectata denique orbi chriſtiano ſanctitatis fama feliciſſimè conſociarunt ; in id etiam quaſi mutuo inter ſe animo diceres conſpiraſſe, ut ne quid in ſtudiis peccemus, leges alter nobis ſtatueret quas tutò ſequeremur ; nobis alter pietatis plenam ſtudendi materiem ſubminiſtraret.

MONITUM

IN VITAM SEQUENTEM A GREGORIO PRESBYTERO SCRIPTAM.

Quis sit ille Gregorius, plures exquisierunt & disputarunt; sed nihil
13 Januar. p. 781. *certi aut de persona aut de ejus ætate proditum est. Bollandus, Vossius & alii vitam hanc adscribunt Georgio Cæsareæ Cappadociæ presbytero, qui in laudem patrum Nicænorum orationem habuit. At quo tempore vixerit Georgius iste, auctores inter se non consentiunt. Bollandus quidem,*
De Historic. græc. & latin. 9 Maii, p. 369. *ineunte septimo vixisse putat; Vossius verò, cui favent Henschenius & Papebrochius, medio circiter sæculo decimo floruisse probare nititur, sed frustrà; nec ad nos spectat hæc disceptatio, cùm nullâ saltem probabili ratione concludi possit Georgium hunc nostrum esse Gregorium Theologi biographum. Interea licèt quo tempore scripta fuerit ejus vita non pateat, constat tamen sæculo decimo eruditis optimè notam fuisse, ut satis enuntiat Oratio, sub initium hujus sæculi, in prima sancti Doctoris translatione recitata, quæ hanc ipsius vitam sic commendat:* Hic igitur, *de*
Bolland. 9 Maii, p. 450. *Theologo loquitur,* ut conscripta de ipso vita discere cupientibus manifestum facit, natale solum nactus Cappadociam. *Liquet hinc jamdudum editam fuisse hanc vitam, latèque diffusam tunc temporis. In magno Ecclesiæ consessu, encomii vice, jubente Episcopo lecta est, quod exordii verba referunt. Malè suspicatur Adrianus Baillet in translationis gratiam decimo sæculo peractæ adornatam fuisse, cùm ne minimis quidem momentis hoc colligi possit. Mox ut vulgata, citò è græco in latinum versa est; sed ad nos usque non pervenit ejus interpretatio, de qua Billius hæc edidit:* Hanc Gregorii vitam sexaginta plus minus annis post nongentesimum à Christo nato annum primus, quanquam prorsùs barbarè, transtulit Anastasius quidam, ut annotatum vidi in libro quodam manuscripto Dionysianæ Bibliothecæ. *Potuit tamen advertere Billius, ut observat Combefisius, Anastasium hunc Bibliothecarium esse, qui multa alia latinè reddidit græca monumenta, nec prorsus ita barbarè ut ipsius labor non desideretur aut sit inutilis. Vixit Anastasius ille sæculo nono; hinc rectè conjicitur, cùm interpretationis sit auctor, Gregorii vitam saltem sæculo octavo fuisse conscriptam.*

ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ
ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
[a] ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ, ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ ([a]),

Συγγραφεὶς ὑπὸ Γρηγορίου πρεσβυτέρου.

VITA S. PATRIS NOSTRI GREGORII
THEOLOGI, EPISCOPI NAZIANZENI,
A GREGORIO PRESBYTERO GRÆCÈ CONSCRIPTA.

[b] Συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς [b], ὦ ἄνδρες, [c] Γρηγόριος [c] ὁ πάνυ ὁ τῆς Θεολογίας ἐπώνυ- [d] μος, εἰς τὴν πνευματικὴν πανδαισίαν [d] τῶν [e] λόγων. πρόκειται δὲ αὐτὸς ἀΰλος καρυκεία [e], καὶ τρυφὴ φθορᾶς ἁπάσης ὑψηλοτέρα. μὴ [f] θαυμάσητε δὲ, εἰ πρὸς τοσοῦτον [f] θράσους ἐξῆλθον, ὡς καὶ τῆς οἰκείας ἀσθενείας, καὶ τῆς ἐκείνου μεγαλοφυΐας ἐπιλελῆσθαι, ὃς διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ἀπρόσιτον, μέχρι τῆς σήμερον [g] ὀλίγου δεῖν, σιωπῇ παρ' ἅπασι [g] τετίμηται· καὶ οὐδεὶς ἀποδέδειπται τῆς αὐτοῦ πολιτείας ὑφηγητὴς καὶ διδάσκαλος, ἀκολουθίᾳ τινὶ τῇ τάξει τὰ περὶ ἀνδρὶ κατορθωμένα παραπέμψας ἡμῖν τοῖς μετέπειτα, ὥσπερ αὐτὸς πεποίηκεν, ἐπὶ τε Βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ, καὶ ἑτέροις μακαρίοις ἐπισκόποις, καὶ μάρτυσιν, [h] ὅλην ὑπόθεσιν τὸν βίον αὐτῶν [h] ἐστησάμενος. [i] ἀλλὰ πρῶτα [i] μὲν οὐχ οἷόν τε ἦν ἀντιλέγειν [k] τιμίῳ γεννήτορι, τούτῳ δὴ τῷ σὺν ἡμῖν [k] ἐνθάδε καθιδρυμένῳ, ὥσπερ ἄλλό τι χρέος ἀπαιτοῦντι τοὺς λόγους, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θείου Γρηγορίου εὐφημίαν, λίαν παρορμῶντι πατρικῶς τε καὶ δεσποτικῶς, τὴν ὑπακοὴν

AD ſpirituale ſermonum convivium, ô Viri auditores, præclarus ille Gregorius, cognomentum a Theologia conſecutus, nos invitat. Ipſe nimirum proponitur nobis velut exquiſita confectio quæ extra materiam eſt, deliciæque corruptione omni ſuperiores. Nec verò mirum vobis videatur, me eò audaciæ progreſſum eſſe, ut & meæ imbecillitatis, & excellentis illius ingenii atque indolis memoriam abjecerim, qui propter incomparabilem virtutis præſtantiam ad hunc fermè diem ſilentii honore apud omnes ornatus eſt: nec quiſquam adhuc extitit, qui vitam ipſius expoſuerit, ac ſerie quadam & ordine res ejus præclarè geſtas & virtutes ad nos ipſius poſteros tranſmiſerit; quemadmodum ipſe, & in Baſilio magno, & in aliis beatis Epiſcopis & martyribus, vitam ipſorum argumento integro proſecutus præſtitit. Primùm quidem nullâ ratione venerando patri, huic nimirum nobiſcum conſidenti, adverſari poteram, qui orationem, velut aliud quoddam debitum, exigebat, & ad ſancti Gregorii laudes celebrandas paternâ & herili auctoritate etiam atque etiam excitabat, ſibique, ut morem gererem, imperabat, ſeque alioqui nullum urgendi finem factu-

(*a*) Libri manuſcripti habent Ναζιανζῆ; ſed Gregorius nunquam fuit Epiſcopus Nazianzenus, ut demonſtravimus in Diſſertatione prævia. Saſimis fuit deſignatus Epiſcopus; Nazianzeno Epiſcopo patri ſuo factus eſt coadjutor; at Conſtantinopolis tantùm publico præconio proclamatus Epiſcopus: errore tamen antiquo vocatur Nazianzenus Epiſcopus. Vide Baronium ad annum 371.

(*b*) Sic Colb 1. 2. & Comb. Sic & Cod. DD. du Poirier Turonenſis, Ambæſiani, doct. med. Montiſp. qui varias Codicis, quem præ manibus habuit, lectiones tranſmiſit Domno Louvard: hunc deinceps Codicem deſignabimus literâ P. In Edit. ὑμᾶς.

(*c*) Γρηγόριος ὁ πάνυ ὁ τῆς Θεολογίας ἐπώνυμος: hoc eſt, κατ' ἐξοχὴν ὁ θεόλογος; ſeu, ut explicat Sophronius Hieroſolymorum Patriarcha, Epiſt. 1. apud Photium in Bibliot. ὁ τῆς Θεολογίας Μυσταγωγὸς.

(*d*) Cod. P. in nota marg. τραπέζαν, *menſam.*

(*e*) Cod. P. in not. marg. ἄρτυμα, ὀψοφαγία, ἢ ἡδύτης τῶν ζωμῶν: *pulmentum, delicioſum opſonium, juſculum jucundi ſaporis.* Quid ſit καρυκεία ἄΰλος docent vulgares Lexicographi, imò & Favorinus, a quo & doctiſſ. Ducangius; at quid revera ſit καρυκεία ἄΰλος, ut non docuere, ſic & doctiſſimus Billius in verſione ſua non attigit. Nos R. P. Combefiſii interpretationem verſioni inſeruimus. Aliam proponunt veteres edit. nempè: *Ipſe in cibum materiæ expertem offertur, epulumque corruptione omni ſublimior.*

(*f*) Cod. Or. habet τοσοῦτο.

(*g*) Colb. & Comb. legunt παρὰ πᾶσι.

(*h*) Αὐτῶν deeſt in Cod. Colb. 2. & Comb.

(*i*) Codd. Colb. 1. & Or. πρῶτον. Cod. P. πρῶτον μὲν ἐν δύνατον.

(*k*) Ita Colb. 1, 2, Or. & Comb. In Edit. ὑμῖν.

rum minabatur, atque hanc indultæ mihi originis educationiſque mercedem efflagitabat. Deinde, ne pium quidem & fas mihi eſſe videtur, nullam tantæ virtutis rationem habere, quæ, ſi vitæ humanæ proponeretur, multos fortaſſe ad æmulationem provocaret, nec virtutem ipſam dilabi atque evaneſcere ſineret, quotidianis nimirum ſermonibus ſubinde efflorescentem.

Cur pii laudandi.

Age igitur, cunctatione omni poſitâ, ſermonum meorum primitiis, quaſi fructibus quibuſdam recèns decerptis, coronam Theologo nectam, ſiquidem illius merito ac dignitati imparem, at certè viribus noſtris, animique alacritate, haudquaquam inferiorem. Ac futurum opinor, ut vir ille, quemadmodum in omnibus perfectus eſt, ita quoque laudationem hanc noſtram æquo animo accipiat: quandoquidem & balbutientium infantium ſermunculi, a ſimplici maximè animo prodeuntes, parentibus jucundiores eſſe ſolent, quàm robuſtiores adultorum ſermones, & graves ac phaleratæ orationes. Quin & ipſe ſermonum honor illi quàm pulcherrimè congruet. Quibus enim rebus quiſque delectatur, iiſdem quoque profectò honorari mirificè gaudet. Cùmque, corpoream adhuc vitam agens, doctrinæ & eloquentiæ ſtudia omnibus opibus facultatibuſque prætulerit, *ſapientiamque complexus atque amore proſecutus, ab eaque*, ut eſt in Proverbiis, *conſervatus fuerit*: eccui tandem dubium eſſe poſſit, quin nunc quoque, cùm res humanas reliquerit, ac præſentem vitam cum pura illa ac intelligentiæ propinqua commutarit, orationibus & impenſiùs geſtiat & exultet? A vobis autem peto, ſacro-ſancte cœtus, ne virtutum illius multitudinem accuratiùs exactiùſque perſcrutandam atque indagandam putetis. Primùm, quia non eæ meæ vires ſunt, ut vel hoc ipſe polliceri queam, vel vos a me exigere debeatis. Deinde, quia nec illius vitam quiſquam literis conſignatam nobis reliquit: verùm ipſius vitâ ex ejus ſcriptis ſparſim collectâ, latomos imitor, qui poſteaquam lapides paulatim aggeſſerunt, ita demum ad unam eandemque domum conſtruendam & abſolvendam eas omnes accommodant.

Simile.

Proverb. 4. 6.

Orationis porrò initium hinc ducemus, unde eam auſpicari maximè deceret. Patriam igitur ipſe ſecundam Cappadociam habuit, urbem Nazianzum: quæ quidem ab eo

Gregorii patria. Vide Oration. de vita Baſilii.

ἐγκελευομένῳ, καὶ οὐ μεθήσειν ἐπαπειλοῦντι, καὶ τῆς εἰς ἐμὲ γεννήσεώς τε καὶ τροφῆς ταύτην ἀντίδοσιν εἰσπραττομένῳ. ἔπειτα οὐδὲ ὅσιον[a] δοκεῖ μοι τοσαύτης ἡμᾶς ἀρετῆς ἀλογῆσαι, ἢ πρὸς βίῳ προτιθεμένη, πολλοὺς ἂν προτρέψειεν εἰς τὴν μίμησιν, καὶ οὐκ ἐάσει τὸ καλὸν ἐξίτηλον[b] γενέσθαι, λόγοις τοῖς καθ' ἡμέραν καινοποιούμενον. a b

Φέρε δὴ οὖν τὴν ἀναβολὴν ἀποθέμενος, ἀπαρχῇ τῶν ἐμῶν λόγων οἷόν τισι νεοδρέπτοις γεννήμασι, στεφανώσω τὸν Θεολόγον, εἰ καὶ τῆς ἀξίας καταδεέστερον[c], ἀλλὰ τῆς προθυμίας οὐδὲν ἐλλεῖπον. οἶμαι δὲ ὡς ἐν πᾶσι τέλειος ὁ ἀνὴρ, καὶ τοῦτο μετριάσει τὸν παρ' ἐμοῦ ἔπαινον, ἐπειδὴ καὶ φίλα πατράσι, τὰ τῶν νηπίων ψελλίσματα, ἐξ ἀτέχνου μάλιστα προϊόντα τῆς διανοίας, ἢ τῶν τελείων οἱ ἐμβριθέστεροι[d] λόγοι καὶ τὰ ζοβαρὰ λαρυγγίσματα. ἔσται δὲ αὐτῷ καὶ οἰκειοτάτη[e], ἢ δῆτα τῶν λόγων τιμὴ[f]. οἷς γὰρ ἕκαστος ἥδεται, τούτοις δήπου καὶ τιμώμενος γάννυται[g]. καὶ εἰ ζῶν ἔτι[h] σωματικῶς πάντων κτημάτων τοὺς λόγους ἠλλάξατο, καὶ τὴν Σοφίαν περιλαβὼν καὶ ἐραθεὶς αὐτῆς, καὶ τηρηθεὶς ὑπ' αὐτῆς παροιμιακῶς εἰπεῖν, πῶς οὐχὶ καὶ τῶν τῇδε ἀπολειφθεὶς, καὶ πρὸς τὴν καθαρὰν καὶ φρονήσει πλησιάζουσαν ζωὴν μεταθέμενος τὰ παρόντα, τούτοις γαυροῦται τε[i] πλέον καὶ ἀγάλλεται. ὑμᾶς δὲ αἰτοῦμαι, ὦ ἱερὰ πανήγυρις, μὴ πρὸς ἀκρίβειαν τὸ πλῆθος τῶν ἐκείνῳ κατωρθωμένων διερευνᾶσθαι. πρῶτον μὲν, ὅτι μὴ κατ' ἐμὴν δύναμιν ἢ ὑποσχέσθαι τοῦτο, ἢ ἀπαιτεῖσθαι. ἔπειτα, ὅτι μηδέ τις τὰ κατ' αὐτὸν ἡμῖν γεγραφὼς καταλέλοιπεν· ἀλλὰ σποράδην ἐκ τῶν αὐτοῦ συλλέξας λόγων τὰ κατ' αὐτὸν, μιμοῦμαι τοὺς λιθολόγους· οἳ κατασμικρὸν τὰς ψηφίδας συνηθροικότες, εἰς μίαν οἴκου συμπλήρωσιν ἅπαντας[k] συναρμόζουσιν. c d e f g h i k

Ἀρχὴ δὲ πρὸς λόγῳ[l], ὅθεν ἄρχεσθαι πρεπωδέστατον[m]. πατρὶς μὲν αὐτῷ, ἡ δευτέρα τῶν Καππαδοκῶν, πόλις δὲ[n] Ναζιανζός· l m n

(a) Colb. 2. & Comb. habent ὅσιον. Colb. 1. 2. & Comb. δοκεῖ: in Edit. τῶν ὁσίων ἐδόκει.

(b) Cod. P. in not. marg. τὸ ἰσχὺς ἀφανισμῷ.

(c) Cod. Or. ὑποδέεσθερον.

(d) Cod. P. in not. marg. σθερεώτεροι. Mox ad hanc vocem σοβαρὰ, id. Cod. etiam in not. marg. τὰ ὕψηλα καὶ ἐπαιρόμενα λόγια.

(e) Cod. P. τιμιάτατη.

(f) In Edit. mox ſequebantur hæc verba: Εἰ γὰρ τὸ οἰκεῖον πίζει πᾶν, κατα Πίνδαρον. Hæc verba quæ reperiuntur Orat. IV. p. 132, conjicit Billius ex gloſſemate in textum irrepſiſſe: cùm autem illa nec legerit in variis Codd. nec in verſione ſua admiſcerit, delenda judicavimus; ſiquidem deſunt in ipſis quos vidimus Codicibus manuſcriptis.

(g) Cod. P. in not. marg. λαμπρύνεται.

(h) Ετι deeſt in Cod. Or.

(i) Ita Combef. Cod. P. τούτοις γὰρ ἐι τὶ πλέον. In edit. τὲ deeſt.

(k) Ita Cod. P. In edit. ἅπαντα.

(l) Cod. P. Ἀρχὴ δὲ τῷ λόγῳ.

(m) Sic legunt Codd. Or. & P. Colb. 1. & 2. In edit. πρεπωδέστερον. Colb. 1. mox habet τῶτῳ πατρὶς μὲν.

(n) Cod. P. πόλις δὲ αὐτῷ.

ἥ τις τοσούτῳ περιφανεστέρα γέγονεν ἐξ ἐκείνου, ὡς μέχρι τερμάτων τῆς οἰκουμένης δι' ἐκεῖνον γνωρίζεσθαι. οὐ γὰρ μᾶλλον δι' Ἀλέξανδρον εὐκλεεστάτη Πέλλη, ἢ Πέρσαι διὰ Κῦρον περὶς δόξαν τοσοῦτον ἤρθησαν, ὅσον αὕτη διὰ τὸν μέγαν Γρηγόριον. ὥστέ μοι
a δοκεῖν[a] καὶ ἀπέχειν αὐτὴν τὰ τροφεῖα, διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ ὁσίου, Ινδοῖς τε καὶ Βρετλανοῖς τοῖς ἐκ διαμέτρου ἀφεστηκόσιν, ἐξίσου γεγονυῖαν ἐπίσημον.

adeò nobilitata eſt, ut propter eum ad extremos uſque orbis terrarum fines claritatem ſuam protulerit. Neque enim Pella ob Alexandrum celebrior eſt, aut Perſæ propter Cyrum ad tantam gloriæ ſplendoriſque magnitudinem evecti ſunt, quantam hæc propter magnum Gregorium aſſecuta eſt. Quocirca ipſi quoque propter Sancti virtutem educationis illius mercedem abundè perſolutam eſſe exiſtimo : quippe quæ & Indis & Britannis, ex diametro inter ſe oppoſitis, æquè illuſtris reddita ſit.

Πατέρες δὲ αὐτῷ, εὐπατρίδαι τε καὶ δίκαιοι, καὶ πλείω τῶν σωμάτων καθαρότητι ψυχῶν ἀδιαίρετοι. ὧν ὁ μὲν πατὴρ οἷόν τις Αβραὰμ, καταλιπὼν γῆν τε πατρῴαν καὶ εἴδωλα, γίνεται μετανάστης περὸς θεοσέβειαν. καὶ τὴν τῶν Υψισταρίων ἀποσεισάμενος δεισιδαιμονίαν καὶ πλάνην, γνήσιος μύστης ἀνεφάνη τῆς χάριτος, πρόβατον μὲν ἐν περώτοις, ἔπειτα δὲ καὶ ποιμὴν ἐπιστήμων τῆς Ναζιανζοδ καταστὰς ἐκκλησίας. ἡ δὲ μήτηρ, ἱερά τε, καὶ ἐξ ἱερῶν τῶν περογόνων. καὶ τοῦτο μετὰ τῶν λοιπῶν κληρονομήσασα τὴν εὐσέβειαν, αὕτη παιδὸς ἄῤῥενος ὀρεγομένη, ἱκεσίαν περσάγει τῷ δοτῆρι τῶν τηλικούτων Θεῷ τυχεῖν τῆς ἐφέσεως. ὧ τῆς πίστεως, ὦ τῆς θερμότητος, περὸ συλλήψεως ὑποσχομένη αὐτῷ τὸν ἐσόμενον περοσίσειν, καθάπερ Αννα τὸν Σαμουήλ. τί οὖν, ὁ τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν; διὰ νυκτερινῆς ὄψεως περοδείκνυσιν αὐτῇ παῖδα τὸν ἔτι μέλλοντα, εἶδός τε καὶ κλῆσιν τοδ παιδὸς ἐμφανίσας. ἡ δὲ τεχθέντα, μετ' οὐ πολὺ τῷ Θεῷ καθιέρωσε, περοθυμίᾳ πίστεως, μητρικάς τε ὠδῖνας, καὶ γυναικῶν ὀλιγωρίαν τῇ τῆς ἐπιδόσεως μεγαλοψυχίᾳ νικήσασα.

Parentibus ortus eſt nobilibus, juſtitiâque præditis, animorumque puritate, quàm corporum nexu arctiùs inter ſe conjunctis. Ac pater quidem, Abrahæ cujuſpiam inſtar, ſolo patrio idoliſque relictis ad pietatis cultum migravit, excuſsâque Hypſiſtariorum ſuperſtitione ac impoſturâ, ſincerus divinæ gratiæ diſcipulus eluxit; ovis quidem primùm, poſtea verò peritus quoque Eccleſiæ Nazianzenæ paſtor inſtitutus. Mater autem & ipſa ſacra, & à progenitoribus ſacris originem traxit, atque, ut aliorum bonorum, ita pietatis quoque patrimonium hæreditate accepit. Quæ cùm maſculæ prolis cupiditate flagraret, ſupplex Deum hujuſmodi beneficiorum auctorem precata eſt, ut ſe deſideri compotem faceret : eique ante conceptionem (ô fidem incredibilem ! ô prædicandum animi fervorem !) ſe filium, qui exoriretur, oblaturam ſpondet, quemadmodum Anna Samuelem. Quid igitur ille, *qui voluntatem timentium ſe facit?* Per nocturnum viſum ei filium nondum procreatum præmonſtrat, puerique vultum & nomen indicat. Hæc verò ipſum haud ita multo poſt quàm in lucem editus fuerat, Deo conſecravit, maternos partûs dolores fidei alacritate, muliebremque ſocordiam largiendi magnificentiâ ſuperans.

Gregorii parentes.

Vide Orat. quam habuit in funere patris.

Gregorius precibus a Deo impetratus, eique ſtatim ab ortu conſecratus.

I. Reg. I. 11. *Pſal.* CXLIV. 19.

Ο δὲ παῖς ἐν τοῖς ἤθεσι τῶν πατέρων τρεφόμενος, εὐκληρίᾳ φύσεως ἐκράτει τῶν ὁμηλίκων ἐπιτοσοῦτον, ὥστε τὴν ἀωρίαν τῆς ἡλικίας ἐμποδῶν αὐτῷ μὴ γενέσθαι περὸς τὰ
b τῶν τελείων ἤθη τε καὶ μαθήματα. παιδιὰς[b] μὲν οὖν καὶ τωθασμοὺς μειρακιώδεις, ἀττειν τε καὶ φέρεσθαι δρόμοις, πάντη[c] διέπτυσεν, ὡς ἄχρηστά τε καὶ ἀσχολίαν ἐμποιοῦντα τῇ σπουδῇ τῶν ἀμεινόνων. ἀρετῆς γὰρ κτῆσιν, ἐπικόπτει κακία, ἐπεὶ καὶ μῦρον
d ἠμαύρωσε δυσωδία παροῦσα. ἔφηβος[d] δὲ ἤδη γενόμενος, καὶ λόγων κατασχεθεὶς ἔρωτι, εἰς
e τὴν Καισαρέων ἦκε[e]. κἀνταῦθα τοῖς ἀρίστοις

At puer, cùm parentum moribus imbueretur, egregiâ naturæ indole ingeniique dexteritate æquales omnes adeò præcedebat, ut immatura ætas nullo ipſi ad eorum, qui adultâ ætate erant, mores diſciplinaſque percipiendas impedimento eſſet. Ac ludos quidem, & pueriles laſcivias, curſuſque & ſaltationes, ut inutiles, meliorumque rerum ſtudio moram afferentes, prorſus contempſit. Ut enim præſens fœtor unguenti ſuavitatem inficit : ita vitium quoque virtutis adeptionem interſcindit. Cùm autem ætate jam adoleviſſet, literarum amore ſuccenſus, Cæſaream profectus eſt, illicque cum præſtantiſſimis quibuſque magiſtris congreſſus, doctrinâque haud exiguâ col-

Puerilis Gregorii ætas.

Simile.

Gregorius Cæſaream proficiſcitur.

(*a*) Colb. 1. & Cod. P. ὥσπι μοι δοκεῖ.
(*b*) Cod. P. in not. marg. τὰ γυμνάσια τῶν πάιδων, τὰ πηδήματα, καὶ τὰς δρόμους.
(*c*) Cod. P. πάντι.
(*d*) Cod. P. in not. marg. παῖς, νίος ὢν αὐτῇ τῇ ἀκμῇ, *Juvenis in ipſo flore juventutis.*
(*e*) Addit Colb. 1. ταύτην δὴ λέγω τὴν ἡμετέραν, quibus verbis diſcernitur Cæſarea Cappadociæ ab urbe ejuſdem nominis quæ ſita erat in Palæſtina.

litatus, in patriam reditum parabat, plebem extremùm allocutus, atque hortatus ut fidem, quam acceperant, conſervarent, & ut virtutem, quam ipſis opere pariter ac ſermone oſtenderat, colerent. Quæ cùm & clerus & populus audiiſſent, unus omnium clamor ſublatus eſt, Paſtoris diſceſſum lugentium: ac triſte ſpectaculum cernere erat, viros & mulieres, juvenes & ſenes, eruditos & indoctos, principes & privatos, omnes concordi detentos fletu, nec orbitatem ferentes, adeò ut quiſpiam ſublatâ voce dicere non dubitaret: *O Pater, Trinitatem tecum ejicis.* Quâ voce auditâ vir egregius diſcedendi cupiditatem repreſſit, tantiſperque ſe apud eos manſurum recepit, quoad Epiſcopi, quorum adventus in ſpe & exſpectatione erat, aliquem epiſcopatu dignum elegiſſent, ſibique curis liberato facultatem abeundi feciſſent. Atque ita dimiſſi ſunt, nihil omninò dubitantes, quin ille pro ſua gravitate, morumque conſtantia, promiſſi ſui fidem, licet nullo jurejurando firmatam, expleret.

Gregorii animarum cultura, donec Deo dignus panis fiant.

Depulſis itaque periculis, & quiete rebus reſtitutâ, Trinitatis dogma rurſus effulgebat, ac beati viri doctrinâ & laboribus fides ad omnes porrigebatur: quam pulcherrimè excolebat, præſtantiùſque, quàm ut agricultura Noë cum ea comparari poſſit. Eccleſiæ enim arvum excolens, animas quaſdam velut aratro proſcindebat, impietatis ſpinis eas liberans, alias, ut Prophetæ verbo utar, complanabat, aliis divinum verbum inſerebat, aliæ recèns enaſcebantur, radiceſque agebant, aliæ jam herbeſcebant, ac velut geniculis præcingebantur, aliæ ad culmum informabantur, aliæ matureſcebant, atque ad meſſem paratiores erant, aliæ in area erant, aliæ in acervo quodam, aliæ, quæ Chriſto purgarentur, viles & contemnendas dogmatum paleas per ventilationem excutiebant, aliæ jam domi horreis dignæ erant, aliæ denique panis jam confectus erant. Hic enim agriculturæ finis eſt, quippe quæ cibi ſumptionem pro ſcopo habeat, ob idque labores ſuſcipiat, meſſemque alacri animo congerat.

Iſai. xl. 4.

Ac labor quidem hominis Dei tantus erat, tantæque multitudinis ſalutem ſibi

φροντίδας, οἵκαδε ἴετο, τὰ ἐξιτήρια τῷ λαῷ προσφθεγξάμενος, νουθετήσας αὐτὸς τηρεῖν τὴν πίστιν, ἣν παρειλήφασιν, ἐργάζεσθαι τὴν ἀρετὴν, ἣν αὐτοῖς [a] ἔργῳ τε καὶ λόγῳ ὑπέδειξεν. ἐπειδὴ τούτων ἤκουσαν κλῆρός τε καὶ λαὸς, μία βοὴ [b] πᾶσα πάντων ἤρθη, τὴν ἐκδημίαν τοῦ ποιμένος ὀδυρομένων. ἦν τε ἰδεῖν ἐλεεινὸν θέαμα, ἄνδρας, γυναῖκας [c], νέους, γέροντας, ἐλλογίμους καὶ ἀμαθεῖς, ἄρχοντας, ἰδιώτας, ἅπαντας οἰμωγῇ συμφώνῳ κατεχομένους, καὶ τὴν ὀρφανίαν οὐ φέροντας· ὥσε τινὰ τὴν φωνὴν ἆραντα, τολμῆσαι εἰπεῖν· ὦ πάτερ, συνεκβάλλεις σεαυτῷ [d] τὴν Τριάδα. ταύτης ἀκούσας τῆς φωνῆς ὁ γεννάδας, ἐλώφησε τῆς ὁρμῆς, καὶ ὑπέσχετο συμπαραμένειν αὐτοῖς, μέχρις ἂν ἐπισκόπων παρουσία (καὶ γὰρ ἦν ἐλπιζομένη) προβάλληται [e] τινὰ τῆς ἐπισκοπῆς ἄξιον, ὃς αὐτὸν φροντίδων ἐλευθερώσει, ἐπιτρέψει τε ἅμα τὴν ἔξοδον. ὅτως δὲ διελύθησαν τῇ ὑποσχέσει θαρρήσαντες, ὅρκῳ μὲν ὑ [f] βεβαιωθέντες, τῷ δὲ παγίῳ τῶ τρόπω καταπιστεύσαντες.

Τῶν δὲν δεινῶν εἰξάντων, καὶ σχολῆς ἐνδοθείσης τοῖς προγμασιν, αὖθις ἀνέλαμπε τῆς Τριάδος τὸ δόγμα, διδασκαλίᾳ καὶ πόνοις τῶ μακαρίου πλατυνομένης εἰς πάντας τῆς πίστεως, ἣν ἐγεώργει κάλλιστά τε καὶ τῆς Νῶε γεωργίας τιμιωτέραν. γεπόνων γὰρ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἄρουραν, τὰς μὲν [g] ψυχὰς οἷον ἠρότρια τῶν ἀκανθῶν ἀπαλλάττων τῆς ἀσεβείας, τὰς δὲ ὡμάλιζε προφητικῶς εἰπεῖν, ἄλλαις ἔσπειρε τὸν θεῖον λόγον. αἱ δὲ ἀρτίως ἐφύοντο τὲ, καὶ ἐῤῥιζοῦντο. αἱ δὲ ἤδη ἐπόαζόν τε, καὶ οἷον γόνασι διεζώννυντο, ἄλλαι πρὸς στάχυν ἀπετυποῦντο· ἑτέραι δὲ ἐπεπαίνοντο, καὶ πρὸς ἄμητον ἦσαν ἑτοιμότεραι. τὰς δὲ ἄλως εἶχε, τὰς δὲ θημών τις. ἄλλαι τῇ λικμήσει τὸ ἀχυρῶδες καὶ ἀλογίας ἄξιον τῶν δογμάτων ἀπέβαλλον [h], Χριστῷ καθαιρόμεναι, ἑτέραι δὲ ἦσαν ἔνδον τῶν ἀποθηκῶν ἄξιαι· αἱ δὲ ἄρτος ἤδη κατειργασμένος. τοῦτο γὰρ πέρας τῆς γεωργίας, σκοπὸν ἐχούσης τῆς τροφῆς [i] τὴν μετάληψιν, καὶ διὰ τοῦτο πονούσης τε καὶ τὸν ἄμητον εὐθύμως κομιζομένης.

Αλλ' ὁ μὲν ἱδρὼς τῷ ἀνθρώπῳ [k] τοῦ Θεοῦ τοσοῦτος, καὶ εἰς τοσούτων σωτηρίαν [l]

(*a*) Cod. Or. ἣν αὐτὸς.
(*b*) Cod. Or. μία φωνὴ.
(*c*) Hæc volunt edit. antiqui, hæc Codd. omnes, hæc etiam ipſe Billius; licet in edit. verba ἄνδρας, γυναῖκας deeſſent.
(*d*) Ita Montac. & alii, nec non Cod. Colb. 1 & 2. In edit. ἑαυτῷ.
(*e*) Montac. & alii volunt προβαλλομένη, & huic lectioni conſentiunt omnes Codd. manuſcripti; at Colb. 1. ſic habet: προβαλλομένη τινὰ τῆς ἐπισκοπῆς ἄξιον, αὐτὸν φροντίδων ἐλευθερώσῃ, ἐπιτρέψῃ τε. Mox Cod. P. pro ἔξοδον habet εἰς ὁδὸν.
(*f*) Cod. P. ὅρκῳ μὲν ὧν.
(*g*) Colb. 1. τὰς μὲν τῶν ψυχῶν.
(*h*) Ita Colb. 2. & Cod. Or. In edit. ἀπέβαλον.
(*i*) Cod. Or. τῆς τρυφῆς.
(*k*) Sic legendum proponit Montac. licèt repugnent Cod. manuſcripti præter Cod. P: hanc tamen lectionem ſecutus eſt Billius. In edit. τῶν ἀνθρώπων.
(*l*) Sic legit Billius, ſic volunt antiqui edit. & Codd. Manuſ. P. Colb. 1. & Or. Colb. 2. εἰς τοσούτων σωτηρίας: In edit. εἰς τοσοῦτον σωτηρίας.

ἐσπουδασμένος.

ἐσπουδασμένος. ἡ δὲ ἀπόλαυσις, οὐχ ὁμοία. ὁ γὰρ ὡς γεωργὸς, μετεῖχε τῶν χρημάτων, ἀλλὰ προῖκα χρησὸς ἦν, τὰς μὲν πόνους καταβαλλόμενος, ἀδάπανον δὲ τὸ εὐαγγέλιον ἑαυτῷ τιθείς. ὅθεν συνέβαινεν αὐτῷ πλέον σέργεσθαι, πλέον δὲ σπερχομένῳ μᾶλλον ἀκούεσθαι, καὶ πρὸς Θεῷ προσάγειν πλείονας, ὁ θυμῷ πλήσσοντι, ἀλλ' ἐπιεικείᾳ τὴν ἀμαθίαν ἐκμοχλεύοντι, καὶ εὐεξίαν ταῖς ψυχαῖς ἐμποιοῦντι διὰ τοῦ λόγου. οἱ μὲν γὰρ τῇ γλυκύτητι τοῦ λόγου ἡλίσκοντο, οἱ δὲ ἠσπάζοντο τῶν δογμάτων τὸ ἀκριβὲς. ἄλλοι τοῖς πόνοις τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῇ καρτερίᾳ ὑπέκυπτον· ἕτεροι δὲ τὸ σεμνὸν αὐτοῦ δι' αἰδοῦς εἶχον. τοὺς δὲ τὸ ἀνεπιτήδευτον τοῦ ἀνδρὸς καὶ φιλόσοφον, συνῆπτε πλέον· οἱ δὲ, ὡς καλέσαντες, καὶ κατέχοντες [a] τὸ θήραμα ἐθαλπον, τὴν ἑαυτῶν σφετέροντες ψῆφον. καὶ τὸ δὴ μεῖζον αὐτοῦ τῆς ἀγχινοίας, οὐ πᾶσιν ἅπαντα κατεπίστευεν· ἀλλὰ τῆς δυνάμεως ἑκάστου κατεσχάζετο, ὡς τις ἄριστος ἰατρὸς τῆς τῶν καμνόντων ἕξεως, κατάλληλον τὴν φαρμακείαν διανέμων ἑκάστῳ, ὡς μήτε βεβήλοις ἢ ἀσθενέσιν ἀκοαῖς, καταπιστεύων τὰ μυστήρια τὰ τέλεια, μήτε τῶν τελείων ἀνδρῶν, ἀποκρύπτων τι, οἷον βασκαίνων αὐτοῖς τῆς ὠφελείας, τοὺς μὲν ἤλεγχε δημοσίᾳ, ὅσους αἰσχύνῃ πρὸς μετάμελον [b] ἦγε· τοῖς δὲ ἰδίᾳ τὰ πλαίσματα ἐνεφάνιζε· τοῖς δὲ ἐπετίμα, οἷς τοῦτο λυσιτελὲς εἶναι ᾤετο· τοὺς δὲ, κατορθοῦντας ἐπῄνει πατρικῶς τε καὶ κηδεμονικῶς. οὐ γὰρ πρὸς θωπείαν ἐσκόπει, ἀλλ' ὠδοποίει τῇ ἀρετῇ διὰ τῆς ἀποδοχῆς ἄγων εἰς προκοπήν. ταύτῃ γὰρ ἡ [c] ῥητορικὴ, διαφέρει φιλοσοφίας. ἡ μὲν γὰρ κολακείᾳ ὡς [d] καπηλικῇ, ἐφ' ἑαυτὴν τοῖς ἐγκωμίοις κλέπτει τῶν πέλας τὴν εὔνοιαν· ἡ δὲ τὴν ὠφέλειαν τῶν ἀνθρώπων σκοποῦσα, οἷον μέλιτι τοῖς ἐπαίνοις τῶν λόγων [e] καταγλυκαίνουσα, τῇ ἡδονῇ τῶν ἐπαίνων πρὸς ἀρετὴν ἕλκει τοὺς ἐντυγχάνοντας.

Εν δὲ δογμάτων ὕψει, καὶ θεολογίᾳ, τοσοῦτον αὐτῷ τὸ σθένος τῆς δυνάμεως, ὥστε [f] πολλῶν κατὰ τοὺς χρόνους θεολογησάντων ἀνδρῶν ἐπὶ σοφίᾳ γνωρίμων μόνον τοῦτον μετὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην θεολόγον [g] ὀνομασθῆναι· καὶ οἷον ἐξαίρετον αὐτῷ, ταύτην ἀποκληρωθῆναι θεσπῳδίαν. ἅπαν [h] τε

proponebat : ceterùm fructus nequàquam labori reſpondebat. Non enim inſtar agricolæ fructus percipiebat, ſed gratuitò benignus erat, labores quidem ferens, verùm ſine ſumptu Evangelium ſibi conſtituens. Ex quo hoc aſſequebatur, ut ardentiùs amaretur, atque ex ardentiori amore libentiùs audiretur, pluresque ad Deum adduceret, non ex ira percutiens, ſed lenitate ignorantiam & ruſticitatem evellens, animabuſque bonam ex ſermone & doctrina habitudinem afferens. Alii enim orationis lenocinio capiebantur : alii accuratam & exactam dogmatum tractationem amplectebantur : alii, viri laboribus ac tolerantiæ cedebant : alii manſuetudinem venerationi habebant : alii ob ſimplicem & inexquiſitam philoſophicamque vitæ rationem arctiùs ipſi conjungebantur : alii, quòd ipſum acciviſſent, velut prædam tenentes, confovebant, ſuum in eo calculum tuentes ac ſententiam. In hoc porrò clariùs lucebat ipſius ſolertia animique perſpicacia, quòd non omnibus omnia committebat, verùm uniuſcujuſque vires, non ſecus ac præſtantiſſimus medicus ægrotantium habitudinem, explorabat, congruentem cujuſque morbo medicinam diſtribuens, eamque rationem tenens, ut nec profanis aut infirmis auribus perfectiſſima myſteria concrederet, nec perfectis quicquam occultum haberet, quaſi ipſorum utilitati invidens. Alios publicè arguebat, quos nimirum probro ad pœnitentiam cogi opus erat : aliis rurſus privatim errata commonſtrabat. Alios objurgabat, cùm id è re ipſorum eſſe arbitrabatur : alios contrà, quos officio fungi videbat, paternè conſultèque laudabat. Nec enim hoc agebat, ut eos adulatione permulceret, ſed ut viam virtuti ſtrueret, & ad majora rectè factorum approbatione proveheret. Hoc quippe nomine Rhetorica a Philoſophia differt. Illa enim ſordidâ & cauponariâ aſſentatione ac laudatione ad hominum benevolentiam irrepere ſolet : hæc contrà eorum utilitatem ſpectans, laudibus quaſi melle ſermonem edulcat, ac per laudum voluptatem ad virtutem auditores trahit.

Dogmatum porrò ſublimitate ac Theologiâ uſque adeò excellebat, ut quamvis permulti viri doctrinæ laude celebres variis ſæculis Theologicæ rei operam dederint, hic tamen ſolus poſt Joannem Evangeliſtam Theologi nomine inſignitus ſit, atque hoc cognomentum velut proprium & peculiare ſit conſecutus. Et quemadmodum omnem

Gregorius gratuitam operam navat.

I. Cor. IX. 18.

Ratio docendi pro captu & modo auditorum.

Quid Rhetorica a Philoſophia differat.

Solus poſt Joannem Evangeliſtam Theologus dictus Gregorius.

(a) Καὶ κατέχοντες, &c. Clarior nobis videtur Combefiſii interpretatio, quam ſequimur ; vertit Billius, *velut prædam ſuam conſertis manibus retinebant, eoque tuendo judicium ſuum fovebant.*

(b) Cod. P. μετανοίαν.

(c) H deeſt in Cod. Or.

(d) Ως deeſt in Cod. Or. ſed Montac. Combef. & Colb. 2. ὡς καὶ ποικίλη ἐφ' ἑαυτὴν. Cod. P. ἡ μὲν γὰρ κολακία καπηλικὴ.

(e) Antiqui edit. volunt τὸν λόγον, & ſic reddidit Billius.

(f) Cod. Colb. 2. & Or. κατὰ πολλοὺς τοὺς χρόνους.

(g) Ita Montac. & alii edit. ſic legit Billius & volunt Codd. P. Colb. 1. 2. & Or. In edit. ἀναφανῆναι.

(h) Combef. ἐπὰν τὲ καλὸν ; Colb. 2. ἅπαν δὲ καλὸν : mox Cod. Or. ἐν τῇ αὐτῇ.

aliam virtutem ac laudem animi ſinu complexus erat ; ita nec in futurum vaticinandi ei gratia deerat. Nec verò dubito quin apud vos, qui ipſius ſapientiâ majorem in modum oblectamini, fidem hæc oratio inveniat. Sed tamen operæpretium fuerit hanc de rebus ab eo geſtis hiſtoriam ipſiuſmet verbis ornari. Sic autem ad verbum habetur in ea Oratione, quam habuit in præſentia centum quinquaginta Epiſcoporum : *Talis antè hic grex noſter erat, taliſque in præſentia, tamque ſucculentus, latèque porrectus : ac ſi nondum perfectionem aſſecutus, ad eam tamen quotidianis incrementis progrediens, atque etiam, ut auguror, progreſſurus. Hoc mihi vaticinatur Spiritus Sanctus, ſi quid vaticinandi arte valeo, futuraque proſpicio.* Nec verò longo poſt tempore, quod prædixerat explebatur, Eccleſiâ nimirum arenæ maris multitudinem propemodum æquante ; prophetiamque ab hominum opinione remotam, eventûs miraculum comprobabat.

Cùm autem pio Theodoſio, cujus jam a nobis mentio facta eſt, Imperatore creato, liberum Eccleſiæ lumen affulſiſſet, quid commemorem quot publicos conventus orationibus ſuis exhilararit, quot orthodoxorum iracundiam mitigarit, qui hæreticis eam, quâ quondam uſi erant, perverſitatem injuriamque rependere, atque eos, a quibus, cùm rerum potirentur, afflicti & excruciati fuerant, converſis jam temporis vicibus, iiſdem moleſtiis afficere contendebant? Quâ igitur oratione vir beatus utebatur? *Non hæc, ô grex, Chriſtus poſtulat : non ita nos Evangelium docet. Hoc tempore aberrantes in viam reducere convenit. Curandum ut peccata ſua intelligant, Domini pedibus advolvantur, impietatem enuntient, gregique admiſceantur. Hoc ego pro ultione habeo, ut ii, a quibus injuriâ laceſſiti ſumus, ſalutem conſequantur, præclaraque ea eſſe confiteantur, quæ non ita pridem inſectabantur. Animi æquitatem habete, Filii.* Vir animi æquitate prædítus affluit prudentiâ. Beneficio afficite eos, qui vos oderunt, *iiſque delicta perfectè condonate. Quòd ſi nimium ira inferveſcit, ejuſque ægrè impetus coërceri poteſt : quod ſecundum eſt, præſtate. Chriſto hæc relinquite, atque ad futurum tribunal tranſmittite.* Mihi enim vindictam, ego retribuam, dicit Dominus. Quibus verbis iras ſedare perſuaſit.

Ulciſcendam non eſſe injuriam docet.

Prov. XIV. 29.

Matth. V. 44.

Deut. XXXII. 35.

Rom. XII. 19.

καλὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ συνειληφὼς, οὐδὲ τοῦ [a] προφητεύειν ἀπελιμπάνετο. καὶ τὸν λόγον, εὖ οἶδα, πιστοῦσθε, ὅσοι τοῦ ἀνδρὸς τῆς Σοφίας κατατρυφᾶτε. καλὸν δὲ τοῖς αὐτοῦ ῥητοῖς, καὶ τὴν Συγγραφὴν [b] τῶν αὐτῷ πεπραγμένων, τὴν δὲ κατακοσμεῖσθαι. ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὴν παρουσίαν τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα [c] ἐπισκόπων· τοιοῦτον ποτὲ τοῦτο τὸ ποίμνιον καὶ τοιοῦτο νῦν οὕτως εὐεκτοῦν τε καὶ πλατυνόμενον, εἰ δὲ μήπω τελέως, ἀλλ' εἰς τοῦτό γε ταῖς [d] κατὰ μέρος ὁδεῦον προσθήκαις. προφητεύω δὲ, ὅτι καὶ ὁδεῦσον, τάδε μοι προλέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· εἴ τι προφητικὸς ἐγὼ, καὶ βλέπων τὰ ἔμπροσθεν, οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ τὸ προφητευόμενον ἐπληροῦτο, μικροῦ θαλάσσης ψάμμον [e] τῷ πλήθει τῆς ἐκκλησίας μιμησαμένης, καὶ τὸ παράδοξον τῆς προφητείας, τὸ θαῦμα τῆς ἐκβάσεως ἐπιστοῦτο.

Ἐπεὶ δὲ βασιλέως εὐσεβοῦς ἀνακηρυχθέντος τοῦ ἤδη εἰρημένου Θεοδοσίου, φῶς ἐλεύθερον τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπέλαμψε, τί δεῖ λέγειν, ὅσας πανηγύρεις λόγοις ἐφαίδρυνεν ; ὅσων [f] ὀρθοδόξων θυμὸν κατεπραΰνεν, ἀντιμετρῆσαι τοῖς αἱρετικοῖς τὴν ποτὲ κακίαν ἀμιλλωμένων, καὶ τοὺς ἐν καιρῷ δυναστείας διώξαντάς τε καὶ αἰκισαμένους, ἐν καιρῷ μεταβολῆς, τοῖς ἴσοις ἀντιλυπῆσαι. τί οὖν ὁ μακάριος ἔλεγεν ; οὐ ταῦτα, ὦ ποίμνιον ἐμὸν, Χριστὸς ἀπαιτεῖ, οὐδ' οὕτως ἡμᾶς διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον. καιρὸς οὗτος ἐπιστρέψαι πεπλανημένους. γνώτωσαν διδαχθέντες τὰ ἁμαρτήματα· προσπεσέτωσαν τῷ Κυρίῳ· ἐξαγγειλάτωσαν τὴν ἀσέβειαν, καὶ τῇ ποίμνῃ μιχθήτωσαν. τοῦτο, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ζωθῆναι τοὺς ἀδικήσαντας [g], καὶ ὁμολογῆσαι καλὰ εἶναι ἃ πρώην ἐδίωκον. μακροθυμήσατε τέκνα. ἀνὴρ μακρόθυμος, πολὺς ἐν φρονήσει· καλῶς ποιήσατε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ ἄφετε αὐτοῖς τελέως τὰ παραπτώματα. εἰ δὲ λίαν ὁ θυμὸς περιζεῖ [h], καὶ δυσκάθεκτος ἡ ὀργὴ, γενέσθω παρ' ὑμῶν καὶ [i] τὸ δεύτερον. ἐάσατε ταῦτα Χριστῷ, καὶ τῷ ἐκεῖσε δικαστηρίῳ παραπέμψατε. ἐμοὶ γὰρ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω [k], λέγει κύριος. τοιούτοις δὴ λόγοις ἄγειν πείθει τὴν ἡσυχίαν [l].

(a) Οὐδὲ τῷ προφητεύειν, &c. Vertit Billius, *ita ne a prophetiæ quidem gratia diſcrebatur.*

(b) Ita corrigendum volunt Montac. & alii, ſic habet Colb. 1. In edit. τῇ συγγραφῇ.

(c) Ἑκατὸν πεντήκοντα deſunt in Cod. P. Or. & in Colb. 1.

(d) Ταῖς deeſt in Cod. Or

(e) Cod. P. ψάμμῳ : mox idem Cod. μιμησαμένων.

(f) Codd. P. Or. Colb. 1. & 2. ὅσον.

(g) Hanc lectionem ex variis Codd. proponunt Montac. & alii edit. hanc in verſione admiſit Billius, & exhibent nobis Codd. Or. & P. In edit. ἐκδικήσαντας.

(h) Cod. Or. περιζῇ.

(i) Colb. 1. κἂν τὸ δεύτερον.

(k) Cod. P. Combef. & in edit. quibuſd. ἀνταποδώσω.

(l) Hunc locum variè varii edit. legerunt. Montac.

Τοῦ δὲ πολέμου λωφήσαντος, ὃς πρὸς τοὺς ἑσπερίους βαρβάρους συνέστη, καὶ κατὰ νοῦν ἐκβεβηκότος τῷ αὐτοκράτορι. δίκην τε αὐτοὺς εἰσπραξαμένῳ τοῦ θράσους ἀξίαν, αἰχμαλώτους τε λαβόντι καὶ φόρους τάξαντι τοῖς ἡτ]ημένοις, συνέβη παρεῖναι τῇ βασιλίδι, τοῖς θριάμβοις ἐπηρμένῳ καὶ γαυρουμένῳ. καὶ τηνικαῦτα προσδέξασθαι τὸν ἀρχιερέα Γρηγόριον ἐντίμως τε ⁊ τῶν αὐτῷ πόνων ἐπαξίως. ἡ διαλέξει πλατυτέρα τὸ πρὶ αὐτὸν ἐνδείξασθαι προθυμον ἢ τέλος εἰπεῖν· ὦ πάτερ, ζοί τε καὶ τοῖς ἱδρῶσι τοῖς σοῖς δι' ἡμῶν ὁ Θεὸς ἐγχειρίζει τὴν ἐκκλησίαν. ἰδὲ δίδωμί σοι τὸν οἶκον τὸν ἱερὸν, ⁊ τὸν θρόνον. ὁ δὲ μακάριος
a περιχαρείας πληρωθεὶς [a], ἀσπασάμενος τὸν
b αὐτοκράτορα, ἢ εὐχαῖς ἀμειψάμενος, ἐξῄει [b] τῶν βασιλείων. οἱ δὲ Αρειανοὶ (μέχρι γὰρ τοῦ χρόνε τῦδε τὸν ἱερὸν κατεῖχον οἶκον) παρετάττοντο ξιφήρεις, ὑπὲρ αὐτῦ πολεμεῖν ἠρημένοι πρὸς τὸν μακάριον. καὶ τὸν μὲν βασιλέα ἱκέ-
c τευον, μὴ ἀφαιρεθῆναι [c] τὸν οἶκον, δεδοικότες ἀντιβαίνειν τῷ κράτει. τῷ δὲ ὁσίῳ ἢ τοῖς μετ' αὐτῦ, θάνατον ἐπηπείλων δημοσίᾳ τε ὁπλισθέντες, καὶ ἰδίᾳ τινὶ ὑποθέμενοι, λάθρα προσελθόντι δι' τῶν σκελίχνων τῦ ἀρχιερέως ὠθεῖν τὸ ξίφος. καὶ ἡ μὲν σύσλασις τῶν πολεμίων, τοσάυτη.

Cùm autem bellum illud, quod cum occidentalibus barbaris geſtum fuerat, ſopitum eſſet atque Imperatori ex animi ſententia ceſſiſſet; ab iiſque ille, quas eorum audacia merebatur, pœnas expetiiſſet, captivoſque cepiſſet, & victis tributa impoſuiſſet, ad urbem auguſtam venit, triumphis elatus & geſtiens. Ac tum pontificem Gregorium, pro eo ac laboribus illius dignum erat, honorificè accepit, prolixiorique alloquio ſuam erga eum benevolentiam animique alacritatem declaravit; ac poſtremò hæc ad eum verba habuit: *O Pater, Deus tibi, tuiſque ſudoribus, per me Eccleſiam committit. En ſacram ædem & thronum tibi trado.* Beatus porro Gregorius, mirificâ lætitiâ perfuſus, cùm Imperatorem ſalutaſſet, ac votis precibuſque remuneratus eſſet, pedem aulâ extulit. Ariani autem, qui ad hoc uſque tempus ſacro-ſanctam ædem tenuerant, ſicariorum manum parabant, pro ea cum beato viro armis decernere conſtituentes. Itaque ab Imperatore quidem precibus contendebant, ne templum ſibi auferri ſineret, quòd videlicet ipſius imperio reſiſtere vererentur: ceterùm pio viro, iiſque qui partibus ipſius ſtudebant, mortis metum intentabant, tum publicè armis inſtructi, tum privatim ſubornato quodam, qui ad pontificem accederet, ejuſque pectus enſe trajiceret. Atque hæc erat hoſtium conſpiratio.

Theodoſius devictis barbaris Conſtantinopolim ſe confert.

Tradita Gregorio eccleſia a Theodoſio.

Πρωΐας δὲ γενομένης, ὁ λαὸς τῷ Θεῷ ἅμα
d τῷ ποιμένι ἦεσαν [d], τὸν ἱερὸν οἶκον ἀπολη(όμενοι· ἦν δὲ θρᾶς τε πολὺς, καὶ τάραχος, ἐκ ἧττον ἢ πόλεως πορθεμένης ὑπ πολεμίων ἐφόδου, πολλῶν ὁπλοφόρων ἐν πλατείαις τε καὶ διωρόφοις ⁊ τριωρόφοις ὄντων, πολλῆς τε οἰμωγῆς γυναικῶν ⁊ παίδων συμμιγνυμένης. εἰ-
e σήει [e] δ' ὧν ⁊ ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ μακαρίῳ,
f εἰς τὸν νεών. οἷα δὲ πολλὰ συμβαίνει ἐν [f] ἀνθρωπίνοις πράγμασι, πρίν ἅσης γένεται σκότος, νεφέλης τὸν ἡλιακὸν κύκλον ὑποδρα-
g μούσης [g]. ⁊ τὸ συμβὰν ἑορτῆς τε ⁊ φαιδρότητος τοιαύτης ὑπάρχον ἀλλότριον, τὰς μὲν Αρειανὰς ἐποίει φαιδροτέρας, ὡς τῷ Θεῷ μὴ εὐδοκοῦντος τῇ μεταθέσει τῦ οἴκε· ψυχὰς δὲ πι-
h στῶν, ἀνία ἐπίεζεν [h] ὑποσμύχουσα. ὡς δὲ τῆς ἱερᾶς κιγκλίδος ὅ, τε ποιμὴν, καὶ ὁ βασιλεὺς
i εἴσω παρέδυσαν [i], ἤρθη τε φωνὴ μία πρὸς πάν-

Mane itaque, cùm populus Dei ſimul cum paſtore ad ſacram ædem recipiendam perrexiſſent, non minùs gravis, quàm ſi civitas hoſtili impetu expugnaretur, tumultus excitatus eſt, multis hominibus in vicis & diſtegis ac triſtegis cum armis ſtantibus, mulieribuſque & pueris gravem ejulatum permixtim edentibus. Ipſe quoque Imperator templum unà cum beato Gregorio ingreſſus eſt. Ut autem multa in rebus humánis caſu evenire ſolent, nubibus Solis orbem ſub auroram ſubeuntibus, tenebræ repente coortæ ſunt. Quæ res, ut a feſto hujuſmodique hilaritate aliena, Arianos majorem in modum recreabat, perinde ac ſi Deus ſacræ ædis tranſlationem minùs gratam haberet: Fidelium contrà animas intolerabilis dolor cruciabat. Verùm ſimul atque Epiſcopus & Imperator ſacras valvas ingreſſi ſunt, atque omnes unam eandemque laudationis vocem ſuſtulerunt, manuſque cum lacrymis extenderunt, confeſ-

Tumultus Byzantii in recipienda a Catholicis eccleſia.

ἡσυχίαν ἄγειν πείθει τὴν ἐκκλησίαν, *Perſuaſit eccleſiæ ut conquieſceret.* Leuvenclaius: *Eccleſiam mirificè in ſuam ſententiam pertrahit.* Quam reſtituimus videtur Billius lectionem admiſiſſe: hanc nobis exhibent Codd. P. Or. & Colb. 1. Colb. 2. ἄγαν πείθει τὴν ἡσυχίαν: *illâ oratione mirificè perſuadet ut quieſcant.* In edit. ἄγαν πείθει τὴν ἐκκλησίαν.

(*a*) Montac. & alii edit. volunt πληθὺς.

(*b*) Cod. Or. ἐξίῃ.

(*c*) Sic volunt antiqui edit. & Codd. noſtri. In edit. ἀφιεθῆναι.

(*d*) Cod. Or. ἴεσαν: mox Colb. 2. ἀπολειψόμενοι. Cod. P. κατερχομένοι, *ad ſacram domum deſcendiſſent.* In quibuſdam edit. ἀποκλήψομενοι.

(*e*) Cod. Or. & P. εἰσίει.

(*f*) Εν deeſt in Cod. Or.

(*g*) Ita Montac. & alii edit. nec non omnes Codd. noſtri: In edit. περιδραμεύσης.

(*h*) Hanc lectionem exhibent Codd. Or. Colb. 1. & 2. nec non Combef. In edit. ἀνίατα ἐπίεζεν ὑποσμύχον.

(*i*) Sic omnes Codd. noſtri. In edit. παρίδοσαν.

tim, Dei providentiâ, ſubductâ nube, fulgentes Solis radii ſacram domum ſplendore perfuderunt; aëreque colluſtrato homines animi mœrorem in lætitiam commutarunt, atque Imperatorem, ut Epiſcopum in throno collocaret, obſecrare atque obteſtari cœperunt. At Gregorius, cùm ab illa ſede abhorreret, nec præ vitæ continentia, & corporis infirmitate, vocem in tanto hominum numero efferre poſſet, per quendam his verbis multitudinem affatur: *O filii, nunc tempus eſt ut beneficii memores, ob ea quæ largita Trinitas eſt, gratias referamus. De throno autem aliàs agemus.* Hæc verba audiens populus miteſcebat: Imperator verò hominis modeſtiam ad ſtuporem uſque mirabatur. Sic concio ſoluta eſt, Chriſto lætitiam ſummam ſecuritatemque afferente; ita ut & armorum apparatus conſopitus fuerit, & furoris ardor extinctus, atque unus duntaxat enſis exertus ſine ulla cruoris effuſione rurſus vaginâ conditus.

των αἰνέσεως, δάκρυά τε, ἢ χειρῶν ἔκτασις. ἀθρόως τῆ νέφος ὑπεξελθόντος προνοίᾳ Θεοῦ ἐκλάμψαν[a] ἡλιακὸν σέλας τὸν ἱερὸν οἶκον κατηύγασε, ☪ τῷ ἀέρι φωτισθέντι αἱ τῶν ἀνθρώπων διάνοιαι τὴν δυθυμίαν[b] εἰς φαιδρότητα συμμετέβαλον, τόν τε βασιλέα ἱκέτευον ἐγκαθιδρῦσαι[c] τὸν ἀρχιερέα τῷ θρόνῳ. ὁ δὲ μακάριος μὴ βελόμενος ἐκεῖσε καθιδρυνθῆναι, αὐτὸς ἐν τοσούτοις ἐκφωνεῖν, ὑπὸ τῆς ἐγκρατείας ἢ τῆς ἀσθενείας οὐχ οἷός τε ὢν, προσφωνεῖ τῷ πλήθει διά τινος λέγων αὐτοῖς· ὦ τέκνα, νῦν καιρὸς εὐγνωμονοῦντας τὴν χάριν ὁμολογεῖν, ἐφ' οἷς ἐχαρίσατο ἡμῖν ἡ τριὰς, περὶ δὲ τοῦ θρόνου εἰσαῦθις ἀναλαβώμεθα[d]. ταῦτα ὁ μὲν λαὸς δεξάμενος, ἐπεφαύετο. ὁ αὐτοκράτωρ δὲ τῆς μετριότητος[e] τοῦ ἀνδρὸς κατεπλήττετο. ☪ ὅτως μὲν ἡ πανήγυρις διελύθη, εὐφροσύνην τε πλείστην παρασχομένη Χριστοῦ καὶ ἀσφάλειαν, ὥστε κατευναθῆναι τῶν τε ὅπλων τὴν παρασκευὴν, καὶ τῆς μανίας τὸ ζέον. ἐν δὲ μόνον γυμνωθὲν ξίφος, ἀναιμωτὶ πάλιν ἐμβληθῆναι τῇ ξιφοθήκῃ.

Archiepiſcopus creatur Gregorius.

Ceterùm ei ad extremum uſque obſiſtere non licuit, quo minùs in throno collocaretur. Pontificum enim multitudo eum, quamvis nolentem vehementerque recuſantem, in Archiepiſcopali ſede conſtituit. Sed hæc aliquantò poſteriùs. Interea Imperator hominis conſuetudine delectabatur, eumque pro parente colebat. Quamvis enim doctrinæ expers eſſet, pius tamen vir erat, morumque lenitate præditus, ut ſi quiſpiam alius. Verùm Gregorius Deo, quàm Imperatori, operam dare præclarius exiſtimans, haud frequenter in aula verſabatur, eos qui Imperatoris latus cingebant, avaritiæ morbo teneri, atque ut eos qui munera afferebant, caros habere, ita ſuî ſimiles admodum aſpernari perſpiciens. Quocirca precationibus & pervigiliis, atque doctrinis, ægrotiſque curandis & inviſendis incumbebat, Deo ſeſe his rebus gregemque purgans: interdum etiam ruri ſecedebat, ſolitudinem expetens, eâque perpetuis laboribus afflictum corpus recreans, ne ad ſequentes labores fatiſceret. Ad aulam autem rarò commeabat, illud Proverbiorum rectè congruèque permeditatus: *Rarò pedem tuum infer ad amicum, ne forte ſatiatus oderit te.*

Πλήν γε ἐπ εἰς τέλος συνεχωρήθη μὴ ἐνιδρυνθῆναι τῷ θρόνῳ. καὶ περ γὰρ ἐπ ἐθέλοντα, ἢ ἰσχυρῶς ἀναινόμενον, ὅμως ἐνίδρυσε τῆς ἀρχιερωσύνης τοῖς θώκοις ἀρχιερέων πληθύς. ταῦτα δὲ μικρὸν ὕστερον. ὁ μὲν ἓν βασιλεὺς τῷ ἀνδρὶ ἐγεγήθει, πατρὸς αὐτῷ τιμὴν καὶ αἰδῶ ὑπονέμων. καὶ γὰρ ἦν εἰ καὶ παιδεύσεως ἄμοιρος· ἀλλ' οὖν εὐσεβὴς ὁ ἀνὴρ καὶ θεῖος, εἰπέρ[f] τις ἄλλος. αὐτὸς δὲ Θεῷ σχολάζειν μᾶλλον, ἢ βασιλεῖ τῶν καλῶν εἶναι οἰόμενος, ὃ συχνῶς ὡμίλει τοῖς βασιλείοις. φιλαργυρίαν δὲ τοὺς παρισταμένους τῷ βασιλεῖ νοσοῦντας ὁρῶν, καὶ τοὺς δῶρα χαριζομένους ἀποδεχομένους· τῶν δὲ, οἷος ἦν αὐτὸς[g] μάλα καταφρονοῦντας. διά τοι ταῦτα ταῖς προσευχαῖς καὶ ἀγρυπνίαις καὶ διδασκαλίαις προσεῖχε, καὶ ἀσθενῶν θεραπείαις, καὶ ἐπισκέψει, Θεῷ τούτοις καθαίρων ἑαυτὸν, ☪ τὸ ποίμνιον· ποτὲ δὲ μὴ πρὸς ἀγρὸς ὑπανεχώρει, τὴν ἡσυχίαν ποθῶν, μὴ τὸ συνεχὲς τῶν πόνων ταύτῃ ἰώμενος, ὡς ἂν αὐτῷ τὸ σῶμα πρὸς τοὺς ἐφεξῆς πόνους μὴ ἀποκάμοι. αὐλαῖς δὲ βασιλείοις, χρονίως ἐνέβαλλε[h], τὸ τῆς προιμίας εὖ καὶ πρεπόντως

Prov. xxv. 17.

Gregorius rarò aulam adit.

ἐπμελετήσας, σπάνιον εἰσάγε σὸν πόδα πρὸς σὸν φίλον, ἵνα μὴ πληθεὶς σε[i] μισήσῃ σε.

Gregorius a pecuniarum amore immunis.

Tantæ porrò Eccleſiæ Præſul inſtitutus, proventuſque & infinitam omnis generis

Τοσαύτης ὦ ποιμὴν ἐκκλησίας ἀποδειχθεὶς, καὶ πολλαλεῶν πρεσβύς τε ☪ παντοδαπῶν

(a) Ita Montac. & omnes Codd. noſtri ac Combef. In edit. ἐλάμψαν.
(b) Cod. Or. δυσφημίαν.
(c) Cod. Or. καθιδρῦσαι.
(d) Codd. Colb. 1. & 2. εἰσαῦθις ἀναβαλλώμεθα, *in poſterum differamus.*
(e) Colb. 1. τὴν μετριότητα.
(f) Cod. P. εἰ καὶ τις.
(g) Codd. Colb. 2. & Or. οὗτος.
(h) Ita Codd. Colb. 2. & Or. In edit. ἐνέβαλε.
(i) Σε deeſt in Colb. 2. ἵνα in Cod. Or. qui habet φίλον, μήπως πληθεὶς.

κειμηλίων

κειμηλίων πλῆθος, μίαν δραχμὴν ἐντεῦθεν οὐ περιεκτήσατο. καὶ τοί γε βουλομένῳ καὶ ταλάντων ἀφθονίαν αὐτῷ περιποιεῖσθαι ἂν ἐξεγένετο, οὐ λογισμοὺς περισόδων καὶ διοι-
a κήσεως [a] πρὸ τῶν οἰκονομησάντων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπεζήτησεν· οὐκ ἀναγραφὴν σκευῶν ἱερῶν, καπηλικῶν μᾶλλον ἢ ἐκκλησιαστικῶν
b ἀνδρῶν τὸ ἔργον [b] τοῦτο ὑπολαβών, καὶ ἀρχόντων οὐκ ἐπισκόπων, τούτοις ἅπαντας ἐπι-
c παιδεύων Θεῷ [c] καθαρότητα περισφέρειν τῆς συνειδήσεως, καὶ μὴ ἀνθρώπους πειρᾶσθαι λογοθετοῦντας πείθειν.

Συνεχείᾳ δὲ πόνων, γήρᾳ τε καὶ ἀσθενείᾳ ἤδη καμπτόμενος, ἀῤῥωστήσας ἐπὶ τῦ σκίμποδος ἦν. ᾗ δὴ τῦ δήμου πλῆθος ἀθρόως ἐπεισῆλθε τῷ δωματίῳ, ἔνθα κατέκειτο. ὁ δὲ οἷα
d φιλεῖ συμβαίνειν τοῖς πλουμένοις [d], ἐπισῤῥέψας ἐπὶ τῦ σκίμποδος τὰς πόδας, εἰς τὸ ἔδαφος ὕτως ἐκαθέζετο, τί βάλεται πυνθανόμενος
e ἢ αὐτῶν παρουσία. οἱ δὲ χάριν ὁμολογήσαντες [e] τῷ Θεῷ ἐπὶ τοῖς γεγονημένοις, ᾗ ὑπὲρ τῦ βα-
f σιλέως ὑπερευξάμενοι [f], ἕνεκεν τοῦ νεῶ, & τῷ ἄλλων ἱερῶν οἴκων, ᾗ τῆς ἐκκλησίας τῷ ὀρθοδόξων. πάντων δὲ τούτων αἴτιον περσει-
g πόντες τὸν ποιμένα, γεγηθότες ἀπῆσαν [g]. νεανίας δέ τις ὑπολειφθεὶς, καὶ ταῖς ἑαυτῦ χερσὶ συμπιέσας αὐτῦ τοὺς πόδας, ὀδυρμοῖς καὶ δάκρυσιν ἱκέτευε τὸν μακάριον, συγγνῶναι αὐτῷ τὸ πλημμέλημα. τῦ δὲ πυνθανομένου τί τὸ λεγόμενον εἴη, οὐδὲν ἀπεκρίνατο, πλὴν τοῦ θρηνεῖν, καὶ συγγνώμην αἰτεῖν. τῷ δὲ παρισταμένων τις ἔφη· οὗτός
h ἐστιν ὁ σὸς φονεὺς, ὦ [h] πάτερ, ὃς ἔμελλεν ἐκ σκαιωρίας τινῶν κατὰ τῶν σῶν ἐγκάτων ἐλαύ-
i νειν ξίφος [i], ᾗ ὁ Χριστός σε σαφῶς ἀντελάβετο. γνώμης δὲ τῆς αὐτῶν ἕνεκεν, τὸ δρᾶμα ἐξετελέσθη, ταύτῃ τοι προσωίπλων βοᾷ ἐπὶ τῇ τόλμῃ μεταμελόμενος. αὐτίκα δὲ ὁ πατὴρ, οἷα
k l πατὴρ [k], τάδε φησί· γένοιτό σοι Χριστὸς [l] εὐμενὴς, ὦ φίλτατε, ᾗ δῴη σοι συγγνώμην αὐτὸς, ὁ καμὲ περισώσας, μόνον εἰς ἀπολογίαν τῆς τόλμης ἐμὸς γνοὺς, τὴν αἵρεσιν βδελυξάμενος, Θεῷ τε προσελθε, καὶ δούλευε
m αὐτῷ δικαίαν εἰλικρινῆ καὶ [m] ἑκούσιον. ἡ οὖν πόλις ἀκούσασα τῆς ἀποκρίσεως τὸ μακρόθυμον, πλέον ἐπ' αὐτῷ ἐξήφθη φιλοστοργίᾳ.

eximiamque ſupellectilem conſecutus, ne unicâ quidem drachmâ hinc facultates ſuas auxit: cùm tamen maximam talentorum copiam, ſi ita ipſius voluntas tuliſſet, colligere potuiſſet. Ne redituum quidem & adminiſtrationis rationem ab iis, qui Eccleſiæ negotia procuraſſent, repetivit, nec ſupellectilis ſacræ deſcriptionem: cauponum veriùs, quàm Eccleſiaſticorum virorum, id eſſe ſtatuens, ac præfectorum, non Epiſcoporum: atque his rebus omnes erudiens, ut conſcientiæ puritatem potiùs Deo offerrent, quàm ut rationibus referendis muneris ſui adminiſtrationem hominibus probare niterentur.

Tandem aſſiduis laboribus, & ſenio, corporiſque imbecillitate fractus, urgente vi morbi, grabbato ſe tenebat. Ac multitudo populi ingens, cubiculum in quo jacebat repente ingreſſa eſt. Ipſe igitur, ut ſolent qui ſtrepitu aliquo commoventur, ad ſe collectis in ſella pedibus, in eum modum in pavimento ſedebat, quid ſibi eorum adventus vellet percunctans. Illi autem cùm & ob ea quæ acciderant gratias Deo egiſſent, ac pro Imperatoris ſalute, ob receptum templum, aliaſque ſacras ædes, orthodoxorumque Eccleſiam, vota feciſſent, ipſumque horum omnium auctorem & architectum profeſſi fuiſſent, læti cubiculo exceſſerunt. Adoleſcens verò quidam relictus, manibuſque ſuis beati viri pedes comprimens, ab eo cum lacrymis & lamentationibus ſceleris veniam ſupplex poſtulabat. Gregorio autem ſciſcitante quid ſibi hoc ſermone vellet, nihil reſponſi dabat: ſed tantùm lugebat, ac veniam petebat. Tum quidam ex iis qui aſtabant, ita locutus eſt: *Hic eſt ille carnifex tuus, ô pater, qui a nonnullis ſubornatus ferrum tibi in præcordia defixurus erat, niſi Chriſtus perſpicuè tibi auxilio fuiſſet. Quod autem ad eorum voluntatem attinebat, facinus perpetratum eſt. Proinde nunc ad pedes tibi procumbens clamat, ſuſcepti ſceleris pœnitudine affectus.* Confeſtim autem Pater, ut patrem æquum erat, adoleſcentem ita alloquitur: *Propitius tibi Chriſtus ſit, ô cariſſime, tibique ipſe ignoſcat, qui me quoque ſervavit. Hoc ſolum ad facinoris excuſationem & purgationem a te peto, ut meus fias, hæreſim execratus, atque ad Deum accedas, ipſique ſinceram & voluntariam ſervitutem ſervias.* Cujus jam lenis reſponſi cùm certior facta eſſet civitas, ardentiori erga eum amore incenſa eſt.

Ægrotat Gregorius.

Adoleſcens ei necem machinatus veniam petit.

Gregorii clementia atque ignoſcendi facilitas.

(a) Codd. Or. & P. διοικήσεων, mox Cod. P. ἐζήτησεν.
(b) Τὸ ἔργον deeſt in Cod. Or.
(c) Ita Montac. Cod. P. & Combef. In edit. Θεῦ.
(d) Sic volunt Montac. Codd. Or. P. & Combef. hanc lectionem ſecutus eſt Billius: In edit. quibuſd. ποιμένοις. Mox Colb. 1. ἐπιτρέψας ἐκ τῦ σκίμποδος. Billius vertit, *converſis in ſella pedibus.*
(e) Codd. Colb. 1. 2. & Or. ὁμολογήσοντες.
(f) Codd. Or. & Colb. 1. & 2. ὑπερευξόμενοι.
(g) Codd. Or. & P. ἀπιέσαν.
(h) Ω deeſt in Cod. Or. Mox Codd. P. & Colb. 1. σκευωρίας.
(i) Cod. Or. τὸ ξίφος.
(k) Οἷα πατὴρ deſunt in Cod. P.
(l) Cod. Or. σοῦ Χριστὸς.
(m) Καὶ deerat in edit. ſed reſtituendum Montac. judicavit.

Concilium Constantinopolitanum.

Sub id verò tempus ex omni Romanorum imperio, præterquam ex Ægypto & Occiduis partibus, ſancta Epiſcoporum centum & quinquaginta ſynodus coacta eſt, tùm ut pium præſulem auguſtæ urbi præficerent, tum ut hæreſes quæ interim, dum Ariani rerum potirentur, exortæ fuerant, œcumenici Concilii decreto ab Eccleſia extruderentur. Enimverò, quæ ad hæreſes profligandas pertinebant, multò antè magnus Gregorius præſtruxerat, velut inſidioſas beſtias ab Eccleſiæ ovili arcens: atque in ipſa etiam ſacro-ſancta ſynodo pari animi contentione cum aliis decertavit. Sancta autem ſynodus eum Epiſcopum conſtituit, anteſignanum & ducem habens magnum illum Antiochenſium paſtorem Meletium, virum piâ fide præditum, quique florentibus Arianorum rebus Eccleſiâ pulſus fuerat, multiſque calamitatibus exhauſtis diuturno mulctatus exilio. Quibus autem moribus præditus eſſet, quid referre neceſſe eſt? Idem enim & manſuetus erat & rebus gerendis ſolers & efficax, temperans, juſtus, fortis, ſapiens, atque omni virtutum genere perpolitus. Hujus conſilio atque hortatu Gregorio auguſtæ urbis Epiſcopatus concilii decreto confirmatus eſt. Ipſe autem, quamvis alioquin ab Epiſcopatu alienum animum haberet, gregis tamen amore, & quia futurum exiſtimabat, ut ſi urbem auguſtam teneret, contentiones per orbem terrarum oborientes, velut è ſpecula quadam perſpectas, extingueret, diſſidenteſque Eccleſias ambabus, ut dicitur, manibus ad unionem concordiamque adduceret, Epiſcopatum accipere non recuſavit.

Meletii Antiochenſis Epiſcopi laus.

Meletii obitus funebriſque pompa.

At verò Meletius extremo vitæ die Conſtantinopoli perfunctus, adeò celebri atque honorifico funere effertur, ut ad ipſum urbs tota ſe ſe effunderet, maximamque lacrymarum vim emitteret, ac tum inprimis, quanta civium multitudo eſſet, agnoſceretur. Rurſus itaque de throno contentio excitata eſt, atque inter ſe altercabantur Epiſcopi. Alii enim, quæ ſuffragiis ſtatuta fuerant, juſta eſſe judicantes, firma ea manere volebant. Alii iis, quæ jam rectè decreta fuerant, adverſabantur. At Gregorius, ut qui ſemel cathedram admiſiſſet, eam vindicabat, hujuſmodi ad eos oratione utens: *Ego, Paſtores ſacri & venerabiles, primùm auguſtæ urbis præfecturam accipere recuſabam: ac licet hæc Eccleſia laboribus ſudoribuſque meis coagmentata atque amplificata fuiſſet, mihi ta-*

Gregorii expoſtulatio, orto de epiſcopatu diſſidio.

Τωὸ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐκ πάσης τῆς ὑπὸ Ρωμαίων [a] ἀρχῆς, πλὴν Αἰγύπτου καὶ τῆς ἑσπερίας, συνῆλθεν ἡ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγία σύνοδος, ἀρχιερέα καταστῆσαι τῇ βασιλίδι πιστὸν, καὶ τὰς αἱρέσεις τὰς ἐν τῷ μεταξὺ τῶν Αρειανικῶν [b] χρόνων ἀναφυείσας, ἐξωθῆσαι τῆς ἐκκλησίας, ψήφῳ οἰκουμενικῇ συνελεύσεως. τὰ μὲν οὖν κατὰ τῶν αἱρέσεων προωδοποίησεν ὁ μέγας Γρηγόριος ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων, ὥσπερ θῆρας ἐπιβούλους τοῦ ποιμνίου τῆς ἐκκλησίας ἀποδιώκων. καὶ αὐτῆς δὲ παρούσης τῆς ἁγίας ζυνόδου, ὁμοίως συνηγωνίσατο. ἡ δὲ ἁγία ζύνοδος, αὐτὸν ἐνεθρόνισεν, ἡγεμόνα ἔχουσα τὸν μέγαν ποιμένα τῆς Αντιοχέων, Μελέτιον, ἄνδρα εὐσεβῆ μὲν τῇ πίστει, καὶ ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Αρειανικοῦ κράτους ἐξελαθέντα [c] τῆς ἐκκλησίας. πλεῖστά τε κακοπαθήσαντα, συνέβη ἐξορίᾳ πολυχρονίῳ παραδοθῆναι. τὸν δὲ τρόπον τί δεῖ λέγειν, ὁποῖος τις ὑπῆρχεν; ὁ γὰρ αὐτὸς, πρᾷός τε ἦν καὶ δραστήριος, σώφρων [d], δίκαιος, ἀνδρεῖος, ζοφὸς, καὶ πρὸς πᾶν [e] τῆς ἀρετῆς κάλλος ἀπεξεσμένος. τούτῳ δὲ εἰσηγήσει κῇ συμβελίᾳ, συνοδικὴ ψῆφος ἐκύρωσε τὴν προεδρίαν τῆς βασιλίδος τῷ Γρηγορίῳ. ὁ δὲ καίπερ τὰ ἄλλα δυσχεραίνων πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν, πόθῳ μέν τοι τῆς ποίμνης, ᾧ τῷ νομίζειν εἰ τῆς βασιλίδος κρατήσειεν, δυνατὸς ἔσεσθαι τὰς ἐν κύκλῳ τῆς οἰκουμένης ἔριδας, ὥσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς τινὸς καταμανθάνων, διαλύειν, κῇ πρὸς ἕνωσιν ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ἄγειν διεσθώσας τὰς ἐκκλησίας, εἵλετο δέξασθαι τὴν ἐπισκοπήν.

Τοῦ δὲ ὁσίου Μελετίου τελευτήσαντος τὸν βίον ἐν τῇ βασιλίδι, γίνεται αὐτῷ τιμὴ προπεμπλήριος, ὥστε πᾶσαν ἐπ' αὐτῷ ἐκχυθῆναι τὴν βασιλίδα, πολλὰ δὲ καταγεῖν δάκρυα, καὶ τηνικαῦτα ἐν πρώτοις ὅσον εἴη πλῆθος, ἐπιγνωσθῆναι τοῦ ἄστεως. αὖθις φιλονεικίᾳ περὶ τοῦ θρόνου, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐζυγομάχουν ἐπίσκοποι. καὶ οἱ μὲν τὰ ψηφισθέντα δίκαια εἶναι κρίνοντες, βέβαια μεῖναι ταῦτα ἐβούλοντο. οἱ δὲ ἀντέπιπλον πρὸς τὰ ἤδη δεδογμένα καλῶς. ὁ δὲ Γρηγόριος ὡς [f] ἅπαξ τὴν καθέδραν δεξάμενος, μετεποιεῖτο αὐτῆς, πρὸς αὐτοὺς χρώμενος τοιοῖσδε λόγοις· ἐγὼ, ποιμένες ἱεροὶ καὶ τίμιοι, τὴν ἀρχὴν οὐκ ἤθελον τῆς βασιλίδος ἡγήσασθαι, ἀλλὰ κῇ εἰ πόνοις τε καὶ ἱδρῶσιν

(a) Edit. quidam volunt Ρωμαίοις, Montac. Ρωμαίων, & ſic habet Colb. 1.
(b) Cod. Or. Αρειανῶν.
(c) Cod. P. ἐξελθόντα.
(d) Σώφρων deeſt in Cod. Or.
(e) Ita Codd. Or. Colb. 1. & 2. In edit. tantùm πᾶν ἀρετῆς.
(f) Ως deeſt in Cod. Or.

ἐμοῖς ἐπάγη τε καὶ πυξήθη τῶν τῇδε ἡ ἐκκλησία, ἥρκει μοι ταῦτα τῷ Θεῷ θησαυρίζειν παρ' αὐτοῦ τὴν ἀντίδοσιν ἀναμένοντι. ἐπεὶ δὲ πόθος τε ποίμνης καὶ ὑμῶν κοινὴ
a ψῆφος δέξασθαι με τὴν [a] καθέδραν ἐξεβιάσατο, οὔ μοι δοκεῖτε τοῦτο ὀρθῶς νῦν πράττειν, ἀνατρέποντες τὰ οἰκεῖα πρὸς τῷ [b] μηδὲ
b ἅπαντας συμφωνεῖν· ἀλλὰ τοῖς μὲν δοκεῖν κρατῆσαι τὰ ἤδη δόξαντα, τοῖς δὲ οὐ δοκεῖν. ἐγὼ δὲ οὐ πλούτου, οὐδὲ ὑψηλῆς ἐφιέμενος καθέδρας, τάδε φημί· οὐδὲ βασιλίδος χρηματίζειν ἐπίσκοπος· ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὀρφανίαν τέκνων φέρειν ἀπαθῶς δυσχερέστατον, καὶ ἠλιθίων τὸ πάθος. ἔπειτα μὴ δόξητε ὑμεῖς φθόνῳ τινὶ ἢ κουφότητι, ἕτερα πράττειν τῶν πρώην ἐγνωσμένων. εἰ δὲ νικᾷ παρ' ὑμῖν τὰ νῦν, καὶ τὰ πρώην ὡς
c ἕωλα καταφρονεῖται [c], ἀλύπως τῆς ἐπισκοπῆς ἐξίσταμαι. βουλεύεσθε, πράττετε τὰ καθ' ἑαυτούς, τὰ παρισταμένα. ἐμοὶ δὲ ἀγαπητὸν ἡ ἐρημία καὶ πάλαι καὶ νῦν. οὐ γὰρ καὶ Θεοῦ εἴργουσιν οἱ τὸν θρόνον ἀποσερήσοντες.

Ταῦτα εἰπὼν, καὶ αἰδόμενος τὰς πολλὰς προβολὴν ἄλλου σπουδάζοντας, αὐτὸς ἀπολιπὼν τὸν οἶκον, ἔνθα κατέμενεν. ἄλλον περισκοπεῖ πόρρω τῆς ἐκκλησίας, τάς τε θορύβους ἀποδιράσκων, καὶ τὰς ὀχλήσεις τῶν συνελεύ-
d σεων. πολλοὶ γὰρ τοῦ λαοῦ [d] ἐκεῖσε συνέρρεον, δακρύοντες, ἱκετεύοντες, ἀντιβολοῦντες ἐλεῆσαι τὸ ποίμνιον, ᾧ πόνοις τε καὶ ἱδρῶσι τοσούτοις ἐξέθρεψέ τε, καὶ ηὔξησε. δὸς τὴν χάριν, ἔλεγον, τοῖς σοῖς φιλτάτοις, καὶ οἷς τὸ ἀκμαῖόν σου τῆς ζωῆς προανάλωσας ἡμῖν,
e δώρησαι καὶ τὸ λειπόμενον· ἵν' ἔχοιμεν [e] λείψανον τὸ σὸν σῶμα, οἱ τῇ σῇ διδασκαλίᾳ πεφωτισμένοι. τούτοις οἷα φιλότεκνος πατὴρ, ἐμαλάσσετο μὲν, ἠπόρει δὲ ὅ, τι
f δράσειε [f], καὶ τὸν Θεὸν ἐξελιπάρει τὸ αὐτῷ πρέπον οἰκονομῆσαι. τούτων ἐχόντων τὸν τρόπον τοῦτον, παρῆσαν ἐπίσκοποι κεκλημένοι ἔκ τε Αἰγύπτου καὶ Μακεδονίας εἰς τὸ Βυζάντιον, ἔτι τῆς εἰρημένης ἐνδημούσης συνόδου. καὶ δὴ οὗτοι ὡς χωρὶς τῆς αὐτῶν γνώμης καθιδρυνθέντος τοῦ μακαρίου Γρηγορίου, πάθει ἀνθρωπίνῳ κατασχεθέντες, ἀντέλεγον τῇ ψήφῳ. οὐχὶ Γρηγόριον μισοῦντες, ὡς αὐτὸν
g συνέπειθον [g] κρυφίοις δηλώμασιν, ἀλλὰ τοὺς
h καθιδρύσαντας ἀμυνόμενοι, ὡς δίκα γνώμης [h]

(a) Ita Codd. Or. & P. In edit. tantùm δέξασθαι τὴν.
(b) Cod. Or. πρὸς τὸ.
(c) Codd. Or. & P. καταφρονεῖτε.
(d) Codd. Or. & P. ἐκ τοῦ λαοῦ.
(e) Codd. Or. & Colb. 1. ἔχωμεν.

men ſatis ſuperque erat hæc Deo theſaurizare, atque ab eo mercedem expectare. Poſtquam autem & gregis amore, & communibus veſtris calculis, cathedram accipere coactus ſum, mihi haudquaquam rectè agere videmini, qui, quod ipſi feciſtis, convellitis atque abrogatis: ut interim taceam, quòd ne inter omnes quidem ſatis convenit; verùm alii ea quæ jam conſtituta ſunt, rata eſſe debere cenſent; aliis ſecus videtur. Nec verò hæc a me eò dicuntur, quòd vel opes, vel ſublimem cathedram expetam, vel auguſtæ urbis Epiſcopus nominari concupiſcam. Sed primùm filiorum orbitatem tranquillo animo ferre difficillimum eſt, nec niſi væcordis cujuſpiam hominis planeque ſtupidi. Deinde illud metuendum, ne invidiâ quadam aut levitate res nuper decretas immutare videamini. Quod ſi vobis præſentia magis cordi ſunt, ac res haud pridem conſtitutas velut obſoletas & frivolas contemnitis, haud mœſto animo Epiſcopatu me abdico. Conſilium inite, res veſtras agite, & quicquid vobis in mentem venerit. Mihi quidem ſolitudo & olim cara fuit, & nunc eſt. Non enim a Deo quoque nos arcebunt, qui thronum ablaturi ſunt.

Solitudo ſemper cara Gregorio.

Hâc oratione habitâ, cùm pleroſque in alterius Epiſcopi creationem ſtudiosè incumbere ſenſiſſet, ipſe domo eâ, in qua manebat, relictâ, aliam ab Eccleſia procul diſſitam circunſpectat, ut tumultus, moleſtoſque & importunos hominum congreſſus effugeret. Permulti quippe ex plebeio ordine illuc confluebant, cum lacrymis eum orantes atque obteſtantes, ut gregis, quem tot tantiſque laboribus ac ſudoribus aluerat atque provexerat, miſereretur. *Da hoc cariſſimis tibi hominibus*, inquiebant, *& quibus vitæ tuæ vigorem prius impendiſti, iiſdem quoque, quod vitæ ſupereſt, largire: ut qui doctrinâ tuâ colluſtrati ſumus, tui etiam corporis reliquias habeamus* His verbis molliebatur quidem indulgentiſſimus pater: ceterùm ancipitis erat animi quid ageret, Deumque ſupplex orabat, ut, quod ſibi maximè conveniret, diſponeret. Quæ cùm ita ſe haberent, affuere Epiſcopi, tum ex Ægypto, tum ex Macedonia, Byzantium vocati, cùm adhuc ſupradicta ſynodus in urbe conſiſteret. Et quidem illi, quoniam Gregorius citra eorum ſententiam throno impoſitus fuerat, humano affectu obſeſſi, decreto repugnabant: non quòd eum odio haberent (quemadmodum occultis ei ſignificationibus confirmabant), ſed ut eos, qui ipſum præfecerant, ulciſcerentur: ut qui ſine eorum ſententia Archiepiſcopali ſede Gregorium donaſſent. At

(f) Cod. Or. δράσει.
(g) Cod. Or. ἔπειθον.
(h) Ita Codd. Or. Colb. 1. & 2. In edit. γνώμων; mox in eiſdem διδωκότες, ſed lectionem Cod. Or. amplectimur.

vir beatus, omnibus Episcopis in unum coactis, in medio concilio stans, ad hunc modum verba facit.

Gregorii verè Christiana oratio.

Viri collegæ, & compastores sacro-sancti gregis Christi, turpe fuerit, prorsusque a vobis alienum, si, qui ad pacem alios eruditis, intestinum ipsi bellum inter vos excitetis. Quonam enim modo alios ad concordiam adduxeritis, ipsi circa sententias vestras & decreta discrepantes? Ac vos per Trinitatem ipsam obsecro, ut vestra negotia præclarè & pacificè inter vos transigatis. Gregorius Jonam imitatur. *Quòd si vobis ullo modo dissidii causa sum, Jonam Prophetam vitæ integritate non supero.* Jon. I. 12. Mittite me in mare, & cessabit a vobis tumultuum procella. *Quicquid vobis visum fuerit, tametsi a culpa immunis, vestræ concordiæ causâ, libenter perpetiar. Throno exturbate, urbe ejicite.* Tantùm veritatem & pacem, *ut cum Zacharia loquar*, diligite. Zach VIII. 19. *Valete sacri Pastores, meorum laborum memoriam perpetuam conservate.* Hæc eo prolocuto, pudore quodam ipsi tenebantur, ejus oratione compuncti. Tum ipse in Cappadociam perrecturus è Concilio excessit, voluptate simul & mœrore affectus: illud, quòd laborum requiem inveniisset: hoc, propter gregem, quonam modo ipsum relinqueret.

In aulam autem profectus, beneficium ab Imperatore postulabat, his verbis prius eum affatus. Gregorii ad Theodosium Imperatorem oratio. *Tibi quidem, ô Imperator, pro tuis erga Ecclesiam meritis retribuat Christus in die retributionis. Beneficium autem, quod nunc a te peto, potentissime princeps, dare ne graveris. Non pro pecuniis tibi sum supplex: non pretiosa altarium tegumenta concupisco: non cognatis dignitates ambio: sed, ut laboribus liberer, obsecro. Cesset etiam invidia: pacem colant Episcopi: tu maximè in eam rem adnitere: sacerdotum bellum comprime, qui Barbarorum audaciam compescuisti: maxima imperii tui trophæa unâ re exorna, nimirum Episcoporum concordiâ. Hoc ego donum a te peto: hoc mihi beneficium ultimum porrige.* Hâc oratione Imperator, & qui Senatorii ordinis erant, in admirationem rapti, utpotè acerrimo ipsius amore contabescentes, abeundi factâ facultate vix a se dimiserunt.

αὐτῶν δεδωκότας τὸν θρόνον. ὁ δὲ μακάριος ἐπι τοαυτὸ πάντων [a] συναθροισθέντων τῶν a
ἐπισκόπων, κατασὰς ἐν μέσῳ τῷ συλλόγῳ [b] b
τάδε φησί.

Ανδρες συμποιμένες τῆς ἱερᾶς ποίμνης Χριστοῦ, αἰσχρὸν μὲν εἴη [c] καὶ παντελῶς οὐχ c
ὑμῶν, εἰ τοὺς ἄλλους εἰρήνην παιδεύοντες, αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους πόλεμον ἤραθε. πῶς δ' ἂν
ὁμονοεῖν ἑτέρους πείσητε [d], αὐτοὶ ὄντες περὶ τὰ d
δοκοῦντα ἀσύμφωνοι; ἀλλ' ἱκετεύω ὑμᾶς πρὸς
τῆς Τριάδος αὐτῆς, καλῶς τε καὶ εἰρηνικῶς
διαθέσθαι τὰ πρὸς ἀλλήλους. εἰ δέ τι ὑμῖν
ἐγὼ τῆς διαφάσεως αἴτιος, οὐκ εἰμὶ σεμνότε-
ρος Ιῶνα τοῦ προφήτου. βάλετέ με εἰς τὴν θά-
λασσαν, καὶ παύσεται ἀφ' ὑμῶν ὁ κλύδων τῆς
ταραχῶν [e]. αἱρεῖμαι παθεῖν ὅ, τι ἂν βέλησθε. e
καθάπερ ἀθῶος ὢν τῆς ὑμῶν ἕνεκεν ὁμονοίας.
θρόνους ἐξώσατε, πόλεως ἀπελάσατε· μόνον
τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰρήνην, ὡς ὁ Ζαχαρίας
φησὶν, ἀγαπήσατε. ἔῤῥωσθε ἱεροὶ ποιμένες, καὶ
τῶν ἐμῶν πόνων μνημονεύοντες, μὴ ἀπολήξη-
τε. ταῦτα εἰπόντος, αἰδὼς τις αὐτοὺς εἶχε
τοῖς εἰρημένοις κατανυγέντας [f], ὁ μὲν οὖν ἐπὶ f
τὴν Καππαδοκῶν βαδιούμενος, ἐξῆει [g] τοῦ g
συλλόγου, συμμιγὴς χαρᾷ τε καὶ κατηφείᾳ· τὸ
μὲν, ὅτι τῶν πόνων ἀνάπαυλαν ἤυρατο [h]· τὸ δὲ, h
τῷ ποιμνίῳ χάριν, ὅπως αὐτὸ καταλείψειεν.

Ελθὼν δὲ εἰς τὰ βασίλεια, ἤτει χάριν τὸν
αὐτοκράτορα, τοιάδε εἰπὼν πρότερον. σὺ μὲν
ὦ βασιλεῦ, ὧν τὴν ἐκκλησίαν εὐεργέτησας,
ἀντιμετρῆσαί σοι Χριστὸς ἐν ἡμέρᾳ ἀνταπο-
δόσεως. ἣν δὲ νῦν αἰτῶ χάριν, ὦ κράτιστε,
δοῦναί μὴ ἀπαρνήσῃ. οὐ περὶ χρημάτων ἱκε-
τεύω, οὐδὲ ποθῶ πολυτελῆ θυσιαστηρίων
σκεπάσματα, ἃ συγγενῶν ἀρχάς· ἀλλ' ἱκετεύω
περὶ πόνων ἀνεθῆναι. λησάτω δὲ καὶ [i] φθόνος, εἰ- i
ρηνευέτωσαν οἱ ἐπίσκοποι, ζοῦ μάλιστα τοῦτο
σωιδάζοντος. παῦσον περὶ ἱερέων τὸν πόλεμον,
ὁ σήσας βαρβάρων θράσος· τὰ μέγιστα τρό-
παια τοῦ σοῦ κράτους ἑνὶ κόσμησον, τῇ συμφω-
νίᾳ [k] τῶν ἐπισκόπων. ταύτην ἐγὼ δωρεὰν αἰτοῦ- k
μαι, ταύτην τελευταίαν μοι [l] παρέχεις χάριν. l
θαυμάσας δὲ τὰ εἰρημένα ὅτε [m] αὐτοκράτωρ, m
& οἱ τῆς συγκλήτου βουλῆς, οἷα [n] σφοδρᾷ τῇ n
περὶ αὐτὸν πόθῳ συντετηκότες, μόλις ἀπέ-
λυσαν αὐτὸν [o], τὴν ἔξοδον ἐπιτρέψαντες. o

(a) Πάντων deest in Cod. Or.
(b) Cod. P. τῶν συλλόγων.
(c) Cod. Or. αἰσχρὸν μὲν ἂν εἴη.
(d) Colb. 1. πείσοιτε.
(e) Codd. Or. P. Colb. 1. & 2. τῶν συμφορῶν.
(f) Cod. Or. κατανυγέντες. Cod. P. κατανοιγέντας.
(g) Cod. Or. ἐξίει.
(h) Cod. Or. ἔυρατο, Colb. 1. ἔυρετο. Cod. P. ἤρατο.
(i) Δὲ καὶ desunt in Cod. Or.
(k) Ita volunt Montac. & alii edit. Ita Codd. nostri. Or. Colb. 1. 2. P. necnon & Comb. In edit. κόσμισον τὴν συμφωνίαν.
(l) Sic Colb. 1. & Cod. Or. In edit. μοι deest: mox Codd. P. & Colb. 1. παρέχοις, quam lectionem indicat Montac.
(m) Ita Colb. 1. & 2. ὅτε deest in edit.
(n) Cod. Or. οἷα σφοδρᾷ, mox idem Cod. συνεσηκότες.
(o) Μόλις ἀπέλυσαν αὐτὸν, &c. Nobis Combefisii interpretatio magis arridet quàm versio Billii, qui sic reddit: *vix discedendi potestatem ipsi fecerunt.*

Ενδημοῦντος

Ενδημοῦντος δὲ αὐτοῦ ἔτι τῇ βασιλίδι, καθίσταται εἰς τὴν αὐτῆ ἐκκλησίαν ὑπὸ τῆς συνόδυ, Νεκτάριός τις ἐπίσκοπος Ταρσεὺς ὑπάρχων τῆς Κιλικίας. αὐτὸς δὲ προσκαλεσάμενος[a] τὸν κλῆρον, καὶ τῷ λαῷ τὰς ἐκκρίτους[b], νυθετήσας τε αὐτὰς φυλάττειν τὴν παραθήκην τῆς πίστεως, καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ κατεργάζεσθαι ἀσπασάμενος, πολλά τε κινήσας ἅπασι δάκρυα, τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο. ἔρχεται δὲ εἰς Αριανζὸν χωρίον Καππαδοκίας, ὅπερ ἐκέκτητο[c] ἐκ πατρικῆ κλήρου, κατελθὼν εἰς αὐτόν. πολλῷ δὲ χρόνῳ παρωχηκότος, ἀφ' ἧ Βασίλειος ὁ μέγας πρὸς τὸν Θεὸν ἐνεδήμησεν ἐκ τοῦ βίυ τούτυ, πρὸς ὑψηλοτέραν ζωὴν μεταθέμενος τὰ παρόντα, γράψας τὸν ἐπ' αὐτῷ ἐπιτάφιον, εἰς τὴν Καισαρέων ἦλθε τὴν ἱερὰν μητρόπολιν. ἅ προσφωνήσας τὸν λόγον τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐβάδιζεν οἴκαδε.

Χρόνον δὲ πλεῖστον τῆς πατρίδος αὐτῆ ἀπολειφθέντος, διὰ τὴν ἐν τῇ βασιλίδι διατριβὴν (δύο γὰρ καὶ δέκα ἔτη λόγος αὐτὸν ἐν τῷ Βυζαντίῳ πεποιηκέναι) συνέβη τῶν Απολιναρίου μαθητῶν τινὰς, εἰς τὴν δευτέραν ἐπαρχίαν τῶν Καππαδοκῶν[d], πολλοὺς μὲν ἐξαπατῆσαι τοῖς λόγοις τῆς ἀσεβείας, τολμῆσαι δὲ μέχρι καὶ τοῦδε[e] προσελθεῖν, ὥστε καὶ ἐπισκόπους ἐν τῇ χώρᾳ χειροτονῆσαι, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς Ναζιανζοῦ. καθαίρει μὲν ἦν[f] τὴν Ναζιανζὸν τοῦ τοιούτου ἄγους ὡς τάχιστα· λίαν δὲ ἱκετευόμενος προσῆναι τῆς πατρίδος, οὐ δέχεται τὴν ἐπισκοπήν. μάλα γὰρ τὸν ἡσύχιον μετεδίωκε βίον. καὶ τινα Εὐλάλιον, τῆς Ναζιανζοῦ ποιμένα κατέστησεν, ὃν ἔσχεν ἄγαν ἐν τοῖς τιμίοις, θεραπεύοντά τε αὐτὸν, καὶ μέτριον τὸ ἦθος τυγχάνοντα[g]. αὐτὸς δὲ ἐν ἀσθενείᾳ κρατούμενος, ἐν Αριανζοῖς ἀνέψυχεν[h].

Οδοιπορεῖν ἐκ ἔτι οἷός τε ὢν, ἐπέστελλε Κληδονίῳ τῷ πρεσβυτέρῳ, ἀνδρὶ θεοσεβεῖ, καὶ θεράποντι γνησίῳ Θεοῦ, καὶ ἑτέροις τισὶν, ὥστε μὴ προσδέχεσθαι τὸν λοιμὸν τῆς αἱρέσεως, τάς τε χειροτονίας ἀθετεῖν τῶν Απολιναριστῶν, ὡς ἀθέσμους καὶ ἀλλοτρίας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἤδη δὲ οὐ μέχρι τῆ ψιλῆ διαμαρτυρίᾳ πρὸς αὐτοὺς χρήσασθαι, ἀλλὰ καὶ διεξοδικώτερον ἔγραφε, καθ' ἓν ἀνατρέπων

Ceterùm illo adhuc in Auguſta urbe agente, Nectarius quidam, Tarſo Ciliciæ civitate ortus, Eccleſiæ ipſius a Synodo Epiſcopus conſtituitur. Ipſe autem cùm clerum ac præſtantiſſimum quemque ex populi multitudine acciviſſet, eoſque, ut fidei depoſitum ſervarent, Deique præcepta exequerentur, admonuiſſet, complexuſque fuiſſet, multaſque omnibus lacrymas moviſſet, itineri ſe dedit, tandemque Arianzum pervenit. Cappadociæ autem is locus eſt, quem ex paterna hæreditate ad ſe devolutum poſſidebat. Cùm autem multum temporis fluxiſſet, ex quo Baſilius magnus ex hac vita ad Deum evolarat, ac præſentia cum ſublimiore vita commutarat, funebri Oratione in ipſius laudem conſcriptâ ſacram Cæſarienſium Metropolim adiit, Eccleſiæque nuncupatâ ac dicatâ eâ Oratione domum ſe recepit. Nectarius Gregorio ſubrogatur.

Sed cùm perdiu ipſe a patria, propterea quòd in Imperatoria urbe commoraretur, abfuiſſet (duodecim namque ipſum Byzantii annos egiſſe ferunt) accidit ut quidam Apollinarii diſcipuli in ſecunda Cappadocum præfectura ſuis impietatis ſermonibus multos in fraudem inducerent, eòque audaciæ progrederentur, ut ad hunc quoque accederent, atque Epiſcopos in ea regione crearent, ne ipſi quidem Nazianzo parcentes. Ipſe verò Nazianzum quidem hoc piaculo quàm celerrimè purgavit. Cùm autem obnixis precibus rogaretur, ut patriæ antiſtes eſſe vellet, adduci non potuit ut Epiſcopatum acciperet: (tranquillam enim vitam mirificè conſectabatur) verùm Eulalium quendam, quem, ut ſuî cultorem, moderatumque hominem, inprimis carum habebat, Nazianzi Epiſcopum conſtituit. Ipſe autem infirmitate preſſus Arianzi corpus refocillabat. Eulalius Nazianzenus Epiſcopus.

Cùm autem jam iter facere non valeret, Cledonium Presbyterum, virum pium, verumque Dei cultorem, alioſque nonnullos per literas admonuit, ne hæreſis peſtem ſuſciperent, ſed Apollinariſtarum ordinationes, ut nefarias & ab Eccleſia Catholica alienas, pro irritis haberent. Nec verò ſatis habebat nudâ & ſimplici conteſtatione ad eos uti: verùm pleniùs uberiùſque ſcribebat, ſingula abortivæ Apollinarii hæreſis impietatiſque capita evertens atque op-

(a) Sic Montac. & alii volunt edit: ſic Codd. Or. P. Colb. 1. 2. & Combef. In edit. αὐτὸν δὲ προκαλεσάμενος.

(b) Cod. Or. ἐγκρίτυς, νυθετήσας αὐτὰς φυλάττειν τὴν παραθήκην.

(c) Ita Montac. & alii edit. volunt: ita Codd. P. Or. Colb. 1. & 2. In edit. ἐκέκτησεν.

(d) Montac. cui non repugnant alii edit: Fortè, inquit, deeſt ἐπεισδύντας, aut ἐπεισελθόντας; nam de iis in prima ad Cledonium Epiſtola Gregorius ait, οἱ νῦν ἐπελθόντες, vel ut eſt in ſcriptis, ἐπεισελθόντες.

(e) Sic Montac. & alii edit. quorum lectionem confirmant Codd. P. Or. Colb. 1. & 2. in quibuſdam προελθεῖν.

(f) Ita Montac. & alii edit. Ita Codd. Colb. 1. & 2. In edit. ἦν deeſt.

(g) Montac. & alii edit. ὑπάρχοντα, ita etiam Codd. P. Colb. 1. 2. mox duo poſteriores habent: αὐτὸς δὲ ἀσθενείᾳ.

(h) Cod. P. ἀνέψυξεν.

Gregorio ratio ſcribendi carmina.

primens, quemadmodum liquidò oſtendunt tum duæ illæ ad Cledonium epiſtolæ, tum præcipuè tractatus poëtici, quos reliquit. Porrò in poëticis lucubrationibus, quarum etiam antè memini, duplex illi ſcopus propoſitus erat: alter, ut impiam tyranni Juliani legem, qua Chriſtiani a profanis diſciplinis arcebantur, puerilem atque infirmam & ridiculam eſſe oſtenderet: alter, quoniam Apollinarium multos libros variis carminum generibus texuiſſe, iiſque, utpote eruditum hominem, dicendique facultate præſtantem, multos ad hæreſim ſuam illexiſſe perſpiciebat, neceſſariò ſibi faciendum putavit, ut Arianzi poſt reditum ſuum quieſcens, atque ab omnibus negotiis occupationibuſque feriatus, cudendis verſibus animum adjiceret. Atque hinc uberrima mihi hujus Orationis materia collecta eſt.

Cùm autem nonnihil temporis illic ſolitarius egiſſet, vitamque philoſophiâ purgaſſet, ac majori contemplationi animum addixiſſet, in extrema tandem ſenectute caducam hanc vitam cum meliori & ſublimiori rerum ſtatu, cujus hîc pertenues etiam ſpecies vix reperiri queant, permutavit. Atque ornandi quidem Gregorii munere pro virili mea perfunctus ſum, quantùm ad id attinebat, ut & boni patris, & eorum, qui vitam illius audire geſtiebant, votis ſatisfacerem, atque ut exiguam quandam vitæ deſcriptionem breviter comprehenſam haberemus. Nam omnes illius laudes vitæque ornamenta exponere, aut pro rei dignitate tractare, adeò difficile atque arduum fuerit, ut haud ſcio an quiſquam, eorum etiam qui ſummam eruditionis laudem conſecuti ſunt, hoc præſtare poſſit. Tu verò pater beate, *verique* illius *tabernaculi* inſpector & conſcie, ubi *exultationis & ſalutis vox* laudantium Deum Angelorum pariter ac Sanctorum, Gregorii tui, qui exiguam hanc oratiunculam elaboravit, memor eſto. Quamvis enim ob virium imbecillitatem virtutibus tuis parem orationem non attulerim, idque de te verba faciens: promptitudinem tamen animi haudquaquam accuſabis. Tua enim vox illa ſacra eſt, Deo id gratum eſſe, quod viribus reſpondet.

Hebr. VIII. 2.

Pſal. CXVII. 15.

Orat. in Baſilium.

τὰ τῆς ἀσεβείας Απολιναρίου ἀμβλώματα. τοῦτο δὲ δεικνύουσι ζαφῶς αἵ τε πρὸς Κλεδόνιον δύο ἐπιστολαὶ, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ οἱ ἔμμετροι λόγοι, οὓς καταλέλοιπε[a]. περὶ δὲ τῆς ἐμμέ- a
τρων, ὧν ἐμνήσθην καὶ πρώην, διττὸς αὐτῷ γέγονεν ὁ σκοπός· πρῶτος μὲν[b], ὅπως τὴν ἄθεσ- b
μον Ιουλιανοῦ τοῦ τυράννου νομοθεσίαν παιρακιώδη καὶ ἀνίσχυρον ἀπελέγξῃ, κελεύσαν μὴ μετεῖναι Χριστιανοῖς τῆς Ελλήνων παιδείας. δεύτερος δὲ[c], ἐπεὶ εἶδε Απολινάριον ῥάψαντα[d] c d
πολυσίχους βίβλους ἐκ διαφόρων μέτρων, καὶ τούτοις κλέψαντα τοὺς πολλοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν, ὡς ἐλλόγιμον δῆθεν, ἀναγκαῖον ᾠήθη ἐν Αριανζοῖς ἡσυχάζων μετὰ τὴν ὑποστροφὴν καὶ σχολὴν ἄγων[e], οἷα παιγμάτων ἀπηλλαγμένος, τηνι- c
καῦτα γράψαι τὰ ἔμμετρα, ὅθεν μοι εὑρηται ἡ πλείστη ὕλη τῆσδε τῆς ὑποθέσεως.

Ενταῦθα ἡρεμήσας χρόνον, καὶ καθάρας τὸν βίον φιλοσοφίᾳ, ῥᾳδίμβυός τε ἐν θεωρίᾳ μείζονι, μετατίθεται τὴν ἐπίκηρον τήνδε ζωὴν ἐν βαθείᾳ τῇ πολιᾷ πρὸς τὴν ἀμείνω καὶ ὑψηλοτέραν κατάστασιν, ἧς ἐνταῦθα μόλις[f] ἂν εὑρεθείη καὶ τὰ ἰνδάλ- f
ματα. ἐμοὶ μὲν οὖν[g] τῆς εἰς αὐτὸν τιμῆς, g
εἰς δύναμιν ἀφωσίωται ὅσον τὸν πόθον ἀποπληρῶσαι, πατρός τε ἀγαθοῦ καὶ τῶν τὰ ἐκείνου ποθούντων, καὶ ὥστε ἐν ὀλίγῳ συνειληφότας, ἔχειν βραχείαν τινὰ τοῦ βίου ἀναγραφήν. τὸ γὰρ ἅπαντα ἐκδιηγεῖσθαι ἢ πρὸς ἀξίαν, οὐκ οἶδα εἴ τις καὶ πᾶν ἄγαν ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένων, ποιῆσαι ἰσχύσειεν. σὺ δὲ μοὶ ὦ μακάριε πάτερ, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς ἐπόπτα καὶ μύστα, ἔνθα φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας, ὑμνούντων Θεὸν Αγγέλων τε καὶ ἁγίων[h], h
μέμνησο Γρηγορίου τοῦ σοῦ, βραχέα σοι τάδε φιλοσοφήσαντος. εἰ γὰρ καὶ τῆς δυνάμεως ἐνδέων[i] τῆς ἀξίας ὑπολιμπάνομαι, καὶ i
ταῦτα περὶ σοῦ[k] λέγων, ἀλλ' οὐ μέμψῃ k
τῇ προθυμίᾳ. σὴ γὰρ ἐστιν ἐκείνη ἡ ἱερὰ φωνὴ, καὶ Θεῷ λέγουσα φίλον εἶναι τὸ κατὰ δύναμιν[l]. l

(*a*) Montac. & alii edit. ſic volunt, nec non Codd. P. & Colb. 2. In edit. καταλέλιπτι.
(*b*) Cod. P. πρῶτον μὲν.
(*c*) Cod. P. δεύτερον δὲ.
(*d*) Montac. & alii edit. ac Codd. Colb. 2. & P. γράψαντα.
(*e*) Ita Montac. & alii edit. nec non Codd. P. Colb. 1. 2. ac Combef. In edit. ἄγων deeſt.
(*f*) Codd. Colb. 1. & 2. μόγις.
(*g*) Colb. 1. & 2. ac Combef. habent τὰ τῆς εἰς. Mox Cod. P. κατὰ δύναμιν.
(*h*) Cod. P. καὶ ἀνθρώπων.
(*i*) Ενδέων deeſt in Cod. P.
(*k*) Colb. 2. ὑπὲρ σοῦ. Mox Cod. P. ἀλλοῦν ἢ μέμψῃ.
(*l*) Cod. P. addit, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

SELECTA VETERUM TESTIMONIA,
in laudem ſancti Gregorii.

ΕΚ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ.

Σκεῦος ἐκλογῆς καὶ φρέαρ βαθὺ· λέγω δὲ τὸ τῦ Χριστοῦ στόμα Γρηγόριον.

EX BASILIO.

Epiſt. VIII. Claſ. I. Tom. III. pag. 81.

Vas electionis, & puteus profundus, os dico Chriſti Gregorium.

EX HIERONYMO.

Catalogo Script. eccleſiaſ. n°. *CXVII. Tom. IV. Part. II. pag. 126.*

Gregorius, primùm Saſimorum, deinde Nazianzenus Epiſcopus, vir eloquentiſſimus, præceptor meus, à quo Scripturas explanante didici, ad triginta millia verſuum omnia opera ſua compoſuit, è quibus illa ſunt: De morte fratris Cæſarii: περὶ φιλοπλωχίας: laudes Machabæorūm: laudes Athanaſii: laudes Maximi philoſophi, poſt exilium reverſi, quem falſo nomine quidam Heronis ſuperſcripſerunt: quia eſt & alius liber vituperationem ejuſdem Maximi continens; quaſi non licuerit eundem & laudare & vituperare pro tempore. Et liber hexametro verſu, virginitatis & nuptiarum contra ſe differentium. Adversùm Eunomium liber unus: de Spiritu Sancto liber unus: contra Julianum Imperatorem libri duo. Secutus eſt autem Polemonem dicendi caractere: vivoque ſe, Epiſcopum in loco ſuo ordinans, ruri vitam Monachi exercuit. Deceſſitque ante hoc fermè triennium, ſub Theodoſio principe.

EX RUFINO.

Prologo in Orat. Gregorii, quas latinè reddidit.

Gregorius, vir per omnia incomparabilis, qui verbo & operibus clarus, ſplendiſſimum lumen ſcientiæ Chriſti Eccleſiis præbuit, dum ea docuit quæ fecit, nec ſeipſum condemnavit agendo contraria quàm docebat. *Et multis interjectis:* Hujus neque vitâ aliquid probabilius & ſanctius, neque eloquentiâ clarius & illuſtrius, neque fide purius & rectius, neque ſcientiâ plenius & perfectius inveniri poteſt, utpotè qui ſolus ſit de cujus fide ne diſſidentes quidem inter ſe (ut fieri ſolet) partes & ſtudia diſputare potuerint: ſed id obtinuerit apud Dominum & Eccleſias Dei meriti, ut quicunque auſus fuerit doctrinæ ejus in aliquo refragari, ex hoc ipſo quia ipſe magis ſit hæreticus arguatur. Manifeſtum namque indicium eſt, non eſſe rectæ fidei hominem, qui in fide Gregorio non concordat.

EX THEODORO STUDITA.

Iamb. LXVII. pag. 766. edit. Sirmondi.

Βρονθῶν τὰ θεῖα τῇ βοῇ τῶν δογμάτων,
Ηχήσας ὄντως τὴν ὑπουράνιον, μάκαρ·
Καὶ πάσας ἀπριξ μωράνας τὰς αἱρέσεις,
Τὸν κόσμον ἐξήριξας ἐν τοῖς σοῖς λόγοις.

Quæ tu potenti voce fudiſti tonans
Oracula, omnis, Dive, mundus audiit:
Perimenſque cunctas hæreſes radicitus,
Orbem univerſum ſermo firmavit tuus.

Idem ibid. Antirrhetico II. adversùs Iconomachos, pag. 123.

Καὶ δὴ ἀκουσόμεθα τῶν κορυφαιοτάτων πατέρων, Γρηγορίυ μὲν τῦ θεολόγυ . . . . .
Βασιλείυ δὲ τῦ μεγάλυ.

Audiemus certè ipſos Patrum coryphæos, Gregorium Theologum. . . . .
Baſilium quoque magnum.

EX SUIDA.

Lexic. tom. 1. pag. 496.

Gregorius, Epiſcopus Nazianzenus (eſt autem Nazianzus ſtatio Cappadociæ) vir eloquentiſſimus, ſummus amicus Baſilii Cæſareæ Cappadociæ urbis Epiſcopi. Hic non modò Grammaticæ poëticeſque laude florebat: ſed multò magis philoſophiam excoluerat, atque in oratoria facultate inſignis erat. Prosâ oratione permulta conſcripſit. Ad triginta enim verſuum millia opera ſua contexuit, ex quibus ſunt hæc: de morte Cæſarii fratris, funebris oratio in obitu patris, altera in funere Gorgoniæ ſororis, de pauperum amore, laudes Machabæorum, Cypriani, Athanaſii, Heronis Philoſophi, adversùs Julianum orationes duæ, de Spiritu Sancto liber unus, panegyricæ orationes decem, aliæque complures ac cuivis notæ. Secutus eſt in ſcribendi genere Polemonem Laodicenſem, qui Smyrnæ Rhetoricam docuit, atque Ariſtidis oratoris præceptor extitit. Alium quoque tractatum Heroico carmine ſcripſit, in quo virginitatem & vitam conjugatam per ſe differentes inducit, aliaque etiam argumenta omni carminum genere complexus eſt, quæ quidem ad ſummam ſubducta, triginta verſuum millia conficiunt. Hujus porrò Gregorii Arianus quoque Philoſtorgius in ſui temporis hiſtoria mentionem facit his verbis: Ea tempeſtate Gregorius in urbe Nazianzena florebat (eſt autem Nazianzus ſtatio Cappadociæ) Baſilius in Cæſarea Cappadociæ urbe, & Apollinarius in Laodicea Syriæ. Hi tres viri pro Homoouſio, id eſt, conſubſtantiali, adversùs eos qui Filii eſſentiam à Patris eſſentia diverſam eſſe profitebantur, decertabant, longeque omnes eos antecellebant, qui vel priùs vel pòſt, ad meam uſque ætatem hujuſce ſectæ patrocinium ſuſceperunt: adeò ut præ ipſis Athanaſius puer cenſeretur. Namque & in ſummam illi externæ doctrinæ magnitudinem evaſerant, & in ſacris Scripturis, quantùm ad lectionem & expeditam memoriam conducebat, non vulgarem experientiam habebant, ac potiſſimum Gregorius. Jam verò in ſuo quiſque ſcribendi genere maximâ facultate præditus erat. Apollinarius quippe in commentario dicendi genere præcellebat. Baſilius autem in panegyrico inſigniter eminebat. At verò Gregorius in utroque licet exercitato, ad conſcriptionem tamen magis tendebat oratio. Atque ut Apollinario in dicendo grandior ac plenior, ita rurſus Baſilio firmior erat. Cumque tanta eorum eſſet tum in dicendo tum in ſcribendo facultas, tum verò ita moribus comparati erant, ut vel ſolo aſpectu

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.

Γρηγόριος, Ναζιανζῦ ἐπίσκοπος, σλαθμὸς δέ ἐστιν οὗτος Καππαδοκίας, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, ἀναγκαῖος φίλος Βασιλείου τοῦ τῆς Καισαρείας ἐπισκόπου, τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ. οὗτος οὐ μόνον γραμματικὸς καὶ τὰ ἐς τὴν ποίησιν δεξιὸς, ἀλλὰ πολλῷ πλεῖον καὶ εἰς φιλοσοφίαν ἐξήσκητο, καὶ ῥήτωρ ἦν ἀμφιδέξιος. οὗτος ἔγραψε καταλογάδην πολλά. εἰς γὰρ τρεῖς μυριάδας σλίχων τὰ συντάγματα αὐτῦ συνέθηκεν· ἀφ' ὧν εἰσὶ τάδε· περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀδελφοῦ Καισαρείου· ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ἕτερος εἰς τὴν ἀδελφὴν Γοργονίαν· περὶ φιλοπλωχίας· ἐπαίνοι τῶν Μακκαβαίων, ἐπαίνοι Κυπριανοῦ, ἐπαίνοι Αθανασίου, ἐπαίνοι Ηρωνος φιλοσόφου· κατὰ Ιουλιανοῦ τοῦ βασιλέως λόγοι δύο, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγος εἷς, πανηγυρικοὶ λόγοι δέκα, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι, καὶ πᾶσι γνώριμοι· ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι τῷ Λαοδικέως, τῷ Σοφιστεύσαντος ἐν Σμύρνῃ, ὃς ἐγεγόνει διδάσκαλος Αριστείδου τοῦ ῥήτορος. ἐγράφη δὲ αὐτῷ καὶ ἑτέρα βίβλος δι' ἑξαμέτρων, παρθενίας καὶ γάμου καθ' ἑαυτοὺς διαλεγομένων· καὶ εἰς ἑτέρας ὑποθέσεις ἐν παντοίοις καὶ διαφόροις μέτροις, ἃ τινα συνάγονται εἰς ἐπῶν μυριάδας τρεῖς. τῷ δὲ Γρηγορίῳ τούτῳ καὶ Φιλοσλόργιος ὁ Αρειανὸς ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ μνήμην πεποίηται, καὶ φησί· Γρηγόριος γὰρ ἤκμαζε κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐν τῇ Ναζιανζῷ, σλαθμὸς δὲ οὗτος ὁ τόπος Καππαδοκίας, ᾗ Βασίλειος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας, ᾗ Απολλινάριος ἐν τῇ Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας. τρεῖς δὴ οὗτοι τότε ἄνδρες τοῦ ὁμοουσίου προυμάχουν κατὰ τοῦ ἑτεροουσίου, μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τὸν πρότερον καὶ ὕσλερον ἄχρις ἐμοῦ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως προστάντας· ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τὸν Αθανάσιον. τῆς τε γὰρ ἔξωθεν καλουμένης παιδεύσεως ἐπιπλεῖσλον οὗτοι προελημλύθεισαν, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν, ὁπόσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνήμην ἐτέλει, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν. ᾗ μάλιστά γε αὐτῶν ὁ Γρηγόριος. καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκασλος αὐτῶν εἰς τὸν αὐτῷ τρόπον ἦν ἱκανώτατος. τῷ μέν γε Απολλιναρίῳ τὸ ὑπομνηματικὸν εἶδος τῆς λέξεως μακρῷ ἄριστα εἶχε. Βασίλειος δὲ πανηγυρίσαι λαμπρότατος ἦν. τῷ δέ γε Γρηγορίῳ, ᾧ παρ' ἀμφοτέροις

ἀμφοτέροις ἐξεταζομένῳ, μείζω βάσιν εἰς ζυγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. καὶ ἦν εἰπεῖν Ἀπολλιναρίου μὲν ἁδρότερος, Βασιλείου δὲ σταθερώτερος. τοσαύτης δὲ αὐτοῖς ἐν τῷ λέγειν καὶ γράφειν δυνάμεως οὔσης, καὶ τὸν ἦθος οὐδὲν ἧττον οἱ ἄνδρες παρείχοντο πρὸς τὴν τῶν πολλῶν θέαν ἐπαγωγότατον. ὥστε καὶ οἷς ὁρῶντο, καὶ οἷς ἔλεγον καὶ ὁπόσα γράφοντες διεδίδοσαν, δι' ἁπάντων ἤρουν εἰς τὴν ἑαυτῶν κοινωνίαν τοὺς καθ' ὁτιοῦν αὐτῶν εὐμαρέστερον ἁλίσκεσθαι δυναμένους. τοσαῦτα περὶ αὐτῶν ὡς ἐν παραδρομῇ Φιλοστόργιος, καὶ ταῦτα Ἀρειανὸς ὢν, ἔγραψεν. ἔτι γοῦν περιὼν εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον ὁ Γρηγόριος ἐπίσκοπον κατασήσας ἐν τῇ λαχούσῃ αὐτὸν ἐκκλησίᾳ, αὐτὸς ἐν ἀγρῷ τινι βίον μοναδικὸν ἀπηνέγκατο. ἐλάσας δὲ περὶ τὰ ἐννενήκοντα ἔτη καὶ ἐπέκεινα, Θεοδοσίου τρίτον καὶ δέκατον ἔτος ἄγοντος, καταλύει τὸν βίον, ἀνάξιον τοῦτο τῆς αὐτοῦ παθὼν ἀρετῆς, & τῆς καθέδρας ἀποκρυσθῆναι τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων, & περιρρηθῆναι μᾶλλον τὰς φαυλοτέρας, ἢ τὸν ἐπ' ἀρετῇ & λαμπρότητι βίᾳ πάντων μᾶλλον ὑπερέχοντα.

pleroſque ad ſe allicere facillimè poſſent. Itaque partim ipſo intuitu, partim ſermonibus, partim editis lucubrationibus ad ſuas partes familiaritatemque ſuam eos pertrahebant, qui aliquâ harum rerum faciliùs capi poterant. Hæc de illis obiter Philoſtorgius, iſque Arianus, literis mandavit. Adhuc porrò ſuperſtes Gregorius, ſubrogato ſibi in Eccleſia Nazianzena Epiſcopo, ruri vitam monaſticam egit. Atque ad nonaginta annos & ultra ætate provectus, Theodoſio decimum tertium imperii annum agente, vitam cum morte commutavit, hoc unum indignum virtute ſuâ paſſus, quòd principis urbis cathedrâ expulſus eſt, improbique potius electi ſunt, quàm qui virtute ac vitæ ſplendore omnes anteibat.

EX SIMEONE METAPHRASTE.

Magnus hic Gregorius Theologus vitam ipſe ſuam expoſuit in iis funebribus orationibus, quibus Baſilium Magnum, Gregorium patrem, Cæſarium fratrem, & Gorgoniam ſororem ornat. Ac proinde qui vitam illius conſcripſerunt, non aliunde quàm ex ipſius operibus dicendi argumentum acceperunt. Hoc unum neceſſariò dicendum, quòd ſiquidem apud homines exiſtere neceſſe erat effigiem quandam & columnam ex omnibus virtutibus conſtantem, hoc erat Gregorius. Nam cùm vitæ ſplendore eos qui actionis laude florebant, ſuperaſſet, eò rurſus contemplationis progreſſus eſt, ut omnes illi ſapientiæ doctrinæque laude cederent, tam ejus quæ in verbis quàm quæ in fidei dogmatibus verſatur. Unde etiam Theologi cognomentum adeptus eſt. Quantùm autem ad corporis formam attinet, ſtaturâ mediocri erat, pallidus aliquantulùm, non tamen citra venuſtatem, depreſſo naſo, ſuperciliis in rectum protenſis, aſpectu blando & ſuavi, altero oculo, nempe dextro, ſubtriſtis, quem etiam cicatrix quædam contrahebat, barba non promiſſa, denſa tamen. Qua parte calvus non erat (nam ſubcalvus erat) albos crines habebat, ſummas item barbæ partes velut fumo obſitas oſtendebat.

Canon de ſancto Baſilio, apud Bolland. Append. ad tom. 11 Junii, Ode VII.

Ὦ σύμπνοια νῶν ἱερά τε ξυνωρὶς, ἣ ὥσπερ μιὰ ψυχὴ ἐν δυσὶ σώμασιν ἀδιαίρετος, ἐν Γρηγορίῳ Βασίλειος, πόθῳ θεϊκῷ συνημμένοι, ἐν Βασιλείῳ Γρηγόριος. νῦν ἱκετεύσατε Χριστὸν ὑπὲρ τῆς ποίμνης ἡμῶν.

O conſenſio animorum & ſancta ſocietas! quâ velut unus & individuus in gemino corpore ſpiritus, in Gregorio Baſilius divino amore unitus, in Baſilio Gregorius fuit. Orate nunc pro grege noſtro Chriſtum.

His ſubnectere potuiſſem teſtimonia Haimonis Halberſtatenſis cap. 4. lib. 10. Hiſtor. Eccleſ. Adonis Viennenſis Epiſcopi in Chronic. ætate ſexta. Goffridi Viterb. Chronic. parte ſexta, ubi de Juliano verba facit. Petri de natalibus in catalogo ſanctorum lib. 2. cap. 69. Petri Criniti lib. 7. cap. 1. de honeſt. diſcipl. Trithemii de ſcriptor. Eccleſiaſt. Mantuani lib. 1. Faſt. Sabellici Enneade 7. lib. 9. Sed quia hi omnes non aliunde haurire potuerunt, quàm ex his quos ſupra citavimus, nulla mihi cauſa viſa eſt, quamobrem eandem cramben toties tibi obtruderem. Quare hîc finem imponam, non tamen antè quàm Pſelli Cyri Græci ſcriptoris epigramma de Nazianzeno noſtro Latinè utcunque reddidero, ac coronidis vice, magni illius Eraſmi de eodem judicium appoſuero.

PSELLI EPIGRAMMA.

DIVINÆ ſophiæ decus immortale canamus
Gregorium, viguit quo nova Roma duce.
Viribus eloquii valuit, linguæque diſertæ:
Mellifluos dulci protulit ore ſonos.
Maxima laus in eo doctrinæ utriuſque refulſit;
Sive profana velis dogmata, ſive ſacra.
O ſalve conjunx cariſſime virginitatis,
Quæ prius in ſummo numine, deinde choris
Angelicis, puriſque hominum complexibus hæret:
Aſſiduèque tuum læta cubile fovet.
Chriſticolæ columen defenſor maxime gentis;
Stentoreo Triadis numen in ore ferens.
Hæreticæ ſalve maniæ certiſſima peſtis,
Qua ſimul oppreſſi Lybs Macedoque cadunt.
Quæque Arium perimis, cujus ſanctiſſima primum eſt
Horribili ac ſtygio ſecta furore Trias.
Salve doctrinæ Antiſtes, atque unica cura
Pieridum, eloquii Rhetoriceſque decus.
Saltator lugens, Triadis qui numine plenus
Hanc quoque terrigenis omnibus eloqueris.

ERASMI DE GREGORIO NAZIANZENO JUDICIUM.

Epiſt. præfixâ edit. Claudii Chevallonii, an. 1532.

In Gregorio Nazianzeno pietas propemodum ex æquo certat cum facundia, ſed amat ſignificantes argutias, quas eò difficiliùs eſt latinè reddere, quòd pleræque ſunt in verbis ſitæ. Tota verò phraſis nonnihil accedit ad ſtructuram Iſocraticam. Adde quòd de rebus divinis, quæ vix ullis verbis humanis explicari poſſunt, libenter ac frequenter philoſophatur. Frater hujus Baſilius ſuavi quodam & inaffectato dictionis fluxu, & pietatem, & eruditionem, & acumen, ſicubi res poſtulat, & perſpicuitatem, & jucunditatem, & ſi quam aliam virtutem in oratore Chriſtiano quiſquam deſiderare poſſit, complectitur. Joannes Chryſoſtomus Baſilii quemadmodum in literis, ſic etiam in profeſſione ſincerioris vitæ ſocius, atque (ut ita loquar) Achates, quidquid ferè ſcripſit, ad popularem captum accommodavit, eòque fuſior eſt, ac ſimplicior; & in locis communibus ſpatiari maluit, quàm in difficillimis verſari quæſtionibus. Hos triumviros una tulit ætas apud Græcos, pietate pares, nec diſpares eruditione, ſed dictionis caractere diſſimiles. Quos ſi cum noſtris conferre velis, Chryſoſtomus non diſſimilis eſt Auguſtino, Gregorius Ambroſio, qui ſi græcè ſcripſiſſet, plurimùm negotii fuiſſet exhibiturus interpreti. Quem Baſilio conferam nondum invenio, niſi ſi quis Scripturarum cognitionem, quam habuit Hieronymus, cum Lactantii felici facilitate copulet. Me certè a vertendo Gregorio ſemper deterruit dictionis argutia, & rerum ſublimitas, & alluſiones ſubobſcuræ. Eam provinciam eximio quodam pietatis ardore ſibi ſumpſit Bilibaldus noſter, cui & immortuus eſt.

Qui apud veteres auctores Nazianzeni meminerint ex illiuſque ſcriptis teſtimonia protulerint.

Vix ullus in tota Græcia ſcriptor extitit, de Eccleſiaſticis loquor, qui non perhonorificam Gregorii mentionem fecerit, ex ipſiuſque operibus teſtimonia produxerit. Damaſcenus certè non contentus ſcripta ſua ipſius auctoritate ſæpenumero confirmare, ſexcentis locis ita eum compilavit, ut bonam partem librorum ſuorum de fide

Orthodoxa ex ejus libris consuerit, totas plerumque periodos nullis verbis immutatis in volumina sua transferens. Id quod productis quibusdam locis planum facere constitueram, ni id ipsi tam frequens esse comperissem, ut primâ fronte furtum deprehendi posset. Quid de Theodoreto dicam, qui ipsam quoque Theologi phrasim affectavit? Quemadmodum vel ex unico capite libri quarti Hæret. fabularum apertissimè liquet, ubi ex variis Gregorii scriptis orationem suam concinnavit. De Nes-

Tom. IV. pag. 244. torio enim loquens, ἄλλην ἐξ ἄλλης ἀμείβων χώραν, καθάπερ Αἰγυπτιακή τις μάστιξ, τῇ μεγάλῃ τῶν Αντιοχέων ἐνέσκηψε πόλει· ἐν ταύτῃ λόγων ἐλευθερίων μετρίως μετεσχηκὼς, ... τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ Θεοῦ περιὼν εἰσεφθάρη. Et paulò inferiùs: ἐνταῦθά μοι λοιπὸν καὶ τὰ δράματα, ὧν μικροῦ πλήρης πᾶσα γῆ τε καὶ θάλαττα. Annon hæc duo loca ad verbum transcripta sunt ex Athanasiana Gregorii oratione? Rursus hæc verba, τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν τῶν ὀρθοδόξων καθολικῆς ἐκκλησίας τὴν περιεδρίαν πιστεύεται, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. Ipsissima sunt verba Gregorii, etsi locum nunc non satis memini. Quod & aliis verbis ita effert in Basiliana, δι' μιᾶς τῆς Καισαρέων πόλεως τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ πυρσεύειν. Jam cùm idem Theod. eodem loco ait, ὡς γὰρ τὸν μέγιστον ἐκεῖνον κατέλαβε θρόνον, καθάπερ τινὰ τυραννίδα τῆς ἀρχιερωσύνης τὴν προσιασίαν ἁρπάσας: proculdubio hæc a Gregorio accepit, cujus in Athanasiana hæc verba sunt, οὐ γὰρ ὁμοῦ τε καταλαμβάνει τὸν θρόνον, ὥσπερ οἱ τυραννίδα τινὰ ἢ κληρονομίαν παράδοξον ἁρπάσαντες. Rursus illa, οἵκοι τὰ πολλὰ βιβλίοις προσανέχων, καὶ καθ' ἡσυχίαν ἑαυτῷ συγγινόμενος, ex oratione ad Arianos sumpta sunt. Sed de hoc satis. Quantæ autem famæ atque auctoritatis in universa Ecclesia ipsius monumenta fuerint, nullo argumento apertiùs demonstrari potest, quàm quòd Latini ne punctum quidem temporis iis carere sustinuerint, sed statim in Latium transferenda curarint, eorumque testimoniis libros suos illustrarint. Nos ceteris omissis ipsa tantùm lumina proferemus.

Tom. IV. Part. II. p. 363. Hieronymus eum præceptorem suum facit in Catalogo Scriptorum Ecclesiast. & in Apologia priore adversus Rufinum: « An »injuria, inquit, tibi facta est, quòd pro te »Apollinarium, Didymumque sectatus sum? »Numquid in illa epistola Gregorium virum »eloquentissimum non potui nominare? »Quis apud Latinos par sui est? Quo ego »magistro glorior & exulto ». Sui autem imparem apud Latinos Gregorium videtur dicere, ut notet Rufinum: qui cùm ipse apud suos esset eloquentissimus, Rufinus in interpretatione aliquot illius orationum parum gnaviter se gesserat, neque satis feliciter tantæ eloquentiæ responderat.

Idem Hieronymus, explicans illud Ephes. v, *Sacramentum hoc magnum est: ego autem* &c. « Gregorius Nazianzenus, inquit, »vir valde eloquens, & in Scripturis apprimè »eruditus, cùm de hoc mecum tractaret »loco, solebat dicere: Vide quantum istius »capituli sacramentum sit, ut Apostolus in »Christo illud, & in Ecclesia interpretans, »non se ita asserat, ut testimonii postulabat »dignitas, expressisse: sed quodammodo »dixerit: Scio quia locus iste ineffabilibus »plenus sit sacramentis, & divinum cor »quærat interpretis ». Tom. IV. Part. I. p. 393.

Augustinus epistola CXLVIII. ad Fortunatianum, citatis quibusdam ex Athanasio, « Gregorius etiam, inquit, sanctus episco»pus Orientalis apertissimè dicit, Deum na»turâ invisibilem, quando patribus visus est, »sicut Moysi, cum quo facie ad faciem »loquebatur, alicujus conspicabilis materiæ »dispositione assumptâ, salvâ suâ invisibili»tate videri potuisse ». Citat postea Ambrosium. Tom. II. P. 500.

Idem lib. I. contra Julianum Pelagianum, de peccato originali, post citatos Occidentis Episcopos, sic de Gregorio Nazianzeno, quem primùm inter Orientis Episcopos nominat: « Sed non tibi deerit magni »nominis & famâ celeberrimâ illustris Epis»copus etiam de partibus Orientis, cujus »eloquia ingentis merito gratiæ, etiam »in linguam latinam translata usquequaque »claruerunt. Sedeat ergo cum istis pa»tribus (Latinis scilicet) etiam sanctus Gre»gorius, & cum eis tuæ criminationis ina»nem patiatur invidiam: dum tamen cum »eis contra novitiam pestem vestram, me»dicinalem & ipse proferat sententiam. »Audi ergo quid dicat: Imago, inquit, »Dei labem corporeæ inundationis ex»purget, & conjunctam sibi carnem Verbi »Dei sublevet pennis. Et quamvis », &c. Cita & postea ex oratione de Baptismo. « An tibi parva in uno Gregorio Episco»porum Orientalium videtur auctoritas? Est »quidem tanta persona, ut neque ille »hoc nisi ex fide Christiana omnibus notis»sima diceret: nec illi eum tam clarum »haberent atque venerandum, nisi hæc »ab illo dicta ex regula notissimæ veritatis »agnoscerent ». Tom. X. P. 504.

Idem lib. II. adversus eundem pag. 530. citat & explicat Nazianzenum ex lib. Apologetico. Et lib. De dono perseverantiæ cap. 19. ex oratione in Pentecosten testimonium profert: ubi tamen pro *deprecabitur*, vertendum fuerat, *deprecabimur*.

Tom. II. p. 33.

Gregorius Papa, in prologo tertiæ partis Paſtoralis curæ, Theologum noſtrum ita citat: «Ut longè ante nos reverendæ memoriæ »Gregorius Nazianzenus edocuit, Non una »eademque cunctis exhortatio congruit, »quia non cunctos par morum qualitas aſ»tringit». Hæc porrò verba ſunt Gregorii noſtri 1. Apologet.

S. Leo, edit. in-fol. p. 353.

Leo Papa, Magni cognomento honoratus, qui pontificatum ſuſcepit circa annum Domini 441. epiſtolâ CXXXIV. ad Leonem Auguſtum contra blaſphemias Neſtorii & Eutychetis, ſancti Gregorii Epiſcopi Nazianzeni in homilia de Epiphania hæc verba citat: «Cùm ergo proceſſiſſet ex Vir»gine Deus, in ea, quam aſſumpſerat hu»mana natura, unum è duobus ſibi invicem »contrariis exiſtens, carne & ſpiritu, aliud »in Deum aſſumitur, aliud deitatis gratia »præſtat. Idem infra: Miſſus eſt quidem, »ſed ut homo. Duplex enim erat in eo na»tura. Inde denique & laboravit ex itinere, »inde & eſuriit, & ſitivit, & contriſtatus eſt, »& flevit, humani corporis lege». Citat poſtea Baſilium Epiſcopum Cappadocum.

Vincentius Lirinenſis ferè ad finem libri, quem doctè adverſus profanas novitates conſcripſit, in Epheſina ſynodo ſuo tempore contra Neſtorium celebrata, ſcripta Nazianzeni recitata ſcribit. «Adhibita »ſunt etiam, inquit, illa Cappadociæ lu»mina, ſanctus Gregorius epiſcopus & »confeſſor de Naziando vel Nazianzo: »ſanctus Baſilius Ceſareæ Cappadociæ epiſ»copus & confeſſor».

Quæ autem in ea ſynodo ex Nazianzeno recitata ſint, ſic Ruſticus Diaconus contra Acephalos commemorat, ubi de differentia inter Unus & Unum, Alius & Aliud.

Bibl. Patr. tom. IV.

«Sua, inquit, dogmata confirmavit (Ephe»ſina ſcilicet ſynodus) inter beati Nazian»zeni Gregorii lectiones, dicens ita: Alius »quidem & Aliud ex quibus Salvator: »ſiquidem non idem inviſibile viſibili, & »id quod intemporale illi quod ſubtempo»rale». Quæ verba ex priore ad Cledonium epiſtola ſumpta ſunt, quam in eodem libro pluribus locis citat: atque etiam hæreticos (ut illi nihil intentatum & incorruptum relinquunt) & maximè Neſtorianos Nazianzeni ſententias quaſdam ad ſui erroris confirmationem detorquere tentaſſe. Sic enim ibi hæreticus, qui loquens inducitur, objicit: «Hominem quem Apoſto»lus velut in duo partitus eſt, ſanctæ me»moriæ Gregorius unum modis omnibus »nominat, ne Chriſto eum conferens, duos »videatur Chriſtos aſſerere», &c. Et poſt: «Dixit alicubi Apoſtolus: *Quia quantò iis qui foris*, &c. Subjicitur inde explicatio locorum Pauli & Nazianzeni. Ibi enim contra hæreticos pluribus explicatur iſta Theologi ſententia: Sic ex duabus naturis Chriſtus, ſicut ex anima & corpore homo. Illam enim hæreticus ut a ſuis partibus ſtantem in medium proponebat, ut & nonnullas alias, quas Ruſticus ipſe eodem libro pluribus explicat.

Gelaſius de duabus in Chriſto naturis adverſus Eutychem & Neſtorium, multa veterum Theologorum, ut Ignatii, Euſtachii, Hippolyti, Athanaſii, Euſebii Pamphili citans teſtimonia, & hæc Gregorii Nazianzeni in Natali Domini laudat: «Du»plex erat Chriſtus, homo quidem quod »videbatur, Deus verò quod non videba»tur, comedens quidem ut homo verè & »ſicuti nos: habuit enim carnis ſimilem »paſſibilitatem ſicuti nos». Ibidem etiam ex ejuſdem priore ad Cledonium epiſtola permulta profert, quemadmodum & ex epiſtola ad Nectarium.

Bibl. Patr. tom. IV.

Joannes Epiſcopus Romanus, tribus Juſtiniani Imperatoris quæſtionibus reſpondens, ut probet Chriſtum unam eſſe ex perſonis Trinitatis, poſt Auguſtinum hæc Gregorii Nazianzeni ex ſermone de Epiphania citat: «Deum cùm dico, omnino uno »lumine illuſtramur ſimul & tribus, uno »quidem ſecundum uniuſcujuſque propriе»tates ſive ſubſtantias, ſicut placet aliqui»bus dicere, ſive perſonas (nihil enim pro »vocabulorum diverſitate diſſidendum eſt, »cùm ad eumdem ſenſum nominum di»verſitas provocet & intellectum) unum »autem ſecundum ſubſtantiam, vel deitatis »ratione. Dividitur ergo, ut ita dicam, in»diviſibiliter, conjungitur diviſibiliter, una »eſt in tribus deitas».

Epiſt. III. ad Sen. t. IV. Conc. p. 1751.

Juſtinianus I Imperator, Edict. adversùs tria Capitula, ut duas naturas & unitatem perſonæ aſſerat in Chriſto, ſanctum Gregorium Theologum ſemel & iterum nominat. Concil. tom. v. p. 695. 698.

Sanctus Theodorus Studita pluribus in locis Gregorii profert teſtimonia, vel in ſuæ ſententiæ patrocinium, vel ut verba ſancti Doctoris a pravis hæreticorum interpretationibus vindicet. Sic Antirrhetico II adversùs Iconomachos, tom. v. Oper. Sirmondi, p. 107. Item, ibid. pag. 125, 126, 127. Item Refutatione impiorum poëmatum, pag. 193. Rurſus adversùs Iconomachos cap. VI & VII. pag. 213 & ſeq. Iterum, Epiſt. lib. II. Epiſt. XXXVI. pag. 445. Ac demum Epiſt. CLIV. p. 623.

Edit. Sirm.

De

De operibus & ſcriptis Nazianzeni.

Omnia quæ Nazianzeni nomine inſcribuntur, citra controverſiam ipſius ſunt præter metaphraſim in Eccleſiaſten, quæ ipſi falsò tribuitur, ut in argumento ex Hieronymo docuimus : & ſignificationem in Ezechielem, quæ aut illius non eſt, aut certè ab eo non edita.

Duæ extant orationes illius a Rufino Latinæ factæ, quæ non ſunt in Græco exemplari. (Perperam Gregorio Orationes iſtas tribuit Billius, ut in præloquio notavimus).

Ex docta illius in dictum Evangelii homilia videtur multas alias ejus generis compoſuiſſe : ut quem certum ſit & Nazianzi & Conſtantinopoli & alibi ſæpius è ſuggeſtu ad populum concionatum. Ac fortaſsè in ſacros libros commentarios edidit, epiſtolamque Pauli ad Philippenſes videtur ſcriptis ſuis illuſtraſſe. In fine enim Anathematis morum Cyrilli ſic legitur, D. Gregorii Epiſcopi in Epiſtolam ad Philippenſes. Atque hoc fragmentum hîc adſcribitur : *Hoc ſapiatur*, inquit, *quod & in Chriſto Jeſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo : ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi ſuſcipiens.* « Quid pauperius in Deo, quàm forma »ſervi ? Quid humilius in Rege cunc»torum, quàm ad communionem pauperis »noſtræ naturæ ſponte venire ? Rex regum »& Dominus dominantium induitur formâ »ſervi : judex omnium ſit ſubditus poteſta»tibus creaturæ : Dominus in ſpelunca de»ponitur : Qui omnia continet, in diver»ſorio non invenit locum, ſed in præſepe »projicitur jumentorum : mundus & im»maculatus ſordes ſuſcipit humanæ naturæ, »& per omnia paupertatem noſtram tran»ſiens, uſque ad mortis venit experi»mentum. Conſiderate paupertatis ſpon»taneæ menſuram : vita mortem guſtat : »Judex deducitur ad judicium : vitæ om»nium exiſtentium Dominus ſubditur ſen»tentiæ judicantis : Rex omnium virtutum, »quæ ultra mundum ſunt, ſpiculatorum non »reſpuit manus ». Hæc ibi ex Gregorio Epiſcopo, qui videri poſſit Nazianzenus noſter, quando ſtatim aliud ſubjicitur ex Baſilio Magno, de fructu paſſionis Chriſti teſtimonium. Nyſſenus autem & Neocæſarienſis, quod ſciam, nihil in hanc Pauli Epiſtolam ſcripſerunt.

Baptiſta Guarinus Guarini viri doctiſſimi filius in Latinum vertiſſe dicitur Gregorii Nazianzeni ad Chriſtum & Mariam orationes in appendice Catalogi ſcriptorum Eccleſiaſticorum Trithemii & Bibliotheca Lycoſthenis, ut & beatus Rhenanus duas Epiſtolas ejuſdem ad Themiſtium. At illæ neque Græcè neque Latinè in manus meas adhuc incidere potuerunt.

Hæc ſunt quæ Billius collegit, & adornavit in laudem & illuſtrationem eximii Doctoris. Pauca adjecimus, Billio vel ignota, vel nondum in lucem edita. Jam ſupereſt ut Billii, Leuvenklaii, Genebrardi, & aliorum qui Gregorii operibus manum adhibuerunt præfationes hîc ſubjiciamus. Billii Epiſtolam Carolo Lotharingo Cardinali nuncupatam, priorique editioni præfixam, forſan detrahere licuiſſet. At tanti viri reverentiâ, libellum in quo calamitoſas tempeſtates ſui ævi tam eleganter deſcribit, tam amarè luget, ceteris ejus ingenii monumentis connectere decrevimus, maximè ut ne minimum quid vel ex antiquis Editionibus deſiderare Lectorem ſinamus.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

ac Domino D. CAROLO Lotharingo Cardinali, ac Principi illuſtriſſimo,

Jacobus Billius Abbas S. Michaëlis in Eremo, S. D.

Lib. de Rep. 8. QUOD ait ille totius philoſophiæ antiſtes Plato, ſummæ atque effrenatæ libertatis extremam plerumque ſervitutem aſſeclam eſſe, quod etiam Hippocrates corporum habitudines ad extremum bonitatis perductas, periculoſas eſſe: hoc in Chriſtiana noſtra republica non ſine maximo piorum omnium dolore hac miſerâ tempeſtate unuſquiſque noſtrûm experitur. Nam ſi quis florentiſſimum illum ſtatum, quo patrum memoriâ religio erat, cum eo quem his perditiſſimis temporibus videmus, compoſuerit; profectò *quantùm diſtat Ortus ab Occidente*, tantùm inter utrumque ſtatum intereſſe comperiet. Nec verò in re adeò manifeſta longâ oratione opus eſſe puto. Illud potiùs dolendum, atque ingemiſcendum, nos tam præclaram hæreditatem a majoribus acceptam tenere non potuiſſe. Sed ſcilicet verum eſt quod dici ſolet, Satietatem contumeliæ atque inſolentiæ matrem eſſe.

Lib. 1. Aph. 3. Aphoriſ.

Pſal. CII, 12.

Olymp. Od. 1.

* Ingentem felicitatem concoquere.

Deut. XXXII. 15.

Nos proſperarum rerum velut nectare quodam obruti, bona noſtra ignoravimus, nec **μέſαν ὄλβον*, ut de Tantalo ait Pindarus, *καλαπέψαι* potuimus: idemque nobis accidit quod Judæis olim ſæpe uſu veniſſe legimus, qui ſimulatque *incraſſati*, *impinguati*, *dilatati* ſunt, protinus *recalcitrarunt*: ut quod Appius ille de Romanis dicebat, negotium illis meliùs, quàm otium committi poſſe, in nos non immeritò torqueri poſſit, Eccleſiaque his Ezechiæ verbis commodè uti queat: *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.* In tanta tranquillitate ſomnus iis obrepſit, qui ad Eccleſiæ gubernacula ſedebant. Non literarum ſacrarum ſtudiis incumbere, non plebem ſibi commiſſam ſalutiferâ doctrinâ paſcere, non vitæ integritate ac ſanctimoniâ ceteris prælucere: ſed vel dormire, vel ſibiipſis tantùm vigilare, & quidem ita vigilare, ut altum dormire præſtiterit. Qualis porrò gubernator, tales proretæ, tales nautæ, tales vectores; &, ut ait Scriptura, *qualis ſacerdos, talis & populus*, malæ ſementis mala ſeges, malorum magiſtrorum mali diſcipuli, mali exempli mala expreſſio. Omnes declinavimus, & inutiles facti ſumus. Paſtores inertiâ languerunt: populus quales merebatur, tales paſtores habuit.

Iſa. XXXVIII, 17.

Oſe. IV, 9.

Pſal. LII, 4.

Ap. Cyprian. in App. p. CVII.

Interim verſipellis noſter inimicus, « qui inferioris »hujus mundi ſcabiem ac languentium ulcera ſcalpit »atque ablingit, qui ubi quid vitii & corruptelæ eſt, »cadaveribus aſſidet putredineſque contrectat «, paſtoribus in officio ceſſantibus, in agrum Domini furtim ingreſſus zizania ſuperſeminavit, tantamque juſtiſſimo Dei judicio tempeſtatem rerumque omnium perturbationem excitavit, ut a jactis religionis noſtræ fundamentis, vix ulla gravior acerbiorque extiterit: quòque majorem ſtragem in Dei caſtris ederet, Angeli lucis perſonam ſibi induendam putavit, ut quò tectiùs, hoc quoque nocentiùs pernicioſiùſque virus ſuum ſimplicioribus animis inſtillaret. Sub hac larva ita omnia confudit ac ſurſum deorſumque jactavit, ut in antiquum Chaos penè reciderint, *factique ſimus quaſi in principio cùm Deus noſtri non dominaretur, nec invocaretur nomen ejus ſuper nos.* Terris ſalutem longam dixiſſe videtur caritas: improbitati atque impudentiæ habenæ omnes remiſſæ ſunt. Plena omnia odii, rixarum & maledicentiæ, plena livoris & virulentæ contentionis. Amicorum & hoſtium nullum diſcrimen. Nemo ſeipſum propiùs inſpicit: ſed ſalutem ſuam in tuto verſari exiſtimat, dum alios omni animi acerbitate atque amarulentiâ infectetur. *Pereunt bona*, ut ait noſter Gregorius, *nuda & aperta ſunt mala, navigatio in nocte, fax nuſquam, Chriſtus dormit. Refrigeſcente vel* potiùs extinctâ *caritate abundat* in orbe *iniquitas.* Exundante porrò atque in immenſum excreſcente iniquitate, vindicem Dei gladium ardenteſque illas ſagittas in nos cadere non eſt mirum.

Epiſt. ad Eudoxium. al. XXXIX. Matth. XXIV, 12.

Pſal. VII. 17.

Itaque haud ſcio an non multò commodiùs de hoc noſtro tempore dicere nobis liceat, quod Epiphanius olim de ſua tempeſtate ob eandem cauſam dicebat. « Mirandum eſt hoc tempore, & non mi- »randum. Mirandum, quòd noſtro ſæculo omnia im- »plentur: non autem mirandum, quia impleri ea »neceſſe eſt». Et paucis verbis interjectis: « Quò pro- »greſſa eſt mens hominis prona ad malum ab ado- »leſcentia ſua? Quas fidei partes non perdidit? In »quibus diſputationibus utilitatem non perturbavit »conſilii perverſitas »? Quid enim? An non deploratiſſimam hanc ætatem velut digito indicare videtur vir ille ſanctiſſimus, in qua vel nova quotidie dogmata feruntur, vel jam olim oppreſſa & ſepulta in lucem revocantur? Neque enim ſatis habuit Satan inferioribus telis adverſus nos uti, niſi etiam venena, ut ait ille, cœlo peteret, atque ex ſaluberrimis vitæ fontibus a ſe vitiatis, mortem nobis propinaret, ſagittâque illâ per diem volante, hoc eſt, ut per hæreticos in ſanctarum intelligentia Scripturarum, Eccleſiam convulneraret.

Lib. 3. tom. 2. adversùs Antidic. p. 1034.

Senec. in Hercul. Oeteo.

Pſal. XC, 6.

Hinc illæ tot tamque diſſectæ ſectæ, quas per ſuos ſatellites toto orbe Chriſtiano ſpargit, qui utinam ipſi tum ſuæ tum aliorum ſalutis minùs prodigi eſſent! Utinam faſtum illum ſuum atque arrogantiam comprimerent, nec antiquitatem univerſam cæcitatis atque ignorantiæ damnare mallent, quàm errorem ſuum confiteri! Sed habet hoc inprimis *φιλαυτία*, hæreſum omnium parens certiſſima, quòd iis, qui hoc vitio infecti ſunt, oculos prorſus morbique ſenſum omnem eripit, planèque eodem modo eos afficit, quo Harpaſtem fatuam ſuam Seneca laboraſſe ſcribit, quæ cùm videre deſiiſſet, ſe tamen cæcam eſſe neſciebat, ſed in domum tenebroſam id rejiciebat, aliòque migrare velle dicebat. Ex quo efficitur ut nemini prorſus cedere ſuſtineant, verùm cerebri ſui figmenta ita perditè ament atque amplexentur, ut a viſceribus ſuis potiùs avelli, quàm a concepta ſemel opinione abſtrahi patiantur. « Ita perditi perdunt, & »depravati errorem pravitatis infundunt «, ac virus ſuum quaquaverſum ſpargere moliuntur: ut non abs re Cyprius ille Epiſcopus eos *ἐκθαμβητὰς τῶν προβάτων καὶ πλύρτας τῶν περιστερῶν, καὶ σοβητὰς τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀρνίων καὶ θρεμμάτων* vocet. Sic impurus hoſtis fructum omnem memorabilis illius ſupplicii, quod Chriſtus in cruce pertulit, *ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum*, funditus tollere atque evellere modis omnibus conatur. Nihil enim eum graviùs angit & excruciat, quàm pax aliorum & concordia, cujus ſe ſuo ſcelere expertem videt. Nihil eſt quod avidiùs expetat, atque

Cyprian. lib. de idol. van. p. 226.

Epiph. lib. 3. tom. 2. p. 1009.

Joan. XI, 52.

in quo vehementiùs elaboret, quàm ut nobile illud amoris ac benevolentiæ legatum, quod Chriſtus Eccleſiæ ſuæ teſtamento reliquit, nobis extorqueat. Ac proinde quas poteſt contentiones in domo Dei ſerit, & quod de morte Hyeronimus aiebat, «fratres dividit, & cariſſima inter ſe nomina crudelis »& durus diſſociat «.

Epiſt. xxxv, *t.* iv. *Par.* ii. *p.* 267.

Hæc proh dolor! non jam auribus, ſed oculis ipſis haurimus: non jam legimus, ſed ſentimus, quàmque *κακίσῃ δαιμόνων*, ut Euripidis verbo utar, ſit hæreſis, non tam ex annalium memoria, quàm ex noſtriſmet ipſi calamitatibus cognoſcimus. Multas quidem graveſque hæreſum procellas in veterum monumentis deſcriptas videmus: ſed multò graviùs nos afficiunt, quas ipſi cernimus ac ſentimus. Ut enim res procul ab oculis diſſitæ multò minores videntur, quàm quæ propiori intervallo ſpectantur: eodem modo fieri non poteſt, quin præſens calamitas multò graviorem nobis dolorem inurat, quàm quas in hiſtoricorum libris velut in tabula quadam pictas intuemur. Et ſanè æquum erat, ut qui vicinorum noſtrorum triſtiſſimis exemplis erudiri negleximus, ipſi tandem aliis in exemplum proponeremur, ceterique ex nobis documentum caperent, quid ſibi eſſet in eadem cauſa pertimeſcendum. Atque utinam verberibus ſaltem, ut Phryges, & quidem iterum ac tertiò repetitis, meliores efficeremur, ac non potiùs ad tam duras plagas obſtupeſceremus. Sed, quod vix ſine lacrymis dici poteſt, ad doloris ſenſum obduruiſſe videmur. *Diſſipati* enim *ſumus*, ut inquit Propheta, *& non compuncti. Percuſſit nos Dominus, & non doluimus: attrivit nos & renuimus accipere diſciplinam.* Belluæ ſi quando è laqueis evaſerint, ea omnia loca, in quibus laqueos eſſe ſuſpicantur, ſedulò fugiunt: nos bardi & vecordes ad eundem quotidie lapidem impingimus, & pyrauſtarum in morem, ambuſta jam toties ac ferè jam aduſta corpora, flammis adhuc admovemus.

Pſal. xxxiv, 16. *Jer.* v, 3.

Quotuſquiſque eſt enim, qui in tam denſo calamitatum agmine meliorem mentem induat, & concipiat, ac quaſi parturiat ſpiritum ſalutis? Omnes pene iiſdem veſtigiis inſiſtimus, vitiis noſtris indulgemus, ea mordicus retinemus, noviſque quotidie flagitiis cumulamus, nec, ut cum Lyrico loquar, per noſtrum patimur ſcelus iracunda Jovem ponere fulmina. Hanc rerum acerbitatem deploramus, hanc temporis infelicitatem accuſamus, cujus ipſi unici fabri atque artifices ſumus. Ad flagra murmuramus, qui ſcorpionum ictus meremur. Dolemus omnia pluſquàm feralibus odiis ardere: & cum Deo in gratiam redire non curamus. Quaſi verò certa pax inter eos coaleſcere queat, qui a Deo pacis ſeſe averterunt; atque ii membra tenere queant, qui *caput*, ut eſt apud Apoſtolum, *non tenent*. Ut enim in circulo quò longiùs a centro lineæ protrahuntur, hoc quoque longioribus intervallis inter ſe diſtant: ad eumdem modum quò quiſque longiùs a Deo diſcedit, eò etiam magis a fraterna caritate imò etiam a ſeipſo removetur.

Iſa. xxvi, 18. *Horat. lib.* i. *Car. Od.* 3. *III. Reg.* xii, 14. *Col.* ii. 19.

Nam quid de iis dicam, qui ab Eccleſiæ corpore nefariè ſe præciderunt, qui *inconſutilem* illam Chriſti veſtem, cui immaniſſimi etiam carnifices pepercerunt, in infinitas partes ſciderunt, tantâque amentiâ præcipites feruntur, ut quemadmodum Salamandra in igne, ſic ipſi in diſſidiis funeſtiſque conflictionibus vivant, atque adverſus publicam orbis concordiam conjuraſſe videantur. «Niſi enim »pacem odiſſent, in unitate certè permanſiſſent «. In ſumma miſeria ſummam felicitatem, in maxima perturbatione jucundiſſimam quandam quietem vel ſimulant, vel opinionis errore ſibi confingunt. Extra arcam eſſe gaudent, ac velut de certa ſalute ſibi gratulantur. Sic nimirum ægroti quidam nuſquam non quietiores ſe fore, quàm in ſtratis ſuis arbitrantur. Perire miſeri non recuſant, dum alios in eamdem ſecum perniciem trahant. Idemque ſi non ore, reipſa tamen clamant, quod ille apud Tragicum, Hæc ipſa pollens inclyti Pelopis domus ruat vel in me, dum modò in fratrem ruat.

Joan. xix, 23. *Auguſt. in Pſal.* cxix. *t.* iv. *p.* 1371.

Senec. in Thyeſt.

Itaque qui non ita pridem (tantum in eis ſimulationis artificium erat) nil niſi pacem concordiamque ſpirare pleriſque videbantur, iidem nunc apertâ fronte, & regno Parides, & optimo cuique Phalarides, ſacri etiam ordinis hominibus pluſquam tigrides ſe præbent. Chriſti, cujus admirabilem quendam zelum præ ſe ferebant, templa diſturbant, patrimonium diripiunt, miniſtros obtruncant. Regis, cujus auctoritatem imperiumque ſibi ſacro-ſanctum eſſe alternis prope verbis affirmabant, urbes vi atque armis expugnant, tributa legunt, ſceptrum etiam, ſi poſſint, extorquere contendunt. Populi, cujus causâ, populares videlicet homines, anno ſuperiori ad arma ſe invitos trahi teſtabantur, fortunas omnes per crudeliſſimum latrocinium eripiunt, eique pro libertate promiſſa graviſſimam tyrannidem invexerunt, pro ligneo jugo ferreum impoſuerunt. Unde autem fures agnoſceremus, niſi furarentur, & mactarent, & perderent? Unde lupos niſi ſanguinem ſitirent? Unde viperarum progeniem, niſi matrem arroderent? Unde apros ſolitarios, niſi pulcherrimam illam vineam pervaſtarent. Unde leonis rugientis catulos, niſi obvium quemque devorarent? Unde denique ejus, qui jam inde a prima rerum origine homicida fuit, liberos, niſi cruore atque omni feritatis genere paſcerentur?

Joan. x, 10. *Matth.* iii, 7. *Pſal.* lxxix, 14. *I. Pet.* v, 8. *Joan.* viii, 44.

Quis interpretari poteſt iniquiùſne bellum ſuſceperint, an crudeliùs & rapaciùs gerant? Quibus opibus hæc barathra, quo ſanguine hæ hirudines, ante quas, ut ſcripturæ verbis utar, *quaſi nihilum eſt ſanguis*, expleri queant. Habent certè unde in confuſione ſua glorientur. Vicerunt omnes omnium ætatum hæreticos. Vicerunt impudentiâ, ſcelere, importunitate, rapinis, crudelitate. Non extruendo, ut Babylonici ædificatores, ſed vaſtando, evertendo, exurendo nomen ſuum celebrare, immortalemque ſui memoriam poſteris relinquere moliuntur. Quanquam credetne unquam poſteritas tantum furoris in Francis hominibus, iiſque defæcatæ religionis titulo ſeſe venditantibus, extitiſſe? Non credet, impoſturam ſibi factam clamabit, niſi expreſſa tantæ amentiæ monimenta in templorum ruinis viderit. Mihi quidem non in publica modò, ſed etiam in privata calamitate, quàm nihil in illis, non dicam Chriſtiani, ſed ne hominis quidem eſſet, abunde experiri contigit. Nam ut Regienſis inſulæ vaſtitatem præteream (in qua, quandiu ſuperiores fuimus, licuit illis ſuo ritu vivere, facultatibus ſuis liberè tranquillèque frui: ſimulatque autem vicinæ Rupellæ perfidia baſiliſcum illum, quem tot annis parturierat, peperit, illico templis flammæ injectæ, fortunis noſtris, domeſticiſque omnibus, quos quidem arripere potuerunt, manus allatæ ſunt) quis Michaëlini noſtri cœnobii cladem ullâ quamlibet tragicâ oratione pro rei atrocitate deplorare queat?

Eccli. viii, 19. *Geneſ.* xi, 4.

Domus ea antiquiſſima & illuſtriſſima erat, atque ipsâ quoque ſtructuræ ſpecie religionem quandam ſpectatoribus incutiebat. Ea multis calamitoſis ſolatio, pietatis causâ exulantibus perfugio ac præſidio, & ut cum Job dicam, *oculus cæco*,

Job. xxix, 15.

pes claudo, *mater pauperi* plerumque fuerat. Præcipuum autem ipſius decus erat, quòd in hoc animarum diluvio ſola penè, velut Arca Noë, diluvii vim minimè ſenſerat. Bis obſeſſa, bis de hoſtibus triumpharat. Felix heu! nimium, felix ſi littora tantùm Anglorum nunquam tetigiſſent noſtra carinæ. Quamprimùm enim Rupellani pro vino & ſale aliiſque rebus ad vitæ uſum neceſſariis, æneas machinas ingentis magnitudinis ab Anglis acceperunt, ſtatim tertia expeditio adverſus domum noſtram ſuſcipitur. Accurrunt undique hoſtes ex oppidis & pagis, ex inſulis, Deus bone, quàm truci vultu, quàm impotenti furore, quàm inaùditâ animorum rabie! Noſtris quidem primò nec animus ad reſiſtendum, nec vires deerant. Sed poſteaquam immanes illæ bombardæ dirutis omnibus propugnaculis muros jam ipſos dejicere cœperunt: quemcunque Deus voluiſſet eventum expectare maluerunt, quàm ullum deditionis verbum apud eos habere, quos quidquid promiſiſſent non aliâ quàm Punicâ fide præſtituros eſſe certiſſimum habebant. Idibus ergo Januarii, quem diem Rupellæ defectio ſuperiore anno toti Galliæ nefaſtum reddidit, hoſtis per disjectas muri partes irrumpens, promiſcuam cœnobitarum, domeſticorum meorum, ac ruſticorum ſtragem edidit. Optatò tamen nox adveniens finem cædibus attuliſſet, ſi cum iis hoſtibus res noſtris fuiſſet, qui non niſi in primis expugnationis tumultibus, animi ferociam adhibere conſueverunt. Sed cum monſtris, cum furiis, cum terrimis omnis humanitatis hoſtibus res erat.

Itaque poſtero die, cùm jam per noctis quietem ira deferbuiſſe debuerat, inchoatas cædes proſequuntur, ac fuſos per templum, paſſimque totâ domo, nequicquam eorum miſericordiam, quæ nulla in ferreis pectoribus erat, implorantes necant. Multi, quibuſcum de vita pretio redimenda tranſactum fuerat, ſtatim juſſu ducum contra jus belli, faſque omne, trucidati. Multis etiam ad importunam victoris libidinem laqueo fractæ cervices. Direpta mox, atque incenſa domus: direptus etiam pagus, & quidem tam inhumanè, ut viduis & orphanis, quibus nunc ſolis propemodum conſtat, nihil præter acerbiſſimam famem lacrymaſque relictum ſit. Sed ô beatos, qui propter *II. Cor. VIII, 9.* Chriſtum (nam is quoque, ut veris & ſempiternis opibus nos cumularet, in egeſtate vixit) facultatum ſuarum naufragium æquo animo ferunt! Longè verò beatiores, qui ſtolas ſuas in agni ſanguine laverunt, quibuſque non alia mortis cauſa fuit, quàm quòd nec adulteram pro ſponſa, nec ſemen Chanaam pro ſemine Juda, nec Abſalonem aut Jeroboam aut Tabeleem pro legitimo principe agnoſcere voluerunt. At tu filia Babylonis miſera, tu veſana carnifex, tu mortis filia, atque in medio umbræ mortis habitans, quid egiſti? Ubi eſt victoria tua? Diruendo ruiſti, perdendo periiſti. Cœlum habent, quibus terram; patriam habent, quibus exilium invidiſti. O beatæ animæ, quàm pretioſus in conſpectu Domini tranſitus veſter, a luto fæcis ad locum paſcuæ, a terra deſerta invia & inaquoſa ad terram fluentem lacte & melle, a torrente amaritudinis ad torrentem voluptatis, ab igne & aqua ad refrigerium! Quàm dulce eſt vobis in agni comitatu eſſe, Chriſto frui, ſub magnæ illius gallinæ alis requieſcere, nulla jam ſcandala, nullam gladiorum aciem, nullos venantium laqueos, nullam vim bombardarum extimeſcere! Quàm præclarum negotiationis genus, pro exiguis ſanguinis guttis regnum cœlorum, pro carbonibus theſaurum, pro ſtercoribus margaritam accipere!

Sed profecto (ne diutius extra curriculum feratur epiſtola) nec noſtra domus, nec tot templorum millia in hoc regno conflagraſſent, niſi *vulpibus* *Cant. II, 15.* iſtis, *quæ vineas demoliuntur*, *foveas habere*, *Luc. IX, 58.* veſpis iſtis favos, id eſt, hæreticis eccleſias facere *Tertul. l. 4. adv. Marc.* nimium diu licuiſſet. Hinc graviſſima illa apud *Baſil. 1. epiſt.* Baſilium Magnum querela: Baptiſant, inquit, illi, mortuos efferunt, ægrotos inviſunt &c. Quis hîc non ingemiſcat? Quis non lacrymarum fontem cum Jeremia requirat, ut tantam calamitatem pari *Jerem. IX. 1.* fletu proſequatur? Hîc enim tota vis mali verſatur. Nam cùm altare adverſus altare erigitur, ac veræ ſponſæ pellex inducitur, infirmi quique addubitare incipiunt, utram tandem pro vera conjuge agnoſcant: idemque propemodum aiunt, quod Tullius ex tragœdia, *ποῦ σκάφος τὸ τῶν ἀτρειδῶν*? Ex quo efficitur, ut velut duabus ſellis ſedeant, quodque de Dioſcuris antiquitas finxit, nunc apud ſuperos ſint, nunc apud inferos: ac deſultoriâ quadam levitate nunc ad hos nunc ad illos ſe conferant. Nunc Deum Iſraël ſequuntur, nunc Baal: nunc de menſa Domini comedunt, nunc de menſa Jezabel, imò dæmoniorum: nunc filiorum vel potius Angelorum pane veſcuntur, nunc porcorum ſiliquis herbiſque illis amaris, quæ in mortis olla coquuntur: nunc de Jordane bibunt, nunc de Mara, de Amana & Pharphar fluviis Damaſci: nunc de fontibus Salvatoris aquas hauriunt, nunc de ciſternis diſſipatis. Et quemadmodum animalia quædam ſunt, quæ in utroque elemento degunt, ob eamque cauſam a Græcis *ἀμφίβια* nominantur, & monſtra quædam interdum exiſtunt, alterâ corporis parte humanam, alterâ belluinam formam præferentia: eodem modo ipſi nec planè orthodoxi, nec apertè hæretici ſunt, ſed mediam quandam inter utroſque conditionem tenent. Ita vel cum Zacharia obmuteſcunt, vel cum dubitante Petro mergi incipiunt, jam jamque haud dubiè peſſum ituri, niſi Chriſtus eos manu arreptos in naviculam retraxerit.

Sunt alii, qui tametſi ab omni hæreſi abhorreant, perinde tamen atque eos orthodoxiæ pudeat, veritatis patrocinium deſerunt, ac ne quid odii ſibi apud homines conflent, impias adverſus Deum blaſphemias ſurdis auribus tranſmittunt: quaſi verò non ut *corde ad juſtitiam creditur*, ſic *Rom. X, 10.* *ore* quoque *confeſſio ad ſalutem fieri* debeat. Ad quos accedunt, qui ad adverſariorum gratiam aditum ſibi muniunt, ac velut amicos parant, qui, ſi fortè *defecerint*, *recipiant* eos *in ſua tabernacula*. *Luc. XVI, 9.* His non paulò ſceleratiores habendi ſunt, qui ſub ovium pelle lupos celant; quorum vox quidem vox Jacob eſt, ſed & manus & animus Eſaïi ſunt; qui in Eccleſiæ corpore ita ſunt, ut Sinon in urbe Trojana, vel ut Judas in cœna. Nemo eſt qui oratione aſſequi poſſit, quantam iſti verſutis ſuis conſiliis perniciem reipublicæ Chriſtianæ quotidie afferant. Plus artibus ſuis efficiunt, quàm ferrum omne, quàm vis omnis armorum. Ac propterea illis cum totius mundi ſcandalo a ſuis coryphæis permittitur, religionem, quam morte pejus oderunt, ſimulare, orthodoxorum templa adire, rei ſacræ intereſſe, aliaque omnia, quæ ſecta execratur, facere: dummodo hâc ſimulatione factionem provehant. Hîc profecto mihi ſuccurrit illud Auguſti, qui ex tota ea ſupellectile quam moriens quidam Romanus immenſo ære alieno obrutus reliquerat, lectum ſolum emendum curavit, quòd fieri non poſſe diceret, quin longè optimus eſſet, in quo homo tantâ æris alieni mole oppreſſus ſomno frueretur. Conſimili enim modo firmiſſimas ac robore triplicique ære, ut ille ait, obſeptas eſſe hujuſmodi *Horat. l. 1. Car. Od. 3.* conſcientias

conſcientias neceſſe eſt, quæ in tanto ſcelere ſecuræ conquieſcunt.

Eſt aliud hominum genus quorum ſalus ſpe exiguâ extremâque pendet, ac propè deplorata eſt, ut non tam medico, quàm Chriſto, qui mortuos ſuſcitat, opus habere videantur. De his lo-
Epheſ. IV. 19. quor quos aptiſſimo nomine ἀπηλγηκότας Apoſtolus vocat, qui ut in Nili Catadupis ad ruentis fluminis fragorem incolæ obſurdeſcunt : ita illi perpetuarum diſputationum tædio fracti atque enecti, omnes in univerſum religiones peræquè aver-
Pſal. I. 1. ſantur, atque in peſtilenti deriſorum cathedra ſibi ſedem figunt. Hi tantùm abeſt ut hâc rerum omnium perturbatione commoveantur, ut etiam ex publicis calamitatibus uberrimam riſus meſſem faciant. Omnes, quos Eccleſiæ cauſa ſeriò afficit, pro ſtultis & inſanis habent, ac de lana caprina contendere atque inter ſe altercari aiunt. Compendiariam viam ad tranquillitatem eſſe cenſent ἀθεΐαν, ejuſque beneficio ſe ex graviſſima ſervitute
II. Pet. II. 1. in libertatem vindicatos eſſe gloriantur, *eum qui emit eos negantes, ac ſuperducentes ſibi celerem perditionem.* Ridendo pereunt, jocando ſerium exitium ſibi accerſunt. Hi ſunt veri gigantes, qui blaſphemam linguam in cœlum mittunt, ac Deum omnipotentem impio bello laceſſunt : quos in Satanæ peculio jam eſſe quiſpiam non immeritò dixerit, quippe qui æternas inimicitias cum eo ſuſceperint, qui ſolus ipſis mederi poterat. Hos non
Lib. 3. t. 1. pag. 990. minus quàm Epiphanius Anomœos, « virgini corrup-» tæ, cæcæ, ſurdæ, & mutæ comparare poſ-» ſumus, quam nemo corruptam eſſe neſcit » : rogata autem a quo corrupta ſit, non audit, quia ſurda, nec eum vidit, quia cæca, nec dicere poteſt, quia muta.

Quanquam quid mutos eos appello, qui non jam, ut olim, impietatem pectore clauſam tenent, non in angulis, ut nuper, effundunt, ſed in omnium pletumque oculis atque conſpectu ex
Pſal. CXVII. 19. ore teterrimo evomunt, portaſque aperiunt non juſtitiæ, ſed atheiſmi. Hi ſi ſuperis placet, Scripturas quoque proferunt, quas rident, nec ſeriò ſe agere, ſed tantùm diſputare velle profitentur : ac Chriſtum oſculantur, ut prodant ; hoc eſt, doctrinam ſacram allegant, ut evertant. Quorum hâc tempeſtate tantus proventus eſt, ut non ſine cauſa apud noſtrates in proverbium abierit, Noxias herbas cito excreſcere. *Cypr. de unit. Eccl. p. 197.* « Sic inanes paleæ tempeſtate » jactantur, & invalidæ arbores turbinis incurſione » evertuntur ». Sed quanquam nulla capitalior peſtis ab infeſtiſſimo generis noſtri hoſte excogitari poteſt, quàm hæreſis : ex ea tamen hoc commodi percipitur, quòd hinc elucet, qui probi, qui fucati atque
I. Cor. XI. 19. adulterini Chriſtiani ſint. *Neceſſe eſt*, inquit Apoſtolus, *hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant.* Rebus tranquillis & pacatis, fortis & generoſus miles ab ignavo & timido internoſci non poteſt. At exorto bello quid inter utrumque diſcriminis ſit facilè perſpicitur. Alter ſtatim abjecto ſcuto turpiter ſe in fugam conjicit : alter periculis omnibus magno atque intrepido animo ſeſe offert. Quot homines ſuperioribus hiſce annis vidimus, qui cùm orthodoxiæ ſpeciem omni vitâ præ ſe tuliſſent, ad primas noctis tenebras in Chriſto ſcan-
Matth. XXVI. 56. dalizati ſunt, *eoque relicto fugerunt*, imò transfugerunt ? Et qui pluſquam trabali, ut aiunt, clavo in Eccleſia fixi eſſe videbantur, ſeque Iſraëli pro muro futuros oſtendebant, ipſi primi fœdiſſimè corruerunt ?

Hoc ergo bonum attulit hæreſis, quòd & horum ſimulationem prodidit, & bonorum conſtantiam animique magnitudinem declaravit. Fuit ergo illa quaſi lapis quidam heraclius verum aurum a falſo diſcernens, quaſi ignis contrarias materias diſtinguens, quaſi ventilabrum paleam a tritico ſeparans, *Matth. III. 12.* denique quaſi ventus & pluvia quibus perſpicuum fieret, qui in levi arena, qui in firma petra fidei *Matth. VII. 25, 27.* ſuæ fundamenta jeciſſent. Rebus lætis in adulatorum turba ſinceri amici latent : æſtate qui parietes, quæ tecti partes vitioſæ ſint, quæ contrà vitio careant non facilè dignoſcitur : tranquillo mari vix diſcerni poteſt, quæ pars navis integra ſit, quæ naufragium minetur. Rebus autem afflictis, & ortâ hyeme, atque urgente tempeſtate ſtatim diſcrimen eluceſcit, tolliturque omnis dubitatio. Certus Chriſtianus in re incerta cernitur : hyeme non ruit, ſed firmiore etiam quàm antea gradu conſiſtit, periculiſque ipſis roboratur, atque ut eleganter ait Poëta, Ab ipſo ducit opes animumque *Hor. lib. 4. Carm. Od. 4.* ferro. Et quemadmodum egregiæ gemmæ in noctis tenebris clariùs quàm in media luce micant : ſic ille in perſecutionum caligine illuſtriora pietatis ſuæ documenta præbet. Etiamſi in Eccleſia zizania videat : non ideò tamen Eccleſiam deſerit. Expectandam eſſe meſſem non ignorat : alioqui periculum impendere, ne ſimul cum zizaniis triticum etiam evellatur. Dolet quidem ipſi noxias herbas in optimo agro pullulare : ſed non hoc ſibi temerè ſuperbèque arrogat, quod ſoli Dei Filio reſervatur, nimirum zizania a tritico ſeparare, areamque perpurgare. Scit quidem ea in area eſſe poſſe, in horreo non poſſe. Quoties hæreſes enatas videt, toties declarandæ virtutis conſtantiæque ſuæ occaſionem ſibi oblatam ſentit.

Cur autem ob hæreſes nutet illius fides, quæ niſi exiſterent, verbis Chriſti fides non conſtaret, veritaſque ipſa falſi convinceretur ? Nonne Chriſtus ne nos inopinata mala perturbarent, exurrecturos pſeudochriſtos & pſeudoprophetas prædixit, tan- *Matth. XXIV. 11, 24.* taque etiam miracula edituros, ut ſi fieri poſſit, electi quoque in errorem impellantur ? Ut quiſquis mirerur hæreſes eſſe, idem nihil aliud mirari videatur, quàm rem a Chriſto tantò antè prædictam repræſentari. Quid quod expedit plerumque hæreſes exoriri, ut intermortuum pietatis ſtudium renovetur, collapſa ac prope deleta morum diſciplina erigatur & inſtauretur, ac denique, quod ait Auguſtinus, pigritia hominum excutiatur. Certè cum Themiſtocle nobis optimo jure dicere licet, Perieramus, niſi periiſſemus. Tanto veterno oppreſſi tenebamur, ut non niſi duriſſimo hoc baculo expergefieri poſſemus, atque ab inertia ad laborem doctrinæque ſtudium revocari. Hæc itaque tempeſtas nobis innumerabiles heroas procreavit, qui partim optimæ ac probatiſſimæ vitæ exemplo, partim eruditiſſimis ſuis lucubrationibus Eccleſiam adverſus furioſos hæreticorum impetus acerrimè defenderunt. Quos equidem ipſe pro eo ac meretur ſingularis eorum pietas & virtus, unicè admiror ac ſuſpicio, immortalique laude dignos exiſtimo : quippe qui omnes ingenii doctrinæque opes ad ornatum templi Dei, hoc eſt Eccleſiæ conferant, nulla hominum odia, nullam invidiam extimeſcant, nullas hoſtium minas inſidiaſque reformident, modò rempublicam Chriſtianam ab omni errore puram atque integram tueantur. O quantam illis laboris operæque mercedem Propheta *Dan. XII. 3.* pollicetur : *Fulgebunt*, inquit, *quaſi ſplendor firmamenti, & quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

Quid igitur de iis dicemus qui in ſumma juvandæ Eccleſiæ facultate, dum præſenti otio conſulunt, aut, quod ſceleratius eſt, hominibus diſplicere timent, ſacri hujus belli otioſos ſe ſpectatores præbent, nec ad hujuſmodi incendium reſtin-

guendum guttulam unam aquæ afferre curant ? Sed ut his omiſſis ad inſtitutum ſermonem redeam, eximium illud ac ſingulare erga nos Chriſti beneficium fuit, quòd hæreſes fore prænuntiavit, ut adversùs eas, tanquam adversùs infeſtiſſimum atque immaniſſimum hoſtem animi noſtri arcem multò antè muniremus. Accedit etiam illa, & quidem maxima conſolatio, cùm cogitamus ab Eccleſiæ incunabulis uſque ad hanc ætatem vix ullum tempus extitiſſe, quo non ei adversùs fidei hoſtes decertandum fuerit : ut non ſine cauſa militans Eccleſia appelletur. Ne aurea quidem ætas ab hujuſmodi fluctibus immunis fuit. Ipſa quoque ſuos habuit Hymenæos & Alexandros, ſuos Nicolaos & Cherintos, qui vix in lucem editam adhucque lactentem opprimere ac de medio tollere conati ſunt. Vix ex his fluctibus emerſerat, cùm aliis aliiſque ſubinde procellis jactari cœpit. *Sæpe*, inquit, *expugnaverunt me a juventute mea*, ſed quid ? *non potuerunt mihi. Adversùm me ne ipſæ quidem inferi portæ* prævaluerunt, nec unquam *prævalebunt.*

Pſ. cxxviii. 2. *Matth.* xvi. 18.

Quanto ergo ſolatio perfundi debet Chriſtiani pectus, cùm triſtiſſimam hujuſce tempeſtatis imaginem in veterum monumentis ita ad vivum depictam videt, ut ſub eorum perſona res noſtra geri videatur ? Nam ſi ægroto ea demum conſolatio gratiſſima eſſe ſolet, quæ ab eo affertur, qui eodem morbi genere aliquando conflictatus eſt : quid tandem cauſæ eſſe poteſt, quin in graviſſima hac calamitate magno ſolatio Chriſtiani hominis dolor mitigetur, cùm mentis oculos ad priſca ſæcula convertit, ac cum ſanctiſſimis viris, qui in iiſdem rerum acerbitatibus verſati ſunt, velut colloquitur? Nam cùm illos ex tot tantiſque afflictionibus Dei benignitate tandem aliquando extractos fuiſſe legit, tamne impiè vel de ſummi numinis potentia, vel de ipſius erga nos amore cogitabit, ut aut manum ejus abbreviatam eſſe, nec jam ſalvare poſſe, aut ejus erga nos caritatem refrixiſſe arbitretur? Quid in hujuſmodi librorum lectione aliis accidat, pronuntiare nequeo : De me certè affirmare poſſum, eam mihi plerumque magno ſolatio atque utilitati fuiſſe. Ex quo factum eſt, ut Græcos Latinis conjungens, in nobile illud amicorum par tandem inciderem, Baſilium Magnum & Gregorium Nazianzenum dico : in quorum ſcriptis tantum veræ pietatis, tantum doctrinæ atque eloquentiæ lucet, ut neſcio an apud Græcos Latinoſque inveniri poſſint, qui plus eruditionis cum majori dicendi facultate copularint.

Iſa. l. 2.

Me certè Nazianzenus gravi illo ac ſublimi ſcribendi genere ita affecit, ut incredibilem quandam oblectationem ex ejus lectione ſemper ceperim. Quocirca mihi jampridem haud mediocriter dolebat, tantum virum minus frequenter hominum manibus teri, quàm ſingularis ipſius facundia atque doctrina merebatur. Cujus rei cùm eam cauſam eſſe intellexiſſem, quòd ita Latinitate donatus eſſet, ut Theologorum ſtudia minimùm juvare poſſet, operam ſuſcepi, quàm rei theologicæ utilem neſcio, mihi certè admodum arduam ac difficilem : ut quantum labore ac diligentiâ conſequi poſſem, hunc auctorem ita verterem, ut ſi non elegantior, minus ſaltem obſcurus in lucem prodiret. Potui certè in amœnioribus, mihique longè gravioribus ſcribendi argumentis verſari, ſed vicit publicæ utilitatis ſtudium, cui pro virili parte optimus quiſque inſervire debet. Nec verò eorum labores, qui in hoc piſtrino ante me deſudarunt, elevabo ac ſuggillabo, ad quorum eloquentiam doctrinæque laudem me minimè aſpirare poſſe ſentio, ingenuèque fateor. Hoc tantùm dicam eos gravioribus ſtudiis addictos, nec fortaſſe niſi recreandi animi cauſâ in hac tranſlatione verſatos, tot locis ab auctoris ſententia receſſiſſe, ut mihi neminem fore perſuadeam, qui inutilem ac ſupervacaneam hanc ſecundam verſionem fuiſſe dicat. Hunc porrò laborem cùm, cujus potiſſimum nomini conſecrarem, mecum ipſe diſpicerem, ſtatim unus occurriſti, cui pluribus de cauſis meritò nuncupandus videretur.

Primùm enim, ſi perſonas ipſas ſpectemus, cuinam quæſo congruentiùs offerri potuit hoc optimi, eruditiſſimi, atque inprimis eloquentis Epiſcopi volumen, quàm Archiepiſcopo & Cardinali, ſingulari virtute, doctrinâ, ac rarâ quadam & eximiâ dicendi facultate prædito ? Deinde cùm eos omnes, qui de re literaria bene mereri ſtudent, benevolentiâ tuâ & comitate ſemper complexus fueris, quacumque potueris ratione juveris, evexeris; profectò literæ ipſæ in tuum, tanquam in optimi parentis & patroni ſinum confugere geſtiunt : non tam ut te illuſtrent (nec enim aquis Oceanus eget) quàm ut ex illuſtriſſimo tuo nomine ſplendorem ipſæ trahant. Huc accedunt multa tua & præclara in quoſdam meorum beneficia, quos cùm æquè ac vitam ipſam amem, non minùs certè me magnitudini tuæ debere cenſeo, quàm ſi in meipſum ea contuliſſes. Sed nullo nomine me tibi obſtrictiorem agnoſco, quàm quòd in Eccleſiæ, Chriſtianiſſimi Regis, totiuſque hujus afflictiſſimi regni cauſam tantâ animi ſolicitudine incumbis, tot curas, tot ærumnas ſuſcipis, eò denique omnia tua ſtudia refers, ut truncatis (quandoquidem nec ſanari volunt, nec ſine certa corporis pernicie ultrà retineri queunt) putridis membris, reliquiæ partes conſerventur. Quis autem non videt, quantùm tibi laboris perferendum ſit, quantùm dimicationis ſubeundum, ut tot Achitophelium ſub vulpe latentium conſilia diſſipes; & dum alii in aperto bello egregiam reipublicæ operam navant, provideas interim, ne quid ab occultis hoſtibus ea detrimenti patiatur ? Eſt quidem omnino grave ac moleſtum ei, qui ex publicorum negotiorum tumultibus ad ſtudiorum vitæque tranquillitatem (cujus dulcedinem nemo ſcit, niſi qui guſtavit) ſeſe aſſeruerit, ex hoc quietis velut paradiſo quodam exturbari, atque ad publicarum rerum adminiſtrationem, tot moleſtiis refertam, tot hominum odiis, invidiæque expoſitam, trahi.

Verùm hominis eſt verè Chriſtiani, cum Paulo quærere, non quod ſibi, ſed quod multis utile eſt, ſeque totum Reipublicæ Chriſtianæ commodis devovere. Atque illud ſatis animadvertit inſignis tua prudentia, multiplices illas omnis generis dotes, quibus te Dominus exornavit, non in hoc tibi creditas fuiſſe, ut eas vel ſudario obvolutas ac reconditas habeas, vel terræ infodias; ſed ut magno fœnore augeas & amplifices, atque ut fabuloſus ille Atlas cœlum, ſic tu eccleſiam, quæ *regnum cælorum* a Chriſto appellatur, quæque te in cardinum ſuorum numerum aſcivit, pro virili tua parte fulcire ac ſuſtinere cures. Id quod ſanè ſummo ſtudio facis : & quia facis, idcircò improborum omnium odia in te concitaſti. Quotuſquiſque enim eſt hodie patriæ fideique hoſtis, qui non ſimul quoque te acerbiſſimo odio infectetur ? Quis famoſus libellus his novem annis in lucem prodiit, in quo nominis tui fama perpetuis fœdiſſimiſque convitiis non ſit lacerata ? Quanquam quid mirum te virulentis linguis peti, cùm & Elias Iſraëlis perturbator, & Apoſtoli temulenti, & Paulus inſanus, & paterfamilias ipſe Beelzebub, appellati ſint ?

I. Cor. x. 33.

Matth. xiii. 11, 33, 45.

Quid autem, per Deum immortalem, tibi ad laudem illuſtrius accidere queat, quàm quòd eoſdem hoſtes habes, quos Chriſtus, quos religio, quos patria, quos omnes boni? Quòd iis diſplices, quibus placere nemo ſine perfidia poſſit? Quòd ab iis omni convitiorum genere proſcinderis, qui Eccleſiam priùs, vel potiùs ſeipſos ab Eccleſia ſciderunt? Quos tu optimâ hercle ratione ulciſceris, cùm impuriſſima eorum maledicta contemnis, teterrimaſque linguas, quæ benè loqui non didicerunt, malè loqui ſinis. Diſrumpuntur enim miſeri, cùm te nihilo magis eorum calumniis, quàm Elephantos Indicos pulicum morſibus, commoveri vident. Satis graves iniquiſſimi in te odii pœnas pendunt, cùm te, quem de ſummæ auctoritatis gradu dejicere, atque omnibus hominibus inviſum reddere conati ſunt, & ſtare & florere, quodque Palladium Trojæ, id te Franciæ noſtræ eſſe conſpiciunt.

Quocirca noctuis iſtis, quæ, quoniam malè agunt, meritò lucem oderunt, nec niſi in tenebris mordent, forti animo contemptis, in pulcherrimo eo munere, quod tibi, tanquam Pæoni, languens patria impoſuit, conſtanter perſevera. Medicis illis obſiſte, qui non tam imperitiâ, quàm malitiâ, vulnus noſtrum nondum ſuppuratum ac percuratum, cicatrice obducere nituntur, ac cinere doloſo ignem obtegere, quo mox tota Gallia rurſus exardeſcat. Chananæos in medio Iſraëlis habitantes obſerva. Bonum certamen certa: pugna conſilio, auctoritate, opibus omnibus, adverſus eos, qui tot jam cladibus patriam affecerunt, ut ſtultitiæ ſit ſperare, iis ſalvis Rempublicam ſalvam eſſe poſſe. Maneant qui volent in Siceleg, ſubſiſtant etiam ignavi ad ſarcinas: tu nec oculis tuis ſomnum, nec palpebris dormitationem prius dato, quàm cum Davide Amalecitas, regni ſpoliis exultantes, aſſecutus fueris, atque ita fregeris, ut non levem tantùm pacis umbram & inane ſimulacrum, ſed veram ac ſolidam pacem videamus.

Sed quid ego hæc ad te? Quaſi verò aut meâ, aut cujuſquam cohortatione opus habeas, qui tuâ ſponte curris, & ut vaccæ illæ Palæſtinæ, arcam Dei geſtantes, in directum graderis, nec ad dextram aut ſiniſtram declinas: in hoc certè cum alios omnes fratres tuos clariſſimos principes, tum præſertim incomparabilem illum Heroem, illud belli fulmen, illum Iſraëlis currum & aurigam, domûſque Dei murum haud dubiè aheneum referens, Martium, inquam, illum Franciſcum, qui ſimul & Domini & regis ſui prælia præliabatur, aquilâ velocior, leone fortior, rupe firmior, plenus victoriis ac triumphis. Cujus niſi ſingularis quædam ac prope divina virtus incredibilem hoſtibus terrorem attuliſſent, nunquam ſanè tam nefario parricidio ſeſe devinxiſſent, nec toties ſalutare Galliæ ſidus exſtinxiſſent. Qui ſi cothurnus, ſi Euripus, ſi Proteus quiſpiam, aut arundo vento agitata extitiſſet, viveret quidem adhuc fortaſſe in hoc fæcis luto, ſed turpis & inglorius, & ut illi qui vitam ſuam in mundo diligere malunt, quàm in vitam æternam cuſtodire. Quod quia non fuit, per ſummum ſcelus nobis ereptus eſt: ita tamen, ut quemadmodum Elias Melotem, vel, ut aptiori exemplo utar, Judas Machabæus Jonathan, ſic ipſe nobis Aumalæum fratrem, præſtantiſſimum belli ducem reliquerit, qui per eadem veſtigia ad eandem immortalitatem graſſatur, nuncque adverſus Germanicas Harpyas (quæ Franciæ vulneribus feros ungues infigunt, acetum pro oleo infundunt, eique penè jam exangui, quicquid reliquum erat ſanguinis, detrahunt) cum militum robore procedit, ita animo comparatus, ut etiamſi in hoc belli diſcrimine vita ipſi ponenda ſit, præclarè ſecum actum iri putet, dum hujuſmodi peſtes a patriæ cervicibus avertat.

Perge itaque, ampliſſime Cardinalis, cum fortiſſimo tuo germano, ſeneſcentem Galliam fovere, atque, ut Græci dicunt, ἀντιπελαργεῖν. Quod autem ad Nazianzenam noſtram tranſlationem attinet, tametſi non eram neſcius, eam haud admodum dignam eſſe, quæ in tuo nomine appareret, ob idque, ne ad te cum tantillo munere accederem, pudore nonnullo deterrebar: fecit tamen perpetua tua humanitas, propenſaque erga ſtudioſos omnes voluntas, ut hunc metum abſtergerem, cùm mecum cogitaſſem, magnorum principum eſſe, non minùs libenter parva accipere, quàm magna dare, diiſque, ut quidam in ſimili cauſa dicebat, non ſolùm thure, ſed etiam mola ſalſa litari. Accipe ergo grato ac libenti animo hoc quicquid eſt muneris, Illuſtriſſime Cardinalis, mihique, ſi importunâ quadam tui interpellatione publicis commodis moram attuli, velim ignoſcas. Dominus Jeſus te quàm diutiſſimè Eccleſiæ ſuæ incolumem ſervet. Nannetibus 15 Calend. Januar. anno a ſalutifero partu quingenteſimo ſexageſimo nono ſuprà milleſimum.

Plin. in Epiſt. nuncup.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΝ
τῆς κατὰ τὴν Φραγκίαν ἐκκλησίας προσλάτην καὶ εὐγλυέσλατον ἄρχοντα, τοῦ αὐτοῦ.

Ἔργα Θεοῦ κομέϊς, κομέϊς δέ τε καὶ βασιλῆος,
Ὡσλε ῥόος ποταμοῦ ἄνδιχα τεμνόμβος.
Πισλὸν ἔχει θεράποντα θεὸς, καὶ πισλὸν ἀνάκτωρ,
Πισλὸν ἔχει πρόμαχον πίσλις, ἔρεσμα πατρίς.
Ἡ σὴ ἀρετὴ μελέδημα τεὸν, χρισλοῖό τε σῶμα
Σχίζονλας βαλέϊν, αἱμοχαρεῖς τε λύκους.
Τούνεκεν, εἰ πάντεσσιν ἀπήχθεο τοῖσι κακίσλοις,
Οὐδὲν θαῦμα· κύνας γὰρ σλυγέουσι λύκοι.
Οὐδὲ, τεὴν ἀρετὴν ὅτι βάσκανον ὄμμα τιταίνει,
Θαῦμά μ' ἔχει, καλοῖς ὁ φθόνος ἐχθρὸς ἀεί.
Τήκεσθαι φθονερῶς ἐθέλεις, καὶ ἀνάρσια φῦλα
Αἱρετικῶν κρατερῇς ἄλγεσιν ἐμπελάαν;
Εὐσεβέϊ προμάχιζε λόγῳ, χραίσμησον ἄνακλι,
Παντοίης ἀρετῆς, ὡς τοπάροιθεν, ἔχου.
Καὶ τότε καὶ φθονερῶς τήξει φθόνος· ἀντιθέους τε
Ὄψεαι αὐτοφόνῳ βοσκομένους μανίῃ.

IDEM AD EUMDEM ILLUSTRISSIMUM
Eccleſiæ Gallicanæ antiſtitem & nobiliſſimum Principem.

Res cœli tractas, tractaſque negotia regni,
Ambas in partes finditur ut fluvius.
Fidum te præbes Regiſque Deique miniſtrum,
Tu vallum fidei, tu columen patriæ.
Hæc tua cura, decus virtutis, ſternere Chriſti
Corpus ſcindentes, mortiferoſque lupos.
At te non moveant odii turbata veneno
Corda: lupum jungunt fœdera nulla cani.
In te non mirum livor ſi torqueat arma:
Virtuti ſemper triſtia bella ciet.
Invida tabeſcant vis agmina; turba dolore
Angatur rabido dogmata prava ſerens?
Certamen certa fidei; virtutis, ut olim,
Perge viam; fer opem conſiliumque throno.
Igne ſuos uret livor: diſrupta, furoris
Occidet eſcâ ſuî, gens inimica Deo.

Τῷ αὐτῷ ἕτερον.

Πανδώρην ποτὲ δῶκε θεῶν χορὸς ἠμερίοισι ;
Πανδῶρόν σε μέγας ἡμῖν ἔδωκε θεός.
Οἱ μὲν ἐπ' ἀργαλέῳ μερόπων κακῷ · ὡς γὰρ ἐῴκει ,
Οὐλομένους πέμπειν ἕλια δῶρα θεούς.
Ος δ' ἐπὶ τῷ πάντων ἀγαθῷ · κὴ γὰρ παναρίστου
Πάντα θεοῦ χθονίοις χρήσιμα δῶρα πέλει.

EJUSDEM ALIUD.

Pandoram divûm donavit copia mundo :
Pandorum nobis te dedit omnipotens.
Illi in perniciem noſtram (nam perniciosos
Pernicioſa decet mittere dona deos.)
Hic verò ad generis certiſſima commoda noſtri :
Commoda quippe bonus dat ſua dona Deus.

IN NAZIANZENAM D. JACOBI BILLII ABBATIS Michaëlini translationem God. Billius frater, Abbas Vincentianus.

Gregorius quondam patriâ tellure fugatus,
Appulerat ſedes exul ad Occiduas.
Excepere virum quidam : ſed balba loquentes
Hunc etiam balbè condocuere loqui.
Condoluit frater profugo, docuitque rogantem
Mollius Auſoniis verba ſonare modis.
Miratur jam Gregorius, dubitatque Pelaſgum
Dicere ſe poſthac debeat, an Latium.

G. GENEBRARDUS THEOLOGUS PARISIENSIS, ad D. Jacobum Billium Cœnobiarcham, trium linguarum peritiſſimum, Gregorii Nazianzeni interpretem.

Δῖάν σε κεφαλὴν ἀσπάζονθ' ὑμνέ' ἀδελφαὶ ,
Ταυτί τε γυμνοχρόων δρῶσι γένη χαρίτων.
Γρηγόριος δ' αὐτὸς ζαθέαν δι' ἐμοῦ χάριν οἶδεν ,
Οτὶ μὲν ὡς ἑρμῆν ἔσχε σε αὐσόνιον.
Εν χώραις πρόπαλαι γὰρ ὤῴκει βαρβαροφώναις ,
Νῦν δὲ ἔχει διά σου σκήνεα ῥωμαϊκά.

Gregorium ob verſum noſtrâ te voce ſalutat
Pieris & charitum nuda corona trium.
Quin & Gregorius tanto pro munere ſummas
Cum ſuperûm grates agmine gratus agit.
Nam cum barbaricis olim graderetur in arvis,
Arte tuâ jam nunc regna Latina tenet.

JOANNIS CHATHARDI AQUIPERSANI AD MECŒNATEM SUUM D. Jacobum Billium, Sancti Michaëlis in Eremo Abbatem ornatiſſimum, & D. Gregorii Epiſcopi Nazianzeni interpretem fideliſſimum Epigramma.

Ut Tobiæ lucem ſoboles perchara parenti
Reſtituit, ſic tu lumina Gregorio.
Ille quidem patris ex oculis caligine pulsâ,
Tu verò a toto corpore Gregorii.
Illum nam veluti fœdè cæcarat hirundo,
Hunc ita mendorum verſio plena prior.
Sed tu præterea vocem cum lumine reddis,
Ut modò cum Græcis verba Latina ſonet.
Sic per te (præclara duo miracula) nuper
Cæcus & elinguis nunc videt, & loquitur.
Vis referam majus ? Toto jam fulget in orbe,
Qui velut in tenebris antè ſepultus erat.

EJUSDEM CHATHARDI AD LECTOREM.

Squallidus in cæco Joſephus carcere, dignus
Vix erat aſpectu Regis, & alloquio.
Inde ſed eductus fœdo ſquallore remoto,
Principis & populi dignus amore fuit.
Sic quoque Gregorius dum ſordidus antè jaceret
Obſitus, indignus qui legeretur, erat.
Nulla etenim gravibus vitiis pagella carebat,
Et ſine mente ſonum ſingula verba dabant.
Aſt tibi purus adeſt, & quovis purior auro,
Ut primùm acceſſit Billica docta manus.
Nunc oculis Regum, nunc ſummo dignus honore,
Dignus qui volitet cuncta per ora virûm.
Billius, idque libens magno ſudore peregit
Unus, quod multi non potuere ſimul.
Præſtitis hic labor eſt, quo non præſtantior alter,
Pluresque ingenii qui tibi ſervet opes :
Ex his quas facilè fulvum velut ungue leonem
Primitiis, Lector candide, noſſe potes.
Noſcit & extinctus (dictu mirabile) Præſul,
Præſulis alterius jam redivivus ope.
Atque ita qui clara florebat in Hellade tantùm,
Nunc etiam tota floret in Auſonia.

JACOBUS

JACOBUS BILLIUS, Abbas S. Michaëlis in Eremo, pio Lectori S.

En habes, pie Lector, eximium illum Orientalis Eccleſiæ doctorem Gregorium a nobis Latinitate donatum : ex cujus lectione utinam tantùm fructûs tibi capere contingat, quantùm laboris ac moleſtiæ fuit nobis in eo vertendo ſubeundum. Vix enim cuiquam credibile futurum eſt, quàm invitus hic auctor apud nos peregrinetur, niſi qui hujus rei periculum fecerit. Hoc verò te exorandum habeo, ne me aut nimis ſupini cujuſdam otii notandum cenſeas, qui velut rem actam, ut dici ſolet, non ſine magno temporis diſpendio rurſus egerim : aut parum candidi animi eſſe judices, qui in labores aliorum introierim, ipſiſque meritæ laudis argumentum eripere ſim conatus. Quorum utrumque facilè, a te, ut opinor, obtinebo, ſi modò tantum tibi a gravioribus tuis ſtudiis otii fuerit, ut eorum, qui ante me in hoc negotio verſati ſunt, tranſlationem cum hac noſtra, & utramque ad exemplar Græcum, tanquam ad Lydium lapidem, explorare vacet. Quod ſi feceris, non equidem dubito, quin ita ſis exiſtimaturus, laborem hunc noſtrum non modò non inanem ac ſupervacaneum, ſed etiam prope neceſſarium fuiſſe. Neminem inſector, nullius errata traduco. Barbarum eſt ſugillandis aliorum laboribus ingenii doctrinæque laudem aucupari. Monſtrum non hominem eſſe ſtatuo, qui piis aliorum conatibus ſtudiiſque non favere, ſed obtrectare cupit, eorumque lapſus crudeliter potiùs detegere atque omnium oculis exponere conatur, quàm fraternè obvelare, vel ſaltem excuſare. Sed ut nefarium in primis habendum eſt, ex alienarum lucubrationum inſectatione ac depreſſione creſcere, aditumque ſibi ad hominum famam munire velle : ita cùm publici commodi cauſa id poſtulat, nemini vitio verti debet, rem ab aliis tractatam retractare, ac velut ſub incudem revocare. Nimis enim profectò ſibi arrogat qui contumeliâ ſe affici cenſet, ſi quis vel quæ ipſe ſcripſerit, emendare ac perpolire, vel etiam eidem materiæ, ſi id e re literaria fore videatur, ſecundam manum admoliri audeat : modò duæ illæ teterrimæ peſtes procul arceantur, livor & obtrectandi ſtudium. Quod cùm in omni ſcriptorum genere hactenus licuerit (nec enim ſine cauſa Græcorum proverbio dicitur, *δευτέρας φροντίδας σοφωτέρας εἶναι*) tum verò in traductionibus multò juſtiùs concedendum eſt ; quarum copia atque diverſitas ut nihil aliud utilitatis pariat, hoc certè commodi affert, quòd ex plurium interpretum collatione auctoris ſententia clariùs eluceſcit. Sic videmus a priſcis illis eccleſiæ doctoribus libenter factitatum eſſe, ut præter nobilem illam ſeptuaginta interpretum tranſlationem, cujus tum toto orbe ſacro-ſancta erat auctoritas, Aquilam etiam & Symmachum & Theodotionem plerumque conſulerent : ut ſi quid ipſis caliginis oboriretur, hujuſmodi collatione diſcuti poſſet.

Quod quidem ad me attinet, potui hoc tempus, quod Gregorianæ verſioni datum eſt, longè amœnioribus mihique jucundioribus ſtudiis impendere : ſed quorumdam conſilio atque auctoritati cedendum putavi, qui doctiſſimo quidem viro, ceterùm apud Latinos nimis, ut aiebant, obſcuro, ſuique, ut Hieronymus loquitur, diſpari, lucis aliquid ex hac noſtra traductione acceſſurum mihi certò pollicebantur. Hanc itaque provinciam ſuſcepi, quàm utilem neſcio, mihi certè ita gravem ac moleſtam ut inchoatum opus abrumpere ac perpetuis tenebris damnare non ſemel cogitarim. Quòd ſi vires meas probè exploratas habuiſſem, atque ut Dominus in evangelio admonet, ſumptus ad rem hujuſmodi neceſſarios computaſſem ; ſi ſummam operis difficultatem, corporis pluſquam vitream valetudinem, doctrinæque tenuitatem animo perpendiſſem, nunquam, ita me Deus amet, huic traductioni manum adjeciſſem. Sed vera eſt Thucydidis ſententia, *ἀμαθία θράσος, ὁ λογισμὸς δ' ὄκνον φέρει.* Nec abs re *τὸ γνῶθι σαυτὸν*, tanti ab erudita antiquitate factum eſt, ut id non mortali cuipiam, ſed Deo, & deorum ſapientiſſimo attribuendum exiſtimarit. Ac mihi idem prorſus accidiſſe ſentio, quod navigandi inſolentibus uſu venire ſolet : qui allubeſcente è terra maris aſpectu mira cum animi voluptate navim ingrediuntur, læti etiam & alacres littora legunt, quoad in altum pervecti, ſubductâ jam omni illâ amœnitatis ſpecie, in graviſſimos capitis dolores incidunt, nauſeâque miſerè divexantur. Ad eundem enim ipſe quoque modum in hac traductione, cùm primi aditûs facilitate illectus & ineſcatus, juvenili quodam animi ardore ac præcipiti impetu ſtadium unum atque alterum emenſus fuiſſem : ita repentè lubrica omnia greſſumque fallentia, ita aſpera & ſalebroſa reperi, ut nec regredi jam præ pudore, nec progredi ſine periculo poſſem. Tantum in me temeritas valuit, quæ non minùs quàm ebrietas, ſpes jubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem! Inermem enim planè me eſſe fateor, quod quidem ad id attinet, ut cum tanto Milone quantus eſt noſter Gregorius facundiæ certamine dimicare queam, eximiaſque ipſius dotes Latinâ oratione repræſentare. Atque haud ſcio an quiſquam ſit tantâ dicendi facultate ac verborum copiâ præditus, qui tam uberes & profuſas eloquentiæ opes ita è Græcia in Latium aſportare poſſit, ut non multùm illis gratiæ pretiique ex hujuſmodi tranſvectione decedat, cogaturque tandem hoc Homeri verſu uti, *δυσήνων δέ τε παῖδες ἔῳ μένει ἀντίοωσι.* Nam cùm nulla lingua tam inops atque jejuna ſit, quin permultas voces habeat, quæ in aliam linguam ſine moleſto verborum circuitu atque elegantiæ diſpendio tranferri nequeant, quid hîc cum eo auctore interpres faciet, qui in copioſiſſima ac ſine dubio omnium locupletiſſima lingua verborum argutias undecunque captat : ut quot ejuſmodi voces orationi aſperſerit, tot pene cruces interpreti fixiſſe videatur.

Quid de prolixis illis periodis dicam, quæ ut Græco ſermoni ob connectendi facilitatem non parum gratiæ atque ornamenti afferunt, ita cùm latinè efferuntur, nimium diu ſuſpenſum Lectoris animum tenent, nec ſine quodam faſtidio tranſmittuntur. Jam verò breviſſimæ illæ alluſiones quæ toto opere undique ſparſæ ſunt, quàm attentum ac diligentem, quàm non modò multæ lectionis, ſed etiam felicis cujuſdam memoriæ interpretem requirunt, utpotè quæ vel ignoratæ vel neglectim tranſcurſæ, tantas nonnunquam interpreti tenebras offundunt, ut Pſittaci more quid loquatur neſciat, atque, ut Jobi verbis utar, *ἄλλοις νήχηται λόγοις*, ſeque velut in alieno cœlo eſſe arbitretur ? Ex quo ſatis apparet quibus præſidiis inſtructum eum eſſe oporteat, qui in hujuſmodi ſcriptis transferendis ſpecimen ſui præbere cupit. Huc accedit, quòd peculiarem quandam phraſim habet Gregorius, diſertiſſimam quidem illam atque in primis eruditam,

ſed quæ vel perſpicaciſſimos interpretis oculos ſæpenumero perſtringat, ut niſi ſummam curam animadverſionemque adhibuerit, quemadmodum Ixion ille pro adamata Junone nubem, ſic ipſe pro vera auctoris ſententia non niſi levem quandam & inanem verborum umbram amplectatur. Ut enim Dædali ſtatuas, niſi firmiſſimis vinculis aſtringerentur, fugam corripere ſolitas eſſe ſcribit Plato: ita germanus Theologi ſenſus niſi arctiſſimâ attentione ac diligentiâ vinciatur, interpreti quaſi de manibus elabitur. Quæ omnia cùm me miris modis torſerint, tum illud longè vehementiùs animum excruciavit, quòd Hervagianus codex, qui unus ſuppetebat, tot tamque fœdis erroribus ſcatebat, ut ad hoc Augiæ ſtabulum repurgandum non uno Hercule opus eſſet. Nulla oratio, nulla propemodum pagina graviſſimis mendis vacabat, ὁλοσώματος, ut ita dicam, erat hæc plaga. Quocirca cùm deploratis morbis medicam manum admovere medici vetent, ne ipſe quidem cauſam ullam eſſe putavi, cur in tam corrupto atque inſanabili codice diutiùs me inani labore conficerem.

Tantiſper itaque mihi ab incœpta verſione quietem imperavi, quoad ab amico quodam certior factus ſum, permulta eaque caſtigatiſſima exemplaria in illuſtriſſimæ Reginæ bibliotheca eſſe, quorum ope atque adjumento inſanabilibus alioqui vulneribus medicinam afferre poſſem. Quo nuncio ſuprà quàm dici queat oblectatus, per doctiſſimum atque humaniſſimum virum Ludovicum Ruſæum regium confeſſorem haud magno negotio a Regina impetravi, ut mihi liceret codicem unum (nec enim plures ſimul paſſa eſt) ex ipſius bibliotheca mecum efferre. Tuli igitur ampliſſimum codicem capitalibus literis exaratum, tantum antiquitatis præ ſe ferentem, ut ipſius propemodum Gregorii ætate ſcriptus eſſe videretur: qui, præter epiſtolas & verſus, omnia ipſius opera continebat. Quem cùm pauciſſimis diebus incredibili celeritate perlegiſſem, ex eoque innumera loca quæ in impreſſo vitioſè legebantur, integritati ſuæ reſtituiſſem, ſtatim eum Athenas (quo enim alio nomine incomparabile illud bonarum omnium literarum gazophylacium appellem?) referendum habui, ut alterum exemplar inde rurſus auferrem. In hoc ſexdecim duntaxat orationes erant, doctiſſimis Nicetæ Serronii commentariis illuſtratæ, intextis etiam quibuſdam Pſelli enarrationibus in obſcuriora loca ſecundæ orationis de Paſchate. Quoquidem volumine cùm mihi pro animi arbitratu uti liceret, non modò ad ea, quæ inchoaveram ac velut pro derelictis habebam, proſequenda, ſed ad ea etiam quæ Nicetas commentatus fuerat Romano ſermone donanda me accinxi. Nec enim a publicis commodis alienum fore putavi, ſi commentator latinè loqueretur, qui Græcum hominem Græcus ipſe interpretandum duxiſſet. Quòd autem non omnes ejus commentarios, ſed eos ſolùm, quos in panegyricas orationes ediderat, in totum converti, hoc non tam laboris fugiendi cauſâ feci, quàm quòd vererer, ne nimia hæc noſtra ſedulitas plus tibi tædii quàm utilitatis afferret. Sic itaque negotium temperavi, ut eas quidem enarrationes, quæ ad rerum potiùs quàm verborum explicationem facere videbantur, totas Latinas facerem: ex iis autem quæ non tam res ipſas exponebant, quàm orationis verba aliis verbis exprimebant, utiliſſima tantùm excerperem, atque in ſcholiorum formam redigerem. Ubi etiam ſi quid mihi occurrit, quod Nicetæ expoſitioni non incommodè adjici poſſe videretur, id quoque inſerere non dubitavi: affixo tamen fere ſemper aſteriſco, ut noſtra a Nicetanis faciliùs internoſcantur. Quod quidem conſilium noſtrum tibi facilè probatum iri confido. Atque hîc quoque verum eſſe comperi quod proverbio Græco dicitur, πόνος πόνῳ πόνον φέρει. Ut enim primus ille Gregorianæ verſionis labor alterum laborem ſuſcipere, hoc eſt, Nicetam Latinis auribus exhibere me coëgit: ita ſecundus hic labor, quaſi quidam Euryſteus, mihi novi laboris ſuſcipiendi neceſſitatem impoſuit. Venit enim in mentem ſubverendum eſſe, ne parum ſibi conſtaret hic noſter labor, ſi quibuſdam orationibus, partim contractiore expoſitione, partim integro commentario explanatis, reliquæ velut nothæ ſine ullo annotationum comitatu prodirent, cùm tamen ipſæ quoque compluribus locis lumen aliquod explicationis haud dubiè flagitarent. *Soph. in Ajace. v. 878.*

Ergo in has etiam ſcholia elucubravi, prolixitatem ubique quantùm licuit vitans: ut ſi fortè Nicetæ interpretatio prolixitate aliquâ animum tuum interdum ſuboffendat, hæc moleſtia ſcholiorum noſtrorum brevitate diluatur. De quibus nihil aliud dicam, niſi me ſummâ curâ diligentiâque contendiſſe, ut hic auctor aliquantò clarior & apertior in manus tuas perveniret. Adjeci præterea Nonni opuſculum, quo profanas hiſtorias & fabulas exponit, de quibus in Invectivis adversùs Julianum apoſtatam mentionem facit Gregorius: quod etiam ipſum de Græco in Latinum convertimus. Illud autem velim, mihi fraudi ne ſit, quòd multa loca veteris Teſtamenti aliter verti, quàm in vulgata tradutione habeantur. Nam cùm mihi cum eo homine res eſſet, qui non aliâ quàm LXX. Interpretum tranſlatione uteretur, decuit me profectò, imò omninò oportuit, ipſius veſtigiis in verſione mea inſiſtere, atque eandem tranſlationem ſequi. Alioqui innumeris propè locis nec Gregorii explicatio cum Scripturæ textu, nec Nicetæ expoſitio cùm Gregorii, Scripturæque verbis ullo modo quadraſſet; verùm aliud tibia, ut vulgò dici ſolet, ceciniſſet, aliud pes ſaltaſſet.

Hæc ſunt, Lector, quæ ad D. Gregorii, imò ad templi Dei, cujus ille lapis vivus fuit, exornationem a nobis collata ſunt: quæ ſi ad virium noſtrarum modulum exigantur, non parva fortaſſe; ſi autem ad excellentem auctoris dignitatem perpendantur, minùs quàm pili caprarum, pelleſque arietum rubricatæ futura ſunt, atque ut Græci aiunt: ᾠδὴν ὁ βωμὸς πρὸς τὸ ἱερόν. Ingenuè enim & ſine ullo verborum fuco fateor, tantùm inter Græcum Nazianzenum & noſtram verſionem intereſſe, ut ſi res in contentionem veniat, non magis hæc ad illius ſplendorem, quàm noctua ad meridianos Solis radios conſiſtere poſſit. Sed cùm Chriſtus duo illa pauperis viduæ minuta, ampliſſimis etiam divitum muneribus, quæ opum non niſi περισσεύματα, &, ut Plauti verbo utar, præſegmina quædam erant, pluris æſtimarit: debet profectò tibi quoque gratum eſſe τὸ κατὰ δύναμιν: libet enim hoc loco Gregorii noſtri verba uſurpare. Iniqua enim prorſus mihi abs te gratia rependetur, ſi pro tanto labore utilitatis tuæ cauſâ ſuſcepto, nihil aliud quàm obtrectationem laboriſque noſtri ſuggillationem referas. Longè enim æquius ac Chriſtiano homine dignius eſt ob multa bene dicta ad quædam errata connivere, quàm ob quædam errata totum opus lacerare, ac ſcarabæos imitari, qui unguentis minùs delectati putida conſectantur. Quanquam non tam peto ut ad errores lapſuſque noſtros conniveas, quàm ut ab obtrectatione & maledicentia temperes.

Admonendo vel etiam corrigendo ea in quibus erraſſe videbimur, rem & mihi non ingratam, & aliis utilem facies: oblatrando & calumniando nec aliis proderis, & gravi crimine teipſum obſtringes. Nam cùm Chriſtus iis etiam a quibus injuria nobis orta eſt, vicem referre prohibeat: quantò tandem atrociòr eos pœna manet, qui bene de ſe merentes, aut certè mereri ſtudentes rabido dente inſectantur? A quo vitio utinam te Deus ſemper incolumem ſervet. Bene vale, optime Lector, & laborem hunc noſtrum boni conſule.

JOANNIS LEUVENKLAII ad reverendiſſimum & illuſtriſſimum Principem, D. Joannem, Monaſterienſium, Oſnabrugiorum, & Paderboniorum Antiſtitem, nobiliſſimâ Comitum Hoianorum gente natum, Dominum ſuum clementiſſimum, in Gregorii Nazianzeni editionem ſuam.

PROŒMIUM.

Inter alia, quæ primis ab annis ſupra res ceteras animo meo fuerunt in deliciis & amoribus, reverendiſſime ac illuſtriſſime Princeps, ſemper occultâ quadam & incredibili naturæ propenſione tam literarum, quàm antiquitatis Græcæ ſtudioſum me fuiſſe fateor: quâ quidem linguâ omnis generis doctrinarum, & ſapientiæ theſauros ampliſſimos contineri animadverterem. Hac uſos tum priſcos illos philoſophos, tum recentiores eorum interpretes, qui ſe ſcholæ Platonicæ ſucceſſores Athenis appellabant, quidquid de arte diſſerendi, de oratoria, de civili prudentia, de moribus, de natura rerum, de Geometricis Aſtronomicisque diſciplinis tradi poteſt, literarum monumentis complexos eſſe videbam: hac maximarum per orbem geſtarum rerum hiſtorias comprehendi: hac artis medicinæ arcana memoriæ prodi: hac illuſtrium Eccleſiæ veteris hominum de ſacris rebus accuratiſſimas diſputationes eſſe expoſitas: in hanc denique juris etiam civilis, quo utimur, libros ita tranſcriptos eſſe, ut multa loca, ceteroquin obſcuriſſima, ſingulare quoddam ex interpretatione Græcorum lumen accipiant. Quod ſanè poſtremum, tametſi de libris quibuſdam hactenus editis perſpici ſatis poſſit; tamen longè planius apparebit, ubi LX librorum Βασιλικῶν epitome locupletiſſima, quam a clariſſimo viro, Joanne Sambuco, Cæſareæ familiæ domeſtico, homine mihi amiciſſimo nactus ſum, in lucem operâ noſtrâ prodierit.

Hæc ego poſteaquàm Græcis contineri literis per ætatem intelligere cepi, ſic ejus me linguæ ſtudio dedi, nullum ut tempus abire ſinerem, quo non aliquos in ea percipienda progreſſus facerem. Iſtâ qualiquali diligentiâ meâ cùm tandem uſum ejus aliquem, aliorum quoque judicio, conſequutus viderer: liberali quodam animi deſiderio, & ambitione honeſtâ (fatebor enim quod res eſt) excitatus, in hoc totis viribus incumbendum duxi: ut ſi qui veterum Græcorum libri vel latinam in linguam hactenus converſi non eſſent, vel in bibliothecarum tenebris deliteſcentes necdum lucis uſuram accepiſſent, meo ſtudio tum latinam veſtem induerent, tum eâ exornati publicè hominum oculis ſeſe ſpectandos exhiberent. Hoc modo conſequuturum me ſperabam, ut non ignavæ pecudis in morem vitam hanc tranſirem, ſed emolumenti aliquid adferrem rei literariæ, quam a puero meorum auctoritate juſſuque coluiſſem; & apud bonos optabilem mihi nominis exiſtimationem parerem.

Itaque meum hoc inſtitutum ut eò feliciùs urgerem, in hanc clariſſimam urbem me contuli, quæ ob inſignium typographorum officinas, non in Germania modò noſtra, ſed omni etiam Europa longè latèque meritò celebratur. Heic dum publicandis egregiis quibuſdam priſcorum monumentis invigilo, annus jam mihi quintus agitur: quo publicæ rei fructu neſcio, non ſine meis certè laboribus ærumniſque maximis, quæ hactenus mihi cum aliquo nonnumquam valetudinis detrimento ſunt exantlatæ. Inter alios autem ſcriptores, quos certo judicio delectos librorum non editorum acceſſione amplificandos, & in ſermonem latinum tranſcribendos exiſtimavi, facilè principem ſibi locum Gregorius hic noſter vindicat, cui ob ſummam rerum divinarum peritiam, ſecundùm Joannem Apoſtolum ex priſcis doctoribus ſoli, Theologi cognomentum peculiariter eſt conceſſum. Ejus præclariſſima ingenii monumenta, quæ quidem typis expreſſa prodierant, quia miſerum in modum ab interprete ſic tractata videbam, ut exiguo cum hominum fructu, (ne quid gravius dicam) ceteroqui longè utiliſſima, lectitarentur: cepi tandem hortantibus amicis, qui tanti viri tam barbarè garrientis apud nos vicem dolerent, ad ejus interpretationem animum adjicere. Factum hoc eſt ante totos quatuor annos, id quod & Guillelmi Canteri, & Martini Cruſii, clariſſimorum virorum, ac plerorumque hujus Academiæ doctorum teſtimoniis oſtendere poſſum.

Cùm autem id omnino facere cum animo meo conſtituiſſem, ita mihi elaborandum hoc opus exiſtimabam, ut & legentum exſpectationi ſatisfaceret, & ſui auctoris libros illos quoque ſecum in medium proferret, qui alicubi bibliothecarum adhuc carceribus clauſi continerentur. Ad hanc rem perficiendam temporis aliquod ſpatium fuiſſe neceſſarium, perſpici facilè abs quovis poteſt. Interim in Galliis vir doctiſſimus, Jacobus Billius, Archimandrita Michaëlinus, itidem uti nos, Gregorii ſortem acerbam miſeratus, eumdem exornandi ejus ſcripta laborem, & quidem eodem mecum tempore ſuſcipit. De hoc cùm ex Canteri noſtri literis certior factus eſſem, etſi jam complures orationes latinè deſcripſiſſem, tamen de tabula (quod aiunt) manum tollere cogitabam, quòd gauderem alterius labore ſcriptorem illum, qui aliam in linguam traduci ſe perinvitè pateretur, in hominum manus pervenire. Nec deerant alia quædam ſcripta, de quibus certam mihi laureolam polliceri poſſem, præſertim antehac prorſus ignotis, & tamen apprimè utilibus.

Verùm ubi deinceps edito labore Billii, ſatis cernerem, quàm multa priùs non viſa, quibus ipſe caruiſſet, hinc inde congeſſiſſem; minimè committendum putavi, ut viri boni ac Nazianzeni amantes egregio theſauro fraudarentur. Feci hoc eò quoque lubentiùs, quod Eliæ Cretenſis Archie-

piſcopi commentariorum in Nazianzenum libros XIX nactus, illis ipſis ducibus ad eruendos abſtruſos in pleriſque locis Nazianzeni ſenſus uti me poſſe magna cum utilitate viderem. Nec præterea parum erat, habere tot egregia Nazianzeni ſcriptorum exemplaria, pluribus antè ſæculis manu exarata. Nam ut dem Billium etiam de bibliotheca Reginæ ſuæ libros vetuſtiſſimos accepiſſe, quemadmodum res ipſa docet: tamen longè nos integrioribus uſos eſſe, vel inde perſpicias licet, quòd non ſolùm ea, quæ Billius notat, in noſtris reperiantur; verumetiam bene longæ periodi paſſim in verſione Billiana deſiderentur, quas exemplaria noſtra ſuppeditant. Patebit hoc de Annotationibus noſtris in Nazianzenum, quas ſub tertii Tomi finem Lectori daturi ſumus.

Inter alia verò exemplaria, quibus ſumus uſi, duo præcipuè celebrari merentur. Eorum alterum ſcriptum eſt manu Choniatæ Acominati ante aliquot ſæcula, ejus qui Imperatorum Byzantinorum res geſtas compluribus libris eſt complexus, quos Hieronymus Wolfius, vir clariſſimus, græcè ac latinè ex interpretatione ſua publicavit. In eo me minimè falli, duobus argumentis docere poſſum. Primum ipſe Choniatas quodam loco verſiculum hunc adſcripſit,

Θεῦ τὸ δῶρον, ϗ πόνος Χωνιάτᾳ.

quo verſu indicari, rem quidem ipſam Dei donum eſſe, verùm ſcriptionis laborem Choniatæ deberi, quivis animadvertere poteſt. Deinde ſparſim more ſuo quædam epigrammata, ſenariis iambicis facta, Nazianzeni orationibus præfixit: quod ipſum in ſua quoque fecit hiſtoria, ſicut editio Wolfiana demonſtrat. Ea nos latinè expoſita ſuis locis inſeruimus, in annotationibus Græca daturi, de quibus agnoſci Choniatas planè poterit. In eodem libro extremo fragmentum publicarum literarum cernitur, quibus manu ſuâ Joannes Cantacuzenus Imperator rubrica, pro more, ſubſcripſit, ſequentibus etiam longâ ſerie ſubſcriptionibus antiſtitum, Calliſti patriarchæ Byzantini, Philothei Heraclienſis, qui ſe πρόεδρον τῶν ὑπερτίμων appellat, & πάσης Θράκης ϗ Μακεδονίης ἔξαρχον: Gregorii Theſſalonicenſis, ἐξάρχᾳ πάσης Θετ∫αλίας: Macarii Philadelphenſis, ἐξάρχᾳ πάσης Λυδίας, qui ſe etiam καθολικὸν κριτὴν τῶν Ρωμαίων nuncupat: multorum denique aliorum, quorum nomina tituloſque referre prolixum fuerit.

Alterum autem exemplar longè hoc etiam videtur antiquius. Literarum quidem elegantiâ multis modis præſtat, cui planè reſpondet ſcriptionis integritas: etenim tantâ exaratum eſt diligentiâ, nullum ut verbum in eo perperam ſcriptum reperiatur. Ejus utendi poteſtas a Baſilienſis Academiæ doctoribus, viris & eruditione ſummâ, & humanitate eximiâ præſtantibus, quorum exſtat in bibliotheca publica, benignè mihi facta eſt. Conſtat ante annos CL, tempore Concilii Baſilienſis huc allatum eſſe, ac deinceps magnâ veneratione aſſervatum. Interſperſæ ſunt paſſim picturæ quædam, quibus Græcorum veſtitus & habitus eleganter exprimitur. Eodem imago Gregorii continetur, ita prorſus efficta, quemadmodum ejus tum faciei lineamenta, tum aliorum membrorum formam Simeon ille Metaphraſtes deſcripſit, cujus verba vitæ Nazianzeni ſubjecta ſequentur. His ergo nos exemplaribus freti, & depravata plurima correximus, & mutila integritati ſuæ reſtituimus.

De Eliæ commentariis aliud nihil dicam, niſi opus ipſum bonitatem ſuam abundè commonſtraturum. Fuit certè vir ille, quandocumque tamdem vixit, (nihil enim de hoc nobis conſtat) maximus & Philoſophus & Theologus, qui omnium philoſophorum, poëtarum, oratorum, hiſtoricorum, aliorumque libros diligentiſſimè lectitarat, tam veteres quàm novos, præſertim Platonicos, Porphyrium, Iamblichum, Proclum, ceteros: id quod facilè de theſium communium, quas multis locis pulcherrimas & præclarâ doctrinâ refertas inſeruit, tractatione deprehendi poteſt. Nihil commentario in orationem de recta diſſerendi de Deo oratione, quam nos in ordine ſecundam fecimus, legi perfectius eruditiuſve poteſt. Et ſcripſit omnia phraſi ſanè pereleganti, mundâ, minimè barbarâ, cujuſmodi eſt Græcorum, qui proximis ſæculis vixerunt, oratio: de quo licet æſtimare, non uſque adeò recentem Eliam hunc noſtrum eſſe, ſed ante pluſcula ſanè ſæcula vixiſſe.

Faciet ipſius commentariorum lectionem id quoque jucundiorem, quòd eis fragmenta quædam ſcriptorum veterum contineantur, quorum nos hodie libros integros non habemus. Inter alios eſt ſummus ille Maximus, cujus Lutetiæ publicatus eſt in Dionyſii ſcripta commentarius. Exſtat ejuſdem apud Græcos adhuc τῆς θείας λειτουργίας ἑρμηνεία. Liber ad Thalaſſium, ab eodem ſcriptus, a Micaelo Glyca citatur, cujus Annales necdum editos hoc tempore interpretamur: itemque κατήχησις, & θείων δογμάτων κεφάλαια, cujus libri noſter Elias quoque meminit. Multis etiam in locis Elias indicat, ſe alias quoque Nazianzeni orationes perpetuis commentariis enarraſſe. Quapropter & Nicetas Serronius, & Gregorius Palamas, & alii buculâ hujus araſſe videri poſſunt; furta quidem eſſe facta, multis locis deprehendi poteſt. Citat paſſim de Nazianzeni poëmatis verſus quoſdam, qui cùm in editis prorſum non exſtarent, nos ad manuſcriptos poëmatum libros noſtros recurrentes, univerſos reperimus: id quod divino beneficio factum crediderim, ut quo tempore Nazianzeni opera illa nactus eſſem, ne quis ea ipſius eſſe infitiaretur, hominis certi teſtimonio commodè uti poſſem. Conſimile quiddam in Cæſario, Nazianzeni germano fratre, mihi uſuvenit. Eum ante quatuor annos divina mihi largitas obtulit; cùmque de ſcripto nonnihil dubitarem propterea, quòd Cæſarium aulicis negotiis & quæſtorio munere occupatum, matureque rebus humanis exemtum fuiſſe, de Gregorii fratris oratione funebri accepiſſem: ecce ſuperiori anno teſtem Glycam invenio, qui de illis ipſis Cæſarii dialogis, quos nunc primùm Gregorii noſtri monumentis tomo tertio ſubjicimus, ad verbum nonnulla citat.

Quòd ſi hoc quoque addendum eſt de Elia, equidem exiſtimo vixiſſe id temporis hominem, cùm Creta per Sarracenos occupata, & Byzantinis Imperatoribus eſſet ademta, nimirum annis ab ævo noſtro plus minùs ſexcentis. Scribit enim in proœmio Commentariis præmiſſo, ab ſe in exilio ſcriptum hoc elaboratum fuiſſe: quod exilium ſanè in hos ipſos annos ſævitiæ Sarracenicæ incidere videtur.

Tot talibuſque ſcriptis cum ſic & expoliri, & augeri poſſe Nazianzeni libros videremus, parum ut ab illa perfectione, quam in editionibus priſcorum monumentorum requirimus, abeſſent: Billiano labore non contenti, priſtinum ad inſtitutum de integro animum adjecimus. Ne verò quiſpiam id, quod de operum Nazianzeni perfectione pollicemur, temerè vanèque dici, more nunc pervulgato, quo emtoribus imponatur, exiſtimet: libet

libet hoc loco pauca quædam ſubjicere, de quibus & verè nos id prædicare Lector intelligat, & editionis noſtræ rationem perſpiciat.

Statim ab initio proœmii ſui tradit Elias, ab Nazianzeno tantùm orationes ſive commentationes (nam vox λόγος generatim a veteribus uſurpatur, de quovis ſcripto atque tractatu) numero LII eſſe publicatas, quas inter & epiſtolæ certæ referri debeant, cujus generis illæ ſunt, quas ad Nectarium, Evagrium, Cledonium perſcripſit. Hoc Eliæ dictum cùm animo meo inſedisſet altiùs, primùm eâ me liberari opinione animadverti, quam Billium ſequutum fuiſſe video. Putat enim Gregorium haud dubiè plures ad populum ejus generis orationes habitas edidiſſe, cujus eſt illa, qua dictum Chriſti ex Evangelio Matthæi explanat. Quod ſi verum eſſet, perquirendæ nobis eſſent bibliothecæ, ut eas orationes ſi non omnes, ſaltem pleraſque publici usûs causâ proferremus. At hoc toto labore moleſtiâque me verbum hoc unicum Eliæ levat, cui qui fidem detrahat, arbitror fore neminem.

Hoc primùm conſideràto, cepi deinceps aciem animi mei dirigere ad faciundum de orationibus iis, quotquot exſtarent, judicium: quo viderem, eſſent ne germani fetus hujus auctoris omnes, an ſub ejus nomine ſuppoſititii quippiam latitaret. In hac cenſura deprehendo, duobus in ſcriptis ante me Billium id animadvertiſſe, quod res eſt, nimirum ea Nazianzeno tribui nequaquam debere: in tertio tam ipſum, quàm ceteros omnes hactenus allucinatos fuiſſe. Priora duo ſunt, Metaphraſis in Eccleſiaſtem, quæ Hieronymi teſtimonio Gregorii Neocæſarienſis eſt: & Annotatio in Ezechielum vatem, quæ tantùm abeſt, ut Nazianzeni ſit, vix ut homini mediocriter docto tribui debeat. Metaphraſin retinendam propterea putabamus, quòd Eliam crederemus communi fortaſſis errore ductum, inter Gregorii libros eam numeraſſe: quod ſi maximè verum ſit, mirum nemini videri debet, quando vix mortuo Gregorio titulus orationis in Heronem mutatus fuit, ut Hieronymus Gregorii coætaneus monet. Quòd ſi hâc ratione Lectori non ſatisfaciemus, reſtat ut polliceamur, omni nos ſtudio genuinum Gregorii ſcriptum perveſtigaturos, quod hujus loco ſubſtituatur. Annotationem in Ezechielum prorſus ex editione noſtra, ſeu ſpuriam, ejiciendam ſtatuebamus: cujus locum ut germanum aliquod Gregorii ſcriptum occuparet, libros veteres diligenter evolvendo, tandem id quod optabamus, adepti ſumus. Nam in libro Choniatæ manu exarato panegyricam Gregorii orationem, habitam in honorem teſtium veritatis, Arianorumque furorem graphicè deſcribentem, reperimus: quam extra dubitationem omnem hujus auctoris eſſe, tum dicendi character, tum rerum ipſarum facies oſtendit.

Tertium denique ſcriptum illud, cujus modò mentionem feci, eſt Exhortatio ad virginem. Hoc inter orationes hactenus relatum eſt, & Nazianzeno tributum: quorum alteri parum repugnans, alterum planè perperam factum aio. Nam ſi quidem eſt aliqua rhythmorum ratio, quam Aurelius Auguſtinus in libro de Muſica tradit, & vero conſentaneum eſt priſcis in uſu fuiſſe, facientibus ejus mentionem tum Ariſtotele, tum Athenæo, & aliis: dabo equidem Nazianzeni hoc ſcriptum eſſe, quemadmodum & Choniatas credidit, & exemplaria vetuſtiſſima teſtantur: verùm haudquaquam inter orationes, ſed poëmata referri debere volo. Nam totum meris rhythmis conſtat, uti res ipſa declarat:

Παρθένε νύμφη Χριστῷ
Δόξαζε σε τὸν νυμφίον:
Αεὶ καθαιρε σαυτὴν
Εν λόγῳ καὶ σοφίᾳ, &c.

Quod quidem apud nos a nemine deprehenſum hactenus, in antiquiſſimo libro poëmatum Nazianzeni meo notatum paucis verbis inveni, quæ latinè proferam: In hoc ſcripto Syracuſium Gregorius imitatur, qui ſolus poëtarum rhythmis atque colis uſus eſt, omni aliâ ſcribendorum verſuum poëticâ ratione neglectâ. Error ex ambiguitate vocis λόγος, quæ paſſim in librorum lemmatis reperitur, ortus eſt. Nam ea non orationem tantùm ſignificat, uti jam antea quoque monuimus: ſed in genere quamvis commentationem atque ſcriptum. Quo ipſo fit, ut Elias noſter Gregorii poëmata λόγους ἐμμέτρους vocet. Hoc modo quibuſdam reſectis, & oratione de Martyribus reſtitutâ, quinquaginta & duos Nazianzeni tractatus habemus, quem illorum eſſe numerum integrum, Elias memoriæ prodidit. Quapropter heic quidem quod ampliùs deſideremus, nihil eſt.

Sequuntur epiſtolæ, quas unâ tantùm adjectâ de libris manu ſcriptis auximus: addituri aliquando plures, quas hoc tempore nanciſci non potuimus, tametſi non ignoremus, ubi locorum ſuperſint. Poëmata verò tantopere nunc ſtudio noſtro excreſcunt, ut jam prodeuntia priùs editorum magnitudinem numero verſuum æquent, bonitate pietateque longè ſuperent. Unus reſtat adversùs Apollinarium liber, verſibus a Gregorio ſcriptus, quem adhuc Romæ in Vaticana bibliotheca exſtantem ut deſcribi curaremus, jampridem operam dedimus, ſumtum etiam aliquem impenſuri, ſed fruſtra. Quapropter hoc ſcriptum alio tempore perquiretur a nobis, in Italiam (ſi Deo viſum fuerit) iter ſuſcipientibus. Nam in eadem Vaticana tractatus Gregorii duos extremos, quorum alter eſt de fide, alter de fide Nicæna, ſupereſſe græcè accepimus: quos modò latinè tantùm a Rufino converſos legimus.

De hac commemoratione noſtra Lector intelligere poteſt, non eſſe abs re, quod hanc editionem quàm proximè ad operum Gregorii perfectionem accedere diximus. Ea verò tres omnino in Tomos diſtribuere certis de cauſis viſum eſt, quorum primus orationes XX cum Elianis commentariis continet, totuſque noſtræ debetur induſtriæ, qui eum de Græco in Latinum ſermonem tranſcripſimus. Alter reliquas XXXII orationes cum epiſtolis & poëmatis hactenus editis complectitur: quæ quidem omnia de editione Billiana ſumpſimus, ne priùs verſa retexendo, actum agere videremur. In tertium & ultimum Tomum, qui totus itidem noſter eſt, ea Gregorii poëmata referimus, quæ nunc primùm a nobis luce donantur: præterea Nicetæ commentarium in Gregorii ſententias tam quaternis quàm ſingulis verſibus incluſas adjicimus, & egregium Pſelli, Chriſtiani philoſophi, de difficilium Nazianzeni locorum intellectu librum. Accedit ad hos Cæſarius quoque, germanus Nazianzeni frater, cujus antehac nihil omninò ſcriptorum prodiit. Ejus Dialogos propterea potiſſimùm Gregorii ſcriptis addendos putavi, quòd in eis Cæſarius Gregorium fratrem a ſeipſo, Leontio, Gregorio Nyſſeno, Domno, & aliis familiaribus interrogatum, de quæſtionibus graviſſimis toto quatriduo reſpondentem introduxit. Huic & Annotationes in Gregorii ſcripta, quibus lectionum varietas continetur, & Indicem neceſſarium ſubjicimus.

Cur autem in orationibus collocandis ordinem

à Billio præſcriptum ſequuti non ſimus, cauſæ multæ ſunt, eæque graves. Nam duûm omninò generum ſunt Nazianzeni orationes. Aliarum tempus, quo vel ſcriptæ ſint, vel pronuntiatæ, ſciri poteſt : aliarum non poteſt. Primi generis ſunt, orationes de Pace, contra Maximum, ad Baſilium & patrem aliquot, purgatio fugæ in Pontum, pleræque laudationes funebres, & aliæ : ſecundi, orationes ad Eunomianos, de recta differendi de Deo ratione, de recta doctrinæ ſententia, de Filio duæ, de Spiritu Sancto, de moderata differendi ratione, de Machabæis, & aliæ complures. Quod cùm ita ſit, in collocationis ſerie temporis haberi ratio certa nequit : uti profectò ne a Billio quidem accuratè habita eſt, ſi rectè rem conſideremus.

Nam ratione temporis (ſi quidem Eliæ Cretenſi & Nicetæ Serronio credimus) eſſe prima debebat, non ea, qua fugam in Pontum ſuam prolixè purgat ; ſed altera, cujus inſcriptio notat, habitam fuiſſe ad illos, qui ipſum initio acciverant, nec poſtquam ſenioris munus ei commiſſum fuiſſet, venerant. Etenim ea pronuntiata fuit id temporis, quo primùm ſacerdos factus eſt ; ac ſecundùm hanc actionem in Pontum aufugit, a qua fuga reverſus, in Paſcha & tarditatem orationem habuit, (quæ hoc nomine ſecundum ſibi locum vindicabit) illâque dictâ, per otium fugæ Ponticæ purgationem conſcripſit. Jam Billius & illam orationem, quæ pronuntiata eſt in electione Doarenſium antiſtitis Eulalii, poſt eam collocavit, quæ in Concilio CL epiſcoporum eſt habita. Atqui prior dicta eſt vivo etiamnum Baſilio, poſterior eo jamdudùm rebus humanis exemto. Funebris in Baſilium oratio poſtrema fuit omnium, ſive ſcriptionem, ſive recitationem ſpectes, pronuntiata Cæſareæ Cappadocum in extrema ſenecta, cùm relictâ Conſtantinopoli Gregorius in patriam reverteretur. Atqui hæc locum inter priores invenit. E contrario duæ in Julianum Auguſtum invectivæ loco poſtremo ponuntur, quæ priùs fuere ſcriptæ, quàm vel Gregorius, vel Baſilius antiſtitum munere fungi cepiſſent.

Hæc mihi mecum expendenti viſum fuit, primum iis orationibus in editione noſtra locum tribuere, quas egregiè noſter Elias hactenus incognitus enarraſſet : atque illis deinceps alias ſubjicere, Billii labore Latinâ veſte donatas. Hanc autem ſpatio non exigui temporis abſolutam, & magno quidem cum labore lucubrationem, cur ad reverendiſſimam excelſitatem tuam potiſſimùm mittam, illuſtriſſime Princeps, variis ac gravibus ſanè rationibus moveor. Primùm tam clari antiſtitis opera nemini rectiùs, quàm claro itidem antiſtiti putabam offerri debere. Deinde patronum mihi cenſoremque literis excultum deligere volui, contra plerorumque morem, qui lucubrationes ſuas hominibus planè literarum imperitis inſcribere non verentur.

Hoc verò conſideranti, non occurrebat in toto noſtræ nationis imperio quiſquam virorum principum, quem illuſtri præſtantiæ tuæ præferrem. Etenim non eximia tantùm doctrinæ laus omnium conſenſu tibi tribuitur : ſed etiam pleriſque per omnem Europam admirationem merentibus linguis ſanè quàm eleganter uteris. Accedit ad hæc, quòd ei regioni cum imperio poteſtateque præſis, è qua mihi avita patritaque origo ducitur. Summam enim tum potentiam, tum auctoritatem obtines in occidua Saxonia, quæ recenti appellatione Veſtualia dicitur, cùm vera ſit ac vetus Saxonia, quemadmodum Cranzius Saxo multoties in hiſtoriis ſuis inculcat. Habes epiſcopatum Monaſterienſem, a majoribus noſtris Mimingrodenſem appellatum, qui tertio loco in Saxonia Imperatoris Cæſaris Caroli Magni Auguſti ſtudio conſtitutus eſt. Ejus ſemper magna fuit dignitas, quæ vel inde poteſt æſtimari, quòd cùm aliquando Bremonenſis archiepiſcopus hunc peteret ; non priùs impetrarit, quàm archiepiſcopatum illi poſtponeret, & in commendam (uti ſuperioribus annis barbarè loquebantur) acciperet. Es autem huic optimo jure præfectus, vel ob inſignem ſapientiam tuam, vel priſca nobiliſſimæ familiæ tuæ merita. Nam Otho Mimingrodenſis antiſtes numero XLI, comes Hoianus, agnatus tuus, Tekeneburgenſi comite, aliiſque domitis, qui eccleſiæ poſſeſſiones contra jus faſque invaſerant, immortale nomen (ut ipſius hiſtorici verbis utar) apud ſuos reliquit, propter additas diœceſi ditiones, & auctoritatem ejus revocatam, quæ jam apud multos in contemtum penè venerat. Habes & ditionem Paderæbornenſem, in qua idem Carolus Magnus epiſcopatum, Saxonum gente devictâ, conſtituit. Habes Oſnabrugicam denique, primam omnium in Saxonia ſedem Antiſtitum Chriſtianorum, ejuſdem Imperatoris auctoritate munitam : in cujus immunitatibus, quæ privilegia vocant, quiddam meritò memorandum ad omnem poſteritatem continetur.

Lubet autem ipſa Carolinæ conſtitutionis verba certis de cauſis hoc loco ponere, quæ hodieque publicis diplomatis inſcripta ſuperſunt. « Eidem »epiſcopo, inquit Carolus ille Magnus Imperator, »ejuſque ſucceſſoribus libertatem perpetuam con»cedimus, & ab omni regali imperio abſolutio»nem : niſi fortè contingat, ut Imperator Roma»norum, & Rex Græcorum, conjugalia fœdera »inter filios eorum contrahere diſponant. Tunc »enim Eccleſiæ illius Epiſcopus cum ſumtu a rege »vel imperatore adhibito laborem ſimul & hono»rem illius legationis adſumet. Et ea de cauſa »ſtatuimus, ut in eodem loco Græcæ Latinæque »ſcholæ in perpetuum ordinatione noſtrâ maneant : »nec umquam clericos utriuſque linguæ gnaros »defuturos confidimus ».

Hoc majorum inſtituto motus haud dubiè ſuperiori anno dominus noſter, Imperator Cæſar Maximilianus I I Aug. filiam ſuam regum Chriſtianorum maximo deſponſam per te potiſſimùm deduci voluit : quo quidem in munere obeundo magnam induſtriæ prudentiæque laudem inveniſti. Quòd ſi rectè rem æſtimare velimus, majorem in iis locis poteſtatem a multis annis habuit nemo : quam quidem felicitatem boni omnes eximiæ virtuti tuæ debitam fatentur, ac tibi gratulantur. Quorum in numero ut me quoque arbitreris eſſe, ac meam hanc velut acclamationem benignè accipias, etiam atque etiam rogo. Fortaſſis offeretur aliquando mihi occaſio mei erga tuam excelſitatem animi venerationem illuſtriori quodam argumento declarandi. Interea ſummopere peto, ut ſtudium in hoc genere publicis commodis ſerviendi, quod animo meo pluribus ab annis inſidet, non modò gratum habeas atque probes, uti ſanè facturum te confido : ſed etiam favore tuo benignitateque magis excites, quam exhauſtis gravibus moleſtiis experiri jucundum eſt. Vale, clariſſime Princeps, meque per hanc lucubrationem reverendiſſimæ excelſitati tuæ ſe tradentem, in eorum numerum, quos gratiâ benevolentiâque tuâ dignaris, recipito.

ΕΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ ΤΟΝ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΝ
Ιω. ὁ Λεωγκλαΐος.

Γρηγορίοιο λόγους, μέγα χρῆμα καὶ ἀττικοεργὲς
Ατρεκέως, ἐν ἐμῇς ἡνίκα χερσὶν ἔχω·
Οὐ μάλα θαυμᾶζω τοὺς ῥήτορας, οὓς ποτ' Αθηνῶν
Εσχε πόλις, δολερῆς ἴδμονας ἐυεπίης.
Ως δ' ἀναγινώσκοντα ποίηματα Γρηγορίοιο
Οὐκ ἐπέων τὶς ἔχει Μηονίδαο πόθος.
Χρυσὸς ὅσον χαλκοῖο, μολύβδου τ' ἄργυρος αὖθις
Κρείττων, ὀρανίων χείρονα τὰ χθόνια.
Ρήτορες ἀρχαῖοι τόσον ἡττῶνται καὶ ἀοιδοὶ
Γρηγορίου τ' ἔπεσι, Γρηγορίου τε λόγοις.

ΑΛΛΟ.

Γῆ Καππάδοσσα τοπρὶν ἡμιβάρβαρος,
Αὐτὰς ὑπερέβη τὰς Αθήνας ἀττικὰς,
Εξ οὗ βασίλειος Γρηγορίος τε τὼ σοφὼ
Τὴν ἡδύφθογγον Κεκροπίδων εὐγλωττίαν
Πάσης μετήνεγκάν τε κόσμον ἑλλάδος
Εἰς Καππάδοσσαν γαῖαν, ὡς Νικηφόροι.
Τίς οὐ μακαρίσειέ σε γὰρ ἐυτεκνίας
Γῆ Καππάδοσσα, μῆτερ ἀνδρῶν κυδίμων;

ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΙΟΝ, ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ηνίκα Νικαίης μεγάλῳ σεισμῷ πτολίετρον
Κάππεσε, Καισάριος ζῶν ὑπὸ γῆν ἐκρύβη.
Αλλὰ θεός νιν σῶον ἐῇς ἐξήγαγε χερσὶ,
Καὶ λυκάβαντας ἔτι δῶκε βίου πλέονας.
Ωσάυτως ὅτε Καισάριος τέθνηκε πρόωρος,
Αἶψ' ἐγένοντ' ἀφανεῖς Καισαρίοιο λόγοι.
Δημοσιοῖ δὲ Λεοντόνυχος θείᾳ πάλι μοίρᾳ
Κρυπτοὺς Καισαρίου τόσδε πάροιθε λόγους.
Χαῖρε μάκαρ, δὶς ἐνὶ γαίης κεύθμῶσι καλυφθεὶς,
Καὶ δὶς ἀναστρέψας θειόθεν εἰς τὸ φάος.

Καισαρίῳ καὶ Γρηγορίῳ, μακάρεσσιν ἀδελφοῖς,
Ταῦτα Λεοντόνυχος θῆκ' ἐπὶ γραμμάτια.

ΕΙΣ ΗΛΙΑΝ ΤΟΝ ΚΡΗΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΗΝ,
τοῦ αὐτοῦ.

Θείων Γρηγορίου δυσέφικτα νοήματα βίβλων
Τοπρὶν ἀνιχνεύειν ἦν ἄρα παγχάλεπον.
Αμμῖν ἕως ἐφάνη περιδέξιος ἑρμηνευτὴς
Ο Κρὴς Ηλίας Γρηγορίοιο λόγων.
Ον περ ἐόντα τέως θνητοῖς ἄγνωστον ἅπασιν,
Εἰς φῶς αὖθις ἄγει νυνὶ Λεοντόνυχος.
Θησαυρὸν σοφίης ἐριούνια δόγματ' ἔχοντα
Δέξασθ', οἷς γνῶναι πολλὰ καὶ ἐσθλὰ φίλον.

ΣΚΙΠΙΩΝΩΣ ΤΟΥ ΚΑΡΤΕΡΟΜΑΧΟΥ.

Γρηγόριος Μούσας πολλῷ πλέον ἤπερ Ομηρος
Θειοτάτων ἐπέων δεῖξεν ὑπηρετίδας.
Η μᾶλλον τόγε πᾶν Μουσῶν ὕπο λέξεν Ομηρος,
Γρηγορίῳ δ' ἔπνει πνεῦμ' ἄρα θειότερον.

DE GREGORIO NAZIANZENO
Joannes Lewenklaius.

Gregorii quoties Hyblæ redolentia nectar
In manibus verso scripta diserta meis:
Non me oratores fraude amplius illice prisci,
Quos tulit argutos Attica terra, movent.
Rursum Gregorii quum dia poëmata vatis
Pellego, Mæonidæ mox abit omnis amor.
Vilius æs auro velut est; ut cedere plumbum
Argento, ut superis inferiora, patet:
Gregorius priscos palmâ sic vicit ademptâ,
Carminibus vates, rhetoras eloquio.

ALIUD.

Tellus Cappadocum, quondam semibarbara;
Superavit ipsas inde Athenas Atticas,
Ubi Basilius & Gregorius doctissimi
Suavisonam Cecropidarum eloquentiam,
Et cuncta totius ornamenta Græciæ,
Suæ intulere, seu victores, patriæ.
Quis te ergo non ob hos beatam prædicet
Tellus Cappadocum, talium virûm parens?

DE CÆSARIO, EJUSDEM.

Nicæam terræ quum motæ succuteret vis,
Cæsarius jacuit pondere pressus humi.
Sed Deus è latebris salvum produxit, eique
Vivendi spatium longius inde dedit.
Consimilis casus monumenta excepit, obisset
Postquàm immaturo funere Cæsarius.
Et tamen hæc etiam divino munere profert
Cura Leontonychi, semisepulta prius.
Salve iterum atque iterum terræ bis operte cavernis;
Et dono in lucem bis revocate Dei.

DE ELIA CRETENSI ANTISTITE,
ejusdem.

Gregorii obscuros scriptorum inquirere sensus
Antea res magni plena laboris erat.
Donec ab Elia lux illis est data, summâ
Gregorii explicuit qui monumenta fide.
Hactenus ignotum toti quem scilicet orbi,
Nunc iterum donat luce Leontonychus.
Doctrinæ egregium thesaurum sumite grati,
Quos bona, quos pariter plurima nosse juvat.

SCIPIONIS CARTEROMACHI,
interprete Lewenklaio.

Inspirare animis divina poëmata Musas,
Vate magis Chio Gregorius docuit.
Imò flabat huic potius divinior aura,
Deberet Musis quum sua Mæonides.

Joannes Lewenklaius S. D. Jacobo Billio V. C.

Annus hic quartus eſt, Jacobe Billi, ex quo primùm ad interpretationem præſtantiſſimorum Gregorii Nazianzeni ſcriptorum hortantibus amicis animum adjeci, de cauſis iiſdem ferè, quas eodem tempore (niſi fallor) impuliſſe te idem ad inſtitutum ſcribis. Cùm autem numero non paucas orationes cum Eliæ Cretenſis antiſtitis, eximii tum philoſophi tum theologi, commentariis abſolviſſem; viſum eſt relaxandi, quod ex continua menſium aliquot ſcriptione obrepſerat, tædii causâ quiddam laboris alterius ſuſcipere: quo poſteaquàm defunctus eſſem, ita deinde priſtinum illud opus velut interpolatum, majore cum aliorum fructu, voluptateque meâ perficeretur. Et facta nobis præterea de quibuſdam Nazianzeni libris non editis ſpes erat, quos dum apiſceremur, in alio verſari malebamus interpretationis genere, quo paratiores ad Nazianzenum rediremus: itaque Xenophonteam interea lucubrationem publicavi, & Gregorii Nyſſeni XV orationes in Canticum canticorum, Conſtantinique Manaſſis Chronicon interpretatus ſum. Quibus omnibus expoliendis dum occupatus eſt animus meus, ſeque totum alacriter ad elaborationem inſtitutæ Gregorii converſionis parat; commodum Theologus noſter Latinâ veſte vigiliis tuis ornatus prodit. Quæ res non tantùm non moleſta (quod uſuvenire pleriſque ſolet, ægrè ferentibus officere quaſi luminibus ſuis alios) accidit animo meo; ſed etiam voluptati fuit, præſertim poſteaquàm inſpecto libro, & eleganter abs te verſa, nec ſine judicio pleraque viderem. Verùm ubi deinceps ad tua collatis iis, quæ ipſe Latinam in linguam tranſcripſiſſem, in Orationibus XIX præclarè ab Elia Cretenſi enarratis multa cùm ob varias noſtrorum codicum antiquiſſimorum lectiones, tum acutas admodum Eliæ declarationes, longè aliter a me traducta, quàm tuis in libris reperirentur, animadverterem: minimè tibi moleſtum fore putabam, ſi hac quidem in parte pro tuis noſtra cum Elianis commentariis conjuncta reponerem: cetera verò, quæ partim Niceræ adjutus operâ, partim per te feliciter ac ſtudiosè tranſtuliſſes, in editione Nazianzeni noſtra prorſus uti abs te facta fuiſſent, retinerem. Atque hoc quidem citra omnem invidiam eò fieri a me poſſe confidentiùs exiſtimabam, quòd nonnulla jam Nazianzeni ſcripta nactus eſſem, quibus numquam hactenus noſtrâ ſanè memoriâ publicè viſis rectiùs impendi laborem interpretationis amici judicabant, quàm ſi abs re priùs elaborata quaſi retexerentur. Acceſſere deinceps & alia quædam, hinc inde congeſta partim induſtriâ noſtrâ, partim amicorum ope, quæ ipſa quoque cum Nazianzeno in lucem proferenda neceſſariò viderentur. In quo genere Nicetæ commentarium in ſententias tam ſingulis quàm quaternis incluſas verſibus, Pſelli de difficilium Nazianzeni locorum intellectu librum, Cæſarii germani Nazianzeni fratris dialogos IV Tomo tertio exhibebimus: ut taceam de multorum locorum reſtitutionibus, quæ libris aliquot venerandæ vetuſtatis, ſtudio noſtro collectis & collatis debentur. Quapropter equidem mihi polliceor, te virum ſapientem ac doctum, optimam in partem conſilium noſtrum interpretaturum. Debet enim abeſſe cùm omni ab hominum genere, tùm literatis potiſſimùm invidia: quibus eſſe nihil antiquius par eſt, quàm ut & ipſi juvandæ totis viribus reipublicæ ſtudeant, & alios idem inſtitutum urgentes non modò non livore quodam impediant; ſed etiam ultrò benevolis cohortationibus excitent. Qua de re pluribus agerem, niſi te probaturum editionem hanc planè confiderem, & lubenter etiam agniturum, conjunctam hanc eſſe non tam meæ cum famæ propagatione, (nam illam ego minimè ſpectavi, ſed utilitatem publicam potius) quàm honore dignitateque tuâ: quem de tot orationum poematumque converſione meritò boni omnes & Nazianzeni monumentorum ſtudioſi amabunt. Vale. Baſilea. a. d. 3. Non. Jan. Anno Domini CIↃ IↃ LXXI.

Orthodoxo Lectori Jacobus Billius ſalutem.

Cum in Baſilienſi Gregorii noſtri editione Joannem Lewenklaium Orationes aliquot, Elianis Commentariis explanatas, tranſtuliſſe vidiſſem, atque inſuper ad Operis calcem annotationes quaſdam adjeciſſe, in quibus, laureolam ſcilicet in muſtaceo quærens, ſi quid, in quo Auctoris mentem non ſatis ei aſſecutus eſſe videar, animadvertit, idque non tam ex ſuo ingenio, quàm ex Eliæ aliûſque cujuſdam Græci Scholiaſtæ veſtigiis vix dici poteſt, quàm libenter ac læto animo id proferat. Equidem aliter exiſtimare non poteram, quin, qui in erratis aliorum notandis ac publicandis tam ſedulum & diligentem ſe præbuiſſet, in iis, quæ ipſe tranſtuliſſet, non ſummam quandam doctrinam atque induſtriam, *κ᾽ πάντων τῶν μώμου βελῶν ἀνωτέραν*, præſtitiſſet. Sed tamen cùm ita ferè naturâ comparatum eſſe ſcirem, ut qui in aliorum ſcriptis cenſendis & carpendis lubenter verſantur, interdum in ſuis cæcutiant, in mentem mihi venit experiri, an ipſe hoc in genere *αὐτῷ τῷ μέτρῳ*, ut Heſiodi verbo utar, gratiam ei remetiri poſſem. Neque enim arbitrabar, non dico quenquam alium, ſed ne ipſum quidem Lewenklaium, iniquo animo laturum, ſi, quod ille juris in me ſumpſiſſet, idem quoque in eum uſurparem. Hujus porrò rei, non ex omnibus, quæ ex hoc Auctore tranſtulit (nimis enim hoc longum fuiſſet, nec animus erat bonas horas tam malè collocare) ſed ex unico Opuſculo periculum facere placuit, & quidem ex eo, quod totius voluminis frons erat: ut proinde mihi parum veriſimile eſſet, multa illic offendi poſſe, quæ quantumvis moroſo Lectori minùs ſatisfacerent: quandoquidem, ſi quid eſt in ullo homine ingenii, ſi quid induſtriæ, ac diligentiæ, id in Operis principio potiſſimùm elucere ſolet: nec ferè quiſquam, niſi planè ſtupidus, tam citò dormitare, nedum ſtertere incipit. Hanc igitur Vitam cùm attentiſſimè perlegiſſem, cum eaque ipſius tranſlationem contuliſſem, magnâ ſanè admiratione repente ſum affectus. Planè etenim, ut cum Gregorio noſtro loquar *εὕρον ἄπιστα*. Etenim, ut verſus ipſos non *καλῶς* (ut de Platone Gorgias dicebat) ſed *κάκιστα* prorſus *ἰαμβίζοντας*, atque ubique *παρανομοῦντας*, omittam, inveni eum, qui aliorum offendicula tam ſedulò explorat, in ipſo limine pluſquam centies,

centies, non leviter offendentem, ſed turpiſſimè corruentem : eum, qui me, ſi quid fortè in græcis ſuis codicibus invenerit, quod a meis diſſentiat, id, nullo adhibito judicio, tanquam ἕρμαιον arripiens, petulanter in me inſultat; ita hebetem atque obtuſum, ut non modò nullum mendoſum vocabulum per ſe animadvertere, nedum emendare poſſit, ſed etiam in leviſſimis quibuſque interpunctionum græcarum vitiis miſerè hæreat, atque in ſenſum ab Auctoris mente alieniſſimum præceps feratur : eum denique, qui etiam celeberrimos quoſque hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores exagitat; in hiſtoria ita rudem & hoſpitem, ut ne quidem in quo Arii error conſiſtat, perſpectum habeat, verùm eum velut διφυῆ quendam Cecropem, ſimul & tetetrimum hæreſiarcham, & orthodoxum nobis per ſummam inſcitiam pingat. Quanquam illud poſtremum minùs mirum videri debet, in homine præſertim ita cachectico, ut ei magis placeat Zoſimus Ethnicus, in optimos Imperatores, ac de Chriſtiana religione præclarè meritos, caninam ſuam rabiem evomens, quàm pii ſcriptores, a quibus eorum laudes literarum monumentis commendatæ ſunt. Teſtis eſt veſana illa planèque ſacrilega, & ex Chriſtiani orbis finibus cum perpetua parentis ſui ignominia exterminanda Apologia, in qua ita ſe gerit, ut quemadmodum de Mileſiis olim quidam dicebat, eos ſtultos non eſſe, ſed eadem, quæ ſtultos facere, ita de eo non minùs commodè dici poſſit, Lewenklaium Gentilem non eſſe, ſed eadem quæ Gentiles facere. Quid enim Ethnicus, quantumlibet Chriſtiano nomini infeſtus & infenſus hoſtis, acriùs pro Gentili ſcribere, ac furioſiùs contrà Chriſtianos debacchari potuiſſet, quàm is facit, qui ſe Chriſtianum, & quidem defæcatum, profitetur? Sed ut ad rem redeam, cùm in iis Annotationibus quas huic Vitæ ſubjecimus, quàm ſæpe δοκησίσοφος iſte interpres, & in vertendis græcis erraverit, & in corrigendis cæcus fuerit, & in iis, quæ ad hiſtoriam pertinent, inſcitiam ſuam prodiderit, meridianâ luce clariùs demonſtrato, tum verò Lectori conjiciendum relinquam, cùm in uno quaternione, & quidem primo toties peccarit, quanta, ſi omnia quæ ipſe tranſtulit, ad eundem modum examinare atque colligere voluiſſem, errorum Ilias & colluvies extitiſſet. Hæc ſi Lewenklaio moleſta lectu ſunt, diſcat μετριοφρονεῖν, & cùm ſe ἀπὸ τοῦ ἀναμαρτήτου tam longè remotum eſſe perſpiciat, neceſſariam potiùs in ſuis recognoſcendis, quàm in aliorum, qui, dum vivunt, ſibiipſis fortaſſe mederi poſſunt, erratis, iiſque plerumque perquàm levibus, traducendis atque inſectandis operam ponat, ſeque deinceps ex eorum numero eximere ſtudeat, qui, ut de Arianis dicebat Nazianzenus, lenes ſibi ſunt judices, aliis autem ſeveri cenſores; vulnera habent, & aliis vibices objiciunt; turpiter cadunt, & aliorum offenſiunculas exagitant; in cœno volutantur, & ex aliorum maculis voluptatem ſibi fingunt; denique oppreſſos trabibus oculos habent, & feſtucas aliis probro vertunt.

Sanctiſſimo ac beatiſſimo Paulo V. Pontifici Maximo, S. & humillima pedum oſcula.

DE Sanctorum Patrum tam Græcorum, quàm Romanorum ſcriptis, beatiſſime Pater, jure ac meritò dici poteſt, quod de hiſtoria ſua ſcribit Thucydides, κτῆμα ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται, perpetuum monimentum potiùs exſtare, quàm quod animi causâ in præſentia audiatur. Enimverò ejuſmodi ſacrarum muſarum fetus ab ingeniis maximis & mentibus puriſſimis Deoque afflatis exprompti, genio optimo comitati *Caneſcent ſeclis innumerabilibus* : & cum iis auctores illorum ac parentes parte ſuî meliore, ut cœlis ævo ſempiterno fruuntur, ſic in terris famâ veri conſciâ vivent, quandiu piorum ſtudioſorumque genus conſiſtet, & quæ μακαρῖται illi memoriæ prodidêre, diurnâ nocturnâque manu verſabit: ſiquidem hos theſauros (ut aiebat Domitius Piſo) cenſere oportet, non libros. Idcirco D. Hieronymus Eccleſiæ Romanæ Doctorum celeberrimus, Eccleſiaſticos ſcriptores in ordinem digerere, eorumque Catalogum texere, Dextri Prætorio Præfecti cohortatione, non eſt dedignatus : cujus veſtigiis Gennadius Maſſilienſis inſiſtens, in reliquis Scriptoribus enumerandis elaboravit. Hæc tantorum virorum opera, omnis generis doctrinæ, ac cœleſtis & divinæ potiſſimum, Gazis referta, & *linenda cedro*, & *tenui ſervanda cupreſſo*, Arculis, κειμηλίοις, Bibliothecis, a Pontificibus ac Principibus literas literatoſque amantibus & pietate inſignibus, magnificè ſtructis, magna ex parte ſarta tecta ſunt conſervata : & Typographicæ demum artis librorum promæ condæ beneficio ab injuria temporis hominumque vindicata quotidie reviviſcunt.

Nec minùs hodie in Galliis quàm in ullis aliis Chriſtiani imperii oris, hæc literariæ reipublicæ cura & gloria viget; ſub Henrico IV, Rege Chriſtianiſſimo Clementiſſimoque, ut armis invicto, ita pacis artium amantiſſimo, cujus felicibus auſpiciis Reverendiſſimi Galliæ Epiſcopi, Antiſtites, & clerus univerſus Franciæ Regni, uno conſenſu, ſummo ſtudio, ſingulari benignitate ac liberalitate, optimam operam in hac optima re collocarunt, ut pii probatique utriuſque linguæ ſcriptorum auctores ſedulò, nitidè, cultè, caſtigatèque typis elegantioribus edirentur; atque hoc præclariſſimum cœptum & inſtitutum uſque adeò proceſſit, ut ex Typographica radice imbre aureo irrigata optimorum Codicum διγλώττων, denſiſſima ſilva pullulare incipiat. Ex Edit. 1609.

In his verò fere principem locum tenent abſolutiſſima ſcripta beati Gregorii Nazianzeni Theologorum Orientalis Eccleſiæ κορυφαιοτάτου, quem D. Hieronymus præceptorem ſuum virum eloquentiſſimum prædicat, eoque ſcripturas explanante ſe didiciſſe confitetur. Hæc utrâque linguâ Regiis typis Græcis nunc accuratè quoad ejus fieri potuit edita, & quodam etiam epiſtolarum hactenus non editarum corollario a nobis cumulata, cujuſnam auguſtioris Nominis tutiore præſidio munita prodirent in publicum, quàm tuo, Pater Sanctiſſime, quo uno Eccleſiæ militantis acies recreatur?

Nonne Reverendiſſimus Sancti Michaëlis Cœnobiarcha Jacobus Billius, a quo pererudito ac fideli interprete ejuſdem Gregorii Nazianzeni ſcripta, primùm Latinitate donata, & Gregorio XIII. Pontifici Maximo dedicata fuerant, ſi hodie, volente Deo, ad hanc vitam revocaretur, ultrò libentiſ-

simèque versionem editionemque Gregorianam Græcolatinam eidem felicissimo Nomini tuo consecraret, cùm in Sanctitate Tua tot clarissima virtutum omnium sidera conspiceret? Hoc certè in votis fuisse constat nobilissimis illius μακαρίτου consanguineis, inter quos pietate atque eruditione non vulgari eminet Reverendissimus Episcopus & Dux Laudunensis, Par Franciæ, Jacobi frater αὐτοκασίγνητος.

Equidem ita feci ac lubens, ut tot doctrinâ ac probitate insignium virorum consensu, Antistitem hunc & Orientis Thelogorum solem radiis nativis Attici leporis & ascititiis Romani tui Pontificatûs tempora illustrare gaudentem, Sanctitati tuæ tot heroicarum cœlestiumque Gratiarum luminibus undique fulgenti dicatum producerem. Nec verò dubitare fas est, Beatissime Pater, quin placido vultu; quo Christianum orbem, tempestates Ecclesiæ, Cœlumque serenas, hunc Mystagogorum Hyperionem in augustissima D. Petri Cathedræ sacraria benignè intromittas, acceptissimumque habeas. Hoc prout nobis persuasissimum est, sic nos Deus bene amet, ut Sanctitas Tua votis suis divinis, cunctus autem Piorum cœtus te Optimo Maximo suo Pontifice perdiu potiatur. Lutetiæ Parisiorum XII. Kal. April. M. DCIX.

Tuæ Beatitudinis

Humillimus servus FED. MORELLUS;
Profess. & Interpres Regius.

AD LECTOREM.

Ex Edit. 1609 & 1630.

SCIO quo tendas & properes, suavissime rerum; quia cras serum est sapere & discere, discere & sapere vis hodie. Quo minùs certe id facias, in me mora non erit ulla. Vacuis & religiosis auribus tuis dare nihil constitui, quo offendantur. Si patientiam paulisper accommodare non piguerit; fortè an brevis hujus proloquii meminisse juvabit. Ad tui similes φιλογρηγορίους, *Quique sui memores alios fecere merendo*, te voco. Sic igitur habeto.

Cùm novam Gregorii Nazianzeni operum editionem utrâque linguâ aggredi constitutum fuisset, è re fuit, imò operæpretium Græcos Codices vetustos comparare. Hos nobis augustissima Regis Christianissimi Bibliotheca suppeditavit: & amplissimus vir Jacobus-Augustinus Thuanus, Curiæ supremæ Præses, vetustissimum optimæque notæ Manuscriptum è librario penu suo perbenignè, quo in literas est animo, exhibuit. Alium codicem cum variis Manuscriptis in Belgio eruditissimorum virorum curâ studioque collatum, nobis vir doctissimus Antonius Vaquerius Noviodunensis communicavit. Ex iis Codicibus quos Reverendissimus Jacobus Billius Sancti Michaëlis Abbas, Latinæ versionis hujus Scriptoris auctor, legisse, aut certè contulisse non videtur, collectæ sunt variæ Lectiones quædam, non infrugiferæ.

Jam verò editionem Græcam Germanicam ab eodem nunquam satis laudato Billio diligenter cum Regiis Manuscriptis collatam, & cum Medicæis Reginæ matris; iisque quos illustrissimus Cardinalis Sirletus ex Italia miserat, ἱερὰν παρακαταθήκην, ultrò nobis commodavit V. C. Paulus Petavius Parisiensis Curiæ supremæ Senator integerrimus. In ejus autem libri ora marginali, variantes quidem lectiones, conjecturas, & emendationes Billius operosâ sedulitate adnotaverat: verumtamen Academicam ἐποχὴν, atque assensionis retentionem tam cautè constanterque adhibuerat, ut quam λέξιν καὶ ῥῆσιν magis probaret, quam rejiceret, διαῤῥήδην nunquam exprimeret. Quid hic agas? An, ut olim factum, a Philippo tacito & sopito ad Philippum excitatum attentumque provoces? Nimirum ab interpretatione ejusdem Latina omnium ferme eruditorum Theologorum calculo jamdudum approbata receptaque, ut Mercuriali quadam virgâ, dijudicandum solerter fuit quæ potissimum lectio, ut germana, sequenda esset. At hîc opus, hîc labor erat. ἐν οἷς μάλιστα μεγάλα τὰ διαφέροντα, ἤν τι πλαίσωσιν οἱ κρίναντες; præsertim ubi προτιμᾶν δεῖ τὴν ἀλήθειαν

Occurrit divina quasi virgula qui te, qui φιλαληθεῖς omnes, hoc fasce levaret, Reverendissimus Pater Fronto Ducæus, Societatis Jesu Theologus, tanto nomine dignus, & utriusque linguæ peritissimus: hic indefesso labore in Republica Christiana & literaria juvanda, in hoc opere palmario assiduam optimamque operam optimè collocavit; tametsi eodem tempore in Χρυσοστομείων Latina versione & editione bilingui distineretur; sed utrumque ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα existimavit. Quid autem præstiterit, magna cum animi tui voluptate, si mentem adhibueris, facilè perspicies.

Quid tu, Morelle, inquies, nullam ne huc symbolam contulisti? Equidem operam denegare meam in ejus auctoris scriptis edendis, qui mihi ab adolescentia in deliciis fuit, religioni habuissem. Spicilegium saltem aliquod seu racemationem contulimus: est ubi in Græcis maxime mendi suspectis quà ab interpunctione, quà a literarum trajectione, medicas adhibere manus conjecturâ vel ope Mss. tentavimus: & corollarium epistolarum ἀνεκδότων adjecimus cum versione nostra cuicuimodi sit, extemporanea certe, & unico nostro Manuscripto antiquo magnam partem fulta, ταχυγράφου potiùs cujusdam quàm καλλιγράφου manu exarato: ut bene agatur cum eo qui vertit, si *intra spem veniæ cautus, vitavit culpam, non laudem meruit; ex opera nimium celeri curâque carente.* Nisi ejus animum perpendas, qui nihil tam suum esse duxit, quàm quod esset publicum.

Ceterùm, si hoc quoque scire aves, ὡς οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πάντα εἰδέναι, consultò sejunctæ sunt perdoctæ Billii annotationes, & cum Nicetæ aliorumque Scholiastarum commentariis in secundum Tomum commodiùs rejectæ; qui sacra Gregorii nostri Poëmata, & Scholia quæ extant in ejus opera græcè pariter & latinè continebit. Vive, vale, & quæ dantur, æqui bonique consule, & muneris atque operis hujus auctores, adjutores, συνεργοὺς ama: memor illius Pythagoræ dicti, Μὴ ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς.

EJUSDEM FED. MORELLI
PHALEUCII.

PAULUM Chriſtigeni gregis Supremum
Paſtorem in Cathedra PETRI ſedentem,
Ingens GREGORIUS decus Pelaſgûm,
Antiſtes pius ille Nazianzi,
Romam Pariſiis petens relictis,
Et Graio decoratus & Latino
Cultu lætus adit, ſalutat, orat
Ut Roma incolumi ſtet ipſe utraque,
Caſta ut ſcripta legantur Orbe toto.

Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino RICHARDO, *Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati & Metropolitano.*

Ex Edit. Montacut. Etonæ 1610.

ANTIQUORUM Eccleſiæ Patrum ſcripta (quod tu minimè ignoras Reverendiſſime Pater) multùm intererit Rei Chriſtianæ, quàm emendatiſſima circumferri. Nam, & οἱ ἐξ ἐναντίας, Patres crepant, ut juratos in cauſam ſuam teſtes, & ad Patres, ut ad ſupremum tribunal, ſemper in omni quæſtione ſolent provocare: & nos libenter in controverſis dogmatibus, eos facilè admittimus diribitores. Nam ſunt Religionis Chriſtianæ Proceres, Doctrinæ revelatæ Promi-condi, quam ab Apoſtolis derivatam, perpetuâ praxi confirmatam ad noſtra uſque tempora tranſmiſerunt. Quocircà, rem ipſis glorioſam, Deo procurant perplacentem, Reipublicæ utilem & communi cauſæ, qui in evolvendis Patrum ſcriptis, atque illis emaculandis, & nunc & olim deſudarunt. Quo quidem in genere prima laus debetur illuſtriſſimo & doctiſſimo D. Savilio, qui ſummâ fide & diligentiâ, labore etiam indefeſſo, Chryſoſtomi ſcripta, quotquot haberi poſſunt Græcè, innumeris in locis correxit, ſupplevit, elucidavit. Confidenter dico, Reverendiſſime Domine, poſt inventam Typographiam, nemo veterum aut recentium ſcriptorum, tantâ fide & religione, tàm emaculatè, in manus hominum prodiit, quàm prodibit apud nos ὁ χρυσορρήμων. Interim verò, dum urgetur opus, quod ad tertium jam proceſſit Tomum, ᾧ σὺν Θεῷ εἰπεῖν, ad ſeptimum procedet aut octavum, præludit illi Nazianzenus, mellitiſſimo ſcriptori Orator vehemens, & Græcorum Patrum μεγαλοφωνότατος. Sic enim ſolent οἱ ἑσπιάτορες, convivas bellariis invitare, dum lautiores epulæ apparantur. Præludit quidem, nec injuriâ: fuerat in Epiſcopatu Anteceſſor qui eſt ad vulgus Anteambulo. Nec id ferendum videri poſſit, ut è duobus Epiſcopis Conſtantinopolitanis, alter ornatus ſic & excultus abeat, alter in ſqualore deſpectus jaceat. Anno ediderunt Nazianzenum Pariſienſes Latino-Græcum, ſed nec integrum, & plurimis mendis per ſummam negligentiam deformatum. Actum, quod dicitur, noluimus agere, at caſtigationes valdè neceſſarias, ex multis membranis collectas in omnes Orationes edimus & Epiſtolas, quibus Augiæ ſtabulum purgavimus, & Gregorio nitorem reſtituimus. Prætermiſſa nonnulla ſupplevimus, adhuc publicè non viſa: & illas in Julianum Invectivas, inter omnes Orationes κορυφαιοτάτας, quà a Nonno, quà a ſcholiaſte vetere & erudito ornatiores, quà a mendis innumeris correctiores multò quàm antè fuerant, emittimus. Hoc quicquid eſt opellæ, Reverendiſſime Pater, ſub tuo nomine, ſub tuis auſpiciis in lucem prodit. Nam ſi quid in hoc genere elaboratur, videris tibi jure vindicare, cui nos, qui ſumus ἱερατικῆ βήματος (cum ipſo loquor Nazianzeno) nos & noſtra comprobare κατὰ μεγάλῳ ἐντολὴν obligamur. Deinde, videbatur conſentaneum ut ad Archipræſulem feſtinet Archiepiſcopus, Gregorius, dicam liberè, ad Gregorium. Quod ſi & locum in illo tuo φροντιστηρίῳ, inſtructiſſimâ quam adornas bibliothecâ, Nazianzenus hic noſter ſortiatur, nec illum pudebit ab homine novo tranſiiſſe, nec hunc in poſterum pœnitebit ſe ſuoſque labores in hac parte Eccleſiæ conſecrare. Quod ſupereſt, ὁ μέγας μητροπολίτης, & magnus totius orbis Patriarcha, unigenitus Dei Jeſus Chriſtus veſtram, Reverendiſſime, paternitatem, diutiſſimè Eccleſiæ, & bonis omnibus conſervet & tueatur.

Reverendiſſimæ Veſtræ paternitati
humiliter deditiſſimus
RICHARDUS MONTAGU.

AD LECTOREM.

Ex Edit. Montacut. Etonæ 1610.

INVECTIVAS haſce duas Orationes, τὴν τῦ Ιυλιανῦ πολιτείαν ἐπιλιτευόσας, tibi, mi Lector, ſejunctim græcè, cum Scholiis Græcis, & nonnullis ejuſdem Gregorii ἀνεκδότοις exhibemus. Nam cùm Nazianzeni Opera revocari ſub prælo correctiora, & ſtudioſis conduceret & Auctori, quòd & illa editio Baſileenſis depravatiſſimè prodiiſſet, atque etiam diſtractis exemplaribus apud officinas non proſtaret amplius: D. Savilius, ὁ πάνυ, ut eſt de literis optimè meritus, de editione ceperat cogitare. Et quidem poſt Chryſoſtomum τὸν πολυγραφώτατον, quem magnis impenſis per omnes bibliothecas perquiſitum, ad tertium jam Tomum ſubjecit prælo, ad hanc provinciam exornandam undiquaque acciverat adjumenta: ſed intervenit hæc cogitanti editio nupera Latino-Græca, a Pariſienſibus Typographis ſpecioſo frontiſpicio lemniſcata; qui nihil minus præſtant quàm pollicentur. Habebant fortaſsè, habere ſanè poterant, Regios, Regineos, Petavii libros, Syrleti, Thuani, Vaquerii codices; ſed, ut ille Epicteti lucernam, ad oſtentationem non ad uſum, quippè qui magis deformarunt Gregorium, quàm fuerat in editione prima. Hinc tibi, mi Lector, interciſum, de edendo Gregorio, conſilium prius, ne tamen poſſis carere penitùs quibus nequit carere Nazianzenus, viſum eſt clariſſimo illi viro, Hæc quæ nunc damus communicare; qui, quo me ſolet amore proſequi, ad hanc vicariam ipſi locandam operam imparem oneri, & imparatum protraxit. Quocircà ut ſcias quid præſtitum ſit a nobis in hac iſtorum ἀποσπασματίων ἐκδόσει, textum Nazianzeni Græcum, cum variis collatum manuſcriptis, quàm poſſumus emendatiſſimum exhibemus, ſcholia adjunximus non inutilia, de Cod. deſcripta pervetuſto Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Acad. Oxon. Nonnum huic ſcholiaſtæ quem adjunximus, τὸν ἐξηγητὴν, ἐκ τῶν ἱσλορικῶν σωαγωγέα ſuppeditavit Cæſarea Viennenſis bibliotheca, ex ſcriptore diligentiſſimo Samuele Slado. Aberrant interdùm uterque fateor, alicubi ſunt manifeſtè corrupti, ſed de iis ſolliciti noluimus eſſe, tantùm contenti τὰ ἀπόγραφα fideliter ubique expreſſiſſe, cetera erudito Lectori permittimus. De Epiſtolis & Oratione ἀνεκδότοις; & de Teſtamento correctiùs edito, in loco diximus ad Notas. Jam verò quas damus Caſtigationes in Orat. Epiſt. & ipſius vitam, de variis σωηραvίσαμεν manuſcript. quas per literas initiales in ſingulis pag. deſignamus: *R.* notat cod. Reginæ matris Mediceum è bibliotheca illa περιεόντω. *P.* varietatem lectionum, quas olim doctiſſimus Jacobus Billius, ad ſui libri marginem annotaverat, ex Italicis & Gallicis exemplaribus, qui liber nunc eſt Pauli Petavii Senatoris Pariſienſis. *Syrl.* optimæ notæ M. S. a G. Syrleto Cardinale apud Petavium in libro Billii. *Tr.* denotat Cod. ſatis vetuſtum Collegii ſanctæ Trinitatis in Oxon. Academiâ, quem ad librum, ipſe D. Savilius, XVI. illas Orationes exegerat, in quas ſcripſit Nicetas Commentator. Porrò vir doctiſſimus Richardus Thomſon, & Auguſtinus Lindſel amiciſſimus, ſuas huc ſymbolas contulerunt. Hic enim Caſtigationes Julii Gabrielii, ad omnes Ep. & Orat. è Vaticanis membranis ad me miſit, editas illas apud Plantinum, ſed Pariſienſibus non viſas: atque is eſt liber quem vocamus G. ille autem ſuum Cod. communicavit, cum ſcriptis collatum in Italia: atque is eſt quem per *Th.* intelligimus. *Ox.* notat membranas Magdalenenſes, XXXII Orat. & Scholia perpetua continentes. *Pal.* illum Palatinæ bibliothecæ Cod. quem vir eruditus P. Fleckmannus citat, ad illam Gregorii εἰς Ἀθανάσιον. *Baſ.* eſt editio Baſileenſis: *Bill.* interpres Jacobus Billius: *El.* interpres Elias Cretenſis. *Sch.* notat Schedas ab Andrea Schotto: & *Bod.* Codicem, ſanè memorabilem, bibliothecæ Bodleianæ Oxon. nam & omnes Nazianzeni Epiſtolas habet, priùs editas, & quas primi damus: & præterea Baſilii aliquot Decadas, omnes adhuc ἀνεκδότους, quas hinc deſcriptas habemus nos. Has autem Lectiones & Caſtigationes concinnavi ad Pariſienſem editionem, illius methodum in Orationibus, Orationum paginis, Paginarum numeris ſic ſequutus, ut utroſque libros comparanti non ſit difficile, τακὰ πόδα ſequi. Tu autem his, Lector, utere, fruere ad tuam utilitatem comparatis. Vale.

LECTORI ΦΙΛΑΛΗΘΕΙ.

MORELLUS.

Ex Edit. Morel. 1609. Tom. II. ad calcem.

NON fugit nos pectoris tui candor, qui facit ut omnia æqui bonique conſulas, & calculo tuo comprobes quæ bono publico ſuſcipi ac perfici vides. Idcirco nec moleſtum nec injucundum tibi fore duximus, ſi propoſiti conſiliique noſtri ac non dubiæ deſtinationis in D. Gregorii Nazianzeni operibus græcè & latinè in lucem edendis te paucis admoneremus. Sic igitur habeto, nos in animo habuiſſe hujus ſanctiſſimi & eloquentiſſimi Antiſtitis operum δίγλωτ̃ον editionem aggredi ex codice Baſilienſis ἐκδόσεως, An. 1550. apud Hervagium, quem clariſſimus vir Jacobus Billius S. Michaëlis in Eremo quondam Abbas meritiſſimus, utriuſque linguæ peritiſſimus, cum regiis Codicibus Gallicis, & cum Italicis, ab illuſtriſſimis Cardinalibus Carolo Lotharingo, & Guil. Sirleto ſecum communicatis, accuratè contulerat, ut doctiſſimus Gilb. Genebrardus in præfatione ſua refert, dum a ſummo Pontifice obnixis precibus contendit, ut ſumptibus ſuis auctorem illum excudi curaret. Verumenim quoniam non ubique cum ipſius Latina interpretatione conveniebant ejus emendationes & εἰκασμοὶ, multaque fuerant ab illo in textu deleta, quæ idem rurſus, δευτέρων ἀμεινόνων, reponenda ἀναπειθεῖς cenſuerat: & contra ſuſtulerat in Latina interpretatione, quæ in Græcis relicta erant; tantum ſibi aſſumere noluit præfectus διωρθώσεσι typographicis, ut de tanti viri opere & αἴσχιονίᾳ ſententiam ferret; maluitque bonâ fide de hoc ſibi tradito exprimere, ac deinde in Notis ac ſcholiis collectas varias lectiones repræſentare, quæque magis cum interpretum oratione conſentirent, vel cum auctoris ſenſu convenirent, in locis ambiguis indicare. Has porro notas, ut in more poſitum eſt, in tomum ſecundum rejiciendas cenſuerat: quippe qui ceteras Nicetæ, Pſelli, Nonni,

Nonni, Eliæ Cretenſis Annotationes & Commentarios complexurus erat, unà cum Gregorii poëmatis : ex quibus quoniam mille circiter ac ducenti verſus Iambici deſiderabantur in regiæ Bibliothecæ Codicibus, quos Joannes Lewenclaius in Germania latinè tantùm, & ſolutâ oratione, ante multos annos ediderat; proinde danda opera fuit, ut ne hanc quidem partem operum ejus, *ὡς οὐκ ἐλάχιστον μέρος τῶν ἱερῶν*, editio Gallica prætermitteret. Cùm igitur diligenter per omnes Europæ bibliothecas ea metra *κείμενα* conquiſita eſſent, nuſquam reperi potuerunt illi codices ex quibus illa quondam Lewenclaius exſcripſerat, & latinè verterat. Verùm Româ tandem nobis miſſa ſunt (ut *τὸ ζητούμενον ἅλωτὸν* fieret) illuſtriſſimi Card. Maffæi Barberini ſtudio, curâ & impensâ, Vaticanis è libris, aliiſque Bibliothecis Romanis exſcripta : deinde alterum eorumdem *ἀπόγραφον* ab humaniſſimo doctiſſimoque viro Davide Hoeſchelio miſſum accepimus; quod a Judæo Francofurti feliciter pretio redemptum fuerat. Interim tamen dum ſecundi Tomi editionem hæc perquiſitio moratur, ecce tibi novum ex Anglia monitorem, qui ut in alio opere curioſus, *ἀλλοτριοεπίσκοπος*, tantæ dilationis impatiens, duas orationes *σηλιτευτικὰς* contra Julianum, cum ſcholio Græco edere voluit, & notas attexuit, quibus varias lectiones complexus eſt variis e libris collectas, ſimulque Typographicos errores, *σφάλματα*, nævos, editionis Pariſienſis obſervavit & indicavit. Fuerunt quippe olim ab Anglis amanuenſibus eruditiſſimi viri Henrici Savilii luſtrati Codd. manuſcripti; & ille ipſe Billii manu emendatus, qui nunc eſt penes clariſſimum Senatorem Pariſienſem Paulum Petavium : perinde ac ſi de noſtri alterius Tomi editione ſpem omnem depoſuiſſent, non tulerunt tantam correctionum ſegetem ſibi *δεινοπαθῆσι* perire; quaſi in iis fortunæ Græciæ conſiſterent. Inventus tandem eſt *κοινὸς Ερμῆς*, Richardus Montacutius, qui ſuum illis obſequium deferret, & laureolam in muſtaceo quærens dicteriis ac lepidis ſalibus illorum obſervationes condiret, quibus editionem Pariſienſem exagitaret : ac pauculis menſibus Notas noſtras antevertit. Verùm accidit ut dum nimis *σοβαρῶς*, *προπετῶς*, & iracundè in nos fertur, hominem quoque ſe fuiſſe proderet, ut errare poſſet; adeoque cæco præceps impetu rueret, ut in illos ipſos quos nobis objiciebat errores incurreret. Exempli gratiâ; exciderat operis noſtris error pag. 349. *ὃ οὗτος*, A. 11. ſpiritu denſo nimirum pro leni : ergo legendum monet Montacutius eodem plane modo, non *ὃ οὗτος*, ut ratio recta poſtulat : p. 350. B. 10. *αἴροντες*, cum Spiritu item aſpero. Sæpenumero etiam veteres errores Aldinæ aut Baſilienſis editionis a Billio prætermiſſos novis erroribus corrigit; ut cum pag. 342. A. 3. *ἔθνυς τε πλήρεις* : emendat, *ἔτνυς τε πλήρης*; quaſi *πλήρης*, cum voce ſeq. *λέβητας* poſſit congruere. Pag. 370. B. 5. *λογιοθέν*, legit pro *ζηλωθέν*. Pag. 354. C. 3. *νικήσαντος*, corrigit *κινήσαντες*, pro *κινησαντος*; atque abſurditatem ſanare vult abſurditate. pag. 379. D. 5. *ὡς οὖν νεκρῶν*; pro *ὡς οὐ*. pag. 346. A. 7. legi vult *τῷ Ιωνᾶ*, prorſus ineptè; quis enim ſenſus eſſet, *ἔπαχε τῷ Ιωνᾶ*. Etiam *τὰ τῆς γραμματικῆς* ignorare ſe oſtendit, cùm pag. 751. emendat *ἐδύνατο*, quaſi mendoſum eſſet *τὸ ἠδύνατο*, duplici augmento, per Atticiſmum. *τίς ἐμφράξει τούτῳ τὸ στόμα*; Emendationes porrò & varias lectiones ex lib. Billii falsò perperamque profert : ut pag. 397. B. 11. *ἐπανάγοις* legi aſſerit, ubi ſcriptum eſt *διεξάγοις* : atqui illa correctio Billiana, *ἐπανάγοις* eſt referenda ad lin. d. c. 2. ubi legebatur in Baſil. *ἀπήγοις*, & correxit Billius *ἐπανάγοις*. Nonnunquam verò, quia multa exſcripſerat ex Scholiis Græcorum Billius, & in libri ſui margine adjunxerat, eo factum eſt, ut non modò corrigere, ſed etiam augere ſe poſſe Gregorii libros autumarit Montacutius; ac ejuſmodi gloſſemata in textum inſeruerit, ut oſtendimus in pag. 151. A. 10; & contra ex genuino textu quædam temerè expunxit, tanquam gloſſemata, quæ planè ſunt neceſſaria, *ὧν ἄνευ οὐ τὸ εὖ*, ceu liquet ex Notis in pag. 212. A. 9. Fatetur ſæpe quamplurimos Typographiæ errores ex collatione cum Billii Latino textu corrigi poſſe : attamen notandis *λεπτομερέσμασι* ex accentuum ac ſpirituum, inciſorumque omiſſione ſeu *παροράσει* paginas impendit totas; cùm ipſius interim Notæ Augiæ ſtabulo ſimiles, ita mendis ſcateant, ut vix una ſit, in qua decem vel duodecim pueriles lapſus non occurrant. Sexcenta poſſemus loca proferre falsò ex Gabrielio, Billioque & Regiis Codicibus prolata, vel etiam ex Baſilienſi editione, quæ nuſquam in illis poſſunt inveniri, denique *ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων*. Jam calumnias ejus quis enumeret? cùm ea quæ fuerant a Billio deleta finxit a nobis eroſa, ut pag. 359. A. 1. p. 212. B. 3. *τίς ἐκκόψει τὸ κέντρον τῆς δε διαβολῆς*;

Hoc duntaxat agit, ut noſtram hanc Pariſienſem editionem falsò tanquam mendoſam accuſet : tametſi nihil tale in ea reperiatur, quale ipſe ſomniat : *nec mente innocens*, ut D. Ambroſius ſcribit, *& manu feralis*. Interim cymba noſtra *κύμασι συκοφαντικοῖς* agitata fluctuat. Sed hæc ſigillatim, Lector æquiſſime, ex Notarum noſtrarum lectione penitus cognoſces. Unum illud addam, cùm ille nobis Epicteti lucernam exprobret, jure nos poſſe Diogenis potiùs lucernam aſſumere, ut hominem in ejus ſcriptis quæramus : nihil enim in his humanitatis, nihil *ἐπιεικείας* occurrit; cum vel leviſſima *σφάλματα*, tanquam monſtra quædam obſtupeſcendo deteſtetur, & ex muſca gignat elephantum.

GREGORIO XIII. PONTIFICI MAXIMO totiuſque Eccleſiæ Patri ſanctiſſimo, Gilbertus Genebrardus & Joannes Chatardus, T. DD.

Ex Edit. Nivel. 1583 Morel. 1609. & 1630.

MULTIS, gravibuſque cauſis adducti ſumus, ſanctiſſime Pontifex, ut in tuo ſanctiſſimo nomine hanc novam, plenam, perfectam D. Gregorii Nazianzeni converſionem apparere faceremus. Primùm hæc perpetua fuit & conſtans doctiſſimi & nobiliſſimi interpretis Billii voluntas, cujus ſupremis votis minimè parentare nefas eſſe duximus, præſertim cùm neque æquiorem ſuæ eruditionis patronum, neque potentiorem ſuorum laborum propugnatorem, neque vehementiorem ſui Nazianzeni cultorem, neque ſimiliorem ſuæ virtuti antiſtitem nanciſci poſſet. Deinde quoniam te mirificè recreat ac reficit hujus Gregorii nomen, ut Romæ Gregorianum ſacellum a te auguſtiſſimè & munificentiſſimè excitatum declarat, ut ſanctiſſima pulvinaria huic Divo ſplendidiſſimè a te conſecrata oſtendunt, ut Sancti monumenta undique tuis ingentibus ſumptibus conquiſita teſtantur; quidquid reliquiarum ejus adipiſci potuimus, in tuum ſacrum ærarium ipſi etiam comportamus, ac apud te, tanquam fidiſſimum cuſtodem, religiosè deponimus. Godofredus Billius Jacobi interpretis frater, ſancti Vincentii Laudunenſis abbas a nobis expetiit: ceteri ejus conſanguinei non modò generis ſtemmate & præcipuis regni honoribus inſignes, verùm etiam catholicâ profeſſione, totâ Galliâ conſpicui, hanc ſui vulneris è tanti propinqui obitu accepti levationem & ſolatium eſſe interpretantur, ſi ſe Apoſtolicâ benedictione perfuſos, ſi ſui ſanguinis exuvias ab Apoſtolico throno, cujus ſunt ſtudioſiſſimi, bene habitas, ſi ſui Billii pientiſſimi ac doctiſſimi Cænobiarchæ recordationem aliquanti factam a doctiſſimo, doctiſſimorumque amantiſſimo Pontifice intellexerint.

Accipe igitur communibus omnium noſtrûm optatis Billii Gregorium, imò verò tuum, qui eum tam magnificis ædibus, tam auguſtis honoribus, tam pretioſis donariis proſequeris: quorum etiam causâ addidimus, conſilio venerabilis Sanctitatis Veſtræ nuntii Joannis Caſtellii Ariminenſis Epiſcopi, Gregorianum Laurentii Frizolii ſacellum, ut poſteri illius dedicationem tibi omnino fuiſſe debitam norint, ad cujus perpetuandam exornandamque venerationem tot tantaque inſumpſiſti, & cum tot ſeminariis toto orbe Chriſtiano ſumptuoſiſſime excitatis, cum tot tamque variarum linguarum typis Romæ cuſis Theologiam ab ipſo traditam tabulis ſigniſque inſtruxiſti. Gratulaberis, ſat ſcimus, interpreti, qui eo præſertim tempore Auctoris elegantiſſimam editionem fidiſſimamque orbi Latino exhibuit, quo erat utiliſſima ac prope neceſſaria. Iſto videlicet, quo Calviniana peſtis totum terrarum noſtrarum orbem depaſci conata, cuncta illa monſtra, quæ Theologus olim labore pluſquam herculeo domuerat, & in orcum tranſmiſerat, ex inferorum antro eduxit. Profudit enim nobis Valleum & ejuſmodi atheos, quibus omnis religio eſt fabula. Peperit Natalem Jornetum ludimagiſtellum hoc anno Metis in vincula conjectum, & fortaſſis ſuorum commilitonum ope evaſurum, qui librum contra Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos condidit, eoſque ut impoſtores ac falſarum religionum auctores præconeſque traducit. Genuit Bezam Neſtorianè duas hypoſtaticas uniones in Chriſto conſtituentem: Langum, Eutychis ritu, carnem Chriſti verè & eſſentialiter deificatam aſſerentem: Brochardum Manichæâ muſicâ Calviniſtarum furores demulcentem. Protulit ſcholam Genevenſem Arianè & Macedonianè ſanctiſſimam ſaluberrimamque precatiunculam, *Sancta Trinitas unus Deus miſerere noſtrî*, damnantem, ut inconſultè a Patribus dictam, ut periculoſam, ut barbaram, ut impropriam.

Quis poſterorum tantam copiam in blaſphemando credet: cui deinceps ad iſtam impiè fandi licentiam non horrebunt pili? Procreavit Calvinianus vomicas, hanc enuntiationem a patribus Nicænis contra inferorum portas dulciſſimè perſonatam, *Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero*, ut duram, ut impropriam, ut maximè periculoſam abhorrentes. Induxit per Lemanicam colluviem, novam perſonæ ſive hypoſtaſeos definitionem, qua non jam perſona divina ſubſiſtat per ſe, ſed per eſſentiam & in eſſentia; non jam per ſeſe cohæreat, ſed de communi quadam ſubſtantia pendeat, eique more accidentium inhæreat. Quid addam Autotheanos temerè pronuntiantes Filium & Spiritum Sanctum nihil ſubſtantiæ a Patre conſecutos, ſed a ſe Deos eſſe? Quid Trinitarios, Deitas, Tredeitas, (tot enim prodigioſa vocabula propter prodigioſam impietatem ſunt ſortiti) quibus tres Dii exiſtunt, nunc æqui & pares, nunc inæquales & impares? Quid Antitrinitarios his contraria ſentientes, atque ita unum Deum conflantes, ut inter iſtos & Sabellium vix quidquam diſcriminis percipiatur? Quid Valentinum, Paulum Alciatum, Blandratum, Mahometanum belluam in ſuam communionem recipientes ac myſteria diviniſſimæ fidei è diabolico Alcorano deducentes, atque Alcoranum, Evangelium & propheticam Scripturam, tanquam tria θεόπνευστα portentoſiſſimè jungentes? Quid reliqua humani generis, nedum Chriſtiani, dedecora, quæ Theologiæ omnis ſenſum penè ex hominum conſcientiis extirparunt. Nam non jam inter ipſos de rebus ad Deum pertinentibus impurè quæritur, verùm de Deo ipſo ſummo rerum parente ſceleratiſſima ardet lis atque contentio.

Quibus omnibus cùm vel unus efficaciſſimè & fortiſſimè occurrat Theologus, ſuſcepti a Billio labores ad illum nobis contra iſtas furias pugnaturis fide ac purè exhibendum, apud te potiſſimum, cui provincia divinitus commiſſa eſt videndi, ne quid detrimenti religio capiat, inibunt, opinamur, gratiam quàm maximam. Accedit ad iſtos labefactandos & universâ Eccleſiâ penitus exturbandos, nullum videri remedium præſentius, quàm ut cognominem hunc tuum Patriarcham æmuleris, ac quo pacto ſe ille adversùs ſui temporis ſectarios geſſit, eodem adversùm iſtos enitare. Verbo Dei illos repulit, literas coluit & promovit, eas præcipuè, quibus iſtorum audacia & temeritas frangitur. Eulalium & alios probos doctoſque epiſcopos conſtituit, qui verbo, exemplo, ſcriptis iſtorum blaſphemiis, improbitati, imperitiæ reſiſterent. Baſilium magnum magnâ contentione juvit ad Cæſarienſem Archiepiſcopatum conſequendum, ut in Cappadocia ſerpens Pneumatomachorum &

amentium Apollinariſtarum cancer reſtingueretur. Theodoſii chriſtianiſſimi Imperatoris opem imploravit ad retundendam Arianorum, Macedonianorum, Apollinariorum impudentiam, qui verbo Dei ſe perſuadendos non præbebant. Olympium, Sophronium, Aſterium, Victorem, Modarium, Eutropium, Amphilochium, Julianum, Candianum, principes præfectoſque ad perdendos iſtos, ac ea quæ ſunt pacis Eccleſiaſticæ præſtanda impulit. Pacem fovit inter principes & paſtores catholicos, ut chriſtiana acies contra impios eſſet firmior. Gladium ſpiritûs & ferri miſcuit, atque cum Apoſtolo modò in virga venit, modò in caritate & ſpiritu manſuetudinis, ut Eccleſiam hæreſibus cotruptam ſuæ puritati reſtitueret. Caritatem coluit cum omnibus, ſui etiam nominis & throni diſpendio. Projicite me (inquit) in mare, ſi propter me orta eſt tempeſtas: indeque, & quidem Cæſare aliiſque piis gementibus, Nectario, ſummo ac ditiſſimo pattiarchatu, nempe Conſtantinopolitano, poſt Apoſtolicum ampliſſimo ceſſit, ne vel minimum ſchiſmatis inter Epiſcopos cerneret.

Cetera ſcriptorum ejus lectio copioſiſſimè docebit, quæ eò futura eſt gratior ac probatior, quò meliorem nacta eſt interpretem: nempe eum, in quo tantum videtur eloquentiæ, ut per alium Gregorius tuus eloquentiùs latinè dicere vix poſſit; tantum doctrinæ, ut per alium doctiùs & eruditiùs repræſentari vix queat; tantum ſanctitatis ac virtutis, ut Spiritum Sanctum ſui organi ſenſa libenter ei inſpiraſſe conſentaneum ſit; tantum diligentiæ & ſtudii, ut ipſe neque vitæ, ad volvendos libros ſuo inſtituto commodos, neque fortunis ad parandos indulſerit. Et ſanè, ut primâ editione rectè ab ipſo eſt annotatum, eum qui in hoc auctore transferendo, ſpecimen ſui præbere vult, multis magniſque præſidiis inſtructum eſſe oportet. In eo enim verborum argutiæ undecunque captatæ, ubique penè cruces figunt interpreti. Prolixæ periodi, ut Græcæ locutioni ob connectendi facilitatem non parum gratiæ atque ornamenti afferunt, ita ad Latinas aures non ſine animi ſuſpenſione & faſtidio transfunduntur. Breviſſimæ alluſiones crebris locis ſparſæ non modò plurimæ lectionis, verumetiam fœliciſſimæ memoriæ interpretem exigunt, quibus vel ignotatis vel neglectim decurſis, neceſſe ſit peregrinari, velutque in alieno ſolo verſari, ac quemadmodum habet Job, ἄλλοις νήχεσθαι λόγοις. Peculiaris quædam phraſis, & quidem Polemonica Hieronymo, Iſocratica Suidæ, diſertiſſima omnibus græcè ſcientibus, inprimiſque erudita vel perſpicaciſſimos oculos ſæpiùs perſtringit, ut niſi ſumma cura animadverſioque adhibeatur, vera Scriptoris mens, in levem quandam & inanem umbram, ut ab Ixione adamata Juno in nubem migret. Ut enim Dædali ſtatuas, niſi firmiſſimis vinculis aſtringerentur, fugam corripere ſolitas retulit Plato, ita genuina hujus ſententia, niſi arctiſſimâ attentione & diligentiâ vinciatur, vertenti quaſi de manibus elabitur.

Difficultatem auxit Græcus codex impreſſus, qui cùm unicus ſuppetat, tot tantique momenti mendis ſcatet, ut ad hoc Augiæ ſtabulum repurgandum non uno Hercule opus fuerit. Nulla prope pagina graviſſimis vulneribus vacat, quibus ſanandis aliter ſuccurri non potuit, quàm vel nanciſcendo doctiſſimos Nicetæ, Pſelli, Nonni, Eliæ Cretenſis commentarios hactenus in tenebris abditos, vel evocando codices caſtigatiores manuſcriptos, id eſt, Regios, a Rege Chriſtianiſſimo exquiſitos, Regineos, a Regina matre impetratos, Italicos, ab aliquot illuſtriſſimis Cardinalibus & aliis ſummis viris ſponte oblatos. Inter quos Illuſtriſſimus ille Cardinalis Sirletus primas tenet partes. Nam interpretem dum viveret non modò amiciſſimè coluit, verumetiam conſilio, ſententiâ, reconditâ ſuâ eruditione, omni denique qua potuit re ac ſtudio juvit, miſſis etiam ex Urbe exemplaribus Græcis penes nos adhuc depoſitis, quibus vel corrupti loci emendarentur, vel obſcuri illuminarentur, vel opus ipſum novorum commentariorum, orationum, epiſtolarum, carminum nunquam antea editorum acceſſione valde locupletaretur. Ex quibus omnibus cùm ſuum jam unum probè collatum & caſtigatiſſimum effectum abſolverit, optimè merereris, Pater ſanctiſſime, de re Chriſtiana, atque adeò de ipſo Gregorio, quem piè colis & ad piè colendum omnes excitas, ſi eum de integro ex ipſius emendato codice excudi imperares, ac illum typis tuis elegantiſſimis, quibus Concilium Florentinum & pleraque alia emittenda curaſti, traderes. Alioqui noſtri typographi torpent, nec Græcas primæ notæ editiones facilè ſuſcipiunt, ſive quòd privatim minus tantis ſumptibus ſufficiant, ſive quòd lucrum è Latinis & vernaculis præſens publicæ utilitati anteponant. Græcorum enim venditionem lentiorem eſſe cauſantur, haud dubiè propter bella & hæreſes, quorum causâ linguæ & ſolidiores diſciplinæ ubique, niſi a te foveantur, languere incipiunt; ut taceamus avaritiam, quæ non ſinit homines his literis incumbere, quæ opes neque magnas, neque faciles conciliant. Tibi erit maximo ornamento, tibi cedet immortali gloriæ, ſi eas conſerves, ac, ut cœpiſti, eruditos libros ſuis primis linguis characteribuſque reſtituas, atque ad poſteros tranſmittas.

Habes domeſticum exemplum Nicolai quinti nunquam ſatis celebrati pontificis, cujus opibus, largitionibus, potentiâ, auctoritate Græcæ literæ, quæ in Italia atque adeò univerſo Latino orbe ſeptingentis prope annis occiderant, ſpiritum & ſanguinem reſumpſerunt; Hebraïcæ tanti factæ ſunt, ut quinque aureorum millia Evangelium D. Matthæi Hebraicum ad ipſum deferenti ſint promiſſa. In quo ſe verè catholicæ Eccleſiæ antiſtitem præſtitit. Eccleſia enim propriè catholica dicitur ab univerſitate gentium, quas ipſa ſuo gremio complectitur, & cum quibus per linguas, præſertim eruditas, Grammaticas, titulo crucis Dominicæ conſecratas longè latèque communicat & loquitur: non ut Judaïca, quæ uno ferè populo circumſcribebatur, vel hæretica, quæ anguſtis paucarum gentium finibus concluditur. Verùm ne videamur de tua in eas propenſione dubitare, ad inſtitutum revertimus, teque obſecramus, ut memoriæ tam præſtantis interpretis faveas, ac nos, qui ejus monumenta a labe vindicamus, & ad tuos poſtes, fratrum ipſius nobiliſſimorum & religioſiſſimorum juſſu, affigimus, Apoſtolicâ benedictione proſequare. Lutetiæ Calendis Julii an. 1582.

Elogium reverendi Patris D. JACOBI BILLII Prunæi, Abbatis ſancti Michaëlis in Eremo pientiſs. & eruditiſs. cum tumulo.

Joanne Chatardo Priore Toſſiniaco, Auctore.

Ad nobiles defuncti propinquos & amicos.

AD LECTOREM.

Ex Edit. Nivel. 1583. tom. II. pag. 1548. & ſeq.

OPERÆPRETIUM me facturum putavi, ſi hîc inſereretur Elogium iſtud, quale editum eſt in ipſius Billii morte, quam obiit dum hoc Gregorianum opus pro ſecunda editione typis mandaret, exornaret & amplificaret; ut hinc paucis ac velut compendio quodam vitæ mortiſque ipſius (nam ex ejus variis doctiſſimis & piiſſimis ſcriptis plura noſſe poteris) intelligeres, quis, qualiſve & quantus fuerit fidus ille D. Gregorii interpres. Cujus non modò doctrinæ, ſed & morum vitæque ſanctiſſimæ verus diſcipulus ac imitator fuit: haud dubium quin & qui ſimilem vitam in terris egerunt, & totam per Dei Eccleſiam profuderunt, in cœlis quoque ſimul fruantur ejus gloriâ, quem ad extremum vitæ ſpiritum ſincerè coluerunt, & cujus ampla talenta tam diligenter & alacriter, tam piè & ſanctè atque feliciter impenderunt ac multiplicarunt. Vale, & fruere.

POSTERITATI.

JACOBO BILLIO PRUNÆ, NOBILISSIMA ET CLARISSIMA BILLIORUM FAMILIA ORTO, ABBATI SANCTI MICHAELIS IN EREMO PIENTISS. SACRÆ ET POLITIORIS LITERATURÆ CALLENTISS. LINGUARUM HEBRAICÆ, GRÆCÆ, ET LATINÆ PERITISS. SANCTORUM GRÆCORUM PATRUM INTERPRETI FIDISS. CATHOLICÆ FIDEI PROPUGNATORI ACERR. PAUPERUM PATRI CHARISS. IN CUNCTIS RELIGIONIS ET PIETATIS OPERIBUS EXERCITATISS. OMNI DENIQUE VIRTUTUM GENERE CUMULATISS. MULTIS LIBRIS GRÆCIS, LATINIS, ET GALLICIS SUMMA PIETATE ET DOCTRINA REFERTIS, PROSAQUE ET METRO EDITIS CELEBERR. JOANNES CHATARDUS MULTAS OB CAUSAS MŒRENS POSUIT.

Librorum quos ſcripſit Elenchus.

COLLECTIONES conſolationum, & ſalutaria fidelis animæ documenta, ex volumine D. Auguſtini in Pſalmos excerpta, gallicè conſcripta.

De ſecundo Domini adventu libri ſex, Gallicis verſibus editi, cum tractatu D. Baſilii de Dei judicio.

D. Gregorii Nazianzeni tetraſticha, cum brevi & familiari expoſitione Gallica.

Anthologiæ ſacræ ex probatiſſimis utriuſque linguæ patribus collectæ, atque octaſtichis comprehenſæ, ac brevi commentario illuſtratæ libri duo, adjectis ad calcem aliquot octaſtichis Græcis.

Quos duos libros aliis duobus odis Gallicis ſpiritualibus ſummâ ingenii dexteritate reddidit: adjectis etiam Gallicis commentariis ex ſolis ferè antiquis Theologis collectis, cum aliquot aliis poëticis tractatibus ejuſdem argumenti.

D. Gregorii Nazianzeni cognomento Theologi opuſcula quædam nunc primùm in lucem edita, aliaque item verſibus reddita, magnaque ex parte Cypri Dadrybrenſis commentariis illuſtrata.

Loquutionum Græcarum in communes locos per alphabeti ordinem digeſtarum volumen.

D. Joannis Damaſceni opera multò quàm antehac auctiora, magnaque ex parte nunc de integro converſa.

Ex D. Joanne Chryſoſtomo tranſlata multa, ejuſque variis ſcriptis inſerta, ut explanatio in Pſal. L. deſumpta ex bibliotheca illuſtriſs. Catharinæ Mediceæ Reginæ Matris. De pœnitentia commentarius. Item, explicatio Pſal. LII. & enarratio in Pſal. C. & ſeptem ſequentes, & in Pſal. CXVIII. & proœmium. Liber epiſtolarum è bibliotheca Cujacii juriſconſulti. Nova denique interpretatio narrationis ipſius Chryſoſtomi in II Pauli epiſtolam ad Corinthios.

D. Gregorii Nazianzeni cognomento Theologi opera omnia, quæ quidem extant, novâ tranſlatione donata; unà cum doctiſſimis Nicetæ Serronii commentariis in ſexdecim panægyricas orationes; Eliæ Cretenſis in aliquot alias; Pſelli in ſecundam orationem de Paſchate; Nonni de hiſtoriis & fabulis quæ in invectivis adversùs Julianum Apoſtatam reperiuntur, adjectis etiam ubique brevibus ſcholiis.

Multa alia reliquit opera eadem pietate & eruditione, quæ velut poſthumi liberi, Deo auſpice, magno Chriſtianæ Reipublicæ commodo brevi prodibunt. Ex his verò omnibus qualis, quantuſve fuerit, ſive eximiam ejus doctrinam, & multiplicem rerum & linguarum cognitionem, Tullianamque eloquentiam, ſive ſingularem ejus pietatem, vitæque & morum integritatem, ſive quicquid aliud oratores, Poetæ, hiſtorici, Philoſophi, ac Theologi deſiderare & commendare ſolent, ſpectemus, facilè perſpici poteſt. Ipſi

quippe

quippe muti magiſtri (qualis enim vir, talis oratio) quos condidit & ad poſteros tranſmiſit, de his loquuntur fuſiùs & elegantiùs, veriùſque teſtificantur, quàm ullus quamlibet facundus orator poſſit: ita ut ſupervacaneum putarim de his longiorem texere narrationem. Quis verò fuerit, & quis vitæ ejus curſus, quoſve progreſſus fecerit, ſi quis ſcire deſideret, ex hac narratiuncula paucis intelliget.

Anno 1535, nobiliſſimis & clariſſimis parentibus Ludovico Billio, & Maria Brichantæa Guiſiæ natus eſt, quo tempore generoſiſſimus ipſius pater Ludovicus Billius Corvillæus (ſic enim a paterno & inſigni pago Corvillæo, ut poſtea a nobili ſua Prunæa domo & vico ad Carnutum ſito, Prunæus nuncupabatur) ibi proregis officio fungebatur. Admodum puer, ut a teneris annis bonis literis ac diſciplinis informaretur, & velut cum lacte nutricis imbueretur, Lutetiam Pariſiorum venit. Unde, jactis Latinarum literarum (nam Græcas tantùm attigerat) fundamentis, a parentibus revocatus, vix annos natus 18, Aureliam & Pictavum mittitur, ut juriſprudentiæ navaret operam. Sed hanc luſiſſe, in illaque nihil, aut parum promoviſſe, ſive reluctante & invitâ ejus minervâ, ſive obſtante juniore illâ ætate ad Juveniles luſus propenſiore, ſive etiam Deo ad ſublimiora eum ſtudia deſtinante, ingenuè fateri ſolebat, eamque temporis (quo nihil tandem habuit carius) jacturam ſæpiuſculè lugebat.

Poſtmodum parentibus orbatus Lugdunum & Avinionem (ea quærens loca in quibus a nemine agnoſceretur, quò liberiùs & familiariùs manſuetioribus muſis frueretur) proficiſcitur: ubi incredibili literarum Græcarum amore flagrare cœpit. In quibus nullo penè præceptore uſus, ſuâ induſtriâ (ut ſagacis erat ingenii, memoriæ tenacis, & peracris judicii) indefeſſoque labore ita brevi profecit, ut coævos ſuos omnes anteverterit, longoque poſt ſe intervallo reliquerit, imò & paucos ſuo ſæculo pares habuerit: ſuper ſenes nimirum (ut Scripturæ verbis utar) intellexiſſe videtur, maximè in ſacris & antiquis intelligendis, enucleandis, interpretandis, & traducendis Græcis auctoribus. Inter quos ſummoperè delectatus eſt D. Gregorio Nazianzeno Theologo, cum propter ſummam ejus eloquentiam, tum ob ſingularem ejus pietatem & doctrinam: unde tunc temporis inceſſit ei cupiditas latinitate hunc donandi, & ab innumeris, quibus ſcatebat, mendis & ſalebris repurgandi atque illuſtrandi. Quod nullus unquam alius aggredi auſus eſt, vel eâ ſanè elegantiâ & nitore ſermonis, eâque fœlicitate & fide, & oratoriâ & metricâ qua ipſe, præſtare potuit.

Ibi ergo dum delitеſceit, & mirabilem Græcarum literarum ſitim die noctеque explet, & linguæ Hebraicæ ſub Judæo quodam rudimenta ponit, ecce, vix exacto Avinioni biennio a Reverendo & pientiſs. fratre Joanne Billio Abbate ſancti Michaëlis in Eremo, & divæ Mariæ in Regienſi inſula accerſitur & revocatur. Tum enim de Abbatiis illis, deque amplo & nobili patrimonio (quippe qui fratrum natu erat maximus) & de ipſo relinquendo ſæculo, deque novo vitæ genere inſtituendo & deligendo, nempe Cartuſiano (ut viâ arctiore quidem, ſed etiam ad vitam cœleſtem compendioſiore) meditabatur, ac vehementer cupiebat in ſuum locum Jacobum fratrem ſufficere, ac ſibi ſucceſſorem relinquere, non tam ratione fraternæ neceſſitudinis, aut carnis & ſanguinis (quæ jam illi viluerant) quàm illius ſingularis pietatis & eruditionis, quæ in ipſo omnibus affulgebat, conceptâ de eo, velut de ſegete in herbis ſpe (haud ſanè inani) eum tantum aliquando fore, qui Dei Eccleſiam magnoperè juvaret & exornaret. Sed vix adduci potuit adoleſcens nondum annos natus quinque & vigenti, ut hæc ſacerdotia ſuſciperet, ſuâ contentus Ferrarienſi abbatiunculâ, ſuoque (quo me tandem magna ſua erga me benevolentia ornavit & locupletavit) Prioratu Toſſiniaco, quòd exiſtimaret his oneribus ſuſtinendis impares ſe habere humeros, ipſoſque amplos proventus ſæpius eſſe impedimento literarum ſtudiis (quorum ſolo deſiderio tenebatur) quàm adjumento. Verùm precibus fratris & amicorum victus ea ſuſcipit, non ſine frequenti poſtea tædio ac mœrore. Ita autem in ipſis ſe geſſit, atque in omni pietatis genere excelluit, ut non modò Cœnobitis ſuis, ſed & omnibus vicinis, illucque adventantibus velut juvenis alter Daniel admirationi & exemplo eſſet.

Sed hanc nobis & Dei Eccleſiæ invidens fœlicitatem ille qui ſuâ invidiâ mortem invexit in mundum, ſecundis bellis civilibus ad defectionem a Rege & Eccleſia Rupellanos (eos excipio quibus inerat ſcintilla quædam pietatis & amoris erga literatos) velut ex orco ſuo & tanquam alacres & peraccommodos nefarii ſui inſtituti adminiſtros ſuſcitat, quorum miniſterio id erga novum Abbatem effecit, quod olim erga Jobum ſervum Dei eximium. Nam duo ejus monaſteria illi exuſſerunt, diruerunt, & ſolo adæquarunt. Arbores etiam (nam illic erat in litore maris lucus arboribus perpetuò vireſcentibus conſitus, & peramœnus, muſiſque aptiſſimus) partim ſuccidерunt, partim radicitus avulſerunt: & quotquot in Sanmichaëlina arce & templo viros religioſos, milites ac ſubditos (quos ibi velut præſidiarios privatis ſumptibus alebat) admotis bellicis tormentis expugnato repererunt, crudeliter trucidarunt, alios gladiis conſcindentes, alios laqueo præfocantes, alios præcipitio collidentes, alios femineces ac vivos in puteos projicientes. Hanc enim ſuam primò rabiem in vicinos evomuerunt, eòque crudeliùs ſævierunt, quò ſanctior erat locus & ſanctiores ipſi incolæ (cibus enim ipſius Satanæ, ut ait Propheta, electus) inviſus nimirum illis erat tam pius Abbas, quippe qui ſplendore virtutis ſuæ noctuas iſtas perſtringeret. Ipſe tamen tunc aberat.

Nam paulò antè (ægrè quidem, ſed utiliter, ac Cœnobitarum & amicorum ſuorum conſilio & impulſu, ut ſibi magis ad literarum ſtudia & pacem, quàm ad arma nato conſuleret, ſeque Dei Eccleſiæ ad meliora ſervaret) Nannetas ſe receperat. Ubi aliquanto poſt tempore hâc tam truculentâ ac barbarâ ſtrage ab illuſtriſs. Martiguio Britanniæ prorege, qui tum ibi aderat, & cui in via fortè fortunâ occurrerat, primùm auditâ, domum rediit, & in lacrymas prorupit. Ad quem dum accedo ei pro virili aliquid ſolatii impertiturus, voce faucibus præ angore hærente in lacrymas ſimul etiam erumpo, quibus uterque tam miſerabilem cædem affatim proſequutus eſt, fuitque utrique tum quædam flere voluptas. Sed tandem areſcentibus illis, & penè exhauſtis, collectiſque animis, Deus (inquiebat ille) venerunt Gentes in hæreditatem tuam, poſuerunt templum ſanctum tuum in pomorum cuſtodiam, poſuerunt morticinia ſervorum tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ, effuderunt ſanguinem ipſorum tanquam aquam, & non erat qui ſepeliret. Altaria tua, Domine, ſuffoderunt,

& fervos tuos occiderunt gladio, & ego ex Michaëlinis noſtris relictus ſum ſolus. Et quemadmodum David auditâ tam miſerâ clade Saülis juſſu, & manu Doeg Idumæi perpetratâ occiſorum octoginta quinque virorum ephod lineo veſtitorum dicebat ad Abiathar filium Achimelis, qui ſolus ad ipſum ex ea effugerat : ego ſum reus omnium animarum domûs patris tui : Ita & ipſe, Ego, inquit, reus ſum omnium animarum iſtarum. Sed luctuoſis illis etiam verbis ego eum ſolabar, quòd ei idem quod Davidi viro innocenti & ſecundùm cor Domini contigiſſet, eodemque penè telo cum eo confixus fuiſſet.

Poſt hanc ruinam & cædem Nannetibus menſes aliquot commoratur, non procul (quia propiùs accedere non licebat) a Cœnobio ſuo, ſimilis avibus illis quæ nidis etiam in terram excuſſis circumvolitare ſolent, nec longè abſcedere. Nihil unquam ei funeſtius ac triſtius contigiſſe, nulloque graviori caſu & dolore in vita perculſum fuiſſe memini : quanquam multa ei triſtia & luctuoſa maximè ſævientibus bellis civilibus acciderint. Nam præter innumerorum conſanguineorum & amicorum, quam in ipſis fecit, jacturam, amiſit primis tumultibus in Drocenſi pugna avunculos duos viros illuſtriſſimos, Brichantæum Bellovacum, & Givrium, fratres, qui in prima acie cum Magiſtro equitum fortiter pugnantes ceciderunt : hic quidem in ipſo conflictu, ille ex vulnere ibi accepto aliquanto poſt tempore ; Prunæum etiam fratrem Claudium Billium in prælio ad Jarnacum commiſſo, dum fractos ac fugientes hoſtes longiùs & acriùs perſequitur ; Ludovicum Billium Vertronæum alterum fratrem in obſidione Pictavenſi urbem regi & civibus protegentem ; alios etiam duos fratres in Drocenſi prælio : quorum tres priores fuere equites Torquati, & Cataphractorum equitum duces inclyti ac fortiſſimi ; alii ſtrenui & generoſi adoleſcentes peditibus imperabant. Horum, inquam, (quorum ipſe etiam in Anthologia ſua ſacra meminit) & aliorum propinquorum & amicorum quamplurimorum interitus eum magno perculit dolore, ſummâque affecit triſtitiâ : ſed quæ mox in lætitiam vertebatur, dum cogitaret eos velut alios Machabæos pro aris & focis, pro Eccleſia, pro Rege, & Republica fortiter dimicando occubuiſſe, & ex ſua familia & cognatione velut ex equo Trojano tot viros fortes & de Republica bene meritos exiliiſſe.

Sed triſtitia illa quam de crudeli & cruenta Michaëlitana cæde & ruina (de qua ipſe in nuncupatoria illa epiſtola ad Carolum Lotharingum Cardinalem ampliſſimum, quam operi Nazianzeno præfixit, verba faciens : Quis, inquit, Michaëlini noſtri Cœnobii cladem ullâ quamlibet tragicâ oratione pro rei atrocitate deplorare queat ?) ut major erat, ita cordi ejus & animo penitus ac diutiùs inhæſit. Poſtea Regione illâ exturbatus, huc & illuc vagari cœpit, & peregrinorum more cupidiùs expectare & inquirere Civitatem illam futuram ſtatam & nulli bellorum ac temporum vi & injuriæ perviam. Seceſſit primò Laodunum ad cariſſimum fratrem & reverendum Cœnobii ſancti Vincentii Abbatem, in quo, & Sandionyſiaco, (ubi etiam ſummi prioris munere fungebatur) aliquot annos tranſegit propriis Cœnobiis pulſus, & reditibus ſpoliatus. Verùm ſemper cupidus reviſendi Michaëlini ſoli, initâ pace & ſedatis utcunque tumultibus, modò Lutetiam, modò Oyſonvillam, modò Nannetas, modò ad Turonicum Toſſiniacum noſtrum perrexit, ſpe ulteriùs progrediendi, & illuc perveniendi. Sed renaſcentibus civilibus bellis, vel potius illic perſeverantibus : vel morbis, quibus profligabatur, obſtantibus, ac reflantibus procelloſæ noſtræ Reipublicæ ventis, illuc nunquam appellere potuit ante poſtremam æſtatem, aliquot antè menſibus quàm tributum naturæ penderet.

Interea verò valetudinarius licet, & miſerrimi noſtri ſæculi fluctibus huc & illuc jactatus, nuſquam fuit otioſus (otium enim & deſidiam tanquam lethale quoddam venenum, ipſoſque deſides, ut Reipublicæ inutiles ac pernicioſos ſummopere oderat) quin plura, & doctiora, utilioraque edidit opera, quàm ullus ſuæ fortaſſe ætatis alius : ut cum Paulo dicere potuerit, Tunc potens ſum, cum infirmor : virtus enim in infirmitate perficitur. Nihil enim ei excidebat, ne momentum quidem temporis, nec diem ullam labi ſinebat ſine linea, imò nec ſine exarata ſaltem pagina aliqua. Nam morbo etiam laborans (ut frequentibus erat obnoxius, maximè articulari, & fluxionibus) relaxato vel intermiſſo dolore verſus aliquos vel Græcos, vel Latinos, vel etiam Gallicos, aut aliud quippiam ſemper condebat. Etenim ſylvam etiam quandam ſibi paraverat ſententiarum & argumentorum, quæ in lecto, ubi non licebat multos libros volvere, verſaret animo, & amanuenſi dictaret. Quinetiam cùm aliquando equitaret, a comitatu ſæpe ſecedebat ut meditationi vacaret, & ea quæ in animo habebat, apud ſe agitaret, quorum capita pugillaribus inſcribere ſolebat, idque raptim & furtim.

A me namque potiſſimum ſeſe ſubducebat, quòd ei ſæpius objicerem, ac velut bellum inferrem, quòd ſe non reſpiceret, & animum literarum ſtudiis velut arcum ſemper intenſum nunquam relaxaret. Non enim ob aliud inter nos obortum eſt diſſidium, & quòd nimiâ inediâ & crebrioribus jejuniis (nullum enim, præter alia ſpontanea, ex his quæ indixit Eccleſia, intermittebat) tabeſcens corpus, tenue ac macilentum, atque σκελετῷ penè ſimile conficeret. In vaſe enim fictili & admodum fragili magnus erat repoſitus theſaurus, eratque ejus animus velut pretioſus lapillus annulo vitreo incluſus, ac ſub villoſis Eſaïi integumentis verus latitabat Jacob. Enimverò ut pacis erat amantiſſimus, & ipſa literarum ſtudia otia & ſeceſſum quærunt, magnopere cupiebat locum aliquem quietum & tranquillum nanciſci, in quo bibliothecam ſtatueret & inſtrueret, & manſuetiores muſas liberiùs amplexaretur, foveretque tutiùs.

Quod plerique intelligentes & ſpe quæſtûs (nam de annuo ſuo reditu multùm ille remittere volebat) allecti ad eum adventarunt, & crebrò cum eo ſermonem inſtituerunt de permutandis illis ſuis abbatiis. Sed quia alii, vel ſuſpecti erant hæreſeos, vel arma profitebantur, vel non carebant ſuſpicione Simoniæ (quam velut malorum noſtrorum lernam inprimis deteſtabatur) maluit cum periculo ſuæ valetudinis, & ſtudiorum ſuorum diſpendio huc & illuc perpetuò ferri, quàm nomini ſuo vel minimam maculam inurere, & quàm conſcientiam (in qua pura ſervanda erat vigilantiſſimus) vel tantillum lædere. Quin & ſæpe illi fuit animus relinquendæ alterius ſuæ abbatiæ, quòd ei bigamia illa non placeret : ſed id commodè fieri non potuit ob adverſa tempora & loca quæ nullum ibi abbatem vel monachum tolerare poterant. Ab epiſcopatu frequenter ſibi oblato tanquam a lethali ſcopulo ſemper profugit, ſe tanto munere indignum ratus, multis fretus ſanctorum & doctiſſimorum antiquorum Patrum exemplis, & magno animæ imminente periculo deterritus. Animo autem ſæpe angebatur,

ferebatque indigniſſimè quòd Epiſcopi, Abbates, Reges, ac Pontifices ſacerdotia tam malè locarent, & Chriſti oves tanto pretio redemptas lupis ſæpe ac leonibus (addo etiam) & lenonibus committerent.

Ex cujus Chriſti ſchola ut omnis generis virtutes, maximè verò ipſius propriam perdidicerat, tantòque cupidiùs, quantò magis oderat vitium illi contrarium, quod Angelos ipſos de cœlo deturbavit. Cum humilibus repebat humi, cum ſuperbis & elatis malè cohærebat. Generis ſui nobilitatem, quæ clariſſima erat, nuſquam oſtentavit (quod vani paſſim ſolent, & eâ intumeſcere) nullam veram aliam exiſtimans quàm quæ virtute pararetur aut fulciretur. Doctrinam pariter ſuam & multiplicem rerum ac linguarum cognitionem, quæ multis criſtas erigere, & ſupercilium attollere conſuevit, nunquam extulit, quin eam depreſſit potiùs. Erat enim ei velut innata illa caritas, quæ non inflat, ſed ædificat, ut ex ejus ſcriptis, nihil certè aliud ſpirantibus, liquet: ſicut & ex ipſius quotidianis ſermonibus & colloquiis cuivis etiam notum ac perſpicuum erat. In quibus familiaris, comis, ac facetus, creber ſententiis, & pietate & eruditione ſemper inſignis fuit.

De Republica Chriſtiana & Gallica vir publici amantior quàm ſui, frequenter & ex animo verba faciebat, juxta vulgatum proverbium, ubi vulnus, ibi manus: ubi plaga, ibi lingua. Deplorabat enim quotidie miſerrimum ejus hodiernum ſtatum, nec aliud ſperandum dicebat, quàm brevem quandam ipſius everſionem, ac eam penè (quod Deus opt. max. avertat) quæ ſub Phaëthonte accidit, conflagrationem. Tantâ autem erat prudentiâ, tamque acri & perſpicaci ingenio & judicio, ut ex antegreſſis futura etiam conjectaret, ac ſæpe divinaret, eaque velut ex alta quadam ſpecula prævideret. Ut literarum, ita & literatorum erat amantiſſimus; ſed eorum præſertim qui Rempublicam literariam, & Dei Eccleſiam juvarent. Nam eorum, qui ei infeſti erant, conſortium diligenter vitabat, & ab eorum libris abſtinebat. Oderat vir caſtiſſimus Poëtas & ſcriptores ſpurcos & obſcœnos, eoſque omnes qui Dei talentis abuterentur, & ea impenderent in celebrandis potiùs Bacchi & Veneris, vel etiam immeritorum hominum laudibus, quàm Chriſti.

Lectiſſima ejus domus velut ſanctum quoddam cœnobium & xenodochium, ſcholaque virtutis erat, quod ex bene moratis & pacificis ejus domeſticis innoteſcebat, adeo ut ex ipſis agnoſceretur patrisfamilias prudentia: Qualis videlicet Rector civitatis, tales habitantes in ea. Viris piis, doctis, & religioſis (nempe ſui ſimilibus) patens & pervia, atque Chriſti pauperibus, quorum perpetuò fuit amantiſſimus, & pater locupletiſſimus. Ideò eum gregatim & paſſim ſequebantur, juxta illud Evangelicum: Ubicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Dignus qui cum Joanne Eleemoſynario conferretur, & cum Jobo jure diceret: Oculus fui cæco, pes claudo, pater pauperum. Quos etiam moriens teſtamento hæredes ſuarum facultatum reliquit, maximè earum quæ ex Chriſti patrimonio ei ſupererant, ſacrilegium quoddam arbitratus ſi aliò transferrentur. Ejus menſa læta, & lauta: ſed eò lætior ac lautior quò ſpiritalibus epulis, animum magis quàm corpus reficientibus ac ſaginantibus erat inſtructior. Sympoſia ejus Platonicis tantò præſtantiora, quantò theologia, & Chriſtiana philoſophia (qua dapes ſuas condire & aſpergere ſolebat) Platonicam antecellit. Quòd ſi quid in eis a virtute averſum aliquibus, ut nobilibus & arma profitentibus (quibus ſæpe minus eſt curæ pietas & Chriſtiana religio, & a quibus, ut nobiliſſimis & clariſſimis parentibus ortus, inviſebatur) excideret, mox eos ita amicè corripiebat, tantaque cum venuſtate & ſale, ut ipſos ſtatim dicti aut facti pœniteret. Norat enim ille alter Evangelicus Samarites oleum lenitatis, & vinum auſteritatis ita miſcere & temperare, ac vulneribus peccatorum infundere, ut illis facilè ac ſine dolore mederetur. Quare ad eum poſtea meliores redibant, & ab ejuſmodi abſtinebant.

Amicis fuit amiciſſimus & officioſiſſimus. Ad conciliandos inter ſe diſſidentes paratiſſimus, nulli inimicus, pacem cum omnibus, quantùm fieri potuit, colens. Quòd ſi quid diſſidii ſive diſputando, ſive quid aliud faciendo, fortè ſuboriretur, mox illud componere ſtudebat, ac diligenter cavebat, ne ſol occideret ſuper iracundiam. Longiùs excurreret narratio ſi ſingula (de quibus aliàs fortaſſe fuſiùs, nam pro viri dignitate & merito nihil mihi hactenus dictum videtur ſatis. Tantò enim ampliora meretur laudum ſuarum præconia vitâ functus, quantò magis ea ſuperſtes, ac modeſtus averſabatur) in quibus vir tantus excelluit, ac ſe laudabilem & admirabilem præbuit, commemorare vellem. Hoc unum tantùm adjiciam, non ſibi, ſed Eccleſiæ natum fuiſſe, totumque ei addictum & conſecratum. Quare cum nihil ardentiùs cuperet, quàm quicquid haberet ingenii, doctrinæ, opum, & virium in ejus utilitatem & obſequium profundere, timeretque ne morte, quam illi frequentes morbi minitabantur, præreptus labores ſuos & ſtudia poſteritati relinquere non poſſet, è Turonenſi Toſſiniaco noſtro nondum bene obfirmatâ valetudine, ex alvi profluvio debilitatâ, mirâ animi alacritate in hanc urbem ſe contulit.

Ubi cùm iterum omnia divi Gregorii Nazianzeni opera repurgata & multò auctiora facta (conquiſitis nimirum undecunque veteribus Græcis exemplaribus, multiſque ad eum Româ miſſis ab illuſtriſſimis Cardinalibus Pelvæo, Sirleto, Caraffa, Baro ſubdatario, Gerardo Urſio, Morino, aliiſque ei nomine pietatis & literarum conjunctiſſimis, quos & ipſe ſcriptis ſuis celebravit) typis mandat, & hoc opus ob graſſantem peſtem pridem intermiſſum urget, renaſcitur alvi profluvium, quod mox comitantur parotis, & catarrhus ubertim in pulmones defluens: phrhiſi quippe interiit. Sentiens autem ingraveſcere morbum aliquot ante dies quàm extremum clauderet, quaſi cum Ezechia audiſſet ab Iſaia, Diſpone domui tuæ, cras enim morieris, ſacris primò poſtulatis, & piè ſumptis, atque poſtea repetitis, (nam dum bonâ valetudine frueretur in celebrandis tremendis myſteriis creberrimus & religioſiſſimus erat) de ſingulis ſive quæ ad animam, ſive quæ ad corpus, ſive quæ ad rem domeſticam, & temporaria pertinerent, ita diſpoſuit, ut nihil penè intactum reliquerit, eique ferè omnia ad animi voluntatem fluxiſſe viderentur. Quantâ verò fide, quàm ardenti caritate, quàm profundâ & abjectâ (ſed ſpe meliorum erectâ) humilitate hoc ſacrum viaticum, in quo ſummum ſemper præſidium collocaverat, & quo ſe in cœleſtem montem invitis omnibus hoſtibus aſcenſurum ſperabat, ſumpſerit, vix ſermone explicari poteſt.

Duo autem, dum alia multa prætereo, tum maximè præſtitit. Alterum, quòd viſo Domino ei de tot, tantiſque ab eo acceptis beneficiis gratias ex animo, & quantas potuit, egerit, ac potiſſimum quòd peropportunè & ad vitæ extremum (quaſi videret in ſe adimpletum, quod ſummis votis

David poſcebat his verbis : Ne projicias me in tempore ſenectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me) Dominus ſervum, Deus creaturam, Rex ſubditum, ſummus medicus ægrotum, vita morientem inviſere, & ſub tectum ſuum intrare dignatus ſit, ac cum eo velut in lecto decumbere, qui cum Joſepho fuerat in carcere, & cum Jona in piſcis ventre : Amicus quippe certus in re incerta cernitur. Alterum, quòd commiſſa ſua graviſſimè deteſtatus, eorum veniam ſumma cum pœnitudine & cordis contritione petierit. In quibus tam piis & elegantibus verbis, aut velut cygneo quodam cantu uſus eſt, ut aſtantes in ſui admirationem raperet, ac eis lacrymas excuteret.

Pridie verò quàm piam efflaret animam ſacro etiam oleo inungi voluit ſtrenuus Chriſti athleta, qui bonum certamen certaverat, curſum conſummaverat, fidem ſervaverat, ne quâ parte comprehendi poſſet ab inimicis illis, qui toto quidem vitæ tempore, ſed maximè calcaneo noſtro inſidiari ſolent. In qua ſacra & extrema unctione cum a Sanſeveriano curione ſuo Jacobo Prevotio theologo eximio de more ſanctiſſimæ Triadis miſericordia, & cœlitum imploraretur patrocinium, in ſingulis eâ ſpe & fiduciâ reſpondebat, ut eorum paratam ſibi opem, & cum Jacob caſtra Dei, vel, cum Eliſæo igneos & auxiliares circa ſe equos & currus videre videretur : Angeli enim Domini in circuitu timentium eum. Unde nullo unquam metu mortis conſternatus apparuit, quin eò vegetior & alacrior, quò ſe majori & potentiori comitatu ſtipatum, & portui, poſt trajectum hujus ſæculi procelloſum & periculis plenum fretum, propinquiorem ſentiebat.

In hoc autem poſtremo ſuo morbo patientiſſimus ut aliis in omnibus ſemper fuit, nihilque aliud quàm de Deo, deque ſumma ejus erga peccatores miſericordia, velut vaſtum quoddam mare omnia peccata obruente, audire volebat. Cùmque de ea ſæpius verba facerem, & de ſæculi hujus miſeriis, deque eis oppoſitis gaudiis cœleſtibus quæ hinc emigraturos ſolari & exhilarare ſolent, jubebat ut de peccati etiam gravitate & fœtore dicerem, quò magis ſuorum (quæ certè vel nulla, vel pauciſſima, eaque quæ humanitus admitti ſolent, & a quibus vix optimus quiſque ſe vindicare poteſt, in eo unquam animadverti : ſed juſtus eſt prior accuſator ſui) eum tæderet, majorique dolore & horrore concuteretur. Gaudebat & Pſalmographi hemiſtichiis ad excitandam ſuam & mentem, & memoriam eorum quæ ipſe ſanus ad mortis (quam lætus & pervigil expectabat : quippe cui vivere Chriſtus, & mori lucrum eſſet) viaticum ſibi paraverat. Nam paucis auditis (ſiquidem plura ejus cerebrum ferre non poterat) ipſe poſtea ſublatis ſemper in altum oculis hæc apud ſe meditans, & more mundorum animalium ruminans velut in cœlum rapiebatur. Cùmque illi perpetuò aſſiderem, & quid ageret tacitus aliquando contemplarer, ipſe meditando vel precando feſſus, Age verò, inquiebat, dic aliquid. Tum ego de theſauro biblico proferebam modò nova quædam, modò vetera, eoſque animi cibos, quibus eum libenter veſci, palatoque ejus arridere ad Rebeccæ imitationem noveram. Dicebam & de ſalutiferæ crucis myſterio, cujus imaginem, ut verum ſerpentem æneum ab omnibus venenatis antiqui ſerpentis morſibus curantem, fixis oculis intuebatur, oſculabatur, amplexabatur : hacque, velut ſcalâ Jacob, ad Dominum ipſi innixum & ſuffixum, ac ſibi quaſi manum inde porrigentem rapi, & in cœlum aſcendere videbatur. Accerſi & ipſe juſſit amicos aliquos theologos viros doctos & pios, quorum conſolationes libentiſſimè excipiebat.

Ita prorogata eſt illi vita (nam toto penè Adventûs tempore in lecto decumbens, eo, velut ſuggeſto in prædicandis Dei laudibus uſus eſt) in ſanctam natalem Domini diem. De cujus myſterio poſtquam multa me dicentem audiiſſet, & plura ipſe meditatus fuiſſet (nam vox illi impediente fluxione libera non erat) horâ nonâ ſerotinâ, pulſante Sorbonæ campanâ, velut ſe ad ſomnum compoſiturus, Subvehite me, ait aſtantibus. Mox ego, qui ex ejus verbis aliquam dicendi occaſionem ſemper captabam, & vultum ejus jam immutari videbam : En, aio, ſubvectus es : ſed altiùs, & in cœlum ipſum ſubvehendus. Ecce chorus Angelorum, & ille cœleſtis militiæ exercitus, qui hodie de cœlis in mundum deſcendit ad perſonandas Dei laudes, & ad pios omnes exhilarandos, ad te etiam acceſſit, teque circunſtat, illi adjuncto fratre tuo a Gallione. (Erat enim ei frater ille Prior novæ Charthuſiæ Gallionenſis cariſſimus & deſideratiſſimus, cum propter naturæ & magnæ neceſſitudinis, quæ illis ab infantia interceſſerat, vinculum, tum propter ſingularem animi ejus candorem, & ſummam vitæ integritatem.) En, ecce, aio, hi te omnes aperto ſinu & obviis ulnis excepturi expectant, eo erga te, quo erga Lazarum, functuri officio, utque hinc cum illis in cœlum migres. Tum, Amen inquiens (præſente & audiente communi amico Genebrardo) obdormivit in Domino inter meos amplexus, poſtquam annos plus viginti continuos ſimul amiciſſimè & in utraque fortuna verſati ſumus.

Dicere enim aliquando ſolebat cùm de me aliis ſermones ſereret, nos dextras ſocietatis (ſic enim de alumno ſuo amicè loqui ſolebat) dediſſe, nullâ vi niſi mortis disjungendas. Quod ſummo Dei beneficio inter alia multa mihi contigit. Nec enim ullo alio unquam diutiùs & familiariùs uſus eſt, nec alteri cuiquam (ni fallor) ſua libentius ac fidelius arcana commiſit. Quas ob res, & in grati animi teſtificationem hoc ejus elogium ſcripſi, eique luctuoſiſſimè parentavi. Obiit autem ſervus Domini, & literarum decus anno ætatis ſuæ quadrageſimo-ſeptimo, Lutetiæ Pariſiorum, in ædibus amici Gilberti Genebrardi Theologi Pariſienſis, divinarum Hebraïcarumque literarum profeſſoris, Anno ſalutis M. D. LXXXI. horâ nonâ ſerotinâ diei illius quo Chriſtus Dominus in mundum venit, ut eum, ceteroſque pios ejus ſimiles in cœlum aſſumeret. Ejus corpus multis ſtudiis, vigiliis, ac laboribus pro Dei Eccleſia dum viveret protritum & exhauſtum, in choro ædis Sancto Severino ſacræ ad magni altaris dextram dormit in pulvere, donec a Domino excitetur, ac beatæ animæ ſanctorum laborum ſuorum ſociæ & conſorti iterum uniatur.

JACOBUS

JACOBUS BILLIUS lectoribus felicitatem.

Eccli. IV. 32. RECTISSIMÈ & ſapientiſſimè Sirach dicit: *Ne coneris contra ictum fluvii.* Subjunxiſſem, non abſurdè, neque contra naturam & indolem. Illud autem non ex conjectura temerè profero, non aliorum edoctus exemplis; ipsâ namque experientiâ didici quàm inane ſit & iniquum retrahere mentem ab utilibus amiciſque ſtudiis, & invitam ad aliud vitæ genus convertere.

Jam domi per tres annos ſcholas frequentaveram, cùm patriis rudimentis, aliorum judicio, ſatis inſtructus, Lutetiam miſſus ſum, ut perfectioris inſtitutionis ſocius & particeps majorem ex ſtudiis fructum utilitatemque perciperem. Protinus igitur latinè & paulò poſt græcè docentibus libenter memetipſum tradidi. Et quidem intra breve tempus, ſi non ſupra modum admirationemque, at certè tantùm in utraque lingua profeci, ut, abſit a me arrogantia, nec impenſi meî causâ pretii parentes, nec ſuſcepti ut me informarent laboris inſtitutores ac ludimagiſtros pœniteret. Integros ſex annos poſtquam illis in ſcholis perſeveraſſem, accerſivit me pater, & apud ſe haud diu detentum Pictavium miſit, urbem his diebus in omni Gallia præſtantiſſimam florentiſſimamque jurisprudentiæ ſcientiâ.

Ecquis exprimeret verbo quæ mihi voluptas & quæ fuerit lætitia in ſocietatem jus legeſque colentium adſcribi? Hoc enim ferè juvenum vitium eſt, ut aſſuetis ſatiati nova ſemper captent & totis inſequantur viribus. Sed evanuere citò voluptatis illecebræ. Primis legum elementis imbutus (nam ſua Themis non aperit myſteria niſi priùs initiatis) intus quaſi tranſgreſſo limine admiſſus ſum: verùm in interiora penetranti ſic aſpera omnia, ſic ardua & inacceſſa præter ſpem apparuere, ut quòd venerim Pictavium, mihi nequaquam ignoſcerem urbemque illam vocarem vanæ ſedem felicitatis. Ipſi tamen ingenio vim inferens, ultra progredi
Phil. III, 13. omni ope tentabam, &, juxta illud Apoſtoli, *ad ea quæ anteriora erant meipſum extendere.* At illa quid mihi profuit animi contentio? Ad expetitam non perveni juris ſcientiam; quin & ipſa prior inſtitutio plurimum detrimenti pertulit. Spem enim meam non modò fefellit juriſprudentia, penè totum etiam effluxit quod in magna urbe comparaveram. Et idem ferè mihi contigit quod iis quibus vitiatum eſt palatum: cibum aliquem illis offeras, ægrè ferunt; quemlibet deinde appoſueris, patiter reſpuunt aſpernantes: ſic & nos ſpe ſublatâ juriſprudentiæ, & erga eam malè affecti, omnes ex æquo literas averſati ſumus & horruimus, cujuslibet eruditionis faſtidioſi.

Longum igitur valere ſtudio cùm dixiſſem literarum, meipſum deliciis & commeſſationibus totum addixi, mollitiei voluptatique ſerviens omninò, pro muſæis frequentans ſphæriſteria, donec pravâ & immoderatâ vivendi conſuetudine in gravem obſtinatumque morbum incidi, qui me per quatuor menſes in lecto retinuit jacentem & penè confecit. Morbo quieſcente & fugatâ febri, vehiculo, nec enim equitare præ nimia infirmitate poteram, impoſitus ſum & domum paternam relatus. Illic & multo tempore, & curâ non minimâ, nec non arte medicorum opus habui ut deperdita valetudo reficeretur. Vix autem e morbo recreatum, corporis viribus reparatis, ad ſtudium

ΙΑΚΟΒΟΣ Ο ΒΙΛΛΙΟΣ

τοῖς ἐντεύξομενοις εὐπράτλειν.

ΚΑΛΛΙΣΤΑ μὲν καὶ φιλοσοφώτατα τῷ Σιρὰχ εἴρηται, μὴ βιάζεσθαι δεῖν ῥοῦν ποταμοῦ· ἐγὼ δὲ προσθείην ἂν οὐκ ἀπεικότως, ὅτι μηδὲ τὴν φύσιν. τοῦτο δὲ λέγω οὐχ ἁπλῶς εἰκάζων, οὐδὲ τοῖς ἄλλων ὑποδείγμασι πεισθεὶς, ἀλλ' αὐτῇ τῇ πείρᾳ μαθὼν, ὅσης ἐστὶν εὐηθείας καὶ ματαιότητος τὴν πρὸς ἐπιτήδευμά τι προσφόρως καὶ οἰκείως ἔχουσαν ψυχὴν ἐφ' ἑτέραν τινὰ τοῦ βίου ἰδέαν ἀποτρέπειν, καὶ βίᾳ μεθέλκειν.

Ἐπειδὴ γὰρ τρίτον ἤδη ἔτος εἰς τὰ οἴκοι διδασκαλεῖα φοιτήσας ἄλλης ἔχειν ἔδοξα τῆς ἐγχωρίου στοιχειώσεως, ἐπὶ τὴν Λουτηκίαν ἐπέμφθην, ὡς δὴ μεθέξων τελεωτέρας παιδεύσεως, καὶ μείζονα τὴν ἀπὸ τῶν λόγων ὠφέλειαν καρπωσόμενος. ἔγωγε οὖν αὐτίκα μὲν τοῖς τὴν Ρωμαίων, ὀλίγῳ δ' ὕστερον καὶ τοῖς τὴν Ελλήνων διδάσκουσιν ἐμαυτὸν φέρων παρέδωκα. καὶ δὴ καὶ ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου, εἰ μὴ περιττήν τινα καὶ θαυμασίαν, ἀλλὰ τοσαύτην γε ἐν ἑκατέρᾳ τῶν γλωττῶν προκοπὴν ἐποιησάμην, ὥστε, ἵνα μηδὲν φορτικὸν εἴπω, μηδὲ τοῖς γονεῦσι μεταμέλειν τῆς ἐπ' ἐμοὶ δαπάνης, μηδὲ τοῖς καθηγηταῖς καὶ διδασκάλοις ὧν ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ παιδεύσει ἐμόχθησαν. ἐξ δὲ ἔτεσιν ὅλοις ἐναπομείναντα με τοῖς ἐκεῖσε παιδευτηρίοις μεταπεμψάμενος ὁ πατὴρ, καὶ βραχύν τινα χρόνον παρ' ἑαυτῷ κατασχὼν, ἐπὶ τὸ Πικτάβιον ἀπέστειλεν, πόλιν τῆς κατὰ τὴν νομικὴν ἐπιστήμην εὐκλείας τότε τὰ πρωτεῖα φερομένην ἐν ἁπάσῃ τῇ Γαλλίᾳ.

Καὶ τίς ἂν τῷ λόγῳ παραστήσειεν ὡς ἡδέως καὶ μεθ' ὅσης τῆς περιχαρείας τοῖς τὴν τέχνην τήνδε μετιοῦσιν ἐμαυτὸν ἐγκατέλεξα· φιλεῖ γὰρ ἡ νεότης τοῖς εἰθισμένοις ἀπαρεσκομένη τὸ καινὸν ἀεὶ θηρᾶσθαι καὶ κατὰ κράτος διώκειν. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ παρετάθη μοι τὸ τῆς ἡδονῆς. ὡς γὰρ τὰ προτέλεια τῆς τέχνης κατηχηθεὶς (οὐ γὰρ θέμις κοινωνεῖν τῶν μυστηρίων τοῖς μὴ πρότερον μυηθεῖσι) καὶ οἱονεὶ τὰ πρόθυρα διαβὰς ἔνδον ἐγενόμην, τοῖς βαθέσιν αὐτοῖς ἐμβατεύων, οὕτω δύσκολα πάντα, οὕτω τραχέα καὶ δυσέφικτα παρὰ τὴν ἐμὴν ἐλπίδα κατέλαβον, ὥστε πολλὰ ἐμαυτὸν μέμφεσθαι τῆς ἐπὶ τὸ Πικτάβιον ἐπιδημίας, καὶ κενὴν μακαρίαν τὴν πόλιν ἐκείνην ἀποκαλεῖν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν βιαζόμενος ἐς τὸ πρόσω χωρεῖν, καὶ, τὸ τοῦ ἀποστόλου, εἰς τὰ ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι κατὰ πάντα τρόπον ἐπεχείρουν. τί δὲ τῆς βεβιασμένης ταύτης σπουδῆς ὠνάμην; πρὸς τῷ τῆς διωχθείσης τέχνης ἀποτυχεῖν, ἔτι καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν παίδευσιν ἐζημιώθην· οὐ μόνον γὰρ τῆς ἐλπισθείσης ἐπιστήμης διέμαρτον, ἀλλὰ καὶ σχεδόν τι διερρύη πᾶν τοῦτο, ὅπερ μοι συνειλεγμένον ἦν ἐν τῇ μεγαλοπόλει. καὶ παραπλήσιόν τι πέπονθα τοῖς τὴν γεῦσιν διεφθαρμένοις, οἳ ἐπειδὰν πρός τι τῶν ἐδωδίμων εἶδος δυσχεράνωσι, καὶ πρὸς ὁτιοῦν ὁμοίως τῶν προσφερομένων ἀηδῶς ἔχουσι· τοῦτον γὰρ καὶ ἡμεῖς τρόπον ἧς ἠλπίζομεν νομικῆς ἀποσφαλέντες, καὶ πρὸς ταύτην δυσαρεστήσαντες, πάντας ἐπίσης τοὺς λόγους ἐμισήσαμεν, καὶ ἀπεστρεψάμεθα, καὶ πρὸς πᾶν παιδείας γένος κακοσίτως διετέθημεν.

Πολλὰ τοίνυν χαίρειν φράσας τῇ φιλολογίᾳ ὅλον ἐμαυτὸν τρυφῇ καὶ κώμοις ἕκδοτον ἐποίησα, τὸ ἄβρον καὶ ἐφήδονον ἐξ ἅπαντος θεραπεύων, καὶ τὰ σφαιριστήρια ἀντὶ τῶν μουσείων ἑλόμενος, ἄχρις οὗ ἐκ μοχθηρᾶς, καὶ πλημμελοῦς διαίτης εἰς χαλεπήν τινα καὶ δύσμαχον ἀῤῥωστίαν ἐνέπεσον, ἐξ ἧς τέτλαρας μῆνας ἐπὶ κλίνης κατακεῖσθαί μοι συνέβη καὶ παρὰ μικρὸν ἀποθανεῖν. λωφήσαντος δὲ τοῦ ἀῤῥωστήματος, καὶ τοῦ πυρετοῦ ἐκ ποδῶν γενομένου, φορείῳ τινὶ ἐντεθεὶς· οὐ γὰρ ἱππεύειν οἷός τε ἦν ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀσθενείας· ἐς τὸν πατρῷον οἶκον ἀπηνέχθην. ἔνθά μοι καὶ πολλοῦ χρόνου, καὶ πολλῆς ἐπιμελείας, καὶ παρὰ τῶν ἰατρῶν ἐπικουρίας ἐδέησε πρὸς τὸ τὴν ὑγίειαν ἀπελθοῦσαν ἀνακαλέσασθαι. μόλις δὲ ἐκ τῆς νόσου ἀνενεγκὼν, καὶ

ς. Καρποφορεῖ μὲν ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, VI. Ac vobis quidem, ut cernitis, paſtor hic bonus, qui animam poſuit pro ovibus, paſtorem offert; hoc enim ſperat, & in votis habet, & a vobis, qui ſubeſtis, poſtulat, duplicemque pro ſimplici ſeipſum vobis tradit, ac baculum ſenectutis, baculum ſpiritûs facit; atque inanimato templo animatum adjungit; huic, inquam, peregregio & cœleſti, alterum qualecumque tandem illud & quantulumcumque; cæterum ipſi chariſſimum, multis etiam ſudoribus ac laboribus abſolutum: atque utinam laboribus dignum adjicere liceat. Suaque omnia vobis proponit. O miram animi magnitudinem, vel, ut verius loquar, paternum amorem! Canitiem, juventutem, templum, pontificem, teſtatorem, hæredem, ſermones, quorum deſiderio flagrabatis; ac ſermones quidem, non temerè & in aerem fluentes, nec ultra aures audientium ſeſe porrigentes, ſed quos ſpiritus deſcribit, tabuliſque lapideis ſive carneis imprimit, non leviter ac ſuperficie tenus inſculptos, & qui facilè deleri queant,

Joan. X. 15.

ποιμένα· τοῦτο γὰρ ἐλπίζει καὶ εὔχεται, καὶ παρ'
ὑμῶν αἰτεῖ τῶν ὑπὸ χεῖρα ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς,
i ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων· καὶ [i] δι-
πλοῦν ἁπλοῦν δίδωσιν ὑμῖν ἑαυτόν· καὶ ποι-
k εῖται τὴν [k] βακτηρίαν τοῦ γήρως, βακτηρίαν τοῦ
πνεύματος· καὶ προστίθησι τῷ ἀψύχῳ ναῷ τὸν
ἔμψυχον, τῷ περικαλλεῖ, τῷ δὲ καὶ οὐρανίῳ, D
τὸν ὁποιονοῦν καὶ ἥλικον, ἀλλ' οὖν τὸν ἑαυτῷ τι-
μιώτατον, καὶ αὐτὸν ἱδρῶσι πολλοῖς συντε-
λεσθέντα, καὶ πόνοις, εἴη γ' εἰπεῖν, ὅτι καὶ τῶν
l πόνων ἄξιον· καὶ πάντα [l] προτίθησιν ὑμῖν τὰ
ἑαυτοῦ· ὦ τῆς μεγαλοψυχίας· ἢ τό γε ἀληθέσ-
τερον εἰπεῖν, τῆς φιλοτεκνίας· τὴν πολιὰν,
τὴν νεότητα, τὸν ναὸν, τὸν ἀρχιερέα, τὸν
κληροδότην, τὸν κληρονόμον, τοὺς λόγους,
οὓς ἐποθεῖτε· καὶ τούτων, οὐ τοὺς εἰκῆ, καὶ εἰς
ἀέρα ῥέοντας, καὶ μέχρι τῆς ἀκοῆς ἱσταμένους, ἀλλ' E
οὓς γράφει τὸ πνεῦμα, καὶ πλαξὶν ἐντυποῖ λι-
θίναις, εἴτουν σαρκίναις, οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς χα-

Tob. X. 4. Gregorius pater templum Nazianzi extruxit.

II. Cor. III. 2. & 3. *Ezec.* XXXVI. 26.

(*a*) Κοσμοκράτορος. Diabolus *mundi princeps* appellatur, non quòd mundi rerumque terrenarum illi ſit imperium; ſed quòd eos, qui ſceleratè vivunt, in ſua poteſtate habeat. Nicetas.

(*b*) Τὸ τιμιώτατον Θεῷ κτῆμα καὶ οἰκειότατον. *Poſſeſſionem Deo pretioſiſſimam.* Sic Billius in prima editione, melius quàm in poſtrema. Sic etiam Nicetas: *qui poſſeſſio ſumus Deo longè pretioſiſſima maximeque propria.*

(*c*) Τῇ εἰκόνι. *Imagini quod imaginis eſt*, vel, *quod ſecundùm imaginem eſt reddamus.* Billius autem, *imaginis decus imagini reddamus.*

(*d*) Ὑπὲρ τίνος. Billius, *pro quo.*

(*e*) Ἐπτώχευσεν. *Egenus factus eſt*, ſic II. Cor. VIII. 9. *ut illius inopia divites eſſetis.* Billius verò, *mendicus factus eſt, ut illius mendicitate ditemur.*

(*f*) Τὴν ἐλευθερίαν ἡμεῖς ἀπολάβωμεν, *ut libertatem reciperemus.* Ita Billius in 1. edit. qui non rarò felicius reddit, quàm ſecundis curis. Vox eſt Apoſtoli Rom. VIII. 21. non minus latina, teſte Tullio.

(*g*) Ἀντάλλαγμα. *Culpæ noſtræ ſuccidaneum.* Ita Billius.

(*h*) Γενόμενον. Sic Regii plerique.

(*i*) Διπλοῦν. *Duo templa*, inquit, *Pater vobis dono dedit, alterum inanime, quod Nazianzi extruxit, alterum animatum*; ſic ſeipſum appellat. Ita Nicetas.

(*k*) Βακτηρίαν. *Baculum.* Billius, *ſubſidium.*

(*l*) Προτίθησιν. Sic plures Mſſ. ſed Reg. u. optimæ notæ, & Colb. m. qui omnium inſtar eſſe poſſit, Baſilius in Scholiis: προστίθησι. Comb. ſervat προτίθησι, & ſic vertit: *ſua omnia vobis proponit utenda & fruenda: ſuorum omnium vobis copiam facit, ſui ipſius, templi, filii.*

ſed altiſſimè conſignatos, non atramento, ſed gratiâ.

Patris laus. *Gen.* XXII. 2. *Gal.* III. 16.

VII. Atque hæc omnia vobis offert venerabilis hic Abraham, patriarcha ille, illud carum & auguſtum caput, illud virtutum omnium domicilium, virtutis norma, ſacerdotii perfectio: qui voluntarium hodie Domino ſacrificium offert, unigenitum illum ex promiſſione. Vos autem & Deo & nobis id muneris loco offerte, ut rectè paſcamini, in loco paſcuæ collocati, & ſuper aquam refectionis educati, ut rectè paſtorem cognoſcatis, & ab eo cognoſcamini, & paſtoris in modum ac liberè vocantem per oſtium ſequamini; alienum autem non ſequamini, qui, latronum & inſidiatorum more, caulam tranſcendit, nec peregrinam vocem audiatis, ſuffurantem & a veritate in montes, & ſolitudines, & voragines, & loca, quæ non viſitat Dominus, diſpergentem, atque a ſana quidem fide abducentem, (quæ eſt in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, unam & divinitatem & potentiam, quam vocem ſemper audierunt, audiantque utinam oves meæ) adulterinis autem ſermonibus & corruptis deprædantem, atque a vero & primo paſtore diſtrahentem, a quibus opto, ut nos omnes, tam paſtores quàm ovile, velut a morbida & peſtilenti herba, procul paſcamur atque paſcamus, unumque omnes ſimus in Chriſto Jeſu, nunc & in alterius vitæ requie, cui gloria & imperium in ſæcula. Amen.

Ovium erga paſtorem officia. *Pſal.* XXII. 1. *Joan.* X. 14.

Alieni paſtoris deſcriptio. *Ezech.* XXXIV. 5. 6. 7. *Prov.* XIX. 23.

Joan. XVII. 21.

Α ραζομένους, οὐδὲ ῥᾳδίως ἀπαλειφομένους, ἀλλ' εἰς βάθος ἐνσημαινομένους, ὐ μέλανι, ἀλλὰ [a] χάριτι. a

Ζ. Ταῦτα μὲν [b] ἕν ὑμῖν ὁ σεμνὸς Αβραὰμ b
ἔτος, ὁ πατριάρχης, ἡ τιμία κεφαλὴ, καὶ αἰδέσιμος, τὸ πάντων τῶν [c] καλῶν καταγώγιον, ὁ c
τῆς ἀρετῆς κανὼν, ἡ τῆς ἱερωσύνης τελείωσις, ὁ τὴν ἑκούσιον θυσίαν προσάγων [d] τῷ Κυ- d
ρίῳ σήμερον, τὸν μονογένη, τὸν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας. ὑμεῖς ὃ καρποφορεῖτε κὴ Θεῷ κὴ ἡμῖν, τὸ καλῶς ποιμαίνεσθαι, εἰς τόπον χλόης κα-
Β τασκηνώμενοι, καὶ [e] ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως c
ἐκτρεφόμενοι, γινώσκοντες καλῶς τὸν ποιμένα, κὴ γινωσκόμενοι, καὶ ἑπόμενοι καλοῦντι ποιμενικῶς κὴ ἐλευθερίως διὰ τῆς θύρας· αλλοτρίῳ δὲ μὴ ἀκολουθοῦντες ὑπερβαίνοντι διὰ τῆς αὐλῆς, ληϊρικῶς τε κὴ ἐπιβούλως, μηδὲ ξένης φωνῆς ἀκούοντες, ὑποκλεπτούσης καὶ διασπειρούσης ἀπὸ τῆς ἀληθείας εἰς ὄρη, κὴ ἐρημίας, κὴ βαράθρα, κὴ τόπους, οὓς οὐκ ἐπισκοπεῖ Κύριος, κὴ ἀπὸ μὲν τῆς ὑγιοῦς πίστεως ἀπαγούσης, τῆς
C εἰς πατέρα, κὴ υἱὸν, κὴ ἅγιον πνεῦμα, τὴν μίαν θεότητα τε κὴ δύναμιν, [f] ἧς ἤκουσεν ἀεὶ f
φωνῆς, καὶ ἀκούοι τὰ ἐμὰ πρόβατα, λόγοις δὲ κιβδήλοις, καὶ κατεφθαρμένοις συλαγωγούσης κὴ διασπώσης ἀπὸ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ πρώτου ποιμένος· ὧν εἴη πάντας ἡμᾶς, καὶ ποιμένας, καὶ ποίμνιον, ὡς [g] νοσερᾶς πόας, καὶ g
θανασίμου πόρρω, καὶ νεμομένους καὶ νέμοντας, ἓν εἶναι πάντας ἐν Χριστῷ Ιησοῦ νῦν τε καὶ εἰς τὴν ἐκεῖθεν ἀνάπαυσιν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς [h] αἰῶνας, ἀμήν. h

(*a*) Χάριτι, *gratiâ*. Billius, *ſpiritu*.
(*b*) Οὖν deeſt in pluribus Mſſ. verùm in codicib. melioris notæ legitur.
(*c*) Καλῶν, *virtutum*. Bil. *bonorum*.
(*d*) Τῷ Κυρίῳ. Comb. τῷ Θεῷ.
(*e*) Επὶ ὕδατος. Coiſl. I. ἐφ' ὕδατος. Billius ſic vertit: *quod quidem futurum eſt, ſi in loco paſcuæ habitetis, & in aqua refectionis educemini.*
(*f*) Ης ἤκουσεν ἀεὶ φωνῆς, *quam vocem ſemper audierunt*. Bil. verò, *quam vocem ſemper audivi*. Minus rectè.
(*g*) Νοσερᾶς. Sic omnes penè Mſſ. ed. Par. νοσερᾶς.
(*h*) Αιῶνας. Add. plures Cod. τῶν αἰώνων, & ita legit Bill.

MONITUM

IN ORATIONEM SECUNDAM.

I. (a) Post priorem in Paſcha, *inquit Baſilius*, ſcripta hæc oratio videtur. Ex tempore ſiquidem ac breviter fuſa poſt impoſitas ſibi manus in preſbyterum, poſtque fugam illa pronuntiata eſt. Hæc autem per otium ſubinde maturius fuſiuſque digeſta. *Conſentiunt melioris notæ ſcripti codices, cujuſmodi eſt Regius* 1809. *aliique permulti, in quibus proximum oratio iſta poſt primam occupat locum.*

II. *Concinit Elias Cretenſis in hujus orationis argumento, quod Billius ſic vertit*: Poſt autem, (*priorem in Paſcha*) ingentem hunc apologeticum per otium conſcripſit. *Id rursus Elias, in argumento ſecundæ invectivæ contra Julianum præfixo, his verbis confirmat* : nam & illic, *inquit*, cùm ampliſſimum argumentum eſſet, nec in oratione, quæ, *in Paſcha & tarditatem*, inſcribitur, comprehendi poſſet, in duas orationes eam diviſit; nimirum & in hanc, quam modò diximus, & in eum apologeticum, qui magnus appellatur; & hic rursus, cùm Juliani perverſitatem infamiâ notandam ſuſcepiſſet, in duas item orationes ob malignitatis illius magnitudinem rem totam diviſit. *Qua ratione traditam ab Hermogene artis Rhetoricæ legem*, ut ob accuſationis aut deffenſionis magnitudinem cauſa dividatur, *ſecutum Gregorium Elias adſtruit. Hinc non malè colligas, ad utramque orationem, ſive ad geminas deffenſionis partes paratum è Ponto acceſſiſſe Gregorium; verùm de induſtria aut ex neceſſitate alteram ab altera fuiſſe diviſam, quod in orationibus*, in lumina & in Baptiſma *factum conſtat, ac Elias videtur affirmare. Hæc fuſius idcirco proſequimur, quòd clariſſimus vir Tillemontius has orationes, ſeu potius binas unius ejuſdemque orationis partes divellit, quamvis ſeparari nec debeant nec poſſint. Jam verò dicendum, qua occaſione quibuſve de cauſis habita ſit hæc oratio.* *Vita Greg.* §. 21.

III. *Cùm* vi *quadam ac* tyrannide *presbiter creatus fuiſſet Gregorius, velut æſtro percitus, inopinatoque perculſus fulmine, in Pontum ad amicum Baſilium fugâ ſe contulit. Hæc ipſe in eleganti carmine proſequitur.* (b) Ordinatus namque preſbyter, *ut legitur in celeberrimi codicis regii* 1809. *ſcholio*, religioſo quodam metu feceſſit in Pontum, ubi non ita pridem vitam ſolitariam egerat. Tum inde redux apologiam edidit; *hanc nimirum orationem habuit, quâ, cùm rediiſſet, ſe de fuga ac recuſato presbyteri munere purgavit; vel, ut cum ſcholiaſta loquar,* (c) quòd preſbyteri munus non ſuſcepiſſet. *Itaque Gregorius in ſolitudinem ſe recepit, non ut ſacerdotii dignitatem fugeret, quam invitus licèt ac reluctans ſuſceperat; neque* *Carm. 1. v. 346. & Or. II. n. 6.* *Idem Scholium exhibent duo Colb.* 2695 & 4248.

(a) Εοικεν ἔτος ὁ μετὰ τὸν εἰς τὸ Πάσχα πρῶτον γεγράφθαι ἐκεῖνος μοὺ γὰρ αὐτοσχεδίως ἐκδέδοται, καὶ συντόμως μετὰ τὴν τοῦ πρεσβυτέρου χειροτονίαν καὶ τὴν φυγὴν ἐκπεφώνηται· ἔτος δὲ ἐν ὑστέρῳ συντέτακται, καὶ μετὰ πλείονος τῆς χολῆς καὶ ἐπιτάσεως.

(b) Χειροτονηθεὶς γὰρ πρεσβύτερος ἀνεχώρησεν ὑπ' εὐλαβείας ἐπὶ τὸν Πόντον, ἔνθα τὸ πρώην ἐμόναζεν· εἶτα ἐπανελθὼν ἀπελογήσατο.

(c) Διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι τὸν πρεσβύτερον.

etiam, ut ne ad epiſcopatum cogeretur; quorum alterum nonnulli ſcholiaſtæ ſignificare videntur, alterum à Billio confictum. Verùm fugâ elapſus Ponti ſolitudinem petiit, ut formidandum angelicis humeris onus declinaret, eccleſiæ regimen & animarum, verbo dicam, ſacerdotis paſtoriſque munus; quod, ut cum viro docto loquar, veluti Vicario ſummo & generali, *hac ordinatione ſibi a patre imponi ſentiebat.*

Thomaſſ. de Diſc. Eccl. p. 1. lib. II. c. 7. n. 3.

Elias arg. in hanc orat.

IV. *Hoc & Elias Cretenſis vidit optimè :* Divinus ille vir, *inquit*, quoniam haud lubenti animo ſuſcepto preſbyteri gradu.... eccleſiæ illius (Nazianzenæ) curam ſuſcipere, ac eas partes, quas ille (pater) obire non poterat, explere cogebatur; ipſe quidem religioſo metu ductus hinc abſcedit atque in Pontum migrat, ubi prius &c.... Hîc itaque cùm tempus aliquod exegiſſet.... atque illud ſtatuiſſet, grave eſſe in inobedientiæ periculum incidere, è Ponto in patriam revertitur die ipſo Paſchæ. *Religioſo igitur metu Theologus ſolitudinem petierat, rursuſque eum metus è Ponto in patriam revocavit, metus, inquam, ne inobedientiæ crimen incurreret.*

Orat. 2. n. 111 & 112.

Or. 2. n. 11.

V. *Cùm autem plurimos offendiſſet Gregorii fuga, qui jam* apud Chriſtianos aliquid eſſe *cœperat, in ſui defenſionem hanc orationem ſcripſit.* (a) Oſtendit, *verba ſunt jam laudati ſcholiaſtæ,* ſe fræni tam impatientem contumacemque fuiſſe, ut etiam offenſioni fuerit nonnullis, quibus ædificationi quondam ipſe fuerat; ob eoſque illi apologiâ opus fuit, quâ inobedientiæ timidiatiſque cauſas declararet. *Itaque,* ne ſuſpicione quidem peccati *hujuſmodi laborare tutum ratus, ſeu fugâ, ſeu reditu* vulneratos *hac apologiâ* ſanare *neceſſarium habuit. Ex illis enim,* alii levitatem & imprudentiam, *alii* contemtum ordinis; *nonnulli etiam, perinde ac Auguſtino paulo poſt,* altioris gradûs cupiditatem *objiciebant, aut ſuſpicabantur.*

Poſſid. vita Aug. c. IV. Aug. Epiſt. CXLVIII.

VI. *Quapropter longiorem hanc apologeticam orationem ſcripſit, in qua, ut ait Elias,* illud oſtendit, nec metum & ceſſionem ſuam, nec rurſum animi promptitudinem & reverſionem reprehendendam eſſe; *ſeu quod priori oratione propoſuit,* utrumque bonum eſſe, & Deo ſubducere ſe nonnumquam, & vocanti rurſus interdum occurrere. *Primam partem ſpectant ea, quibus deſcribit ſacerdotum, ſive paſtorum munera, virtutes, officia, difficultates, pericula, Dei in eos minas, Prophetarum & Apoſtolorum oracula, exempla, quæ de ſuo ſolitudinis amore tradit, quæ de tempeſtate quâ ſub Juliano tunc temporis Eccleſia jactabatur : non quòd* feram illam, ignes, gladios, præcipitia, voragines, ab exteris denique bellum ullatenus formidaret. Sed bellum hæreticorum, chriſtianorum vitia, ſacerdotum pugnas, epiſcoporum diſſidia, *jure metuebat. Huic bello* imparem ſe ſentiebat ac ultro fatebatur. Hæc metu carnes conficiebant, mentem contrahebant, linguæ vinculum injiciebant, & terga dare *meritò perſuadebant.*

Prolog.

1. Or. n. 1.

Or. II. n. 87.

Ib. n. 79. al 88.

n. 90.

Ad alteram partem, quâ reditûs cauſas breviter exponit, pertinent, in cives amor, parentum cura, inobedientiæ timor ac periculum, Jonæ exemplum; quibus omnibus victus, *tandem, onus ſubire ſe profitetur, haud quidem epiſcopatûs, ſed ſacerdotii, ſeu paſtoris.*

n. 101. ad 109.

(a) Εμφαίνει ὅτι τοσοῦτον ἀφνίασεν ὥστε καὶ τινας πληγῆναι τῶν πάλαι οἰκοδομημένων εἰς αὐτὸν, δι' ὃς καὶ τῆς ἀπολογίας ἐδέησεν αὐτῷ, δηλώσης τὰς αἰτίας τῆς ἀπειθείας καὶ τῆς δειλίας.

VII.

VII. *Etenim* de Epiſcopatu, *ut rectè obſervat doctus Combefiſius*, nullus hîc ex inſtituto eſt ſermo, ad quem necdum aſſumtus Gregorius. *Addere liceat, nec aſſumendum ſe tunc cogitabat. Quamvis Billius in argumento hujus orationis, uti & in ſummariis ac notis paſſim, affirmet, hîc* exponi cauſas cur epiſcopatu repudiato in Pontum Gregorius fugerit; *& ideo fugiſſe quòd* præter opinionem ad epiſcopatum poſtulabatur. *In eamdem opinionem inductus, forſitan ab interprete, videtur Auguſtinus, qui poſtquam iterum verba Gregorii ex Apologetico deſcripſit, ſubjungit :* hæc dicebat beatus Gregorius, non inter principia emendationis ſuæ, ſed jam epiſcopus. *Quin & ipſe Petavius, contra Salmaſium, adductis ex apologetico teſtimoniis, conatur oſtendere* epiſcopatum *à Gregorio vocatum ibidem* principatum, magiſtratum, præfecturam, imperium, *&c. adeoque* curationem ſolam, ſimplexque munus *non eſſe. Errat vir doctus, dum putat Gregorium de epiſcopatu verba facere; at nihilominus firmum ſtat ejus argumentum adversùs Salmaſium, imo firmius evadit. Etenim ſi ſacerdotium generatim a Gregorio dictum eſt* principatus, magiſtratus, præfectura, *&c. quanto magis id de epiſcopatu dici poteſt ac debet?*

Lib. op. imp. cont. Jul. n. 69. p. 912.

Petav. de Eccleſ. Hier. cont. Salmaſ. lib. III. c. IX. n. 11. & 12.

Alii plures in eumdem ſcopulum impegerunt, ut crederent cum Billio, in Gregorii apologetico de epiſcopatu ex inſtituto ſermonem eſſe, quorum errorem ſic breviter refellimus. Gregorius initio & in fine orationis profitetur ſe ſuſcipere quod fugerat; igitur neceſſe eſt ut epiſcopatum tunc ſuſceperit, ſi, epiſcopatu repudiato, *ut vult Billius, in Pontum fugerit. Deinde hinc etiam ſequitur, quod non minus abſurdum eſt, Gregorium, priuſquam Sazimorum epiſcopus crearetur, Nazianzi epiſcopum fuiſſe conſecratum; vel denique concedendum eſt hanc dictam non eſſe orationem, nec impleta quæ in ea narrantur, niſi poſtquam Sazimorum epiſcopatu repudiato, Nazianzeni epiſcopi munia loco patris obeunda ſuſcepit. Quæ quàm ſint abſurda & ab hiſtoriæ veritate aliena nemo non intelligit.*

VIII. *Aliâ viâ aggreditur Gabrielius, ut ſtatuat de epiſcopatu ſermonem eſſe :* Quoniam, *inquit,* ſacerdotium commune eſt ſacerdotis ac preſbyteri munus, eſtque fundamentum epiſcopalis conſecrationis. . . . . congruenter factum eſt, ut ſimul in eadem oratione declararetur, quæ, quantaque ſit ſacerdotii profeſſio, & qualem oporteat eſſe epiſcopum. *Inſinuat prætereà Gabrielius,* conſueviſſe veteres, eoſdem epiſcopos, & preſbyteros vocare. *Verùm etſi viro docto concederemus, quod ex qualibet communione eruditi ſcriptores fatentur, ab initio* communem (a) & promiſcuam, (b) ſynonymam, (c) indiſtinctam (d) initio (e) ac primis Eccleſiæ temporibus, *ſeu* (f) *Apoſtolorum* diebus, *vel etiam* (g) primo & ſecundo ineunte ſæculo, *communem epiſcopi & presbyteri appellationem fuiſſe;* (h) poſt primum attamen ſæculum, *fatentibus ipſis Salmaſio & Blondello,* diſtingui cœperunt, (i) ſecundoque inclinato & ad finem vergente ſæculo, *ne Dallæo quidem negante, vel* (k) ſecundo exeunte,

Schol. in or. II. n. 1.

(a) Petavius Append. de Eccleſ. Hierar. l. II. c. I. n. 2.
(b) Blondel. Apol. p. 52.
(c) Bever. Cod. Can. Eccl. prim. vind. l. II, c. III. n. 3.
(d) Petav. *ibid.* c. VI. n. 3.
(e) *Ibid.* c. I. n. 2.
(f) Bever. *ibid.* l. II. c. IX. n. 11 & 4.
(g) *Ibid.* n. 4.
(h) Petav. *ibid.* l. II. c. II. n. 3.
(i) Bever. l. II. c. II. n. 3.
(k) *Ibid.* c. IX. n. 4.

tertioque ineunte, ac maximè ab Aerii damnatione medio ſæculo quarto; de qua hæreſi Epiphanius & Auguſtinus, (a) *ita diſtincta ſunt ea nomina, ut ea promiſcuè deinceps ſumere nemini liceret. Hinc orationis titulum Gabrielii explicatione non indigere, eâque gravari nedum juvari, conſtare debet.*

IX. *Verum rejectâ inſcriptionis illâ parte :* καὶ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον, & qualem eſſe oporteat epiſcopum, *quæ profectò Gregorii non eſt, aperta ac certa res eſt, & cum erudito Combefiſio fas eſt aſſerere,* de Epiſcopatu nullum hic ex inſtituto ſermonem eſſe. *Quid ergo ? Creatus presbyter Gregorius paſtoris munus refugerat, nunc illud ſuſcipit. Suâ erat ordinatione paſtor, ut cæteri ſacerdotes; qui, ut Chryſoſtomi* (b) *verbis utar,* docendi poteſtatem acceperunt, atque ut Eccleſiæ præſint. *Suſcepto igitur Gregorius munere, quod refugerat, Paſtorum omnium munia hac in oratione proſequitur. Ad omnes igitur ſacerdotes pertinet egregium iſtud opus; & quamvis ex inſtituto de epiſcopatu ſermo non ſit, quæcumque Orator de paſtorum ſive ſacerdotum muniis tam eloquenter quàm verè prædicat, ad ſe pertinere præ cæteris exiſtimare poſſunt, atque etiam debent epiſcopi, qui ſacerdotii arcem occupant. Meritò proinde codices optimæ notæ hanc Gregorii orationem, librum* de Sacerdotio περὶ ἱερωσύνης, *generatim inſcribunt, quo vocationis eccleſiaſticæ ac ſacerdotii regulæ ſanctiores legeſque,* pauca *verò dogmatica continentur, ut omnium accuratiſſimus Colb. Mſ.* 4248 *annotavit.*

X. *Ex tam eximio opere, ſex itidem libros* de Sacerdotio *Chryſoſtomus, quatuor etiam* curæ paſtoralis *Gregorius magnus, ita hauſerunt ac velut ex archetypo expreſſerunt, ut propemodum nihil aliud præſtitiſſe videantur, quàm dilataſſe & amplificaſſe quæ a Theologo acutius, brevius, nervoſiuſque dicta fuerant. Et certè, quòd ante nos obſervavit vir nomine & ingenii monimentis, atque inprimis edito Gregorio clarus, non eodem ſolum argumento, verùm etiam ſimili occaſione, opera de ſacerdotio in ſuo quæque genere egregia, trias illa Patrum elaboravit. Expoſtulantibus amicis reſpondent omnes; & cur ſacerdotium fugerint redditâ ratione, fugæ apologiam condunt. Omnes regimen eccleſiæ captantium inſaniam, officii difficultatem & pericula oſtendunt. Quâ ſcientiâ, quâ ſapientiâ, quâ prudentiâ, quâ perfectione, quâ ſanctitate & arte opus ſit, ut animæ curentur, regantur, & ad cœlum uſque evehantur, exponunt. Quin & Gregorium noſtrum habere ſe ac ſequi Gregorius magnus ab initio ſtatim libri tertii declarat his verbis :* ut enim longè ante nos reverendæ memoriæ Gregorius Nazianzenus edocuit, non una eademque cunctis exhortatio congruit, &c. *Idem ſanctus pontifex lib. I. c. I. celeberrimam illam ſententiam,* ars artium & ſcientia ſcientiarum *eſt* hominem regere, *ab hoc Theologi opere num. 16. mutuatus eſt. Nec verò quiſquam exiſtimet Gregorii magni laudem idcirco minui. Iſta enim Apologetica oratio tam eximium opus eſt, ut dignum ſit ex quo Gregorius magnus multa excerpſiſſe videatur. Ipſe Auguſtinus ex eodem libro arma contra Pelagianos depromſit. Denique Facundus Hermianenſis, Eulogius Alexandrinus, aliique benè multi eccleſiæ patres & doctores ex eodem fonte benè multa hauſerunt.*

(a) Epiph. Hær. 75. Aug. Hær. 53.

(b) Hom. 11. in 1. ad Tim. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ διδασκαλίαν εἰσί ἀναδεδεγμένοι καὶ προεδρίαν ἐν ἐκκλησίας.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἀπολογητικὸς, τῆς εἰς τὸν Πόντον φυγῆς
a ἕνεκεν, ⁂ αὖθις ἐπανόδου ἐκεῖθεν, [a]μετὰ
τὴν τοῦ πρεσβυτέρου χειροτονίαν, ἐν ᾧ, τι
b τὸ τῆς ἱερωσύνης ἐπάγγελμα. [b]

ΛΟΓΟΣ β.

c ΗΤΤΗΜΑΙ, [c] ⁂ τὴν ἧτταν ὁμολογῶ· Α
d ὑπετάγην τῷ Κυρίῳ, καὶ [d] ἱκέτευσα αὐτόν· ὁ
e γὰρ [e] μοι μακαριώτατος Δαβὶδ ἀρχέτω τοῦ
λόγου· μᾶλλον δὲ ὁ ἐν τῷ Δαβὶδ φθεγξάμενος, καὶ εἰσέτι νῦν δι' αὐτοῦ φθεγγόμενος.
f ἐπειδὴ καὶ τάξις ἀρίστη παντὸς [f] ἀρχομένῳ καὶ
λόγου, καὶ πράγματος, ἐκ Θεοῦ τε ἄρχεσθαι,
g καὶ εἰς Θεὸν [g] ἀναπαύεσθαι. τὸ δὲ αἴτιον, ἢ
h τῆς πρότου [h] στάσεως καὶ ὀλιγοψυχίας, δι' ἣν
ἐμάκρυνα φυγαδεύων, καὶ πηλίκην ἀφ' ὑμῶν
χρόνον οὐ μικρὸν ἴσως τοῖς γε ποθοῦσιν, ἢ τῆς Β
νῦν ἡμερότητος καὶ μεταβολῆς, δι' ἣν αὖθις
i ἐμαυτὸν ἔδωκα φέρων [i] ὑμῖν, ἄλλος μὲν ἄλλό
τι οἰέσθω τε καὶ λεγέτω τῶν ἢ μισούντων, ἢ
k ἀγαπώντων ἡμᾶς· ὁ μὲν οὐκ [k] ἀφιεὶς αἰτίας,
l ὁ ᾗ καὶ [l] προσαποδεχόμενος· οὐδὲν γὰρ οὕτως
ἡδὺ τοῖς ἀνθρώποις ὡς τὸ λαλεῖν τὰ ἀλλότρια·
καὶ μάλιστα ἐὰν τύχωσιν ὑπ' εὐνοίας τινὸς ἢ μίσους ἑλκόμενοι, ὑφ' ὧν καὶ φιλεῖ κλέπτεσθαι ὡς
m τὰ πολλὰ ἡ ἀλήθεια. [m] ἐγὼ δὲ ταληθὲς εἰς
μέσον θήσω, μηδὲν αἰσχυνθεὶς· καὶ δίκαιτήσω C
δικαίως ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσιν, ὅσοι τε κατηγορεῖσιν ἡμῶν, καὶ ὅσοι ὑπεραπολογοῦνται
προθύμως· τὸ μὲν τι κατηγορήσας ἐμαυτοῦ,
τὸ δὲ ὑπεραπολογησάμενος.

(a) Μετὰ. Jes. habet διὰ, sic etiam reg. a. qui pro ἐπαγγελμα legit μέγεθος.

(b) Addunt nonnulli Cod. & editi : καὶ οἷον εἶναι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον, & *qualem esse episcopum oporteat.*

(c) Καὶ τὴν ἧτταν ὁμολογῶ. Bil. *idque agnosco, & fateor.*

(d) Ικέτευσα. Obsecravi, obtestatus sum. Alludit hîc Greg. ad hæc verba psalmistæ : *subditus esto Domino, & ora eum. Ps.* xxxvi. 7.

(e) Μοι. Deest in Reg. a.

(f) Αρχομένῳ. Ita Reg. r. sed a. habet ἀρχομένου.

(g) Αναπαύεσθαι. Combef. legit ἐπανάγεσθαι. Sic etiam legisse videtur Ruffinus. Gabrielius sic vertit hunc locum : *ut a Deo incipias & in Deum pariter desinas* observat hujus rei insitam & quasi consignatam in animis notionem ita habuisse omnes, ut externi quoque sapientes idem fermè suis monumentis testatum reliquerint. Sic Theocr. Idyl. 17. v. 1.

Ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ εἰς Δία λήγετε μοῖσαι.

Ab Jove incipiamus, & in Jovem desinite Musæ.

Sic etiam Demosthenes Epist. 1. Παντὸς ἀρχομένῳ σπουδαίου λόγου καὶ ἔργου ἀπὸ τῶν Θεῶν ὑπολαμβάνω προσήκειν πρῶτον ἄρχεσθαι, *quicumque velit ad graviorem aliquam orationem aut actionem aggredi, eum decere existimo a diis primùm exordiri.* Id cùm illis de fictis diis planè persuasum esset, quid nobis tandem faciendum est, quibus veri Dei cognitio, eo ipso menti nostræ in tantis tenebris clarissimum lumen præferente, illuxit.

EJUSDEM

Apologetica, in qua causas exponit, ob quas, post sibi impositam sacerdotii dignitatem, in Pontum fugerit, ac rursum Nazianzum redierit, & quæ sit sacerdotis professio.

ORATIO SECUNDA.

Aliàs prima, quæ autem 2. erat, nunc 3.

Habita anno 362.

Gregorius Ordinationi suæ consentit.

I. VICTUS sum, & me victum fateor: *subditus sum Domino, & oravi eum.* Libet enim a beatissimo Davide sermonis initium sumere, vel ab eo potiùs, qui in Davide locutus est, ac per eum etiamnum loquitur. Quoniam etiam optimus hic ordo est, ut qui vel sermonem, vel rem aliquam auspicatur, a Deo initium ducat, & in Deo conquiescat. Causam vero vel prioris contentionis, ac *pusillanimitatis*, ob quam *elongavi fugiens*, peregréque a vobis haud exiguo fortasse tempore, iis quidem certè, qui mei desiderio tenebantur, abfui; vel præsentis lenitatis ac mutationis, ob quam me rursum vobis tradidi, alii quidem aliam quampiam, pro suo in nos, vel odio vel amore, suspicentur, atque in medium afferant; illi nimirum me culpâ minimè liberantes, hi contrà laudibus etiam efferentes. Nihil enim hominibus adeò suave ac jucundum est, ut de rebus alienis sermonem habere : idque præsertim, si vel benevolentiâ quâdam vel odio trahantur, a quibus veritas plerumque surripi solet. Ego verò nihil veritus, rem, ut se habet, in medium proferam, atque utrique parti æquum me arbitrum præbebo, nempe & iis qui me accusant, & iis qui prompto & alacri animo causæ meæ patrocinium suscipiunt : eam videlicet rationem tenens, ut partim meipsum accusem, partim etiam purgem ac defendam.

Optimus ordo est, ut à Deo sit initium.

Ps. lxv. 8.

Nihil suavius quàm de alienis rebus loqui.

Amor vel odium veritatem surripit.

(h) Στάσεως. Billius in prima edit. *quietis* verterat. Gabr. reddit, *secessionis.* Constantius Sebastianus Olivetanus interpretatur, *dissentionis.* Comb. *renitentiæ*, non absurdè forsan *inobedientiæ.* Sed nihil horum satis. Observat Tillemontius adversariorum sensum & verba, imo & scelus esse, cujus culpam in se transfert Theologus. Vertendum igitur, *seditionis*, & addendum, *ut aiunt.* Lucem his affert non modicam Philæ epigramma in margine operum Gregorii, Lambecio & Tollio testibus.

Τὸν ἀστικὸν θόρυβον ὦ στέργων, πάτερ,
Εἰς Πόντον ἐκπλεῖς, ἀλλ' ὑποστρέφεις πάλιν,
Ἐκεῖθεν ἡμῖν ὄλβον ὦ φαῦλον φέρων.

Urbis tumultum non ferens, ô Pater,
In Pontum navigas; at remeas rursus,
Hinc nobis opes non contemnendas advehens.

His patet *tumultum* ex seditione ortum.

(i) Ὑμῖν. Coisl. 2. & alii ed. ἡμῖν, mendosè.

(k) Αφιεὶς αἰτίας. Gregorio usitata elocutio; sic in eadem oratione : οὐκ ἀφήσει τοῦ τῆς ἀπειθείας ἐγκλήματος. *inobedientiæ culpâ minime liberabit.*

(l) Προσαποδεχόμενος. *Alii verò benignè etiam excipientes, deffensionem etiam suscipientes.*

(m) Ἐγω δὲ ταληθὲς. Sic Reg. r. sed Jes. & Pass. ἐγὼ δὲ τὸ ἀληθὲς.

Apologiæ divisio in duas partes.

II. Atque ut rectâ viâ oratio noſtra progrediatur, de timiditate, quæ prior extitit, priore quoque loco differam. Neque enim ferre poſſum nonnullos ex iis, qui res noſtras, tam rectè, quàm ſecus ſe habentes, ſedulò explorant, in me offendi, quandoquidem nobis benignâ Dei voluntate aliquid apud chriſtianos eſſe contigit; & iis, qui jam vulnus acceperunt, ſi qui ſunt, facti mei defenſione medebor. Pulchrum

Cavenda vel ipſa peccati ſuſpicio.

eſt enim, nec peccando, nec ſuſpicionem ſubeundo, quandiu fieri poteſt, ac ratio ſinit, offendiculum aut ſcandalum multis ponere: quippe cùm iis etiam, *qui unum ex puſillis offenderint*, quàm certa, quàmque atrox & acerba, ab eo, qui mentiri neſcit, pœna conſtituta ſit, non ignoremus.

Math. XVIII. 6.

Prima pars orationis, in qua fugam deffendit.

III. Mihi ſiquidem, ô viri, non ut imperito & inſipienti, immò ut nonnihil glorier, contra magis; nec ut divinarum legum & conſtitutionum contemtori hoc accidit. Nam quemadmodum in corpore aliud principatum tenet, ac velut præſidet, aliud ſubeſt & regitur: ad eundem quoque modum Deus, vel æquitatis lege, quæ meritum cujuſque perpendit, vel etiam providentiæ, per quam omnia inter ſe velut devinxit, hoc in Eccleſiis conſtituit, ut alii paſcantur & pareant (quibus videlicet id utilius eſt) ac tum ſermone, tum opere, ad officium dirigantur; alii autem ad *Eccleſiæ perfectionem paſtores* ac *magiſtri ſint*, nimirum qui virtute, conjunctionéque & familiaritate apud Deum, vulgo ſublimiores ſunt, rationem animæ ad corpus, aut mentis ad animam obtinentes; ut hæc duo, hoc eſt & id, quod deficit, & id quod redundat, inter ſe, velut in membris, compoſita & compacta, ſpiritûſque compage connexa & colligata, unum corpus, omni ex parte perfectum, atque ipſo Chriſto, qui caput noſtrum eſt, omnino dignum exiſtant.

I. Cor. XII. 12.

In Eccleſiis poteſtates à Deo ordinatæ ſunt.

Eph. IV. 11.

Eph. IV. 16. *I. Cor.* XII. 20.

Eph. IV. 15.

Omnibus hominibus utile eſt imperio regi.

IV. Quamobrem nec aliis ſolutam atque effrenatam licentiam & confuſionem ordine ac principatu conducibiliorem eſſe cenſeo, nec ipſis hominibus; immò etiam

A β. Καὶ ἵνα γε καθ' ὁδὸν ὁ λόγος ἡμῖν προΐῃ, πρῶτα τῆς δειλίας προτέρας οὔσης ⸫ δι' ἣν ἐλέγχομαι· οὐδὲ γὰρ ἀνέχομαι πλήττεσθαί τινας ἐν ἐμοὶ, τῶν πάντα τηρούντων ἐπιμελῶς τὰ ἡμέτερα, εὖ τε ⸫ ὡς ἑτέρως ἔχοντα· ἐπειδή τι τὸ καθ' ἡμᾶς εἶναι χριστιανοῖς [a] εὐδόκησεν ὁ a
Θεὸς, καὶ τοὺς ἤδη πεπληγότας, εἴπερ τινὲς εἰσὶ, δι' ἧς ἀπολογίας ἰάσομαι· καλὸν γὰρ μήτε ἁμαρτανόντα, μήτε ὑπονοούμενον, ἕως ἂν οἷόν τε ᾖ, καὶ ὁ λόγος [b] αἱρῇ, λιθέναι πρό- b
B σκομμα τοῖς πολλοῖς ἢ σκάνδαλον· εἴπερ καὶ τοῖς ἕνα τῶν μικρῶν σκανδαλίσασιν ἴσμεν ὅπως ἀποδαίτητος καὶ βαρυτάτη πᾶσι τὲ ἀψευδὴς ἡ τιμωρία.

γ. Ἐγὼ γὰρ ἔπαθον τοῦτο, ὦ ἄνδρες, οὔτε ὡς ἀπαίδευτος, [c] καὶ ἀσύνετος, ἀλλὰ μᾶλλον, c
ἵνα καὶ μικρόν τι [d] καυχήσωμαι, οὔτε ὡς ὑπερ- d
όπλης τῶν θείων νόμων καὶ διατάξεων. ὅτι καθάπερ ἐν σώματι, [e] τὸ μέν τι ἄρχον ἐστὶ καὶ e
οἷον προκαθεζόμενον, τὸ δ' ἀρχόμενον ⸫ ἀγό-
C μενον· οὕτω καὶ ταῖς ἐκκλησίαις διέταξεν ὁ
Θεὸς ἰσότητος νόμῳ [f] τῆς ἐχούσης τὸ κατ' ἀξίαν, f
ἢ καὶ προνοίας, [g] ᾗ τὰ πάντα [h] συνέδησε, τοὺς g h
μὲν ποιμαίνεσθαί τε ⸫ [i] ἄρχεσθαι, ὅσοις τοῦτο i
λυσιτελέστερον, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ πρὸς τὸ δέον
[k] ἰθυνομένους· τοὺς δὲ εἶναι ποιμένας ⸫ διδα- k
D σκάλους, πρὸς τὸν καλαρτισμὸν τῆς ἐκκλησίας, ὅσοι τῶν πολλῶν εἰσὶν ἀνωτέρω κατ' ἀρετὴν καὶ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν [l] οἰκείωσιν, λόγον ψυχῆς l
πρὸς σῶμα, ἢ νοῦ πρὸς ψυχὴν [m] ἐπέχοντας· ἵν' m
ἀμφότερα συντεθέντα ἀλλήλοις καὶ συγκρα-
θέντα, τό, τε ὑστεροῦν καὶ τὸ πλεονάζον ὥσπερ ἐν μέλεσι, καὶ τῇ ἁρμονίᾳ τοῦ πνεύματος συμ-
βιβασθέντα καὶ συνδεθέντα ἓν ἄρτιον [n] ἀποδει- n
χθῇ σῶμα, καὶ αὐτοῦ Χριστοῦ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν ὄντως ἄξιον.

δ. Οὔτε οὖν τοῖς ἄλλοις ἀναρχίαν καὶ ἀταξίαν λυσιτελεστέραν οἶδα τάξεως ⸫ ἀρχῆς, οὔτε
ἀνθρώποις· ἀλλὰ τούτοις καὶ πάντων [o] οὐχ o

(*a*) Εὐδόκησεν. Comb. ηὐδόκησεν.

(*b*) Αἱρῇ. Codices nonnulli αἴρῃ; ſed meliores ut addidimus: *ac ratio ſinit*. Sic Billius in prima edit.

(*c*) Καὶ ἀσύνετος. Deſunt in Jeſ. & in ſex Colb. ſed in aliis pluribus optimæ notæ, tum Regiis tum Colb. leguntur; &, quod eſt maximi momenti, in Baſilio. πρὸς τὸ [οὔτε ὡς ἀπαίδευτος καὶ ἀσύνετος] ἔδει ἀκολούθως εἰπεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς πεπαιδευμένος καὶ σύνετος. *Poſt illud*, non ut imperito & inſipienti, *conſequens erat ut diceret, imo ut admodum perito ac ſapienti*. Quapropter ſic vertendum, ut Gregorii reticentia intelligatur; *immo verò, ut & ego modicum quid glorier, contra magis*; ἀλλὰ μᾶλλον, quod Billius prætermiſit.

(*d*) Καυκήσωμαι. Jeſ. Paſſ. in ed. Καυκήσομαι.

(*e*) Τὸ μέν τι. *aliud quoddam*. Ruffin. Bill. Gabr. *aliud membrum*, interpretantur, non rectè. Siquidem Gregorius his verbis, τὸ μέν τι, *aliud quoddam principatum tenet*, animam intelligit, ut ex ſequentibus manifeſtum eſt: *vulgo ſublimiores ſunt, rationem animæ ad corpus, aut mentis ad animam obtinentes*, &c.

(*f*) Τῆς ἐχούσης τὸ κατ' ἀξίαν, *quæ uniuſcujuſque dignitatis rationem habet*.

(*g*) Ἧ. Comb. ἥτις. Baſ. ἥτις.

(*h*) Συνέδησε. Jeſ. & Paſſ. συνέδησεν.

(*i*) Ἄρχεσθαι. Reg. 1. ἄγεσθαι.

(*k*) Ἰθυνομένους. Colb. m. in margine ἰυθυνομένους.

(*l*) Οἰκείωσιν. Combef. οἰκειότητα, & vertit *neceſſitudine*.

(*m*) Ἐπέχοντας. Sic Paſſ. & quinque Colbert. alii ἐπεσχόντας. pravè in editis ἐπισχόντας.

(*n*) Ἀποδειχθῇ. Reg. 1. ἀποδειχθῆναι.

(*o*) Οὐχ ἥκιστα, id eſt, interprete Baſilio, μάλιστα δ' ἐν ἀνθρώποις, *immò, quàm maximè hominibus*. τοῦτο γὰρ τὸ οὐχ ἥκιστα βούλεται. *Hoc enim ſibi vult, non minus*. Videntur hæc à Theologo ſcripta ad imitationem Platonis lib. XII. de legibus: μελετητέον ἐυθὺς ἐκ τῶν παίδων ἄρχειν τε ἄλλων, ἄρχεσθαι θ' ὑφ' ἑτέρων· τὴν δ' ἀναρχίαν ἐξαιρετέον ἐκ πάντος τοῦ βίου ἁπάντων, τῶν ἀνθρώπων τε καὶ τῶν ὑπ' ἀνθρώπου θηρίων. Curandum eſt ſtatim à pueris, ut & imperent aliis, & aliorum imperata faciant. Eliminanda eſt anarchia ex omni vita omnium, tum hominum, tum pecudum quæ hominum imperio ſubjacent.

ἥκιστα,

ἤνεγκα, ὅσῳ καὶ ᾧδὲ μειζόνων αὐτοῖς ὁ κίνδυ-
a νος· [a] οἷς μέγα, κἂν εἰ τὸ πρῶτον τῆ λόγου
μὴ σώζοιεν, τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ τό γε
δεύτερον ἐκείνου, τὸ ἁμαρτάνοντας ἐπανάγεσ-
θαι. ἐπειδὴ τοῦτο καλὸν ἐφάνη καὶ δίκαιον, ἴσον
b [b] ἐμοὶ κακὸν καὶ ὁμοίως ἄτακτον, πάντας τε
c ἄρχειν ἐθέλειν, καὶ μηδένα [c] δέχεσθαι· ὡς εἴ γε
πάντες φεύγοιεν ταύτην, τὴν εἴτε λειτουργίαν χρὴ
λέγειν, εἴτε ἡγεμονίαν, χωλεύοι ἂν τῷ μείζονι
μέρει, καὶ οὐδ' ἂν καλὸν ἔτι μένοι τὸ καλὸν
e d τῆς ἐκκλησίας [d] πλήρωμα· [e] ποῦ δ' ἂν ἔτι καὶ
ᾧδά τινων θρησκεύοιτο ἡμῖν ὁ Θεὸς τὰ μυσι-
κὰ καὶ ἄνω φέροντα, ὃ δὴ μέγιστον ἐστὶ τῶν ἡμε-
τέρων καὶ τιμιώτατον, οὐκ ὄντος βασιλέως,
οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ θυ-
σίας, οὐδ' ὅσα ὡς μέγιστα ἐπὶ μεγάλοις τοῖς
f πλαίσμασιν, [f] οἱ πάλαι ἀπειθεῖς κατεκρίθη-
σαν;

his tantò minùs id conducit, quòd gravioribus in rebus periclitantur : quibus magnum illud atque amplum eſt, ſi minus id, quod rationis primum eſt, ſervent, hoc eſt, ut nihil peccent; at certè id, quod poſterius eſt, cùm peccant, emendari atque in viam reduci. Quod quoniam præclarum ac juſtum eſſe viſum eſt, par meo quidem judicio malum eſt, ac peræquè inordinatum, & omnes præeſſe atque imperare velle, & neminem id ſuſcipere. Nam profectò, ſi omnes hoc, ſive miniſterium dicere oportet, ſive imperium defugiant, maxima ex parte claudicabit, nec jam pulchritudinem ſuam retinebit pulchrum illud Eccleſiæ complementum. Ubinam porrò, & à quibuſnam Deus myſticis illis ac ſurſum ferentibus ſacris coleretur, quibus nec majus quicquam, nec præſtantius apud nos eſt, ſi nec rex, nec præfectus eſſet, nec ſacerdotium, nec ſacrificium, nec alia omnia, quibus olim inobedientes homines & contumaces ob ingentia peccata mulctati ſunt ?

Pœnitentia.

Par malum eſt omnes velle imperare, & neminem imperium ſuſcipere.

Rebus ſacris & cultu religionis privari, maxima eſt Dei ultio.

ε. Ἀλλ' οὐδὲ ξένον τι καὶ ἀπὸ τρόπου τοῖς
g [g] πολλοῖς τὰ θεῖα φιλοσοφοῦσιν, ἐπὶ τὸ ἄρ-
χειν ἀναβαίνειν ἀπὸ τοῦ ἄρχεσθαι, οὐδὲ ἔξω
h τῶν νενομισμένων τῆς [h] φιλοσοφίας ὅρων, καὶ
φέρον εἰς ὀνείδος· ὥσπερ οὐδὲ ναύτῃ τῶν
εὐδοκίμων, τὸ πεπρατεῦσαι, καὶ πεπρεῖ κα-
λῶς τοὺς ἀνέμους τηρήσαντι τὸ πιστευθῆναι τοὺς
οἴακας· εἰ ὅ βούλει, στρατιώτῃ γυναίῳ τὸ τα-
ξιαρχῆσαι, καὶ ταξιάρχῃ καλῷ τὸ στρατηγῆσαί
τε, καὶ πολέμου παντὸς ἡγεμονίαν ἐγχει-
ρισθῆναι· οὐ μὴν οὐδ' ὅπερ ἂν ὑπολάβοι τις
ἴσως τῶν πάντα ἀτόπων καὶ μοχθηρῶν, οἳ
κρίνουσι τὰ τῶν ἄλλων τοῖς οἰκείοις πάθεσιν,
i ἠσχύνθην τοῦ βαθμοῦ τὴν τάξιν [i] ἐπιθυμίᾳ

V. Nec verò alienum ac præpoſterum eſt, multos ex iis, qui divinarum rerum ſtudio dediti ſunt, è ſubditorum claſſe atque ordine ad imperium evehi, nec ab uſitatis philoſophiæ legibus remotum, ac cum probro & dedecore conjunctum : quemadmodum nec probo nautæ proretam eſſe, nec proretæ, qui ventos rectè & cum laude obſervarit, clavum regendum ſuſcipere : aut, ſi lubet, forti ac ſtrenuo militi cohorti præeſſe, & ei, qui cohorti rectè præfuerit, exercitum ducere, totiúſque belli principatum ſuſcipere. Sed neque, id quod homines quidam planè improbi & abſurdi, quique aliorum res propriis affectibus perpendunt, exiſtimare fortaſſe queant, hujuſce honoris gradus ob altioris cupidita-

Ad eccleſiæ regimen per gradus eſt aſcendendum.

(a) Οἷς μέγα, κἂν εἰ τὸ πρῶτον, &c. *Nam etſi minus, quod primum eſt rationis, ſervaverint, ut nihil omnino peccent; at iis tamen præterea magnum, quod ab illo proximum eſt, ut a peccatis revocentur.* Obſcuro huic loco parum affert lucis Billiana interpretatio. Particula εἰ hic redundat, teſte Elia.

(b) Ἐμοὶ. Deeſt in Reg. r. Jeſ. & quinque Colb.

(c) Δέχεσθαι. Billius ita ſcripſerat ad oram Baſ. ed. ſed ἄρχεσθαι integrum in textu reliquerat. δέχεσθαι optimum eſt, ut ait Combefiſius; in tribus vaticanis codicibus aliiſque paucioribus legitur, ſed & in Baſilio plenius : καὶ μηδένα δέχεσθαι τὴν ἀρχήν. Verùm, ut hoc fateamur, certè plerique manu exarati codices, vaticani, ſi tres excipias, Regii fere omnes, Paſſ. Coiſl. 2. Or. 1. &c. habent ἄρχεσθαι; quæ vox ſi tollatur, perit in verbis luſus Gregorio familiaris. Prætereà quid prohibet quominus activè ſumatur, ut apud Homerum Iliad. β. v. 345. ἄρχευ ἀργείοισι, *impera Argivis.* Sic evaneſcet quidquid a Gabrielio objicitur.

(d) Πλήρωμα. *Complementum*, vox illa durior videtur Combefiſio, qui vertit, *cætus*. Mallem, *plenitudo.*

(e) Ποῦ δ' ἂν ἔτι. Depravatum hunc fuiſſe locum queritur novus interpres Gallicus hujus orationis, & malè intellectum ab iis, qui Gregorium, ſive in latinum, ſive in gallicum ſermonem vertere ſtuduerunt. Vetus interpres gallicus græca malè intellecta malè reddidit, latinus verò, non ſatis perſpicuè eſt interpretatus. Is autem eſt Gregorii ſenſus; « Si deſint miniſtri, ſacra » atque auguſta myſteria, quibus nihil in Chriſtiana » religione præſtantius, interibunt. Sicque continget » ut, cùm ſimus abſque rege, abſque ſacerdotio, iiſ-» dem involvamur malis, quibus olim contumaces » Judæi ob ingentia ſcelera mulctati ſunt, juxta Oſee » prophetiam. III. 4. *Sine rege, ſine principe, ſine ſacer-» dotio, ſine ſacrificio* ».

(f) Οἱ πάλαι. Ita Regii. in edit. οἳ, malè.

(g) Πολλοῖς τὰ θεῖα φιλοσοφοῦσιν. Sav. τῶν τὰ θεῖα φιλοσοφόντων.

(h) Φιλοσοφίας. Nec a conſtitutis *philoſophiæ* finibus. Externam prophanamque philoſophiam intelligunt Elias & Baſilius. Annon potius eam ſignificat Gregorius, de qua mox loquitur adversùs monachorum æmulos, qui forſan jam tum chriſtianam philoſophiam, ſeu profeſſionem monaſticam ſacerdotio repugnare cauſarentur ?

(i) Ἐπιθυμίᾳ τοῦ μείζονος. Nempe βαθμοῦ. Ita naturâ comparati ſunt homines, ut credere nequeant quemquam honores ac dignitates verè & humilitatis cauſâ rejicere, ſed ſtatim ſuſpicentur eum ſimulatè id facere. Itaque cùm Gregorius creatus fuiſſet presbyter, atque in Pontum fugiſſet, nonnulli id eum pinguioris dignitatis cupiditate feciſſe ſuſpicati ſunt. Quam ſuſpicionem vir ſanctus à ſe removet. In eamdem aliquot poſt annos ſuſpicionem venit Auguſtinus. *Poſſid. cap. 4.* Nam cùm eum Valerius Presbyterum creaſſet, idque ipſe permoleſtè ferret, atque etiam *ubertim fleret, nonnulli lacrymas* ejus ex inanis gloriæ cupiditate promanare ſuſpicabantur, & tanquam eum conſolabantur ac dicebant, quia locus presbyterii, licet ipſe majori dignus eſſet, appropinquaret tamen epiſcopatui, cùm contra longè alia de cauſa fleret. Hinc Auguſtinus, *Ep. al.* 148. *nunc* 21. *Multis ſermonibus, qui ad vulnus*

Nullus eſt parvus in eccleſia gradus.

tem me puduit. Non enim ita, vel divinæ ſublimitatis, vel humanæ puſillitatis ignarus ſum, quin magnum eſſe exiſtimem omni procreatæ naturæ, ad Deum, qui ſolus clariſſimus & ſplendidiſſimus eſt, naturámque omnem, tum materiâ conſtantem, tum a materia ſecretam, puritate ſuperat, vel quoquo modo appropinquare.

Quæ Gregorii reluctatio fuerit.

VI. Quid igitur illud eſt, quod mihi accidit? quæque inobedientiæ meæ cauſa fuit? Permultis enim tunc a me quoque ipſo deſciviſſe viſus ſum, nec id, quod exiſtimabar, eſſe, verùm ex alio in alium quempiam migraſſe, ac plus æquo reluctari, nimíſque pertinacem me præbere. Hujus itaque rei cauſas, jampridem avidè expetitas, accipite. Maximè quidem inopinato rei eventu perculſus, quemadmodum qui ad repentinos ſonitus metu percelluntur, rationem tenere non potui: ac propterea pudorem, cui per omne vitæ tempus aſſueveram, ſolvi ac populi. Deinde animum ſubibat amor quidam illius boni, quod in quiete ac ſolitudine ineſt: quam cùm jam inde ab initio adamaſſem, ſic ut vix quiſpiam alius eorum, qui literis operam dederunt, eámque in maximis graviſſimíſque periculis Deo voviſſem, imò jam eam quoque nonnihil attigiſſem, hactenus ſcilicet, ut velut in limine eſſem, atque ex ipſo guſtu majore deſiderio exarſiſſem, non tuli me velut tyrannide quadam premi, atque in medios tumultus impelli, ab hacque vita, perinde atque ab aſylo quodam per vim avelli.

Prima cauſa, improviſus eventus.

Secunda, amor ſolitudinis quam voverat.

VII. Nihil enim mihi tam optandum cui- D quam eſſe videbatur, quàm ut occluſis ſenſibus, atque extra carnem mundúmque poſitus, & in ſeipſum collectus, nec, niſi quantum neceſſitas exigit, quicquam humanarum rerum attingens, atque ſecum ipſe, & cum Deo colloquens, ſuperiorem iis rebus, quæ in aſpectum cadunt, vitam agat, divináſque ſpecies puras ſemper, nec terrenis ullis & errantibus formis admixtas, in ſeipſo circunferat, Deíque ac rerum di-

Laus vitæ ſolitariæ.

1. Cor. XIV. 28. *Sibi autem & Deo loquatur.*

τῆς μείζονος· οὐχ οὕτως ἐγὼ, ἢ τῦ θείου μεγέθους, ἢ τῆς ἀνθρωπίνης ταπεινώσεως ἄπειρος, ὡς μὴ μέγα νομίζειν πάσῃ γενητῇ φύσει, καὶ [a] ὁπωσοῦν πλησιάζειν Θεῷ τῷ μόνῳ φανοτάτῳ, καὶ λαμπροτάτῳ, καί ὑπερέχοντι πάσης [b] ὑλικῆς τε καὶ ἀΰλου φύσεως καθαρότητι. a b

5. Τι οὖν ἐσιν ὃ πέπονθα; καὶ τίς ὁ λόγος τῆς ἐμῆς ἀπειθείας; οὐδὲ γὰρ ἔδοξα τοῖς πολλοῖς ἐν ἐμαυτῷ τότε μένειν, οὐδ' εἶναι [c] ὥσπερ ἐγινωσκόμην, ἀλλ' ἕτερος ἐξ ἑτέρου τίς γεγονέναι, καὶ πλέον ἢ καλῶς εἶχεν, ἀντιτείνειν καὶ [d] αὐθαδιάζεσθαι. Ταύτου δὴ τὰς αἰτίας ἀκούοιτ' ἂν ἤδη πάλαι ποθοῦντες. μάλιςα μὲν τῷ ἀδοκήτῳ πληγεὶς, ὥσπερ οἱ τοῖς αἰφνιδίοις τῶν ψόφων καταπλαγήτες, οὐ κατέσχον τοὺς λογισμούς· καὶ δι' τῦτο ἔλυσα τὴν [e] αἰδῶ, πάντα τὸν χρόνον ταύτῃ συνειθισμένος. ἔπειτα μέ τις ὑπεισήει [f] ἔρως τῦ καλοῦ τῆς ἡσυχίας καὶ τῆς ἀναχωρήσεως· ἧς ἐρασὴς γεγόμενος ἐξ ἀρχῆς, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν πρὸ ἐμοῦ [g] λόγως [h] ἐσπουδακότων, καὶ ἦν ἐν τοῖς μεγίστοις & χαλεπωτάτοις κίνδυνοις καθυποσχόμενος τῷ Θεῷ, [i] καὶ τι καὶ προσαψάμενος ταύτης, ὅσον ἐν προθύροις γενέσθαι, καὶ πλέονα μοι τὸν πόθον ἐξαφθῆναι δι' τῆς πείρας, οὐκ ἠνέγκα τυραννούμενος, καὶ εἰς μέσως τοὺς θορύβους ὠθούμενος, καὶ οἷον ἀπὸ ἱερῦ τινος ἀσύλου τῦ βίου τούτου πρὸς βίαν ἀποσπώμενος. c d e f g h i

ζ. Οὐδὲν γὰρ ἐδόκει μοι τοιοῦτον οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις, ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου [k] γενόμενον, εἰς ἑαυτὸν συσταφέντα, μηδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων προσαπτόμενον, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, ἑαυτῷ προσλαλοῦντα καὶ τῷ Θεῷ, ζῆν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα, καὶ τὰς θείας ἐμφάσεις ἀεὶ καθαρὰς ἐν ἑαυτῷ φέρειν ἀμιγεῖς τῶν κάτω χαρακτήρων καὶ πλανωμένων, ὄντως ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον Θεοῦ καὶ τῶν θείων, [l] καὶ ὃν καὶ k l

meum non pertinerent, dolorem meum bono animo conſolati ſunt. Oneris videlicet magnitudinem vir optimus ac ſummâ humilitate præditus extimeſcebat; at illi ut ambitionis morbo laboranti medicinam adhibebant.

(*a*) Οπωσῦν. Scripti codices vulgò ὅπως ἕν diviſim.

(*b*) Υλικῆς τε. Ita Reg. cum quinque Colb.

(*c*) Ωσπερ. Coisl. 1. ὅπερ. ſic Colb. 5. Jeſ. ὅσπερ.

(*d*) Αυθαδιάζεσθαι. Coisl. 1. & 2. Colb. 3.

(*e*) Αιδῶ. Codices nonulli ſic acuunt, ἀιδῶ.

(*f*) Ερως. Sic legendum ex aliis Gregorii verbis forſan quis inferat. Mox namque, quaſi repetita voce, quâ uſus fuerat, numero proximè ſequenti ait: εἴ τις ὑμῶν τύτῳ τῷ ἔρωτι. Verumtamen omnes manu exarati codices, ſi pauciſſimos excipias, pro ἔρως habent, ἔλεος. Ipſe Billius agnoſcit, qui in margine ed. Baſil. ſcripſit: ἔλεος *in antiquis*; & infra ἔλεος τῦ καλῦ καὶ τῆς ἡσυχίας. Si roges quo ſenſu Gregorius dixerit ἔλεος? Eo ſcilicet, quem Baſilius exponit: τίνος ἔλεος; ἐμαυτῦ, φησί, ὅτι καλῦ, τῆς ἡσυχίας ἀναχωρεῖν ἐμελλον. Id eſt, *cujuſnam miſericordia? Mei ipſius*, inquit, *quanto bono, quiete, cariturus eſſem attendens.* Sic Baſilius, qui non ſecus ac Ruffinus, τὴν ἀναχώρησιν, *à bono quietis*, ſeu, à monaſtica vita, receſſum, impedimentum videtur interpretari. Eamdem vocis ἔλεος interpretationem ſuppeditat Gregorius Nyſſenus epiſcopus orat. 5. de beatit. ἔλεός ἐσιν ἐπίτασις τῆς ἀγαπητικῆς διαθέσεως τῷ κατὰ τὴν λυπὴν πάθει συμμεμιγμένη. *Miſericordia eſt intentio & vehementia affectionis diligendi, cum affectu triſtitiæ commixta.* Talis profecto erat tum affectus Theologi erga ſolitudinem, à qua abſtrahi ſe per vim atque avelli miſerabiliter dolebat. Porro *miſericordiam in ſe ipſum quiſque* facere poteſt, ut Auguſtini *Lib. X. de Civ. cap. 6.* verbis utar, quod ſanctus doctor his ſcripturæ verbis confirmat: *miſerere animæ tuæ placens Deo.* Eccl. XXX. 24.

(*g*) Τῶς λόγως. *Litteras* intellige ſæculares, & eloquentiam, ut in orat. VII. al. X. num. 16. & 20. item orat. XLIII. al. XX.

(*h*) Εσπυδακότων. Deeſt in ſeptem Regg. & quinq. Colb. item in Orat. 1.

(*i*) Καί τι. Ita Reg. 1. Jeſ. & Paſſ. ed. καί τοι.

(*k*) Poſt γενόμενον, habent editi, τε, quam voculam delevimus autoritate ſex codd. Regg.

(*l*) Καὶ ὃν. Ita omnes Regii. Or. 1. Jeſ. Colb. ſeptem. Billius in ora Herv. ſcripſit ὄντα, quod ſecuti ſunt Pariſienſes.

ἀεὶ γινόμενον, φωτὶ προσλαμβάνοντα φῶς, καὶ ἀμαυροτέρῳ τρανότερον, ἤδη τὸ τοῦ μελ-
a λόντος αἰῶνος ἀγαθὸν [a] ταῖς ἐλπίσι καρπούμενον, καὶ συμπολιτεύεσθαι Ἀγγέλοις, ἔτι ὑπὲρ
b γῆς ὄντα [b] καταλίποντα τὴν γῆν, καὶ ὑπὸ τοῦ
c πνεύματος ἄνω ἱδρυθέμενον. [c] εἴ τις ὑμῶν τούτῳ πῃ ἔρωτι κάτοχος, οἶδεν ὃ λέγω, καὶ πῇ τότε
πάθει συγγνώσεται· τοὺς γὰρ πολλοὺς οὐδ' ἂν πείσαιμι λέγων ἴσως, ὅσοις καὶ ἐν γελοίῳ
e d τὸ [d] πρᾶγμα δοκεῖ κακῶς διατεθεῖσιν· [e] εἴτε ὑπὸ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀνοίας· εἴτε ὑπὸ τῶν
f ἀναξίων τοῦ ἐπαγγέλματος· οἳ [f] πράγματι καλῷ κακὸν περιτεθείκασιν ὄνομα, τῇ φιλοσοφίᾳ τὴν κενοδοξίαν, συνεργὸν λαβόντες τὸν
φθόνον καὶ τὴν τῶν πολλῶν κακίαν πρὸς τὸ
g χεῖρον οὖσαν ἑτοιμοτέραν· [g] ἵν' ἔν γέ τι πάντως αὐτοῖς ἁμαρτάνηται, ἢ τὸ κακὸν ἐνεργούμενον, ἢ τὸ καλὸν ἀπιστούμενον.

vinarum, purum omnino ſpeculum ſit, in diéſque efficiatur, ac lucem per lucem excipiat, clariorem per obſcuriorem: jamque futuri ævi bonum ſpe percipiat, & cum Angelis verſetur, ac licet adhuc in terris ſit, terram deſerat, atque a Spiritu ſurſum collocetur. Si quis veſtrûm hoc amore correptus tenetur, quid dicam, intelligit, atque affectui ei, in quem tum incidi, facilè ignoſcet. Nam apud pleróſque ne fidem quidem fortaſſe, hæc dicens, nanciſcar, qui riſui etiam & ludibrio rem eam habere videntur, malè utique ac perniciosè affecti: ſive propriæ eorum amentiæ tribuendum ſit, ſive iis aſcribendum, qui eo vitæ genere, quod profitentur, indigni ſunt: qui rei bonæ ac præclaræ malum nomen impoſuerunt, philoſophiæ nimirum cenodoxiam, hoc eſt inanem gloriam, opitulatrice aſſumptâ invidiâ, vulgíque improbitate, ſemper in pejus procliviore; ut de duobus peccatis in alterutrum omnino incidant, ut vel malum perpetrent, vel bono fidem abrogent.

η'. Πρὸς ᾧ τούτοις, πρᾶγμα ἔπαθον· ἐκλαλήσω γὰρ πρὸς ὑμᾶς πᾶν τὸ ἀπόῤῥητον·
h οὐκ [h] οἶδ' εἴτε ἀγροικον εἴτε ἐλεύθερον, ἔπαθον δ' οὖν· ᾐσχύνθην ὑπὲρ τῶν ἄλλων ὅσοι μηδὲν
i τῶν πολλῶν ὄντες βελτίους, [i] μέγα μὲν οὖν εἰ καὶ μὴ πολλῷ χείρους· ἀνίπτοις χερσὶν, ὃ δὴ
λέγεται, καὶ ἀμυήτοις ψυχαῖς τοῖς ἁγιωτάτοις
k ἑαυτοὺς ἐπεισάγουσι· καὶ πρὶν ἄξιοι [k] γενέσθαι
l προσιέναι τοῖς ἱεροῖς, [l] μεταποιοῦνται τὸ βήματος, θλίβονταί τε καὶ ὠθοῦνται περὶ τὴν ἁγίαν
τράπεζαν, ὥσπερ οὐκ ἀρετῆς τύπον, ἀλλ' ἀφορμὴν βίου, τὴν τάξιν ἑαυτὴν εἶναι νομίζον-
τες· οὐδὲ λειτουργίαν ὑπεύθυνον, ἀλλ' ἀρχὴν ἀνεξέταστον· καὶ εἰσὶ σχεδόν τι πλείους κατ'
m ἀριθμὸν, ἢ ὅπόσων ἄρχουσι· [m] δείλαιοι τῆς

VIII. Ad hæc, totum enim animi arcanum apud vos efferam, mihi res accidit, ruſtico, an ingenuo viro digna haud ſcio, ſed accidit tamen. Aliorum me puduit, qui cùm pleríſque nihilo meliores ſint, atque utinam non etiam multò pejores, illotis, ut dici ſolet, manibus, prophaniſque animis in ſanctiſſima myſteria ſeſe inferunt, ac priuſquam digni ſint, qui ad res ſacras accedant, ſacrarium ipſum ambiunt, & circum ſacroſanctam menſam ſeſe invicem premunt ac protrudunt, tanquam non virtutis exemplum, ſed victûs parandi occaſionem & ſubſidium hunc ordinem eſſe judicantes, ac non munus referendis rationibus obnoxium, ſed imperium ab omni cenſura immune. Qui etiam eos quibus præſunt, numero jam ferè ſuperant; ob pietatem utique miſeri, ob ſplendorem infelices. Itaque

Tertia fugæ cauſa. Quod eum puderet alienæ impudentiæ.

Indignus ad Sacerdotium ingreſſus.

Multitudo Sacerdotum.

(a) Ταῖς ἐλπίσι. Deeſt in ſex Colb. & ſept. Regg. Or. 1.
(b) Καταλίποντα. Non pauci habent καταλείποντα.
(c) Εἴ τις ὑμῶν. *Si quis veſtrûm* &c. ita Aug. tract. 26. in Joan. c. 6. n. 4. *Da amantem... & ſentit quod dico*, &c.
(d) Πρᾶγμα δοκεῖ. Sic Reg. Colb. Or. 1. Jeſ. ed. verò πράγμα εἶναι δοκεῖ.
(e) Εἴτε ὑπὸ τῆς ἰδίας. Elias: *ſive per ſe, ob ſtoliditatem ſuam & dementiam, ſive ab aliis depravati & decepti. Malorum enim magiſtrorum malæ ſunt diſciplinæ.*
(f) Πράγματι καλῷ. Elias: *honeſtæ rei*, hoc eſt, monaſticæ vitæ ac ſeceſſui a mundo.
(g) Ἵν' ἔν γε τι πάντως αὐτοῖς ἁμαρτάνηται. Billius: *Quo fit* &c. Gab. *ita ut* &c. *Melius Elias.* Hoc porrò eò faciunt, qui ejuſmodi profeſſione indigni ſunt, *ut ex his duobus peccatis alterutrum omninò admittant.* Jam ſi roges qui ſint quos peccare aſſerit Gregorius? vel ipſa multitudo improba; vel invidi & irriſores, quod præ ſe ferre videtur textus; vel indigni profeſſione ſuâ Monachi, ut Eliæ placet; demum ipſi ſæculares cum Tillemontio poſſunt intelligi. Quid verò peccant? Nimirum vulgus & invidi irriſores à vita monaſtica deterrent, & ſeſe alioſque mundo addicunt, aut ſeceſſionis bono fidem detrahunt. Deinde pravi monachi, ſi illos intelligas, hoc multi perpetrant, ut impunè ſibi licere putent mundo ac rebus humanis adhærere, atque etiam adhæreant &c. Haud abſimilis loquendi modus occurrit in *admonitione Agaperi ad Juſtinianum Imperatorem*, num. 12. Ἵνα δυοῖν θάτερον αὐτοῖς ἁμαρτάνηται, ἢ τὸ κακὸν ἐπαινούμενον, ἢ τὸ καλὸν ὑβριζόμενον. Quod interpres ſic reddit: *ut de duobus alterum ab ipſis committatur, vel pravorum laus, vel contumelioſus bonorum contemtus.*
(h) Οἶδ'. Reg. 1. & Jeſ. in ed. οἶδα.
(i) Μέγα μὲν οὖν. *Immò ſatis ſuperque fuerit.*
(k) Γενέσθαι, deeſt in ſex Regg. & quinque Colb.
(l) Μεταποιοῦνται τὸ βήματος. *Sacrarium ambiunt.* Præclarè Combefiſius ad hæc verba ſcribit: *De presbyteris accipit* (Gregorius), *quos jam plures dicit quàm ſint ſubditi. Nec benè in Billio ubique margini adſcriptum de epiſcopis, ac ſi unos hîc tangat Gregorius, non ipſos ſimplices ſacerdotes, quorum ipſorum ἀρχὴ & προεδρία tum ma imè cùm non ordinabantur ſine titulo, ac, quam regerent, plebe.*
(m) Δείλαιοι τῆς εὐσεβείας, καὶ ἄθλιοι τῆς λαμπρότητος. Locus is à nullo nobis videtur, ne quidem à noviſſimo interprete gallico, intellectus aut explicatus. Non malè primis curis Billius vertiſſe, ſi notâ mentem ſuam aperuiſſet, videri poſſit: *Pietate miſeri, dignitatis ſplendore infelices.* Sed minùs rectè, poſterioribus curis reddidit, *ob pietatem miſeri.* Latinè certè non Hebraizat Billius, ut pietatis defectum, qui huius loci ſenſus eſt, his verbis exprimat; quomodo in Pſ. CVIII. v. 24. *Caro mea immutata eſt propter oleum*, id eſt, *propter inopiam olei.* D. de Barcos Sancigiranus abbas. *Miſeri ob ipſam pietatis ſpeciem, quam habent, quâ ſe ipſos decipiunt, & ad tantum munus aſpirare audent; & infeliciores*

malo hoc unà cum tempore progreſſum ac vires capiente, ne habituri quidem mihi videntur, quibus præſint, omnibus videlicet, pro eo ut a Deo, quemadmodum divina promiſſio ferebat, edoceantur, docentibus & vaticinantibus, adeò ut, juxta veterem hiſtoriam & paroemiam, *Saül* quoque *inter Prophetas* ſit. Neque enim tanta ullius rei ubertas, aut nunc eſt, aut unquam fuit, cùm alia aliàs viguerint, ac tandem finem acceperint, quam nunc apud Chriſtianos crebra ſunt hujuſmodi probra & peccata. Quorum etſi impetum comprimere, majus eſt, quàm pro virium noſtrarum facultate; at certè odiſſe, ac pudore affici, pietatis pars eſt non minima.

Iſ. LIV. 13. & *Joan.* VI. 45.
I. Cor. XIV. 24. & *num.* XI. 29.
I. Reg. X. 11. & XIX. 24.

Quarta fugæ cauſa, animas regendi difficultas.

IX. Poſtrema cauſa, & quidem omnibus, quas ſuprà commemoravimus, major graviórque hæc fuit: ad ipſum quippe orationis colophonem jam me confero, nec mentiar; non enim fas eſt, eum qui de tantis myſteriis verba faciat, mentiri. Haud quaquam idem eſſe exiſtimabam, ac ne nunc quidem exiſtimo, gregi aut armento præeſſe, & hominum animas gubernare. Illic enim quam pinguiſſimas & obeſiſſimas oves ac boves reddere ſufficit: idque ſibi, & paſtor, & bubulcus, ob oculos ponens, irrigua & compaſcua loca explorabit, gregemque & ad paſcua ducet, & à paſcuis educet, feſſúmque recreabit, & aliò movebit, ac revocabit, aliquoties quidem pedo, ut plurimum autem fiſtulâ. Nihil porrò aliud negotii paſtor aut armentarius habet, quàm ut cum lupis nonnunquam pugnet, atque interdum etiam ægram ovem aut bovem viſitet. Magnâ autem temporis parte quercus ipſi, & umbra, & fiſtulæ curæ erunt, & in pulchra herba corpus ſternere, atque prope gelidam aquam, & ſub leniſſima aura lectulum ex tempore compingere, amatorium etiam quiddam cum

A εὐσεβείας, καὶ ἄθλιοι τῆς λαμπρότητος· ὥστε ἔμοί γε δοκοῦσι, προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ τοῦ κακοῦ, μηδὲ ἔχειν λοιπὸν ὧν ἄρξουσι, πάντων διδασκόντων ἀντὶ τοῦ διδάκτους εἶναι Θεοῦ,
[a] ὡς φησιν ἡ ἐπαγγελία, καὶ πάντων προφητευόντων, ὥστε εἶναι καὶ Σαὰλ ἐν Προφήταις, κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν καὶ παροιμίαν. οὐδὲν γὰρ οὕτω πολὺ κατ' οὐδένα καιρὸν, οὔτ' ἔστιν, οὔτ' ἐγχώρει, ἄλλοτε ἄλλων ἀκμασάντων τε καὶ ληξάντων, ὡς νῦν Χριστιανοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ
B ὀνείδη καὶ ἁμαρτήματα. ὧν εἰ καὶ σῆσαι τὴν φορὰν κρεῖσσον ἢ καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ τό γε μισεῖν καὶ αἰσχύνεσθαι, μέρος εὐσεβείας οὐ τὸ σμικρότατον.

θ. Ὁ δὲ τελευταῖον καὶ μεῖζον τῶν εἰρημένων, εἶμι γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἤδη [b] τὸν κολοφῶνα τοῦ λόγου, καὶ οὐ ψεύσομαι· οὐδὲ γὰρ θέμις τοῖς περὶ [c] τηλικούτων ποιουμένοις τὸν λόγον.
C οὐκ ὤμην ἴσον εἶναι, οὐδὲ νῦν οἶμαι, ποίμνης ἄρχειν ἢ βουκολίου, καὶ ἀνθρώπων ἐπισατεῖν ψυχαῖς. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐξαρκεῖν ὅτι παχύτατον
[d] καὶ πιότατον ἀποδεῖξαι τὸ βουκόλιον, ἢ τὸ ποίμνιον· καὶ πρὸς τοῦτο ὁρῶν ὅ, τε βουκόλος καὶ ὁ ποιμὴν τῶν τε χωρίων ἐπισκέψεται τὰ
[e] ἔνυδρα καὶ ἐπίνομα, εἰσελάσει τε καὶ ἐξελάσει ἀπό τε νομῶν καὶ ἐπὶ νομὰς, ἀναπαύσει τε καὶ ἀποκινήσει καὶ ἀνακαλέσει, ὀλίγα μὲν τῇ [f] βακτηρίᾳ· τὰ πολλὰ δ' τῇ σύριγγι. ἄλλο δὲ οὐδὲν ἔργον εἶναι τῷ ποιμένι, ἢ τῷ βουκόλῳ, πλὴν
D ὅσον βραχέα προσπολεμῆσαι τοῖς λύκοις g καὶ πού τι καὶ ἀῤῥωστοῦν ἐπισκέψασθαι· τὰ πολλὰ δὲ αὐτῷ μελήσει δρῦς, καὶ σκιὰ, καὶ δόνακες, καὶ ἐν καλῷ τῆς πόας καλαικλιθῆναι, καὶ παρὰ ψυχρὸν ὕδωρ, καὶ ὑπὸ ταῖς αὔραις σχεδίᾳ στιβάδα, καὶ που τι καὶ ἐρωτικὸν ᾆσαι, [h] μετὰ

a

g

h

ob claritatem & famam talibus pietatis oſtentationibus partam, quâ aliis tantis muneribus digni videntur & ad ea aſſumuntur. Ut intelligatur hic locus, obſervandum eſt id quod anteà dixit Gregorius. Itaque ait eſſe homines, qui cùm aliis nihilo meliores, imo pejores ſint, ſacerdotium velut principatum ambiunt; deinde dixit ipſos tam multos eſſe, ut jam numero ſuperent eos, quibus imperant, atque etiam brevi futurum, ut neminem habeant cui præſint. Tum denique Theologus exclamat; *Miſeri pietate*, quam aut vulgarem vix, aut fortè nullam habent: & *dignitate infelices*, ſeu imperio, ſeu ſplendore, quem jam fere nullum, ac brevi omnino nullum habituri ſunt. *Diaconos*, inquit Hieronymus, *Ep.* 101. *al.* 85. *paucitas venerabiles, preſbyteros turba contemptibiles facit.* Hac interpretatione plana ſunt omnia; omnia cohærent, ſuperiora cum mediis, media cum & proximè ſequentibus.

(*a*) Ὡς φησιν ἡ ἐπαγγελία. Deeſt in pluribus regg. Jeſ. & Or. 1.

(*b*) Τὸν κολοφῶνα. Colophonem, ait Gabrielius, » pro extrema cujuſque rei parte poni, nemo eſt qui » neſciat ». Tum refert σχόλιον, quod reperit in vetuſtiſſimo codice: κολοφῶνα λέγουσι τὸ ἀκρότατον καὶ τὸ κεφάλαιον ἀπὸ ταύτης ἱστορίας, &c. (Scholium iſtud non in uno tantum vetuſtiſſimo codice, ſed in plurib. Regiis & Colb.) *Colophonem vocant extremam ac ſummam cujuſque rei partem.* Hinc veteres proverbii loco dixere κολοφῶνα ἐπιτιθέναι faſtigium imponere. Sic Demoſthenes Ep. 3. ad Dionyſium. Alia addi poſſent exempla. Verùm hîc gravis occurrit difficultas, quomodo Theologo dicere licuerit, ſe ad *ſummam extremamque partem* orationis perveniſſe, cùm nequidem ſit pars decima? vix enim initium iſtud eſt, nedum apex & faſtigium. Quapropter malim cum Billio vertere: *Colophona vocant quod velut arx & caput eſt.* Sin autem vocem λόγου, non *ſermonem* vel *orationem* interpreteris, ſed *rationem*, quam reddit fugæ ſuæ Gregorius, intelligas, favet: τὸ τελευταῖον Gregorii, & Baſilii verba. ὁ δὲ τελευταῖον καὶ μεῖζον αἴτιον δηλόνοτι τῆς ἀπειθείας· ἐπ' αὐτὸν, φησὶ, τὸν κολοφῶνα τοῦ λόγου παραγίγονα· ἐκ παροιμίας καὶ τοῦτο· εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν μεγάλων, καὶ ἀναντιῤῥήτων, καὶ μεγάλην ἰσχὺν ἐχόντων. *Poſtrema, & quidem cæteris major, cauſa nimirum inobedientiæ. Ad ipſum jam, inquit, Colophonem orationis jam deveni. Proverbium iſtud eſt, diciturque de graviſſimis minimè dubiis ac ſine controverſia, & quæ vim longè maximam habent.*

(*c*) Τηλικούτων. Ita Coisl. 1. & ſex Colb. ed. τηλικοῦτον.

(*d*) Καὶ πιότατον. Gloſſa videri poſſit addita à Pariſienſibus ex Billio. Hanc tamen duo codices exhibent.

(*e*) Ἔνυδρα. Coisl. 2. εὔυδρα, ſic Or. 1. & Elias.

(*f*) Βακτηρίᾳ. *Pedo*, minus propriè de armentario. Ruf. *virgâ.* Gab. *bacillo.*

(*g*) Καί που τι. Cum unico accentu, plures habent codd.

(*h*) Μετὰ τοῦ κιθαρίζειν. Deeſt. in octo Regg. quatuor Colb. Jeſ. Or. 1. &c. *Cum ciſſybio*, haud quidem ut

τοῦ

τοῦ κισσυβίου, καὶ προσλαλῆσαι ταῖς βουσὶν, ἢ τῇ ποίμνῃ· καὶ τούτων αὐτῶν [a]θοινήσασθαι ἢ [b]ἀποδόσθαι τὸ πιότατον. ἀρετῆς δὲ [b]οὐδείς πω ποιμνίων ἢ βουκολίων ἐφρόντισε· τίς γὰρ καὶ [c]ἀρετὴ τούτων; ἢ [c]τίς τὸ ἐκείνοις καλὸν πρὸ τῆς ἰδίας ἡδονῆς ἐσκέψατο;

ciſſybio cantillare, ac oves vel boves alloqui, & ex his etiam pinguiſſimas quaſque comedere, aut pretio addicere. Virtutis verò gregum aut armentorum ne leviſſima quidem ullum unquam cura tetigit. Quæ enim virtus eorum eſſe queat? aut quis eorum commodum potiùs quàm voluptatem ſuam ſpectavit?

ι. Ἀνθρώπῳ δὲ χαλεπὸν ὄντος τὸ εἰδέναι ἄρχεσθαι, [d]κινδυνεύει πολλῷ χαλεπώτερον εἶναι τὸ εἰδέναι ἄρχειν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα δὴ [e]ἀρχὴν ταύτην τὴν ἡμετέραν, τὴν ἐν νόμῳ θείῳ, καὶ πρὸς Θεόν ἄγουσαν, ἧς ὅσον τὸ ὕψος καὶ τὸ ἀξίωμα, τοσοῦτος καὶ ὁ κίνδυνος τῷ γε νοῦν ἔχοντι. ὃν γε πρῶτον μὲν δέησει καθάπερ ἄργυρον ἢ χρυσὸν, πανταχόθεν [f]στρεφόμενον, καὶ ἐν [f]παντοίοις καιροῖς καὶ πράγμασι, μηδαμοῦ κίβδηλον ἔχειν ἢ ὑπόχαλκον, μηδέ τι φέρειν ἐν ἑαυτῷ ὕλης τῆς χείρονος, καὶ θερμοτέρου πυρὸς ἀξίας· ἢ τοσούτῳ μεῖζον ἔσαι κακὸν, ὅσῳ περ ἂν [g]ἀρχὴ πλειόνων. εἴπερ καὶ μείζων, τῆς περὶ ἕνα ἱσαμένης πονηρίας, ἢ εἰς πολλοὺς ὁδεύουσα.

X. At verò homini, cùm difficile ſit ſcire parere, tum multò difficilius eſſe videtur, ſcire hominibus imperare, ac præſertim in hoc noſtro imperio, quod in lege divina ſitum eſt, & ad Deum ducit: cujus quò majus eſt faſtigium, majórque dignitas, eò etiam majus periculum eſt, prudenti utique homini & cordato. Quippe cui primùm illud curandum erit, ut argenti atque auri inſtar, omni ex parte verſatus, atque in omnibus temporibus & rebus, nuſquam adulterinum aut ſubæratum quiddam tinniat, nihilque deterioris materiæ, flammáque acriori dignæ, in ſeipſo geſtet: nam alioqui tantò gravius malum fuerit, quantò pluribus imperarit. Siquidem major eſt ea improbitas, quæ ad multos ſerpit, quàm ea quæ in uno defixa hæret.

Difficile parere, difficilius imperare Chriſtianis maximè.

Prima Paſtoris cura.

I. Cor. III. 12 *& ſeq.*

ια. Οὐ γὰρ οὕτως οὔτε δυσοποιοῦ βαφῆς μεταλαμβάνει ῥᾳδίως ὕφασμα, οὔτε δυσωδίας ἢ τοῦ ἐναντίου τὸ πλησιάσαν, οὔτε νοσερά τις οὕτως εὐκόλως ἀναχεῖται εἰς τὸν ἀέρα, καὶ διὰ τοῦ ἀέρος ὁμιλεῖ τοῖς ζώοις ἀτμὶς, ὃ δὴ [h]λοιμός ἐσί τε καὶ ὀνομάζεται, ὡς [i]φιλεῖ τάχιστα τῆς τοῦ [i]προεστῶτος κακίας ἀναπίμπλασθαι τὸ ὑπήκοον, καὶ πολλῷ γε ῥᾷον ἢ τοῦ ἐναντίου, τῆς ἀρετῆς. τοῦτο γάρ [k]ἐσιν [k]ὃ μάλιστα πλεονεκτεῖ τὴν καλοκαγαθίαν ἡ πονηρία, καὶ ὃ μάλιστα ἐγὼ δυσχεραίνω καταγνοῦν, ὅτι εὐζήλωτον μέν τι καὶ [l]πρόχειρον πρᾶγμα ἡ μοχθηρία, καὶ οὐδὲν οὕτω ῥᾴδιον ὡς τὸ γενέσθαι κακὸν, [m]κἂν εἰ μὴ τύχοι [n]πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἄγων μηδείς· σπάνιον δὲ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ κτῆσις καὶ προσαντες, κἂν εἰ πολὺ τὸ μεθέλκον εἴη καὶ προκαλούμενον. καὶ τοῦτό ἐσιν ὅ μοι δοκεῖ καὶ ὁ μακαριώτατος Ἀγγαῖος κατανοήσας ἐπὶ τὴν θαυμασίαν ἐκείνην ἐλθεῖν καὶ ἀληθεσάτην εἰκόνα· [o]ἐρωτήσατε

XI. Neque enim vel indelebilem tincturam pannus, vel fœtidum aut ſuavem odorem res admotæ ita facilè contrahunt, vel exitialis quidam vapor tam facilè in aërem diffunditur, ac per aërem animantia occupat, quod quidem peſtis & eſt & appellatur, quàm ſubditi, Antiſtitis improbitate celerrimè impleri ſolent, & quidem multò faciliùs quàm virtute. Hoc enim eſt, in quo improbitas probitatem maximè ſuperat, & quod ipſe mecum reputans, indigniſſimè atque acerbiſſimè fero; quòd cùm res quædam ad imitandum prona & expedita ſit improbitas, nec quicquam tam facile ſit, quàm malum fieri, etiamſi nemo ducem ſe nobis ad vitium præbeat, rara tamen & ardua eſt virtutis adeptio, quamlibet etiam multa ſint, quæ nos ad eam trahant & invitent. Quod etiam ipſum à beatiſſimo Aggæo animadverſum mihi fuiſſe videtur, cùm admirandâ illâ & veriſſimâ imagine uteretur: *Interrogate legem Sacerdotes, Si tulerit homo carnem ſanctificatam in veſtimento ſuo, & tetigerit cibum aliquem*

Paſtoris vitium facilè, virtus ægrè communicatur.

Agg. II. 12. *& ſeq.*

organo muſico, ſed eo ad latus pendente; nam ciſſybium eſt poculi genus paſtorum proprium, ἀπὸ τοῦ κισσοῦ, quod ab hedera fieri, vel circumdari ſoleret.

(*a*) Θοινήσασθαι. Exponunt Colb. m. & Or. 1. τροφὴν προσενέγκασθαι, id eſt, *cibos & pabula præbere.*

(*b*) Οὐδείς πω ποιμνίων. *Virtutis verò gregum*, &c. Sic Elias, Ruffin. Oliv. & Gab. Gregorii verba interpretantur. Billius verò curam ad gregem refert, & ſic vertit: *virtutis porrò ne leviſſima quidem cura gregem ullum aut armentum unquam tetigit.*

(*c*) Τίς τὸ ἐκείνοις. Deeſt τίς in ſex Regg. pleriſque Colb. Jeſ. Or. 1. habent tamen alii non pauci. Pro ἐκείνοις, Reg. I. habet ἐκείνης, nempe πρίμνης.

(*d*) Κινδυνεύει. Coisl. 1. κινδυνεύσῃ.

(*e*) Ἀρχὴν ταύτην. Petav. T. III. lib. 3. Eccleſ. Hier. n. 11. p. 857. *præſertim tali imperii genere, cujuſmodi eſt noſtrum, quod in lege divina poſitum eſt, & ad Deum perducit. Cujus imperii quanta eſt ſublimitas*, &c. Quibus verbis ſacerdotii poteſtatem contra Salmaſium demonſtrat.

(*f*) Παντοίοις. *In cujuſvis generis temporibus & negotiis.* Comb.

(*g*) Ἀρχὴ. Reg. 1. ἄρχει, non malè.

(*h*) Λοιμός ἐσί τε. Alii codices, λοιμὸς ἔσι τι.

(*i*) Προεστῶτος. *Antiſtitis*, quæ vox de omnibus qui præſunt, ſive epiſcopis, ſive ſacerdotibus eſt intelligenda. Hinc Gabrielius, magis adhuc generatim. *Principum vitiis infici ſolet tota civitas.*

(*k*) Ὃ μάλιστα. Sic ſept. Regg. Colb. quatuor. Or. 1. Jeſ. Baſ. Chryſ. Hom. 2. *de Statuis*: ἔν ἐσιν, ὃ δοκεῖ τὴν πονηρίας πλεονεκτεῖν ὁ πλοῦτος. Alii habent ᾧ μάλιστα. Sed perinde eſt.

(*l*) Πρόχειρον. Similia habes in Or. al. 22. nunc 14. n. 6.

(*m*) Κἂν. Alii codices κἂν εἰ.

(*n*) Πρὸς ταύτην. Coisl. 1. πρὸς τοῦτο.

(*o*) Ἐρωτήσατε ἱερεῖς, &c. LXX. habent ἐπερώτησον τοὺς

aut potionem, aut vas denique aliquod, nunquid ſanctificabit id quod admotum fuerit? Quòd cùm pernegaſſent, *Interrogate rurſus*, inquit, *ſi quid horum rei pollutæ admotum fuerit, nunquid non contaminabitur?* tanquam videlicet id immunditiæ particeps eſſe, atque ob hujuſmodi contactum puritatem ſuam amittere, haud dubiè affirmaturi ſint.

XII. Quibus verbis, meâ quidem ſententiâ, hoc ſignificat, hanc virtutis naturam eſſe, ut eam homines, non facili negotio conſequi poſſint: quemadmodum nec humida materia ignem facilè concipere ſolet: contrà ad vitium contrahendum homines maxima ex parte promptos & idoneos eſſe, non ſecus, ut opinor, ac ſtipula quædam ad ſcintillam & ventum ob naturæ ſiccitatem facilè accenditur atque conſumitur. Citiùs enim exiguum vitium uberrimè largiſſiméque quiſpiam perceperit, quàm ingentem & copioſam virtutem parcè ac tenuiter. Nam & parum abſinthii amaritudinem ſuam melli celerrimè impertit: cùm contrà mel, ne duplâ quidem parte copioſius, dulcedinem ſuam abſinthio infundat; ac parvo quidem lapide ſubmoto flumen totum in pronum trahitur: ejuſdem autem impetus firmiſſimo etiam aggere cohiberi reprimíque vix poteſt.

Vitium largiter, virtus parcè communicatur.

XIII. Hoc igitur primum ex his quæ diximus cavendum eſt, ne admirandæ virtutis mali pictores exiſtamus, aut, ut rectiùs loquar, pictorum non fortaſſe malorum, multorum quidem certè, malum exemplar: aut à paroemia non longè recedamus, aliis mederi tentantes, cùm ipſi ulceribus ſcateamus.

Quid primò cavendum Paſtori.

XIV. Deinde, ut etiam ſeſe aliquis ab omni peccati labe purum conſervet, aut

Parum eſt Paſtorem non eſſe malum.

ἱερεῖς νόμον, λέγων, &c. Legem ex arbitrio interpretari non licet, ſed adeundi ſacerdotes. *Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam & legem requirent ex ore ejus.* Malach. II. 7.

(a) Τί τοῦτο λέγων; *Quorſum hæc illius ſpectat oratio? nempe eodem quo mea.*

(b) Καλάμη τις. Non immeritò Gabrielius Gregorium ad hæc Pſal. LXXXII. 12. verba, *ſicut ſtipulam ante faciem venti*, alludere arbitratur.

(c) Ὡς τάχιστα. Sic Regg. l. t. Colb. 1. m. &c. ὡς deeſt in Baſ. & Par.

(d) Ελκύσειεν ἄν. Reg. t. ἑλκύσει ἐπὶ. abeſt ἄν à Reg. l. & Colb. 1. m.

(e) Πρῶτον μὲν δὴ τοῦτο, &c. locus quidem ille intellectu difficilis, & multum interpretes torſit. Sic illum vertit Gabrielius: *primum igitur eorum, quæ diximus, id opere pretium eſt cavere, ne virtutis quæ ſummâ eſt admiratione digna, mali videamur eſſe pictores, vel potius pictorum non malorum fortaſſe, multorum certè quidem, malum exemplar, neve illud in nos cadat proverbium: qui alios curare profitentur, ipſi ſcatent ulceribus.* Legendum, ὡς εἴπομεν conjiciebat vir doctus. Sic *ſenſus apertus*, ipſi videbatur, & *commodus*. Quod ille optavit, reperimus in Reg. l. ὃ εἴπομεν. iſtud ὅ, certè eumdem, vel etiam meliorem ſenſum efficit. Cæterum hæc verba: *primum illud quod diximus*, &c. manifeſtè referuntur ad illa n. 10. *primum illud curandum*, &c.

Abbas Sancygiranenſis Billii verſionem ſic emendat: *pictores fortaſſe non mali, totius autem populi malum exemplar.* Planior interpretatio, ſed mutandus eſſet textus.

Baſilius eodem penè ſenſu ſic exponit: *ut Prælati pictores, imo pictoribus non malis exemplaria virtutis ſermone quidem exiſtant; at opere multis iidem ſint archetypum pravitatis.* Eò ferè redit optimum codicis Or. 1. affixum margini ſcholium: ὅτι ὁ ζωγράφος τὴν εἰκόνα πρὸς τὸ παράδειγμα, ἤγουν ἀρχέτυπον ἐργάζεται· ὑμεῖς δὲ οὐκ εἰκόνες ἐστέ· ἀλλὰ αὐτὰ τὰ παραδείγματα, ἤγουν ἀρχέτυπα εἰς τὸ κάκιον. *Ad exemplar namque, ſive archetypum imaginem pictor exprimit. Vos autem non imagines, verùm ipſa quoque exemplaria, ſeu pravatis archetypa eſtis.*

Combefiſius verò, in Gregorii recenſiti ſuperſtitibus ſchedis nondum editis, ſic vertit: *hoc igitur primum ex his quæ diximus, cavendum eſt, ne admirandæ virtutis mali pictores exiſtamus; aut, ut rectius loquar, pictorum non fortaſſe malorum, multorum certè malum exemplar, &c.*

Demum ſic rectè intelligi poteſt hic locus repetendo ἀρχετύποι, *ut Prælati ſermone quidem ſint probis hominibus, ſeu pictoribus, exemplar virtutis, adeoque bonum; opere verò multitudini, quæ non verbis, ſed exemplis movetur, archetypum pravitatis exiſtant.*

(f) Ὧν εἴπομεν. Sic omnes fèrè codices. Unus tamen Reg. l. habet ὃ εἴπομεν, quæ lectio melior videtur.

(g) Φαινώμεθα. Duo Colb. Φανοίμεθα.

(h) Φαῦλον ἀρχέτυπον. Reg. t. & Colb. m. habent, Φαῦλον ὄντες ἀρχέτυπον.

(i) Αλλους ἰατρεύειν. Alludit ad hæc verba cujuſdam Poetæ apud Plut. de dignoſcendo aſſentatore ab amico: ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. *Aliorum medicus, ipſe ulceribus ſcatens.*

(k) Εἰ δέ τις ἀγνὸν. Hîc Or. 1. ad marginem: τὰ τῇ ἀληθῶς Επίσκοπα ἰδιώματα. *Ejus qui reipsâ*, (non nomine tantum,) *eſt Epiſcopus, proprietates.*

(l) Η ὡς μάλιστα. *Aut quàm maximè*; id eſt, juxta Eliam, *& quàm maximè.*

ιε. [a] Τί τοῦτο λέγων; ὅπερ ὁ ἐμὸς λόγος· ὅτι δύσληπτον μὲν τὸ ἀγαθὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ὥσπερ καὶ πῦρ ὕλῃ τῇ ὑγροτέρᾳ· ἕτοιμοι δὲ πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ μετουσίαν οἱ πλεῖστοι καὶ ἐπιτήδειοι, [b] καλάμη τις πρὸς σωτηρίαν, οἶμαι, καὶ ἄνεμον ῥᾳδίως ἐξαπλομένη καὶ δαπανωμένη διὰ ξηρότητα· θᾶττον γὰρ ἄν τις ὀλίγης κακίας μεταλάβοι πλουσίως, ἢ ἀρετῆς βαθείας κατὰ μικρόν. ἐπεὶ καὶ μέλιτι μὲν, μικρὸν ἀψίνθιον [c] ὡς τάχιστα μεταδίδωσι τοῦ πικροῦ· μέλι δ', οὐδὲ τὸ διπλάσιον, ἀψινθίῳ τῆς ἑαυτοῦ γλυκύτητος· καὶ μικρὰ μὲν ὑποσωσθεῖσα ψηφὶς πολαμὸν ὅλον [d] ἑλκύσειεν ἂν ἐπὶ τὸ πρανὲς, ἐπισχεῖν δὲ ἢ ἀνακόψαι, μόλις ἂν δυνηθείη καὶ τὸ καρτερώτατον ἔρυμα.

ιϛ. [e] Πρῶτον μὲν δὴ τοῦτο, [f] ὧν εἴπομεν, εὐλαβεῖσθαι ἄξιον, μὴ [g] φαινώμεθα τῆς θαυμασίας ἀρετῆς κακοὶ ζωγράφοι, μᾶλλον δὲ ζωγράφων οὐ φαύλων ἴσως, τῶν δὲ πολλῶν [h] φαῦλον ἀρχέτυπον· ἢ τῆς παροιμίας μὴ πόῤῥω θέωμεν, [i] ἄλλους ἰατρεύειν ἐπιχειροῦντες αὐτοὶ βρύοντες ἕλκεσι.

ιζ. Δεύτερον δὲ, [k] εἰ καί τις ἁγνὸν ἑαυτὸν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας τηρήσειεν, [l] ἢ ὡς μάλιστα,

οὐκ οἶδα μέν, εἰ καὶ τοῦτο αὐταρκες τῷ μέλ-
a λοντι τοὺς ἄλλους παιδεύειν [a] πρὸς ἀρετήν· οὐ
γὰρ μὴ κακὸν εἶναι δεῖ μόνον τὸν τοῦτο πε-
πισευμένον, τοῦτο μὲν γὰρ καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα
τοῖς πολλοῖς αἴσχισον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀγαθῷ
διαφέροντα, κατὰ τὴν, ἐκκλίνειν ἀπὸ κακοῦ
καὶ ποιεῖν ἀγαθὸν, κελεύουσαν ἐντολήν· οὐδὲ
τοὺς φαύλους ἐξαλεῖψαι τῆς ψυχῆς τύπους
μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀμείνους ἐγγράψασθαι,
ὡς πλέον κατ' ἀρετὴν προέχειν, ἢ ὁπόσον
περίεσιν ἀξιώμαλι· καὶ μηδὲν μέτρον εἰδέναι
τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀναβάσεος· μηδὲ κέρδος
μᾶλλον τὸ κρατηθὲν, ἢ ζημίαν τὸ διαφεῦγον·
ἀλλ' ἐπίβασιν ἀεὶ ποιεῖσθαι τὸ ἐν ποσὶ τοῦ
b [b] ἐξῆς· καὶ μὴ μέγα νομίζειν ἂν τῶν πολλῶν
διαφέρωμεν, ἀλλὰ ζημίαν, ἂν τῆς ἀξίας
c [c] λειπώμεθα· καὶ τῇ ἐντολῇ παραμετρεῖν,
ἀλλὰ μὴ τοῖς πέλας, τὸ καλορθούμενον, ἄν
τε ὦσι κακοὶ, ἄν τε ἀρετῆς ἐπὶ πόσον ἥκον-
d τες· καὶ μὴ μικροῖς [d] σταθμοῖς ζαλαντεύειν
e τὴν ἀρετὴν, [e] τῷ μεγίστῳ, καὶ παρ' οὗ τὰ
πάντα, καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα χρεωστουμένην.

quàm maximè; haud tamen ſcio ídne ei ſufficiat, qui alios ad virtutem erudire parat. Neque enim ab eo qui hanc curam ſuſcepit, hoc ſolum requiritur, ut malus non ſit, malum enim eſſe, plerique etiam è vulgo turpiſſimum cenſent: verùm etiam ut virtute præſtet, juxta illud Scripturæ præceptum, quo *declinare à malo, & bonum facere* jubemur. Nec ut vitioſas animæ notas duntaxat expungat, verùm ut meliores etiam inſcribat, ita ut magis virtute antecellat, quàm honore ac dignitate ſuperet; nec modum ſibi ullum honeſtè vivendi, atque altiùs aſcendendi conſtituat; nec lucro potiùs, id quod arripuit, quàm damno, id quod effugit, deputet: verùm quòd præ pedibus eſt, gradum ad id quod deinceps ſequitur, eſſe arbitretur: nec virtute vulgus anteire, magnopere amplum atque illuſtre judicet: verùm detrimento ducat, ſi à ſuſcepti muneris dignitate abſit: ſícque ſe comparet, ut, quod ex virtute gerit, ad legis divinæ normam, non autem ad alios, ſive mali illi ſint, ſive nonnihil in virtute proceſſerint, expendat: nec virtutem, quæ Deo optimo maximo, à quo omnia, & in quem omnia, debetur, exiguâ lance ponderet.

Summâ virtute opus eſt. Pſ. xxxvi. 27. Semper in ea proficiat. Ph. iii. 7. II. Cor. x. 12. & 13. Rom. xi. 35.

ιε. Μηδὲ τὰ αὐτὰ πᾶσιν ἁρμόζειν οἴεσθαι,
f ὥσπερ οὐδὲ [f] ἡλικίαι πᾶσιν αἱ αὐταί, οὐδὲ
g προσώπων χαρακτῆρες, οὐδὲ ζώων [g] φύσεις,
οὐδὲ γῆς ποιότητες, οὐδὲ κάλλη τε καὶ μεγέ-
θη λαμπήρων· ἀλλ' ἡγεῖσθαι ἰδιώτου μὲν
εἶναι κακίαν τὸ φαῦλα πράσσειν, καὶ ὅσα κολά-
i h σεως [h] ἄξια, ὧν [i] καὶ ὁ νόμος βαρὺς δεσπότης·
ἄρχοντος δὲ, ἢ προεστῶτος, τὸ μὴ ὡς ἄριστον
k εἶναι, καὶ ἀεὶ τῷ καλῷ [k] προβαίνοντα, εἴπερ
μέλλοι τῷ περιόντι τῆς ἀρετῆς ἕλξειν τοὺς πολ-
l λοὺς εἰς τὸ μέτριον, καὶ μὴ βίᾳ [l] κατάρξειν,
ἀλλὰ πειθοῖ προσάξεσθαι. τὸ μὲν γὰρ ἀκού-
m σιον, [m] πρὸς τὸ τυραννικὸν εἶναι, καὶ οὐκ
n ἐπαινετὸν, οὐδὲ [n] μόνιμον. φιλεῖ γὰρ τὸ βιασ-
o θὲν, [o] ὥσπερ φυτὸν βίᾳ χερσὶ μετασχώμενον,
εἰς ἑαυτὸ πάλιν ἀφεθὲν ἀνατρέχειν· τὸ δ' ἐκ
προαιρέσεως, ἐννομώτατόν τε ἅμα καὶ ἀσφα-

XV. Nec eadem omnibus convenire putet, quemadmodum nec ſtaturæ omnibus eædem ſunt, nec oris lineamenta, nec animantium naturæ, nec terræ qualitates, nec eadem ſiderum omnium pulchritudo & magnitudo; verùm privati quidem hominis vitium eſſe exiſtimet, turpia ſupplicióque digna, & quorum lex dura & gravis domina eſt, perpetrare: Præfecti autem vel Antiſtitis, non quàm optimum eſſe, nec novas ſubinde virtutum acceſſiones facere; ſi quidem virtutis ſuæ præſtantiâ multitudinem ad mediocritatem tracturus ſit, ac non per vim imperaturus, ſed perſuaſione allecturus. Nam quod vi ac neceſſitate exprimitur, præterquam quòd tyrannicum eſt, miniméque laudandum, ne firmum quidem ac ſtabile eſt. Solet enim id cui vis adhibita eſt, non ſecus ac planta per vim manibus inflexa, ſimul ut dimiſſum fuerit, ad ſe rurſum redire: quod autem à libera volun-

I. Cor. xv. 41.

Præſulis vitium eſt non eſſe quàm optimum.

Nihil coactum diuturnum.

(*a*) Πρὸς ἀρετὴν. Ita Reg. I. Comb. verò εἰς ἀρετὴν, in Reg. r. utraque deeſt præpoſitio, ſicut & paulopoſt, δεῖ.

(*b*) Ἐξῆς. Plures codices habent, ἐφεξῆς.

(*c*) Λειπώμεθα. Sic ſeptem Regg. quatuor Colb. Or. 1. Sic Billius emendaverat in Baſ. in quo, ſicut & in Par. legitur, ἀπολειπώμεθα, quod nec à Montacutio, nec à Pariſienſibus obſervatum.

(*d*) Σταθμοῖς. Colb. 3. μίτροις.

(*e*) Τῷ μεγίστῳ. Reg. a. ϗ τῷ.

(*f*) Ἡλικίαι πᾶσιν. Reg. n. habet πᾶσαι. *ætates omnes.*

(*g*) Φύσεις. *Naturæ.* Comb. *indoles.*

(*h*) Ἄξια. Deeſt in ſex Regg. in Colb. ſeptem. Jeſ. Or. 1. Præclaram hanc ſententiam ad verbum penè deſcripſit in ſua ad Imperatorem admonitione Agapetus: *Privati quidem*, ait, *hominis vitium habendum eſſe, mala & ſupplicio digna facere; Principis autem & Præſidentis non vel optimum eſſe.*

(*i*) Καὶ ὁ νόμος. Alludit ad hæc verba Apoſt. ad Gal. v. 23. *adversùs hujuſmodi non eſt lex.*

(*k*) Προβαίνοντα. Duo Regii, Comb. διαφέροντα quæ vox ſignificantior: *ut non ſolum proficiat, ſed ut proficiendo etiam excellat.*

(*l*) Κατάρξειν. Sic quatuor Regii, duo Colb. Coisl. Paſſ. Baſ. Billius ad oram Baſ. ſcripſerat καθείρξειν, *per vim cohibiturus*, quod nimium faciles admiſerunt Pariſienſes.

(*m*) Πρὸς τὸ. Sic plures cod. Coisl. 1. Ed. πρὸς τῷ.

(*n*) Μόνιμον. Reg. r. νόμιμον; non malè forſan, ſi ἐννομώτατον ſequens attendas. Unde Gabr. *maximè legitimum.*

(*o*) Ὥσπερ φυτὸν. Elegans hîc plantæ ſimilitudo, quâ non ſemel uſus eſt Greg. Vide Orat. vi. al. xii. num. 8. & Orat. xxiii. al. xiii. num. 1. Ut enim, Orat. xii. al. viii. num. 5. βουλόμενον, ὡ τυραννευμένων ἐστὶ τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον, *volentium, non coactorum eſt ſalutis myſterium*; ita & Or. xxxi. al. xxxvii. num. 25. *nihil enim eſt tam voluntarium quàm religio.*

tate proficiſcitur, æquiſſimum ac firmiſſimum eſſe ſolet, utpote benevolentiæ vinculis adſtrictum atque conſervatum. Ac proinde vel maximè id lex noſtra & legiſlator noſter ſanxit, ut grex non coactè, ſed ſponte ac libenti animo paſcatur.

1. Pet. v. 2.

Quantâcumque ſcientiâ & virtute quis ſit inſtructus, præeſſe aliis reformidet.

XVI. Sed ſit ſanè aliquis, non modò à vitiorum contagione purus, verùm ad ſummum etiam virtutis faſtigium evectus; haud equidem video quânam ſcientiâ inſtructus, aut quibus viribus fretus, hujuſmodi præfecturam intrepidè ſuſcipere queat. Nam profectò ars quædam artium, & ſcientia ſcientiarum, mihi eſſe videtur, hominem regere, animal omnium maximè varium & multiplex. Id porrò hac demum ratione quiſpiam perſpexerit, ſi animarum curandarum rationem cum corporum medicina contulerit, quantóque hæc noſtra laborioſior, quàm illa, ſit, expenderit, ac, tum materiæ naturâ, tum artis facultate, tum actûs fine, præſtantior. Illius enim labor circa corpora verſatur, fragilémque hanc & humi labentem materiam, omninò tandem interituram, eáque, quæ fert ipſius conditio, perpeſſuram, etiamſi artis ſubſidio diſſidium illud, quo laborant, nunc ſuperet. Eam enim, aut morbi vis, aut tempus extinguet, naturæ legi cedentem, nec fines ſuos excedentem.

Regere animas ars eſt artium.

Animarum quàm corporum cura difficilior.

Animarum ars medica.

XVII. At hujus ſtudium atque opera in anima ponitur, quæ ex Deo eſt, atque divina, ſupernæque nobilitatis particeps, ad eámque properans; tametſi viliori interim ac deteriori aſtricta ſit. Cujus rei multæ quoque aliæ fortaſſe cauſæ ſunt, quas ſolus Deus, qui hæc adſtrinxit, cognitas & exploratas habet, aut ſi quis hujuſmodi myſteriorum ſcientiam divinitus eſt conſecutus: quantum autem ego, meíque ſimiles, cognitione aſſequimur, duplici causâ id factum eſt; altera, ut per concertationem & *collactationem* cum rebus inferioribus ad ſupernæ gloriæ hæreditatem perveniat, rebus ſcilicet fluxis & fragilibus, non ſecus atque aurum igne, probata & explorata, eáque, quæ in ſpe poſita ſunt, non ſolùm ut Dei beneficium, ſed etiam ut virtutis præmium obtineat. Atque hoc ipſum erat ſummæ bonitatis, efficere ut bonum eſſet

Cur anima juncta ſit corpori. Prima cauſa.

Eph. VI. 12.

Superna gloria eſt ſimul donum Dei & virtutis præmium.

λέσατον, εὐνοίας δεσμῷ τηρούμενον. ὅθεν δὴ καὶ μάλιστα, ποιμαίνειν τὸ πόιμνιον ἑκουσίως, ἀλλὰ μὴ ἀναγκαστῶς, ὁ ἡμέτερος διακελεύεται νόμος καὶ νομοθέτης.

ις. Αλλ' ἔστω τις μήτε κακὸς, καὶ ἀρετῆς ἥκων εἰς τὸ ἀκρότατον· οὐχ ὁρῶ τίνα λαβὼν ἐπιστήμην, ἢ ποιᾳ δυνάμει πιστεύσας, ταύτην ἂν θαρρήσειν τὴν προσταστίαν· πρῶτόν γὰρ αὕτη μοι φαίνεται τέχνη τις εἶναι τεχνῶν, καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν, ἄνθρωπον ἄγειν, τὸ [a] πολυτροπώτατον ζῶον, καὶ ποικιλώτατον. γνοίη δ' ἄν τις τῇ τῶν σωμάτων θεραπείᾳ, τὴν τῶν ψυχῶν ἰατρείαν ἀντεξετάσας· ἧ [b] ὅσῳ μὲν ἐργώδης ἐκείνη καταμαθὼν, ὅσῳ δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς ἐργωδεστέρα προσεξετάσας, καὶ τῇ φύσει τῆς ὕλης, καὶ τῇ δυνάμει τῆς ἐπιστήμης, καὶ πρὸς τέλει τῆς ἐνεργείας τιμιωτέρα. ἡ μέν γὰρ περὶ [c] σώματα πονεῖται, καὶ τὴν ἐπίκηρον ὕλην καὶ κάτω ῥέουσαν, πάντως λυθησομένην καὶ πεισομένην [d] τὸ ἑαυτῆς, κἂν νῦν τῇ συμμαχίᾳ τῆς τέχνης κατακρατήσῃ τῆς [e] ἐν αὐτῇ σάσεως· ἢ γὰρ νόσος, ἢ χρόνος ἔλυσεν, εἴξασαν τῇ φύσει, καὶ τοὺς ἰδίους ὅρους οὐχ ὑπερβαίνουσαν.

ιζ. Τῇ δὲ, περὶ ψυχὴν ἡ σπουδὴ, τὴν ἐκ Θεοῦ καὶ θείαν, καὶ τῆς ἄνωθεν εὐγενείας μετέχουσαν, [f] καὶ πρὸς ἐκείνην ἐπειγομένην, εἰ καὶ τῷ χείρονι συνεδέθη· τάχα μὲν καὶ δι' ἄλλας αἰτίας, ἃς μόνος οἶδεν ὁ συνδήσας Θεὸς, καὶ εἴ τις ἐκ Θεοῦ τὰ τοιαῦτα ἐσοφίθη μυστήρια· ὅσον δ' οὖν ἐμὲ γινώσκειν καὶ τοὺς κατ' ἐμὲ, δυοῖν ἕνεκεν· ἑνὸς μὲν, ἵνα δι' ἀγῶνος καὶ πάλης, τῆς πρὸς τὰ κάτω, τῆς ἄνω δόξης κληρονομήσειεν, ὥσπερ χρυσὸς [g] πυρὶ, τοῖς τῇδε βασανισθεῖσα, καὶ ἀρετῆς ἆθλον, ἀλλὰ μὴ Θεοῦ δῶρον μόνον ἔχῃ τὰ ἐλπιζόμενα· καὶ [h] τοῦτο δὲ ἦν ἄρα τῆς ἄκρας ἀγαθότητος, ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν καὶ ἡμέτερον, οὐ φύσει μόνον κατασπειρόμενον, ἀλλὰ καὶ προαιρέσει γεωργούμενον, καὶ τοῖς ἐπ' ἄμφω τοῦ ἀντεξουσίου κινήμασιν· [i] ἑτέρου δὲ ὡς ἂν καὶ τὸ χεῖρον

(a) Πολυτροπώτατον ζῶον. Vera & plana lectio, quamvis altera, τῶν ζῶων in pluribus legatur codicibus.

(b) Ωσῳ. Reg. b m. utrobique ὅσον. Poſt alterum ὅσον, Reg. t. & Colb. m. δ' habent.

(c) Σώματα. Comb. τὰ σώματα. Ita Reg. l.

(d) Τὸ ἑαυτῆς. Sapienter & cautè obſervat Elias, dictum illud eſſe propter *veterem primorum noſtrorum parentum tranſgreſſionem, unde fluxit illa ſententia: terra es, & in terram reverteris.* Nam alioqui *Deus creavit hominem inexterminabilem.* Sap. II. 23.

(e) Εν αὐτῇ. Reg. b m. ἐν ἑαυτῇ.

(f) Καὶ πρὸς ἐκείνην. Citat hæc Juſtinianus Auguſtus ad Menam. Conc. ed. Lab. T. IV. p. 320.

(g) Πυρὶ. Delevimus τῷ autoritate quinque Regg. codd. ſex Colb. Or. 1.

(h) Τοῦτο δὲ ἦν. Comb. τοῦτο γὰρ ἦν. Sic Billius hunc locum verterat, Gregorii mentem non aſſecutus: *Quod etiam ipſum ſummæ ac ſingularis Dei bonitatis argumentum eſt, nimirum facere, ut virtus noſtra quoque aliqua ex parte ſit, &c.* Quaſi verò Deus boni partem faciat, nos alteram faciamus. Haud ita Gregorius. Sed *ſumma bonitas*, quæ Deus eſt, omnia opera noſtra in nobis operatur, & efficit ut bonum ſuum etiam ſit noſtrum, præbendo vires libero arbitrio, ut bonum operetur, & noſtrum ſit: *ſummâ bonitate* ita volente, non tantum *aliqua ex parte.* Nam ut Bernardi verbis utar, *non partim gratia, partim liberum arbitrium, ſed totum ſingula opere individuo peragunt. Totum quidem hoc, & totum illa; ſed ut totum in illo, ſic totum ex illa.* Ber. de grat. & lib. arb. n. 47.

(i) Ετέρᾳ δὲ ὡς. Ita Regii omnes, quinque Colb. Or. 1. Jeſ. Sed Par. & Baſ. δὲ πάλιν.

ἑλκύσειε

ἑλκύσειε πρὸς ἑαυτὴν καὶ ἄνω θείη, λύσασα κατὰ μικρὸν τῆς παχύτητος· ἵν' ὅπερ ἐστὶ Θεὸς ψυχῇ, τοῦτο ψυχὴ σώματι γένηται a παιδαγωγήσασα δι' ἑαυτῆς τὴν [a] ὑπηρέτιν ὕλην, καὶ οἰκειώσασα Θεῷ τὸ ὁμόδουλον.

A quoque noſtrum, non naturâ tantum inſertum, ſed etiam per voluntatem, liberíque arbitrii in utrámque partem motiones, excultum: altera rurſum, ut deteriorem quoque partem craſſitie ſuâ paulatim ſolutam, ad ſe pertrahat, atque in ſublimi collocet: ut, quod Deus eſt animæ, hoc anima ſit corpori, poſteaquàm ſcilicet materiam, quâ miniſtra utitur, domuerit, conſervúmque ſuum Deo adjunxerit.

Altera cauſa cur anima juncta ſit corpori.

ιη. Χώρας, καὶ καιροὺς, καὶ ἡλικίας, καὶ ὥρας, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ ἰατρὸς ἐπισκέψεται· φαρμακεύσει τε καὶ δίαιτήσει, καὶ τηρήσει B τὰ βλαβερὰ, ὡς ἂν μὴ ἀντιβῆναι τῇ τέχνῃ τὰς τῆς ἀῤῥωσίας ἐπιθυμίας· καὶ που καὶ καύσεσι, καὶ τομαῖς, καὶ τοῖς αὐστηροτέροις τῆς θεραπείας, ἔστιν ὅτε καὶ ἐφ' ὧν χρήσεται, ὧν b οὔπω τοσοῦτον οὐδὲν, κἂν [b] ἐπίπονα σφόδρα καὶ χαλεπὰ φαίνηται, ὅσον ἤθη, καὶ πάθη, καὶ βίους, καὶ προαιρέσεις, καὶ εἴ τι ἄλλο c [c] τοιοῦτο τῶν ἐν ἡμῖν, κατορθοῦσαί τε καὶ d ἰατρεῦσαι, καὶ πᾶν ὅσον θηριῶδες καὶ [d] ἄγριον ἐξορίσαντας τῆς συζυγίας τῆς ἡμετέρας, πᾶν C ὅσον ἥμερον καὶ Θεῷ φίλον ἀντεισαγαγεῖν τε καὶ βεβαιώσασθαι, καὶ βραβεῦσαι δικαίως ψυχῇ τε καὶ σώματι· μὴ τῷ χείρονι τὸ κρεῖττον δυνασεύεσθαι συγχωρήσαντας, ἥπερ ἀδικιῶν ἡ μεγίστη· τῷ δὲ ἄρχοντι καὶ ἡγεμονικῷ τὸ τῇ φύσει δεύτερον ὑποτάξαντας· ὥσπερ δὴ νόμος θεῖος, καὶ κάλλιστα ἔχων ἐπὶ πάσης e αὐτοῦ τῆς κτίσεως, ὅση τε ὁρατὴ, [e] καὶ ὅση ὑπὲρ τὴν αἴσθησιν.

Quid obſervandum corporum medico.

XVIII. Enimuero medicus, loca, & tempora, & ætates, & tempeſtates, cæteráque hujus generis inſpiciet, medicamenta etiam exhibebit, victúſque rationem præſcribet, ac noxia obſervabit, ut ne ægroti cupiditates arti obſiſtant. Ignem etiam interdum, & ferrum, atque aſperiora remedia nonnullis adhibebit: quæ tametſi perquàm laborioſa & moleſta eſſe videantur, nihil tamen eorum perinde arduum ac difficile eſt ut mores, & affectus, & vitas, & ſtudia atque inſtituta, & ſi quid aliud eorum, quæ in nobis ſunt, his ſimile eſt, conſpicere ac medicari, atque quicquid agreſte ac ferinum eſt, à conjunctione noſtra expellere, quicquid autem manſuetum, ac Deo charum eſt, inducere & confirmare, atque animæ & corporis cauſam juſtè diſceptare: ſic nempe, ut id, quod præſtantius eſt, deterioris imperio premi, quæ injuſtitia omnium maxima eſt, minimè patiamur; verùm ut ei, quod imperium, ac principatum tenet, id, quod naturâ inferius eſt, ſubjiciamus: Quæ quidem lex Dei eſt, in omnibúſque rebus ab ipſo conditis, tam quæ aſpectu ſentiuntur, quàm quæ oculorum ſenſum fugiunt præclariſſimè conſtituta.

Nihil iniquius quàm animam corpori ſubjicere.

ιθ. Σκοπῶ δὲ καὶ κεῖνο, ὅτι ἐκείνων [f] μὲν ἕκα- D f σον ὧν ἀπηριθμησάμην ὡς τῷ θεραπευτῇ [g] τη- g ρούμενον [h] ὅπως ἔχει φύσεως, οὕτω μένει καὶ h οὐδὲν ἀντιτεχνᾶται παρ' ἑαυτοῦ πανοῦργος, i [i] οὐδ' ἀντισοφίζεται τοῖς παρὰ τῆς τέχνης l k [k] προσαγομένοις· ἀλλὰ καὶ [l] περίεσι μᾶλλον τὴν ὕλην ἡ ἰατρεία· πλὴν εἴπου βραχεῖά τις παρεμπέσοι τοῦ κάμνοντος ἀταξία, ἣν καὶ φυλάξαι καὶ ἀνακόψαι οὐ χαλεπὸν. ἡμῖν m δὲ ἡ [m] σύνεσις καὶ τὸ φίλαυτον, καὶ τὸ νικᾶσ- n θαι ῥᾳδίως μήτ' εἰδέναι, μήτ' [n] ἀνέχεσθαι, E μέγιστον πρὸς ἀρετήν ἐστιν ἐμπόδιον, καὶ οἷον

XIX. Quin etiam illud mecum conſidero, quòd ea omnia, quæ modò enumeravi, ut quæ à medico obſerventur, ut naturâ ſe habent, ſic manent, nec contrà quicquam verſutè moliuntur, atque iis, quæ ab arte admoventur, ſubdolè ſeſe opponunt: quin potiùs materiam ipſam medicina colligit: niſi fortè ægroti culpa aliqua & temeritas incidat, quam etiam ipſam cavere ac reprimere haud magni negotii fuerit. At nobis ſagacitas & præpoſterus noſtri amor, &, quòd facilè cuiquam credere, nec ſcimus, nec ſuſtinemus, plurimum ad virtutem impedimenti affert, ac velut inſtructa quædam acies adverſus eos, qui

Quid ſalutem noſtram maximè impediat.

(a) Ὑπηρέτιν. Reg. z. ὑπερέτην.
(b) Ἐπίπονα σφόδρα. Reg. hu. πάνυ. Colb. 3. utrumque πάνυ σφόδρα καὶ.
(c) Τοιοῦτο. Sic ſeptem Regg. plures Colb. Bill. Alii τοιοῦτον.
(d) Ἄγριον. Reg. l. ἄγροικον.
(e) Καὶ ὅση ὑπὲρ. Regg. καὶ ὅση κατὰ τὴν αἴσθησιν σκοπῶμεν.
(f) Μὲν ἕκαστον ὧν. Sic duo Regg. bm. t.
(g) Τηρεμένων. Modeſtè Billius in margine, *fortè* τηρέμενον. Audacius editores Billii conjecturam, quam ipſe tranſverſo calamo eraſerat, in textum inſerere non dubitarunt. Plures tamen Regg. & Colb. codd. Or. 1. Coisl. 1. habent τηρεμένων.
(h) Ὅπως ἔχει. Sic ſex Regii, totidem Colb.
(i) Οὐδ'. Sic Regg. bm. optimæ notæ, & l. Colb. 3.
(k) Προσαγομένοις. Reg. l. εἰσαγομένοις.
(l) Περίεσι μᾶλλον τὴν ὕλην. *Materiam quaſi circumſtando medicina coercet.* Oliv. *vincit & ſuperat.* Gabr. *ſubigit.* Comb. *Quin etiam medicina in contrariam corpus affectionem mutat & qualitatem.* Deinde ſubjicit: *hic verus ſenſus. Quid enim illud Billii: Materiam colligit?* Et alio loco, *vis ipſa vocis eſt: velut obſidet expugnatque & cogit.* Denique τὴν ὕλην, inquit, *ipſum corpus humanum dicit, ut in ſuperioribus.*
(m) Σύνεσις. Nicetas ironicè dictum cenſet, pro *ſtoliditate*; & φίλαυτον pro *irrationali erga corpus amore.* Quis hoc credat?
(n) Ἀνέχεσθαι. Olivetanus videtur legiſſe, ἀπέχεσθαι. Et vertit: *à quibus abſtinendum ſit non abſtinere.*

nobis opem ferunt, exiſtit : quantúmque ſtudium à nobis adhiberi conveniebat, ut morbum medicis detegeremus, tantùm ad medicinam fugiendam adhibemus, atque in noſtram perniciem fortes ſumus, & adverſus ſanitatem noſtram periti.

Animæ ſanitatem averſamur.

τις παράταξις κατὰ τῶν συμμαχούντων γίνεται· καὶ ὅσην εἰσφέρειν ἔδει σωθδὴν γυμνοῦν τὴν νόσον ἰοῖς θεραπεύουσι, [a] τοσαύτην ὥσε τὴν ἰατρείαν φεύγειν εἰσφερόμεθα, καὶ ἐσμὲν ἀνδρεῖοι καθ' ἑαυτῶν, καὶ κατὰ τῆς [b] ὑγείας ἡμῶν ἐπισήμονες.

XX. Aut enim ſervilem in modum peccatum ſuffuramur, non ſecus ac malignum quendam & ſubputridum morbum in intimis animæ receſſibus occultantes, perinde ac magnum quoque Dei, víſque illius ultricis, oculum fugituri, ſi homines fefellerimus : aut *excuſationes in peccatis* excuſamus, verborum patrocinium vitiis noſtris exquirentes : aut etiam obſtructis auribus, inſtar *aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas*, obſtinato ſtudio in hoc incumbimus, ut ne *incantantium vocem audiamus*, ac ſapientiæ remediis, quibus animæ morbus depelli ſolet, curemur. Aut poſtremò, qui majore inter nos animo atque audaciâ ſunt, ad peccatum hujúſque medicos frontem apertè perfricamus, nudo capite, ut eſt in proverbio, in flagitium omne prorumpimus. O inſignem ſtuporem, aut ſi quo alio aptiori nomine hujuſmodi affectus appellari poteſt ! Quóſque, ut præclarè de nobis merentes, amore proſequi decebat, eos ut hoſtes ulciſcimur, *odio eos, qui nos in portis corripiunt, habentes, ac verbum ſanctum* abominamur, eáque demum ratione futurum exiſtimamus, ut homines nobis amicos & benevolos magis oppugnemus, ſi noſmetipſos plurimis graviſſimíſque malis affecerimus, iis profectò non diſſimiles, qui carnes ipſimet ſuas commordent, cùm alienas abſumere ſibi videantur.

Peccata occultamus.

Excuſamus.

Pſ. CXL. 4.

Pſ. LVII. 5. 6.

Medicis aurem claudimus.

Eos audaciter contemnimus.

Odio proſequimur.

Amos V. 10.

κ. Η γὰρ δουλοπρεπῶς τὴν ἁμαρτίαν ἐκλέψαμεν, ὥσπέρ τι πάθος ὕπουλον [c] καὶ κακόηθες ἐν τῷ βάθει τῆς ψυχῆς συγκαλύπτοντες, ὡς καὶ τὸν μέγαν λήσοντες ὀφθαλμὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς δίκης, ἂν ἰοὺς ἀνθρώπους λάθωμεν· ἢ [d] προφασιζόμεθα προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, [e] λόγους συνηγόρους τοῖς πάθεσιν ἀνευρίσκοντες, ἢ ἰὰς ἀκοὰς ἀποφράξαντες ἀσπίδος κωφῆς καὶ τὰ ὦτα βυούσης τρόπον, μὴ ἀκοῦσαι φωνῆς ἐπᾴδοντων φιλονεικοῦμεν, μηδὲ [f] φαρμακευθῆναι ζοφίας φαρμάκοις, οἷς ἀῤῥωσία ψυχῆς θεραπεύεται· ἢ τὸ τελευταῖον, οἵ γε ἰολμηρότεροι ἡμῶν καὶ [g] γενναιότεροι, καὶ φανερῶς [h] ἀναισχυντοῦμεν πρός τε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἰοὺς ἰαύτης θεραπευτὰς, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, τὸ δὴ λεγόμενον, χωροῦντες πρὸς πᾶσαν παρανομίαν· ὧ τῆς παραπληξίας, ἢ εἴ τι ἄλλο τῷ ἰοιούτῳ πάθει κυριώτερον ὄνομα· καὶ οὓς ἀγαπᾷν ὡς εὐεργέτας ἐχρῆν, τούτους ὡς ἐχθροὺς ἀμυνόμεθα, μισοῦντες ἐν πύλαις ἐλέγχοντας, καὶ λόγον ὅσιον βδελυσσόμενοι· καὶ οἰόμεθα μᾶλλον πολεμήσειν τοὺς ἡμῖν εὐνους, ἂν ὅτι [i] μάλιστα ἡμᾶς αὐτοὺς κακῶς δράσωμεν, ὥσπερ οἱ τῶν ἰδίων ζαρκῶν [k] ἀπτόμενοι τὰς τῶν πέλας δαπανᾶν νομίζοντες.

[c] Καὶ. Sic Regg. & Colb. omnes, Paſſ. &c. Deeſt in ed. Par.

[d] Προφασιζόμεθα. Sic legendum. Malè ed. Par. προσφασιζώμεθα.

[e] Λόγους συνηγόρους. *Rationes quæ vitiis noſtris ſuffragentur.* Gabr.

[f] Φαρμακευθῆναι. Μηδὲ θεραπευθῆναι σοφίας. Coisl. 1. Jeſ. Lectio vulgaris ad marginem.

[g] Γενναιότεροι. Novus interpres Gallicus reddit, *les Grands du ſiecle*; qui majore ſupercilio, de nobilitate gloriantes, flagitiis & voluptatibus, quod certè non eſt magni animi, ſed abjecti, ſe tradunt.

[h] Ἀναισχυντοῦμεν. Comb. αἰσχυντοῦμεν.

[i] Μάλιστα. Ita Regg. l. t. Colb. m. At plures alii codices, & ed. πλεῖστα.

[k] Ἀπτόμενοι. Alii cum leni ſpiritu ἁπτόμενοι.

XXI. Atque hæ cauſæ ſunt, quæ me, ut noſtram medicinam corporeâ medendi ratione longè difficiliorem, ac proinde præſtantiorem, exiſtimem, impulerunt. Huc accedit, quòd illa pauca omnino ex iis, quæ in intimis corporis partibus ſunt, inſpectat, magnáque ex parte circa ea, quæ in aſpectum cadunt, occupatur. At nobis circa occultum & internum hominem curatio omnis & ſtudium verſatur; atque cum eo hoſte dimicandum habemus, qui nos internè oppugnat, & certamine laceſſit, ac noſmetipſis, quò nihil miſerius eſt, tanquam armis in perniciem noſtram utens, peccati morte nos afficit. Ergo adverſus

Aliud ſpiritualis & corporeæ medicinæ diſcrimen.

Curanda omnia ſunt occulta.

Interno hoſti nos ipſi arma ſumus.

κα. Ταῦτά ἐσιν, οἷς ἐγὼ [l] τὴν καθ' ἡμᾶς ἰατρικὴν τῆς περὶ τὰ ζώματα ἐργωδεστέραν τίθεμαι μακρῷ, καὶ δι' ὃ τοῦτο τιμιωτέραν· καὶ ὅτι ἐκείνη μὲν ὀλίγα τῶν ἐν τῷ βάθει κατοπτευούσῃ, περὶ τὸ φαινόμενον [m] ἢ πλείων τῆς πραγματείας. ἡμῖν δὲ περὶ τὸν κρυπτὸν τῆς καρδίας ἄνθρωπον ἡ πᾶσα θεραπεία τε καὶ σπουδὴ· καὶ πρὸς [n] τὸν ἔνδοθεν ἡμῖν ἀντιπολεμοῦντα καὶ ἀντιπαλαίοντα ἡ μάχη, ὃς ἡμῖν αὐτοῖς ὅπλοις καθ' ἡμῶν χρώμενος, τὸ δεινότατον, τῷ τῆς ἁμαρτίας θανάτῳ δίδωσι. πρὸς οὖν ταῦτα πολλῆς μὲν καὶ

[l] Τὴν καθ' ἡμᾶς ἰατρικὴν. *Noſtram hanc medendi artem, quæ circa corpora verſatur*, &c.

[m] Ἡ πλείων. Tillem. *fortè* ἢ πλείων.

[n] Τὸν ἔνδοθεν. Sic omnes codices; Billius ipſe ſcripſerat.

a παντελοῦς τῆς [a] πίστεως, μείζονος δὲ τῆς
ϖαρὰ Θεοῦ συνεργίας, οὐκ ὀλίγης δὲ τῆς ἡμετέ-
b ρας [b] ἀντιτεχνήσεως (ὡς γε ἐμαυτὸν πείθω)
c χρεία, τῆς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ [c] θεωρουμένης,
d εἰ δεῖ καλῶς [d] ἡμῖν θεραπεύεσθαι καὶ ἀπο-
καθαίρεσθαι, καὶ ὡς πλείσου ἀξίας εἶναι,
τὸ τιμιώτατον ὧν ἔχομεν, τὰς ψυχάς.

A ista, tum magnâ perfectáque fide opus eſt, tum majori Dei auxilio, nec parvâ, ut mihi quidem perſuadeo, contentione noſtrâ quæ partim ſermone, partim opere ſpectetur: ſi quidem id nobis propoſitum eſt, ut animæ, quibus nihil præſtantius habemus, probè curentur atque purgentur, maximíque ſint pretii.

Opus eſt magnâ fide, majori auxilio Dei, & induſtriâ noſtrâ.

κϐ. Τά γε μὴν ἀμφοτέρων τῶν θεραπειῶν
τέλη, τοῦτο γὰρ ἡμῖν εἰς τὴν ἐξέτασιν ἔτι
e λείπεται· τῇ μὲν [e] ὑγίειαν, ἢ εὐεξίαν σαρ-
κὸς, ἢ οὖσαν φυλάξαι, ἢ ἀπελθοῦσαν ἀνα-B
f καλέσασθαι, [f] ὧν οὔπω δῆλον, εἴ τι συνοίσει
g τοῖς κεκτημένοις· ἐπεὶ καὶ [g] τὰ ἐναντία πολ-
λάκις πλείω τοὺς ἔχοντας ὤνησεν, ὥσπερ
πενίαι τε καὶ πλοῦτοι, δόξαι τε καὶ ἀδο-
ξίαι, ταπεινότητες καὶ λαμπρότητες, καὶ
ὅσα ἐν μέσῳ κείμενα κατὰ τὴν φύσιν, καὶ οὐ-
δὲν μᾶλλον τῇδε, ἢ τῇδε, νεύοντα, τῇ χρή-
σει καὶ τῇ προαιρέσει τῶν κεκτημένων τὸ βελ-
τιον ἢ τὸ χεῖρον λαμβάνει· τῇ ᾗ τὸ προπεί-
i h μενον, [h] πτερῶσαι ψυχὴν, [i] ἁρπάσαι κόσμου, C
k καὶ [k] δοῦναι Θεῷ, καὶ τὸ κατ' εἰκόνα, ἢ μένον
τηρῆσαι, ἢ κινδυνεῦον χειραγωγῆσαι, ἢ δια-
l ῥυὲν ἀνασώσασθαι, [l] εἰσοικίσαι τε τὸν Χριστὸν
ἐν ταῖς καρδίαις διὰ τοῦ πνεύματος· καὶ τὸ
κεφάλαιον, Θεὸν ποιῆσαι, καὶ τῆς ἄνω μακα-
m ριότητος, [m] τὸν τῆς ἄνω συντάξεως.

XXII. Jam quòd ad utriuſque medicinæ fines attinet, id enim nobis conferendum adhuc ſupereſt: illa nihil aliud ſpectat, quàm ut ſanitatem, aut bonam carnis habitudinem, vel præſentem conſervet, vel abſentem revocet: quorum nondum certum eſt an aliquid iis profuturum ſit, qui ea conſecuti fuerint; quippè cùm res contrariæ majorem plerumque dominis ſuis utilitatem afferant, quemadmodum opes & paupertas, gloria & ignominia, ſplendor & humilitas, cæteraque alia, quæ ſuaptè naturâ in medio poſita, nihilóque magis in hanc, quàm in illam partem propendentia, ex dominorum uſu, animíque inſtituto, vel virtutis, vel vitii nomen accipiunt. Huic contrà ſcopus eſt, animæ pennas addere, ac Mundo eam eripere, Deóque dare, divinámque *imaginem*, aut manentem conſervare, aut periclitantem fulcire, aut dilapſam in priſtinum ſtatum revocare, Chriſtúmque per Spiritum Sanctum in pectoris domicilium admittere: atque, ut ſummatim dicam, eum, qui ſuperni agminis ſit, Deum efficere, ac ſupernam beatitudinem ipſi comparare.

Quis utriuſque medicinæ finis.

Res adverſæ ſecundis plerumque utiliores.

Res mediæ ſuâ naturâ, quæ ex uſu bonæ vel malæ fiunt.

Scopus ſpiritualis medicinæ.

Gen. I. 26.
Eph. III. 17.

κγ. Τοῦτο ἡμῖν ὁ παιδαγωγὸς βούλεται
νόμος· τοῦτο οἱ μέσοι Χριστοῦ καὶ νόμου Προ-
φῆται· τοῦτο ὁ τοῦ πνευματικοῦ νόμου τε-D
o n λειωτὴς καὶ τὸ τέλος [n] Χριστός· τοῦτο ἡ [o] κε-
νωθεῖσα θεότης· τοῦτο ἡ προσληφθεῖσα σάρξ·
τοῦτο ἡ καινὴ μίξις, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος,
p [p] ἓν ἐξ ἀμφοῖν, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφότερα. διὰ τοῦ-

XXIII. Huc magiſtra lex tendit: huc inter Chriſtum & Legem interjecti Prophetæ: huc ſpiritualis legis *conſummator & finis Chriſtus*. Huc exinanita deitas. Huc aſſumpta caro: huc nova illa mixtio, Deus, inquam, & homo; unum ex utroque, & utrumque per unum. Ob hanc cauſam Deus animæ interventu carni junctus eſt, ac res inter ſe disjunctæ ac diſſidentes per inter-

Gal. III. 24.
Ad ſanandas animas omnia Chriſtus fecit.
Heb. XII. 2.

Unionis hypoſtaticæ media anima.

(*a*) Πίστεως. Duo Regg. νήψεως. Comb. παντελοῦς πίστεως: *Quod Paulus*, inquit. *I. Cor.* XIII. 2. πᾶσαν πίστιν.

(*b*) Αντιτεχνήσεως. Comb. *Noſtrâ in contrarium molitione & operâ.*

(*c*) Θεωρουμένης. Addunt Par. εἴ τε καὶ προσαγομένης; quamvis Billius ſcripſerit in ora Baſ. *non habentur in antiquo, nec in Card.* Quinetiam deſunt in novem Regg. quinque Colb. & in Or. 1. prorſuſque addititia videntur. Ea tamen agnoſcit Gabrielius; atque ea ſic reddit Sancigyranenſis Abbas: *quæ in verbis & operibus noſtris palam cernatur, aliis admoveatur a vobis.*

(*d*) Ημῖν. Reg. l. ἡμᾶς. non incommodè, ſed alieno ſenſu. ita etiam Coisl. 1.

(*e*) Υγίειαν. Ita Reg. r. Jeſ. &c. Ed. verò, ὑγίειαν.

(*f*) Ων οὔπω &c. totum hunc locum mallem ſic reddere: *quæ an iis, qui ea fuerint adepti, profutura ſint, necne, nondum ſanè conſtat; cum eorum contraria ſæpe his qui habuere, plus utilitatis attulerint.... ex habentium uſu animoque boni vel mali nomen accipiunt.* Or. 1. in margine ſcholium hujuſmodi exhibet: ὅτι πενία & πλοῦτος, δόξα τε καὶ ἀδοξία, καὶ ὅσα τοιαῦτα μέσα ὄντα παρὰ τὴν χρῆσιν γίνεται ἀγαθὰ ἢ κακὰ. μέσα δὲ λέγεται τῷ ὁμοίως διεστηκέναι τὸ ψόγε γε καὶ ἐπαίνε. *Quòd paupertas atque divitiæ, gloria pariter atque ignominia, ac id genus cætera, quæ media ſunt, uſu bona vel mala evadunt. Media porro dicta ſunt idcirco quòd tum à laude tum à vituperio ex æquo remota ſint.*

(*g*) Τὰ ἐναντία. Reg. hu. τἀναντία.

(*h*) Πτερῶσαι. *Pennas aptare.* Gregorius, Or. al. XX. nunc autem XLIII. n. 81. Baſilium τὸν τῆς ἐρημίας πτερωτὴν appellat, quaſi qui ſolitudinis ſtudioſis ad pennas aptandas idoneus eſſet. Apud Plat. Polit. lib. V. πτερῶσαι ſignificat: *equites è pedibus conſtituere.*

(*i*) Αρπάσαι. Ed. Reg. l. & Colb. m. habent & ἁρπάσαι. verùm iſtud καὶ abeſt à ſeptem Regg. tribus Colb. & Or. 1.

(*k*) Δῶναι. Baſ. δοθῆναι.

(*l*) Εἰσοικίσαι. Jeſ. εἴσοικίσασαν. Reg. r. εἰσοικίσαντα. ſed melius ed. Gregorius enim videtur adumbrare locum Apoſtoli, Eph. III. 16. 17. *virtute corroborari per ſpiritum ejus in interiorem hominem, Chriſtum inhabitare*, niſi quòd pro κατοικῆσαι quo uſus eſt Apoſtolus, dicit εἰσοικίσαι, quod ſignificat, *habitare facere, facere ut inhabitet.*

(*m*) Τὸν τῆς ἄνω συντάξεως. *Qui & ipſe ſuperni ordinis eſt.* Ad hoc enim a Deo creatus fuit homo, quod rectè obſervat Elias, *ut ſupernis ordinibus annumeraretur.*

(*n*) Χριστός. Sic maxima pars codicum, qui nec ὁ, nec τὸ habent.

(*o*) Κενωθεῖσα. *Id oſtendit*, inquit Elias, *totam divinam naturam in una ſuarum hypoſtaſum toti naturæ humanæ copulatam fuiſſe.*

(*p*) Εν ἐξ ἀμφοῖν, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφότερα. *Unum ex utriſque, & per unum utraque.* Hæc verba ſunt *verè gladius ex utraque parte acutus*, ut loquitur Gabrielius, *adverſus hæreticos, unâ enim percutit lethaliter Neſtorium divina ab homine dividentem, alterâ Eutychetem in divinis humana*

positæ rei cum utraque earum affinitatem & cognationem copulatæ sunt: atque omnia propter omnia, & pro uno illo generis nostri principe in unum coiërunt; anima nimirùm propter eam, quæ præcepto divino minimè paruit; caro, propter eam, quæ animæ cupiditati obsecuta est, simúlque condemnata, illa propter animam, ista propter carnem; Christus denique propter Adamum, hoc est propter eum, qui sub peccato factus est, is, qui peccato sublimior ac præstantior erat.

Omnia Christus assumsit, ut omnia sanaret.

XXIV. Ob hanc etiam causam veteri novum substitutum est, & per passionem, is, qui passus fuerat, in pristinum statum revocatus, ac pro unaquaque rerum nostrarum, unaquaque res ejus, qui nobis sublimior est, repensa: novumque mysterium factum est illa, quæ circa eum, qui per inobedientiam cecidit, per benignitatem contigit dispensatio. Idcircò generatio & Virgo: idcircò præsepium & Bethleem: generatio propter effictionem, virgo propter mulierem, Bethleem propter Eden, præsepium propter paradisum, res parvæ & conspicuæ propter magnas & ab oculis remotas. Idcircò Angeli, *cælestis primùm, ac deinde terreni*, gloriam prædicantes, & pastores ob agni & pastoris ortum gloriam cernentes, & stella præïens, & Magi sese prosternentes, ac munera offerentes: ut scilicet idolorum cultus everteretur. Idcircò Jesus baptismi aquâ tingitur, & superno testimonio coornatur, & jejunat, & tentatur, & eum, qui vicerat, devincit. Idcirco dæmones ejiciuntur, & morbi depelluntur, & magnæ prædicationis munus parvis hominibus committitur, & cum laude administratur.

Gen. II. 7.

I. Cor. XV. 49.

Luc. II. 14. *Matth.* II. 9. & 11.

Matth. III. 13. & 17.

Matth. IV. 2.

Luc. II. 22.

Luc. VIII. 30.

Matth. IX. 35.

XXV. Idcirco *gentes frementes, & populi inania meditantes.* Idcirco lignum adversus lignum, & manus adversus manum; illæ, inquam, fortiter extensæ, adversus incontinenter extensam; illæ clavis confixæ, atque constrictæ, adversus remissam & solutam; illæ orbis fines conjungentes, adversus eam, quæ Adamum è paradiso exturbavit. Idcirco sublimitas adversus lap-

Ps. II. 1.

Gen. III. 24.

A το Θεὸς Ϛαρκὶ δι᾽ μέσης ψυχῆς [a] ἀνεκράθη, a
καὶ συνεδέθη τὰ διεσῶτα τῇ πρὸς ἄμφω τοῦ
μεσιτεύοντος οἰκειότητι· [b] καὶ πάντα ὑπὲρ b
πάντων ἦλθεν εἰς ἓν, καὶ ὑπὲρ ἑνὸς τοῦ προ-
πάτορος· ἡ ψυχὴ δι᾽ τὴν παρακούσασαν· ἡ
Ϛὰρξ δι᾽ τὴν ὑπουργήσασαν καὶ συγκατακρι-
θεῖσαν· ἡ μὲν, ψυχὴν, ἡ δὲ, Ϛάρκα· ὁ Χριστὸς
δι᾽ τὸν Ἀδὰμ τὸν γενόμενον ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν,
ὁ [c] κρείττων ἁμαρτίας καὶ ὑψηλότερος. c

B κδ. Διὰ τοῦτο ἀντεισήχθη τῷ παλαιῷ,
τὸ νέον· καὶ δι᾽ πάθους ὁ παθὼν ἀνεκλήθη,
καὶ ὑπὲρ ἑκάστου τῶν ἡμετέρων, ἕκαστον τοῦ
ὑπὲρ ἡμᾶς [d] ἀντεδόθη· καὶ γέγονε καινὸν d
μυστήριον, ἡ περὶ τὸν πεσόντα δι᾽ ἀπείθειαν
ἐκ φιλανθρωπίας οἰκονομία· δι᾽ τοῦτο [e] γέν- e
νησις καὶ παρθένος· δι᾽ τοῦτο φάτνη καὶ Βηθ-
λεέμ· ἡ γέννησις, ὑπὲρ τῆς πλάσεως· ἡ παρ-
θένος, ὑπὲρ τῆς γυναικός· ἡ Βηθλεέμ, δι᾽ τὴν
Ἐδέμ· ἡ φάτνη, δι᾽ τὸν παράδεισον· τὰ μι-
C κρὰ καὶ φαινόμενα, [f] ὑπὲρ τῶν μεγάλων καὶ f
κρυπτομένων. δι᾽ τοῦτο Ἄγγελοι δοξάζοντες
τὸν οὐράνιον, εἶτα ἐπίγειον· καὶ ποιμένες [g] δό- g
ξαν ὁρῶντες ἐπὶ τῷ ἀμνῷ καὶ ποιμένι· καὶ
ἀστὴρ ἡγούμενος, καὶ μάγοι προσκύπτοντες
καὶ δωροφοροῦντες, ἵν᾽ εἰδωλολατρία κατα-
λυθῇ. δι᾽ τοῦτο Ἰησοῦς βαπτιζόμενος, καὶ
ἄνωθεν μαρτυρούμενος, καὶ νηστεύων, καὶ πει-
ραζόμενος, καὶ νικῶν τὸν [h] νικήσαντα. δι᾽ h
τοῦτο δαίμονες ἐλαυνόμενοι, καὶ νόσοι θερα-
D πευόμεναι, καὶ τὸ μέγα κήρυγμα μικροῖς
ἐγχειριζόμενον καὶ κατορθούμενον.

κε. Διὰ τοῦτο ἔθνη φρυασσόμενα, καὶ λαοὶ
μελετῶντες κενά· δι᾽ τοῦτο ξύλον κατὰ [i] τοῦ i
ξύλου, καὶ κατὰ τῆς χειρὸς χεῖρες, τῆς ἀκρα-
τῶς ἐκταθείσης, αἱ γενναίως ταθεῖσαι· τῆς
ἀνειμένης, αἱ τοῖς ἥλοις δεθεῖσαι· τῆς [k] ἐκβα- k
λούσης Ἀδὰμ, αἱ τὰ [l] πέρατα οἰκειούμεναι. l
δι᾽ τοῦτο ὕψος κατὰ τοῦ πτώματος· [m] καὶ m

vacuantem. Eadem dixerat Elias, cujus profectò hæc sunt verba in margine Regg. codd. a. & l. Ρομφαία δίστομος κατὰ τῶν αἱρετικῶν. τὸ γὰρ, ἓν ἐξ ἀμφοῖν, πλήσει καιρίος τὰς ἀπὸ Νεστορίου δυὸ ὑποστάσεις λέγοντας. τὸ δὲ, δι᾽ ἑνὸς ἀμφότερα, ἀντιπλήσει τὰς ἀπὸ Σεβήρου τὰς δυὸ φύσεις ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ ἀρνουμένας. Hæc adversus hæreticos *gladius sunt utráque parte acutus; hæc enim verba*, unum ex ambobus, *Nestorianis, qui unum Christum in duas hypostases dividunt, lethiferam plagam infligunt. Illa autem*, per unum ambo, *Severianos rursum qui duas in Christo naturas negant, easque in unam naturam contrahunt, aliosque non paucos feriunt.*

(*a*) Ἀνεκράθη. Κράσις, ἀνάκρασις, vox catholica in Gregorio & frequens. Eâ tamen abusi postea hæretici. Idcirco rejecta est in Concil. Calched. Act. v. ed. Lab. T. IV. p. 565. Vide Petav. Dog. Theol. T. IV. lib. III. n. 8.

(*b*) Καὶ πάντα &c. Sic omnes ferè codices: *atque in unum omnia pro omnibus & pro uno protoparente coïerunt.*

(*c*) Κρείττων. Ita codices. *Fortior peccato*, ut Billius vertit in Elia.

(*d*) Ἀντεδόθη. *Repensum*, quasi *compensatione, pretio & permutatione.* Petav. de Incarn. l. IV. cap. XV. n. 2.

(*e*) Γέννησις. Ita quinque Regg. septem Colb. Or. 1. Jes. &c. *γένεσις quidem, ea est fictio*, ut ait Elias, *quæ ex Deo primùm fluxit; γέννησις verò, nostra est generatio, quâ per mortis condemnationem alii ex aliis gignuntur.*

(*f*) Ὑπὲρ τῶν μεγάλων καὶ κρυπτομένων. His verbis, si Eliæ fides, suam de paradiso sententiam Gregorius indicat.

(*g*) Δόξαν. *Gloriam.* Malim cum Erasmo, *claritatem.*

(*h*) Νικήσαντα. Πειράζοντα habent quinque Regg. codd. Coisl. 1. Pass. Colb. 8. tres alii & Or. 1. ad marginem.

(*i*) Τῷ ξύλῳ. Τῷ deest in Reg. a. Or. 1. sicut & τῆς ante χειρὸς.

(*k*) Ἐκβαλούσης. Reg. t. ἐκβαλλούσης.

(*l*) Πέρατα οἰκειούμεναι. *Extrema quæque conciliant.* Neque enim ea solum, *quæ in terris*, sed & *quæ in cælis sunt* Christus in se velut in capite adunavit. *Eph.* I. 10.

(*m*) Καὶ χολὴ. Sic novem Regg. Col. tres. Or. 1. Pass. χολὴ

χολὴ κατὰ τῆς γεύσεως, καὶ στέφανος ἀκάν-
a θινος κατὰ [a] τοῦ πονηροῦ κράτους, καὶ θάνα-
τος κατὰ τοῦ θανάτου, καὶ σκότος ὑπὲρ τοῦ
φωτὸς, καὶ ταφὴ κατὰ τῆς εἰς γῆν ἀποστρο-
b φῆς, καὶ ἀνάστασις [b] ὑπὲρ τῆς ἀναστάσεως.
ταῦτα πάντα παιδαγωγία τις ἦν περὶ ἡμᾶς
τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἀσθενείας ἰατρεία τῆς ἡμε-
τέρας, τὸν παλαιὸν Ἀδὰμ ὅθεν ἐξέπεσεν
ἐπανάγουσα, καὶ πρὸς ξύλῳ τῆς ζωῆς προσά-
γουσα, οὗ τὸ ξύλον ἡμᾶς τῆς γνώσεως, οὐ κα-
τὰ καιρὸν, οὐδ' ἐπιτηδείως μεταληφθὲν ἠλλο-
τρίωσε.

A sum, & fel adverſus guſtum; & ſpinea corona adverſus pravum imperium, & mors adverſus mortem, & tenebræ propter lumen, & ſepultura adverſus illam in terram reverſionem, & reſurrectio propter reſurrectionem. Hæc omnia divinæ cujuſdam erga nos diſciplinæ loco erant, infirmitatiſque noſtræ velut medicina quædam, veterem Adamum eò, unde exciderat, reducens, & ad illud vitæ lignum adducens, à quo ſcientiæ lignum, intempeſtivè atque incommodè perceptum nos removerat.

Incarnationis totius œconomia medicinæ loco nobis eſt.

κς. Ταύτης ἡμεῖς τῆς θεραπείας ὑπηρέται
καὶ συνεργοὶ, ὅσοι τῶν ἄλλων προκαθεζόμεθα·
οἷς μέγα μὲν τὸ τὰ ἴδια πάθη καὶ ἀῤῥωσήμα-
τα, καὶ γινώσκειν καὶ θεραπεύειν· μᾶλλον
δὲ οὔπω μέγα, πλὴν τοῦτο λέγειν ἡμᾶς ἡ τῶν
πολλῶν κακία πεποίηκε, τῶν ἐπὶ ταύτης ὄντων
τῆς τάξεως· πολλῷ δὲ μεῖζον τὸ τὰ τῶν ἄλ-
λων ἰᾶσθαι δύνασθαι καὶ ἀνακαθαίρειν ἐπισημό-
c νως, καὶ [c] ὡς ἂν ἀμφοτέροις λυσιτελοίη, τοῖς
τε τῆς θεραπείας χρήζουσι, καὶ τοῖς ἰατρεύειν
d [d] πεπιστευμένοις.

XXVI. Ac nos hujus medicinæ miniſtri & adjutores ſumus, quicumque aliis præſidemus: quibus, cùm magnum atque amplum ſit propria vitia morbóſque perſpicere, iiſque mederi, quanquam nondum id magnum cenſeri debet; verùm multorum hujus ordinis hominum improbitas, ut ita loqueremur, effecit; multò tamen majus & præclarius eſt aliorum morbos curare, ac ſcitè repurgare poſſe, atque ut utríſque utile ſit, nempe & iis, qui curatione indigent, & iis, qui medendi ſcientiam profitentur.

Hujus medicinæ miniſtri ſunt Sacerdotes.
I. Cor. IV. 1.
I. Cor. III. 9.
Curandi modus utriſque, ægris & medicis utilis eſſe debet.

e κζ. [e] Εἶτα οἱ μὲν τῶν ζωμάτων θεραπευ-
ταὶ πόνους τε καὶ ἀγρυπνίας καὶ φροντίδας,
ἃς ἴσμεν, ἕξουσι· καὶ τὸ ἐπ' ἀλλοτρίαις συμ-
f φοραῖς ἰδίας καρπῶσθαι λύπας, [f] ὡς ἔφη τὶς τῶν
g παρ' ἐκείνοις ζοφῶν· καὶ τὰ μὲν αὐτοὶ [g] μοχ-
θοῦντες καὶ ἀνευρίσκοντες, τὰ δὲ παρ' ἄλλων
h ἐρανιζόμενοι καὶ [h] συνεισφέροντες προσοίσουσι
τοῖς δεομένοις· καὶ οὐδὲν οὕτω μικρὸν αὐτοῖς ἢ
εὑρεθὲν ἢ διαφυγὸν, οὐδὲ τῶν ἐλαχίστων, ὡς
i μὴ μέγα πρὸς τὴν [i] τῆς ὑγιείας ῥοπὴν, ἢ τοῦ
k κινδύνου τοὐναντίον [k] ὑπολαμβῆναι· καὶ ταῦτα
ὑπὲρ τίνος; ἵν' ἄνθρωπος ζήσῃ πλείους τὰς
l [l] ἐπὶ γῆν ἡμέρας, καὶ οὗτος οὐδὲ τῶν ἐπιει-
κῶν ἴσως, ἀλλὰ καὶ τῶν μοχθηροτάτων, ᾧ
m [m] τὸ πάλαι τεθνάναι ἴσως ἄμεινον ἦν, ὄντι κα-
n κῷ, ἵνα τοῦ μεγίστου τῶν ἀῤῥωστημάτων [n] τῆς
κακίας ἀπαλλαγῇ· εἰ δὲ καὶ τῶν καλῶν θείη-

XXVII. Itane autem, corporum medici labores, & vigilias, & curas, quas nemo ignorat, ſubibunt, atque ex alienis calamitatibus, ut quidam ex iis, qui apud illos ſapientes habiti ſunt, pronunciavit, proprios mœrores carpent; atque alia quidem ipſi ſuo labore inveſtigantes & indagantes, alia autem ab aliis corrogantes, & colligentes, ægrotis porrigent; nec quicquam tam parvum ab ipſis vel excogitatum vel prætermiſſum eſt, etiam ſi minimum illud ſit, quod non magnum, vel ad ſalutem, vel ad periculum momentum habere cenſeatur: idque quam tandem ob cauſam? ut homo pluribus in terra diebus vivat, atque hic ne probus quidem fortaſſe, ſed peſſimus & ſceleratiſſimus, cui, utpote malo, jampridem è vivis exceſſiſſe fortaſſe utilius fuerat, ut vitio, morbo omnium maximo, liberaretur. Atque ut probum honeſtúmque eſſe demus, quandiu

Medicorum corporis labores.

Nihil omittunt medici, ut vitam prorogent, etiam malis, quibus mori utilius eſſet.

(*a*) Τῆ πονήρᾳ κράτει. *Contra Maligni*, nempe *Diaboli imperium.*

(*b*) Ὑπὲρ τ ἀναστάσεως. Sancig. *Reſurrectio propter inſurrectionem*, quaſi id pertineat ad Adamum contra Deum inſurgentem. Quæ ſequuntur, ita extulit Auguſtinus de vera Religione, num. 32. *Tota vita ejus in terris per hominem, quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morum fuit.*

(*c*) Ὡς ἂν ἀμφοτέροις λυσιτελοίη. *Ut utriſque utile ſit.* Præclara Eliæ in hanc rem verba juvat referre. *Quin ne his quidem, qui non totos ſe ipſos Deo conſecrarunt, nec carnis affectum extinxerunt, ac divini amoris igne deflagrant, utilis eſt aliorum curatio. Periculum enim eſt, ne, cùm fœnum ſint, per vitiorum ejus, cui medicinam faciunt, recordationem, concupiſcentiæ carbones in ſe ipſis accendant, atque in flammæ eorum igne comburantur. Hæc ſunt, quæ ſignificavit, cùm dixit:* ut utriſque utile fuerit.

(*d*) Πεπιστευμένοις. *Quibus alios curandi onus commiſſum.*

(*e*) Εἶτα. *Deinde.*

(*f*) Ὡς ἔφη τὶς. Is eſt autor libri qui inſcribitur: περὶ φυσῶν, *de flatibus*, quiſquis ille ſit, ſive Hyppocrates, cui tribuitur, ſive alius; nam medici certant quis hunc librum emiſerit.

(*g*) Μοχθοῦντες. Reg. l. & Comb. πονοῦντες.

(*h*) Συνεισφέροντες. Regg. a. b. m. Colb. 7. Jeſ. συμφέροντες.

(*i*) Τῆς ὑγιείας. In Reg. r. deeſt τὴς. Reg. t. ac Jeſ. habent ὑγείας.

(*k*) Ὑπολαμβῆναι. Regg. l. u. r. & Jeſ. ὑπολειφθῆναι. Idem hu. in quo is ordo verborum: ἢ τἐναντίον τῆ κινδύνῳ ὑπολειφθῆναι.

(*l*) Ἐπὶ γῆν. Sic Regg. hu. t. x. Colb. m. &c. Baſ. verò, Par. & non pauci codd. ὑπὲρ γῆς.

(*m*) Τὸ πάλαι. Addidimus τὸ ex Reg. t.

(*n*) Τῆς κακίας. Ita Regg. a. l. & Colb. 1.

tandem victuro ? sempér-ne ? aut quid ex hujus vitæ usura lucri facturo, cujus finem exoptare, primarium, ac tutissimum bonum est, viríque, haud dubiè, sani, & mente præditi.

Bonum est mortem optare.

XXVIII. Nobis autem, qui de animæ salute periclitamur, quæ beata & immortalis est, atque immortalibus, vel suppliciis, vel laudibus, ob vitium aut virtutem aficietur; quantum tandem certamen propositum esse, quantáque arte opus esse existimandum est, ut rectè curemus, aut ipsi curemur, & vitam in melius commutemus, ac terram spiritui addicamus ? Non enim eædem rationes, nec iidem animorum impetus sunt maris & fœminæ, senectutis & adolescentiæ, divitis & pauperis, hilaris & mœrentis, sani & ægrotantis, principum & subditorum, eruditorum & indoctorum, audacium & timidorum, mansuetorum & iracundorum, munere suo præclarè fungentium, & cadentium.

De animarum salute, quantum Pastoribus certamen, ob variam curandorum indolem.

XXIX. Quòd si accuratiùs rem expendas, quantum intervallum inter conjugatos & cœlibes interjectum reperies ? Ex his rursus, quantum inter eremitas & cœnobitas, qui permixti communiter degunt, discriminis erit ? quantum inter eos, qui in contemplatione longè processerunt, & eos qui duntaxat rectum vitæ iter tenent ? quantum rursus inter urbanos & rusticos, inter simplices & callidos, inter eos, qui in rebus publicis gerendis versantur, & quietis studiosos, inter eos quorum res in deterius mutatæ sunt, & eos qui prospero cursu feruntur, nec duriore unquam fortunâ conflictati sunt? Horum enim singuli cupiditatibus nonnunquam & affectibus magis inter se differunt, quàm corporum figuris & lineamentis; aut, si mavis, elementorum, & ex quibus constamus, mixtionibus & temperamentis: ac proinde nec facilè regi gubernaríque possunt.

Ob varias conditiones, varios mores, diversasque fortunas.

Affectibus, plus quàm corporis figuris differunt homines.

XXX. Quin potiùs, quemadmodum non eadem medicamenta, nec eadem alimenta, corporibus quibusvis adhibentur, sed alia

Ut corpora, sic animi variè curantur.

μεν, [a] ἐπὶ πόσον βιωσομένῳ; τὸν ἅπαντα χρόνον; ἢ τι τῆς ἐνταῦθα κερδανοῦντι ζωῆς, ἧς τὸ λυθῆναι [b] ζητεῖν, τῶν καλῶν τὸ θεῶτον καὶ [c] ἀσφαλέσατον, καὶ ἀνδρὸς ὄντως ὑγιοῦς καὶ νοῦν ἔχοντος.

κη. Ἡμῖν δὲ, οἷς τὸ κινδυνευόμενον ἐστὶ, σωτηρία ψυχῆς, τῆς μακαρίας τε καὶ ἀθανάτου, καὶ ἀθάνατα κολασθησομένης, ἢ ἐπαινεθησομένης, δι' κακίαν ἢ ἀρετήν, πόσον χρὴ δοκεῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα, ἢ ὅσης δεῖν τῆς ἐπισήμης ἰατρεῦσαι καλῶς, ἢ [d] ἰατρευθῆναι, καὶ τὴν ζωὴν μεταθέσθαι, καὶ δοῦναι τὸν χοῦν τῷ πνεύματι; οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν [e] οὔτε λόγων οὔτε ὁρμῶν, οὔτε τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι, οὔτε γήρᾳ νεότης, οὔτε [f] πενίᾳ πλοῦτος, οὔτε εὐθυμῶν ἀθυμοῦντι, οὔτε ὁ κάμνων τῷ ὑγιαίνοντι, ἄρχοντές τε καὶ ἀρχόμενοι, σοφοί τε καὶ ἀμαθεῖς, δειλοί τε καὶ θρασεῖς, ὀργίλοι καὶ [g] θεῶοι, [h] κατορθοῦντες καὶ πίπτοντες.

κθ. Κἂν [i] ἔτι ἀκριβῶς ἐξετάσῃς, ὅσον τὸ μέσον τῶν ἐν συζυγίαις θεὸς τοὺς ἀγάμους· κἂν τούτοις πάλιν [k] τῶν τῆς ἐρημίας θεὸς τοὺς κοινωνικοὺς καὶ μιγάδας· τῶν [l] ἐξητασμένων καὶ διαβεβηκότων ἐν θεωρίᾳ θεὸς τοὺς ἁπλῶς κατευθύνοντας· ἀσκῶν τε αὖ καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀγροικίας· ἀκεραιοτέρων τε καὶ πανουργοτέρων· τῶν ἐν θεάμασι θεὸς τοὺς ἡσυχάζοντας· [m] τῶν μεταβολῇ πληγέντων θεὸς τοὺς εὐδρομοῦντας καὶ ἀμαθεῖς τοῦ χείρονος· τούτων γάρ ἕκαστοι, πλεῖον ἀλλήλων ἔσιν ὅτε ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ταῖς ὁρμαῖς, ἢ κατὰ τὰς τῶν σωμάτων ἰδέας διαφέροντες· εἰ δὲ βούλει, τὰς τῶν στοιχείων μίξεις καὶ κράσεις ἐξ ὧν συνεστήκαμεν, οὐ ῥᾴσην ἔχουσι τὴν οἰκονομίαν.

λ. Ἀλλ' ὥσπερ τοῖς σώμασιν οὐ τὴν αὐτὴν φαρμακείαν τε καὶ τροφὴν θεσπέρονται, ἄλλοι [n] δὲ ἄλλην ἢ εὐεκτοῦντες, ἢ κάμνοντες,

(a) Επὶ πόσον. Sic Regg. l. t. Colb. m.

(b) Ζητεῖν. Pro πόθεν κ᾽ ἐφίεσθαι. *Optare.* Elias & Basil.

(c) Ασφαλίσατον. Addunt Basil. ed. & Par. ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, quæ desunt in omnibus tum Regg. tum Colb. præter unum, & in Or. I.

(d) Ιατρευθῆναι. Rectius videtur interpretari Combefesius quàm ceteri: *aut ipsi curentur, vitamque in melius commutent, ac terram spiritui addicant.* Hìc enim, non agitur de ipsius medici propria curatione, sed ovium quæ, ut suprà dixit Gregorius, *curari nec sciunt, nec sustinent.* Quæ præcedunt, & quæ sequuntur, hanc interpretationem confirmant.

(e) Οὔτε λόγων. Billius, *eædem rationes*, quod eo sensu latinè non dicitur. Mallem: *nec enim mens eadem & ratio.* Favet Tullius Offic. lib. I. cap. XXVIII. *Duplex est enim vis animorum... una pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ græcè... altera in ratione &c.*

(f) Πενίᾳ πλοῦτος. Bill. *Divitiarum & paupertatis.*

(g) Θεῶοι. Reg. t. πρᾶεις.

(h) Κατορθοῦντες καὶ πίπτοντες. Gab. *felicis & infelicis.* Sed hìc de his qui rectè vitam instituunt, agitur; proindeque melius verteretur, *stantis & cadentis.*

(i) Ετι ἀκριβῶς. Quatuor Regg. ἐτ' ἀκριβῶς. Billius hæc omnia reddit interrogando, quamvis nulla sit interrogationis nota in græcis. Nec opus est quidquam supplere. Sed vertendum: *Quin id etiam diligenter expendas, velim, quantum &c.*

(k) Τῶν τῆς ἐρημίας πρὸς τὲς κοινωνικὲς κ᾽ μιγάδας. Communis est omnium interpretum lapsus in his vertendis. Nullum excipimus, nec latinum, nec gallicum. Billius: *inter solitudinis amantes, & eos qui sodalitio vitæque societate gaudent.* Nihil hac in interpretatione, & cæteris, quas referre nihil est necesse, quod sæcularibus solitudinis amantibus, non conveniat. Manifestum tamen est Gregorii verbis significari Monachos, quorum duo genera agnoscit; Eremitarum scilicet & Cœnobitarum.

(l) Εξητασμένων. *Qui versati*, vel, *exercitati sunt & longè processerunt.*

(m) Τῶν μεταβολῇ. Reg. hu. τῶν ἐν μεταβολῇ.

(n) Δὲ ἄλλην. Quidam, ut Regg. l. t. δ' ἄλλην. Hìc plerique codd. ad marg. διάφοροι τρόποι τῶν ψυχικῶν φαρμάκων. *Remediorum animi varia genera.*

οὕτω καὶ τὰς ψυχὰς διαφόρῳ λόγῳ καὶ ἀγω- A aliis, habitâ videlicet vel ſanitatis eorum
γῇ θεραπεύονται· μάρτυρες δὲ τῆς θεραπείας,
a ὧν καὶ τὰ [a] πάθη· τοὺς μὲν ἄγει λόγος, οἱ
δὲ ῥυθμίζονται παραδείγματι· οἱ μὲν δέονται
κέντρων, οἱ δὲ χαλινοῦ. οἱ μὲν γὰρ εἰσι νω-
θεῖς, καὶ δυσκίνητοι πρὸς τὸ καλὸν, οὓς τῇ
b πληγῇ τοῦ λόγου [b] διεγερτέον· οἱ δὲ θερμότε-
ροι τοῦ μετρίου τῷ πνεύματι, καὶ δυσκάθεκ-
τοι ταῖς ὁρμαῖς, καθάπερ πῶλοι γενναῖοι
c πόρρω τῆς νύσσης θέοντες, [c] οὓς βελτίους ἂν B
ποιήσειεν ἄγχων καὶ ἀνακόπτων ὁ λόγος.

vel adverſæ valetudinis ratione : eodem quoque modo animæ diversâ ratione ac diſciplinâ curantur. Ii porrò curationis teſtes ſunt, qui morbis hujuſmodi vexantur. Alios ſermo ducit : alii exemplo componuntur. Alii calcaribus opus habent, alii freno. Nam qui ſegnes ſunt, atque ad bonum ægrè impelluntur, hi verborum ſtimulis excitandi ſunt : qui verò ſpiritu, quàm par ſit, ferventiores ſunt, atque effrenato quodam animorum impetu feruntur, velut equulei generoſi procul à meta currentes, hos utique orationis freno coërcere ac cohibere præſtiterit.

Alii verbo; alii exemplo.

Hi calcaribus, illi freno indigent.

λα. Τοὺς μὲν ἔπαινος ὤνησε, τοὺς δὲ ψόγος, ἀμφότερα μετὰ τοῦ καιροῦ· ἢ τοὐναντίον
ἔβλαψεν ἔξω τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ λόγου· τοὺς
μὲν παράκλησις καλορθοῖ, τοὺς δὲ ἐπιτίμη-
d σις· ἡ αὕτη, τοὺς μὲν ἐν τῷ κοινῷ [d] διελεγ-
e χομένους, τοὺς δὲ [e] κρύβδην νουθετουμένους. Φι-
λοῦσι γὰρ οἱ μὲν καταφρονεῖν τῶν ἰδίᾳ νου-
θετημάτων, πλήθους καταγνώσει ζωφρονιζό- C
μενοι· οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν τῶν ἐλέγχων
ἀναισχυντεῖν, τῷ τῆς ἐπιλιμήσεως μυσπρίῳ
f παιδαγωγούμενοι, ἡ ἀντιδιδόντες τῆς [f] συμ-
παθείας τὴν εὐπείθειαν.

XXXI. Aliis laudatio utilitati fuit, aliis reprehenſio, utraque videlicet tempeſtivè adhibita : aut contrà detrimento, non tempeſtivè & cum ratione adhibita. Alios cohortatio ad officium dirigit, alios objurgatio : atque hæc rurſus alios, ſi palàm arguantur ; alios, ſi remotis arbitris admoneantur. Sunt enim qui privatas admonitiones contemnant, publicâ autem reprehenſione ad officium revocentur : ſunt rurſus, qui liberiùs reprehenſi, pudorem omnem abſtergant, contráque occultâ objurgatione meliores reddantur, iiſque, quos vicem ſuam dolere perſpiciunt, hoc muneris viciſſim rependant, ut eorum admonitionibus pareant.

Alii laudatione, alii reprehenſione.

Alii cohortandi, alii objurgandi.

λβ. Τῶν μὲν πάντα τηρεῖν ἐπιμελῶς ἀναγ-
καῖον, μέχρι καὶ τῶν μικροτάτων, ὅσους τὸ οἴεσ-
g θαι λανθάνειν, (ἐπειδὴ τοῦτο τεχνάζουσιν,) ὡς
h σοφωτέρους ἐφύσησε· [h] τῶν δ' ἔστιν ἃ καὶ παρο-
ρᾶν ἄμεινον, ὥστε ὁρῶντας μὴ ὁρᾶν, καὶ ἀκούοντας D
μὴ ἀκούειν, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἵνα μὴ πρὸς
i [i] ἀπόνοιαν αὐτοὺς ἐρεθίζωμεν, τῷ φιλοπόνῳ
k τῶν ἐλέγχων [k] καταβαπτίζοντες, καὶ τέλος πρὸς
πάντα ποιήσωμεν τολμηροὺς, τὸ τῆς πειθοῦς
φάρμακον τὴν αἰδῶ διαλύσαντες. καὶ μέν τοι
καὶ ὀργισέον τισὶν, οὐκ ὀργιζόμενος· καὶ ὑπεροπ-
τέον, οὐχ ὑπερορῶντας· καὶ ἀπογνωστέον, οὐκ
l ἀπογινώσκοντας, [l] ὅσων τοῦτο ἡ φύσις ἐπιζη-

XXXII. Quidam etiam ad minima uſque ac leviſſima obſervandi ſunt ; nimirum qui eo quòd peccata ſua obſcura & incognita eſſe putant, (quando quidem id moliuntur), tanquam ſapientiores animis inflantur ; in quibuſdam rurſum ad nonnulla connivere ſatius fuerit, ita ut videntes non videamus, & audientes non audiamus, quemadmodum dici ſolet, ne alioqui eos nimis crebris objurgationibus tanquam fluctibus obruentes, ad deſperationem incitemus, ac diſſoluto tandem pudore, quod perſuaſionis pharmacum eſt, ad quodvis facinus audaciores reddamus. Quinetiam cum nonnullis ita agendum eſt, ut non iraſcentes iraſcamur, non contemnentes contemnamus,

Illis ne ad minima quidem connivendum eſt.

In iſtis ad nonnulla.

Crebrior objurgatio parit deſperationem & audaciam.

Variæ Paſtorum formæ ad lucrandas animas.

(a) Πάθη. Malè πάθει in Par.

(b) Διεγερτέον. Reg. 1. θεραπευτέον. Comb. *Sermonis ictu curandi.*

(c) Οὓς βελτίους ἂν ποιήσειεν. *Quos ſermo, quaſi habenis coercens ac reprimens, meliores effecerit.*

(d) Διελεγχομένους. Sic Elias increpationem ab objurgatione diſtinguit : *increpatio*, ut inquit Chryſoſtomus, *ad peccatoris correctionem adhibetur : exprobratio autem ad ejus, qui deliquit, confuſionem & ignominiam.*

(e) Κρύβδην νουθετουμένους. E regione horum verborum, codices Regii plures & Colb. appingunt : πῶς δεῖ ἐπιτιμᾶν καὶ διορθοῦσθαι τοὺς ἱερεῖς. *Quâ ratione increpari corrigique ſacerdotes debeant.*

(f) Συμπαθείας. *Commiſerationi obedientiam rependentes.*

(g) Λανθάνειν. Malè in Par. Λανθάνῃ.

(h) Τῶν δ' ἔστιν. Sic melioris notæ codices. Alii : τῶν δὲ ἐστιν. *Hi porro ſunt*, ut interpretatur Elias, *qui ſervilem quemdam in modum peccatum ſubripiunt metuuntque evulgari. Diſſimulanda porrò quæ graviſſima non ſunt, ne increpationis aſſiduitate, ea exſtimulari deſinant.*

(i) Ἀπόνοιαν. *Contumaciam* interpretatur Gabrielius juxta Auguſtini & Gregorii magni ſententiam, ac contendit nuſquam apud Theologum ἀπονοίᾳ *deſperationem* ſignificari, ſed *contumaciam*, aut *arrogantiam*, aut *dementiam.*

(k) Καταβαπτίζοντες. Sic editi libri, ſed fruſtra quæſieris in ſcriptis. Alii habent καταπιέζοντες, quæ verior lectio videtur, *deprimentes, conculcantes.* Sic duo Coisl. tres Regii, tres Colb. Alii, καταπιέσαντες. Ita tres Colb. Or. 1. &c. Vulgatam tamen lectionem retinere viſum eſt, quòd ipſi favet iſte Gregorii magni locus : *Cum verò*, inquit, *pravus quiſque impudenter innoteſcit, quò liberius omne facinus perpetrat, eò etiam licitum putat, & quod licitum ſuſpicatur, in hoc procul dubio multiplicius mergitur.* 3. parte curæ ſeu regul. Paſt. cap. XXXI. admon. 32. ed. Par. 1705.

(l) Ὅσων. Alii codices habent, ὅσον. Hinc Elias : *quoniam autem in nonnullis*, inquit, *exemplaribus, per hæc vox ὅσων ſcripta reperitur, ſic ſenſus hic fuerit : ob nonnullos tantùm iraſcendum ac deſperandum eſſe, quantum licet, ac vera rei natura exigit.*

non desperantes desperemus : quatenus videlicet eorum natura id requirit. Alii rursus lenitate & humilitate curandi sunt, atque alacri animo unà cum illis meliorem spem induendo. Alios vincere, ab aliis vinci plerumque utilius fuerit : atque aliorum opes & potentiam, aliorum inopiam & calamitatem, vel laudare, vel deprecari.

XXXIII. Neque enim, quemadmodum in virtute ac vitio res se habet, ut illa quidem semper pulcherrima & omnibus utilissima sit, hoc autem turpissimum & pernicioſissimum sit; eodem modo medicinæ quoque nostræ ratio ea est, ut unum idémque medicamentum iisdem semper vel saluberrimum sit, vel periculosissimum : verbi gratiâ, acerbitas aut clementia, aut unum quodque aliorum, quæ modò à nobis enumerata sunt. Verùm aliis hoc medicinæ genus bonum atque utile fuerit, aliis autem rursum contrarium medendi genus; prout, opinor, vel res vel occasio tulerit, vel ægrotantium denique mores admiserint. Quæ quidem omnia sermone distinguere, atque ita exactè perspicere, ut tota medendi ratio in summam colligatur, impossibile est, quantâcunque curâ & diligentiâ ingeniique sagacitate quisquam polleat : in rebus tamen ipsis & experimentis curatrici rationi & medico perspicua fiunt.

Eadem iisdem non semper sunt utilia.

Remediorum varietas sermonem & ingenium superat.

XXXIV. In universum autem illud apud nos constat, quòd quemadmodum in sublimi & pendulo fune gradientibus, in hanc vel illam partem deflectere, minimè tutum est, nec etiam parva inclinatio parvum periculum affert, verùm eorum salus in æquilibrio posita est : ad eundem quoque modum utramvis in partem quispiam, sive ob vitæ improbitatem, sive ob imperitiam propenderit, haud leve periculum, tum ipsi tum iis quibus præest, imminet, ne in peccatum prolabantur. Quocirca viâ proculdubiò regiâ ipsis incedendum est, ac circumspiciendum, ne vel ad dexteram, vel sinistram, velut in Proverbiis est, declinent. Ac talis morborum nostrorum natura est, tantúsque bono pastori labor incumbit, qui gregis animas scitè cogniturus est, perspectásque habiturus, eísque juxta pastoralis artis leges præiturus, duntaxat rectæ & justæ, ac vero pastore nostro dignæ.

Ex culpa Pastoris seu improbi, seu imperiti, grave periculum utrique imminet.

Gradiendum viâ regiâ. *Num.* xx. 17. *Prov.* iv. 27.

Prov. xxvii. 23.

τεῖ. ἢ ἄλλους [a] ἐπιεικείᾳ θεραπευτέον ἢ ταπεινότητι, ἢ τῷ συμφοθυμεῖσθαι δὴ περὶ τὰς χρησοτέρας ἐλπίδας. ἢ τοὺς μὲν νικᾶν, τῶν δ' ἡττᾶσθαι πολλάκις λυσιτελέσερον· ἢ τῶν μὲν εὐπορίαν & δυναστείαν, τῶν δ' πενίαν ἢ δυσπραγίαν, ἢ ἐπαινεῖν ἢ [b] ἀπεύχεσθαι. a b

λγ. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς ἔχει ἢ τῆς κακίας, τὴν μὲν καλλίστην εἶναι ἢ ὠφελιμωτάτην ἀεὶ καὶ πᾶσι, τὴν δὲ χειρίστην τε ἢ βλαβερωτάτην· [c] οὕτω ἢ τῆς φαρμακείας τῆς ἡμετέρας, εἴ τι καὶ τὸ αὐτὸ [d] ὑγιεινότατον, ἢ ἐπισφαλέσταλον ἀεὶ ἢ τοῖς αὐτοῖς [e] ἀποδέδεικται· οἷον τὸ αὐστηρὸν, [f] ἢ τὸ ῥᾷον, ἢ τῶν ἄλλων ὧν ἀπηριθμησάμην ἕκαστον· ἀλλὰ τοῖς μὲν τοῦτο καλὸν ἢ χρήσιμον, τοῖς δὲ [g] τἀναντίον πάλιν, ὅπως ἂν, οἶμαι, [h] συμπίπτωσιν οἵ τε καιροὶ & τὰ πράγματα, ἢ ὁ τῶν θεραπευομένων ἐπιδέχηται τρόπος. ἃ πάντα μὲν διελέσθαι λόγῳ, ἢ συνιδεῖν [i] ἐπὶ τὸ ἀκριβέστατον, ὥστε [k] ἢ κεφαλαίῳ τὴν θεραπείαν περιλαβεῖν ἀμήχανον, κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἐξίκηταί τις ἐπιμελείας τε ἢ συνέσεως· ἐπὶ δὲ τῆς πείρας αὐτῆς ἢ τῶν πραγμάτων, τῷ [l] θεραπευτῇ λόγῳ ἢ ἀνδρὶ καταφαίνεται. a b c d e f g h i k l

λδ. Καθόλου ᾗ ἡμῖν ἐκεῖνο γνώριμον, ὅτι καθάπερ τοῖς [m] ἐπὶ κάλου μετεώρου ἢ ὑψηλοῦ βαίνουσι, τῇδε ἢ τῇδε ἀποκλῖναι οὐκ ἀσφαλὲς, οὐδὲ εἰς μικρὸν φέρουσα ἡ ῥοπὴ, κἂν μικρὰ φαίνηται, [n] ἀσφάλεια ᾗ αὐτοῖς ἡ ἰσορροπία καθίσαται· οὕτω κἂν τούτοις ὁποτέρωσε [o] νεύσῃ τις, εἴτε δι' κακίαν, εἴτε δι' ἀμαθίαν, κίνδυνος οὐχ ὁ τυχὼν αὐτῷ τε ἢ τοῖς ἀγομένοις τῆς ἁμαρτίας πλώματος· ἀλλ' ὁδῷ βασιλικῇ πορευτέον ὄντως, ἢ παρεκτεμπτέον, μήτε εἰς δεξιὰ μήτε εἰς ἀριστερὰ, καθὼς αἱ παροιμίαι φασὶν, ἐκκλίνοντας· οὕτω [p] μὲν δὴ τὰ τῶν παθῶν ἔχει τῶν ἡμετέρων, ἢ τοσοῦτον ἐνταῦθα τὸ ἔργον τῷ ἀγαθῷ ποιμένι, τῷ [q] γνωσῶς γνωσομένῳ ψυχὰς ποιμάνειν, ἢ ἀφηγησομένῳ κατὰ λόγον ποιμαντικῆς, τῆς γε ὀρθῆς ἢ δικαίας, ἢ τοῦ ἀληθινοῦ ποιμένος ἡμῶν ἀξίας. m n o p q

(a) Επιεικείᾳ. *Jus infractum*, inquit Elias; id est, quod de severitate aliquid remittitur; ut enim Tullius : *summum jus, summa injuria.*

(b) Απεύχεσθαι. Bill. in 1. ed. *Execrari*, Gabr. *detestari*, Oliv. *Culpare.*

(c) Οὕτω κᾀ. Tres Colb. ἕτως οὐκ ἔχει κᾀ τῆς.

(d) Υγιεινότατον. Sic Regii omnes & Colb. i. Coisl. 1. Or. 1 Jes. In ed. ὑγιαινότατον.

(e) Αποδέδεικται Reg. hu. ἀποδείκνυται.

(f) Η τὸ πρᾷον. Reg. t. ἢ τὸ. Comb. *austeritas* vel *lenitas.*

(g) Τἀναντίον. Alii nonnulli τὸ ἐναντίον.

(h) Συμπίπτωσιν. Sic omnes codices. In ed. συμπίπτουσιν.

(i) Επὶ τὸ ἀκριβέσταλον. Regg. bm. hu. Coisl. 1. melioris notæ, εἰς τὸ. Reg. t. & Coisl. 1. ἀκριβέστερον.

(k) Καὶ κεφαλαίῳ. Regg. codd. l. x. z. Colb. 7. Pass. habent ἐν κεφαλαίῳ.

(l) Θεραπευτῇ λόγῳ ᾗ ἀνδρὶ. Billius in Elia vertit : *è medico sermone & viro. Viro* pro *exemplo* positum videtur.

(m) Επὶ κάλω. Regg. codd. u. optimæ notæ & x. & Gabr. ἐπὶ κάλῳ. item Coisl. 1.

(n) Ασφάλεια. Bill. in prima ed. *Salus & securitas.*

(o) Νεύσῃ. Ita Regg. bm. l. z. Colb. 3. m. & Jes. Lectio melior, quamvis rarior. In ed. νεύσει.

(p) Μὲν δὴ τὰ. Colb. i. μὲν ἓν. Reg. a. μὲν δὴ ᾗ τὰ. Emphatica lectio.

(q) Γνωσῶς. *Non leviter & perfunctoriè, verùm sedulò & diligenter.* Sic exponit Elias; Gabr. verò : *non modò exterius, verùm etiam interius planè cognitas oves habere, ut vocet eas nominatim.*

λε. Αὐτὴν δὲ τὴν τοῦ λόγου διανομὴν, ἵνα τελευταῖον εἴπω τὸ πρῶτον τῶν ἡμετέρων, τῶ
a θείω λέγω καὶ [a] ὑψηλοῦ, καὶ ὃν νῦν πάντες φιλοσοφοῦσιν, εἰ μέν τις ἄλλος θαῤῥεῖ, καὶ πάσης διανοίας ὑπολαμβάνει, θαυμάζω τοῦτον ἐγὼ τῆς συνέσεως, ἵνα μὴ λέγω τῆς εὐηθείας· ἐμοὶ
b δ' οὖν πρᾶγμα φαίνεται οὐ [b] τῶν φαυλοτάτων, οὐδὲ ὀλίγου τοῦ πνεύματος, διδόναι κατὰ καιρὸν ἑκάστῳ τοῦ λόγου τὸ σιτομέτριον, καὶ οἰκονομεῖν ἐν κρίσει τὴν ἀλήθειαν τῶν ἡμετέρων
c δογμάτων· ὅσα [c] περὶ κόσμων ἢ κόσμου περὶ φιλοσόφηται, περὶ ὕλης, περὶ ψυχῆς, περὶ νοὸς, καὶ τῶν νοερῶν φύσεων, βελτιόνων τε καὶ χειρόνων, περὶ τῆς τὰ πάντα συνδεούσης τε καὶ διεξαγούσης προνοίας, ὅσα τε κατὰ λόγον ἅπαντᾶν δοκεῖ, καὶ ὅσα παρὰ λόγον τὸν κάτω καὶ τὸν ἀνθρώπινον.

λς. Ετι τε ὅσα περὶ τῆς πρώτης ἡμῶν συγκράσεως, καὶ τῆς τελευταίας ἀναπλάσεως, τύπων τε καὶ ἀληθείας, καὶ διαθηκῶν, καὶ Χριστοῦ
d παρουσίας πρώτης τε καὶ [d] δευτέρας, σαρκώ-
f e σεώς τε, καὶ παθημάτων, [e] καὶ ἀναλύσεως, [f] ὅσα τε περὶ ἀναστάσεως, περὶ τέλους, περὶ κρίσεως
h g καὶ [g] ἀνταποδόσεως, [h] σκυθρωποτέρας τε καὶ
i ἐνδοξοτέρας· [i] καὶ τὸ κεφάλαιον, ὅσα περὶ τῆς
k [k] ἀρχικῆς καὶ μακαρίας Τριάδος ὑπολημπτέον·
m l [l] ὅσπερ δὴ καὶ κινδύνων μέγιστος τοῖς [m] φωτίζειν πεπιστευμένοις, ὡς μήτε εἰς μίαν ὑποστάσιν
n [n] συναιρεθέντα τὸν λόγον, δέει πολυθεΐας, ψιλὰ καταλιπεῖν ἡμῖν τὰ ὀνόματα, τὸν αὐτὸν πατέρα καὶ ἰὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ὑπολαμβάνουσι·
μήτε εἰς τρεῖς, ἢ ἐκφύλους καὶ ἀλλοτρίας διαιρεθέντα, ἢ ἀτάκτους καὶ ἀνάρχους, καὶ οἷον εἰ-
o πεῖν, [o] ἀντιθέους, πρὸς κακὸν ἴσον ἐκ τῶν ἐναντίων μεταπεσεῖν· ὥσπερ φυτῶ διαστροφῆς ἐπὶ θάτερα πολὺ μεταπλινομένης.

λζ. Τριῶν γὰρ ὄντων τῶν νῦν καὶ τὴν θεολογίαν ἀῤῥωστημάτων, ἀθεΐας, καὶ Ιουδαϊσμοῦ, καὶ πολυθεΐας, ὧν τῆς μὲν Σαβέλλιος προσλά-

XXXV. Jam ipſam verbi diſtributionem, ut quod noſtrorum omnium primum eſt, poſtremo loco dicam, divini, inquam, verbi & excelſi diſtributionem, quam omnes hac ætate profitentur, ſi quis eſt alius, qui præſidenti animo ſuſcipiat, aut cujuſvis ingenii eſſe cenſeat, hunc ego ſolertiæ nomine admiror, ne dicam ſtultitiæ. Mihi quidem res minimè vulgaris, parvíque ſpiritûs eſſe videtur, verbi, perinde ac tritici, menſuram tempeſtivè cuique dare, & dogmatum noſtrorum veritatem cum judicio diſpenſare. Hoc eſt, ea omnia, quæ ſacra philoſophia, de mundis, vel de mundo diſſeruit, de materia, de anima, de mente, & intelligentibus naturis, tam melioribus quàm deterioribus, de providentia omnia conſtringente atque gubernante, tum quæ modo rationi conſentaneo evenire videntur, tum quæ modo terrenæ atque humanæ rationi repugnante accidere videntur.

Verbi prædicatio primum Paſtoris munus, quàm difficile.

Luc. XII. 42.

Univerſalem ſcientiam poſtulat.

XXXVI. Quæ de prima noſtra conſtitutione & poſtrema refictione, de typis & veritate, ac Teſtamentis, de Chriſti adventu tam primo quàm ſecundo, de incarnatione & cruciatibus & reverſione, de reſurrectione, de fine, de judicio, ac retributione, tam triſtiore quàm ſplendidiore: & quod caput eſt, quæcunque de principe ac beatâ Trinitate credenda ſunt. Qua quidem in re, iis quibus alios illuminandi munus commiſſum eſt, periculum omnium maximum objicitur, ne vel in unam perſonam contractus ſermo, dum multos Deos inducere veremur, nuda & inania nobis nomina relinquat, eundem videlicet Patrem & Filium & Spiritum Sanctum eſſe ſentientibus: vel in tres alienas & exteras, aut inordinatas & principii expertes, atque, ut ſic loquar, adverſarias diviſus, in idem malum per contraria prolabatur: non ſecus ac diſtorta planta, cùm in alteram partem nimis inflectitur.

Theologica ſcientia maximè neceſſaria Paſtori.

Imprimis de Trinitate.

XXXVII. Nam cùm tres ſint hoc tempore circa Theologiam morbi, Atheia nempe, Judaiſmus, & multorum deorum cultus, quorum primi Libycus Sabellius pro-

Triplex error in fide Trinitatis.

(*a*) Υψηλοῦ καὶ ὃν νῦν. Ita quinq. Regg. Colb. 1. Jeſ. Or. 1. Alii nonnulli ὃ. Comb. ὑψηλοῦ καὶ ὃν γε νῦν. In ed. ὑψηλοῦ καὶ ὃ νῦν.

(*b*) Τῶν φαυλοτάτων. *Hominum non vulgarium.*

(*c*) Περὶ κόσμων. *De mundis*, &c. Immateriali uno & inviſibili, materiali altero & viſibili; quorum ille primùm, iſte deinde creatus eſt. Hunc eſſe ſenſum Gregorii ex aliis orationibus liquet: Orat. XVIII. al. XIX. in Patrem, n. 3. Or. XXVII. al. XXXIII. adversùs Eunomianos, n. 10. Or. XXVIII. al. XXXIV. ſecunda de Theologia, n. 31. Or. XXXVIII. in Chriſti nativitatem, n. 10. ubi aperit quid per inviſibilem mundum intelligat. Orat. XL. de Baptiſmate n. 45.

(*d*) Δευτέρας. Quæ ſequuntur uſque ad ὅσα, deſunt in Reg. 1.

(*e*) Καὶ ἀναλύσεως. Comb. *de profectione, morte, tranſitu, migratione.* Sed Elias, Gabrielius aliique de reverſione Chriſti ad Patrem cum carne intelligunt, & conſequenter, id quod ſequitur, περὶ ἀναστάσεως, non ad Chriſtum, ſed ad univerſum genus humanum referunt.

(*f*) Οσα τε. Deeſt τε in pluribus codicibus; at non pauci, nec inutiliter, retinent.

(*g*) Ανταποδόσεως. Tres Regii, totidem Colb. Or. 1. Paſſ. ἀνταπόσεως.

(*h*) Σκυθρωποτέρας τε καὶ ἐνδοξοτέρας. Regg. u. optimæ notæ & x. Colb. 3. & h. Paſſ. σκυθρωτέρων καὶ ἐνδοξοτέρων. Ruf. *de retributione vel triſtium vel bonorum.* Gab. *pœnæ vel gloriæ.*

(*i*) Καὶ τὸ κεφάλαιον. Sic Regg. hu. l. t. & Or. 1. Καὶ deeſt in pluribus codd. & in edit.

(*k*) Αρχικῆς. Addunt editores Pariſ. καὶ τ῀ βασιλικῆς, quæ non agnoſcunt Regii codd. nec Colb.

(*l*) Οσπερ. Reg. z. ὥσπερ.

(*m*) Φωτίζειν. Baptiſmum hîc ſignificari cenſet Comb. Aliter Elias, qui vocem hanc à Pſeudo-Dionyſio mutuatam aſſerit, quamvis iſto ſcriptore antiquiorem eſſe Theologum hodie conſtet apud eruditos.

(*n*) Συναιρεθέντα τὸν λόγον &c. Hic locus magnam affert lucem iis quæ in variis orationibus iiſdem penè verbis tradit Gregorius; Or. in Baſ. n. 39. Or. 1. de Theol. n. 5. In Nat. n. 45. &c.

(*o*) Αντιθέους. Oliv. *Pugnantes inter ſe Deos.*

Atheiſmus Sabellii Lybici, Arii Judaiſmus, Polytheiſmus nimis Orthodoxorum.

pugnator fuit; alterius, Alexandrinus Arius; tertii, quidam è noſtris nimis orthodoxi: quænam mea ratio eſt? nimirum, ut quicquid in his tribus noxii eſt, fugientes, intra pietatis metas conſiſtamus, ac neque in Sabellii atheiam ex hac nova reſolutione aut compoſitione devolvamur, non magis omnia hæc unum, quàm unumquodque horum nihil eſſe conſtituentes; id enim, quod ſunt, eſſe deſierint, mutuò inter ſe commeantia & tranſeuntia; aut mixtum quendam & abſurdum nobis Deum, quemadmodum fabuloſa quædam animalia, confingentes & adumbrantes: nec rurſus, juxta Arii pulchrè nominatum furorem, naturas ſecantes, in Judaicam inopiam redigamur, atque in divinam naturam invidiam inducamus, ſolo ingenito deitatem circunſcribentes; perinde ac vereamur, ne Deus nobis corrumpatur, ſi Dei veri & naturâ æqualis Pater eſſe credatur; nec denique tria principia inter ſe opponentes, vel conſtruentes, Gentile multorum imperium quod fugimus, invehamus.

De Trinitate vera Confeſſio.

XXXVIII. Cùm contrà oporteat, nec quoſdam Patris amore ita affici, ut etiam ab eo quod pater ſit aufferant: cujus enim pater fuerit, ſi filius naturâ disjungatur, atque unà cum rebus creatis ſemoveatur? non enim filius eſt, quod externum atque alienum eſt: aut cum Patre permiſceatur, atque confundatur, eúmque pariter confundat: nec rurſus ita Chriſti amantes eſſe, ut nec ei filii nomen ſervent, (cujus enim filius fuerit, ſi ad patrem tanquam ad cauſam non referatur?) nec Patri principii ſervetur dignitas, quæ ei ut patri & genitori competit. Parvorum enim ſanè & indignorum principium fuerit, vel, ut rectiùs loquar, parvè & indignè, niſi divinitatis & bonitatis illius cauſa ſit, quæ in Filio & Spiritu Sancto conſideratur; in illo, inquam, ut Filio & Verbo, in hoc autem ut procedente, ac minimè ſolubili Spiritu. Quandoquidem & Deum unum retinere neceſſe eſt, & tres

A τῆς ὁ Λίβυς ἐγένετο, τῆς δὲ Ἀρείος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, τῆς ἤ, τινὲς τῶν ἄγαν παρ' ἡμῖν [a] ὀρ- a
θοδόξων· τίς ὁ ἐμὸς λόγος; τῶν τριῶν ὅσον ἐστὶ
βλαβερὸν ἀφυγόντας, ἐν ὅροις μένειν τῆς εὐσε-
βείας, καὶ μήτε πρὸς τὴν [b] Σαβελλίου ἀθεΐαν b
ἐκ τῆς [c] καινῆς ταύτης ἀναλύσεως ἢ συνθέσεως c
ὑπαχθῆναι, [d] μὴ μᾶλλον ἓν τὰ πάντα, ἢ μη- d
δὲν ἕκαστον εἶναι [e] ὁριζομένους· φεύγει γὰρ εἶναι e
ὅπερ ἐστὶν εἰς ἄλληλα μεταχωροῦντα καὶ μετα-
βαίνοντα· ἢ σύνθετόν τινα καὶ ἄτοπον ἡμῖν
B Θεὸν, ὥσπερ τὰ μυθώδη τῶν ζώων σκιαγρα-
φοῦντας καὶ ἀναπλάττοντας· μήτε τὰς φύσεις
τέμνοντας κατὰ τὴν [f] Ἀρείου καλῶς ὀνομαθεῖ- f
σαν μανίαν, εἰς Ἰουδαϊκὴν [g] πενίαν κατακλειωθῆ- g
ναι, κ) φθόνον ἐπεισάγειν τῇ θείᾳ φύσει, μόνῳ
πρ) ἀγλωνήτῳ τὴν θεότητα περιγράφοντας, ὥσ-
περ δεδοικότας μὴ [h] διαφθείροιτο ἡμῖν ὁ Θεὸς, h
Θεοῦ πατὴρ ὢν ἀληθινῶ καὶ ὁμοτίμου τὴν φύ-
σιν· μήτε τρεῖς ἀρχὰς ἀλλήλαις [i] ἀντεπεξά- i
γοντας ἢ συντάσσοντας πολυαρχίαν [k] εἰσάγειν k
C Ἑλληνικὴν, ἢν [l] πεφεύγαμεν. l

λη. Δέον μήτε οὕτως εἶναί τινας φιλοπάτορας, [m] ὡς καὶ τὸ εἶναι πατέρα περιαιρεῖν· τί- m
νος γὰρ ἂν καὶ εἴη πατὴρ, τῶ ὑιὸς τὴν φύσιν
κεχωρισμένω καὶ ἀπεξενωμένου μετὰ τῆς κτί-
σεως; οὐ γὰρ τῶτο ὑὸς τὸ ἀλλότριον, ἢ συν-
αλειφομένου πρὸς τὸν πατέρα, καὶ συγχεομέ-
νου, ἴσον δὲ εἰπεῖν, καὶ συγχέοντος· μήτε το-
σῶτον φιλοχρίστους, ὡς μήτε τούτῳ φυλάττειν
[n] τὸ εἶναι ὑρ)· τίνος γὰρ ἂν καὶ [o] εἴη, μὴ πρὸς n o
D ἀρχὴν ἀναφερόμενος τὸν πατέρα; μήτε πρ) πα-
τρὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα, τῆς ὡς πατρὶ καὶ
γυνήτορι· μικρῶν γὰρ ἂν εἴη καὶ ἀναξίων ἀρχὴ,
μᾶλλον δὲ [p] μικρῶς τε καὶ ἀναξίως, μὴ θεό- p
τητος ὢν ἀρχὴ καὶ ἀγαθότητος, τῆς ἐν ὑρ) καὶ
πνεύματι θεωρεμένης· πρ) μὲν ὡς ὑιῷ καὶ λόγῳ,
πρ) δὲ [q] ὡς προόδῳ καὶ οὐ διαλύτῳ πνεύματι· q
ἐπειδή γε ἀναγκαῖον καὶ τὸν ἕνα Θεὸν τηρεῖν,

(a) Ὀρθοδόξων. *Ironicè* dictum putat Elias.

(b) Σαβελλίου. Sic quidem Colb. 3. 7. aliique nonnull. Verumtamen melior videtur lectio, σαβέλλειον, quam exhibent Regg. codd. a. & e, & quam ipſe Billius in ora Baſ. adſcripſerat. Porro, ut obſervat Gab. Gregorius Sabellii hæreſim atheiam non ideò nuncupat, quòd Deum nullum eſſe omnino putaret ... ſed quòd ita divinas hypoſtaſes reſolveret, vel componeret, ut non magis unum omnes, quàm nihil ſingulas eſſe definiret. *Nam id quod ſunt*, ut ait Billius, *eſſe deſinunt, cùm in ſeſe mutuò confluentes, proprietates amittunt ſuas.*

(c) Καινῆς. Sic Reg. hu. aliique permulti, & ſic legendum ex Or. in Athan. colligitur, ubi Gregorius ait, Σαβελλίου καινοτομίας. Habent nonnulli, κενῆς.

(d) Μὴ μᾶλλον &c. *Non magis unum omnia, quam nihil eſſe ſingula definientes.* Ita vertit Petav. T. II. c. 6. n. 3. p. 34.

(e) Οριζομένους. Reg. n. ὁριζομένης, non malè.

(f) Ἀρείου. *Arius*, inquit Elias, *à belli cupido & furioſo dæmone Marte nomen duxit. Quia*, pergit Gabrielius, *die feſto ἄρτος, id eſt, Martis, natus eſſe fertur.*

(g) Πενίαν. Sic omnes penè ad unum codices. Reg. I. μανίαν. non rectè.

(h) Διαφθείροιτο &c. *Ne pereat nobis Deus, ſi ſit pater Dei veri & naturâ ſibi æqualis.*

(i) Ἀντεπεξάγοντας. *Sumpta ni fallor*, inquit Gabrielius, *metaphora à bello*; ἀντεπεξάγειν *enim propriè de copiis dici videtur.*

(k) Εἰσάγειν. Sic plerique codd. Malè Par. εἰσαγάγειν.

(l) Πεφεύγαμεν. In paucis codicibus, quos inter Paſſ. ſequitur: μήτε εἰς τρεῖς ἐκφύλους κ) ἀλλοτρίας διαιρεθέντα ἀτάκτους ☾ ἀνάρχους κ) οἷον εἰπεῖν ἀντιθέους. Verùm hæc adjectitia ſunt, nec in melioris notæ codicibus leguntur.

(m) Ὡς ☾ τὸ εἶναι πατέρα περιαιρεῖν. *Ut ab eo id etiam quod Pater ſit, aufferant.* Quod ait Billius: *Patris nomen ipſi adimant*, non ſatis eſt contra Sabellium, qui Patris nomen non detrahebat. Oliv. *ut ei eſſe Patrem* &c.

(n) Τὸ εἶναι ὑιῷ. *Quod ſit filius, eſſe filium, conſervetur.*

(o) Εἴη. Addit Coisl. 1. ὑὸς.

(p) Μικρῶς τε κ). Habent permulti Regg. Colb. Or. 1. Jeſ. Paſſ. Bill. Μικρῶς ἄ τε κ).

(q) Ὡς προόδῳ κ) ☾ διαλύτῳ. *Proceſſione*, ſeu *proceſſionis termino.* Gab. *ut in eo, qui indiſſolubiliter procedit, Spiritu.*

καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, καὶ ἑκάστην μετὰ τῆς ἰδιότητος.

λθ. Ταῦτ' οὖν μακροτέρᾳ μὲν ἢ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, οἶμαι δ' ἂν & βίον, τοῦ λόγου καὶ νοῆσαι κ) ψηφῆσαι ἱκανῶς τε καὶ ὅσον ἄξιον· μᾶλλον δ' καὶ νῦν καὶ ἀεὶ τοῦ πνεύματος, ᾧ μόνῳ Θεὸς καὶ νοεῖται καὶ ἑρμηνεύεται & ἀκούεται. [a] καθαρῷ γὰρ μόνον ἀθλέον τὸ καθαρὸν & ὡσαύτως ἔχοντος· [b] οὗ δ' εἵνεκα νῦν ἐν ὀλίγῳ διεληλύθαμεν, ἵν' ἐκεῖνο δηλώσωμεν, ὅτι χαλεπὸν, ἐν πλήθει μάλιστα, καὶ τηλικούτων διαλεγόμενον, ἐκ παντοδαπῆς συγκειμένῳ κ) ἡλικίας & ἕξεως, οἷον ὀργάνῳ τινὶ πολυχόρδῳ καὶ διαφόρων δεομένῳ κ) τῶν [c] ῥυθμάτων, εὑρεῖν τινα τὸν πάντας καταρτίσαι δυνάμενον λόγον, & [d] λαμπρῦναι πρὸ φωτὶ τῆς γνώσεως· οὐ μόνον ὅτι ἐν τρισὶ τούτοις τοῦ κινδύνου σαλεύοντος, [e] διανοίᾳ καὶ λόγῳ κ) ἀκοῇ, ἀναγκαῖον καὶ ἓν γέ τι τούτων, εἰ & μὴ [f] πάντα περισπαῖσαι· ἢ γὰρ οὐκ [g] ἐνελάμφθη νοῦς, ἢ λόγος ἠσθένησεν, ἢ οὐκ ἐχώρησεν ἀκοὴ μὴ κεκαθαρμένη· & [h] ὁμοίως ἐξ ἑνὸς τούτων & πάντων, χωλεύειν ἀνάγκη τὴν ἀλήθειαν· ἀλλ' [i] ὅτι καὶ ὃ τοῖς ἄλλό τι διδάσκειν ὑπισχνουμένοις ῥᾷον ποιεῖ τὸν λόγον & εὐπροσδεκτον, [k] ἡ τῶν ἀκουόντων εὐλάβεια, τοῦτο ἐνταῦθα ἡ ζημία καθίσταται κ) [l] ὁ κίνδυνος.

A Personas confiteri, atque cum sua quamque proprietate.

XXXIX. Sed ad hæc intelligenda, & satis commodè ac pro dignitate declaranda, longiori oratione opus fuerit, quàm præsens institutum, atque adeò vita hæc ferat. Quin ad id potiùs, & nunc, & semper, opus fuerit Spiritu, per quem solum Deus, & intelligitur, & exponitur, & auditur. Puri enim duntaxat est, id attingere quod purum est, suique semper simile. Hæc autem idcirco in præsentia paucis commemoravimus, ut istud planum fiat, ei, qui de tantis rebus disputationem habeat, præsertim apud multitudinem, quæ ex variis ætatibus animique affectionibus conflata est, ac musici cujusdam instrumenti multis fidibus constantis in modum, variis pulsibus opus habet, difficile ejusmodi orationem invenire, quæ omnes concinnare ac scientiæ lumine collustrare possit: non modò quòd, cùm in tribus his rebus periculum versetur, hoc est in mente, & sermone, atque auditu, si non ad omnia, ad unum certè aliquod horum offendere necesse est; aut enim mens minimè illuminata est, aut sermo elanguit, aut denique auris haud satis purgata minimè excepit: atque ex horum uno peræquè atque ex omnibus veritas claudicet necesse est. Verumetiam quia id quod his, qui aliud quoddam doctrinæ genus profitentur, facilem & plausibilem sermonem reddit, hoc est Auditorum religio, in detrimentum & periculum hîc cedit.

Spiritu solo Deus intelligitur.

Difficilior oratio coram multitudine. Quidnam sit quod eam difficilem reddat.

Tarditas dicentis.

Ipsa audientis religio præposlera.

μ. Ὡς γὰρ περὶ Θεοῦ καὶ τῷ μεγίστου τῶν ὄντων ἔχοντες τὸν ἀγῶνα, καὶ τῆς ζωτηρίας αὐτῆς, & τῆς [m] πρώτης πᾶσιν ἐλπίδος, ὅσῳ τὴν πίστιν εἰσὶ θερμότεροι, τοσούτῳ περισαντέστεροι πρὸ λόγῳ, καὶ παραδοσίαν τῆς ἀληθείας, οὐκ εὐσέβειαν τὴν εὐπειθειαν ὑπολαμβάνοντες, [n] πάντα [o] προοιντ' ἂν πρότερον, ἢ τοὺς οἴκοθεν λογισμοὺς μεθ' ὧν ἔρχονται, καὶ τῶν δογμά-

D Perspicuum fidei zelus.

XL. Ut enim de Deo, ac re omnium maximâ, atque ipsâ salute, & primâ omnibus spe, certamen habentes, quò fervidiore fide præditi sunt, eò etiam acriùs orationi adversantur, ac veritatis proditionem, non autem pietatem, obedientiam esse interpretantes, priùs omnia projecerint, quàm opiniones eas quas domo secum afferunt, & dogmatum, quibus innutriti sunt, consuetudinem: atque hic affectus, de quo adhuc

(a) Καθαρῷ γὰρ, &c. Comb. sic vertit: *Puri enim est duntaxat eum attingere qui purus est, & eodem se modo habet*, nempe Θεὸς.

(b) Οὗ δ' εἵνεκα. Edit. ᾧ δ' εἵνεκα.

(c) Ῥυθμάτων. Ita novem Regg. sex Colb. Or. 1. Pass. & Comb. Ed. habent κρεσμάτων.

(d) Λαμπρῦναι. Reg. hu. Jes. Colb. 3. 1. λαμπρύναι.

(e) Διανοίᾳ. *Mente*, malim, *intelligentiâ*.

(f) Πάντα. Colb. h. πρὸς πάντα.

(g) Ἐνελάμφθη. Reg. hu. ἐνεκλάμφθη. Sic scripserat Billius in Herv.

(h) Ὁμοίως. Monet Gabrielius hâc voce, *æqualitatem usquequaque non significari; quemadmodum nec in Or. de amore erga pauperes*: πάντες πλωχοὶ ὁμοίως ἐλεεινοι. Alii enim aliis sunt miserabiliores, sed eorum nullus est, qui non aliquâ misericordiâ dignus sit. Licet ergo plus claudicet veritas, si in duobus aut etiam si in tribus offendas, quàm si in uno; æque tamen ad efficiendum ut claudicet, satisque est, si vel uni tantùm è tribus impingas.

(i) Ὅτι καὶ ὅ. Deest ὅ in duob. Colb.

(k) Ἡ τῶν ἀκουόντων εὐλάβεια. Pietas religiosa demissos, obsequentes, & citra curiositatem audientes homines reddit, cùm de moribus, de judicio, cæterisque hujusmodi sermo est; verùm eadem pietas eos efficit suspicionos, curiosos, cautos, reluctantes, si quis de rebus fidei disputet. *Hoc autem eâ ratione fit*, inquit Elias, qui hæc observat, *quòd illic quidem ex morali disciplina utilitatem omni periculo vacuam ad se manare conspiciunt; istic verò, de spe ipsâque salute certantes, suam ipsorum obedientiam, fidei proditionem existimant; unde fit ut citiùs quivis prodiderint contemserintque, quàm eas sententias, quas domo secum afferunt, ac dogmatum eorum, in quibus educati sunt, consuetudinem.* In his Eliæ, atque etiam Gregorii verbis, traditæ semel Sanctis fidei mutandæ impossibilitas, ut ita dicam, mirabiliter elucet; atque etiam ab erroribus, quibus mens semel imbuta est, emergendi quanta sit difficultas.

(l) Ὁ κίνδυνος. Deest in Jes.

(m) Πρώτης πᾶσιν ἐλπίδος. Coisl. πρώτης πάντων ἐλπίδος. *Prima spes*, inquit Elias, *est spes in Deum; secunda, est salutis expectatio.* Sed rectius Gabr. qui ad hæc eadem verba ait: *ita appellare consuevit Theologus excelsam illam Trinitatem, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.* Et est verè hic Gregorii sensus, ut ipse exponit Or. XXXII. al. XXVI. de moderatione servanda: τὸ μέγιστον, ἡ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ἐπίγνωσις, καὶ ὁμολογία τῆς πρώτης ἡμῶν ἐλπίδος. *Id quod maximum est, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti cognitio, confessioque primæ nostræ fidei.*

(n) Πρόοιντ'. Reg. 2. πρόειντο.

(o) Ἔρχονται. Reg. 1. ἤρχωνται.

Zelus, non ſecundùm ſcientiam, à veritate abducens.
Rom. x. 2.

loquor, moderatiorum hominum eſt, nec prorſus malorum, qui, etiamſi à veritate aberrent, tamen quia ob religionis ſtudium, & quòd *zelum quidem habeant, ſed non ſecundùm ſcientiam*, hoc patiuntur, ex eorum fortaſſe numero erunt, qui non tam
Luc. XII. 47. graviter condemnabuntur, nec *multis vapulabunt*, quemadmodum qui ob improbitatem & pravitatem, à Domini voluntate exciderunt. Atque hi quoque fortaſſe de ſententia quandoque deduci, & ab eadem illa religione, ob quam priùs repugnabant, immutari queant, ſi quis ſermo eos attingat, qui, aut internè, aut externè, ut ferrum ſilicem, ſic gravidam mentem ac luce dignam opportunè feriat: in qua etiam celerrimè fortaſſe ex parva ſcintilla veritatis flamma explendeſcat.

Inanis gloriæ cupiditas.
Pſ. LXXII. 8.
II. Tim. III. 8.

XLI. Quid autem de illis dixeris, qui ob inanis gloriæ cupiditatem aut dominandi ſtudium *iniquitatem in excelſum loquuntur*, de Iannis, inquam, & Iambris arrogantia, non adverſus Moſem, ſed adverſus veritatem arma induentium, atque adverſus ſanam doctrinam inſurgentium? Quid etiam

Imperitia & comes temeritas.

de tertia claſſe, hoc eſt, eorum qui ob imperitiam, ejúſque comitem temeritatem,
Math. VII. 6. adverſus omnem ſermonem, porcorum in modum, ruunt, ac pulchras veritatis margaritas conculcant?

Levitas & inconſtantia ob ſacrarum Scripturarum ignorantiam.

XLII. Quid poſtremò de iis qui nullam quidem opinionem, nec ullam de divinis ſermonibus vel deteriorem vel meliorem formam ſecum afferentes, verùm quibuslibet ſermonibus & magiſtris ſeſe ſubjicientes, tanquam ex omnibus id quod meliùs certiúſque ſit, electuri, ac ſibiipſis, hoc eſt, malis veritatis judicibus, confidentes; deinde aliâ atque aliâ ſermonis probabilitate circumacti, & undique verſati, atque omni ſermonum genere obruti & protriti, poſtquam multos magiſtros commutarunt, ac multas literas, pulveris inſtar, in ventos facilè abjecerunt, auribus tandem & animo defatigati, (ô ingentem rationis penuriam!)

Sunt, qui probabilitatē ſecuti, obſiſtunt veritati.
Eph. IV. 14.

A των οἷς [a] συνανεγράφησαν τὴν συνήθειαν· [b] ἐγὼ τοῦ- a b
το ἔτι λέγω τῶν μετριωτέρων ἐγὼ οὐ πάντῃ
κακῶν τὸ πάθος, οἳ κἂν τῆς ἀληθείας ἁμαρ-
τάνωσιν, ἀλλὰ [c] πρός γε δι' εὐλάβειαν τοῦτο c
πάσχειν, καὶ ζῆλον μὲν ἔχειν, ἀλλ' οὐ κατ'
ἐπίγνωσιν, τυχὸν ἔσονται τῶν [d] οὐ σφόδρα d
καταγνωσθέντων, οὐδὲ πολλοὺς [e] ἑρομένων, ὡς e
οἱ ἁπ' [f] ἀκαίρου καὶ πονηρίας τοῦ δεσποτικοῦ f
θελήματος ἀποπίπτοντες. [g] καὶ τάχα ἂν οὗτοι g
μεταπεισθεῖέν ποτε, καὶ μεταβληθεῖεν ὑπὸ τῆς
B αὐτῆς εὐλαβείας, ὑφ' ἧς καὶ ἀντέβαινον, εἴ τις αὐ-
τῶν [h] ἅψαιτο λόγος, ἢ οἰκοθεν, ἢ ἔξωθεν πρέσας h
[i] καιρίως, ὥσπερ σίδηρος [k] πυρίτιν λίθον, τὴν i k
ἐγκύμονα [l] καὶ ἀξίαν φωτὸς διάνοιαν· ἐν ᾗ καὶ l
τάχιστα ἂν ἐκ μικρᾶς σπινθῆρος ὁ τῆς ἀληθείας
πυρσὸς [m] ἐκλάμψειε. m

μα. Τί δ' ἂν [n] εἴποι τις περὶ τῶν ἁπλῶς κενο- n
δοξίαν ἢ φιλαρχίαν, ἀδικίαν [o] εἰς τὸ ὕψος λα- o
λούντων, [p] Ἰαννῆ τινος ἢ Ἰαμβροῦ μεγαληγο- p
ρίας, οὐ κατὰ [q] Μωϋσέως, τῆς δ' ἀληθείας q
C ὁπλιζομένων, καὶ τῆς ὑγιαινούσης κατεξανισα-
μένων διδασκαλίας; ἢ τῆς τρίτης μοίρας τῶν
δι' ἀπαιδευσίαν καὶ τὴν ἑπομένην ταύτῃ [r] θρα- r
σύτητα, [s] ὁμόσε πάντι λόγῳ χωρούντων, συώ- s
δει πάθει, καὶ καταπατούντων τὰς καλὰς μαρ-
γαρίτας τῆς ἀληθείας;

μβ. Ὅσοι μηδεμίαν μὲν οἰκοθεν ὑπό-
ληψιν φέροντες, μηδέ τινα τύπον τῶν περὶ Θεοῦ
λόγων ἢ χείρονα ἢ βελτίονα, πᾶσι ὑποτι-
θέντες ἑαυτοὺς λόγοις καὶ διδασκάλοις, ὡς ἐξ
D ἁπάντων ἐκλεξόμενοι τὸ κρεῖττον καὶ ἀσφαλέσ-
τερον, καὶ κριταῖς οὐ καλοῖς τῆς ἀληθείας
σοφίαν [t] αὐτοῖς [u] πιστεύσαντες· ἔπειτα ὑπὸ τῆς t u
[x] πιθανότητος ἄλλοτε [y] ἄλλης περιφερόμενοι καὶ x y
στρεφόμενοι, καὶ παντὶ λόγῳ καταπλυθέντες καὶ
[z] πατηθέντες, πολλοὺς ἀμείψαντες διδα- z
σκάλους καὶ πολλὰ γράμματα, ὥσπερ χοῦν ἀνέ-
μοις ῥᾳδίως ἀποβαλόντες, τέλος ἀποκαμόντες

(*a*) Συνανεγράφησαν. Reg. I. Comb. συνανετράφησαν, quæ forſan eſt germana lectio.
(*b*) Καὶ τοῦτο ἔτι λέγω. Comb. *Addo præterea.*
(*c*) Τῷ γε. Reg. r. Jeſ. Coisl. 1. τό γε.
(*d*) Οὐ σφόδρα. Reg. hu. οὐ πάνυ τι.
(*e*) Ἑρομένων. Regg. a. & l. διαιρομένων. Quod ad Evangeliſtæ verbum magis accedit.
(*f*) Καιρίου κ. Reg. t. καιρίου ἢ.
(*g*) Καὶ. Addidimus ex octo Regg. totidem Colb. Or. 1.
(*h*) Ἅψαιτο. Reg. z. Colb. 3. 4. m. Jeſ. Billius ad oram Herv. ἅψηται.
(*i*) Καιρίως. Reg. l. καιρίαν.
(*k*) Πυρίτιν. Sex Regg. Coisl. 1. Or. 1. primâ manu πυρίτην.
(*l*) Καὶ ἀξίαν. Hæc deſunt in ſex Regg. quinque Colb. Or. 1. Jeſ.
(*m*) Ἐκλάμψειε. Colb. 6. ἀνάψειε.
(*n*) Εἴποι τις. Regg. a. & l. εἴποις.
(*o*) Εἰς τὸ ὕψος. Gabr. *ad excelſam Trinitatem.* Elias, *ad Dei majeſtatem.*
(*p*) Ἰαννῆ &c. Orig. in Matth. Tract. XXXV. n. 117. ſic loquitur: *quod ait Apoſtolus*, II. Tim. c. III. 8. *Sicut Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, non invenitur in publicis ſcripturis, ſed in libro apocrypho, qui inſcribitur: Iannes & Mambres liber; unde auſi ſunt quidam epiſtolam ad Tim. repellere*, &c. Non omittendum Iannis & Mambris portenta, ab Elia pro præſtigiis haberi.
(*q*) Μωυσέως. Plerique Regg. Μωσέως.
(*r*) Θρασύτητα. Videtur alludere Gregorius ad illud quod eſt apud Thuc. ἀμαθία θράσος, ὁ λογισμὸς δ' ὄκνον φέρει. *Inſcitia impudentiam parit, prudentia metum & cunctationem.* Bill. in 1. Ed.
(*s*) Ὁμόσε. *Accipitur apud veteres*, inquit Elias, *pro ὁμοῦ, ſimul, & rurſum pro ἀναιδῶς impudenter atque apertâ fronte.*
(*t*) Αὐτοῖς. Paſſ. Colb. m. Herv. ἑαυτοῖς.
(*u*) Πιστεύσαντες. Reg. l. Comb. πιστεύοντες.
(*x*) Πιθανότητος. Reg. bm. & Bill. πειθανότητος.
(*y*) Ἄλλης. Regg. t. & l. ἄλλως, ſicque emendandum contendit Comb.
(*z*) Πατηθέντες. Duo Colb. καταπατηθέντες.

καὶ

a καὶ ἀκοὴν ☙ διάνοιαν, [a] ὦ τῆς ἀλογίας· πρὸς πάντα λόγον ὁμοίως δυσχεράινουσι, ☙ μοχθηρὸν τύπον ἑαυτοῖς ἐγγράφουσιν, αὐτῆς καταγελᾶν ἡμῶν ☙ καταφρονεῖν ὡς ἀσάτου ☙ οὐδὲν ὑγιὲς ἐχούσης τῆς πίστεως, μεταβαίνοντες ἀπαιδεύτως ἀπὸ τῶν λεγόντων ἐπὶ τὸν λόγον· ὥσπερ ἂν εἴ τις τὰς ὀφθαλμοὺς κακῶς διακείμενος, ἢ τὰ ὦτα διεφθαρμένος, κατηγοροίη τῆ ἡλίᾳ ἢ τῶν φωνῶν, τῆ μὲν ὡς ἀμαυροῦ ☙ οὐ φίλβοντος, τῶν δὲ ὡς ἐκμελῶν ☙ ἀτόνων.

A sermones omnes ex æquo faſtidiunt, ac pravam formam ſibiipſis inſculpunt, ipſam videlicet fidem noſtram, ut incertam, nihílque ſani habentem, irridentes & aſpernantes, ſtultéque ab his qui ſermonem habent, ad doctrinam tranſeuntes: non ſecus videlicet, ac ſi quis, vel oculorum, vel aurium vitio laborans, Solem aut voces accuſet, illum ut obſcurum ac minùs fulgentem, has ut abſonas & imbecilles.

Fidem incertam habent.

μγ. Καὶ διὰ τοῦτο ῥᾷον ἄρτι καινολομεῖν B ἀλήθειαν ψυχῇ, ὥσπερ κηρὸν ὕπω κεχαραγμένον, ἢ γράφειν κατὰ γραμμάτων, πονηρῶν b λέγω [b] διδαγμάτων τε ☙ δογμάτων, εὐσεβῆ λόγον, ὡς συγχεῖσθαι ☙ ἀτακτεῖν τοῖς πρωτέc ροις τὰ δεύτερα. [c] ὁδὸν μὲν γὰ πατεῖν ἄμεινον τὴν λείαν ☙ τετριμμένην, ἢ τὴν ἀτριβῆ ☙ τραχεῖαν, ☙ γῆν ἀροῦν ἢν πολλάκις ἄρολρον ἔτεμεν ☙ ἡμέρωσεν· ψυχὴν ὃ γράφειν, ἣν οὔπω λόγος ἐχάραξε μοχθηρὸς, οὐδὲ εἰς βάθος τὰ τῆς κακίας ἐνεσημάνθη γράμματα· δύο γὰ ἂν οὕτω C d τὰ ἔργα [d] γίνοιντο τῷ θεοσεβεῖ καλλιγράφῳ, ἐξαλείφειν τε τοὺς πρωτέρους τύπους, ☙ μετεγγράφειν τοὺς δοκιμωτέρους τε ☙ τοῦ μένειν ἀξιωτέρους. τοσοῦτοι μὲν δὴ, κὴ κατὰ τὰ λοιπὰ πάθη, καὶ κατὰ τὸν λόγον αὐτὸν, οἱ πονηροὶ e κὴ τῆ [e] πονηρᾷ τύποι κὴ χαρακτῆρες· τοσοῦτον f δὲ τὸ ἔργον τῷ ταύτην πεπιστευμένῳ [f] τὴν τῶν ψυχῶν παιδαγωγίαν καὶ πρεσβείαν· καὶ τὰ πλείω παρῆκεν ὁ λόγος, ἵνα μὴ βαρύτερος ᾖ τοῦ δέοντος. D

XLIII. Ac proinde minoris eſt negotii rudi adhuc animæ veritatem primùm, inſtar ceræ nondum ſignatæ, imprimere, quàm ſuper literas, hoc eſt pravas doctrinas & dogmata, pium ſermonem ſcribere, ita ut poſteriora cum prioribus confundantur & perturbentur. Ut enim præſtat planam & tritam viam calcare, quàm aſperam nullíſque pedum veſtigiis impreſſam, arvúmque colere aratro jam ſæpe proſciſſum & emollitum; ita commodius quoque fuerit animum pingere, cui nondum vitioſa jam aliqua doctrina impreſſa ſit, improbæque literæ altiſſimè conſignatæ. Alioqui pio ſcriptori duplex hic labor ſuſcipiendus erit, ut & priores formas deleat, & probatiores dignioréſque quæ maneant, ipſis ſubſtituat. At tot quidem ſunt, tum quantum ad reliquas affectiones, tum quantum ad ſermonem ipſum, pravi, & pravi illius, typi & characteres: tantúmque ei negotium incumbit, cui hæc animarum inſtitutio & præfectura commiſſa eſt, ac plura etiam oratio, ne modum excederet, prætermiſit.

Rudes animos erudire facilius.

Plura Paſtorum officia, hîc etiam omiſſa.

μδ. Ὥσπερ οὖν εἴ τις θηρίον ἐκ πολλῶν g θηρίων συγκείμενον [g] πολυειδὲς καὶ πολύμορφον, μειζόνων τε ☙ μικροτέρων, ἡμερωτέρων τε καὶ ἀγριωτέρων, ἄγειν ἐπιχειροίη κὴ τιθασεύειν, πάντως ἂν ἦν ἔργον αὐτῷ, κὴ οὐ μικρὸν τὸ ἀγώνισμα, οὕτως ἀνωμάλου ☙ ἀλλοκότου πρωτατεῖν φύσεως, οὔτε φωναῖς ταῖς i h αὐταῖς, οὔτε τροφαῖς, οὔτε [h] χειρὸς [i] ἐπαφαῖς, k οὔτε [k] συρίγμασιν, οὔτε τοῖς τῆς ἄλλης ἀγωγῆς τρόποις ἑκάστου τῶν θηρίων χαίρουσος, E ἄλλων ὃ ἄλλοις ἡδομένων, ἢ ἀχθομένων ὡς ἡ l φύσις ἑκάστου ☙ ἡ συνήθεια. [l] καὶ τί ἂν ἔδει m ποιεῖν [m] τὸν τοιοῦτο θηρὸς ἐπιστάτην; τί δ᾽

XLIV. Quemadmodum igitur, ſi quis variam quandam & multiplicem belluam, ex multis belluis, magnis juxta parvíſque, feríſque ac mitibus, conflatam circurare & ducere aggrediatur, huic in natura adeo præpoſtera & prodigioſa gubernanda maximus proculdubio labor ſubeundus ſit, maximáque dimicatio; quippe cùm nec vocibus iiſdem, nec alimentis, nec manuum blanditiis, ac ſibilis, nec reliquis denique inſtitutionis modis, belluæ omnes delectentur, ſed aliæ aliis, pro ſua quæque natura & conſuetudine, vel gaudeant, vel offendantur: ut qui ejuſmodi belluæ curam ſuſceperit, eum variâ omnino & multiplici ſcientiâ ornatum inſtructúmque eſſe opor-

Qualis quantaque difficultas belluam ex multis belluis conflatam gubernandi.

(a) Ω τῆς ἀλογίας. *Proh ſtoliditatem!*

(b) Διδαγμάτων. *Moralem diſciplinam* intelligit Elias; & δογμάτων *fidei doctrinam.*

(c) Ὁδὸν μὲν γὰρ. *Viam enim planam, tritamque præſtat calcare, quàm aſperam &c; animam verò, quæ nondum pravis imbuta eſt doctrinis, bonis informare eſt facilius.*

(d) Γίνοιντο. Sic Billius, ſex Regg. duo Colb. Or. 1. Jeſ. Nonnulli γίγνοιντο. Reg. z. γίνοιτο. In editis, γένοιτο.

(e) Πονηρᾷ. *Malignum vocat ipſum dæmonem*, inquit Gab. alluditque Gregorius, opinor, ad Matth. VI. 13.

(f) Τὴν τῶν. Sic Regg. bm. hu. melioris notæ codices. Comb. τῶν ταύτην πεπιστευμένων. Deeſt τῶν in ed.

(g) Πολυειδὲς. Reg. hu. πολυειδές τε.

(h) Χειρὸς Jeſ. χειρῶν.

(i) Επαφαῖς. Significat, inquit Gabr. geſtum illum quo ſolemus pecudibus aut etiam hominibus blandiri, dorſum eorum aut caput contrectantes.

(k) Σύρίγμασιν. Reg. l. συρίσμασι. Montac. σοφίσμασι.

(l) Καὶ τί ἂν ἔδει &c. *Et quid oporteat facere hujuſmodi beſtiæ præfectum? Quid aliud profectò quàm curare ut multiplex ſit ac varius ſcientiâ &c.*

(m) Τὸν τοιοῦτο. Reg. 1. τῷ τοιούτῳ.

teat, & eam, quæ cuique apta ſit, curationem adhibere, ſi quidem belluam cum laude ducere atque conſervare cupit. Eodem modo cùm commune hoc Eccleſiæ corpus inſtar compoſitæ cujuſdam & inæqualis belluæ, ex pluribus variiſque moribus & rationibus conſtitutum ſit, ſummopere quoque neceſſe eſt, Antiſtitem ſimul & ſimplicem eſſe, quantum ad eam, quam ad res omnes adhibere debet, rectitudinem; & rurſum quàm maximè varium ac multiplicem, quantum ad id attinet, ut uniuſcujuſque animum ſibi adjungat, aptéque & appoſitè omnes alloquatur.

Talis & tanta regendi Eccleſiæ corporis difficultas.

Antiſtes ſimplex ſit & varius, rectus & multiplex.

XLV. Quidam enim lactis alimoniâ opus habent, hoc eſt, ſimplicioribus & elementalibus doctrinis, nimirum qui puerili animi habitudine ſunt, recénſque, ut ſic dicam, compacti, nec virilem ſermonis cibum ferunt: quem ſi quis ipſis præter vires admoverit, ejus pondere oppreſſi fortaſſe atque obruti, animo ad id quod tranſmiſſum eſt, attrahendum ſibíque accommodandum haud ſatis virium habente, quemadmodum nec corpore in cibis materiâ conſtantibus, priſtinas etiam eorum vires labefactabit. Alii, quòd ſenſus ad verum à falſo internoſcendum ac ſecernendum exercitatos habeant, ac proinde ſapientiâ eâ quæ inter perfectos exponitur, ſublimioríque & firmiori cibo indigeant, ſi quis lac illis propinet, oleribúſque, hoc eſt, infirmiorum cibo, eos alat, moleſto animo id laturi ſint: ac meritò ſanè, utpote nihil Chriſtiani roboris colligentes, nec laudabile illud augmentum capientes, quod ſermo divinus affert, eum, qui pulchrè alitur, in virum perficiens, atque ad ſpiritualis ætatis menſuram ducens.

Quidam lacte ſunt alendi.

Heb. v. ψψ. 12. 13. 14.

I. Cor. III. 1. 2.

Alii firmiori cibo indigent.

I. Cor. II. 6.

Heb. v. 14.

Rom. XIV. 2.

Col. II. 19.

Eph. IV. 13.

XLVI. Et *ad hæc quis idoneus?* Non enim pleriſque ſimiles ſumus, qui *veritatis doctrinam adulterant*, ac *vinum aquæ miſcent*; hoc eſt, doctrinam *cor hominis exhilarantem*, cum vili & vulgari, humíque ſerpente, & evanida, fruſtráque & temerè fluente, ut ipſi ex hac cauponandi ratione obiter aliquid elucrentur, aliáque alio modo cum iis qui ad ipſos accedunt, verba

II. Cor. II. 16. 17.

Iſa. I. 22.

Pſ. CIII. 15.

Veritatis caupones.

A ἄλλο γε ἢ πολυειδῆ τε εἶναι ☪ ποικίλον τὴν ἐπιστήμην; καὶ κατάλληλον ἑκάστῳ προσάγειν τὴν θεραπείαν, ὡς ἂν ἄγοιτο καλῶς αὐτῷ τὸ θηρίον ☪ διασώζοιτο; οὕτως ἐκ πολλῶν ☪ διαφόρων ☪ ἠθῶν καὶ λόγων, καθάπερ ἑνὸς ζώου συνθέτου καὶ ἀνομοίου, τοῦ κοινοῦ τούτου τῆς ἐκκλησίας συγκειμένου σώματος, πᾶσα ἀνάγκη ☪ τὸν προστάτην [a]ἁπλοῦν τε εἶναι τὸν αὐτὸν κατὰ a
τὴν [b]ἐν πᾶσιν ὀρθότητα· καὶ ὅτι μάλιστα παν- b
τοδαπὸν καὶ ποικίλον κατὰ τὸν πρὸς ἕκαστον
B οἰκείωσιν, καὶ τὸ τῆς ὁμιλίας πρὸς πάντας
ἐπιτήδειόν τε καὶ πρόσφορον.

με. Οἱ μὲν γὰρ δέονται γάλακτι τρέφεσθαι, τοῖς ἁπλουστέροις καὶ στοιχειωδεστέροις τῶν διδαγμάτων, ὅσοι τὴν [c]ἕξιν νήπιοι καὶ ἀρτι- c
παγεῖς, ὡς ἂν εἴποι τις, τὴν ἀνδρείαν τοῦ λόγου τροφὴν οὐ φέροντες· ἣν εἰ προσάγοι τις παρὰ δύναμιν, τάχα ἂν [d]καταπιεσθέντες καὶ d
[e]βαρηθέντες, οὐκ ἐξαρκούσης τῆς διανοίας, e
ὥσπερ ἐκεῖ τῆς [f]ὕλης τὸ ἐπεισελθὸν ἐλκῦσαι f
C καὶ οἰκειώσασθαι, ζημιωθεῖεν ἂν ☪ εἰς τὴν ἀρχαίαν δύναμιν· οἱ δὲ τῆς ἐν τοῖς τελείοις λαλουμένης σοφίας χρήζοντες καὶ τροφῆς τῆς ὑψηλοτέρας καὶ [g]στερροτέρας, τῷ πρὸς διάκρισιν g
ἀληθοῦς τε ☪ ψευδοῦς [h]ἱκανῶς γεγυμνάσθαι τὰ h
αἰσθητήρια, εἰ γάλα ποτίζοιντο καὶ τρέφοιντο
λαχάνοις ἀσθενῶν βρώμασι, δυσχεραίνοιεν ἄν· ☪
μάλα εἰκότως, οὐ [i]δυναμούμενοι κατὰ Χριστὸν, i
οὐδὲ αὔξοντες τὴν ἐπαινετὴν αὔξησιν, ἣν ἐργάζεται λόγος τελειῶν εἰς ἄνδρα, καὶ εἰς μέτρον
D ἡλικίας ἄγων πνευματικῆς, τὸν καλῶς τρεφόμενον.

μς. Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοὶ [k]καπηλεύειν δυνάμενοι k
τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ ἀναμιγνύναι τὸν οἶνον ὕδατι, τὸν εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπου, λόγον τῷ πολλῷ καὶ εὐώνῳ ☪ χαμαὶ συρομένῳ καὶ ἐξιτήλῳ καὶ εἰκῇ ῥέοντι, ὥστε αὐτοί τι
[l]κερδαίνειν ἐκ τῆς καπηλείας, ἄλλο τε l

(*a*) Ἁπλοῦν τε εἶναι. *Simplicem*, inquit Elias, *quantum ad dogmata & actionis rectitudinem.* Brevius Or. in Athan. Gregorius ſe ipſe exponit: ἁπλοῦς τὸν τρόπον, πολυειδὴς τὴν κυβέρνησιν. *Moribus ſimplex, gubernandi arte multiplex.* Vide Chryſ. lib. 6. de Sacerd. c. 5.

(*b*) Ἐν πᾶσιν. Deeſt in Reg. r.

(*c*) Ἕξιν Reg. hu. addit, εἰσὶ.

(*d*) Καταπιεσθέντες Regg. r. n. Colb. 3. 4. Or. 1. primâ manu, καταπιασθέντες Colb. 6. 5. καταβιασθέντες.

(*e*) Βαρηθέντες Ita novem Regg. octo Colb. Or. 1. Jeſ. Par. verò, βαρυνθέντες.

(*f*) Ὕλης. Obſervat Comb. hâc voce, *corpus* à Gregorio paſſim ſignificari.

(*g*) Στερροτέρας. Reg. bm. Bill. in marg. στερεωτέρας. *Solidiori.*

(*h*) Ἱκάνως. *Sufficienter, abundè.*

(*i*) Δυναμούμενοι. Reg. hu. δυνάμενοι.

(*k*) Καπηλεύειν δυνάμενοι. *Qui poſſimus adulterare verbum veritatis.* Billius non reddidit δυνάμενοι, nec Gabrielius; quam tamen vocem magni eſſe momenti, & ſic vertendam cenſet novus interpres gallicus: *qui potentes ſunt avarè atque fraudulenter tractare verbum veritatis, illudque corrumpere, ac vinum aquâ miſcere.* Deinde Gregorius 1°. alludit ad hæc Iſaiæ verba, c. 1. 22. οἱ κάπηλοί σε μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι. *Caupones tui miſcent vinum aquâ;* & ad hæc Apoſt. II. Cor. II. 17. καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. *adulterantes verbum Dei.* 2°. voce δυνάμενοι ſignificare videtur pravos Paſtores, qui ſuâ utuntur poteſtate ad veritatem corrumpendam, & alludere ſimul ad hæc verba, Pſ. LI. τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ ὁ δυνατὸς ἀνομίαν; *quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate?*

(*l*) Παρακερδαίνειν. De his Apoſtolus. I. Tim. VI. 5. *qui exiſtimant quæſtum eſſe pietatem.* Eodem ſenſu ac Greg. S. Hieronymus in II. Cor. II. ait: *omnem doctorem, qui auſteritatem Scripturarum, per quam poteſt audientes corrigere, vertit ad gratiam. . . vinum ſanctarum Scripturarum violare atque corrumpere ſenſu ſuo.*

ἄλλως ὁμιλοῦντες τοῖς πλησιάζουσι καὶ πᾶσι
a φρὸς χάριν· [a] ἐγγαστρίμυθοί τινες ὄντες καὶ κε-
b νολόγοι, ταῖς ἑαυτῶν ἡδοναῖς [b] θεραπεύοντες
λόγοις ἐκ γῆς φωνουμένοις καὶ δυομένοις εἰς γῆν·
c ὡς ἂν μάλιστα [c] εὐδοκιμοῖμεν φῶτα τοῖς πολ-
d λοῖς, ὅτι μάλιστα ζημιοῦντες [d] αὐτοὺς, ἢ ὀπολ-
λύντες, ⊄ αἷμα ἀθῷον ἁπλουστέρων ψυχῶν ἐκ-
c χέοντες ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν [e] ἐκζητηθησόμενον.

μζ. Ἀλλ' εἰδότες ἑτέροις βέλτιον εἶναι τὰς ἑαυτῶν ἡνίας ἐνδιδόναι τεχνικωτέροις, ἢ ἄλλων ἡνιόχους εἶναι ἀνεπιστήμονας, καὶ ἀκοὴν ὑποτιθέναι μᾶλλον εὐγνώμονα, ἢ γλῶσσαν κινεῖν ἀπαίδευτον· ταῦτα διαλεχθέντες ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ ἴσως οὐ φαύλοις συμβούλοις, εἰ
f δὲ μή γε, ἀλλ' οὖν εὔνοις, [f] καὶ τὰ ῥητέα καὶ
g τὰ πρακτέα μαθεῖν οὐκ [g] εἰδότες, μᾶλλον ἢ διδάσκειν ἀγνοοῦντες, ἐδοκιμάσαμεν. ἀγαπητὸν γὰρ ὅτῳ καὶ εἰς βαθὺ γῆρας λόγος ἀφίκοιτο
h [h] πολιὸς, ἢ ὠφελῆσαι νέαν ἐν εὐσεβείᾳ ψυχὴν δυνάμενος. ὡς τό γε παιδεύειν ἄλλους ἐπιχει-
i ρεῖν, πρὶν [i] αὐτοὺς ἱκανῶς παιδευθῆναι, καὶ ἐν
k πίθῳ τὴν [k] κεραμείαν μανθάνειν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐν ταῖς τῶν ἄλλων ψυχαῖς, ἐπιμελεῖσθαι τὴν εὐσέβειαν, λίαν εἶναί μοι φαίνεται ἀνοή-
I των, ἢ τολμηρῶν· ἀσυνέτων μὲν, εἰ μηδὲ [l] αἰσθάνοιντο τῆς ἑαυτῶν ἀμαθίας· θρασέων [m] δὲ
n εἰ καὶ συνιέντες, [n] κατατολμῶσι τοῦ πράγματος.

μη. Ἑβραίων μὲν οὖν οἱ σοφώτεροι λέγουσιν,
o ὡς ἄρα ἦν τις πάλαι [o] νόμος Ἑβραίοις, ἐν τοῖς μάλιστα εὖ ἔχων καὶ ἐπαινούμενος, μὴ πᾶσαν
p ἡλικίαν πάσῃ γραφῇ ἐνδίδοσθαι, [p] μηδὲ γὰρ εἶναι τοῦτο λυσιτελέστερον, ὅτι μηδὲ πᾶσαν εὐθέως εἶναι παντὶ ληπτὴν, καὶ τὰ μέγιστα ἂν τοὺς πολλοὺς κακῶσαι τῷ φαινομένῳ, τὴν βαθυτέραν·

A faciunt, omnibúsque assentantur, ventriloqui sanè quidam & vaniloqui, voluptatibus suis servientes, verbis è terra prolatis & in terram pessum euntibus; ut maximam apud vulgus gloriam & nominis celebritatem consequantur, maximis ipsos damnis afficientes, aut etiam omnino perdentes, atque innoxium simpliciorum animarum cruorem effundentes, de manibus nostris aliquando requirendum. *Ezech.* III. 20. & XXXIII. 8.

XLVII. Quin potiùs illud scimus, melius esse aliis qui artis peritiâ præstent, salutis nostræ habenas concedere, quàm imperitos aliorum aurigas esse, atque aurem potiùs æquam submittere, quàm imperitam linguam movere. Hæc cùm nobiscum ipsi, non pessimis fortasse consiliariis, benevolis quidem certè, collocuti, præstabilius esse duximus, cùm quæ dicenda & facienda essent, nesciremus, ea addiscere, quàm nescientes docere. Præclarè enim cum eo agitur, cui vel in profundam senectutem canus sermo veniat, eámque vim habens, ut recenti adhuc in pietate animæ adjumento esse possit. Nam certè alios docere aggredi, priusquàm ipsi satis edocti simus, ac figulinam, ut dici solet, in dolio discere, hoc est in aliorum animabus pietatem meditari & exercere, valde stultorum aut temerariorum hominum esse mihi videtur: stultorum, si ne inscitiam quidem suam agnoscunt: temerariorum, si cùm eam cognitam habeant, hoc tamen negotium aggredi non verentur.

Duci præstat quàm alios ducere.

Et discere quam nescientes docere.

Juniorum Sacerdotum temeritas & stultitia.

XLVIII. Enimvero Hebræorum sapientes hanc olim Hebræis legem fuisse narrant, inprimis rectam & laude dignam, quâ non cuivis ætati quivis Scripturæ liber concedebatur, nam ne hoc quidem utilius esse, quandoquidem nec tota statim à quolibet percipi possit, ac, quod in ea reconditius est, ob externam speciem imperitioribus plurimum detrimenti afferre possit; verùm

Hebræi non cuivis ætati quamlibet partem scripturæ legere concedebant.

(*a*) Ἐγγαστρίμυθοι. Vox illa, quam vulgata *Pythones* interpretatur, sæpe occurrit in Scripturis. Hîc autem Gregorius alludit ad hæc Is. cap. VIII. ℣. 19. verba: ζητήσατε τὸς ἐγγαστρίμυθας καὶ τὸς ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντας, τὸς κενολογοῦντας, οἱ ἐκ τῆ κοιλίας φωνοῦσι. Quos ventriloquos appellat Isaias, eosdem vulgata *Pythones*, *Magos*, *Divinos* &c. Antiquos gentiles è terra fundi oracula credidisse patet, inquit Gab. ex illo Ciceronis loco de Div. in lib. I. ubi ait: *credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent.*

(*b*) Θεραπεύοντες. Oliv. *venantes*, Bill. primâ edit. *aucupantes*. Uterque videtur legisse θηρῶντες.

(*c*) Εὐδοκιμοῖμεν. Sic octo Regg. Pas. Or. I. quinq. Colb. & Jes. Coisl. I. εὐδοκιμοί ἦμεν. Nonnulli εὐδοκιμοίημεν. Par. & Bas. εὐδοκιμοῖεν. Sic legit Billius & vertit *celebritatem consequantur*, pro *consequamur*; & fortasse omnia quæ præcedunt primâ personâ rectiùs verterentur.

(*d*) Αὐτὸς. Sic Billius emendaverat in Bas. & Tillem. quod plurimi codices confirmant. Billius tamen, ut & Gabrielius, vertit: *se ipsos*. In ed. ἑαυτὸς.

(*e*) Ἐκζητηθησόμενον. Ita Jes. In edit. ἐκζητησόμενον.

(*f*) Εὔνοις. Sequitur in ed. Bas. διὰ τοῦτο, quæ à Billio deleta sunt, *quia*, inquit, *deerant in Card.* Addimus, & in cæteris codicibus.

(*g*) Εἰδότες. Coisl. I. εἰδότας, ut postea ἀγνοοῦντας.

(*h*) Πολιὸς. Elias, *canitie dignus*. Bas. πρέπων πεπολιωμένῳ ἀνδρὶ· τοῦτ' ἐστὶ, συνετὸς. *Homine cano dignus*, hoc est, sapiens & *intelligens*.

(*i*) Αὐτὸς. Reg. hu. πρὶν ἂν αὐτὸς. Coisl. I. & Colb. m. πρὶν αὐτὸς.

(*k*) Κεραμείαν. Sic septem Reg. Or. I. Jes. Κεραμίαν verò habent non pauci, Basilius & editi libri. *Proverbium istud*, juxta Basilium & Eliam, *in eos est, qui majora, priusquam minora, docentur aut addiscunt.* Nec enim, in dolio, verùm in minoribus vasculis, velut ollis aut cyathis, in quibus tanti non est peccare, figulinam figuli docent.

(*l*) Αἰσθάνοιντο. Alii, αἰσθάνωνται.

(*m*) Εἰ καὶ. Καὶ deest in omnibus penè codicibus.

(*n*) Κατατολμῶσι. Malè in Ed. κατατολμᾶσι.

(*o*) Νόμος. *Consuetudinem* interpretatur Elias, rectè quidem. Nam id latâ lege prohibitum non reperias. Eas autem tantùm scripturæ partes, quarum profundior erat sensus, ut prima Ezechielis capita de Cherubim, postrema de instauratione templi, Canticum Canticorum, legere usus non erat; alias autem partes cunctis fas erat versari. Quapropter non satis acuratè totum hunc locum vertisse Billius videtur; inprimis, cum hæc usurpat verba, *tota*, *alii libri*, &c. cùm de libris totis non sit sermo, sed de librorum partibus, quarum sensus reconditior erat, quàm ut à nonnullis capi posset, atque etiam nonnullis posset nocere.

(*p*) Μηδὲ γὰρ. Reg. a. & Col. I. μὴ γὰρ. Mox Reg. t. εἶναι omittit; & paulo post Reg. l. τὰ μέγιστα ἄν.

alii libri ab initio cunctis patebant, & communes erant, hoc est quorum ne id quidem, quod corporeum est, laude caret: alii autem his duntaxat qui vicesimum quintum ætatis annum excessissent, committebantur, hoc est qui sub vili indumento mysticam pulchritudinem obtegunt, laboris & industriæ, ac luculentæ vitæ præmium, solis iis, qui mente purgati sint, fulgentem, & conspicuam, quòd scilicet sola hæc ætas supra corpus assurgere, atque à litera ad spiritum rectè ascendere queat.

Quasdam partes, non nisi 25. annos natis.

XLIX. At nobis nullus docendi ac discendi terminus est constitutus, velut olim lapides tribubus, quæ ultra Jordanem & intra Jordanem erant; nec quibusnam illud, quibusnam rursus hoc committendum sit; nec norma ulla, ad quem habitus exigamus: verùm ita projecta & confusa hæc res est, támque malè afficimur, ut quamplurimi ex nobis, ne omnes dicam, priùs ferè quàm primam comam abjecerimus, puerilique more balbutire desierimus, priusquam in divina atria introierimus, priusquam sacrorum librorum vel nomina ipsa noverimus, priusquam novi veterisque Testamenti characterem, & authores cognitos habuerimus; nondum enim dico priusquam cœnum, & animæ labes, quas peccatum nobis impressit, eluerimus; si duo aut tria pia verba edidicerimus, eáque non ex lectione, sed auditione solâ hausta, aut Davidi paulùm operæ dederimus, aut pallium scitè contraxerimus, aut zonâ tenus philosophati fuerimus, pietatis speciem quandam & larvam nobis illinentes: ô præfecturam! ô elatum animum! Sacer etiam ab incunabulis Samuel: statim sapientes & magistri sumus, & in divinis rebus sublimes, & Scribarum ac Legisperitorum primi, ac cœlestes nosipsos designamus, & vocari ab hominibus Rabbi expetimus, nec usquam littera, sed omnia spirituali modo intelligantur oportet, ac meræ nugæ somnia sunt, atque, nisi magnis laudibus effe-

In Ecclesia quivis ad docendum temerè prosilit.

Qui vix pueritiam excessit.

Qui sacrorum librorum nec nomina norit.

Modo pallium & zonam eleganter componat.

I. Reg. II. 11.

Matth. XXIII. 7.

A ἀλλὰ τὰς μὲν ἀπ' ἀρχῆς ἀνεῖσθαι πᾶσι καὶ εἶναι κοινὰς, ὧν καὶ [a] τὸ ζωματικὸν ἦν ἀδόκιμον· ἃς δὲ μὴ ἄλλοις, ἢ τοῖς ὑπὲρ εἰκοστὸν & πέμπτον γεγονόσιν ἔτος πιστεύεσθαι, ὅσαι δι' εὐτελοῦς τοῦ ἐνδύματος τὸ μυστικὸν κάλλος ἀμφικαλύπτουσιν, ἆθλον φιλοπονίας καὶ λαμπρὸν βίου, μόνοις [b] τοῖς κεκαθαρμένοις τὸν νοῦν ὑπαστράπτον καὶ φανταζόμενον, ὡς [c] μόνης δυναμένης τῆς ἡλικίας ταύτης ὑπὲρ τὸ σῶμα γενέσθαι, καὶ ἀναβῆναι καλῶς ἐπὶ τὸ πνεῦμα

B ἀπὸ τοῦ γράμματος.

μθ. [d] Ἡμῖν δὲ οὐδεὶς ὅρος τοῦ παιδεύειν & τοῦ παιδεύεσθαι, ὥσπερ οἱ [e] λίθοι πάλαι ταῖς ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην καὶ ταῖς ἐντὸς Ἰορδάνου φυλαῖς· οὐδὲ τισὶ μὲν ἐκεῖνο, τισὶ δὲ τοῦτο ἐπιτρεπτέον· [f] οὐδέ τις κανὼν τῶν ἕξεων· ἀλλ' οὕτω τὸ πρᾶγμα ἔρριπται καὶ συγκέχυται, καὶ οὕτω κακῶς διακείμεθα, ὥστε οἱ πλείους ἡμῶν, ἵνα μὴ λέγω πάντες, [g] πρὶν ἀποθέσθαι σχεδὸν τὴν πρώτην τρίχα καὶ τὸ τὰ παιδικὰ ψελλίζεσθαι,

C πρὶν παρελθεῖν εἰς τὰς θείας αὐλὰς, πρὶν τῶν ἱερῶν βίβλων γνῶναι [h] κἂν τὰ ὀνόματα, πρὶν καινῆς καὶ παλαιᾶς [i] χαρακτῆρα γνωρίσαι καὶ τοὺς [k] προστάτας· ἵνα γὰρ λέγω πρὶν ἢ τὸν βόρβορον ἀποπλύνασθαι, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς αἴσχη ὅσα ἡ κακία ἡμῖν προσεμάξατο, ἂν δύο ἢ τρία ῥήματα τῶν εὐσεβῶν ἐξασκήσωμεν, καὶ ταῦτα ἐξ ἀκοῆς, οὐκ ἐνλεύξεως, ἢ τῷ Δαβὶδ βραχέα καθομιλήσωμεν, ἢ τὸ τριβώνιον εὖ [l] περιελώμεθα, ἢ μέχρι τῆς ζώνης

D φιλοσοφήσωμεν, εὐσεβείας λι πλάσμα καὶ ὄψιν ἡμῖν αὐτοῖς [m] περιχρώσαντες· [n] βαβαὶ τῆς προεδρίας καὶ τοῦ φρονήματος· ἱερὸς καὶ ἐκ σπαργάνων ὁ [o] Σαμουὴλ· εὐθὺς ἐσμὲν σοφοὶ καὶ διδάσκαλοι, καὶ ὑψηλοὶ τὰ θεῖα, καὶ γραμματέων τὰ σεμνὰ καὶ νομικῶν, καὶ χειροτονοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς οὐρανίους, καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων Ραββὶ ζητοῦμεν, καὶ οὐ-

a

m n

o

(*a*) Τὸ σωματικὸν. *Quod corporeum est. Unde*, inquit Orig. Hom. 5. in Lev. & *corpus inesse scripturæ & animam ac spiritum intelleximus.* Et idem Orig. Philoc. c. 1. τῆς οἱονεὶ σαρκὸς & γραφῆς, *ut simplicior ædificetur ab ipsa veluti carne scripturæ.*

(*b*) Τοῖς κεκαθαρμένοις. Omissum in Reg. t.

(*c*) Μόνης. Regii quatuor, totidem Colb. Or. 1. Jes. Pass. habent μόλις, *vix;* & quidem ea vox optimum exhibet sensum.

(*d*) Ἡμῖν δὲ. Pass. ἡμῶν. Mox ἐδὲ εἷς, Jes. divisim.

(*e*) Λίθοι. *Limitanei lapides.* Nulla hîc difficultas. Gregorius his verbis significat, singulas tribus defixis in terram lapidibus distinctas fuisse, quod Elias & Basilius ipsi etiam testantur. Certè in lib. Jos. capp. 15. 16. 17. uniuscujusque tribûs limites acuratè describuntur.

(*f*) Οὐδέ τις κάνων. In prima ed. Billius, melius quàm secundis curis, *nec ad ullam normam hominum pretia qualitatesque perpendimus.* In Gregorio subtilius quid latet. Spectat namque ψ. ult. cap. 5. Heb.

(*g*) Πρὶν ἀποθέσθαι &c. Elias: *antequam infantiam & puerilem ætatem excesserimus.*

(*h*) Κἂν. Sic plerique scripti & editi libri. Par. καὶ.

(*i*) Χαρακτῆρα. Reg. I. tres Colb. Coisl. 1. χαρακτῆρας.

(*k*) Προστάτας. Gab. *propugnatores & quasi patronos* Comb. *duces & auctores.* Basilius optimè τὰ παλαιᾶς γραφῆς τοὺς συγγραφεῖς λέγει, *instrumenti veteris* (utriusque, Elias) *scriptores dicit.*

(*l*) Περιελώμεθα. *Est verè contrahere. Studiosè venustéque circumponere:* τὸ ἐπιμελῶς καὶ κοσμίως περιβεβλῆσθαι. Sic Basil. interpretatur.

(*m*) Περιχρώσαντες. Reg. u. & Col. I. ἐπιχρώσαντες.

(*n*) Βαβαὶ &c. *Papæ! quàm egregii præsides!* Ambitiosorum objectio est cum indignatione relata, & ironicè refutata. Εἶτα θαυμαστικῶς, εἰ βούλει, καὶ χιτλιαστικῶς ἀνεφώνησεν· ὡς θαυμασοὶ προέδροι οἰησόμεθα εἶναι καὶ τὴν φρόνησιν ὑψηλοί. *Deinde cum admiratione, vel indignatione, si mavis, exclamavit: Quàm admirandi præsides, quàm sapientiâ sublimes esse videbimur!* Quem verborum sensum non satis reddit Billii interpretatio.

(*o*) Σαμουὴλ. Tillem. *Quasi Samueles quidam essemus universi.* Billius, primâ edit. *Protinus Samuelem...in ore habemus.*

δαμοδ

δαμοῦ τὸ γράμμα, καὶ πάντα δεῖ νοηθῆναι A ramur, indignatione afficimur. Atque hæc,
a πνευματικῶς, [a] καὶ λῆρος πλατὺς τὰ ὀνείρατα· καὶ ἀγανακτοίημεν ἂν εἰ μὴ σφόδρα ἐπαινοίμεθα· τοῦτο ἡμῶν οἱ χρηστότεροι καὶ
c b ἁπλούστεροι· τί δὲ οἱ [b] πνευματικοὶ [c] μᾶλλον ἢ γυναιότεροι; πολλὰ καταπρίναντες ἡμᾶς, ἂν οὕτω δόξῃ, καὶ βασανίσαντες, καὶ οὐδαμοῦ θέντες, ἀπῆλθον, καὶ τὴν κοινωνίαν ὡς οὐκ εὐσεβῶν διαπτύσαντες.

qui benigniores inter nos & ſimpliciores ſunt : quid porrò ii qui magis ſpirituales ſunt, ac generoſiores ? Multum nos, ſi ita viſum fuerit, condemnantes & vexantes, ac miſeris modis exagitantes, nec loco ullo ac numero ponentes, abſcedunt, ſocietatem noſtram, velut haud piorum hominum aſpernantes.

v. Ἂν δέ τινι αὐτῶν λέγωμεν οὕτωσὶ πράως
d καὶ λογικῶς [d] προβιβάζοντες, εἰπέ μοι, ὦ θαυ- B
μάσιε, καλεῖς τι τὸ ὀρχεῖσθαι, τό, τε αὐλεῖν;
e πάνυ γε εἴποιεν ἄν. [e] τί δαὶ Σοφίαν τε καὶ Σοφὸν εἶναι, τοῦθ' ὃ δὴ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην τιθέμεθα; καὶ τοῦτο δώσουσιν. πότερον δὲ κρεῖττον εἶναι καὶ ὑψηλότερον, ταῦτα Σοφίας,
f ἢ τούτων μακρῷ τὴν Σοφίαν; καὶ πάντων [f] εὖ οἶδ' ὅτι φήσουσι· καὶ μέχρι τούτων εἰσὶν εὐγνώ-
g μονες. ἆρ' οὖν ὀρχήσεως μὲν [g] καὶ αὐλήσεώς ἐστι διδασκαλία καὶ μάθησις, καὶ χρόνου πρὸς τοῦτο δεῖ, καὶ ἱδρώτων συχνῶν καὶ πόνων, καὶ C
i h μισθὸς [h] καταβαλεῖν ἐστὶν ὅτε καὶ [i] προσαγωγῶν
k δεηθῆναι, καὶ ἀποδημῆσαι μακρότερα, καὶ [k] τ' ἄλλα τὰ μὲν ποιῆσαι πάντα, τὰ δὲ παθεῖν, οἷς ἐμπειρία συλλέγεται· τὴν δὲ σοφίαν, ἣ
l πᾶσιν [l] ἐπιστατεῖ, καὶ πάντα ἐν ἑαυτῇ τὰ καλὰ
m [m] συλλαβοῦσα ἔχει, ὡς καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν τοῦτο μᾶλλον ἢ τι ἄλλο χαίρειν ἀκούοντα, ἐπειδὴ καλεῖται πολλοῖς ὀνόμασιν, οὕτω κἄφόν τι καὶ πεπατημένον πρᾶγμα ὑπολεψόμεθα, ὥστε
o n θελῆσαι [n] δεῖν μόνον καὶ εἶναι Σοφόν; [o] πολλῆς D
τοῦτο τῆς ἀμαθίας· ἂν δαῦτα λέγωμεν αὖ-
p δοῖς, καὶ κατὰ μικρὸν τὴν πλάνην [p] ἀνακαθαίρωμεν, ἤ τις ἄλλος τῶν εὐμαθεστέρων καὶ συνετωτέρων, τοῦτο ἐκεῖνο κατὰ πετρῶν σπείρειν, καὶ λαλεῖν εἰς ὦτα μὴ ἀκουόντων· οὕτως οὐδ' αὐτὸ τοῦτό εἰσι Σοφοὶ, τὴν ἑαυτῶν γινώσκειν ἀπαιδευσίαν. καί μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν τὸ
q τοῦ Σολομῶντος [q] περὶ αὐτῶν εἰπεῖν· ἔστι πονη-

L. Quòd ſi cuipiam eorum dicamus leniter ad hunc modum, ac differendo, eum provehentes : Dic mihi, vir admirande, vocáſne aliquid ſaltare, & tibiâ canere ? Maximè verò, inquiet. Quid ſapientiam, & ſapientem eſſe, quod nos divinarum humanarúmque rerum ſcientiam definimus? Id quoque concedet. Age verò cenſéſne artes illas ſapientiâ meliores & ſublimiores eſſe, an hanc potiùs illis ? Mihi quidem non eſt dubium, quin hanc omnibus etiam præſtantiorem eſſe dicturi ſint, atque hactenus æqui & candidi judices ſint. Utrum igitur, ſaltationis quidem & cantus tibiarum doctrina quædam & diſciplina eſt, ad ídque, & diuturno tempore, & plurimis laboribus ac ſudoribus opus eſt, atque interdum etiam mercedem perſolvere oportet, & perductores adhibere, longáſque peregrinationes ſuſcipere, cæteráque omnia facere & pati, quibus artis peritia comparatur : ſapientiam autem, quæ omnibus præeſt, ac bona omnia complexu ſuo tenet, adeò ut ipſe quoque Deus, quamvis permultis nominibus vocetur, hoc tamen nomine impenſiùs quàm ullis aliis delectetur, rem uſque adeò levem & protritam eſſe exiſtimabimus, ut ad hoc, ut quiſpiam ſapiens ſit, voluntas ſola requiratur ? Magnæ profectò ſtultitiæ hoc fuerit. Si hæc ad eos dicamus, errorémque paulatim repurgemus, aut alius quiſpiam doctiorum & prudentiorum, hoc nimirum illud fuerit ſupra petras ſeminare, atque in aures non audientium loqui. Ita ne hactenus quidem ſapientes ſunt, ut inſcitiam ſuam cognitam habeant. Ac mihi commodum eſſe videtur illud Salomonis de ipſis

Diu diſcendum priuſquam docendi munus ſuſcipiatur.

Utrum artes ſint ſapientiâ præſtantiores, an ſapientia præſtantior artibus ?

Deus ſapientiæ nomine præcipuè delectatur.

Luc. VIII. 6.

Eccli. XXV. 12.

(*a*) Καὶ λῆρος &c. Alii arbitrantur hæc eſſe hominum illorum verba, quibus objecta ſibi Samuelis charismata rejiciant. Alii, ut Elias, ea ut Gregorii verba judicium ſuum interponentis agnoſcunt : *ſed nugas & ſomnia crepamus.* Noſter Louvardus ſic ſibi videtur aſſequi : *& quæ ſomniamus veræ nugæ ſunt, quæque dicendimus, ſomnia ; cùm ipſi tamen, niſi laudibus efferamur, indignemur.*

(*b*) Πνευματικοὶ. In margine Colb. καθ' ὑπόκρισιν, *per hypocriſim ac fictè.*

(*c*) Μᾶλλον. Deeſt in ſeptem Regg. aliiſque nonnullis. Legitur tamen in pluribus optimæ notæ codicibus.

(*d*) Προβιβάζοντες. Sic Regg. b. l. m. Colb. m. &c. cujus vocis vis hæc eſt, *ratiocinando gradatim urgentes.* Alii codices habent συμβιβάζοντες. Ed. Baſ. προσβιβάζοντες.

(*e*) Τί δαὶ. Plerique Regg. Jeſ. & plures Colb. τί δῆτα.

(*f*) Εὖ οἶδ'. Εὖ deeſt in quatuor Regg. ſeptem Colb. & Or. 1.

(*g*) Καὶ αὐλήσεως &c. Sic Horat. Arte Poet. v. 413 ; & ſeq.

Qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitque magiſtrum.
Nec ſatis eſt dixiſſe, ego mira poëmata pango.

(*h*) Καταβαλεῖν. Comb. καταβάλλειν.

(*i*) Προσαγωγῶν. Comb. *qui aditum præſtent, conciliatores.* Bill. primâ editione, *commendatores.*

(*k*) Τ' ἄλλα. In Reg. t. deſideratur : in Reg. l. & Colb. m. legitur : καὶ τὰ μὲν ποιῆσαι, τὰ δὲ παθεῖν.

(*l*) Ἐπιστατεῖ. *Quæ in omnibus primatum tenet.* Eccli. XXIV. 10.

(*m*) Συλλαβοῦσα. Ita Regg. hu. l. & Colb. 3. m.

(*n*) Δεῖν. Sic Reg. l. In ed. δεῖ.

(*o*) Πολλῆς. Addit Mont. ὄντως. Vertit Billius, *magnæ Herclè*, quam vocem non ſatis piam expunximus. Quid enim Chriſtiano cum jurato Hercule?

(*p*) Ἀνακαθαίρωμεν. *Expurgare tentaverimus.*

(*q*) Περὶ αὐτῶν εἰπεῖν. Is ordo verborum eſt in melioris notæ codicibus. In ed. εἰπεῖν περὶ αὐτῶν.

Eccl. x. 5. *Prov.* xxvi. 12.

uſurpare : *Eſt malum quod vidi ſub ſole , virum qui ſibi ſapiens eſſe videtur:* & quod pejus eſt, alios erudiendos ſuſcepit, qui ne inſcitiam quidem ſuam perſentit.

ρία, ἣν εἶδον ὑπὸ τὸν ἥλιον, ἄνδρα δόξαντα παρ' ἑαυτῷ ζοφὸν εἶναι· καὶ ὃ τούτου πονηρότερον παιδεύειν ἄλλους πεπιστευμένον, τὸν μηδὲ τῆς οἰκείας ἀμαθίας ἐπαισθανόμενον.

Inanis gloriæ ſtudium magnum eſt ad virtutem impedimentū.

LI. Hoc malum lacrymis quidem & luctibus , ſi quod aliud , dignum eſt; quod etiam ipſe ſæpè miſeratus ſum , non ignorans opinionem plurimùm de re ipſa auferre , inaníſque gloriæ ſtudium hominibus magno ad virtutem impedimento eſſe. Morbum autem ſanare ac reprimere, Petri cujuſdam , aut Pauli fuerit , magnorum , inquam,illorum Chriſti diſcipulorum , qui unà cum gubernatione , tam in ſermone quàm in opere , gratiam acceperunt, omnibúſque omnia facti ſunt , ut omnes lucrifacerent. Nobis autem aliis , magnum atque amplum fuerit , ſi ab iis , quibus emendandarum & dirigendarum hujuſmodi rerum cura commiſſa eſt , rectè gubernemur atque ducamur.

Petrus & Paulus magni Chriſti diſcipuli.

I. Cor. ix. 22.

να. Τοῦτο δακρύων μὲν καὶ στεναγμῶν , εἴπέρ τι ἄλλο, τὸ πάθος ἄξιον· ὃ καὶ πολλάκις ἐγὼ κατηλέησα, εὖ εἰδὼς , ὅτι τὸ οἴεσθαι τὸ εἶναι τὸ πλεῖσον ἀφαιρεῖται, καὶ μέγα τοῖς ἀνθρώποις ἡ [a] κενοδοξία πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον· a
ἰάσασθαι δὲ καὶ σῆσαι τὴν νόσον, [b] Πέτρου ἂν εἴη b
τινὸς, ἢ Παύλου, τῶν μεγάλων Χριστοῦ μαθητῶν, καὶ μετὰ τῆς ἐν λόγῳ, καὶ ἔργῳ κυβερνήσεως [c] εἰληφότων τὸ χάρισμα , καὶ πᾶσι πάντα γινο- c
μένων, ἵνα τοὺς [d] πάντας κερδήσωσιν· ἡμῖν ὃ d
τοῖς ἄλλοις μέγα, κἂν εἰ καλῶς κυβερνοίμεθα & ἀγοίμεθα πρὸς τῶν ἐπανορθοῦν τὰ τοιαῦτα & διευθύνειν πεπιστευμένων.

Paulus veri Paſtoris exemplum.

LII. Ac quoniam Pauli, ejúſque ſimilium mentionem fecimus , relictis , ſi ita videtur , omnibus aliis , qui ob leges ferendas , vel ob Prophetiæ munus , vel ob rei militaris imperium , vel ob aliam quandam ejuſmodi adminiſtrationem , populi antiſtites fuerunt , velut Moſes , Aaron , Joſue , Elias , Eliſæus , Judices , Samuel , David, Prophetarum multitudo , duodecim Apoſtoli , eorúmque poſteri , qui non ſine multis laboribus & ſudoribus præfecturæ munus ſuis quiſque temporibus obierunt ; his , inquam , omnibus prætermiſſis , Paulum unum ſermonis noſtri conſcium proferamus , atque in eo , quanta & qualis res ſit animarum cura , & an parum negotii parúmque ſolertiæ requirat , conſideremus. Quod quò faciliùs intelligi perſpicíque poſſit , quid Paulus ipſe de Paulo dicat , audiamus.

νϐ. Αλλ' ἐπειδή γε Παύλου καὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον ἐμνήσθημεν, ἀφέντες, εἰ δοκεῖ, τοὺς ἄλλους ἅπαντας , ὅσοι κατὰ νομοθεσίαν , ἢ προφητείαν , ἢ στρατηγίαν , ἤ τινα τοιαύτην ἄλλην οἰκονομίαν τοῦ λαοῦ προενεβλήθησαν , οἷον τὸν Μωσῆν , τὸν Ααρὼν ἐκεῖνον, τὸν Ιησοῦν , τὸν Ηλίαν , τὸν Ελισαῖον , τοὺς Κριτὰς , τὸν Σαμουὴλ, τὸν Δαβὶδ , τῶν Προφητῶν τὸ πλῆθος, τὸν Ιωάννην, τοὺς δώδεκα μαθητὰς [e] τοὺς ἐπ' e
ἐκείνοις ὕστερον , οἳ πολλοῖς ἱδρῶσι καὶ πόνοις διεξῆλθον τὴν προστασίαν κατὰ τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἕκαστοι· τούτους ὑπερβάντες ἅπαντας, Παῦλον προστησώμεθα μόνον τοῦ λόγου [f] συν- f
ίσορα, κἂν τούτῳ θεωρήσωμεν, [g] ὅσον ἐστὶ καὶ g
ψυχῶν ἐπιμέλεια, καὶ εἰ βραχείας τῆς πραγματείας, ἢ μικρᾶς τῆς συνέσεως. ὡς ἂν ὃ ῥᾷσα τοῦτο γνοίημεν καὶ κατίδοιμεν, τί Παῦλος αὐτὸς περὶ Παύλου φησὶ, ἀκούσωμεν.

Elegans ac præclarum Pauli encomium.

II. Cor. xi. 27.

LIII. Mitto *labores , vigilias , timores, vexationes in fame & ſiti , in frigore & nuditate* , eos qui vel externè inſidiabantur , vel internè obſiſtebant. Mitto *perſecutiones, concilia , carceres , vincula , accuſatores , tribunalia , mortes in dies atque horas incurſantes , ſportam , lapidationes , virgarum ictus , circuitum , pericula in terra , pericula in mari , profundum , naufragia , pericula fluminum , pericula latronum , pericula ex genere , pericula in falſis fratribus , victum manuum labore quæſitum*,evangelium ſump-

I. Cor. ix. 18.

νγ. [h] Εᾧ λέγειν τοὺς πόνους, ἃς ἀγρυπ- h
νίας, τοὺς φόβους , ἃς ἐν λιμῷ καὶ δίψει κακοπαθείας , [i] ἃς ἐν ψύχει καὶ ἐν γυμνότητι, τοὺς i
ἔξωθεν ἐπιβουλεύοντας, ἃς ἔνδοθεν ἀντιπεράτους. ἀφίημι τοὺς δωγμοὺς , τὰ συνέδρια , τὰ δεσμωτήρια , τὰ δεσμὰ , τοὺς κατηγόρους , τὰ δικαστήρια, τοὺς καθ' ἡμέραν καὶ ὥραν θανάτους , τὴν ζαργάνην , τοὺς λιθασμοὺς , τοὺς ῥαβδισμοὺς , τὴν πρίοδον , τοὺς κατὰ γῆν κινδύνους , τοὺς κατὰ θάλασσαν , τὸν βυθὸν , τὰ ναυά-

(*a*) Κενοδοξία. Colb. m. *κενὴ δόξα.*

(*b*) Πέτρου ἂν. Sic novem Regg. octo Colb. Jeſ. Or. 1. Paſſ. Deeſt ἂν in ed.

(*c*) Εἰληφότων τὸ χάρισμα. De gratia curationum exponit Elias. Tillem. de gratia miraculorum.

(*d*) Πάντας. In prima ad Cor. ix. ψ. 22. legitur πάντως. Quod vulgata reddit *omnes.*

(*e*) Τοὺς ἐπ' ἐκείνοις ὕστερον. *Hos qui poſtea ſubſecuti ſunt.*

(*f*) Συνίσορα. Deeſt in melioris notæ codicibus ; in ſeptem Regg. totidem Colb. Or. 1. Jeſ. & certè ſine diſpendio ſententiæ poſſet exulare. Nonnulli tamen retinent. Comb. vertit : *teſtem & aſſertorem præſciamus.*

(*g*) Οσον ἐστὶ & ψυχῶν. Sic ſeptem Regg. totidem Colb. Jeſ. verò ὅσον τι. Or. 1. ὅσον τι.

(*h*) Εᾧ λέγειν. Reg. e. Colb. m. ἰῷ γὰρ.

(*i*) Τὰς ἐν ψύχει καὶ. Permulti codices, eleganti repetitione : τὰς ἐν ψύχει , τὰς ἐν γυμνότητι.

για, κινδύνους πολαμῶν, κινδύνους λησῶν, κιν-
A δύνους ἐκ γένους, κινδύνους ἐν ψευδαδέλφοις,
τὸν ἐκ χειρῶν βίον, τὸ ἀδάπανον εὐαγγέλιον,
a ᵃὡς θέαλρον ἦν καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, μέ-
b σος Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἰσάμιμος· ᵇὑπὲρ μὲν τῶν
ἀγωνιζόμενος, τοὺς δὲ προσάγων καὶ οἰκειῶν
c λαὸν θεουσιον, χωρὶς τῶν ᶜπαρεκτός· τέλων
e d τίς ἂν ᵈἀξίως διέλθοι, ᵉτὴν καθ' ἡμέραν ἐπιστα-
σίαν, τὴν ὑπὲρ καθ' ἕκαστον κηδεμονίαν, τὴν
μέριμναν πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, τὸ πρὸς
πάντας συμπαθὲς καὶ φιλάδελφον; προσέκοπτέ B
f τις, καὶ Παῦλος ἠσθένει. ᶠκαὶ ἄλλος ἐσκανδα-
g λίζετο, καὶ Παῦλος ἦν ὁ ᵍφλεγόμενος.

νδ. Τὸ δὲ τῆς διδασκαλίας φιλόπονον; τὸ δὲ ποικίλον τῆς θεραπείας; ἢ φιλανθρω-
h πία δὲ; τὸ δὲ αὐστηρὸν πάλιν; ʰἢ δὲ ἐξ ἀμ-
φοτέρων μίξις καὶ κρᾶσις; ὡς μήτε τῇ χρησ-
i τότητι ⁱμαλακίζειν, μήτε τραχύνειν τῇ χαλε-
πότητι· νομοθετεῖ δούλοις καὶ δεσπόταις, ἄρ-
χουσι καὶ ἀρχομένοις, ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ,
γονεῦσι καὶ τέκνοις, γάμῳ καὶ ἀγαμίᾳ, ἐγκρα- D
τείᾳ καὶ τρυφῇ, σοφίᾳ καὶ ἀμαθίᾳ, θεομῇ &
k ἀπροθυσίᾳ, ᵏΧριστῷ καὶ κόσμῳ, σαρκὶ καὶ πνεύ-
ματι. ὑπὲρ μὲν τῶν εὐχαριστεῖ, τῶν ᾧ καθάπτε-
ται. τοὺς μὲν χαρὰν καὶ στέφανον ὀνομάζει,
τοῖς δὲ ἄνοιαν ἐγκαλεῖ· τοῖς μὲν συνοδεύει καὶ
συμπροθυμεῖται ὀρθολομοῦσι, τοὺς ᾧ ἀνακόπτει
κακῶς ὁδεύονλας. νῦν ἀφορίζει, νῦν ἀγάπην
κυροῖ· νῦν θρηνεῖ, νῦν εὐφραίνεται· νῦν γάλα
ποτίζει, νῦν μυστηρίων ἅπτεται· νῦν συγκατέρ-
χεται, νῦν ἑαυτῷ συνυφοῖ· νῦν ῥάβδον ἀπει- E
λεῖ, νῦν προτείνεται πνεῦμα πραότητος· νῦν
1 ἐπαίρεται τοῖς ὑψηλοῖς, νῦν ¹ταπεινοῦται τοῖς
ταπεινοῖς· ἄρτι τῶν ἀποστόλων ἐστὶν ἐλάχιστος,
ἄρτι δοκιμὴν ὑπισχνεῖται τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦν-
τος Χριστοῦ· ἄρτι τὴν ἐκδημίαν ποθεῖ καὶ σπέν-

A tûs expers; quemadmodum etiam *ſpectaculum* eſſet *& Angelis & hominibus*, medius *I. Cor.* IV. 9.
inter homines ac Deum conſtitutus; pro illis videlicet dimicans, huic autem peculiarem populum concilians & adjungens: præter hæc, quæ extrinſecus ipſi accidebant. Quis enim ſatis dignè quotidianam *II. Cor.* XI. 28.
ipſius animadverſionem commemoret? quis ſingulorum curam? quis Eccleſiarum omnium ſolicitudinem, commiſerationem erga omnes, & fraternam charitatem? Offendebat aliquis; & Paulus infirmitate laborabat: alius ſcandalizabatur, & Paulus urebatur. *Ibid.* XI. 29.

B

LIV. Jam quid de dicendi labore atque induſtria dicam? quid de multiplici medendi ratione? quid de benignitate? quid rurſum de aſperitate? quid de utriuſque mixtione & temperamento? ut nec per benignitatem homines molles ac languidos redderet, nec per acerbitatem exaſperaret. Heris ac ſervis leges ſtatuit, præfectis & ſubditis, viris & mulieribus, parentibus & liberis, matrimonio & cœlibatui, deliciis & continentiæ, ſapientiæ & inſcitiæ, *circunciſioni & præputio*, *Chriſto & mundo*, *carni & ſpiritui*. Pro his gratias agit: illos perſtringit. Hos *gaudium* ſuum & *coronam* nominat: illos dementiæ accuſat. His, rectum iter tenentibus, comitem ſe adjungit, atque alacritatis ſocium ſe præbet: alios malè incedentes reprimit. Nunc à piorum cœtu proſcribit: nunc charitatem firmat. Nunc luget: nunc lætitiâ afficitur. Nunc lac propinat: nunc myſteria attingit. Nunc ad alios ſe demittit: nunc eos ſecum erigit. Nunc virgam minatur: nunc lenitatis ſpiritum offert. Nunc ſublimibus elatum, nunc humilibus humilem ſe præbet. Nunc Apoſtolorum minimus eſt: nunc experimentum pollicetur Chriſti in ſe loquentis. Nunc ex hac vita diſceſſum exoptat, ac

Mira in Paulo regiminis varietas.

Leges omnibus præſcribit. *Eph.* VI. 9. *Col.* III. 22. *Rom.* II. 25. *& ſeq.* *Phil.* IV. 1. *Gal.* III. 1. *I. Cor.* V. 5. *II. Cor.* II. 8. *I. Cor.* XV. 9. *II. Cor.* XIII. 3. *Phil.* I. 23.

(*a*) Ὡς. Reg. t. ὅς.

(*b*) Ὑπὲρ μὲν τῶν &c. Combefiſius ex Reg. Medic. ſingulariter legit: ὑπὲρ μὲν τοῦ ἀγωνιζόμενος, τοὺς δὲ προσάγων; & vertit: *pro illo decertans, hos verò, populum peculiarem adjungens ac concilians.* Quæ quidem lectio melior eſt. Certè Reg. l. habet τοὺς δὲ. An verò idem ſit, quem Combefiſius Regium Medicæum appellat, nobis non liquet. *Omnes tamen*, inquit noſter Louvardus, *vidiſſe poſſumus affirmare.*

(*c*) Παρεκτός. Vocem hanc acuunt, & majori diſtinctione claudunt ſex Regg. codd. octo Colb. Or. 1. Jeſ. Sicque τέτων, quod ſequitur ad periodum ſequentem pertinet, atque ita vertendum: *ea vel curſim recenſere pro dignitate quis poſſit &c.* Sin autem, ſublatâ interpunctione, legas: παρεκτὸς τέτων, optimè cum Ruffino reddideris: *præter ergo hæc omnia, quis &c.*

(*d*) Ἀξίως. Plures codd. melioris notæ habent: πρὸς ἀξίαν.

(*e*) Τὴν καθ' ἡμέραν ἐπισασίαν. *Inſtantiam quotidianam.* Hic apertè alludit Gregorius ad hæc Apoſt. verba, II. Cor. c. XI. 28. ἡ ἐπισύσασίς μς ἡ καθ' ἡμέραν, quæ vulgata reddit: *inſtantia mea quotidiana.* Quamvis hæc vox Apoſt. ἐπισύσασις, non propriè ſignificet *inſtantiam*; ſed potius *incurſum*, quemadmodum interpretati ſunt, non modò Græci, ſed & ipſe Auguſt. de Doctr. Chriſt. lib. 4. c. 7. ubi ait: *incurſus meus quotidianus*; attamen nullatenus dubitamus quin Gregorius legerit ut vulgatus Interpres; adeòque vertendum cum ipſo *inſtantiam*, ſeu *attentam conſiderationem, ſollicitudinem & aſſiduitatem*; quod maximè etiam convenit Apoſtoli propoſito. Ipſi ſiquidem, cùm plurima perſtrinxiſſet, quæ corpus exterius vexabant, propoſitum erat tranſire ad ea, quæ animum interius cruciabant, quod præclarè exprimitur verbo, ἐπισασία, non autem illo, ἐπισύσασις; cujus loco, ἡ ἐπίσασίς μοι ſe in duobus codicibus legiſſe teſtatur Gabrielius.

(*f*) Καὶ ἄλλος. Deeſt καὶ in Regg. a. & h.

(*g*) Φλεγόμενος. In Reg. 1. πυρεμενος, quod eſt Apoſt. verbum.

(*h*) Η δὲ ἐξ. In pluribus deeſt ἐξ. In aliis, ἡ δ' ἐξ; in aliis verò, ἡ δ' ἀμφοτέρων legitur.

(*i*) Μαλακίζειν. Ruff. Oliv. Elias, ut Billius, ad homines referunt. Gabrielius ad Paulum: *ne eſſet, aut lenitate mollior, aut acerbitate durior.* Sententiam utramque græca & latina ſic exhiberent: *ut eſſet ſine mollitie lenitas, & ſine acerbitate ſeveritas.*

(*k*) Χριστῷ καὶ κόσμῳ. Hoc eſt, inquit optimè Elias, *his qui Chriſti ſunt, & his qui mundi.*

(*l*) Ταπεινοῦται. Comb. συνταπεινοῦται.

Quis ſpiritualis præfecturæ finis.

delibatur: nunc propter ſuos magis neceſſarium eſſe cenſet in carne permanere. Non enim, quod ſuum eſt, quærit, ſed quod filiorum, quos in Chriſto per Evangelium genuit. Hic enim ſpiritualis omnis imperii finis eſt, ubique, privatâ utilitate neglectâ, commodis aliorum conſulere.

δεται, ἄρτι ϖδαμεῖναι τῇ ϛαρκὶ δι' αὐτοὺς ἀναγκαιότερον [a]δοκιμάζει· οὐ γδ ζητεῖ τὸ ἑαυτῶ, ζητεῖ δὲ τὸ τῶν τέκνων, ὧς ἐν Χριϛῷ δι' τῦ εὐαγγελίυ ἐγέννησεν· οὗτος ὅρος πάσης πνευματικῆς ϖροϛασίας, παγκοῦ [b]τὸ καθ' ἑαυτὸν παρορᾶν, ϖρὸς τὸ τῶν ἄλλων συμφέρον. a b

Quibus in rebus gloriatur Apoſtolus.

LV. In infirmitatibus & afflictionibus gloriatur. In mortificatione Jeſu, tanquam in alio quodam ornamento ſibi placet. In carnalibus ſublimis eſt, & ob ſpiritualia exultat. Imperitus non eſt ſcientiâ: & tamen ſe per ſpeculum duntaxat & in ænigmate videre ait. Spiritui confidit: & tamen corpus caſtigat, tanquam adverſarium ejiciens. Quid autem in his rebus nos docet atque admonet? nempe, ne ob terrena efferamur, ne ob ſcientiam inflemur, ne carnem adverſus ſpiritum excitemus. Pro omnibus dimicat, pro omnibus precatur, zelo omnes proſequitur, pro omnibus inflammatur, tam à lege alienis, quàm legi ſubjectis, Gentium concionator, Judæorum patronus. Quinetiam majus aliquid pro ſuis ſecundùm carnem fratribus auſus eſt, ut ipſe quoque aliquid audeam hoc dicens, eos ad Chriſtum loco ſuo introduci, pro ſua charitate optat. O ingentem animi præſtantiam! ô ingentem ſpiritûs fervorem! Chriſtum, qui noſtrâ causâ maledictum factus eſt, qui infirmitates noſtras ſuſcepit, & morbos portavit, imitatur; aut, ut moderatiùs dicam, primus poſt Chriſtum, eorum causâ, etiam tanquam impius, aliquid perpeti non recuſat, modò ipſi ſalutem conſequantur.

νε. Εγκαυχᾶται ταῖς ἀϑενείαις, [c]καὶ ταῖς θλίψεσιν· [d]ὡς ἄλλῳ τινὶ κόσμῳ, τῇ Ιησῦ νεκρώσει ἐγκαλλωπίζεται· ὑψηλὸς ἐϛι τὰ ϛαρκικὰ, καὶ τοῖς πνευματικοῖς ἀγάλλεται· ϑεὸν ἰδιώτης τὴν γνῶσιν, καὶ βλέπειν φησὶ δι' ἐσόπτρυ, καὶ ἐν αἰνίγματι. [e]ϑαῤῥεῖ τῷ πνεύματι, [f]καὶ ὑϖοπιάζει τὸ σῶμα [g]καθαιρῶν ὡς ἀντίπαλον· τί διδάσκων ἡμᾶς ἐν τούτοις, καὶ τί παιδεύων; μὴ φρονεῖν τοῖς κάτω, μὴ φυσιῦϑαι τῇ γνώσει, μὴ τὴν ϛάρκα ἐπεγείρειν τῷ πνεύματι· πάντων ὑπερμαχεῖ, πάντων ὑϖερεύχεται, ζηλοῖ πάντας, ἀνάπλεται ὑϖὲρ πάντων, τῶν ἔξω νόμυ, τῶν ὑπὸ νόμον· κήρυξ ἐθνῶν, Ιυδαίων ϖροφάτης· ἐτόλμησέ τι καὶ μεῖζον ὑϖὲρ τῶν ἀδελφῶν αὐτῦ τῶν κατὰ ϛάρκα, ἵνα τολμήσω τι καὶ αὐτὸς οὕτω λέγων· [h]ἀντεισαχθῆναι τούτυς ἑαυτῦ Χριϛῷ δι' τὴν ἀγάπην εὔχεται· ὢ τῆς [i]μεγαλόνοιας· ὢ τῆς τοῦ πνεύματος ζέσεως· μιμεῖται Χριϛὸν, τὸν γενόμενον ὑϖὲρ ἡμῶν κατάραν, τὸν ϛὰς ἀϑενείας ἡμῶν [k]ἀναλαβόντα, καὶ ϛὰς νόσους βαϛάσαντα· ἢ, τό γε μετριώτερον εἰπεῖν, ϖαθεῖν τι ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ὡς ἀσεβὴς, δέχεται, ϖρῶτος ἀπὸ Χριϛῦ, μόνον εἴ ἔτοι ϛωζοιντο. c d e f g

Immenſa Pauli caritas.

II. Cor. xi. 21.

Rom. ix. 3.

Paulus Chriſto vivens, & mundo crucifixus.

Gal. vi. 14.

Phil. iii. 8.

LVI. Quid ſingula commemoro? ipſe enim, non ſibi, ſed Chriſto & prædicationi vivens, mundúmque ſibi ipſi crucifigens, ac mundo, & rebus iis quæ in aſpectum cadunt, crucifixus, parva omnia & cupiditate ſuâ inferiora exiſtimat: quamvis

νϛ. Καὶ τί λέγω καθ' ἕκαϛον; ζῶν γδ οὐκ ἐαυτῷ, Χριϛῷ δὲ τῇ κηρύγματι, καὶ κόσμον ἑαυτῷ ϛαυρώσας, καὶ [l]ϛαυρωθεὶς κόσμῳ τῇ τοῖς ὁρωμένοις, ϖάντα ἡγεῖται μικρὰ καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐλάττονα· κᾆν ὑπὸ Ιερυσαλὴμ καὶ κύκλῳ,

(*a*) Δοκιμάζει. Reg. 1. & Coisl. 1. δογματίζει.

(*b*) Τὸ καθ' ἑαυτὸν. Reg. 1. Or. 1. τὸ ἑαυτῦ. Imo cujuſcumque adminiſtrationis publicæ is eſſe debet finis, ut Plato præcipit, & poſt Platonem Tullius 1. Offic. c. xxv. n. 120. *omnino qui Reip. præfecturi ſunt duo Platonis præcepta teneant: unum ut utilitatem civium ſic tueantur, ut quæcumque agunt ad eam referant obliti commodorum ſuorum* &c.

(*c*) Καὶ ταῖς. Deeſt καὶ in novem Reg. &c.

(*d*) Ὡς ἄλλῳ. Gabr. legit: ὡς καλῷ, & vertit: *tanquam pulchro quodam ornamento.* Sic etiam videtur legiſſe Ruff. *velut pretioſo quodam monili.*

(*e*) Θαῤῥεῖ τῷ πνεύματι. Comb. *fidit ſpiritui, ſecurus ſpiritu eſt*, id eſt, *mentis ſenſu.*

(*f*) Καὶ ὑποπιάζει. Sic Regg. a. r. bm. t. tres Colb. &c. Regii tamen hu, n, u. Or. 1. optimæ notæ, ὑπωπιάζει. Alii duo Regii, duoque Colb. Coisl. 1. habent, ὑποπιέζει.

(*g*) Καθαιρῶν. Billius, melius primis curis vertit, *velut adverſarium profligat.*

(*h*) Αντεισαχθῆναι. Ruffinus hîc plura de ſuo addit: *Audet aliquid ultrà quàm fas eſt... ultrà mandatum Dei nititur; nam proximos ſuos non ſicut ſe, ſed pluſquam ſe diligit. Denique, ſe etiam abjecto, illos pro ſe introduci orat ad Chriſtum... & eligit extra pietatem fieri pro pietate.* Gabr. *optat... ſuum in locum ſuffectos Chriſto exhiberi.* Nihil aliud his verbis ſignificat Gregorius, niſi Paulum optaſſe pro Chriſto interfici, vel devoveri, ut Judæos lucrifaceret & ad Chriſtum introduceret. Anathema à Chriſto eſſe, id eſt, pro Chriſto; quo ſenſu particula *ab* à Cicerone ipſo ſumitur: *ab reo dicere*, id eſt, *pro reo*, *in rei gratiam dicere.* Potuit etiam optare Apoſtolus, in eccleſia Chriſti contemptiſſimus haberi, modò Judæos ad veram juſtitiam perduceret. Demum ſi quid difficultatis hîc eſſet, verbis quæ ſequuntur penitus tollitur: *imitatur Chriſtum qui factus eſt pro nobis maledictum.* Optavit Paulus pro fratribus ſuis, id eſſe, & pati, quod fuit & paſſus eſt Chriſtus pro nobis. Optavit. Fruſtra in erroris ſui patrocinium hæc Gregorii verba trahere conantur novi Heſychiaſtæ, quos egregiè refellit illuſtriſſimus & doctiſſimus Meldenſis epiſcopus in libro qui gallicè eſt inſcriptus: *Divers écrits ou mémoires ſur le livre, qui a pour titre: Explication des Maximes des Saints* &c.

(*i*) Μεγαλόνοιας. Habent pauci Μεγαλοψυχίας.

(*k*) Αναλαβόντα. Regg. novem, plures Colb. Jeſ. Or. 1. λαβόντα.

(*l*) Σϛαυρωθεὶς. Reg. 1. Colb. m. Comb. συσταυρωθεὶς: *unà crucifixus.*

κυκλῳ, μέχρι τῆ Ιλλυρικοῦ πληρώσῃ τὸ εὐαγ-
a γέλιον, κἂν ἐπὶ τὸν τρίτον ὐρανὸν φθάσῃ [a] δι'
b ἁρπαγῆς, [b] κἂν τῆ παραδείσῳ γένηται θεα-
c τὴς, κἂν τῆς [c] ἀῤῥήτων ἡμῖν ῥημάτων ἀκροα-
τὴς. Ταῦτα Παῦλος, καὶ εἴ τις καθ' ἑκεῖνον τῷ
πνεύματι. ἡμεῖς δὲ δεδοίκαμεν μὴ μωροί τινες ὦμεν ἄρχοντες Τάνεως, ἢ
d ῥᾳκῖορες [d] καλαμώμενοι, ἢ μακαρίζοντες τὸν
λαὸν ψευδῶς· προσθήσω δὲ, καὶ μακαριζόμε-
νοι, καὶ τὴν τρίβον τῆς ποδῶν ὑμῶν ταράττον-
e τες· ἢ ἐμπαῖκται κυριεύοντες, [e] ἢ νεανίσκοι προσ-
f λάται καὶ ἀτελεῖς τὴν φρόνησιν, [f] μηδ' ὅσον
ἄρτου καὶ ἱματίου πρὸς τὸ καθηγεῖσθαί τινων
εὐποροῦντες· ἢ Προφῆται διδάσκοντες ἄνομα,
ἢ ἄρχοντες ἀπειθοῦντες, καὶ κακῶς ἀκούειν
g μετὰ τῆς [g] πατρίων ἄξιοι διὰ λιμοῦ σκλη-
ρότητα· ἢ ἱερεῖς τῷ λαλεῖν εἰς τὴν καρδίαν Ιε-
ρουσαλὴμ πλεῖστον ἀπέχοντες, ἃ δὴ πάντα ὁ
h τῆ Σεραφὶμ, καὶ τῷ ἄνθρακι [h] καθαρθεὶς
Ησαΐας ὀνειδίζει καλῶς καὶ μαρτύρεται.

i νζ. [i] Ἀρ' οὖν τὸ μὲν ἔργον τοσοῦτον, καὶ ὅτως
ἐπίπονον τῇ αἰθηλικῇ καρδίᾳ καὶ λυπηρᾷ,
καὶ ὄντως σὴς ὀστέων τῷ γε νοῦν ἔχοντι. μι-
κρὸς δὴ ὁ κίνδυνος, ἢ τὸ πλῶμα εὐκαταφρόνητον;
ἀλλά μοι πολὺν ἐπανατείνεται φόβον, ἔνθεν
μὲν ὁ μακάριος Ωσηὲ, πρὸς ἡμᾶς εἶναι τὸ κρί-
μα λέγων τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας, ὅτι
k παγὶς ἐγενήθημεν [k] τῇ σκοπιᾷ, καὶ ὡς δίκτυον
m l ἐκτεταμένον ἐπὶ τὸ [l] Ιταβύριον, ὃ [m] καταπε-
πῆχθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρωπίνας ἀγρευόντων ψυ-
n χὰς, [n] ἀποθερίζειν τε τοὺς φαύλους ἀπειλῶν
o Προφήτας, [o] καὶ πυρὶ καταναλίσκειν τοὺς
p κρίλας αὐτῶν, [p] ἐφέξειν τε μικρὸν τῷ χρίειν βα-
σιλέα καὶ ἄρχοντας, ὅτι ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν,
ἀλλ' οὐ δι' αὐτῶ.

νη. Ενθεν δὲ ὁ θεῖος Μιχαίας οὐ φέρων
οἰκοδομουμένην Σιὼν ἐν αἵμασιν, ὁποτέροις
βούλει, καὶ Ιερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις, τῶν

A etiam *ab Hieruſalem, & per circuitum, uſque ad Illyricum*, Evangelium impleverit, quamvis *ad tertium cœlum* per raptum pervenerit, quamvis paradiſi ſpectator fuerit, quamvis arcanorum verborum auditor. Hæc Paulus, & ſi quis eodem ſpiritu præditus eſt. Nos autem veremur, ne, ſi cum illis comparemur, *ſtulti* quidam *Principes Taneos* ſimus, aut exactores ſpicas legentes, aut populum falsò beatum dicentes; addam etiam beati dicti, & *pedum veſtrorum viam turbantes*: aut *illuſores dominantes*, aut B *juvenes Antiſtites* ac prudentiâ minimè adulti, ne panem quidem & veſtimentum, ad hoc ut quibuſdam regendis præſimus, habentes; *aut Prophetæ iniqua docentes*, aut *Principes inobedientes*, & digni qui cum *patriis ob famis duritiam* malè audiamus. Aut Sacerdotes longè ab eo remoti, ut *ad cor Hieruſalem loquamur*, quæ omnia Eſaias, per Seraphim & carbonem purgatus, pulchrè exprobrat, & conteſtatur.

Rom. XV. 19.

II. Cor. XII. 2.

Iſ. XIX. 11.

Iſ. IX. 16.

Iſ. III. 12.

Iſ. III. 4.

Iſ. III. 7.

Iſ. IX. 15.

Iſ. VIII. 21.

Iſ. XL. 2.

LVII. Sed fortaſsè tantum quidem eſt hoc opus, támque moleſtum & laborioſum cordi ſenſu prædito, & mœrenti, ac verè *tinea oſſium* viro prudenti. Verùm parvum eſt periculum, aut caſus levis & contemnendus? At enimvero magnum mihi terrorem injiciunt, hinc beatus Oſeas, adverſus nos *Sacerdotes* & Præfectos *judicium eſſe* dicens, quia *laqueus ſpeculæ facti ſumus, & quaſi rete extenſum ſuper Itabyrium*, quod ab iis fixum eſt, qui humanas animas venantur, minitánſque ſe facturum, ut malos Prophetas demetat, ac judices eorum igne abſumat, ſéque pauliſper contineat, ne Reges & Principes ungat: quoniam *ſibi ipſis ac non per ipſum regnarunt.*

Mali Paſtoris periculum.

Prov. XIV. 30.

Oſee V. 1. 2.

Oſee VI. 5.

Ib. VII. 7.

VIII. 4.

LVIII. Hinc autem divinus Micheas, *Sion in ſanguinibus ædificari* non ferens, utrumvis ſanguinem intellexeris, & *Hieruſalem in injuſtitiis, Præfectis* nimirum *ejus*

Paſtorum iniquitas eſt quandoque publicæ calamitatis cauſa.

(*a*) Δι' ἁρπαγῆς. Colb. 5. uno verbo, διαρπαγεὶς, & in margine δι' ἁρπαγῆς.

(*b*) Κἂν τῷ. Habet Reg. hu. ᾧ, & paulò poſt idem. Regg. a. t. x. Colb. 1. 7. m. Or. 1. Gabr. ὧ τῶν.

(*c*) Ἀῤῥήτων ἡμῖν. Regg. a & u. ἀποῤῥήτων, *arcanorum verborum, quæ nobis loqui non licet.* II. Cor. XII. 4.

(*d*) Καλαμώμενοι. *Exactores ad ſpicam uſque ſpoliantes*, ut in Iſ. III. 12.

(*e*) Ἢ νεανίσκοι προσάλαι. *Aut pueri principes.*

(*f*) Μηδ' ὅσον &c. *Ne quidem tantùm habentes, quantùm ſatis ſit.*

(*g*) Πατρίων. *Cum paternis, familiis* ſcilicet *aut capitibus.* Vulgata & Hebr. *Diis aut Judicibus.*

(*h*) Καθαρθεὶς. Regg. bm. r. u. tres Colb. Or. 1. καθαρισθεὶς.

(*i*) Ἀρ' ἓν τὸ. Sic omnes codd. Τὸ deeſt in ed.

(*k*) Τῇ σκοπιᾷ. Delevimus præpoſitionem, ᾧ, quam in nullis reperimus codicibus. Non legitur etiam in ipſo ſcripturæ textu, nec in edit. Romana, Veneta, &c.

(*l*) Ιταβύριον. Thabor, ut habent Hebrea, Aquila, Symmachus. Codex Barberinus in margine: ἐπὶ θαβώρ. Joſeph. Antiq. l. v. c. 1. habet Ἰταβύριον. Porro *mons in Galilæa*, ut ſcribit Hier. lib. 1. Comm. in Oſee c. 5. & libro de Nom. Hebr. *nemoroſus ille, in quo aucupes exercebantur*, teſtibus Grotio & Kimkhi; quibus Scholium ad oram cod. Or. 1. adſcriptum mirificè favet. ὄρος ὑψηλὸν, ὅτω καλούμενον, μίαν ἔχον πηγὴν, ἐν ᾗ τὰ θηρία συνέρχεται πίειν ὕδωρ. ἔστι δὲ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ἔνθα ἐθήρευον τὰ ὄρνεα καὶ τὰ κτήνη. *Mons altus ita dictus; fontem habens, in quo aquam bibituræ coeunt feræ. Eſt autem in Galilæa, ubi volucres ac pecora venabantur.* (Sylveſtria nimirum, ut indicat Baſ. per vocem ἀγρίων,) quod non niſi locis nemoroſis convenit.

(*m*) Καταπεπῆχθαι. Sic Regii omnes & Colb. Savilius verò apud Montac. καταπέπηκται.

(*n*) Ἀποθερίζειν τε. Reg. z. pro τε, habet δὲ.

(*o*) Καὶ πυρὶ. Hæc quidem vox non eſt in Propheta; verùm cùm *Clibani* verbo utatur hîc, appellatis etiam urbibus quæ igne perierunt, potuit Gregorius hâc voce uti, & illam propoſito ſuo accomodare.

(*p*) Εφέξειν. Reg. r. ἐφέλξειν.

Mich. III. 10. *& seq.*

b ζ. Υμεῖς δὲ εἴ τι [b]χαρίζεσθέ μοι, τὸ ἐμὸν
γεώργιον, ἢ ἄμπελος ἡ ἐμὴ, τὰ ἐμὰ σπλάγ-
c χνα, μᾶλλον δὲ τοῦ κοινοῦ πατρὸς ἡμῶν, [c]οὓς B
οὗτος ἐν Χριστῷ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγέννησεν,
d [d]αἰδεῖσθε μὲν καὶ ἡμᾶς· δίκαιον γὰρ, οἳ πάντων
ὑμᾶς προετιμήσαμεν· ὑμεῖς μάρτυρες, καὶ οἳ
ταύτην ἡμῖν ἐγχειρίσαντες τὴν εἴτε ἡγεμονίαν,
e εἴτε διακονίαν· καὶ εἴ τῳ [e]πλεῖον ἀγαπήσαντι,
f πλέον [f]ὀφείλεται, πῶς μετρήσω τὴν ἀγάπην,
h g ἧς [g]ὑποχρέους ὑμᾶς διὰ τῆς ἐμῆς ἔλαβον; [h]αἰ-
δεῖσθε δὲ πλέον ὑμᾶς αὐτοὺς, καὶ τὴν πιστευ-
θεῖσαν εἰκόνα, καὶ τὸν πιστεύσαντα, & τὰ Χριστοῦ
i πάθη, καὶ ἃς ἐκεῖθεν ἐλπίδας, [i]πίστιν μὲν ἔχον- C
τες ἣν παρειλήφατε, καὶ ᾗ συνετράφητε, μεθ' ἧς
καὶ ζῶζεσθε, καὶ ζώζειν ἄλλους πιστεύεσθε· ἐ γὰρ
πολλῶν, εὖ ἴσε, τὸ ὑμέτερον καύχημα. τὸ δὲ
εὐσεβὲς, μὴ ἐν τῷ πολλάκις περὶ Θεοῦ λαλεῖν,
ἀλλ' ἐν τῷ τὰ πλείω σιγᾷν, εἶναι τιθέμενοι·
γλῶσσα γὰρ ὀλιθος ἀνθρώποις μὴ λόγῳ κυ-
βερνωμένη· καὶ ἀκινδυνοτέραν ἀκοὴν, ἀεὶ λόγου
k νομίζοντες, [k]ὥστε τὶ μανθάνειν ἥδιον, ἢ διδάσκειν
περὶ Θεοῦ· τὴν μὲν ἀκριβεστέραν τούτων ἐξέτασιν
τοῖς οἰκονόμοις τοῦ λόγου παραχωροῦντες· αὐτοὶ D
l δὲ λόγῳ μὲν εὐσεβοῦντες [l]ὀλίγα, ἔργῳ δὲ πλείονα,
καὶ τῇ τηρήσει τῶν νόμων μᾶλλον, ἢ τῷ θαυμάζ-
n m ειν τὸν [m]νομοθέτην, τὸ περὶ [n]αὐτὸν φίλτρον ἐπι-
δεικνύμενοι, φεύγοντες κακίαν, διώκοντες ἀρε-
p o τὴν, πνεύματι [o]ζῶντες, πνεύματι [p]στοιχοῦντες,
q [q]τούτῳ τὴν γνῶσιν ἕλκοντες, ἐποικοδομοῦντες
r τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως, μὴ [r]ξύλον, μηδὲ
χόρτον, μηδὲ καλάμην, ὕλην ἀθενῆ καὶ ῥᾳδίως
δαπανωμένην, ἵνικα ἂν πυρὶ κρίνηται τὰ ἡμέ-
s τερα, ἢ [s]καθαίρηται· ἀλλὰ χρυσὸν, ἄργυρον, E
λίθους τιμίους, τὰ μένοντα καὶ ἰσάμενα.

VII. Vos verò, ſi quid mihi gratificari eſt animus, vos inquam *agricultura mea*, *vinea mea*, *viſcera mea*, aut communis potiùs Parentis hujus noſtri, à quo *per Evangelium in Chriſto* geniti ſumus, nos quidem etiam ipſos colite atque obſervate: æquum eſt enim, cùm vos omnibus rebus prætulerimus: vos teſtes eſtis, & qui hoc, ſive imperium ſive miniſterium, fidei noſtræ commiſerunt. Et, ſi ei qui plus amavit, plus debetur, quânam menſurâ charitatem eam metiar, quâ vos mihi charitas mea tanquam ære alieno devinxit? Immò vobiſmetipſis magis, commiſſæque imagini, & ei qui commiſit, & Chriſti paſſionibus, & ſpei vitæ futuræ honorem habeatis. Id porrò aſſequemini, ſi eam quidem fidem teneatis, quam accepiſtis, & in qua educati eſtis, & cum qua non modò ipſi ſervari, ſed aliis etiam ſalutem afferre credimini; quæ quidem veſtra laus hujuſmodi eſt, ut non multi eam ſibi vendicare poſſint. At verò pietatem non in multum & ſæpè de Deo loquendo, ſed ut plurimùm tacendo, poſitam eſſe judicetis; lingua enim, niſi ratione gubernetur, in lapſum facilè homines impellit: ſempérque minùs periculoſum eſſe audire, quàm loqui exiſtimetis, ac proinde lubentiùs de Deo quidpiam diſcatis, quàm doceatis: vóſque ita comparetis, ut exactiore harum rerum examinatione diſpenſatoribus Verbi relictâ, ſermone minimùm, operibus majori ex parte Deum colatis: Magiſque legis obſervatione, quàm Legiſlatoris laude & prædicatione veſtrum erga eum amorem declaretis, nimirum vitia fugientes, virtutem conſectantes, *ſpiritu* viventes, ſpiritûs veſtigiis ingredientes, eóque cognitionem *attrahentes*, fundamento fidei ſuperſtruentes, *non lignum*, *non fœnum*, *non ſtipulam*, levem materiam faciléque conſumendam, cùm actiones noſtræ igne judicabuntur, aut purgabuntur; ſed *aurum*, *argentum*, *lapides pretioſos*, res firmas & ſtabiles.

In quo vera pietas ſita. *I. Cor.* III. 9. *Iſ.* V. 1. *Philem.* ℣. 12. *I. Cor.* IV. 15.

Luc. VII. 43.

Minus periculoſum eſt audire quàm loqui.

Deus magis operibus quã verbis colendus.

Legis obſervatione amor erga Legiſlatorem declaratur. *Rom.* XII. 11. *Pſ.* CXVIII. 131. *I. Cor.* III. 11. 12.

(*a*) Μετρηταὶ. Reg. r. *μερισαί.*
(*b*) Καρίζεσθε. Tres Regg. *καρίζοισθε.* Colb. m. *καρίζεσθαι.*
(*c*) Οὓς... ἐγέννησεν. *A quo... geniti ſumus.* Sic profectò vertendum, non verò, ut Billius, *geniti eſtis*; alioquin *communis parens* non eſſet.
(*d*) Αἰδεῖσθε. *Reveremini.*
(*e*) Πλεῖον. Nonnulli πλέον. Ed. Baſ. πλείσον.
(*f*) Οφείλεται. Duo Regii, ὀφείλετε.
(*g*) Υποχρέους. *Quâ vos obſtrictos meâ caritate accepi.*
(*h*) Αἰδεῖσθε. *Honorem habeatis.* Billius, *habebitis*
(*i*) Πίστιν. *Fidem.* Billius addit: *minimè dubiam*, quæ cùm à græco abſint, delevimus.
(*k*) Ὅτε τὶ. Sic quatuor Regii, & totidem Colb. Comb. ὡς ἔστι μανθάνειν. Reg. y. ὥστε τὸ.
(*l*) Ολίγα. Reg. g. ὀλίγῳ. Sic vertit Comb. *Paucis ſermone pietatem jactantes, majori ex parte opere præferentes.*
(*m*) Νομοθέτην. Reg. l. νόμον.
(*n*) Αὐτὸν. Reg. y. αὐτῶν.
(*o*) Ζῶντες. Billius in marg. fortè ζέοντες, *ſpiritu ferventes.*
(*p*) Στοιχοῦντες. *Incedentes*, ſeu *ambulantes.* Gal. V. 25.
(*q*) Τούτῳ. Reg. a. τούτων.
(*r*) Ξύλον. Septem Regg. quatuor Colb. Jeſ. ξύλα. Mox, μὴ χόρτον pro μηδὲ χόρτον.
(*s*) Καθαίρηται. Abeſt à Reg. l.

Quem veri Paſtores à populo amorem poſtulent.

VIII. Hæc velim, faciatis, atque hujuſmodi nos honoris genere complectamini, ſive ſermonibus noſtris adſitis, ſive abeſſe malitis, ſive orationum noſtrarum cupiditate ducamini, ſive quid aliud hujus rei ſtudio antiquius habeatis: ac *filii Dei* puri, *& ſine reprehenſione, in medio pravæ ac perverſæ* generationis efficiamini; neque unquam *impiorum in circuitu ambulantium funibus impliciti*, aut *peccatorum* veſtrorum *catenis conſtricti*, teneamini: nec denique committatis, ut hujus *vitæ curis* divinus *ſermo ſuffocetur*, vóſque *fructu* careatis: quin potiùs, *viâ regiâ incedatis, nec ad dextram nec ad ſiniſtram deflectentes*, ac per *anguſtum* tramitem quaſi per *latam viam*, duce Spiritu gradiamini. Hoc ſi feceritis, præclaro ſtatu res veſtræ erunt, cùm in hac vita, tum in alterius ſæculi cenſura, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula. Amen.

Philip. II. 15.
Pſ. XI. 9.
Prov. V. 22.
Matth. XIII. 22.
Num. XXI. 22.
Matth. VII. 13.

η. Ταῦτα πεφάσοιτε, καὶ τέτοις [a]ἡμᾶς δοξ- A a
άζοιτε εἴτε παρόντες, εἴτε ἀπόντες, εἴτε με-
ταποιούμενοι τῶν ἡμετέρων λόγων, εἴτε [b]ἄλλό b
τι πεστιμότερον ἄγοντες· καὶ [c]γίνοισθε τέκνα c
Θεοῦ καθαρὰ καὶ ἀμώμητα, ἐν μέσῳ γενεᾶς
σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης· ἵ μὴ πεπλέκοιτο
ὑμῖν τὰ τῶν κύκλῳ πεπατούντων ἀσεβῶν
σχοινία, μηδὲ σειραῖς τῶν [d]οἰκείων ἁμαρ- d
τιῶν πεπισφίγοισθε, μηδὲ ταῖς βιωτικαῖς με-
ρίμναις συμπνίγοιτο [e]ὑμῖν ὁ λόγος, καὶ ἄκαρ- e
ποι γίνοισθε· ἀλλ' ὁδῷ [f]πορεύοισθε βασι- B f
λικῇ, [g]μὴ ἐκκλίνοντες εἰς δεξιὰ, μηδὲ εἰς g
ἀριστερὰ, καὶ δι' τῆς σενῆς ὡς πλατείας ὑπὸ
τοῦ πνεύματος ὁδηγέμενοι· καὶ τὸ ἡμέτερον εὖ
ἔξει, νῦν τε καὶ εἰς τὴν ἐκεῖθεν ἐξέτασιν, ἐν
Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς
αἰῶνας· ἀμήν.

(a) Ημᾶς δοξάζοιτε. Duo Colb. ὑμᾶς δοξάσοιτε.
(b) Ἀλλό τι. Sic quatuor Regii &c.
(c) Γίνοισθε. Reg. a. Colb. m. γένοισθε. Billius ex Elia γινώσκησθε.
(d) Οἰκείων. Reg. I. ἰδίων.
(e) Ὑμῖν ὁ λόγος. Reg. I. ὑμῶν ὁ λογισμὸς· Colb. m. ὑμῖν ὁ λογισμός.
(f) Πορεύοισθε. Reg. u. πορεύεσθε.
(g) Μὴ ἐκκλίνοντες. In Reg. u. in marg. γρ. μὴ ἐκκλίνοντες δεξιὰ, μηδὲ ἀριστερά. Colb. m. ſic habet in textu. Reg. I. ἢ ἀριστερὰ.

MONITUM

MONITUM

IN ORATIONES QUARTAM ET QUINTAM.

I. NON obſcurus eſt, *ut cum Baſilio loquar*, Oratoris ſcopus: quippe qui Apoſtatæ impietatem publicè, quaſi in columna ſculptam, infamiâ notat. Nec deſignatis tantummodò ab eo ſceleribus hunc petit, ſed ipſis etiam ferit, quibus ille veluti quibuſdam alis ad cœlum uſque efferri ſibi videbatur, fabulis, hiſtoriis doloſiſque ſophiſmatibus, præſtigiis, ſacrificiis, fraudibuſque dæmonum & oraculis, quæ, per ſummam adversùm nos & Chriſtum injuriam, eructabat. Abundans autem & varia illa tota materia cùm ſit, varium quoque ac multiplex dicendi genus & artificium Pater adhibet. Panegyrico modo, modo judiciali, tum deliberativo dicendi genere procedens, in omnem, quam ars patitur, formam ſeſe vertit, ut varietur oratio. (a)

Scopus primus Steleuticæ.

II. *Geminas contrà Julianum Invectivas primis pueritiæ ſuæ temporibus à Gregorio ſcriptas Camerarius exiſtimavit; quod quidem, ut optimè obſervat Billius, reſpuit orationis gravitas ponduſque ſententiarum, atque etiam certiſſimè narrata ibidem Apoſtatæ funeſta mors & exequiæ. Ac certè jam Athenis Gregorius anno circiter ſuæ ætatis trigeſimo, de Juliano, quem ibi verſantem notat, tam malè quàm verè ominatus, exceſſerat. Mox illâ, ut loquitur, graſſante* belluâ, *eximium de Sacerdotio librum elaborabat; nec ergo potuit has utraſque Orationes conſcribere, niſi poſtquam ejuratæ religionis impietatiſque pœnas Apoſtata luit. Mortuus eſt ſcilicet eâ nocte, quæ anno 363, diem Junii vigeſimam-ſextam cum vigeſima-ſeptima committebat. Nec ita multò pòſt, adeòque ut videtur, labente anno 363, quod oſtendit ſatis Steleuticæ prioris exordium ac poſterioris clauſula, Gregorius in Ponti ſolitudinem tertiò ſecedens, non jam* Augiæ ſtabulum *unà cum Baſilio, non* plauſtrum *curavit aut* platanum; *non* lapides quoslibet, *ſed* herculeis ſublimiorem inſignioremque columnam *duplici ſcopo excidit & ornavit; quam non uni fixam, ſed omni mobilem loco ac tempore, & Apoſtatæ ſceleribus, & poſterorum admonitioni ſtatuere cogitabat. Id namque Gregorius de Orationibus ſuis conſecutus eſt, ut exploſis laudibus, quas in Julianum Eunapius Libanius, Calliſtus, ceterique adulatores perversè congeſſerant, æternam nomini ejus notam inureret. In hujus laboris ac gloriæ ſocietatem aliquam vocare Baſilium, eò cum Baronio veremur minùs, quòd, animo atque etiam loco tum conjuncti, ambo in iis Orationibus loqui videantur:* hæc tibi, *inquit,* Baſilius & Gregorius conatûs tui adverſarii &c. *Utroque certè ſunt dignæ Orationes*; quarum excellentiam, *inquit Baronius*, haud ſatis dignè

Quo tempore ſint ſcriptæ.

Vita Greg. & carm. I. v. 241. Or. V. n. 24. Or. II. n. 87.

Ep. V. Ep. VI.

Bar. ad annum 363. T. IV. p. 146.

Or. V. n. 40.

Ann. 363. pag. 144.

(a) Οὐκ ἄδηλος ὁ σκόπος. τὴν τῶ παραβάτε ϛηλιτεύων κακίαν· καὶ πόλλοῖς αὐτὸν βάλλων τοῖς ἐγχειρήμασιν· ἃ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτῶ πλεροῖς κατατοξεύων, οἷς ὁ ἐκεῖνος ἐπήρθη, καὶ μύθοις, καὶ ἱϛορίαις, καὶ σωφίσμασι δολεροῖς γοητείαις τε, καὶ θυσίαις, καὶ δαιμόνων ἀπάταις τε καὶ χρησμοῖς, καθ' ἡμῶν τε καὶ Χριϛῶ ἐξυβρίσας ἐπερύξατο. πλείϛης δὲ ὅσης τῆς ὕλης ὑποκειμένης, πολὺς ἐϛι τῶ πατρὶ ϛ ὁ τ τέχνης σχηματισμός. πῆ μὲν γὰρ πανηγυρικῶς, πῆ δὲ δικανικῶς, πῆ δὲ καὶ συμβουλευτικῶς, πρόεισι κατὰ πᾶν εἶδος τ τέχνης ϛρεφόμενος τε καὶ ποικιλλόμενος.

laudare queant clariſſimi Oratores ; eaſque prudens quiſque dixerit duo fulmina magno cum fragore tonitrui, veritatis luce coruſca, in horrendum monſtrum valido impetu cœlitus miſſa.

Illatæ Gregorio a temerariis Scriptoribus injuriæ repelluntur.

III. *Faceſſant igitur, & ſi quis pudor, latebris ſeſe occultent temerarii Scriptores, ne quid acerbius dicam, qui Eunapii, Zozimi, Libanii veſtigiis inhærentes, miſerum Apoſtatam non modò maximis laudibus efferunt, verùm etiam eam laudationem, cum ſanctorum Patrum vituperatione ac Chriſtiani nominis injuria, conjungunt. Quis tulerit Petrum Cunæum aſſerentem* viros pietate inſignes, ſtudio partium obcæcatos & perquam acerbos fuiſſe ; *indéque accidiſſe*, ut cùm de iis, qui olim vixere, Principibus judicium fertur, multùm nos decipiat veterum quorumdam, quos in Eccleſia Dei claros atque illuſtres fuiſſe ſcimus, auctoritas. *Me pudet cætera proſequi quæ in ſanctos Patres per calumniam evomit, ac quæ gloriosè prædicat de Juliano, quem Conſtantino longè præſtantiorem non veretur aſſerere, & eò uſque progreditur impietatis, imò amentiæ, ut dicat,* ſubiiſſe animum ſuum Juliani venerationem ; *viri nimirum cujus execranda omnibus retrò ſæculis fuit, eritque ſemper memoria. Clericus eodem ac Cunæus delirio vexatus, Theologo* acerbitatem animi *&* impotentiam *affingit. Vox Libanio, & Zozimo digna, atque iis, qui à catholica religione defecerunt. Iis ſanctiſſimos Eccleſiæ Patres aſpernari, & Apoſtatam laudare conceſſum eſt. At undè, quæſo, illis de Juliani virtutibus conſtat ? Non aliunde profectò, ſi vera fateri velint, quàm ex ipſius de ſe Juliani teſtimonio, vel Libanii, Zozimi, Ammiani Marcellini, Ethnicorum nempè Scriptorum, qui pro ſuo in Religionis Chriſtianæ deſertorem amore, atque in Chriſtianos odio ac livore, plurima de eo ſunt mentiti. Quo jure ? quâ æquitate, Ethnicis Scriptoribus ſanctiſſimi ac doctiſſimi Eccleſiæ Patres poſthabentur ? An verò graviores ac luculentiores ſunt veritatis teſtes Libanius & Zozimus, Gentiles, quàm Gregorius noſter & Cyrillus Alexandrinus ? Hæc ſeriò perpendant illi è noſtris, qui inconſideratè de Juliano plura nimium gloriosè, nec ſat verecundè de SS. Patribus, maximè Gregorio, ſcripſerunt. Legant Apoſtatæ laudatores, quid ſcripſerit Auguſtinus adversùs Donatiſtas, qui, oblato huic Imperatori ſupplici libello, ejus juſtitiam laudaverant, ne quidem paſſus S. Doctor vel unius juſtitiæ laudem Juliano tribui, nec id Chriſtianos decere ratus, acriter objurgat atque exagitat Donatiſtas. Hæc à nobis noſtra in ſanctos Patres obſervantia, & debitum religioni ſtudium elicuit.*

Petr. Cunæus, Præf. in Juliani Cæſares.

Clericus, Bibl. univ. T. 18. ann. 1690. art. 1. p. 34.

Præf. Edit. Oper. Juliani ann. 1630.

Aug. contr. Epiſt. Parmen. lib 1. c. 12. n. 19. p. 23. T. IX.

IV. *Poſthabito igitur adulatorio Ethnicorum de Apoſtata teſtimonio, vera eſſe quæ de ipſo ſcripſere ſancti Patres, atque inprimis Theologus, agnoſcamus. Hæc firma, hæc inconcuſſa manent ; & jam cum clariſſimo Annalium Eccleſiaſticorum parente mirari ſubit, quàm graphicè ſub adumbrata hominis apoſtatæ forma, ipſius Juliani ſingula quæque lineamenta Scriptor ſacer expreſſerit hiſce verbis :* Homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore perverſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia ſeminat. Huic extemplò veniet perditio ſua, & ſubitò conteretur, nec habebit ultra medicinam.

Scriptoribus eccleſiaſticis de Juliano major habenda fides quàm Ethnicis.

Bar. ad an. 363. T. IV. p. 144.

Prov. VI. 12. & ſeqq.

V. *In prima Steleutica*, hominis, *ut ipſe ait Gregorius, ſeu Juliani* improbitas ac perverſitas abundè oſtenditur ; tam per ea quæ adversùs Catho-

Scopus ſecundæ Steleuticæ.

licos perpetravit, quàm per ea quæ facere parabat. *In altera autem Invec-* Or. v. n. 1.
tiva, ſeu Oratione quinta, quæ eſt pars altera & appendix hujus operis, alium ſibi Orator ſcopum proponit, eumque, tum apud Deum ſanctiorem, *Ib.* n. 1.
tum auditoribus jucundiorem, atque adeò poſteris utiliorem; nimirum ut ad ea quæ ſuperiùs dicta ſunt, juſtas Dei lances adjungat, eaſque pœnas quibus improbitas compenſatur & exercetur *deſcribat. Is eſt ſcopus alterius Invectivæ, in qua Juliani mortem proſequitur. Duo igitur nobis expendenda ſuperſunt. Primum quidem, de Orationibus, an ſcriptæ tantùm, an dictæ quoque fuerint: alterum de Conſtantii laudibus, quæ non paucorum animos offenderunt olim, hodieque etiam offendunt.*

VI. *Has Orationes factas ſcriptaſque, ut coram populo declamarentur,* Scriptæ tantum non declamatæ orationes contra Julianum.
exordium prioris, aliaque paſſim verba videntur demonſtrare; at re ipsâ pronuntiatas non fuiſſe, ex ipſo Gregorio credere cogimur: quippe qui, diviſis *à Patre* diſciſſiſque Monachis, ſermonem ſe abjeciſſe, neminique Or. vi. n. 3.
conceſſiſſe, *iterum atque iterum profitetur. Illa autem diviſio perſeverabat, & de Nazianzenæ Eccleſiæ ſchiſmate dolor, qui* veluti nubes aliqua cor *Gregorii* ſubiens ſermonis radios obtegebat, *cùm Invectivas ſcriberet.* *Ib.* n. 2.
Quod quidem manifeſtum eſt his verbis Gregorii, quibus non alios quàm Monachos fidei zelo ferventiores, & à Gregorio Patre idcircò diſſidentes notat: Atque utinam ille quoque cœtus ad chorum noſtrum ſe adjungat, Or. iv. n. 10.
qui cùm priùs cantionem haudquaquam adulterinam & ignobilem (*atque ideò non Arianam*) Deo accineret, ac dextro quondam ordine, (*quo ſtatuebantur honoris causâ Monachi*) dignus haberetur, atque etiam, ut confido, brevi habebitur, haud ſcio quâ re commotus, repentè cantum in diverſum mutat, alioque gradu atque ordine ſe collocat; ac ne ob communem quidem lætitiam adduci poteſt, ut nobiſcum conjungatur &c. *Hæc nullatenùs Arianis, ſed Monachis optimè conveniunt, uti per-* *Ib.* n. 10.
multa alia. Iſtorum ſe retineri fide, *ne zelum in eos exerceat, eoſdem,* ut membra ſua fovere ſe adhuc atque complecti, *ait Theologus. Itane de Arianis locutus fuiſſet? De Monachis igitur à Patre Gregorio diſſidentibus hæc ſunt intelligenda; diſſidium autem iſtud tantam Theologo moleſtiam attulit, ut, quandiu perſeveraverit, ſermonem omnem abjecerit, ac nemini conceſſerit. Indè ſequitur geminas contra Julianum Invectivas, quas ſcripſit Gregorius quo tempore Monachi Nazianzeni ab Epiſcopo ſuo diſſidebant, ſcriptas tantummodò, non autem coram frequenti populo habitas.*

VII. *Jam verò quod ad Conſtantii laudes attinet, Gregorii de eo præconiis* Præconia Gregorii de Conſtantio expenduntur.
plures olim, ut jam dictum, offenſi ſunt, atque etiam hodiè offenduntur; eòque progreſſi ſunt complures, teſte Baronio, ut Gregorium inverecundè Bar. ad ann. 361. T. 3. p. 838.
atque admodum temerè in crimen vocarent proditæ veritatis. *Iniquiorem certè Catholicis, & Arianæ Hæreſeos defenſoribus faciliorem ſe præbuit Conſtantius, quàm ut excuſari, nedum abſolvi poſſit; excuſari tamen & defendi poteſt Gregorius, qui eum laudavit. Primò quidem obſervandum eſt, non tanto apud veteres odio flagraſſe Conſtantium, quanto apud nos flagrat. Hodie namque Conſtantii nomen vix ac ne vix quidem aliud ſonat, præter Chriſti ac veritatis hoſtem, Eccleſiæ perſecutorem,*

ac penè Antichriſtum. Indulgentiores fuere veteres, qui nonnullas hujus Imperatoris egregias dotes, ac præclara quædam facinora conſpicientes, mitiorem de eo ſententiam tulerunt, atque etiam laudibus ornarunt. Cujus rei ut unum è multis, graviſſimum teſtem proferam, Ambroſius de eo ſic honorificè loquitur ſcribens Valentiniano. Conſtantius Auguſtæ memoriæ nondum ſacris initiatus myſteriis, contaminari ſe putavit, ſi aram illam videret; juſſit auferri, non juſſit reponi. *Id quidem Romæ accidit, cùm Conſtantius aſcendens Capitolium, aram Victoriæ inde tolli præcepit.*

Epiſt. XVIII. n. 32.

In Juliani comparatione laudari potuit Conſtantius.

VIII. *Præconia Gregorii de Conſtantio in iis occurrunt Orationibus, quas contrà Julianum ejus ſucceſſorem ſcripſit. Quis porrò adeò ſeverum ac rigidum Oratoris cenſorem ſe exhibebit, ut nihil ei concedendum putet, ſi comparans cum Juliano Conſtantium, illum deprimat, hunc extollat? Hâc igitur ratione, licuit Gregorio comparatione Juliani laudare Conſtantium, & in laudando excuſationem mereri poteſt, ſi nimius fuerit. Comparatione peſſimi interdum laudari malum uſu venit.*

Edictis legibuſque ſanctis, de Chriſtiana Religione benè meritus eſt Conſtantius.

IX. *Commendari etiam potuit Conſtantius, citra adulationem & mendacium, ex pietate, ſeu ex cultu erga religionem exhibito. Luculentiſſima certè teſtimonia ſunt illius in Chriſtianam Religionem cultûs, promulgatæ à Conſtantio ea de cauſa leges, & ſancita adversùs idololatras, ſuperſtitioſos, incantatores, magoſque edicta; quibus Patri ſuo Conſtantino, aliiſque compluribus orthodoxæ fidei Principibus minimè impar videri poſſit. Si in crimen vocatur Gregorius, eò quòd laudarit Conſtantium, vocandus etiam erit S. Hilarius Pictavienſis; ille ipſe Præſul, quo non alter ferventior catholicæ fidei defenſor contra Arianos. Laudat namque Hilarius* Conſtantium, à ſingulari & admirabili ſapientia, à beata & religioſa voluntate: verè te, Domine Conſtanti Imperator, *inquit*, admiror fidem tantum ſecundùm ea quæ ſcripta ſunt deſiderantem; & meritò planè ad illa ipſa Unigeniti Dei eloquia feſtinans, ut Imperatoriæ ſollicitudinis capax pectus etiam divinorum eloquiorum conſcientiâ plenum ſit. *Si laudaſſe Conſtantium crimen eſt, magnus Athanaſius in crimen vocabitur, invictus ille orthodoxæ fidei propugnator, in quo annis pluribus catholica fides inclinata recumbere viſa eſt: quippe qui* humanum & pium Imperatorem *appellat Conſtantium.* Illi, *inquit, de Arianis Epiſcopis loquens*, præter mentem Conſtantii Imperatoris humani & pii pro libidine quæ volunt promulgant &c. *Cujuſmodi plurima alia in Apologiis Athanaſii reperias; quanquam ab eo, ut ab Hilario*, patronus impietatis, hæreſeos Imperator & Antichriſtus *non ſemel audierit. Hinc colligere eſt, quàm verè Gregorius hæc de infelici Principe ſcripſerit.* Qui quidem (*Conſtantius*), ſi quid moleſtiæ nobis exhibuit, non noſtri contemtu id fecit, nec ut nos contumeliâ afficeret, nec ut aliis quibuſdam potiùs quàm nobis indulgeret; ſed ut omnes in unum coiremus animorumque conſenſione conjungeremur, nec per Schiſmata inter nos dirempti atque diſſecti eſſemus. *Et in Steleutica ſecunda*: Nam etſi à recta fide non nihil declinare viſus eſt, hoc tamen crimen importunitati Procerum fideique pravitati tribuendum eſt &c.

Lib. I. ad Conſt. n. 2. p. 1219.

Lib. 2. n. 8.

Præter mentem ipſius, Ariani ejus autoritate abuſi ſunt.

Hiſt. Arian. n. 45.

Ib. n. 74. & 75.

Or. IV. n. 37.

Or. V. n. 17.

X.

X. *Deceptus nimirum, tametſi, teſte Hilario, cupidiſſimus audiendæ veritatis, bonus Princeps Catholicos neſciens urgebat, atque in eos ſævire compellebatur. Quia ii non erant, qui, proditâ veritate atque conſcientiâ, falſam pacem emerent. Eòque credibilius iſtud evadit, quòd Theodoretus ſcribit :* Etſi Conſtantius deceptus ab iis, quibus ſe regendum permiſerat, Conſubſtantialis vocabulum non admiſit, ſenſum tamen ejus ſincerè confeſſus eſt. *Quæ profectò, ſi vera ſunt, minuenda eſt Conſtantii culpa, quanquam abſolvi penitùs non poſſit.*

Audiendæ veritatis ſtudioſus, ab Arianis deceptus.

Lib. 2. ad Conſt. n. 1. & 4.

Hiſt. l. 3. c. 1. p. 126.

XI. *Hunc tamen videtur abſolvere Gregorius, atque etiam in cœlis collocare. Sed error ignoſcendus; cùm ignorans facti Conſtantium putaverit pœnitentem; quippe quem audierat morientem doluiſſe, quòd novis ſtuduiſſet dogmatibus. Pro certo habebat Gregorius, cùm Invectivas ſcriberet,* Conſtantium pio fine vitam clauſiſſe. Quòd ſi verè, prout ipſe putavit, *inquit Baronius,* accidiſſe contigerit; haud abhorret à fide, quod relatione multorum fuerat diffamatum de audito cœlitùs cantu, cùm gaudium fiat in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

Gregorii error circa Conſtantium veniâ dignus.

Or. v. n. 18.

Bar. ad ann. 361. §. 31.

XII. *Mirum nemini profectò videri debet, ſi Gregorius, quo tempore Invectivas ſcripſit, minus noverit quæcumque Conſtantius in gratiam Arianorum, contra catholicam fidem ejuſque defenſores geſſerat. In tenerrima adhuc ætate erat, cùm Conſtantius imperium eſt adeptus, atque toto ejus imperii tempore, Laicus & à mundi hujuſce rebus propemodùm alienus, ſtudiiſque litterarum deditus, aut etiam in eremo, & in domo paterna, non ſecus atque in ſolitudine, abditus vixit. Quin fortè ignoravit ab Euzoio Conſtantium in extremis Baptiſma ſuſcepiſſe, & demùm credidit Imperatorem jam jam moriturum pœnituiſſe quòd novis dogmatibus ſtuduiſſet. Id verò credidiſſe Gregorium neceſſe eſt, qui pro certo habuit, ut ſcribit Baronius,* pio fine vitam clauſiſſe Conſtantium. *Verum poſteaquàm is illi notior fuit Imperator, aliter de eo ſenſit & ſcripſit. Quod quidem conſtat ex Oratione XXV. ubi de Conſtantio hæc habet :* Rursùs malum imperium, & rursùs malum reviviſcit... graveſque lupi, alii aliundè nos intercipientes, Eccleſiam diſcerpunt. Armantur Sacerdotes adversùs Sacerdotes, plebs adversùs plebem furibundo impetu fertur. Imperator ipſe impietati autoritatem præbet, atque adversùs orthodoxam doctrinam leges inſtituit; iique præterea, qui nec in virorum, nec in mulierum numero cenſendi ſunt, quorum magna apud eum erat potentia. Quis verò temporis illius mala pro dignitate deplorare queat? Exilia, bonorum proſcriptiones &c. *quibus graviſſimam illorum temporum tempeſtatem, miſerandumque Eccleſiæ ſtatum, imperante Conſtantio, perfectè exprimit. Hìc* malum *vocat* imperium, *quod olim rerum ignarus* juſtum *appellaverat. Exilia, proſcriptiones bonorum, ipſumque* Imperatorem, qui impietati autoritatem *præbuerit, ſic inſectatur, ut laudes, quibus anteà Conſtantium cumulaverat Gregorius, poſtmodùm recantaſſe meritò videri poſſit.*

Ignorabat Gregorius, quas tempeſtates in Eccleſia Conſtantius excitarat;

Or. XXV. n. 9.

ADVERSUS JULIANUM
Imperatorem prior Invectiva.

Al. tertia. quæ autem 4. erat, nunc 5.

ORATIO QUARTA.

Scripta circa finem anni 363. vel initium 364.

I. *AUDITE hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem.* Omnes enim, quasi ex edita quadam & mediterranea specula, magno ac sublimi præconio appello. Audite populi, tribus, linguæ, homines omnes, cujusvis generis & ætatis, tam qui nunc estis, quàm qui posteà eritis; atque quò latiùs præconium pateat, omnis cœlorum virtus, omnes Angeli, quorum operâ tyrannus extinctus ac deletus est, non Seon ille rex Amorrhæorum, neque Og, rex Basan, exigui Principes, atque Israëlem, hoc est, parvam orbis partem, vexantes; verùm draco ille, apostata ille, magna illa mens, Assyrius ille, ille communis omnium inimicus atque hostis, qui & multum furorem, multasque minas in terra profudit, & multam iniquitatem *in excelsum locutus* ac molitus est.

Compellat Gregor. omnes habitatores orbis. *Ps.* XLVIII. 1. *Dani.* v. 19.

Angelos.

Num. XXI. 26. 33.

Ezech. XXIX. 3. *Isa.* XXXVII. 36. *& seq.*

Ps. LXXII. 8.

Cœlum & terram. *Isa.* I. 2.

II. *Audi cœlum & auribus percipe terra.* Jam enim mihi tempus est, ut iisdem verbis utar, quibus Esaias vocis sublimitate Prophetas omnes antecellens. Hoc unum interest, quòd ille ob Israëlem, qui Dei legem rejecerat, ea vocat atque contestatur: ego autem ob tyrannum, qui & eam rejecit, & miserè, ut ipsius impietas merebatur, occidit.

Ipsam quoque magni Constantii animam, cujus laudes prosequitur.

III. Audi hæc etiam Constantii magni anima, si quis mortuis sensus est, omnésque eorum, qui Imperium ante ipsum tenuerunt, piæ Christique amantes animæ: verùm ille præ cæteris, qui cùm simul cum Christi hæreditate crevisset, eámque pro viribus auxisset, temporísque diuturnitate confirmasset, adeò ut eo nomine omnes, qui unquam imperio potiti fuerant, splendore gloriáque superasset, (ô injuriam ac nefas!) ignoratione lapsus est, ipsius pietate admodùm indignâ: Christianis Christi

ΚΑΤΑ (a) ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
(b) Βασιλέως (c) Στηλιτευτικὸς πρῶτος.

ΛΟΓΟΣ δ.

a. ΑΚΟΥΣΑΤΕ ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε πάντες οἱ καλοικοῦντες τὴν οἰκουμένην· καλῶ γὰρ ἅπαντας, ὥσωερ ἐξ ὑπάτου τινὸς καὶ μεσαιτάτης (d) σκοπιᾶς, μεγάλῳ καὶ ὑψηλῷ (e) τῷ κηρύγματι· ἀκούσατε λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι, (f) πᾶν γένος ἀνθρώπων, καὶ ἡλικία πᾶσα, ὅσοι τε νῦν ἐστὲ, καὶ ὅσοι γενήσεσθε· καὶ ἵν' ᾖ μοι μεῖζον τὸ κήρυγμα, πᾶσα δύναμις τῶν ἀρανῶν, πάντες Αγγελοι, οἷς ἔργον ἡ τῆ τυράννυ καλάλυσις, (g) ἃ τὸν Σηὼν καθελοῦσι τὸν βασιλέα τῶν Αμορῥαίων, οὐδὲ τὸν Ωγ βασιλέα τῆς Βασὰν, μικροὺς δυνάσας, (h) καὶ μικρὸν μέρος τῆς οἰκουμένης κακοῦνλας τὸν Ισραὴλ· ἀλλὰ τὸν δράκοντα, τὸν ὑποσάτην, τὸν νοῦν τὸν μέγαν, (i) τὸν Ασσύριον, τὸν κοινὸν ἁπάντων ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, τὸν πολλὰ μὲν ἐπὶ γῆς μανέντα & ἀπειλήσανλα, πολλὴν δ' ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλήσανλά τε καὶ μελετήσανλα.

6. Ακουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου γῆ· καιρὸς γάρ μοι τὰ αὐτὰ τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ τῶν Προφητῶν Ησαίᾳ συμφθέγξασθαι. πλὴν (k) ὅσον ὁ μὲν ἐπὶ τῷ Ισραὴλ ἀθετήσαντι, ταῦτα καλεῖ καὶ μαρτύρεται· ἐγὼ δὲ ἐπὶ τυράννῳ, καὶ ἀθετήσανλι, καὶ πεσόνλι πλῶμα τῆς ἀσεβείας ἄξιον.

γ. Ακουε καὶ ἡ τοῦ μεγάλου Κωνσαντίου ψυχὴ, (l) εἴ τις αἴσθησις, (m) ὅσαι τε περὶ αὐτὸν βασιλέων φιλόχριστοι· (n) τῷ δὲ καὶ πάντων μάλισα, ὅσῳ τῇ Χριστοῦ κληρονομίᾳ συναυξηθεὶς, καὶ αὐξήσας ταύτην εἰς δύναμιν, καὶ χρόνῳ βεβαιωσάμενος, ὥστε & πάντων διὰ τοῦτο γενέσθαι τῶν πώποτε βασιλέων ὀνομασόταλος· (o) ὢ τῆς ἐπηρείας· ἀγνόημα ἠγνόησε σφόδρα τῆς οἰκείας εὐσεβείας ἀνάξιον· ἔλαθεν ἐπιτρέφων Χριστιανοῖς τὸν Χριστοῦ πολέμιον, & τοῦτο

(a) Κατὰ Ιουλιάνου. Regg. b. hu. Oxon. Paff. &c. κατὰ Ελλήνων & κατὰ Ιουλιάνου. Id quidem rectè; nam Greg. non tantùm Julianum, sed etiam Gentilium superstitiones exagitat. Colb. 6. κατὰ Ιουλιανῦ καὶ κατὰ Ελλήνων. Socrates Hist. 3. c. 23. vocat λόγον πρὸς Ελληνας, id est, *contra Gentiles.*

(b) Βασιλέως. Deest in pluribus Regg. & Colb.

(c) Στηλιτευτικὸς. Vox in nonnullis præmissa, in aliis postposita. Λόγος subauditur; sed à plerisque exprimitur. Reddi potest: *Sermo in columna inscriptus.* Id est, *Oratio Infamatrix, seu Invectiva, in qua, velut in cippo, flagitia alicujus inscripta omnium oculis exponuntur.*

(d) Περιωπῆς. Reg. l. πειροπῆς.

(e) Τῷ. Deest in duob. Regg. & Or. 1.

(f) Πᾶν γένος &c. *Omne genus hominum & ætas omnis.*

(g) Οἱ τὸν Σηὼν &c. *Qui non Sehon sustulerunt, &c.*

(h) Καὶ μικρὸν... Ισραὴλ. *Exiguam Israelem devexantes, sustulerint, sed &c.*

(i) Τὸν Ασσύριον. Reg. bm. tres Colb. τῶν Ασσυρίων. Alludit ad hæc Isaiæ verba c. x. 12. juxta LXX. Επισκέψομαι, vel, ut in aliis libris legitur: ἐπάξει ἐπὶ τὸν νῦν τὸν μέγαν, ἐπὶ τὸν ἄρχοντα τῶν Ασσυρίων. *Visitabo*, vel, *inducet super sensum magnum, super Principem Assyriorum.*

(k) Οσον ὁ. Ita quatuor Regg. tres Colb. & ed. Aldi Man. Deest ὁ in Par.

(l) Εἴ τις αἴσθησις. *Si quid defuncti sentiant.* Sic Isocrates iisdem verbis, sed paulò fusiùs: εἴ τις ἐστὶν αἴσθησις τοῖς τετελευτηκόσι περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων. *Si quid eorum quæ hîc fiunt defuncti sentiant.* Or. funebri in laudem Evagoræ.

(m) Οσαι τε. Combef. ὅσοι τε.

(n) Τῷ δὲ &c. Comb. τῷ δὲ γὲ. *Illius enim verò maximè omnium, quantò unà cum Christi hæreditate adauctus, eâque pro viribus adauctâ, ac temporis diuturnitate confirmatâ.*

(o) Ω τῆς ἐπηρείας. Bill. ὦ *gravem impressionem!* Comb. ὦ *noxam!* Ed. Bas. *proh dolor!*

μόνον τῶν ἁπάντων οὐ καλῶς ἐφιλανθρωπεύ-
a σαλο, καὶ σῶσαι καὶ [a]βασιλεῦσαι τὸν κακῶς καὶ ζωθέντα καὶ βασιλεύσαντα· καὶ δι' ἃ τοῦτο μάλιστα ἂν ἥδειν, ὥσπερ τῇ καταλύσει τῆς ἀσεβείας, καὶ τοῖς Χριστιανῶν πράγμασιν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐπανελθοῦσιν, οὕτω δὴ καὶ τῷ λόγῳ. λόγον δὲ ἀναθήσω τῷ Θεῷ χαριστήριον, πάσης ἀλόγου θυσίας ἱερώτερον τε καὶ καθαρώτερον, οὐ κατὰ τοὺς ἐναγεῖς ἐκείνου λόγους καὶ λήρους, καὶ τὰς
b ἐναγεστέρας θυσίας, [b]ὧν ἡ πολυουσία καὶ τὸ δυνατὸν, ἀσεβείας ἦν δύναμις, καὶ ἄσοφος, ἵν' οὕ-
c τως ὀνομάσω, σοφία· [c]ἐπεὶ καὶ πᾶσα ἡ τῶ αἰῶνος τούτου δύναμίς τε καὶ παίδευσις ἐν σκότει διαπορευομένη, καὶ τῷ τῆς ἀληθείας φωτὸς πορρῶ πίπτουσα· ἐκείνη μὲν δὴ τοιαύτη καὶ πολλὰ τοιούτοις, καὶ τοιαύτας ἔχουσα τὰς ἐπικαρπίας, ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηραινομένη, καὶ ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπίπτουσα, καὶ συναπιοῦσα τοῖς πατράσιν ἀπολλυμένοις μετ' ἦχου, καὶ πολυφανεστέροις τὴν πτῶσιν, ἢ τὴν ἀσέβειαν.

A hoſtem inſciens aluit, in eóque uno haud rectè humanitate ac benignitate uſus eſt, quòd eum, & ſervavit, & ad imperium evexit, qui malè ac funeſtè, & ſervatus eſt, & imperium adminiſtravit. Atque hac potiſſimùm de cauſa eum crediderim, ut ex impietatis oppreſſione, rerúmque Chriſtianarum ad priſtinum ſplendorem reditu, ſic etiam ex hac oratione maximam voluptatem capturum. Sermonem enim Deo in grati animi ſignificationem dicabo, omni rationis experte victimâ puriorem & ſanc-
B tiorem, non juxta nefarias illius orationes ac nugas, magíſque nefaria ſacrificia, quorum præſtantia & potentia, impietatis potentia erat, & inſipiens, ut ſic loquar, ſapientia; ſiquidem omnis hujus ſæculi potentia & eruditio, *in tenebris ambulat*, atque à veritatis luce procul excidit. Atque illa quidem talis eſt, & apud tales, taliáque operæ pretia habet, *quaſi fœnum velociter areſcens, & quemadmodum olera herbarum citò decidens*, ac ſimul cum parentibus ſuis abſcedens, *cum ſonitu pereuntibus*, atque ob ruinam clarioribus,
C quàm ob impietatem.

Sermonem hunc Deo in grati animi ſignificationem dicat Gregorius.

Pſ. LXXXI. 5.

Pſ. XXXVI. 2.

Pſ. IX. 8.

δ. Ἐμοὶ δὲ θύοντι θυσίαν αἰνέσεως σήμε-
d ρον, καὶ τὴν ἀναίμακτον τῶν [d]λόγων τιμὴν ἀνάπ-
e τοντι, τίς θέατρον [e]ἐξισήσει τῇ χάριτι παρισούμενον; ἢ τίς συνηχήσει γλῶσσα τοσοῦτον, ὁπόσον καὶ βούλομαι; τίς ἀκοὴ τῷ λόγῳ [f]συμφωνήσει
g θυμηδήσεται; [g]οὐ γὰρ οὐ τῷ λόγῳ μόνον ἡ διὰ λόγου χάρις οἰκειοτάτη μετὰ τῶν ἄλλων ὧν ὀνομάζεται, καὶ ταύτῃ χαίροντι τῇ προσηγορίᾳ διαφερόντως καὶ τῇ δυνάμει τῆς κλήσεως· ἀλλὰ κἀκείνῳ πρέπουσα δίκη, λόγῳ κολάζεσθαι, ὑπὲρ τῆς εἰς λόγους βλασφημίας· ὧν κοινῶν ὄντων λογικοῖς ἅπασιν, ὡς ἰδίων αὐτῶν, Χριστιανοῖς ἐφθόνησεν, ἀλογώταλα περὶ λόγων διανοηθείς, ὁ πάντων, ὡς ᾤετο, λογιώταλος.

Et in ſacrificium laudis divino Verbo conſecrat.

Pſ. XLIX. 23.

D IV. Mihi autem hodierno die *ſacrificium laudis* ſacrificanti, atque incruentum ſermonum honorem Deo conſecranti, quis ejuſmodi theatrum exhibebit, quod accepti beneficii magnitudinem adæquet? aut quæ lingua, pro eo ac cupio, ſimul inſonabit? Quæ auris parem ſermoni alacritatem allatura eſt? Neque enim duntaxat Verbo, ea grati animi ſignificatio, quæ per verba rependitur, aptiſſima & congruentiſſima eſt, utpote præter alia vocabula, quibus appellatur, hoc quoque nomine, ac nominis vi & facultate, ſingulariter gaudenti: verùm etiam pœna hæc illi pulchrè convenit, ut pro eo ſcelere, quod in ſermones admiſit, ſermone crucietur. Nam cùm illi omnium ratione præditorum communes ſint, eos tamen ipſe tanquam ſibi peculiares Chriſtianis invidebat, ſtolidiſſimè ſanè de ſermonibus cogitans, homo, judicio ſuo, mortalium omnium facundiſſimus.

ε. Πρῶτον μέν, ὅτι κακούργως τὴν προση-
h γορίαν [h]μετέθηκεν ἐπὶ τὸ δοκοῦν, ὥσπερ τῆς θρησκείας ὄντα τὸν Ἕλληνα λόγον, ἀλλ' οὐ τῆς
E γλώσσης· καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἀλλοτρίου καλοῦ
i φῶρας, [i]τῶν λόγων ἡμᾶς ἀπήλασεν· ὥσπερ ἂν

Julianus ſtolidè humaniores litteras Chriſtianis invidit.

V. Primùm quia ſubdolè ac improbè nomen ad opinionem traduxit, quaſi ſermo Græcus, non linguæ, ſed religionis ſit: atque ob eam cauſam, velut alieni boni fures, à ſermonibus nos abegit: perinde ac ſi nos quoque artibus illis, quæ apud

(*a*) Βασιλεῦσαι. Schol. Βασιλεῦσαι ποιῆσαι, Rectè quidem ad Gregorii mentem & ad Scripturæ ſenſum. I. Reg. VIII. 22.

(*b*) Ὧν ἡ περιουσία. *Quorum copia & vis, impietatis vis erat.*

(*c*) Ἐπεὶ καὶ. *Siquidem.* Bill. *velut etiam.*

(*d*) Λόγων τιμὴν. *Sermonum holocauſtum.*

(*e*) Περισήσει. Sch. κύκλῳ στήσει. *auditorum coronam exhibebit.* Reg. bm. Colb. 3. παρασήσει.

(*f*) Συμπροθυμηθήσεται. Regg. a. b. Or. 1. συμπροθυμήσεται.

(*g*) Ἡ διὰ λόγου. Reg. bm. ἡ λόγου. Bill. ex Card. ἡ τῷ λόγῳ.

(*h*) Μετέθηκεν ἐπὶ τὸ δοκοῦν. *Ad opinionem traduxit.* Id eſt, de cognato vocabulo, Ἑλλην *Græcus*, non linguæ, ſed religionis vocabulum duxit, ut *Græcam* religionem ſic ſubdolè à *Chriſtiana* religione ſecerneret.

(*i*) Τῶν λόγων ἡμᾶς ἀπήλασεν. Lege latâ Julianus Chriſtianis interdixit ſive docendis, ſive diſcendis humanioribus litteris. Baronius, ſpretâ veterum omnium autoritate, exiſtimavit, aliis tantùm docendis interdictum fuiſſe Chriſtianis, non vero diſcendis. Dixi, *ſpretâ veterum omnium autoritate;* nam Baronius ipſe contra ſe citat Ruffinum, Socratem, Sozomenum, Auguſtinum. *Et quis*, inquit Montacutius, *talibus & tantis viris non credat? Quis non credat Gregorio Nazianzeno?* (quem etiam contra ſe potuerat Baronius citare) qui litteras, λόγους, diſciplinas, ſcholas prohi-

Græcos inventæ ſunt, uti prohibuiſſet, idque ſuâ intereſſe, propter vocis homonymiam, judicaſſet. Tum, quia nobis obſcurum eſſe putavit, id ſe minimè eo conſilio facere, ut inſigne quoddam & primarium bonum nobis eriperet, quippe qui hos ſermones majorem etiam in modum aſpernemur: verùm quia impietatis confutationes extimeſcebat, velut in dictionis elegantia verborúmque lenocinio robur habentes, ac non potiùs in veritatis cognitione atque argumentis, à quibus minùs compeſci ac reprimi poſſumus, quàm inhiberi, ne Deum confiteamur, cùm linguam habeamus; quandoquidem unà cum aliis rebus ſermonem etiam immolamus, quemadmodum & corpora, quoties res ita nata fuerit, ut his quoque pro veritatis defenſione dimicare neceſſe ſit. Quare, qui hoc edixit, Atticè quidem & eleganter loqui prohihuit: at, ne vera loqueremur, haudquaquam impedivit: ſimúlque, & imbecillitatem ſuam prodidit, nec confutationes effugit: immò verò imprudens ſeſe his magis ſubjecit atque implicuit.

Chriſtiani externæ eloquentiæ contemptores.

Ut corpora, ita ſermonis leporem unà cum aliis rebus immolant.

VI. Neque enim hominis erat, vel religionis ſuæ cauſæ, vel ipſis etiam ſermonibus confidentis, ſermones noſtros comprimere: perinde ac ſi quis athletarum omnium fortiſſimus ſibi videatur, ac publico præconio omnibus præferri poſtulet, qui edixerit, ne fortium ac ſtrenuorum virorum ullus certamen ineat, atque in arenam deſcendat, vel qui membrum aliquod amputarit, id quod timiditatis potiùs, quàm fortitudinis argumentum eſt. Coronæ quippe adversùs pugnantes, non autem ſuprà ſedentes, comparantur: & adversùs eos, qui robur omne ſuum ad certamen adhibent, non qui magnâ virium parte truncati ſunt. Quòd ſi omnino ſigna conferre, manúſque conſerere veritus es, hoc ipſo te victum eſſe declaraſti, mihíque etiam ſine ullâ dimicatione palmam adipiſci licuit, dum tantoperè abs te dimicatum eſt, ne dimicationem ſubires. Atque hæc quidem ſapiens noſter Imperator & Legiſlator; qui, ne tyrannidis ſuæ quicquam expers eſſet, verùm brutæ ſtoliditatis edictum proponeret,

Timidus error diſputationem cavet.

Ne à Chriſtianis ſermone vinceretur, ſermones edicto oppreſſit Julianus.

εἰ δὲ τεχνῶν εἵρξεν ἡμᾶς, ὅσαι παρ' Ελλησιν εὑρηνται, [a] καὶ τοῦτο διαφέρειν αὐτῷ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν ἐνόμισεν· ἔπειτα, ὅτι λανθάνειν ἡμᾶς ὑπέλαβεν, ἀπ' ἀγαθοῦ τινος [b] τῶν πρώτων ἀποσερήσειν μέλλων, οἵ γε δὴ σφόδρα τούτους παρεφρονοῦμεν τοὺς λόγους· ἀλλὰ τοὺς ἐλέγχους τῆς [c] ἀσεβείας φοβούμενος, ὥσπερ ἐν τῇ κομψείᾳ τῆς λέξεως τὴν ἰσχὺν ἔχοντας, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ γνώσει τῆς ἀληθείας, δὴ τοῖς ἐνθυμήμασιν, ὧν ἐπισχεῖν ἡμᾶς [d] ἀδυνατώτερον, ἢ [e] τὸν Θεὸν ὁμολογεῖν γλῶσαν ἔχοντας· ἐπεὶ δὴ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἱερουργοῦμεν τὸν λόγον, ὥσπερ τὰ ζώμαλα, ἡνίκα ἂν καὶ τούτοις ἀγωνίζεσθαι δέῃ περὶ τῆς ἀληθείας· ὥστε ὁ τοῦτο προστάξας, ἀτιμάζειν μὲν ἐκώλυσε, τὸ δὲ ἀληθεύειν οὐκ ἔπαυσε· καὶ τὸ μὲν ἑαυτοῦ ζαθρὸν ἤλεγξε, τοὺς ἐλέγχους δὲ οὐ διέφυγεν· ὅτι μὴ καὶ μᾶλλον τούτοις ἑαυτὸν ὑποθεὶς ἠγνόησεν.

ς. Οὐ γὰρ θαρροῦντος ἦν, οὔτε τοῖς ὑπὲρ τῆς θρησκείας δικαίοις, οὔτε τοῖς λόγοις αὐτοῖς, τὸ τοὺς ἡμετέρους ἐπίσχειν λόγους· ὥσπερ ἂν εἴ τις κράτιστον ἑαυτὸν νομίζοι τῶν ἀθλητῶν, καὶ ἀξιοίη κατὰ πάντων κηρύττεσθαι, μηδένα τῶν γενναίων ἀγωνίζεσθαι, μηδὲ καταβαίνειν εἰς τὸ στάδιον ἐπιτάξας, [f] ἢ τι τῶν μέλων περικόψας, ὅπερ ἀνανδρίας μᾶλλον, ἢ ῥώμης τεκμήριον. [g] κατὰ γὰρ τῶν ἀγωνιζομένων, οὐ τῶν ἄνω [h] καθεζομένων οἱ στέφανοι· καὶ τῶν πάσῃ τῇ ῥώμῃ χρωμένων, οὐ τῶν ἠκρωτηριασμένων τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως· εἰ δὲ ὅλως συμμίξαι καὶ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἐφοβήθης, αὐτῷ τούτῳ τὴν ἧτταν ἔδειξας, καὶ νικᾶν [i] ὑπῆρξέ μοι, μηδὲ ἀγωνισμένῳ, [k] ὃν ἀγωνίσω μὴ ἀγωνίσασθαι. Ταῦτα μὲν ὁ Σοφὸς ἡμῖν βασιλεὺς τε καὶ νομοθέτης, [l] ὥσπερ ἵνα μηδὲν αὐτοῦ τῆς τυραννίδος ἄμοιρον ᾖ, καὶ προκηρύξῃ τὴν ἀλογίαν [m] ἐν ἀρχῇ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας, τυραννήσας περὶ τῶν ἄλλων τοὺς λόγους· ἡμῖν δὲ καλὸν καὶ ὑπὲρ τῶν

bitas Chriſtianis omnibus profitetur; adeòque tam diſcere quàm docere litteras Chriſtianos prohibuit Julianus. Et certè ſi litteras diſcere ipſis permiſiſſet, & docere tantùm prohibuiſſet; immeritò Gregorius tam acerbis Julianum verbis exagitaret, & tanquam litterarum hoſtem execraretur. Iniquus in Julianum vel ipſe fuiſſet ejus admirator Ammianus Marcellinus, qui bis lib. XXII. p. 222. lib. XXV. p. 294. *inclemens & perenni ſilentio obruendum* appellat Juliani *decretum*, de quo tamen Apoſtatæ gratulari debuerat, ſi Chriſtianis tantùm docendi munus interdixiſſet.

(*a*) Καὶ τοῦτο &c. Regg. a. b. Colb. 6. τυτῷ διαφέρειν. Billius: *eáſque propter ejuſdem nominis appellationem ſuas eſſe duxiſſet.* Verùm ut ſtet ipſius verſio, legendum pro τοῦτο, ταύτας, & αὐτῷ pro αὐτῷ, vel ſubaud. cum Comb. poſt τοῦτο, λόγων καλόν. Vide n. 101.

(*b*) Τῶν πρώτων. In pluribus Regg. & Colb. deſunt.

(*c*) Ασεβείας. Edit. Ald. & Herv. ὑσεβείας. Non ſpernenda lectio, quam tamen in nullo codice reperimus.

(*d*) Αδυνατώτερον. Sancyg. ἐ δυνατώτερον.

(*e*) Τὸν Θέον ὁμολογεῖν. Schol. μὴ ὁμολογεῖν.

(*f*) Η τι τῶν μέλων περικόψας. Ita Coisl. 1. Paſſ. Elias, & Savil. Hæc omiſerat Billius.

(*g*) Κατὰ γὰρ τῶν &c. *De iis enim qui pugnant, coronæ reportantur, non autem de illis qui in ſuperiori gradu ſedent.* Deridet Gregorius Julianum, qui, ſublato Chriſtianis litterarum ſtudio, ineptè eos ſe victurum ſperabat.

(*h*) Καθεζομένων. Hîc Αγωνοθέτας, id eſt, *Certaminum Judices ac Præſides* intelligit Gregorius.

(*i*) Υπῆρξέ μοι. Ita Comb. Deeſt μοι. in Ed.

(*k*) Ον. Sic Reg. 1. & Sav. Bill. verò δι' ὃν. Gabr. ᾧ. Comb. ſic reddit: *in quem ſic tibi dimicatum eſt, ut à dimicatione removeres.*

(*l*) Ωσπερ. Prætermiſſum à Billio. Sic reddit optimè Comb. *Velut hoc conſilio ne* &c.

(*m*) Εν ἀρχῇ. Non igitur cùm Antiochiæ verſaretur, Perſis bellum illaturus.

λόγων

λόγων αὐτῶν ὁμολογεῖν τῷ Θεῷ χάριν, τὴν ἐλευθερίαν ἀπολαβόντων· καὶ μάλισα μὲν καὶ
a τοῖς ἄλλοις τιμᾶν αὐτὸν ἀναθήμασι [a]φειδομένους μηδενὸς, μήτε χρημάτων, μήτε κτημάτων, ἃ τοῦ καιροῦ γενόμενα ἢ τῆς τυραννίδος, ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ διεσώσαλο, τιμᾶν ἢ περὶ τῶν ἄλλων τοῖς λόγοις, τῇ δικαίᾳ καρποφορίᾳ καὶ κοινῇ πάντων, ὅσοι τῆς χάριλος
b μετειλήφασιν· [b]ἀλλ' ὁ μὲν ὑπὲρ τῶν λόγων λόγος τοσοῦτος· ἵνα μὴ μακρότερον ἀποτείνοντες,
c [c]ἔξω τῦ καιρῦ πίπλωμεν, καὶ ἄλλό τι μᾶλ-
d λον σωϐάζειν δοκῶμεν, ἢ ἕ χάριν [d]συνεληλύθαμεν.

in imperii ſui auſpiciis, ante omnia alia, ſermones tyrannide oppreſſit. Nobis autem honeſtum & præclarum fuerit pro ipſis quoque ſermonibus, quibus libertas reſtituta eſt, Deo gratias agere; eúmque, tum votivis muneribus honorare, nec pecuniis parcendo, nec opibus & fortunis, quas ſub temporis & tyrannidis poteſtate conſtitutas, Dei miſericordia conſervavit; tum præſertim ſermonibus, hoc eſt, juſtâ oblatione, omnibúſque, qui gratiæ participes fuerint, communi. Atque hic ſanè pro ſermonibus inſtitutus ſermo finem habeat; ne eum longiùs producentes, mediocritatis fines excedamus, atque aliud quiddam potiùs agere videamur, quàm id cujus causâ convenimus.

ζ. Ηδη δέ μοι πηδᾷ καὶ ἵεται πρὸς πανηγυρισμὸν ὁ λόγος, καὶ τοῖς ὁρωμένοις συμφαιδρύνεται, & καλεῖ πάλας εἰς χορείαν πνευματικὴν, ὅσοι τε νηςείαις, καὶ κλαυθμῷ, καὶ
e [e]δεήσει
f προσέκειλο, νυκτὸς καὶ ἡμέρας [f]αἰτούμενοι λύτρωσιν τῶν κατεχόντων ἀνιαρῶν, καὶ δεξιὸν ἐν τοῖς κακοῖς φάρμακον, τὴν οὐ καταισχύνουσαν ἐλπίδα ποιούμενοι· ὅσοι τε μεγάλους ἀνατλάντες ἀγῶνας & ἆθλους, καὶ πολλαῖς πληγέντες, καὶ χαλεπαῖς τοῦ καιροῦ προσβολαῖς, θέαλρον ἐγενήθησαν τῷ κόσμῳ, καὶ Αγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις, κατὰ τὴν τοῦ Αποςόλου φωνήν· καὶ τὰ μὲν σώματα κάμνοντες, τὰς δὲ ψυχὰς ἀήττητοι
g διαμείναντες, καὶ πάντα ἰσχύοντες ἐν τῷ [g]δυνα-
h μοῦντι αὐτοὺς Χριςῳ· [h]ὅσοι τε κοσμικὴν ἀποθέμενοι κακίας ὕλην & δυναςείαν, ἢ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων μετὰ χαρᾶς προσδεξάμενοι, ἢ τῆς ἑαυτῶν, ὃ δὴ λέγεται, φυγαδευθέντες ἀδίκως, ἢ ἀνδρῶν, ἢ γυναικῶν, ἢ γονέων, ἢ τέκνων, ἢ ὅσοις ἄλλοις ὀνόμασι τῆς μικρᾶς οἰκειότηλος κατεχόμεθα, τύτων πρὸς ὀλίγον διαζευχθέντες, καὶ τῷ Χριςοῦ καρποφορήσαντες
i [i]αἵματι τὰ ὑπὲρ Χριςοῦ πάθη, νῦν ἂν ἐκεῖνο λέ-
k γοιεν καὶ [k]ᾄδοιεν ἐν καιρῷ, τὸ, ἐπεβίβασας ἀνθρώπες ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν· διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδαλος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν.

VII. Enimverò mihi jam exilit, atque ad panegyriſmum geſtit oratio, ſimúlque cum his, quæ cernimus, hilareſcit, atque ad ſpiritualem choream omnes vocat, tum qui jejuniis, & lacrymis, & orationi addicti erant, prementium moleſtiarum depulſionem finémque noctu diuque poſtulantes, ac commodum in malis pharmacum efficientes nimirum *ſpem non confundentem*: tum qui magnis certaminibus & ærumnis exantlatis, multíſque & gravibus temporis inſultibus percuſſi atque vexati, *mundo & Angelis, & hominibus*, ut Apoſtoli verbis utar, *ſpectaculum* extiterunt, ac, corporibus licèt fracti & debilitati, animis tamen invicti permanſerunt, *omniáque in Chriſto* ipſos *confortante* potuerunt: tum qui mundanâ vitii materiâ & authoritate ac potentiâ depoſitâ, vel *bonorum rapinâ* cum gaudio ſuſceptâ, vel (patriâ) ſuâ, ut quidem dicitur, per injuriam pulſi, vel à viris, aut uxoribus, aut parentibus, aut liberis, aut quibuſcunque tandem aliis parvæ neceſſitudinis nominibus retinemur, ad breve tempus disjuncti, Chriſti ſanguini paſſiones pro Chriſto obtulerunt, ob ídque nunc commodè illud dicere & cantare queant: *Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra: tranſivimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium.*

Vocat Gregorius ad ſpiritualem choream diverſos Chriſtianorum ordines.

Rom. v. 5. Chriſti Confeſſores.

I. Cor. iv. 9.

Philip. iv. 13.

E patriis finibus pro Chriſto extorres. *Heb.* x. 33. *& ſeq.*

Pſ. lxv. 12.

η. Καλῶ καὶ τὴν ἑτέραν μοῖραν εἰς τὴν πανήγυριν, ὅσοι τὸν μὲν ὅλων ὁμολογοῦντες Θεὸν,
l καὶ μέχρι τούτου [l]τοὺς λογισμοὺς ὑγιαίνοντες,
m τοῖς δὲ τῆς προνοίας λόγοις οὐκ [m]ἐμβαλεύοντες,

VIII. Quin alteram quoque partem ad feſtum diem agitandum voco, eos nimirum qui cùm univerſarum quidem rerum Deum confiteantur, atque hactenus animo ſani ſint, cæterùm ad providentiæ rationes mi-

Fideles; qui impiorum proſperitate offenſi, providentiæ rationes minùs intelligunt.

(a) Φειδομένες. Savil. φειδομένοις.
(b) Αλλ' ὁ μὲν. Baſ. ed. addit γὰρ, quod Bill. & Sav. abjiciunt.
(c) Εξω τῦ καιρῦ. *Ab eo quod temporis ratio poſtulat, excidamus*: aliud nimirum agentes, quàm quod temporis, præſentiſque eſt inſtituti.
(d) Συνεληλύθαμεν &c. Sancyg. ad hæc verba in marg. ſcripſit: *Ergo habita eſt in publico cœtu.* Scripta quidem à Gregorio, ut haberetur; dicta tamen non videtur.
(e) Δεήσει. Nonulli, δεήσεσι.
(f) Αἰτέμενοι. Comb. καὶ ἀπεκδεχόμενοι. *atque expectantes.*
(g) Ενδυναμῦντι. Sic quatuor Regg. duo Colb. Comb. Edit. Ald. & Herv. In Par. δυναμῦντι.
(h) Οσοι τε. Reg. 1. addit ἥτινα. Reg. bm. omiſſis vocibus, ὅσοι τε, habet, ἥτινα.
(i) Αἵματι. Combef. & in ora Reg. 1. ὀνόματι.
(k) Αδοιεν. Regg. a. b. & Or. 1. habent: ἄδοιεν καὶ λέγοιεν. Ed. λέγοιεν καὶ ᾄδοιεν.
(l) Τὲς λογισμὲς. Colb. 6. & Combefiſius, τοῖς λογισμοῖς.
(m) Εμβατεύοντες. Reg. bm. Colb. 3. & Comb. ἐμβατεύσαντες.

nimè penetrant; quæ plerumque ex contrariis meliora procurat, ac per *benignitatem ad reſipiſcentiam invitat;* verùm ob animæ paupertatem & levitatem, *dum ſuperbit impius* in cogitationibus, *incenduntur,* atque inflammantur, ac *peccatorum pacem,* ut cum Davide loquar, non ferunt, nec *Dei conſilium* expectare *ſuſtinent*, nec ad extremum uſque animi æquitatem præſtant; verùm cum præſentibus rebus & in aſpectum cadentibus perpetuò ſerviant, hujuſmodi miraculis in veritate confirmantur.

Rom. II. 4. *Pſ.* IX. 23. *Pſ.* LXXII. 3. *Pſ.* CV. 13.

Mundi admiratores, ac mulieres.

IX. Jam eas quoque animas voco, quæ hujuſmodi ſcenam, & magnum hoc theatrum ad ſtuporem uſque mirantur: & quidem his Eſaiæ verbis: Mulieres à ſpectaculo venientes, huc adeſte, animíque oculo ab externa oberratione reducto atque collecto, *vacate & cognoſcite, quoniam ipſe eſt Deus, qui exaltatur in gentibus, & exaltatur in terra*, ſemper ille quidem in omnibus miraculis & prodigiis, quæ fecit, at in præſentibus clariùs & expreſſiùs.

Pſ. XLV. 11.

Vocat etiam Monachorum cœtum.

X. Atque utinam ille quoque cœtus ad chorum noſtrum ſe adjungeret, qui, cùm priùs cantionem haudquaquam adulterinam atque ignobilem nobiſcum Deo accineret, ac dextro quondam ordine dignus haberetur, atque etiam, ut confido, brevi habebitur, haud ſcio quâ re commotus, repentè cantum in diverſum mutat, alióque gradu atque ordine ſeſe collocat: ac ne ob communem quidem lætitiam, quod etiam magis miror, adduci poteſt ut nobiſcum conjungatur: quin potiùs privatim choream quandam parùm modulatam ac numeroſam & concinnam inſtituit: hoc enim mihi bonâ eorum veniâ fortaſsè dicere licebit: quamnam autem, & qualem? zelus quidem ut dicam, me incitat, fides autem retinet: ac ſermonis moleſtiam ob ſpem, quâ moveor, comprimam. Adhuc membra mea foveo atque complector: adhuc majorem priſtinæ charitatis, quàm præſentis contemptûs rationem habeo: atque idcircò leniorem me præbeo, ut acriùs poſtea & ferventiùs objurgem.

Ab hac ſolemnitate, fidei chriſtianæ deſertores ſubmovet.

XI. Unam claſſem, unum animarum genus ab hac læta celebritate abdico atque propello, gemens quidem & dolens, nec gemitum fortè (meum) audientes, nec exitium ſuum ſentientes deflens. Hoc enim totius eorum plagæ maximè miſerabile eſt; ſed tamen abdico, eos nempe, qui non *ſupra firmam* & ſtabilem *petram*, ſed ſupra ſiccam & ſterilem ſeminati. Hi autem ſunt

Matth. VII. 24.

A ἐκ τῶν ἐναντίων πολλάκις τὰ βελτίω διοικουμένης, καὶ τῇ χρηστότητι [a]προκαλουμένης τὴν ἐπανόρθωσιν, ἀλλὰ διὰ πλωχείαν ψυχῆς καὶ κουφότητα, ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ τοὺς λογισμοὺς, ἐμπυριζόμενοί τε καὶ ἀναπτόμενοι, καὶ εἰρήνην ἁμαρτωλῶν οὐ φέροντες, ὃ δὴ φησὶν ὁ ψαλμὸς, οὐδ' ὑπομένοντες τοῦ Θεοῦ τὴν βουλὴν, καὶ πρὸς τὸ πέρας μακροθυμοῦντες· δοῦλοι δὲ ὄντες ἀεὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν ὁρωμένων, τοῖς τοιούτοις θαύμασι βε- B βαιοῦνται πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

θ. Καλῶ καὶ τὰς ἐπιλοιπομένας ψυχὰς περὶ τὴν τοῦ κόσμου τοῦδε σκηνὴν, καὶ τὸ μέγα θέατρον· καὶ καλῶ γε τοῖς Ησαίου ῥήμασι· [b]γυ- b ναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέας, δεῦτε, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἐκ τῆς ἔξω πολυπλανήσεως ἐπιστρέψασαι, σχολάσατε καὶ γνῶτε ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὑψούμενος ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑψούμενος ἐν τῇ γῇ, ἀεί ποτε ἐν πᾶσιν οἷς ἐποίησε [c]θαυμασίοις καὶ τέρασι, καὶ τοῖς νῦν ἐναργέστερον. c

ι. [d]Εἴθέ μοι τοῦ χοροῦ μέρος ἦν κἀκεῖνο τὸ C d σύστημα, ὃ σὺν ἡμῖν τέως τῷ Θεῷ προσᾄδον, οὐ κίβδηλον ᾠδὴν, οὐδὲ ἀδόκιμον, ἀλλὰ καὶ τῆς δεξιᾶς ποτὲ σάσεως ἀξιούμενον· πιστεύω δὲ, ὅτι καὶ μετ' ὀλίγον ἀξιωθησόμενον· οὐκ οἶδ' ὅτι παθὸν, ἐξαίφνης μεθαρμόζεταί τε & μετατάττεται· καὶ οὐδὲ ὑπὸ τῆς [e]κοινῆς εὐφρο- e σύνης, ὃ καὶ θαυμάζω μᾶλλον, εἰς ταυτὸν ἔρχεται· ἀλλ' ἰδίαν ἴσησιν οὐκ εὐρυθμόν τινα ταύτην χορείαν, οὐδὲ ἐναρμόνιον· τοσοῦτον γὰρ ἴσως D εἰπεῖν & αὐτοὶ δώσουσιν· ἀλλ' ὁποίαν καὶ τίνα; εἰ & κινεῖται λέγειν ὁ ζῆλος, ἀλλ' ἡ πίστις κρατεῖ· & καθέξω τοῦ λόγου τὸ ἀηδὲς αἰδοῖ τῆς ἐλπίδος. ἔτι μικρὸν ἀνέξομαι τὰ μέλη· ἔτι δίδωμι πλέον τῇ πρὸς ἀγάπῃ τῆς παρούσης ὑπεροψίας· καὶ διὰ τοῦτο γίνομαι μακροθυμότερος, ἵν' ὀνειδίσω θερμότερον.

E ια. Μίαν μοῖραν, ἓν ψυχῶν γένος ἀποκηρύττω τῆς πανηγύρεως, γένων μὲν καὶ ἀλγῶν, [f]καὶ οὐδὲ ἐπαιόντας ἴσως πενθῶν, οὐδ' αἰσθανομένους τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας ἀποδυρόμενος. τοῦτο γὰρ τῆς πληγῆς αὐτῶν τὸ ἐλεεινότατον· ἀποκηρύττω δ' ὅμως, οἳ σπαρέντες οὐκ ἐπὶ τὴν σπερεὰν πέτραν καὶ ἄσειστον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ξηρὰν τε

(a) Προκαλυμένης. Videtur interpres, legiſſe, προσκαλεμένης, ut habet Reg. codex.

(b) Γυναῖκες. *Mulieres opulentæ ſurgite, & audite vocem meam: filiæ conſidentes percipite auribus eloquium meum.* Sic in Iſa. XXXII. 9.

(c) Θαυμασίοις. Sic tres Regg. Paſſ. Ed. Baſ. & Comb. Ed. Par. θαύμασι.

(d) Εἰθέ μοι &c. Monachi Nazianzeni tum à Patre Gregorio diviſi; non verò Ariani, qui nulli erant Nazianzi, uti gloriatur Theologus, hîc ſunt intelligendi.

(e) Κοινῆς. ItaRegg. b. l. Colb. 3. 6. Paſſ. Deeſt in ed. Par.

(f) Καὶ οὐδὲ ἐπαιόντας &c. Billius: *ac ne audientes quidem fortaſsè lugens.*

καὶ ἀγονον· εἰσὶ δὲ οἱ τῷ λόγῳ προσελθόντες ἐπιπολαίως καὶ ὀλιγόπιστοι, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν
a βάθος γῆς, εὐθέως ἐξανατείλαντες, καὶ [a] προ-
b κύψαντες, ἵνα τοῖς πλησίον [b] ἀρέσωσιν, ἔπειτα ὑπὸ βραχείας τῆ πονηρᾶ προσβολῆς, καὶ ὀλί-
c γου [c] πειρασμῶν καύσωνος, ἐξηράνθησαν καὶ ἀπέθανον· ⁊ τούτων ἔτι χείρους, καὶ μᾶλλον ἀποκηρυκτέοι τῆς πανηγύρεως, ὅσοι μηδὲ πρὸς ὀλίγον ἀντέβησαν τῷ καιρῷ, καὶ τοῖς τὴν κακὴν αἰχμαλωσίαν ἡμᾶς αἰχμαλωτίζουσιν, ὑπὸ τῆ ἀναβάντος εἰς ὕψος, ἢ καλῶς ἡμᾶς αἰχμα- B
λωτίσαντος· ἀλλ' ἐκ προθυμίας ἐφάνησαν πο-
d νηροί τε καὶ [d] εὔωνοι, οὐδὲ πρὸς ὀλίγον ἀντισ-
χόντες, οὐδὲ γενομένης τινὸς αὐτοῖς θλί-
e ψεως, ἢ πειρασμοῦ, [e] διὰ τὸν λόγον σκανδαλισ-
θέντες, ἀλλὰ προσκαίρῳ κέρδει, ἢ θεραπείας, ἢ δυναστείας μικρᾶς, οἱ δείλαιοι τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἀπεμπολήσαντες.

16. Ἐπεὶ δὲ ἀνεκαθήραμεν τῷ λόγῳ τῆ χοροῦ τὸ πλήρωμα, φέρε, ὅση δύναμις, ἁγνισάμενοι καὶ σώματα, καὶ ψυχὰς, καὶ μίαν ἀναλα- C
βόντες φωνὴν, ἑνὶ συναρμοσθέντες πνεύματι, τὴν ἐπινίκιον ᾠδὴν ᾄσωμεν ἐκείνην ᾠδὴν, ἣν ποτε ᾖσεν
f ὁ Ἰσραὴλ ἐπὶ τοῖς Αἰγυπτίοις, τῇ ἐρυθρᾷ [f] κα-
λυφθεῖσι θαλάσσῃ, ἐξαρχούσης Μαρίας, καὶ ἀνα-
κρουομένης τὸ τύμπανον· ᾄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν, οὐκ εἰς θάλασσαν, τοῦτο γάρ μεθαρ-
g μόζω τῆς ᾠδῆς, ἀλλ' [g] ὅποι φίλον ἦν αὐτῷ, ⁊ ὅπως αὐτὸς ἐδικαίωσεν· ὁ ποιῶν πάντα καὶ D
μεταskευάζων, εἴπέ που τῆς ἑαυτοῦ προφητείας Ἀμὼς φιλοσοφῶν ἐνθεώτατα· ὁ ἐκτρέπων εἰς τὸ
h πρωϊ σκιὰν [h] θανάτου, καὶ ἡμέραν εἰς νύκτα συσκο-
i τάζων, ⁊ οἱονεὶ διὰ κύκλου τινὸς, [i] εὐθύνων καὶ διεξάγων τὸν ἅπαντα κόσμον, ⁊ τὰ ἡμέτερα, ζαλευόμενά τε ὁμοῦ καὶ μὴ ζαλευόμενα, ταῖς μεταβολαῖς κινούμενα καὶ περιτρεπόμενα, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα· τῇ τάξει δὲ τῆς προ- E
νοίας, πάγια καὶ ἀκίνητα, κἂν διὰ τῶν ἐναντίων ὁδεύῃ, τῷ λόγῳ μὲν δῆλων, ἡμῖν δὲ ἀγνοουμένων·
k ὁ [k] καθαίρων δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ἀνυποπτότατον κοσμῶν διαδήματι· ταῦτα γὰρ τῆς θείας καὶ τοῦτο λαμβάνω γραφῆς· ὁ γόνασιν ἀδυνατοῦσι θάρσος
l [l] περιτιθεὶς, καὶ συντρίβων ἁμαρτωλῶν καὶ πονηρῶν
m βραχίονας, ⁊ ταῦτα παρ' ἄλλης [m] ᾠδῆς, ὅπως

qui leviter ac defunctoriè ad pietatis doctrinam accesserunt, atque exiguâ fide præditi sunt, quia altas in terra radices non egerant, confestim exorti sunt, ac prospicientes, ut aliis placerent, postea ad brevem & exiguum diaboli assultum, parvùmque tentationum æstum exaruerunt, & emortui sunt. Atque his etiam adhuc pejores, magísque ab hoc fausto & læto conventu proscribendi sunt, qui tempori, atque iis qui nos ab eo qui in altum ascenderat, pulchréque captivos nos duxerat, in malam & funestam captivitatem abducebant, ne tantillum quidem obstiterunt; verùm ultro ac spontè improbos ac venales se præbuerunt, ut qui ne paulisper quidem repugnarint, aut obortâ ipsis ob Verbum aliquâ calamitate aut tentatione scandalum passi sint, verùm cum brevi quodam & caduco quæstu, aut obsequio, aut exiguâ potentiâ salutem suam miseri commutarint.

Propellit etiam venales animas, caduco quæstu salutem suam commutantes. *Ephes.* IV. 8. *Ps.* LXVII. 19.

XII. Postquam autem chorum universum sermone repurgavimus, age, corporibus atque animis, quoad ejus fieri poterit, purificatis, vocéque unâ assumptâ, atque uno eodémque Spiritu concordes redditi, triumphale illud carmen canamus, quod olim Israëlitæ propter Ægyptios mari Rubro coopertos atque obrutos, auspicante Mariâ, tympanúmque pulsante, cecinerunt: *Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est: equum & ascensorem projecit*, non in mare, hoc enim ex carmine illo immuto, verùm ubi ipsi gratum fuit, & quemadmodum ipse justum censuit; qui, ut quodam prophetiæ suæ loco Amos divinissimè philosophans, ait, *Omnia facit atque immutat: qui mortis umbram in diluculum vertit, & diem in nocturnas tenebras mutat*, ac velut per circulum quemdam mundum hunc universum gubernat ac moderatur, résque omnes nostras, fluctuantes simul minimé-que fluctuantes, ut quæ per mutationes quidem moveantur, ac sursùm deorsúmque agitentur, aliásque aliter se habeant; at quantum ad divinæ providentiæ ordinem & constitutionem fixæ & stabiles sint, etiamsi per contraria gradiantur, Verbo quidem clara & perspicua, nobis autem incognita & obscura: qui *potentes de sedibus deponit*, & *insuspicabilem diademate ornat*; nam id quoque à divina Scriptura accipio: qui *infirmis & invalidis genibus* fortitudinem imponit; ac *peccatoris & maligni brachia* confringit:

Unâ voce; uno spiritu, triumphale carmen decantandum.

Exod. XV. 1.

Divinæ Potentiæ ac Providentiæ miracula describuntur. *Amos.* V. 8.

Luc. I. 52. *Eccli.* XI. 5. *Job.* IV. 4. *Ps.* IX. 36.

(*a*) Προκύψαντες. *Erumpentes, velut ἔμβρυον vulva προκύπτειν*, ait Plutarchus.
(*b*) Ἀρέσωσιν. Sic Reg. quinque Pass. &c. Ed. ἀρέσκωσι.
(*c*) Πειρασμῶν καύσωνος. Sic Reg. bm. & Colb. 3. Ed. πειρασμοῦ καὶ καύσωνος.
(*d*) Εὔωνοι. *Venales.* Billius, *viles.*
(*e*) Διὰ τὸν λόγον. *Ob fidei doctrinam.*
(*f*) Καλυφθεῖσι θαλάσσῃ. Sic Coisl. 1. & duo Colb. Deest θαλάσσῃ in pluribus Mss. & in Par. ed. quæ habet, κατακαλυφθεῖσιν. Bas. ed. καταληφθεῖσιν.
(*g*) Ὅποι. Regg. bm. l. ὅπῃ. Ald. & Herv. ὅπερ.
(*h*) Θανάτου. Hæc vox à Græco textu vulgato abest; in omnibus tamen Gregorii Mss. & in bibliorum codicibus non paucis legitur.
(*i*) Εὐθύνων. Reg. l. Colb. 6. διευθύνων. Oxon. ἰθύνων.
(*k*) Καθαίρων. Colb. 3. καθελὼν.
(*l*) Περιτιθεὶς. *Circumponit, præstat.*
(*m*) Ὠδῆς. Sic Regg. bm. l. tres Colb. Deest in Ed. Billius, *scripturæ loco.* Combefisius qui varias lectiones collegit, hanc sibi vocem, ᾠδῆς, non placere testa-

etenim hæc quoque ex alio ſumo cantico, prout quodque memoriæ occurrit : multis videlicet locis cantionem mihi conficientibus, atque ad contexendam gratiarum actionem aliquid erogantibus. Qui dat ut *impius* nunc *ſupra cedros* elatus conſpiciatur, nunc dejectus, atque in nihilum redactus : ſi quidem ipſius impietatem cauto ac celeri pede præterire poſſimus.

Pſ. xxxvi. 35.

Nemo poteſt dignè potentias Domini decantare.

XIII. Ecquis eorum, qui res divinas narrant, hæc pro dignitate decantabit, atque narrabit? *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus?* Quâ voce, aut quâ dicendi facultate hoc miraculum adæquabit? Quis *arma, & gladium, & bellum confregit?* Quis *capita draconum in aqua contrivit?* Quis eum populis illis, quibus traditus eſt, in *eſcam dedit?* Quis *procellam in auram ſtatuit?* Quis dixit mari, *Tace, obmuteſce?* &, *In te confringentur fluctûs tui :* atque adeò confregit, cùm haud diu intumuiſſent atque inferbuiſſent? Quis hoc nobis dedit, ut calcemus *ſupra ſerpentes & ſcorpiones*, non jam *calcaneum* occultè obſervantes, quemadmodum fert condemnatio, verùm perſpicuè inſurgentes, capútque, cujus proculcatione damnati ſunt, attollentes? Quis *judicium & juſtitiam* inopinatò *fecit?* Quis *virgam peccatorum* non prorſus emiſit, audendúmne eſt dicere, *in ſortem juſtorum*? an, quod eo moderatius eſt, in ſortem eum cognoſcentium?

Pſ. cv. 2.
Pſ. lxxv. 4.
Pſ. lxxiii. 13. & 14.
Pſ. cvi. 29.
Marc. iv. 39.
Job. xxxviii. 11.
Luc. x. 19.
Gen. iii. 15.
Pſ. cxviii. 121.
Pſ. cxxiv. 3.

Alii ut juſti, ut peccatores alii, in tentationem traduntur.

XIV. Non enim ut juſti traditi atque afflicti ſumus, hoc enim paucis & rarò contigit; ut, velut fortes athletæ, tentatorem ignominiâ perfundant : verùm ut peccantes condemnati, ac poſtea miſericordiam conſecuti ſumus, providè nimirùm & paternè hactenus percuſſi, ut prudentiores efficeremur, atque hactenus caſtigati, ut ad eum noſipſos convertamus. Arguit enim, ſed *non in furore :* & corripuit, ſed *non in ira :* per utrumque videlicet benignitatem ſuam oſtendens, hoc eſt, & per ſubmonitionem, & per indulgentiam. Quis ille eſt, *qui vindictam fecit in nationibus, increpationes in populis? Dominus fortis & potens, Dominus potens in bello.*

Pſ. vi. 2. & xxxvii. 2.
Pſ. cxlix. 7. & xxiii. 8.

Canticum gratiarum actionis.

XV. Unam vocem, unum carmen, præſentibus beneficiis quodammodo dignum reperio, illud ſcilicet, quod Eſaias ante nos pronuntiavit, huic tempori mirificè congruens, & cum beneficii magnitu-

ἂν ἕκαστον ἐπίῃ τῇ μνήμῃ πολλῶν συμπληρούντων μοι τὴν ᾠδήν, καὶ [a]συνεπανιζόντων τὸν [b]χαριστήριον· ὁ δίδουὺς ὁρᾶσθαι τοῖς ἀσεβοῦσι, καὶ τὴν ὑπὲρ τὰς κέδρους ἔπαρσιν, καὶ τὴν εἰς τὸ μηκέτι εἶναι καθαίρεσιν· ὅταν αὐτῶν παρελθεῖν δυνηθῶμεν, τάχει καὶ ἀσφαλείᾳ ποδὸς, τὴν ἀσέβειαν.

a b

ιγ. Τίς ταῦτα πρὸς ἀξίαν ἄσεται, καὶ διηγήσεται τοῦ τὰ θεῖα διηγουμένων; τίς λαλήσει τὰς δυνασείας τοῦ Κυρίου, ἀκουσὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; τίνα φωνὴν ἢ τίνα λόγου δύναμιν ἐξισώσει τῷ θαύματι; τίς συνέτριψεν [c]ὅπλον, καὶ ῥομφαίαν, καὶ πόλεμον; τίς συνέθλασε τὰς κεφαλὰς τοῦ δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος; τίς ἔδωκεν αὐτὸν βρῶμα λαοῖς, οἷς καὶ παρέδωκε; τίς ἔσησεν εἰς αὖραν καταιγίδα; τίς εἶπε τῇ θαλάσσῃ, σιώπα, πεφίμωσο; καὶ ἐν σοὶ συνλριβήσεταί σου τὰ κύμαλα· καὶ μέν τοι καὶ συντρίψας, οὐκ ἐπὶ πολὺ μετεωριζόμενα καὶ ἀναζέσανλα; τίς ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων πατεῖν ἐδωρήσαλο, οὐκ ἔτι λάθρα τὴν πλέρναν τηρούντων, ὡς ἡ κατάκρισις, ἀλλὰ [d]φανερῶς ἐπανισαμένων καὶ διαιρόντων τὴν κεφαλὴν, ἣν πατεῖσθαι κατεδικάσθησαν; τίς ὁ ποιήσας κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἀδόκητον; τίς ὁ μὴ παντελῶς ἐπαφεὶς τὴν ῥάβδον τοῦ ἁμαρτωλῶν, ἆρα θαῤῥῆσαι χρὴ τῷ κλήρῳ τοῦ δικαίων εἰπεῖν; ἢ, ὃ τέτε μετριώτερον, τῷ κλήρῳ [e]αὐτὸν γινοσκόντων;

c d e

ιδ. Οὐ γὰρ ὡς δίκαιοι παρεδόθημεν, τοῦτο γὰρ ὀλίγοι καὶ [f]ὀλιγάκις· ἵν' ὡς ἀθληταὶ γενναῖοι, τὸν πειρασὴν [g]καταισχύνωσιν· ἀλλ' ὡς ἁμαρτάνοντες κατεκρίθημεν, εἶτα ἠλεήθημεν [h]κηδεμονικῶς τε καὶ παιρικῶς, ὅσον ζωφρονισθῆναι πληγέντες, καὶ ὅσον πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέψαι νουθετηθέντες· ἤλεγξε μὲν γὰρ, οὐ τῷ θυμῷ δέ· καὶ πεπαίδευκε μὲν, ἀ τῇ ὀργῇ δέ· δι' ἀμφοτέρων δεικνὺς τὸ φιλάνθρωπον, καὶ τῆς ὑπομνήσεως, καὶ τῆς ἀνέσεως· τίς ὁ ποιήσας ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐλεγμοὺς ἐν τοῖς λαοῖς; Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ.

f g h

ιε. Μίαν εὑρίσκω φωνὴν, ἓν μέλος, τοῦ παρόντων πῶς ἄξιον, ἣν Ησαίας πρὸ ἡμῶν ἀνεφθέγξαλο, σφόδρα τῷ νῦν καιρῷ πρέπουσαν, καὶ τῷ μεγέθει τῆς εὐεργεσίας ἁμιλλωμένην· [i]εὐφραίνεσθω

i

(a) Συνεπανιζόντων. *Simul conferentibus.*
(b) Χαριστήριον. Subaud. λόγον.
(c) Ὅπλον. *Scutum.* Billius, *arma.*
(d) Φανερῶς. *Palàm, apertè.*
(e) Αὐτὸν. Vitiosè τὸν αὐτὸν, in Herv. & Par. ed.
(f) Ὀλιγάκις. Par. in notis ex Oxon. & aliis duobus addunt, πάσχουσι.
(g) Καταισχύνωσιν. Reg. b. καταισχύνωμεν, meliùs.
(h) Κηδεμονικῶς. *Providè, benignè, ſalubriter.*
(i) Εὐφραινέσθω. In Iſaia legitur, εὐφράνθητω.

tur, nec congruere putat cum his quæ ex Iſaia, ut ipſi videtur, præcedunt; ſed fallitur. Nihil hîc deſcriptum ex Iſaia, ſed ex Job, iv. 4. vel ex Pſ. xxxvi. 17. atque hæc ex alio cantico petita ſcribit Gregorius, reſpiciens ad verba cantici Moyſis, & Mariæ. Sicque ex diverſis canticis, & ſcripturæ locis, prout occurrebant, ſuum ſe ait conficere χαριστήριον.

νέσθω

νέφω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ αἱ νεφέλαι ῥανά-
a τωσαν δικαιοσύνην· [a]ῥηξάτω τὰ ὄρη εὐφροσύνην,
καὶ οἱ βουνοὶ ἀγαλλίασιν· ἐπεὶ & κτίσις πᾶσα,
καὶ δυνάμεις οὐράνιοι, καὶ ἥδε τοιούτων, ὥς γε
δὴ ὁ ἐμὸς λόγος, συνεπαιθάνονται· οὐ γὰρ συσ-
νάζει μόνον καὶ συνωδίνει δουλεύσασα τῇ φθορᾷ,
τοῖς κάτω λέγω γινομένοις τε καὶ ἀπογινομένοις,
ἀποκαραδοκοῦσα τὸ τέλος τούτων καὶ τὴν ἀποκά-
λυψιν, ἵνα καὶ αὐτὴ τότε τύχῃ τῆς ἐλπιζομένης
ἐλευθερίας, ὡς νῦν ἄκουσα τούτοις προσδε-
δεμένη διὰ τὴν τοῦ δημιουργήσαντος δύναμιν, B
ἀλλὰ καὶ συνδοξάζει καὶ συναγάλλεται τοῖς
τοῦ Θεοῦ τέκνοις εὐφραινομένοις.

ις. Τοιγαροῦν, οὐ γὰρ ἀφέξομαι θείων φωνῶν
θείαν ἐξηγούμενος δύναμιν, ἀγαλλιάσθω ἔρη-
μος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον, ἡ χήρα χθὲς & πρώην,
ὡς γε ἐδόκει, καὶ ἄνανδρος Ἐκκλησία, καὶ πᾶς ὁ τῷ
φθονερῷ καὶ ἀτερπεῖ χειμῶνι τῆς ἀσεβείας τέως
συνεχαλμένος· ὅτι ἠλέησε Κύριος τὸν λαὸν αὐ-
τοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαλέ-
λοιπεν· ὅτι ἐποίησε θαυμαστὰ πράγματα, βουλὴν D
ἀρχαίαν ἀληθινήν· ἣ ὃ ἦν, εὐδοκεῖν ἐπὶ τοὺς φοβ-
ουμένους αὐτὸν, καὶ τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος
αὐτοῦ· ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχ-
λοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν· ὅτι διὰ τὰς ἀνομίας
b ἡμῶν ἐταπεινώθημεν, ἀλλ' [b]ἀνεκλήθημεν, καὶ
τῆς παγίδος συνετριβείσης, ἐῤῥύσθημεν ἐν χάριτι
τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, & τοὺς ταπεινοὺς τῇ καρδίᾳ
διδασκαλοῦντος Θεοῦ.

ιζ. Ὁρᾶτε ὅπως πλέκω τὴν ᾠδὴν θείοις καὶ
ῥήμασι & διανοήμασι; καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἀλλο- E
τρίοις ἐπαίρομαί τε καὶ καλλωπίζομαι, καὶ
ὥσπερ ἔνθους ὑφ' ἡδονῆς γίνομαι· ἀτιμάζω ὃ
ἅπαν ταπεινὸν καὶ ἀνθρώπινον, ἄλλα ἄλλοις
συμβιβάζων καὶ συναρμόζων, καὶ εἰς ἓν ἄγων τὰ
τοῦ αὐτοῦ πνεύματος;

ιη. Πρότερον μὲν οὖν ἐδείκνυ τοῦ Θεοῦ τὰ
θαυμάσια, Ἐνὼχ μετατιθέμενος, Ἠλίας ἀνα-
λαμβανόμενος, Νῶε διασωζόμενος, & διασώζων
c τὰ σπέρματα τῆς [c]γενῶν, ἐν μικρῷ ξύλῳ τὸν
κόσμον, φυγόντων οἰκουμένης ἐπίκλυσιν, ἵν' ἡ γῆ F
κοσμηθῇ πάλιν εὐσεβεστέροις οἰκήτορσιν· Ἀβραὰμ
καλούμενος, καὶ παιδὶ παρ' ἡλικίαν τιμώμενος,
εἰς πίστιν ἑτέρᾳ τοῦ ἐπηγγελμένου σπέρματος,
καὶ τὸν μονογενῆ προσφέρων θυσίαν θεόθυτον,
e d καὶ [d]ἱερεῖον ξένον [e]ἀντὶ τοῦ παιδὸς κομιζό-
g f μενος· [f]παράδοξος ἀσεβῶν ἀπώλεια, [g]πυρὶ καὶ

dine contendens. *Lætetur cœlum desuper, & nubes stillent justitiam. Erumpant montes lætitiam, & colles exultationem;* quandoquidem etiam res omnes conditæ, & cœlestes virtutes, meâ quidem sententiâ, hujusmodi rerum sensu afficiuntur: neque enim *creatura* simul tantùm *ingemiscit, & parturit, corruptioni serviens*, hoc est, iis qui in terra nascuntur, & intereunt, finem eorum & *revelationem expectans*, ut ipsa quoque tunc speratâ libertate potiatur, velut nunc his invita propter Creatoris potentiam alligata: sed simul etiam cum Dei filiis lætantibus gloriam ipsius prædicat, & exultat.

Isa. XLV. 8. & XLIX. 13. *Ps.* LXIV. 13.

Rom. VIII. 22.

XVI. Quocirca, neque enim à divinis vocibus abstinebo, divinam potentiam commemorans, *exultet deserta, & floreat sicut lilium*, hoc est, Ecclesia, heri & nudius tertius, ut quidem videbatur, vidua, & viro carens, atque omnes, quos invida & inamœna impietatis hyems antea contraxerat: quoniam *Deus plebem suam miseratus est, & hæreditatem suam non dereliquit: quoniam res mirabiles fecit, consilium antiquum verum;* hoc est, *ut beneplacitum esset ipsi super timentes eum, & in iis qui sperant in misericordiis ejus: quoniam contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit: quoniam propter iniquitates nostras humiliati sumus, sed revocati sumus, ac laqueo contrito, per gratiam Dei qui nos vocavit, & humiles corde consolatur, liberati sumus.*

Hujus Cantici verba & sententiæ ex Scripturis desumpta. *Isa.* XXXV. 1.

Ps. CII. 13. *Ps.* XCIII. 14. *Isa.* XXV. 1. *Ps.* CXLVI. 11. *Ps.* CVI. 16. *Ps.* CV. 43. *Gal.* I. 15. II. *Cor.* VII. 6. *Ps.* CXXIII. 7.

XVII. Videtis-ne quo pacto divinis verbis ac sententiis canticum texam? atque haud scio quonam modo alienis me efferam, & ostentem, ac præ voluptate velut numine corripiar; quicquid verò humile atque humanum est, contemnam, alia cum aliis compingens atque concinnans, eáque, quæ ejusdem sunt Spiritûs, in unum colligens?

Liber Scripturarum Oratori Christiano fertilis ager.

XVIII. Ac priùs quidem Dei miracula testabantur: Enoch, dum transferretur: Elias, dum in sublime assumeretur: Noë, dum conservaretur, ac generum semina conservaret, in exiguo ligno Mundum, orbis universi diluvium fugientium, ut terra rursus sanctioribus incolis ornaretur: Abraham, dum vocaretur, ac filio præter ætatem donaretur, ad confirmationem nempè alterius seminis promissi, atque unigenitum offerret, sacrificium promptum & alacre, alienámque victimam filii loco accipiens: mirabilis impiorum interitus,

Miraculorum quæ in Scripturis narrantur series. *Gen.* V. 24. *IV. Reg.* II. 11. *Gen.* VII. 1. *Gen.* XII. 1. & *seq.* *Gal.* III. 16.

(*a*) Ῥηξάτω. Billius: *effundant.*
(*b*) Ἀνεκλήθημεν. *Revocati sumus.* A Billio omissum.
(*c*) Γενῶν. Alii: ἐθνῶν.
(*d*) Ἱερεῖον ξένον &c. *Alienam victimam*, in comparatione filii, *inexpectatam*; nulla enim erat usitatior victima quàm aries. Non ergo benè Bil. *inusitatam.*
(*e*) Ἀντί. Ald. Herv. Par. καὶ ἀντί. Sed abest, καί, ab omnibus codd.
(*f*) Παράδοξος. *Stupendus, novus ac mirabilis.*
(*g*) Πυρὶ καὶ θείῳ. *Igne & sulphure.* Billius: *sulphureo igne.* Verùm cùm Gregorius Scripturæ verba religiosè servaverit, hæc itidem servare debuisset Interpres.

igne & ſulphure obrutorum, mirabilius etiam piorum furtum, & ſalis columna, converſionem ad vitium traducens, de eáque velut triumphum agens: Joſeph item, dum venderetur, & amaretur, & pudicitiam coleret, ſapientiáque à Deo donaretur, & liberaretur, & potentiam obtineret, majoríſque diſpenſationis causâ, diſpenſatoris munere fungeretur: Moſes, dum Dei conſpectu dignus haberetur, legéſque acciperet, & ferret, & Pharaonis Deus efficeretur, & Iſraëlitis ad promiſſionis terram dux eſſet: numeroſa Ægyptiorum flagra, atque eorum, qui laboribus premebantur, inter medios Ægyptios conſervatio. Mare item, tum ad virgæ ictum cedens, tum ad ſermonem rurſum coïens; atque illos terræ in modum tranſmittens, hos autem, ut ipſius natura ferebat, inundans atque obruens.

Gen. XIX. 24. & 26.
Gen. XXXVII. 28. XXXIX. 8. & XLI. 41.
Exod. III. 2. & XX. & *ſeqq.*
Exod. VII. 1. & *ſeqq.*
Famoſæ Ægyptiorum plagæ.
Exod. XIV. 21. & 27.

XIX. Aliáque omnia quæ hæc ſecuta ſunt; nimirum nubis columna interdiu obumbrans, ignis columna noctu ſplendorem afferens, atque ambæ iter præmonſtrantes: panis in deſerto pluviæ inſtar fuſus, obſonium è cœlo miſſum; ille neceſſitati correſpondens, hoc etiam ſupra neceſſitatem impertitum: aqua è petra, partim emanans, partim edulcata: Amalec per orationem atque arcanam & myſticam manuum figuram victus & profligatus. Sol ſtans, & Luna retenta, & Jordanis curſus interciſus: muri, ſacerdotum circuitu, ac tubarum clangore, numeríque viribus concuſſi atque ſubverſi. Terra & vellus, viciſſim compluta, & ſicca remanentia: in crinibus ſitum robur, integro exercitui par: pauci delecti milites lambentes, qui victores fore creduntur, ac juxta ſpem de ſe conceptam vincunt, exiguus, inquam, numerus multa hominum millia. Quid autem me omnia ſigillatim enumerare neceſſe eſt, quæ per Chriſtum ipſum, ſalutiferæ præſentiæ ſuæ atque incarnationis tempore; quæ etiam poſt illum ac per illum à ſacroſanctis ipſius Apoſtolis verbíque miniſtris mirificè geſta ſunt? Quot ea libri & memoriæ circumferunt?

Mira Dei in gratiam Iſraëlitarum prodigia.
Exod. XIII. 21.
Ibid. XVI. 14.
Exod. XVII. 6. & XV. 25.
Ib. XVII. 11.
Joſue X. 12.
Ibid. III. 13. & VI. 6.
Jud. VI. 37.
Ib. XVI. 17.
Ibid. VII. 5.

XX. At, quæ nunc acciderunt, *venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum*, ut divinæ potentiæ miracula *cognoſcat generatio altera*, & generationum ſucceſſiones. Quoniam autem ea, niſi periculi magnitudine velut ob oculos poſitâ, decla-

Dei miracula adverſus Julianum.
Pſ. LXV. 16.
Ib. LXXVII. 6.

θείῳ [a] καταϰλυσθέντων, εὐσεβῶν [b] ϰλοπὴ ϖλουσιωτέρα, σήλη ἁλὸς τὴν ϖρὸς τὸ ϰαϰὸν ἐπιστροφὴν θριαμβεύουσα· Ἰωσὴφ τε πιπρασϰόμενος, ϰὴ ἐρώμενος, ϰ σωφρονῶν, ϰαὶ ϖλουσιώτερα Θεοῦ ϛοφιζόμενος, ϰ ἐλευθερούμενος, ϰαὶ δυναστεύων, [c] ϰαὶ σιτοδοτῶν ἐπ' οἰϰονομίᾳ μείζονι· Μωσῆς θεοφανείας ἀξιούμενος, ϰαὶ νομοθετούμενος, ϰαὶ νομοθετῶν, ϰαὶ Θεὸς Φαραὼ γινόμενος, ϰαὶ ϖρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας τῷ Ἰσραὴλ ἐξηγούμενος· Αἰγυπτίων τὲ [d] ἀριθμούμεναι μάστιγες, ϰ σωτήρια τῶν ϖονουμένων ἐν μέσοις τοῖς Αἰγυπτίοις· θάλασσά τε [e] ὑποχωροῦσα ῥάβδῳ, ϰ συνιοῦσα λόγῳ, ϰαὶ τοὺς μὲν ὡς ξηρὰ ϖερα- πέμπουσα, [f] τοὺς ᾗ ϰατὰ τὴν φύσιν ἑαυτῆς ἐπιῤῥέουσα.

ιθ. [g] Τἄλλά τε, ὅσα τούτοις ἐπηϰολούθησε, σύλος νεφέλης ἐπισϰιάζων ἡμέρας, σύλος πυρὸς φωτίζων νυϰτὸς, ϰαὶ ὁδηγοῦντες ἀμφότεροι· ἄρτος ὑόμενος ἐν ἐρήμῳ, ὄψον ἐξ οὐρανοῦ ϖεμπόμενον· ὁ μὲν τῇ χρείᾳ σύμμετρος, τὸ δὲ ϰαὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν· ὕδωρ ἐϰ πέτρας, τὸ μὲν ἐϰδιδόμενον, τὸ δὲ γλυϰαινόμενον· Ἀμαλὴϰ εὐχῇ ϰαταϖολεμούμενος, ϰαὶ χειρῶν ἀποῤῥήτῳ ϰαὶ [h] μυσιϰῷ σχήματι· [i] ἥλιός τε ἱσάμενος, ϰαὶ σελήνη ϰατεχομένη, ϰαὶ Ἰορδάνης ἀναϰοπτόμενος· τείχη ϰαλασειόμενα ἱερέων θείοιν, ϰαὶ ϛαλπίγγων ἤχῳ, ϰαὶ [k] ἀριθμῷ δύναμιν ἔχοντι· γῆ ϰαὶ πόϰος, ἐναλλὰξ ὑόμενά τε ϰαὶ ἄβροχα διαμένοντα· δύναμις ἐν θριξὶ, ϛρατιᾶς ὅλης ἀντίῤῥοπος· λογάδες ὀλίγοι λάπτοντες, ϰαὶ νιϰᾶν πιϛευόμενοι, ϰ νιϰῶντες ϰατὰ τὰς ἐλπίδας, [l] ὁ βραχὺς ἀριθμὸς, τὰς πλείονας χιλιάδας. τί με δεῖ παναριθμεῖν ἅπαντα, ὅσα [m] δι' αὐτοῦ Χριϛοῦ ϰατὰ τὴν ϛωτήριον αὐτοῦ παρουσίαν ϰαὶ ϛάρϰωσιν· ὅσα μετ' ἐϰεῖνόν τε ϰαὶ δι' ἐϰείνου τοῖς ἱεροῖς Ἀποϛόλοις αὐτοῦ, ϰαὶ ὑπηρέταις τοῦ λόγου τεθαυματούργηται; πόσαι ταῦτα ϰαὶ βίβλοι ϰ μνῆμαι φέρουσι;

κ. [n] Τὰ δὲ δὴ νῦν, δεῦτε, ἀϰούσατε, ϰαὶ [o] διηγήσομαι, πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ὅπως ἂν γνῷ γενεὰ ἑτέρα, ϰ διαδοχαὶ γενεῶν, τῆς τοῦ Θεοῦ δυναστείας τὰ θαύματα· ἐπεὶ ᾗ οὐϰ οἷόν τε ταῦτα δηλῶσαι, μὴ τὸ τοῦ ϰινδύνου

(a) Κατακλυσθέντων. *Quaſi diluvio obrutorum.*
(b) Κλοπὴ. Clarius in Elia Billius, *ſubductio*, Lothi nempè ac ejus familiæ, qui per Angelos quaſi furtim educti ſunt.
(c) Καὶ σιτοδοτῶν. *Frumenta annonamque diſtribueret.*
(d) Ἀριθμούμεναι μάστιγες. *Celebria Ægyptiorum flagella.* Sic Or. III. n. 6. ſuam parvam Bethlehem opponit ταῖς ἀριθμουμέναις τῶν πόλεων, *claris urbibus.*
(e) Ὑποχωροῦσα ῥάβδῳ. *Virgæ cedens.* Non legitur à Moyſe virgâ mare percuſſum.
(f) Τοὺς δέ. Reg. b. & Montac. τοῖς δέ.
(g) Τἄλλά τε ὅσα. Plerique codd. & Reg. 1. τ' ἄλλα θ' ὅσα.
(h) Μυσιϰῷ σχήματι. Par. & Montac. in notis, de crucis ſigno interpretantur.
(i) Ἡλιός τε. Sic ſcripti libri. Deeſt τε in Par.
(k) Ἀριθμῷ δύναμιν ἔχοντι. Combefi. *Septenario nimirum ac myſticæ ſignificationis, ex qua illi vis inerat.*
(l) Ὁ βραχὺς ἀριθμός. Colb. k. ὁ ϖολὺς ἀριθμός.
(m) Δι' αὐτοῦ Χριϛοῦ. Montac. διὰ τοῦ Χριϛοῦ.
(n) Τὰ δὲ δή. Regg. a. d. ταῦτα δή.
(o) Διηγήσομαι. Addunt editi omnes, ὑμῖν. Deeſt tamen in omnibus penè codicibus.

τῆς ἀσεβείας μέγεθος· τοῦτο δὲ οὐχ οἷόν τε, μὴ τὸ τοῦ τρόπου κακόηθες διελέγξαντας, καὶ ἐξ οἵων ἀρχῶν καὶ τῆς κακίας σπερμάτων, ἐπὶ
a τὴν κακοδαιμονίαν ταύτην ἐξέπεσε, [a] κατὰ μικρὸν τὴν ἀσέβειαν συναυξήσας, ὥσπερ τὸν ἰὸν
b τῆς ἕρπεως ἢ τῆς θηρίων ὅσα πικρόταλα, [b] πάντα μὲν οὖν ἐκτραγῳδεῖν τὰ ἐκείνου βίβλοις καὶ ἱστορίαις παρήσομεν· οὐ γὰρ ἡμῖν γε σχολὴ μακρότερα τῆς παρούσης ὑποθέσεως ῥαψῳδεῖν· αὐτοὶ δὲ ὀλίγα ἐκ πολλῶν διελθόντες, στηλογραφίαν ὥσπερ τινὰ τοῖς μεθ' ἡμᾶς καταλείψομεν
c ἐπὶ τὰ κυριώτατα καὶ [c] φοβερώτατα τῆς κατ' ἐκεῖνον τῷ λόγῳ χωρήσαντες.

d κα. [d] Ἐκεῖνος ἓν μὲν καὶ πρῶτον, ὑπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίου ζωθεὶς, ἄρτι φθὰς τοῦ πατρὸς ἀπαδεξαμένου τὸ κράτος, ἵνικα τὸ στρατιωτικὸν ἐξωπλίσθη κατὰ τῆς ἐν τέλει, καινολομοῦν φόβῳ καινολομίας, καὶ δι' ἀπὸ νέων πρόσωπα-
e τῆς καθίσταλο τὰ βασίλεια· [e] καὶ ζωθείς γε σὺν τῷ ἀδελφῷ ζωτηρίαν ἄπιστον καὶ παράδοξον, οὔτε τῷ Θεῷ χάριν ἔσχε τῆς ζωτηρίας, οὔτε τῷ βασιλεῖ, δι' οὗ σέσωστο· ἀλλ' ἀμφοτέροις ὤφθη κακὸς, τῷ μὲν ἀποστασίαν ὠδίνων, τῷ δὲ ἐπανάστασιν.

f κβ. Ο δέ μοι [f] περὶ τούτων εἰπεῖν ἀναγκαῖον,
g διαίτης μὲν καὶ θεραπείας, [g] ἔν τινι τῆς βασιλικῶν χωρίων ἠξιοῦντο βασιλικῆς, παρὰ τοῦ φιλανθρωποτάτου βασιλέως, ὡς τοῦ γένους λείψανα τῇ βασιλείᾳ τηρούμενοι· ὁμοῦ μὲν ἀπολογίαν ἐπινοοῦντος τῶν νεωτεριθέντων ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας, ὡς ἃ κατ' ἐκείνου γνώμην τετολμημένων· ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ μεγαλόψυχον ἐπιδείξασθαι ζητοῦντος τῇ κοινωνίᾳ τῆς βασιλείας· καὶ τρίτον, τὴν ἀρχὴν καλασήσασθαι ταῖς προσ-
h θήκαις βεβαιοτέραν, [h] ὅπερ ἦν δυνάμενα χρηστότερα ἢ σοφώτερα.

i κγ. Ἐπεὶ δὲ [i] ἦγον ἀπὸ πάντων σχολὴν, τῆς μὲν βασιλείας μελλούσης, ἔτι καὶ μελετωμένης, τῆς δὲ ἡλικίας ἅμα καὶ τῆς ἐλπίδος,
k ταῖς [k] δευτέραις τῆς ἀρχῶν οὐ προσαγούσης,

rari nequeunt; hoc verò fieri non poteſt, niſi morum iſtius pravitatem oſtenderimus, quibúſque ex principiis, vitiíque feminibus, in perditam hanc & profligatam amentiam prolapſus fuerit, impietatem ſuam, non ſecus ac fæviſſimi quique ſerpentes & feræ venenum, paulatim augens, omnia quidem illius ſcelera tragicis verbis exaggeranda ad libros hiſtoriáſque remittemus: neque enim nobis vacat longiùs quàm præſentis inſtituti ratio ferat, ſermonem producere; ipſi autem pauca è multis commemorantes, quaſi in columna inſculptam ipſius ignominiam poſteris relinquemus, ad præcipua illius notiſſimáque flagitia ſermonem conferentes.

XXI. Unum igitur & princeps illius facinus hoc eſt, quòd à magno Conſtantio, qui Patri nuper in imperio ſucceſſerat, ſalutem conſecutus; (tum ſcilicet, cùm exercitus, rerum novarum metu res novas moliens, adversùs proceres arma cepit, ac per novos Præfectos aulicæ res conſtituebantur;) & quidem ſalutem inopinatam & incredilem cum fratre conſecutus, nec Deo ob ſalutem, nec Imperatori, per quem ſalutem acceperat, gratiam habuit: verùm utrique nequam & improbum ſe præbuit, illi nimirum defectionem, huic rebellionem parturiens.

Juliani in Deum & in Conſtantium, à quo ſervatus, ingratus animus.

XXII. Quod autem neceſſariò mihi priùs exponendum eſt, ſplendidiſſimo quidem victu cultúque in imperatoria quadam domo ab humaniſſimo Imperatore digni habebantur, ac velut generis reliquiæ ad imperium ſervabantur. Id autem eâ mente faciebat, primùm ut ſe de iis rebus quæ in imperii ſui auſpiciis deſignatæ fuerant, purgaret, tanquam de ipſius conſilio ac voluntate haudquaquàm perpetratis: deinde ut eos ad imperii ſocietatem aſciſcendo magnitudinis animi argumentum præberet: poſtremò, ut principatum his incrementis firmiorem redderet: quod quidem hominis erat benignè magis quàm ſapienter cogitantis.

Galli & Juliani educatio regia, & cur à Conſtantio ſervati.

XXIII. Cùm autem omni negotio vacarent, tum quòd imperium eos adhuc moraretur, atque in cogitatione duntaxat & meditatione eſſet, tum quòd ætas & ſpes nondum eos ſecundis dignitatibus admove-

Ambo chriſtianâ fide liberalibúſque diſciplinis ſimul edocti.

(a) Κατὰ μικρόν. Reg. bm. καὶ κατὰ μικρόν.
(b) Πάντα μὲν ἔν. Ita Colb. k. Deeſt ἔν. in Par.
(c) Περιφανέστατα. *Notiſſima, famoſiſſima, atrociſſima.* Billius, *nobiliſſima.* Minus rectè, cùm hîc agatur de flagitiis viri, qui nihil dignum laude geſſit.
(d) Ἐκεῖνος ἓν μὲν καὶ πρῶτον. Sic magno conſenſu codices: *ille, quod quidem unum primumque eſt, à Magno Conſtantio ſervatus.* Savil. legit, ἐκεῖνο.
(e) Καὶ σωθεὶς γε. Quo tempore, anno videlicet 338, cædes Principum Conſtantinianæ familiæ contigit, Julianus tum ſeptennis ſervatus eſt, vel annuente, vel diſſimulante Conſtantio. Nec enim jubente eo ſervatum Julianum, dicere ſinunt Scriptores, qui cædem Principum in Conſtantium rejiciunt; non modo Zozimus, & Julianus ipſe ad Athenienſes, p. 497, verùm etiam Athanaſius ad Monachos, Hieronymus in Chronico, &c. Servatus porrò Julianus inprimis curâ Marci Arethuſi, de quo Gregorius poſtea n. 91; cui conſentiunt acta Baſilii presbyteri Ancyrani, quæ Bollandus refert in diem Martii 22, ubi S. Martyr his verbis Apoſtatam increpat: *Non es reveritûs altare, quo ſalvatus fuiſti.* Deinde Frumentino Comiti Scutariorum, de Juliano: *Non eſt recordatus, quomodo* (Deus) *eruerit eum à morte per ſanctos ſuos ſacerdotes, abſcondens eum ſub ſancto & admirabili Eccleſiæ altari.*
(f) Περὶ τούτων. Reg. bm. περὶ τούτων.
(g) Ἔν τινι... βασιλικῆς. Deeſt βασιλικῆς in Reg. bm. Vocem hanc legit Socrat. Hiſt. lib. 5. c. 2. additque *domum illam fuiſſe palatium in Macello ad Argæum montem haud procul ab urbe Cæſarea.*
(h) Ὅπερ ἦν. Sic codd. Mallet Montac. ἅπερ ἦν.
(i) Ἦγον ἀπὸ πάντων &c. *Cùm vitam privatam procul ab omni publico munere agerent, tum quòd imperium abeſſet &c.*
(k) Δευτέραις τῶν ἀρχῶν. Cæſaris dignitatem, vel mi-

ret, utebantur illi quidem aliarum quoque artium præceptoribus, nempè patruo Imperatore omni orbicularis disciplinæ genere ipsos erudiente. Verùm nostræ philosophiæ impensiùs operam dabant, non huic solùm, quæ in verbis & doctrina versatur, sed illi etiam quæ pietatem in moribus positam habet. Atque & cum optimis quibusque viris consuetudinem habebant, & elegantissimis actionibus, ac luculentum virtutis specimen præ se ferentibus, incumbebant. Quinetiam in Clerum seipsos ascripserunt, adeò ut divinos quoque libros plebi lectitarent, non minùs id sibi amplum & honorificum esse existimantes, quàm aliud quidvis, inmò omnium ornamentorum maximum præstantissimúmque pietatem esse censentes.

Gallus & Julianus in Clerum adscripti lectores.

XXIV. Jam sumptuosissimis quoque Martyrum monumentis & votivorum donorum munificentiis, omnibúsque aliis rebus, quibus divinus timor insignitur, sapientiæ studium Christique amorem declarabant: alter quidem verè & seriò pietatem profitens; quamvis enim naturâ ferocior ac fervidior esset, verè tamen ac sincerè pietatem colebat; alter autem tempus redimens, ac sub mansuetudinis specie atque obtentu morum pravitatem occultans. Quod quidem ex eo conjicere licebit, neque enim miraculum, quod tum accidit, silentio præterire queam, utpote memoriâ in primis dignum, atque ejusmodi, ut impiorum multis documento esse possit.

Eorum in Martyrum monumentis munificentia.

Juliani pravitas sub modestiæ ac probitatis larva.

XXV. Martyribus, ut diximus, ambo laborabant, munificentiáque & liberalitate præclarè inter se contendebant, tum multarum manuum operâ, tum multis impensis ædem sacram extruentes. Verùm quoniam non pari voluntate animíque instituto in hoc opus incumbebant, idcircò nec in eundem quoque finem labor utrique progrediebatur. Etenim alterius, hoc est, fratris natu majoris, opus perficiebatur, atque ex ratione procedebat, Deo videlicet munus illud libenter admittente, velut Abelis sacrificium, rectè & oblatum & divisum: atque hæc oblatio veluti quædam primogeniti consecratio erat. Alterius autem munus, proh impiorum in hac quoque vita ignominiam, futuris rebus testimonium

In extruenda sacra æde, dissimilis utriúsque voluntas miraculo declaratur.

Gen. IV. 4.

ἐχρῶντο μὲν καὶ τῷ ἄλλων [a]παιδευταῖς μαθημάτων, πᾶσαν τὴν [b]ἐγκύκλιον παίδευσιν [a] [b]
ἐκπαιδεύοντος αὐτοὺς [c]τῷ θείῳ καὶ βασιλέως· [c]
ἐχρῶντο δὲ ⸂ τῇ καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ πλέον, ⸃
οὐ τῇ περὶ λόγους μόνον, ἀλλ' ὅση καὶ ὅλῳ τῷ
ἤθων ἔχει τὸ εὐσεβὲς· ἀνδρῶν τε τοῖς [d]σπουδαιοτάτοις προσομιλοῦντες, καὶ πρᾴξεων ταῖς [d]
[e]χαριεσάταις, καὶ πολλὴν ἐχούσαις τῆς ἀρετῆς [e]
τὴν ἐπίδειξιν· τῷ μέν γε κλήρῳ φέροντες ἑαυτὸς
ἐγκατέλεξαν, ὥστε καὶ ταῖς θείας ὑπαναγινώσκειν τῷ λαῷ βίβλους, ἀδενὲς ἔλαττον εἰς δόξαν
αὐτοῖς τοῦτο εἶναι νομίζοντες, ἀλλὰ καὶ πάντων μεῖζον καλλώπισμα τὴν εὐσέβειαν.

κδ. [f]Μαρτύρων τε μνήμασι πολυτελεσάτοις, καὶ ἀναθημάτων φιλοτιμίαις, καὶ πᾶσιν [f]
οἷς ὁ θεῖος φόβος χαρακτηρίζεται, τὸ φιλόσοφον
καὶ φιλόχριστον κατεμήνυον· ὁ μὲν ⸂ κατ' ἀλήθειαν εὐσεβῶν· καὶ γὰρ ἦν, εἰ καὶ τὴν φύσιν ⸃
θερμότερος, ἀλλ' οὖν γνήσιος εἰς εὐσέβειαν· ὁ
δὲ τὸν καιρὸν ἐξωνούμενος, καὶ κρύπτων ἐν
ἐπιεικείας [g]πλάσματι τὸ κακόηθες· τεκμήριον [g]
δὲ, καὶ γὰρ οὐκ ἂν δυναίμην παραδραμεῖν
τὸ συμβὰν θαῦμα, [h]σφόδρα τε ὂν μνήμης [h]
ἄξιον, καὶ πολλὰς παιδεῦσαι τῷ ἀσεβῶν δυνάμενον.

κε. Ἐκαμνον μὲν τοῖς μάρτυσιν, ὅπερ εἶπον,
ἀμφότεροι, καὶ ἀντεφιλοτιμοῦντο λαμπρῶς
ἀλλήλοις, καὶ [i]χειρὶ πολλῇ καὶ δαπάνῃ τὸν [i]
οἶκον ἐγείροντες· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς
προαιρέσεως, οὐδὲ εἰς ὅμοιον πέρας προέβαινεν
ἀμφοτέροις ὁ πόνος· τῷ μὲν γὰ τὸ ἔργον ἠυξέτο,
καὶ κατὰ λόγον ἐχώρει, τῷ πρεσβυτέρου λέγω
τῷ ἀδελφῶν, οἷα τῷ Θεῷ τὴν ἐπίδοσιν ἑτοίμως
προσιεμένου, κατὰ τὴν Ἄβελ θυσίαν, ὀρθῶς
καὶ προσενεχθεῖσαν καὶ διαιρεθεῖσαν· καὶ ἦν
ὥσπερ [k]πρωτοτόκου τις καθιέρωσις ἡ ἐπίδοσις· [k]
τῷ δὲ, φεῦ τῆς ἐντεῦθεν ἤδη τῷ ἀσεβῶν [l]ἀτιμίας τὰ ἐπεῖθεν [m]μαρτυρομένης, καὶ μικροῖς [l] [m]
μνύμασι τὰ μεγάλα προκηρυττούσης, ὥσπερ

litaria imperia significat, quibus ob teneram ætatem impares erant.

(*a*) Παιδευταῖς. Nicocle in Grammatica, Ecebolio in Rhetorica, juxta Socrat. lib. 3. c. 1.

(*b*) Ἐγκύκλιον παίδευσιν. Disciplinarum orbem, *Encyclopædiam* appellant Græci.

(*c*) Τῷ θείῳ. *Patruo*, non *avunculo* cum Bill. Siquidem non materna, sed paterna erat cognatio. Utriusque enim parentes germani fratres erant; nempè Constantinus pater Constantii, & Julius Constantius pater Juliani; sicque fratres patrueles erant Julianus & Constantius.

(*d*) Σπουδαιοτάτοις. *Cum optimis* atque etiam *doctissimis*. Utrumque græca significant.

(*e*) Χαριεστάτοις. Tres Colb. χρηστοτάτοις, idque etiam scribitur in ora Reg. bm.

(*f*) Μαρτύρων τε μνήμασι. In ora Reg. y. μνήμαις. Theod. Hist. lib. 3. c. 2. σηκὸν ἐδομήσατο, *Basilicam extruxit*. Sozom. lib. 5. c. 2. τάφον Μάμα τῷ μάρτυρος, *Sepulcrum Mamæ*, vel, *Mamantis Martyris* &c.

(*g*) Πλάσματι. Juliani hypocrisim non tantùm Gregorius, Socrates, Sozomenus, verùm etiam ipsi Juliani laudatores testantur, ut Ammianus lib. 22. p. 208. & Libanius Or. 12.

(*h*) Σφόδρα τε ὄν. Sic Regg. hu. l. Colb. 3. Deest in nonnullis ὄν, in aliis τε, in paucis utrumque.

(*i*) Χειρὶ πολλῇ. Comb. *Operarum copiâ & sumptu.*

(*k*) Πρωτοτόκου. Reg. l. Colb. 3. Coisl. 1. πρωτοτόκων.

(*l*) Ἀτιμίας. Colb. 3. τιμωρίας.

(*m*) Μαρτυρομένης. Sic Regg. l. bm. &c. Editi verò omnes, & codices pauci, μαρτυρμένης.

τὴν

τὴν Καΐν θυσίαν ὁ τῶν μαρτύρων Θεὸς ἀπε- A
πέμπετο.

a κς. Καὶ ὁ μὲν ἐπόνει, [a]ἡ δὲ γῆ τὸ πονηθὲν
ἀπεσείετο. καὶ ὁ μὲν ἐφιλονείκει μᾶλλον, ἡ δὲ
b ἀτιμίου δέχεσθαι θεμελίους τῷ [b]ζαθρὸς πρὸς
εὐσέβειαν, οἷα βοῶσα τὸν ἐσόμενον ἐξ ἐκείνου
c [c]σεισμὸν, καὶ τιμῶσα τοὺς μαρτύρας τῇ περὶ
τὸν ἀσεβέσταον ἀτιμίᾳ. τοῦτο τὸ ἔργον προφη-
d τεία τις ἦν [d]τῆς ὕστερον τοῦ ἀνδρὸς αὐθαδείας
καὶ ὑπονοίας, καὶ τῆς εἰς μάρτυρας ἀτιμίας, ☾ B
πρὸ τοὺς ἁγίους οἴκους πλανομίας· τὸν μὲν ἄλ-
λους λανθάνουσα, τὸν δὲ διώκτην πόῤῥωθεν
προδιώκουσα, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας ἐπίχειρα
e [e]προσημαίνουσα.

κζ. Ω ψυχῆς σοφῆς εἰς τὸ κακοποιῆσαι,
τὴν δὲ ἰδίαν οὐ φευγούσης βάσανον· ὦ Θεοῦ τὸ
f μέλλον κηρύττοντος, [f]ἵνα ἢ ἀνακόψῃ τὴν ἀσέ-
βειαν, ἢ δείξῃ τὴν πρόγνωσιν· ὦ πλαδόξου
g μὲν, [g]ἀληθῶς δὲ πλέον ἢ πλαδόξου θαύματος·
h ὦ τῆς τῶν μαρτύρων [h]φιλαδελφίας· ὑπ ἐδέξαντο C
τιμὴν τοῦ πολλοὺς μάρτυρας ἀτιμάσοντος· οὐ
i [i]προσήκαντο δῶρον τοῦ πολλοὺς ἀθλητὰς ἀπο-
l k δείξοντος, μᾶλλον δὲ [k]φθονήσοντος [l]καὶ
αὐτῆς τῆς ἀθλήσεως· ἢ, τό γε ἀληθέστερον εἰ-
πεῖν, οὐκ ἤνεγκαν μόνοι μαρτύρων ὑβρίζε-
m σθαι, [m]τῶν ἄλλων ὁσίαις χερσὶ τεθησομένων
τε καὶ θεραπευθησομένων, οὐδὲ δοῦναι τῷ
Σοφισῇ τῆς κακίας ταῖς ὕβρεσιν ἐγκαυχήσασθαι·
ἵνα μὴ πλὰ τῆς αὐτῆς χειρὸς, τὰ μὲν ἀνίστη-
ται μαρτύρων μνήματα, τὰ δὲ καταλύηται· D
n καὶ οἱ μὲν τιμῶνται μάρτυρες, οἱ δ' [n]ἀτιμά-
ζωνται, μικρὸν φθανούσης τῆς ἐν σχήματι
τιμῆς τὴν ἀληθινὴν ἀτιμίαν· μηδὲ πρὸς τῷ
μεγέθει τῆς ὕβρεως καὶ Σοφὸς εἶναι νομίσῃ
παρ' ἑαυτῷ, λανθάνων ὥσπερ ἀνθρώπους,
οὕτω καὶ Θεὸν τὸν πάντων ὀξύταλον, καὶ
Σοφώταλον, ☾ δρασόμενον τὰς Σοφοὺς ἐν τῇ
πανουργίᾳ αὐτῶν, δι' ἃ τῷ φαινομένῳ προβλήματος·
ἀλλὰ γινώσκῃ νοούμενος, καὶ μὴ ὑπεραίρηται
παλαλαμβανόμενος. E

κη. Εἰ γὰρ μὴ τὴν ἀσέβειαν οὐκ ἐπέσχεν ὁ

prǽbentem, ac per parva indicia res magnas prænunciantem, non ſecus ac Caini ſacrificinm, Deus Martyrum repudiabat.

XXVI. Itaque ille quidem laborabat, ſed terra, quod elaboratum fuerat, excutiebat. Ille vehementiùs adhuc obnitebatur; hæc hominis in pietate corrupti fundamenta capere detrectabat, tanquam motum eum, quem ipſius ſcelus allaturum erat, proclamans, ac per impiiſſimi hominis dedecus Martyres honore afficiens. Hoc opus inſequentis ipſius arrogantiæ & contumaciæ, ignominiæque in Martyres, ſceleríſque in ædes ſanctas vaticinium quoddam erat: aliis quidem incognitum, cæterùm perſecutorem eminùs perſequens, atque impietatis pœnas antè ſignificans. Juliani dona Martyres reſpuunt.

XXVII. O ſapientem animam ad malefaciendum, ſuum autem cruciatum minimè fugientem! O ſingularem Dei providentiam futura proclamantem, ut vel impietatem compeſceret, vel præſcientiam ſuam demonſtraret! O miraculum, novum illud quidem & mirandum, ſed tamen verius quàm mirabilius! O inſignem Martyrum inter ſe charitatem! Honorem illius, qui multos Martyres ignominiâ & dedecore affecturus erat, recuſarunt: donum illius, qui multos athletas effecturus erat, vel potiùs ipſos quoque palæſtrâ & decertatione per invidiam prohibiturus erat, non admiſerunt: immò, ut veriùs loquar, non tulerunt ſibi ſolis ex omni Martyrum numero contumeliam inferri, cùm aliæ ædes ſacræ piis manibus conſtruendæ atque colendæ eſſent, nec pravitatis artifici anſam præbere de contumeliis ſibi inuſtis gloriandi: ne ab eadem manu Martyrum monumenta, partim erigerentur, partim everterentur; ac Martyrum alii quidem honore, alii autem contemptu & dedecore afficerentur, ficto nimirum ac ſimulato honore veram ignominiam paulùm antevertente; néve præter contumeliæ magnitudinem ſibi quoque ipſi ſapiens videretur, ut homines, ita Deum, qui omnium acutiſſimus & ſapientiſſimus eſt, ac *ſapientes in aſtutia ſua comprehendit*, per externam ſpeciem fallens: verùm conſilia ſua patere intelligeret, miniméque animo efferretur, fraudem ſuam teneri ſentiens. Singularis Dei providentia. Insignis Martyrum inter ſe caritas. Comprehenſa in aſtutia ſua Juliani ſapientia. *Job.* v. 13.

XXVIII. Etſi enim ille Martyrum Deus Dei provi-

(*a*) Ἡ δὲ γῆ. Sic melioris notæ codices. Par. ἡ γῆ δέ.
(*b*) Σαθρὸς. Billius: *ægrâ pietate præditi.* Comb. *exulcerati in pieratem.* Mallem *pietate carentis.*
(*c*) Σεισμόν. Non video, ait Comb. quid velit Billius qui vertit, *terræ motum.* Eccleſiæ potius, quàm terræ motus fuit ingens illa tempeſtas, quam Julianus excitavit. Melius ergo ſic reddideris: *Quaſi futurum illo auctiore motum clamans.*
(*d*) Τῆς ὕστερον. Colb. 6. τὰ εἰς ὕστερον.
(*e*) Προσημαίνουσα. *Indicio prodens.*
(*f*) Ἵνα ἢ ἀνακόψῃ. Sic melioris notæ codices. Regg. a. b. quatuor Colb. Paſſ. ἵν' ἤ. Reg. bm. ἵν' ἀποκόψῃ, pro ἀνακόψῃ. Par. ed. ἵν' ἀνακόψῃ.
(*g*) Ἀληθῶς δὲ &c. *Veriùs, quàm ut ſuâ novitate exiſtimationem fidemque hominum excedat.* Comb.
(*h*) Φιλαδελφίας. *O fraternam Martyrum caritatem!*
(*i*) Προσήκαντο. Reg. u. προσῆκαν τὸ δῶρον.
(*k*) Φθονήσοντος. Ita Regg. b. bm. hu. l. duo Colb. Nonnulli verò cum Ed. φθονήσαντος.
(*l*) Καὶ αὐτῆς. Alii legunt αὐτοῖς. Idem ſenſus, utro modo legas. Billius legit αὐτοῖς. Si legas αὐτῆς, vertendum: *ipſius quoque paleſtræ gloriam invideret.*
(*m*) Τῶν ἄλλων &c. *Cùm alii* (Martyres) *piis manibus deponendi & colendi eſſent, extructis ſcilicet illorum monumentis, illatiſque in ea ſacris pignoribus.* Ita Comb. Rectè quidem, ex tota rerum ſerie, conſtat.
(*n*) Ἀτιμάζωνται. Alii, ἀτιμάζονται.

dentia adversus impios.

impietatem non repressit, nec scelus, quod meditabatur, atque animo premebat, velut malum quoddam profluvium statim exsiccavit, aut inhibuit, ob eas causas quas ipse pro ineffabili sua potentia gubernandique ratione cognitas & exploratas habet, per quam *Amorrhæorum quoque iniquitatem cumulari* atque expleri certo consilio permittebat; tamen ut plerisque consuleretur, pravitatem illam odio, & detestationi esse conveniebat, honorémque hunc rejici, ac Dei erga omnia quæ ipsi offeruntur, æquitatem & puritatem demonstrari.

Gen. xv. 16.

A τῷ μαρτύρων Θεὸς, οὐδὲ τὴν μελετωμένην ἢ κρυπτομένην κακίαν, ὥσπερ [a]ῥεῦμα πονηρὸν εὐθὺς ἀνεξήρανεν, ἢ ἀνέκοψεν, οἷς αὐτὸς ἠπίστατο λόγοις, κατὰ τὴν ἄῤῥητον αὐτοῦ Σοφίαν τε καὶ κυβέρνησιν, καθ' ἣν & Τὰς Ἀμορῥαίων ἀνομίας ἀναπληρωθῆναι ᾠκονόμει· ἀλλ' ἔδει [b]τήν τε κακοήθειαν μισηθῆναι, & τὴν τιμὴν ἀπωσθῆναι [c]τῷ πολλῶν ἕνεκεν, καὶ δειχθῆναι τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπὶ πάντα τὰ προσφερόμενα ἰσότητά τε καὶ καθαρότητα.

a

b

c

B

Quæ sacrificia Deus accipit, quæ rejicit.

Isai. i. 13.

XXIX. Nam qui Israëli impiè se gerenti dixit, *Si obtuleris siliginem, vanum est; suffimentum abominatio mihi est:* quippe etiam eorum Neomenias & Sabbata & diem magnum repudiat: (neque enim se, cùm plenus sit, ullâ re humanâ & parvâ opus habere, ut indignè etiam oblatis muneribus delectetur: & iniqui hominis sacrificium, quamvis etiam vitulum mactet, quasi canem execratur, & thus quasi blasphemiam, ac meretricis mercedem à templo exterminat atque excutit, unúmque illud sacrificium in pretio habet, quod puræ manus, & mens excelsa, & ab omni vitiorum labe expiata, purissimo numini offerunt; quid mirum, si idem ne honorem quidem eum, quem iste sceleratè ac sceleratâ mente offerebat, susceperit; ille, inquam, qui non humano more conspicit, nec speciem externam spectat, verùm occultum hominem, atque internam vitii vel virtutis officinam intuetur? Atque hoc quidem tale est. Quòd si quis mihi minus fidei habendum putat, eos ipsos, qui spectaculo interfuere, testes producam: nam multos habeo, qui & ad nos hoc miraculum transmiserunt, & ad posteros transmittent.

Deut. xxiii. 18.

I. Petr. iii. 4.

κθ. Ὁ γὰρ εἰπὼν ἀσεβοῦντι τῷ Ἰσραὴλ· ἐὰν [d]προσφέρητε σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα βδέλυγμά μοί ἐστι· Τάς τε νουμηνίας αὐτῷ, καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην ἐ προσιέμενος, μηδὲ γὰρ δεῖσθαι πλήρης ὤν, μηδενὸς τῷ ἀνθρωπίνων τε καὶ μικρῶν, ἵνα χαίρῃ καὶ τοῖς ἀναξίως προσφερομένοις, τήν τε τῶ ἀνόμου θυσίαν, κἂν ἢ μόσχος, [e]ὡς κυνὸς βδελυτλόμενος, καὶ ὡς βλασφημίαν τὸν λίβανον, & ἄλλαγμα πόρνης ἐξορίζων τῶ ἱεροῦ καὶ ἀποσειόμενος, μόνην δὲ θυσίαν τιμῶν, ἣν καθαραὶ τῷ καθαρωτάτῳ προσφέρουσι χεῖρες, καὶ νοῦς ὑψηλός τε & ἡγνισμένος· τί θαυμαστὸν, εἰ μηδὲ τὴν ἐκείνε τιμὴν προσεδέξατο πονηρῶς τε καὶ μετὰ πονηρᾶς τῆς διανοίας προσαγομένην, ὁ μὴ καθορῶν [f]ὡς ἄνθρωπος, μηδὲ εἰς τὸ φαινόμενον βλέπων, ἀλλ' εἰς τὸν κρυπτὸν ἄνθρωπον, καὶ εἰς τὸ ἔνδον τῆς κακίας, ἢ τῆς ἀρετῆς ἐργαστήριον; τῶτο μὲν δὴ τοιοῦτο· καὶ εἴ τις ἀπιστεῖ, τοὺς τεθεαμένους αὐτοὺς ἐπιμαρτυρόμεθα· πολλοὶ δέ εἰσιν, οἳ & ἡμῖν καὶ τοῖς ἔπειτα τὸ θαῦμα τῶτο παρέπεμψάν τε καὶ παραπέμψουσιν.

C

D

Suam Julianus impietatem partim occultat, partim prodit.

XXX. Posteaquam autem ad virilem ætatem jam progressi, philosophiæ placita degustarunt, (quod utinam nunquam feciissent,) dicendique facultatem, quæ ut probis & honestis virtutis instrumentum ac subsidium est, ita improbis & flagitiosis vitii stimulus efficitur, insuper assumpserunt, minimè jam omni ex parte morbum animo clausum tenere, nec impietatis fraudem prorsus secum ipse solus meditari poterat. Quin potiùs, quemadmodum ignem in materia latentem, etiamsi nondum in luculentam flammam attollatur, emicantes tamen scintillæ quædam, aut fumus è profundo subindicant: Aut, si mavis, quemadmodum fontes illi, qui per spe-

λ. Ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας προῆόντες ἤδη τῷ ἐν φιλοσοφίᾳ δογμάτων ἥψαντο, ὡς μήποτε ὤφελον, καὶ τὴν ἐκ τῶ λόγου προσελάμβανον δύναμιν, ἣ τοῖς μὲν ἐπιεικέσιν ἀρετῆς ὅπλον, τοῖς δὲ μοχθηροτέροις κέντρον κακίας γίνεται, ἐκέτι κατέχειν ὅλην τὴν νόσον οἷός τε ἦν, ἀδὲ παντελῶς τὸν τῆς ἀσεβείας δόλον ἐν ἑαυτῷ μόνῳ φιλοσοφεῖν· ἀλλ' ὥσπερ πῦρ ἐμφωλεῦον ὕλῃ, κἂν μήπω προὸς φλόγα λαμπρὰν ἀρθῇ, σωιν-θῆρές τινες [g]ἐξάπλοντες, ἢ καπνὸς ἐκ βάθους ὑποσημαίνουσιν· εἰ βούλει δὲ, τῷ πηγῶν αἱ σήραγγάς τινας ὑποτρέχουσαι μετὰ πνεύματος, εἶτ' εὐρυχωρίαν οὐκ ἔχουσαι, οὐδὲ διέξοδον ἐλευθέραν,

E

g

(a) Ῥεῦμα. Montac. legit *ῥεύματι.*
(b) Τήν τε. Bill. in Ora. Bas. *τήν γε.*
(c) Τῶν πολλῶν. *Ut vulgo consuleretur ac multitudini.*
(d) Προσφέρητε. Regg. a. b. *προσφέρῃς.* Montac. *προσφέρεις.* In Ilai. *φέρητε.*
(e) Ὡς κυνός. Reg. l. & Comb. *ὡς κύνα.*
(f) Ὡς ἄνθρωπος. Reg. bm. Comb. aliique nonnulli addunt *κατίδοι. Qui non ita videt, ut homo perviderit.*
(g) Ἐξάπλοντες. Ita quinque Regii aliique plures. Reg. bm. & Colb. k. habent *ἐξάπλοντα.*

πολλαχοδ τῆς γῆς ἀναφυσῶσι καὶ ὑφηχοδσι A
a κάτωθεν, ὑπὸ μὲν [a]τῆς τᾶ πνεύμαλος ἀνωθε-
μεναι, ὑπὸ ᾗ τῆς ἄνωθεν βίας κατεχόμεναί τε
καὶ ἀνακοπλόμεναι· οὕτω κὴ αὐτὸς τὸ μὲν πολὺ
b τῆς ἀσεβείας κατέκρυπλεν, [b]ὑπὸ τᾶ καιροδ κὴ
τῆς τᾶ κρατοῦντος παιδαγωγίας· οὔπω γὰρ
c τὸ φανερῶς ἀσεβεῖν ἦν ἀσφαλές· ἔσι δὲ [c]ὅποι
καὶ παρεγύμνου τὸ τῆς γνώμης ἀπόῤῥητον,
τοῖς ὀξυτέροις τὴν ἀσέβειαν ἢ τὴν σύνεσιν· ἔν
d τε [d]τοῖς πρὸς τὸν ἀδελφὸν λόγοις πλέον ἢ
καλῶς εἶχεν, ὑπὲρ Ελλήνων διατεινόμενος, B
προφάσει δῆθεν ὡς τὸν ἥτλω γυμνάζων λο-
γον, τὸ δὲ ἦν ὄντως γυμνασία κατὰ τῆς
ἀληθείας, καὶ πᾶσι χαίρων οἷς ἀσεβὴς τρόπος
χαρακτηρίζεται.

cus quoſdam cum flatu volvuntur, ac deindè arctiſſimè compreſſi, nec liberum exitum habentes, multis terræ locis vaporem in ſublime mittunt, tacitúmque ab ima parte ſtrepitum edunt; à flatu quidem ſurſum impulſi, cæterùm à ſuperna vi retenti & coërciti: eodem quoque modo ipſe, tametſi ob temporis neceſſitatem, ejúſque, qui rerum potiebatur, authoritatem atque diſciplinam, majorem impietatis partem occultaret; nondum enim impietatem apertè profiteri tutum erat; interdum tamen iis qui impietate quàm prudentiâ acutiores erant, mentis arcanum aperiebat; tum in diſputationibus quas cum fratre habebat, plus quàm æquum erat, pro Ethnicis contendens, (hoc quidem prætextu quaſi inferiorem doctrinam exercitationis causâ tueretur, cæterùm re verâ adverſus veritatem ſeipſum exercens); tum omnibus iis rebus gaudens, quibus morum impietas quaſi certiſſimis quibuſdam notis exprimitur.

Callidè pro Ethnicis diſputat Julianus.

λα. Επεὶ δὲ τὸν μὲν ἀδελφὸν ἡ φιλανθρωπία
e τᾶ αὐτοκράτορος [e]ἀποδείκνυσι βασιλέα, καὶ
f μέρος οὐκ ὀλίγον [f]ἐγχειρίζεται τῆς οἰκουμένης,
τῷ δὲ ὑπῆρχε κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν κὴ ἄδειαν,
g καὶ λόγων καὶ [g]διδασκάλων τοῖς ὀλεθριωτάτοις
πρὸσομιλεῖν· Ασία δὲ ἦν αὐτῷ τὸ τῆς ἀσεβείας
διδασκαλεῖον, ὅση τε περὶ ἀστρονομίαν καὶ τὰς
γενέσεις, & φαντασίαν προγνώσεως τερατεύεται,
h κὴ τὴν ἐπομένην τούτοις γοητικήν· ἓν ἔτι τὸ [h]λεῖ-
πον ἦν προσεθῆναι τῇ ἀσεβείᾳ καὶ δύναμιν. οὐ
πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, & ταύτην δίδωσιν αὐτῷ καθ'
i ἡμῶν ἡ [i]πληθυνθεῖσα τῶν πολλῶν ἀνομία,
k καὶ ἡ ἐφ' [k]ἅκρον, ὡς ἂν εἴποι τις, Χριστιανῶν
l εὐεξία, [l]τὴν ἐναντίαν ζητοῦσα μεταβολὴν, καὶ D
m n ἡ ἐξουσία [m]καὶ ἡ τιμὴ, κὴ ὁ κόρος [n]δι' ὃν ὑβρί-
σαμεν.

XXXI. At poſtquam Imperatoris benignitas fratrem Cæſarem creavit, partémque orbis terrarum haud exiguam ei commiſit; huic autem pro animi libidine ac ſine ullo metu pernicioſiſſimis & ſtudiis & præceptoribus operam dare licebat; (ipſi porrò Aſia impietatis ſchola erat, tam quæ circa ſyderum ſcientiam & genituras, inanémque præſcientiæ ſpeciem vaniſſimè occupatur, quàm quæ circa præſtigiarum artem, earum aſſeclam, verſatur;) unum hoc jam ſcilicet reſtabat, ut ad impietatem vis ac poteſtas accederet. Non multùm porrò temporis interceſſit, cùm hanc quoque illi adverſus nos concedit exundans multorum iniquitas, Chriſtianorúmque, ut ſic loquar, ad ſummum bonitatis provecta valetudo, contrariámque mutationem quærens, licentiáque & honor, & ſaturitas, ob quam in inſolentiam ac petulantiam prolapſi ſumus.

Gallo creato Cæſare, Julianus pernicioſiſſimis ſtudiis libentiùs indulget.

λβ. Τῷ ὄντι γὰρ κινδυνεύει [o]χαλεπώτερον

XXXII. Verè enim difficilius eſſe vide-

Difficilius

(a) Τῆς. Non inelegans hic articulus, qui ad βίας referri poteſt; hunc tamen in nullo codice reperimus.

(b) Ὑπὸ τᾷ καιρᾷ. Billius: *ob temporis incommoditatem.* Combef. preſſius ac melius: *per temporis rationem & imperatoris diſciplinam.*

(c) Οποι. Sic Reg. bm. Alii autem non pauci codices, & Herv. ὅπῃ.

(d) Τοῖς. Ita ſcripti & editi libri, præter Par.

(e) Αποδείκνυσι. Paſſ. ἀναδείκνυσι. Quod hîc benignitati Imperatoris tribuit Gregorius, id malitiæ adſcribit Zozimus: εἴτε (ὅπερ ἀληθὲς ἦν) πρόφασιν τῆς αὐτᾷ ἀναιρέσεως. *Sive, quod quidem verum erat, in eo mortis cauſam invenire voluerit.*

(f) Εγχειρίζεται. Plerique codices habent ἐγχειρίζει. Non tantùm Oriens, ſed etiam Thracia, adeoque Conſtantinopolis ipſa, commiſſa eſt Gallo. Quod ineunte anno 351. contigit.

(g) Διδασκάλων τοῖς ὀλεθριωτάτοις. *Pernicioſi* hi *magiſtri* fuere, (ut Libanium omittam, quem mirificè coluit, licèt eum non audierit,) Maximus Epheſinus, qui Valentiniani juſſu, ob magicas artes, interfectus eſt, ut ex Socrate lib. 3. c. 1. Sozom. lib. 5. c. 2. Liban. Orat. XII. diſcimus; Edeſius ejuſque diſcipulus Euſebius, ipſe quoque Jamblicus, qui ſub Valente obiit, ad quem plures Apoſtata ſcripſit epiſtolas; denique Priſcus & Chryſanthius. *His imperii cupiditate*, ait Theodoretus Hiſt. lib. 3. c. 3. *Julianus addictus, pietatem exuit.* Et Auguſtinus lib. 5. de Civit. Dei c. 21. *ejus egregiam indolem decepit amore dominandi ſacrilega & deteſtanda curioſitas.*

(h) Λεῖπον ἦν. Reg. h. λειπόμενον.

(i) Πληθυνθεισα τῶν πολλῶν. Comb. *accumulata vulgi hominum iniquitas.*

(k) Ακρον. Sic tres Regii codd. Non pauci cum Editis, ἄκρων.

(l) Τὴν ἐναντίαν ζητοῦσα μεταβολήν. Baſil. in hæc verba; *bonas ad ſummum corporis habitudines, periculoſas medici pronuntiant. Motis enim, ſive in bonum, ſive in malum omnibus; motuque & corpora & negotia moveri mutarique neceſſe eſt, hincque petulantiæ parentem ſaturitatem vocant. . . . ad ſummum itaque bonæ, ut ita dicam, valetudinis provecta res Chriſtiana, nec enim ad meliora proficere poterat, in pejora atque contraria ruit ac mutata eſt:* τὰς εἰς ἄκρον εὐεξίας, σφαλερὰς ἰατρῶν παῖδες λέγουσι &c.

(m) Καὶ ἡ τιμή. Hæc deſunt in tribus Reg. nec agnoſcit Combef.

(n) Δι' ὃν. Sic plerique codd. Nonnnulli tamen cum Par. habent, δι' ἂν.

(o) Χαλεπώτερον. In Or. XL. de Baptiſmate, num 31. ſic habet Gregor. τῆς αὐτῆς ἐστι δυσχερείας, καὶ κτήσασθαί τι τῶν ἀγαθῶν ἐχ ὑπάρχον, καὶ κτηθὲν διασώσασθαι. *Ejuſdem eſt difficultatis, & bonum aliquod, quo priùs carebas, adipiſci, & cùm adeptus fueris, conſervare.* Sententia Demoſthenis hæc eſt, juxta Eliam & Heinſium, qui

est bona tueri ac retinere, quàm adipisci.

tur præsentia bona tueri ac retinere, quàm absentia adipisci : faciliúsque est sublatam ex oculis felicitatem studio & curâ recuperare, quàm præsentem conservare. Atque *contritionem* quidem *præcedit contumelia*, ut præclarè habetur in Proverbiis, *gloriam autem humilitas* : aut, ut dilucidiùs loquar, quemadmodum calamitas insolentiam, ita splendor & gloria humilitatem comitatur. *Dominus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, atque contrariis contraria vicissim inducit, qui omnia justè admetitur. Quod ipse quoque David perspectum & exploratum habens, hoc in bonorum numero collocat, quòd animo contractus & depressus fuerit : gratiámque habet ei, à quo depressus est, tanquam hinc divinarum justificationum cognitio ipsi accesserit. *Priusquam*, inquit, *humiliarer, ego deliqui : propterea eloquium tuum custodivi* : dejectionem scilicet inter delictum & resipiscentiam interponens, utpote ab illo quidem genitam, hanc autem parientem. Peccatum enim dejectionis parens est; dejectio autem, resipiscentiæ. Nos quippe, cùm probi & moderati essemus, in altum sublati, eóque paulatim provecti ut in hanc rerum speciem hominúmque multitudinem Dei ope ac favore pervenerimus, posteaquam *incrassati sumus, recalcitravimus* : & posteaquam *dilatati fuimus*, in arctum redacti sumus : quàmque in persecutionibus & adversis gloriam potentiámque collegeramus, eam in secundis rebus dissipavimus, quemadmodum deinceps oratio declarabit.

Prov. XVI. 18. *Prov.* XV. 33. *Jacob.* IV. 6. *Psal.* CXVIII. 67. Christiani in persecutione quàm in pace meliores. *Deut.* XXXII. 15.

Gallo mortuo, Julianus, Constantii benignitate, fratri in imperio, non in pietate succedit.

XXXIII. Ac Cæsari quidem, & imperium, & vita finem accipit ; quæ enim interea acciderunt, silentio premam, tam ejus gratiâ qui fecit, quàm ejus qui passus est : quorum utriusque pietatem venerans, temeritatem haudquaquam laudo. Quoniam enim oportebat, ut cùm homines essent, peccati aliquid admitterent, hoc illud est quod fortassè quispiam in utroque reprehenderit : nisi tamen hîc quoque, dum alterum accusamus, alterum crimine liberemus. Julianus autem statim fratri in imperio, sed non in pietate ; paulò autem pòst ei quoque, à quo Imperator creatus fuerat, succedit ; partim volenti, partim à communi fine coacto, atque ita superato, ut ea clades orbi universo funesta & exitiosa fuerit.

εἶναι τὸ κατασχεῖν τὰ ἀγαθὰ, τῶ μὴ παρόντα κτήσασθαι· ἢ ῥᾷον ἀπελθοῦσαν εὐημερίαν ἀνακαλέσασθαι δι' ἐπιμελείας, ἢ τὴν ὑπάρχουσαν διασώσασθαι· καὶ πρὸ μὲν συντριβῆς ἡγεῖται [a]ὕβρις, αἱ παροιμίαι καλῶς φασι, πρὸ δὲ δόξης, ταπείνωσις· ἢ, ἵνα σαφέστερον εἴπω, ὕβρει μὲν ἕπεται συντριβὴ, ταπεινώσει δὲ εὐδοξία· Κύριος γὰρ ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν, καὶ ἀντεισάγει τὰ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις ὁ πάντα δικαίως [b]ἐπιμετρῶν. Ταῦτα εἰδὼς καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ, ἔν τι τῶν ἀγαθῶν καὶ τὸ συνεσάλθαι τίθεται· καὶ χάριν ὁμολογεῖ τῷ συσείλαντι, ὡς τοῦ τὰ δικαιώματα μαθεῖν ἐντεῦθεν προσγινομένῳ· καὶ πρὸ τῦ με ταπεινωθῆναι, φησὶν, ἐγὼ ἐπλημμέλησα· διὰ τοῦτο τὸ λόγιόν σου ἐφύλαξα· μέσην [c]πλημμελείας τε καὶ διορθώσεως τιθεὶς τὴν ταπείνωσιν, ὡς ὀπὸ μὲν ταύτης [d]γεννωμένην, τὴν δὲ γεννήσασαν· ἁμαρτία μὲν γὰ ταπεινώσεως μήτηρ, ἐπιστροφῆς δὲ ταπείνωσις. ἡμεῖς γοῦν ὑψωθέντες, ὅτε ἦμεν ἐπιεικεῖς τε καὶ μέτριοι, καὶ κατὰ μικρὸν αὐξηθέντες, [e]ὡς εἰς τόδε τὸ σχῆμα καὶ πλῆθος σὺν χειραγωγίᾳ Θεῦ προελθεῖν, ἡνίκα ἐλιπάνθημεν, ἐσκιρτήσαμεν· καὶ ἡνίκα ἐπλατύνθημεν, ἐστενοχωρήθημεν· καὶ ἦν ἐν τοῖς διωγμοῖς καὶ ταῖς θλίψεσι συνελεξάμεθα δόξαν καὶ δύναμιν, ταύτην εὖ πράττοντες κατελύσαμεν· δηλώσει δὲ τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου.

λγ. Ὅρον μὲν ἡ βασιλεία τῷ Καίσαρι καὶ ὁ βίος λαμβάνει· [f]τὰ γὰρ ἐν μέσῳ σιωπήσομαι, φειδοῖ καὶ τῷ πεποιηκότος καὶ τῷ πεπονθότος· ὧν ἀμφοτέρων αἰδούμενος τὴν εὐσέβειαν, οὐκ ἐπαινῶ τὴν θρασύτητα. ἐπειδὴ γὰρ ἔδει τι καὶ ἁμαρτεῖν ὅλως ἀνθρώπους, τοῦτό ἐστιν ὃ τάχα ἄν τις ἀμφοτέρων οὐκ ἐπαινέσειεν· εἰ μὴ κἀνταῦθα δι' ὧν τοῦ ἑτέρου κατηγορήσομεν, τὸν ἕτερον αἰτίας [g]ἀφήσομεν. ὁ δὲ εὐθὺς μὲν κληρονόμος τῆς τοῦ ἀδελφοῦ βασιλείας, ἀλλ' οὐκ εὐσεβείας· μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ τοῦ βασιλεύσαντος αὐτὸν γίνεται, [h]τὸ μὲν ἑκόντος, τὸ δὲ βιαθέντος τῷ κοινῷ τέλει, καὶ ἥττηθέντος ἧττον παντὶ τῷ κόσμῳ κακὴν καὶ ὀλέθριον.

Iaudant Olynthiacam secundam, ubi tamen contraria sententia legitur circa finem : πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκε. *multò enim facilius, quæ habeas, defendi solent omnia, quàm parari.* Ad Gregorii sententiam propiùs accedit Q. Curtius. lib. 4. c. 11. *facilius est quædam vincere quàm tueri... Expeditiùs manus nostræ rapiunt, quàm continent.*

(a) Ὕβρις. Vulgata minus æquivocè vertit : *superbia.*

(b) Ἐπιμετρῶν. Reg. 1. ἀντιμετρῶν.

(c) Πλημμελείας τε. Deest τε in plerisque codd. Hunc locum sic reddit Comb. *inter delictum & emendationem mediam interponens resipiscentiam.*

(d) Γεννωμένην. Comb. *quæ ex illo orta sit, ejusque parens.*

(e) Ὡς εἰς τόδε τὸ σχῆμα. *Ut in hanc dignitatem.*

(f) Τὰ γὰρ ἐν μέσῳ σιωπήσομαι. Gregorius, ut cum Basilio loquar, *ait se silentio præterire quæ interim contigerunt, reveritus amborum, utpotè Christianorum, pietatem. Alludit ad sacinus, quo Gallus res novas est molitus, & ad mortem quam huic intulit Constantius. Si enim alterum accusasset Gregorius, alterum culpâ liberari necesse erat. Quapropter, misso utriusque facinore, quæ in medio dicenda erant, silentio se premere profitetur.*

(g) Ἀφήσομεν. Vix unum reperias codicem, qui aliter habeat. Ed. ἀφήσωμεν.

(h) Τὸ μὲν ἑκόντος &c. *Constantio volente, fratri suo successit Julianus ; ipsi verò Constantio morte coacto & superato.*

a λδ. Τί τοῦτο, ὦ θειότατε [a] βασιλέων καὶ A
b φιλοχριστότατε, [b] (προάγομαι γὰρ ὡς παρόντι καὶ ἀκούοντι μέμψασθαι, καὶ εἰ πολὺ πρείττονα γινώσκω τῆς ἡμετέρας μέμψεως,
c [c] μετὰ Θεοῦ τεταγμένον, καὶ τῆς ἐκεῖ δόξης κληρονομήσαντα, καὶ τοσοῦτον μεταχωρήσαντα, ὅσον μεταθέσθαι τὴν βασιλείαν.) τίνα ταύτην ἐβουλεύσω βουλὴν, πάντων συνέσει καὶ
d ἀγχινοίᾳ κατὰ πολὺ διαφέρων, οὐ [d] τῇ ἐπὶ σοῦ βασιλέων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ἔμπροσθεν; ὁ τὸ βαρβαρικὸν ἀνακαθαίρων κύ- B
κλῳ, καὶ τοὺς οἴκοι τυράννους χειρούμενος, τὰς μὲν τοῖς λόγοις, τὰς δὲ τοῖς ὅπλοις, καὶ τούτων ἑκάτερον ὡς μηδὲν ὑπὸ τῶν ἑτέρου διοχλούμενος· οὗ μεγάλα μὲν τρόπαια τὰ μετ' ὅπλων καὶ μάχης, μείζω δὲ καὶ περιφανέστερα τὰ ἀναίμακτα· πρὸς ὃν καὶ αἱ πανταχόθεν
e πρεσβεῖαι καὶ ἱκεσίαι· [e] ᾧ τὰ μὲν ὑπήκουε,
f [f] τὰ δὲ ἔμελλε· πᾶν δὲ ἦν τὸ ἐλπιζόμενον, ἴσον τῷ χειρωθέντι· ὁ χειρὶ Θεοῦ πρὸς πᾶσαν καὶ βουλὴν καὶ πρᾶξιν ὁδηγούμενος· οὗ μᾶλλον C
μὲν τῆς χειρὸς ἡ σύνεσις, μᾶλλον δὲ τῆς συνέσεως ἡ χεὶρ ἐθαυμάζετο· πλέον δὲ τῆς ἐν ἀμφοτέροις εὐδοκιμήσεως, ἡ εὐσέβεια.

XXXIV. Quid tibi accidit, ô Imperatorum diviniſſime, Chriſtíque amantiſſime; (eò enim provehor, ut tecum velut cum præſente atque audiente expoſtulem, etſi multò præſtantiorem te eſſe ſcio, quàm ut à me reprehendi debeas, utpote qui Deo adjunctus ſis, cœleſtíſque gloriæ hæreditatem acceperis, atque in tantum à nobis migraris, ut imperium cum meliore commutares.) Quodnam hoc conſilium ſuſcepiſti, qui omnes, non tuæ ſolùm, ſed etiam ſuperioris memoriæ Imperatores animi ſolertiâ & acumine longè antecellebas? qui barbaras nationes per gyrum repurgabas, tyrannóſque inteſtinos ditioni tuæ, partim ſermonibus, partim armis ſubjiciebas, & quidem utrumque ita dextrè & egregiè, quaſi ab altero nihil moleſtiæ tibi exhiberetur: cujus cùm magna & eximia trophæa armis & prælio quæſita, tum majora & illuſtriora ſine ulla cruoris profuſione parta; ad quem legationes & ſupplicationes undecunque confluebant: cui nationes partim jam ſubditæ, partim jamjam ſubjiciendæ erant; ut in eadem cauſa eſſent omnes ii quorum expugnatio in ſpe poſita erat, ac ſi jam domiti atque in poteſtatem redacti eſſent: qui Dei manu ad omnia conſilia réſque omnes gerendas utebaris: cujus denique & prudentia majorem ſui admirationem movebat, quàm manuum vires; & rurſus vires majori admirationi erant, quàm prudentia: atque utroque præclarior illuſtriórque erat pietatis gloria.

Conſtantii laus per Apoſtrophen.

Ejus animi dotes.

Præclara bello & pace facinora.

Conſilium & actio.

g λε. Πῶς οὖν ἐνταῦθα μόνον ἀμαθὴς [g] ἐφάνης
h ὦ ἀνθρωπότατος; τί τὸ τάχος τῆς ἀπανθρώπου φιλανθρωπίας; τίς συνεισῆλθε [h] δαιμόνων τῇ σκέμματι; πῶς τὸν μέγαν κλῆρον καὶ τὸ πατρῷον καλλώπισμα, τοὺς ἐπωνύμους λέγω Χριστοῦ, τὸ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκλάμψαν ἔθνος, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, τὸ πολλῷ πόνῳ καὶ πολλοῖς ἱδρῶσι συναυξηθὲν, ὅτως ἐν ὀλίγῳ καὶ ἀκμῇ βραχείᾳ καιροῦ, τῷ κοινῷ παλαμναίῳ φέρων παρέδωκας;

λς. Ἴσως τὶ καὶ ἀσεβεῖν ὑμῖν, ἀδελφοὶ, φαίνομαι καὶ ἀγνωμονεῖν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις, καὶ ὅτι μὴ ταχὺ τοῖς τῆς κατηγορίας ῥήμασιν E
ἐπάγω τὰ τῆς ἀληθείας· καί τοι γε ἱκανῶς ἀπολελόγημαι, ᾗ δι' αὐτῶν ὧν ἐγκέκλημα, εἴ
i τι τῇ κατηγορίᾳ τὸν νοῦν προσέχετε· [i] κἀνταῦθα μόνον ἡ κατηγορία τὴν ἄφεσιν ἔχει, χρηστότης γὰρ εἰπὼν, τὴν ἀπολογίαν ἐδήλωσα· τίς γὰρ

XXXV. Quonam igitur modo hîc ſolùm imperitus miniméque circumſpectus extitiſti? Quæ hæc inhumanæ humanitatis celeritas? Quis dæmonum ad hanc deliberationem ſimul irrepſit? Quomodo magnam illam hæreditatem, ac patrium decus & ornamentum, eos dico, qui à Chriſto cognomentum habent, gentem illam toto paſſim orbe lucentem, *regale ſacerdotium*, multo labore multíſque ſudoribus auctum, tam brevi atque exiguo temporis puncto communi huic peſti & furiæ tradidiſti?

Inhumana humanitas.

I. Pet. II. 9.

XXXVI. Sed fortaſſe vobis, fratres, impiè facere videor, atque in hoc ſermone iniqui & ingrati animi ſpecimen exhibere, quòd non ſtatim accuſationis verbis veritatis verba ſubnectam. Quamquam per ea quoque quæ objeci, ſatis ipſius cauſam egi, eúmque purgavi, ſi modò accuſationi noſtræ attentum animum præbuiſtis: atque hîc duntaxat accuſationi abſolutio conjuncta eſt. Nam cùm benignitatem dixi, id apertè

Excuſatur Conſtantius, quòd non ſatis fuerit lenitate cautus.

(*a*) Βασιλέων. Reg. p. Βασιλεῦ.
(*b*) Προάγομαι. Reg. i. προσάγομαι.
(*c*) Μετὰ Θεῦ. Sic omnes codices. Ed. μετὰ τῦ Θεῦ.
(*d*) Τῶν ἐπὶ σοῦ. *Tuæ ætatis, tibi æqualium.*
(*e*) Ὧ τὰ μὲν &c. Ita plerique codd. Pauciſſimi cum Ed. ὧν. Bill. *cui nationes omnes partim jam dicto audientes erant, partim jamjam futuræ erant.*
(*f*) Τὰ δὲ ἔμελλε &c. Comb. ſic locum hunc vertit: *mox futurum erat, ut in eadem cauſa eſſent, tum quorum expugnatio in ſpe poſita erat, tum qui jam in poteſtatem redacti erant.*
(*g*) Ἐφάνης. Deeſt in pleriſque non infimæ notæ codicibus.
(*h*) Δαιμόνων. Colb. a. δαίμων.
(*i*) Κἀνταῦθα μόνον &c. *Atque hîc accuſationi, etiamſi ſola eſſet, abſolutio conjuncta eſt. Nam cum lenitatem dixi &c.*

dixi quod eum crimine omni ac culpâ liberet. Cui enim, vel ex iis quibus non perinde cognitus erat, dubium eſt, quin ipſe ob pietatem amorémque erga nos, ac propenſiſſimam benè de nobis merendi voluntatem, non modò illum, aut totius generis honorem, imperiíque incrementum neglexiſſet, verùm imperio quoque ipſi omnibuſque fortunis, atque ipſi denique vitæ, quâ nemini quicquam eſt charius, incolumitatem noſtram ac ſalutem haud illibenti animo prætuliſſet?

Chriſtianos benignâ complectebatur caritate.

XXXVII. Neque enim quiſquam aliquando ullius rei tam acri amore atque cupiditate correptus eſt, quàm ille Chriſtianos creſcere, atque in ſummam gloriæ potentiæque amplitudinem pervenire cupiebat. Ac neque domitæ & ſubactæ gentes, nec Reſpublica præclaris legibus conſtituta, & gubernata, nec pecuniarum copia, nec gloriæ magnitudo, nec quòd rex regum, & eſſet, & appellaretur, nec omnia alia, quibus hominum felicitas declaratur; nec denique quicquam ex omnibus rebus tantum ipſi voluptatis afferebat, quantum, ut & nos per ipſum, & per nos ipſe, tum apud Deum, tum apud homines floreremus, ac firma ſemper & ſtabilis nobis potentia permaneret. Illud enim probè perſpiciebat, altiùs videlicet magíſque regiè quàm plerique ſoleant, de his cogitans, cum Chriſtianorum rebus, Romanorum quoque res incrementum ſimul cepiſſe, atque cum adventu Chriſti imperium ſimul ingreſſum fuiſſe, cùm nondum priùs hoc eviciſſet, ut in unius principatum planè deveniret. Ob ídque & meritò quidem, res noſtras magis amplecti mihi videbatur. Qui quidem, & ſi quid nobis moleſtiæ exhibuit, non noſtri contemptu id fecit, nec ut nos contumeliâ afficeret, nec ut aliis quibuſdam potiùs quàm nobis indulgeret; ſed ut omnes in unum coïremus, animorúmque conſenſione jungeremur, nec per ſchiſmata inter nos dirempti atque diſſecti eſſemus.

Eorum gloriam, & Eccleſiæ unitatem ſummoperè peroptabat.

Iſtud unitatis ſtudium ipſius illuſit ſimplicitati, & perſecutorem effecit nolentem.

XXXVIII. Sed ut dicebam, parum cauta eſt ſimplicitas, ac benignitati adjuncta eſt imbecillitas; miniméque is improbitatem ſuſpicatur, cujus animus ab improbitate liber ac purus eſt. Propterea, quod futurum erat, ignoratum eſt, nec fucus & ſimulatio deprehenſa, ſenſimque obrepſit impietas, ac duæ benignitates inter ſe occurrerunt, altera erga pium genus, altera erga omnium hominum impiiſſimum, maximúmque divini

Probi viri minimè ſuſpicaces.

A οὐκ οἶδε καὶ τῶν μετρίως ἐκείνον ἐπισαμένων, ὅτι ἕνεκα μὲν εὐσεβείας καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, καὶ τοῦ βούλεσθαι πᾶν ἡμῖν ἀγαθὸν, μὴ ὅτι [a]ἐκεῖνον παρεῖδεν ἄν, ἢ γένους ὅλου τιμὴν, ἢ προθήκην τῆς βασιλείας, [b]ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς βασιλείας, καὶ πάντων τῶν ὄντων, καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, ἧς οὐδὲν οὐδενὶ τιμιώτερον, τὴν ἡμετέραν ἀσφάλειάν τε καὶ σωτηρίαν οὐκ ἂν χαλεπῶς ἠλλάξαλο;

B λζ. Οὐδενὶ γὰρ οὐδενὸς οὕτω πώποτε θαύμαλος ἔρως θερμὸς ἐνέσκηψεν, ὡς ἐκείνῳ Χριστιανοὺς αὐξηθῆναι, καὶ [c]εἰς πλεῖσον ἡ δόξης προελθεῖν καὶ δυνάμεως· καὶ οὔτε ἔθνη χειρούμενα, οὔτε τὸ κοινὸν εὐνομούμενον, [d]οὐ πλῆθος χρημάτων, οὐ δόξης περιουσία, οὐ τὸ βασιλέα βασιλέων καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, οὐχ ὅσοις ἄλλοις ἀνθρώπων εὐδαιμονία γνωρίζεται· οὐδὲν οὕτω τῶν πάντων ἐκεῖνον ἠὐφραινεν, ὡς τὸ δι' ἑαυτοῦ μὲν ἡμᾶς, δι' ἡμῶν δὲ ἐκεῖνον, καὶ

C πρὸς Θεοῦ [e]καὶ ἀνθρώποις εὐδοκιμεῖν, καὶ ἀκαλάλυλον ἡμῖν εἰς τὸν ἅπανλα χρόνον παραμεῖναι τὴν δυναλείαν· καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐκεῖνο ἤδει σαφῶς, ὑψηλότερόν [f]τε καὶ βασιλικώτερον, ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς περὶ τούτων διανοούμενος, ὅτι τοῖς Χριστιανῶν πράγμασι τὰ Ρωμαίων συνήυξησε, καὶ συνεισῆλθε τῇ ἐπιδημίᾳ Χριστοῦ τὸ κράτος, οὔπω πρότερον [g]τελείως εἰς μοναρχίαν [h]νενικηκός· καὶ διὰ τοῦτο πλέον ἐδόκει μοι

D περιέπειν εὖ ποιῶν τὰ ἡμέτερα· ὃς γε μὴ εἴ τι παρελύπησεν ἡμᾶς, ὑ προνοῶν, ὐδὲ ὑβρίζων, οὐδὲ ἄλλοις τισὶ πρὸ ἡμῶν [i]χαριζόμενος, ἀλλ' ὥστε πάντας ἓν εἶναι, καὶ συμφρονεῖν παρελύπησε, μὴ μὴ διακεκόφθαι, μηδὲ διεσάναι τοῖς σχίσμασιν.

E λη. Αλλ' ὅπερ εἶπον, ἀφύλακλον ἡ ἁπλότης, καὶ [k]μετὰ τοῦ σαθροῦ τὸ φιλάνθρωπον, καὶ ἧκισα κακίαν ὑφορᾶται τὸ κακίας ἐλεύθερον· διὰ τοῦτο ἠγνοήθη τὸ μέλλον, καὶ τὸ πλάσμα οὐκ ἐφωράθη, καὶ παρεισῆλθε κατὰ μικρὸν ἡ ἀσέβεια, καὶ δύο χρηστότηλες συνεισῆλθον ἀλλήλαις, ἥ τε πρὸς τὸ εὐσεβὲς γένος καὶ τὸν ἀσεβέσαλον πάντων καὶ ἀθεώταλον. [l]ὅς τί μεμφόμενος Χριστιανοῖς,

(a) Ἐκεῖνον. *Illum*; ſcilicet *Julianum*.
(b) Ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς βασιλείας. Hæc deſunt in duobus Regiis optimæ notæ. In aliis deeſt tantùm, τῆς ante *βασιλείας*.
(c) Εἰς πλεῖσον. Sic plerique codices. Ed. ἐπὶ πλεῖσον.
(d) Οὐ πλῆθος χρημάτων, οὐ δόξης περιουσία. Hæc excidere Par. editoribus.
(e) Καὶ ἀνθρώποις. Comb. καὶ παρὰ ἀνθρώποις.
(f) Τέ. Deeſt in codicibus non paucis.
(g) Τελείως. Codices communiter τελέως.
(h) Νενικηκός. Comb. κεκινηκός.

(i) Χαριζόμενος. Billius, primis curis, *gratificari*, rectius quàm in edit. Pariſ. quæ habet, *commendare*.
(k) Μετὰ τοῦ σαθροῦ. Hîc optimè convenit quod ait Tullius 2. Tuſc. n. xxi. 47. *In animis omnium eſt ferè naturâ molle quiddam, demiſſum, humile, enervatum quodammodo & languidum, ſenile &c.*
(l) Ὅς τί. Hîc, & in ſequenti membro, τὶ δὲ οὐκ, habent nonnulli codices, ut alibi non rarò, τί δαί. Græca hæc per interrogationem videntur reddenda: *Qui, quid in Chriſtianis cauſatus? Quid in noſtris non laudandum inveniens? Quid in Græcorum dogmatibus exi-*

τί δὲ οὐκ ἐπαινεῖν ἔχων τῶν ἡμετέρων, τί δὲ τῶν παρ' Ελλησι δογμάτων ὑπερφυὲς νομίσας, καὶ δυσκίνητον λόγῳ, ποίῳ δὲ καὶ ἀκολουθῶν ὑποδείγματι, [a] γνωριμώταλον ἑαυτὸν ἐξ ἀσεβείας κατέσησε, καὶ καινότερον τρόπον ἡμιλλήθη τῷ ἀναδείξαντι; ἐπειδή γε [b] ὑπερβάλλειν οὐκ ἦν ἀρετῇ & τοῖς κρείττοσι, διὰ τὸ ἐναντίᾳ φανῆναι [c] φιλονεικήσας τῆς εἰς δυσέβειαν ἀμετρίας, ᾗ τῆς περὶ τὸ χεῖρον φιλοτιμίας. ἡ μὲν οὖν ὑπὲρ Χριστιανῶν τὸ ἀνδρὸς, καὶ πρὸς Χριστιανοὺς ἀπολογία τοιαύτη, & οὕτω δικαία τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν.

numinis contemptorem. Quid ille, qui cùm nihil haberet, quod de Christianis quereretur, nihil quod doctrinam nostram improbaret, nihil rursus quod ex Gentilium dogmatibus eximium & excellens existimaret, atque ejusmodi, ut sermone vix convelli posset, nec denique ullius majorum suorum exemplum hac in re sequeretur, nobilissimum sese ex impietate reddidit, novóque modo cum eo, à quo Cæsar designatus fuerat, certavit? Nam cùm eum virtute rebúsque præclaris superare non posset, contrario modo, hoc est, per immodicam quandam & effrenatam impietatem, pervicáxque vitii studium, nominis splendorem sibi conciliare obnixus est. Ac de Christianis, & ad Christianos, talis est Constantii purgatio, támque æqua & justa, his quidem certè qui mente præditi sunt.

Improbi sæpè, ut Julianus, aliorum benignitate pejores.

λθ. [d] Επεὶ δέ εἰσί τινες, οἳ κἂν ταύτης ἡμᾶς ἀπολύσωσι τῆς αἰτίας, ἑτέρας οὐκ ἀφιέντες, ἀλλὰ κατηγορῦντες εὐήθειαν, ὅτι τῷ δυσμενεστάτῳ καὶ πολεμιωτάτῳ τὴν ἀρχὴν ἐνεχείρισε, καὶ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν πρότερον, εἶτα ἰσχυρὸν κατεσκεύασε, τὴν μὲν ἔχθραν διὰ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ σφαγῆς περιβαλλόμενος, τὴν δὲ δύναμιν διὰ τῆς βασιλείας προσθείς· ἀναγκαῖον καὶ περὶ τούτου βραχέα [e] διεξελθεῖν καὶ δεῖξαι, μὴ παντάπασιν ἄλογον τὸ φιλάνθρωπον, μηδὲ ἔξω τῆς βασιλικῆς μεγαλονοίας καὶ προμηθείας· & γὰρ ἂν αἰσχυνοίμην, εἰ τοιαύτης παρ' αὐτοῦ τυχόντες τιμῆς, καὶ τοσοῦτον αὐτὸν εὐσεβείᾳ διαφέρειν πεπιστευκότες, [f] μὴ τὰ δίκαια συνηγορήσαιμεν· ὃ καὶ τοῖς μηδὲν [g] εὐεργετηκόσιν ὀφείλεται παρ' ἡμῶν, τῷ λόγου καὶ ἀληθείας θεραπευτῶν· καὶ ταῦτα μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν, ἡνίκα καὶ τὸ κολακεύειν δοκεῖν ἐκπεφεύγαμεν, καὶ πονηρᾶς ἐλεύθερος ὑπονοίας ὁ λόγος.

XXXIX. Quoniam autem nonnulli sunt, qui, quamvis nos hoc crimine liberent, alterâ tamen culpâ minimè solvunt, verùm stultitiæ propterea insimulant, quòd ipse inimicissimo homini hostíque acerrimo imperium commiserit, atque eundem primò hostem effecerit, deinde robur ipsi comparârit, nimirum per fratris cædem inimicitiæ fundamentum jaciens, pòst autem per imperium eidem vires addens; de hac quoque re pauca necessariò mihi dicenda sunt, illúdque ostendendum, nequaquam omnino inconsultam atque à ratione alienam hanc clementiam extitisse, nec ab imperatoria animi præstantia providentiáque remotam. Etenim pudore suffunderer, si, cùm tantum ab eo honorem acceperimus, eúmque tantâ pietatis laude excelluisse persuasum habeamus, justum illi patrocinium nequaquam afferremus; quod iis quoque, qui nihil beneficii in nos contulerunt, à nobis, qui Verbi & Veritatis cultum profitemur, præstari debet; idque præsertim post illius è vita discessum, cùm jam verendum non est, ne in assentationis opinionem incidamus, ac jam omni malâ suspicione vacat oratio.

A stultitiæ nota Constantius vindicatus, quòd Julianum Cæsarem creaverit.

μ. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἤλπισεν, εἰ μή τι ἄλλο, ταῖς τιμαῖς ποιήσειν αὐτὸν ἡμερώτερον; τίς δὲ οὐκ ἐκ τῆς πίστεως [h] ἣν ἐπιστεύθη καὶ πρὸ τοῦ εἰκὸς, δικαιότερον; ὡς ἀμφοῖν δικαίᾳ & βασιλικῇ κρίσει, τῷ μὲν ἐπιτιμηθέντος, τῷ δὲ προβληθέντος· ὁ γὰρ τὸν δεύτερον τιμήσας, οἷς οὐκ ἄν τις ἤλπισεν, οὐδὲ αὐτὸς ὁ τυχὼν τῆς τιμῆς, δῆλον ὡς οὐδὲ τὸν πρότερον ἄνευ δικαίας ὀργῆς ἐκολάσαλο· ᾗ τὸ μὲν τῆς ἐκείνου προπε-

LX. Quis enim non spem habuisset, fore ut, si nihil aliud, honoribus certè ipsum mitiorem efficeret? Quis non ex fide, quæ illi etiam præter æquum habita est, justiorem? tanquam justo & imperatorio judicio alter pœnam luisset, alter electus fuisset. Nam qui natu minorem iis honoribus affecerat, quos nemo speraisset, ne ipse quidem qui honorem acceperat; perspicuum utique est, eum, ne in priorem quidem, nisi justâ irâ commotum, animadvertisse: alterúm-

Prima causa, ex rationum discrimine quibus cum Gallo & Juliano actum est.

mium & non facili negotio sermone convellendum arbitratus? Quod porro exemplum secutus, famosissimum sese ex impietate constituit?

(a) Γνωριμώταλον. Superscriptum, ἐνομαστότατον, celeberrimum.

(b) Υπερβάλλειν ἐκ ἦν. In Mss. non paucis & in Basil. legitur, ἐκ ἦν ὑπερβάλειν.

(c) Φιλονεικήσας. Reg. f. ἐφιλονείκησε.

(d) Επεὶ δέ. Ita plerique codd. Ed. ἐπειδὴ δέ.

(e) Διεξελθεῖν. Tres Colb. διελθεῖν.

(f) Μὴ τά. Combef. legit μηδὲ τά.

(g) Εὐεργετηκόσιν. Reg. 1. Or. 1. Combef. &c. εὐηργετηκόσιν.

(h) Ην ἐπιστεύθη. Reg. bm. Colb. b. ἧς ἐπιστεύθη.

que ejus, qui ſupplicio affectus eſt, temeritati aſſignandum eſſe; alterum autem, illius, à quo honore affectus fuerat, humanitati.

τείας ἦν, τὸ δὲ τῆς τῦ τετιμηκότος φιλανθρωπίας.

Altera cauſa, ex Alexandri exemplo & ſimilitudine.

XLI. Ad hæc, ut, quod majoris momenti eſt, dicam, non tam iſtius fide quàm ſuis opibus & potentiâ nitebatur: quibus etiam, ut opinor, fretus magnus ille Alexander, victo Poro non modò vitam dedit, ídque cùm de imperio adeò ſtrenuè dimicaſſet, ſed Indorum etiam regnum ipſi reſtituit: perinde atque non aliâ ratione magnanimitatis ſpecimen editurus, quâ vinci, cùm Alexander eſſet, turpius exiſtimabat, quàm armis ſuperari: præſertim cùm in ſua poteſtate eſſet, eum, ſi malum beneficiíque immemorem comperiret, rurſum ſub ditionis ſuæ jugum mittere. Ita benignitas hæc ab ingenti quadam animi præſidentia manabat.

μα. Καὶ ἅμα τὸ θαῤῥεῖν εἶχεν, εἰ δεῖ τὸ μεῖζον εἰπεῖν, ἐ τοσῦτον ἐκ τῆς ἐκείνε πίςεως, ὅσον ἐκ τῆς ἰδίας δυνάμεως· ᾗ μοι δοκεῖ καὶ Αλέξανδρος θαῤῥήσας ὁ πάνυ, δῦναι μὴ μόνον τὸ ζῆν ἡτ]ημένῳ Πώρῳ, καὶ]αῦτα νεανικῶς οὕτως ἠγωνισμένῳ ϖερὶ τῆς βασιλείας, ἀλλὰ κ᾽ τὴν βασιλείαν αὖθις Ινδῶν· ὡς τὸ [a]μεγαλόψυχον οὐκ ἄλλως ἢ οὕτως ἐπιδειξόμενος, [b]ᾧ κρατηθῆναι χεῖρον ἐνόμιζεν Αλέξανδρος ὢν, ἢ τοῖς ὅπλοις· τοῦ δὲ, εἰ κακὸν λάβοι, χειρώσαθαι πάλιν ἐϖ᾽ αὐτῷ τυ]χάνο]ος. καὶ ἦν αὐτῷ ἡ ϖεθουσία τοῦ θαῤῥεῖν τὸ φιλάνθρωϖον.

a b

Juliani improbitas ſpem & ratiocinationem Conſtantii fallit.

XLII. Sed quid in hac re tantopere laboro atque contendo, cùm mihi cauſam facilè obtinere liceat, etiam ſuperato? Etenim ſi is malus eſt, qui credidit, quid tandem præ eo ille, cui fides habita eſt? Et, ſi mores illius non prævidiſſe, in crimine ponendum eſt, vitium ipſum ubi tandem collocabimus? Sed profectò res quædam conſiderationis expers eſt improbitas: nec ulla ratio iniri poteſt, quâ homines nequam & improbos quiſquam meliores efficiat. Quippe cùm iſte, quibus ex rebus majorem benevolentiam concipere, ac ſi quos improbitatis igniculos habebat, eos extinguere debebat, ex his ad majus odium incenſus ſit, ídque ſpectarit, ut benè de ſe meritum ulciſceretur.

μβ. Καί τοι τί τοῦτο ἀγωνίζομαι, σφόδρα ἐνὸν κρατεῖν καὶ ἡτ]ημένον; εἰ γὰρ ὁ πιςεύσας κακὸς, τί ποτ᾽ ἂν εἴη παρ᾽ ἐκεῖνον ὁ πιςευθείς; καὶ εἰ τὸ μὴ ϖροϊδέσθαι τὸν]ρόπον ὑπαίτιον, αὐτήν γε τὴν κακίαν ποδ᾽ ἀήσομεν; ἀλλ᾽ ὄντως [c]ἀσυλλόγισόν τι ϖεᾶγμα ἡ ϖονηρία, καὶ οὐκ ἔ]ιν ᾧ τοὺς μοχθηρὰς ἄν τις βελτίως ϖοιήσειεν· ὁϖότε κἀκεῖνος ἐξ ὧν εὐνέ]ερος φανῆναι [d]δίκαιος ἦν, καὶ εἴ τι κακίας εἶχεν ἐμϖύρευμα τοῦτ᾽ ἀνελεῖν, [e]ἐκ τούτων εἰς μεῖζον ἀνήφθη μῖσος, καὶ ὅϖως ἂν [f]ἀμύνηται τὸν εὐεργέτην ἐσκόϖει.

a d e f

In magiſtris non vitam & mores, ſed eloquentiam & impietatem quærebat Julianus.

XLIII. Hæc ipſum Platones, & Chryſippi, & clarus Peripatus, & veneranda Stoa, & ſcita illa venuſta ſonoro gutture fundentes edocuerunt. Hæc Geometriæ æqualitas & de juſtitia ſermones, illúdque, *eligendum potiùs eſſe injuriam accipere, quàm inferre.* Hæc egregii magiſtri, & imperii defenſores & legiſlatores, quos ex triviis & barathris ſibi collegerat; quorum non vitam ac mores laudaverat; ſed facundiam ſuſpexerat: ac ne hanc quidem fortaſſe, ſed impietatem ſolam, ut ſat ido-

μγ. Ταῦτα Πλάτωνες αὐτὸν, κ᾽ Χρύσιππο, καὶ ὁ [g]λαμ]ρὸς Περίπα]ος, καὶ ἡ [h]σεμνὴ Στοὰ, καὶ οἱ τὰ κομψὰ λαρυγίζοντες ἐξεπαίδευσαν·]αῦτα ἡ τῆς γεωμετρίας ἰσότης, ⁊ οἱ ϖερὶ δικαιοσύνης λόγοι, ⁊ τὸ [i]χρῆναι ἀδικεῖσθαι μᾶλλον αἱρεῖσθαι, ἢ ἀδικεῖν·]αῦτα οἱ γενναῖοι διδάσκαλοι, καὶ τῆς βασιλείας συναγωνισαί τε καὶ νομοθέται, [k]οὓς ἐκ τῶν τριόδων καὶ τῶν βαράθρων ἑαυτῷ συνελέξα]ο· ὧν οὐ τὸν]ρόπον ἐϖῄνεσεν, ἀλλὰ τὴν εὐγλω]ίαν ἐθαύμασε· καὶ οὐδὲ

g h i k

(a) Μεγαλόψυχον. Edit. & Mſſ. nonnulli addunt, μέν. Sed deeſt in melioris notæ codicibus.

(b) Ω κρατηθῆναι. Ad hæc verba Reg. u. appingit: αὐτῷ μεγαλοψύχῳ, κρατῆσαι γὰρ τότῳ, ἀλλ᾽ ἐ κρατηθῆναι ἐβέλετο. *ipsâ magnanimitate, quâ vincere magis quàm vinci volebat.* Rem narrat Plutarch. in vita Alex.

(c) Ασυλλόγισον &c. *Gregorius*, juxta Eliam, *dixit improbitatem eſſe ἀσυλλόγισον, vel quia non facilè animadverti ac deprehendi poteſt.... vel quia ratiocinando non aſſequitur id quod juſtum eſt.* Ex Phocylidis ſcriptis deſumpta hæc ſententia; dicit enim: ἀσυλλόγισόν ἐϛιν ἡ ϖονηρία, *inconſiderata eſt improbitas*, id eſt, *nec jus, nec æquum perſpicit vir improbus.* Hâc ſententiâ utitur Theologus ad ſignificandum quod prius inſinuat Elias; id nimirum impietatis eſſe, ut ratiocinationes fallat omnes, nihilque ab ea expectandum, quod in aliis neceſſariò conſequitur. Undè nihil mirum expectatione ſuâ fruſtratum fuiſſe Conſtantium.

(d) Δίκαιος. Reg. l. δίκαιον.

(e) Εκ τότων. Savilius, ὁ δ᾽ ἐκ τότων, quæ priora verba cenſet retinenda, quamvis deſint in melioris notæ codicibus.

(f) Αμύνηται. Regg. a. b. &c. ἀμύναιτο.

(g) Λαμ]ρὸς Περίπα]ος. Sic quinque Regg. aliique plures. In Edit. σεμνός.

(h) Σεμνὴ Στοά. Ita plerique codd. Deeſt σεμνή, in Ed.

(i) Χρῆναι ἀδικεῖσθαι &c. *Eligendum.... injuriam pati.* Billius: *optandum... injuriam ferre.* Paulò aliter Plato in fine Gorgiæ: εὐλαβητέον ἐϛὶ τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον ἢ ἀδικεῖσθαι, *magis cavendum eſt injuriam facere quàm pati.* Rationem ſuperiùs attulerat: δυοῖν ὄντοιν, τῷ ἀδικεῖν κ᾽ ἀδικεῖσθαι, μεῖζον μὲν κακὸν φαμὲν τὸ ἀδικεῖν, ἔλατ]ον δὲ τὸ ἀδικεῖσθαι. *Cùm duæ igitur ſint hæ res, injuriam facere & pati, majus quidem malum eſſe diximus facere quàm pati injuriam.*

(k) Οὓς ἐκ τῶν &c. Porphirium & Libanium intelligit Elias; quibus rectè addideris impietatis magiſtros.

ταύτην

ταύτην ἴσως, ἀλλὰ τὴν ἀσέβειαν μόνην, ὡς σύμβ- A
a λον ἱκανὴν ἢ τῆ͂ς φρακτέων [a] ἢ μὴ, διδάσκαλον.

μδ. Πῶς δὲ οὐ θαυμάζειν ἄξιον τούτους, οἳ καὶ λόγῳ πλάττουσι πόλεις, ἃς ἔργῳ συσῆναι
b μὴ δυναμένας, [b] καὶ ἃς σεμνὰς τυραννίδας μονονοὺ προσκυνοῦσι, καὶ τὸν ὀβολὸν ὑπὲρ τοὺς
c Θεοὺς ἄγουσι [c] μετὰ τῆς ὀφρύος· καὶ οἱ μὲν,
d οὐδὲ εἶναι Θεὸν τὸ παράπαν, [d] οἱ δὲ οὐ προνοεῖν τῆ͂ς τῇδε δογματίζουσιν, ἀλλ' εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε τὸ πᾶν φέρεσθαι, οἱ δ' ἄσρασιν ἄγεσθαι καὶ σχη-
e ματισμοῖς [e] ἀνάγκης, οὐκ οἶδ' ὑπό τινος, B
ἀγομένους, καὶ ὅθεν· οἱ δὲ εἰς ἡδονὴν τὸ πᾶν
f f φέρειν, καὶ τοῦτο εἶναι πέρας ζωῆς ἀνθρωπίνης ὑπολαμβάνουσιν; ἡ ἀρετὴ δὲ αὐτοῖς ἄλλως ὄνομα εὐπρεπὲς, καὶ οὐδὲν τοῦ παρόντος βίου μακρότερον, οὐδέ τις ἐξέτασις τῶν ἐνταῦθα βεβιωμένων ὕστερον τὴν ἀδικίαν συσέλλουσα. ἢ γὰρ οὐ συνεῖδέ τις ἑαῦτα τῆ͂ς παρ' ἐκείνοις ζοφῶν, ἀλλὰ βαθεῖ βορβόρῳ, τὸ δὴ λεγόμενον, καὶ ἀφεγγεῖ
g ζόφῳ πλάνης [g] καὶ ἀγνοίας συνεκαλύφθη, μηδ' ὅσον προσβλέψαι ταῖς τῆς ἀληθείας αὐγαῖς C
h καθαρθεὶς τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ [h] περὶ τὰ κάτω καὶ τὴν αἴσθησιν ἰλυσπώμενος, καὶ μηδὲν ὑπὲρ
i τοὺς δαίμονας φανταθῆναι δυνηθεὶς, καὶ [i] διαρθῆναι τῷ πεποιηκότος ἀξίως· ἢ εἴ τις διέβλεψε καὶ μικρὸν, ὡς ὁδηγῷ λόγῳ, καὶ μὴ Θεῷ χρώμενος, ὑπὸ τῷ πιθανωτέρου παρεσύρη, καὶ τῷ μᾶλλον τοὺς πολλοὺς ἕλκοντος δι' ἐγγύτητα.

με. Τί οὖν θαυμαστὸν, τὸν ἐκ τοιούτων μὲν ὁρμώμενον δογμάτων, ὑπὸ τοιούτων δὲ κυβερνη- D
τῆ͂ εὐθυνόμενον, οὕτω καὶ τῷ πεπιστευκότι φανῆναι
k κακὸν [k] τὸν πιστευθέντα, καὶ τῷ τιμήσαντι τὸν τιμηθέντα; εἰ γὰρ δεῖ τι καὶ ὑπὲρ τῆς κατηγορίας ἀπολογήσασθαι, οὔ μοι δοκεῖ τοσοῦτον ὑπεραλγῶν τοῦ ἀδελφοῦ, ὅν γε καὶ πολέμιον ἐκ τῆς θρησκείας ἐγίνωσκεν, ὅσον τὰ Χριστιανῶν οὐ φέρων αὐξανόμενα, καὶ λυπῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας, τοῖς καθεσηκόσιν ἐπιτολμᾶν, καὶ ζητεῖν ἐλευθερίαν τῇ ἀπονοίᾳ· χρῆναι γὰρ φιλοσοφίαν
l καὶ βασιλείαν, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, [l] εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν· οὐχ ἵνα παύσωνται κακῶν αἱ πόλεις, E
ἀλλ' ἵνα πλησθῶσι.

XLIV. Quidni autem hos admirari par eſt, qui civitates etiam, quæ re ipsâ conſiſtere non poſſunt, ſermone fingunt, quíque ſplendidas tyrannides modò non adorant, & cum ſuperba gravitate ſupra Deos obolum efferunt; quorum alii, ne Deum quidem omnino eſſe, alii rerum humanarum curâ non tangi, ſed temerè & fortuitò omnia ferri cenſent, alii autem ſideribus duci, neceſſariiſque & fatalibus figuris, haud ſcio unde & à quo ductis, alii verò omnia voluptatem appetere, idque vitæ humanæ finem arbitrantur? Virtus porrò ipſis ſpecioſum duntaxat nomen eſt, nec ultra hanc vitam porrigitur, nec ulla poſtea rerum in hac vita geſtarum cenſura injuſtitiam reprimens. Aut enim quiſpiam eorum qui apud illos in Sapientûm numero habentur, hoc non intellexit, ſed in alto cœno, ut dici ſolet, atque obſcura erroris & ignorantiæ caligine obrutus hæſit, ne eatenus quidem purgatus, ut veritatis radios intueri poſſet, verùm in terreſtrium & ſenſibilium cœno provolutus, nec ſupra Dæmones quicquam animo concipere valens, ſublimiúſque, ut Creatore dignum eſt, ferri: aut ſi quis vel leviter proſpexit, quia non Deum, ſed humanam rationem ducem ſequeretur, ab eo quod probabilius erat, pertractus eſt, quódque promiſcuam multitudinem ob propinquitatem magis alliciebat.

Variæ & abſonæ Philoſophorum de Deo, providentia & virtute opiniones.

Rationem humanam & probabilitatẽ ſecuti, Deo poſthabito, erravere Philoſophi, alioſque in errores pertraxere.

XLV. Quid mirum igitur, ſi is, qui ab hujuſmodi placitis prodibat, atque ab hujuſmodi gubernatoribus regebatur, erga eum qui fidem ipſi habuerat, honoréque ipſum affecerat, malum ac ſceleratum ſe præbuit? Nam ſi per accuſationem quoque ipſius cauſa nonnihil defendenda eſt, non tam quòd fratris interitum doleret, quippe quem hoſtem quoque propter religionem duceret, quàm quòd Chriſtianorum res augeri permoleſtè ferret, atque adverſus pietatem fureret, rerum ſtatum convellere aggreſſus eſſe, ac contumaciæ ſuæ libertatem quæſiviſſe videtur. Oportere enim philoſophiam & imperium, juxta illorum ſententiam, in unum coire; non ut civitates miſeræ eſſe deſinant, ſed ut malis potiùs impleantur.

Non tam de fratris interitu, quàm de proſperis Chriſtianorum rebus dolebat Julianus.

(a) Καὶ μὴ, διδάσκαλον. Non is eſt horum verborum ſenſus, quem reddit Billius, ut videtur Tillemontio, ſed iſte: *impietatem operis tantùm ſociam;* non verò magiſtram fuiſſe Juliano, quippe qui per ſe ſatis ſciret. In Regg. tamen codd. optimæ notæ, bm. hu. &c. cum hac diſtinctione, quæ Billio favet, legitur: καὶ μὴ, διδάσκαλον.

(b) Καὶ τὰς σεμνὰς τυραννίδας. Hîc Platonem carpit, qui pecuniæ cupiditate ductus ad Dionyſium navigaſſe fertur, atque ad ejus pedes ſe provolviſſe, ipſique aſſentari conſueviſſe, ut hinc lucri aliquid referret, atque obolum pluris quàm gentilium Deos feciſſe. Deinde Epicureos cavillis petit, qui Providentiam negabant &c.

(c) Μετὰ τῆς ὀφρύος. Billius: *cum ſupercilio.*

(d) Οἱ δέ. Reg. I. & Billius. οἳ δέ.

(e) Ἀνάγκης. Colb. k. ἀναγκαίοις. Eadem in Theodoreto de Providentia reperias.

(f) Φέρειν. Montac. mavult ῥέπειν.

(g) Καὶ ἀγνοίας. Deeſt in tribus Regg. & Or. I.

(h) Περὶ τὰ κάτω &c. Billius: *circa terrena atque in ſenſum cadentia provolutus.*

(i) Διαρθῆναι. Heins. διαθρῆσαι.

(k) Τὸν πιστευθέντα. Hæc deſunt in ſeptem Regg. tribus Col. & Or. I.

(l) Εἰς ταυτό &c. Nonnulli codices, ταυτόν. Or. I. τ' αὐτό. Hîc advertendum diſcrimen quod inter Socratem & Julianum reperitur. Volebat Socrates Reges philoſophari, vel Philoſophos regnare, *ut benè eſſet civitatibus;* è contrà Julianus, *ut malis replerentur.*

Julianus diadema sibi-ipsi imponit.

XLVI. Ac primum quidem illius arrogantiæ atque audaciæ facinus fuit, quòd sibi ipse diadema imposuit, magnóque nomine seipsum ornavit, (quod non fortunæ prædam, sed virtutis præmium, vel tempus, vel Imperatoris calculus largitur, vel, ut moris prisci fuit, Senatûs judicium,) nec honoris modum ad Imperatoris arbitrium revocavit. Deinde (siquidem ob ea, quæ jam ausus fuerat, in omnem audaciam providendi necessitatem se sibi imposuisse norat), quid cogitat? & quò, tum impietatis tum temeritatis progreditur? O furiosam mentem! Adversus eum expeditionem suscipit, atque ab Occidente pedem movet: in speciem quidem, quasi se de arrepto diademate purgare vellet, adhuc enim audaciam suam occultare videbatur, re verâ autem, ut totum imperium ad se traduceret, ac per improbitatem & ingratitudinem suam in hominum admirationem veniret. In eóque spe suâ minimè falsus est.

Adversus Constantium expeditionem suscipit.

Dei providentia res quò & qua vult ducit.

XLVII. Nec tamen hoc mirentur, qui Dei rationum, quibus omnia reguntur, altitudinem omni conjecturâ sublimiorem non assequuntur, nec Opifici gubernatione cedere sustinent, nobis quidem certè sapientiori, suáque, & quò, & qua vult, ratione ducenti, non dubium autem quin ad id quod melius est, atque ad morborum sanationem, quantumvis ii quibus medicina fit, indignentur. A quibus rationibus non ille quidem ad malum excitatus est; Deus enim nullo modo mali causa est, quippe naturâ bonus, vitiúmque ejus est qui elegit; haud tamen ab impetu suo repressus est. Verùm cùm ingenti celeritate, tum regionem suam, tum nonnullam barbaricæ oræ partem peragrasset, transitúmque, fallendo potiùs quàm vincendo, rapuisset, aulæ imminere incipit: ut quidem narrant qui partes ejus tuentur, futuri prænotione ad hanc expeditionem ineundam elatus, Dæmonúmque impulsu atque hortatu, prosperum eventum pollicentium, rebúsque mutationem decernentium: ut autem aiunt, qui vera loquun-

Deus nullius mali causa est.

μς. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτῷ τῆς αὐθαδείας καὶ ὑπονοίας, [a] ἑαυτὸν ἀναδῆσαι, καὶ τῇ μεγάλῃ προσηγορίᾳ τιμῆσαι, ἣν οὐχ ἅρπαγμα τύχης, ἀλλ' ἀρετῆς ἆθλον, ἢ χρόνος, ἢ ψῆφος βασιλέως χαρίζεται, ἢ τῆς συγκλήτου βουλῆς, ὡς τὸ παλαιὸν, κρίσις, καὶ οὐ ποιεῖται τοῦ μέτρου τῆς τιμῆς κύριον τὸν τῆς βασιλείας. δεύτερον δὲ, καὶ γὰρ ἀναγκαίαν ἑαυτῷ [b] τὴν ὑπόνοιαν ἐκ τοῦ ἤδη τετολμημένων ἤδει πεποιηκὼς, τί διανοεῖται; καὶ ποῖ προήσειν ἀσεβείας τε καὶ θρασύτητος; ὢ τῆς μανιώδους ἐκείνης ψυχῆς· ἐπ' αὐτὸν ἐκστρατεύει, & τῆς δύσεως ἀπανίσταται· [c] προφάσει μὲν, [d] ὡς ἀπολογησόμενος ὑπὲρ τοῦ διαδήματος· ἔτι γὰρ ἐδόκει κρύπτειν ἑαυτῷ τὴν ὑπόνοιαν· τὸ δ' ἀληθὲς, ὡς μετασήσων εἰς ἑαυτὸν ἅπαν τὸ κράτος, καὶ διὰ τῆς ἀγνωμοσύνης θαυμασθησόμενος· καὶ οὐκ ἐψεύσθη γε τῆς ἐλπίδος.

μζ. Μὴ θαυμαζέτωσαν οἱ τοῦ Θεοῦ λόγων, ὑφ' ὧν τὸ πᾶν φέρεται, τὸ ἀτέκμαρτον μὴ ἐπισάμενοι βάθος, [e] καὶ μὴ συναχωροῦντες τῇ τεχνίτῃ τῆς κυβερνήσεως, ἡμῶν γε πάντως συνετωτέρῳ, κἂ ἄγοντι τὸ οἰκεῖον ὅπη καὶ ὅπως βούλεται· πάντως δὲ πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ τὴν ἰατρείαν, κἂν οἱ θεραπευόμενοι δυσχεραίνωσιν· ὑφ' ὧν λόγων κἀκεῖνος οὐκ ἐπήρθη μὲν εἰς τὴν κακίαν· ἀναίτιον γὰρ παντάπασι κακῶν τὸ θεῖον, ἀγαθὸν τῇ φύσει τυγχάνον, καὶ τοῦ προελομένου [f] τὰ τῆς κακίας· οὐ μὴν ἐπεσχέθη γε τῆς ὁρμῆς· ἀλλὰ τάχει πολλῷ τήν τε οἰκείαν, καὶ τῆς βαρβαρικῆς [g] ὄχθης ἔσιν ἣν διέδραμεν, καὶ [h] τῷ λαθεῖν μᾶλλον, ἢ τῷ κρατῆσαι τὴν παρόδον ἁρπάσας, πλησίον τοῦ βασιλείων γίνεται· ὡς μὲν οἱ τὰ ἐκείνου φρονοῦντες, κατὰ πρόγνωσιν ἐπὶ τὴν [i] ἐκστρατείαν ὁρθεὶς, καὶ δαιμόνων κίνησιν τὸ μέλλον ὑποσχνουμένων, καὶ μεταβολὴν πρυτανευόντων τοῖς πράγμασιν· ὡς δὲ ὁ τοῦ ἀληθευόντων λόγος, καθὰ προθεσμίαν

(a) Ἑαυτὸν ἀναδῆσαι. Acriùs verbis hîc in Montacutium invehuntur Parisienses, eò quòd scripserit ab Ammiano negari id quod affirmat Gregorius, *Diadema sibi Julianum arrogasse*. Major certè fides habenda scriptori pio pariter & docto, quàm Ethnico, qui Apostatæ impensè favet. Verùm utrumque conciliare facile est; nec enim multùm dissentiunt. Ammianus ipse scribit lib. 20. Julianum coactum fuisse, ut Augusti nomen & diadema acciperet. Igitur sibi arrogavit licet coactus; deinde si coactus accepit, cogi se curavit, *corruptis largitione*, ut ait Zonaras, *& humanitate Tribunis & Centurionibus;* qui, ut autor est Zozimus Gentilis scriptor lib. 3. sparsis libellis animos militum commoverant. Itaque Julianus specie tenus coactus fuit; & eum diadema sibi arrogasse rectè verèque scripsit Gregorius. Id etiam confirmant *objurgatoriæ & mordaces litteræ* Juliani ad Constantium secretò datæ, non apologeticæ facti, & responsa Constantii quæ coram armata multitudine, quam de industria convocarat, legi curavit Julianus. Denique, si invitus diadema accepit, quare jubenti Constantio, ut illud deponeret, parere detrectavit? Hæc omnia ipse Ammianus memoriæ mandavit lib. 20 & 21. & disertis verbis scripsit, *sibi ipsi Julianum imposuisse diadema*. Ergo ne Gregorio scribere non licuit, nullâ habitâ ratione seu veræ, seu fictæ coactionis, *Julianum diadema sibi arrogasse?*

(b) Τὴν &c. In ora edit. Montacutii scribitur, τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν ἤδει ποποιηκώς. Abest ἤδει à Reg. hu, ac ita legit Comb.

(c) Προφάσει. Plures codd. πρόφασιν.

(d) Ὡς. Colb. 3. ὡς ἄν.

(e) Καὶ μή. Ita Reg. hu. Colb. 3. Or. 1. Pass. Deest μή in Ed.

(f) Τὰ τῆς. Plures codd. τὸ τῆς. Calvinum his feriri vel ipse Montacutius notat.

(g) Ὄχθης ἔσιν. Reg. u. & Pass. ὄχθης ὅση ἐσίν.

(h) Τῷ λαθεῖν. Regg. nonnulli & Colb. Or. 1. τὸ λαθεῖν μὲν, ἢ τὸ κρατῆσαι. Pass. τὸ κρατεῖν. Sic iter Juliani describunt Mammertinus, Libanius Orat. 11. Zozimus & Ammianus lib. 21. p. 188.

(i) Ἐκστρατείαν. Regg. a. b. bm. ἐκστρατίαν.

a [a] παρὼν, ἀλλ' ἀπορρητοτέραν τε καὶ βαθυτέραν, καὶ σωεύδων ἐπὶ θάνατον, οὗ δημιουργὸς αὐτὸς
b ἦν, [b] κλέψας τινὶ τῶν ἔνδον τὴν ἐπιχείρησιν·
c [c] ὥστε εἶναι μὴ θεόγνωσιν, ἀλλὰ γνῶσιν, καὶ πονηρίας ἔργον, ἀλλὰ μὴ δαιμόνων εὐεργέτημα τὸ γινόμενον· οἵ γε πῶς εὔσοχοι τὰ τοιαῦτα,
d Περσὶς ζαφῶς [d] ἔδειξε· καὶ παυσάσθωσαν οἱ τὸ ἐκείνου τάχος τοῖς δαίμοσιν ἐπιφημίζοντες·
c [e] εἰ μή γε ζ αὐτὸ τὸ, κακὸν εἶναι, τούτοις προσθήσομεν.

tur, ad tempus arcano atque occulto facinori præstitutum adveniens, atque ad mortem, cujus ipse architectus erat, properans, conatum interim suum per domesticorum quemdam celans. Ita facinus illud, non præscientia, sed scientia erat, scelerísque opus, non Dæmonum beneficium: qui quidem, quàm in his rebus sciti ac solertes sint, Persia luculenter ostendit. Ac finem tandem faciant, qui illius celeritatem Dæmonibus adscribunt: nisi hoc quoque ipsum, sceleratum esse, his adjungamus.

Constantio necem molitur Julianus.

f μη. Εἰ μὲν οὖν μὴ [f] προὔλαβε τὴν ἔφοδον τοῦ τυράννου τὸ τέλος τοῦ βασιλέως, μηδὲ ὁ ἀφανὴς πόλεμος τῆς φανερᾶς χειρὸς πλεῖον
g ἴσχυσε, τάχα ἂν ἔγνω καθ' ἑαυτοῦ ταχύνας ὁ ἀλιτήριος· ζ πρὶν ὑπὸ Περσῶν [g] τὴν ἐμπλη-ξίαν ζωφρονισθῆναι τῆς ἀπονοίας, ἔδωκεν ἂν δίκην ἐν ὅροις Ρωμαίων, ὧν κακῶς κατετόλμησε· τεκμήριον δέ· καὶ γὰρ ἔτι προϊὼν καὶ ἀγνοούμενος
h ὡς ἐνόμιζεν, ὑπὸ τῶ γενναιοτάτου [h] βασιλέως σταλιᾷ περιλαμβανέται προϋποτεμνούσῃ κῇ τὴν φυγὴν, ὡς δῆλον γέγονεν ἐκ τῶν ὕστερον· καὶ γὰρ ἤδη τὸ κράτος ἔχοντι, τὸ κρατῆσαι ταύτης, οὐ μικρὸν ἔργον ἐγένετο· νῦν δὲ ὁ μὲν θυμῷ ζέων κατὰ τῆς ἀπονοίας ὁμοῦ καὶ τῆς ἀσεβείας, καὶ
i τὸν ζοφώταλον ἔχων ἐν ἄρκυσιν, [i] ὢ τῆς ἡμετέρας κακίας· ἐν ἀκμῇ τῆς ὁδοῦ καταλύει τὸν βίον,
k [k] πολλὰ καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ὑπὲρ τῆς ἑαυ-
l τοῦ φιλανθρωπίας ἀπολογησάμενος, καὶ [l] διὰ τῆς ὁρμῆς δείξας Χριστιανοῖς τὴν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας κίνησιν.

B XLVIII. Quòd nisi tyranni adventum & impressionem mors Imperatoris antevertisset, plúsque obscurum bellum, quàm aperta manus potuisset, intellexisset fortasse consceleratus ille ac nefarius se in capitis sui perniciem hac celeritate usum fuisse; ac priusquam Persæ de ipsius vesania supplicium sumpsissent, amentiæ pœnas in Romanorum finibus, in quos impetum facere non dubitarat, persolvisset; quod vel hinc conjecturâ colligi potest. Nam cùm adhuc progrederetur, atque obscuram & C incognitam expeditionem suam esse existimaret, præstantissimus Imperator ita eum toto exercitu circumfudit, atque undequaque cinxit, ut fugam quoque omnem ipsi præcideret, quemadmodum ex his quæ postea secuta sunt, liquidò demonstratum est. Nam cùm jam etiam imperio potiretur, ad hunc tamen exercitum superandum non parum negotii habuit. At nunc ille adversus audaciam simul & impietatem furore ardens, ac sapientissimum hominem laqueis irretitum tenens, proh malum & peccatum nostrum! in medio itinere diem vitæ extremum claudit, cùm de benignitate sua, D tum Deo tum hominibus, multis verbis se excusasset, ac per cœpta sua & conatus testatum Christianis reliquisset, quanto pietatis tuendæ studio incitaretur.

Hæc in perniciem sui capitis, si à scopo aberrasset.

Hominum peccata, origo calamitatum.

m μθ. [m] Ὧδε δέ τι δάκρυον ἐπέρχεταί μοι χαρᾷ συμμιγὲς διὰ τὰ ἐξῆς τοῦ λόγου· καὶ οἷον ποταμοῦ καὶ πελάγους μάχη, καὶ μίξις, κῇ σάσις, ἀλλήλοις ἀντισατούντων, κῇ συνιόντων·

XLIX. Atque hîc mihi ob ea quæ deinceps sequuntur, lacrymæ gaudio permixtæ subeunt; ac velut fluminis & maris pugna, commixtióque & dissidium, inter se contendentium, ac coëuntium. Quemadmodum

Lacrymæ gaudio permixtæ è Gregorii oculis defluunt.

(a) Παρὼν, ἀλλ'. Ita Reg. bm. Colb. quatuor, & Or. 1. Alii tres Regii ααά. In pluribus deest sicut in Ed.

(b) Κλέψας τινὶ τῶν ἔνδον τὴν ἐπιχείρησιν. *Domesticorum unius operâ rem furtim aggressus*: Nempè per illum lento Constantium veneno extincturus, ut ad præstitutum diem ipse adveniens, in demortui locum, imperium adiret. Ita locum hunc intelligit Comb. De veneno tamen nihil Gregorius, nihil Elias, nihil Scholiasta. Iste proditoris tantùm meminit Juliano indicantis, quo tempore rem aggredi oportunum esset. Elias vero structas Constantii vitæ insidias commemorat; quænam autem illæ fuerint, silet. Non aliud forsan vult Gregorius, quàm Juliano certum fuisse, Constantio necem conscisscere, dolo, proditione, veneno, aliisve modis occultioribus, & jam ad facinus diem condictum.

(c) Ὥστε εἶναι μή. Sic Regg. melioris notæ codd. a. b. u. hm. In Ed. μὴ εἶναι.

(d) Ἔδειξε. Colb. k. ἐδίδαξε

(e) Εἰ μή γε &c. *Nam si hoc Dæmonibus concedamus, etiam hoc ipsum quod Julianus nequam & improbus sit, adscribemus.*

(f) Προὔλαβε. Mss. nonnulli, προέλαβε.

(g) Τὴν ἐμπληξίαν. Sic octo Regg. quatuor Colb. Or. 1. &c. Ed. τῆς ἐμπληξίας.

(h) Βασιλέως. Sex Regg. aliique nonnulli, βασιλεῶν, quod majorem emphasim habet.

(i) Ὢ τῆς ἡμετέρας κακίας. *Proh malum nostrum!* id est, *nostro vitio effectum est, ut Constantius antè moreretur, quàm Julianum vinceret ac repelleret.*

(k) Πολλά &c. Vult hîc Gregorius Constantium morientem suæ in Julianum benignitatis pœnituisse. Ammianus verò scribit eum statuisse *voce suprema & integro sensu, ut suus esset successor Julianus.* Uterque forsan est verax. Promoti Juliani pœnitere potuit Constantium, eumque reipsâ pœnituisse argumento est suscepta contra eum expeditio. Idem potuit nihilominus imperium Juliano asserere, quod jam aufferre non valebat; idque ut tum publicæ tranquillitati, tum Imperatrici Faustinæ & fructui, quo gravida erat, consuleret.

(l) Διὰ τῆς ὁρμῆς &c. *Ex ipsa aggressione, susceptâ pietatis causâ expeditione, &c.*

(m) Ὧδε δέ. Deest δέ in multis codd.

enim ex poſtremis voluptas, ita ex iis quæ præceſſerunt, mihi lacrymæ oriuntur; non ob Chriſtianos tantùm, eámque, quæ ipſis accidit, vexationem, aut à Diabolo invecta eſt, & à Deo propter judicia, quæ ipſe novit, permiſſa, ac fortaſſe propter elationem noſtram, purgatione indigentem; verùm etiam ob ipſam illius animam, eorúmque qui ad eamdem perniciem ab eo ſimul abrepti ſunt.

A ἐκ μὲν γὰρ τῶν [a] τελευταίων πάσχω τὰ τῆς ἡδονῆς, ἐκ δὲ τῶν προλαβόντων τὸ δάκρυον· οὐχ ὑπὲρ Χριστιανῶν μόνον καὶ τῆς συμπεσούσης αὐτοῖς ἐπηρείας, ἣ παρὰ τοῦ πονηροῦ προσπεσούσης, [b] καὶ παρὰ Θεοῦ συγχωρηθείσης δι' ἃς οἶδεν αἰτίας, καὶ τυχὸν διὰ τὴν ἔπαρσιν ἡμῶν δεομένην [c] καθάρσεως· ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἐκείνου ψυχῆς, καὶ τῆς ὑπ' αὐτῶ συναρπασθέντων πρὸς τὴν αὐτὴν ἀπώλειαν. a b c

Quid potiſſimum in impiis deflendum.

L. Quidam enim extremas duntaxat eorum plagas, pœnáſque in hoc ſæculo perſolutas deplorant; nimirum ii qui hujus tantùm vitæ rationem habent, nec ad futura ſupplicia mente penetrant, nec ullam rerum in hac vita geſtarum reddendam rationem atque mercedem fore arbitrantur; ſed brutarum animantium ritu in diem atque in præſens ſemper vivunt, ac ſolâ hujus vitæ tranquillitate beatitudinem metiuntur, contráque adverſis rerum caſibus infelicitatem definiunt. Mihi verò graviùs eos lugere ſubit ob ſequentis vitæ cruciatus, eáque quæ improbos & ſceleratos manent, ſupplicia. Nondum enim quod maximum eſt dico, nempe hoc ipſum, à Deo ejici, quàm dura & acerba illis pœna ſit.

ν. Οἱ μὲν γὰρ ταῖς τελευταίαις αὐτῶν πληγαῖς καὶ ταῖς ἐντεῦθεν βασάνους ὀδύρονται· οἷς τὸ ζῆν τοῦτο [d] νομίζεται μόνον, καὶ οὐκ ἐξικνοῦνται τῇ διανοίᾳ πρὸς τὰ ἐκεῖθεν, οὐδὲ εἶναί τινα νομίζουσι τῆδε βεβιωμένων [e] λογισμὸν καὶ ἀντίδοσιν· ἀλλὰ ζῶσι βίον ἀλόγων, τὸ πρὸς ἡμέραν καὶ τὸ παρὸν ἀεὶ βιοτεύοντες, ἑνὶ τούτῳ, τῇ ἐντεῦθεν ῥᾳστώνῃ μετροῦντες τὸ εὐδαιμονεῖν, & πρὸς ἐναντίῳ τὸ κακοδαιμονεῖν τοῖς ἀντιπίπτουσιν· ἐμοὶ δὲ πλέον θρηνεῖν αὐτοὺς ἔπεισι τῆς ἐκεῖθεν βασάνων, καὶ τῆς ὑποκειμένης τοῖς πονηροῖς κολάσεως· καὶ οὔπω λέγω τὸ μέγιστον, αὐτὸ τὸ ἐξωσθῆναι Θεοῦ, πηλίκον αὐτοῖς εἰς κόλασιν. B D

Impunitas hujus vitæ, pœna gravior.

LI. Quî potero miſerum illum non lacrymis proſequi? quî potero non & eos ampliùs lugere, qui ſuâ ſponte accurrerunt, quàm quos ille perſecutus eſt? & rurſus eum ampliùs deflere, qui alios ſecum in exitium traxit, quàm eos qui ſuâ ſponte ad malum cucurrerunt? Quin potiùs, Chriſtianis quidem haudquaquam triſte & calamitoſum eſt, quòd pro Chriſti nomine paſſi ſint, immo omnium beatiſſimum, non propter futura tantùm præmia, ſed propter hujus etiam vitæ gloriam & libertatem, quam ipſi per pericula ſibi pepererunt. His contrà repoſitorum ac impendentium ſuppliciorum quaſi præludium quoddam ſunt ea quæ jam perpeſſi ſunt: ſatiúſque ipſis fuiſſet diuturnioribus in hac vita doloribus excruciari, quàm ad alterius vitæ tribunalia reſervari. Atque hæc mihi propter eam legem dicta ſunt, quæ de inimici caſu lætari nos vetat, atque ab iis qui ſtant commiſerationem expoſcit. Nunc ad ipſum rurſus oratio referenda eſt.

Prov. XXIV. 17.

να. Πῶς μὴ δακρύσω τὸν ἄθλιον; πῶς μὴ πλέον μὲν τῆς δεδιωγμένων τοὺς προσδραμόντας; πλέον δὲ τῆς αὐτομολησάντων εἰς τὴν κακίαν, θρηνήσω τὸν συναρπάσαντα; μᾶλλον δὲ τοῖς μὲν οὐδὲν δεινὸν τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ παθεῖν, ἀλλὰ καὶ πάντων μακαριστόταλον, οὐ διὰ τὰ ἐκεῖθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἐντεῦθεν εὐδοξίαν καὶ παῤῥησίαν, ἣν διὰ τῆς κινδύνων ἑαυτοῖς ἐχαρίσαντο· τοῖς δὲ προοίμιον τῶν ὑποκειμένων καὶ ἀπειλημένων, ἅπερ ἤδη πεπόνθασι· καὶ βέλτιον ἦν αὐτοῖς, εἰ ἐντεῦθεν μακρότερον ἐκολάσθησαν, ἢ τοῖς [f] ἐκεῖ δικαιωτηρίοις ἐταμιεύθησαν· ταῦτα μὲν οὖν διὰ τὸν [g] νόμον, τὸν τῷ πλησίον τὸ ἐχθρὸν μὴ ἐπιχαίρειν κελεύοντα, καὶ τὸ συμπαθὲς ἀπαιτοῦντα πρὸς τοὺς ἐσπικότων· ἐμοὶ δὲ πάλιν πρὸς [h] αὐτὸν ἐπανακτέον τὸν λόγον. e f g h

Julianus imperium adeptus ſtatim impietatem profitetur.

LII. Quodnam hoc tam pertinax mali ſtudium? Quis tantus impietatis amor? quis tam effuſus ad exitium curſus? Unde tam infeſtus Chriſti hoſtis, qui Chriſti diſcipulus fuerat, qui tot tantíſque veritatis ſermonibus aſſueverat, multáque ad ſalutem ſpectantia, partim dixerat, partim audiverat?

νϛ. Τίς ἡ [i] τοσαύτη τοῦ κακοῦ φιλονεικία; τίς ὁ τῆς ἀσεβείας ἔρως; τίς ὁ δρόμος τῆς ἀπωλείας; πόθεν οὕτω μισόχριστος, ὁ Χριστοῦ μαθητὴς, ὁ τοσούτοις λόγοις τῆς ἀληθείας πρὸς-ομιλήσας, καὶ τὰ μὲν εἰπὼν, τὰ δὲ ἀκούσας παρὰ φερόντων εἰς σωτηρίαν; οὐ γὰρ ἔφθη κληρονομήσας i

(a) Τελευταίων πάσχω τά. Sic plures Mſſ. Regg. ſic Coisl. & Paſſ. ſic etiam legunt Sav. & Combef. Deeſt πάσχω in Ed.
(b) Καί. Sic Regg. ſeptem prò ἤ, quod pravè habent Editi.
(c) Καθάρσεως. Plerique codd. καθαιρέσεως.
(d) Νομίζεται. Mont. ſcribit: λογίζεται.
(e) Λογισμόν. Billius, *cenſuram.*
(f) Ἐκεῖ δικαιωτηρίοις. Alibi δικασηρίοις. In Heins. & Montac. γρ. ἐκεῖθεν δικασηρίοις.
(g) Νόμον, τὸν τῷ. In pleriſque codicibus, νόμον τῷ.
(h) Αὐτόν. Billius, ἑαυτόν.
(i) Τοσαύτη. Sic tres Regg. duo Colb. Or. 1. Paſſ. &c. In Ed. τοιαύτη.

κληρονομήσας

ρονομήσας τὴν βασιλείαν, καὶ παῤῥησιάζεται τὴν ἀσέβειαν, ὥσπερ ἢ τὸ γενέσθαι ποτὲ Χριστιανὸς αἰσχυνόμενος, ἢ μυησικακῶν ὑπὲρ τούτῳ Χριστιανοῖς, οἷς τοῦ ὀνόματος ἐκοινώνησε· ἢ τὸ μὲν πρῶτον αὐτῷ τῶν τολμημάτων, ὡς οἱ τοῖς ἀπῤῥήτοις ἐκείνου καλλωπιζόμενοι· εἰς οἵους ἐμπίπλειν ἀναγκάζομαι λόγους· αἵματι μὲν οὐχ ὁσίῳ τὸ λουτρὸν ἀπορῥύπλεται, τῇ καθ' ἡμᾶς τελειώσει τὴν τελείωσιν τοῦ μύσους ἀντιλιθείς, ὗς ἐν βορβόρῳ κυλισθείς, κατὰ τὴν παροιμίαν· καὶ τὰς χεῖρας [a]ἀφαγνίζεται τῆς ἀναίμακτου θυσίας ἀποκαθαίρων, [b]δι' ἧς ἡμεῖς Χριστῷ κοινωνοῦμεν, καὶ τῶν παθημάτων καὶ τῆς θεότητος· [c]ἐντόμοις δὲ καὶ θυσίαις, [d]καθιζᾷ τὰ βασίλεια, κακοῖς συμβούλοις κακῆς ἀρχῆς χρώμενος.

νγ. Ἀλλ' ἐπειδή γε [e]ἐντόμων ἐμνήσθην, καὶ τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα τοῦ ἀνδρὸς δεισιδαιμονίας, ἢ κακοδαιμονίας εἰπεῖν οἰκειότερον, [f]οὐκ οἶδα πότερον γραφῇ παραδῶ τὸ θρυλλούμενον θαῦμα, ἢ ἀπιστήσω τοῖς λέγουσι. [g]καὶ γὰρ αὐτὸς ταλαντεύομαι τὴν γνώμην, καὶ οὐκ ἔχω [h]ὁποτέρωσε νεύσω, μεμιγμένων τῶν δικαίως ἂν πιστευθέντων τοῖς οὐκ ἀξίοις πίστεως· τὸ μὲν γὰρ ἐπισημῆναί τι τῇ τοσαύτῃ τοῦ καινοῦ καινοτομίᾳ καὶ δυσσεβείᾳ, τῶν οὐκ [i]ἀπίστων, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἤδη συμβεβηκότων περὶ τὰς μεγίστας μεταβολάς· [k]τὸ δὲ καὶ τὸν τρόπον τοῦτον, σφόδρα ἐμοὶ γοῦν θαῦμαστὸς ἄξιον, καὶ πᾶσι τοῖς καθαρῶς δηλοῦσθαι τὰ καθαρὰ βουλομένοις τε καὶ νομίζουσι.

νδ. Τὸ δ' οὖν λεγόμενον, ὅτι θυομένῳ τὰ σπλάγχνα τὸν σταυρὸν ἀναδείκνυσι σεφανούμενον, ὃ τοῖς μὲν ἄλλοις φρίκην παρέσχε, καὶ ἀγωνίαν, καὶ [l]τοῦ ἡμέτερου κράτους συναίσθησιν· τῷ δὲ διδασκάλῳ τῆς ἀσεβείας, ἢ θάρσος δῆθεν, ὡς [m]περιγεγραμμένων ἡμῶν ἢ συνειργμένων· οὕτω

πλεῖον νέμειν ἐχθρῶν γενναιότητι, ἢ κακίᾳ τῶν οἰκειοτάτων καὶ μαλακίᾳ. ὁρᾷς τοὺς ἀβίους τούτους καὶ ἀνεσίους, ἢ ἀσάρκους μικροῦ καὶ ἀναίμονας, καὶ Θεῷ κατὰ τοῦτο πλησιάζοντας; τοὺς ἀνιπτόποδας καὶ χαμαιεύνας, [a] ὅ φησιν ὁ σὸς Ὅμηρος, ἵνα τινὰ δαιμόνων τιμήσῃ [b] τῷ πλάσματι, [c] τοὺς κάτω καὶ ὑπὲρ τὰ κάτω; τοὺς ἐν ἀνθρώποις, καὶ ὑπὲρ τὰ ἀνθρώπινα; τοὺς δεδεμένους, καὶ ἐλευθέρους; τοὺς κεκρατημένους, καὶ ἀκρατήτους; ὧν οὐδὲν ἐν κόσμῳ, καὶ πάντα τὰ ὑπὲρ κόσμον; ὧν διπλοῦν τὸ ζῆν, τὸ μὲν ὑπερορώμενον, τὸ δὲ σωουδαζόμενον; τοὺς διὰ τὴν νέκρωσιν ἀθανάτους, τοὺς [d] διὰ λύσιν Θεῷ συνημμένους; [e] τοὺς ἔξω πόθου, καὶ μετὰ τοῦ θείου καὶ ἀπαθοῦς ἔρωτος; ὧν ἡ πηγὴ τοῦ φωτὸς, καὶ ὧν ἤδη τὰ ἀπαυγάσματα; ὧν αἱ ἀγγελικαὶ ψαλμῳδίαι, καὶ ἡ πάννυχος στάσις, καὶ ἡ τοῦ νοῦ πρὸς Θεὸν ἐκδημία πρεσπαζομένου; ὧν ἡ κάθαρσις, [f] καὶ ὧν τὸ καθαίρεσθαι, μηδὲν μεῖζον εἰδότων ἀναβάσεως καὶ θεώσεως; ὧν αἱ πέτραι, καὶ ὧν οἱ οὐρανοί; ὧν τὸ ἐρρῖφθαι, καὶ ὧν οἱ θρόνοι; ὧν ἡ γυμνότης, καὶ ὧν ἀφθαρσίας ἔνδυμα; ὧν ἡ ἐρημία, καὶ ὧν ἡ ἐκεῖθεν πανήγυρις; ὧν τὸ τυραννεῖσθαι τὰς ἡδονὰς, καὶ ὧν [g] ἡ ἀπόλαυσις [h] ἡ ἄλυτος καὶ ἀνέκφρασος; ὧν τὸ δάκρυον, ἁμαρτίας καθαρμὸς, κόσμου καθάρσιον; ὧν ἔκτασις χειρῶν φλόγα σβέννυσι, θῆρας κοιμίζει, ἀμβλύνει ξίφη, κλίνει φάλαγγας, [i] ἐπισομίσει καὶ τὴν σὴν ἀσέβειαν, εὖ ἴσθι, κἂν πρὸς ὀλίγον ἀρθῇς καὶ παίξῃς τὸ τῆς ἀσεβείας δρᾶμα μετὰ τῶν σῶν δαιμόνων;

a b c d e f g h i

οϐ. Πῶς οὐδὲ ἅδτά ζοι φοβερὰ, ὦ λίαν τολμηρὲ σὺ καὶ [k] θανατῷ, εἴπερ ἄλλός τις; πῶς οὐκ αἰδέσιμα; ἅδτα μὲν ἤδη καὶ πολλῷ τιμιώτερα [l] τῆς Σόλωνος ἀπληςίας τοῦ ζοφοδ τε καὶ νομοθέτου, ἣν Κροῖσος ἤλεγξε τῷ Λυδίῳ χρυσῷ· καὶ [m] τῆς Σωκράτους φιλοκαλίας· αἰδοδμαι γὰρ εἰπεῖν παιδεραςίας, κἂν σεμνο-

k l m

(*a*) Ο φησιν &c. Paſſ. ὡς φησιν ὁ σὸς Ομηρος. Iliad. lib. 16. v. 236.

Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπλόποδες, χαμαιεῦναι.
Tui habitant vates, illotis pedibus, humi dormientes.

(*b*) Τῷ πλάσματι. Nonnulli codices, τοῖς πλάσμασι.
(*c*) Τὲς κάτω &c. Billius: *hos humiles & ſupra infera.*
(*d*) Διὰ λύσιν. *Per diſſolutionem*, nempè *corporis.*
(*e*) Τὲς ἔξω πόθυ &c. Billius: *hos ab amore alienos, & divino atque omni vitioſâ affectione vacuo amore flagrantes.*
(*f*) Καὶ ὧν τὸ καθαίρεσθαι. Billius: *& quorum purgari*, malim, *qui purgati ſunt & purgantur.*
(*g*) Η ἀπόλαυσις. Deeſt ἡ in pleriſque codicibus.
(*h*) Η ἄλυτος. Sic plures codd. In pluribus tamen Regg. Colb. Paſſ. &c. legitur, ἡ ἀναλοίωτος, *nulli obnoxia mutationi.*
(*i*) Επισομίσει &c. *Tuæque ipſius impietatis os obturabunt.* Ex his liquet nondum morte ſublatum Apoſtatam, cùm hæc ſcripſit Gregorius.
(*k*) Θανατῷ. Heinſius, *fortè*, ἀναισχυντῶν, *impudentiſſime.*
(*l*) Τῆς Σόλωνος &c. *Solonis inexplebili cupiditate.* Non legimus Solonem à quoquam avaritiæ inſimulatum fuiſſe, imo potius narratur ipſum Cræſi opes ſpreviſſe, hancque ob cauſam à Cræſo turpiter expulſum fuiſſe.
(*m*) Τῆς Σωκράτυς &c. *Socratico pulchri amore.* Socratem hoc nomine perſæpè inſectatur Lucianus.

a ποιῆται ταῖς ἐπινοίαις· καὶ [a]τῆς Πλάτωνος λιχνείας τῆς Σικελικῆς, δι' ἣν καὶ πιπραάσκεται, καὶ οὐδὶ ὑπό τινος ἐξωνεῖται τῶν αὐτοῦ
b μαθητῶν, ἢ ὅλως Ἑλληνος· καὶ [b]τῆς Ξενοκράτους ὀψοφαγίας· καὶ
c [c]τῆς Διογένους σωμυλίας, τοῦ τὸν πίθον οἰκοῦντος, ὑφ' ἧς τοὺς ξένους ὑπεξίστησι τοῖς τυράννοις ἐκ τῆς τραγῳδίας, τοὺς εὐτελεῖς ἄρτους [d]τοῖς σησαμοῦσι·
e καὶ [e]τῆς Ἐπικούρου φιλοσοφίας, οὐδὲν ὑπὲρ
f τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν [f]ὁριζομένης. μέγας ὑμῖν ὁ
g [g]Κράτης· καὶ γὰρ ὄντως φιλόσοφον, τὸ μηλόβοτον ἀφεθῆναι τὴν οὐσίαν, καὶ τοῖς παρ' ἡμῖν φιλοσόφοις ὅμοιον· ἀλλὰ πομπεύει τὴν ἐλευθερίαν τῷ κηρύγματι, ὡς ἄν τις οὐ φιλόσοφος
i h μᾶλλον ἢ [h]φιλόδοξος. [i]μέγας ὁ τῆς νηὸς χειμαζομένης, καὶ πάντων ἐκριπτουμένων, χάριν ὁμολογῶν τῇ τύχῃ συνελαύνῃ εἰς τὸ τριβώνιον.
k μέγας [k]ὁ Ἀντισθένης, ὅτι τὸ πρόσωπον συντριβεὶς ὑπό τινος τῷ ὑβρισῶν καὶ θρασέων, ἐπι-
l γράφει τῷ [l]μετώπῳ μόνον, ὥσπερ ἀνδριάντι
m [m]δημιουργῶν, τὸν παίσαντα, ἴσως ἵνα κατηγορήσῃ θερμότερον· ἐπαινεῖς τινα καὶ τῷ οὐ
n [n]πολὺ πρὸ ἡμῶν, ὅτι πανημέριος ἑσὼς τῷ ἡλίῳ προσηύξατο· ἴσως αὐτὸν τηρήσας καὶ
o προσγειότερον, ἵνα καὶ συνέλῃ τὴν εὐχήν, [o]δυο-
p μένῳ συγκαλύσας· καὶ τὴν [p]ἐν Ποτιδαίᾳ σάσιν, τὴν ἐν χειμερίῳ τῇ ὥρᾳ, πάννυχον τῇ
q θεωρίᾳ [q]προσφιλοπονήσαντος, ὥστε μηδὲ
r [r]ἐπαισθάνεσθαι τοῦ κρύους διὰ τὴν ἔκστασιν· ἢ
s καὶ [s]τὴν Ὁμήρου φιλομάθειαν περὶ τὸ Ἀρκα-

rorum amorem dicere, etiamsi honestiore vocabulo callidè obtegatur; & Siculâ Platonis liguritione, ob quam etiam ipse venditur, ac ne ab ullo quidem discipulorum, immo nec ab aliquo Græcorum redimitur; & Xenocratis voracitate; & Diogenis illius, dolium incolentis dicacitate, per quam tragicis tyrannis hospites, hoc est, placentis viles panes, loco cedere jubet; & Epicuri philosophiâ, quæ nullum voluptate superius bonum constituit. Magnus apud vos est Crates: verè enim philosophicum est, pecudibus depascenda prædia sua reliquisse, nostrísque Philosophis consimile. At publico præconio libertatem ostentat, perinde ac quispiam, non sapientiæ magis quàm gloriæ studiosus. Magnus ille, qui, cùm navis tempestate jactaretur, atque omnia in mare projicerentur, gratias Fortunæ agebat, tanquam ad philosophici pallii angustias eum redigenti. Magnus Antisthenes, quòd à petulanti quodam atque audaci homine toto ore contusus, in fronte duntaxat, quasi in statua artifex, percussoris nomen inscripsit; fortasse ut acerbiùs accusaret. Laudas etiam quendam eorum qui non longè ante nos fuerunt, quòd toto die stans Soli preces adhibuerit: fortasse id tempus captarat, quo propinquior terris esse solet, ut orationem contraheret, eàmque simul cum ipsius occasu finiret. Quin illum etiam laudibus afficis, qui Potidææ hyberno tempore, addito ad studium labore, pernox in speculatione quadam stetit, ita ut ne vim quidem frigoris propter mentis abstractionem sentiret. Laudas insuper in Homero discendi amorem circa Arcadicam quæstionem, & in Aris-

Plato. Xenocrates & Diogenes. Epicurus. Crates. Zeno. Antisthenes. Homerus & Aristoteles.

(a) Τῆς Πλάτωνος &c. *Platonis liguritione.* Lucianus in Dial. de Parasito scribit nullam aliam Platoni causam fuisse in Siciliam navigandi, quàm ut Dionysio parasitaretur, eumque ob hujus artis imperitiam in maximas calamitates incidisse.

(b) Τῆς Ξενοκράτες &c. *Xenocratis voracitate.* Xenocrati objecta non legitur voracitas; imò frugalitatis laude donatur à Scriptoribus.

(c) Τῆς Διογένες .... ἐκ τῆς τραγῳδίας. Hæc ultima verba desunt in Reg. u. & Or. 1. Combefisius sic vertit: *Dicacitate quâ falsè usurpatâ ex Tragœdia voce Tyrannis hospites cedere &c.* Cùm Diogenes aliquando apud quemdam cænaret, eique simul & placentæ & hordeacei panes apponerentur, submotis panibus, in placentas manus injecit, non infestivè illud tragicum proferens:

Ω ξένε τυράννοις ἐκ πόδων μεθίστασο.

O hospes Tyrannis cede locum.

id est, *melioribus & præstantioribus cede.* Sic Diogenes per Tyrannos *placentas*, per hospites significans *viles panes*, quos melioribus cedere jubebat.

(d) Τοῖς σησαμοῦσι. *Placentis ex sesamo, melle & oleo.*

(e) Τῆς Ἐπικούρε &c. *Epicuri Philosophiâ.* Deum & providentiam ejiciens Epicurus, omnis boni finem voluptatem statuebat.

(f) Ὁριζομένης. Reg. l. ὁρισαμένε. Pass. ὁρισάντος.

(g) Κράτης. Crates Thebanus, pecunias populo projecit, ac prædia μηλόβοτα, id est, *ovium pabula*, fieri permisit. Deinde conscenso sublimi loco, publico præconio hæc verba pronuntiavit: *Crates Thebanum Cratem libertate donat.*

(h) Φιλόδοξος. *Gloriæ studiosus.* Ex his patet, quàm verè Tertullianus Philosophos *gloriæ animalia* appellarit. Ipse Lucianus frequenter Philosophorum vitia irridet.

(i) Μέγας ὁ τῆς &c. Ad Zenonem hîc alludit Gregorius. Ille enim Philosophus, cùm navis tempestate jactaretur, atque merces in mare projicerentur, Fortunæ gratias agebat, ut quæ eum ad pallium compulisset.

(k) Ο Αντισθένης. Antisthenes à petulanti quodam homine toto ore contusus, ut injuriam ulciscereturr, percussoris nomen in fronte inscripsit.

(l) Μετώπῳ. Pass. προσώπῳ.

(m) Δημιεργῶν. Ita Ed. Alii, δημιεργόν. Optima lectio, quæ sic reddi potest: *fronti inscripsit percussorem, ut statuæ artificem;* id est, *percussoris & opificis nomen.* Elias sic exponit: *acceptâ chartâ, in eaque inscripto percussoris nomine, eam fronti agglutinavit, hâc videlicet ratione ipsum perspicuum reddens, non secus ac si quis in statua sculptoris nomen inscriberet.*

(n) Πολύ. Sic omnes codd. Par. ed. addit τό.

(o) Δυομένῳ συγκαλύσας. *Utpote quam unà cum sole occumbente finiret.* Is est Eliæ sensus, qui sic de isto Philosopho historiam refert: *cùm Roma*, inquit, *quondam à Barbaris bello vexaretur, Romanus quidam Philosophus sub solis ortum stans, per totum diem in oratione versatus est; ac delapso è cælo igne unà cum Barbaris ipse quoque crematus est.*

(p) Εν Ποτιδαίᾳ. *Potidææ.* Id exciderat Interpreti. Combef. Ποσιδαίᾳ. In Elia legitur: *Potidæa urbs est ad Thraciam sita. Philosophus quidam Potidæates, cùm precandi causâ stetisset, ac deinde in contemplatione extra se raptus fuisset, totâ nocte ita in oratione perstitit, ut vim frigoris nullo modo persentiret.*

(q) Προσφιλοπονήσαντος. *Addito ad studium labore.* Montac. præfert, προσφιλοπονήσαντα, sed malè tuetur. Hanc vocem non reddidit Billius.

(r) Επαισθάνεσθαι. Ita Sav. Combef. Ald. Bas. & Codices. In Par. ed. ἐπαισθέσθαι.

(s) Τὴν Ομήρε... περὶ τὸ Αρκαδικὸν &c. Arcades pisça-

totele philoſophiam & diutinam moram ad reciprocos Euripi æſtus, quibus uterque occubuit. Effers etiam Cleanthis puteum, & Anaxagoræ cingulum, & Heracliti mœſtitiam.

Cleanthes, Anaxagoras & Heraclitus.

LXXIII. Quot verò homines his virtutibus excelluerunt, & quamdiu? Infinitam autem illam apud nos hominum multitudinem non miraris, ac ſuſpicis; qui & hæc & his ſublimiora philoſophantur, in omni vitæ genere & inſtituto, atque in omnibus, ut ſic loquar, terrarum oris, viri juxta ac mulieres, virtutis æmulatione certantes, atque hîc ſolùm ſexûs obliviſcentes, ubi Deus per caſtitatem & tolerantiam conciliandus eſt; nec obſcuri ſolùm & ignobiles, & propter priſtinæ conditionis tenuitatem laboribus aſſueti, ſed etiam valdè quondam ſublimes & ſplendidi, tum opibus, tum nobilitate, tum potentiâ, Chriſti imitandi ſtudio ſeſe præter morem afflictantes: qui, etſi ſermonis elegantiâ careant, (quòd ne in ſermone quidem pietatem conſtituant, parvúſque, ut cuidam etiam Poëtarum veſtrorum placuit, ſapientiæ ab ore manantis fructus ſit,) præſtantiores tamen ſunt prudentiâ, atque doctrinâ in actione.

Monachorum multitudo.

Præſtantior eſt doctrina in actione quàm in ſermone.

LXXIV. Sed tamen his omnibus contemptis ac pro nihilo habitis, unúmque id ſpectans, ut à Dæmonibus, à quibus ſæpè, ut æquum erat, proſtratus fuerat, gratiam iniret, priuſquam negotiorum publicorum aliud quicquam conſtituiſſet, in Chriſtianos impetu fertur. Ac duo quidem iſta eum ſolicitum habebant, Galilæi nempè, ſic enim ipſe contumeliæ causâ nos appellabat, & Perſæ, magnâ tolerantiâ in gerendo bello perſtantes: verùm uſque adeò majori curâ animíque ſtudio & contentione in perniciem noſtram incumbendum eſſe ducebat, ut Perſicum bellum inſtar nugarum & ludi

Julianus Reipublicæ adminiſtrationem à Chriſtianorum perſecutione auſpicatur.

Chriſtianos per contẽtum Galilæos vocat.

δικὸν ζήτημα, καὶ [a] τὴν Ἀριστοτέλους φιλοσοφίαν καὶ προσεδρίαν ἐπὶ ταῖς τοῦ Εὐρίπου μεταβολαῖς, [b] ὑφ' ὧν τεθνήκασι· καὶ [c] τὸ Κλεάνθους φρέαρ, καὶ [d] τὸν Ἀναξαγόρου ἱμάντα, [e] καὶ τὴν Ἡρακλείτου κατήφειαν. a b c d e

ογ. Πόσοι ταῦτα, καὶ μέχρι τίνος; τὰς δὲ παρ' ἡμῖν οὐ θαυμάζεις χιλιάδας καὶ μυριάδας· καὶ ταῦτα καὶ τούτων ἔτι θαυμασιώτερα φιλοσοφούντων, [f] ἐν παντὶ τῷ βίῳ, [g] καὶ κατὰ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν οἰκουμένην, ἀνδρῶν τε [h] ὁμοίως καὶ γυναικῶν, [i] εἰς ἀνδρείαν ἀμιλλωμένων, καὶ ταῦθα μόνον ἐπιλανθανομένων τῆς φύσεως, οὗ δεῖ Θεὸν οἰκειοῦσθαι δι' ἁγνείας καὶ καρτερίας· [k] οὐ τῶν ἀγεννῶν μόνον, καὶ τῷ πονεῖν συνειθισμένων διὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς εὐτέλειαν, ἀλλὰ καὶ τῶν λίαν ὑψηλῶν ποτε καὶ λαμπρῶν, καὶ πλουσίᾳ, καὶ γένει, καὶ δυνασείᾳ, καινοτομούντων [l] τὸ δυσπαθεῖν διὰ τὴν Χριστοῦ μίμησιν· ὧν [m] κἂν ὁ λόγος μὴ ᾖ, διὰ τὸ μηδ' ἐν λόγῳ τίθεσθαι τὴν εὐσέβειαν, καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ στόματος ἀρετῆς βραχὺν εἶναι τὸν καρπὸν, ὡς καὶ τῶν παρ' ὑμῖν τινι ποιητῶν ἔδοξεν, ἀλλὰ τὸ εὔλογον πλεῖον, καὶ ἡ ἐν τοῖς πράγμασι παίδευσις. f g h i k l m

οδ. Ἀλλ' ὅμως ἅπαντα παριδὼν ταῦτα, καὶ πρὸς ἓν τοῦτο μόνον ἰδὼν, ὅπως ἂν χαρίσαιτο τοῖς κατηγόροις πολλάκις αὐτὸν [n] ἀξίως δαίμοσι, πρὶν ἄλλό τι παθεῖν τῶν κοινῶν, ἐπὶ Χριστιανοὺς φέρεται· καὶ δύο μὲν ταῦτα ἦν αὐτῷ τὰ σπουδαζόμενα, Γαλιλαῖοί τε, [o] ὡς αὐτὸς ἐφυβρίζων ἐκάλει, καὶ Πέρσαι τῷ πολέμῳ καρτερῶς σχολάζοντες· [p] οὕτω δὲ τὸ ἡμέτερον [q] μεῖζον καὶ [r] περισπουδαστότερον, ὥστε λῆρον καὶ παιδιὰν αὐτῷ τὸ κατὰ Πέρσας νομίζεσθαι· καὶ τοῦτο n o p q r

tores cùm aliquandò obvios habuiſſet Homerus, his verbis interrogavit:

Ἀνδρὲς ἀπ' Ἀρκαδίας ἁλιῆτορες ἦ ῥ' ἔχομέν τι;
Viri Arcades piſcatores numquid piſcati ſumus?

Qui reſpondentes, hunc verſum illi regeſſerunt:

Οὓς ἕλομεν λιπόμεσθ', ὅς δ' ἐχ ἕλομεν, φερόμεσθα.
Quoſcumque cepimus, reliquimus, quos verò non cepimus nobiſcum portamus.

nimirum, cùm nihil piſcium capere poſſent, in littore deſidentes, pediculis quærendis operam dederant. Horum quotquot ceperant, abjecerant; quos autem non invenerant, domum retulerant. Quod ænigma ſolvere cùm non potuiſſet Homerus, præ mœrore obiit, ut ſcribit Plutarchus; ſunt tamen qui id negant.

(*a*) Τὴν Ἀριστοτέλους &c. *Ariſtoteles cùm Euripi Chalcidici naturam inveſtigare non poſſet, maximo ex dedecore & ignominiâ dolore perculſus, vitam reliquit:* ὑπὸ τῆς Εὐρίπου φύσιν τῆς ὄντος ἐν Χαλκίδι γνῶναι δυνηθεὶς, τὴν πολλὴν ἀδοξίαν καὶ αἰσχύνην λυπηθεὶς, μετέσχη τοῦ βίου. Sic Juſtinus Martyr cohort. ad Græcos, p. 33.

(*b*) Ὑφ' ὧν. Reg. I. addit, καί.

(*c*) Τὸ Κλεάνθους &c. *Cleanthis puteum.* Tanto philoſophiæ amore flagraſſe dicitur *Cleanthes*, ut noctu aquam in hortis hauriret, indeque non nihil pecuniæ colligeret, quâ diuturna tempora litterarũ ſtudiis daret.

(*d*) Τὸν Ἀναξαγόρα &c. *Anaxagoræ cingulum.* Anaxagoras librum de difficilibus quæſtionibus edidit, quem *lorum* nuncupavit, putans fore ut ii qui hunc librum legerent, difficultatibus illigarentur.

(*e*) Καὶ τὴν Ἡρακλείτου. Heraclitus Philoſophus Epheſinus, qui, quotics domo egrediebatur, flere ſolitus erat, humanam miſeriam proſpiciens.

(*f*) Ἐν παντὶ τῷ βίῳ. *Per omnem vitam*, quod opponitur, μέχρι τίνος; *quamdiu?* De Monachis hîc præcipuè eſt ſermo.

(*g*) Καὶ κατά. Paſſ. aliique plures, καὶ τῶν κατά.

(*h*) Ὁμοίως. Reg. bm. & Montac. ὁμοῦ.

(*i*) Εἰς ἀνδρείαν. Heinſius, *fortè*, τοῖς ἀνδράσιν. Bill. interpretatur *cum viris.* Combef. *virilis animi laude.*

(*k*) Οὐ τῶν ἀγέννων. Ita Reg. bm. & Savil. Ed. ἐκ ἀγέννων. Tres Regg., ἐκ ἀγένων.

(*l*) Τὸ δυσπαθεῖν. Sic omnes codices. Deeſt τό in Editis. Combef. *novo ſibi vitæ genere duram corporis tractationem atque labores indicendo.*

(*m*) Κἂν ὁ λόγος μὴ ᾖ. Paſſ. κἂν ὁ λόγος ἀπῇ. Alii, κἂν ὁ λόγος ᾖ. *Quibus etſi dicendi facultas deſit & eruditio.*

(*n*) Ἀξίως. Deeſt in quatuor Regg. Or. I. &c.

(*o*) Ὡς αὐτός. Reg. hu. Colb. 3. & Paſſ. ὃς αὐτός.

(*p*) Οὕτω. Heinſius, *fortè*, τούτων.

(*q*) Μεῖζον. Reg. bm. μείζω.

(*r*) Περισπουδαστότερον. Paſſ. περισπουδάσλερον.

a [a] οὐκ ἐκφαίνει μὲν, οὐ κρύπλει δέ· ἀλλὰ τοσοῦ-
τον ἦν αὐτῷ τὸ φθονὸν τῆς μανίας, ὥσε ἀεὶ καὶ
φθὸς πάντας ὁμολογῶν οὐκ ἐπαύελο· καὶ οὐδὲ
τοῦτο συνεῖδεν ὁ πάντων συνετώταλος, ἢ ἄριςος
τοῦ κοινοῦ φθσάτης, ὅτι τοῖς μὲν φροτέροις
διωγμοῖς ὀλίγον ἦν τὸ συγχεόμενον καὶ φθδα-
b κινούμενον, οὔπω τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος [b] ἐπὶ
πολλοὺς φθάσαν]ος, ἀλλ' ἔτ' ἐν ὀλίγοις ἱςα-
μένης τῆς ἀληθείας, ἢ δεομένης ἐκλάμψεως·
c νῦν δὲ ἤδη τοῦ Ζωτηρίου λόγου [c] κεθέντος,
καὶ φθὶ ἡμᾶς μάλιςα δυναςεύσαν]ος, τὸ πει-
ρᾶσθαι τὰ Χριςιανῶν μεταθέναι καὶ φθδα-
κινεῖν, οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ τὴν Ρωμαίων φθδα-
d σαλεύειν ἀρχὴν, καὶ [d] τῷ κοινῷ παντὶ κινδυ-
νεύειν, καὶ ὧν οὐδ' ἂν οἱ ἐχθροὶ χεῖρόν τι καθ'
e ἡμῶν [e] εὔξαιντο, ταῦτα πάσχειν ὑφ' ἡμῶν αὐ-
τῷ, καὶ τῆς νέας ταύτης ἢ θαυμαςῆς φιλοσο-
f φίας καὶ βασιλείας, [f] ὑφ' ἧς ἡμεῖς εὐδαίμονες,
καὶ φθὸς τὴν χρυσῆν ἐκείνην γενεὰν τε καὶ
g πολιτείαν [g] ἐπανελη]ύθαμεν, τὴν ἀςασίαςόν
τε καὶ ἄμαχον.

h οε. [h] Η δρόμος μὲν ἀνεκτῶς διοικούμενος,
i καὶ φόρων ἄνεσις, καὶ [i] ἀρχόντων ἐκλογὴ, καὶ
k [k] κλοπῶν ἐπιτίμησις, καὶ τἆλλα ὅσα τῆς
φθσκαίρου καὶ ἀκαριαίας μακαριότη]ος καὶ
φαντασίας, μεγάλην ἔμελλε τῷ κοινῷ παρέξειν
τὴν ὠφέλειαν, καὶ φθὶθρυλλεῖσθαι ἡμῶν ἐδει
l τὰ ὦ]α τούτων [l] ἐπαινεμένων· δῆμοι δὲ ςασιά-
ζοντες καὶ πόλεις, καὶ γένη ῥηγνύμενα, καὶ
οἰκίαι διϊςάμεναι, καὶ συζυγίαι σχιζόμεναι, ἃ
τῷ κακῷ πάντα ἦν εἰκὸς ἀκολουθεῖν ἐκείνῳ,
καὶ μέν τοι καὶ ἠκολούθησε σφόδρα, ἢ φθὸς
εὐδοξίαν ἐκείνῳ κάλλισα εἶχεν, ἢ τῷ κοινῷ
m φθὸς [m] ἀσφάλειαν; καί τοι τίς οὕτως, ἢ φθὸς
ἀσέβειαν εὔκολος, ἢ τῷ κοινῶν ἔξω λογισμῶν,
ὅσις ἂν ταῦτα συμφήσειεν; ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς
n ζώμασιν, ἑνὸς μὲν, ἢ [n] δυοῖν μελῶν ἀθενέσερον
διακειμένων, οὐ χαλεπῶς ἀναφέρει τὰ λοιπὰ,
o καὶ συντηρεῖται τὸ τῆς [o] ὑγιείας ἀγαθὸν τῷ
πλείονι, ᾧ τάχα ἂν κακεῖνα φθὸς τὸ βέλτιον
ἐπανέλθοι· τοῦ δὲ πλείονος ςασιάζοντος καὶ

A cujuſdam haberet. Quod licèt non apertè declararet, non tamen obſcurè ferebat. Tanta enim in eo furoris magnitudo erat, ut apud quoſvis id confiteri nunquam deſineret. Ac ne hoc quidem perſpiciebat vir omnium ſagaciſſimus, optimúſque Reipublicæ Antiſtes, quòd prioribus quidem perſecutionibus idcirco parva perturbatio & convulſio ſequebatur, quia nondum dogma noſtrum ad multos propagatum erat, ſed in paucis adhuc hominibus veritas hærebat, ſplendorémque deſiderabat: nunc autem ſalutari doctrinâ longè latéque fusâ, & B apud nos præſertim dominante, religionem Chriſtianam immutare, atque in diverſum movere conari, nihil aliud erat quàm Romanorum imperium convellere, ac de rerum ſumma periclitari, eáque, quibus ne hoſtes quidem gravius quicquam nobis imprecari poſſint, à nobiſmetipſis perpeti, atque ab hac nova & admiranda philoſophia & principatu, propter quem nos ſcilicet beati ſumus, atque ad auream illam ætatem gerendæque Reipublicæ rationem rediimus, illam, inquam, ſeditionis & pugnæ omnino C expertem.

Chriſtianam Religionem funditùs evertere putat.

LXXV. An verò tolerabilis curſus gubernationis, & tributorum relaxatio, & magiſtratuum delectus, & furtorum caſtigatio, aliáque omnia, quæ brevis & momentaneæ felicitatis ac pompæ ſunt, magnam quandam Reipublicæ utilitatem allatura erant, atque harum rerum laudibus aures noſtras perſonare oportebat: populorum autem atque urbium diſſidia, & concertationes, & familiarum diviſio, & domorum diſſenſio, & matrimoniorum diremptio, quæ omnia hoc malum ſecutura eſſe veriſimile erat, atque etiam ſecuta ſunt, vel illi inſignem quandam gloriam, vel Reipublicæ ſecuritatem afferebant? Quis tum, vel ad impietatem proclivis, vel communi ſenſu captus eſt, qui hoc aſſentiatur? Quemadmodum enim in corporibus, cùm unum aut alterum membrum ægrum eſt, reliqua membra haud magno negotio emergunt, partíque majori ſanitatis bonum conſervatur, cujus etiam ope interdum ægræ partes in meliorem ſtatum redeunt: at cùm pleraque membra inter ſe

Levia curans, magna negligit.

Reipublicæ corpus humano corpori comparatum.

(a) Οὐκ ἐκφαίνει &c. Sic Schol. *ex hoc nec divulgat, nec diſſimulat.* Montac. ὃ κρύπλει, ἐκφαίνει δέ. *non celat, immo declarat.*

(b) Ἐπὶ πολλούς. Colb. 3. ἐπὶ πολύ.

(c) Κεθέντος καί &c. In ora Montac. γρ. Κεθέντος περὶ ἡμᾶς καί.

(d) Τῷ κοινῷ. Ita Editi & Mſſ. In Par. ed. τὸ κοινόν.

(e) Εὔξαιντο. Paſſ. ηὔξαντο.

(f) Ὑφ' ἧς &c. *Cujus nos auſpiciis beati.* Savil. ὑφ' ὧν.

(g) Επανελη]ύθαμεν. Reg. bm. συνελη]ύθαμεν.

(h) Η δρόμος. Sic ferè omnes codices. Combef. *an publici curſus tolerabilis æquitate gubernatio.* Paſſ. ἦ δῆμος. Alii, ἢ δῆμος, *populi*, aut *plebis gubernatio.*

(i) Ἀρχόντων ἐκλογή. Paſſ. ἐκλογαί. Crudeliſſimi & impiiſſimi erant hi Magiſtratus, ut ex Scriptoribus diſcimus.

(k) Κλοπῶν &c. Montac. ex Gabr. γρ. κλεπ]ῶν. Cæterum rerum publicarum adminiſtros intelligit Montacutius, qui Julianum laudat. Verùm monere debuerat, illam judiciorum curiam Julianique juſtitiam, ipſius etiam adoratoribus lacrymis dignam aliquando viſam fuiſſe, quam *ipſa fleret juſtitia.* Neque enim in Magiſtratibus deligendis, ſed *ne in amicis quidem*, teſte Eutropio, tam ſolers ac diligens erat Julianus, qui, ut ipſe fatetur Ammianus lib. 22. *ſuo, non legum arbitrio ageret.*

(l) Επαινεμένων. Coisl. 2. aliique nonnulli addunt, καὶ τῷ κοινῷ τιμωμένων.

(m) Ασφάλειαν. *Securitatem.* Billius: *tranquillitatem.*

(n) Δυοῖν. Alii cum Editis legunt δυεῖν.

(o) Υγιείας. Paſſ. συζυγίας, *concordiæ.* Non ſpernenda lectio quæ optimum ſenſum efficit.

diſſident, & graviter afflictantur, fieri jam non poteſt, quin totum corpus ægrotet, atque in perſpicuo periculo ſit: ad hunc modum in iis quoque, qui ſub imperio ſunt, ſingulorum morbos commodiori totius Reipublicæ valetudine occultari contingit; pluribus autem exulceratis & morbo affectis, tota jam Reſpublica in periculo verſatur. Quod meo quidem judicio alius, etiam nobis infenſiſſimus & infeſtiſſimus, animadvertiſſet, præſertim hoc tempore, atque in tanta Chriſtianorum amplitudine & incremento. Verùm iſtius improbitas rationi & conſilio tenebras offudit: ob eámque cauſam parvis juxta ac magnis perſecutionem molitur.

A πικρῶς ἔχοντος, οὐδὲ μία μηχανὴ μὴ τὸ πᾶν ἔχειν κακῶς, καὶ [a]κίνδυνος ἤδη τὸ τοιοῦτο ζαφὴς· οὕτω καὶ τοῖς ἀρχομένοις, ἃς μὲν καθ' ἕκαστον ἀῤῥωστίας συμβαίνει τῷ κοινῷ κρύπτεσθαι κρεῖττον ἔχοντι· τῷ πλειόνων δὲ [b]ζαθρῶς ἐχόντων τῷ παντὶ κίνδυνος· ὦ μοι δοκεῖ ἄλλον μὲν ἂν ἰδεῖν, καὶ τῶν σφόδρα μισούντων ἡμᾶς ἐν τῷ νῦν καιρῷ, & τῇ τοσαύτῃ τῷ Χριστιανῶν ἐπιδόσει. τοῦ δὲ ἡ πονηρία τοῖς λογισμοῖς [c]ἐπεσκότισε· καὶ διὰ τοῦτο μικροῖς τε ὁμοίως καὶ μείζοσι B πλέκει τὸν διωγμόν.

Chriſtianos Galilæos appellari lege ſancivit Julianus.

LXXVI. Atque illud ſanè perquàm juvenile ac leve; atque ne ullo quidem alio homine, vel mediocri animi gravitate prædito, nedum Imperatore dignum, quòd ſimul cum nominis mutatione animorum quoque noſtrorum mutationem ſecuturam eſſe arbitratus, aut certè nobis id pudori fore, quaſi turpiſſimi cujuſdam criminis accuſatis, novandum nobis cognomentum ſtatim cenſuit, Galilæos pro Chriſtianis nominans, atque, ut ita vocaremur, publicâ lege decernens. Ex quo perſpicuè oſtendit Chriſti appellationem perhonorificam eſſe, maximíque ad gloriam momenti, quoniam eam nobis eripere cogitavit. Niſi fortaſſe hoc eâ ratione fecit, quòd hujuſce nominis vim & poteſtatem, inſtar Dæmonum, reformidaret, ac proinde ad alterum nomen minùs notum & vulgare tranſierit.

ος. Ἐκεῖνο μὲν οὖν καὶ σφόδρα μειρακιῶδες καὶ κοῦφον, καὶ οὐχ ὅπως βασιλέως ἀνδρὸς, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλου τινὸς τῶν καὶ μετρίως σιβαρῶν τὴν διάνοιαν, ὅτι τῇ μεταθέσει τῆς κλήσεως ἔψεσθαι νομίσας τὴν ἡμετέραν διάθεσιν, ἢ αἰσχυνεῖν γε ἡμᾶς ὥσπερ τι τῶν [d]αἰσχίστων d ἐγκαλυμμένους, εὐθὺς καινοτομεῖ περὶ τὴν προσηγορίαν, Γαλιλαίους ἀντὶ Χριστιανῶν ὀνομάσας τε καὶ [e]καλεῖσθαι [f]νομοθετήσας· ἔργῳ e f
Chriſti nomen horrent Dæmones. g δηλῶν ὅτι μέγιστον εἰς δόξαν καὶ τιμιώτατον g ἡ [h]τοῦ Χριστοῦ κλῆσις, ἐξ ὧν ὑποπτερῆσαι ταύτης h ἡμᾶς ἐπενόησεν· ἢ φοβούμενός γε τὴν δύναμιν τῆς προσηγορίας, ὥσπερ οἱ δαίμονες, καὶ διὰ τοῦτο μεταβαίνων ἐφ' ἕτερον ὄνομα τῶν οὐκ εἰωθότων οὐδὲ γνωρίμων.

Adeo ſunt ridicula Gentilium nomina, ut magis ridicula excogitari nequeant.

LXXVII. Nos verò nomina ipſis haudquaquam invertemus; nec enim quicquam magis ridiculum excogitari poteſt, in quod ea commutare queamus; Phallos & Ithyphallos, & Melampygos, & Apygos, & Hircopedem, & venerandum Pana, illum ex omnibus procis unum Deum, atque à contumelia nomen, ut par erat, conſecutum. Apud illos enim vel unum & potentiſſimum multas injuriâ afficere oportet, vel ex multis unum eumque deformiſſimum procreari. Quocirca nec res ipſis, nec nomina invidebimus. Per nos ſanè ſuâ illis ſtultitiâ frui liceat, & ob res turpiſſimas magnificè gloriari. Quin etiam ipſis, ſi velint, Buthœnam prætermittemus, &

οζ. Ἡμεῖς δὲ οὐ φθονήσομεν αὐτοῖς τὰ ὀνόματα· οὐδὲ γάρ ἐστιν εἰς ὅ τι μεταθείημεν ἄν ἄλλο γελοιότερον, [i]τοὺς Φαλλοὺς, καὶ τοὺς i Ἰθυφάλλους, καὶ τοὺς Μελαμπύγους, [k]καὶ k τοὺς Ἀπύγους, καὶ τὸν Τραγόπουν, καὶ τὸν σεμνὸν [l]Πᾶνα, τὸν ἐκ πάντων μνηστήρων ἕνα l Θεὸν, καὶ ὄνομα λαβόντα τὴν ὕβριν, ὥσπερ ἦν ἄξιον. δεῖ γὰρ ἢ [m]ἀδικεῖν παρ' ἐκείνοις εἰς m [n]πολλὰς ἕνα καὶ τὸν κράτιστον, ἢ ἐκ πολλῶν n [o]γίνεσθαι καὶ τὸν αἴσχιστον· οὐκοῦν φθονήσομεν o αὐτοῖς, οὔτε τῶν πραγμάτων, οὔτε τῶν ὀνομάτων· ἀλλ' ἀπολαυέτωσαν τῆς ἑαυτῶν εὐηθείας, καὶ τοῖς αἰσχίστοις ἐγκαλλωπιζέσθωσαν·

(a) Κίνδυνος ἤδη τὸ τοιῦτο. Paſſ. κίνδυνος ἤδη ἔχει τὸ τοιῦτον. Coisl. 2. κίνδυνος ἤδη ἔχοι τὸ τοιῦτο. Bill. τῷ τοιῦτῳ.

(b) Σαθρῶς. Plerique codices, σαθρόν.

(c) Επεσκότισε. Sic pars codicum maxima. Ed. ἐπεσκότησε.

(d) Αἰσχίσων. Paſſ. Coisl. 2. aliique non pauci χειρίστων. Comb. vertit: *ac ſi turpiſſimorum inde criminum rei teneremur.* De his Juliani ineptiis legendus Theodoretus Hiſt. lib. 3. c. 21.

(e) Καλεῖσθαι. Deeſt in Edit. Ald. & Herv.

(f) Νομοθετήσας. Addunt Paſſ. Reg. 1. & Coisl. 1. ὡς αἰσχρόν τι καὶ ἀπρεπέστερον, *tanquam aliquid turpe ac indecorum.*

(g) Δηλῶν ὅτι. Alii δηλώσας. Par. ed. δηλονότι.

(h) Τοῦ Χριστοῦ. Regg. 1. & q. Comb. & Paſſ. Χριστιανοῦ.

(i) Τοὺς Φαλλούς &c. *Phallos, Ithyphallos, Melampygos, Apygos, &c.* turpia hæc nomina quid ſignificent, exponere pudor non ſinit; quæ quidem Gregorius Juliano, non niſi ut ruborem ipſi eliciat, objicit.

(k) Καὶ τοὺς Απύγους. *Et Apygos.* Sic duo Regg. Paſſ. &c. Deſunt in pluribus Codd. & in Editis.

(l) Πᾶνα. Pan, contumeliæ nomen eſt. Significat *ex omnibus eſſe generatum.* Undè, apud Poëtas, ipſi aliquid ex tota rerum natura tribuebatur.

(m) Αδικεῖν. Regg. novem, tres Colb. Paſſ. Coisl. 1. Or. 1. &c. ἀτυχεῖν, quæ vera lectio videtur, quamvis non ſatis perſpicuè appareat hîc Gregorii mens.

(n) Πολλάς. Heinſ. *fortè* πολλούς, *multos.* Alii πολλά.

(o) Γίνεσθαι. Heinſius addit ἕνα. Ita Billius in verſione; idque ad Gregorii mentem.

a εἰ βούλοιντο δὲ, καὶ τὸν [a]Βουθοίναν παρήσομεν A
b αὐτοῖς, καὶ τὸν [b]Τριέσπερον, ἵνα καὶ μᾶλλον
αὐτοῖς χαρισώμεθα· τὸν καὶ γεννώμενον οὕτω,
καὶ γεννῶντα μεγαλοπρεπῶς, καὶ ἆθλον
ποιησάμενον τρισκαιδέκαλον, ἐν μιᾷ νυκτὶ, λᾶς
Θεσίου πεντήκοντα θυγατέρας, ἵν' ἐκ τούτων
ὀνομασθῇ Θεός· ἐπεὶ βουλομένοις γε τὰ τοιαῦτα
c καινοτομεῖν, [c]καὶ πολλαὶ κατ' ἐκείνου κλή-
σεις ἐκ τῶν ἐκείνου Χριστιανοῖς αἰσχίους τὲ ἅμα
καὶ οἰκειότεραι· τί γὰρ ἂν κωλύσειε καὶ ἡμᾶς,
τῷ βασιλεῖ, κατὰ τὸ ἴσον ἀντιπαίζοντας, B
Ρωμαίων, ὡς δὲ ᾤετο, καὶ τῆς οἰκουμένης,
ἠπατημένος τοῖς δαίμοσι, τὸν Εἰδωλιανὸν
d καλεῖν, καὶ τὸν [d]Πισαῖον, καὶ τὸν Ἀδωναῖον,
e [e]καὶ τὸν Καυσίταυρον, ὅπερ καὶ ἤδη τινὲς αὐτὸν
τῶν παρ' ἡμῖν κομψῶν ὠνομάκασιν, ἐπειδὴ
ῥᾳσώνη πολλὴ τοῦ θεάματος, ὅσα τε ἄλλα
θαυματοιεῖν ἢ ποιεῖν, ἐκ τῆς ἀληθείας ἡ ἱστορία
δίδωσι;

οη. Πάντων δὲ ἀτοπώτατον, τὸν μὲν Σωτῆρα
καὶ δεσπότην ἁπάντων, τὸν τῆδε τοῦ παντὸς C
δημιουργόν τε καὶ κυβερνήτην, τὸν τῆ μεγάλου
g f πατρὸς [f]καὶ υἱὸν, καὶ λόγον, & [g]προσαγωγέα,
καὶ ἀρχιερέα, καὶ σύνθρονον· τὸν ὑπὲρ ἡμῶν
τῶν ἀτιμασάντων αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, καὶ πρὸς
τὸν χοῦν ἀπενηνεγμένων, καὶ ἀγνοησάντων τὸ
h μέγα τῆς [h]συζυγίας μυστήριον, μὴ μόνον εἰς
δούλου καταβάντα μορφὴν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸν
σταυρὸν ἀναβάντα, καὶ συναγαγόντα τὴν ἐμὴν
ἁπαρτίαν τεθνηξομένην· τοῦτον μὲν Σαμαρείτην
ἀκούοντα, καὶ ὃ πολλῷ χεῖρον, δαιμονᾶν ἐγκα- D
λούμενον, μήτε αἰσχύνεσθαι, μήτε ἐγκαλεῖν τοῖς
ὑβρίζουσιν· ᾧ καὶ ταῖς ἀγγελικαῖς παρατάξεσι,
i καὶ λόγῳ [i]μόνῳ ἀμύνεσθαι τοὺς πονηροὺς ῥᾴδιον
ἦν· ἀλλ' ἡμέρως πάνυ & πράως τοὺς ὑβρίζοντας
ἀποπέμπεσθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ σταυρούντων αὐτὸν
ἀφιέναι δάκρυον, ἡμᾶς δὲ οἴεσθαι ἀληθεύειν οὕτω
καλουμένους, ἢ αἰσχυνεῖσθαι, ἢ τῆς ὑπὲρ τοῦ
καλοῦ φιλοτιμίας δίκην τοῦτο ἀποσήσεσθαι, καὶ
k πλείω [k]ποιήσεσθαι λόγον τῶν ὕβρεων τούτων,
ἢ τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων, ὧν καταφρονεῖν E
l ἴσμεν ὑπὲρ τῆς [l]ἀληθείας; ἀλλὰ, τοῦτο μὲν,
m [m]ὅπερ εἶπον, γελοῖον μᾶλλον ἢ λυπηρὸν, καὶ

vesperum, ut majorem apud eos gratiam ineamus; eum, inquam, & ita progenitum, & adeò magnificè progignentem, ac pro decimotertio certamine, unius noctis spatio, quinquaginta Thestii filias comprimentem, ut ex iis rebus Dei nomen adipiscatur. Etenim, si hujusmodi nominibus innovandis animum adjicere libêret, multa profectò nomina etiam adversus eum, ab ejus vita petita, Christianis suppeterent, tum turpiora tum magis appositа & congruentia. Quid enim prohiberet, quominus nos quoque, Romanorum, atque adeo orbis universi, quemadmodum ipse Dæmonum fraude circumventus existimabat, Imperatorem, eodem ludo ulciscentes, Idolianum, & Pisæum, & Adonæum, & Tauricremum vocaremus, ut jam nonnulli quoque nostrûm, lepidi & festivi homines, appellarunt, quandoquidem mira est hujus rei facilitas, & alia quælibet vel inflecteremus nomina vel cuderemus quæ verè ipsi objicienda nobis historia porrigit?

Orbis universi imperium Juliano à Dæmonibus promittitur.

LXXVIII. Hoc verò omnium absurdissimum, quòd cùm Salvator ipse, omniúmque rerum dominus, & mundi hujus opifex atque gubernator, ille magni Patris filius, & Verbum, & Conciliator, & Pontifex, & throni consors; qui pro nobis, qui ipsius imaginem ignominiâ affeceramus, atque in terram projecti eramus, eóque redacti, ut magnum hujusce conjunctionis mysterium ignoraremus, non solùm ad servilem usque formam se dejecerit, sed etiam crucem conscenderit, peccatúmque meum secum, ut illic interiret, duxerit: cùm hîc, inquam, Judæis eum Samaritanum vocantibus, & quod multò sceleratius est, quasi Dæmonis intemperiis agitatum accusantibus, nec erubescat, nec de convitiatoribus suis queratur; idque cùm ipsi per Angelorum exercitum, vel sermone solo, pravos homines ulciscì promptum esset; verùm leniter admodum & placidè contumeliosos homines amandet, ac pro eorum, à quibus in crucem agebatur, salute lacrymas fundat; cùm hæc, inquam, ita se habeant, nónne absurdissimum est, existimare, nobis Galilæorum nomen, vel dolori, vel pudori fore, nósve ob eam causam ab obnixo virtutis studio abscessuros, majorémque harum contumeliarum quàm animarum & corpo-

Veneranda Christi nomina & officia.

Phil II. 6.

Joan. VIII. 48.

Matt. XXVI. 53.

Luc. XXIII. 34.

(*a*) Βουθοίναν. *Buthœnam.* Buphagus dictus est Hercules, quòd aratori Lindio boves duos, quibus tota ipsius spes terræ colendæ nitebatur, sustuliisset atque in una cœna devoraisset.

(*b*) Τριέσπερον. Herculis Epitheton, quòd tribus vesperis in unam conjectis, Jupiter cum Alcmena concubuerit, undè, juxta Poëtas, natus est Hercules.

(*c*) Καὶ πολλαί. Addidimus καί ex pluribus codd.

(*d*) Πισαῖον. Regg. b. & bm. Colb. 3. & 6. Πεισαῖον. Pisæus à Jove Pisæo forsan dictus Julianus. Etenim celebre fuit præ cæteris Pisæ templum Jovis Olympii.

(*e*) Καὶ τὸν Καυσίταυρον. Amm. l. 22. p. 227. *victimarium* reponit, ubi Antiochensium dicteria in Julianum recenset. Basilius *Tauricremum* à Gregorio ideò vocari Julianum scribit, *quòd assiduè taurorum holocausta offerret*: ὅτι πολλάκις ταύρους ὁλοκαύτει.

(*f*) Καὶ υἱόν. Ita Mss. Deest καί in Editis.

(*g*) Προσαγωγέα. *Qui aditum præbet. Per quem habemus accessum.* Rom. v. 2.

(*h*) Συζυγίας. *Conjunctionis mysterium*, scilicet, *corporis cum anima.*

(*i*) Μόνῳ. Plerique codices Regg. bm. I. Or. I. Pass. μόνον.

(*k*) Ποιήσεσθαι. Ita Reg. I. & Or. I. Edit. ποιήσασθαι.

(*l*) Ἀληθείας. Reg. a. εὐσεβείας, *pietatis.*

(*m*) Ὅπερ. Sav. ἄσπερ.

rum, quæ pro veritatis defenſione contemnere ac pro nihilo putare conſuevimus, rationem habituros? Cæterùm hoc, ut dixi, ridiculum potiùs, quàm grave & moleſtum, atque ad ſcenam & theatra id remittimus. Neque enim profectò iis unquam ſuperiores fuerimus, qui facilè illic in maxillam res hujuſmodi ludunt, ſimúlque luduntur.

Lenitatis ſpecie crudeliter ſe gerit Julianus.

LXXIX. Jam verò illud admodum pravum ac malignum, quòd cùm nec apertè nos allicere poſſet, nec tyrannicè cogere præ pudore ſuſtineret, leoninæ pelli vulpinam; aut, ſi mavis, Minois larvam ſummæ injuſtitiæ prætexens, (quibus verbis propriè id exprimam?) leniter vim afferebat. Atque alia quidem memoriæ prodenda litteríſque mandanda volentibus relinquemus, feſtinante jam videlicet noſtrâ oratione. Multos autem ſummo ſtudio elaboraturos exiſtimo in condenda illius temporis, ſive tragœdia illa dicenda eſt, ſive comœdia, quibus pietatis pars eſſe videbitur, impium illum & ſacrilegum oratione inſectari, ut ad poſteros quoque res tanta, miniméque digna quæ in obſcuro jaceat, tranſmittatur. Ego autem pro omnibus unum aut alterum, exempli causâ, iis qui vitam illius tantoperè admirantur, exponam, ut ſe eum virum laudare velle intelligant, cujus nulla ſatis digna vituperatio excogitari poteſt.

Fraudulenta Juliani perverſitas.

LXXX. Eſt hoc in regio more poſitum, haud quidem ſcio an apud omnes quoque alios homines, qui imperio ſubſunt, cæterùm apud Romanos ſtudioſiſſimè obſervatum, ut publicis ſtatuis Imperatores ornentur. Nec enim coronæ ac diademata,& purpuræ nitor, & numeroſi ſatellites, & ſubditorum multitudo, ad conſtituendum ipſis imperium ſufficiunt: verùm adorationem quoque accedere oportet, per quam auguſtiores appareant: non eam ſolùm quâ adorantur ipſi, ſed eam etiam quæ in imaginibus picturíſque præſtetur, quò cumulatior ipſis perfectiórque veneratio reddatur. His porrò imaginibus alii Imperatores aliud quiddam præterea appingi gaudent; quidam clariſſimas quaſque urbes dona offerentes; alii victorias, caput eorum coronâ cingentes; nonnulli magiſtratus adorantes, & dignitatum notis exornatos: alii ferarum cædes & ſcitas jaculationes, alii Barbarorum

Mos adorandi Romanorum Imperatores.

A εἰς τὴν [a] σκηνὴν ἀποπεμπόμεθα· πάντως οὔ a
ποτ' ἂν [b]ὑπερβαλλοίμεθα τοὺς ῥᾳδίως, ἐκεῖ b
[c]κατὰ τῆς κόρρης, τά γε τοιαῦτα παιζομένους, c
καὶ παίζοντας.

οθ. Ἐκεῖνο δὲ ἤδη καὶ λίαν πονηρὸν καὶ κακόηθες, ὅτι τὸ μὲν φανερῶς πείθειν οὐκ ἔχων, τὸ δὲ βιάζεσθαι τυραννικῶς αἰσχυνόμενος, τῇ
B λεοντῇ τὴν [d]κερδάλην ἐγκρύπτων· εἰ βούλει δὲ, d
τῷ Μίνωος προσωπείῳ τὸν ἀδικώταλον, πῶς ἂν εἴποιμι [e]κυρίως; [f]ἐπιεικῶς ἐβιάζετο· τὰ e f
μὲν οὖν ἄλλα τοῖς βουλομένοις ἰσορεῖν τε καὶ γράφειν παρήσω, τοῦ λόγου σπεύδοντος· πολλοῖς δὲ οἶμαι σπουδασθήσεσθαι τοῦ τότε καιροῦ τὴν, εἴτε τραγῳδίαν χρὴ λέγειν, εἴτε κωμῳδίαν, οἷς μέρος εὐσεβείας δόξει λόγῳ βάλλειν τὸν ἀλιτήριον· ὡς καὶ τοῖς ἔπειτα παράδοθῆναι πρᾶγμα τοσοῦτον, καὶ ἥκιστα τοῦ λαθεῖν ἄξιον·
C αὐτὸς δὲ ἀντὶ πάντων, ἓν ἢ δύο, δείγματος ἕνεκα χάριν, τοῖς σφόδρα τὰ ἐκείνου θαυμάζουσιν, ἵν' [g]εἰδῶσι τοῦτον ἐπαινεῖν ἀξιοῦντες, οὗ μηδὲ g
ψόγον ἐστὶν εὑρεῖν ἄξιον.

π. Νόμος ἐστὶ βασιλικὸς, οὐκ οἶδα μὲν εἰ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις [h]παρ' ὅσοις τὸ βασιλεύεσθαι, h
Ῥωμαίοις δὲ καὶ τῶν λίαν σπουδαζομένων, εἰκόσι δημοσίαις τιμᾶσθαι τοὺς βασιλεύοντας· οὐ γὰρ ἐξαρκοῦσιν οἱ στέφανοι καὶ τὰ διαδήματα,
D καὶ τὸ τῆς ἁλουργίδος ἄνθος, οἵ τε ἠριθμούμενοι [i]λογχοφόροι, καὶ τὸ τῶν ἀρχομένων πλῆ- i
θος, συγκροτεῖν τούτοις τὴν βασιλείαν· ἀλλὰ δεῖ καὶ προσκυνήσεως αὐτοῖς, [k]ὑφ' ἧς σεμνό- k
τεροι [l]δόξωσιν, [m]οὐχ ἣν αὐτοὶ προσκυνοῦνται l m
μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν πλάσμασί τε καὶ χρώμασιν, ἵν' ᾖ τὸ σέβας αὐτοῖς ἁπλησότερόν τε καὶ τελεώτερον· ταύταις ταῖς εἰκόσιν ἄλλοι μὲν ἄλλό τι τῶν βασιλέων προστιθέντες γράφεσθαι χαίρουσιν· οἱ μὲν [n]τῶν πόλεων τὰς λαμπροτέρας n
δωροφορούσας· οἱ δὲ νίκας ὑπὲρ κεφαλῆς στεφανούσας· οἱ δὲ τοὺς ἐν τέλει προσκυνεῖσθαι,

(a) Σκηνήν. Heinſius legit: ἀποπεμπόμεθα πάντως. ἐγὰς ποτ' ἄν, &c.

(b) Ὑπερβαλοίμεθα. Regg. bm. l. Or. 1. ὑπερβαλοίμεθα.

(c) Κατὰ τῆ κόρρης. Alii μετὰ τῆ κόρης. Sch. κόρρην δὲ λέγει τὴν κεφαλὴν, ἣν εἰώθασι πατάσσειν οἱ μίμοι παίζοντες. *Caput appellat, quod Mimi in ſcenicis ludis ſolent percutere.*

(d) Κερδάλην. Heinſ. ἀλωπεκῆν, *vulpem.*

(e) Κυρίως. Paſſ. quatuor Regg. totidemque Colb. Or. 1. &c. καιρίως, *opportunè.*

(f) Ἐπιεικῶς ἐβιάζετο. *Eâ leni ſpecie vim crudeliter afferebat.*

(g) Εἰδῶσι τοῦτον. *Ut intelligant hunc ſe velle laudare, quem ne vituperare quidem pro meritis ſatis quis poteſt.* Reg. bm. & Paſſ. εἰδῶσι οἱ τοῦτον.

(h) Παρ' ὅσοις. Sic Regg. l. y. & Or. 1. In Reg. y. adſcriptum in ora, παρ' ὅσον, & in textu βελτίεσθαι pro βασιλεύεσθαι.

(i) Λογχοφόροι. In Regg. a. & b. in textu ponitur, pro νόμοι καὶ φόροι, quod habent editi. Or. 1. & Reg. y. uterque ad oram γρ. λογχοφόροι. Quæ profecto vera nobis videtur lectio. Quid enim ſibi volunt hîc *numeroſæ leges*? ut vertit Billius. Neque enim tanta legum copia initio ſtatim imperii Principem decet.

(k) Ὑφ' ἧς. Codd. nonnulli ὑφ' οἷς.

(l) Δόξωσιν. Ita Regg. bm. l. u. &c. Alii δόξωσι.

(m) Οὐχ ἣν. Ita ſex Regg. Or. 1. & Mont. Billius legit οὐχ ἵν', & ſic reddit: *parumque habent ipſi adorari, niſi idem quoque ſibi in imaginibus præſtetur.*

(n) Τῶν πόλεων. Deeſt τῶν in pluribus Mſſ.

καὶ

καὶ τοῖς τῶν ἀρχῶν τιμωμένους συνθήμασιν· οἱ δὲ θηροφονίας καὶ εὐσοχίας· οἱ δὲ βαρβάρων
a ἡτ]ημένων, κ) ὑπὸ τοῖς ποσὶν [a]ἐῤῥιμμένων, ἢ κτεινομένων πολυειδῆ σχήμαλα· φιλοδσι γὰρ ἐ
b]ὰς ἀληθείας τῶν ϖραγμάτων [b]μόνον ἐφ' οἷς μέγα φρονοῦσιν, ἀλλὰ ϛ τὰ τούτων ἐνδάλμαλα.

πα. Ο δὲ τί μηχανᾶται; καὶ τίνα τῶν Χρισιανῶν τοῖς ϛερῤροτέροις ἴσησι δόλον; ὥσϖερ οἱ τοῖς βρώμασι καλαμιγνῦντες τὰ δηλητήρια, μίξαι ταῖς ἐξ ἔθους τῷ βασιλέων τιμαῖς τὴν ἀσέβειαν, ϛ εἰς ἓν ἀγαγεῖν νόμους Ρωμαίων καὶ εἰδώλων ϖροσκύνησιν· καὶ δ]ὰ τοῦτο ταῖς εἰκόσι συμϖδαγράφων τοὺς δαίμονας, ὡς δή
c τινας ἄλλας τῶν ἐξ ἔθους γραφὰς [c]ϖροὐτίθει δήμοις καὶ πόλεσι, καὶ μάλισα τοῖς τῶν ἐθνῶν
d ἄρχουσι]ὰς εἰκόνας, ὡς κακοδ [d]γέ του πάντως μὴ εἶναι δ]αμαρτεῖν· ἀλλ' ἢ τῇ τῶν βασιλέων τιμῇ, τὴν τῷ εἰδώλων συμφέρεσθαι, ἢ τῇ τούτων φυγῇ τοὺς βασιλέας ὑβρίζεσθαι, μικτῆς οὔσης τῆς ϖροσκυνήσεως· τοῦτον τὸν δόλον ϛ]αύτην τὴν οὕτω ϛοφισικῶς ἐπινοηθεῖσαν πάγην τῆς
e ἀσεβείας, ὀλίγοι μὲν δ]έφυγον τῶν εὐλαβεσέρων καὶ συνετωτέρων, οἳ καὶ [e]δίκην ἔδοσαν τῆς συνέσεως· ϖρόσχημα μὲν ὡς εἰς τιμὴν βασι-
f λέως [f]ϖδανομήσαντες· τὸ δὲ ἀληθὲς ὑϖὲρ
g τοῦ ἀληθινοδ βασιλέως ϛ [g]τοῦ εὐσεβοῦς κινδυνεύσαντες. πολλοὶ δὲ ἥλωσαν τῷ εὐηθεσέρων καὶ ἁπλουσέρων· οἷς καὶ συγγνώμη τυχὸν τῆς ἀγνοίας, τέχνῃ συναρπαθεῖσιν εἰς τὴν ἀσέβειαν. τοῦτο μὲν δὴ τοιοδτον, ὃ καὶ μόνον ἐξήρκει ϛιλιτεδσαι βασιλέως ϖροαίρεσιν· οὐ γὰ τὰ αὐτὰ βασιλεδσί τε καὶ ἰδιώταις ϖρέπειν ὑϖολαμ-
h βάνομεν· ὅτι μηδὲ τῆς αὐτῆς ἀξίας [h]ἀμφότερα.
i ἰδιώτῃ μὲν γὰρ, καὶ τεχνικῶς ϖεφ]ῖσθαι]ι [i]συγχωρήσαιμεν· ᾧ γὰρ τὸ φανερῶς βιάζεσθαι μὴ δυνατὸν, τούτῳ συγγνωσὸν τὸ τῆς ϖειθοῦς·
k βασιλεῖ δὲ, τοῦ δυνάμει [k]κρατεῖσθαι λίαν αἰσχροδ τυγχάνοντος, ἔτ' αἴσχιον, οἶμαι, καὶ ἀϖρεπέσερον τὸ τέχνῃ κλέπ]ειν]ὰς ἐγχειρήσεις καὶ τὰ ϖροκείμενα.

πβ. Ετερον δὲ ὃ δ]ανοίας μέν ἐσι καὶ ϖροαιρέσεως τῆς αὐτῆς, τῷ μέτρῳ δὲ πολὺ χεῖρον
l καὶ ἀσεβέσερον, εἰς [l]πλείους τοῦ κακοδ φθάνοντος, τοῦτο ϖροσθήσω τοῖς εἰρημένοις. δωρεᾶς βασιλικῆς ἦν ἡμέρα, εἴτ' οὖν ἐτήσιος,

A domitorum, atque ad pedes jacentium, aut cæsorum varias multiplicésque figuras. Neque enim rerum earum, ob quas magnificè de se sentiunt, veritatem solùm amant, sed earum quoque simulacra.

LXXXI. Quid autem iste comminiscitur? & quam firmioribus Christianis fraudem nectit? Nimirum quemadmodum qui cibis toxicum miscent, ita hic usitatis Imperatorum honoribus impietatem admiscere B instituit, ritúsque Romanorum cum idolorum adoratione conflare. Proinde cùm Dæmones, velut alias quasdam consuetas picturas, imaginibus adjunxisset, tum demum populis, & civitatibus, ac præsertim provinciarum Præfectis, imagines illas proponebat, ut nullâ omnino ratione malum vitari posset: verùm aut cum Imperatorum honore Dæmonum honor conjungeretur, aut horum fugâ Imperatores contumeliâ afficerentur, mixtâ scilicet adoratione. Hanc fraudem, atque hunc ita callidè excoC gitatum impietatis laqueum, pauci quidem ex iis, qui majori pietate & sagacitate præditi erant, effugerunt, qui etiam sagacitatis pœnas luerunt: hoc quidem prætextu, quasi adversus Imperatoris honorem deliquissent: at reverâ pro vero Imperatore ac pro pietate in periculum adducti. Permulti autem ex simplicioribus & imperitioribus capti sunt; quibus etiam fortasse ob ignorationem venia tribui queat, utpote arte & fraude ad impietatem abreptis. Atque hoc sanè tale est, ut vel unum ad perpetuâ infamiâ notandum Imperatoris istius voluntatem animíque inductionem abundè sufficiat. Neque enim res eadem Principibus ac D privatis convenire existimo: quandoquidem nec ejusdem utrique sunt dignitatis. Privato enim homini astutè quoque aliquid facere, fortasse concedemus: nam qui vim apertè adhibere nequit, hic si vafrè & callidè aliquid faciat, veniam aliquam meretur. Imperatori autem, cùm vi & potentiâ superari admodum turpe sit, tum verò turpius, ut opinor, & indignius est, conatus suos & propositum arte occultare.

Usitatis Imperatorum honoribus impietatem admiscet Julianus.

Privatus homo astutè agens fortè veniam meretur, non autem Imperator.

LXXXII. Alterum jam superioribus adE jiciam; quod ut ejusdem animi ac propositi est, ita magnitudine longè atrocius, magísque impium, nimirum malo ad plures permeante. Imperatoriæ largitionis dies aderat, sive anniversarius, sive tunc ab

Donativa militibus ab Imperatore præstituta.

(a) Ἐῤῥιμμένων ἢ κλεινομένων. Ita plures Regg. tres Colb. Paff. Coisl. 2. In paucis verò & editis deest, ἢ κτεινομένων.
(b) Μόνον. In quibusdam deest.
(c) Προὐτίθει. In Or. 1. fuit olim, προτίθησι.
(d) Γέ τε πάντως. Sic Mss. In ora Reg. b. τῷ ἀντὶ τίνος. Ald. & Herv. πάντας.
(e) Δίκην. Plerique codices, δίκας.
(f) Παρανομήσαντες. Reg. 1. ὑβρίσαντες, injuriâ afficientes.
(g) Τῷ εὐσεβοῦς. In Or. 1. ad marg. δόγματος. Comb. pro fide ac pietatis doctrina.
(h) Αμφότερα. Sav. ἀμφότεροι.
(i) Συγχωρήσαιμεν. Regg. b. l. aliique nonnulli, συγχωρήσομεν.
(k) Κρατεῖσθαι. Superare; activè scilicet, ut Elias; sibi subjicere, opprimere.
(l) Πλείους. Reg. bm. πολλούς. De historia, quam hic adumbrat Gregorius, legendus Theod. Hist. lib. 3. cap. 15. & 16. Et Sozom. lib. 5. c. 16.

Imperatore pro ſua improbitate ac verſutia ex tempore ita inſtitutus : atque adeſſe militares ordines oportebat , ut pro ſuo quiſque gradu & dignitate donativum acciperent. Rurſus illiberalitatis ſcena : rurſus impietatis fabula. Etenim benignitate quâdam crudelitatem condîre ſtudet , militúmque vecordiam & avaritiam , quas magna ex parte vitæ comites habent , pecuniis allicere atque ineſcare. Ille igitur ſplendidus præſidebat , ſplendidè adverſus pietatem feſtum diem agens , atque ob aſtuta ſua conſilia magnoperè animo elatus. Melampum quendam aut Proteum ſuſpicari poſſes : ita in omnia vertebatur , faciléque ſeipſum in diverſas formas immutabat. Quæ autem circa ipſum erant , qualia tandem quantíſque luctibus & querelis apud cordatos homines digna , non iis ſolùm qui tum affuere, ſed iis etiam qui nunc ſpectaculum illud auribus uſurpant ?

Juliani calliditas , ut milites in Idololatriam conjiciat.

LXXXIII. Proponebatur aurum , proponebatur thus , in propinquo erat ignis , hortatores ad latus. Porrò quàm plauſibilis ſpecies , ut imperatoriæ largitionis hic mos eſſe videretur , antiquioris utique & præſtantioris. Quid deinde ? Thus incendere oportebat , atque ita exitii mercedem ab Imperatore accipere , tantillam tantæ rei , hoc eſt,ipſarum animarum impietatíſque adverſus Deum. O miſerum quæſtum ! ô miſeram mercedem ! Exercitus totus unicâ technâ & fraude vænalis proſtabat; & qui univerſum orbem terrarum armis ſubegerant , parvo igne atque auro , ac per exiguum ſuffitum corruebant , magna ex parte ne ſuam quidem necem , quod omnium graviſſimum erat , agnoſcentes. Aderat quiſpiam , ut lucrum facturus , ac poſt lucrum ne ſeipſum quidem habebat : dextram Imperatoris adorabat , nec ſe carnificem ſuum adorare norat. Quòd ſi qui etiam id agnoſcerent , nihil tamen propterea hinc ipſis accedebat : quippe malo ſemel occupatis, ac primam ſtoliditatem pro ejuſmodi lege , quam infringi nefas eſſet , ducentibus. Quæ Perſarum myriades , qui ſagittarii , qui fundibularii , quis cataphractus miles atque undequaque à vulneribus tutus , quæ tormenta diruendis muris admota , ea efficere potuiſſent , quæ manus una , & tempus unum , & nefarium conſilium perfecit ?

Undique militum fides impugnatur.

Maxima pars decipitur.

LXXXIV. Hîc narrationem quandam admiſcebo , ſuperioribus triſtiorem & miſerabiliorem. Ferunt , quoſdam eorum qui per ignorationem capti ac circumventi fuerant ,

Præclara de quorumdam militum zelo & fortitudine narrantur.

εἴτε τηνικαῦτα τῷ βασιλεῖ σχεδιαθεῖσα δι᾽ τὴν κακουργίαν, ἢ παρεῖναι τὸ στρατιωτικὸν ἔδει τιμηθησομένους, ὡς ἕκαστος ἀξίας εἶχεν , ἢ τάξεως. πάλιν ἡ τῆς ἀνελευθερίας σκηνή· πάλιν τὸ δρᾶμα τῆς ἀσεβείας· φαρμαχθῆναι φιλανθρωπίᾳ τινὶ τὸ ἀπάνθρωπον , καὶ χρήμασι δελεασθῆναι στρατιωτικὴν ἀλογίαν σὺν ἀπλησίᾳ , μεθ᾽ ὧν τὰ πολλὰ βιοτεύουσιν. ὁ μὲν οὖν [a]προύκάθητο λαμπρὸς , λαμπρῶς πανηγυρίζων κατὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ μέγα φρονῶν τοῖς τεχνάσμασι. [b]Μελάμπους οἶμαί τις, ἢ Πρωτεὺς, πάντα καὶ ὢν & γινόμενος, & ῥᾳδίως ἑαυτὸν ὑπαλλάττων τοῖς εἴδεσι· τὰ δὲ περὶ αὐτὸν οἷα , καὶ [c]ὅσων ὀδυρμῶν τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἄξια , οὐ τοῖς τότε παροῦσι μόνον , ἀλλὰ καὶ τοῖς νῦν ἀκοῇ δεχομένοις ἐκεῖνο τὸ θέαμα ;

πγ. Προὔκειτο χρυσὸς , προὔκειτο λίβανος , ἐγγύθεν τὸ πῦρ , οἱ κελευσαὶ πλησίον· καὶ τὸ σχῆμα ὡς πιθανὸν , βασιλικῆς δωρεᾶς τοῦτον εἶναι [d]δοκεῖν τὸν νόμον , τῆς γε ἀρχαιοτέρας τὲ καὶ τιμιωτέρας· εἶτα τί; θυμιᾶν ἔδει κατὰ τοῦ πυρὸς , καὶ δέχεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως τὸν τῆς ἀπωλείας μισθὸν , οὕτως ὀλίγου τοσούτου πράγματος , ψυχῶν ὅλων καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀσεβείας· πεῦ τῆς πραγματείας· πεῦ τῆς ἀντιδόσεως· στρατὸς [e]ὅλος ἑνὸς τεχνάσματος ὤνιος ἦν· καὶ οἱ τὴν οἰκουμένην παραστησάμενοι , μικρῷ πυρὶ & χρυσίῳ, & δι᾽ [f]κνίσης ὀλίγης ἐπιπλον , οὐδὲ τὴν ἑαυτῶν σφαγὴν εἰδότες οἱ πλείους· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ βαρύτατον· παρῄει τις ὡς κερδανῶν , καὶ οὐδὲ ἑαυτὸν εἶχε μετὰ τὸ κέρδος· προσεκύνει δεξιὰν βασιλέως , καὶ τὸν αὐτόχειρα προσκυνῶν , οὐκ ἠπίστατο· τοῖς δὲ καὶ γινώσκουσιν οὐδὲν ἦν πλέον , ἅπαξ τῷ κακῷ προκατειλημμένοις , καὶ νόμον ἄλυτον ἡγουμένοις , τὴν περὶ τὸν ἄνοιαν· ποῖαι [g]ταῦτα Περσῶν μυριάδες, τίνες τοξόται, τίνες [h]σφενδονῆται κατώρθωσαν , ποῖος [i]σιδηροῦς στρατιώτης καὶ πανταχόθεν ἄτρωτος , τίνα κατὰ τῶν τειχῶν μηχανήματα , οἷα χεὶρ μία , καὶ καιρὸς εἷς , καὶ βουλὴ μιαρὰ κατεπεφάξατο ;

πδ. [k]Μίξω τούτοις τὶ διήγημα τῶν εἰρημένων ἐλεεινότερον· λέγονταί τοι τῶν ἀλόντων τινὲς ἐξ ἀγνοίας , ἐπειδὴ τᾶτο [l]ἔπαθον καὶ

(a) Πρὸκάθητο. Duo Regg. Or. 1. πρὸκαθέζετο.
(b) Μελάμπους &c. *Melampum.* Melampus & Proteus juxta Eliam, præſtigiatores vates fuerunt , in quamvis formam facilè ſe immutantes.
(c) Οσων. Reg. bm. ὅσον.
(d) Δοκεῖν. Deeſt in duobus Regg. duobus Colb. & in Or. 1. Heinſius expungendum cenſet.
(e) Ολος. Malè in Editis ὅλως.
(f) Κνίσης. Plerique codd. ſaltem melioris notæ, κνίσης.
(g) Ταῦτα. Heins. τοιαῦτα.
(h) Σφενδονῆται. Sic acuunt quidam. Alii σφενδονηταί. Alii σφενδονήται.
(i) Σιδηροῦς στρατιώτης. *Cataphractus miles.* Billius : *ferreus exercitus.*
(k) Μίξω τούτοις τί. Alii μίξω τι τούτοις.
(l) Επαθον καὶ ἀνεχώρησαν. Quatuor Regg. Or. 1. Ed. Ald. & Herv. &c. παθεῖν καὶ ἀναχωρήσαντες.

ἀνεχώρησαν οἴκαδε, τοῖς συσσίτοις κοινωνεῖν A
a τραπέζης· εἶτα τοῦ πότου [a] προελθόντος εἰς
b τὴν συνήθη [b] ψυχροποσίαν, ὡς οὐδενὸς ὄντος
αὐτοῖς δεινοῦ, τῇ ψυχροφόρῳ κύλικι, Χριστὸν
c ἐπειπεῖν [c] μετὰ τῆς σφραγίδος ἄνω βλέψαντας·
τῶν δὲ συσσίτων τινὸς θαυμάσαντος, καὶ τί
τοῦτο; εἰπόντος, Χριστὸν ἐπικαλεῖσθε μετὰ
d τὴν ἄρνησιν; πῶς [d] ἠρνήμεθα, φάναι τοὺς ἡμι-
e σθνῆτας; καὶ [e] τί τὸ καινὸν τοῦτο ἄκουσμα;
τοῦ δὲ, ὅτι κατὰ τοῦ πυρὸς ἐθυμιάσατε,
φήσαντος, καὶ τοῦτο εἶναι διδάξαντος τὴν ἄρ- B
f νησιν, εὐθὺς [f] ἀναπηδήσαντες τοῦ συμποσίου,
καθάπερ ἐνμανεῖς καὶ βδαπλῆγες, ζήλῳ
καὶ θυμῷ ζέοντες, δρᾷ τῆς ἀγορᾶς θέειν
βοῶντες καὶ λέγοντες· Χριστιανοὶ, Χριστιανοὶ
τὰς ψυχὰς ἡμεῖς· ἀκουέτω πᾶς ἄνθρωπος,
καὶ πρὸ πάντων Θεὸς, ᾧ καὶ ζῶμεν καὶ
τεθνηξόμεθα· οὐκ ἐψευσάμεθά σε, Σῶτερ
Χριστὲ, οὐκ ἠρνήσαμεθα τὴν μακαρίαν ὁμολο-
γίαν· εἴ τι ☾ ἡ χεὶρ ἔπταισεν, ἀλλ' ἡ διάνοιά γε
οὐκ ἠκολούθησεν· βασιλεῖ κατεσοφίσθημεν, οὐ C
g χρυσοῦ τραυματίαι γεγόναμεν· [g] ἀπεκδυόμεθα
τὴν ἀσέβειαν, αἵματι καθαιρόμεθα. εἶτα πρὸ
βασιλεῖ προσδραμόντες, ☾ τὸν χρυσὸν προσ-
ρίψαντες λίαν νεανικῶς· ΟΥ δῶρα δεδέγμεθα,
βασιλεῦ, βοᾷν, ἀλλὰ θάνατον κατακεκρίμεθα·
h οὐκ εἰς τιμὴν [h] ἐκλήθημεν, ἀλλ' ἀτιμίαν
κατεψηφίσθημεν· δὸς χάριν τοῖς σοῖς στρατιώ-
i ταις· Χριστῷ [i] σφαγίασον ἡμᾶς, ᾧ μόνῳ βασι-
λευόμεθα· ἀντίδος πῦρ τοῦ πυρὸς· τέφραν
ἀντὶ τῆς τέφρας ἐκείνης ποίησον· ἀπόκοψον
k χεῖρας ἃς κακῶς [k] προὐτείναμεν· πόδας οἷς

postquam contractâ hâc calamitate domum se recepissent, unà cum contubernalibus suis ad mensam accubuisse: deinde, cùm convivium ad consuetam frigidi vini potationem processissset, non secus ac si nihil gravius ipsis accidisset, ad meraci vini poculum, sublatis in altum oculis, Christum cum crucis signo appellasse. Cúmque contubernalium quidam id miratus fuisset, dixissetque, *Quidnam hoc est? Christum post abjurationem invocatis?* Illos statim, his verbis exanimatos, dixisse, *Quo tandem modo abjuravimus? & quinam hic novus sermo est?* Hunc verò respondisse, *Quoniam ad ignem thus adolevistis: quod idem est*, docebat ille, *ac Christum abnegasse.* Tum verò illos nullâ interpositâ morâ è convivio exilientes, velut furiosos & mente captos, ac zelo & iracundiâ æstuantes, per forum currere, clamare & dicere: *Christiani, Christiani animo sumus: audiant omnes mortales, & ante omnes Deus, cui & vivimus, & moriemur. Fidem tibi datam, Christe Salvator, non fregimus: beatam confessionem non abjuravimus. Si quid manus peccavit, mens certè minimè secuta est. Imperatoris fraude circumventi, non auro sauciati sumus. Impietatem exuimus, jam jam cruore purgamur.* Posteáque ad Imperatorem celeriter profectos, atque aurum forti & strenuo animo projicientes, ad hunc modum vociferari. *Non dona accepimus, Imperator: sed morte damnati sumus. Non honoris causâ vocati, sed ignominiâ notati sumus. Da hoc beneficium militibus tuis; Christo nos immola, cujus unius imperio subjicimur. Ignem igni repende; pro cinere illo in cinerem nos redige. Manus amputa, quas sceleratè porreximus: pedes, quibus malè*

Eorum eximia ad Christum oratio.

Eorumdem oratio ad Julianum.

(*a*) Προελθόντος. Regg. hu. l. Or. 1. Ald. Herv. παρελθόντος. Alii verò Regii quinque, duo Colb. Mont. Pass. Comb. περιελθόντος, quæ vox videtur aptior, ac sic vertitur à Comb. *In orbem recurrente frigidâ hâc compotatione*, militari utique sobrietate.

(d) Γεωμετρεῖν. Comb. legit, γοητεύειν, & vertit: *nonne incantatio Ægyptiorum?* Nullum profert codicem; sed has rationes edit, quòd Geometria ad impietatem non pertineat, ut cætera quæ hîc à Gregorio recensentur; deinde quòd Elias Geometriæ non opponat μαγείαν, uti in Billio legitur; demum quòd adversantes Moysi præstigiatores hîc respiciat Gregorius.

(e) Τίνων. Pass. ποίων.

(f) Τῶν πρώτων. Duo Regg. τῶν πρῶτον.

(g) Πρώτους τε & τούς. Ita Reg. hu. Sav. Ald. & Herv. Pass. πρώτους εὑραμένους. Alii, πρώτους καί, rejecto τε. Par. ed. cum quibusdam, πρώτους εὑρομένους.

(h) Ἡμέτερον. Heinsius mavult ὑμέτερον. Favent sequentia, sicque videtur legisse Billius in prima versione. *Quid igitur, an fateberis.... te nihil habere quod tuum sit?*

(i) Πρῶτος γάρ &c. Difficilis est hic locus, quem idcircò corruptum aut mancum suspicatur Savilius. Binas tamen expositiones affert Elias. Neutram probat Billius; imò utramque refellit; & suam ipse afferens, censet hæc priora verba: πολλοῦ μέν τ' ἂν ἄξιον ἦν, εἴ σοι διελύθη τὸ πονηρὸν τοῦτο σύνταγμα, ironicè esse accipienda; & posteriora ista: ἵν' ἡμεῖς ἦμεν &c. Juliano tribuenda; ita ut is sit horum verborum sensus: *quàm magni scilicet æstimandum esset, si sceleratum hoc Christianorum agmen, ut quidem asserebas, & constituebas, deletum & extinctum esset, ut jam negotiis omnibus liberati, lætam & beatam, ut olim florente Paganismo, vitam ageretis, nec ullis, ob contrariam Christianorum religionem, dissidiis agitatam* &c. Quartam nobis liceat expositionem afferre. Primo quidem existimamus hæc verba: πρῶτος γὰρ Χριστιανῶν &c. *primus enim Christianorum* &c. esse expositionem vocis præcedentis, καινοτομίας, quod certè nemo negaverit. Deinde hâc expositione, veluti clausâ parenthesi, & ad suæ orationis terminos revocatâ, in sua comparatione pergit Orator. Quod enim modò, ἓν δεισιδαιμονίας μυστήριον, *unum superstitionis mysterium* appellabat, idem nunc, σύνταγμα, *agmen sceleratum* dicit, Græcarumque illud superstitionum corpus & coagmentationem, vel ab ipso Juliano, vel ipsius Juliani legibus esse dissolvendum, si nimirum ille suis auctoribus & inventoribus unumquodque restituisset, aut si ipsi suo jure repetiissent, quemadmodum linguam Græcam sibi vindicabat Julianus. Quibus ostendit Gregorius quàm insulsa & inconsequens esset Juliani mens & ratiocinatio. Nec jam ambigua istius loci sententia, nec dubius esse potest horum verborum sensus: καὶ κατὰ τοὺς σοὺς ὅρους & νόμους, *juxta leges ac regulas tuas*, id est, juxta Juliani ratiocinationem & principia, quibus adversus Christianos utebatur, ut litteras ipsis interdiceret. Hâc expositione plana sunt omnia. Porro diximus à Juliano, vel ab aliis superstitionum agmen dissolvendum; idque suadet orationis series & argumentatio.

(k) Μέν τ' ἄν. Pass. μέν τοι ἄν.

(l) Εἴ σοι διελύθη. Totum esset unáque dissipatum.

(m) Ἦμεν. Pass. ὦμεν.

(n) Ἐπὶ τῆς ἀρχαίας. Or. I. ἐπὶ ταῖς ἀρχαίαις.

quidem externo bello multò odiosius est magísque metuendum ; non secùs ac proprias carnes morsibus appetere horribilius est , quàm alienas.

Vetus simul & nova Christianorum fides.

CX. Quòd si ea vobis versutam improbitatem lenitate tectam sapere , atque ab imperatoria magnificentia procul remota esse videntur, age, his adhuc astutiora proferemus. Nam cùm doctrinam nostram , dogmatibus quidem & cœlestibus testimoniis magnam & excelsam esse perspiceret , eandémque veterem simul & novam ; veterem , inquam , quantum ad prædictiones , ac sublucentes deitatis motus ; novam autem , ratione posterioris Dei adventûs , ac miraculorum eorum quæ tum ex ea , tum circa eam designata sunt ; cæterum majorem & insigniorem ob Ecclesiæ formas nobis traditas , atque in hunc usque diem conservatas : ut ne hoc quidem ipsius malignam versutiam effugeret , quid comminiscitur , & quid facit ? Rapsacem illum Assyrium , qui pro Sennacherib Assyriorum rege bellum administrabat, imitatur. Nam cùm ille in Judæam cum exercitu profectus , maximis copiis & viribus Hierosolymam obsideret , atque ante urbem castra haberet , nec vi atque armis eam expugnare posset , nec sibi quidquam rerum urbicarum per proditores patere vidisset , lenibus verbis ac vernaculâ linguâ cives allicere ac sibi conciliare aggressus est. Quod cum obsessi intellexissent , hoc primùm recusarunt, postulantes , ut Syriacâ linguâ , non Hebraicâ, verba ad ipsos faceret , ne fortè orationis suavitate in servitutem furtim inducerentur.

Julianus alter Rapsaces. *IV. Reg.* XVIII. 28.

Imitari cogitat Ecclesiæ formam & disciplinam.

CXI. Idem igitur hic quoque cogitans , scholas quidem in omnibus civitatibus , & sacraria , subselliáque , partim altiora , partim humiliora extruere parabat , prophanorum etiam dogmatum lectiones & explicationes instituere , tam quæ mores componerent , quàm quæ in abstrusiorum rerum tractatione versarentur : tum precationum alternatim canendarum formam , ac pœnæ in eos qui peccarent , pro delicti modo constituendæ : initiationum item & perfectionis , atque omnia , quæ nostræ haud dubiè disciplinæ sunt. Diversoria etiam & hospitales domos ædificare , monasteria item & virginum cœnobia instituebat , simúlque

Diversoria , hospitales Domos , Monasteria , aliaque

ἐμφυλίου σάσεως· ὃ τοῦ ϖλὴ τῶν ἔξωθεν πολέμου, πολλῷ φευκτότερόν ἐσι καὶ φοβερώτερον , ὅσῳ ἰὰς οἰκείας δαπανᾶν σάρκας , ϖλὴ ἀλλοτρίων [a] φευκτότερον. a

ρι. Εἰ ὄ ἰαῦτά σοι κακουργίας εἶναι δοκεῖ τὸ λεῖον ἠμφιεσμένης , καὶ πόῤῥω βασιλικῆς μεγαλοϖρεπείας, φέρε , σοι ϖλάσησω καὶ τὰ τούτων ἔτι κερδαλεώτερα. ὁρῶν γὰρ τὸν ἡμέτερον λόγον μέγαν μὲν ὄντα τοῖς δόγμασι καὶ ταῖς ἄνωθεν μαρτυρίαις, τὸν αὐτὸν [b] παλαιόν b τε καὶ νέον· παλαιὸν μὲν ταῖς ϖροῤῥήσεσι, καὶ τοῖς ὑϖαστράπτουσι [c] κινήμασι τῆς θεότητος· c νέον δὲ τῇ τελευταίᾳ θεοφανείᾳ , καὶ τοῖς ἐκ ταύτης τε καὶ ϖρὸ ἰαύτην θαύμασιν· ἔτι δὲ μείζω καὶ γνωριμώτερον τοῖς ϖλασθεῖσι, καὶ εἰς τόδε τετηρημένοις τύποις τῆς ἐκκλησίας· ἵνα μηδὲ τοῦτο ἀκακούργητον μένῃ , τί μηχανᾶται, καὶ τί ϖοιεῖ ; μιμεῖται Ραψάκην τὸν Ασσύριον , ἐϛρατήγει δὲ ἄρα τῷ βασιλεῖ τῶν Ασσυρίων [d] Σεναχηρείμ· οὗτος ἐπὶ τὴν d Ιουδαίαν ϛρατεύσας, καὶ δυνάμει πολλῇ καὶ χειρὶ τὰ Ιεροσόλυμα πολιορκῶν, καὶ τῇ πόλει ϖροσκαθεζόμενος , [e] ἐπειδὴ μήτε δυνάμει e ϖλάσησαθαι τὴν πόλιν οἷός τε ἦν , μήτε τι ϖλὴ ἔνδον αὐτῷ ϖλᾶ ϖλὴ ϖροδοσίᾳ ἐνεδίδοτο, λόγοις ἡμέροις καὶ ὁμογλώσσοις ὑϖοϖοιεῖσθαι τὴν πόλιν ἐπιχειρεῖ· ὃ δὴ [f] συνέντας λέγεται f τοὺς πολιορκουμένους , τοῦτο ϖλαιτήσασθαι ϖροῶτον , Συριϛὶ λαλεῖσθαι αὐτοῖς , ἀλλὰ μὴ Εβραϊϛὶ [g] κελεύσαντας , ὡς τάχα ἂν εἰς g δουλείαν κλαπεῖσι τῷ ἡμέρᾳ τῆς ϕαλέξεως.

ρια. Τοῦτο δὴ καὶ οὗτος ϕανεὶς , διδασκαλεῖα μὲν ἱδρύσασθαι κατὰ ϖᾶσαν πόλιν ἕτοιμος ἦν , βήμαϛά τε καὶ ϖροεδρίας , καὶ ὑϕεδρίας , Ελληνικῶν τε δογμάτων ἀναγνώσεις , καὶ ἀναϖλύξεις , ὅσαι τὲ ἦθος ῥυθμίζουσι , καὶ ὅσαι τῆς [h] ἐϖικρύψεως· εὐχῶν τε h τύϖον ἐν μέρει , καὶ τῆς τῶν ἁμαρτανόντων κατὰ μέτρον [i] ἐϖιλιμήσεως· [k] ϖροτελείων τε i k καὶ τελειώσεως , καὶ ὅσα τῆς ἡμετέρας ζαφῶς ἐϛιν εὐταξίας· ἔτι δὲ καταγώγια ϖήξασθαι καὶ ξενῶνας , [l] ἀγνευτήριά τε καὶ ϖαρθενῶνας , l καὶ ϕροντιϛήρια , καὶ τὴν εἰς τοὺς δεομένους

(*a*) Φευκτότερον. Reg. I. & Sav. addunt, εἶεν. Ita Elias in Billio.

(*b*) Παλαιόν τε. Reg. I. addit , ὁμῶ, *simul.*

(*c*) Κινήμασι. Sic omnes ad unum Codices. Ed. Paris. νοήμασι. Porrò *motus* appellat Gregorius transitorias Dei apparitiones , sive per miracula , sive per speciem oculis objectam , quas opponit posteriori in carne , seu Christi adventui.

(*d*) Σεναχηρείμ. Alii , Σενναχηρείν.

(*e*) Επειδὴ μήτε. Mss. communiùs , ἐπεὶ μήτε.

(*f*) Συνέντας. Regg. hu. q. Ald. & Herv. συνέντας.

(*g*) Κελεύσαντας. Ita libri omnes editi & scripti. Ed. Par. κινδυνεύσαντας. *quòd periculum esset.*

(*h*) Επικρύψεως. *Quæ sunt allegorici sensûs ac mystici.*

(*i*) Επιτιμήσεως. Non benè Billius , *supplicii* , quæ vox durior , nec unquam usitata ubi de pœnis canonicis agitur.

(*k*) Προτελείων τε. Sic omnes Mss. *initiationum ritus & perfectionis.* Ed. προτελείων δέ.

(*l*) Αγνευτήριά τε &c. Comb. *Religiosæ exercitationis extra sæculi turbas loca & gymnasia , castitatis puræque mentis palæstra.*

φιλανθρωπίαν, τήν τε ἄλλην ὁπόση, καὶ A humanitatem & benignitatem erga pau-
a τὴν [a]ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν, οἷς res adjungere, cùm in aliis rebus, tum in commendatitiis epistolis sitam, quibus eos, qui inopiâ premuntur, ex gente ad gentem transmittimus : quæ videlicet ille in nostris rebus præsertim admiratus fuerat.

Christianorũ instituta æmulatur.

ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρήζοντας, ὠθαπέμπομεν· ἃ δὴ καὶ μάλιστα τῷ ἡμετέρων εἶχε θαυμάσας.

b ριϐ. Ταῦτα [b]διενοεῖτο μὲν ὁ καινὸς δογματιστής τε καὶ σοφιστής· μὴ ἐπιτελῆ δὲ γενέσθαι, μηδὲ εἰς ἔργον ἀχθῆναι τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἐγχείρησιν, οὐκ οἶδ', εἴ τε ἡμῖν κέρδος,

Christianæ Religionis excellentia.

c τοῖς [c]ἐκείνου τε καὶ τῷ ἐκείνου θᾶττον ἀπηλ- λαγμένοις, εἴ τε τῷ προελθόντι μέχρι τῆς B & illius sceleribus citiùs defuncti simus ; an ὀνειρώξεως· ἐδείχθη γὰρ ἂν τίνα μὲν ἀνθρώπων κινήματα, τίνα δὲ πιθήκων μιμήματα. ἐπεὶ

contrà illi, qui non ultra cogitationis somnium processerit. Liquidò enim patuisset quinam hominum motus, & quænam simiarum imitationes sint. Nam hæ quoque humana quædam, illecebris vafrè propositis,

d καὶ οὗτοι [d]μιμεῖσθαι μὲν λέγονται τῷ ἀνθρω- πίνων τινὰ, δελεασμάτων κακοτέχνως προτι- θεμένων· τούτοις μέν τοι καὶ ἁλίσκονται, μὴ

Ethnici possunt esse tantùm Simiæ Christianæ virtutis.

e δυναμένης [e]ἐξίκεσθαι τοῦ ἡμετέρου σοφοῦ τῆς

imitari dicuntur ; verùm per hæc quoque ipsa produntur, quòd solertiam nostram imitatione assequi non possint. Neque enim

f μιμήσεως. οὐ γὰρ μᾶλλον [f]ἵππος Θεσσαλικὴ, καὶ γυνὴ Λακεδαιμονία, καὶ ἄνδρες οἱ τῆς Ἀρεθούσης πίνοντες, οἷον δὴ λέγω Σικελιώτας,

magis equa Thessala, & mulier Lacæna, & viri Arethusæ aquam bibentes, hoc est, Siculi, ut fert editum de ipsis oraculum,

g ὡς ὁ περὶ αὐτῶν χρησμὸς, τὸ [g]ἔκκριτον τῶν C principem inter eos, qui ejusdem generis ὁμογενῶν ἔχουσιν, ἢ Χριστιανοῖς τὰ τοιαῦτα

sunt, laudem obtinent, quàm hujusmodi ritus & sanctiones Christianis aptissimè congruunt : talésque sunt, ut nullus eorum qui vestigiis nostris insistere cupiunt,

h ἔθη τε καὶ νομοθετήματα τῷ [h]πρεπωδεστάτων ἐστί· καὶ οἷα ὑπ' οὐδενὸς ἂν ἄλλου ζηλωθέντα τῶν ἡμῖν ἕπεσθαι βουλομένων· ἐπειδὴ μὴ ἀν-

eas æmulari possit : quandoquidem non magis humanis ingeniis atque inventionibus,

i θρωπίναις [i]ἐπινοίαις μᾶλλον, ἢ θείᾳ δυνάμει

quàm vi divinâ temporisque firmitate vigorem adeptæ sunt.

k καὶ χρόνου βεβαιότητι τὰ [k]τοιαῦτα νενίκηκεν.

Christiana Philosophia in contemplationem & actionem divisa.

l ριγ. Οὐδὲν δὲ οἷον, καὶ τὴν [l]θαυμασίαν

CXIII. Nec verò quidquam commodius fuerit, quàm admirandam hanc eorum fictionem, vel potiùs transfictionem, tanquam

m αὐτῶν ταύτην [m]ἀνάπλασιν, ἢ μετάπλασιν

in scena spectare, atque cognoscere, tum

o n ὡς [n]ἐπὶ σκηνῆς θεωρῆσαι καὶ καταμαθεῖν, [o]τίς μὲν ἂν ἦν ὁ τῆς διδασκαλίας τρόπος αὐτοῖς, D τί δὲ τὸ πέρας τῶν συνελεύσεων· ἵν', ὅ φησι Πλάτων περὶ τῆς ἐν λόγῳ πόλεως, ἴδω-

quæ ipsorum in docendo ratio, tum quis conventuum finis esset : ut, quod de civitate illa in verbis sita Plato inquit, *motu*

(*a*) Ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις. Vulgò, *litteræ formatæ.*

(*b*) Διενοεῖτο. Hæc in animo habuisse Apostatam scribit probatque Sozomenus, lib. 5. c. 15. prolatâ Juliani ipsius ad Arsacium epistolâ.

(*c*) Ἐκείνου τε. Sic plerique Codices. Deest τε in Ed.

(*d*) Μιμεῖσθαι. Pass. aliique nonnulli, χαμαιλίζεσθαι. Locus difficilis, inquit Montacutius, qui nec Eliæ nec Billii probat interpretationem. Verùm fallitur Montacutius, dum putat Gregorium allusisse ad Historiam, de qua Nyssenus in vita Mosis de simiis Regis Ægyptiorum. Historia namque de qua hic agitur, ea est de qua Nyssenus, non *in vita Mosis*, sed in tractatu *de nomine & professione Christiana ad Harmonium*, T. III. p. 268 & 269. ubi non de simiis Regis Ægyptiorum, sed de simia Circulatoris cujusdam & præstigiatoris Alexandrini. *Is Circulator*, ut narrat Nyssenus, *exercuerat ac docuerat simiam, ut agilitate quâdam in formam & habitum saltatricis sese componeret, eique saltatricis apposuerat personam, ac vestem circumdederat exercitio convenientem. . . . simia ad numerum sese flectebat & contorquebat, ac per omnia quæ & faciebat & facere videbatur, naturam occultabat. Cùm autem capti essent rei novitate Spectatores, quidam cæteris astutior, simiam esse simiam ludo quodam ostendit. Acclamantibus enim cunctis & applaudentibus agilitati simiæ, ad cantum & modulationem aptè se moventis & circumagentis, projecit in Orchestra è bellariis ea quæ talium bestiarum ingluviem attrahunt atque invitant ; illa verò nihil cunctata, ut vidit ante chorum dispersa amygdala, oblita saltationis accurrit ad ea, & manuum palmis collegit ; personam, ne impedimento esset, ori detraxit. . . . atque ita pro laudibus & admiratione risum abundè movit Spectatoribus.* Hæc est narrata à Nysseno Historia, quam haud dubiè Oratoris nostri verba spectant ; quæ idcircò sic vertenda, aut sic verti posse existimem : *Liquidò enim patuisset, propositis vafrè quibusdam illecebris, . . . Nam hæ quoque (Simiæ) humanas quasdam actiones & motus æmulari dicuntur ; verùm per hæc, illis nimirum captæ, produntur.*

(*e*) Ἐξίκεσθαι. Colb. 3. & Pass. ἐξικνεῖσθαι.

(*f*) Ἵππος Θεσσαλικὴ &c. Sensus est : quemadmodùm equa Thessala cæteris omnibus antecellit, & mulier Lacæna omnibus aliis mulieribus, & viri siculi omnibus viris ; ita Christiani, in religiosis ritibus & sanctionibus, mortales omnes antecellunt, nec eos imitari possibile est.

(*g*) Ἔκκριτον. Pass. ἔνκριτον. Sav. ἐξαίρετον.

(*h*) Πρεπωδεστάτων. In Reg. bm. & Mont. γρ. πρεπωδεστέρων.

(*i*) Ἐπινοίαις. In Bill. & Montac. γρ. ἐννοίαις.

(*k*) Τοιαῦτα. Reg. bm. in textu ; Billius & Montac. in ora, ταῦτα.

(*l*) Θαυμασίαν. Colb. k. θαυμαστήν.

(*m*) Ἀνάπλασιν. *Reformationem : μετάπλασιν, transformationem, æmulam alieni ritûs ac Christiani fictionem.*

(*n*) Ἐπὶ σκηνῆς &c. *Socrates*, apud Platonem in Tim. *post fundatam instructamque legibus civitatem, cupere se ait eam motu incitatam videre*, hoc est, *juxta legum suarum præscriptum regi ac gubernari.* Eodem modo Gregorius ait se optare, ut illa Christianorum rituum imitatio à Juliano excogitata, in opus tandem prodeat, quò magis ridicula appareat.

(*o*) Τίς μὲν ἂν ἦν. Colb. Ald. Herv. τίς μὲν ἂν ὁ τῆς.

præditum eorum consilium aspiciamus. Nam cùm tota philosophia in duas partes, hoc est, in contemplationem & actionem, divisa sit; quarum altera ut sublimior, ita difficilior; altera humilior quidem atque abjectior, cæterùm fructuosior; apud nos utraque alterius ope atque adjumento floret. Ut enim contemplationem ascensûs ad cœlestia comitem ascìscimus; ita vicissim actio nobis ad contemplationem gradus ac velut scala est. Neque enim fieri potest, ut sapientiæ compotes sint, qui sapienter non vixerint. Apud illos autem, haud scio utra res magis ridicula atque infirma videbitur; ut qui à divino afflatu coagmentationis & constitutionis suæ robur haudquaquam habeant, radicibus illis non absimiles, quæ, quòd stabili loco minimè fixæ sint, undis feruntur. Ergo in Beatam eorum jaciamus, ut cum ipsis ludentibus, & fabulantibus, quemadmodum in plerisque scenicis ludis fieri solet, nos quoque paulùm ludamus: atque ad illud Scripturæ, quo *cum gaudentibus gaudere, & cum flentibus flere* admonemur, hoc quoque adjungatur, ut cum nugantibus nugari sustineamus. Nam & Poëtæ risum in lacrymis persæpè agnoscunt.

Actio ad contemplationem, contemplatio ad cœlestia ducit.

Rom. XII. 15.

CXIV. Sit igitur aptè paratum theatrum: nam quo alio nomine templum suum vocari jusserint, nescio: Præcones clament: populus confluat: præsideant, vel qui ætate, & canitie, ac vitæ integritate præstant, vel qui generis splendore ac gloriâ conspicui sunt, eâque sapientiâ quæ terrenis nectatur, & quæ jucunditatis plus habeat quàm vera pietas. Id enim eorum arbitrio permittemus. Quid deinde agent? Ipsi Præsides suos & Antistites describant. Purpura eos ornabit, & vittæ, & floridæ ac pulchræ coronæ: quandoquidem plerisque in rebus gravitatem & majestatem ab ipsis affectari comperi, ídque eos studere, ut supra privatos ac plebeios emineant: tanquam videlicet id quod commune atque humile est, facilè in contemptum veniat: quod autem elatum & tumidum, atque affecutu difficile, authoritatem afferat. An hîc quoque ad nos usque se demittent, ac sublimitatem, non magis in gestu ac specie, quàm in moribus sibi convenire, nostri instar, existimabunt?

Scenica Gentilium religio.

μεν [a] κινουμένην αὐτῶν τὴν ἐπίνοιαν· εἰς δύο γὰρ ἅπασα διηρημένης πάσης φιλοσοφίας, θεωρίαν τε λέγω καὶ πρᾶξιν· καὶ τῆς μὲν ὑψηλοτέρας οὔσης, δυσεκμάρτου δέ· τῆς δὲ [b] ταπεινοτέρας, χρησιμωτέρας δέ· ἡμῖν μὲν ἀμφότερα δι' ἀλλήλων εὐδοκιμεῖ· καὶ γὰρ θεωρίαν συνέκδημον [c] πρὸς τὰ ἐπεῖθεν ποιούμεθα, καὶ πρᾶξιν θεωρίας ἐπίβασιν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε εἶναι ζοφίας μετέχειν μὴ ζοφῶς [d] ἀναπεφάνθαι· τοῖς δὲ οὐκ οἶδ' ὁπότερον δόξει γελοιότερόν τε καὶ ἀσθενέστερον, οὐκ ἔχουσιν ἐκ θείας ἐπιπνεύσεως τὸ [e] δυνατὸν τοῦ συστήματος, ὥσπερ τῶν ῥιζῶν, αἳ καθ' ὕδατος ὀχοῦνται, πῆξιν οὐκ ἔχουσαι· καὶ δὴ [f] βάλωμεν εἰς τὴν μακαρίαν αὐτῶν, ἵν' ὀλίγα καὶ αὐτοὶ παίζουσιν αὐτοῖς καὶ μυθολογοῦσιν, ὥσπερ ἐν πολλοῖς τῶν δραμάτων, [g] συμπαίξωμεν· καὶ πρέπειν πῇ χαίρειν μετὰ χαιρόντων, κἀ κλαίουσι συνδακρύειν, τὸ καὶ λυπαίνουσι συλλυπεῖν ἀνέχεσθαι· καὶ γέλωτα ἐν δακρύοις [h] ποιηταὶ γινώσκουσιν.

ριδ. Ἐγω τὸ [i] θέατρον εὐτρεπές· ἢ οὐκ οἶδ' ὅ,τι κἀ καλεῖν τὸν οἶκον αὐτῶν [k] κελεύσουσιν· οἱ κήρυκες βοάτωσαν· ὁ λαὸς συνίτω· τὴν πρεσβρίαν ἐχέτωσαν, εἴτε οἱ πολιᾷ, κἀ χρόνῳ, καὶ τῇ τῆς πολιτείας ἐξειλεγμένῳ πρέχοντες, εἴτε οἱ γενεῖ καὶ δόξῃ πρέβλεπτοι, καὶ [l] ζοφίᾳ τῇ κάτω πλεκομένῃ, καὶ πλεῖον ἐχούσῃ τὸ τερπνὸν [m] τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας· τοῦτο γὰρ ἐπ' αὐτοῖς [n] ποιησόμεθα. τί ποιήσουσι τὰ ἑξῆς; αὐτοὶ τοὺς ἑαυτῶν πρέδρους γραψάτωσαν. ἀλουργίς αὐτοὺς κοσμήσει, καὶ ταινία, καὶ στεφάνων ἄνθος καὶ κάλλος· ἐπειδὴ πολλαχοῦ τὸ σεμνὸν ἔγνων αὐτοῖς σπουδαζόμενον, καὶ τὸ ὑπεράνω τοῦ ἰδιώτου· ὡς τοῦ μὲν κοινοῦ καὶ πεζοῦ, τὸ εὐκαταφρόνητον ἔχοντος· τοῦ δὲ ὑπερόγκου καὶ δυσεφίκτου, τὸ ἀξιόπιστον· ἢ κἀνταῦθα μέχρις ἡμῶν καταβήσονται, [o] μὴ τὸ ἐν τοῖς σχήμασιν ὑψηλὸν μᾶλλον, ἢ τὸ ἐν τῷ τρόπῳ, πρέπειν αὐτοῖς, ὥσπερ

(a) Κινουμένην. Mont. γρ. ἐνεργοῦσαν. Alii, ἐνεργουμένην.
(b) Ταπεινοτέρας. Paff. addit, μέν.
(c) Πρὸς τὰ ἐκεῖθεν. Bill. *ad cælestium rerum ſtudium comitem.*
(d) Ἀναπεφάνθαι. Reg. b. Colb. k. ἀναπεφόντας.
(e) Τὸ δύνατον. Combef. *ſui cætûs robur.*
(f) Βάλωμεν εἰς τὴν μακαρίαν αὐτῶν. Ita plerique Codices. Ed. βάλλωμεν. Paff. καὶ δὴ καὶ εἰσβάλωμεν, & poſt αὐτῶν addit, ἐκκλησίαν. Quæ vox gloſſema eſt, quod in textum irrepſit. Cæterum parœmia hæc eſt ex Ariſtophane in Equitibus: βάλ' ἐς μακαρίαν, *aufer te in beatam*, id eſt, *in beatitudinem.* Hic ſermo per Antiphraſim, juxta Eliam, eſt à Gregorio uſurpatus, ita ut *beatitudinis* nomine, veram *miſeriam* intelligat; *atque idem eſt*, ut cum Billio loquar, *ac ſi diceret: fœdiſſimam illorum religionem examinemus & inſectemur, quam tamen pro beata & veneranda habent.*
(g) Συμπαίξωμεν. Ita Paff. aliique omnes. Ed. συμπαίζωμεν.
(h) Ποιηταί. Paff. addit, πολλάκις, ſæpè.
(i) Θέατρον εὐτρεπές. *Aptè paratum ſit theatrum.* Sic Paff. cæterique codices. Editi, εὐπρεπές, *ſpecioſum, decore eximium.*
(k) Κελεύσουσιν. Ita quatuor Regg. Or. 1. Ald. & Herv. In Edit. Par. κελεύσουσιν.
(l) Ζοφίᾳ τῇ κάτω πλεκομένῃ. Bill. *humi contextâ ſapientiâ.* Reg. q. & Paff. πλεονεκτεμένῃ, *ſuperiori, præſtantiori ſapientiâ.*
(m) Τῆς ἀληθοῦς. Plerique codices, τῆς εὐσεβείας, *pietatis*, quod magis probat Comb.
(n) Ποιησόμεθα. Addunt Paff. aliique nonnulli: τί φήσουσι τὸ ἑξῆς; *quid poſtea dicent?*
(o) Μὴ τὸ ἐν τοῖς σχήμασιν ὑψηλόν &c. Meliùs in Elia Billius: *magis ſibi morum ac vitæ, quàm externam & in ſpecie duntaxat ac fuco poſitam ſublimitatem judicantes.*

ὥσπερ

a ὥσπερ ἡμεῖς, νομίζοντες; ἡμῖν γὰρ [a]τοῦ μὲν φαινομένου καὶ γραφομένου βραχὺς ὁ λόγος· ἡ πλείων δὲ πραγματεία περὶ τὸν ἐντὸς b ἄνθρωπον, καὶ μεθέλκειν [b]τὸν θεατὴν ἐπὶ τὸ νοούμενον, ᾧ καὶ μᾶλλον τοὺς πολλοὺς ἐκπαιδεύομεν.

A Nos enim externam quidem ſpeciem, ac velut picturam, parùm admodum curamus: in interno autem homine multò plus operæ ſtudiique ponimus, idque potiſſimùm ſtudemus, ut ſpectatorem ad ea quæ animo cernuntur, retrahamus, quâ etiam ratione vulgus magis erudimus.

ριε. Ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ· τί ὃ τὸ ἐνθεῦθεν; c [c]παρέξεις αὐτοῖς ὑποφήτας δηλαδὴ θεοφόρων d λογίων, [d]ὡς ἂν αὐτοὶ φαίητε, καὶ βίβλους ἀνελίξεις θεολογικάς τε καὶ ἠθικάς· τίνας ταύτας, εἰπέ μοι, καὶ τίνων; καλὸν προσάδεσθαι τὴν Ἡσιόδου θεογονίαν αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἐκεῖ πολέμους καὶ κλόνους, τοὺς Τιτᾶνας, τοὺς Γίγαντας, μετὰ τῶν φοβερῶν ὀνομάτων τε e καὶ πραγμάτων; [e]Κότος, Βριάρεως, Γύγης, Ἐγκέλαδος, οἱ δρακοντόποδες ὑμῶν, οἱ κεραυνοφόροι Θεοὶ, αἱ τούτοις ἐπαφιέμεναι νῆσοι, βέλη τε ὁμοῦ καὶ τάφοι τοῖς ἀπαντήσασι· τὰ πικρὰ τούτων γεννήματα καὶ προβλήματα, f Ὕδραι, Χίμαιραι, Κέρβεροι, [f]Γοργόνες, φιλοτιμία παντὸς κακοῦ. Ταῦτα ἔξω τῶν Ἡσιόδου καλῶν ταῖς ἀκοαῖς προτιθέμενα. Ὀρφεὺς παρίτω μετὰ τῆς κιθάρας, καὶ τῆς πάντα ἑλκούσης ᾠδῆς, ἐπιβρεμέτω Διὶ τὰ μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ τῆς θεολογίας ῥήματα καὶ νοήματα·

B CXV. Atque hæc ad hunc modum ſe habeant. Quid poſteà? Præbebis ipſis ſcilicet divinorum, ut ipſi dicere ſoletis, oraculorum Interpretes; ac libros, tum Theologicos, tum morales evolves & explicabis. Quoſnam tandem hos, dic quæſo, & quorum? Præclarum erit Heſiodi Theogoniam ipſis accini, & bella illic deſcripta, & tumultus, Titanes, Gigantes, nominibus ſimul ac rebus horrendos? Proferentur Cotus, Briareus, Gyges, Enceladus, anguipedes veſtri, Diíque fulmen geſtantes, & inſulæ in eos injectæ, quæ tela ſimul & ſepulchra illis ad prælium occurrentibus extiterunt: tum acerbi atque immanes eorum fœtus ac ſoboles, Hydræ, Chimæræ, Cerberi, Gorgones, omnis denique mali colluvies. Hæc ſint egregia illa, quæ auditoribus ex Heſiodo proponentur. Orpheus jam cum cithara, & cantu omnia trahente prodeat, Jovíque magna illa & eximia Theologiæ verba & cogitata infremat:

Heſiodi Theogonia.

C Orphei carmina.

g Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε Θεῶν, [g]εἰλύμενε κόπρῳ,
h ὅσσα τε [h]μηλείη, ὅσσα τε ἵπποιν, ὅσσα τε ἡμιόνων,
i ἵν' ἐνθεῦθεν, [i]οἶμαι, δειχθῇ τὸ ζωογόνον τοῦ Θεοῦ καὶ φερέσβιον· οὐ γὰρ ἄλλως οἷόν k τε ἦν· καὶ μηδὲ τῆς ἄλλης [k]φείδεσθαι μεγαληγορίας·

Jupiter auguſtiſſime, Deorum maxime, qui te volvis in ſimo,

D *tum ovium, tum equorum, tum mulorum*, ut videlicet hinc vitalis & fœcunda Dei vis declaretur; neque enim aliter poterat; quin nec alii quidem hujuſmodi grandiloquentiæ parcere:

Ὡς εἰποῦσα θεὰ, δοιοὺς ἀνεσύραλο μηρούς,

Ubi Dea locuta eſt, utramque coxam detexit,

l ἵνα τελέσῃ τοὺς ἐραστὰς, ἃ καὶ νῦν [l]ἔτι τελεῖ τοῖς σχήμασιν· ἐπὶ πᾶσιν ὁ Φάνης τε καὶ ὁ Ηρικαπαῖος, καὶ ὁ πάντας καταπίνων τοὺς ἄλλους, εἶτ' ἀναδιδοὺς θεοὺς, ἵνα γένηται πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε· ταῦτα ἐπεισκυκλείσθω τοῖς θαυμασοῖς τῆς θεολογίας ἀκροαταῖς, εἶτ' ἐπινοείσθω τούτοις ἀλληγορήματα καὶ τερατεύματα· καὶ τῶν προκειμένων ἐκπίπτων ὁ λόγος εἰς βάραθρα χωρείτω, καὶ κρημνοὺς θεωρίας οὐκ ἐχούσης τὸ σάσιμον.

ut amaſios ſuos initiaret, quæ quidem nunc quoque adhuc per ſigna & geſtus celebrantur. Ad hæc omnia Phanes accedat, & Ericapæus, & qui omnes alios Deos devorat, ac poſtea egerit, ut Deorum atque hominum pater efficiatur. Hæc eximiis & admirandis divinitatis auditoribus inculcentur, poſteáque his allegoriæ ac portentoſæ interpretationes excogitentur; atque à propoſitis rebus aberrans oratio, in prærupta contemplationis, quæ nihil ſtabile ac ſolidum habeat, feratur.

ρις. Ὅμηρον δὲ ποῦ θήσεις, τὸν μέγαν m [m]τῶν Θεῶν σου κωμῳδιογράφον, εἶτ' οὖν

CXVI. At verò Homerum quo tandem loco pones, magnum, inquam, illum Deo-

Dii, apud Homerum,

(a) Τῦ μὲν φαινομένυ καὶ γραφομένυ. Combef. *Parùm curamus quod oculis ſubjectum eſt ac litteris deformatum;* id eſt, quod videtur, & in cortice eſt litteræ, cui opponitur, τὸ νοούμενον, *quod mente intelligitur.* Nihil hìc de pictura.

(b) Τὸν θεατήν. Reg. q. Colb. 3. & Paſſ. τὸν ἀκροατήν, *auditorem.*

(c) Παρέξεις. Reg. q. Paſſ. παράξεις.

(d) Ὡς ἂν αὐτοὶ φαίητε. Hæc in uno Reg. q. reperimus.

(e) Κότος. Alii, Κότλος.

(f) Γοργόνες. Reg. hu. Γοργόναι.

(g) Εἰλύμενε. Reg. bm. & alii, ἰλύμενε. Ed. εἰλυμμένε. Cæterùm hic verſus & ſequens, ὡς εἰπῶσα &c. non reperiuntur in editis Orphei carminibus.

(h) Μηλείη. Tres Reg. & Colb. k. μηλίη.

(i) Οἶμαι. Deeſt in Paſſ.

(k) Φείδεσθαι. Tres Regg. Or. 1. & Montac. φείδεσθε. Schol. φείδεσθε οἱ Ἕλληνες ὑμεῖς.

(l) Ἔτι τελεῖ. Reg. bm. Bill. Elias ἔτι τελεῖται. Tres Regg. Paſſ. καὶ νῦν ἐπιτελεῖ. Sav. Ald. ἐπιτελεῖται.

(m) Τῶν Θεῶν συ. Billius: *Divinarum.*

theatrorum more, primas partes in scena agentes.

rum tuorum comœdiarum dicam an tragœdiarum scriptorem? Utrumque enim in mirificis illius versibus reperies: alia nempè tristia & calamitosa, alia risu digna. Neque enim profectò levis illud curæ est, videre, quemadmodum Oceanus, Junonis meretricio more cultæ instructæque operâ, in gratiam cum Thetide rediturus sit: quandoquidem rerum universitati periculum imminebat, si ipsi aliquantisper à rebus venereis abstinerent: sive his verbis hoc intelligas, naturam siccam cum humida in concordiam reduci oportere, ne alterutrius redundantiâ mundus perturbetur: sive aliud quiddam his absurdius excogites. Jam, quis admirandus Jovis illius, ac venerandæ Junonis congressus, cùm hoc ipsa ei persuadet, ut medio ipso die obscœnæ rei daret operam, utcunque Poëtæ carminibus suis ipsi blandiantur, lotum roscidum substernentes, & crocum atque hyacinthum è terra producentes? Undè hæc, & quæ horum est ratio? Quo etiam pacto vestra Juno, illa magni Jovis soror & conjux, illa ulnarum candore, roseísque digitis insignis, nunc in æthere & nubibus pendet, ferreísque incudibus deprimitur, aureísque manicis vincîtur, adeò ut ne Diis quidem veniam ei à Jove impetrare contendentibus, periculi expers hujusmodi humanitas esset: nunc autem universum amorum cestum assumit, lascivóque ornatu Jovem ita allicit, ut ipse quoque omnes suos omnium fœminarum amores hoc uno multis partibus inferiores esse confiteatur? Quis præterea hic metus, ne Diis pro Lacæno scorto incitatis, cœlóque intonante, terræ quidem sedes rumpatur, mare autem invertatur, & Orci regia patefiat, atque ea, quæ diuturno tempore obtecta fuerant, in apertum veniant? Quis porrò ille nigrorum superciliorum nutus, & divinorum crinium commotio Olympum totum concutiens? Quis etiam Mars ille vulneratus, aut æneo carcere conclusus? ille, inquam, aureæ Veneris illepidus amator, adultérque minimè circunspectus, atque à loripede Vulcano correptus & constrictus, Deorúmque theatrum ob turpitudinem suam & obscœnitatem colligens, exiguóque pretio dimissus?

Homeri deliramenta cùm de Diis & Deabus differit.

Poëticæ fabulæ ad honestum trahere non possunt.

CXVII. Cùm hæc omnia; atque his plura, ita scitè & variè composita atque prorsus inusitata se habeant, quis apud vos

A [a] τραγῳδοποιόν; ἀμφότερα γὰρ εὑρήσεις ἐν a
τοῖς θαυμασίοις αὐτοῦ ποιήμασι· τὰ μὲν
συμφορᾶς, τὰ δὲ γέλωτος ἄξια· καὶ γὰρ
ὄντως οὐ μικρᾶς τῆς φροντίδος ἐκεῖνο ἰδεῖν,
πῶς μὲν Ὠκεανὸς Τηθύϊ καταλλαγήσεται
δι' Ηρας πορνικῶς κοσμουμένης· ἐπειδὴ
κίνδυνος τῷ παντὶ χρόνον τινὰ ζωφρονούντων
αὐτῶν· εἴτ' οὖν τὴν ξηρὰν φύσιν καὶ τὴν ὑγρὰν
καλλάττεσθαι δέοι, μὴ τῷ πλεονασμῷ τοῦ
ἑτέρου τὸ πᾶν [b] συγχεθῇ· εἴτέ τι ἄλλο [c] τού- b c
B των ἐπινοεῖς ἀτοπώτερον. τίς δὲ ἡ θαυμασία
μίξις [d] τοῦ νεφεληγερέτου, καὶ τῆς σεμνῆς d
Ηρας, ἡνίκα ἀσχημονεῖν αὐτὸν ἀναπείθει
μεσούσης ἡμέρας, κἂν οἱ ποιηταὶ μετὰ τῷ
μέτρων αὐτὸν κολακεύωσι, λωτὸν ὑποστρω-
νῦντες ἑρσήεντα, καὶ κρόκον ἀναφύοντες ἐκ τῆς
γῆς καὶ ὑάκινθον; πόθεν ταῦτα, καὶ τίς τούτων ὁ
λόγος; πῶς δὲ ἡ αὐτὴ καθ' ὑμᾶς [e] Ηρα ἡ τοῦ e
μεγάλου Διὸς ἀδελφὴ καὶ ὁμόζυγος, νῦν μὲν
ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλαις κρεμαμένη, καὶ σιδηροῖς
C ἄκμοσι καθελκομένη, καὶ χρυσαῖς τιμωμένη
χειροπέδαις, ἡ λευκώλενός τε καὶ ῥοδοδάκ-
τυλος, ὡς μηδὲ τοῖς παραιτεῖσθαι βουλομένοις
τῷ Θεῶν ἀκίνδυνον εἶναι τὴν φιλανθρωπίαν·
νῦν δὲ ὅλον τὸν τῶν ἐρώτων κεστὸν [f] ἐφ' ἑαυτὴν f
ἕλκουσα, δι' ὧν πρὸς τὸν Δία καλλωπισ-
μάτων, ὡς καὶ πάντας ὁμολογεῖσθαι αὐτῷ τοὺς
ἐπὶ πάσαις ἐρωσὶ ἑνὸς τούτου [g] παραπολὺ g
λειπομένους; τίς δὲ ὁ φόβος, μὴ τῷ Θεῶν
κινουμένων [h] ὑπὲρ τῆς Λακαίνης μοιχάδος, h
D καὶ οὐρανὸς [i] σαλπίζοντος, ἀναῤῥαγῇ μὲν γῆς i
ἕδρα, μεθαρμοσθῇ δὲ θάλασσα, δημοσιευθῇ δὲ
ᾅδου βασίλεια, καὶ εἰς τοὐμφανὲς ἔλθῃ τὰ
τῷ μακρῷ χρόνῳ [k] κεκαλυμμένα; τίς δὲ ἡ τῷ k
κυανέων ὀφρύων ἐπίνευσις, καὶ ἡ τῷ ἀμβροσίων
τριχῶν συγκίνησις, ὅλον Ολυμπον [l] καλασείσασα; l
τίς δὲ ὁ τιτρωσκόμενος Αρης, ἢ χαλκῷ κεράμῳ
κατακλειόμενος; ὁ τῆς χρυσῆς Αφροδίτης
ἁφυὴς ἐρασὴς, καὶ μοιχὸς ἀθεώτατος, καὶ
τῷ [m] Αμφιγυήεντι κρατούμενος, καὶ θέαλρον m
E τῷ Θεῶν ἐφ' ἑαυτῷ συλλέγων ἀσχημονοῦντι,
καὶ μικροῖς χρήμασιν ἀφιέμενος;

ριζ. Ταῦτα πάντα καὶ πλείω τούτων
οὕτω ζοφῶς καὶ πολυτρόπως συγκείμενα, καὶ
παντάπασιν ἔξω τῶν νενομισμένων, [n] τίς ἔτως n

(a) Τραγῳδοποιόν. Duo Regg. τραγῳδιοποιόν.
(b) Συγχεθῇ. Ita Regg. omnes, Or. I. Pass. &c. Mont. verò, Par. & Sav. συγχυθῇ.
(c) Τούτων. Sic plerique codices. Pauci cum Editis τοῖς τον.
(d) Τῆ νεφεληγερέτυ. *Nubium congregatoris*, nempè, *Jovis*.
(e) Ηρα ἡ τῆ. Sic Mont. Bill. Pass. & cæteri Mss. Deest ἡ, in Par. ed.
(f) Εφ' ἑαυτήν. Herv. ἐφ' ἑαυτῆς.
(g) Παραπολύ. Plerique codices, παρὰ πολύ.
(h) Υπὲρ τῆς Λακαίνης μοιχάδος. Pro Lacæno scorto. De Argivæ Helenæ raptu hîc sermo est.
(i) Σαλπίζοντος. *Quasi tubâ signum dante.*
(k) Κεκαλυμμένα. Reg. I. συγκεκαλυμμένα.
(l) Κατασείσασα. Pass. κατασείσασα.
(m) Αμφιγυήεντι. Pass. ἀμφιγύῃ. Reg. bm. ἀμφιγυήει. Alii, ἀμφιγύει, ἀμφιγύϊ, ἀμφιγυίῃ.
(n) Τίς ἔτως. Reg. bm. τίς ἔτος.

ὑμῖν ὑψηλός τε καὶ μέγας, καὶ ὄντως Διὶ A ita magnus & ſublimis eſt, ac verè Jovi
a μῆτιν ἀτάλαντος, ὡς [a]εἰς τὸ εὐπρεπὲς ἀγαγεῖν consilio par, ut, ſupra nubes elatæ con-
λόγοις θεωρίας ὑπερνεφοῦς, καὶ ὑπὲρ τὰ templationis, mentiſque noſtræ captum
b ἡμέτερα [b]μέτρα τῆς καλαλήψεως; καί τοι & modulum ſuperantis rationibus, ea ho-
ταῦτα εἰ μὲν ἀληθῆ, μήτ' αἰσχυνέσθωσαν, neſta & decora reddere poſſit? Et qui-
μὴ φιλοτιμείσθωσαν, ἢ, ὅτι μὴ αἰσχρὰ, πειθέ- dem, ſi hæc vera ſunt, non erubeſcant
τωσαν. καὶ τί δεῖ καταφεύγειν αὐτοὺς ἐπὶ τὸν illi, ſed potiùs glorientur, aut ea turpitu-
c μῦθον, ὡς τῆς [c]αἰσχύνης συγκάλυμμα; οὐ γὰρ dine carere probent. Quid enim neceſſe eſt
d θαῤῥούντων, ἀλλ' ὑποχωρούντων [d]ὁ μῦθος· εἰ eos ad fabulam, tanquam ad turpitudinis
δὲ ψευδῆ, πρῶτον μὲν ἐπιδεικνύτωσαν ἡμῖν integumentum perfugere? Neque enim
τοὺς γυμνοὺς θεολόγους, ἵν' ἧ πρὸς ἐκείνους B præſidentium, ſed metuentium ac terga
ἡμῖν ὁ λόγος· ἔπειτα λεγέτωσαν πῶς οὐκ vertentium eſt fabula. Si autem falſa, pri-
e εὔηθες, οἷς ὡς μυθικοῖς [e]αἰσχύνονται, τού- mùm nudos Theologos nobis oſtendant, ut
τοις ὡς ἰσχυροῖς καλλωπίζεσθαι· καὶ ἃ τοὺς cum his diſputationem ineamus. Deinde
πολλοὺς λανθάνειν δυνατὸν ἦν, ἃ γὰρ πάντων ἡ dicant, an non ſtultum ſit, quibus ut fictis
παίδευσις, ταῦτα δημοσιεύειν ταῖς ἁπάντων & fabuloſis erubeſcunt, iiſdem, ut firmis,
f ὄψεσιν ἐν [f]πλάσμασί τε καὶ σχήμασι, καὶ τὸ ſeſe jactare; & quæ multitudini obſcura
δεινότατον, μεθ' ὅσης τῆς εἰς χρήματα ζημίας, atque incognita eſſe potuiſſent, non enim
g ἔν τε ναοῖς, καὶ βωμοῖς, καὶ [g]ἱδρύμασι, καὶ ἀναθή- omnium eſt eruditio, hæc, tum per fig-
h μασι, καὶ θυσίαις πολυταλάντοις, καὶ [h]ἀζημίως menta, tum per figuras, ob omnium oculos
ἐνὸν εὐσεβεῖν, ἀσεβεῖν αἱρεῖσθαι μετὰ ζημίας; C ponere, quódque graviſſimum eſt, non ſine
maximo pecuniarum detrimento, in tem-
plis, aris, ſtatuis, donariis, ac ſumptuo-
ſiſſimis ſacrificiis, cúmque citra rei fami-
liaris diſpendium pietatem colere liceat,
impium eſſe malle cum detrimento?

Stultus quiſquis in fictis & fabuloſis, in quibus erubeſcit, gloriatur.

ριν. Εἰ δὲ ταῦτα μὲν ποιητῶν εἶναι φήσουσι πλάσματα καὶ ληρήματα, δύο τούτοις προσχρωμένων εἰς τὸ τερπνὸν τῆς ποιήσεως, μέτρῳ καὶ μύθῳ, καὶ οἷον καταγλυκαινόντων τούτοις τὴν ἀκοὴν, αὐτοῖς δὲ ἀπορρητότερον εἶναι καὶ βαθύτερον τὸν ἐναποκείμενον τούτοις νοῦν, καὶ δυσβατὸν ὀλίγοις τῶν σοφωτέρων, σκοπεῖτε ὡς ἁπλῶς καὶ δικαίως περὶ τούτων i ἐγὼ διαλέξομαι. πρῶτον μὲν [i]πῶς ἐπαινοῦσι τοὺς ὧν σέβουσιν ὑβρισὰς, καὶ μικροῦ τῶν D ἰσοθέων ἀξιοῦσι τιμῶν, οἷς τὸ μὴ δοῦναι δίκην τῆς ἀσεβείας, κέρδος αὐτάρκες ἦν; εἰ l k γὰρ τοῖς [k]εἰς ἕνα Θεὸν αὐτῶν καὶ [l]ἰδία καὶ m μικρὰ βλασφημήσασι, θάνατος [m]ἢ ζημία ὤφλε τῶν νόμων, τί πάσχειν ἔδει τοὺς πᾶσιν ὁμοῦ καὶ δημοσίᾳ, καὶ ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἐπαφιέντας τὴν ποίησιν, καὶ μακρῷ χρόνῳ παραδόντας τὴν κωμῳδίαν; ἔπειτα καὶ τοῦτο λογίζεσθαι ἄξιον· εἰσὶ καὶ παρ' ἡμῖν κατ' ἐπίκρυψιν λόγοι τινὲς, οὐκ ἀρνήσομαι, ἀλλὰ E n [n]τίς ὁ τρόπος αὐτῶν τῆς διπλόης, καὶ τίς ἡ δύναμις; οὔτε τὸ φαινόμενον ἀπρεπὲς, καὶ o τὸ κρυπτόμενον [o]θαυμάσιον, καὶ ὑπέρλαμπρον

CXVIII. Quòd ſi dixerint hæc quidem eſſe figmenta & nugamenta Poëtarum, qui duo hæc, carmen ſcilicet & fabulam, ad conciliandam poëſi jucunditatem, adhibere, atque iis aurem velut demulcere voluerint; cæterùm verò altiorem & abſtruſiorem in iis ſenſum reconditum eſſe, atque ejuſmodi, ut ſapientiorum pauci ad eum penetrare poſſint: videte quàm ſimpliciter & æquè de his rebus diſſeram. Primùm, cur eos qui ſuis numinibus contumelias inferunt, laudant, diviniſque penè honoribus afficiunt, quibus impietatis pœnam non perſolvere, ſatis amplum lucrum erat? Nam ſi in eos, qui unum quempiam Deorum ſuorum privatim etiam ac levi maledicto affecerint, vel mulcta vel capitalis pœna legibus conſtituta ſit, quas tandem eos pendere oportebat, qui in omnes ſimul, & publicè, & ob fœdiſſima flagitia poëſis ſuæ aculeos ſtrinxerunt, atque hanc comœdiam poſteris in longum tempus tradiderunt? Tum hoc quoque conſiderare operæ pretium fuerit: ſunt etiam apud nos abditi quidam & allegorici ſermones, nec id negavero, verùm quænam duplicis eorum ſenſûs eſt ratio, & quæ vis ac poteſtas? Nec externa ſpecies indecora & inhoneſta eſt, & quod

Laudant Ethnici Poëtas ſuos, qui ſæpe Diis quos colunt, conviciantur.

Chriſtianorum allegoriæ.

(a) Εἰς τὸ εὐπρεπὲς ἀγαγεῖν. *Ut ea ad honeſti ac decori ſpeciem trahere poſſit.*
(b) Μέτρα τ῀ καταλήψεως. Paſſ. καταλήψεως μέτρον.
(c) Αἰσχύνης. Reg. hu. duo Colb. & Paſſ. ἀχημοσύνης.
(d) Ο μῦθος. Paſſ. ἔστιν ὁ μῦθος. Colb. k. ὁ μῦθός ἐστιν. In aliis omittitur, ἐστίν, vel ſcribitur ante, aut poſt, ὁ μῦθος.
(e) Αἰσχύνονται. Ita melioris notæ codices. Ed. αἰσχύνωνται.
(f) Πλάσμασι &c. Comb. vertit: *per ſimulacra & cerimonias & geſticulationes.*
(g) Ἱδρύμασι. Paſſ. ἱδρύσμασι.
(h) Ἀζημίως. Colb. k. ἀξημίοις.
(i) Πῶς ἐπαῖνουσι τὰς ὧν σέβουσιν ὑβρισάς; Benè Billius in prima Edit. *cur numinum ſuorum convitiatores laudant?* In Pariſ. prætermiſſum, ὧν σέβουσι.
(k) Εἰς ἕνα. Deeſt εἰς in duobus Regg. Paſſ. &c.
(l) Ἰδία καὶ μικρά. Hîc adverbialiter poſita.
(m) Ἡ ζημία. Sic Reg. y. codex optimæ notæ, quem ſequi non dubitamus. In Ed. ἡ ζημία.
(n) Τίς ὁ τρόπος. Reg. y. Colb. k. Sav. Comb. τίς ὁ λόγος.
(o) Θαυμάσιον. Reg. f. Colb. k. & Paſſ. addunt, καὶ ὑψηλόν. *& ſublime.*

occultatur, admirandum eſt, iiſque, qui in penetralia ipſa inducuntur, mirè ſplendidum, ac pulcherrimi inſtar cujuſdam corporis inacceſſi, haud aſpernandâ veſte contegitur. Rerum enim divinarum, meâ quidem ſententiâ, ne indicationes quidem ipſas externáſque ſpecies inhoneſtas eſſe convenit, rebúſque ſignificatis indignas, ac denique tales, ut homines quoque ipſi eas de ſe prædicari permoleſtè laturi ſint; verùm aut maximam omninò pulchritudinem habere, aut certè à ſumma turpitudine abeſſe, ut partim eruditiores oblectent, partim vulgi animos minimè labefactent.

Ethnicorum Allegoriæ.

CXIX. Apud vos contrà, nec quod intelligendum proponitur, fidem meretur; & quod externè oculis objicitur, funeſtum & exitioſum eſt. Quæ porrò prudentia eſt per cœnum ad urbem ducere, aut per ſaxa & ſcopulos ad ſtationem contendere? Quid enim ex eo accidet, & quis verborum finis futurus eſt? Tu quidem nugaberis, tuóſque errores, aut animi figmenta, ſenſu allegorico explicabis: qui autem tibi fidem habeat, non erit. Nam quod oculis cernitur, majorem ad perſuadendum vim habet. Sicque nullam auditori utilitatem attuleris, & ſpectatorem perdideris, qui nimirum ei quod oculis oblatum cernit, præbeat aſſenſum. At contemplationis quidem locus apud eos talis eſt, támque ab hypotheſibus remotus, ut priùs omnia inter ſe copulare quis poſſit, atque ea quæ longo intervallo disjuncta ſunt, in unum adducere, quàm ut hæc componat atque conciliet, ejuſdémque viri eſſe affirmet, figmenta nimirum & eorum involucra.

Deorum exempla bonis moribus adverſa.

CXX. Quid autem dixeris de ea ipſorum diſciplinæ parte, quæ circa mores verſatur? Undè, & à quibus rebus ordientes, quibuſque rationibus utentes, ad virtutem eos informare, conſiliiſque ſuis & præceptis quàm optimos efficere poterunt? Verbi gratiâ: Optima res eſt concordia, optima res pari animorum conſenſu inter ſe civitates, & populos, & familias, & ſingulos homines jungi, legem videlicet ordinémque naturæ ſequentes, quæ omnia diviſit ſimul atque conſtrinxit, ac totam hanc rerum molem, mundum unum ex pluribus rebus effecit. Quibus autem exemplis hoc illi docebunt? An Deorum bella narrantes, & diſſidia, & rebelliones, malorúmque multitudinem, quæ privatim ipſi publicéque, partim aliis inferunt, partim ab aliis perpe-

A τοῖς εἰς τὸ βάθος εἰσαγομένοις, καὶ ὥσπερ τι σῶμα καλὸν καὶ ἀπρόσιτον, οὐ φαύλῃ τῇ ἐσθῆτι περικαλύπτεται· δεῖ γὰρ, ὡς γοῦν ἔμοιγε δοκεῖ, τῶν θείων μηδὲ τὰς [a] ἐνδείξεις, καὶ τὰς a
ἐμφάσεις ἀπρεπεῖς εἶναι καὶ ἀναξίας τῶν δηλουμένων, μηδὲ οἵαις [b] ἂν καὶ ἄνθρωποι b
λεγομέναις περὶ αὐτῶν δυσχεραίνοιεν· ἀλλ' ἢ τὸ κάλλιστον πάντως ἔχειν, ἢ μὴ τὸ αἴσχιστον, ἵνα
τὸ μὲν τοὺς ζοφωτέρας εὐφραίνῃ, [c] τὸ δὲ μὴ c
βλάπτῃ τοὺς πλείονας.

B

ριθ. Ὑμῖν δὲ οὔτε τὸ νοούμενον ἀξιόπιστον, καὶ τὸ προβεβλημένον ὀλέθριον· καὶ
τίς ἡ σύνεσις [d] διὰ βορβόρου πρὸς πόλιν d
ἄγειν, ἢ διὰ πρηβόλων τε καὶ ὑφάλων εἰς
ὅρμον ἐπείγεσθαι; τί γὰρ ἂν [e] τούτου συμ- e
βήσεται; καὶ τί τῶν λόγων τὸ πέρας; σὺ μὲν
ληρήσεις καὶ ἀλληγορήσεις τὰς σὰς ἀτυχίας, ἢ
φαντασίας· ὁ δὲ πεισόμενος, οὐκ ἔσται· τὸ
γὰρ ὁρώμενον, πιθανώτερον· οὔτε οὖν τὸν
ἀκροατὴν ὠνησας, καὶ τὸν θεατὴν ἀπώλεσας
C μετὰ τοῦ φαινομένου γενόμενον· ἀλλ' ὁ μὲν
θεωρητικὸς [f] τόπος αὐτοῖς τοιοῦτος, καὶ f
οὕτω πόρρω τῶν ὑποθέσεων, ὡς πάντα
πρότερον εἶναι [g] συμβαλεῖν ἀλλήλοις, καὶ εἰς g
ἓν ἀγαγεῖν τὰ μακρῷ κεχωρισμένα, ἢ ταῦτα
συνθεῖναι καὶ συναρμόσαι, καὶ τοῦ αὐτοῦ
ἀνδρὸς εἶναι φῆσαι, τὰ [h] μυθολογήματά τε h
λέγω, καὶ τὰ σκεπάσματα.

ρκ. Τί δ' ἂν εἴποις περὶ τοῦ ἠθικοῦ μέρους
D αὐτῶν; πόθεν, [i] καὶ ἐκ τίνων ὁρμώμενοι, καὶ i
τίσι χρώμενοι λόγοις, πλάττειν αὐτοὺς εἰς
ἀρετὴν δυνήσονται, καὶ πλείους ποιεῖν ἀξίους
ταῖς παραινέσεσιν; ἆρισον ὁμόνοια, καὶ τὸ
συμφρονεῖν ἀλλήλοις πόλεις, καὶ δήμους, καὶ
οἰκίας, καὶ τοὺς καθ' ἕκαστον, νόμῳ καὶ τάξει
φύσεως ἑπομένους, ἢ πάντα διεῖλέ τε καὶ
συνέδησε, καὶ τὸ πᾶν τοῦτο κόσμον ἓν ἐκ
πλειόνων πεποίηκε. τίσι τοῦτο διδάξουσιν
ὑποδείγμασιν; ἆρα τοὺς πολέμους λέγοντες
τῶν Θεῶν, καὶ τὰς στάσεις, καὶ τὰς ἐπαναστάσεις,
καὶ τῶν κακῶν τὸ πλῆθος, ὧν αὐτοί τε
ἔχουσι, καὶ [k] ἀλλήλοις παρέχουσιν, ἰδίᾳ τε k
καὶ δημοσίᾳ, ὧν μικροῦ πᾶσα πεπλήρωται

(a) Ενδείξεις. Paſſ. ἐπιδείξεις.
(b) Αν και. Hæc deſunt in duobus Regg.
(c) Το δε μή. Colb. k. τὸ δὲ ἵνα μή.
(d) Τύτυ. Savil. τύτων.
(e) Διὰ βορβόρυ &c. *Per cœnum ad urbem ducere.* Proverbialis locutio commodè uſurpata adverſus eos, qui per obſcænas fabulas, ad allegoricos ſenſus ducunt.

(f) Τόπος. Reg. u. Montac. & Savil. τρόπος, *modus.*
(g) Συμβαλεῖν. Colb. k. συμβάλλειν. Mont. γρ. συμβαίνειν. Ita Reg. l. in textu.
(h) Μυθολογήματά τε λέγω. Deeſt, λέγω, in Paſſ. qui mox pro, σκεπάσματα, habet, σκέμματα, *excogitationes.*
(i) Καὶ ἐκ τίνων. Non pauci, κἀκ τίνων.
(k) Ἀλλήλοις. *Puto*, ait Billius, ἄλλοις.

συγγραφή

ζυγγραφή τε καὶ ποίησις; θᾶττον μέν τ' ἂν ἐξ εἰρηνικῶν μαχίμους, καὶ ἀβλαπλῆγας ἀντὶ ζοφῶν, ἢ τοὐναντίον μετρίους καὶ ζώφρονας ἀντὶ θρασέων καὶ ἀπαιδεύτων, τοῖς τοιούτοις ἂν ἐργάσαιντο ἀβλαδείγμασιν. οὓς γὰρ καὶ δίχα
a τῶν εἰς τὸ χεῖρον ἑλκόντων χαλεπὸν [a]μεταθεῖναι κακίας, καὶ πρὸς τὴν κρείσσω μεταστῆσαι μοῖραν ἀπὸ τῆς χείρονος, τούτους τίς ἂν
b πείσειεν ἡμέρους εἶναι καὶ καθεκτοὺς, [b]Θεοῖς χρωμένους ὁδηγοῖς τῶν παθῶν καὶ πρεσβάταις· ἔνθα τὸ κακὸν εἶναι καὶ τίμιον, ὡς Θεῶν τινα προϊστάμενον, οὗ τὸ πάθος ἐστὶ βωμοῖς τε καὶ θυσίαις τιμώμενον, καὶ παῤῥησίαν εἰληφὸς ἔννομον; τοῦτο γὰρ τὸ δεινότατον, ὅτι ἃ τοῖς
c νόμοις [c]κολάζεται, ταῦτα ὡς θεῖα σέβεται· τοσαύτη τὶς ὑμῖν τῆς ἀδικίας ἡ περιουσία.

ρκα. Δεύτερον αὐτοῖς προκείσθω γονέων
d αἰδὼς καὶ τιμὴ, καὶ τὸ τὴν [d]πρώτην αἰτίαν
e τοῦ εἶναι σέβειν μετὰ τὴν πρώτην· [e]τοῦτο
f καὶ [f]λόγος εἰσηγείσθω, καὶ θεολογία πειθέτω. πῶς δὲ οὐ πείσει Κρόνος οὐρανὸν ἐκτεμών, ἵν' ἄγονος ᾖ Θεῶν, καὶ δῶ κύμασιν ἀποτελέσαι Θεὸν, ἀφροῦ γέννημα· καὶ Κρόνῳ Ζεὺς ἐπανιστάμενος, κατὰ μίμησιν τοῦ πατρὸς, ὁ γλυκὺς λίθος καὶ πικρὸς τυραννοκτόνος· εἰτέ τι ἄλλο τοιοῦτον αὐτοῖς, εἰς τιμὴν τῶν γεννησαμένων αἱ βίβλοι φέρουσι. τρίτον αὐτοῖς ἔστω χρημάτων ὑπεροψία, καὶ τὸ μὴ πανταχόθεν κερδαίνειν, μηδὲ τοῦ δυστυχεῖν ἀῤῥαβῶνα, τὸ κακῶς
g κτᾶσθαι λαμβάνειν. πῶς οὖν ὁ [g]Κερδῶος
h αὐτοῖς φαθήσεται, καὶ τὸ [h]Σακέλλιον προβληθήσεται, καὶ ἡ κλεπτικὴ τοῦ Θεοῦ δύναμις
i τιμηθήσεται, καὶ τὸ, [i]ἄνευ χαλκοῦ Φοῖβον μὴ μαντεύεσθαι, μηδὲ εἶναί τι τοῦ ὀβολοῦ τιμιώτερον; ταῦτα γὰρ αὐτῶν τὰ σεμνὰ καὶ ζεβάσμια.

ρκβ. Τί ἔτι; ζωφροσύνην διδασκέτωσαν, ἐγκράτειαν εἰσηγείσθωσαν· καὶ ὁ πείθων ἐγγὺς, πάντα γινόμενος, δι' ἃ τὰς γυναῖκας, ὁ Ζεὺς,
k καὶ [k]Φρυξὶ μειρακίσκοις ἀετὸς ἐραστὴς ὁ φίλτατος, ἵν' ὡς ἥδιστα ζυμποσιάζοιεν οἱ Θεοὶ, τοῖς Διὸς οἰνοχοούμενοι παιδικοῖς· καὶ ταῖς

tiuntur, quibus omnes ferè hiſtoriæ & poëmata plenâ ſunt? Citiùs profectò ex pacatis bellaces, & ex ſapientibus excordes ac dementes, quàm contrà ex audacibus & ſtolidis moderatos atque prudentes hujuſmodi exemplis reddiderint. Etenim quos, remotis etiam vitiorum illecebris, à malo avertere, atque à deteriori parte ad meliorem traducere difficile eſt, quis tandem his, ut placidi & moderati ſint, perſuaſerit; cùm Deos vitioſarum affectionum duces & patronos habeant; ubi vitioſum eſſe, non modò non turpe, ſed honorificum etiam exiſtimatur; (utpotè Deorum aliquem defenſorem ac patronum aſſumens, qui vitiosâ hâc affectione laboret), atque aris & ſacrificiis ornatur, legitimamque libertatem nactum eſt? Hoc enim omnium indigniſſimum eſt, quòd, quæ legibus vindicantur, ea illi, ut divina, venerentur: tanta eſt apud ipſos injuſtitiæ ubertas & amplitudo.

CXXI. Secundò, honor & reverentia erga parentes ipſis proponatur: illúdque, primam ortûs cauſam ſtatim poſt primam colendam ac venerandam eſſe: hoc & ratio doceat, & Theologia perſuadeat. Quidni autem hoc Saturnus perſuadeat, Cœlo genitales partes amputans, ne Deos gignat, verùm hoc fluctibus det, ut Deam, ſpumæ fœtum, efficiant; & Jupiter adverſus Saturnum, patris ſui exemplo, inſurgens, dulcis (inquam) ille lapis, & ſævus tyrannicida: aut ſi quid aliud hujuſmodi ad parentum honorem voluminibus eorum continetur? Tertium ipſis ſit, pecunias deſpicere atque aſpernari, nec undecumque lucrum captandum eſſe, nec facultatibus injuſtâ ratione quærendis, calamitatis arrhabonem accipere. Quomodo igitur Lucrius ipſis conſtituetur, & ſacculus proferetur, & furax Dei vis atque facultas honorabitur: illúdque etiam, *Sine ære Phœbum minimè vaticinari, nec obolo quidquam eſſe præſtantius?* Hæc enim graves eorum ac venerandæ ſunt ſententiæ.

Contraria etiam honori & reverentiæ erga Parentes.

Voluntariæ paupertati.

CXXII. Quid præterea? Pudicitiam doceant, continentiam ſuadeant. In propinquo eſt qui perſuadeat, Jupiter nimirum, ob fœminarum amorem quamlibet formam ſubindè induens, & Phrygibus adoleſcentulis amatrix aquila factus, (ut Dii, Jovis cinædis vinum fundentibus,

Pudicitiæ & continentiæ.

(a) Μεταθεῖναι. Reg. hu. Colb. 3. Ald. Hervag. μεταστῆσαι.

(b) Θεοῖς χρωμένους &c. Auguſtinus lib. 2. c. 7. de Civitat. Dei, eadem Gentilibus objicit: *omnes cultores talium Deorum*, inquit, *mox ut eos libido pepulerit ferventi, ut ait Perſius, tincta veneno, magis intuentur, quid Jupiter fecerit, quàm quod docuerit Plato, vel Cato cenſuerit.* Profert etiam, inter alia, illud Terentiani Chereæ, qui, cùm in flagitioſa libidine verſaretur, *Deos ſe imitari jactabat.*

(c) Κολάζεται... σέβεται. Reg. x. Mont. κολάζετε... σέβετε.

(d) Πρώτην. Mallem, δευτέραν, *ſecundam.* Mox, μετὰ τὴν πρώτην. Par. ed. addit αἰτίαν, quam vocem delevimus, utpotè quæ in nullo codice legitur.

(e) Τοῦτο. Deeſt in duobus Regg. totidemque Colb.

(f) Λόγος εἰσηγείσθω. Paſſ. ὁ λόγος ἡγείσθω.

(g) Κερδῶος. *Lucrius*, Mercurii epithetum, ad ſubindicandam ipſius in quæſtu faciendo dexteritatem; quamobrem à Priſcis pingebatur accinctus perâ, quam à ſacco, ſacculum appellabant. Habetur etiam ut lucri ac furtorum Præſes.

(h) Σακέλλιον. Mallet Montacutius, ζακύλλιον, ſed diſplicet Combefiſio, quia Grammaticis inauditum.

(i) Ἄνευ &c. Sic codd. & Editi. Herv. verò in textu, & Montac. in ora, ἄνευθε. Erat id Apollonis oraculum.

(k) Φρυξὶ μειρακίσκοις. Ita penè omnes Mſſ. Editi verò, Φρυξὶ μειρακίοις. Alludit hîc Gregorius ad Ganimedis raptum.

quàm ſuaviſſimè compotarent:) ac Triveſperus ille Hercules, in quinquaginta Theſtii filiabus unâ nocte certans, ac decimumtertium hoc certamen conficiens, quod haud ſcio quare in certaminum ipſius numero fuerit prætermiſſum. Iram Mars reprimat, temulentiam Bacchus, hoſpitum odium Diana, fraudem obliquus ille ipſorum vates, risûs petulantiam Deus ille, mœrentibus aliis Diis, claudicans, rariſque & tenuibus tibiis innitens; ingluviem Jupiter, pinguis convivii causâ, ſimul cum reliquis Dæmonibus ad inculpatos Æthiopes currens; Buthœnas etiam, qui agricolæ vim attulit, & bovem aratorem voravit, atque ex eo facinore nomen accepit; Dii denique omnes, ad carnium nidores & libamina ſummâ feſtinatione properantes.

Moderationi & temperantiæ.

πεντήκοντα Θεστίου θυγατράσιν ἐναθλεύων Ηρακλῆς ἐν μιᾷ νυκτὶ ὁ Τριέσπερος, καὶ τρισκαιδέκατον ἆθλον τοῦτον ἐπιτελέσας, οὐκ οἶδ' ὅπως τοῖς ἄλλοις γε οὐ συναριθμούμενον. ἐπικοπλέτω τὸν [a] θυμὸν Αρης, μέθην Διόνυσος, μισοξενίαν Αρτεμις, ἀπάτην ὁ [b] λοξίας αὐτῶν χρησμολόγος, γέλωτος ἀμετρίαν ὁ καταχωλεύων Θεὸς, τῶν Θεῶν λυπουμένων, καὶ ᾠδαιαῖς ταῖς κνήμαις ἐπιῤῥωννύμενος· γαστριμαργίαν ὁ Ζεὺς ἐπὶ δαῖτα λιπαρὰν τρέχων μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας σὺν τοῖς λοιποῖς δαίμοσιν· ὁ [c] Βουθοίνας, τὸν γεωργὸν τυραννήσας, καὶ τὸν ἀρότην βοῦν λαφύξας, καὶ τὴν κλῆσιν λαβὼν ἀπ τῆς ᾠδῆς, καὶ πάντες ταῖς κνίσσαις, καὶ ταῖς λοιβαῖς ἐπιτρέχοντες.

Chriſtiana religio caritatem docet.

CXXIII. An verò hæc ad noſtram religionem & doctrinam accedunt, apud quos lex & norma amicitiæ quiſque ipſe eſt, atque eadem proximis velle quæ & ſibi ipſis: crimen autem, non modò malum extitiſſe, ſed etiam à malo parùm abfuiſſe, nimirum cupiditate quoque ipsâ penè, ut actione, pœnam luente; apud quos tantum pudicitiæ ſtudium eſt, ut oculus quoque frænetur ac reprimatur; & manus ſanguinaria & mortifera ita longè arcetur, ut ira etiam ipſa coërceatur: perjurium autem adeò atrox & nefarium cenſetur, ut jusjurandum quoque ipſum nobis ſolis interdictum ſit? Jam verò pecuniæ, multis ne unquam quidem ullæ fuerunt: multi rurſum hoc uno nomine multa libenter habuerunt, ut multa contemnerent, extremam inopiam inſtar omnium opum colentes. Ventre porrò, tanquam acerbo quodam & deteſtabili domino, malorúmque omnium parente, ad craſſum vulgus abjecto; non ſanè magnum fuerit hoc de ipſis dicere, quòd eam ſibi vim adhibeant, ut penè carnis quoque omnis expertes eſſe videantur, nimirum id quod mortale eſt, per id quod immortale, abſumentes: ac virtutis ipſis hæc una lex eſt, ne leviſſimis quidem vitiis, atque ab omnibus neglectis, ſuccumbere. Nihil etiam præclarius ac præſtantius, quàm quòd, aliis ſcelerum fines juxta leges vindicantibus, nos principia quoque ipſa plectimus, ac velut malum quoddam, quódque vix ſiſti ac reprimi queat, profluvium multò antè cohibemus.

Arcet cupiditatem & perjurium.

Voluntariam paupertatem commendat.

Mortale per immortale abſumit.

Leviſſimas quoque culpas vitare præcipit.

ρκγ. Καί τοι πῶς ταῦτα τῶν ἡμετέρων ἐγγὺς, οἷς ὅρος μὲν [d] φιλίας αὐτὸς ἕκαστος, καὶ τὸ τὰ αὐτὰ βούλεσθαι τοῖς πλησίον ἃ καὶ σφίσιν αὐτοῖς· ἔγκλημα δὲ οὐ μόνον τὸ γενέσθαι κακὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ [e] μελλῆσαι μικροῦ, [f] καὶ τῆς ὁρμῆς κολαζομένης, ὡς πράξεως· οἷς ζωφροσύνη μὲν οὕτω σπουδάζεται, ὥστε καὶ ὀφθαλμὸς ἀναστέλλεται· χεὶρ δὲ φονικὴ τοσοῦτον πόῤῥωθεν εἴργεται, ὥστε καὶ θυμὸς ζωφρονίζεται· [g] ἐπίορκον δὲ ὁμόσαι οὕτω δεινὸν καὶ ὑπέρογκον, ὥστε καὶ τὸν ὅρκον μόνοις ἡμῖν τυγχάνειν ἀπώμοτον; χρήματα δὲ τοῖς μὲν πολλοῖς [h] οὐδ' ἐγένετο· πολλοῖς δὲ δι' ἃ τοῦτ' ἂν ἦν ἡδέως πλείω καὶ μόνον, ἵνα πλειόνων ὑπερίδωσι, τὸ μηδὲν ἔχειν ἀντὶ πάντος πλούτου φιλοσοφοῦντες· γαστέρα δ' τοῖς πολλοῖς ἀποῤῥίψαντες ὡς πικρὰν δέσποιναν καὶ ἀπόπτυστον, καὶ πάντων κακῶν μητέρα· οὐ μέγα φῆσαι ὅτι μηδὲ ζάρκες εἶναι βιάζονται, [i] τῷ ἀθανάτῳ τὸ θνητὸν ἀναλίσκοντες· καὶ νόμος εἷς αὐτοῖς ἀρετῆς, τὸ μηδὲ τῶν μικρῶν ἡττᾶσθαι, καὶ πᾶσι παρορωμένων. τὸ γὰρ κάλλιστον, ὅτι τῶν ἄλλων τὰ τέλη τιμωρουμένων κατὰ τοὺς νόμους, ἡμεῖς καὶ τὰς ἀρχὰς κολάζομεν, ὥσπερ τι ῥεῦμα πονηρὸν καὶ δυσκάθεκτον πόῤῥωθεν ἀναστέλλοντες.

(a) Θυμὸν Αρης. Quinque Regg. Or. 1. & Combef. legunt: θυμὸν μὲν Αρης.

(b) Λοξίας. Sic Apollo appellatus, quòd obſcura & ambigua oracula redderet, quæ plurimos in errorem & maximas calamitates induxerunt.

(c) Βουθοίνας. Ita cognominatus Hercules. Vide pag. 115. not. (a).

(d) Φιλίας. Montacutius conjicit legendum φιλοσοφίας. Sed nullos favere codices aſſerit variarum lectionum collector; verùm allucinatur; Coisl. namque 2. habet, φιλοσοφίας.

(e) Μελλῆσαι. Reg. y. μιλῆσαι.

(f) Καὶ τῆς ὁρμῆς &c. *Ipſo animi motu ac cupiditate penè* &c.

(g) Επίορκον δὲ ὁμόσαι. Ita Regg. quatuor, & duo Colb. Edit. ἐπίορκον δὲ Χωρῆσαι ἢ ὁμόσαι. Alii vero plures ἐπὶ ὅρκον δὲ Χωρῆσαι, ἢ ὁμόσαι, quæ lectio non ſpernenda, ſed tamen noſtræ poſthabenda.

(h) Ουδ' ἐγένετο. Quia nimirum vel oblatas opes adire noluerunt, vel comparare neglexerunt. Alioqui coacta & ex neceſſitate paupertas à Gregorio minimè commendatur.

(i) Τῷ ἀθανάτῳ. Mendosè in Par. ed. τὸ ἀθανάτῳ.

ρκδ. Ποῦ δὲ καὶ παρὰ τίσιν ἀνθρώπων, εἰπέ μοι, τὸ λοιδορουμένους εὐφημεῖν, βλασφημουμένους παρακαλεῖν, ὡς οὐ τῆς [a] κακηγορίας βλαπτούσης μᾶλλον, ἢ τῆς ἀληθείας, [b] διωκομένους ὑποχωρεῖν, γυμνουμένους [b] περισπερδύεσθαι, καταρωμένους ὑπερεύχεσθαι τῶν ἀρωμένων· ἑνὶ λόγῳ, χρηστότητι νικᾶν θρασύτητα, καὶ βελτίους ποιεῖν τοὺς ἀδικοῦντας, οἷς καρτεροῦμεν πάσχοντες; καί τοι κἂν εἰ κακίαν [c] δοίημεν αὐτοὺς κολάζειν ταῖς τοῦ πλάσματος παραινέσεσι, ποῦ τὸ φθάσαι πρὸς τὰ μέτρα τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς καὶ παιδεύσεως, οἷς καὶ τὸ μὴ [d] περβαίνειν πω καλῶ, μηδὲ νέους ἀντὶ παλαιῶν ἀεὶ γίνεσθαι, ἀλλ' ἐν ταὐτῷ μένειν κακία δοκεῖ; στρόμβων τὸ πάθος περιτρεχόντων, οὐ προϊόντων, καὶ στάσιμον κινουμένων, ἵν' οὕτως εἴπω, τῇ βίᾳ τῆς μάστιγος· [e] καὶ δεῖ τὸ μὲν ἡμῖν ἐξηνύσθαι τῶν καλῶν, ποῦ δὲ ἔχεσθαι, τοῦ δὲ ἐφίεσθαι μέχρι ποῦ τέλους καὶ τῆς θεώσεως, ἐφ' ἣ γεγόναμεν καὶ πρὸς ἣν ἐπειγόμεθα, οἵ γε διαβατικοὶ τὴν διάνοιαν, καί τι τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλονοίας ἐλπίζοντες ἄξιον.

CXXIV. Ubinam autem, quæso, & apud quos homines, ſancitum eſt, ut qui maledicuntur, benedicant, qui blaſphemantur, obſecrent, quòd ſcilicet non tam objectum crimen, quàm veritas ipſa nos lædat, qui perſecutionem patiuntur, cedant, qui veſtibus ſpoliantur, ampliùs adhuc ſe exuant, qui maledictis & execratione afficiuntur, pro maledicentibus orent: atque, ut uno verbo dicam, audaciam & importunitatem benignitate vincant, eóſque, à quibus injuriam accipiunt, patientiâ ſuâ meliores efficiant? Atque ut hoc demus, eos fucatis ſuis præceptis vitium reprimere, quo tandem modo ad virtutis & doctrinæ noſtræ gradum pervenerint, qui, non in virtute proficere, nec ex veteribus ſubindè novos effici, ſed eodem ſtatu hærere, in vitio ponimus? Ita enim nobis idem quod trochis, accideret, quos in orbem volvi, non autem progredi, videmus, atque immotè, ut ſic loquar, ſcuticæ vi impulſos rotari. Quocirca nos ita conſtitutam habere vitæ rationem oportet, ut virtutes, partim jam exequamur, partim in eas incumbamus, partim cupidè appetamus, quouſque ad finem ac deificationem illam pervenerimus, ob quam creati ſumus, & ad quam properamus, ſi modò animo excelſo & in altum penetrante ſumus, atque aliquid Dei magnificentiâ dignum ſperamus.

Jubet maledicentibus benedicere. *Matth.* v. 44. *I. Cor.* iv. 13.

Audaciam benignitate vincere.

Omnes virtutes cupidè appetere.

(*a*) Κακηγορίας. Ita Regg. quinque & Or. 1. Non pauci tamen cum Editis, κατηγορίας. Poteſt reddi: *utpotè quos malè objectum crimen non magis quàm veritas lædat.*

(*b*) Προσαπεκδύεσθαι. Sic Regg. & Colb. plures, Paſſ. & Montac. Editi verò, προσαποδύεσθαι.

(*c*) Δοίημεν αὐτούς. Plures Regg. & Or. 1. δοίημεν αὐτοῖς. Alii, δοίημεν κολάζειν αὐτοῖς.

(*d*) Προβαίνειν. Ita omnes noſtri codices, præter Reg. q. qui cum Ed. habet, προσβαίνειν.

(*e*) Καὶ δεῖ τὸ μέν &c. *Oportet ut nos, cùm quæ recta ſunt alia opere compleverimus, in alia incumbamus.*

ΚΑΤΑ ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ [a] ΒΑΣΙΛΕΩΣ στηλιτευτικὸς δεύτερος.

SECUNDA IN JULIANUM *Imperatorem Invectiva.*

ΛΟΓΟΣ ε.

ORATIO QUINTA.

Aliàs 4. *quæ autem* 5. *erat, nunc* 10.

Scripta initio anni 364.

α. Οὗτος μὲν δὴ τῶν ἐμῶν λόγων [b] ὁ πρῶτος ἆεθλος ἐκτετέλεσται καὶ διήνυσται· καὶ γὰρ ἐπεδειξάμην ἱκανῶς τὴν τοῦ ἀνδρὸς κακοήθειαν, ἐν οἷς ἔδρασέ τε καθ' ἡμῶν, καὶ οἷς ἔμελλεν, ἀεί τι τῶν παρόντων ἐπινοῶν βαρύτερον. νῦν αὖτε σκοπὸν ἄλλον, οὐκ οἶδ' εἴ τις βέβληκεν, ἤδη τοῦ λόγου προσησόμεθα, θεῷ τε ἱερώτερον, καὶ ἡμῖν ἡδίω, καὶ τοῖς ἔπειτα χρησιμώτερον· τοῖς εἰρημένοις [c] προσθεῖναι τὰ δίκαια τοῦ Θεοῦ [d] σταθμία, καὶ οἷς ἀντιταλαντεύεται [e] πονηρία, τοῖς μὲν [f] αὐτόθεν ἁπαντῶσα, τοῖς δὲ καὶ μικρὸν ὕστερον· ὅπως ἂν οἶμαι τῷ τεχνίτῃ λόγῳ δοκῇ,

I. AC primùm quidem ſermonum meorum certamen confectum & abſolutum eſt. Etenim hominis improbitatem ac perverſitatem abundè oſtendi, tam per ea quæ adverſus nos perpetravit, quàm quæ facere parabat, ſic videlicet animo comparatus, ut ad præſentes acerbitates aliquid quotidie gravius excogitaret. Nunc verò alium jam Orationis ſcopum, ad quem haud ſcio an quiſquam collimarit, tum apud Deum ſanctiorem, tum nobis jucundiorem, atque adeò poſteris utiliorem, nobis proponemus: nimirum ut ad ea quæ ſuperiùs à nobis dicta ſunt, juſtas Dei lances adjungamus, eáſque pœnas quibus improbitas compenſatur, aliis nimirum ſtatim, aliis autem ali-

Orationis ſcopus.

(*a*) Βασιλέως. Deeſt in octo Regg. tribus Colb. Or. 1. & Jeſ. 1.

(*b*) Ὁ πρῶτος ἆεθλος. Ita Mſſ. omnes. Editi πρῶτ' ἆεθλος.

(*c*) Προσθεῖναι. *Lego*, ait Heinſius: οὖν προσθεῖναι θέλω.

(*d*) Σταθμία. Tres Regg. Colb. k. Or. 1. σταθμά.

(*e*) Πονηρία. In Mont. γρ. πονηρίᾳ, quod habent Ald. & Herv. Hunc locùm ſic reddit Comb. *Et quibus iniquitas rependitur pondera appendamus, ipſa nimirum* &c.

(*f*) Αὐτόθεν. Reg. q. Colb. 3. αὐτίκα. Or. 1. ad marg. αὐτόθεν ἁπαντῶσα. Mont. cenſet legendum, ἁπαντῶντα.

quantò pòst occurrens; prout, opinor, artifici Verbo, rerúmque noſtrarum arbitro & moderatori viſum fuerit: qui, ut calamitatem miſericordiâ reprimit, ita etiam ignominiâ & flagris, pro eo animadverſionis modo, quem ipſe perſpectum & exploratum habet, temeritatem ac inſolentiam coërcet.

Variæ impiorum plagæ.

II. Enimverò quis juſtos impiorum morbos, miniméque obſcuras corporum ruptiones, ac multiplices alias plagas & flagra, eorum ſceleribus congruentia, morteſque haudquaquam uſitato more obortas, eorúmque inter ipſos cruciatus confeſſiones, & inutiles pœnitentias, eaſque quæ tum per inſomnia, tum per vera viſa contigerunt, caſtigationes, pro dignitate narrare atque exaggerare ſufficiat? quæque, vel ob flagitia circa ſacras ædes admiſſa, vel ob ſacras menſas contumeliis affectas, vel ob myſtica pocula furiosè contaminata, vel ob ventrem corporibus noſtris projectâ quadam impudentiâ ſaturatum, vel ob omnia alia ſcelera perpetrata ipſis acciderunt, clara utique & perſpicua divinæ adverſus hujuſmodi homines iræ ſigna & argumenta? Verùm hæc conſultò præteribo, non quòd iis quæ in hominum oculis atque ſermone poſita ſunt, fidem abrogem, aut rerum eventus temerario cuidam motui fortunæque tribuam, quemadmodum illi, qui res hujuſmodi temerè ſentiunt, ſed ne, majoribus atque inſignioribus rebus prætermiſſis, levioribus immorari videar. Illud verò miraculum, quod omnium ore celebratur, ac ne apud eos quidem, qui Deum nullum putant, fide caret, oratione proſequar.

Juliani furor adverſus Chriſtianos.

Hebr. x. 29.

III. Furebat ille in dies adverſus nos vehementiùs, non ſecus ac fluctus ſuper fluctus excitans, qui in ſeipſum primùm inſanierat, & ſancta protriverat, *Spiritui que gratiæ contumeliam intulerat.* Hieroboam appoſitè dixerimus, aut Iſraëlitam Achab, homines iniquiſſimos, aut Ægyptium illum Pharaonem, aut Aſſyrium Nabuchodonoſor, vel hæc omnia contrahentes, unum atque eundem nominabimus: quandoquidem eum omnium vitia in ſeſe collegiſſe conſtat, defectionem nempè

A καὶ ταμίᾳ τῶν [a] ἡμετέρων· ὃς οἶδε συμφορὰν a
μὲν ἐπικόπλειν ἐλέῳ, θράσος δὲ ἀτιμίᾳ
ζωφρονίζειν καὶ μάστιξιν, [b] οἷς αὐτὸς ἐπίσταται b
μέτροις παιδεύσεως.

β. Νόσους μὲν δὴ τῶν ἀσεβῶν ἐνδίκους;
καὶ ῥήξεις οὐκ ἀφανεῖς, καὶ πολυτρόπους
ἄλλας πληγὰς καὶ μάστιγας οἷς τετολμήκασι
B [c] παραπλησίας, καὶ θανάτους οὐ κατὰ τὸ εἰω- c
θὸς χωρήσαντας, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς
ἐξαγορεύσεις, καὶ ἀνονήτους μεταμελείας,
τάς τε [d] δι' ὀνειράτων παιδεύσεις, καὶ τὰ [e] καθ' d e
ὕπαρ φαντάσματα, τίς ἂν ἀξίως ἐκτραγῳ-
δήσειεν; ὅσα τε ἢ περὶ τοὺς θείους οἴκους βλασ-
φημήσασιν, ἢ περὶ τὰς ἱερὰς τραπέζας [f] ἐξυβρί- f
σασιν, ἢ περὶ τοὺς [g] μυστικοὺς κρατῆρας μα- g
νεῖσιν, ἢ τῶν ζωμάτων ἡμῶν [h] ἀνέδην ἐμφορου- h
μένοις, ἢ τἆλλα πάντα ὅσα τετολμήκασι,
C νεανιευσαμένοις αὐτοῖς ἀπήντησε, τῆς τοῦ Θεοῦ
κατὰ τῶν τοιούτων ὀργῆς ἐναργῆ καὶ [i] φανερὰ i
γνωρίσματα; ταῦτα μὲν οὖν ἑκὼν ὑπερβήσομαι,
οὐκ ἀπιστῶν τοῖς ὁρωμένοις, καὶ λεγομένοις,
οὐδὲ αὐτομάτῳ τινὶ φορᾷ καὶ ζυντυχίᾳ
δίδους τὰ ζυμβαίνοντα, κατὰ τοὺς εἰκῇ τὰ
τοιαῦτα ὑπολαμβάνοντας, ἀλλ' ἵνα μὴ περὶ
τὰ μικρὰ διατρίβειν δόξω, παρεὶς τὰ μείζω
καὶ [k] ὀνομαστότερα· τὸ δ' οὖν περιβόητον πᾶσι k
θαῦμα, καὶ οὐδὲ τοῖς ἀθέοις αὐτοῖς ἀπιστού-
D μενον λέξων ἔρχομαι.

γ. Ἐμαίνετο καθ' ἡμῶν ἀεί τι πλέον ὥσπερ
κύμασιν ἐπεγείρων κύματα, ὁ καθ' [l] ἑαυτοῦ l
πρῶτον μανεὶς καὶ πατήσας τὰ ἅγια, καὶ
τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας· Ἱεροβοὰμ
εἰπεῖν οἰκειότερον, ἢ Ἀχαὰβ τὸν [m] Ἰσραηλίτην m
τοὺς πανομωτάτους, ἢ Φαραὼ τὸν Αἰ-
γύπτιον, ἢ Ναβουχοδονόσορ τὸν Ἀσσύριον, [n] ἢ n
ταῦτα πάντα ζυνελόντες, ἕνα καὶ τὸν
αὐτὸν [o] ὀνομάσομεν· ἐπεὶ καὶ τὰς πάντων o
κακίας εἰς ἑαυτὸν ζυλλεξάμενος φαίνεται,

(*a*) Ημετέρων. *Subaudi*, λόγων, inquit Mont. *non* πραγμάτων, *ut Billius.*

(*b*) Οἷς αὐτὸς ἐπίσταται μέτροις. Oxon. καὶ οἷς. Paſſ. μάστιξιν αἷς αὐτὸς ἐπίσταται, καὶ οἷς μετρίοις. Sic etiam Comb. qui vertit: *Quibus ipſe novit flagris & quibus animadverſionis modis.*

(*c*) Παραπλησίας. *Flagella ſceleribuus auſiſque affinia.*

(*d*) Δι' ὀνειράτων. *Per inſomnia.* Sic caſtigatus eſt Abimelech Rex Geraræ, cùm Saram Abrahæ uxorem abſtuliſſet. Gen. xx.

(*e*) Καθ' ὕπαρ. *Veriſque viſis oblata ſpectra.* Editi, ὑπέρ. Sic Balthaſaro impendens calamitas per verum viſum præſignata eſt. Daniel. v.

(*f*) Ἐξυβρίσασιν. Reg. l. & Or. 1. ἐνυβρίσασιν.

(*g*) Μυστικοὺς κρατῆρας. *Myſtica pocula.* Julianus Præfectus, Apoſtatæ avunculus, & Felix regalis ærarii Quæſtor, cùm ſacrata Deo vaſa temeraſſent, extemplò horribili morbo correpti, miſerrimâ morte interierunt. Rem narrant Niceph. Hiſt. l. 10. c. 29. T. II. pag. 67. Chryſoſtomus quoque Hom. 4. in laudem populi, & Theodoret. l. 3. c. 12.

(*h*) Ἀνέδην. Mſſ. non pauci, ἀναίδην, *impudenter.*

(*i*) Φανερά. Paſſ. φοβερά. *Horrenda.*

(*k*) Ονομαστότερα. Reg. b. ὀνομαστότατα.

(*l*) Ἑαυτοῦ πρῶτον. Ita tres Regg. Alii verò tres Regg. & Or. 1. ad marg. πρώτου.

(*m*) Ἰσραηλίτην. Sic omnes codices, *quaſi rex Schiſmaticus & Tyrannus.* Suſpicatur Mont. legendum, Ἰσραηλίτων, *Regum Iſraël ſceleratiſſimos.* Quæ lectio non diſplicet, ſed nulli favent codices.

(*n*) Ἢ ταῦτα πάντα, Colb. 3. ἢ τὰ πάντα.

(*o*) Ονομάσομεν. Reg. bm. ὀνομάσωμεν. Notam interrogationis hîc ponendam arbitratur Heinſius.

Ἱεροβοὰμ

Ιεροβοὰμ τὴν ἀποσασίαν, Αχαὰβ τὴν μιαφονίαν, Φαραὼ τὴν σκληρότητα, Ναβουχοδονόσορ τὴν ἱεροσυλίαν, πάντων ὁμοῦ τὴν ἀσέ-
a βειαν. ἐπεὶ δὲ πάντα διεξελθὼν [a]τἆλλα, κὴ πᾶν εἶδος τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος, ὡς μικρόν τι καὶ ἀγεννὲς ἀτιμάσας, οὐ γὰ ἐγένετο πορι-
b μωτέρα [b]φύσις ἐκείνης εἰς κακῶν εὕρεσιν καὶ ἐπίνοιαν, τέλος ἐπαφῆκε κὴ τὸ Ιουδαίων φῦλον ἡμῖν τὴν παλαιάν τε αὐτῶν κουφότητα, καὶ τὸ καθ' ἡμῶν ἄνωθεν ὑποσμυχόμενον ἐν αὐτοῖς
c μῖσος συνεργὸν λαβὼν τῷ τεχνάσματος, [c]ἐπι- B θειάζων τὲ δῆθεν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς βίβλων καὶ ἀπορρήτων, ὡς νῦν αὐτοῖς ἀποκείμενον εἴη κατελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτῶν, καὶ τὸν νεὼν ἀναδείμασθαι, καὶ τῆς πατρίων τὸ κράτος ἀνανεώσασθαι, καὶ ἀποκρυπτόμενος εὐνοίας πλάσματι τὴν ἐπίνοιαν.

A Hieroboam, crudelitatem Achab, duritiem Pharaonis, ſacrilegium Nabuchodonoſoris, omnium denique in unum collectorum impietatem. Cùm autem per alia omnia fuiſſet graſſatus, atque omne tyrannidis in nos & crudelitatis genus, ut leve & abjectum, contempſiſſet, (nec enim ulla unquam natura ad malorum inventionem illius naturâ fœcundior & uberior fuit,) ad extremum, Judæorum quoque nationem in nos immiſit, tum veteri eorum levitate, tum inveterato noſtri odio in ipſorum pectoribus clam flagrante, ad id, quod moliebatur, perficiendum, adjutoribus uſus; ipſis nimirum in patriam redire ac templum inſtaurare, patriorúmque rituum vigorem renovare, ex ipſorum ſcilicet libris & arcanis fatale eſſe affirmans, ac benevolentiæ ſpecie commentum hoc occultans.

III. Reg. XII. 26. *ibid.* XXII. 26. *Exod.* VII. 22. *IV. Reg.* XXV. 9.

Odio in Chriſtianos; Judæis reædificandi templi licentiam concedit.

Jul. Ep. XXV.

δ. Επεὶ δὲ ταῦτα καὶ διενοήθη κὴ ἔπεισεν, εὔκολον γὰρ εἰς ἀπάτην τὸ πρὸς ἡδονὴν ἅπαν, οἱ μὲν ὡς ἀνασήσοντες διενοοῦντο τὸ ἱερὸν, καὶ χειρὶ πολλῇ καὶ προθυμίᾳ πρὸς τὸ ἔργον C ἐταλαιπώρουν· φασὶ γέ τοι καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν οἱ τὰ ἐκείνων θαυμάζοντες, οὐ μόνον ἅπανλας τοὺς πρὸς τὸ σῶμα κόσμους προελομένας ἑτοίμως συνεισφέρειν τῷ ἔργῳ καὶ τοῖς πονουμένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς κόλποις τὸν χοῦν ἐκφερούσας, καὶ οὔτε πολυτελοῦς ἐωῆτος, οὔτε μελῶν ἁπαλότητος φειδομένας, εὐσεβεῖν οἴεσθαι καὶ πάντα ἐλάτλω νομίζειν τοῦ ἐγχειρήματος. ὡς ᾗ ὑπὸ ἀγρίας λαίλαπος κὴ βρασμοῦ
d γῆς ἄφνω [d]συνελαθέντες, ἐπί τι τῶν πλησίον D ἱερῶν, οἱ μὲν ὡς ἱκετεύσονλες ὥρμησαν, οἱ δὲ
e [e]ὅπερ ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ συμβαίνειν, πρὸς παρόντι χρώμενοι πρὸς βοήθειαν, οἱ δὲ ἄλλως τῇ ταραχῇ συμφερόμενοι, καὶ τοῖς θέουσι συνεισπίπλοντες· εἰσὶ μὲν οἳ λέγουσιν, ὡς οὐδὲ τὸ ἱερὸν αὐτοὺς προσεδέξαλο, ἀλλ' ἀναπεπλαμέναις προσελθόντες ταῖς πύλαις,
g f [f]ἐπικλειωθείσαις ἐνέτυχον ἔκ τινος [g]ἀοράτε κὴ
h ἀφανοῦς δυνάμεως, [h]ἣ τὰ τοιαῦτα τερατουργεῖ
i πρὸς τὴν [i]θεῖ ἀσεβῶν καλάπληξιν, καὶ τῶν εὐσεβῶν ἀσφάλειαν. ὃ δὲ ἅπαντες ἤδη καὶ λέγουσι καὶ πιστεύουσιν, ὅτι βιαζομένους

IV. Poſtquam autem hæc in animum induxit, ipſiſque perſuaſit, (facilè enim impoſturam facit, quidquid delectat,) illi quidem ad templi extructionem ſe comparare, atque in id opus, & manu multâ, & animi alacritate ac labore incumbere. Illud enim narrant, qui eorum res admirantur, uxores quoque ipſorum non modò matronalem omnem mundum corporíſque ornatum prompto animo detraxiſſe, atque in operis ſtructuram laborantiúmque opem contuliſſe, verùm eo quoque animo fuiſſe, ut, terram ſinu efferentes, ac nec veſtibus præclaris & exquiſitis, nec teneris membris parcentes, pietatis officio ſeſe fungi exiſtimarent, omniáque hoc conatu inferiora ducerent. Ut verò, ſævo turbine ac repentinâ æſtuantis terræ agitatione ſimul unà repulſi, ad propinquum quoddam templum perrexerunt, alii orationis causâ, alii, ut in hujuſmodi rebus accidere ſolet, eo, quod offerebatur, ad periculi propulſationem utentes, alii cum tumultu unà proruentes, ac cum currentibus ſimul illabentes; ſunt qui eos ne à templo quidem admiſſos fuiſſe commemorent, ſed cùm ad apertas fores acceſſiſſent, repentè eaſdem clauſas peſſulóque obductas offendiſſe, potentiâ quâdam inviſibili, quæ ad impiorum terrorem ac piorum incolumitatem hujuſmodi prodigia efficit. Hoc autem uno jam ore omnes referunt, ac pro certo ha-

Ardenti ſtudio Judæi templum inſtaurare parant.

Miraculo repelluntur.

(a) Τἆλλα. Mſſ. communiùs, τὰ ἄλλα.
(b) Φύσις ἐκείνης. *Ingenium, indoles.* Savil. ἐκείνε.
(c) Επιθειάζων. *Per Deum obteſtans, divinoque ex eis afflatu, quem fingebat, monens* &c.
(d) Συνελάθεντες. Colb. 3. συνελασθέντες.
(e) Οπερ. Reg. a. ὥσπερ.
(f) Επικλειωθείσαις. Sic vulgò codd. Ed. verò, ἐπιτεθείσαις.
(g) Ἀοράτε καί. Ita Mſſ. & Editi. In Par. deeſt, καί.
(h) Ἣ τὰ τοιαῦτα. Reg. bm. ἣ ταῦτα.
(i) Τῶν ἀσεβῶν. Regg. a. b. bm. & Or. 1. τῶν ἀσεβούντων.

Potrò de his miraculis conſentientes habemus, non tantùm Theodoretum, Sozomenum, Ruffinum, Chryſoſtomum, Ambroſium, Hieronymum, &c. ſed etiam Juliani adoratorem Ammianum, imo Judæos ipſos. Undè Sozomenus lib. v. c. 21. ait: *Judæi ipſi ac Gentiles fidem faciant, qui opus imperfectum dimiſerunt, aut, ut veriùs dicam ne inchoare quidem potuerunt.* Addamus, niſi quantùm neceſſe fuit, ut *ne lapis ſuper lapidem relinqueretur*, egeſtâ ſcilicet etiam è fundamentis humo. Ita impii Apoſtatæ ſpes, quâ, ut cum Theodoreto loquar Hiſt. lib. 3. c. 17. *ſeſe falſi prædictionem Domini convicturum eſſe ſperabat*, impleta eſt, ut ſtultis ipſe ſuis contra Deum conſiliis, neſcius, invituſque adimplendæ ſervierit prædictioni, quæ alioqui ad amuſſim necdum completa erat, cùm decimam quintam Catecheſim ſcriberet Cyrillus Jeroſolymitanus.

bent, quòd eos ſummâ vi atque contentione ingreſſum ſibi aperire conantes, ignis è templo occurrens inhibuit, & alios quidem exuſſit & abſumpſit, (ut ſimile quiddam ipſis, quod Sodomitis, acciderit, aut etiam quod Nadab & Abiud, qui inuſitato more & thus adoleverunt, & oppreſſi ſunt,) alios verò præcipuis corporis partibus truncatos, vivam columnam divinæ adverſus peccatores comminationis & motionis reliquit. Atque hoc quidem ad hunc modum ſe habuit, nec fidem quiſquam deroget, niſi qui eâdem ratione aliis quoque Dei miraculis nullam fidem habendam putet. Quod autem hoc etiam mirabilius clariúſque fuit, lux in cœlo ſtetit, crucem in orbem deſcribens, ac nomen illud & figura, quæ in terra priùs impiis contemptui fuerat, in cœlo nunc omnibus ex æquo oſtenditur, Deóque victoriæ adverſus impios trophæum efficitur, trophæo omni ſublimius & præſtantius.

Gen. XIX. 24. *Levit.* X. 2.

Sapientes ſæculi inſectatur Gregorius.

V. Ad hæc porrò quid dicturi ſunt hujus ſæculi ſapientes, ſuáque magnificis verbis exornantes, qui profundas barbas geſtant, ac ſcitum & venuſtum pallium trahunt? Tu quoque tua mihi ex adverſo narra, qui prolixas orationes conſcribis, hiſtoriáſque à fide abhorrentes conficis, atque ad ſupera inhias, falſáque de cœleſtibus loqueris, atque nativitates & rerum eventus ex aſtrorum motu contexis? Sidera quoque tua mihi expone, Ariadnes coronam, & Berenices comam, & ſalacem Cygnum, & petulantem Taurum; atque etiam, ſi ita vis, Ophiuchum tuum, & Capricornum, & Leonem, alióſque omnes, quos, ob malum cognitos, vel in Deorum, vel in ſiderum numerum aſcripſiſti. Ubi tu hunc circulum in tua Matheſi habes? Ubi etiam ſtellam illam, Magorum tuorum ducem & auſpicem, quæ priùs ab ortu in Bethleem cucurrit? Ipſe quoque nonnihil habeo quod de cœleſtibus differam: ſtella illa Chriſti præſentiam indicavit: hæc victoriæ Chriſti corona fuit.

Matth. II. 1. *& ſeq.*

Impiorum memoria cum ſonitu concidit.

VI. Atque hæc mihi de cœleſtibus atque ſuperis, quæ pro magna ea, quæ in univerſo elucet, concordia & neceſſitudine rebus noſtris condoleſcunt, dicta ſint. Quæ verò ſequuntur, Pſalmiſtes jam mihi expleat: Et

A αὐτοὺς καὶ φιλονεικοῦντας θεὶ τὴν εἴσοδον, πῦρ ἔσησεν ἀπαντῆσαν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ τοὺς μὲν κατέφλεξε καὶ ἀνήλωσεν, ὡς ὅμοιόν τι θεὶ αὐτοὺς συμβῆναι τοῖς Σοδομιτῶν πάθεσιν, ἢ πῷ θεὶ Νάδαβ καὶ Ἀβιοὺδ θαύματι ξένως καὶ θυμιάσασι καὶ κινδυνεύσασι, τοὺς δὲ τῷ καιρίων [a] ἀκρωτηριάσαν, στήλην ἀφῆκεν ἔμψυχον a
τῆς τοῦ Θεοῦ κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ἀπειλῆς καὶ κινήσεως. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο, καὶ ἀπιστείτω μηδεὶς, [b] ὅτι μηδὲ ταῖς ἄλλαις τοῦ Θεοῦ b
B δυνάμεσιν· [c] ὃ δὲ ἔτι τούτῳ θαυμαστότερον καὶ c
θειφανέστερον, ἔστη φῶς ἐν [d] τῷ οὐρανῷ τὸν σταυρὸν d
[e] θειγράφον, καὶ τὸ θεότερον ἐπὶ γῆς ἀτιμα- e
ζόμενον τοῖς ἀθέοις καὶ σχῆμα καὶ ὄνομα, νῦν ἐν οὐρανῷ δείκνυται πᾶσιν ἐπίσης, καὶ γίνεται τρόπαιον τῷ Θεῷ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν νίκης, τροπαίου παντὸς ὑψηλότερον.

C ε. Πρὸς ταῦτα τί φήσουσιν οἱ τοῦ αἰῶνος τούτου ζοφοὶ, καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς ἀποσεμνύνοντες, οἱ ταῖς βαθείαις ὑπήναις ἕλκοντες, καὶ τὸ κομψὸν [f] θεισύροντες ἡμῖν τριβώνιον; ἀντιδιήγησαί μοι καὶ σὺ τὰ σὰ, ὁ τοὺς μακρους λόγους γράφων, καὶ ταῖς ἀπίστους συνιθεὶς ἱστορίας, καὶ κεχηνὼς [g] θεὸς τὰ ἄνω, καὶ τῷ f g
οὐρανίων καταψευδόμενος, καὶ πλέκων ἐκ τῆς τῷ [h] ἀστέρων κινήσεως, τὰς γενέσεις, καὶ τὰ h
συμβαίνοντα; λέγε μοι καὶ σὺ τοὺς σοὺς ἀστέρας, τὸν Ἀριάδνης στέφανον, καὶ τὸν Βερονίκης πλόκαμον, καὶ τὸν ἀστεργῆ Κύκνον, καὶ τὸν
D ὑβριστὴν Ταῦρον· εἰ δὲ βούλει, τὸν [i] Ὀφιοῦχόν σου, i
καὶ τὸν [k] Αἰγόκερω, καὶ τὸν Λέοντα, ἄλλους τε k
ὅσους [l] ἐπὶ τῷ κακῷ γνωρίσας, ἢ Θεοὺς ἢ l
ἀστέρας ἐποίησας. πῶ σὺ [m] τοῦτον ἔχεις τὸν m
κύκλον ἐν τοῖς σοῖς μαθήμασι; ποῦ δὲ τὸν ἐπὶ Βηθλεὲμ δρομάδα θεότερον ἐκ τῆς ἑῴας ἀστέρα, τὸν ὁδηγὸν τῷ σῶν μάγων καὶ θεόξενον; ἔχω τι κἀγὼ λέγειν ἐκ τῷ οὐρανίων· ἐκεῖνος τὴν Χριστοῦ παρουσίαν [n] ἀνεδήλωσεν ὁ ἀστήρ· οὗτος n
τῆς Χριστοῦ νίκης ὁ στέφανος.

ς. Ταῦτα μὲν ἐκ τῷ οὐρανίων καὶ τῷ ἄνω i
συμπασχόντων τοῖς ἡμετέροις, κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ παντὸς ἁρμονίαν τε καὶ οἰκείωσιν· τὰ δὲ ἑξῆς ὁ [o] Ψαλμὸς συμπληρώτω μοι· ὅτι o

(*a*) Ακρωτηριάσαν. Ita Mſſ. omnes. Ed. ἀκροτεριάσας.
(*b*) Οτι μηδέ. Sic Paſſ. aliique plures codices; *Quandoquidem* &c. Vel, *ſi modo aliis.... fidem non abrogat.* Ed. Par. Ald. & Herv. ἴστι μηδέ.
(*c*) Ο δὲ ἔτι τούτῳ. Sic Mſſ. omnes. Deeſt in Par. Edit. τούτῳ.
(*d*) Τῷ οὐρανῷ. Deeſt, τῷ, in pluribus.
(*e*) Περιγράφον. *Crucem deſcribens*, aut, *delineans.* Quid ſit crux in orbem deſcripta non video. Miraculum iſtud teſtimonio ſuo confirmant Chryſoſtomus, Ruffinus, Theod. Sozom. Socrat. &c.
(*f*) Περισύροντες. *Circumferunt.*
(*g*) Πρὸς τὰ ἄνω. Reg. a. εἰς τὰ ἄνω.
(*h*) Ασθέρων. Duo Regg. Colb. k. Or. 1. ἄστρων.
(*i*) Οφιοῦχόν σου. *Serpentarium.* Paſſ. σοι. Sunt qui Æſculapium intelligant, quòd anguem manu tenens pingeretur.
(*k*) Αἰγόκερω. Ita plerique codices. Par. Ed. αἰγόκερων.
(*l*) Επὶ τῷ κακῷ. *Ab inſigni malo notos, celebres.*
(*m*) Τοῦτον. Coisl. 2. τούτων.
(*n*) Ανεδήλωσεν. Codices communiùs, ἐδήλωσεν. Coisl. 2. ἐμήνυσεν.
(*o*) Ψαλμὸς. Reg. hu. Ald. & Herv. Ψαλμῳδὸς.

καὶ πόλεις καθεῖλες, ὡς τὰς παλαιὰς ἐκείνας ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀσεβήμασιν, ἐν αὐταῖς ταῖς καθ' ἡμῶν ἀνομίαις, τὰς μὲν πελάγεσιν ἐπικλυσθείσας, τὰς δὲ σεισμῷ κατενεχθείσας, ὡς μικροῦ καὶ τὸ λειπόμενον ἔχειν εἰπεῖν· ὅτι
a ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον [a] αὐτῶν μετ' ἦχου καὶ θορυβοῦ τῆς ἀπωλείας· τοσαύτη γὰρ
b αὐτῶν ἡ πλῶσις, καὶ [b] τοιοῦτο τὸ σύντριμμα,
d c καὶ [c] τῶν ἐκγειτόνων, καὶ μάλιστα τῇ [d] ἀσεβείᾳ
e θορυβαιρόντων, [e] ὡς πολλοῦ χρόνου δεῖν αὐταῖς,
f εἴ τις ἄρα καὶ τολμήσειε τοῦτο [f] πρὸς ἐπανόρ- B
θωσιν.

g ζ. Ἀρ' οὖν γῆ μὲν οὕτω καὶ οὐρανός· [g] ἀὴρ δὲ οὐκ ἐπισημαίνει τοῖς τοιούτοις καιροῖς, οὐδὲ ἡγιάσθη τότε τοῖς σημείοις τοῦ πάθους;
h ἐπιδειξάτωσαν [h] ἔτι καὶ νῦν τὰς ἐσθῆτας, οἱ τοῦ θαύματος ἐκείνου θεαταὶ καὶ μύσται, τὰς
i τότε [i] κατασημανθείσας τοῖς τοῦ σταυροῦ σήμασιν. ὁμοῦ τε γὰρ ταῦτα διηγεῖτό τις,
k εἴτ' οὖν τῶν ἡμετέρων, εἴτ' οὖν [k] τῶν ἔξωθεν, ἢ διηγουμένου ἤκουε, καὶ τὸ θαῦμα εὐθὺς παρ' ἑαυ- C
τῷ, ἢ τῷ πλησίον γινόμενον, κατάστερος ὤν, ἢ ἐκεῖνον ὁρῶν τοιοῦτον ἐν τοῖς ἐσθήμασι, πάσης
l ἰσουργικῆς ψηφῖδος, ἢ θαυμαστοῦ [l] ζωγραφίας ποικιλώτερον. ἐκ τούτου τί γίνεται; τοσαύτη τῶν ὁρωμένων καλλονὴ, ὡς μικροῦ μὲν
m ἅπαντας ὥσπερ [m] ἐξ ἑνὸς συνθήματος, καὶ μιᾶς φωνῆς, τὸν τῶν Χριστιανῶν ἀνακαλεῖσθαι Θεὸν, εὐφημίαις τε πολλαῖς καὶ ἱκεσίαις αὐτὸν ἐξιλάσκεσθαι· πολλοὺς δὲ οὐκ εἰς ἀναβολὰς, ἀλ-
λὰ παρ' αὐτὰ τῶν συμβάντων θεσσδραμόντας D
τοῖς ἱερεῦσιν ἡμῶν, καὶ πολλὰ καταδεηθέντας τῆς τε ἐκκλησίας γενέσθαι μέρος, καὶ μυηθῆναι
o n τὰ [n] τελεώτερα, τῷ [o] ἱερῷ καθαγνισθέντας βαπ-
p τίσματι, καὶ [p] δι' τὸν φόβον ὠφεληθέντας.

η. Εἶχε μὲν οὖν οὕτω ταῦτα· ὁ δὲ ταῖς κατὰ μικρὸν μανίαις οἰστρηλατούμενος καὶ δονούμενος, ἐπ' αὐτὸ τὸ κεφάλαιον ἀπαντᾷ τῶν ἑαυτοῦ συμφορῶν· ὡς γὰρ κατὰ νοῦν ἔχειν αὐτῷ τὰ Χριστιανῶν ᾤετο, καὶ οἷς ἤδη
q [q] κατειργάστο, τὸ καὶ πᾶν ἁλωτὸν εἶναι θε-
r λήσαντι [r] μόνον ἐλπίσας, καί τινα κατὰ τῆς

civitates deſtruxiſti, (ut veteres illas ob eaſdem impietates,) inter ipſas, quibus in nos utebantur, iniquitates, partim mari obrutas, partim terræ motu proſtratas & everſas, ut propemodùm id quod reliquum eſt, dicere poſſim: *Periit memoria earum cum ſonitu*, & claro ac celebri exitio. Tanta enim ruina eſt tantáque confractio earum ac illarum quæ è vicino ſunt, maximeque harum quæ impietate delectantur, ut ſi quis etiam earum inſtaurationem aggredi audeat, multo tempore ad eam rem opus futurum ſit. *Pſ.* IX. 7. *Ibid.* IX. 7.

VII. Ac terræ quidem & cœli hæc oſtenta fuerunt: cæterùm aër hujuſmodi tempore nihil-ne inſigne edidit, nec paſſionis Chriſti ſignis ſanctificatus eſt? Proferant nunc quoque veſtes ſuas, qui hujus miraculi ſpectatores & conſcii extiterunt, illas, inquam, crucis notis tunc inuſtas & conſignatas. Simul enim ac quiſpiam, ſive noſtrorum, ſive exterorum hæc narrabat, aut narrantes audiebat, ſtatim hoc miraculum, vel in ſeipſo, vel in vicino ſuo perſpiciebat, ſtellatus nimirum ipſe notíſque diſtinctus, vel illum talem in veſtimentis intuens, omnem textorii artificii elegantiam, aut ſummâ curâ elaboratam picturam varietate ſuperantem. Quæ res ſpectantium animos tanto ſtupore affecit, ut omnes fermè, quaſi ex ſigno uno, atque unâ voce, Chriſtianorum Deum invocarent, eúmque multis laudibus precibúſque placare ſtuderent. Multi etiam non in longius rem extrahentes, ſed eodem ipſo tempore, quo hæc acciderunt, ad Sacerdotes noſtros properantes, adhibitis multis precibus in Eccleſiam admiſſi, ac ſublimioribus myſteriis imbuti ſint, ſacro Baptiſmate purificati, atque utilitatem ex timore conſecuti. Impreſſum veſtibus crucis ſignum. Multi hoc miraculo ad Chriſtum converſi.

VIII. Ita quidem ſe res habebant; Julianus verò furoris ſenſim ingraveſcentis œſtro percitus & agitatus, ad ipſum calamitatum ſuarum caput tandem devenit. Ut enim Chriſtianorum res ex animi ſententia ſe habere exiſtimavit, atque ex his, quæ jam confecerat, in eam ſpem adductus eſt, nihil eſſe, quod, modò vellet, Julianus adverſus Perſas expeditionem ſuſcipit.

(*a*) Αὐτῶν. Duo Regg. αὐτῆ.
(*b*) Τοιῦτο. Sic Mſſ. Ed. verò, τοιῆτον.
(*c*) Τῶν ἐκ γειτόνων. Paſſ. & Schol. Montac. τῶν ἐν γειτόνων.
(*d*) Ασεβεία. Ita Paſſ. aliique codices, & ſenſus poſtulat. Editi autem, εὐσεβείᾳ, *pietate*, quod tolerari poterat, ſi abeſſet, μάλιστα, quia in impiorum ruina, vel piiſſimo cuique vicino metuendum eſſe, probant Sodomitarum & Abironis pereuntium exempla, & adhibitæ tum ab Angelis, tum à Moyſe cautiones.
(*e*) Ως. Paſſ. ὥστε.
(*f*) Πρὸς. Paſſ. aliique, εἰς.
(*g*) Ἀήρ. Malè Ald. & Herv. ἀνήρ, *vir*.
(*h*) Ετι. Mont. εἰς ἔτι.
(*i*) Κατασημανθείσας. Paſſ. ἐπισημανθείσας.
(*k*) Τῶν ἔξωθεν. Sic magno conſenſu Mſſ. Ed. Par. ξένων.
(*l*) Ζωγραφίας. Reg. hu. Colb. 3. Ald. & Herv. addunt ἀμπεχόμενον. Paſſ. Reg. l. ἀμπιχόμενον. Ita etiam Comb. qui vertit: *majori varietate amictum*.
(*m*) Ἐξ ἑνὸς συνθήματος. Comb. *quaſi ex una teſſera*, vel, *quaſi ex condicto*.
(*n*) Τελεώτερα. Ita Mſſ. Editi, τελειότερα.
(*o*) Ιερῷ. Sic codices omnes. Edit. Par. θείῳ.
(*p*) Διὰ τὸν φόβον. Paſſ. διὰ τῶν φοβερῶν ὠφεληθέντας τὸ μὴ φοβεῖσθαι: *atque id utilitatis ex rebus timendis conſecuti ut nihil timerent*. Sed hæc non agnoſcunt plerique codices, nec vertit Billius. Herv. διὰ τῶν φόβων.
(*q*) Κατείργαστο. Sic Paſſ. cæterique Mſſ. Mont. verò & Ed. Par. κατειργάσατο.
(*r*) Μόνον. Plures codices habent, ὁ μόνον. Paſſ. οἱ, Reg. l. οἱ, forſan pro, ὁ, vel, οἷ, *ſibi*.

ſuperare & expugnare non poſſet, ac præterea proſperi cujuſdam adverſus Occiduos Barbaros bellici ſucceſsûs occaſionem rapiens, hoc unum conſilium, prudentiſſimum ſimul & humaniſſimum capit. Duplicem enim inde exercitum movens, alterum militum, alterum Dæmonum, à quibus ducebatur, & in cujus ope ipſius fiducia magis nitebatur, adverſus Perſas expeditionem ſuſcipit, præcipiti temeritate potiùs quàm virium firmitate fretus: ac ne illud quidem perſpiciens vir ſapientiſſimus, fiduciam & audaciam, licèt nominis ratione inter ſe vicinæ ſint, potentiâ tamen & facultate plurimùm inter ſe diſtinctas eſſe, & diſtare plus quàm fortitudo diſtat ab ignavia. Etenim in rebus arduis præfidentem animum gerere, magnanimitatis eſt; quemadmodum contrà, periculum detrectare, timiditatis & ignaviæ. At ubi plus periculi imminet, tum obviam procedere, ſéque in diſcrimen obtrudere, non autem reprimere ac retinere, temeritati ducendum eſt; quemadmodum è contrario, cedere, cautioni & prudentiæ. Nec eodem loco ponendum eſt, ea quæ adſunt, tueri, & eorum quæ non habeas, aliquid adipiſci. Illius enim præcipua & primaria ratio cordatis viris habenda eſt: hoc verò, ſiquidem tutò faciléque liceat, amplectendum: ſin autem in contrarium cedat, contemnendum. Qui verò, ut aliquid eorum, quæ ſpe concepit, aſſequatur, fortunarum omnium ſuarum periculo dimicat, in magna ſtultitia verſatur. Ac mihi malo pugili non diſſimilis eſſe videtur, artem ſuam, priuſquàm gradum rectè fixerit, proferenti: aut gubernatori, ſolutâ nave ſuâ, nec ad navigandum idoneâ, navem hoſtilem deprimenti, aut certè deprimere conanti. Quorum ille nihil, ut mihi quidem videtur, reputans, inconſultè ea quæ ſtatuerat, aggreditur, rebus Romanis adhuc exulceratis, maléque, præſertim ob excitatam perſecutionem, affectis, alienam regionem cogitans; ac Salmoneum quendam, è corio tonantem nobis referens, Trajanóſque illos & Hadrianos ſibi ob oculos proponens, quorum minùs cautio & prudentia, quàm animi magnitudo admirationi eſſe ſolebat. Ac ei, nec Cari illius in mentem veniebat ſors, nec Valeriani, qui impetûs inconſulti pœnas dederunt, (ne, quemadmodum ait Tragicus, *fortunas exprobrem,*) in Perſarum finibus in medio felicitatis curſu oppreſſi.

Fiduciæ & audaciæ diſcrimen.

Imprudens Juliani conſilium.

Euripid. in Oreſt.

A ἑσπερίων βαρβάρων εὐημερίαν ἁρπάσας, μίαν βουλεύεται ταύτην βουλὴν συνετωτάτην τε καὶ φιλανθρωπωτάτην· ἄρας διτ̣ὸν ἐνθένδε στρατὸν,[a] τὸν μὲν ὁπλιτῶν, τὸν δὲ τῷ̣ [a]
ἀγόντων αὐτὸν δαιμόνων, ᾧ̣ καὶ μᾶλλον εἶχε θαῤῥεῖν, ἐπὶ Πέρσας στρατεύει, θράσους ἀλογίᾳ μᾶλλον, ἢ ῥώμης ἀσφαλείᾳ πιστεύσας· καὶ οὐδ' ἐκεῖνο συνιδεῖν δυνηθεὶς ὁ Σοφώταλος, ὅτι [b] θάρσος ἡ̣ θράσος, [b]
κἂν εἰ τοῖς ὀνόμασι πλησιάζοι, πλεῖστον
B ἀλλήλων τῇ̣ δυνάμει κεχώρισαι, ἀνδρίᾳ τε ἣν φαμὲν καὶ ἀνανδρίᾳ. τὸ μὲν γὰρ ἐν τοῖς τολμητέοις θαῤῥεῖν, ἀνδρίας ἐστίν· ὥσπερ τὸ ὑφιέσθαι, δειλίας· ᾧ̣ δὲ πλείων ὁ κίνδυνος, ὁμόσε χωρεῖν καὶ ὠθίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ κατέχεσθαι, θράσους· ὥσπερ τὸ ὑποχωρεῖν, ἀσφαλείας· καὶ οὐ τοῦ αὐτοῦ λόγου θετέον φυλάξαι τὰ ὄντα, καὶ τῶν οὐκ ὄντων τι προσλαβεῖν· τὸ μὲν γὰρ μάλιστα καὶ πρῶτον τοῖς νοῦν ἔχουσι, τιμητέον· τὸ δὲ ἂν μὲν
C ὑπάρχῃ μετὰ ῥᾳστώνης, δεκτέον· ἂν δὲ ἀντιπίπτῃ, προϊοπλέον. ὁ δὲ ὑπὲρ τοῦ κτήσασθαί τι τῶν ἐλπιζομένων, πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι κινδυνεύων, λίαν [c] ἀνόητος. καί μοι προσεοικέναι [c]
δοκεῖ πύκτῃ κακῷ̣ τὴν τέχνην, πρὶν τὴν στάσιν εὖ θέσθαι, προβαλλομένῳ· ἢ κυβερνήτῃ λελυμένης αὐτῷ̣ τῆς νηός, καὶ [d] οὐ πλοΐμως [d]
ἐχούσης, ναῦν [e] καταδύοντι πολεμίαν, ἢ [e]
καταδῦναι ἐσπουδακότι· ὧν μοι δοκεῖ μηδὲν ἐκεῖνος ἐνθυμηθεὶς, ἐγχειρεῖν ἀπροσκέπτως
D τοῖς ἐγνωσμένοις, ἔτι τῷ̣ Ῥωμαϊκῶν [f] ὠδι- [f]
νόντων αὐτῷ̣, καὶ κακῶς διακειμένων πρὸς διωγμῷ̣ μάλιστα τὴν ἀλλοτρίαν προϊνοῶν, ἢ [g] Σαλμωνεὺς εἶναί τις ἐξ βύρσης βροντῶν, [g]
πρὸς τοὺς [h] Τραϊανοὺς βλέπων ἐκείνους, ἢ [h]
τοὺς Ἀδριανοὺς, ὧν οὐχ ἧττον τῆς ἀνδρείας τὸ ἀσφαλὲς ἐθαυμάζετο· [i] τὸν Κάρον δὲ οὐκ [i]
ἐνενόει ἐκεῖνον, οὐδὲ τὸν Οὐαλεριανὸν οἳ δίκας ἔδοσαν ὁρμῆς ἀλογίστου, ἵν', ὃ φησιν ἡ τραγῳδία, μὴ ὀνειδίζω τὰς τύχας, ἐν Περσῶν ὅροις, ἐν ἀκμῇ̣ τῆς εὐτυχίας καταλυθέντες.

(*a*) Τὸν μέν &c. Or. 1. Mont. τῶν μέν ... τῶν δέ.

(*b*) Θάρσος ἢ̣ θράσος. *Fiducia & audacia ſono parùm differunt, at ſignificatione multùm.*

(*c*) Ἀνόητος. Regg. quatuor. Colb. k. Bill. ἀνόητος, ἴσως μοι δοκῶν πύκτῃ κακῷ̣ &c. Budæus ita hunc locum legit: καί μοι προσεοικέναι δοκεῖ πύκτῃ τε κακῷ̣ τὴν τέχνην, ἢ̣ πρὶν τὴν στάσιν εὖ θέσθαι, προβαλλομένῳ. Quod ſic reddit: *Mihique aſſimilis eſſe videtur pugili artis ignaro, qui priuſquàm ſtatum ſtabilito pede compoſuit, pugnos in adverſarium intendit.*

(*d*) Οὐ πλοΐμως Reg. a. ἐκ εὐπλοΐμως.

(*e*) Καταδύοντι. Ita Paſſ. aliique plures; alii verò καταδῦναι.

(*f*) Ὠδινόντων. Bud. *nondum pacatis rebus domi*, vel, *adhuc laborantibus, ſibique velut parturientibus.*

(*g*) Σαλμωνεύς. Salmoneus, apud Poëtas, Elidis Rex, qui ut Deus haberetur, ſuper ponte æreo currum agitans fulmine armatus, fulminantem Jovem imitari voluit. Sed eum Jupiter ad inferos fulmine detruſit. Vide Virg. Æneid. 6. vers. 585.

(*h*) Τραϊανοὺς ... ἢ̣ τοὺς Ἀδριανούς. *Trajanus & Adrianus Romani Imperatores, qui*, ut loquitur Elias, *ad fortitudinem, animique magnitudinem prudentiæ quoque laudem adjunxerunt.*

(*i*) Τὸν Κάρον ... τὸν Οὐαλεριανόν. Carus & Valerianus Imperatores Romani, cùm in ſumma felicitate verſarentur, ſtolidi ac temerarii impetûs pœnas dederunt, in Perſarum finibus oppreſſi ac deleti.

θ. Αλλ' οὖν ἔδοξε ταῦτα, καὶ τῆς ὁρ- A μῆς ἦν πᾶσαν μαντείας καὶ γοητείας, ῥητῆς τε καὶ ἀῤῥήτου θυσίας τερατείαν εἰς ἓν ἀγαγὼν, ἵν' ἐν βραχεῖ πᾶσα καταλυθῇ· ᾗ τὸ καλλιέρημα, ὡς μέγα καὶ ὑπερφυὲς, ὦ Χριστὲ, καὶ
a Λόγε, καὶ [a] πάθη τοῦ ἀπαθοῦς, καὶ κόσμου
b παντὸς [b] μυστήριον· ὅλον τὸ Χριστιανῶν γένος δουλῶσῆσαι τοῖς δαίμοσιν, εἰ τοῦ προκειμένου κρατήσειε. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τῆς ἐγχειρήσεως αὐτῷ, καὶ λίαν νεανικὰ, καὶ πολλοῖς τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων θαυμαζόμενα ταῦτα· τὴν B γὰρ τῶν Ασσυρίων ὅσην διαῤῥέων ὁ Εὐφράτης, καὶ τὴν Περσίδα παραμειβόμενος, ἐκεῖσε τῷ Τίγριδι μίγνυται, ταύτην ἑλὼν καὶ τεμὼν, καί τινα τῶν φρουρίων ἐξελὼν κατὰ πολλὴν
c τοῦ [c] κωλύοντος ἐρημίαν, εἶτ' οὖν λαθὼν διὰ
d τὸ τῆς ἐφόδου τάχος, εἴ τε ὑπὸ Περσῶν [d] οὕτω στρατηγούμενος, καὶ κατὰ μικρὸν ὑπαγόμενος
e εἰς [e] τοὔμπροσθεν, λέγεται γὰρ ἀμφότερα, οὕτω γοῦν ποιῶν, καὶ τῷ στρατῷ παραπορευο-
f μένῳ, ᾗ ταῖς ναυσὶ διὰ τῶ πολεμοῦ [f] σιτηγού- C
g σαις τε καὶ σκευαγωγούσαις, [g] οὐ μικρὸν τὸ ἐν μέσῳ, ᾗ Κτησιφῶντι προσβάλλει· ἧς καὶ τὸ πλησίον γενέσθαι, νίκης μέρος αὐτῷ διὰ τὸν πόθον ἐνομίζετο.

ι. Ενθεῦθεν δὲ ἤδη ὥσπερ ψάμμου ποδῶν ὑποσπασθείσης, ἢ νηὶ ζάλης ἀντιπεσούσης, εἰς τοὐπίσω χωρεῖ τὰ πράγματα. ἡ γὰρ Κτησιφῶν φρούριόν ἐστι καρτερὸν ᾗ δυσάλωτον,
h [h] τείχει τε ὅπλης πλίνθου, καὶ τάφρῳ βαθείᾳ, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ ποταμοῦ τενάγεσιν ὠχυρω- D
i μένη· ποιεῖ δὲ αὐτὴν [i] ὀχυροτέραν καὶ φρούριον
k ἕτερον, ᾧ [k] προσηγορία Κωχὴ, μετὰ τῆς ἴσης ἀσφαλείας συγκείμενον, ὅση τε φυσικὴ καὶ ὅση
l χειροποίητος, τοσοῦτον ἑνούμενον, [l] ὡς μίαν πόλιν δοκεῖν ἀμφοτέρας, τῷ ποταμῷ μέσῳ διειργομένας ταύτας· οὔτε γὰρ ἐξελεῖν οἷόν
m τε ἦν ἐξ ἐπιδρομῆς ἀθρόας, ἢ [m] πολιορκίᾳ προσήσασθαι, οὔτε διεξελάσαι καὶ τῷ ναυτικῷ μάλιστα, κινδυνεῦσαι γὰρ ἂν ἐξ ὑπερδεξιῶν, ἀμφοτέρωθεν βαλλόμενον, καὶ εἰργόμενον, E
n κατόπιν ἑαυτοῦ ποιεῖται, [n] καὶ ποιεῖται τὸν
o τρόπον τοῦτον· τοῦ Εὐφράτου πολαμῶν [o] ὄντος
p μεγίστου, μέρος οὐκ ἐλάχιστον [p] διαῤῥήξας, καὶ παριαγαγὼν, ὅσον ναυσὶν εἶναι πλοΐμον
q ἐκ [q] διώρυγος, ἧς καὶ ἀρχαῖα φασὶν ἴχνη

IX. Verùm hæc ipsius animo insederant, totúsque in eam expeditionem ferebatur, omni divinationis & præstigiarum, dicendorúmque & tacendorum sacrificiorum portentosâ vanitate in unum collectâ, ut tota ea scilicet brevi deleretur. Porrò votiva victima, quàm magna quámque eximia, ô Christe, & Verbum, & impatibilis passionis, totiúsque orbis mysterium! universam Christianorum gentem Dæmonibus subjicere, si modò propositi compos existeret. Ac conatûs quidem ipsius principia perquàm strenua, & quæ plerisque eorum qui ipsius partibus student, magnis vocibus celebrantur, sunt hujusmodi. Nam cùm totam eam Assyriæ partem, quam perluens Euphrates ac Persidem præterlabens, illic cum Tigride miscetur, cepisset & pervastasset, nonnulláque castella omni præsidio destituta diruisset; sive quòd Persas incursionis celeritate fefellisset, sive quòd ab iis consultò ita duceretur, sensimque ad ulteriùs procedendum alliceretur, (utrumque enim dicitur,) ita demùm progressus, atque exercitu à latere proficiscente, navibusque frumentum & vasa, per fluvium convehentibus, paucis interjectis diebus ad Ctesiphontem castra ponit; cujus urbis tanto desiderio tenebatur, ut vel ad eam propius accessisse, victoriæ partem existimaret. Res gestæ à Juliano in Persîde.

X. Hinc verò jam, velut arenâ pedibus subtractâ, aut tempestate in navem illisâ, res ipsi retrò fluunt. Ctesiphon enim arx firma est, captúque haud facilis, muris cocto latere conditis, & altâ fossâ, palustríque ac limoso amne communita. Hanc porrò arx quoque altera firmiorem reddit, Cochen appellant, pari tam naturæ quàm artis præsidio constructa, alteri arci ita conjuncta, ut unius tantum civitatis speciem ambæ præbeant: quippe quæ fluminis tantùm divortio inter se dividantur. Quas cùm nec repentino incursu atque impetu expugnare, nec obsidione capere, atque in potestatem redigere posset, nec verò ulteriùs cum exercitu, ac præsertim cum navalibus copiis, procedere, (periculum enim erat, ne è loco superiori telis utrinque peteretur, transitúque prohiberetur,) hoc demum modo eas à tergo relinquit. Nam cùm Euphratis fluminis omnium maximi, partem haud minimam dirupisset, ac per fossam quandam, (cujus vetera etiam vestigia extare aiunt,) tantum ex eo circunduxisset, ut gestandis navibus par esse posset, atque hâc paulò superiùs cum Tigride Ctesiphontis descriptio. Euphrates fossâ Tigridi junctus.

(a) Πάθη. In Montac. γρ. πάθος.
(b) Μυστήριον. Savil. κατάρσιον. *Piaculum, expiatio.*
(c) Κωλύοντος. Ita Mss. omnes. Ed. Par. κωλύοντος.
(d) Οὕτω στρατηγούμενος. Heins. καταστρατηγούμενος. *Sic imperatoriâ arte (Stratagemate) circumveniretur.* Bud.
(e) Τοὔμπροσθεν. Reg. I. & Colb. 3. τὰ ἔμπροσθεν.
(f) Σιτηγέσαις. Ita magno consensu Mss. Par. verò σιταγωγέσαις.
(g) Οὐ μικρόν. *Non minimo intervallo.*
(h) Τείχει τε. In Ed. τείχει δέ.
(i) Ὀχυροτέραν. Ed. Par. ἰσχυροτέραν.
(k) Προσηγορία. Malè in Herv. & Par. προσηγορίαν.
(l) Ὡς. Reg. bm. Pass. ὥστε.
(m) Πολιορκίᾳ. Duo Regg. πολιορκίας.
(n) Καὶ ποιεῖται. Sic plerique codices.
(o) Ὄντος. Reg. bm. ὄντως.
(p) Διαῤῥήξας. Reg. y. γρ. διαῤῥήξαν.
(q) Διώρυγος. Regg. septem. Or. 1. διώρυχος.

commisiſſet, ita demum naves conſervat, è fluvio ad fluvium tutò pervectas. Ita caſtrorum horum periculum effugit. Ut autem progredienti Perſicæ copiæ in conſpectum venientes, quotidiéque augeſcentes, eam gerendi belli rationem tenere cœperunt, ut adversâ quidem acie nequaquam ſibi ſtandum, nec, cùm copiarum exuberantiâ vincere liceret, niſi magnâ neceſſitate urgente, tentandam ſibi pugnæ aleam judicarent; cæterùm è tumulis & locorum anguſtiis, ubi facultas daretur, hoſtes ſagittis impeterent, atque opportuniſſimis viæ tranſitibus occupatis, eos facillimè, ne porrò progrederentur, inhiberent: tum verò in magna animi anxietate verſabatur; nec, quò ſe verteret, habens, pravum tandem conſilii ſui exitum reperit.

Perſarum artes & inſidiæ.

XI. Vir enim quidam, inter Perſas non ignobilis, Zopyri illius erga Cyrum, in Babylonis obſidione, facinus imitatus, quaſi ob graviſſimas quaſdam cauſas in graviſſimam offenſionem Perſarum Regi veniſſet, ob idque in eum peſſimè animatus, contráque erga Romanos optimè affectus eſſet, ac per hujusmodi fucum & ſimulationem fidem ſibi conciliaſſet: *Quid hæc*, inquit, *Imperator? Quid tam ignavum atque imbecillum de tanti momenti negotio conſilium initis? Quorſum hoc navale frumentum, ac ſuperfluum onus, ignaviæ magiſtrum? Nihil enim ad expugnandum difficilius, nihil pervicacius eſt, quàm venter, ſitámque in manibus habere ſpem ſalutis. Quocirca, ſi quid me audies, nauticum hunc apparatum valere jubebis, languorémque ex eo ad fortiſſimum hunc exercitum redeuntem: tu autem viâ aliâ faciliori & tutiori, cujus tibi me ducem fore profiteor, (nam Perſicæ regionis tam peritus ſum quàm quivis alius,) in hoſtium terram impreſſionem facies, rebúſque ex animi ſententia confectis ad reditum te accinges. Me autem tunc demum beneficio afficies, cùm re ipsâ benevolentiæ erga te meæ conſiliique mei documentum ceperis.*

Ficta Perſæ transfugæ ad JulianumOratio.

Credula eſt animi levitas, maximè in impiis.

XII. Hâc oratione cùm, id quod proponebat, Juliano perſuaſiſſet, credula enim eſt levitas, præcipuéque etiam Deo impium exagitante, omnibus ſimul incommodis premi cœpit exercitus. Naves igni conflagrabant, frumentum nullum erat, ac riſus inſuper accedebat; idem enim fermè erat,

φαίνεσθαι, [a]καὶ ταύτῃ τῷ Τίγριδι συμβαλὼν a
μικρὸν ἐμπεσόντι, οὕτω διασώζει τὰς ναῦς
ἐκ τοῦ ποταμοῦ τῷ ποταμῷ δοθείσας ἐν
ἀσφαλείᾳ. ὧδε μὲν οὖν τὸν ἐκ τῶν φρουρίων
τούτων διαδιδράσκει κίνδυνον. ὡς δὲ προϊόντι
Περσικὴ δύναμις ἀθρόα φανεῖσα, καὶ ἀεί τις
τῇ οὔσῃ προσγινομένη, [b]κατὰ μετώπου μὲν b
ἵστασθαι, καὶ διακινδυνεύειν οὐκ ᾤετο δεῖν δίχα
μεγάλης ἀνάγκης, ἐνὸν ἐκ περιουσίας κρατεῖν,
ἐκ δὲ τῶν λόφων καὶ τῶν ξενῶν ἢ παρείκοι,
βάλλουσα καὶ τοξεύουσα, καὶ τὰ καίρια τῆς B
διόδου προκαταλαμβάνουσα, ῥᾳδίως εἶργε τοῦ
προσω· τηνικαῦτα ἐν ἀπορίᾳ τε ἦν ἤδη πολλῇ,
καὶ οὐκ ἔχων [c]ὅπῃ τράπηται, λύσιν εὑρίσκει c
πονηρὰν τοῦ βουλεύματος.

ια. Ἀνὴρ γάρ τις τῶν οὐκ ἀδοκίμων ἐν
Πέρσαις, τὸν ἐπὶ Βαβυλῶνι πρὸς [d]Κῦρον, d
Ζώπυρον μιμησάμενος, ὡς δή τι [e]τῷ Περσῶν e
βασιλεῖ, μᾶλλον δὲ μέγιστα καὶ ἐπὶ μεγίστοις
προσκεκρουκὼς, καὶ δύσνους μὲν τοῖς ἐκείνου
μάλιστα, εὔνους δὲ τοῖς Ρωμαίων πράγμασι C
διὰ τοῦτο τυγχάνων, καὶ τὸ πιστεύεσθαι λαβὼν
ἐκ τῆς πλάσματος· τί ταῦτα, φησὶν, ὦ βασιλεῦ;
πῶς οὕτω ἁπλῶς περὶ τοσούτου βουλεύεσθε
πράγματος; τίς ὁ νηίτης οὗτός σοι σῖτος καὶ ὁ
πρωτίστος φόρτος, ὁ τῆς ἀνανδρίας διδάσκαλος;
οὐδὲν γὰρ [f]οὕτω δύσμαχον καὶ φιλόνεικον, f
ὡς γαστὴρ, ἢν τὸ ἐν χερσὶν ἔχειν τὴν σωτηρίαν·
ἀλλ' εἴ τι ἐμοὶ πείθῃ, τὸ μὲν ναυτικὸν τοῦτο
χαίρειν ἐάσεις, καὶ τὴν ἑπομένην ἔκλυσιν τῷ
γενναίῳ τούτῳ στρατῷ· αὐτὸς δὲ δι' ἄλλης D
ὁδοῦ εὐπορωτέρας τε καὶ ἀσφαλεστέρας, ἧς
ἐγώ σοι καθηγητὴς, ἔμπειρος δὲ εἴ τις ἄλλος
φημὶ τῆς χώρας εἶναι τῆς Περσικῆς, ἐμβαλεῖς
τε εἰς τὴν πολεμίαν, καὶ τῶν κατὰ γνώμην
τυχὼν ἐπανήξεις· ἡμᾶς δὲ τηνικαῦτα εὖ ποιή-
σεις, [g]ἡνίκα ἂν ἔργῳ πεῖραν λάβῃς τῆς ἡμετέρας g
εὐνοίας καὶ προθυμίας.

ιβ. Ὡς δὲ εἶπε ταῦτα, καὶ εἰπὼν ἔπεισεν,
εὔπιστον γὰρ ἡ κουφότης, καὶ τοῦ Θεοῦ μάλιστα
συνελαύνοντος, ἅπαντα ἦν ὁμοῦ τὰ δεινά· τὰς
μὲν ναῦς εἶχε τὸ πῦρ, καὶ ὁ σῖτος οὐκ ἦν, καὶ
προσῆν ὁ γέλως· αὐτόχειρ γὰρ ἡ σφαγὴ σχεδόν·
τὰ δὲ [h]τῇ ἐλπίδων φορᾷ, καὶ [i]ὁ ὁδηγὸς h i

(a) Καὶ ταύτῃ. Sic Mſſ. omnes, & Editi, præter Pariſ. & Mont. qui legunt, κᾷ τᾶτο. Hos ſequitur Comb. qui refert τᾶτο ad μέρος ſuperius, & vertit: *atque hanc (ſciſſam partem) cùm paulò ſuperius Tigridi conjunxiſſet, commiſiſſetque* &c.

(b) Κατὰ μετώπου. Mont. γρ. κατὰ μέτωπον.

(c) Ὅπῃ. Plerique codices, ὅποι.

(d) Κῦρον. Non Cyrus, ſed Darius Hiſtaſpis, ut ex Herodoto & Plutarcho diſcimus.

(e) Τῷ Περσῶν. Ita tres Regg. duo Colb. & Or. 1. Pauci cum Editis, τῶν Περσῶν.

(f) Οὕτω δύσμαχον. Ita Paſſ. ac plerique codices. Par. Ed. ἐπίμαχον. Nonnulli, ἅτως ἐπίμαχον, quos ſequitur Comb. qui ſic reddit hunc locum: *nihil æquè ad pugnam ſegne atque rixoſum, ac venter, ſuamque præ manibus ſalutem habere.* Eodem ſenſu exponit δύσμαχον Budæus in Plutar. Symp. Voluit profectò Impoſtor ſuadere Juliano, militare robur frangi, ac rixoſum fieri, cùm diffluit deliciis; & præſidentem atque incautum plerumque labefactari, cùm in manibus ſalus eſſe videtur.

(g) Ἡνίκα ἂν ἔργῳ. Sic Mſſ. & Editi. Montac. & Par. ἐν ἔργῳ.

(h) Τῶν ἐλπίδων. Paſſ. ἐλπισθέντων.

(i) Ὁ ὁδηγός. Ita Paſſ. & alii plerique codd. Deeſt ὁ, in Editis.

συναπῆλθε ταῖς ὑποσχέσεσιν. ἐν κύκλῳ δὲ οἱ πολέμιοι, καὶ περιῤῥέων ὁ πόλεμος· ἥ τε πρόοδος οὐ ῥᾳδία, ἡ τροφὴ δὲ οὐκ εὔπορος· ἐν ἀθυμίᾳ δὲ ὁ στρατὸς, καὶ δι' ὀργῆς [a] εἶχον τὸν βασιλέα· ἐλείπετο δὲ χρησῆς ἐλπίδος οὐδέν· μία δὲ ὡς ἐν τοῖς παροῦσιν ἐδόκει μόνη, τῆς πονηρᾶς ἀπαλλαγῆναι βασιλείας καὶ στρατηγίας.

ac si manus sibiipsi necémque attulisset; spes omnes evanidæ, dúxque itineris cum promissis suis abscesserat. In orbem porrò hostes instabant, bellum circunfluebat: progressus non facilis, victus ægrè parabilis: languebat exercitus, animísque conciderat, in Imperatorem accensus erat: nihil bonæ spei reliquum erat; hæc una, ut in præsenti rerum statu salutis ratio patere videbatur, nimirum scelerato imperio & militari præfecturâ defungi.

De Juliani cæde varia narrantur.

ιγ. Τὰ μὲν δὴ μέχρι [b] τούτου, τοιαῦτα· τὰ δὲ ἐντεῦθεν, οὐχ εἷς λέγεται λόγος, ἄλλος δὲ ἄλλῳ συμφέρεται καὶ συντίθεται, τῶν τε παρόντων ὁμοίως τῇ μάχῃ, καὶ τῶν [c] ἀπόντων. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ Περσῶν αὐτὸν [c] κατηκοντίσθαι φασὶν [d] ἀτάκτοις ἐκδρομαῖς χρώμενον, καὶ ἄτοπα τῇδε κἀκεῖσε σὺν [e] ἐμπληξίᾳ· καὶ ὅμοιόν τι περὶ αὐτὸν συμβῆναι τῷ Κύρου τοῦ Παρυσάτιδος, ὃς [f] τοῖς μυρίοις συνανελθὼν ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀρταξέρξην, καὶ νεανικῶς μαχόμενος, θράσει τὴν νίκην διέφθειρεν· οἱ δὲ τοιοῦτόν τινα ἐπ' αὐτῷ διηγοῦνται λόγον· ἐπί τινα λόφον τῶν ὑψηλῶν ἀνελθὼν, ὡς ἂν περιωπῆς τὸν στρατὸν ὄψει λαβεῖν, καὶ ὅσος [g] ὑπελείφθη τῷ πολέμῳ μαθεῖν, [g] ἐπειδὴ οἱ φανῆναι πολὺ τὸ πλῆθος, καὶ τῆς ἐλπίδος ἀφθονώτερον· ὡς δεινὸν, εἰπεῖν, εἰ πάντας τῇ Ῥωμαίων γῇ τούτους ἐπαναξόμεν· ὡς ἄν τις βασκαίνων αὐτοῖς τῆς Σωτηρίας. ἐφ' ᾧ τινα τῶν στρατιωτῶν χαλεπήναντα, καὶ οὐ καταισχόντα [h] τὴν ὀργὴν, [h] ὧσαι κατὰ τῶν σπλάγχνων, ἀλογήσαντα τῆς ἑαυτοῦ Σωτηρίας. ὡς δὲ ἄλλοι, τῶν γελοιαστῶν βαρβάρων τινὰ τοῦτο τολμῆσαι, οἳ [i] τοῖς [i] στρατιώταις ἕπονται, λύπης τε ψυχαγωγία καὶ πότοις ἥδυσμα· [k] εἰσὶ δὲ οἳ καὶ

XIII. Quæ autem hucusque gesta sunt, ita se habent; quæ verò sequuntur, non uno modo ab omnibus exponuntur, sed alius alii sermoni assentitur, ac subscribit, non minùs eorum quibus certamini interesse, quàm quibus abesse contigit. Nonnulli enim à Persis eum jaculo confixum fuisse aiunt, temerè in hostes excursantem, atque huc & illuc vesanè præsultantem; idémque ipsi quod Cyro Paryssatidis filio accidisse, qui cùm adversus Artaxerxem fratrem cum ingenti exercitu ascendisset, ac fortiter pugnaret, temeritate tandem suâ victoriam amisit. Alii hujusmodi quendam de eo sermonem commemorant: cùm in sublimem quendam tumulum ascendisset, ut velut è specula exercitum oculis usurparet, quantúsque bello superfuisset, cognosceret, magnásque copias, spéque suâ ampliores vidisset; *Quàm grave & indignum fuerit*, dixisse, *si hos omnes ad Romanorum terram reduxerimus*: quasi videlicet, ipsis salutem invidentem. Quibus verbis commotum militem quendam, iráque præcipitem actum, nullâ salutis suæ habitâ ratione, in ipsius viscera gladium adegisse. Alii rursus facetum & ridiculum quendam Barbarum, (quales in militum comitatu, tum ad leniendas animorum molestias, tum ad exhilaranda convivia esse solent), hoc

Quis Julianum occiderit, incerta res est.

(a) Εἶχον. Comb. εἶχε.

(b) Τούτου. Pass. & plerique codices, τούτων.

(c) Κατηκοντίσθαι. Hieronymus, Ep. ad Magnum Oratorem ait: *conto ilia perfossus*. Damascenus Or. 1. de imaginibus, Elladio auctore, δόρυ, *hastam* vocat. Ita Sozom. l. 6. c. 1. Ammianus, *equestrem hastam* appellat.

(d) Ἀτάκτοις ἐκδρομαῖς. Reg. u. ἐκδρομοῖς. Reg. b. τακτικοῖς ἐκδρομοῖς.

(e) Ἐμπληξίᾳ. Quatuor Regg. Colb. k. Sav. Pass. ἐκπληξίᾳ. Cui sententiæ favet Eutrop. Hist. Rom. l. 10. Immo August. l. 4. de Civit. c. 29. & l. 5. c. 21. ubi Julianus dicitur, *merito temeritatis & hostili vulnere extinctus*. Id etiam supponunt extrema morientis ad circumstantes verba.

(f) Τοῖς μυρίοις. *Cum ingenti exercitu*, nec benè Billius, *cum decem hominum millibus*. Quis enim hic tantulus exercitus, qui potentissimo Persarum Regi esset negotium facturus? Cyrus non solum *decem millia Græcorum*, sed alias etiam plures in auxilium copias habuit. Reg. b. Colb. 3. & Pass. ὅσοις τοῖς μυρίοις.

(g) Ἐπειδὴ οἱ. Ita melioris notæ codices, Regg. bm. hu. aliique plures. Mont. ἐπεὶ δὴ οἱ. Pass. ἐπεὶ δέοι φανῆναι.

(h) Ὧσαι. Schol. subaud. ξίφος, *ensis*, *gladius*.

(i) Στρατιώταις. Reg. q. Combef. στρατοῖς, *exercitus*.

(k) Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ Σαρακηνῶν τινί &c. *Sunt autem qui Saraceno &c.* Hic advertendum est, nihil certum de Juliani interfectore apud Scriptores reperiri. Varii, ut Gregorius noster, varias opiniones recensent. Vide Chrysost. lib. de S. Babyla. Damascenum Orat. 1. de imaginibus. Theodoret. Hist. lib. 3. c. 25. Socrat. lib. 3. c. 21. Sozom. lib. 6. c. 1. 2. &c. Libanius Orat. funebri in Julianum sic loquitur: *fortasse aliquis nosce cupit, quisnam illum occiderit; ego verò nomen quidem nescio. Ab hoste tamen interfectum non fuisse, certissimum illud argumentum est, quòd nemo ex hostibus ob vulnus illud honore affectus est, quamvis Rex Persarum authorem cædis, per præconem ad præmium vocaverit.* Deinde innuit Julianum à quodam *milite Romano*, etiam *Christiano* percussum cecidisse. Id non veretur Libanio concedere Sozomenus, atque à culpa liberare videtur interfectorem, *qui propter Deum, & propter eam quam colebat religionem, strenuum facinus edidit.* Absit ut in hac re Sozomeno assentiamur. A tali tamque inaudito sermone abhorrent aures verè Christianæ. Semper & ubique Regibus ac etiam Tyrannis fidele, constans ac perpetuum debetur obsequium. Dei hominumque odio premendus est, quisquis in Regum aut etiam Tyrannorum vitam, quacumque ex causa, sacrilegas manus injicit. Nos eum gravissimi sceleris reum, ac acerbissimis suppliciis morteque turpissimâ plectendum judicamus. Absit etiam ut ex Theodoreto, qui Hist. lib. 3. c. 25. ait: *Sed sive homo, sive Angelus gladio eum* (Julianum) *percussit, certum est, quicumque tandem id fecerit, eum divinæ voluntatis administrum fuisse.* Absit, inquam, ut indè colligamus Juliani interfectorem, quisquis ille fuerit, utpotè *divinæ voluntatis administrum*, fuisse innoxium. Divinæ enim voluntatis administri fuere *Herodes & Pontius Pilatus, qui*, ut in Act. IV. 27. 28. *convenerunt facere quæ manus*

facinus perpetrasse ferunt. Nec desunt qui Saraceno cuipiam gloriam hanc ascribant. Utcumque se res habet, lethale certè orbique universo salutare vulnus accipit, ac per unicam incisionem, multorum viscerum, quibus malè crediderat pœnas exsolvit. Quod & ipsum miror, quo modo homo vanus, qui omnia hinc se scire existimabat, hoc unum ignoravit, nimirum vulnus visceribus suis infligendum.

Lethali vulnere accepto, Deus haberi post mortem cupit Julianus.

XIV. Sed ne hoc quidem prætereundum est, quod præter alia multa, maximum perditæ illius amentiæ argumentum habet. In fluminis ripa jacebat, graviter ex vulnere ægrotans : Cùm autem permultos eorum, qui ante ipsius ætatem gloriam consecuti fuerant, ut humanâ conditione majores censerentur, artibus quibusdam ex hominum oculis sese subduxisse, eámque ob causam pro Diis habitos fuisse sciret, ejusdem gloriæ cupiditate captus, simúlque mortis suæ modum propter temeritatis infamiam erubescens, quid molitur? quid facit? neque enim simul cum vita improbitas extinguitur: in profluentem corpus suum projicere conatur, ad eámque rem nonnullorum, quos maximè fidos arcanorúmque conscios habuerat, operâ utebatur. Quòd nisi quispiam ex aulicis Eunuchis hâc re cognitâ, sceleríque odio, & detestatione aliis patefactâ, huic conatui obstitisset, novus utique alius ex calamitate Deus stolidis hominibus extitisset. Atque ille quidem, cùm sic, & imperium gessisset, & bellum administrasset, sic quoque è vita discedit.

Σαρακηνῶν τινι τὸ κλέος τοῦτο διδόασι. πλὴν δέχεται πληγὴν καιρίαν ὄντως, καὶ παντὶ τῷ κόσμῳ ζωτήριον, καὶ [a]μιᾷ τομῇ σφαγέως, πολλῶν σπλάγχνων ἀπαιτεῖται δίκην κακῶς πιστευθέντων. ὃ καὶ θαυμάζω, πῶς πάντα γινώσκειν ὁ μάταιος ἐντεῦθεν οἰόμενος, ἓν τοῦτο τὴν κατὰ τοῦ ἑαυτοῦ σπλάγχνων πληγὴν ἠγνόησεν.

ιδ. Ἄξιον δὲ μηδὲ τοῦτο παραδραμεῖν τοῦ ἀνδρὸς, μεγίστην τῆς ἐκείνου [b]κακοδαιμονίας ἐπὶ πολλοῖς ἔχον ἀπόδειξιν. ἔκειτο μὲν ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ, καὶ πονηρῶς εἶχε τοῦ τραύματος· πολλοὺς δὲ εἰδὼς τῶν πρὸ αὐτοῦ δόξης ἠξιωμένων, ὡς ἂν ὑπὲρ ἄνθρωπον νομισθεῖεν, τέχναις τισὶν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντας, καὶ διὰ τοῦτο Θεοὺς νομισθέντας, ἔρωτι τῆς αὐτῆς δόξης ἑαλωκὼς, καὶ ἅμα τῷ τρόπῳ τῆς τελευτῆς, διὰ τὸ τῆς ἀβουλίας ἄδοξον αἰσχυνόμενος, τί μηχανᾶται, καὶ τί ποιεῖ; ὑδὲ γὰρ τῷ βίῳ συναναλίσκεται πονηρία· ῥίψαι κατὰ τοῦ ποταμοῦ πειρᾶται τὸ σῶμα, καὶ πρὸς τοῦτο ἐχρῆτό τισι τῶν πιστῶν ἑαυτοῦ συνεργοῖς καὶ μύσαις τῶν ἀπορρήτων· καὶ εἴ μὴ τῶν βασιλικῶν εὐνούχων τις τὸ πρᾶγμα αἰσθόμενος, καὶ τοῖς ἄλλοις καταμηνύσας, μίσει τῶ κακουργήματος τὴν ὁρμὴν διεκώλυσε, κἂν ἐφάνη τις ἄλλος τοῖς ἀνοήτοις Θεὸς νέος ἐξ ἀτυχήματος· ἀλλ' ἐκεῖνος οὕτω μὲν βασιλεύσας, ἕτω δ' ὑ στρατηγήσας, ἕτω δὲ [c]καταλύει τὸν βίον.

Mortuo Juliano, Jovianus Imperator salutatur.

XV. Statim autem post ipsius mortem imperium excipiens, qui post illum in ipsis castris, atque in ipsa periculorum flamma, ducem necessariò requirente, renunciatus fuerat, vir, ut aliis rebus, ita pietate clarus & insignis, atque oris majestate, regno profectò dignâ præditus, cùm nec manus cum Persis conferere, nec progredi ullo modo posset; licèt alioqui, animi magnitudinis atque alacritatis nullæ partes deessent, quamvis milites manibus & ipse fracti debilitatíque essent, castra movere, copiásque reducere satagebat : idque, ut tutò sibi facere liceret, laborabat, perinde, atque non imperii sed cladis hæres effectus. Quòd nisi Persæ in victoria moderatè se gerentes, (hoc enim apud eos in more positum est,

Persæ in victoriis moderati.

ιε. Διαδεξάμενος δὲ τὴν βασιλείαν [d]εὐθὺς μετ' ἐκεῖνον, ὁ μετ' ἐκεῖνον ἀναῤῥηθεὶς ἐν αὐτῷ τῷ [e]στρατοπέδῳ, καὶ τῇ τῶν κινδύνων ἀκμῇ ἀναγκαίως ἐπιζητούσῃ τὸν ἡγησόμενον, ἀνὴρ ἐπιφανὴς τά τε ἄλλα καὶ τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὸ εἶδος, ἀληθῶς τυραννίδος [f]ἄξιος, τὸ μὲν εἰς χεῖρας ἰέναι Πέρσαις, ἢ προϊέναι οὐδαμῶς οἷός τε ἦν, καί τοί γε ἀνδρείας καὶ προθυμίας οὐδὲν ἐλλείπων, τοῦ στρατοῦ [g]παρεικότος ταῖς χεῖρας καὶ ταῖς ἐλπίσας, ἐζήτει δὲ τὴν ἀνάζευξιν, καὶ ὅπως ἂν ἀσφαλῶς [h]τύχοι ταύτης ἐσκόπει, ὥσπερ οὐ βασιλείας, ἀλλ' ἥττης γεγονὼς κληρονόμος· εἰ μὲν οὖν μὴ Πέρσαι τῇ νίκῃ μετριάζοντες, καὶ γὰ νόμος οὗτος αὐτοῖς

& *consilium Dei decreverunt fieri* ; Quis tamen eos dixerit à crimine immunes? nullus certè qui veriſſima & inconcussa Christianæ fidei religionisque principia toto corde fovet ac tuetur.

(*a*) Μιᾷ τομῇ σφαγέως. *Per unam interfectoris incisionem.* Paſſ. Combef. aliique, μιᾷ τολμῇ, sublato, σφαγέως, *uno audaci facinore.* Utramque lectionem agnoscit Elias. Billius præfert, τομῇ.

(*b*) Κακοδαιμονίας. Combef. *fanatici illius animi.* Malim : *malo genio agitari.*

(*c*) Καταλύει τὸν βίον. Ammianus lib. 25. pag. 291. *vitâ est absolutus medio noctis horrore, sexto Cal. Jul. anno ætatis* 32. *inchoato.*

(*d*) Εὐθὺς &c. Reg. b. in textu, alii plerique in margine, Ιοβιανός, *Jovianus.* Paſſ. & Colb. k. prætermittunt, μετ' ἐκεῖνον.

(*e*) Στρατοπέδῳ. Duo Regg. addunt, πλανομένῳ. Regg. u. y. Colb. k. habent tantùm πλανομένῳ, & in marg. Reg. u. γρ. τῷ πολέμῳ. In Reg. hu. γρ. καὶ τῷ πλάνῳ. Paſſ. ἐν αὐτῷ τῷ πλάνῳ, missio, μετ' ἐκεῖνον.

(*f*) Ἄξιος. Duo Regg. & Paſſ. ἄξιον. Verba sunt Euripidis.

(*g*) Παρεικότος. Schol. παρειμένου.

(*h*) Τύχοι. Nonnulli, τύχῃ.

εἰδέναι

ἐιδέναι μετρεῖν [a] εὐφραγίαν, ἢ τι δείσαντες ἄλλο τῶν λεγομένων, εἰς συμβάσεις ἐτράποντο, καὶ ταύτας ἀδοκήτους οὕτω καὶ φιλανθρώπους, οὐδὲν ἐκώλυε, μηδὲ [b] πυρφόρον, ὃ δή φασιν, ὑπολειφθῆναι τῷ στρατῷ· τοσοῦτον εἶχον αὐτοὺς οἱ Πέρσαι δίκη χειρὸς, ἐν γῇ τε ἰδίᾳ μαχόμενοι, καὶ προσεπηρμένοι τοῖς γεγονόσιν· ἱκανὸν γὰρ τό τι [c] προσλαβεῖν εὐημερίας, καὶ πρὸς τὴν ἐλπίδα τοῦ μέλλοντος. νῦν δὲ ὁ μὲν, ὅπερ εἶπον, ἑνὸς ἦν τῦ διασώσασθαι τὸν στρατὸν, καὶ τὰ νεῦρα Ρωμαίοις ὑπολιπεῖν· νεῦρα γὰρ ἦσαν, καὶ εἰ κακῶς ἔπραξαν ἀβουλίᾳ μᾶλλον τοῦ στρατηγήσαντος, ἢ σφῶν αὐτῶν ἀνανδρίᾳ. οἱ δὲ ἐπὶ ταῖς συνθήκαις ταύταις συνέβησαν, ταῖς οὕτως αἰσχραῖς τε καὶ ἀναξίαις τῆς Ρωμαίων χειρὸς, ἵν' εἴπω τὸ συντομώταλον· ὧν εἴ τις [d] ἐκεῖνον ἀφελὶς τῆς αἰτίας, τῦτον [d] καταμέμφοιτο, [e] λίαν ἐστὶν [e] ἀγνώμων ἐμοί γε [f] λογισὴς τῶν τότε συμβεβηκότων. ὁ γὰρ τοῦ ἀμήσαντος ὁ στάχυς, ἀλλὰ τοῦ σπείραντος· οὐδὲ τοῦ καταστρέσαι μὴ δυνηθέντος ὁ ἐμπρησμὸς, τοῦ δὲ ἀνάψαντος· καὶ [g] τὸ τοῦ Ηροδότου περὶ τῆς Σαμίων τυραννίδος καιρὸς εἰπεῖν, ὅτι τῦτο τὸ [h] ὑπόδημα ἔρραψε μὲν [i] Ισιαῖος, [k] ὑπεδύσατο δὲ Αρισαγόρας, ὁ τὰ τοῦ προειληφότος ὑποδεξάμενος.

ut animi moderationem in prosperitate adhibeant,) aut aliud quiddam eorum, quæ famâ ferebantur, metuentes, ad ineunda fœdera, & quidem adeò inopinata & humana, sese convertissent, ne Ignifer quidem, ut dici solet, exercitui superfuisset; usqueadeò eos ad manum Persæ habebant, tum in terra sua dimicantes, tum etiam ob ea quæ contigerant, animis altiùs elati. Felix enim quispiam successus eam vim habet, ut spem quoque lætam futuri afferat. At nunc, ut jam dixi, ille totus in eo erat, ut exercitum servaret, nervósque Romanis relinqueret: nervi enim erant, etsi rem malè gesserant, ob ducis potiùs temeritatem quàm suam ignaviam. Persæ verò, conditionibus turpibus sanè, Romanorúmque manu & potentiâ, ut brevissimè dicam, indignis, fœdus pepigerunt; quarum nomine si quis, absoluto illo, hunc criminandum censeat, meo judicio perquàm iniquus est eorum quæ tum acciderunt, æstimator. Non enim ejus qui messuit, spica est, verùm illius qui sementem fecit: nec ei incendium assignandum est, qui ignem extinguere non potuit, sed qui excitavit. Atque illud Herodoti de Samiorum tyrannide commodè dixerim: *Calceum hunc Histiæus quidem consuit, induit autem Aristagoras, qui antecessoris rebus successit.*

Romani pacem cum Persis componunt.

Turpia compositæ pacis fœdera in Julianum rejicienda.

Histor. Lib. VI.

[l] ις. Τί λοιπὸν [l] ἦν, ἢ τὸ σῶμα Ρωμαίοις ἐπαναχθῆναι τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ πρὸς οὕτω καθαρέψαντος; ἐπεὶ δὲ καὶ ἡμῖν ἐστι νεκρὸς, ὃ περὶ αὐτοῦ καθαλύσας τὸν βίον, ἴδωμεν κἀνταῦθα τοῖν βασιλέοιν ἀμφοῖν τὸ διάφορον, εἴ τι [m] καὶ τοῦτο φέρει πρὸς εὐδαιμονίαν [m] ἢ κακοδαιμονίαν τοῖς ἀπελθοῦσιν. [n] ὁ μέν γε ὧδαῖς πέμπεται πανδήμοις εὐφημίαις τε καὶ πομπαῖς, [o] καὶ τούτοις δὴ τοῖς ἡμετέροις σεμνοῖς, [o] ᾠδαῖς παννύχοις καὶ δαδουχίαις, αἷς Χριστιανοὶ τιμᾶν μετάσασιν εὐσεβῆ νομίζομεν· καὶ γίνεται πανήγυρις μετὰ πάθους ἡ ἐκκομιδὴ τοῦ

XVI. Quid reliquum erat, nisi ut impii cadaver ad Romanos referretur, etiamsi ita è vivis excessisset? Quoniam autem nos etiam exanime corpus habemus, hunc scilicet, qui ante ipsum è vita migravit; videamus hîc quoque, quantùm inter utrumque Imperatorem discriminis fuerit: si quid hoc etiam ad Defunctorum felicitatem & infelicitatem conferat. Ille igitur publicis præconiis, faustisque ominibus, ac celebri pompâ deducitur, religiosisque etiam his nostris officiis, per totam scilicet noctem productis canticis, & accensis facibus, quibus nos Christiani pium è vita discessum ornandum existimamus. Atque

Insigne inter Constantii & Juliani funera discrimen.

Funebris Constantii pompa canticis & accensis facibus decoratur.

(a) Εὐπραγίαν. Pass. aliique nonnulli, εὐπραξίαν.

(b) Πυρφόρον &c. *Igniferum*, id est juxta Eliam, *Sacerdotem, qui sacrum ignem ad sacrificia consumenda, olim in bello gestabat. His Igniferis necem inferre nefas erat, atque ipsis victores maximè parcebant, quòd Deorum cultui & obsequio erant consecrati. Id autem in proverbii consuetudinem venit, & per Hyperbolem dictum est de iis, qui in prælio ita ad internecionem cæsi ac deleti sunt, ut ne is quidem, qui apud eos hujusmodi ignem gestat, cladi superfuerit.*

(c) Προσλαβεῖν. Bill. & Savil. *fortè*, προλαβεῖν.

(d) Καταμέμφοιτο. In Montac. γρ. καταμέμφαιτο.

(e) Αγνώμων. *Rudis, imperitus rerum æstimator.*

(f) Λογισὴς. Reg. a. Or. 1. Pass. λογιστὴς.

(g) Τὸ τῦ Ηροδότυ &c. Quod de *Samiorum tyrannide*, de *calceo*, de *Histiæo qui illum consuit*, & de *Aristagora qui eum induit*, scripsit Herodotus, sic exponit Elias: *Histiæus, genere Samius, cum Dario Persarum Rege versabatur. A quo cùm patriam adeundi potestas ipsi facta esset, Aristagoram nepotem suum, qui Samios gubernabat, monet ut ipsis & Ionibus in animum inducat defectionem moliri. Posteaquàm autem illi à Persarum imperio defecerunt, Histiæus Dario persuadet, ut sibi per eum liceat ad eos, qui defeciissent, se conferre; dicebat enim posse se eos rursum ad Regis partes traducere. Cùm igitur eò perrexisset, atque à Satrapa Artapherne ipsius fraus agnita esset, hunc sermonem audivit, qui etiam in proverbii consuetudinem venit. Per calceum autem significabatur defectio, quæ ab Histiæo, ob consilium datum, concinnata fuerat, induta vero ab Aristagora, qui eam executus fuerat.* Hæc ad Julianum & Jovianum detorquet Gregorius. Julianus est, qui *seminavit*, qui *incendium excitavit*, qui *calceum* cladis acceptæ *consuit*; Jovianus autem, *qui induit.*

(h) Υπόδημα. Non benè Billius qui reddidit: *vestem.* Debuisset enim cum Herodoti Interprete vertere: *calceum.*

(i) Ισιαῖος. Pass. Εσιαῖος.

(k) Υπεδύσατο. In quinque Regg. Or. 1. Montac. & Comb. γρ. ὑπεδήσατο, *subligavit.* Ita etiam Herodotus.

(l) Ην. Deest in pluribus.

(m) Η κακοδαιμονίαν. Ita plerique codices. In nonnullis deest.

(n) Ο μέν γε. Sic omnes ferè codd. Ed. ὁ μὲν γάρ.

(o) Ωδαῖς παννύχοις. Billius: *nocturnis cantionibus.* Hic juvat observare in exequiis Fidelium, antiquo Christianorum more, producta in totam noctem cantica, & accensas faces.

corporis elatio conjunctam cum mœrore celebritatem habet. Quòd si cui fidem narratio facit, id quoque in multorum auribus disseminatum est, quòd cùm corpus Tauri juga superaret, ut ad patriam civitatem, hanc, inquam, illis cognominem ac celeberrimam, referretur, vox quædam è summis locis à nonnullis exaudiebatur, velut psallentium & prosequentium (Angelicarum opinor Virtutum): quod pietatis illi præmium erat ac funebris remuneratio. Nam & si rectam fidem nonnihil luxare visus est, hoc tamen crimen importunitati Procerum fideique pravitati tribuendum est, qui simplicem, parúmque in pietate firmam animam, miniméque barathra prospicientem, nacti, eam, quòd libuit, abduxerunt, atque accuratioris doctrinæ prætextu, zelum in vitium verterunt.

Ipsius funus comitantur Christiani, ac diversi militum & imperii Ordines.

XVII. At nos, id quod communius est, tum patrem, à quo imperatoriæ potentiæ fideique fundamenta Christianismo jacta sunt, tum etiam fidei hæreditatem ad filium devolutam cogitantes, ejus, qui justè semper in imperio vixerat, pióque fine vitam clauserat, ac principatum nobis reliquerat, tabernaculum, ut par erat, honore complectebamur. Ut autem ad magnam & imperatoriam Urbem propiùs accessit, quid totius exercitûs satellitium, & armatorum ordines sese Imperatori, tanquam vitæ usurâ fruenti, exhibentes commemorare attinet, aut splendidæ civitatis effusionem, omnium, quæ unquam fuerunt, aut futuræ sunt, celeberrimam? At fortis ille & audax, novâque purpurâ ornatus, eáque de causa, ut probabile est, elatus atque insolens, funeris ipse quoque honorem ei pro parte sua impendit, eandem gratiam dans, vicissimque accipiens, partim vi & necessitate, partim sponte, ut fama est. Exercitus enim universus, tametsi præsenti imperio sese submitteret, majori tamen honore defunctum prosequens, (quandoquidem recentibus adhuc calamitatibus majorem quandam benevolentiam præ nobis ferre solemus, ac pro ingenti suo amore mœstitiâ affectus, & misericordiâ commotus,) ac proindè eum minimè ut Imperatorem ho-

Julianus ipse, novâ purpurâ ornatus, prosequitur.

ζώμαλος. εἰ δὲ τῷ πιστὸς ὁ λόγος, καὶ τοῦτο διεδόθη ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς, ὅτι ἐπειδὴ τὸν Ταῦρον [a] ὑπερβάλλοι τὸ σῶμα πρὸς τὴν πατρῴαν αὐτῷ πόλιν διασωζόμενον, ταύτην δὴ τὴν ὁμώνυμον ἐκείνοις καὶ μεγαλώνυμον, φωνή τις ἐκ τῶν ἄκρων ἔσιν οἷς ἐξηκούετο, οἷον ψαλλόντων τε καὶ συμπεμπόντων, ἀγγελικῶν οἶμαι δυνάμεων, γέρας τῆς εὐσεβείας ἐκείνῳ, καὶ ἀντίδοσις ἐπιτάφιος. [b] καὶ γὰρ εἰ τὴν ὀρθὴν δόξαν συγκινεῖν ἔδοξεν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς τῶν ὑποδυναστευόντων σκαιότητος καὶ κακοδοξίας τὸ ἔγκλημα, οἳ [c] ἁπλῆν καὶ ἀπαγῆ εἰς εὐσέβειαν παραλαβόντες ψυχὴν, οὐ προορωμένην τὰ βάραθρα, ἀπήγαγον ἧπερ ἐβούλοντο, καὶ προσχήματι [d] ἀκριβείας, [e] τὸν ζῆλον κακίαν εἰργάσαντο.

ιζ. Ἀλλ' οὖν ἡμεῖς τὸ κοινότερον, τόν τε πατέρα ἐννοοῦντες τὸν βαλόμενον τὴν [f] κρηπίδα τῆς βασιλικῆς [g] τῷ Χριστιανισμῷ δυναστείας καὶ πίστεως, καὶ τὸν εἰς αὐτὸν κατελθόντα κλῆρον τοῦ δόγματος, ἐγεραίρομεν τὰ εἰκότα τὸ σκῆνος [h] τοῦ δικαίᾳ βασιλείᾳ συζήσαντος, καὶ τὸν βίον καταλύσαντος [i] τῷ ὁσίῳ τέλει, καὶ τὸ κράτος ἡμῖν καταλείψαντος. ὡς δὲ πλησιάζοι τῇ μεγάλῃ καὶ βασιλίδι πόλει, τί δεῖ λέγειν δορυφορίας τε τοῦ στρατοῦ παντὸς, καὶ τάξιν ἐνόπλιον, ὡς ζῶντι τῷ βασιλεῖ γινομένην, ἢ τῆς λαμπρᾶς πόλεως ἔκχυσιν, ὀνομαστοτάτην τῶν πώποτε γενομένων ἢ ἐσομένων; ἀλλ' ὁ θρασὺς καὶ γενναδας ἐκεῖνος, καὶ νέᾳ τῇ πορφυρίδι καλλωπιζόμενος, καὶ διὰ τοῦτο, ὡς τὸ εἰκὸς, μέγα φρονῶν, μέρος γίνεται καὶ αὐτὸς ἐκείνῳ τῆς προπομπίου τιμῆς, τὴν αὐτὴν ἧ [k] ἀντιδιδοὺς ἧ ἀντιλαμβάνων χάριν, τὸ μέν τι βιαθεὶς, τὸ δ' ἑκὼν, ὡς λέγουσιν· ὁ δὲ στρατὸς ἅπας, εἰ ἧ τὸ παρόν γε ἦτ[illegible] κράτους, ἀλλ' οὖν [l] πλεῖον τῷ καταισχομένῳ νέμων αἰδοῦς, ἐπειδὴ καὶ πεφύκαμεν εὐνούστεροί πως εἶναι τοῖς ἔτι προσφάτοις πάθεσι, τῷ φίλτρῳ προσπάσχοντες, καὶ τὸν ἔλεον [m] τούτῳ προσάπτοντες, καὶ διὰ τοῦτο

(a) Ὑπερβάλλοι. Ita plerique codices. Pauci cum Editis, ὑπερβάλλει.

(b) Καὶ γὰρ εἰ τὴν ὀρθὴν δόξαν &c. Hæc, & quæ sequuntur ad ista usque verba: ὡς δὲ πλησιάζοι &c. desunt in sex Regg. duobus Colb. & Or. 1. Leguntur tamen ad latus, aut in margine inferiori, præmissis interdum verbis: ἐν ἄλλῳ. Regg. hu. q. x. Colb. 3. optimæ notæ, necnon Editi omnes sic locum integrum in textu habent. Hunc etiam agnoscit & exponit Basilius. Denique nihil ferè hîc de Constantio scribit Gregorius, quod in priori adversùs Julianum Invectiva non dixerit. Billius putat glossema esse, quod temporis tractu in textum irrepsit.

(c) Ἁπλῆν. Mss. communiùs, ἁπαλήν, *teneram*, *mollem* &c. quod Combefisius sequitur.

(d) Ἀκριβείας. Reg. 1. Montac. & Comb. εὐσεβείας.

(e) Τὸν ζῆλον κακίαν. Ita plerique codices. Editi, κακίας, undè Billius: *vitii zelum effecerunt.* Observat Comb. his verbis Gregorii, *Constantium nonnihil à culpa liberari, etsi non omninò purgetur.*

(f) Κρηπίδα. Sic plerique codices. Nonnulli, κρηπῖδα.

(g) Τῷ Χριστιανισμῷ. Deest in Or. 1.

(h) Τῷ δικαίᾳ &c. Comb. *qui justitiâ & æquitate imperium rexisset.* Crediderim Gregorium nihil aliud significare, quàm legitimum ac non usurpatum imperium.

(i) Τῷ ὁσίῳ. Ita plerique codd. Reg. 1. ὁσιωτάτῳ. Deest τῷ in Ed.

(k) Ἀντιδιδοὺς. Codices non pauci & Herv. διδοὺς.

(l) Πλεῖον. Reg. 1. Colb. 3. πλείονος. Pass. πλεῖω.

(m) Τούτῳ προσάπτοντες. Desunt in Reg. bm. & Colb. k.

a οὐκ ἀνεχόμενοι [a] τὸ μὴ οὐχ ὡς βασιλέα τιμη-
b θῆναι [b] τοῦτον, καὶ προσδεχθῆναι πείθουσι
τὸν ἀποσάτην, καὶ συναναγκάζουσιν ὑφαντῆσαι
τῷ νεκρῷ μετὰ τοῦ προσήκοντος σχήματος·
τὸ δὲ ἦν, ἀποκοσμήσαντα τὴν κεφαλὴν τοῦ
διαδήματος, καὶ ὑποκύψαντα τῷ βασιλεῖ τὰ
εἰκότα, ἕως ἐπὶ τὸν τάφον συμπροπέμψαι
c τοῖς ἄγουσι, [c] καὶ τὸν ἀοίδιμον τῶν Ἀποστόλων
d σηκὸν, οἳ δὴ τὸ ἱερὸν γένος καὶ [d] ὑποδέξαντο
καὶ διαφυλάττουσι, μικροῦ τὰ ἴσα γέρα καρ-
e πούμενον· [e] οὕτως ὁ ἡμέτερος.

ιη. Τῷ δὲ αἰσχρὰ μὲν τὰ τῆς ἐκστρατείας,
ἠλαύνετο δήμοις καὶ πόλεσι, καὶ φωναῖς δημο-
f σίαις καὶ βωμολόχοις, ὧν ἔτι καὶ νῦν [f] οἱ πολλοὶ
μνημονεύουσιν· ἀδοξοτέρα ἢ ἡ ἐπάνοδος. τίς ἢ ἡ
ἀδοξία; μῖμοι γελοίων ἦγον αὐτὸν, καὶ τοῖς ἀπὸ
g τῆς σκηνῆς αἴσχεσιν ἐπομπεύετο [g] καταυλούμενός τε καὶ καθορχούμενος, καὶ τὴν ἄρνησιν,
καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὸ τέλος ὀνειδιζόμενος.
h καὶ τί γὰρ οὐ πάσχων [h] κακῶν; τί δὲ οὐκ
ἀκούων οἷς οἱ τοιοῦτοι νεανιεύονται, τέχνην τὴν
i ὕβριν ἔχοντες, ἕως ἡ Ταρσέων αὐτὸν [i] ὑποδέ-
χεται πόλις, οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ ἀνθ' ὅτου τὴν
k ὕβριν ταύτην καταικριθεῖσα; ἔνθα [k] ᾗ οἱ τέμενος
l ἄτιμον, καὶ τάφος ἐξάγιστος, καὶ [l] ναὸς ἀπόπλυτος,
καὶ οὐδὲ θεατὸς εὐσεβῶν ὄψεσι.

m ιθ. Καὶ ταῦτα διῆλθον [m] ὡς μέγιστα τῶν
ἐκείνου κατηγορημάτων καὶ κυριώτατα, οὐκ
n ἀγνοῶν [n] ὅτι δυσὶ μὲν καὶ τρισὶ τῶν περὶ τὰ
βασίλεια κολάκων, καὶ τὴν ἀσέβειαν ὁμοτίμων,
τοὺς γὰρ ἄλλους ἐκὼν παρίημι, τοσοῦτος
ἐδόθη τῆς ἀσεβείας μισθὸς, ὥστε οὐδὲν ἐκώλυεν
ἐντὸς ὀλίγου χρόνου, πᾶσαν αὐτοὺς ἂν λῃσασθαι
o τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις [o] γῆν τε καὶ θάλασσαν, εἰ μὴ
θᾶττον ὥρας ἐδόθη τοῖς πράγμασι δέξιόν·
p τοσοῦτον ὑπερέβαλλον λῃστείᾳ καὶ [p] ἁπλησίᾳ
q τοὺς πρὶν [q] ἑκατοντάχειρας· αἱ δὲ τῶν ἐθνῶν
ἀρχαὶ, ἃ τοῖς ἐπιεικεστάτοις, ἀλλὰ τοῖς ἁπαν-

A norari ac ſuſcipi non ferens, Apoſtatam, ut exanimi corpori cum congruenti habitu obviam procedat, monent, atque adeò cogunt: hoc eſt, ut detracto à capite diademate, demiſsóque, ut decebat, ante Imperatorem aſpectu, ita deinde eum ſimul cum iis qui efferebant, ad ſepulchrum nobiléque illud Apoſtolorum fanum, qui ſanctum genus, æquos propemodùm honores carpens, & ſuſceperunt & cuſtodiunt, proſequeretur. Tale fuit Imperatoris noſtri funus.

Conſtantii corpus in Imperatorum ſepulchro Conſtantinopoli deponitur.

B

XVIII. Huic contrà, cùm turpis & fœda expeditio, (exagitabatur enim à populis & urbibus, publiciſque & ſcurrilibus vocibus, quarum nunc quoque permulti meminerunt), tum verò turpior atque ignominioſior reditus contigit. Quæ porrò hæc ignominia erat? Mimi & Hiſtriones eum ducebant, probríſque à ſcena petitis, ac ludibriis inceſſebant, eíque fidei abjurationem, & cladem, vitæque finem exprobrantes. Quid enim ex iis non fecerunt ac dixe-
C runt, quæ hujuſmodi homines, qui petulantiam, pro arte habent, perpetrare conſueverunt, quoad eum tandem Tarſenſis civitas excipit, haud ſcio quomodo, & quam ob cauſam, hâc contumeliâ mulctata? Hîc illi fanum ignobile, tumulúſque impurus, templumque execrandum, ac ne piorum quidem oculis ſpectabile.

Juliani funus Mimi & Hiſtriones proſequuntur.

Turpiter Julianus Tarſi humatur.

XIX. Atque hæc, ut maxima & graviſſima illius crimina, ſermone complexus ſum, non alioqui neſcius, duobus aut tribus aulicis adulatoribus, eíque impietate paribus, (alios enim conſultò prætereo,)
D tantam impietatis mercedem perſolutam eſſe, ut nulla res obſtitura videretur quominus ipſi brevi terras omnes & maria Romanorum imperio ſubjecta eſſent expilaturi, niſi ſecundior rebus exitus maturiùs contigiſſet. Adeò latrociniis & avaritiâ veteres illos Centimanos vincebant. Provinciarum porrò imperia non optimis & moderatiſſimis, ſed crudeliſſimis hominibus manda-

Compendioſa Juliani Imperatoris imago.

Juliano imperante, Provinciarũ mu-

(a) Τὸ μὴ οὐχ ὡς. Non pauci, μὴ ὡς.
(b) Τοῦτον. Ed. Par. addit δέ, quod abeſt à codicibus.
(c) Καὶ τὸν ἀοίδιμον. De ſepulchro Conſtantini Magni, ſive Imperatorum ſepulchris, celeberrimoque Apoſtolorum templo, legas, ſi lubet, quid ſcripſerit Euſeb. lib. 4. de vita Conſt. cap. 59 & 60. Socrat. lib. 1. c. ult. Sozom. l. 2. c. ult. & Auctor anonymus de Conſtantinopolitanis antiquitatibus, Editus notiſque illuſtratus à D. Bandurio Benedictino. Porrò ſepulchra non in ipſo templo, ſed *in porticu templi ac veſtibulo* fuere, ἐν τοῖς προθύροις, ut ſcribit Chryſoſt. adversùs Gentiles Hom. 26. *Locum hunc ipſe ſibi poſt mortem deſignaverat Conſtantinus*, inquit Euſebius. lib. 4. c. 60, *incredibili fidei alacritate ..... Quò ſcilicet precationum, quæ in honorem Apoſtolorum ibi celebrandæ erant, etiam mortuus particeps fieret.*
(d) Ὑποδέξαντο καὶ διαφυλάττουσι. Paſſ. ὑποδέξατο καὶ διαφύλαξε.
(e) Οὕτως ὁ. Reg. bm. ἕτος ὁ.
(f) Οἱ πολλοί. Plerique, & potiores Codices non agnoſcunt, οἱ.
(g) Καταυλέμενος &c. Græca ſonant: *cum tibiarum cantu ac ſaltationum motibus ejus pompa turpiter deducebatur* &c.
(h) Κακῶν. Sic quatuor Regg. Editi, κακόν.
(i) Ὑποδέχεται. Paſſ. Herv. & Sav. ὑπεδέχετο.
(k) Ἃ οἱ. Ita plerique codices. Sav. δὲ οἷ.
(l) Ναός. Deeſt in Oxon. in ſex Regg. Or. 1. &c. Agnoſcunt tamen bonæ notæ codices. Redundare Combefiſio non videtur. Omiſit Billius.
(m) Ὡς. Sav. ὅτι. Colb. k. ὡς μέγιστον.
(n) Ὅτι δυσί &c. Plerique codices, ὡς δυσί. Ita emendaverat Billius. Cæterum qui ſint illi duo, vel tres aulici adulatores, non conſentiunt Scriptores. Nobis alii non videntur, quàm Eccleſiarum expilatores, de quibus num. 11. inprimis Julianus Orientis comes, Felix & Elpidius. Vide Eutrop. Libanium p. 307. & ſeq. Amm. l. 22. p. 220.
(o) Γῆν τε καὶ θάλασσαν. Sic plerique codd. Deſunt in Reg. bm.
(p) Ἁπλησίᾳ. *Inſatiabili habendi cupiditate.*
(q) Ἑκατοντάχειρας. Sic plerique codd. Ed. ἑκατόγχειρας.

nia impiis ac crudeliſſimis hominibus committuntur.

bantur : atque ad honorem ac dignitatem aliquam obtinendam unum ſuffragium erat, à fide defectio; & ut ab eo dona conſequerentur, qui ſibi ipſis peſſimè conſuluiſſent.

Omnia nutant, fluctuant univerſa.

XX. Quid cauſarum immutationes inflexionéſque commemorem, quæ plerumque interjecta duntaxat unâ nocte commutabantur ac convertebantur, non ſecus ac fluctuum reciprocationes; quandoquidem & jus dicere volebat vir egregius, omnia videlicet ob gloriæ ſtudium ſibi arrogans? Parva fortaſsè & perquàm exigua crimina colligere videar, ac maximis per exigua dedecus inferre. Cæterùm illud fatendum eſt, hæc Elyſiis campis minimè digna eſſe, nec eâ, quâ illic Rhadamanthus fruitur, gloriâ : quâ parte dignum eum cenſent, qui ejuſdem ſunt ſodalitii atque ordinis. Hoc unum ex illius rebus habeo quod admirer : nam multos quidem eorum qui ipſi noti ac familiares fuerant, ac præſertim ex Aſiaticis ſcholis, ſummo ſtudio, quaſi mirificis quibuſdam beneficiis eos ornaturus, accerſebat, ac ſpe animos eorum erigebat, vetera ipſius promiſſa in memoriam revocantes. At cùm adeſſent, hoc illud videlicet, calculorum præſtigiæ, & oculorum ludificationes; hos enim hoc modo, illos alio eludens; quoſdam etiam menſâ comiter accipiens, ac multum illud, *Sodalis*, propinans, & pro alia quadam illecebra diducto gutture clamitans, infectis tandem rebus dimittebat, haud ſatis conſtitutum habentes, illiúſ-ne fraudem magis, an ſuam ipſorum levitatem accuſarent.

Virg. Æneid. 6.

Antiqui ſodales deluduntur.

Juliani iracundia feroxque animus.

XXI. Illud verò an non in Philoſophi hujus doctrina laudabile, quòd adeò ab ira alienus erat, ac turbulentis animi permotionibus ſublimior; inſtar nimirum eorum Regum ac Imperatorum qui tranquillitatis & conſtantiæ laude quondam florebant, nec, etiam ſi quid moleſtiæ ipſis accidiſſet, vultum tamen ullo modo immutabant, aut perturbationis veſtigium oſtendebant; ut quòd, dum judicis munere fungeretur, aulam clamoribus ac ſtrepitu impleret, non aliter ac ſi ipſe eſſet cui vis & damnum inferretur, ac non aliis potiùs hæc patientibus ſuccurreret? Hæc certè ne oratione quidem complecti velimus. Hoc autem eccui ex omnibus ignotum eſt, quòd multos etiam è ruſticioribus, qui ad eum

A ἀνθρωπολάτοις ἐνεχειρίζοντο· καὶ μία ψῆφος ἦν εἰς ἀρχὴν ἡ ἀποβασις, καὶ τὸ τυχεῖν τῆς παρ' ἐκείνου δωρεῶν, τοὺς τὰ κάκιστα αὑτῇ [a] ἑαυτῇ a βουλευσαμένους.

κ. [b] Τί δ' ἂν εἰ λέγοιμι δικῶν μεταθέσεις b
καὶ [c] μεταλλίσεις, [d] διὰ μέσης νυκτὸς πολλάκις c d
μεταβαλλομένων καὶ ἀντιτρεπομένων, [e] ὥσπερ e
ἀμπώτιδας· ἐπεὶ καὶ δικάζειν ὁ γεννάδας
ἠξίου, πάντα ἑαυτοῦ διὰ φιλοτιμίαν ποιούμενος; [f] τάχα ἂν μικρὰ λίαν ἐγκαλεῖν δόξαιμι, f
B καὶ τὰ μέγιστα τοῖς μικροῖς καθυβρίζειν·
πλήν γε [g] ὁμολογείσθω, ὅτι οὐκ Ηλυσίων g
πεδίων ἄξια ταῦτα, οὐδὲ τῆς Ραδαμάνθυος
ἐκεῖσε δόξης, ἧς μοίρας ἀξιοῦσιν ἐκεῖνον, οἱ
τῆς αὐτῆς φατρίας τε καὶ τάξεως. ἐν τῇ ἐκείνῃ
θαυμάζειν ἔχω· πολλοὺς γὰρ τῆς αὐτῆς συνήθων
τε καὶ γνωρίμων, ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ασίαν
διατριβῶν μάλιστα, ἐκάλει μὲν κατὰ πᾶσαν
σπουδὴν, ὡς δράσων θαυμάσια, οἷα καὶ ταῖς
ἐλπίσιν ἐπλέρα, μεμνημένους τῆς ὑποσχέσεων.
C ἐπεὶ δὲ παρεῖεν, [h] τοῦτο ἐκεῖνο αἱ τῶν ψήφων h
κλοπαὶ, [i] καὶ τῶν ὄψεων ἀπάται· τοὺς μὲν i
[k] τοὺς δὲ τὸν τρόπον, τοὺς δὲ τὸν διαπαίζων· k
ἔστι δὲ οὓς καὶ τραπέζῃ φιλοφρονούμενος, καὶ
πολὺ τὸ Εταῖρε προσπίνων, καὶ [l] λαρυγίζων l
ἀντ' ἄλλου τινὸς [m] δελεάσματος, ἀπεφάκλους m
ἀπέπεμπεν, οὐκ ἔχοντας ὅτῳ [n] μέμψονται n
πλέον ἐκείνῳ τῆς ἀπάτης, ἢ σφίσιν αὐτοῖς
τῆς κουφότητος.

κα. Ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐκ [o] ἐπαινετὸν, τῆς o
D τοῦ φιλοσόφου παιδεύσεως, ὅτι τοσοῦτον
ἀόργητος ἦν, καὶ τῶν παθῶν ὑψηλότερος,
κατὰ τοὺς πώποτε τῶν βασιλέων ἀτρέπτους
καὶ ἀκινήτους, καὶ μήθ' ἁν, εἴ τι γένοιτο, τοῦ
προσώπου τι [p] διατρέψαντας, ἢ πάθους p
ἴχνος [q] ἐπισημαίνοντας· ὥσθ' ὅτι μὲν βοῶν καὶ q
σεισμῶν ἐπλήρου τὰ βασίλεια δικάζων, ὥσπερ
αὐτὸς ὢν ὁ τυραννούμενος καὶ ζημιούμενος,
οὐκ ἄλλοις ταῦτα πάσχουσιν ἐπαμύνων;
ταῦτα μὲν οὐδὲ λόγου τινὸς· ἀξιώσομεν·
τοῦτο δὲ, τίς ἀγνοεῖ τῶν ἁπάντων, ὅτι
πολλοὺς [r] προσιόντας οἷ δημοσίᾳ καὶ τῶν r
ἀγροικοτέρων, ὥστε τυχεῖν τινὸς ὧν ἀνθρω-

(a) Εαυτῶν. Savil. & Par. addunt : καὶ τῶν ἄλλων.
(b) Τί δ' ἂν εἰ λέγοιμι. Quidam, τί δ' ἂν λέγοιμι. Alii, τί δὲ εἰ, vel, τί δέ, vel, τί δαὶ λέγοιμι.
(c) Μεταλλίσεις. Reg. bm. Colb. k. μεταλλήσεις.
(d) Διὰ μέσης. Reg. bm. διὰ πάσης. In Montac. γρ. μεσάσης.
(e) Ωσπερ ἀμπώτιδας. Colb. 3. Paſſ. ὥσπερ φησιν. Reg. l. φασιν.
(f) Τάχα ἄν &c. Non pauci, ταχ' ἄν. objicere videar. Bill. prioribus curis : *maximaque parvis dedecorare & elevare.*
(g) Ομολογείσθω. Paſſ. ὁμολογείτωσαν.
(h) Τοῦτο ἐκεῖνο. Colb. k. τοῦτο ἐκεῖνο.
(i) Καὶ τῶν. Reg. l. & Mont. καὶ αἱ τῶν.
(k) Τὸς δὲ τόν. Ita Mſſ. & Ed. Par. ed. τὸν δὲ τόν.
(l) Λαρυγίζων. Combef. vertit : *gutture acclamans & ſuaviter è gutture fundens.*
(m) Δελεάσματος. Duo Regg. δελεάματος.
(n) Μέμψονται. Sav. μέμψωνται.
(o) Επαινετόν. Duo Mſſ. & Paſſ. ἐπαινεῖται.
(p) Παρατρέψαντας. Sav. παρατρέποντας.
(q) Επισημαίνοντας. Duo codd. ἐπισημήναντας. Hîc obſervandum Regium codicem l. omittere diſtinctionis notam, quæ inter ἐπισημαίνοντας & ὥστε ſubſequens reperitur.
(r) Προσιόντας οἷ. Par. ed. προσιόντας αὐτῷ οἱ. Alii, προσιόντας αὐτῷ, ſed αὐτῷ utrobique redundat.

ποι βασιλέων δέονται, παίων πυξ δημοσία καὶ λαξ ἐναλλόμενος οὕτω διετίθει κακῶς, ὡς ἀγαπᾶν ἐκείνους τὸ μή τι παθεῖν χαλεπώτερον;

A publicè accedebant, ut eorum, quæ populi ab Imperatoribus petere ſolent, aliquid conſequerentur, ita mulctabat, palàm pugno feriens, calcibúſque impetens, ut præclarè ſecum actum putarent, quòd atrocius aliquid minimè paſſi eſſent?

κβ. Τὰς δὲ φυσήσεις τε καὶ ἀντιφυσήσεις, ἃς ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος, καὶ τὰ ἡμέτερα δμφσύρων, τοῖς γραϊδίοις ἀντεπεδείκνυτο, τὸ ἐπιβώμιον πῦρ ἀνάπλων, ποδ λόγυ [a] θήσομεν; [b] ἢ καλόν γε τοῦ Ρωμαίων βασιλέως ἰὰς γνάθους ὁρᾶν ἀσχημονούσας, καὶ γέλωτα πολὺν παρεχούσας, οὐ τοῖς ἔξωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ B αὐτοῖς, οἷς ταῦτα ποιῶν ἀρέσκειν ᾤετο· τὴν [c] Αθηνᾶν δὲ οὐκ ἤκουε, τὴν ἑαυτοῦ [c] Θεὸν, ὅτι [d] καὶ τοῖς αὐλοῖς κατηράσατο, οἷς ἐνασχημονοδσαν ἑαυτὴν [e] κατεμάνθανεν, ἀντ' ἐσόπτρου [f] χρησαμένη τῷ ὕδατι. Ἰὰς δὲ προπόσεις τε καὶ φιλοτησίας, ἃς δημοσίᾳ ταῖς πόρναις [g] προὐπινέ τε καὶ [g] ἀντιπροὐπίνετο, ὑποκλέπτων τὸ ἀσελγὲς μυσηρίου προσχήματι, πῶς ἐ θαυμάζειν ἄξιον;

Ipſius petulantia & libido.

XXII. Jam ſufflationes & reflationes, quas admirandus ille vir, doctrinæque noſtræ fugillator, vetulis mulierculis in contrarium oſtentabat, altaris ignem accendens, quo tandem orationis loco ponemus? Præclarum enim profectò erat, cernere Imperatoris Romani buccas indecorè tumentes, ac excitantes ingentem riſum, non externis tantùm, ſed iis etiam, quibus hâc ratione placere ſe putabat. Minervam autem Deam ſuam non audiebat, quæ tibias execrata dicitur, poſteaquàm, aquis ſpeculi vice uſa, eas dedecori ſibi eſſe perſpexit. Propinationes verò, & pocula, quibus meretrices palàm publicéque provocabat, viciſsímque provocabatur, myſterii obtentu petulantem libidinem obvelans, quis non laude & admiratione proſequatur?

κγ. Ταῦτα τοῖς μὲν ἄλλοις ἡ πεῖρα C παρέσησε, καὶ ἡ δυναστεία [h] προλαβοδσα τὴν ἐξουσίαν· ἐμοὶ δὲ καὶ πόρρωθεν τρόπον τινὰ ἑωρᾶτο, ἐξ οὗ τῷ ἀνδρὶ συνεγενόμην Αθήνησιν. [i] ἦλθε γὰρ κἀκεῖσε, ἄρτι τῷ κατὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ νεωτεριθέντων, τὸν βασιλέα τοῦτο αὐτὸ παραιτησάμενος. διτλοῦς δὲ αὐτοῦ τῆς ἐπιδημίας ὁ λόγος· ὁ μὲν εὐπρεπέστερος, καθ' ἱστορίαν τῆς Ελλάδος καὶ τῷ ἐκεῖσε παιδευτηρίων· ὁ δὲ ἀπορρητότερος, [k] καὶ οὐ πολλοῖς γνώριμος, ὥστε τοῖς [k] ἐκεῖ D θύταις καὶ ἀπατεῶσι περὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν συγγενέσθαι, οὔπω παῤῥησίαν ἐχούσης τῆς ἀσεβείας. τότε τοίνυν οὐ φαῦλος ἐγὼ τοδ ἀνδρὸς εἰκαστὴς οἶδα γενόμενος, καί τοί γε οὐ τῶν εὖ πεφυκότων περὶ ταῦτα εἷς ὤν· ἀλλ' I ἐποίει με μαντικὸν ἡ τῶ ἤθους ἀνωμαλία, [l] καὶ

Ejus improbitatem longè antè Athenis prævideratGregorius.

XXIII. Hæc aliis quidem experientia ipſa, & dominatio licentiam adepta, declaravit: à me autem longè antè perſpecta quodammodo fuerunt, ex quo Athenis cum eo verſatus eram. Nam illuc quoque ſtatim poſt ea quæ adverſus fratrem deſignata fuerunt, profectus eſt, ab Imperatore hoc ipſum deprecatus. Duplicem autem eò proficiſcendi cauſam habebat; unam honeſtiorem, ut Græciam ejúſque ſcholas viſeret: alteram tectiorem, paucíſque notam; ut regionis ipſius aruſpices & impoſtores qui illic erant de rebus ſuis conſuleret, impietate videlicet nondum libertatem ac fiduciam adeptâ. Tunc igitur me non malum de hoc viro conjectorem fuiſſe memini, quanquam alioqui non ex eorum numero ſim, qui in hujuſmodi rebus ſciti atque ingenioſi ſunt. Sed me morum ac geſtûs ipſius inæquabilitas, atque ingens quædam mentis emotio, vatem efficiebat;

(a) Θήσομεν. Duo Regg. & Or. 1. in marg. θήσεις.

(b) Η καλόν. Montac. *fortè*, ἢ καλόν. Deinde obſervat hunc locum ſic ab Elia accipi, quaſi Julianus tantùm, hâc imitatione, Chriſtianorum inſufflationes in Baptiſmatis ritibus irridere voluiſſet. Verùm cenſet vir doctus, Julianum præcipuè hîc à Gregorio redargui, quòd, cùm eſſet Imperator, non erubuerit ſe cum mulierculis de triviis & ſcortis, ad vilia & deridenda, circa ſacra ſua, miniſteria demittere. Non malè quidem; etenim Montacutii ſententiæ favent Chryſoſt. in Gent. Prudent. Liban. Or. x. Ammian. lib. 22. p. 225. &c.

(c) Θεόν. Coisl. 2. & Paſſ. Θεάν.

(d) Καὶ τοῖς. Ita plerique codd. Deeſt, καί in Ed.

(e) Κατεμάνθανεν. Reg. bm. κατέμαθεν.

(f) Χρησαμένη. Reg. b. χρησαμένην.

(g) Αντιπροὐπίνετο. Reg. b. Colb. 4. ἀντεπροϋπίνετο. Quidquid de Juliani caſtitate dicant favent adulatores Ammianus, Liban. &c. ipſe ſe prodit Miſop. p. 69. & Epiſt. 40. Nam etſi legitimos non habuerit liberos, illegitimos tamen non paucos procreavit.

(h) Προλαβοῦσα. Reg. l. Montac. Combef. προσλαβοῦσα.

(i) Ηλθε γάρ &c. Hæc à Billio malè reddita contendit Combefiſius, & ſic ipſe vertit: *nam illuc quoque ſe contulit, ſtatim atque frater ipſius, qui Cæſar creatus fuerat, rebellavit, hoc ipſum deprecatus, vel, ipſius petitâ facultate;* nempè ut paris rebellionis à ſe ſuſpicionem amoveret. Vox enim illa, νεωτερίζειν, non videtur Combefiſio ſignificare, *rebellionem cohibere;* ſed, *rebellis eſſe;* ſicut nec iſta, Βασιλέα, ad Conſtantium, ſed ad Gallum pertinere. Verùm hæc interpretatio cum hiſtoria conſentire nequit. Non enim Julianus, ſtatim atque germanus frater res novas molitus eſt, ſeu, rebellavit, Athenas ſe contulit; nec Gallus illuc eundi facultatem dedit. Id conſtat ex ipſo Juliano Or. ad Athen. p. 501. &c. ex Ammian. lib. 15. p. 34. ex Liban. Or. XII. ex Sozomen. l. 5. c. 2. &c. Igitur Gallo Cæſare exauctorato, anno 354. menſe Octobri, ut teſtantur Idacius, Socrates, Sozomenus, Euſebius, Scaligerus, Petavius &c. Julianus, Euſebiæ Imperatricis ope, crimine abſolutus, ac liber, Athenas petiit medio circiter anno 355. cùm, mox à fratris cæde, coram Conſtantio Imperatore, ad objecta ſibi crimina Mediolani reſpondiſſet.

(k) Εκεῖ. Regg. hu. l. aliique nonnulli, ἐκεῖσε.

(l) Καὶ τὸ περιττὸν τῆ ἐκτάσεως. *Et incompoſitus corporis*

Externa Juliani compositio & Physiognomia.

si quidem vates ille optimus est, qui rectè conjicere novit. Neque enim mihi boni quidquam significare videbantur, cervix minimè firma, humeri quos subinde agitabat & attollebat, oculus vagus & oberrans, ac furiosus obtutus, pedes instabiles & titubantes, nasus contumeliam & contemptum spirans, vultûs configurationes ridiculæ idem significantes, risus immoderatus & exæstuans, nutus & renutus omni ratione carentes, sermo hærens spiritúque intercisus, interrogationes inordinatæ & imperitæ, responsiones his nihilo meliores, aliæ in alias insultantes, non sibi constantes, nec eruditionis ordine progredientes.

Vera de Juliani improbitate vaticinatus fuerat Gregorius.

XXIV. Quid singula describere necesse est? Talem ante opera conspicatus sum, qualem in operibus postea deprehendi. Quòd si qui ex iis, qui tum simul erant, atque audiebant, mihi nunc præsto essent, haud ægrè testimonium exhiberent. Ad quos, ut hæc conspexi, statim his verbis usus sum: *Quantum malum sibi alit Romanum Imperium!* præfatus licèt, ac mihi, ut falsus vates essem, imprecatus. Præstabilius enim id fuerat, quàm tantis malis orbem terrarum impleri, taléque monstrum existere, quale nunquam antea visum fuerat; etiamsi alioqui diluvia multa, & incendia multa, terræque velut ebullitiones, & hiatus, ac multi insuper crudelissimi homines, belluæque prodigiosæ, & ex variis generibus conflatæ, quas natura novo more produxit, sermone jactantur. Ac proinde finem quoque amentiâ suâ dignum tulit: Deo hîc solùm consuetâ suâ ac longâ patientiâ uti non sustinente, ubi multis pernicioſa futura erat prorogata benignitas, ac tum iis qui honestè & ex officio vivunt animi dejectionem multam, tum peccantibus contemptum & petulantiam non parvam allatura: tanquam videlicet nemo esset qui res nostras inspiceret, præmiáque & pœnas cuique pro merito rependeret, sed temerè ac fortuitò mundus ferretur, & volveretur; quod pravæ mentis est, valdéque periculosè de maximis rebus sentientis.

Cur Deus consuetâ patientiâ erga Julianum uti noluerit.

A τὸ ϖϵιτλὸν τῆς ἐκϛάσϵως· ϵἰ ϖϵρ μάντις ἄριϛος, ὅς τις [a] ϵἰκάζϵιν οἶδϵ καλῶς. οὐδϵνὸς γὰρ ἐδόκϵι μοι σημϵῖον ϵἶναι χρηϛοῦ, αὐχὴν ἀπαγὴς, ὦμοι παλλόμϵνοι ϰ᾽ [b] ἀνασϰοὐμϵνοι, ὀφθαλμὸς ϱοβούμϵνος ϰαὶ ϖϵιφϵρόμϵνος, ϰαὶ μανιϰὸν βλέπων, ϖόδϵς ἀϛατοῦντϵς ϰαὶ μϵτοϰλάζοντϵς, μυϰτὴρ ὕβριν ϖνέων ϰαὶ ϖϵιφρόνηϛιν, ϖϵϱὶ τὰ ϖρόϛωϖα ϲχηματιϲμοὶ ϰαταγέλαϲτοι τὸ αὐτὸ [c] φέροντϵς, γέλωτϵς ἀϰρατεῖς τϵ ϰαὶ βρασματώδϵις, νϵύϲϵις ϰαὶ ἀνανϵύϲϵις ϲὺν
B οὐδϵνὶ λόγῳ, λόγος ἰϲάμϵνος ϰαὶ [d] ϰοπτόμϵνος πνϵύμαϲι, ἐρωτήϲϵις ἀτάϰτοι ϰαὶ ἀϲύνϵτοι, ἀποϰρίϲϵις οὐδὲν τούτων ἀμϵίνους, ἀλλήλαις ἐπϵμβαίνουϲαι ϰαὶ οὐϰ ϵὐϲαθεῖς, οὐδὲ τάξϵι ϖϵϱιοῦϲαι παιδϵύϲϵως.

ϰδ. Τί ἂν τὰ ϰαθ᾽ ἕϰαϲον γϱάφοιμι; [e] τοῦτον ϖϱὸ τοῦ ἔϱγων ἐθϵαϲάμην, ὃν ϰαὶ ἐπὶ τῶν ἔϱγων ἐγνώϱιϲα· ϰαὶ ϵἴ μοι ϖαϱῆϲάν τινϵϲ τηνιϰαῦτα ϲυνόντων ϰαὶ ἀϰουϲάντων, οὐ χαλϵπῶς ἂν ἐμαϱτύϱηϲαν· οἷς ἐϖϵιδὴ ταῦτα ἐθϵα-
C ϲάμην ϵὐθὺς ἐφθϵγξάμην· οἷον ϰαϰὸν [f] ἡ Ρωμαίων τϱέφϵι· ϰαὶ [g] ϖϱοαγοϱϵύϲας, ϰ᾽ γϵνέϲθαι ψϵυδομάντις ἐμαυτῷ [h] ϰατϵυξάμϵνος· ϰϱϵῖϲϲον γὰϱ, ἢ [i] τούτων ϖληϱωθῆναι τὴν οἰϰουμένην ϰαϰῶν, ϰαὶ τοιοῦτον ἀναφανῆναι τέϱας, οἷον οὔϖω [k] ϖϱότϵϱον· ϖολλῶν μὲν ἐϖιϰλυϲμῶν θϱυλλουμένων, ϖολλῶν δὲ ἐμϖϱηϲμῶν, ϰαὶ [l] βϱαϲμῶν γῆς, ϰαὶ χαϲμάτων, ἔτι δὲ ἀνδϱῶν
D [m] ἀϖανθϱωϖοτάτων ϰ᾽ θηϱίων ἀλλοϰότων τϵ ϰ᾽ ϲυνθέτων, ὧν [n] ἡ φύϲις ϵἰϰαινοτόμηϲϵ. Ταύτῃ τοι ϰαὶ τέλος ἄξιον ἠνέγϰαλο τῆς ὑϖονοίας· ἐνταῦθα μόνον οὐϰ ἀνασχομένου τῷ Θϵοῦ τῆς ϲυνήθους μαϰϱοθυμίας, ἔνθα ϖολλοῖς ϰαϰὸν ἦν τὸ φιλάνθϱωϖον, ϰαὶ ϖολλὴν μὲν ἔμϵλλϵ ϖαϱέξϵιν ἀθυμίαν τοῖς ϰαλοϱθοῦϲι, ϖολλὴν δὲ τοῖς ἁμαϱτάνουϲι ϰαταφϱόνηϲιν· [o] ὡς οὐϰ ἐφο-
ϱῶντος οὐδϵνὸς τὰ ἡμέτϵϱα, οὐδὲ οὔϲης τινὸς ϰυβϵϱνήϲϵως ἢ [p] ἀντιδόϲϵως, ἀλλὰ τοῦ αὐτο-
μάτου τὸ ϖᾶν φέϱοντός τϵ ϰαὶ ϖϵιλϱέποντος, ὃ διανοίας ἐϛὶ ϖονηϱᾶς ϰαὶ λίαν ἐϖιϲφαλῶς ϖϵὶ τῆ μϵγίϲων ϲϕαλϵιμένης.

habitus. Rectiùs quàm, *incredibilis mentis excessus*, ut vertit Valesius; aut, *emotio*, ut reddit Billius. Etenim exteriora erant ea, ex quibus de Juliano sic conjiciebat Gregorius juxta hæc scripturæ verba. *Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo.* Eccli. XIX. 27.

(*a*) Εἰκάζειν. Duo Regg. Or. I. Mont. γρ. εἰκάζει.

(*b*) Ανασηκόμενοι. Mont. γρ. ἀνακοπτόμενοι. Sic Socrates. Valesius interpretatur, *humeros libratos*. Budæus: *vibrati ad modum libræ, cùm lances vicissim subeunt & pessùm eunt.* Mont. putat hoc esse quod ait Cicero, *gestum agere humeris, & quodammodo de lintre loqui exerto humero, & rursum quasi ad æquilibrium depresso.*

(*c*) Φέροντες. Mont. γρ. φρονοῦντες, ac ita Socrates.

(*d*) Κοπτόμενος. Mont. γρ. περικοπτόμενος, & ita Socrates.

(*e*) Τοῦτον. Mont. γρ. τοιοῦτον, ac ita Socrates.

(*f*) Η Ρωμαίων. Nempè, πολιτεία, vel, βασιλεία. Billius, *Romanorum regio*, quod Combefisio non placet.

(*g*) Προαγορεύσας. Ita plerique codd. Ed. προσαγορεύσας.

(*h*) Κατευξάμενος. Mont. γρ. κατευξάμην. Undè Valesius: *cùmque id prædixissem, Deum precatus sum ut falsus vates essem.*

(*i*) Τούτων. Mss. comuniùs τοιούτων.

(*k*) Πρότερον. Plures Mss. addunt, ἦν.

(*l*) Βρασμῶν. Vertit Vales. *terræ motus*, moxque: *ad hæc hominum inhumanæ species ac belluinæ, ferè denique* &c.

(*m*) Απανθρωποτάτων. Ita omnes codices. Locus hic omnino corruptus in Socrate. Par. ἀπανθρώπων.

(*n*) Η φύσις ἐκαινοτόμησε. Quinque Regg. Or. I. φύσεις καινοτομηθεῖσαι.

(*o*) Ως ἐκ ἐφορῶντος &c. Claudianus eamdem ferè sententiam habet:

Sæpè mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent Superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia cursu.

(*p*) Αντιδόσεως. Reg. hu. Pass. ἀνταποδόσεως.

κε. Ταῦτα τῶν Γαλιλαίων ἡμῶν, ταῦτα
τῆς ἀτίμων τὰ διηγήματα· ταῦτα οἱ τὸν ἐσταυ-
ρωμένον προσκυνοῦντες ἡμεῖς, ταῦτα τῶν
ἁλιέων μαθηταὶ καὶ τῆς ἀπαιδεύτων, ὡς αὐτοὶ
λέγουσι· ταῦτα οἱ τοῖς γραϊδίοις συγκαθεζό-
μενοι, καὶ συμψάλλοντες· ταῦτα οἱ ταῖς
a μακραῖς νηστείαις ἐκτετηκότες καὶ [a]ἡμιθνῆτες·
ταῦτα οἱ μάτην ἀγρυπνοῦντες ἡμεῖς, καὶ ταῖς
b παννύχοις στάσεσι παραληροῦντες, καὶ [b]ὑμᾶς
καταβαλλόντες. ποῦ εἰσιν οἱ γραμματικοί;
ποῦ εἰσιν οἱ σύμβουλοι; ἐκ τῆς παρ' ἡμῖν τινος
ἀσόφων, ὡς γοῦν ὑμῖν δοκεῖ, λαμβάνω τὸν
ἐπινίκιον. ποῦ αἱ θυσίαι, καὶ τελεταὶ, καὶ
μυσήρια; ποῦ σφάγια φανερά τε καὶ ἀφανῆ;
c ποῦ τέχνη κατὰ τῶν ἐντόμων [c]ἐπαινουμένη;
ποῦ τερατεία προγνώσεως καὶ σημεῖα ἐγγαστρι-
μύθων; ποῦ Βαβυλὼν ἡ ἔνδοξος θρυλλουμένη,
d καὶ οἰκουμένη πᾶσα [d]φθεγγομένη δι' ὀλίγου καὶ
ἐναγοῦς αἵματος; ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατού-
e μενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; πῇ ὁ [e]οἱ προπεμπό-
μενοι καὶ παραπέμποντες, καὶ προπολεμοῦντες
καὶ συμπολεμοῦντες Θεοί; ποῦ αἱ κατὰ
Χριστιανῶν μαντεῖαι, καὶ ἀπειλαὶ, καὶ ἡ κατὰ
προθεσμίαν καταλυσις ἡμῶν μέχρις ὀνόματος;
οἴχεται πάντα, διέψευσαι, διερρύηκεν, ὅναρ
ἐφάνη τῶν ἀσεβῶν τὰ κομπάσματα.

XXV. Hæ noſtræ, hoc eſt, Galilæorum, hæ contemptorum & abjectorum hominum narrationes. Hæc nos, qui Crucifixum adoramus: hæc Piſcatorum, &, ut ipſi aiunt, imperitorum diſcipuli. Hæc nos, qui cum vetulis ſedemus & pſallimus. Hæc nos longis jejuniis confecti, ac ſemianimes. Hæc nos, qui fruſtrà vigilamus, atque in nocturnis ſtationibus nugamur, & tamen vos proſternimus. Ubi ſunt grammatici? Ubi conſiliarii? Libet enim ab indoctorum noſtratium quodam, ut quidem vobis videtur, triumphalem hymnum mutuari. Ubi ſacrificia, & ſacra, & myſteria? Ubi victimæ, tam apertæ quàm occultæ? Ubi aruſpicinæ ars, quæ laude ac prædicatione effertur? Ubi præſcientiæ vanitas, & ventriloquorum ſigna? Ubi clara illa Babylon ſermone celebrata, & univerſus terrarum orbis per exiguum & execrandum ſanguinem cogitatione perceptus? Ubi Perſæ illi & Medi, qui manibus tenebantur? Ubi Dii illi, qui præibant & qui comites erant, qui & antè, & unà pugnabant? Ubi illa adverſus Chriſtianos oracula, & minæ, noſtríque ad præſtitutum diem, etiam ad ipſum uſque nomen, oppreſſio? Evanuerunt omnes, irritæ fuerunt, diffluxerunt, ſomnio ſimiles extiterunt impiorum jactationes.

Chriſtiani in humilitate præſtantiores.

Vana & ſtulta Ethnicorum religio.

Iſai. XXXIII. 18.
I. Cor. I. 20.
Ibid. X. 20.

κς. [f]Ὁ μὲν οὖν τῷ Ἰούδα βασιλεὺς Ἐζεκίας,
ἐλθόντος ἐπ' αὐτὸν δυνάμει πολλῇ τῶν
ἀλλοφύλων τινὸς βασιλέως, καὶ στρατοπέδῳ
κυκλώσαντος τὴν Ἱερουσαλὴμ, λόγους τε
βλασφήμους καὶ ἀσεβεῖς κατά τε τοῦ βασιλέως
καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ πικρῶς ἀπορρίψαντος, ὡς
οὐδ' ἂν ὁτιοῦν γένηται σωισώσοντος ἐκ τῆς
αὐτοῦ δυναστείας τὴν πόλιν, ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἐλθὼν,
καὶ τὴν ἐσθῆτα διαῤῥηξάμενος, δακρύων τε
προχέων πηγὰς, καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν
g ἀνατείνας, [g]τὸν Θεὸν τῆς Σεναχηρεὶμ βλασ-
φημίας ἐπιμαρτύρεται, καὶ κείνου ἔκδικον γενέ-
σθαι τῆς κατὰ ἀπειλουμένων ὑστερηφανίας ἐπι-
ζητεῖ· εἶδες Κύριε, λέγων, ὅσα ὠνείδισέ σε ὁ
h ἀλλόφυλος [h]οὗτος τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραήλ· εἶδες,
Κύριε, μὴ παρασιωπήσῃς· καὶ οὐκ ἐψεύσθη γε
τῆς αἰτήσεως· ἀλλ' ἤθελο ἔργῳ τῆς ἑαυτοῦ
μανίας ὁ θεομάχος, καὶ ἀπῆλθεν ἀπρακτος
μετὰ κενῆς ἀπειλῶν, ὑπό τινος ἀοράτου δυνάμεως
ἐπιπεσούσης ἄφνω, καὶ τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς

XXVI. Ac quidem Ezechias Rex Juda, cùm adverſus eum Barbarorum quidam Rex cum ingentibus copiis veniſſet, atque exercitu Hieroſolymam cinxiſſet, impiáque & contumelioſa verba, tum adverſus Regem, tum adverſus Deum ipſum acerbè projeciſſet, perinde ſcilicet atque ille, quidquid moliretur, urbem tamen ex ipſius manibus ac potentia extrahere atque conſervare minimè poſſet, in templum ſe contulit, veſtéque laceratâ, magnáque lacrymarum vi profuſâ, manibúſque in cœlum extenſis, blaſphemiæ Sennacherib Deum teſtem vocavit, atque, ut ſuperbarum illius minarum vindex eſſet, his verbis rogavit: *Vidiſti, Domine, quot probra in te Iſraëlis Deum alienigena iſte conjecerit: Vidiſti, Domine, ne ſileas.* Nec verò petitione ſuâ falſus ac deluſus eſt. Nam impius ille Dei hoſtis, ſuam ipſe inſaniam furoremque ipſâ re perſenſit, infectíſque rebus cum ſuis minis diſceſſit, inviſibilis cujuſdam virtutis repentino impetu, maximáque exercitûs parte mulctatus, atque ob triſtem & acerbum nuncium

Ezechiæ preces adverſus blaſphemias Sennacherib. *IV. Reg.* XVIII. 1. *& ſeq.*

Iſai. XXXVII. 17.

(*a*) Ημιθνῆτες. Colb. k. ἡμιθνῆτοι.
(*b*) Ὑμᾶς. Herv. ἡμᾶς.
(*c*) Επαινουμένη. Sic Regg. ſeptem, Colb. tres, Paſſ. &c. Pauci, ἐπινουμένη. *Ars quæ de cœſis extis ac viſceribus excogitata eſt.*
(*d*) Περιηχουμένη. *Orbis univerſus animi deſtinatione præceptus.* Sic Plut. in Phocione, μεγάλα ταῖς ἐλπίσι περιηχῶν. *Spe magna animo complexus.*
(*e*) Οἱ προπεμπόμενοι, καὶ παραπέμποντες. Editi addunt: καὶ προπέμποντες, quod delevimus auctoritate ſex Regg. Or. I. &c. Agnoſcit tamen Combef. & vertit: *Dii illi honoris causâ deducti, & deducentes ac Comites.*
(*f*) Ο μὲν οὖν. Deeſt οὖν in nonnullis. Par. ed. ὁ μεν δὴ ἦν. Expunximus δή, quod abeſt à pleriſque codd.
(*g*) Τὸν Θεὸν τῆς &c. Ita Mſſ. Deeſt τῆς in Editis.
(*h*) Οὗτος. In paucis deeſt.

pedem referre coactus, obsidionem spésque suas inopinatò solventem. Hæc Ezechias ille, magnâ alioqui potentiâ cinctus, ille, inquam, Rex magnæ Hierusalem, qui suismet quoque fortassè viribus hostem propulsasset ac propulisset. Nos autem, quibus arma,& murus, & præsidium atque defensio una est spes in Deum, utpotè omni humano subsidio prorsus destitutis & accisis, quem tandem alium aut precum auditorem, aut minarum depulsorem habituri eramus,quàm *Deum, qui jurat contra superbiam Jacob?* O incredibiles narrationes! O rerum spe conceptarum temeritatem! Dæmonibus, instar cujusdam alîus victimæ, promissi fueramus: ac magna illa Dei hæreditas, *gens illa sancta, regale sacerdotium*, unius spei præmium, atque unius belli palma facti eramus.

Christianorum arma, spes in Deum.

Amos. VIII. 7.

1. Pet. II. 9.

XXVII. Hæc tu scilicet Christianis ob salutem per eos malè acceptam præmia retulisti? Hæc tu Domino Deo tuo rependisti? Ac priùs quidem cùm Deus suam pro nobis iram adhuc sustineret, atque differret, necdum zelum omnem suum inflammasset, verùm sublimem adhuc adversus impios manum haberet, atque arcum, tametsi jam adductum & paratum, per vim retineret, tantispérque expectaret, dum tota illius improbitas, quasi supputridus & malignus quidam morbus, erupisset; hic enim divini judicii mos est, ut vel per pœnitentiam salutem afferat, vel justiori titulo puniat; tum nos ea, quæ fiebant, ægrè & acerbè ferentes, atque ad futurum animis fatiscentes; (nec enim ipsius benignitatem suis absconditam ferebamus;) has ad eum voces emittebamus, partim ut Dominum invocantes, partim ut apud benignum & facilem patrem conquerentes,partim

Dei patientia & longanimitas erga peccatores.

Ἀποβαλὼν, ἢ ἀγγελίᾳ πικρᾷ μεταναστὰς, ἀδοκήτως λυούσῃ ἢ τὴν πολιορκίαν, ἢ ἃς ἐλπίδας. ταῦτα Ἐζεκίας, ὁ τὴν πολλὴν ὡπλισμένος δύναμιν, ὁ τῆς μεγάλης βασιλεὺς Ἱερουσαλὴμ, ὁ [a] τάχα ἂν ἀποκρουσόμενος καὶ δι' ἑαυτῦ τὸν πολέμιον. ἡμεῖς δ' [b] οἷς μόνον ἢ ὅπλον, ἢ τεῖχος, καὶ ἄλλο πᾶν ἀμυντήριον, ἢ ὡς τὸν Θεὸν ἐλπὶς ὑπελείπετο, [c] πᾶσαν ἀνθρωπίνην ὡρημένοις καὶ ὡρικεκομμένοις ἐπικουρίαν παντάπασι, [d] τίνα ἄρα ἕτερον ἢ τῆς εὐχῆς ἀκροατὴν, ἢ κωλυτὴν τῦ ἀπειλουμένων ἕξειν ἐμέλλομεν, ἢ τὸν ὀμνύοντα [e] κατὰ τῆς ὑπερηφανίας Ἰακὼβ Θεόν; ὦ τῦ ἀπίστων δογμάτων· ὦ τῆς τῶν [f] ἐλπιζομένων θρασύτητος· ἐπηγγέλθημεν ἀντ' ἄλλου τινὸς ἱερείου τοῖς δαίμοσι· καὶ ἡ μεγάλη τῦ Θεῦ κληρονομία, τὸ ἅγιον ἔθνος, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, μιᾶς ἄθλον ἐλπίδος, [g] ἢ ἑνὸς πολέμυ νικητήριον ἐγενόμεθα.

κζ. Ταῦτα Χριστιανοῖς ὡδὰ σοῦ ἀνθ' ὧν ἐσώθης δι' αὐτῶν κακῶς [h] τὰ ἐπίχειρα; ταῦτα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου ἀνταπέδωκας; ὡρότερον μὲν [i] οὖν ἠνίκα ἔτι ἀνεῖχε καὶ ἀνεβάλλετο τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὀργὴν ὁ Θεὸς, καὶ οὔπω πάντα τὸν ἑαυτῦ ζῆλον [k] ἐξέκαυσεν, ἀλλ' ὑφηλὴν ἔτι κατὰ τῶν ἀσεβῶν εἶχε τὴν χεῖρα καὶ τὸ τόξον ἐνέτεινε μὲν καὶ [l] ἡτοίμασε, κατεῖχε δὲ βίᾳ, καθ' ὥσπερ τι νόσημα ὕπουλον καὶ κακόηθες ἐκραγῆναι [m] ὡρότερον ὅλην αὐτῦ τὴν πονηρίαν ἀνέμενεν, [n] ὥσπερ δὴ Θεῦ κρίσεως νόμος, ἵν' ἢ σώσῃ τῇ μετανοίᾳ ἢ κολάσηται δικαιότερον· τότε μὲν δυσανασχετῦντες τοῖς γινομένοις, ἢ ὡρὸς τὸ μέλλον κάμνοντες, οὐ γὰρ ἐφέρομεν τὴν ἀποκρυπτομένην αὐτοῦ τοῖς οἰκείοις χρηστότητα, ἐκείνας [o] ἠφίεμεν ὡρὸς τὸν Θεὸν ἃς φωνὰς, [p] τὰ μὲν ὡς δεσπότην ἐπικαλούμενοι, τὰ δὲ ὡς

(a) Τάχα ἄν. Sic Pass. aliique codices, omisso τὸν ὅχλον, quod in sola Par. ed. legitur. Quo servato, sic reddideris: *hostiles copias erat fortassè propulsaturus suis ipse viribus.*

(b) Οἷς μόνον &c. Billius: *quibus nulla alia arma, nec muri, nec præsidia, præter spem in Deum, reliqua erant, utpotè omni humano subsidio prorsus destitutis ac truncatis.*

(c) Πᾶσαν ἀνθρωπίνην περιῃρημένοις ἢ περικεκομμένοις ἐπικουρίαν. Pass. πάσης ἀνθρωπίνης περιῃρημένοι ἐπικουρίας, rejecto, vel omisso, καὶ περικεκομμένοι. Coisl. 2. περιῃρημένοι καὶ περικεκομμένοι, quæ lectio optima.

(d) Τίνα. Deest in pluribus.

(e) Κατὰ τῆς ὑπερηφανίας Ἰακὼβ Θεόν; Ita plurimi codd. juxta Amos VIII. 7. ὀμνύει Κύριος κατὰ τῆς ὑπερηφανίας Ἰακώβ, *jurat Dominus contra superbiam Jacob.* Reg. hu. Colb. 3. Pass. κατὰ τῆς ὑπερηφανίας Θεου Ἰακώβ; Par. ed. κατὰ τῆς Ἰακὼβ Θεὸν ὑπερηφανίας; Basil. ἢ τὸν ὀμνύοντα κατὰ τῆς Ἰακὼβ ὑπερηφανίας Θεόν; *quàm eum qui jurat per superbiam Jacob Deum?* id est, *sive eum qui jurat per Jacob. In quem porrò? in illum, qui supereminet omnibus, ac super omnia videtur, Deum; sive Deum qui jurat per Jacob fidem & magnitudinem, ut ipse Jacob ait, non per Dæmones jurabat, sed per Deum &c.* Ἤτοι τὸν ὀμνύοντα κατὰ τὸν Ἰακώβ· εἰς τίνα; εἰς τὸν τῆς ὑπεροχῆς καὶ ὑπεράνω πάντων φαινόμενον Θεόν· ἢ τὸν ὀμνύοντα κατὰ τῆς Ἰακὼβ καὶ πίστεως καὶ μεγαλοφροσύνης, ὥσπερ φησὶν ὁ Ἰακὼβ, οὐ κατὰ δαιμόνων ὤμνυεν, ἀλλὰ κατὰ Θεόν. Quæ Basilii interpretatio, si minùs fortè ad Gregorii mentem, certè ad sensum Scripturæ accedit. Siquidem *superbiâ Jacob* plerumque significatur *excellentia, celsitudo, gloria, magnificentia*, ut videre est in plurimis Scripturæ locis, ac præcipuè in hoc Amos VIII. 7. in quo voce hebraicâ גאון quâ utitur Propheta, intelligitur Israëlitarum gloria singularis, quâ Dei hæreditas & peculium erant, juxta illud Psalmi XLVI. 5. *elegit nobis hæreditatem suam, speciem Jacob quam dilexit.* Alii Deum ipsum aut templum interpretantur. Gregorius verò id velle videtur, quòd Deus impiorum superbiam adversus Jacob detestetur. Quid autem, si pro, ὀμνύοντα, legeretur ἀμύνοντα, *qui opitulatur, qui ulciscitur?*

(f) Ἐλπιζομένων. In Montac. & Combef. γρ. ἐπηγγελμένων. *O votorum temeritatem! voto enim devoti eramus &c.*

(g) Καὶ ἑνὸς πολέμυ. *Unius belli ac prælii piacularis hostia atque victima facti eramus.*

(h) Τὰ ἐπίχειρα; Sic in Mss. scribitur cum interrogationis nota.

(i) Οὖν. Deest in plerisque codicibus.

(k) Ἐξέκαυσεν. Sic Pass. aliique plures. Par. ἐξέκαιεν.

(l) Ἡτοίμασε. Ita Regg. quatuor, Colb. 3. Pass. &c. Ed. Par. ἠὐτρέπιζε.

(m) Πρώτερον. Sic restituimus auctoritate codicum. Par. πρῶτον.

(n) Ὥσπερ δή. Reg. b. Mont. ὅσπερ δή.

(o) Ἠφίεμεν. Sic codices. Pass. ἠφίημεν. Par. ed. ἐφίεμεν.

(p) Τὰ μέν. Sic emendavimus, & deinceps, ubi Ed. Par. habet, τάς.

ὡρὸς

πρὸς πατέρα χρηστὸν πολνιώμενοι, τὰ δὲ οἷον
ἐνειδίζοντες καὶ δικαιολογούμενοι πρὸς αὐτὸν,
οἷα τὰ τῶν ἀλγούντων· ἵνα τί ἀπώσω ὁ Θεὸς
εἰς τέλος; ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα
νομῆς σου; καὶ μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου, ἧς
ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς, ἣν ἐλυτρώσω τοῖς τοῦ
μονογενοῦς λόγοις σου πάθεσιν, ἣν τῆς μεγάλης
a σου δεξιᾶς ἠξίωσας, [a] ἣν καὶ εἰλκυσας εἰς
οὐρανοὺς τῷ καινῷ μυστηρίῳ, τῇ τῶν ἀρραβῶνι τοῦ
πνεύματος· καὶ, ἔπαρον ἐπὶ τὰς χεῖράς σου ἐπὶ τὰς
b ὑπερηφανίας αὐτῶν εἰς τέλος, [b] ὑπομιμνήσ-
κοντες ὅσα ἐπονηρεύσαντο κατὰ τοῦ ἁγίου σου οἱ
ἐχθροὶ, καὶ κατὰ τῶν ἑορτῶν σου ἐκαυχήσαντο·
c τὴν ῥομφαίαν τε [c] προσκαλούμεθα, καὶ τὰς
Αἰγυπτιακὰς μάστιγας, καὶ δικάσαι τὴν
d ἑαυτοῦ δίκην ἠξιοῦμεν, καὶ [d] διαναστῆναί ποτε
διεκελευόμεθα κατὰ τῶν ἀσεβῶν· ἕως πότε
ἁμαρτωλοὶ Κύριε, λέγοντες, ἕως πότε ἁμαρ-
τωλοὶ καυχήσονται, τόν τε λαόν σου ταπεινώ-
σουσι, καὶ τὴν κληρονομίαν σου κακώσουσι,
φθέγξονταί τε ὁμοίως ἀνομίαν καὶ δράσουσι;
καὶ μὴν κἀκείνας ἔτι τὰς γοερὰς καὶ τούτων
e [e] οἰκειοτέρας φωνάς· ἔθου ἡμᾶς εἰς ἀντιλογίαν
καὶ ὕβριν τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, χλεύην τε
τοῖς ἔθνεσι, καὶ γέλωτα πᾶσιν ἀνθρώποις·
ἀμπελόν τέ τινα ἐλέγομεν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου
μετενηνεγμένην τῆς σκοτεινῆς ἀθεΐας, καὶ εἰς
κάλλος πίστεως αὐξηθεῖσαν καὶ μέγεθος, εἶτα
τὸν φραγμὸν ῥηγνυμένην, τὴν φυτευθεῖσαν ἡμᾶς
τέως ἐπισκοπὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς
διοδεύουσιν ἐκκειμένην πονηροῖς δυνάσαις, καὶ
f [f] λελυμασμένην ἀγρίῳ συΐ, τῷ τὴν κακίαν ἰδιά-
ζοντι πονηρῷ, καὶ κακίας βορβόρου γέμοντι.

κη. Ταῦτα μὲν οὖν πρότερον καὶ διενοούμην
καὶ ἀνεβόων πρὸς τὸν Θεὸν· νυνὶ δὲ οἵας ἀνθ'
οἵων μεταλαμβάνω φωνάς· θρηνῶ λοιπὸν τῆς
ἀσεβῶν τὴν ἀπώλειαν, καὶ γίνομαι φιλάν-
θρωπος τοῖς μισοῦσι, καὶ τοιαῦτα φθέγγομαι·
πῶς ἐγένοντο εἰς ἐρήμωσιν; ἐξάπινα ἐξέλιπον,
ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, ὡς κονιορ-
g τὸς ὃν ὐφείλετο λαίλαψ, ὡς χνοῦς ὑπ' ἀνέμου
διαῤῥιπτούμενος, ὡς ἑωθινὴ δρόσος, ὡς ῥοῖζος
πεμφθέντος βέλους, ὡς πρόσβολὴ βροντῆς,
h ὡς ἀστραπὴ διάτρουσα. [h] εἰ μὲν οὖν νῦν μετα-
i πεισθεῖεν, καὶ τῆς πολλῆς [i] παυσάμενοι πλάνης

A velut exprobrantes, & cum eo expoſtulantes, ut ſolent qui in dolore verſantur: *Ut quid Deus repuliſti in finem? iratus eſt furor tuus ſuper oves paſcuæ tuæ? Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio,* quam unigeniti Verbi tui paſſionibus tibi comparaſti, quam magno tuo fœdere dignatus es, quam per novum myſterium & Spiritûs arrham in cœlum traxiſti. Et: *leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem,* in memoriam revocantes, *quanta eſſent malignati adverſus ſanctos tuos inimici, & adverſus ſolemnitates tuas gloriati;* Gladium etiam, & Ægyptiacas plagas provocabamus, atque, ut cauſam ſuam ipſe judicaret, tandémque aliquando adverſus impios exſurgeret, rogabamus. *Uſquequò, Domine,* dicentes, *uſquequò peccatores gloriabuntur, populúmque tuum humiliabunt, & hæreditatem tuam vexabunt, iniquitatémque, & loquentur, & perpetrabunt?* Quin has quoque luctuoſas, & ſuperioribus aptiores voces adjungebamus: *Poſuiſti nos in contradictionem & probrum vicinis noſtris, in ſimilitudinem gentibus, in riſum omnibus hominibus. Vineam* etiam quandam commemorabamus, *ex Ægypto,* hoc eſt, ex tenebroſa impietate, *tranſlatam,* atque in fidei pulchritudinem magnitudinémque auctam, ac deinde *maceriâ,* id eſt, Dei inſpectione, quâ priùs muniebamur, privatam & nudatam, viatoribus omnibus, hoc eſt, ſceleratis Principibus in prædam objectam, atque devaſtatam à *fero & agreſti apro,* qui propriam ſibi fecit malitiam, hujuſque cæno *ſingulariter* eſt refertus.

Chriſtianorum gemitus. *Pſ.* LXXIII. 1.

B

C

D

XXVIII. Hæc quidem ipſe priùs & cogitabam, & ad Deum clamabam. Nunc autem quàm diverſas voces aſſumo! impiorum exitium deinceps lugeo, iiſque, qui nos odio habent, benignum me præbeo, atque hujuſmodi verbis utor: *Quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam, tanquam pulvis quem turbo abſtraxit, tanquam lanugo quæ à vento disjicitur, tanquam ros matutinus, tanquam emiſſæ ſagittæ ſtridor, tanquam tonitrui impetus, tanquam fulgur emicans.* Quòd ſi nunc ſaltem ſententiam mutent, & ad meliorem mentem traducantur, atque ingenti errori ac temu-

Impiorum lugendum eſt exitium.

Pſ. LXXII. 19. *Job.* XXI. 18. *Sap.* V. 15. *Oſe.* VI. 4.

E

(*a*) Ἣν κἀν... εἰς οὐρανούς. Paſſ. ἣν καὶ... εἰς οὐρανόν. Par. καὶ ἣν &c.

(*b*) Ὑπομιμνήσκοντες. Ita Regg. ſeptem, Colb. quatuor, Paſſ. &c. quæ vox refertur ad ἠφίεμεν, *voces emittebamus... in memoriam revocantes.* Mont. ὑπομιμνήσκων. Ed. Par. ὑπέμειμεν, *ſuſtinuiſti.*

(*c*) Προσκαλούμεθα. Paſſ. προσεκαλούμεθα.

(*d*) Διαναστῆναι &c. Billius: *excitaretur, hortabamur.*

(*e*) Οἰκειοτέρας. Comb. legit, οἰκτροτέρας. *Luctuoſas voces, majoremque miſerationem moventes.*

(*f*) Λελυμασμένην. Sav. in marg. & Paſſ. λυμαινομένην.

(*g*) Ὑφείλετο. Sic Paſſ. aliique codices communiùs. Editi, ὑφείλατο.

(*h*) Εἰ μὲν οὖν νῦν. Paſſ. aliique plures, γοῦν. Mox Paſſ. Regg. & Colb. plures, μεταβληθεῖεν καὶ μεταπεισθεῖεν. Alii non pauci habent tantùm, μεταβληθεῖεν pro, μεταπεισθεῖεν. Et certè alterutrum ſufficit.

(*i*) Παυσάμενοι. Regg. quatuor, Colb. k. Or. 1. &c. ἀνανήψαντες, *ad ſeſe redeuntes, ad ſanam mentem.* Vaquerii codex, ἀνακύψαντες, *emergentes.* Cæteri ut Editi.

lentiæ finem imponentes, veritatem confectentur, fortaſsè ex ipſa quoque calamitate nonnihil fructûs ad eos redierit : quandoquidem ipſa caſtigatio, iis qui malo aliquo afficiuntur, commodo ſæpè atque utilitati eſt : ſin autem in eadem ſententia manſerint, atque idolorum cultum adhuc amplexentur, ne ipsâ quidem calamitate, quæ vel ſtolidos erudire ſolet, meliores fient. Hieroſolymam quidem Hieremias uſqueadeò luget, ut rebus quoque inanimis luctum imperet, ac muros ad lacrymas invitet. His verò quis ſatis dignus luctus invenietur ? Aut quis præſentes eorum pœnas defleat, ac non potiùs futurum cruciatum deploret, pro eo *quòd ſtultè egerunt, & procul receſſerunt, ac creaturam præ Creatore coluerunt :* nec eo contenti, adverſus etiam Dei cultores impetum fecerunt, manúmque impiam atque hujuſmodi malis dignam, intentarunt ?

Utilis ſæpè omnibus, etiá impiis, calamitas, & caſtigatio.

Thren. II. 8.

Jerem. X. 21. *Rom.* I. 25.

XXIX. Verùm hoc, quemadmodum Deo gratum erit, ita ſe habeat. Ecquis novit, num Deus, qui *ſolvit compeditos*, gravémque & humi vergentem *à portis mortis* in altum ſubvehit, qui *peccatoris mortem non vult*, ſed reditum, qui nos etiam ipſos *in tenebris & umbra mortis ſedentes, illuminavit*, ac ſapientiâ inſtruxit, hos quoque tandem recipiet, depoſitáque gravi illâ & *ferreâ virgâ*, paſtorali virgâ paſcet ? Mihi verò rurſus ad triumphale canticum ſeſe referet oratio : *Cecidit Bel, contritus eſt Dagon, palus factus eſt Saron, pudefactus eſt Libanus :* Nec ultra dicent ſtulto, ut Princeps ſit, hoc eſt, idolorum agmini motûs & ſenſûs experti : nec muſcam quærent, *Deum Accaron*, aut ſi quid eâ magis eſt ridiculum. Non jam lucos & excelſa loca mente concipient, montémque *omnem frondoſum & umbroſum.* Non jam *filios ſuos & filias Dæmoniis immolabunt*, quod olim Iſraëli à Prophetis objiciebatur. Sed quid hæc colligo ? Ad præſentia & noſtra me convertam. Non jam in ſacras noſtras ædes pravos oculos injicient. Non jam aras à puriſſimo & incruento ſacrificio nomen habentes ſceleſto ſanguine contaminabunt : nec loca ſacra, per impia altaria, probro ac dedecore afficient. Non jam ſacrilegâ manu votiva dona diripient & profanabunt, impietatem avaritiâ cumulantes. Non jam Sacerdotum canitiem, Diaconorum ſanctitatem, Virginum pudorem contumeliâ perfundent. Non jam in Sanctorum inciſorum viſcera fœdos & im-

De nemine, quandiu vivit, deſperandum.

Pſ. CXLV. 8.

Sap. XVI. 13.

Ezech. XXXIII. 11.

Luc. I. 79.

Pſ. II. 9.

Iſai. XLVI. I. & XXXIII. 9.

IV. Reg. I. 2.

Jer. II. 20.

Iſ. CV. 37.

Opprobria, quæ à Gentilibus pertulerunt Chriſtiani, ſummatim à Gregorio recenſita.

A καὶ μέθης, μεταδιώξαιεν τὴν ἀλήθειαν, τάχα ἄν τι γένοιτο κέρδος αὐτοῖς καὶ τοῦ πλώματος· ἐπειδὴ καὶ τὸ [a] παιδευθῆναι, πολλάκις εἰς καλὸν τοῖς πάσχουσιν· εἰ δ' ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένοιεν γνώμης, καὶ θρεμέχοιντο τῶν εἰδώλων ἔτι, [b] μηδὲ ὃ καὶ τοὺς ἠλιθίους παιδεύει, ζω- b φρονισθεῖεν τῇ συμφορᾷ. τὴν μὲν Ἱερουσαλὴμ θρηνεῖ τοσοῦτον Ἱερεμίας, ὥστε καὶ τοῖς ἀψύχοις διακελεύεται θρῆνον, καὶ τῶν τειχῶν προκαλεῖται δάκρυον· τούτοις δὲ τίς εὑρεθήσεται

B θρῆνος ἐπάξιος; ἢ τίς ἂν ὀδύραιτο [c] τὰ παρόντα, c ἀφεὶς τὰ τῆς μελλούσης δακρύειν κολάσεως, ἀνθ' ὧν ἠφρονεύσαντο, καὶ ἐμακρύνθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει θεὸν τὸν κτίσαντα· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοῖς λατρεύουσι τῷ Θεῷ ἐπανέστησαν, καὶ χεῖρα ἐπανετείναντο δυσσεβῆ καὶ τοιούτων κακῶν ἀξίαν ;

κθ. Τοῦτο μὲν οὖν, ὅπη τῷ Θεῷ φίλον, οὕτως ἐχέτω. τίς οἶδεν εἰ ὁ λύων τοὺς πεπεδημένους Θεὸς, καὶ ἀνάγων ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ

C θανάτου τὸν βαρύν τε καὶ κάτω νεύοντα, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν ἁμαρτωλοῦ τὸν θάνατον, ἀλλὰ τὴν ἐπάνοδον, ὁ καὶ ἡμᾶς [d] καθημένους ἐν σκότει d καὶ σκιᾷ θανάτου φωτίσας καὶ [e] συνετίσας, καὶ e τούτους ποτὲ ἀναλήψεται, καὶ ποιμανεῖ τῇ ποιμαντικῇ ῥάβδῳ, τὴν βαρεῖαν καὶ σιδηρᾶν καταθέμενος; ἐμοὶ δὲ πάλιν πρὸς τὸν αὐτὸν

ἐπινίκιον ἀναδραμεῖται ὁ λόγος· ἔπεσε Βὴλ, συνετρίβη Δαγὼν, ἔλη ἐγένετο ὁ Σαρὼν, κατησχύνθη ὁ Λίβανος· [f] οὐκ ἔτι εἴπωσι τῷ f

D μωρῷ ἄρχειν, τῷ ἀκινήτῳ καὶ ἀναισθήτῳ τῷ εἰδώλων συντάγματι· οὐδὲ ζητήσουσι μῆταν Θεὸν Ακκαρὼν, ἢ εἴ τι ταύτης ἐστὶ γελοιότερον· οὐκ ἔτι τὰ ἄλση θρεινοήσουσι καὶ τὰ ὑψηλὰ, καὶ πᾶν ὄρος εὔκομον καὶ καλάσκιον· οὐκ ἔτι θύσουσι τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας τοῖς δαιμονίοις, ὅπερ πάλαι ὁ Ισραὴλ ὑπὸ τῶν Προφητῶν ὠνειδίζετο. ἀλλὰ τί τούτων ἐμοί; πρὸς τὰ παρόντα καὶ ἡμέτερα τρέψομαι. οὐκ ἔτι τοῖς ἱεροῖς οἴκοις ἡμῶν [g] πονηρὸν ἐμβλέ- g

E φουσιν· οὐκ ἔτι μιανοῦσιν [h] αἵματι μιαρῷ τὰ h τῆς καθαρωτάτης καὶ ἀναιμάκτου θυσίας ἐπώνυμα θυσιαστήρια· [i] οὐδὲ βωμοῖς ἀθέοις τὰ i ἅβαλα καταισχυνοῦσιν· οὐκ ἔτι συλήσουσι καὶ βεβηλώσουσιν ἀναθήματα, πλεονεξίαν ἀσεβείᾳ μίξαντες· οὐκ ἔτι καθυβρίσουσι πολιὰν [k] ἱερέων, k

(*a*) Παιδευθῆναι. Sic omnes Mſſ. Ed. verò, παιδεύεσθαι.

(*b*) Μηδὲ ὃ καὶ τοὺς ἠλιθίους παιδεύει. Omnes codices noſtri, & Paſſ. καὶ ὁ μηδὲ τοὺς ἠλιθίους παιδεύει. Deeſt in omnibus μή, quod ſequitur in editis, ac videtur redundare.

(*c*) Τὰ παρόντα. Paſſ. & alii plerique, τῶν παρόντων, ἀφεὶς τὰ τῆς μελλούσης &c. *omiſsâ futuri ſupplicii deploratione.*

(*d*) Καθημένους. In Reg. bm. & Montac. γρ. καθεζομένους.

(*e*) Συνετίσας. Deeſt in Reg. I.

(*f*) Οὐκ ἔτι. Nonnulli codd. & Par. ed. addunt, ἐμή.

(*g*) Πονηρόν. Ita plerique codd. Nonnulli verò & Par. ed. πονηρῶς.

(*h*) Αἵματι μιαρῷ. Quatuor Regg. Or. I. &c. ἀκαθάρτῳ, *immundo.*

(*i*) Οὐδὲ βωμοῖς &c. Combef. *neque græcanicæ ſuperſtitionis aris ſacra penetralia dedecore afficient.*

(*k*) Ἱερέων. Reg. bm. Bill. Montac. πρεσβυτέρων, *Preſbyterorum.*

a σεμνότητα δρακόνων, αἰδῶ παρθένων· [a] οὐκ ἔτι σπλάγχνοις ἁγίων ἀνατμηθέντων ἐπαφήσουσι συῶν μιαρίαν, ἵν' ὁμοῦ τε τῆς τροφῆς καὶ τῆς σπλάγχνων ἐμφορηθῶσιν· οὐκ ἔτι σορσάξουσι
b πῦρ μαρτύρων μνήμασιν, [b] ὡς ἄλλων ἐφέξοντες ἄθλησιν ταῖς κατ' αὐτῶν ἀτιμίαις· οὐκ ἔτι πυρὶ καταναλώσουσιν ἁγίων λείψανα, ὁσοῖς ἀτιμοτάτοις συνατιμάσαντες, ἢ τοῖς ἀνέμοις
c δώσουσιν, [c] ἵνα καὶ τῆς ὀφειλομένης τιμῆς τοῖς τοιούτοις ἀποστερήσωσιν· οὐκ ἔτι καθέδραν λοι-
d μῶν [d] συγκροτήσαντες, ταῖς κατ' Ἐπισκόπων, καὶ Πρεσβυτέρων, ἔτι δὲ Προφητῶν, καὶ Ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ βλασφημίαις ἐντρυφήσουσιν· οὐκ ἔτι πανηγυρίσουσι καθ' ἡμῶν, νόμῳ τῆς κιβδήλου παιδεύσεως ἀποκλείσαντες, ὡς ὁμοῦ τούτῳ ἢ ταῖς γλώσσας ἡμῶν ἐμφράξοντες.

A puros porcos immittent, ut ſimul & pabulo & viſceribus ſaturentur. Non jam Martyrum ſepulchris ignem admovebunt, ut per eorum ignominiam alios à certamine deterreant. Non jam Sanctorum reliquias cum viliſſimis oſſibus per contemptum permixtas, flammis abſument, & in ventos ſpargent: ut, eo honore, qui ejuſmodi hominibus debetur, ipſos privent. Non jam cathedram peſtilentiæ conſtruentes, maledicta & convitia adverſus Epiſcopos, & Preſbyteros, atque etiam Prophetas, & B Apoſtolos, Chriſtúmque adeò ipſum, conjecta, pro deliciis habebunt. Non jam adverſum nos feſtos ac lætos dies agent, legis interdicto ab adulterina doctrina nos excludentes, perinde atque eâdem operâ linguas quoque noſtras obſtructuri.

λ. Δός μοι τοὺς λόγους σε τοὺς βασιλικούς τε καὶ Σοφιστικοὺς, τοὺς ἀφύκτους συλλογισμούς σου καὶ τὰ ἐνθυμήματα· ἴδωμεν οἷα καὶ
e παρ' ἡμῖν οἱ ἁλιεῖς [e] καὶ ἀγροικοι φθέγγονται. C μετάσχεσον ἦχον ᾠδῆς Σου, καὶ ψαλμὸν ὀργάνων σου, δρακελεύεταί Σοι Πορφήτης ἐμός· ᾀδέτω δὲ αὖθις σὺν ἐλευθερίᾳ Δαβὶδ, ὁ τὸν
f ὑψηλὸν Γολιὰθ λίθοις [f] μυστικοῖς καταβαλὼν, ὁ
g δρᾳ τῆς [g] πραότητος νικήσας πολλοὺς, καὶ δρᾳ τῆς πνευματικῆς ἁρμονίας θεραπεύσας Σαὺλ τὸν τῷ πονηρῷ δαίμονι συμπνιγόμενον. σβεσάτω τὸ πῦρ ὁ δαδοῦχος· ἁπλέτωσαν τῷ νυμφίῳ αἱ φρόνιμοι καὶ ἱεραὶ παρθένοι τὰς
h ἑαυτῶν λαμπάδας· [h] ἀποθέσθω τὴν πορνικὴν D Ἱεροφάντης στολήν· ἱερεῖς ἐνδύσασθε δικαιοσύνην, καὶ καλασολὴν δόξης ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας,
i καὶ τὸν μέγαν ἢ ἄσπιλον χιτῶνα [i] Χριστὸν, τὸ ἡμέτερον κόσμημα.

XXX. Age, imperatorias tuas & ſophiſticas orationes, atque inevitabiles tuos ſyllogiſmos & enthymemata deprome: videamus, qualia etiam piſcatores & ruſtici apud nos loquantur. *Tranſfer ſonum cantionum tuarum & pſalmum organorum tuorum*, quemadmodum te Propheta meus hortatur. David autem rurſus liberè cantet, ille, inquam, qui ſublimem illum & arrogantem Goliath myſticis lapidibus proſtravit, qui per manſuetudinem multos ſuperavit, & per Spiritalem concentum Saüli, cùm à pravo Dæmone ſtrangularetur, medicinam fecit. Ignem facifer tuus extinguat: prudentes & ſacræ Virgines lampades ſuas ſponſo accendant. Meretriciam ſtolam Hierophantes exuat: Sacerdotes, pro acediæ ſpiritu, juſtitiam gloriæque ſtolam induite, ac magnam illam immaculatam Chriſti tunicam, decus noſtrum & ornamentum.

Ethnicorum nugæ Chriſtianorum myſteriis comparantur.

Amos. v. 23.

I. Reg. XVII. 49.

I. Reg. XVI. 23.

Matth. XXV. 7.

λα. Σιγάτω σὸς κῆρυξ τὰ ἄτιμα· φθεγγέσθω κῆρυξ ἐμὸς τὰ ἔνθεα. πᾶυσόν σου τὰς
k γοητικὰς ἢ μανικὰς βίβλους· αἱ [k] θεοφηικαὶ ἢ ἢ ἀποστολικαὶ μόναι ἀνελιτίσθωσαν. ἐπίσχες
l σε τὰς αἰσχρὰς ἢ [l] σκότους γεμούσας νύκτας·

XXXI. Præco tuus turpia & obſcœna taceat: divina meus præco loquatur. Præſtigioſos tuos & fatidicos libros preme: Prophetici autem ſoli & Apoſtolici evolvantur. Fœdas tuas & tenebris plenas noctes cohibe: ego contrà ſacra & lucu-

Chriſtianorum preces armorum vi præſtantiores.

(*a*) Οὐκ ἔτι σπλάγχνοις &c. *Apud Aſcalonem & Gazam*, inquit Elias, *virorum & fœminarum, quæ perpetuæ virginitatis voto ſe obſtrinxerant, ventres lacerarunt, hordeoque impletos porcis vorandos objecerunt; quorum etiam viſcera & cruorem ſceleratiſſimi illi deguſtarunt. Eodem modo in Sebaſtia urbe Præcurſoris loculum aperientes, ipſius reliquias igni tradiderunt, earumque cineres diſſiparunt, aliaque plurima contumeliarum genera, tum in Sanctorum templa, tum in ipſa divina adyta deſignarunt.* Hæc confirmantur teſtimonio Sozom. l. 3. c. 6. Ruff. l. 11. c. 28. Philoſt. l. 7. c. 4. Quid autem eſſet dicturus Gregorius, ſi eo tempore vixiſſet, quo viri Chriſtiani eadem ac majora etiam facinora quàm Gentiles perpetrarunt, ſubverſis ædibus ſacris, reſeratis ac prophanatis Sanctimonialium Monaſteriis, Martyrum reliquiis igne abſumptis &c. Etenim eò uſque furoris & amentiæ tum proruperunt Calviniſtæ, maximè in Gallia.

(*b*) Ὡς ἄλλων &c. Heins. Codex: *ut illorum contumeliis, aliorum ad martyrium ſubeundum impetum retunderent.*

(*c*) Ἵνα ἢ τῆς ὀφειλομένης &c. *ut eo etiam honore privent, qui vel hujuſmodi hominibus*, nempè viliſſimis, *debetur.*

(*d*) Συγκροτήσαντες. *Cathedram*, ſeu, *concilium conflantes, cogentes.*

(*e*) Καὶ ἀγροικοι φθέγγονται. Non pauci, φθέγξονται. Deeſt, καί, in Par. ed.

(*f*) Μυστικοῖς. Colb. 3. & Paſſ. μυστικῶς.

(*g*) Πραότητος. Paſſ. aliique non pauci, πραΰτητος.

(*h*) Ἀποθέσθω τὴν πορνικὴν Ἱεροφάντης. *Meretriciam ſtolam Hierophantes exuat*, id eſt, Juliani morte, jam mutata eſt rerum facies: Ethnicus ſacrorum Antiſtes, depoſitâ meretriciâ veſte, veſtem lugubrem induat. Non jam feſta celebrabunt Ethnici, nec in lætitia verſabuntur miſeriis noſtris inſultantes.

(*i*) Χριστὸν. *Chriſtum.* Sic Mſſ. omnes.

(*k*) Προφητικαί. Mſſ. non pauci, προφητικαί τε καί.

(*l*) Σκότους. Ita plerique codd. Reg. verò hu. Or. 1. & Par. σκότου. Mox plerique etiam, φράξον, pro, φράξον.

lenta pervigilia excitabo. Adyta tua & vias in Tartarum ferentes obstrue : ego perspicuas & in cœlum ducentes præibo. Quot tandem armorum apparatus, ac machinarum inventiones ? Quot virorum myriades & instructæ acies, ea perficere potuissent, quæ nos precibus solis, & Deus voluntate suâ perfecit ? Verbo tenebras depulit, verbo lucem produxit, terram firmavit, cœlum tornavit, stellas ordine constituit, aërem sparsit, mari limites imposuit, fluvios traxit, animantes vitâ atque animâ donavit, hominem ad formam suam effinxit, ornatu res circumcinxit omnes. Verbo etiam, solutâ præsenti caligine, omnia in lucem atque ordinem eundémque concentum reduxit. Non jam liguritores & fraudulenti Dæmones rerum potiuntur : non jam sub honoris obtentu contumelia creaturæ infertur, dum pro Deo adoratur. Dejice jam Triptolemos tuos, & Celeos, & mysticos dracones. Pudeat te tandem librorum Orphei, theologi tui : temporis beneficio utere, turpitudinem tibi contegentis. Quòd si hæc fabulæ & figmenta sunt, ego tua noctis mysteria patefaciam.

Verbo Deus omnia fecit.

XXXII. Non jam quercus loquitur : non jam lebes vaticinatur : non jam Pythia impletur, haud scio quibus, fabulis certè & deliramentis. Rursus Castalia siletur, ac silet, atque unda est, non vaticinia edens, sed risum excitans. Rursus muta statua Apollo : rursus Daphne arbor est fabulis deplorata : rursus androgynus Bacchus, atque ebriorum chorum secum trahens, & magnum tuum illud mysterium Phallus, Deus in pulchri Proshymni amorem propensus. Rursus Semele fulmine feritur. Rursus utroque pede claudus Vulcanus, verùm in deprehendendis adulteris idem celer, & Deus fuligine obsitus, tametsi clarus artifex, ac Thersites Olympius. Rursus Mars cum suo timore, & terrore ac tumultibus ob adulterium vinctus, & ob temeritatem saucius. Rursus meretrix Venus, tum turpiter progenita, tum turpium nuptiarum administra. Rursus Minerva virgo est, & draconem parit. Rursus Hercules furit, immò furere desiit. Rursus Jupiter ob libidinem & spurcitiem quidvis efficitur, ille, inquam, Deorum consiliarius & princeps, eámque vim habens, ut solus Deos omnes cum omni-

Ethnicorum Deorum originem & facinora deridet Gregorius.

ἀντεγερῶ τὰς ἱερὰς ἐγὼ καὶ λαμπρὰς παννυχίδας. φράξον τὰ ἄδυτά σου, καὶ ἰὰς εἰς ᾅδου φερούσας ὁδούς· ἐγὼ τὰς φανερὰς καὶ φερούσας [a] πρὸς οὐρανὸν ἐξηγήσομαι. [b] πόσῳ ταῦτα κατέπραξαν ἂν ὅπλων παρασκευαὶ καὶ μηχανημάτων ἐπίνοιαι; πόσαι μυριάδες ἀνδρῶν καὶ φάλαγγες, ὅσα ἱκετεύοντες μόνον ἡμεῖς, καὶ Θεὸς βουληθεὶς παρεργάσατο; λόγῳ τὸ σκότος ἔλυσε, λόγῳ τὸ φῶς [c] ὑπεσήσατο, ἥδρασε γῆν, ἐγύρωσεν οὐρανὸν, ἀστέρας ἔταξεν, ἔσπειρεν ἀέρα, θάλασσαν ὥρισε, πολαμοὺς εἵλκυσε, ζῶα ἐψύχωσεν, ἄνθρωπον πρὸς ἑαυτὸν ἐμόρφωσε, κόσμον τοῖς ἅπασι περιέθηκε· λόγῳ καὶ τὴν νῦν [d] σκοτόμηναν λύσας, εἰς φῶς ἅπαντα καὶ τάξιν καὶ ἁρμονίαν τὴν αὐτὴν ἐπανήγαγεν. οὐκ ἔτι μὲν λίχνοι καὶ ἀπατηλοὶ δαίμονες δυναστεύουσιν· οὐκ ἔτι δὲ καθυβρίζεται κτίσις ἐν σχήμασι τιμῆς ἀντὶ Θεοῦ προσκυνουμένη· κατάβαλε τοὺς Τριπτολέμους σου, καὶ τοὺς Κελεοὺς, καὶ τοὺς μυσικοὺς δράκοντας· αἰσχύνθητί ποτε ταῖς τοῦ θεολόγου σου βίβλοις Ὀρφέως· δέξαι τὸ καιρὸν τὸ δῶρον, τὴν ἀσχημοσύνην σοι συγκαλύπτοντος. εἰ δὲ ταῦτα μῦθοι καὶ πλάσματα, [e] ἐγώ σε τὰ τῆς νυκτὸς ἀποκαλύψω μυστήρια.

λβ. [f] Οὐκ ἔτι φθέγγεται δρῦς· οὐκ ἔτι λέβης μαντεύεται· οὐκ ἔτι Πυθία πληροῦται, οὐκ οἶδ' ὧν τινῶν, πλὴν μύθων καὶ ληρημάτων. πάλιν ἡ Κασταλία σεσίγηται, καὶ σιγᾷ, καὶ ὕδωρ ἐστὶν οὐ μαντευόμενον, ἀλλὰ γελώμενον· πάλιν [g] ἀνδριὰς ἄφωνος ὁ Ἀπόλλων· πάλιν ἡ Δάφνη φυτόν ἐστι μύθῳ θρηνούμενον· πάλιν ἀνδρόγυνος ὁ Διόνυσος, καὶ [h] χορὸν μεθυόντων ἑλκόμενος, καὶ τὸ μέγα σου μυστήριον ὁ Φάλλος, καὶ [i] Προσύμνῳ τῷ καλῷ Θεὸς παθαινόμενος· πάλιν Σεμέλη κεραυνῷ βάλλεται· πάλιν ἀμφιγυήεις Ἥφαιστος, ἀλλὰ ταχὺς εἰς μοιχῶν εὕρεσιν, καὶ Θεὸς κατηθαλωμένος, εἰ καὶ πολυτέχνης, καὶ Θερσίτης Ὀλύμπιος· πάλιν δεσμώτης Ἄρης δι' μοιχείαν, μετὰ τοῦ [k] δείμου, καὶ τοῦ φόβου, καὶ τῶν κυδοιμῶν, καὶ τραυματίας δι' θρασύτητα· πάλιν Ἀφροδίτη πόρνη γενομένη τε αἰσχρῶς, καὶ γάμων αἰσχρῶν ὑπηρέτις· πάλιν Ἀθηνᾶ παρθένος τέ ἐστι, καὶ τίκτει δράκοντα· πάλιν Ἡρακλῆς μαίνεται, μᾶλλον δὲ μαινόμενος πέπαυται· πάλιν τὰ

(a) Πρὸς ἑρανόν. Reg. bm. Or. 1. εἰς. Pass. ἀεὶ πρὸς ἑρανόν.
(b) Πόσαι ταῦτα. Alii, πόσαι ἂν ταῦτα.
(c) Υπεσήσατο. Nonnulli, ὑπέσησεν.
(d) Σκοτόμηναν. Plerique codd. σκοτόμαιναν.
(e) Εγώ σε τὰ . . . μυστήρια. Reg. bm. Pass. ἐγώ σοι. Reg. bm. aliique tres Regg. τὸ . . . μυστήριον.
(f) Οὐκ ἔτι &c. Eadem legere est apud Theodoretum de Curatione Græcarum affectionum, Orat. x.
(g) Ανδριάς. Pass. ἀδριάς.
(h) Χορόν. Ita Regg. quatuor, Colb. 2. Sav. Ald. & Herv. Par. ed. cum paucis codd. χορός.
(i) Προσύμνῳ. *Prosumnum* vocat Clemens Alex. Pausanias verò & Nonnus, *Polymnum*.
(k) Δείμου. Regg. hm. hu. Colb. k. ipse Billius, δήμου, *cum populo*, id est, *exercitu*.

πάντα

πάντα γίνεσθαι δι' ἀσέλγειαν καὶ ἀκαθαρσίαν ὁ
a Ζεὺς, ὁ τῶν Θεῶν [a] μήσωρ καὶ ὕπατος, καὶ
μόνος μὲν πάντας σὺν πᾶσι τοῖς οὖσιν ἀνέλκων
Θεοὺς, αὐτὸς δὲ ὑπὸ πάντων οὐ καθελκόμενος. πάλιν τῦ Διὸς τάφος ἐν τῇ Κρήτῃ δείκνυται. ἂν ἴδω σε τὸν Κερδῶον, καὶ τὸν Λόγιον,
c b καὶ τὸν [b] Εναγώνιον, [c] συγκρύπτω τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ προπετρέχω σε τὸν Θεὸν αἰδοῖ τοῦ θεάματος· σὺ δέ μοι προσκύνει τὸ σύντονον τῦ λόγου & τὸ ζακέλλιον. ἕν σου μόνον αἰδέσιμον, αἱ παρ' Αἰγυπτίοις δι' ἀνδρογύνων τιμαὶ τοῦ
B d Νείλε, αἵ τε Ισιδες, καὶ οἱ [d] Μενδήσιοι Θεοὶ, καὶ οἱ Απιδες, τἆλλά τε ὅσα πλάττεις, ἢ γράφεις, θηρία σύνθετα καὶ ἀλλόκοτα. γελῶ
e σου τὸν Πᾶνα, καὶ τὸν [e] Πρίαπον, καὶ τὸν
f Ερμαφρόδιτον, καὶ τοὺς ὑπὸ μανίας [f] πεπηρωμένους, ἢ διεσπασμένους Θεούς. ἀλλὰ
g ταῦτα μὲν [g] τῇ σκηνῇ παρήσω, καὶ τοῖς κοσμοῦσιν αὐτὰς ποιηταῖς· ἐγὼ δὲ εἰς παραίνεσίν τινα καταλύσω τὸν λόγον.

Pergit Gregorius gentilium Deos irridere.

bus rebus ſurſum attrahat, ipſe autem ab omnibus detrahi nequeat. Rurſus Jovis ſepulchrum in Creta oſtenditur. Quoties Lucrium tuum, & Logium, & Enagonium intueor, oculos obtego, ac ſpectaculi pudore Deum tuum prætereo. Tibi verò per me ſanè liceat ſermonis contentionem & ſacculum adorare. Unum ſolum in tuis rebus eſt, quod venerationem mereatur, nimirum honores ii, qui apud Ægyptios Nilo per androgynos habentur, & Iſides, & Mendeſii Dii, & Apides, cæteræque omnes beſtiæ ex diverſis generibus conflatæ & prodigioſæ, quas confingis & pingis. Pana tuum, & Priapum, & Hermaphroditum rideo, Deóſque illos, qui præ furore membris truncati aut diſcerpti ſunt. Verùm hæc quidem ſcenæ, ac poëtis eos exornantibus relinquam: ego autem admonitione quâdam orationem concludam.

λγ. Ανδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες, νέοι τε καὶ
C πρεσβύται, ὅσοι τε εἰς τὸ βῆμα τῦτο τελεῖτε, καὶ ὅσοι τὴν κάτω τέταχθε χώραν, πάντες
h [h] ὅσους ἐλυτρώσατο Κύριος, πρότερον μὲν ἐκ τῆς πλάνης καὶ τῆς ἀθεΐας, νυνὶ δὲ τῆς ἐπαναστάσεως τῶν ἐθνῶν, καὶ τῶν ἤδη γε παρόντων κακῶν καὶ προσδοκωμένων, ἀκούσατε λόγον ἀνδρὸς οὐ μετρίως τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένου, ἔκ τε τῶν ὁσημέραι συμβαινόντων, καὶ τῶν
i παλαιῶν ἱστοριῶν, [i] καὶ βίβλων, καὶ προφάξεων. μέγα μὲν τὸ μηδενὸς πειραθῆναι τῶν δυσχερῶν·
D ἴσως δὲ οὐδὲ μέγα, εἴπερ ἀληθὴς ὁ λόγος· ὅτι ὃν ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν προσδέχεται, καὶ οὗ κήδεται.
k ἀλλὰ μέγα μὲν τὸ μηδὲ [k] τὴν ἀρχὴν τυχεῖν ἁμαρτόντας, ἢ μὴ τὰ μέγιστα, ἐπειδὴ τὸ παντελῶς ἀναμάρτητον, ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην
l φύσιν ἔταξεν ὁ Θεός. δεύτερον δὲ, ὡς [l] ἔμοί γε δοκεῖ, τὸ πλαισανλάς τι καὶ παιδευθέντας,
n m εἶτα [m] ἐπανεθέντας, [n] ἐν αἰσθήσει γᾶν ἁμεῖναι
o τῆς παιδαγωγίας, καὶ [o] φεύγειν δευτέραν ἐκ δευτέρας κακίας μάστιγα.

Gravis admonitio Chriſtianis omnibus propoſita.

XXXIII. Viri ſimul & fœminæ, juvenes item & ſenes, tam qui ad hoc ſacrarium aſciti eſtis, quàm qui inferiorem locum tenetis, omnes denique, quos Dominus, ut priùs ab errore & impietate, ita nunc à Gentium inſultu & impreſſione, malíſque, partim jam urgentibus, partim imminentibus liberavit, audite orationem viri, quem, tum quotidiani rerum eventus, tum veteres hiſtoriæ, & libri, & res geſtæ, non mediocriter in hujuſmodi rebus erudierunt. Magnum quidem eſt, nihil moleſti deguſtaſſe, immò nec magnum fortaſsè, ſi modò verus hic ſermo eſt: *Quem Deus amat, caſtigat; & flagellat omnem filium quem recipit, & cujus curam habet.* Illud verò magnum, ne omnino quidem peccaſſe, aut certè non graviſſimè; quandoquidem eum vitæ ſtatum qui omni prorſus peccato vacet, Deus ſupra humanæ naturæ modum conſtituit. Proximum autem, ut mihi videtur, illud eſt, ut cùm admiſſo aliquo peccato caſtigati fuerimus, ac poſteà ſoluti & indulgentiùs habiti, in diſciplinæ ſaltem ſenſu permaneamus, ac ſecunda ob ſecundum peccatum verba caveamus.

Prov. III. 12. Heb. XII. 6.

λδ. [p] Τοι γάρ τοι καὶ ἡμεῖς ἔργῳ τῆς θείας

XXXIV. Quocirca nos quoque divinam

(a) Μήσωρ. Sex Regg. & Paſſ. μνήστωρ.
(b) Εναγώνιον. Billius reddit: *ac veluti Logii, ſeu Mercurii, nomen eſſet.* Comb. *Mentis anxium, non ſolùm ſermonis contentione, ſed etiam furtorum diſciplinâ.* Mont. Εναγώνιος, *Palæſtrites;* nam Mercurius palæſtris præerat. Quare in ipſo ingreſſu ſtadii Olympici ara fuit Mercurio Εναγωνίῳ dicata, ut ſcribit Pauſanias.
(c) Συγκρύπτω. Reg. bm. & Sav. συγκαλύπτω.
(d) Μενδήσιοι Θεοί. *Mendeſii Dii.* Hircum adorabant Ægyptii, & eorum linguâ hircus *mendin* vocabatur: undè vox, μενδήσιος, derivata videtur; vel forſan loci nomen eſt. Cæterum hîc ironicè loquitur Gregorius.
(e) Πριάπον. Mſſ. non pauci ſcribunt, Πρίπτον.
(f) Περικεκομμένους ἢ διεσπασμένους. *Legebatur olim*, inquit Combef. περιπλεκομένους, *complicatos.* In Paſſ. deeſt, ἢ διεσπασμένους.
(g) Τῇ σκηνῇ. Deeſt in duobus Regiis codd.
(h) Οσους. Reg. bm. ὅς.
(i) Καὶ βίβλων. Deeſt in quinque Regg. Or. I. Paſſ. &c.
(k) Τὴν ἀρχὴν τυχεῖν διαμαρτόντας. *Magnum eſt ne peccati quidem initia, vel leviter attigiſſe* &c.
(l) Εμοί γε. Deeſt γε in pleriſque codd.
(m) Επανεθέντας. Or. I. & Paſſ. ἐπανέλθοντας. *Quaſi reparato ſtatu*, inquit Comb. *ſolutique caſtigatione.*
(n) Εν αἰσθέσει. Reg. bm. ἐν συναισθήσει.
(o) Φεύγειν. Nonnulli, φευγεῖν. Billius, *fugiamus.*
(p) Τοι γάρ τοι, . . . παισθῶμεθα. Malim ſic reddere:

animadverſionem ſeriò agnoſcamus. Dignos nos oſtendamus, non iis quæ priùs perpeſſi, ſed quæ poſtea conſecuti ſumus. De calamitate ea quæ nos invaſit, nonnihil nos purgemus, nempè quòd, non ut facinoroſi & ſcelerati Gentibus traditi, ſed ut filii caſtigati ſumus. Ne tempeſtatis in tranquillitate obliviſcamur; nec morbi, in ſanitate; nec captivitatis, incolumes in Hieruſalem reverſi; nec Ægypti, poſt Ægyptum. Ne afflictionis tempus tranquillitatis tempore melius faciamus: faciemus autem, ſi tum quidem demiſſi & moderati eramus, omnéſque ſpes noſtras in cœlum erectas habebamus, nunc verò in ſublime attollamur & emolliamur, atque ad eadem peccata recurramus, ob quæ in eas calamitates quæ nobis evenerunt, inducti ſumus. *Ne ita, filii, ne ita*, velut quodam loco ait Heli Sacerdos, filios ſuos in Deum peccantes increpans; verùm hoc exploratum habentes, minoris eſſe negotii, ſublatam ex oculis felicitatem revocare, quàm quæ Dei beneficio obvenit, incolumem conſervare: (illam enim prudentia & moderatio reducit, hanc ſocordia diſſipat:) illúdque inſuper, ægra corpora remediis quidem & inediâ relevari, ac ſanitati reſtitui, reſtituta autem, per incuriam & ingluviem paulatim rurſum defluere, atque in eoſdem morbos relabi. Hæc, inquam, comperta & explorata habentes, aliíque alios docentes, ad nos ipſi redeamus, atque hoc tempus prudenter ac moderatè conſtituamus.

Non eſt obliviſcenda in tranquillitate tempeſtas.

I. Reg. II. 24.

παιδεύσεως ἐπαιθώμεθα. δείξωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἀξίους, οὐχ ὧν πρῶτον πεπόνθαμεν, ἀλλ' ὧν ὕστερον τετυχήκαμεν. [a] Ἀπολογησώμεθα τι πρὸς τῆς καλασχούσης ἡμᾶς συμφορᾶς, ὅτι οὐχ ὡς κακοῦργοι τοῖς ἔθνεσι παρεδόθημεν, ἀλλ' ὡς παῖδες ἐσωφρονίσθημεν· μὴ ἐπιλαθώμεθα τῆς ζάλης ἐν τῇ γαλήνῃ, μηδὲ τῆς ἀῤῥωσίας ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὑγιείας, μηδὲ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνασωθέντες εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, μηδὲ τῆς Αἰγύπτου μετὰ τὴν Αἴγυπτον· μὴ ποιήσωμεν ἀμείνω τὸν τῆς κακοπαθείας καιρὸν [b] τοῦ τῆς ἀνέσεως· [c] ποιήσομεν δὲ, εἰ φαινοίμεθα τότε μὲν συνεσταλμένοι καὶ μετριάζοντες, καὶ πάσας εἰς οὐρανὸν [d] ἀνατείνοντες τὰς ἐλπίδας, νυνὶ δὲ [e] ἐπαιρόμενοι καὶ χαυνούμενοι, καὶ πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς ἀνατρέχοντες ἁμαρτίας, ἐξ ὧν εἰς τὰς συμπεσούσας ἡμῖν συμφορὰς ὑπήχθημεν· μὴ ἴτω, τέκνα, μὴ, λέγει που νεθετῶν ὁ ἱερεὺς [f] Ηλεὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας εἰς Θεὸν ἁμαρτάνοντας· ἀλλ' εἰδότες ὅτι ῥᾴον ἐστιν [g] εὐπραγίαν ἀπελθοῦσαν ἀνακαλέσασθαι, ἢ διαταραχθεῖσαν ὑπὸ Θεοῦ διασώσασθαι· τὴν μὲν γὰρ τὸ σωφρονεῖν ἐπανάγει, τὴν δὲ διαλύει τὸ ῥᾴθυμον· καὶ ὅτι τὰ σώματα κάμνοντα μὲν ταῖς θεραπείαις ἀναφέρει καὶ ταῖς ἐνδείαις· ἀνενεγκόντα δὲ ταῖς κατὰ μικρὸν ἀμελείαις καὶ ταῖς πλησμοναῖς, πάλιν ὑποῤῥεῖ, καὶ πρὸς τὰς αὐτὰς ἀῤῥωστίας ἐπάνεισι. Ταῦτα εἰδότες, καὶ ἀλλήλους διδάσκοντες, γενώμεθα ἡμῶν αὐτῶν, καὶ σωφρόνως τὸν καιρὸν διέλθωμεν.

Quid fugiendum in feſtorum celebrationibus.

Præcipuum feſtorum decus, ſanctitas.

XXXV. Ac primùm quidem, Fratres, feſtum celebremus, non corporis nitore, non veſtitûs mutatione ac magnificentiâ, non comeſſationibus & ebrietatibus, quarum fructum cubilia & impudicitias eſſe didiciſtis, nec floribus vicos cingamus, nec unguentorum turpitudine menſas & veſtibula ornemus, nec viſibili lumine ſplendeſcant domus, nec tibicinum cantu plauſibúſque perſonent; hoc enim more Gentiles novæ Lunæ feſtum celebrant. At nos ne committamus, ut ad hunc modum Deum

λε. Πρῶτον μὲν, ἀδελφοὶ, πανηγυρίσωμεν, μὴ φαιδρότητι σώματος, μηδὲ ἐσθῆτος ἐξαλλαγαῖς καὶ [h] πολυτελείαις, μηδὲ κώμοις καὶ μέθαις, ὧν κοῖτας καὶ ἀσελγείας τὸν καρπὸν [i] ἐμάθετε· μηδὲ ἄνθεσι σέψωμεν ἀγυιὰς, μηδὲ μύρων αἰσχύναις τραπέζας, μηδὲ πρόθυρα [k] καλλωπίσωμεν· μὴ τῷ αἰθηρῷ φωτὶ καλαλαμπέσθωσαν [l] αἱ οἰκίαι, μηδὲ συναυλίαις καὶ κρότοις [m] περιηχείσθωσαν· οὗτος μὲν γὰρ Ελληνικῆς [n] ἱερομηνίας ὁ νόμος· ἡμεῖς δὲ μὴ τοῦ-

Quocirca divinam nos ſenſiſſe animadverſionem operibus comprobemus.

(*a*) Απολογησώμεθα. Ita Mſſ. Billius etiam & Comb. ſic emendarunt. Par. ed. ἀπολογησόμεθα.

(*b*) Τῷ τῆ ἀνέσεως. Comb. *remiſſionis, indulgentiæ, proſperioris ſucceſsûs tempore.*

(*c*) Ποιήσομεν δὲ. Sic plerique codd. Edit. ποιήσωμεν.

(*d*) Ανατείνοντες. Plerique, ἀνατείναντες.

(*e*) Επαιρόμενοι. Non pauci ἐπηρμένοι: *nunc autem animis elati, molleſque* &c.

(*f*) Ηλεί. Reg. bm. Ηλί.

(*g*) Εὐπραγίαν. Ita plerique codd. Ed. Par. εὐπραξίαν. Paulò poſt, monet Comb. vocem, παραγενομένην, *motum* ſonare.

(*h*) Πολυτελείαις. Mſſ. non pauci, ποικιλίαις, *varietate.*

(*i*) Εμάθετε. Regg. tres, ἔμαθες.

(*k*) Καλλωπίσωμεν. Paſſ. καλλωπίζεται, μηδὲ τῷ. Sic Mſſ. plerique. Reg. bm. καλλωπίζεσθαι, pro, καλλωπίζεσθε.

(*l*) Αἱ οἰκίαι. Ita Paſſ. aliique plures. Deeſt αἱ, in Ed. Regius unus aut alter, Mont. & Ed. Par. ἀχειμονείτωσαν, *indecorè perſtrepant.*

(*m*) Περιηχείσθωσαν. Ita ſex Regg. tres Colb. Or. I.

(*n*) Ιερομηνίας. Reg. b. Mont. γρ. ἱερομανίας. Quod penè prætulerimus. Illic enim de ludorum feſtorumque omnium prophanorum, non Neomeniarum tantùm celebritate ſermo eſt. Hîc porrò refellendum Suiceri ſomnium, qui, pro ſuo in ritus Catholicorum odio, ſcripſit cereorum in Eccleſia luminumque geſtationem, à Gregorio tanquam à Gentilibus mutuatam, reprehendi. Non vidit vir bonus, quod vidit hîc ipſe Montacutius, & approbavit ſuperiùs ad num. 16. Deinde plura hîc recenſeri, quorum alia prohibita, quia mala ſunt, alia non item; tum, quod palmare eſt, de cereis in Eccleſiis templíſque non loqui Theologum; ſed de cereis in domibus, ubi prophano gaudio, quaſi in Ethnicorum triumphis, compotationes inter & comeſſationes noctem funalia vincebant. Locus per ſe patet, nec ullatenùs adverſatur ſibi Gregorius.

τοις τὸν Θεὸν γεραίρωμεν, μηδὲ τὸν παρόντα καιρὸν ἐπαίρωμεν, οἷς οὐκ ἄξιον, ἀλλὰ ψυχῆς καθαρότητι, καὶ διανοίας φαιδρότητι, καὶ λύχνοις τοῖς ὅλον τὸ σῶμα φωτίζουσι τῆς ἐκκλησίας, θείοις λέγω θεωρήμασι καὶ νοήμασιν, ἐπί τε
a τὴν ἱερὰν λυχνίαν ἐγειρομένοις, καὶ πᾶσαν [a]τὴν οἰκουμένην καταλάμπουσι· μικρόν μοι φανὸς τοῦτο τὸ φῶς, πάντα ὅσα ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ πανηγυρίζοντες ἀνάπτουσιν ἄνθρωποι. ἔχω τι
b καὶ μῦρον, ἀλλ' ᾧ χρίονται [b]μόνον ἱερεῖς τε καὶ βασιλεῖς, ὄντι ποικίλῳ τε καὶ πολυτελεῖ, &
c δι' ἡμᾶς κενωθέντι, [c]ἀλλὰ μεγάλου μυρεψοῦ τέχνῃ συγκείμενον. εἴθέ μοι γένοιτο τούτου
d τοῦ μύρου τὴν [d]εὐωδίαν φθάσαι τῷ Θεῷ. ἔχω καὶ τράπεζαν τὴν πνευματικὴν ταύτην
e καὶ ἔνθεον, ἣν ἡτοίμασέ μοι Κύριος [e]ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με, ἣ φθάνω παύομαι καὶ τρυφῶ,
f καὶ οὐδὲν [f]ἐξυβρίζω διὰ τὸν κόρον, ἀλλὰ καὶ κοιμίζω πᾶσαν παθῶν ἐπανάστασιν. ἔχω καὶ
g ἄνθη, πάντων ἐαρινῶν [g]εὐανθέστερά τε καὶ μονιμώτερα, τῷ ἀγροῦ τῷ πλήρους, ὃν εὐλόγησε
h Κύριος, [h]τοὺς ἱεροὺς καὶ εὐώδεις ποιμένας, καὶ διδασκάλους, καὶ τοῦ λαοῦ ὅσον καθαρόν τε καὶ ἔκκριτον. τούτοις στεφανωθῆναι βούλομαι καὶ πομπεύειν, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνισάμενος, & τὸν δρόμον τελέσας, & τὴν πίστιν τηρήσας, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον. ἀναλάβωμεν
i ὕμνους ἀντὶ τυμπάνων, ψαλμῳδίαν ἀντὶ τῆς αἰσχρῶν [i]λυγισμάτων τε καὶ ἀσμάτων, κρότον εὐχαριστήριον ἀντὶ κρότων θεατρικῶν, & χειρῶν
k φαιδρότητα εὔηχον, [k]σύννοιαν ἀντὶ γέλωτος, ἀντὶ
l μέθης ἔμφρονα [l]λόγον, ἀντὶ θρύψεως σεμνοπρέπειαν· εἰ καὶ ὀρχήσασθαι δεῖ σε, ὡς πανηγυρισὴν καὶ φιλέορτον, ὄρχησαι μέν, ἀλλὰ μὴ τὴν Ἡρωδιάδος ὄρχησιν τῆς ἀσχήμονος, ἧς ἔργον
m Βαπτιστοῦ θάνατος· ἀλλὰ τὴν Δαβὶδ [m]ἐπὶ τῇ
n καταπαύσει τῆς κιβωτοῦ, ἣν ἤγαγε μαν[n]τῆς εὐκινήτου καὶ πολυστρόφου κατὰ Θεὸν πορείας εἶναι μυστήριον. πρῶτον μὲν δὴ τοῦτο καὶ μέγιστον τῆς ἐμῆς παραινέσεως.

ιϛ. Δεύτερον δὲ [o]χαλεπὸν μὲν οἶδα λόγον ἐρῶν καὶ δυσπαράδεκτον τοῖς πολλοῖς· φιλεῖ

honoremus, ac præsens tempus iis rebus quæ minimè decent, extollamus: verùm animi puritate & mentis hilaritate, & lucernis totum Ecclesiæ corpus illustrantibus, hoc est, divinis contemplationibus & cogitationibus, supra sanctum candelabrum excitatis, quæ universum terrarum orbem luce perfundant. Parva, meo quidem judicio, si cum hoc lumine comparentur, ea omnia lumina sunt, quæ homines, qui festos dies agunt, privatim publicéque accendunt. Unguentum quoque ipse quoddam habeo, sed quo Sacerdotes solùm ac Reges unguntur, utpotè vario & exquisito, ac nostrâ causâ effuso, sed magni unguentarii arte confectum. Atque utinam mihi suavem hujus unguenti odorem Deo offerre contingat. *Mensam* etiam habeo, spiritualem hanc scilicet ac divinam, quam Dominus *paravit mihi, adversus eos qui tribulant me,* in qua reficior & delicior, nec propter saturitatem quidquam petulantius ago: quin potiùs quidquid insurgit turbidarum animi permotionum consopio. Habeo etiam flores, vernis omnibus virentiores magisque durabiles, *agri* nempè illius *pleni, cui Dominus benedixit*, sacros scilicet & *suaviter olentes* Pastores ac magistros, & quidquid in plebeio ordine purum est atque eximium. His redimi, ac pompam agere cupio, posteaquàm *bonum certamen certavero*, & *cursum consummavero, fidémque*, instar sacri Apostoli, *servavero*. Hymnos pro tympanis assumamus, psalmodiam pro fœdis modulationibus & cantibus, plausum grati animi indicem & canoram manuum actionem pro theatricis plausibus, modestiam pro risu, prudentem rationem pro ebrietate, gravitatem pro lascivia. Quòd si te etiam, ut lætæ celebritatis & festorum amantem saltare oportet, salta tu quidem, sed non inhonestæ illius Herodiadis saltationem, quæ Baptistæ necem attulit: verùm Davidis ob arcæ requiem, quâ quidem Deo gratam incessionem, agilitate præditam & versatilem mysticè designari existimo. Atque hæc quidem prima & maxima nostræ admonitionis pars est.

Mysticum unguentum. *Cant.* I. 2.

Ps. XXII. 5.

Flores quibus coronari cupit Gregorius. *Gen.* XXVII. 27. *II. Cor.* II. 15.

II. Tim. IV. 7.

Hymni pro tympanis assumendi.

Quomodo saltare deceat.

Matth. XIV. 1. *& seq. Marc.* VI. 14. *& seq. II. Reg.* VI. 14.

XXXVI. Quod autem ad secundam attinet, non equidem dubito, quin plerique,

Injuriarum oblivio, res

(a) Τὴν οἰκουμένην. Tres Colb. & Pass. τὴν οἰκίαν, *domum*, quæ lectio nobis arridet. Matth. v. 15.

(b) Μόνον. Pass. μόνοι.

(c) Ἀλλά. Ita omnes Mss. Deest in Edit.

(d) Εὐωδίαν. *Fragrantiam.*

(e) Ἐξεναντίας. Sic communiùs Mss. non divisim, ἐξ ἐναντίας, ut in Par. ed.

(f) Ἐξυβρίζω. Ed. Par. addit αἰσχρῶν, quod non exhibent codd. Billius vertit, ἐξυβρίζω, *petulantiâ efferor*; & paulo post, ἐπανάστασιν, *impetum.*

(g) Εὐανθέστερά τε καὶ μονιμώτερα. *Virentiores, magisque durabiles.* Sic tres Regg. & Editi. Alii, ἀνθηρότερά τε καί &c. Alii demum, quos sequitur Billius, & Elias, ἀνθηρότερά τε καὶ εὐωδέστερα, *virentiores & fragrantiores.*

(h) Τοὺς ἱεροὺς. Ita septem Regg. Pass. Or. I. Sav. Comb. & ipse Billius in ora libri sui, quamvis reddiderit, ac veluti legisset, ἱερεῖς, *Sacerdotes*, ut in Ed. Par.

(i) Λυγισμάτων τε. Ita Mss. Quod vertit Comb. *cum fœdis gestibus & cantionibus; utrisque*, inquit, *sic ad libidinem compositis, ut non solum verborum lenocinio, sed & fractis illis motibus ac gesticulationibus castitatem evertant; fortè etiam, fractæ vocis inflexionibus.*

(k) Σύννοιαν. *Modestiam, gravitatem.* Comb. *Serii animi, ac secum cogitabundi disciplinam.*

(l) Λόγον. Ita Mss. Sav. γρ. λογισμόν.

(m) Ἐπὶ τῇ καταπαύσει &c. *In deductione arcæ ad requiem.*

(n) Τῆς εὐκινήτου καὶ πολυστρόφου κατὰ Θεόν &c. *Quâ quidem ex Dei rationibus institutam incessionem agilitate celerem significari puto.*

(o) Χαλεπὸν μέν. Ita quatuor Regg. Or. I. Pass. &c. Deest μέν, in Ed.

Hominibus admodum difficilis.

quod dicturus ſum, non libenter accipiant; (etenim ita moribus comparatum videmus, ut qui referendæ injuriæ poteſtatem nactus ſit, præſertim ſi ob ea quæ perpeſſus eſt, juſtam iraſcendi cauſam habeat, ſermonis, iram reprimentis, fræno minimè pareat,) dignum tamen eſt, quod audiatur & admittatur. Ne immodicè atque inſolenter tempore abutamur; ne in poteſtate licentiâ luxuriemus; ne iis, à quibus læſi ſumus, acerbos & amarulentos nos præbeamus; ne, quæ priùs reprehendebamus, ea ipſi faciamus. Verùm hoc uno fructu ex rerum mutatione percepto, quòd moleſtias & acerbitates effugimus, quidquid ad referendam vicem ſpectat, deteſtemur. Satis enim magna pœna cenſeri debet, hominibus utique probis ac moderatis, cùm ii qui moleſtiam intulerunt, metu concutiuntur, meritáſque pœnas expectant, propriæque conſcientiæ cruciatu afficiuntur. Nam quæ quiſque, ut jam-jam perpeſſurus, timet, hæc paſſus eſt, etiamſi non patiatur; graviúſque à ſe ipſo fortaſſe, quàm ab iis qui ſupplicium illaturi ſunt, torquetur. Proinde ne iram metiri in animum inducamus; nec leviores, quàm pro criminum atrocitate, pœnas inferre videamur: verùm quoniam pœnas omnes exigere non poſſumus, omnes condonemus: hâc ratione iis, à quibus injurias accepimus, meliores ac ſublimiores nos præſtemus. Oſtendamus, quid illos Dæmones doceant, quid rurſum Chriſtus nos erudiat, qui cùm per ea quæ paſſus eſt, gloriam ac ſplendorem habeat, non minùs tamen per id ſuperavit, quòd ea, quæ poterat, non fecit. Unum hoc Deo, in grati animi ſignificationem referamus; myſterium benignitate augeamus, ad eam rem temporis commoditate utamur.

Propriæ conſcientiæ cruciatus, maxima pœna.

Tyranni non vi, ſed manſuetudine vincendi ſunt.

XXXVII. Eos, à quibus tyrannide oppreſſi ſumus, manſuetudine vincamus; ac maximè quidem nos benignitas ad ignoſcendum adducat, víſque mandati, eandem benignitatem nobis in iis rebus, in quibus eâ opus habemus, remetiens. Quâ enim *menſurâ metiemur*, eâdem quoque nobis remenſum iri perſpectum habemus. Quòd ſi quis animo admodum acerbo atque importuno eſt, Deo, ac futuro tribunali eos qui nos læſerunt, relinquamus: nihil de futura pœna per noſtram manum detrahamus. Ne bonorum proſcriptionem cogitemus, ne ad Judicum ſubſellia trahamus, ne patriis ſedibus pellamus, ne flagris cruciemus, ne denique, ut brevi complectar, quidquam eorum quæ perpeſſi ſumus, faciamus. Eos quoque, ſi modò id poſſint, exemplo noſtro faciliores ac benigniores

Matth. VII. 2. *Marc.* IV. 24.

Vindicta ſoli Deo relinquenda.

γὰρ ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ ἀντιδρᾶν κακῶς γενόμενος ἄνθρωπος, [a] ἄλλως τε κἂν δικαίαν ἔχων τὴν ὀργὴν ἐξ ὧν πέπονθεν, ἧκιςα λόγου πείθεσθαι χαλινοῖς τὸν θυμὸν ἀνακόπλους· ἀκουσθῆναι δὲ ὅμως καὶ προσδεχθῆναι ἄξιον. μὴ ἁπλήσως χρησώμεθα τῷ καιρῷ, μὴ καλατρυφήσωμεν τῆς ἐξουσίας, μὴ πικροὶ γενώμεθα τοῖς ἠδικηκόσι, μὴ ὧν [b] κατέγνωμεν, ταῦτα πράξωμεν· ἀλλ' ὅσον φυγεῖν τὰ δεινὰ τῆς μεταβολῆς [c] ἀπολαύσαντες, ὅσον εἰς ἀντίδοσιν ἧκει, μισήσωμεν. αὐτάρκης δίκη τοῖς γε μετρίοις, τὸ τῷ λελυπηκότων δέος, καὶ τὸ προσδοκῆσαι ταῦτα παθεῖν, ὧν εἰσιν ἄξιοι, καὶ οἰκείῳ συνειδότι βασανισθῆναι· ἃ γάρ τις ὡς πεισόμενος δέδοικε, ταῦτα πέπονθε, κἂν μὴ πάθῃ· καὶ πλείω παρ' ἑαυτοῦ τυχὸν, ἢ τῶν δρασόντων κολάζεται. μὴ τοίνυν θελήσωμεν τὴν ὀργὴν μετρηθῆναι, μηδὲ φανῶμεν ἐλάττους κολασαὶ τῆς ἀξίας· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ πᾶν εἰσπράξασθαι μὴ δυνάμεθα, τὸ πᾶν συγχωρήσωμεν· γενώμεθα τούτῳ κρείττους τῶν ἠδικηκότων, καὶ ὑψηλότεροι· δείξωμεν τί μὲν διδάσκουσιν ἐκείνους οἱ δαίμονες, [d] τί δαὶ ἡμᾶς ἐκπαιδεύει Χριστὸς, ὃς οἷς πέπονθε [e] τὸ εὐδόκιμον ἔχον, οὐχ ἥττον νενίκηκεν οἷς δυνάμενος οὐ πεποίηκεν. ἓν ἀντιδῶμεν τῷ Θεῷ χαριστήριον· αὐξήσωμεν χρηστότητι τὸ μυστήριον· εἰς τοῦτο τῷ καιρῷ [f] χρησώμεθα.

λζ. Νικήσωμεν ἐπιεικείᾳ τοὺς τυραννήσαντας, καὶ μάλισα μὲν φιλανθρωπίᾳ ἑῷ τὸ συγχωροῦν, καὶ ἡ τῆς ἐνολῆς δύναμις, τὴν ἴσην ἀντιδιδοῦσα φιλανθρωπίαν ἡμῖν, ἐν οἷς αὐτοὶ χρῄζομεν· ᾧ γὰρ μέτρῳ μετροῦμεν, ἀντιμετρεῖσθαι γινώσκομεν. εἰ δὲ καὶ λίαν τις πικρῶς ἔχει, ἀφῶμεν Θεῷ τοὺς λελυπηκότας, καὶ τῷ ἐκεῖθεν δικαστηρίῳ· μηδὲν τῆς μελλούσης ὀργῆς ἀφ' ἧς ἡμετέρας χειρὸς ἐλατῶσωμεν. μὴ δήμευσιν ἐννοήσωμεν, μὴ βήμασι θράσησωμεν, μὴ πατρίδος ὑπερορίσωμεν, μὴ μάσιξιν αἰκισώμεθα, μηδέ τι τῶν ὅσα πεπόνθαμεν, ἵν' εἴπω συντόμως, δράσωμεν· ποιήσωμεν κἀκείνους ἐπιεικεστέρους, ἂν ἄρα [g] δυνατὸν, τῷ καθ' ἡμᾶς ὑποδείγματι. εἰ [h] τῳ πέπονθεν υἱὸς, εἰ τῳ πατὴρ, εἰ τῳ γυνὴ,

(a) Ἄλλως τε κἂν δικαίαν ἔχων. Ita Regg. plures, Or. 1. & Paſſ. Editi verò, ἄλλως τε δὲ, κἂν δικαίαν ἔχῃ.
(b) Κατέγνωμεν. Colb. k. κατεγνώκαμεν.
(c) Ἀπολαύσαντες. Colb. k. ἀπολαύσωμεν.
(d) Τί δαί. Alii, τί δέ.
(e) Τὸ εὐδόκιμον. Tres Regg. & Mont. γρ. τὸ εὐδοκιμεῖν. *Qui quibus ulciſci licebat* &c.
(f) Χρησώμεθα. Duo Regg. Paſſ. Comb. Mont. γρ. καταχρησώμεθα. Is addit; *fortè etiam*, χρησόμενοι.
(g) Δυνατόν. Quinque Regg. Colb. 3. Or. 1. Paſſ. δυνηθῶσι.
(h) Τῳ. Sine accentu, pro τινί, *cui*, *alicui*.

a γυνὴ, [a] συγγενὴς, φίλος, ἢ ἄλλός τις ὧν τιμίων, A
b πᾶσι [b] τὸ παθεῖν ἔμμισθον καλασήσωμεν, ὅσα
τοῦ πεῖσαι φέρειν καρτερῶς ἃ πεπόνθασι·
c τοῦτο μεῖζον αὐτοῖς, ἢ ἄλλό τι [c] χαριούμεθα.
εἶπω καὶ τὸ μέγιστον ὧν εὖ πάσχομεν; δήμοις
καταβοῶνται καὶ πόλεσιν οἱ διώξαντες, ἐν
θεάτροις, ἐν ἀγοραῖς, ἐν συλλόγοις· τὰ
παλαιὰ μακαρίζεται, τὰ νέα σκληρεύεται,
καὶ παρ' αὐτῶν τῶν συνδιωξάντων, ὃ καὶ
θαῤῥαλεώτερον, αὐτοὶ καθέλκονται παρ' αὐτῶν
d μετὰ πάσης [d] καταβοήσεως οἱ Θεοὶ, ὡς πολὺν
f e αὐτοὺς [e] ἀπατήσαντες χρόνον, καὶ [f] ὀψέ ποτε B
τῆς ἀπάτης ἐληλεγμένης· καὶ ὁ χθὲς θεοσε-
βυνητὴς, σήμερον ὑβριστής. τούτων τί μεῖζον
ἐπιζητοῦμεν; νῦν ταῦτα καὶ ἴσως μικρὰ τοῖς
ἀθλίοις. ἔσαι καιρὸς, ἡνίκα ὄψομαι τοὺς ἐμοὺς
g ὑβριστὰς, καὶ τὸν μέγαν [g] τούτων καθηγη-
τὴν, τὴν ἑαυτῶν ἀποκλαιομένους κακίαν,
ἡνίκα ἂν πᾶσα κρίνηται καὶ βασανίζηται πο-
νηρία.

reddamus. Si cui filius paſſus eſt, ſi cui pater, ſi cui uxor, aut cognatus, aut amicus, aut alius quiſpiam nobis charus, demus operam, ut cuique eorum mercedem cruciatus afferat, ipſis nimirum perſuadentes, ut forti animo ferant quæ paſſi ſunt. Hoc beneficio nullum majus ipſis dare poſſumus. Vultis beneficium omnium, quæ accepimus, maximum commemorem? Vulgi & civitatum clamoribus exagitantur, qui nos perſecuti ſunt, in theatris, in foro, in conventibus. Vetera beata prædicantur, nova maledictis omnibus ad infamiam ſempiternam configuntur; quódque mirandum eſt, ab iis etiam qui perſecutionis ſocii fuerunt, / ipſimet Dii, ut qui eos longo tempore deceperint, ſerò tandem deprehensâ fraude atque impoſturâ, ab ipſis cum omni clamore præcipites deturbantur: íſque, qui heſternâ luce adorator erat, hodiernâ eſt conviciator. His quid majus, quid gravius expoſcimus? Ac nunc quidem iſta, &, ut fortaſsè miſeri homines arbitrantur, exigua. Erit tempus, cùm eos, à quibus contumeliâ affectus ſum, ac magnum eorum ducem, improbitatem ſuam deplorantes videbo; C tum nimirum, cùm omnis iniquitas expendetur & examinabitur.

Mortuum impium ipſi quoque impietatis ſocii maledictis lacerant.

λη. Εᾧ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἡμέτερα, καὶ τὰς
h [h] καθ' ἡμᾶς ἐκεῖθεν ὑποκειμένας μάσιγας·
i ἀλλὰ κἀ [i] ἐπὶ τοὺς σοὺς ἐλθὲ λόγους κἀ φόβους, ἃ
k ποιηταῖς [k] μόνον, ἀλλὰ κἀ ἀνδράσι φιλοσόφοις
l ἀρέσκοντας, [l] τοὺς Πυριφλεγέθοντάς σε, κἀ τοὺς
m Κωκυτοὺς, κἀ τοὺς Ἀχέροντας, [m] οἷς ἀδικίαν
κολάζουσι, Τάνταλος, Τιτυὸς, Ἰξίων. Ἰουλιανὸς
ταύτης ὁ βασιλεὺς ὑμῶν τῆς φρατρίας, μετ'
n ἐκείνων ἀριθμηθήσεται, κἀ ᾗ ἐκείνων, [n] καίτοι
γε τὸν ἐμὸν λόγον κἀ ὅρον· ὁ δίψη κολαζόμενος D
ἐν λίμναις ἐπιγενείοις, ἢ κορυφῆς ὑπερτέλλοντα
o [o] δειμαίνων πέτρον, ὡς τῇ τραγῳδίᾳ δοκεῖ,
ἀεὶ μὲν ἀνωθούμενον, ἀεὶ δὲ κατασυρόμενον·
p οὐδὲ [p] ῥοιζουμένῳ τροχῷ συγκυκλούμενος, οὐδὲ
ὄρνισι τὸ ἧπαρ κειρόμενος, οὔποτε λεῖπον, ἀεὶ
δὲ πληρούμενον· εἴτε ἀλήθεια ταῦτά ἐστιν, εἴτε
μῦθος, θαῤῥαδεικνὺς τὴν ἀλήθειαν ἐν τοῖς

XXXVIII. Mitto divina & noſtra, eáque flagra, quæ juxta doctrinam noſtram impios illic manent. Sed ad tuos tu ſermones & terrores te confer, non Poëtis modò, ſed Philoſophis quoque placentes; Pyriphlegethontes, inquam, tuos, & Cocytos, & Acherontes, per quos injuſtitiam puniunt, Tantalus, Tityus, Ixion. Julianus Imperator veſter hujus ſodalitii eſt, ac cum illis, imò, ut quidem ipſe ſtatuo, ante illos recenſebitur: non ille quidem ſitis cruciatum in ſtagnis ad barbam uſque prominentibus perpetiens, aut, ut Tragœdiæ videtur, Saxum expaveſcens grande cervici imminens, quod ut ſurſum ſemper impellitur, ita etiam ſemper deorſum labitur: aut hanc pœnam luens, ut magno impetu cum rota ſtridente volvatur, vel ipſius jecur ab avibus depaſcatur, nec tamen unquam deficiat, ſed ſemper impleatur; ſive veritas hæc ſint, ſive fabula, veritatem in figmentis indicans:

Juxta Gentiles, manent etiam impios poſt mortem pœnæ & ſupplicia.

(a) Συγγενὴς &c. Colb. 3. Paſſ. ἢ συγγενὴς, ἢ φίλος, ἤ &c.

(b) Τὸ παθεῖν ἔμμισθον κατασήσωμεν. *Demus operam ut cuique eorum benè cedant acceptæ injuriæ, nec mercede careant.*

(c) Χαριούμεθα. Mont. γρ. χαρισόμεθα.

(d) Καταβοήσεως. Paſſ. κακοβοήσεως. Quæ lectio videtur optima.

(e) Ἀπατήσαντες. Ita Reg. hu. Coisl. 2. Paſſ. &c. In nonnullis tamen, ut in Editis, ἀδικήσαντες, *injuriâ afficientes.*

(f) Ὀψέ ποτε. Sic Paſſ. Sav. Combef. &c. Deeſt, ποτέ, in Ed.

(g) Τούτων. Herv. τοῦτον. Paulò poſt, ἀποκλαιόμενος, *deplorantes*, duo Regg. ἀποκλαομένους, *defringentes.* Et mox, ἡνίκα ἂν πᾶσα. Deeſt ἄν, in tribus Regg. & Paſſ.

(h) Καθ' ἡμᾶς. Sic Paſſ. & alii plures. Tres verò Regg. καθ' ἡμῶν. *Sed falsò*, inquit Montac. *non enim nobis iſta, ſed Juliano & ſimilibus repoſita ſunt.* Correxit Billius. Reg. 1. Colb. 3. Coisl. 2. Oxon. καθ' ἡμῶν ἐπανασθάσεις, κἀμὴ καθ' ἡμᾶς ἐκεῖθεν ἀποκειμένας μασθίγας.

(i) Ἐπὶ τοὺς σοὺς ἐλθέ. In Paſſ. aliiſque nonnullis, deeſt, ἐπί, & pro, ἐλθέ, legitur, δίελθε. In quibuſdam, ἐπί & δίελθε ſimul occurrunt; ſed vacat ἐπί, ſervato δίελθε.

(k) Μόνον. Sic plerique codd. Editi verò, μόνοις.

(l) Τοὺς Πυριφλεγέθοντας. Sic rectiùs Mſſ. codices. In Ed. pro τὸς ponitur καί. Pyriphlegeton, Cocytus, & Acheron inferorum fluvii, juxta Poëtas.

(m) Οἷς ἀδικίαν &c. *Quibus injuſtitiam comprimunt, coercent, pœnæ ſuæ exemplo, Tantalus,* &c. ut benè interpretatur Elias. De Tantali, Tityi & Ixionis cruciatibus, vide Ovid. Metamorph. IV. 5.

(n) Καίτοι γε &c. Tres Regg. Colb. k. Or. 1. καὶτὸ γ' ἓν τὸν ἐμὸν ὅρον κἀ λόγον· ὁ δίψει &c.

(o) Δειμαίνων πέτρον. Verba ſunt Euripidis in Oreſte.

(p) Ῥοιζουμένῳ. Colb. k. ῥοιζομένῳ.

verùm, quibus tum & quantis pœnis afficiatur, videbimus, quámque his gravioribus & acerbioribus, ſiquidem ſcelerum magnitudini ultiones & ſupplicia reſpondent.

Per Apoſtrophen Julianum alloquitur Gregorius.

XXXIX. Hoc tibi pro pede ſit hoſpitale munus, vir optime, & ſagaciſſime, ut te tuis verbis alloquar. Hæc nos, qui per magnam & admirandam legem tuam à ſermonibus atque litteris excluſi fuimus. Vidéſne jam quòd non futurum erat ut perpetuò taceremus, nec per decreta tua ſermonibus ac litteris mulctaremur, ſed liberam tandem vocem mitteremus, quæ ſtoliditatem tuam refutaret? Ut enim nec cataractæ Nili ab Æthiopia in Ægyptum cadentes, ullâ arte inhiberi poſſunt, nec Solis radius, tametſi nube aliquantiſper obducatur; ſic nec Chriſtianorum lingua præpediri, ne res veſtras inſectetur atque traducat. Hæc tibi Baſilius & Gregorius, conatûs tui adverſarii artíſque æmuli, quemadmodum & ipſe arbitrabaris, & aliis perſuadebas, per ea quæ minabaris, nos ornans, acriúſque ad pietatem acuens, quos cùm & vitâ, & ſermone, & mutuâ concordiâ claros & celebres jam indè à Græcia eſſe noſſes, Cyclopico honore afficiebas, poſtremóſque ad perſecutionem reſervabas, ac fortaſsè tanquam triumphale quoddam ingens & magnificum munus Dæmonibus excogitabas, ſi te à Perſide redeuntem excepiſſent, aut etiam ad Barathrum tuum unà abripere ſperabas, improbè hoc tibi opinione fingens.

Graves in Baſilium & Gregorium minas jactaverat Julianus.

Baſilius & Gregorius per fidem, ut Martyres, ad omnia parati.

XL. Neque enim adoleſcentibus illis ignaviores ſumus, qui in flammis rore perfuſi ſunt, & belluas per fidem vicerunt, & cum forti matre, & fortiori Sacerdote alacri animo periculis ſeſe objecerunt; illúdque planum ac perſpicuum fecerunt, fidem unam ex omnibus rebus eſſe, quæ nullâ vi expugnari queat: aut his, te imperante, juveni-

πλάσμασιν· ἀλλ' ὀψόμεθα τίσι & οἵοις τηνικαῦτα κολαζόμενος, καὶ ὡς πολὺ τούτων χαλεπωτέροις, εἴπερ πρὸς μέτρον [a] τῶν ἁμαρτανόμενων αἱ τίσεις καὶ ἀντιδόσεις. a

λθ. Τοῦτό τοι [b] ἀντὶ ποδὸς ξεινήϊον, ὦ λῷστε καὶ συνετώταλε, ἵνα σε προσείπω τοῖς σοῖς· ταῦτα οἱ τῶν λόγων ἀποκλεισθέντες ἡμεῖς, κατὰ τὴν μεγάλην καὶ θαυμασὴν σὺ νομοθεσίαν. ὁρᾷς ὡς οὐκ εἰς τέλος ἐμέλλομεν σιωπήσεσθαι, [c] οὐδὲ ἀλογίαν καταμεμψήσεσθαι τοῖς σοῖς δόγμασιν, ἀλλὰ [d] ῥῆξιν φωνὴν [e] ἐλευθέραν, καὶ τῆς σῆς ἐλεγκτικὴν ἀλογίας; οὔτε τοὺς [f] Νειλώους καταράκτας ἐπισχεῖν μηχανή τις, τοὺς ἀπ' Αἰθιοπίας ὑπὲρ [g] Αἰγύπτου πίπτοντας, ὅτε Ἡλιακὴν ἀκτῖνα, κἂν πρὸς ὀλίγον νέφει καλύπτηται· οὔτε Χριστιανῶν γλῶτταν πεδῆσαι, τὰ ὑμέτερα σπιλεύουσαν. ταῦτά σοι Βασίλειος καὶ Γρηγόριος, οἱ τῆς σῆς ἐγχειρήσεως ἀντίθεοι καὶ ἀντίτεχνοι, ὡς αὐτός τε ᾠου, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπειθες, ἀποσεμνύνων ἡμᾶς οἷς ἠπείλεις, καὶ θήγων πλέον πρὸς τὴν εὐσέβειαν, οὓς καὶ βίῳ, καὶ λόγῳ, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ὁμονοίᾳ πρώην ἐφάνεις, καὶ γνωρίμους ἔτ' ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰδὼς, [h] τὴν Κυκλώπειον ἐτίμας τιμὴν, καὶ τελευταίους ἐταμιεύου τῷ [i] διωγμῷ, καὶ δῶρον ἐπινίκιον ἴσως [k] ἐπενόεις τοῖς δαίμοσι μέγα τι καὶ μεγαλοπρεπὲς, εἴ σε ἀπὸ τῆς Περσίδος [l] ὑποδεξώμεθα ἐπανήκοντα, ἢ καὶ συναρπάσειν πρὸς τὸ σὸν βάραθρον ἤλπισας, κακῶς οἰόμενος. b c d e f g h i k l

μ. Οὐ γὰρ ἀγεννέστεροι τῶν νεανίσκων ἐκείνων ἡμεῖς, τῶν ἐν πυρὶ δροσισθέντων, καὶ θῆρας νικησάντων ἐκ πίστεως, καὶ μητρὶ γενναίᾳ, καὶ ἱερεῖ γενναιοτέρῳ προθύμως [m] συγκινδυνευσάντων, καὶ δειξάντων ὅτι μόνον τῶν ἁπάντων πίστις [n] ἀνάλωτον· ἢ τούτων δὴ τῶν ἐπὶ σοῦ [o] νεανίσκων, ὧν ὁ μὲν τὴν μητέρα τῶν σῶν m n o

(a) Τῶν ἁμαρτανομένων αἱ τίσεις καὶ ἀντιδόσεις. Ita magno conſenſu codices. Ed. Par. τῶν ἁμαρτανόντων. Paſſ. αἰτήσεις. Reg. h. ἀνταποδόσεις.

(b) Αντὶ ποδὸς ξεινήϊον. *Hoc tibi pro pede ſit hoſpitale munus*, id eſt, ut interpretatur Elias: *hic tibi à nobis ſermo, atque hæ pœnæ, pro ea, quâ in Chriſtianos uſus es, crudelitate ac ſævitia, te excipient.* Quod autem addit Gregorius: *ut te tuis verbis alloquar*, idcircò dixit, quòd hæc verba ex Homero Odyſſ. xxii. Vers. 290. ſint deſumpta. Unus enim è Procis Penelopes, Cteſippus nomine, Uliſſem paupertatem ſimulantem bovis pede percuſſerat; cùm verò Proci cæderentur, Ulyſſis bubulcus hunc Cteſippum haſtæ ictu interemit, his eum verbis compellans:

Τῆτό τοι ἀντὶ ποδὸς ξεινήϊον, ὅν ποτ' ἔδωκας
Ἀντιβίῳ Ὀδυσῆϊ δόμον κατ' ἀλητεύοντι.

Hoc tibi pro pede hoſpitale munus, quem nuper dediſti
Divino Ulyſſi domi ſuæ mendicanti.

X. Providendum quidem primùm nobis erat, fratres, ne divideremur, ac vetus illud nostrum decus & ornamentum deleretur; ob quod gregem hunc, cæteróqui parvum, vixque dignum, qui inter celebres greges numeretur, cum maximis & amplissimis adæquabam; imò etiam quibusdam in Spiritûs virtute præferebam. Sic namque se res habebat, ut cum alii alio quodam ornamento, vel majori, vel B minori præditi sint, nostri ovilis hoc maximè proprium esset, quòd separari ac dividi non posset, atque ab omni dissidio abhorreret: ita ut persæpè Arca Noë vocati simus, ut quæ sola orbis universi diluvium effugisset, ac pietatis semina in nobis conservasset. Quoniam autem homines esse comperti sumus, nec pravi illius invidiam omnino effugimus, nec morbo eo, qui omnia occupabat, superiores extitimus; verùm publicæ calamitatis partem ipsi quoque accepimus, nec præclaram & C paternam hæreditatem, hoc est, concordiæ bonum, ad extremum usque retinuimus, non parùm tamen hîc quoque alios superavimus, (si quid etiam adversus inimicitiam nostram gloriari oportet, Christo fretos), quòd in hanc fraudem ultimi prolapsi, primi erecti sumus. Nam quòd in morbum inciderimus, communis naturæ est & humanæ infirmitatis, quæ omnes, etiam animo & corpore valentissimos, attigit: quòd autem morbum depulerimus, atque ad concordiam inter nos redierimus, id rationis munus est, gratiæque divinæ, quæ pulchrè & æquè, ac meliùs quàm optabamus, aut alii futurum sperabant, causam nostram disceptavit.

Pax, vetus ac proprium Nazianzenæ Ecclesiæ decus & ornamentum.

Nazianzeni, ob concordiæ bonum, Arca Noë vocati.

Humanâ infirmitate, à pace ultimi defecerunt.

XI. Nam & nos data præcisæ parti capita, velut pro pietate, atque ad rectæ doctrinæ laborantis subsidium designata, cum gaudio suscepimus, nec ut hostes defugimus, verùm ut fratres, qui fraternè quidem, non verò malitiosè pro paterna hæ- E reditate paululùm contendissent, amplexi sumus: atque ut illorum dissensionem haudquaquam laudavimus, ita rursum eorum zelum comprobavimus; melior enim est contentio pietatis causâ suscepta, quàm vitiosa concordia. Ac proindè subductio-

Monachos; ad Sacerdotii munus in schismate evectos, benignè suscipit Gregorius.

(a) Προειλήφατε. Gabr. προειλήφαμεν. Billius: *maxima jam ex parte vos opera ipsa monuerunt.*
(b) Μικράν &c. Reg. a. μικρὰν ἡμῶν ὖσαν.
(c) Αξίαν &c. Duo Or. ἐν ποιμνίοις ἀξίαν.
(d) Δ' ὧν καὶ προετίθουν. Regg. bm. hu. Or. 1. δὲ ὧν. Coisl. 1. προετίθην.
(e) Εἶχεν. Coisl. 1. εἶχον.
(f) Ιδιώτατον ἦν. Deest in pluribus codicibus.
(g) Δέ. Deest in Regg. bm. hu.
(h) Πολλάκις. Reg. a. & Or. 1. addunt, ἡμᾶς, quod secutus est Billius.
(i) Εν αὐτῇ. Reg. hu. Or. 1. ἐν ἑαυτῇ, *in seipsa.*
(k) Επειδὴ δέ. Reg. hu. Or. 1. ἐπεὶ δέ.
(l) Ανθρωπίνης, ἥ. Sic Regg. a. bm. & Or. 1. Editi verò, ἀνθρωπίνης, ἅ.
(m) Καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπανελθεῖν. Hæc non vertit Bill.
(n) Η καλῶς ἡμῖν &c. Sic Regg. a. bm. Or. In Edit. ἣ καλῶς καὶ δικαίως ἡμῖν.
(o) Ομονοίας, ἡ ὑπέρ. Sic Regg. hu. & Or. 1. In Editis, ὁμονοίας, ἣ ὑπέρ.

nem acceſſionem noſtram fecimus, conſilium adverſum nos initum charitate diſſimulantes, atque ordinem eatenus immutantes, ut non electionem gratia, ſed gratiam electio ſequeretur, eámque ad rem alienis manibus uteremur, paululùm quiddam à Spiritu præventi. Et vos, rurſum, abjectâ ſiniſtrâ eâ ſuſpicione, quam ſcriptum illud afferre potuit, ad ſpiritum accurriſtis; atque ut ſimplicitatem noſtram ob eum ſenſum, quem verba præ ſe ferebant, minimè probaſtis, ita impietatem nobis nunquam objeciſtis; verùm perſpectum habuiſtis, Trinitatem apud nos firmam & immotam, non minùs quàm in ſua natura manere, ac nobis idem planè eſſe, Trium horum aliquid præcidere, aut abalienare, quòd totum ſubmovere, ac de medio tollere, nudóque capite adverſus divinitatem graſſari. Atque hæc, vigente etiam ipſo diſſidio mutuò de nobis, quandoque & apud quoſdam homines, prædicabamus, quod ſcilicet maximum etiam veritatis argumentum erat, quippè cùm ipſa ne à tempore quidem vinceretur, nec inimicitia, charitatis ejus, quæ in nobis erat, igniculum prorſus extingueret: propterea quòd nobis, etiam diſſidentibus, id, quod maximum erat, nimirum eadem de fide ſententia ſuberat; illiúſque nobis conſcii eramus, nos in veritatis negotio minimè inter nos diſſentire, ac contrario modo affici, verùm eodem fidei & primæ noſtræ ſpei charactere formatos & conſignatos eſſe.

Vigente diſſidio, ardebant etiam inter diſſidentes veræ caritatis igniculi.

XII. Nihil enim eos, qui ſincero animi affectu Deum colunt, æquè inter ſe conciliat, atque conſentiens de Deo doctrina; quemadmodum contrà nihil ad diſſidium ita promptum ac paratum eſt, ut diverſa in hac re animorum ſententia. Hîc enim, etiam qui aliis in rebus æquiſſimus & facillimus eſt, ferventiſſimus exiſtit; ac manſuetus verè pugnax efficitur, cùm ſe per lenitatem Dei jacturam facere, imò, ut rectiùs loquar, per prolapſionem ſuam, Deum, qui nos, & pro divitiis habet, & divites reddit, damno afficere conſpicit. Sic igitur, ut à me dictum eſt, nos in ipſa quoque contentione moderatiùs noſipſos geſſimus; adeo ut concordia ipſa diſjunc-

Nihil ad concordiam validius, quàm conſentiens de Deo doctrina.

διὰ τοῦτο [a] προσθήκην ἑαυτῶν τὴν ὑφαίρεσιν πεποιήμεθα, κλέψαντες ἀγάπῃ τὴν καθ' ἡμῶν [b] ἐπίνοιαν, καὶ τοσοῦτον τῆς τάξεως ἐναλλάξαντες, ὅσον μὴ τῇ ψήφῳ τὴν χάριν ἀκολουθῆσαι, τὴν δὲ ψῆφον τῇ χάριτι, καὶ χερσὶν ἀλλοτρίαις εἰς ταύτην προσχρήσασθαι, μικρόν τι προληφθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος· ὑμεῖς τε τὴν [c] κατὰ τοῦ γράμματος ἀφέντες ὑπόνοιαν, τῷ πνεύματι προσεδράμετε· τῆς μὲν ἁπλότητος οὐκ ἐπαινέσαντες ἐπὶ τῷ φαινομένῳ τῶν ῥημάτων, ἀσέβειαν δὲ οὐκ [d] ἐννοήσαντες· ἀλλ' εἰδότες, ὅτι ἄφθονος παρ' ἡμῖν ἡ Τριὰς καὶ ἀσάλευτος, οὐδέν γε [e] ἧττον ἢ ἐν αὐτῇ τῇ φύσει, ℭ τὸ προεικόφαι τι τῶν Τριῶν ἢ ἀποξενῶσαι, ἶσον ἡμῖν καὶ τὸ πᾶν ἀνελεῖν, καὶ κατὰ πάσης χωρῆσαι [f] γυμνῇ τε κεφαλῇ τῆς θεότητος· καὶ ταῦτα παρ' αὐτὴν ἀλλήλων [g] ὑπεραπολογούμεθα τὴν διάφασιν; ἔξιν ὅτε καὶ παρ' οἷς ἀνθρώπων, [h] ὅπερ δὴ καὶ μέγιστος τῆς ἀληθείας ἔλεγχος, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ καιροῦ νικωμένης, οὐδὲ τῆς ἔχθρας παντελῶς τὸν σπινθῆρα τῆς ἐν ἡμῖν ἀγάπης καταλυούσης· ὅτι τὸ μέγιστον ὑπῆν ἡμῖν καὶ σασιάζουσιν ἡ ὁμοδοξία, καὶ τὸ συνειδέναι μὴ ἑτεροζυγοῦσι [i] περὶ τὴν ἀλήθειαν, [k] μηδ' ἐναντίως διακειμένοις, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ χαρακτῆρι μεμορφωμένοις τῆς πίστεως, καὶ τῆς σφοτης ἡμῶν ἐλπίδος.

ιβ. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἰσχυρὸν εἰς ὁμόνοιαν [l] τοῖς γνησίοις τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ὡς ἡ περὶ Θεοῦ συμφωνία· καὶ οὐδὲν οὕτως ἕτοιμον εἰς διάφασιν, ὡς ἡ περὶ [m] τοῦτο διαφωνία· καὶ γὰρ ὁ [n] τὰ ἄλλα ἐπιεικέστατος, περὶ τοῦτο θερμότατος, καὶ [o] ὁ πραΰς ὄντως γίνεται μαχητὴς, ὅταν [p] ἴδῃ μακροθυμίᾳ Θεὸν ζημιούμενος, μᾶλλον ἢ Θεὸν ζημιῶν τῷ ἑαυτοῦ πλώματι, τὸν ἡμᾶς πλουτοῦντά τε καὶ πλουτίζοντα. ἔστω μὲν οὖν, ὅπερ εἶπον, ἡμεῖς ℭ τὴν διάφασιν μετριώτεροι, ὡς περιφανεστέραν γενέσθαι καὶ τὴν ὁμόνοιαν τῆς διαζεύξεως, καὶ μικρὸν τὸ μέσον κλαπῆναι τοῖς ἀμφοτέρωθεν

(a) Προσθήκην ἑαυτῶν &c. *Acceſſionem ſuam fecit* Gregorius ſenior, cùm diſſidentes Monachos, & eos ex ipſis, qui, præter ipſius voluntatem, & contra Eccleſiaſtici canonis præſcriptum, alterius Epiſcopi ſuffragio Sacerdotes ordinati fuerant, benignè lubenterque poſt reditum in concordiam recepit, atque etiam in Sacerdotes agnovit. Quamobrem *non electionem gratia, ſed gratiam electio ſecuta eſt;* quia nimirum, non proprii Epiſcopi ſuffragio delecti fuerant, licèt poſteà, redditâ pace per indulgentiam probati.

(b) Ἐπινοίαν. *Siniſtram ſuſpicionem.*

(c) Κατὰ τοῦ γράμματος. Intelligit ſcriptum cui Gregorius ſenior ſubſcripſerat; verùm ſubtiliori ſenſu, alludit ad hæc verba: *Littera occidit* &c. *II. Cor.* III. 6. adeoque vertendum; *vos verò, miſsâ litterâ, quæ pravam ſuſpicionem injecit, ad ſpiritum confugiſtis;* id eſt, *ad latentem ſub littera pietatem.*

(d) Ἐννοήσαντες. *Cogitaſtis.* Coisl. 1. ἐγκαλέσαντες. Reg. hu. ad marg. γρ. καὶ ἐγκαλέσαντες.

(e) Ἧττον ἤ. Sic Regg. a. bm. hu. Or. In Editis, ἢ.

(f) Γυμνῇ τε. Reg. hu. tres Colb. Or. γυμνῇ τῇ.

(g) Ὑπεραπολογούμεθα. Or. ὑπεραπελογέμεθα.

(h) Ὅπερ. Or. ἄσπερ. Herv. ὅσπερ. *Quod maximum jam tum argumentum erat, nec à temporc quidem victam eſſe veritatem, nec ab inimicitia extinctos penitùs eſſe illius, quæ in nobis erat, caritatis igniculos.*

(i) Περὶ. Reg. hu. Or. Oxon. πρός.

(k) Μηδ'. Regg. a. hu. Or. μηδέ.

(l) Τοῖς γνησίοις. Coisl. 1. γνησίως.

(m) Τοῦτο. Colb. τότε.

(n) Τὰ ἄλλα. Reg. h. & Mont. τ' ἄλλα.

(o) Ὁ πραΰς &c. Alludit ad hæc Joël. III. 14. ὁ πραΰς ἔσω μαχητής. *Qui manſuetus eſt, ſit pugnator.*

(p) Ἰδῃ μακροθυμίᾳ θεὸν ζημιούμενος. Regg. a. hu. Or. ἴδῃ θεὸν ζημιούμενος τῇ μακροθυμίᾳ.

δεξιοῖς· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐξαρκεῖ τὸ τάχος τῆς εἰρήνης πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, [a] εἰ μή τις καὶ λόγος ὁ ταύτην κρατῶν φανείη, ☪ Θεὸς ἔλθοι τῷ λόγῳ σύμμαχος, παρ' οὗ καλὸν ἅπαν καὶ δέχεται, καὶ εἰς τέλος ἔρχεται, φέρε καὶ δι' εὐχῶν, ἢ διὰ λογισμῶν βεβαιωσώμεθα ταύτην εἰς δύναμιν· ἐκεῖνο πρῶτον ἐνθυμηθέντες, ὅτι κάλλιστον μὲν τῶν ὄντων καὶ ὑψηλότατον Θεὸς, εἰ μὴ τῷ φίλον, καὶ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν ἄγειν αὐτὸν, ἢ ὅλον ἐν αὐτῷ τιθέναι τὸ εἶναι, παρ' οὗ καὶ τοῖς ἄλλοις· δεύτερον δὲ ὅσα ἀπὸ Θεοῦ πρῶτα καὶ πρὸς Θεὸν, τὰς ἀγγελικὰς λέγω δυνάμεις καὶ οὐρανίους, αἳ πρῶται σπῶσαι τοῦ πρώτου φωτὸς, καὶ τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ τρανούμεναι, φῶς εἰσὶ καὶ αὐταὶ τελείου [b] φωτὸς ἀπαυγάσματα· τούτων [b] δὲ οὐδὲν οὕτως ἴδιον, ὡς τὸ ἄμαχόν τε καὶ ἀσασίαστον. [c] οὔτε γὰρ ἐν θεότητι ϛάσις, [c] ὅτι μηδὲ λύσις· λύσις γὰρ ϛάσεως ἔκγονον· ἀλλὰ τοσοῦτον τὸ τῆς ὁμονοίας καὶ πρὸς ἑαυτὴν, καὶ πρὸς τὰ δεύτερα, ὥϛε καὶ προσηγορίαν τῷ Θεῷ γενέσθαι μετὰ τῶν ἄλλων, ἢ πρὸ τῶν ἄλλων, οἷς χαίρει καλούμενος, τοῦτο τὸ πλεονέκτημα. εἰρήνη γὰρ καὶ ἀγάπη, ἢ τὰ τοιαῦτα ὀνομάζεται, ἡμῖν [d] παρέχων διὰ τῶν ὀνομάτων, [d] ὡς Θεοῦ τούτων μεταποιεῖσθαι τῶν ἀρετῶν.

tione clarior fuerit, ac per ea, quæ utrinque læta & commoda extiterunt, id, quod in medio contigit, penè ſurreptum & obſcuratum. At quoniam pacis celeritas ad firmitatem haud ſufficit, niſi Oratio etiam aliqua, quæ hanc teneat, exiſtat, ac Deus, à quo bonum omne initium ducit, atque ad finem perducitur, orationi opitulator accedat, age, & votis, & rationibus, eam pro virili noſtra confirmemus: illud primum cum animis noſtris reputantes Deum, omnium, quæ ſunt, pulcherrimum & ſublimiſſimum eſſe, niſi quis tamen eum malit ſupra omnem eſſentiam ponere, aut in ipſo, quidquid id eſt, collocare, utpotè à quo alia quoque, ut ſint, acceperint; deinde autem quæcunque ex Deo prima, & circa Deum, hoc eſt Angelicas & cœleſtes virtutes, quæ primæ primum lumen haurientes, ac veritatis verbo illuſtratæ, lumen quoque ipſæ ſunt, ac perfecti illius luminis radii. His porrò nihil tam proprium eſt, quàm pugnas & diſſidia neſcire. Nam nec in deitate diſſidium eſt, quemadmodum nec ſolutio: diſſidii quippe filia eſt ſolutio; verùm adeo & ſecum ipſa, & cum inferioribus rebus concors & pacata eſt, ut præter alia, immò ante alia nomina, quibus Deus appellari gaudet, hâc quoque prærogativâ nuncupetur. *Pax* enim & *Charitas*, atque id genus nominibus appellatur, quò videlicet per ipſa quoque vocabula nos admoneat, ut haſce virtutes, quæ propriè Dei ſunt, comparare ſtudeamus.

Deus, à quo omne bonum procedit, votis precandus eſt, ut compoſitam pacem confirmet.

Deus & Angelicæ virtutes diſſidia neſciunt.

Eph. II. 14. *I. Joan.* IV. 8. & 16.

ιγ. Ἀγγέλων δὲ ὁ μὲν ϛασιάσαι τολμήσας, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν δόξῃναι κατέναντι Κυρίου παντοκράτορος τραχηλιάσας, ☪ τὴν ὑπὲρ τὰ [e] νέφη καθέδραν ἐπινοῶν, ὡς ὁ [e] τοῦ Προφήτου [f] λόγος, δίκην ἔδωκε τῆς ὑπονοίας ἀξίαν, [f] σκότος ἀντὶ φωτὸς εἶναι κατακριθεὶς, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, ὑφ' ἑαυτοῦ γενόμενος· οἱ δὲ λοιποὶ μένουσιν ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν ἀξίας, ἧς πρῶτον τὸ εἰρηναῖον καὶ ἀσασίαστον, τὸ ἓν εἶναι λαβόντες διὰ τῆς ἐπαινετῆς ☪ ἁγίας Τριάδος, παρ' ἧς καὶ τὴν ἔλλαμψιν. ἐπεὶ κἀκείνη εἷς Θεός ἐϛί τε καὶ εἶναι πιϛεύεται, οὐχ ἧττον διὰ [g] τὴν ὁμόνοιαν, ἢ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα· ὥϛε Θεοῦ μὲν, καὶ τῶν θείων ἐγγὺς, ὅσοι τὸ τῆς εἰρήνης ἀγαθὸν ἀσπαζόμενοι φαίνονται, καὶ τῷ ἐναντίῳ τῇ ϛάσει ἀπεχθανόμενοί τε καὶ [h] δυσχεραίνοντες· [h] τῆς δ' ἀντικειμένης μερίδος ὅσοι πολεμικοὶ τὸν τρόπον, καὶ τὸ εὐδόκιμον τῷ καινῷ θηρώμενοι, καὶ τῇ ἑαυτῶν αἰσχύνῃ

XIII. Ex Angelis autem, is, qui ſeditionem concitare, ac ſupra dignitatem ſuam ſeſe efferre, cervicémque adverſus Dominum omnipotentem attollere, atque, ut Scriptura teſtatur, ſupra nubes ſedem ſibiipſi excogitare auſus eſt, dignas arrogantiâ ſuâ pœnas dedit, lucis loco tenebris mulctatus, aut, ut veriùs loquar, à ſeipſo caligo effectus. Reliqui verò in ſua dignitate perſtant, cujus primum illud eſt, quòd pacati ſunt ac diſſidii expertes, quippè qui à ſancta & laudanda Trinitate hoc acceperint, ut unum ſint, quemadmodum & ab eadem illuminationem acceperunt. Nam & illa Deus unus eſt, & eſſe creditur, non minùs propter concordiam, quàm propter eandem eſſentiam. Itaque omnes ii, qui pacis bonum amplectuntur, eíque contrariam diſcordiam & ſeditionem infensè oderunt, ad Deum & divinas mentes accedunt: qui verò bellicoſis ſunt moribus, & famam novitate captant, atque ignominiâ

Angelorum diſſidentium princeps tenebris mulctatus. *Iſai.* XIV. 14.

Qui pacis bonum amplectuntur, ii ad Deum divinaſque mentes propiùs accedunt.

(a) Εἰ μή τις καὶ λόγος ὁ ταύτην κρατῶν φανείη. *Niſi aliqua, quæ ipſam confirmet, ratio appareat.*
(b) Δὲ οὐδέν. Sic Reg. bm. & Or. Par. ed. δ' οὐδέν.
(c) Ὅτι μηδὲ λύσις. *Quandoquidem nec diſſolutio.*
(d) Ὡς Θεοῦ τούτων. Billius: *ut has virtutes tanquam Deum conſequi ſtudeamus.* Leuvenkl. refert ad nomina: *quibus vocabulis, uti quæ Dei ſint, nos admonet, ut virtutes haſce comparemus.*
(e) Τῆ Προφήτου. Deeſt in Regg. a. bm. hu. tribus Colb. Oxon. & Or.
(f) Σκότος ἀντὶ φωτὸς εἶναι κατακριθεὶς. *Ut lucis loco caligo ſit, damnatus.*
(g) Ταυτότητα. *Identitatem ſubſtantiæ.*
(h) Τῆς δ'. Reg. bm. τῆς δέ.

ſuâ gloriantur, adverſam partem amplexantur. Nam ille quoque & ſecum ipſe pugnat, & hoc ipſum in aliis, tum multiplici ſpecie, tum vitioſis perturbationibus, (utpotè ab initio & homicida, & boni inimicus,) operatur, ut commune Eccleſiæ corpus in occulto ſagittet, ſub ſeditionis caligine ſeſe occultans; quemadmodum, ni fallor, ad unumquemque noſtrûm captioſè ut plurimùm ac ſubdolè accedit, ac velut locum ſibiipſi furtim aperiens, ut totus, non ſecùs ac ſtrenuus quiſpiam & fortis bellator in exercitum, per disjectam muri partem aut hoſtilem aciem, irrumpat.

Animæ; ideò ad imaginem Dei creatæ, ut Deum imitentur, & ad concordiæ ſtudium excitentur.

XIV. Atque hoc unum eſt, & quidem tale, ut nos ad benevolentiæ concordiæque ſtudium neceſſariò adducere debeat, nimirum Dei ac ſuperorum imitatio: in quæ ſola animæ ad Dei imaginem creatæ, intueri tutum eſt, ut per propenſionem ad ea, quantùm ipſi aſſequi datur, atque eorum imitationem, nobilitatem ipſa ſuam ſartam tectámque tueatur. Alterum eſt, ut divinæ voci obtemperantes, *in cœlum ſurſum, & in terram deorſum aſpiciamus*, atque conditarum rerum leges animadvertamus: quemadmodum videlicet cœlum, & terra, & mare, ac denique univerſus hic mundus, magnum, inquam, hoc & celebre Dei elementum, quo etiam Deus declaratur, tacitáque voce prædicatur, quandiu, ſecum pacatus & tranquillus eſt, ſéque naturæ ſuæ finibus continet, nec quidquam adverſus alterum inſurgit, atque ex iis benevolentiæ vinculis, quibus ab artifice Verbo rerum univerſitas conſtricta eſt, excedit, mundus verè eſt, ut appellatur, & incomparabilis pulchritudo, nec aliquid unquam opus, quod quidem materiâ conſtet, illuſtrius aut magnificentius excogitari poteſt. At ſimul atque pacatus & quietus eſſe deſiit, mundus quoque eſſe deſinit. Quid enim? Cùm cœlum rato ordine, aëri lucem, terræ pluvias impertit, nonne tibi benevolentiæ legibus teneri videtur? Nonne terra & aër, cùm, illa quidem cibos, iſte autem reſpirandi facultatem cunctis animantibus largiuntur, atque per hæc vitam conſervant, videntur parentum erga filios amorem imitari?

Prov. xxv. 3.

Mundi machina, diverſarum partium concordiâ mirabilis.

Anni tem-

XV. Nonne manifeſtum eſt, anni partes,

καλλωπιζόμενοι· [a] ἐπεὶ κἀκεῖνος αὐτός τε a
ϛασιάζει πρὸς ἑαυτὸν, καὶ πῷ πολυειδεῖ, καὶ
τοῖς πάθεσι, κἀν τοῖς ἄλλοις, [b] ταυτὸ τοῦτο b
ἐνεργεῖ, ὡς ἀνθρωποκτόνος ἀπ' ἀρχῆς καὶ
μισόκαλος, [c] ἵν' ἐν σκοτομήνῃ κατατοξεύῃ τὸ c
κοινὸν σῶμα τῆς Ἐκκλησίας, τῷ ζόφῳ τῆς
ϛάσεως ἑαυτὸν ἐγκρύπτων, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τοῖς
καθ' ἕκαϛον πρόσεισι ϛοφιϛικῶς τὰ πολλὰ καὶ
πανούργως, καὶ οἷον χώραν ἐν ἡμῖν ὑπανοίγων
ἑαυτῷ διὰ τῆς τέχνης, ἵν' [d] ὅλως εἰσπέϛῃ καθά- d
περ [e] ἀρισεὺς ϛρατῷ κατὰ τὸ παραῤῥηγνύμενον e
τοῦ τειχίου ἢ τῆς ϖδατάξεως.

ιδ. Ἐν μὲν δὴ τοῦτο, καὶ τοσοῦτον [f] εἰς f
εὐνοίας τε καὶ συμφωνίας ἀνάγκην, ἡ Θεοῦ
καὶ [g] τῶν θείων μίμησις· πρὸς ἃ βλέπειν ἀϲ- g
φαλὲς μόνα τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενομένην
ψυχὴν, ἵν' ὡς μάλιϲα τὸ εὐγενὲς αὐτῇ διαϲώ-
ζηται διὰ τῆς πρὸς αὐτὰ νεύϲεως, καὶ ὡς
ἐφικτὸν [h] ὁμοιώϲεως. δεύτερον [i] δὲ ἀναβλέψω- h i
μεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ εἰς τὴν γῆν κάτω,
θείας φωνῆς [k] ἀκούϲαντες, καὶ καταμάθωμεν k
νόμους κτίϲεως· ὅτι οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ θάλαϲϲα,
καὶ ὁ σύμπας οὗτος κόϲμος, τὸ μέγα τοῦ
Θεοῦ ϛοιχεῖον καὶ ϖεριβόητον, ᾧ καὶ δηλοῦται
Θεὸς σιωπῇ κηρυττόμενος, ἕως μὲν [l] εὐϲαθεῖ l
καὶ εἰρηνεύει πρὸς ἑαυτὸν, ἐν τοῖς ἰδίοις ὅροις
μένων τῆς φύϲεως, καὶ οὐδὲν τοῦ ἑτέρου
κατεξανίϲαται, οὐδὲ πρὸς τῆς εὐνοίας [m] ἐκβαίνει m
δεσμῶν, οἷς ὁ τεχνίτης λόγος τὸ πᾶν συνέδησε,
κόϲμος τέ ἐϲιν, ὅπερ λέγεται, καὶ κάλλος
ἀπρόϲιτον, καὶ οὐδὲν μή ποτε τύτε τις [n] ἐπι- n
νοήϲειε [o] λαμπρότερον ἢ μεγαλοπρεπέϲτερον· o
ὁμοῦ δὲ τοῦ εἰρηνεύειν πέπαυται, καὶ τὸ εἶναι
κόϲμος· ἢ γὰρ οὐ δοκεῖ ϲοι οὐρανὸς μὲν εὐτάκ-
τως ἀέρι καὶ γῇ κοινωνῶν, πῷ μὲν φωτὸς,
τῇ δὲ ὑετῶν, εὐνοίας κρατεῖϑαι νόμῳ; γῆ
δὲ καὶ ἀὴρ, ἡ μὲν τροφὰς, ὁ δὲ τὸ ἀναπνεῖν
χαριζόμενοι ζώοις ἅπαϲι, καὶ [p] διὰ τοῦτο p
τὸ ζῆν συνέχοντες, γονέων ἀπομιμεῖϑαι φι-
λοϲοργίαν;

ιε. Ὧραι δὲ ἡμέρως κιρνάμεναι, καὶ κατὰ

(a) Επεί &c. Billius: *Nam ille quoque, tum multiplici ſpecie, tum vitioſis permotionibus, & ſecum ipſe pugnat, &, ut ab initio homicida, bonique odio percitus, hoc ipſum in aliis operatur.* In hac verſione, inverſo verborum ordine, invertitur etiam ſenſus.

(b) Ταυτό. Sic quidam Codd. & Ed. Alii, ταυτόν.

(c) Ιν'. Regg. bm. hu. ἵνα.

(d) Ολως. Or. ὅλος. Sic legit Billius.

(e) Αρισεὺς ϛρατῷ. Ita Reg. hu. qui omiſſo κατά, ſic proſequitur, τῷ παραῤῥηγνυμένῳ, *ut fortis bellator in exercitum, per disjectam muri partem, irrumpat.* Billius legit: ἀρισεὺς ϛρατός, *ſtrenuus exercitus.* Quæ lectio nobis non placet. Neque enim Gregorius Diabolum cum *exercitu*, ſed cum *forti bellatore* confert.

(f) Εἰς εὐνοίας. Sic Regg. a. bm. hu. Or. Deeſt εἰς in Par. ed.

(g) Τῶν θείων. *Rerum divinarum.*

(h) Ομοιώσεως. *Similitudinem.*

(i) Δέ. Deeſt in Reg. bm. & Or.

(k) Ακούσαντες. Coisl. 1. ἀκούοντες. Or. ἀκούσοντες.

(l) Εὐϲαθεῖ &c. Coisl. 1. εὐϲαθῇ καὶ εἰρηνεύῃ.

(m) Εκβαίνει. Reg. bm. ἐκβαίνῃ.

(n) Επινοήσειε. Reg. hu. ἐπινοήσῃ.

(o) Λαμπρότερον. Addit Coisl. 1. ὕλης ἔργον. Sic legit Billius. Favent Scholiaſtæ aliique nonnulli codices.

(p) Διὰ τῦτο. Regg. bm, hu. Or. τύτων.

μικρὸν

a μικρὸν ἀλλήλαις ὑπεξιοῦσαι, καὶ τὸ [a]τῶν ἄκρων αὐσηρὸν τῇ μεσότητι τιθασεύουσαι, πρός τε ἡδονὴν ἅμα καὶ χρείαν ἐπιτηδείως εἰ-
b ρήνῃ βραβεύεσθαι; [b]τί δαὶ ἡμέρα καὶ νύξ, ἰσομοιρίαν πρὸς ἀλλήλας λαχοῦσαι καὶ μέτρον ἔμμετρον, καὶ ἡ μὲν εἰς ἔργον ἡμᾶς ἐγείρουσα, ἡ δὲ ἀναπάυουσα; τί δαὶ Ηλιος, καὶ Σελήνη, καὶ κάλλος ἀστέρων καὶ πλῆθος, ἐν τάξει φαινομένων τε καὶ ὑπαπιόντων; θάλασσα δὲ καὶ γῆ πρᾴως ἀλλήλαις ἐπιμιγνύμενα, καὶ δρᾳδι-
c δόντα χρησῶς, [c]καὶ ἀντιλαμβάνοντα φιλανθρώπως τὸν ἄνθρωπον τρέφει, καὶ ἀνθρώπῳ τὰ παρ' ἑαυτῶν χορηγοῦντα πλουσίως, καὶ φιλοτίμως; ποταμοὶ δὲ δι' ὀρέων καὶ πεδίων ἑλκόμενοι, καὶ οὐχ ὑπερβαίνοντες, ὅτι μὴ πρὸς τὸ χρήσιμον, ἢδὲ ἐπιστρέφοντες καλύψαι
e d τὴν γῆν; [d]στοιχείων δὲ [e]μίξεις καὶ κράσεις, καὶ μελῶν συμμετρίαι καὶ συμφωνίαι; ζώων δὲ τροφαὶ, καὶ γενέσεις, καὶ οἰκήσεις μεμερισμέναι; καὶ τὰ κρατοῦντα καὶ τὰ κρατούμενα, καὶ τὰ ὑπεζευγμένα ἡμῖν, καὶ τὰ ἐλεύθερα; ταῦτα πάντα οὕτως ἔχοντα, καὶ κατὰ τὰς πρώτας
f αἰτίας τῆς ἁρμονίας, [f]εἴτ' οὖν συρροίας τε καὶ συμπνοίας, εὐθυνόμενά τε καὶ διεξαγό-
h g μενα, [g]τί ποτ' ἐχρῆν δοκεῖν ἕτερον, ἢ [h]φιλίας τε καὶ ὁμονοίας εἶναι κηρύγματα, καὶ νομοθετεῖν
i ἀνθρώποις δι' ἑαυτῶν τὸ [i]ὁμόψυχον;

cùm placidè inter se miscentur, sensimque sibi invicem succedunt, & extremorum asperitatem mediocritate mitigant, ad hominum utilitatem simul & voluptatem, convenienter & pacificè gubernari? Quid autem de die ac nocte, quibus quasi sorte obtigit æquales inter se habere partes, & moderatam conversionem, ut ille quidem nos ad opus faciendum excitet, ista verò quiete recreet ac reficiat? Quid de Sole & Luna, siderúmque, ordine lucentium seséque subducentium, multitudine & pulchritudine? Quid de terra & mari, quæ leniter inter se juncta, benignéque sese mutuis muneribus afficientia, liberaliter hominem alunt, eíque copiosè & magnificè, quæ habent, suppeditant? Quid de amnibus, per montes & campos fluentibus, nec, nisi quatenus id expedit, redundantibus, nec se ad operiendam terram convertentibus? Quid de elementorum permixtione ac temperatione, membrorúmque proportione & concinnitate? Quid de animantium alimonia, & ortu, distinctáque habitatione? Quid quòd alia imperant, alia imperio tenentur: quædam nobis subjecta sunt, quædam libera? Quæ cùm ita se habeant, ac secundum primas concordiæ, sive confluxionis & conspirationis causas regantur & gubernentur, quid tandem aliud existimandum est, quàm quòd ea amicitiam concordiámque proclament, suóque exemplo mortalibus animorum consensum quasi latâ lege indicant?

pestates sibi invicem placidè succedentes.

Dies & Nox.

Sol & Luna.

Terra & Mare.

Amnes.

Elementa.

Animantia.

Res omnes naturales concordiâ suâ homines ad pacem erudiunt.

ιε. Οταν δὲ σασιάσῃ πρὸς ἑαυτὴν ἡ ὕλη, καὶ δυσκάθεκτος γένηται, μελετῶσα τὴν λύσιν δι' αὐτῆς σάσεως, ἢ Θεός τι προσαλεύσῃ
k τῆς [k]ἁρμονίας εἰς φόβον τῶν ἁμαρτανόντων
l καὶ κόλασιν, ἢ θαλάσσης [l]ὑπεξιούσης, ἢ
m γῆς [m]βρασομένης, ἢ ξένων ὑετῶν φερομένων, ἢ συγκαλυφθέντος ἡλίου, ἢ πλεοναζούσης ὥρας, ἢ
o n πυρὸς [n]ὑπερβλύζοντος, [o]ἀκοσμία κατὰ τοῦτο, καὶ φόβος πρὸ τοῦ πᾶν, καὶ τὸ τῆς εἰρήνης ἀγαθὸν τῇ σάσει δείκνυται· καὶ ἵνα παρ' δήμους, καὶ πόλεις, καὶ βασιλείας, ἔτι δὲ χορούς, καὶ στρατοὺς, καὶ οἴκους, καὶ νηῶν πληρώματα, καὶ συζυγίας, καὶ ἑταιρείας, ὑπὸ μὲν εἰρήνης συνεχομένας, ὑπὸ δὲ σάσεως καταλυομένας,

XVI. At cùm materia secum ipsa dissidet, nec cohiberi potest, dissolutionem scilicet per seditionem meditans; aut Deus ad metu percellendos, vel etiam puniendos peccatores aliquid hujusce concinnitatis luxaverit, nimirum vel exundante mari, vel terrâ dehiscente, vel novis & inusitatis imbribus cadentibus, vel obducto nubibus Sole, vel quâdam anni parte modum excedente, vel effundentibus se ignibus; tum verò perturbatio, & de hoc universo terror oritur, & quantum sit pacis bonum dissidio ostenditur. Atque, ut populos, & urbes, & imperia præteream, ut cœtus, exercitus, familias, naves vectoribus plenas, conjugia, sodalitia, quæ omnia, ut pace conservantur, ita dissidio

Rerum naturalium dissidio, Dei erga peccatores ira manifestatur.

Omnia pace conservantur, dissidio ac discordiâ evertuntur.

(a) Τῶν ἄκρων. Minus rectè Billius: *utriusque extremi.* Sunt enim quatuor anni partes.

(b) Τί δαί.... τί δαί. Regg. a. bm. τί δέ.

(c) Καὶ ἀντιλαμβάνοντα..... τρέφει... χορηγοῦντα. Hæc verba deerant in Editis. Leguntur tamen in Coisl. 1. cujus auctoritate depravatum hunc locum emendavimus. Combef. pro χορηγοῦντα, legit, χορηγεῖ τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ &c. *Et copiosè ac magnificè humanæ vitæ quæ penes se habent, suppeditant.* Billius, qui pleraque verba quæ restituimus, in suo libro deleverat, latinè tamen reddidit.

(d) Στοιχείων δέ. Reg. a. & Or. στοιχείων τε.

(e) Μίξεις καὶ κράσεις. Reg. bm. μίξεις καὶ κράσις.

(f) Εἴτ' οὖν. Or. εἴτ' ων. Par. εἴτων.

(g) Τί ποτ' ἐχρῆν. Reg. bm. Or. τί ποτε χρῆν.

(h) Φιλίας τε. Deest τε, in Regg. bm. hu.

(i) Ομόψυχον. Coisl. 1. ὁμότιμον.

(k) Αρμονίας. Montac. ὁμονοίας.

(l) Υπεξιούσης. Reg. a. ἐξιούσης. Reg. hu. & Or. ἐπεξιούσης.

(m) Βρασομένης. *Concussâ, succussâ, æstûs vi subsultante.*

(n) Υπερβλύζοντος. Sic Regg. bm. hu. tres Colb. & Coisl. 3. Coisl. verò 1. ὑπερβλύσαντος. Par. ed. ὑπερκλύζοντος.

(o) Ακοσμία &c. Billius: *tum verò in hac rerum perturbatione & confusione orbi universo terror injicitur, quantumque in pace boni insit, ex ipsa seditione perspicitur.*

funditùs evertuntur, ad Iſraëlitas Orationem convertam, ac poſteaquàm vobis eorum calamitates, & diſperſionem, quâ nunc ſedibus ſuis pulſi vagam & miſeram vitam perſequuntur, diutiſſiméque, ut mihi edita de illis vaticinia fidem faciunt perſequentur, expoſuero, tum demum ex vobis, qui perfectè noſtis quænam ſit harum calamitatum cauſa, ſciſcitabor, ut aliorum malis ad concordiam erudiamur.

A ἐπὶ τὸν Ισραὴλ εἶμι τῷ λόγῳ, καὶ τῶν ἐκείνου παθῶν ὑπομνήσας ὑμᾶς, καὶ τῆς διασπορᾶς, καὶ τῆς ἄλης, ἣν τε νῦν ἔχουσι, καὶ ἣν ἐπὶ [a] πλεῖστον a ἔξουσι, πείθομαι γὰρ ταῖς ἀεὶ αὐτῶν προρρήσεσιν, ἔπειτα ἐρήσομαι ἀκριβῶς εἰδότας ὑμᾶς, τί τὸ τῶν συμφορῶν τούτων αἴτιον, ἵνα παιδευθῶμεν τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς τὴν ὁμόνοιαν.

Iſraëlitæ Ægyptiacâ tyrannide oppreſſi, pacem inter ſe, & cum Deo habuerunt.

XVII. Quandiu igitur illi pacem, & inter ſe, & cum Deo habuerunt, Ægyptiacâ videlicet tyrannide, hoc eſt, ferreâ fornace oppreſſi, ac per communem afflictionem conjuncti atque collecti, (nonnunquam enim afflictio quoque ipſa commodum eſt ad ſalutem pharmacum,) *plebs ſancta* vocabantur, & *portio Domini*, ac *regale Sacerdotium*. Nec verò hoc dici poteſt, nomina quidem ampla & magnifica fuiſſe, cæterùm nominibus res ipſas haudquaquam reſpondiſſe. Nam & ducibus à Deo ductis utebantur, & per columnam ignis & nubis diu noctúque deducebantur; & fugientibus mare dividebatur, & fame laborantibus cœlum cibos ſubminiſtrabat, & ſitientibus petra uſum fontis præbebat, & pugnantibus manuum extenſio innumerabilium copiarum inſtar, erat orationis operâ trophæa erigens, viamque ulteriùs aperiens; fluvii etiam, cognatum mare imitantes, cedebant, & elementa conſiſtebant, ac muri tubis quatiebantur. Quid enim Ægyptiorum plagas in eorum gratiam inflictas commemorare attinet? Quid Dei voces è monte auditas? Quid duplicem legem, alteram litteralem, ſpiritualem alteram? Quid cæteros honores, quos Iſraël meritis ſuis longè ampliores olim conſecutus eſt? At poſtquàm ægrotare, & in ſeipſos mutuò furere, atque in multas partes dividi cœperunt, (cruce nimirum, & dementiâ, quâ adverſus Deum & Salvatorem noſtrum, ejus divinitatem in humanitate minimè agnoſcentes, inſanierunt, eos ad extremum exitium adigente,) virgámque ferream, hoc eſt, principatum & imperium, quod nunc rerum ſummam tenet, multò antè illis denunciatam, in ſeipſos attraxerunt, quid accidit? quidque perpeſſi ſunt?

Exod. XIX. 6. *I. Petr.* II. 9.

Mirabiles hujus pacis fructus.

Exod. XIII. 21. *& ſeq.*

Joſ. III. 17. *&* VI. 20. *Exod.* VI. *&* XIX.

Iſraëlitarum diſſidia, & calamitates.

ιζ. [b] Οὐχ ἕως μὲν εἰρήνην εἶχον, καὶ πρὸς b ἀλλήλους καὶ πρὸς Θεὸν, Αἰγυπτίῳ τῇ καμίνῳ B τῇ σιδηρᾷ πιεζόμενοι, καὶ ὑπὸ τῆς [c] κοινῆς c θλίψεως συναγόμενοι, ἔστι γὰρ ὅτε καὶ τοῦτο φάρμακον ἀγαθὸν εἰς σωτηρίαν ἡ θλῖψις, λαός τε ἅγιος ἦκουον, καὶ μερὶς Κυρίου, καὶ βασίλειον ἱεράτευμα· καὶ ἃ τοῖς μὲν ὀνόμασιν [d] ἦτω, τοῖς d δὲ ἔργοις ἑτέρως· ἀλλὰ καὶ στρατηγοῖς ἤγοντο ἀγομένοις ὑπὸ Θεοῦ, καὶ στύλῳ πυρὸς καὶ νεφέλης ὡδηγοῦντο νυκτὸς καὶ ἡμέρας· καὶ θάλασσα μὲν αὐτοῖς διίστατο φεύγουσι, πεινῶσι δὲ οὐρανὸς ἐχορήγει τροφὴν, πέτρα δὲ διψῶσιν ἐπήγαζε, πολεμοῦσι δὲ χειρῶν C ἔκτασις ἀντὶ μυριάδων ἦν, διὰ εὐχῆς ἐγείρουσα τρόπαια, καὶ ὁδοποιοῦσα τὰ ἔμπροσθεν· ποταμοὶ δὲ ὑπεχώρουν τὴν συγγενῆ μιμούμενοι θάλασσαν, καὶ οἰκεῖα ἴσατο, καὶ τεῖχη σάλπιγξι κατεσείετο. καὶ τί δεῖ λέγειν Αἰγυπτίων [e] πληγὰς τούτοις χαριζομένας; e καὶ Θεοῦ φωνὰς ἐξ ὄρους ἀκουομένας, καὶ νομοθεσίαν διπλῆν, τὴν μὲν ἐν γράμματι, τὴν δὲ ἐν πνεύματι, καὶ τἄλλα οἷς ἐτιμῶντο πάλαι D ὧν δὲ τὴν ἑαυτῶν ἀξίαν ὁ Ισραὴλ; ἐπεὶ δὲ νοσεῖν ἤρξαντο, καὶ κατ' ἀλλήλων ἐμάνησαν, καὶ διέσησαν εἰς μέρη πολλὰ, τοῦ σαυροῦ πρὸς τὴν ἐσχάτην [f] ἀπώλειαν αὐτοὺς συνε- f λαύνοντος, καὶ τῆς ὑπονοίας ἣν κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀπενοήθησαν, τὸν ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸν ἀγνοήσαντες, καὶ τὴν ῥάβδον τὴν σιδηρᾶν πόρρωθεν ἀπειλουμένην αὐτοῖς, ἐφ' ἑαυτοὺς εἵλκυσαν, τὴν νῦν ἐπικρατοῦσαν ἀρχὴν λέγω καὶ βασιλείαν, τί γίνεται; καὶ E τί πεπόνθασι;

Iſraëlitæ Ægyptiacâ tyrannide oppreſſi, pacem inter ſe, & cum Deo habuerunt.

Exod. XIX. 6. *I. Petr.* II. 9.

Mirabiles hujus pacis fructus.

Exod. XIII. 21. *& ſeq.*

Joſ. III. 17. *&* VI. 20. *Exod.* VI. *&* XIX.

Iſraëlitarum diſſidia, & calamitates.

Eos luget Jeremias.

XVIII. Hieremias quidem eos ob priores calamitates luget, atque captivitatem Babylonicam deplorat; erant enim reverà hæc lachrymis & gemitibus digna; quî verò non maximis digna lamentis, exciſa mœnia, urbs ſolo æquata, ſacrarium everſum, votiva dona compilata, prophani pedes & manus: pedes quidem in loca non adeunda irrumpentes; manus verò

ιη. Θρηνεῖ μὲν αὐτοὺς Ιερεμίας ἐπὶ τοῖς πρώτοις πάθεσι, καὶ τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν ὀδύρεται· καὶ γὰρ ἦν ὄντως κἀκεῖνα θρήνων καὶ ὀδυρμῶν ἄξια· πῶς δὲ οὐ τῶν μειζόνων, τεῖχη κατεσκαμμένα, πόλις ἠφανισμένη, ἁγίασμα καθηρημένον, ἀναθήματα σεσυλημένα, πόδες βέβηλοι καὶ χεῖρες· οἱ μὲν

(*a*) Πλεῖστον. Baſ. πλεῖον, id eſt, ἀντὶ τοῦ αἰεί. quaſi diceret, *ſemper*.
(*b*) Οὐχ. Vel legendum, οὐκοῦν; vel per interrogationem vertendum: *nonne? annon?*
(*c*) Κοινῆς. Elias, πολλῆς, *multam afflictionem*.
(*d*) Οὕτω. Regg. a. bm. ἔτως.
(*e*) Πληγάς. Nonnulli Codd. σφῆκας, *veſpas, crabrones*.
(*f*) Απώλειαν. Deeſt in Par. editione.

a τοῖς ἀβάτοις ἐμβατεύοντες, αἱ δὲ [a]καὶ τῶν ἀψαύσων κατατρυφῶσαι, Προφῆται σιγῶντες, ἱερεῖς ἀγόμενοι, ωρεσβύται μὴ ἐλεούμενοι, παρ-
b θένοι καθυβριζόμεναι, νεότης πίωλουσα, [b]πῦρ ἀλλότριον ☪ πολέμιον, αἵματος πλαμοὶ ἀντὶ τοῦ ὁσίου πυρὸς καὶ αἵματος, Ναζαραῖοι κατασυρόμενοι, θρῆνοι τοῖς ὕμνοις ἀντεγειρόμενοι· καὶ ἵν' ἐξ αὐτῶν εἴπω τι τῶν Ιερεμίου
c θρήνων, [c]οἱ υἱοὶ Σιὼν, οἱ τίμιοι καὶ ἀντιτιθέμενοι χρυσίῳ, οἱ τρυφεροὶ καὶ κακῶν ἀπαθεῖς,
d ξένην ὁδὸν ὁδεύοντες· ☪ ὁδοὶ Σιὼν [d]πενθοῦσαι ωδὲ τὸ μὴ εἶναι τοὺς ἑορτάζοντας· ἢ μικρὸν ωρὸ τούτων· χεῖρες γυναικῶν οἰκτιρμόνων, οὐ τροφὴν ὀρέγουσαι τέκνοις, τῆς πολιορκίας ἐπικρατούσης, ἀλλ' ἐπὶ τροφὴν ταῦτα σωαράτλουσαι, καὶ λιμοῦ φάρμακον τὰ ἑαυτῶν ποιούμεναι φίλτατα; ταῦτα πῶς οὐ δεινὰ καὶ ωέρα δεινῶν, οὐ τοῖς πάσχουσι τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ νῦν τοῖς ἀκούουσιν; ἐγὼ γοῦν ὁσάκις ἂν ταύτην ἀναλάβω τὴν βίβλον, ☪ τοῖς θρήνοις
e συγγένωμαι, συγχύνομαι [e]δ' ὁσάκις ἂν εὐνομερίαν ζωφρονίσαι ἐθελήσω τῷ ἀναγνώσματι, ἐγκόπτομαι τὴν φωνὴν, καὶ συγχέομαι δάκρυσι, καὶ οἷον ὑωὸ ὄψιν μοι τὸ πάθος ἔρχεται, καὶ συνθρηνῶ τῷ θρηνήσαντι. τὴν δὲ τελευταίαν
f αὐτῶν πληγήν τε καὶ [f]μετανάσασιν, καὶ τὸν νῦν ἐπικείμενον αὐτοῖς τῆς δουλείας ζυγὸν, ☪ τὴν ωεριβόητον ὑωὸ Ρωμαίοις ταπείνωσιν, ἧς οὐδὲν οὕτως ὡς ἡ ςάσις αἴτιον, τίς θρηνήσει
g ωρὸς ἀξίαν τῶν θρήνους [g]γράφειν εἰδότων,
h καὶ λόγον [h]ἐξισοῦν πάθει; ποῖαι βίβλοι ταύτᾳ
i χωρήσουσι; μία [i]ςήλη τούτοις τῆς συμφορᾶς ἡ οἰκουμένη πᾶσα καθ' ἧς ἐσωάρησαν, καὶ ἡ λατρεία πεπαυμένη, ἢ αὐτῆς τῆς Ιερουσαλὴμ
k τὸ ἔδαφος [k]μόγις γινωσκόμενον, ἧς τοσοῦτον ἐπιβατὸν αὐτοῖς ἐςὶ μόνον, ☪ τοσοῦτον ἀπολαύσι
l τῆς ποτὲ αὐτῆς δόξης, ὅσον ἐν ἡμέρᾳ [l]φανέντες θρηνῆσαι τὴν ἐρημίαν.

ιθ. Δεινοῦ δὲ ὄντως οὕτως τοῦ ςασιάζειν, καὶ τοσούτων αἰτίου κακῶν, ὡς τά τε εἰρημένα δείκνυσι, καὶ ἀφ' πλειόνων ὑωοδειγμάτων ἐςὶ
m μαθεῖν, ἔτι πολλῷ δεινότερον τὸ [m]καταλύσαντας μικροψυχίαν, καὶ τῶν τῆς εἰρήνης

circa res eas, quas tangere nefas erat, luxuriantes, Prophetæ ſilentes, Sacerdotes abducti, ſenes abſque miſericordia habiti, conſtupratæ virgines, juventus cadens, flamma aliena & hoſtilis, ſanguinis fluvii pro ſancto igne ac cruore, Nazaræi raptati, luctus canticis ſubrogati: atque, ut ex ipſis Hieremiæ Threnis aliquid producam, *inclyti* illi *filii Sion*, & auro æquandi, illi inquam delicati, atque à malis immunes, inſuetam viam obeuntes: & *viæ Sion lugentes, eò quòd nulli ſint, qui feſtos dies celebrent;* ac paulò ante: *manus mulierum miſericordium*, invaleſcente obſidione, non victum filiis porrigentes, ſed potiùs ad cibum ſibi parandum eos lacerantes, atque ex clariſſimis ſuis pignoribus medicinam adverſus graſſantem famem quærentes? An non hæc gravia & pluſquàm gravia, non iis ſolùm, qui tum ea pertulerunt, ſed iis quoque qui nunc audiunt? Equidem, ut de me loquar, quoties hunc libellum in manus ſumo, Threnóſque lectito, (id autem facio, quoties ſecundarum rerum inſolentiam coërcere hujuſmodi lectione ſtudeo,) vocem mihi intercludi ſentio, lachrymíſque obruor, eámque calamitatem velut ob oculos poſitam videre videor, ac Hieremiæ collamentor. At verò poſtremam eorum plagam, & è ſedibus ſuis migrationem, ac ſervitutis jugum eorum capiti nunc incumbens, celebrémque illam ſub Romanis depreſſionem, quam nulla res æquè ac ſeditio peperit, ecquis eorum, qui lamentationes conſcribere, atque oratione calamitatem adæquare norunt, ſatis dignè deplorabit? Quinam libri eam capient? Una utique illis calamitatis columna totus terrarum orbis eſt, per quem variè fuſi ſparſique ſunt, divinúſque cultus compreſſus & extinctus, ipſúmque adeo Hieroſolymitanæ urbis ſolum, quod vix jam agnoſcitur, atque hactenus duntaxat illis patet, ídque duntaxat fructûs ex vetere ſua gloria & amplitudine capiunt, ut per diem conſpicui facti ſolitudinem lugeant.

Thren. IV. 2.

Ibid. I. 4.

Ibid. IV. 10.

Gemit ipſe Gregorius, cùm Threnos lectitat.

XIX. Porrò autem, cùm diſſidiis laborare, tam grave ſit, ac tot mala conflet, quemadmodum, & ex iis quæ diximus, liquet, & pluribus exemplis diſcere licet, tum verò multò gravius eſt, depoſitis inimicitiis, pacíſque bonis deguſtatis,

Cavendum ne, depoſitis inimicitiis, iterum ad diſſidia provolvamur.

(a) Καὶ τῶν. Deeſt ᾗ, in Reg. a. & Or.
(b) Πῦρ ἀλλότριον. Illum intelligit ignem, quo Nabuzardan Jeroſolymam inflammavit.
(c) Οἱ υἱοὶ &c. Sic Reg. hu. & Or. Deeſt οἱ, in Par. ed. Billius vertit: *pretioſi illi filii* &c.
(d) Πενθοῦσαι. Codices nonnulli, πενθοῦσι.
(e) Δ'. Regg. bm. hu. Or. δὲ.
(f) Μετανάσασιν. Colb. 3. & Montac. ἀνάσασιν. Non malè, quidquid dicat variarum lectionum Collector. Nam, ἀνάσασις, *deſolatio* eſt & *everſio*, ut rectè obſervat Budæus, notumque eſt, niſi quis valdè in Græcis ſit peregrinus.
(g) Γράφειν. Comb. legit συγγράφειν.
(h) Ἐξισοῦν. Oxon. ἐξισοῦντα τῷ πάθει.
(i) Στηλη. *Columna. Quemadmodum*, inquit Elias, *ære, aut ex lapide excitatæ columnæ, aut aliquorum ærumnas, aut vituperationes prætereuntibus exhibent, ſic totus terrarum orbis, per quem diſperſi ſunt Judæi, inſtar Columnæ, quæcumque horrenda ipſis acciderint, prædicat.*
(k) Μόγις. Regg. a. bm. Μόλις.
(l) Φανέντες. *Apparentes.* Romani Imperatoris, Adriani, ni fallor, lege, Judæis campos ubi urbs Jeroſolymitana fuerat, per unum diem ex certo ſpatio videndi licentia dabatur. Comb. legendum putat, φανέντος.
(m) Καταλύσαντας μικροψυχίαν. *Depoſitâ puſillanimitate.*

in eundem rurſus morbum provolvi, atque ad ſuum, ut dici ſolet, vomitum redire, ac ne ipsâ quidem experientiâ, quæ ſtultorum magiſtra eſt, emendari. Etenim eos levitatis ac ſtultitiæ opinionem ſubire comperio, non qui in vitio aliquò permanent, ſed qui, inſtar auræ ſubinde ſe immutantis, aut reciprocantium Euriporum, aut inſtabilium maris fluctuum, facili momento in contrarias ſententias feruntur ac revolvuntur. Atque illud inſuper mecum conſidero, iis, qui diſſidiis conflictantur, ſpem ſaltem concordiæ ſolatium afferre, calamitatéſque ipſorum maxima ex parte levare. Spes enim mutationis, ac melior rerum ſtatus ante oculos poſitus, maximam opem afflictis hominibus afferre ſolet. Qui verò ſæpè quidem in corcordiam redierunt, ſemper autem ad vitium relapſi ſunt, his unà cum aliis rebus, melior quoque ſpes adempta eſt; ut qui non minus pacem ipſam, quàm diſſenſionem, ſemper metuant, neutríque earum propter utriúſque levitatem & inconſtantiam magnoperè fidant.

Spes futuræ concordiæ magnum diſſidentibus ſolatium affert.

XX. Nec verò hæc eò à me dici quiſquam ſuſpicetur, quòd pacem omnem amandam & complectendam eſſe exiſtimem; nam ut optimam quandam diſſenſionem, ita perniciosiſſimam quandam concordiam eſſe perſpectum habeo; ſed eam demum, quæ bona eſt, & boni causâ initur, ac Deo copulat. Atque, ut hæc brevi diſtinctione explicentur, ita ſentio; haud bonum eſſe, ut quis ſegnior ſit, aut fervidior quàm par eſt, ita ut vel omnibus ob levitatem acquieſcat, vel ob temeritatem & inſolentiam ab omnibus ſe removeat. Æquè enim & inefficax ſegnities eſt, & mobilitas atque inconſtantia à ſocietate & communione aliena. Verùm ubi apertè ſe prodit impietas, tum verò, nobis faciendum eſſe, ut adverſus ignem & ferrum, & tempora, & principes, ac denique priùs adverſus cætera ſimul omnia feramur, quàm ut mali fermenti participes efficiamur, ac malè affectis aſſentiamur: nec quidquam perinde metuendum eſt, ut ne quid magis quàm Deum metuamus, ac propterea, cùm veritati ſerviamus, fidei & veritatis doctrinam perfidè deſeramus. At cùm ſuſpicio ſola animum noſtrum malè habet, metuſque non ſatis exploratus, tum verò lenitatem potiùs quàm celeritatem, & in-

Non omnis pax amanda & complectenda.

Inanis ac exitioſa pax cum impiis.

A γευσαμένους καλῶν, πρὸς τὴν αὐτὴν νόσον πάλιν ὑπενεχθῆναι, ἢ πρὸς τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέψαι, [a]τὸ δὴ λεγόμενον, μηδ' ὃ τοὺς a
ἀνοήτους παιδεύει τῇ πείρᾳ ζωφρονιζόντας· καὶ γὰρ ὁρῶ κούφους καὶ ἀνοήτους, οὐ τούτους ὑπολαμβανομένους, οἷ ἂν κακῷ τινι σχεδιάσωσιν, ἀλλὰ τοὺς ῥᾳδίως ἐπ' ἀμφότερα φερομένους καὶ μεταῤῥέοντας, καθάπερ αὔρας μεταπιπτούσας, ἢ μεταβολὰς ζ παλιῤῥοίας Εὐρίπων, ἢ θαλάσσης ἄσατα κύματα· σκοπῶ δὲ κἀκεῖνο,
B ὅτι τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς ςάσεως μένοντας, ἢ γοῦν ἐλπὶς τῆς ὁμονοίας ῥᾴους ποιεῖ, καὶ τὸ πλεῖσον αὐτοῖς ἐπικουφίζει τῆς συμφορᾶς· μεγίστη γὰρ ἐπικουρία τοῖς ἀτυχοῦσι μεταβολῆς ἐλπὶς, καὶ τὸ κρεῖττον ἐν ὀφθαλμοῖς κείμενον· οἱ δὲ πολλάκις μὲν ὁμονοήσαντες, ἀεὶ δὲ πρὸς τὴν κακίαν παλινδρομήσαντες, ἀφήρηνται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὸ κρεῖττονος τὴν ἐλπίδα· οὐχ ἧττον τῆς ςάσεως δεδοικότες ἀεὶ τὴν ὁμόνοιαν, καὶ μηδ' ἑτέρῳ θαῤῥοῦντες,
C δι' ὃ τὸ ἐν ἀμφοτέροις εὐκίνητον καὶ ἀςάθμητον.

κ. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω με λέγειν ὅτι πᾶσαν εἰρήνην ἀγαπητέον· οἶδα γὰρ ὥσπερ ςάσιν τινὰ βελτίσην, οὕτω καὶ βλαβερωτάτην ὁμόνοιαν· ἀλλὰ τήν γε καλὴν καὶ ἐπὶ καλῷ καὶ Θεῷ συνάπλουσαν· εἰ δὲ δεῖ συντόμως διελέσθαι περὶ αὐτῶν, [b]οὕτω γινώσκω, οὔτε νωθέςερον b
εἶναι τοῦ μετρίου καλὸν, οὔτε θερμότερον, ὡς ἢ δι' εὐκολίαν πᾶσι συμφέρεσθαι, ἢ δι' ἀταξίαν πάντων ὑποςατεῖν· ὁμοίως γὰρ ζ τὸ
D νωθὲς ἄπρακτον, καὶ τὸ [c]εὐκίνητον ἀκοι- c
νώνητον. ἀλλ' οὗ μὲν ἂν ᾖ [d]πρόδηλα τὰ τῆς d
ἀσεβείας, καὶ πυρὶ, καὶ σιδήρῳ, καὶ καιροῖς, καὶ δυνάσαις, καὶ πᾶσι πρότερον ὁμόσε χωρητέον, ἢ τῆς ζύμης μεθεκτέον τῆς πονηρᾶς, καὶ συγκαταθετέον τοῖς κακῶς ἔχουσι, καὶ οὐδὲν οὕτω τῶν [e]ἁπάντων φοβητέον, ὡς ἄλλό e
τι πρὸ Θεοῦ φοβηθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πρόδοῦναι [f]περὶ τῆς πίςεως λόγους καὶ τῆς f
ἀληθείας, ἀληθείᾳ δουλεύοντας· οὗ δὲ τὸ
E λυποῦν ὑπόνοια καὶ [g]φόβος ἀνεξέταςος, g
βελτίων τοῦ τάχους ἡ μακροθυμία, καὶ τῆς αὐθαδείας ἡ [h]συγκατάβασις, καὶ πολλῷ h
κρεῖττον καὶ λυσιτελέςερον, ἐν τῷ κοινῷ ζώματι μένοντας, καταρτίζειν ἀλλήλους

(a) Τὸ δὴ λεγόμενον. Deeſt in Regg. a. hu. Or. Mox Or. & tres Colb. μηδὲ ὅ, pro μηδ' ὅ.

(b) Οὕτω γινώσκω..... πᾶσι συμφέρεσθαι. Billius: *ſic ſtatuo; nec ſegniorem quemquam eſſe debere, quàm par ſit, nec ferventiorem, ita ut, vel ob levitatem ad omnes ſe aggreget* &c.

(c) Εὐκίνητον. In Editis ſequitur, καί, quod, auctoritate melioris notæ codicum, delevimus.

(d) Πρόδηλα. Regg. a. bm. & tres Colb. πρόδηλον.

(e) Ἁπάντων φοβητέον. Or. Coisl. 1, πάντων. Idem Coisl. 1. Hervag. Combef. εὐλαβητέον. *cavendum, fugiendum.*

(f) Περὶ τῆς πίστεως λόγους. Reg. hu. Or. &c. τὸς περὶ πίστεως λόγους.

(g) Φόβος ἀνεξέταςος. *Metus non ſatis exploratus, qui*, ut ait optimè Baſil. Schol. *inſtitutâ inquiſitione, eſt depellendus: ὃν διὰ τῆς ἐμμελοῦς ἐξετάσεως ἐκβλητέον.* Billius: *timorque nullis certis argumentis innixus.*

(h) Συγκατάβασις. Billius: *indulgens demiſſio.* Leuvenklaius: *in concordiam reditio.*

ὡς

ὡς ἀλλήλων μέλη, καὶ καταρτίζεσθαι, ἢ προκαταγνόντας διὰ τῆς ἀποστάσεως, καὶ τὸ ἀξιόπιστον τῷ χωρισμῷ λύσαντας, ἔπειτα ἐξ ἐπιτάγματος, ὥσπερ τυράννους, ἀλλ' οὐκ ἀδελφοὺς, νομοθετεῖν τὴν διόρθωσιν.

dulgentiam potius quàm arrogantiam & contumaciam adhibere convenit; multóque melius & conducibilius est, ut in communi corpore manentes mutuò nosipsos, tamquam alii aliorum membra, corrigamus atque corrigamur, quàm ut præjudicio per secessionem facto, & authoritate per separationem amissâ, ex edicto postea, velut tyranni ac non fratres, correctionem imperemus.

κα. Ταῦτα εἰδότες, ἀδελφοὶ, προλάβωμεν ἀλλήλους, προπτυξώμεθα, γενώμεθα γνησίως ἓν, μιμησώμεθα τὸν τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσαντα, καὶ διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ πάντα συναγαγόντα, καὶ εἰρηνεύσαντα· εἴπωμεν τῷ κοινῷ πατρὶ τούτῳ, τῇ σεμνῇ πολιᾷ, τῷ πραΰ καὶ ἡπίῳ ποιμένι· ὁρᾷς τὰ ἐπίχειρα τῆς ἐπιεικείας; ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε ἐπισυνηγμένα τὰ τέκνα σου, ὃν [a] τρόπον ἐπόθεις, [a] καὶ ὃ προσεδῄναί σοι μόνον ἠτοῦ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἵν' ἐν γήρᾳ καλῷ καταλύσῃς τὴν παροικίαν· ἰδοὺ πάντες ἥκασι πρὸς σὲ, καὶ ὑπὸ τὰς σὰς ἀναπαύονται πτέρυγας, καὶ τὸ ἑαυτῶν κυκλοῦσι θυσιαστήριον, μετὰ δακρύων ἀποφοιτήσαντες, καὶ μετ' [b] εὐφροσύνης [b] προστρέχοντες· χαῖρε καὶ κατατέρπου, πατέρων ἄριστε καὶ φιλοτεκνότατε, ὅτι πάντας αὐτὸς ἐνδέδυσαι καὶ προβέβλησαι, ὡς κόσμον νύμφη. φθέγξαι κἀ σὺ πρὸς ἡμᾶς· [c] ἰδοὺ ἐγὼ & τὰ παιδία ἃ μοι [c] ἔδωκεν ὁ Θεός. πρόσθες καὶ ἄλλην φωνὴν δεσποτικὴν & μάλα οἰκείαν· οὓς δέδωκάς μοι ἐφύλαξα, καὶ οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα.

XXI. Quæ cùm cognita & explorata habeamus, fratres, complectamur nos mutuò, & exoſculemur, unum verè efficiamur, & eum, *qui medium maceriæ parietem ſolvit*, ac *per ſanguinem ſuum omnia conciliavit, & pacavit*, imitemur. Dicamus communi huic Patri, venerabili canitiei, manſueto & placido Paſtori: Vides moderationis tuæ præmia? Tolle per circuitum oculos tuos, & collectos filios tuos vide, quemadmodum cupiebas, quódque unum ut tibi contingeret, noctes diéſque poſtulabas, ut in ſenectute bona peregrinationis tuæ dies concluderes. En omnes ad te venerunt, ac ſub pennis tuis requieſcunt, ſuúmque altare cingunt, cum lachrymis illi quidem egreſſi, cum gaudio autem recurrentes. Gaude & oblectare, patrum optime ac filiorum amantiſſime, quoniam his omnibus, non ſecus ac ſponſa mundo ſuo, indutus & amictus es. Loquere tu quoque ad nos: *Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus.* Adde aliam quoque Domini vocem valdè congruentem: *Quos dediſti mihi cuſtodivi, & non perdidi ex eis quemquam.*

Pax præcipuè inter gregem & Paſtorem exoptanda. *Eph.* II. 14. *Coloſſ.* I. 19. *Iſa.* LX. 4. *Iſa.* VIII. 18. *Joan.* XVII. 12.

κβ. Μηδέ γε ἀπόλοιτο [d] μηδεὶς, ἀλλὰ πάντες μένωμεν ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες, ὡπλισμένοι τῷ θυρεῷ τῆς πίστεως, περιζωσμένοι τὴν ὀσφῦν ἐν ἀληθείᾳ, [e] ἕνα μόνον εἰδότες τὸν κατὰ [e] τοῦ πονηροῦ πόλεμον, & ἅπερ ὑπ' ἐκείνου στρατηγουμένων, μὴ φοβούμενοι τοὺς δυναμένους ἀποκτεῖναι τὸ σῶμα, τῆς δὲ ψυχῆς λαβέσθαι μὴ δυναμένους, φοβούμενοι δὲ τὸν καὶ ψυχῆς καὶ σώματος Κύριον· φυλάσσοντες τὴν καλὴν παραθήκην, ἣν παρὰ τῶν πατέρων εἰλήφαμεν, προσκυνοῦντες πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα· ἐν υἱῷ τὸν πατέρα, ἐν πνεύματι τὸν υἱὸν γινώσκοντες, εἰς ἃ βεβαπτίσμεθα, εἰς ἃ πεπιστεύκαμεν, οἷς συντετάγμεθα, πρὶν συνάπτειν [f] διαιροῦντες, καὶ πρὶν [g] διαιρεῖν συνάπτειν

XXII. Atque utinam nemo pereat, *ſed omnes in uno ſpiritu maneamus, unâ mente collaborantes fidei Evangelii, unanimes, unum idémque ſentientes, fidei clypeo* armati, *ſuccincti lumbos* in veritate, ſolum unum iſtud bellum ſcientes, quod adverſus pravum illum, & eos, qui ipſius ductu & auſpiciis pugnant, geritur: *Non eos timentes, qui corporis quidem necandi poteſtatem habent, cæterùm animam arripere nequeunt; ſed eum, cui in corpora animáſque noſtras jus & imperium eſt, formidantes: præclarum depoſitum, quod à Patribus noſtris accepimus, cuſtodientes;* adorantes Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum; in Filio Patrem, in Spiritu Filium cognoſcentes, in quorum nomine Baptiſmi aquâ tincti ſumus, in quos credidimus, quibus nomen dedimus, priùs eos dividentes, quàm conjunxerimus, priúſque conjungentes,

In grege & in Paſtore unus debet eſſe ſpiritus, una mens, una fides. *Phil.* I. 27. *Eph.* VI. 16. *Matth.* X. 28. II. *Tim.* I. 14.

(a) Καὶ ὅ. Combef. κᾀ ἅ. nempè, τέκνα, *filios.*
(b) Προστρέχοντες. Sic Or. Editi verò, προτρέχοντες.
(c) Εδωκεν. Reg. hu. Or. δέδωκεν.
(d) Μηδεὶς. Regg. a. bm. hu. Or. &c. μηδὲ εἷς.
(e) Τῷ πονηρῷ. *Diaboli.*
(f) Διαιροῦντες. His verbis, Sabellium, qui perſonas divinas confundebat, carpit Gregorius.
(g) Διαιρεῖν. Reg. bm. tres Colb. Or. διελεῖν.

Luculenta mysterii sanctissimæ Trinitatis expositio.

quàm distinxerimus, nec tria tanquam unum accipientes; (neque enim ejusmodi sunt hæc nomina, ut per se non subsistant, aut de una tantùm Persona prædicentur, quasi opes nostræ in nominibus, non autem in rebus sitæ sint,) & tria unum esse credentes. Unum enim sunt, non Personæ, sed divinitatis ratione. Unitas in Trinitate adorata, & Trinitas in unitatem collecta, tota adoranda, tota regia, ejusdem throni & gloriæ, mundo sublimior, tempore superior, increata, invisibilis, tactûs & comprehensionis expers, secundùm verò ordinem qui in se est, sibi soli cognita, nobis tamen ex æquo veneranda & adoranda, sola etiam in Sancta Sanctorum penetrans, res autem omnes conditas foris relinquens, alias primo velo, alias secundo intercluſas atque diremptas: primo nimirum, cœlestes & angelicas à deitate, altero verò, naturam nostram à cœlestibus.

Hæretici, quantùm fas erit, curandi sunt; fugiendi verò, si eorum morbus est insanabilis.

Hæc, Fratres, agamus, hoc animo simus; eósque, qui aliter sentiunt, ut veritatis labem & corruptelam, quoad quidem licebit, assumamus atque curemus; incurabili autem morbo laborantes aversemur: ne alioqui morbum eorum antè contrahamus, quàm illis sanitatem nostram impertiamus. Ac *Deus pacis*, illius inquam pacis, *quæ intellectum omnem exsuperat*, nobiscum erit, in Christo Jesu Domino nostro. Amen.

II. Cor. XIII. 11. *Philip.* IV. 7.

A τοντες,[a] ἅτε τὰ τρία ὡς ἕνα· ὰ γδ [b] ἀνυπόστατα, a b
[c] ἢ κατὰ μιᾶς ὑποστάσεως, ὡς εἶναι τὸν πλῆτον c
ἡμῖν ἐν ὀνόμασιν, ἀλλ' οὐ πράγμασι, καὶ τὰ
τρία ἕν· ἓν γδ [d] οὐχ ὑποστάσει, ἀλλὰ θεότητι· d
μονὰς ἐν Τριάδι προσκυνουμένη, καὶ Τριὰς
εἰς μονάδα [e] ἀνακεφαλαιουμένη, πᾶσα προσ- e
κυνητὴ, βασιλικὴ πᾶσα, ὁμόθρονος, ὁμόδοξος,
ὑπερκόσμιος, ὑπέρχρονος, ἄκτιστος, ἀόρα-
τος, ἀναφὴς, ἀπερίληπτος, πρὸς μὲν ἑαυτὴν
ὅπως [f] ἔχει τάξεως, [g] αὐτῇ μόνῃ [h] γινωσκομένη, f g h
B σεπτὴ δ' ἡμῖν ὁμοίως καὶ λατρευτὴ, καὶ μόνη
τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων ἐμβατεύουσα, τὸν δὲ
κτίσιν πᾶσαν ἐκτὸς ἐῶσα, τὴν μὲν πρῶτῳ,
τὴν δὲ πρῷ δευτέρῳ διειργομένην καταπετάσ-
ματι· πρώτῳ μὲν τὴν οὐράνιον καὶ ἀγγελικὴν
ἀπὸ τῆς θεότητος, δευτέρῳ δὲ τὴν ἡμετέραν
ἀπὸ τῶν οὐρανίων. ταῦτα φάσωμεν, καὶ
οὕτως ἔχωμεν, ἀδελφοὶ, καὶ τοὺς ἑτέρως
φρονοῦντας, ὡς [i] λύμην τῆς ἀληθείας, ἕως i
μὲν ἂν ᾖ δυνατὸν, προσλαμβανώμεθα καὶ θερα-
C πεύωμεν· ἀνιάτως [k] δ' ἔχοντας ἀποστρεφώμεθα, k
μὴ τῆς νόσου μεταλάβωμεν, πρὶν μεταδοῦναι
τῆς ἑαυτῶν ὑγιείας· ☩ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσαι
[l] μεθ' ἡμῶν, τῆς πάντα νοῦν ὑπερεχούσης ἐν l
Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ [m] ἡμῶν· ἀμήν. m

(*a*) Οὔτε τὰ τρία ὡς ἕνα. Coisl. 1. ἅτε τὰ τρία εἰς ἕν.

(*b*) Ανυπόστατα. Coisl. 1. addit, τὰ ὀνόματα, *nomina;* quæ vox ita subaudienda; vel, si mavis, πρόσωπα, *Personæ.*

(*c*) Η κατὰ μίας ὑποστάσεως. *Aut de una substantia*, seu, *subsistentia.* Billius reddit hanc vocem, ὑποστάσεως, hîc & alibi, per, *Personam;* quod non satis nobis Gregorii ac Orientalium menti congruum videtur.

(*d*) Οὐκ ὑποστάσει &c. *Non ratione subsistendi, sed divinitate.*

(*e*) Ανακεφαλαιωμένη. *Recapitulata, comprehensa.*

(*f*) Εχει. Regg. bm. hu. ἔχῃ.

(*g*) Αὐτῇ μόνῃ. Sic Regg. bm. hu. & Or. In Par. ed. αὐτὴ μόνη &c. quod vertit Billius: *sola quidem, quo erga se ordine sit, intelligens.*

(*h*) Γινωσκομένη. Combef. legit, γινώσκουσα. Sic etiam Hervag. & Reg. bm. sed recentiori manu.

(*i*) Λύμην. Reg. bm. λοίμην.

(*k*) Δ' ἔχοντας. Regg. bm. hu. Or. δὲ ἔχοντας.

(*l*) Μεθ' ἡμῶν. Sic tres Regg. ac tres Colb. Par. μεθ' ὑμῶν.

(*m*) Ημῶν· ἀμήν. Sic desinunt plerique codices, his omissis quæ in Par. edit. leguntur: ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, *cui gloria in sæcula sæculorum.*

MONITUM

IN ORATIONEM SEPTIMAM.

I. *Cæsarius, cujus immatura mors eſt præcipuus iſtius Orationis ſcopus, erat Gregorii Theologi frater natu minimus. Is paternâ domo unà cum Gregorio, ſtudiorum causâ, profectus, relicto in Palæſtinæ ſcholis fratre, Alexandriam petiit. Illic brevi tempore eam Mathematicarum artium ac Medicæ peritiam eſt adeptus, quam poſtea* urbs princeps *Conſtantinopolis admirata, publicis dignitatum ornamentis, ipſoque Senatorio gradu honorare voluit. Verùm Cæſarius, ſpretis his omnibus honorum titulis, Gregorio fratri ſuo, qui Athenis digreſſus, in hanc urbem venerat, itineris ſocium ſe adjungens, in patriam reverſus eſt.*

Scopus Orationis, ac præcipua Cæſarii vitæ capita.

Or. VII. n. 6.

Ibid. n. 8.

II. *Cùm autem ibi aliquandiu moratus eſſet, indè iterum Conſtantinopolim repetens,* ſtatim primum inter Medicos gradum obtinuit, atque in amicorum numero apud Conſtantium Imperatorem habitus, ampliſſimis honoribus eſt cumulatus. *Nec minori in pretio fuit apud Julianum, qui, licèt pleroſque deceſſoris ſui Conſtantii adminiſtros valere juſſiſſet, Cæſarium tamen liberè ac publicè coram Apoſtata Chriſti fidem profitentem nullatenus ejecit. Clarior adhuc, Joviano, ac ſubindè Valentiniano & Valente imperantibus, extitit. Majorum etiam dignitatum quaſi præludium erat Præfectura, quâ in Bitynia fungebatur, cùm urbs Nicæna terræ motu ſubverſa eſt. In hac calamitate ipſe penè oppreſſus fuit Cæſarius. At* ipsâ ruinâ, *rectius dixerim, divinâ virtute* protectus, ſolus propemodùm incolumis evaſit.

Cæſarius ab Imperatoribus honorificè habitus.

Ibid. n. 10.

Ibid. n. 15.

III. *Interea Parentes & amici, qui moleſtè ferebant tam illuſtrem animam in ſæculi negotiis verſari, arreptâ hujus terræ motu occaſione, eum, ut aulæ ac dignitatibus valediceret, vehementiùs hortari cœperunt. Eorum votis annuit Cæſarius, ſeque aulam derelicturum, per litteras Gregorio fratri ſignificavit. Sed heu! nimium cita mors ex adverſo occurrit, & qui* terræ motu ſuperior fuerat, morbo non item, *ut ſcribit Gregorius; ex quibus colligunt eruditi,* (Bar. ad an. 368. Bollan. ad diem 25. febr. Tillemontius,) *non niſi breviſſimum temporis ſpatium, inter terræ motum & Cæſarii mortem, interceſſiſſe.*

Cæſarii mors.

Ibid. n. 15.

IV. *Hæc ſunt, quibus Gregorius oratoriè amplificatis, ſuum ipſius & piorum Parentum dolorem lenit ac ſublevat. Inter Gregorianas Orationes hanc ſpecialiter accenſet Hieronymus. Veriſimile eſt habitam fuiſſe ſtatim poſt Cæſarii obitum, id eſt, cùm ejus exuviæ Nazianzum devectæ, in ſepulchro, quod ſibi ipſis Parentes longævi opportunè paraverant, conditæ fuerunt. Non enim in patria ſua mortuus eſt Cæſarius, ut contendit Baronius. Id autem nuſquam legitur. Idcircò hæc funebris Oratio in anno 368. exeunte, vel potius, ineunte 369. collocanda videtur. Nam terræ motus, poſt quem Cæſarium obiiſſe diximus, idem ipſe eſt, quem V. Idus Octobris, Valentiniano & Valente Conſulibus, in Bitynia contigiſſe narrat Socrates; quod in annum vulgarem 368. recidit.*

Quo tempore dicta hæc Oratio.

De Script. Eccl. ed. Baſil. 1529. p. 149.

Hiſt. l. 4. c. 11.

Diverſæ de Cæſarii Præfectura opiniones.

V. *Sunt in hac Oratione nonnulla à Theologo relata, quæ eruditis nonnihil negotii faceſſunt. Etenim de Cæſario loquens Gregorius, ait:* in Bitynia degebat, Præfecturam ab Imperatore haud poſtremam adminiſtrans. Ea autem erat exigere pro Imperatore pecunias, ac theſaurorum curam gerere. *Hærent hîc eruditi, & dubitant quamnam hæc verba Præfecturam ſignificent; num* Quæſtoris munus, *ut Billius interpretatur; num* comitivam ſacrarum largitionum, *aut* rerum privatarum *alteram, ut contendit Gothofredus; num denique* ſimplicem *in ea Provincia* Præfectum, *vel* Comitem theſaurorum, *qui ſub illuſtri viro Comite ſacrarum largitionum eſſet, ut volunt Bollandiſtæ ac Tillemontius.*

Or. VII. n. 15.

Billii ac cæterorum opiniones paucis refelluntur.

VI. *Nihil certè immorabimur, ut hanc Billii interpretationem:* Quæſtoris munere fungebatur, *refellamus. Etenim, ut obſervat Gothofredus,* Quæſtoris appellatione græca vox, ταμιεύειν, perperàm hoc ævo exprimitur, quo Quæſtor non, ut olim, erat qui pecuniæ publicæ præerat; verùm quem hodie fermè Cancellarium dicimus, penes quem legum dicendarum pro Principe, & Reſcriptorum ad preces ſupplicum jus erat, ut patet ex Claudiano & notitiâ Imperii. *Nihil etiam ferè de Gothofredi, Bollandiſtarum ac Tillemontii opinione dicemus. Suam quiſque ſententiam variis momentis confirmare nititur. Verùm non magnum eſt utrinque rationum pondus ac firmitas. Ipſe clariſſimus vir Tillemontius fatetur, harum quamlibet dignitatum, Gregorii verbis, ſignificari poſſe; atque etiam cum Gothofredi opinione mirum in modum conſentire, quod ait Gregorius:* Provinciam ſcilicet Cæſario creditam, non poſtremum inter Imperii dignitates locum obtinere. *Dubitat autem vir doctus, num comitiva tanta* præludium *ad ampliores gradus dici poſſit. Deinde, num Cæſarius in ea dignitate ab anno 364. ad annum 369. hærere debuerit, nec ad majora interim promoveri. At, pace doctiſſimi viri, dicere liceat, nullum de primo enaſci poſſe dubium. Hanc enim Præfecturam ipſe Gregorius* quaſi præludium *vocat. Quod autem ad ſecundum attinet, poſito, quod contendit Tillemontius,* Cæſarium ad majora nunquàm promotum, *ſi quid indè ſequitur, nihil aliud ſanè, niſi quòd Cæſarii dignitas non è tantulis, ſed ex inſignioribus aliqua fuerit, in qua pluribus annis eum hærere permiſerit, cujus promovendi cupidiſſimus erat Imperator. Neque verò id concedit Gothofredus, qui deinceps Cæſarium à Valente Præfecturâ urbis Conſtantinopolitanæ auctum fuiſſe affirmat, ejuſque meminiſſe Ammianum Marcellinum in geſtis anni 365. & Zozimum lib.* 4. *quod & Leuvenklaius ad Zozimum annotavit.*

Cod. Theod. Tit. 1. l. 8. Tom. 3. p. 385. & 386. 3. Febr. p. 496.

Quid de Cæſarii Præfectura conjiciendum.

VII. *In tanta opinionum varietate, non facilè, quæ tenenda ſit via, dignoſcitur. Tutius igitur erit Gregorii veſtigiis adhærere; & cùm ipſe non meminerit ullius Præfecturæ illâ amplioris, quam in Bitynia adminiſtravit Cæſarius, atque etiam adminiſtrabat, cùm morte ſublatus eſt, commiſſam ipſi fuiſſe Conſtantinopolitanæ urbis Præfecturam aſſerere nobis non licet; imò vix concedere poſſumus eum* rei privatæ Comitem *fuiſſe. Diu namque habitavit in Provincia, in quibus ſingulis, ut notat Pancirolus, erant theſaurorum Præfecti. Præterea, comitiva rei privatæ, una erat è primariis tribus Imperii dignitatibus, ac proindè gradus ad majora,*

majora, aut præludium *dici non debuit, nec reipſa fuit. Repugnat enim Gregorii verbis, Cæſarium fratrem primò* Comitem rei privatæ ac theſaurorum, *deinde* Præfectum, *aut etiam* Quæſtorem *fuiſſe deſignatum. Si ita eſſet, longè profectò à majoribus ad minora deſcendiſſet, nedum præluſiſſet amplioribus. Id autem fortè doctiſſimos viros in errrorem induxit, quòd non ſatis attenderint, non unum his temporibus extitiſſe Cæſarium. Fuit namque Cæſarius, alter à Cæſario Gregorii fratre, vir potens, cui duas epiſtolas, quæ inter Gregorianas reperiuntur, inſcripſit Gregorius. Is fortè fuit anno 364.* rei privatæ Comes, *ac deinceps* Magiſter Officiorum, Prætorii Præfectus, *atque etiam* Conſul, *niſi mavis hæc munera duos inter Cæſarios partiri.*

VIII. *Obſervare juvat Gregorium, in hac funebri Cæſarii laudatione, ne verbum quidem facere de ſcriptis, quæ ejus nomine circumferuntur. Quod ſilentium ſatis eſſe videtur, ut quatuor dialogos, qui ſibi Cæſarii nomen præſcribunt, ipſi falsò adſcriptos eſſe exiſtimemus. Auctor ſiquidem dialogorum laudat Maximum, qui longo poſt Cæſarium tempore floruit, nempè ſæculo ſeptimo, adeoque recentior. Ridendus ſanè potiùs quàm refellendus ſeriò Leuvenklaius, qui mavult credere teſtimonia, quæ paſſim de Maximo in dialogis occurrunt, temerè à quopiam aſſuta eſſe, quàm Cæſario abjudicare dialogos.* De Dialogis falsò Cæſario adſcriptis. Prima ratio.

IX. *Deinde, dialogi præ ſe ferunt Epigraphen, quæ ipſa dialogos Cæſarii fætum eſſe non poſſe prædicat; quippe quæ hujuſmodi eſt, tum apud Leuvenklaium, tum in Bibliothecis Patrum, ut quæſtiones tum propoſitas ſignificet, cùm Cæſarius* à ſecretis erat, & Conſtantinopoli docens viginti totos annos commorabatur. *Quæ de Cæſario dici nequaquam poſſunt. Nec enim aut* docens, *aut* à ſecretis *unquam legitur, multoque minus* viginti totos annos Conſtantinopoli docere *potuit, qui in ea urbe, ne quidem decem, aut etiam octo annis verſatus eſt. Et certè Theologus apertè ſatis indicat nihil à fratre Cæſario, de arte Oratoria, de Medica, de Matheſi, de Philoſophia &c. in publicam lucem editum. Potuiſſet ſanè de his artibus cum laude diſſerere; non verò de Theologia, qua in paleſtra non deſudarat homo Catechumenus. Undè dubitari meritò poteſt, utrum hos dialogos legerint, qui eos Cæſario adſcribunt. Etenim cuilibet legenti patet, dialogorum auctorem fuiſſe virum Theologicis in rebus maximè verſatum, & famâ notiſſimum. Nam qui interrogant, profitentur* ſe abſurdarum fluctibus opinionum exhauſtos, ad magiſtri benignitatem, velut ad portum quemdam, ſe conferre, quò de adoranda Trinitate, aliiſque ſacrarum litterarum capitibus vera doceantur; Patriſque filiorum ſtudioſiſſimi *nomine* doctorem *compellant. Quæ quidem appellatio Sacerdotem, eumque Theologicarum rerum peritiâ inſignem ſignificat. Ac re quidem ipsâ doctor diſputationem alterâ die abrumpens ait:* Quia nos modò ratio temporis ad peragenda Myſteria, ſancto cœtu nos expectante, compellit &c. *Quiſquis ergo hos dialogos Cæſario velit adſcribere, neceſſe eſt ut idem Medicum in Theologum, Catechumenum in Sacerdotem, novâ & planè admirandâ metamorphoſi, tranſmutet.* Secunda ratio. Lib. 1. Bibl. PP. 1624. T. 11. p. 545. Quæſt. 114.

Postrema ratio. Quæst. 140. & 147.

X. *Demum auctor dialogorum Origenem appellat* vanum nugatorem, Scriptorem impiissimum, *& ejus dogmata* venenata & pestifera, quæ simpliciores decipiant. *Ita ne, amabo, de Origene locutus fuisset Gregorii frater, nedum Gregorius ipse, qui longo post tempore Origenis excerpta,* velut Basilii ac sui ipsius monumentum, *ad Theodorum mittebat? Quo penitus subvertitur inepta Scriptoris cujusdam opinio, qui dialogos ab ipso Theologo, Cæsario fuisse suppositos voluit; idque ex perturbato quodam & obscurato Photii, qui, ne id quidem somniando, cogitavit, textu adstruere conatur. Unum duntaxat ex Photii dictis colligitur, dialogorum auctorem, cujus meminit, Photio, qui sæculo nono vixit, esse antiquiorem.*

Epist. 87.

Labb. Script. Eccles. T. 1. p. 217.

Phot. c. 210. p. 540.

FUNEBRIS IN LAUDEM *Cæsarii fratris Oratio, superstitibus adhuc parentibus.*

ORATIO SEPTIMA.

Aliàs 10. quæ autem 7. erat, nunc 9.

Habita exeunte anno 368. vel ineunte 369.

Ad funebrem Orationem accurrunt, alii, ut lugeant, alii, ut aures animosque oblectent.

I. EXISTIMATIS fortasse, ô amici, & fratres, & patres, non re duntaxat, sed nomine quoque ipso dulces, me cupidè ad dicendum prodire, ut eum qui discessit, lacrymis ac luctibus prosequar, aut longam & elegantem Orationem, quâ plerique gaudent, habeam. Et quidem vos, tanquam mihi mœroris ac luctûs socii futuri, comparastis, ut in meo casu vestros casus deploretis, si quibus hujusmodi quidpiam accidit, & in amici calamitatibus dolere condiscatis; alii verò ut aures pascatis, animósque oblectetis. Oportere si quidem nos ex calamitate quoque ipsa ostentationis ansam arripere, cujusmodi quondam erat nostra ratio, cùm & in cæteris perquàm redundantes, ac terrenis rebus addicti essemus, & in sermonibus ambitiosi; priusquàm scilicet ad verum & supremum sermonem oculos sustulissemus, Deóque, à quo omnia, rebus omnibus donatis, Deum pro omnibus rebus accepissemus. Ne, quæso, id de nobis existimetis, si quid dextri existimare vultis. Nam nec eum qui discessit, ampliùs quàm par sit, lugebimus, ut qui ne in aliis quidem talia probare soleamus; nec in eo laudando modum ac decorum excedemus, quanquam gratum, ac, si quod aliud, maximè congruum munus est eloquenti viro oratio, & ei qui sermones meos unicè amavit, laudatio; nec munus duntaxat, sed etiam debitum omnium debitorum justissimum. Verùm cùm hactenus ipsum lacrymis & laudibus prosecuti fuerimus, ut ne legem

Mortui lugendi & laudandi; sed moderatè.

(a) Ἑαυτῦ. Deest in Regg. a. ph. duobus Colb. Or. 1. Jes. &c. In aliis desunt, περιόντων ἔτι τῶν γονέων.

(b) Ἰν' ἐν. Reg. bm. Coisl. 1. Or. 1. ἵνα ἐν.

(c) Καὶ τῆς ὕλης. Billius: *ac rebus ex materia concretis.* Scholiastes antiquus observat Hyperbatum hîc esse, & sic legendum: ἡνίκα κὴ τἄλλα τῆς ὕλης ἥμεν περιττοὶ &c. *Cùm cæteris rebus terrenis, atque iis maximè quæ corporis sunt, excelleremus, dicendique copiâ & sermonibus ambitiosi essemus* &c.

(d) Δόντες. In Or. 1. γρ. δόντας.

(e) Γάρ. Deest in Reg. ph. Or. 1. & Jes.

(f) Καὶ πρέποντος. Desunt in Regg. bm. ph. tribus Colb. Or. 1. & Jes.

ΕΙΣ ΚΑΙΣΑΡΙΟΝ ΤΟΝ [a] ΕΑΥΤΟΥ ΑΔΕΛΦΟΝ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ, ΖΩΣΙΟΝΤΩΝ ΕΤΙ ΤΩΝ ΓΟΝΕΩΝ.

ΛΟΓΟΣ Ζ.

α. ΟΙΕΣΘΕ με ἴσως, ὦ φίλοι, καὶ ἀδελφοὶ, καὶ πατέρες, τὸ γλυκὺ κὴ ᾠδῆγμα κὴ ὄνομα, θρήνους ἐπιβαλοῦντα τῷ ἀπελθόντι καὶ ὀδυρμοὺς, ὑποδέχεσθαι προθύμως τὸν λόγον, ἢ μακροὺς ἐκτενοῦντα καὶ κομψοὺς λόγους, οἷς οἱ πολλοὶ χαίρουσιν. καὶ οἱ μὲν ὡς συμπενθήσοντες, καὶ συνθρηνήσοντες παρεσκεύασθε, [b] ἵν' ἐν τῷ ἐμῷ πάθει τὰ οἰκεῖα δακρύσητε, ὅσοις τὶ τοιοῦτόν ἐστι, κὴ σοφίσησθε τὸ ἀλγοῦν ἐν φιλικοῖς πάθεσιν· οἱ δὲ ὡς τὴν ἀκοὴν ἐσιάσοντες, καὶ ἡδίους ἐσόμενοι. χρῆναι γὰρ ἡμᾶς ἐπίδειξιν ποιήσασθαι καὶ τὴν συμφοράν, οἷά ποτε ἦν τὰ ἡμέτερα, ἡνίκα τἄλλα ἥμεν ἱκανῶς περιττοὶ [c] καὶ τῆς ὕλης, καὶ τὰ περὶ λόγους φιλότιμοι· πρὶν ἀναβλέψαι πρὸς τὸν ἀληθῆ λόγον καὶ ἀνωτάτω, καὶ πάντα [d] δόντες Θεῷ, παρ' οὗ τὰ πάντα, Θεὸν ἀντὶ πάντων λαβεῖν. μηδαμῶς, μὴ τοῦτο περὶ ἡμῶν ὑπολάβητε, εἴ τι ὑπολαμβάνειν βέλεσθε δεξιόν. οὔτε [e] γὰρ θρηνήσομεν τὸν ἀπελθόντα πλέον ἢ καλῶς ἔχει, οἵ γε μηδὲ τῶν ἄλλων τὰ τοιαῦτα ἀποδεχόμεθα, ὅτε ἐπαινεσόμεθα πέρα τοῦ μέτρου [f] καὶ πρέποντος, καί τοί γε δῶρον φίλον καὶ οἰκειότατον, εἰ πέρ τι ἄλλο, τῷ λογίῳ λόγος, καὶ τῷ διαφερόντως ἀγαπήσαντι τοὺς ἐμοὺς λόγους, ἡ εὐφημία· καὶ οὐ δῶρον μόνον, ἀλλὰ καὶ χρέος ἁπάντων χρεῶν δικαιότατον. ἀλλ' ὅσον ἀφοσιώσασθαι τὸν περὶ

ταῦτα νόμον κ᾽ δακρύσαντες ☪ θαυμάσαντες· οὐδὲ γὰ τοῦτο ἔξω τῆς καθ᾽ ἡμᾶς φιλοσοφίας· μνήμη τε γὰρ δικαίων μετ᾽ ἐγκωμίων· κ᾽, ἐπὶ νεκρῷ, φησὶ, κατάγαγε δάκρυα, καὶ ὡς δεινὰ
a πάσχων ἔναρξαι θρήνου, [a]ἴσον ἀναλγησίας χωρίζων ἡμᾶς καὶ ἀμετρίας· τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη, τῆς τε ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν ἐπιδείξομεν, καὶ τοῦ τῆς ψυχῆς ἀξιώματος ὑπομνήσομεν, κ᾽ τὴν ὀφειλομένην τοῖς ἀλγοῦσι
b παράκλησιν [b]ἐπιθήσομεν, καὶ μεταθήσομεν τὴν λύπην ἀπὸ τῆς σαρκὸς ☪ τῶν παρεσκαίρων ἐπὶ τὰ πνευματικὰ καὶ ἀΐδια.

β. Καισαρίῳ πατέρες μὲν, ἵν᾽ ἐντεῦθεν
c ἄρξωμαι ὅθεν ἡμῖν [c]πρεπωδέστατον, οὓς πάντες γινώσκετε, καὶ ὧν τὴν ἀρετὴν καὶ
d ὁρῶντες ☪ ἀκούοντες [d]ζηλοῦτε, ☪ θαυμάζετε, καὶ διηγεῖσθε τοῖς ἀγνοοῦσιν, εἴπερ τινες εἰσὶν ἀνθρώπων, ἄλλος ἄλλό τι μέρος ἀπολαβόντες· ἐπεὶ μὴ πάντα τὸν αὐτὸν οἷόν τε, μηδὲ μιᾶς γλώσσης τὸ ἔργον, κἂν σφόδρά τις ᾖ τῶν φιλοπονωτάτων, καὶ φιλοτίμων· οἷς
e πολλῶν καὶ μεγάλων ὑπαρχόντων εἰς εὐφημίαν, εἰ μὴ τῷ [e]περιττὸς εἶναι δοκῶ τὰ οἰκεῖα θαυμάζων, ἓν μέγιστον ἁπάντων, καὶ ὥσπερ ἄλλό τι ἐπίσημόν ἐστιν ἡ εὐσέβεια· τοὺς σεμνοὺς τοὺς δὲ λέγω καὶ πολιοὺς, καὶ οὐχ
f ἧττον δι᾽ ἀρετὴν [f]αἰδεσίμους, ἢ δι᾽ ἡλικίαν γήρας· ὧν τὰ μὲν σώματα χρόνῳ κέκμηκεν, αἱ ψυχαὶ δὲ Θεῷ νεάζουσιν.

γ. Πατὴρ μὲν ἐκ τῆς ἀγριελαίου καλῶς ἐγκεντρισθεὶς εἰς τὴν καλλιέλαιον, καὶ τοσοῦτον
g κοινωνήσας τῆς πιότητος, [g]ὥστε καὶ ἄλλους ἐγκεντρίζειν πιστευθῆναι, καὶ θεραπείαν ἐγχειρισθῆναι ψυχῶν, ὑψηλὸς ὑψηλῶς τοῦ λαοῦ τοῦδε προκαθεζόμενος, Ααρών τις δεύτερος, ἢ Μωϋσῆς, Θεῷ πλησιάζειν ἀξιωμένος, καὶ θείαν φωνὴν χορηγεῖν, τοῖς ἄλλοις ἱσαμένοις
h πόρρωθεν, πρᾷος, ἀόργητος, γαληνὸς [h]τὸ εἶδος,
i θερμὸς τὸ πνεῦμα, [i]πολὺς τὸ φαινόμενον, πλουσιώτερος τὸ κρυπτόμενον. τί ἂν ὑμῖν ἀναζωγραφοίην τὸν γινωσκόμενον; οὐδὲ γὰρ εἰ μακρὸν ἐκτείνοιμεν λόγον, εἴποιμεν ἄν
k τι τοσοῦτον ὅσον ἄξιον, ☪ ὅσον ἕκαστος [k]συνεπίσταταί τε καὶ ἀπαιτεῖ τὸν λόγον· καὶ βέ-
l λτιον ταῖς ὑπονοίαις [l]παραχωρεῖν, ἢ πρὸ

A eam, quæ in hujuſmodi rebus viget, neglexiſſe videamur; (neque enim hoc à noſtra philoſophia eſt alienum: *Memoria* quippe *juſtorum*, inquit ille, *cum laudibus*: &, *Super mortuum plora, & quaſi dira paſſus incipe plorare*: æquè ſcilicet nos & ab indolentia, & ab immodico luctu disjungens;) poſtea & humanæ naturæ imbecillitatem oſtendemus, & animæ dignitatem vobis in mentem revocabimus, & debitam iis, qui in dolore verſantur, conſolationem imponemus, & mœrorem B à carne ac rebus caducis ad ſpiritualia & æterna transferemus.

Mortuorum laudatio à Chriſtiana Philoſophia minimè aliena. *Prov.* x. 7. *Ec.* xxxviii. 16.

Orationis diviſio.

II. Cæſarius igitur, ut hinc incipiam undè me maximè decet, parentes eos habuit, quos omnes noſtis, quorúmque virtutem oculis atque auribus uſurpantes æmulamini, mirificis laudibus in cœlum effertis, aliiſque, quibus ea ignota eſt, ſi qui tamen ſint, narratis, alius aliam quandam partem accipientes. Neque enim fieri poteſt ut unus omnia exponat, nec unius linguæ hoc opus eſt, quantumvis aliquis C labore ac diligentiâ valeat, ac ſummum animi ſtudium & contentionem adhibeat. Quibus cùm multa & magna laudum argumenta ſuppetant, (niſi fortaſsè cuipiam ineptè facere videor, qui domeſticas laudes prædicem,) una tamen eos res potiſſimùm nobilitat, & inſignes reddit, nempè pietas. Hos graves & canos dico, nec minùs virtutis, quàm ſenectutis nomine venerandos: quorum corpora quidem tempore fracta & debilitata ſunt, animæ autem Deo florent ac pubeſcunt.

Funebrem Cæſarii laudationem à Parentibus auſpicatur Gregorius.

III. Pater quidem ex oleaſtro in fructiferam olivam pulchrè inſitus, pinguediníſque uſque adeò particeps factus, ut alios quoque inſerendi cura ipſi commiſſa, & animarum cultura mandata ſit, excelſus excelsè huic populo præſidens, alter Aaron, aut Moſes, hanc dignitatem conſecutus, ut ad Deum appropinquet, ac vocem divinam aliis procul ſtantibus ſubminiſtret, manſuetus, ab ira alienus, vultu tranquillus, ſpiritu fervidus, dives his rebus quæ oculis cernuntur, ditior iis quæ tectæ & abſconditæ ſunt. Quid autem vobis eum, qui notus eſt, deſcribere aggredior? Neque enim, etiamſi ſermonem in longum protraherem, parem tamen illius virtuti orationem afferrem, quantúmque unuſquiſque veſtrûm novit, ac poſtulat, dicerem. Ac præſtat id in opinionibus veſtris & cogitationibus relinquere, quàm E

Patri laudis debitum perſolvit.

(a) Ισον. Reg. a. Coisl. 1. ἴσως, *fortaſsè*.
(b) Επιθήσομεν. Sic Reg. ph. tres Colb. Coisl 1. & 2. Or. 1. & Hervag. Par. ed. ἐπιδείξομεν, *oſtendemus*.
(c) Πρεπωδέστατον. Reg. ph. πρεπωδέστερον.
(d) Ζηλοῦτε. Reg. ph. Or. 1. & Jeſ. ζηλοῦτε τε.
(e) Περιττὸς. *Nimius, immoderatus*.
(f) Αἰδεσίμους. Reg. ph. tres Colb. Or. 1. & Jeſ. ὁμοτίμους.
(g) Ωσθ᾽... πιστευθῆναι. Billius: *ut aliorum quoque inſitio ipſi commiſſa*.
(h) Τὸ εἶδος. Reg. ph. τὸ ἦθος, *moribus*.
(i) Πολὺς τὸ φαινόμενον &c. *Dives externis dotibus ac virtutibus, quæ oculis conſpiciuntur; ditior iis quæ latent*. Sic intelligenda hæc Gregorii verba monet Elias.
(k) Συνεπίσταται. Coisl. 1. συνεπίστασται.
(l) Παραχωρεῖν. Reg. ph. tres Colb. Or. 1. & Jeſ. συγχωρεῖν.

ſermone meo magnam miraculi partem amputare.

λόγῳ τὸ πολὺ ϖεικόπλειν τοῦ θαύματος.

Matrem laudibus prædicat.

IV. Mater autem antiquitùs quidem atque ab ipſis proavis Deo conſecrata, pietatem, inſtar neceſſariæ cujuſdam hæreditatis, non ad ſeipſam tantummodò, ſed ad liberos quoque deducens, ex ſanctis primitiis verè ſancta conſperſio. Quam etiam tantùm auxit & amplificavit, ut ne mariti quidem perfectionem, (dicam enim, etiamſi hic ſermo temeritate non careat,) alii ulli, quàm ipſi, aſcribendam eſſe nonnulli credant, ac prædicent; eamque, ô rem miram! pro pietatis præmio majorem ac perfectiorem pietatem accepiſſe. Ambo filiorum ſimul & Chriſti amantes, id quod ſummâ admiratione dignum eſt, imò Chriſti amantiores quàm liberorum; quippe qui unum hunc ex liberis fructum caperent, ut à Chriſto agnoſcerentur, noménque ducerent, ſoláque virtute, atque cum eo, quod præſtantius eſt, velut conjunctione ac neceſſitudine ſe prole felices definirent: Ambo humani, miſericordes, multa tineis, & latronibus, & mundi principi eripientes, ab incolatu ad habitationem eos transferentes, maximámque hæreditatem, hoc eſt, futuræ vitæ ſplendorem, filiis coacervantes. Sic illi ad altam ſenectutem pervenerunt, virtute atque annis inter ſe pares, ac pleni dierum, tam qui manent quàm qui fluunt ac dilabuntur: uterque primas inter mortales habiturus, niſi mutuò ipſi ſeſe principatu prohiberent. Denique omnes felicitatis numeros expleverunt, exceptâ hâc poſtremâ, ut quiſpiam exiſtimare queat, ſive probatione, ſive diſpenſatione: hoc eſt, meo quidem judicio, ut præmiſſo eo filio, cui propter ætatis lubricum magis timendum erat, ita jam ipſi ſecuro animo vitam claudant, & cum univerſa domo ad ſuperna transferantur.

δ. Μήτηρ δὲ ἄνωθεν μὲν καὶ ἐκ ϖρογόνων καθιερωμένη Θεῷ, καὶ κλῆρον ἀναγκαῖον οὐκ εἰς ἑαυτὴν [a] μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς κατάγουσα τὴν εὐσέβειαν, ἐξ ἁγίας ἀπαρχῆς ὄντως ἅγιον φύραμα· τοσοῦτον δὲ [b] αὐτὸ αὐξήσασά τε καὶ πλεονάσασα, ὥϛε ἤδη τισὶ, φθέγξομαι γὰρ εἰ καὶ τολμηρὸς ὁ λόγος, μηδὲ τὴν τοῦ ἀνδρὸς τελειότητα ἑτέρου τινὸς, ἢ ταύτης ἔργον γενέσθαι, πιϛευθῆναί τε καὶ ῥηθῆναι· ὦ, ὦ τῆ θαύματος· ἆθλον εὐσεβείας δοθῆναι μείζονα καὶ [c] τελειοτέραν εὐσέβειαν. φιλόπαιδες ἄμφω καὶ φιλόχριϛοι, τὸ ϖᾶσι δοξότατον, μᾶλλον δὲ φιλόχριϛοι πλέον, ἢ φιλόπαιδες· οἷς γε καὶ τῶν τέκνων μία τις ἀπόλαυσις ἦν, τὸ ἀπὸ Χριϛοῦ ϑ γνωρίζεσθαι, ϑ ὀνομάζεσθαι, καὶ εἰς εὐπαιδίας ὅρος ἡ ἀρετὴ, καὶ ἡ ϖρὸς τὸ [d] κρεῖττον οἰκείωσις· εὐσϖλαγχνοι, συμπαθεῖς, ἁρπάζοντες τὰ πολλὰ σητῶν, καὶ ληϛῶν, καὶ τοῦ κοσμοπράτορος, ἐκ τῆς παροικίας εἰς τὴν κατοικίαν μετασκευαζόμενοι, καὶ κλῆρον μέγιϛον τοῖς παισὶ τὴν ἐκεῖθεν λαμπρότητα ϑησαυρίζοντες. οὕτω τοι καὶ [e] εἰς λιπαρὸν ἔφθασαν γῆρας, ὁμότιμοι καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἡλικίαν, καὶ πλήρεις ἡμερῶν, τῆϛ τε μενουσῶν ὁμοίως ϑ τῆϛ λυομένων· ϖᾶϛ δὲ τοσοῦτον ἑκάτερος οὐκ ἔχων τὰ ϖρῶτα τῆϛ ἐπὶ γῆς, παρ' ὅσον ὑϖ' ἀλλήλων εἰς τὸ ϖρωτεῖον ἐκωλύοντο, ϗ πάσης εὐδαιμονίας μέτρον ἐπλήρωσαν, πλὴν τῆς τελευταίας ταύτης, ὡς ἂν οἰηθείη τις, εἴτε δοκιμασίας χρὴ λέγειν, εἴτε οἰκονομίας· ἡ δέ ἐϛιν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, τὸν σφαλερώτερον τῆϛ παίδων δι' ἡλικίαν ϖροπέμψαντες, οὕτως ἤδη καταλῦσαι τὸν βίον [f] ἐν ἀσφαλείᾳ, καὶ ϖρὸς τὰ ἄνω πανοικεσίᾳ [g] μετατεθῆναι.

Amborum virtuti Cæſarii virtus debetur.

V. Atque hæc expoſui, non ut illorum laudes prædicarem, aut quòd eſſem neſcius vix quenquam etiam totâ oratione de eorum laudibus inſtitutâ, materiæ dignitatem aſſequi poſſe: verùm ut illud oſtenderem à patribus debitam Cæſario virtutem fuiſſe, nec mirum vobis aut incredibile videri debere, ſi tales parentes nactus talibus laudibus ſe dignum præbuit; ſed illud potiùs, ſi neglectis domeſticis & propinquis exemplis alios ſibi ſpectandos propoſuiſſet. Atque initia quidem ejuſmodi fuerunt, & qualia eſſe verè ingenuis

ε. Καὶ ταῦτα διῆλθον, οὐ τούτῳ ἐγκωμιάσαι βουλόμενος, οὐδὲ ἀγνοῶν ὅτι μόλις ἄν τις τῆς ἀξίας ἐφίκοιτο, καὶ ὅλην ὑϖόθεσιν λόγου τὸν τούτων ἔπαινον [h] ἐνϛησάμενος· ἀλλὰ ἵν' ἐπιδείξαιμι ἐκ πατέρων ὀφειλομένην Καισαρίῳ τὴν ἀρετὴν, καὶ μὴ ϑαυμάζητε, μηδὲ ἀπιϛῆτε, εἰ τοιούτων τυχὼν γεννητόρων, τοιούτων ἑαυτὸν ϖαρέσχεν ἐπαίνων ἄξιον· ἀλλὰ τοὐναντίον, εἰ ϖρὸς ἑτέρους εἶδεν, τῶν οἰκείων καὶ τῶν ἐγγύθεν ἀμελήσας ὑϖοδειγμάτων. τὰ μὲν δὴ ϖρῶτα τοιαῦτα, οἷα ϖρϖσῆκεν εἶναι

Ambo Chriſti quàm liberorum amantiores.

Ambo humani & miſericordes.

(a) Μόνον. Coisl. 1. μόνην.

(b) Αὐτὸ αὐξήσασα. Reg. bm. αὐτήν. Reg. ph. tres Colb. Or. 1. & Jeſ. φύραμα, ἡ τὸν αὐτὸν, (nempè, κλῆρον) αὐξήσασα.

(c) Τελειοτέραν. Or. 1. τελειώτεραν.

(d) Κρεῖττον. Hâc voce *Deum* intelligere videtur Gregorius; ac proindè vertendum: *cum Deo conjunctione & neceſſitudine.* Billius in prima Editione ſic verterat: *ſolâ virtute conjunctioneque cum Deo atque conſortio, felicem liberorum procreationem definirent.*

(e) Εἰς λιπαρὸν. *Ad uberem beatamque ſenectutem.*

(f) Ἐν ἀσφαλείᾳ. Tres Regg. totidem Colb. & Or. 1. σὺν ἀσφαλείᾳ, *cum ſecuritate.*

(g) Μετατεθῆναι. Sic Reg. hu. Par. μεταδιτθῆναι.

(h) Ἐνϛησάμενος. Coisl. 1. συνϛησάμενος.

τοῖς

a τοῖς [a] ὄντως εὖ γεγονόσι, καὶ καλῶς βιώσεσθαι A conveniebat, ac rectè & honestè victuris. Ut
μέλλουσιν. ἵνα δὴ τὰ ἐν μέσῳ συντέμω, κάλλος,
καὶ μέγεθος, καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσι τοῦ ἀνδρὸς
χάριν, ⁊ ὥσπερ ἐν φθόγγοις εὐαρμοσίαν, ὅτι
b μηδὲ [b] πρὸς ἡμῶν τὰ τοιαῦτα θαυμάζειν, εἰ
c καὶ τοῖς ἄλλοις οὐ μικρὰ φαίνεται, πρὸς [c] τὰ
ἑφεξῆς, βαδιοῦμαι τοῦ λόγου, καὶ ἃ μὴ δὲ
βουλομένῳ παραλιπεῖν ῥᾴδιον.

d ς. Ὑπὸ δὴ τοιούτοις ἤθεσι τραφέντες, [d] καὶ
παιδευθέντες, καὶ τοῖς ἐνταῦθα μαθήμασιν
e ἱκανῶς ἐνασκηθέντες, [e] ἐν οἷς ἐκεῖνος τάχει τε B
καὶ μεγέθει φύσεως, οὐδ' ἂν εἴποι τις ὅσον
ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ἦν· ὦ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν
τούτων παρέλθω μνήμην, ⁊ μή με ἀφιλόσοφον
ἐλέγξῃ τὸ πάθος πρὸ τὴν ὑπόσχεσιν· ἀλλ'
ἐπειδή γε ἀποδημίας καιρὸς ἐδόκει, καὶ τότε
πρῶτον ἀπ' ἀλλήλων ἐσχίσθημεν· ἐγὼ μὲν
f τοῖς κατὰ Παλαισίνην [f] ἐγκαταμείνας παιδευ-
τηρίοις, ἀνθοῦσι τότε κατὰ ῥητορικῆς ἔρωτα, ὁ
δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν καταλαβών, πανταχοῦ
παιδεύσεως, καὶ τότε καὶ νῦν οὖσάν τε καὶ C
δοκοῦσαν ἐργαστήριον. τί πρῶτον, ἢ τί μέγιστον
g εἴπω τῶν ἐκείνου καλῶν; [g] τί δὲ παρεὶς, μὴ
πρῶ μεγίστῳ ζημιώσω τὸν λόγον; τίς μὲν
ἐκείνου διδασκάλοις πιστότερος; τίς δὲ ἥλιξι
h φιλικώτερος; τίς μὲν [h] μᾶλλον ἀπέφυγε
τὴν τῶν μοχθηρῶν ἑταιρίαν ⁊ ὁμιλίαν; τίς δὲ
i τῇ πρῶ βελτίσων ἑαυτὸν [i] προσέθηκε πλεῖον,
ἄλλοις τε καὶ πρῶ ἐκ τῆς πατρίδος τοῖς εὐδο-
κιμωτάτοις καὶ γνωριμωτάτοις; εἰδὼς οὐδὲ
τοῦτο φέρειν μικρὸν εἰς ἀρετὴν ἢ κακίαν τὰς D
συνουσίας· ἐξ ὧν τίς μὲν ἄρχουσιν ἐκείνου
k τιμιώτερος; τίς δὲ τῇ πόλει πάσῃ, [k] καί τοί
γε δι' τὸ μέγεθος πάντων ἐγκρυπτομένων, ἢ
l ἐπὶ ⟨σωφροσύνῃ [l] γνωριμότερος, ἢ ἐπὶ συνέσει
σαφηνέστερος;

ζ. Ποῖον μὲν εἶδος οὐκ ἐπῆλθε παιδεύσεως;
μᾶλλον δὲ ποῖον, ὡς οὐδὲ μόνον ἕτερος; τίνι
m δὲ παρῆκεν ἐγγὺς αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ [m] κατὰ
μικρὸν, μὴ ὅτι πρῶ καθ' ἑαυτὸν καὶ τῆς αὐτῆς
ἡλικίας, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ E
παλαιοτέρων ἐν τοῖς μαθήμασι; καὶ πάντα
ὡς ἓν ἐξασκήσας, καὶ ἀντὶ πάντων ἕκαστον.
τοὺς μὲν πλησίον τὴν φύσιν, φιλοπονίᾳ νικήσας,
τοὺς δὲ γενναίους τὴν ἄσκησιν, διανοίᾳ ὀξύτητι·
μᾶλλον δὲ τάχει μὲν τοὺς ταχεῖς, σπουδῇ

VI. Nos igitur sub hujusmodi moribus educati & instituti, atque in hujusce loci disciplinis, satis exercitati & exculti, in quibus ille ingenii celeritate ac magnitudine dici non potest quàm longo intervallo plerósque post se relinqueret; ô quonam pacto harum rerum memoriam sine lacrymis præteribo, nec me, contrà quam pollicitus sum, parum fortis animi esse dolor ostendet! cùm jam peregrinationis tempus esse videretur, ac tum primùm alter ab altero distracti sumus: ego nimirum ob artis oratoriæ amorem, in Palæstinæ scholis, tum florentibus, moratus; ille autem Alexandriam profectus, urbem, & tunc & nunc quoque, tum verè tum hominum existimatione, doctrinæ omnis officinam. Quid primum, aut quid maximum ex illius laudibus commemorem? Aut quid sine gravissimo orationis damno prætermittam? Quis illo præceptoribus fidelior? Quis æqualibus jucundior? Quis improborum societatem & consuetudinem magis vitavit? Quis optimorum virorum, cùm aliorum, tum celeberrimi cujusque ex patria & nobilissimi familiaritati sese magis adjunxit? Non ignorabat sanè, ad virtutem aut vitium permagni referre, cum quibus quispiam consuescit. Atque idcircò, quis apud Præsides honoratior? Imò quis universæ urbi, (quamvis sublimior prorsùs ac abstrusior ipsius doctrina,) aut ob temperantiam clarior, aut ob ingenii sagacitatem illustrior?

Cæsarius summâ ingenii celeritate ac magnitudine præditus.

Alexandriam, omnis doctrinæ officinam, petit.

Omnium benevolètiam captat.

VII. Quodnam doctrinæ genus non peragravit? Immò quodnam est, quod non ut ne unum quidem alius? Cuinam autem concessit, ut ad ipsum, vel tantillum appropinquaret, non sodalium tantùm & æqualium, sed etiam majorum natu, & qui plus temporis in litterarum studiis consumpserant? Nam & omnia ut unum excoluerat, & singula rursum ut omnia. Ac ut volucri ingenio præditos, studio & diligentiâ, ita studiosos & industrios ingenii celeritate superabat: vel, ut rectiùs loquar,

Omne doctrinæ genus peragrat.

Condiscipulos omnes superat.

(a) Οντως. Deest in pluribus codd. nec reddidit Billius.
(b) Πρὸς ἡμῶν. Sic tres Regg. tres Colb. Or. 1. & Jes. Editi verò, ὑμῶν.
(c) Τὰ ἑφεξῆς. Reg. a. τὰ ἐξῆς.
(d) Καὶ παιδευθέντες. Deest in Reg. a.
(e) Ἐν οἷς ἐκεῖνος. Ita Reg. hu. Coisl. 1. & 2. Or. 1. aliique plures. Ed. ἐν οἷς ἐκείνοις.
(f) Ἐγκαταμείνας. Tres Regg. tres Colb. &c. ἐμμείνας.
(g) Τί δὲ. Or. 1. τί δαί. In Ed. deest δέ.
(h) Μᾶλλον ἀπέφυγε. Reg. bm. Jes. ἀπέφυγε μᾶλλον.
(i) Προσέθηκε πλεῖον. Jes. προσέθηκε πλέον.
(k) Καί τοί γε &c. Billius: *quamvis alioqui ob ipsius magnitudinem omnes obscuri atque incogniti essent.*
(l) Γνωριμότερος. Or. 1. γνωριμώτερος.
(m) Κατὰ μικρόν. Combef. παρὰ μικρόν.

ingenioſos ingenio, & laborioſos ſtudio, & eos qui utrâque re pollebant, utrâque præcellebat. Atque ex Geometria quidem, & Aſtronomia, & doctrina aliis periculoſa, cùm, quidquid utile erat, collegiſſet, hoc eſt, ut ex corporum cœleſtium concentu atque ordine Creatorem admiraretur, quidquid noxium & exitioſum erat, effugit; nempè ea quæ ſunt, ac fiunt, ad ſiderum motum haudquaquam referens, quemadmodum ii qui conſervam ſuam creaturam adverſus Creatorem concitant; verùm, ut alia omnia, ſic eorum quoque motum, ut par eſt, divinæ Providentiæ attribuens. In numeris autem & ſupputationibus, atque eâ eximiæ artis medicæ parte, quæ in naturis ac temperamentis, causíſque morborum inquirendis verſatur, ut ſucciſis radicibus rami quoque ſimul amputentur, quis ita ineptus & pervicax erat, ut ſecundas ipſi daret, ac non benè ſecum agi duceret, ſi proximum illi numerum obtineret, ac primas inter ſecundos ferret? Neque verò hæc ſermo quidam ſunt, nullo teſtimonio ſuffultus, verùm & Orientalis, & Occidentalis ora, & denique omnes eæ regiones, quas poſtea perluſtravit, inſignes ipſius doctrinæ columnæ ſunt.

Quidquid in Geometria, Aſtronomia & Medicina bonum eſt, colligit; quidquid noxium, effugit ac reprobat.

VIII. Cùm autem, ut omnis generis mercibus in ingentem navim onerariam, ſic ipſe omni virtutis ac diſciplinæ genere in animam ſuam collecto, in propriam urbem navigaret, ut pulchras doctrinæ ſuæ merces aliis etiam impertiret, hîc quoque admirabilis quædam res accidit, quam, quia ejus recordatio me omnium maximè delectat, vobíſque etiam voluptatem afferre queat, non alienum fuerit paucis exponere. Mater noſtra, materno quodam voto, atque amoris erga filios pleno, hoc optabat, quemadmodum ambos eodem tempore emiſerat, ſic ambos quoque ſimul redeuntes videret. Eramus enim, ſi non aliis, matri quidem certè, cùm ſimul conſpiceremur, par quoddam votis exoptandum, atque viſendum, licèt nunc ab invidia malè diſſolutum. Et ecce Dei impulſu, qui juſtas preces audit, & parentum erga probos filios amorem in pretio habet, nec ex conſilio ullo, nec ex compacto, ille Alexandriâ, ego ex Græcia, alter à terra, alter mari, eodem tempore in eandem civitatem appulimus. Hæc autem erat Byzantium, urbs totius Europæ principatum nunc tenens; in qua tantam brevi gloriam Cæſarius adeptus eſt, ut publici honores, nobiléque matrimonium, ac Senatoria dignitas ei oblata fuerit, communique decreto à magno Imperatore per le-

Gregorii ac Cæſarii mater vota faciens, ut quos eodem tempore emiſerat filios, eos ſimul redeuntes videret.

Gregorius & Cæſarius inſcii ſimul Bizantium appulerunt.

Publici honores Cæſario

δὲ τοὺς φιλοπόνως ὑπερβαλὼν, καὶ τοὺς κατ' ἄμφω δεξιοὺς, ἀμφοτέροις. γεωμετρίας μέν γε καὶ ἀστρονομίας, καὶ τῆς ἐπικινδύνου τοῖς ἄλλοις παιδεύσεως, ὅσον χρήσιμον ἐκλεξάμενος, τοῦτο δὲ ἦν, ἐκ τῆς τῶν οὐρανίων εὐαρμοσίας καὶ τάξεως τὸν δημιουργὸν θαυμάσαι, ὅσον βλαβερὸν ταύτης διέφυγεν· οὐ τῇ φορᾷ τῇ ἄστρων, διδοὺς τὰ ὄντα καὶ τὰ γινόμενα, ὡς οἱ τὴν ὁμόδουλον [a]ἑαυτοῖς κτίσιν, ἐπανιστάντες πρὸ κτίσαντι, Θεῷ δὲ καὶ τ' ἄλλα πάντα, ὥσπερ εἰκὸς, ἀνατιθεὶς, καὶ τὴν τούτων κίνησιν· ἀριθμῶν δὲ καὶ λογισμῶν, καὶ τῆς θαυμασίας ἰατρικῆς, ὅση τὰ περὶ φύσεις, καὶ κράσεις, καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν νοσημάτων φιλοσοφεῖ, ὥστε ταῖς ῥίζαις ἀναιρουμέναις, συνεκκόπτειν καὶ τὰ βλαστήματα, τίς οὕτως ἀμαθὴς ἢ φιλόνεικος, ὡς ἐκείνῳ δοῦναι τὰ δεύτερα, κἀ μὴ ἀγαπᾷν, εἰ μετ' ἐκεῖνον εὐθὺς ἀριθμοῖτο, τὸ πρεσβεῖον ἐν τοῖς δευτέροις φερόμενος; Καὶ ταῦτα οὐ λόγος ἐστὶν ἁμάρτυρος, ἀλλ' ἐῶ τε [b]ὁμοῦ λῆξις καὶ ἑστέριος, καὶ ὅσην ἐκεῖνος ἐπῆλθεν ὕστερον, ἐπίσημοι σῆλαι τῆς ἐκείνου παιδεύσεως.

η. Ἐπεὶ δὲ πᾶσαν ἀρετήν τε καὶ μάθησιν, ὥσπερ μεγάλη φορτὶς παντοδαπὴν ἐμπορίαν, εἰς μίαν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν συλλεξάμενος, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ [c]πόλιν ἐστέλλετο, ὡς ἂν καὶ τοῖς ἄλλοις μεταδοίη τῶν καλῶν ἀγωγίμων τῆς ἑαυτοῦ παιδεύσεως, ἐνταῦθά τι Καὶ συνηνέχθη πρᾶγμα θαυμάσιον, οὐδὲν δὲ οἷον, [d]καὶ γὰρ ἐμέ γε μάλιστα πάντων εὐφραίνει τοῦτο μνημονευθὲν, καὶ ὑμᾶς ἂν ἡδίους ποιήσειεν, ἐν βραχεῖ διηγήσασθαι. ηὔχετο μὲν ἡ μήτηρ εὐχὴν μητρικήν τινα Καὶ φιλόπαιδα, ὥσπερ ἐξέπεμψεν ἀμφοτέρους, οὕτω καὶ σὺν ἀλλήλοις ἐπανελθόντας ἰδεῖν. ξυνωρὶς γὰρ [e]ἐδοκοῦμέν τις, καὶ εἰ μὴ τοῖς ἄλλοις, μητρί γ' οὖν, εὐχῆς Καὶ θέας ἀξία, σὺν ἀλλήλοις ὁρώμενοι, ἣ νῦν κακῶς ὑπὸ τοῦ φθόνου διαλυθεῖσα· Θεοῦ δὲ οὕτω κινήσαντος, ὃς ἀκούει δικαίας εὐχῆς, καὶ φίλτρον τιμᾷ γονέων εἰς παῖδας εὐγνώμονας, ἐξ οὐδεμιᾶς ἐπινοίας, οὐδὲ συνθήματος, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας, ὁ δὲ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον εἰς τὴν αὐτὴν πόλιν, ὁ μὲν ἀπὸ γῆς, ὁ δὲ ἀπὸ θαλάσσης κατήραμεν. ἡ πόλις [f]ἦν ἦν τὸ Βυζάντιον, ἣ νῦν περικαθεζομένη τῆς Εὐρώπης πόλις· ἐν ᾗ τοσοῦτον Καισάριος κλέος ἐκ πολλῆς χρόνου διελθόντος ἠνέγκατο, ὥστε

(a) Ἑαυτοῖς. Sic Regg. a. bm. Or. 1. & Jeſ. Editi, ἑαυτῆς.
(b) Ὁμοῦ λῆξις. Reg. bm. Or. 1. Jeſ. λῆξις ὁμοῦ.
(c) Πόλιν. Reg. bm. & Jeſ. πάλιν, *rurſus*. Sic etiam Billius legerat.
(d) Καὶ γὰρ ἐμέ γε. Sic Reg. hu. duo Colb. & Or. 1. Deeſt γάρ, in Ed.
(e) Ἐδοκοῦμεν. *Videbamur*.
(f) Ἀλλ' ἦν. Reg. bm. δ' ἦν. Deeſt ἦν, in Reg. hu. & Or. 1.

δημοσίας τιμὰς αὐτῷ, καὶ γάμον τῶν εὐδοκίμων, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς μετουσίαν ποιεῖσθαι, καὶ πρὸς βασιλέα πρεσβείαν [a]σαλῆναι, τὸν μέγαν ἀπὸ κοινοῦ δόγματος, τὴν πρώτην πόλιν τῷ πρώτῳ λογίων κοσμηθῆναί τε & τιμηθῆναι, εἴ τι [b]μέλειν αὐτῷ τοῦ πρώτην ἀληθῶς εἶναι, καὶ τῆς ἐπωνυμίας ἀξίαν, & τοῦτο προσεθῆναι πᾶσι τοῖς ὑπὲρ αὐτῆς διηγήμασι, [c]τῷ Καισαρίῳ καλλωπίζεσθαι, & ἰατρῷ, & οἰκήτορι· & τοί γε μετὰ τῆς ἄλλης λαμπρότητος, πολλοῖς καὶ μεγάλοις [d]εὐθυνουμένην ἀνδράσι, κατά τε φιλοσοφίαν, κατά τε τὴν ἄλλην παίδευσιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἱκανῶς. τότε δ' ἓν τὸ γενόμενον; τοῖς μὲν ἄλλοις συντυχία τις ἔδοξεν ἄλογος καὶ ἀναίτιος, οἷα φέρει πολλὰ [e]τὸ αὐτόματον ἐν τοῖς ἡμετέροις, τοῖς ὑπὲρ φιλοθέους & λίαν εὐδηλον ἦν, μὴ ἄλλό τι τὸ συμβὰν εἶναι, ἢ γονέων θεοφιλῶν ἔργον, ἐκ γῆς & θαλάττης τὰς παῖδας [f]συναγόντων εἰς μίαν εὐχῆς ἐκπλήρωσιν.

gatos petitum sit, ut principem urbem viro eruditorum principe ornari atque honestari vellet, (siquidem hoc ipsi curæ esset, ut verè primaria, nominéque suo digna existeret,) atque ad cæteras ipsius laudes hanc accedere, ut Cæsario, & medico, & cive ornaretur: quamvis alioqui præter cæterum splendorem, viris, tam in Philosophia quàm in aliis artium generibus, eximiis abundet. Sed de hac re satis. Illud autem, quod tum contigit, licèt aliis temerè ac fortuitò contigisse videretur, cujusmodi multa fert casus in rebus humanis, apud pios tamen perquàm manifestum erat, non alia de causa rem evenisse, quàm piorum parentum, ad unius voti summam explendam, filios, tum terrâ, tum mari in unum colligentium.

ab Imperatore oblati.

θ. Φέρε μηδὲ τοῦτο τῶν Καισαρίου καλῶν παρέλθωμεν, ὃ τοῖς μὲν ἄλλοις ἴσως μικρὸν, καὶ οὐδὲ μνήμης ἄξιον, ἐμοὶ δὲ καὶ τότε καὶ νῦν μέγιστον ἔδοξεν, εἴπερ τῶν ἐπαινετῶν ἡ φιλαδελφία, & οὐ παύσομαι τιθεὶς ἐν πρώτοις, ὁσάκις ἂν τὰ ἐκείνου ἐκδιηγῶμαι. κατεῖχε μὲν αὐτὸν αἷς εἶπον τιμαῖς ἡ πόλις, καὶ [g]οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο μεθήσειν ἔφασκεν, ἐγὼ δὲ ἀνθέλκων ἴσχυσα, ὁ πάντα Καισαρίῳ πολὺς & τίμιος, καὶ τοῖς γονεῦσι τὴν εὐχὴν πληρῶσαι, καὶ τῇ πατρίδι τὸ χρέος, καὶ ἐμαυτῷ τὸν πόθον. λαβὼν τῆς ὁδοῦ κοινωνὸν & συνέμπορον, καὶ προτιμηθεὶς οὐ πόλεων καὶ δήμων μόνον, οὐδὲ τιμῶν καὶ πόρων, οἳ πολλοὶ καὶ πολλαχόθεν, οἱ μὲν συνέῤῥεον ἐκείνῳ, οἱ δὲ ἠλπίζοντο, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ βασιλέως σχεδὸν, καὶ τῶν ἐκεῖθεν [h]ἐπιταγμάτων. ἐντεῦθεν ἐγὼ μὲν φιλοσοφεῖν διέγνων, καὶ πρὸς τὸν ἄνω βίον μεθαρμοσθῆναι, ὥσπερ τινα βαρὺν δεσπότην καὶ ἀῤῥώστημα χαλεπὸν, πᾶσαν φιλοτιμίαν ἀποσεισάμενος· μᾶλλον δὲ ὁ μὲν πόθος πρεσβύτερος, ὁ δὲ βίος ὕστερος. τὸν δὲ τὰ πρῶτα τῆς παιδεύσεως ἀναθέντα τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι, καὶ θαυμασθέντα ἧς πόνων ἀξίως, μετὰ τοῦτο δόξης ἐπιθυμία, & τοῦ [i]προσαλεύειν τῆς πόλεως, ὡς ἐμέ γε συνέπεισεν, τοῖς βασιλείοις δίδωσιν,

IX. Age, ne hanc quidem Cæsarii laudem prætereamus, quæ quamvis aliorum judicio exigua fortasse, ac ne commemoratione quidem digna sit, mihi tamen maxima, & tunc visa est, & nunc item videtur, si modò fraternus amor laudem meretur, neque unquam eam inter primas collocare desinam, quoties mihi de illius rebus narratio instituta fuerit. Nam cùm civitas, iis, quos diximus, honoribus eum retineret, negarétque se illi ullâ ratione potestatem discedendi facturam, ego tamen, cujus authoritatem Cæsarius in omnibus rebus plurimi faciebat, in contrarium nitens, hoc sum consecutus, ut nec parentes voto suo, nec patria debito sibi officio, nec denique ego desiderio meo frustrarer. Itineris enim socium comitémque se mihi adjunxit; méque non urbibus solùm & populis, non honoribus & proventibus, qui multi ad eum undique partim confluebant, partim in spe atque expectatione erant, verùm propemodùm ipsi quoque Imperatori ejúsque jussis antepositi. Hinc ego, excusâ omni ambitione, non secùs ac gravi quodam domino, & molesto morbo, philosophari, atque ad supernæ vitæ studium meipsum transferre constitui; vel potiùs antiquior quidem cupiditas fuit, vita autem posterior. At verò Cæsarius, cúm doctrinæ suæ primitias patriæ consecrasset, dignámque laboribus admirationem sui commovisset, postea gloriæ cupiditate ductus,

His spretis, Cæsarius Gregorium fratrem in patriam comitatur.

Cæsarius, patriæ consecratis doctrinæ suæ primitiis, in au-

(a) Σταλῆναι. Deest in Regg. bm. hu. tribus Colb. Or. 1. & Jes.

(b) Μέλειν. Reg. hu. μέλον. Tres Colb. & Jes. μέλλειν. Heinsius: *fortè, εἴ τι μέλει.*

(c) Τῷ. Reg. hu. tres Colb. & Or. 1. τό.

(d) Εὐθυνομένην. Reg. hu. Or. 1. & Jes. εὐθηνημένην.

(e) Το αὐτόματον. Schol. τὸ αὐτόματον ἐκάλεσεν ὁ πατὴρ, ὃ, συγχωρῆντος Θεοῦ, ἐξ αὐτῆς τῆς φυσικῆς ἀκολεβίας πραγμάτων, ἐκ τινος ἐπιτηδεύσεως συμβαίνειν εἴωθεν· ἃ γὰρ ὡς τίνων ἀπροσδόκητως γινομένων, μὴ γένοιτο· πῶς γὰρ ὁ οὕτω φιλόθεος τοῦτο ἂν εἴπεν; *Casum appellavit pater, quod ex naturali rerum ordine, Deo permittente, non verò cujusquam industriâ & consilio contingere solet; non enim quod temerè contingat quidquam, absit. Qui vir bonus hoc dixisset?*

(f) Συναγόντων. Reg. hu. συναγαγόντων.

(g) Οὐδ' ἂν εἴ τι. Reg. hu. Or. 1. οὐδὲ εἴ τι.

(h) Επιταγμάτων. Billius: *ejusque edictis.*

(i) Προσλατεύειν. Reg. bm. tres Colb. Coisl. 3. & Jes. προσλάτειν.

lam se confert.

atque, ut mihi quidem fidem faciebat, quo urbi præsidio esset, in aulam se contulit, non ille sanè, meo quidem judicio, rem admodum gratam nobis faciens: (non enim apud vos diffitebor, inter postremos apud Deum censeri, satius & sublimius esse, quàm apud terrenum Imperatorem primas ferre;) non tamen reprehensione dignam. Philosophari enim, ut maximum, ita etiam difficillimum est, nec id aggredi multorum est; nec aliorum, quàm quos divina mentis magnitudo, quæ probæ hominum voluntati manum porrigere solet, advocavit. Non parvum autem hoc quoque æstimandum est, si quis secundum vitæ genus complexus, probitati studeat, ac majorem Dei salutísque suæ, quàm terreni splendoris, rationem habeat; atque hunc quidem tanquam scenam, aut personam quandam ex multis & caducis præferat, hujus mundi fabulam agens, ipse autem Deo cum imagine, quam se ab eo accepisse, eique debere novit, vitam ducat. Quem quidem scilicet animum Cæsario fuisse compertum habemus.

A οὐ πάνυ μὲν ἡμῖν [a] φίλα ποιοῦντα, καὶ κατὰ a
γνώμην· & γὰρ ἀπολογήσομαι πρὸς ὑμᾶς, ὅτι
πολλοστὸν τετάχθαι τῶν Θεῷ κρεῖττον [b] εἶναι b
δοκεῖ τε καὶ ὑψηλότερον, ἢ τῶν τῷ κάτω
βασιλεῖ τὰ πρῶτα φέρεσθαι· οὐ μὴν [c] ἄξιός γε c
μέμψεως. φιλοσοφεῖν μὲν γὰρ ὅσῳ μέγιστον,
τοσούτῳ καὶ χαλεπώτατον, καὶ οὐ πολλῶν
τὸ ἐγχείρημα, οὐδ' ἄλλων, ἢ τῶν ὑπὸ τῆς
θείας [d] προκεκλημένων μεγαλονοίας, ἢ τοῖς d
[e] προῃρημένοις καλῶς χεῖρα δίδωσιν· οὐ μικρὸν e
B δὲ εἴ τις τὸν δεύτερον προσησάμενος βίον,
καλοκαγαθίας μεταποιοῖτο, καὶ πλείω λόγον ἔχοι Θεῷ & τῆς ἑαυτοῦ ζωτηρίας, ἢ τῆς
κάτω λαμπρότητος· [f] καὶ τὴν μὲν ὡς σκηνὴν f
προβάλλοιτο, ἢ τι πρόσωπεῖον τῶν πολλῶν
καὶ προσκαίρων, τὸ τοῦ κόσμου τούτου δρᾶμα
ὑποκρινόμενος, αὐτὸς δὲ ζῴοι Θεῷ μετὰ τῆς
εἰκόνος, ἣν οἶδεν παρ' ἐκείνου λαβὼν & ὀφείλων
τῷ δεδωκότι· ὅπερ ἀμέλει καὶ Καισάριον
διαγνοηθέντα γινώσκομεν.

Doctrinæ famâ, ab Imperatore summis honoribus decoratur.

X. Nam cùm non magno negotio ac labore opus habuisset, verùm doctrinam duntaxat suam, vel potiùs breve quoddam doctrinæ specimen ostendisset, primum statim inter Medicos dignitatis gradum obtinuit, atque in amicorum numero apud Imperatorem habitus, amplissimis honoribus affectus est. Gratuitam porrò artis humanitatem proceribus propositam, illud nimirum exploratum habens, nihil esse, quod hominem ad altiora proveheret, quàm virtutem, & famam honestis rationibus collectam. Et quibus gradu inferior erat, eosdem gloriâ longè superabat. Qui cùm ob pudicitiam & temperantiam omnibus charus esset, eáque de causa pretiosarum rerum curam susciperet, nec adjuratore Hippocrate ullo modo opus haberet, adeò ut nihil prorsus esset Cratetis simplicitas, si cum illius simplicitate conferretur: omnibus rursum magis quàm pro dignitatis ipsius gradu venerabilis erat. Cúmque magnis quotidie dignitatibus ornaretur, majoribus tamen, ac jam in spe positis, dignus habebatur, tum ab ipsis Imperatoribus, tum ab omnibus iis qui primas secundùm eos tenebant. Quódque maximum censendum est, non commisit, ut à gloria, aut ab iis, inter quas versabatur, deliciis, animæ suæ nobilitas corrumperetur. Quin potiùs

C ι. Τάττεται μὲν γὰρ τὴν πρώτην ἐν ἰατροῖς
τάξιν, οὐδὲ πολλοῦ πόνου προσδεηθεὶς, ἀλλ'
ἐπιδείξας μόνον τὴν παίδευσιν, μᾶλλον δὲ
βραχύν τινα τῆς παιδεύσεως [g] οἷον πρόλογον, g
καὶ τοῖς φίλοις τοῦ βασιλέως εὐθὺς ἐριθμούμενος, τὰς μεγίστας καρποῦται τιμάς· ἄμισθον
δὲ τὴν τῆς τέχνης φιλανθρωπίαν τοῖς ἐν
τέλει [h] προτίθησιν, εἰδὼς οὐδὲν [i] οὕτως, ὡς h i
D ἀρετὴν, & τὸ ἐπὶ τοῖς [k] καλλίστοις γινώσκεσθαι k
προάγειν εἰς τὸ ἔμπροσθεν· καὶ ὢν τῇ τάξει
δεύτερος ἦν, τούτων κατὰ πολὺ πρείττων τῇ δόξῃ.
πᾶσι μὲν οὖν διὰ σωφροσύνην ἐπέραστος, καὶ
διὰ τοῦτο [l] τὰ τίμια πιστευόμενος, καὶ μηδὲν l
Ἱπποκράτους ὅρκου προσδεόμενος, ὡς μηδὲν
εἶναι καὶ τὴν Κράτητος [m] ἁπλότητα πρὸς τὴν m
ἐκείνου θεωρουμένην· πᾶσι δὲ πλέον, ἢ κατὰ
τὴν ἀξίαν αἰδέσιμος, μεγάλων μὲν ἀεὶ τῶν
παρόντων ἀξιούμενος, μειζόνων δὲ ἄξιος εἶναι
τοῖς ἐλπιζομένων κρινόμενος, τοῖς τε βασιλεῦσιν
αὐτοῖς, καὶ ὅσοι τὰ πρῶτα μετ' ἐκείνους
E ἔχουσιν· τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι μήτε ὑπὸ τῆς
δόξης, μήτε ὑπὸ τῆς ἐν μέσῳ τρυφῆς, τὴν τῆς
ψυχῆς εὐγένειαν διεφθάρη· ἀλλὰ πολλῶν καὶ
μεγάλων ὑπαρχόντων αὐτῷ, πρῶτον ἦν εἰς

Ob pudicitiam & temperantiam omnibus charus, ac venerabilis.

(a) Φίλα ποιῶντα, & κατὰ γνώμην. Comb. ποιῶν. Prætermisit Billius, καὶ κατὰ γνώμην. Elias vertit: & *ex animi mei sententia.*

(b) Εἶναι δοκεῖ τε. Hæc desunt in Reg. bm. tribus Colb. & Or. 1.

(c) Ἄξιος. Or. 3. & Jes. ἀξίως, *dignè, meritò.*

(d) Προκεκλημένων. Jes. προσκεκλημένων. Sic etiam legit Comb. & vertit: *quos divina providentia magnos aspirans animos provocaverit.*

(e) Προῃρημένοις. Non malè Percheimerus, *prædeterminatis.* Jes. προειρημένοις.

(f) Καὶ τὴν μέν &c. Hæc usque ad ὅπερ ἀμέλει &c. desunt in Reg. bm. in tribus Colb. Or. 1. Elia & Jes.

(g) Οἷον πρόλογον. Sic Regg. bm. hu. tres Colb. Coisl. 3. Or. 1. & Jes. Deest οἷον, in Editis.

(h) Προτίθησιν. Sic Regg. a. hu. tres Colb. Coisl. 1. & Jes. Editi, προτίθησιν.

(i) Οὕτως. Or. 1. ἴσως, *æquè, fortasse.*

(k) Καλλίστοις. Reg. bm. καλοῖς.

(l) Τὰ τίμια πιστευόμενος. *Cùm ejus fidei chara pignora*, uxorum nempè & liberorum corpora, quibus curandis pudicitia maximè necessaria est, *committerentur.*

(m) Απλότητα. Coisl. 1. ἀπαλότητα, *mollities.*

ἀξίωμα,

ἀξίωμα, Χριστιανὸν καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι· καὶ πάντα ὁμοῦ παιδιά τις ἐκείνῳ καὶ λῆρος πρὸς ἓν τοῦτο κρινόμενα. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ὡς ἐπὶ σκηνῆς καὶ ἄλλοις παίζεσθαι τάχιστα πηγνυμένης τε καὶ καταλυομένης, τάχα δὲ φθειρομένης ῥᾷον ἢ συνισαμένης, ὡς εἶναι ἰδεῖν ἐκ τῶν πολλῶν τοῦ βίου μεταβολῶν, καὶ τῆς ἄνω κὴ κάτω μεταπιπλούσης εὐετηρίας· μόνον δὲ ἴδιον ἀγαθὸν εἶναι ☪ κρατούμενον ἀσφαλῶς τὴν εὐσέβειαν.

A cùm multa & magna ipsi suppeterent, ad dignitatem tamen hoc primum erat, quod Christianus, & esset, & nominaretur; sic ut alia omnia cum hoc uno collata, ludus quidam ac nugæ ipsi essent. Alia enim ab aliis etiam luduntur, non secus atque in scena, quæ celerrimè, & figitur, & dissolvitur, imò faciliùs fortasse deletur, quàm constituitur; ut ex multis hujus vitæ mutationibus, & prosperitate sursum ac deorsum labente, perspicere licet: pietatem verò bonum unum proprium esse, quódque tutò permaneat.

Dignitatibus clarus, clarior fide ac religione.

a ια. Ταῦτα Καισαρίῳ [a] ἐφιλοσοφεῖτο κἂν τῇ χλανίδι· ταύταις ☪ συνέζησε ταῖς ἐννοίαις, b καὶ [b] συναπῆλθε, μείζω τῆς φαινομένης εἰς τὸ κοινὸν εὐσεβείας, Θεῷ γνωρίζων καὶ παρισὰς τὴν κατὰ τὸν κρυπτὸν ἄνθρωπον. κὴ εἴ με δεῖ πάντα παρέντα, τὴν πρόσασίαν τῶν ἐκ γένους ἀτυχησάντων, τὴν ὑπεροψίαν τοῦ τύφου, τὴν πρὸς τοὺς φίλους ἰσοτιμίαν, τὴν πρὸς τοὺς ἄρχοντας παῤῥησίαν, τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας, c ἀγῶνας, καὶ λόγους, [c] οὓς πολλοὺς καὶ πρὸς πολλοὺς συνεκήσατο, οὐ λογικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐσεβῶς τε καὶ ὀμφυρος, ἓν ἀντὶ πάντων εἰπεῖν τῶν ἐκείνου τὸ γνωριμώτατον. d ἐλύασα καθ' ἡμῶν βασιλεὺς ὁ δυσώνυμος, [d] καὶ καθ' ἑαυτοῦ πρῶτον μανεὶς ἐκ τῆς εἰς Χριστὸν e ἀθετήσεως, ἀφόρητος ἤδη ☪ τοῖς ἄλλοις ἦν, [e] οὐδ' f ἐν ἴσῳ τοῖς λοιποῖς χριστομάχοις [f] μεγαλοψύχως ἀπογραφόμενος εἰς τὴν ἀσέβειαν, ἀλλὰ κλέπτων τὸν διωγμὸν ἐν ἐπιεικείας πλάσματι· καὶ κατὰ τὸν σκολιὸν ὄφιν, ὃς τὴν ἐκείνου κατέσχε ψυχὴν, παντοίαις μηχαναῖς ὑποσπῶν τοὺς ἀθλίους εἰς τὸ ἑαυτοῦ βάραθρον. καὶ τὸ μὲν πρῶτον g αὐτῷ τέχνασμά τε ☪ h σόφισμα, ἵνα μηδὲ τῆς ἐπὶ τοῖς ἄθλοις τιμῆς τυγχάνωμεν, h g ἐφθόνει γὰ καὶ ταύτης Χριστιανοῖς ὁ γεννάδας, πάσχοντας ὡς Χριστιανοὺς, ὡς κακούργους κολάζεσθαι· τὸ δὲ δεύτερον, πειθοῦς ὄνομα πρόσειναι τῷ γινομένῳ, μὴ τυραννίδος, ὡς ἂν μεῖζον ἢ τοῦ κινδύνου τὸ τῆς αἰσχύνης, αὐθαιρέτως χωροῦσι πρὸς τὴν ἀσέβειαν. καὶ τοὺς μὲν χρήμασι, τοὺς ᾗ ἀξιώμασι, τοὺς ᾗ ὑποσχέσεσι, i τοὺς δὲ παντοίαις τιμαῖς [i] ὑφελκόμενος, ἃς οὐδὲ βασιλικῶς προσῆγεν, ἀλλὰ καὶ λίαν δουλοπρεπῶς ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσι, πάν- k τας δὲ τῇ γοητείᾳ [k] τῶν λόγων καὶ τῷ καθ'

XI. Hæc Cæsarii, & in chlamyde, philosophia erat; in his cogitationibus, & vixit, & vitâ cessit, majorem, quantùm ad absconditum hominem, Deo pietatem ostendens & exhibens, quàm quæ in publico spectabatur. Atque ut alia omnia prætermittam, propinquorum nempè, qui in calamitatem aliquam inciderant, curam & præsidium, fastûs contemptum, æquabilitatem inter amicos, authoritatem apud Præsides, certamina, quæ pro Veritate suscepit, sermones, quos multos, & cum multis habuit, non C argutos solùm, sed etiam admodum pios & ardentes, rem unam pro omnibus dicam, quâ nihil in ipsius vita celebrius est, magísque pervulgatum. Furebat adversus nos infandus Imperator, & cùm in seipsum primùm, Christianæ fidei ejuratione, insaniisset, jam aliis quoque intolerabilis erat; ne cæterorum quidem Christi hostium in modum magno animo impietatem profitens, verùm humanitatis obtentu persecutionem celans; atque instar flexuosi illius serpentis, qui ipsius animum obsidebat, omni machinarum genere in voraginem suam miseros D callidè pertrahens. Ac, ne eos honores, qui Martyribus haberi solent, consequeremur, (hos enim Christianis vir egregius invidebat,) primum illius artificium hoc fuit, ut qui Christi causâ patiebantur, tanquam fontes & facinorosi cruciatu afficerentur; alterum, quòd huic rei, non tyrannidis, sed persuasionis nomen imponebat: quòd scilicet major eorum infamia, quàm periculum esset, qui spontè ad impietatem se conferebant. Cúmque alios pecuniis, alios dignitatibus, alios promissis, alios E variis honorum generibus, quos ne regiè quidem, sed perquàm serviliter in omnium aspectu deferebat, omnes denique verborum præstigiis ac suo exemplo ad se alliceret, post multos Cæsarium quoque aggreditur. Proh stuporem & amentiam,

Ardenti studio veram pietatem coluit.

Juliani furor adversus Christianos.

Julianus, post multos alios, Cæsariũ aggreditur.

(a) Εφιλοσοφεῖτο &c. Billius: *in his studiis Cæsarius, etiam in chlamyde, versatus est.*
(b) Συναπῆλθε. Or. 1. ἀπῆλθε.
(c) Οὓς πολλούς. Sic Regg. a. hu. tres Colb. & Or. 1. sic etiam Billius. Editi, *οὓς πολλάκις, quos sæpè.*
(d) Καὶ καθ'. Ita Regg. bm. hu. tres Colb. & Or. 1. In Ed. deest καί.
(e) Οὐδ' ἐν ἴσῳ. Reg. a. ἀδὲ ἐν ἴσῳ. Jes. ἀδὲν ἐν ἴσῳ.
(f) Μεγαλοψύχως. Coisl. 1. μεγαλόψυκος.
(g) Αὐτῷ. Sic Reg. bm. Editi, αὐτῆ.

(h) Σόφισμα &c. Locus iste in Reg. hu. sic legitur: *σόφισμα, πάσχοντας ὡς Χριστιανὲς, ὡς κακοῦργες κολάζεσθαι, ἵνα μηδὲ τῆς ἐπὶ τοις ἄθλοις τιμῆς τυγχάνωμεν· ἐφθόνει γὰρ κὴ ταύτης Χριστιανοις ὁ γεννάδας. το δὲ δεύτερον* &c. Eodem modo legit Savilius, nisi quòd delet, *πάσχοντας ὡς Χριστιανὲς*, & pro *τυγχάνωμεν*, habet, *τυγχάνοιεν.*
(i) Υφελκόμενος. Id est, *ὑποσυρόμενος.* Reg. bm. *ὑφελόμενος, subtrahens, subducens.*
(k) Τῶν λόγων. Unus Regius addit, *παρασύρων, abstrahens, pervertens.*

si spem habuit fore, ut & Cæsarium, & fratrem meum, & his parentibus natum prædaretur !

Invicta adversus Tyrannum Cæsarii fides & constantia.

XII. Verùm, (ut in hoc sermone paululùm immorer, atque ex hac narratione delicias capiam, quemadmodum è re mira ii qui tum affuerunt,) ingrediebatur vir ille fortis, Christi signo munitus, clypeique vice magnum Verbum obtendens, ad hominem multum in armis, & magnum in dicendi facultate. Nec verò ad illius aspectum ullo metu perculsus est, nec ob verborum blanditias de animi magnitudine quidquam abjecit; verùm promptus & paratus athleta erat ad decertandum, tum sermone, tum opere, adversus eum, qui in utroque genere viribus pollebat. Ac tale quidem erat stadium, tantúsque pietatis propugnator. Atque certaminis Præses, hinc quidem Christus, per passiones suas pugilem armans, illinc autem gravis tyrannus, tum verborum illecebris athletam mulcens, tum potentiæ mole territans. Quinetiam utrinque theatrum erat, hoc est, & eorum qui in fidei pietate adhuc remanserant, & eorum qui ab illo abrepti fuerant, utram in partem eorum certamen inclinaret, spectantium, atque, uter vinceret, magis laborantium, quàm illi ipsi, quos spectabant.

Cum Christo victore, ipse victor evasit.

Joan. XVI. 33.

XIII. An non timuisti, ne quid Cæsario animi alacritate parùm dignum accidat? At bono estote animo. Victoria enim cum Christo, qui *vicit mundum*. Ac nihil quidem mallem quàm ut ea quæ tum dicta & proposita sunt, sigillatim nunc exponerem; nam & logicas aliquot argutias leporesque, meo quidem judicio, memoratu non injucundos ea disputatio continet: verùm intempestivum prorsus hoc foret, & ab Orationis instituto alienum. Ut autem Cæsarius, cunctis verborum illius dissolutis nexibus, & conatibus omnibus, tam apertis quàm obscuris, ludi cujuspiam instar propulsatis, magnâ & clarâ voce Christianum se & esse, & semper fore pronunciavit, ne sic quidem prorsus ejicitur: mirè etenim Imperator Cæsarii doctrinâ frui atque exornari gestiebat: quo etiam tempore celeberrimum illud cunctis audientibus prolocutus est: *O felicem Patrem, ô infelices liberos !* Nam nos quoque ignominiæ societate ornandos duxit, quorum & eruditionem & pietatem Athenis cognoverat, verùm ad secundum adventum

Juliani dictum de Gregorio patre ejusque filiis.

ἑαυτὸν ὑποδείγματι, ἐπὶ πολλοῖς πειρᾶται καὶ Καισαρίου. φεῦ τῆς ὠμότητος καὶ τῆς ἀνοίας, εἰ Καισάριόν τε ὄντα, καὶ ἀδελφὸν ἐμὸν, καὶ τῷ γονέων τούτων συλήσειν ἤλπισεν.

ιβ. Ἀλλ' ἵνα μικρὸν παρεκβατρίψω τῷ λόγῳ, καὶ κατατρυφήσω τοῦ διηγήματος, ὡς οἱ παρόντες τῷ [a]θαύματος, εἰσήει μὲν ὁ γενναδας a ἐκεῖνος τῷ τοῦ Χριστοῦ σημείῳ φραξάμενος, καὶ τὸν μέγαν λόγον ἑαυτῷ προβαλλόμενος, πρὸς τὸν πολὺν ἐν ὅπλοις, καὶ μέγαν ἐν λόγων B δεινότητι. ἀδὲν δὲ καλαπλαγεὶς πρὸς τὴν ὄψιν, οὐδὲ θωπεία τὶ καταβαλὼν τοῦ φρονήματος, ἀθλητὴς ἕτοιμος ἦν, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, πρὸς τὸν ἐν ἀμφοτέροις δυνατὸν ἀγωνίζεσθαι. τὸ μὲν οὖν σάδιον τοιοῦτον, καὶ ὁ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὴς τοσοῦτος· καὶ [b]ἀγωνοθέτης, ἔνθεν μὲν b Χριστὸς τοῖς ἑαυτοῦ πάθεσι τὸν ἀθλητὴν ἐξοπλίζων, ἐκεῖθεν δὲ δεινὸς τύραννος τῇ τῶν λόγων οἰκειότητι προσαιόνων, καὶ τᾷ τῆς ἐξουσίας ὄγκῳ δεδιττόμενος· θέατρον δὲ ἀμφοτέ- C ρωθεν, τῶν τε τῇ εὐσεβείᾳ λειπομένων ἔτι, καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνου συνηρπασμένων, ὅπη [c]νεύσῃ c τὰ κατ' αὐτοὺς ἀποσκοπούντων, ὅστις νικήσειε [d]πλείω τὴν ἀγωνίαν ἐχόντων, ἢ πρὸς οὓς τὸ d θέατρον.

ιγ. Ἀρ' οὐκ ἔδεισας περὶ Καισαρίου, μήτι πάθῃ τῆς προθυμίας ἀνάξιον; ἀλλὰ θαρσεῖτε· μετὰ Χριστοῦ γὰρ ἡ νίκη τοῦ τὸν κόσμον νικήσαντος. τὰ μὲν οὖν καθ' ἕκαστον τῶν τότε ῥηθέντων, ἢ προτεθέντων, ἐκδιηγεῖσθαι τὰ νῦν D ἐγὼ μὲν, εὖ ἴσε, τῷ παντὸς ἂν ἐτιμησάμην· καὶ γὰρ καὶ λογικὰς [e]τίνας ἐσὶν ἃς ἔχει σροφὰς e καὶ κομψείας [f]ὁ λόγος, ἐμοὶ γοῦν οὐκ ἀηδεῖς εἰς f μνήμην· ἔξω δ' ἂν εἴη παντελῶς τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ λόγου. ὡς δὲ [g]πάσας αὐτοῦ τὰς ἐν g τοῖς λόγοις πλοκὰς διαλύσας, καὶ πεῖραν ἅπασαν ἀφανῆ τε καὶ φανερὰν, ὥσπερ τινα παιδιὰν παρωσάμενος, μεγάλῃ καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ τὸ, Χριστιανὸς εἶναί τε καὶ μένειν, ἀνεκήρυξεν, οὐδὲ οὕτω μὲν παντελῶς ἀποπέμ- E πεται· καὶ γὰ δεινὸς ἔρως εἶχε τὸν βασιλέα τῇ Καισαρίου παιδεύσει συνεῖναι καὶ καλλωπίζεσθαι· ἡνίκα καὶ τὸ φρικῶδέστατον [h]τοῦτο ἐν h ταῖς [i]τῶν πάντων ἀκοαῖς ἐφθέγξατο· ὦ i πατρὸς εὐτυχοῦς, ὦ παίδων δυσυχῶν· ἐπειδὴ καὶ ἡμᾶς [k]ἠξίωσε τιμῆσαι τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἀτιμίας, k

(*a*) Θαύματος. Comb. & Billius legunt, θεάματος, *ex spectaculo*. Quæ lectio placeret, si Codicum auctoritate niteretur.

(*b*) Ἀγωνοθέτης. Nicætas *Julianum*, Billius *Diabolum* intelligit; Julianus quippè erat Antagonista, non verò certaminis Præses.

(*c*) Νεύσῃ. Colb. 6. νεύσει.

(*d*) Πλείω τὴν ἀγωνίαν. *Magis animi anxiis ac sollicitis.*

(*e*) Τίνας. Deest in Reg. hu. Or. 1. & Jes.

(*f*) Ὁ λόγος. Deest in Regg. bm. hu. Or. 1. & Jes.

(*g*) Πάσας αὐτῦ &c. Or. 1. αὐτοῖς. Jes. πάσας αὐτοῖς, ἃ τὰς ἐν τοῖς.

(*h*) Τοῦτο. Or. 1. ad marg. ἐκεῖνο.

(*i*) Τῶν. Deest in Reg. bm. Or. 1. & Jes.

(*k*) Ἠξίωσε. In Or. 1. ad marg. γρ. ἀξίως ἐτίμησε.

ὧν ☪ τὴν παίδευσιν Ἀθήνησιν ἔγνω καὶ τὴν
a εὐσέβειαν, [a]δευτέρᾳ δὲ εἰσόδῳ ταμιευθείς,
ἐπειδή γε κατὰ Περσῶν ἐκεῖνον ἡ δίκη καλῶς
b [b]ἐξώπλισεν, ἐπάνεισι πρὸς ἡμᾶς φυγὰς μα-
κάριος, καὶ τροπαιοῦχος ἀναίμακτος, καὶ
σεμνοφανέστερος τὴν ἀτιμίαν, ἢ τὴν λαμπρότητα.

ιδ. Ταύτην ἐγὼ τὴν νίκην τῆς πολλῆς
ἐκείνου χειρὸς, καὶ τῆς ὑψηλῆς ἁλουργίδος,
καὶ τοῦ πολυτελοῦς διαδήματος ὑψηλοτέραν
κρίνω μακρῷ καὶ τιμιωτέραν· τούτῳ τῷ δικη-
ματι πλέον ἐπαίρομαι, ἢ εἰ πᾶσαν ἐκείνῳ τὴν
βασιλείαν ἀπεμερίσατο. τοῖς μὲν οὖν πονηροῖς
ὑποχωρεῖ χρόνοις, κὴ τοῦτο κατὰ τὴν ἡμετέραν
νομοθεσίαν· ἐνσάντος μὲν καιροῦ διακινδυνεύειν
ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, ☪ μὴ προδιδόναι δειλίᾳ
c τὴν εὐσέβειαν· ἕως δ' ἂν ἐξῇ, μὴ [c]προκαλεῖσθαι
τὸς κινδύνους κελεύσαν, εἴτε δέει τῶν ἡμετέρων
ψυχῶν, εἴτε φειδοῖ τῶν ἐπαγόντων τὸν κίνδυνον.
ἐπεὶ δὲ ὁ ζόφος ἐλύθη, καὶ ἡ ὑπερορία καλῶς
ἐδίκασε, καὶ ἡ σιλβωθεῖσα ῥομφαία τὸν ἀσεβῆ
κατέβαλεν, καὶ Χριστιανοῖς ἐπανῆλθε τὰ
πράγματα, τί δεῖ λέγειν μετ' οἴας δόξης τε
καὶ τιμῆς, ἢ τῶν μαρτυρίων οἵων καὶ ὅσων, ☪
ὡς δίδους χάριν μᾶλλον ἢ κομιζόμενος, τοῖς
βασιλείοις αὖθις ἀναλαμβάνεται, ☪ δαδέχε-
ται τὴν προτέραν τιμὴν ἢ δευτέρα; ☪ βασι-
d λεῖς μὲν ὁ χρόνος [d]παρήμειψε, Καισαρίῳ δὲ
e [e]τὸ τῆς εὐδοξίας ἄλυπον, ☪ τῶν παρ' αὐτοῖς
πρωτείων· ☪ ἀγὼν βασιλεῦσιν, ὁπότερος μᾶλλον
f Καισάριον [f]οἰκειώσηται, ☪ οὗ μᾶλλον ἐκεῖνος
ὀνομασθῇ φίλος ☪ γνώριμος· τοιαῦτα Καισα-
g ρίῳ τὰ τῆς εὐσεβείας, [g]☪ πρὸς τῆς εὐσεβείας.
h ἀκουέτωσαν [h]☪ νέοι κὴ ἄνδρες, κὴ διὰ τῆς αὐ-
i τῆς ἀρετῆς πρὸς τὴν αὐτὴν [i]ἐπιφάνειαν ἐπει-
γέσθωσαν, ἀγαθῶν γὰρ πόνων καρπὸς εὐκλεὴς,
ὅσοις κὴ τοῦτο διὰ σπουδῆς, κὴ μέρος εὐδαιμο-
νίας ὑπολαμβάνεται.

ιε. Ἀλλ' οἷον δὴ καὶ τοῦτο τῶν πρὸ αὐτὸν
θαυμάτων, ὁμοῦ τε τῆς τῶν γονέων θεοσεβείας,
καὶ τῆς ἐκείνου μεγίστην ἀπόδειξιν ἔχον; διέ-
τριβε μὲν ἐν τῇ Βιθυνῶν, τὴν ὑ πολλοστὴν ἀπὸ
βασιλέως διέπων ἀρχήν· ἣ δὴ ἦν ταμιεύειν βα-
σιλεῖ τὰ χρήματα, κὴ τῶν θησαυρῶν ἔχειν τὴν
ἐπιμέλειαν. ἐντεῦθεν γὰρ αὐτῷ τὰς μείζους
ἀρχὰς βασιλεὺς προοιμιάζεται· τοῦ ὃ πρώην
k συνενεχθέντος ἐν Νικαίᾳ [k]σεισμοῦ, ὃς δὴ χαλε-

A reservatus, (commodùm enim illum Deus juſtitiæ Præſes adverſus Perſas armabat,) ad nos redit, exul beatus, & victor incruentus, atque ob ignominiam clarior, quàm ob ſplendorem & gloriam.

XIV. Hanc ego victoriam magnâ illius manu, & ſublimi purpurâ, & ingentis pretii diademate longè ſublimiorem & excellentiorem eſſe cenſeo. Hâc narratione magis efferor, quàm ſi univerſum imperium cum eo partitus eſſet. Malis igitur temporibus cedit, in eóque legi noſtræ obtemperat, quæ hoc ſancit, ut urgente quidem tempore pro veritate periculum adeamus, nec pietatem per ignaviam prodamus: quandiu autem licet, pericula ipſa ne provocemus, ſive animarum noſtrarum metu, ſive ut iis conſulatur, qui periculum nobis inferunt. Poſteaquàm autem hæc caligo diſcuſſa eſt, externáque regio cauſam rectè diſceptavit, ac vibratus gladius impium proſtravit, réſque ad Chriſtianos redierunt, quid dicere neceſſe eſt, quanto cum honore & gloria, aut cum quot & quantis teſtimoniis ac velut ipſe beneficium potiùs dans, quàm accipiens, in aulam rurſum receptus ſit, priorémque honorem ſecundus exceperit? Ac tempus quidem Imperatores ſubinde commutavit, Cæſario autem gloria, & authoritatis apud eos principatus haudquaquam convulſus ac diſſolutus eſt: quin potiùs de eo inter Imperatores certamen erat, quiſnam Cæſarium magis ſibi adjungeret, & cujuſnam ille magis amicus & familiaris diceretur. Talis Cæſarii pietas, talia pietatis præmia. Audiant juvenes, audiant viri, ac per eandem virtutem ad eundem ſplendorem contendant, (*bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus,*) quicunque hoc etiam ambiunt, atque in felicitatis parte collocant.

Malis temporibus cedit Cæſarius, & ad ſuos revertitur.

Sap. III. 15.

XV. Jam verò quale hoc quoque ipſius miraculum eſt, quod ſimul, & parentum, & ipſius pietatis maximum argumentum habet? In Bithynia degebat, Præfecturam ab Imperatore haud poſtremam adminiſtrans. Ea autem erat exigere pro Imperatore pecunias, ac theſaurorum curam gerere. Hoc enim illi majorum dignitatum velut præludium eſſe Imperator voluit. Cùm autem Nicææ terræ motus, poſt hominum memoriam maximus, exortus,

Præfecturam in Bithynia adminiſtravit.

In terræ motu Nicææ

(*a*) Δευτέρᾳ δὲ εἰσόδῳ ταμιευθείς. *Ad ſecundum adventum reſervatus;* haud quidem à Juliano, ſed à divina Providentia, ut iterum aulam adiret, regiamque ingrederetur. Quod poſt Juliani mortem contigit.
(*b*) Ἐξώπλισεν. *Ut in Perſas arma verteret impulit.* Heſych. ἐξοπλίζειν κελεύσας.
(*c*) Προκαλεῖσθαι Regg. bm. προσκαλεῖσθαι.
(*d*) Παρήμειψε. Reg. hu. ἀντήμειψε.
(*e*) Τὸ τῆς εὐδοξίας ἄλυπον. Sic Regg. bm. hu. &c. Editi, ὁ.... ἄλυπος.
(*f*) Οἰκειώσηται. Or. I. οἰκειῶσαι.
(*g*) Καὶ παρά. Comb. καὶ γέρα, *& præmia.*
(*h*) Καὶ νέοι. Deeſt κὴ, in pluribus.
(*i*) Ἐπιφάνειαν. Reg bm. Coisl. 1. & Jeſ. περιφάνειαν.
(*k*) Σεισμοῦ &c. Locus iſte, in Reg. hu. & Coisl. 1. ſic legitur: σεισμοῦ, καὶ πᾶσαν μικρῷ τὴν πόλιν κατενέγκαντος, ὃς δὴ χαλεπώτατος τῶν πώποτε μνημονευομένων γεγονέναι λέγεται. μικρῷ &c.

exorto, ipſe ferè ſolus incolumis evaſit.

omnes penè invaſiſſet, atque unà cum urbis pulchritudine deleviſſet, ſolus ipſe ex illuſtribus viris, aut certè cum admodum paucis è periculo ſalvus & incolumis evadit, ídque modo quodam incredibili, hoc eſt ipsâ ruinâ protectus, ac parvas quaſdam periculi notas referens: hactenus videlicet, ut timorem majoris ſalutis magiſtrum caperet, totúmque ſeſe ſupernæ parti adjungeret, tranſlatâ militiâ rebus motui obnoxiis, ac commutatâ ſibi ipſi aulâ. Atque hoc quidem & in animo habebat, & ſummo ſtudio exoptabat, quemadmodum mihi per litteras perſuadebat, cùm hanc ad eum monendum occaſionem arripuiſſem: quod nec unquam facere deſtiti, moleſtè ferens illius indolis magnitudinem in deterioribus rebus verſari, animámque adeo philoſophicam in publicis negotiis volutari, ac velut Solem nubibus obduci. Verùm terræ motu quidem ſuperior fuit, morbo verò non item: homo enim erat. Atque illud proprium illi fuit, hoc cùm aliis commune. Illud pietatis, hoc naturæ. Atque conſolatio calamitatem antevertit, ut ipſius morte concuſſi, ob admirandum tunc ſalutis genus gloriemur. Ac nunc nobis magnus ille Cæſarius ſervatus eſt, cinis pretioſus, mortuus laudatus, hymnis ſibi ſuccedentibus deductus, ad Martyrum ſacraria cum pompa ductus, ſanctis parentum manibus honoratus, matre candidâ veſte indutâ pietatem mœrori ſubrogante, lachrymis à philoſophia ſuperatis, Pſalmodiis luctum ſedantibus, ac denique dignos animâ recèns creatâ, quam Spiritus per Baptiſmum reformavit, honores percipiens.

Epiſt. 20.

Morbo moritur Cæſarius.

Ipſius amplum piumque funus.

πώτατος τῶν πώποτε μνημονευομένων γενόναι λέγεται, μικροῦ τοὺς πάντας ἐκλαλαλαβόντος, καὶ τῷ τῆς πόλεως κάλλει συναφανίσαντος, μόνος τῶν ἐπιφανῶν, ἢ κομιδῇ σὺν ὀλίγοις, ἐκ τοῦ κινδύνου θεισώζεται, καὶ ζωτηρίαν ἀπισυμένην αὐτῷ σκεπασθεὶς τῷ συμπλώματι, καὶ μικρὰ σημεῖα τοῦ κινδύνου φερόμενος, ὅσον τὸν φόβον παιδαγωγὸν λαβεῖν τῆς μείζονος ζωτηρίας, καὶ ὅλως τῆς ἄνω θυέσθαι μοίρας, μεταθέμενος τὴν στρατείαν ἐκ τῶν [a] κινουμένων, καὶ ἀμείψας ἑαυτῷ τὰ βασίλεια· τοῦτο μὲν οὖν καὶ διενοεῖτο, καὶ κατὰ σπουδὴν ἑαυτῷ συνηύχετο, ὡς θεὸς ἐμὲ γράφων ἔπειθεν, ἁρπάσαντα τὸν καιρὸν εἰς νουθέτησιν· ὅπερ [b] οὐδ' ἄλλοτε ποιῶν ἐπαυσάμην, ζηλοτυπῶν τὸ ἐκείνου μεγαλοφυὲς στρεφόμενον ἐν τοῖς χείροσι, καὶ τὴν φιλόσοφον οὕτω ψυχὴν ἐν τοῖς δημοσίοις καλινδουμένην, ὡσπερ ἥλιον νέφει συγκαλυπτόμενον. ἀλλὰ τοῦ μὲν σεισμοῦ κρείττων ἐγένετο, τῆς νόσου δὲ [c] οὐκ ἔτι· καὶ γὰρ ἦν ἄνθρωπος. καὶ τὸ μὲν ἴδιον ἐκείνου, τὸ δὲ κοινὸν θεὸς τοὺς ἄλλους. καὶ τὸ μὲν τῆς εὐσεβείας, τὸ δὲ τῆς φύσεως. καὶ θεοῦλαβεν ἡ θεομυθία τὸ πάθος, ἵνα τῷ θανάτῳ σειθέντες, τῷ θεοδόξῳ τῆς τότε ζωτηρίας ἐγκαυχησώμεθα. καὶ νῦν ἡμῖν ὁ πολὺς Καισάριος [d] ἀποσέσωσται, κόνις ἱμία, νεκρὸς ἐπαινούμενος, [e] ὕμνοις ἐξ ὕμνων θεοπεμπόμενος, μαρτύρων βήμασι πομπεύομενος, γονέων χερσὶν ὁσίαις τιμώμενος, [f] μητρὸς λαμπροφορίᾳ τῷ πάθει τὴν εὐσέβειαν ἀντεισαγούσης, δάκρυσιν ἡττωμένοις φιλοσοφίᾳ, ψαλμῳδίαις κοιμιζούσαις τοὺς θρήνους, καὶ [g] τῆς νεοκτίστου ψυχῆς, ἣν τὸ Πνεῦμα δι' ὕδατος ἀνεμόρφωσεν, ἄξια τὰ γέρα καρπούμενος.

Funebre munus offert fratri Gregorius.

XVI. Hoc tibi à me, Cæſari, funebre munus: hæ meorum primitiæ ſermonum, quos occultari perſæpè queſtus, in te ipſum detecturus eras. Hoc tibi à me ornamentum; tibi quidem, ſat ſcio, omni ornamento charius, non ſericæ ac molles & circumfluentes telæ, quibus nec, dum adhuc ſuperſtes eſſes, multorum more delectabaris, utpotè virtute ſolâ ornatus, nec lini pellucidi texturas, nec pretioſorum unguentorum infuſiones, quas priùs etiam ad Gynæcea remittebas, & quarum fragrantiam dies unus ſolvit, nec

ιε. Τοῦτό σοι, Καισάριε, παρ' ἐμοῦ τὸ ἐνταφιον· αὗται τῶν ἐμῶν λόγων αἱ ἀπαρχαὶ, οὓς κρυπτομένους πολλάκις μεμψάμενος, ἐπὶ σεαυτὸν [h] γυμνώσειν ἔμελλες· οὗτος ὁ παρ' ἐμοῦ κόσμος· ζωὶ δὲ κόσμου παντὸς, εὖ οἶδα, [i] φίλτατος, ὃ σπρῶν θεριῤῥέοντα, καὶ μαλακὰ νήματα, οἷς οὐδὲ θεῖον ἔχαιρες κατὰ τοὺς πολλοὺς, ἀρετῇ μόνῃ κοσμούμενος, οὐδὲ λίνου διαφανοῦς ὑφάσματα, οὐδὲ μύρων πολυτίμων ἐπιχύσεις, ἃ ταῖς [k] γυναικωνίτισιν ἀπεπέμπου καὶ θᾶττον, καὶ ὧν ἡμέρα μία λύει

(*a*) Κινυμένων. Or. 1. κινδύνων, *periculis.*

(*b*) Οὐδ' ἄλλοτε. Regg. bm. hu. Or. 1. Jeſ. ἀδὲ ἄλλοτε.

(*c*) Οὐκ ἔτι. Reg. hu. ἐκέτι.

(*d*) Αποσέσωσται. Hîc, de Cæſarii exuviis in patriam delatis, ſermo eſt. Itaque, ἀποσεσώσται idem eſt ac ſi diceretur: *à nobis receptus eſt Cæſarius.*

(*e*) Ὑμνοις &c. Billius: *ex hymnis ad hymnos tranſmiſſus.*

(*f*) Μητρὸς λαμπροφορίᾳ &c. Billius vertendo: *maternâ cereorum geſtatione, pietatem mœrori ſubrogante,* videtur legiſſe, λαμπαδηφορίᾳ. Verùm *veſtium candor,* ob ſpem Reſurrectionis, hîc certè potius debet intelligi, quàm unius *cerei tædæque geſtatio;* idque vox ipſa ſonat.

(*g*) Τῆς νεοκτίστου &c. *Ob recèns ſuſceptum Baptiſma, hujus ætatis ritu.*

(*h*) Γυμνώσειν. Mallet Combefiſius, γυμνάσειν.

(*i*) Φίλτατος. Coisl. 1. τιμιώτερος, *pretioſius.*

(*k*) Γυναικωνίτισιν. *Mulierum conclave, ſodalitium.*

τὴν

a τὴν εὐωδίαν, [a]οὐδ' ἄλλό τι τῶν μικρῶν καὶ τοῖς μικροῖς τιμίων, ἃ πάντα κατέκρυψεν ἂν σήμερον ὁ πικρὸς λίθος οὗτος μετὰ τοῦ καλοῦ σώματος. ἐρρέτωσάν μοι ⟨ἀγῶνες Ελληνικοὶ καὶ μῦθοι, δι' ὧν ἔφηβοι δυσυχεῖς ἐτιμήθησαν, b μικρὰ μικρῶν ἀγωνισμάτων [b]προτιθέντες τὰ ἔπαθλα· καὶ ὅσα δι' ὧν χοῶν τε καὶ ἀπαργμάτων, c ἢ στεμμάτων τε καὶ ἀνθέων νεοδρέπτων, [c]ἀφωσιοῦνται τοὺς ἀπελθόντας ἀνθρώπους, νόμῳ d πατρίῳ μᾶλλον, καὶ [d]ἀλογίᾳ πάθους, ἢ λόγῳ δουλεύοντες. τὸ δὲ ἐμὸν δῶρον, λόγος, ὃ τάχα B e ⟨ὁ μέλλων ὑπολήψεται χρόνος, ἀεὶ [e]κινούμενον, ⟨οὐκ ἐὸν εἰς τὸ παντελὲς ἀπελθεῖν τὸν ἐνθένδε μεταχωρήσαντα, φυλάσσον δὲ ἀεὶ καὶ ἀκοαῖς ⟨ψυχαῖς τὸν τιμώμενον, ⟨πινάκων ἐναργεστέραν προτιθεὶς τὴν εἰκόνα τοῦ ποθουμένου.

ιζ. Τὰ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν τοιαῦτα· εἰ δὲ μικρὰ, ⟨τῆς ἀξίας ἐλάττω, ⟨Θεῷ φίλον f τὸ κατὰ δύναμιν. καὶ τὰ μὲν [f]ἀποδεδώκαμεν, τὰ δὲ δώσομεν, τὰς δι' ἔτους προσφέροντες C τιμάς τε καὶ μνήμας, οἵ γε τῷ βίῳ προλειπόμενοι. σὺ δὲ ἡμῖν οὐρανοὺς ἐμβατεύοις, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, ⟨ἐν κόλποις Αβραὰμ, οἵ g τινες δή ποτοί εἰσιν, [g]ἀναπαύσαιο, καὶ Αγγέλων ἐποπτεύοις χορείαν, ⟨μακαρίων ἀνδρῶν δόξας τε καὶ λαμπρότητας· μᾶλλον δὲ συγχορεύοις ⟨συναγάλλοιο, πάντα δι' ἀγγελῶν τὰ τῇδε ἀφ' ὕψους, τούς τε καλουμένους πλού- h τους, καὶ τὰς ἐρριμμένας ἀξίας, [h]καὶ τὰς ψευδομένας τιμὰς, καὶ τὴν διὰ τῶν αἰσθήσεων D πλάνην, καὶ τὴν τοῦ βίου ταύτου φορὰν, καὶ τὴν ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ σύγχυσίν τε καὶ ἄγνοιαν, βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ παρισάμενος, καὶ τοῦ ἐκεῖθεν φωτὸς πληρούμενος· ἓν μικρὰν ἀπορροὴν ἐντεῦθεν δεξάμενοι, ὅσον ἐν ἐσόπ- i τροις [i]φαντάζεσθαι καὶ αἰνίγμασιν, αὐτῇ τῇ πηγῇ τοῦ καλοῦ μετὰ ταῦτα ἐντύχοιμεν, καθαρῷ νῷ καθαρὰν τὴν ἀλήθειαν ἐποπτεύον- k τες, καὶ τέτον μισθὸν [k]εὑρισκόμενοι τῆς περὶ τὸ καλὸν ἐνταῦθα φιλοπονίας, τὴν τελεωτέ- E ραν ἐκεῖσε τοῦ καλοῦ μετουσίαν καὶ θεωρίαν· ὅπερ δὴ τῆς ἡμετέρας τέλος μυσταγωγίας βίβλοί τε καὶ ψυχαὶ θεολόγοι θεσπίζουσιν.

denique aliud quidquam parvorum, & quæ apud parvos in pretio sunt, quæ quidem omnia hodierno die amarus hic lapis unà cum pulchro corpore contexisset. Valeant Gentilium certamina, & figmenta, per quæ miseri juvenes ornati sunt, exigua exiguorum certaminum proposita habentes præmia; & quibuscunque rebus per libamina, & primitias, & coronas, ac recèns decerptos flores, hominibus vitâ functis parentant, patriæ legi potiùs, & stolido mœrori, quàm rationi servientes. Meum munus est Oratio, quod etiam fortassè futurum tempus excepturum est, perpetuo motu præditum, nec eum, qui hinc migravit, prorsus abscedere sinens: verùm auribus animísque hominem, quem ornandum suscepit, semper conservans, ac desiderati simulachrum expressius quàm in tabula spectandum proponens.

Gregorii funebre munus, non certamina, non flores, non coronæ, sed Oratio.

XVII. Ac talia quidem sunt, quæ à nobis offeruntur: si autem parva & meritis tuis inferiora, Deo quoque gratum est, quod fit pro viribus. Atque alia quidem persolvimus, alia verò dabimus, anniversarios honores & commemorationes offerentes, ii quidem certè, qui superstites erunt. At tu, divinum & sacrum caput, utinam cœlos penetres, atque in Abrahæ sinu, quicunque tandem ille est, conquiescas, & Angelorum choream, ac beatorum virorum gloriam & splendorem spectes; vel potius unà tripudies & exultes, omnia, quæ hîc sunt, ex alto deridens, nimirum & divitias, ut appellantur, & abjectas dignitates, & falsos honores, & impostúram quam sensus faciunt, & hujus vitæ jactationem, ac tanquam in nocturna pugna confusionem & ignorantiam, magno illi Regi astans, atque illinc emicante lumine impletus; cujus exiguo rivulo hîc susceptо, quantùm scilicet in speculis & ænigmatibus adumbrare atque conspicari possumus, utinam ad ipsum fontem posteà perveniamus, purâ mente puram veritatem intuentes, atque hanc laboris in virtutis studio exhausti mercedem inveniamus, ut perfectiùs illic summi boni consortio & contemplatione fruamur; quem quidem sacræ nostræ disciplinæ finem, tum libri, tum animæ Theologiæ laude florentes, esse profitentur.

Cæsario anniversarios honores spondet Gregorius.

Sibi, Cæsario, cunctisque aliis virtutis mercedem exoptat.

(a) Οὐδ' ἄλλό τι. Regg. bm. hu. Or. 1. οὐδὲ ἄλλό τι.

(b) Προτιθέντες. Non rectè Billius: *præmia proponentes*. Siquidem vox ista, προτιθέντες, non ad ἔφηβοι *juvenes*, sed ad ἀγῶνις *certamina*, referri debet. Non enim juvenes præmia in certaminibus proponebant, sed proposita consequebantur.

(c) Αφωσιῶνται. Reg. hu. Or. 1. Jes. ἀφοσιῶνται.

(d) Αλογίᾳ πάθους. Coisl. 1. ἀλογίαν πάθους. Reg. Cod. ἀλογίᾳ πλήθους, *stolidæ plebi*.

(e) Κινέμενον.... ἐὸν.... φυλάσσον. Sic Regg. bm. hu. tres Colb. Coisl. 1. Or. 1. & Jes. Ed. κινέμενος...ἐὼν...φυλάσσων.

(f) Αποδεδώκαμεν. Reg. hu. ἀπεδώκαμεν. Coisl. 1. & Jes. δεδώκαμεν.

(g) Αναπαύσαιο. Regg. bm. hu. tres Colb. Jes. ἀναπαύσῃ.

(h) Καὶ τὰς ψευδομένας τιμάς. Hæc desunt in Reg. bm.

(i) Φαντάζεσθαι. Reg. bm. Coisl. 2. Or. 1. φαντάζεται. *hactenus ut in speculis & ænigmatibus informemus, cogitemus.*

(k) Εὑρισκόμενοι. Regg. a. hu. & Or. 1. εὑρίσκοιμεν. Quæ lectio melior videtur.

Ad Parentes afflictos hanc potiſſimùm Orationem dirigit.

XVIII. Quid adhuc ſupereſt ? nihil aliud certè niſi ut ſermonis medicinam, iis, qui in dolore verſantur, adhibeamus. Magnum porrò lugentibus pharmacum illud eſt, quod ab iis, qui eodem dolore affecti ſunt, porrigitur; & qui pari calamitate premuntur, majorem apud eos, qui cruciantur, ad conſolandum authoritatem habent. Ad eos ergo potiſſimùm Oratio nobis eſt : quorum causâ pudore profectò ſuffunderer, ſi non, ut aliarum omnium virtutum, ſic etiam patientiæ primas ferrent. Nam etſi amore erga filios mortales omnes ſuperant, at etiam ſapientiâ & Chriſti amore cunctos antecedunt, ac migrationem ex hac vita jampridem, & ipſi meditati ſunt, & liberos docuerunt; vel, ut rectiùs loquar, totam vitam ita inſtituerunt, ut nihil aliud, quàm mortis meditatio ſit. Quòd ſi quid tenebrarum rationi dolor offundit, ac lippitudinis cujuſdam inſtar oculos ſubiens, clarè videre non ſinit id quod eſt officii; agedum, juvenis exhortationem ſenes accipite, & filii parentes, & ejus, qui à talibus admonendus eſt, vos, qui multos admonuiſtis, ac longo tempore rerum uſum collegiſtis. Nec verò mirum vobis videatur, ſi juvenis ſenes moneam : nam hoc quoque veſtrum eſt, ſi quid canitie rectius proſpicere poſſum. Quantùm adhuc temporis vivemus, venerandi ſenes atque ad Deum appropinquantes ? Quandiu hîc afflictabimur ? Ne tota quidem hominum vita longa eſt, ſi cum divina & ſempiterna natura comparetur, nedum hæ vitæ reliquiæ, atque, ut ita dicam, ſpirationis humanæ ſolutio, ac fluxæ & caducæ vitæ finis. Quantùm nos antevertit Cæſarius ? Quandiu adhuc ejus diſceſſu angemur ? Nonne ad eandem ſedem properamus ? Nonne eundem lapidem ſtatim ſubibimus ? Nonne idem pulvis paulò pòſt erimus ? Nonne ex paucis his diebus, qui reſtant, hoc lucri faciemus, ut plura mala, partim videamus, partim patiamur, partim etiam fortaſsè faciamus, atque ita tandem ipſi quoque naturæ legi commune ac firmum & ſtabile tributum pendamus, atque alios ſequamur, alios præcedamus, atque alios quidem lugeamus, ab aliis lugeamur, munúſque lacrymarum, quod aliis contulimus, ab aliis recipiamus ?

Brevis tota hominum vita, ſi cum æterna comparetur.

Humanæ vitæ vanitas.

XIX. Ejuſmodi vita noſtra eſt, fratres, qui fluxam vitam ducimus : ejuſmodi in terra ludus : ut cùm non ſimus, naſcamur; cùm nati ſumus, rurſum diſſolvamur. *In-*

ιη. [a] Τί λοιπὸν ἔτι; τὴν ἐκ λόγου θεραπείαν τοῖς ἀλγοῦσι προσενεγκεῖν. μέγα δὲ [b] τοῖς πενθοῦσι τὸ ᾠδὴ πρὸς συναλγούντων φάρμακον· καὶ οἱ τὸ ἴσον τῷ πάθους ἔχοντες, πλέον εἰσὶν εἰς παραμυθίαν τοῖς πάσχουσιν. μάλιστα μὲν οὖν πρὸς τοιούτους ἐσὶν ἡμῖν ὁ λόγος· ὑπὲρ ὧν αἰσχυνοίμην ἄν, εἰ μὴ καθάπερ ἄλλου παντὸς τῶν καλῶν, οὕτω καὶ καρτερίας τὰ πρῶτα φέροιντο. καὶ γὰρ εἰ φιλόπαιδες πάντων μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ [c] πάντων μᾶλλον φιλόσοφοι καὶ φιλόχριστοι, καὶ τὴν ἐντεῦθεν μετάβασιν ἐκ πλείονος αὐτοί τε μελετήσαντες, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν διδάξαντες· μᾶλλον δὲ τὸν βίον ὅλον μελέτην λύσεως ἐνστησάμενοι. εἰ δ' ἔτι τὸ πάθος ἐπισκοτεῖ τοῖς λογισμοῖς, καὶ καθάπερ λήμη τις τὸν ὀφθαλμὸν ὑπελθοῦσα, καθαρῶς συνιδεῖν οὐκ ἐᾷ τὸ δέον· φέρε, δέξασθε πρὸς ἄκλησιν οἱ πρεσβύτεροι τοῦ νέου, καὶ τοῦ παιδὸς οἱ πατέρες, καὶ τῷ νουθετεῖσθαι πρὸς τῶν τελευτούτων ὀφείλοντος, οἱ πολλοὺς νουθετήσαντες, καὶ πρὸ πολλῷ χρόνῳ τὴν ἐμπειρίαν συλλέξαντες. θαυμάσητε δὲ μηδὲν, εἰ νέος νουθετῶ γέροντας· καὶ τοῦτο ὑμέτερον, εἴ τι πολιᾶς ἄμεινον συνοράᾳν ἔχω. πόσον ἔτι [d] βιωσώμεθα χρόνον, ὦ τίμιαι πολιαὶ, καὶ Θεῷ πλησιάζουσαι; πόσον ἐνταῦθα [e] κακοπαθήσωμεν; οὐδὲ ὁ πᾶς ἀνθρώπων βίος μακρὸς, [f] ὡς τῇ θείᾳ φύσει καὶ ἀτελευτήτῳ πρὸς ἀβαλεῖν, μὴ ὅτι τὸ τῆς ζωῆς λείψανον, καὶ ἡ λύσις, ὡς ἂν εἴποιμεν, τῆς ἀνθρωπίνης πνοῆς, καὶ τοῦ παρασκαίρου βίου τὰ τελευταῖα. πόσον ἡμᾶς ἔφθη Καισάριος; πόσον ἔτι τὸν ἀπελθόντα πενθήσομεν; οὐ πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπειγόμεθα μονήν; ἐ τὸν αὐτὸν ὑποδυσόμεθα λίθον αὐτίκα; οὐχ ἡ αὐτὴ κόνις μετὰ μικρὸν ἐσόμεθα; οὐ τοσοῦτον κερδανοῦμεν ἐν ταῖς μικραῖς ταύταις ἡμέραις, ὅσον πλείω κακὰ, τὰ μὲν ἰδόντες, τὰ δὲ παθόντες, τὰ δὲ καὶ πρᾶξαντες ἴσως, λειτουργῆσαι πρὸς τῆς φύσεως νόμῳ τὴν κοινὴν εἰσφορὰν καὶ ἀσάλευτον, ᾗ τοῖς μὲν ἐπαπελθεῖν, τῶν δὲ προαπελθεῖν, καὶ τοὺς μὲν κλαῦσαι, ὑπὸ δὲ τῶν θρηνηθῆναι, καὶ παρ' ἄλλων ἀντιλαβεῖν [g] ὧν προεισηνέγκαμεν ἄλλοις πρὸς δακρύων ἔρανον;

ιθ. Τοιοῦτος ὁ βίος ἡμῶν, ἀδελφοὶ, τῶν ζώντων πρόσκαιρα· τοιοῦτο τὸ ἐπὶ γῆς παίγνιον· οὐκ ὄντας γενέσθαι, καὶ γενομένους ἀνα-

(a) Τί λοιπὸν ἔτι; Comb. τί ἂν ἔτι; *Quid ergo ſupereſt ? nempè* &c.

(b) Τοῖς πενθοῦσι. Deeſt in duobus Regg. tribus Colb. Or. 1. & Jeſ.

(c) Πάντων μᾶλλον φιλόσοφοι. *Qui præ omnibus philoſophari in malis norunt.*

(d) Βιωσώμεθα. Reg. hu. Or. 1. Jeſ. βιωσόμεθα.

(e) Κακοπαθήσωμεν. Tres Regg. Jeſ. κακοπαθήσομεν.

(f) Ὡς τῇ θείᾳ.... παραβαλεῖν. Reg. bm. Or. 1. Jeſ. παραβάλλειν. *Ut cum divina illa & ſempiterna natura conjungamur : ut ad divinam hanc naturam accedamus.*

(g) Or. Coisl. 2. ἂν.

λυθῆναι. ὄναρ ἐσμὲν οὐχ ἱσάμενον, φάσμα τι
μὴ κρατούμενον, πτῆσις ὀρνέου παρερχομένου,
ναῦς ἐπὶ θαλάσσης ἴχνος οὐκ ἔχουσα, κόνις,
a ἄτμις, ἑωθινὴ δρόσος, ἄνθος [a]καιρῷ φυόμενον,
καὶ καιρῷ λυόμενον. ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ
ἡμέραι αὐτοῦ, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως
ἐξανθήσει· καλῶς ὁ θεῖος Δαβὶδ περὶ τῆς
ἀσθενείας ἡμῶν ἐφιλοσόφησεν, καὶ ἐν ἐκείνοις
πάλιν τοῖς ῥήμασι· τὴν ὀλιγότητα τῶν ἡμερῶν
μου ἀνάγγειλόν μοι· καὶ παλαισῶν μέτρον τὰς
ἀνθρωτίνας ἡμέρας ὁρίζεται. τί δ' ἂν εἴποις
b πρὸς Ιερεμίαν, ὃς [b]καὶ τῇ μητρὶ μέμφεται
τῆς γεννήσεως ἀλγῶν, καὶ ταῦτα ἐπ' ἀλλοτρίοις
c [c]πλαίσμασι; πάντα εἶδον, φησὶν ὁ Ἐκκλησιαστὴς,
πάντα ἐπῆλθον λογισμῷ τὰ ἀνθρώπινα,
πλοῦτον, τρυφὴν, δυναστείαν, δόξαν τὴν
ἄσατον, σοφίαν τὴν ὑποφεύγουσαν πλέον, ἢ
κρατουμένην· πάλιν τρυφὴν, σοφίαν πάλιν,
ἐπὶ τὰ αὐτὰ πολλάκις ἀνακυκλούμενος,
γαστρὸς ἡδονὰς, ᾠδαδείσους, πλῆθος οἰκετῶν,
πλῆθος κτημάτων, οἰνοχόους καὶ οἰνοχόας,
ᾄδοντας καὶ ᾀδούσας, ὅπλα, δορυφόρους, ἔθνη
προσκυνοῦντα, φόρους συλλεγομένους, ὀφρῦν
d βασιλείας, ὅσα θεῖτὰ [d]τοῦ βίου, ὅσα τῶν
ἀναγκαίων, οἷς ὑπὲρ πάντας ἦλθον βασιλεῖς
τοὺς ἔμπροσθεν· καὶ τί ἐπὶ πᾶσι τούτοις; πάντα
e ματαιότης ματαιοτήτων, [e]τὰ πάντα ματαιό-
f της, καὶ προαίρεσις πνεύματος, [f]εἴτ' ἂν ὁρμή τις
ψυχῆς ἀλόγιστος, καὶ θεομισμὸς ἀνθρώπου τοῦτο
κατακριθέντος, ἴσως ἐκ τοῦ παλαιοῦ πλώματος·
ἀλλὰ τέλος λόγου, φησὶ, τὸ πᾶν ἄκουε, τὸν
Θεὸν φοβοῦ· ἐνταῦθα τῆς ἀπορίας ἴσταται· καὶ
τοῦτό σοι μόνον τῆς ἐνταῦθα ζωῆς τὸ κέρδος,
g ὁδηγηθῆναι δηλαδὴ [g]τῆς ταραχῆς τῶν ὁρωμένων καὶ
σαλευομένων ἐπὶ τὰ ἑστῶτα καὶ μὴ κινούμενα.

κ. Μὴ τοίνυν πενθῶμεν Καισάριον, οἷον
ἀπηλλάγη κακῶν εἰδότες, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς,
οἷοις ὑπελείφθημεν, καὶ οἷα θησαυρίσομεν, εἰ
μὴ γνησίως Θεῷ προσθέμενοι, καὶ ταῖς πρα-
γμάτων τὰ ταῖς πατρέχοντα, πρὸς τὴν ἄνω ζωὴν
ἐπειγόμεθα· ἔτι ὑπὲρ γῆς ὄντες, καταλι-
πόντες τὴν γῆν, καὶ τῷ Πνεύματι φέροντι
πρὸς τὰ ἄνω γνησίως ἀκολουθήσαντες. ταῦτα
καὶ ἀλγεινὰ τοῖς ὀλιγοψύχοις, καὶ κοῦφα τοῖς
ἀνδρικοῖς τὴν διάνοιαν. σκοπῶμεν δὲ ἕτως· οὐκ
ἄρξει Καισάριος; ἀλλ' οὐδὲ ἄρχθήσεται πρὸς
ἄλλων. οὐ φοβήσει τινάς; ἀλλ' οὐδὲ δείσει

somnium sumus minimè consistens, spectrum quoddam, quod teneri non potest, *avis* prætereuntis volatus, *navis* in mari vestigium non habens, *pulvis*, *vapor*, *ros matutinus*, *flos* momento nascens, & momento marcescens. *Homo sicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorebit.* Pulchrè divus David his verbis de nostra imbecillitate philosophatus est, quemadmodum & in illis: *Paucitatem dierum meorum nuncia mihi.* Quinetiam dies humanos palmi mensuram esse definit. Quid autem de Hieremia dixeris, qui etiam matri succenset, se in lucem editum dolens, idque propter aliena peccata? *Omnia vidi*, ait Ecclesiastes, humana omnia cogitatione peragravi, opes, delicias, potentiam, instabilem gloriam, sapientiam quæ magis suffugit, quàm teneatur; delicias iterum, sapientiam iterum, eadem sæpius revolvens, ventris voluptates, hortos, famulorum greges, possessionum copiam, pincernas utriusque sexûs, cantores & cantatrices, arma, satellites, gentes ad genua procumbentes, collecta tributa, regni supercilium, omnia denique, tam ad vitæ usum necessaria, quàm superflua, quibus Reges omnes, qui ante me fuerunt, superavi. Et quid post hæc omnia? *Omnia vanitas vanitatum, omnia vanitas, & præsumptio spiritûs*, hoc est, inconsideratus quidam animi impetus, & distractio hominis, ob veterem fortassè lapsum hâc pœnâ mulctati. Verùm *sermonis finis*, inquit, *Omnia audi, Deum time:* hîc enim dubitationi finem imponit; atque ex hac vita hoc duntaxat commodi cape, ut per rerum, quæ videntur & fluctuant, perturbationem, ad res fixas & stabiles deducaris.

Job. xx. 8. *Sap.* v. 10. *& seq.* *Ps.* ci. 15. *Ps.* cxi. 24. *Ps.* xxxviii. 6. *Jer.* xv. 10. *Eccle.* i. 14. *Eccle.* i. 2. *Eccle.* xii. 13.

XX. Non igitur Cæsarium lugeamus, quibus malis ereptus sit, non ignorantes, sed nos ipsos, ob ea mala quibus relicti sumus, & quæ nobis aggeremus, nisi sinceris animis nos Deo addicamus, ac præteritis iis, quæ ipsa nos prætereunt, ad supernam vitam properemus, terramque, etiam adhuc in terra versantes, relinquamus, ac Spiritum in cœlum ferentem bonâ fide sequamur. Hæc, ut ignavis gravia, ita forti animo præditis levia sunt. Quin ad hunc quoque modum consideremus. Non imperabit Cæsarius? At nec sub aliorum imperio erit. Non terrorem quibusdam incutiet? At nec gravem domi-

Cæsarius per mortem malis ereptus, prima consolationis ratio.

Alia consolationis ratio.

(a) Καιρῷ φυόμενον &c. Billius: *suo tempore nascens, & suo tempore marcescens.*
(b) Καὶ τῇ μητρί. Ita Regg. bm. hu. Coisl. 1. Or. & Jes. In Ed. deest τῇ.
(c) Πλαίσμασι. Colb. 3. πλάσμασι.
(d) Τοῦ βίου. Sic Reg. bm. Coisl. 2. & Jes. In Ed. deest τοῦ.
(e) Τὰ πάντα ματαιότης. Hæc desunt in Regg. bm. hu. tribus Colb. Coisl. 2. & Jes.
(f) Εἴτ' ἂν. Coisl. 1. ἤτ' ἂν.
(g) Τῆς ταραχῆς &c. Billius: *per earum rerum quæ sub oculorum aspectum cadunt, perpetuoque motu agitantur, confusionem.*

num pertimeſcet, ne dignum quidem plerumque, cui imperetur. Non opes cumulabit? At nec invidiam metuet, aut animæ detrimento afficietur, malè colligens; atque eò plura quotidie aſſumere ſtudens, quò plura jam adeptus ſit. Hujuſmodi quippè divitiarum morbus eſt, ut plura appetere non deſinat, ſed ſitis medicinam in perpetuo potu ſitam eſſe arbitretur. Non ſermones oſtentabit? At à ſermonibus admiratione afficietur. Non Hyppocratis, & Galeni, & eorum, qui ipſis adverſantur, placita pertractabit? At neque morbis vexabitur, ex aliorum calamitatibus proprias moleſtias capiens. Non Euclidis, Ptolemæi, & Heronis ſcripta demonſtrationibus explicabit? At neque, ob imperitos homines tumidiores animos gerentes, dolorem concipiet. Non Platonis, & Ariſtotelis, & Pyrrhonis, & Democriti cujuſdam, & Heracliti, & Anaxagoræ, & Cleanthis, & Epicuri, & neſcio quorum Stoicorum & Academicorum placitis ſeſe venditabit? At neque, quonam pacto illorum argutias diſſolvat, laborabit. Quid alia commemorare neceſſe eſt? At hæc, quæ præclara omnibus & expetenda cenſentur: non uxorem habebit? non filios? At, nec eos lugebit, aut ab illis lugebitur, aliis relinquens, vel ipſe calamitatis monimentum relictus. Non opes hæreditate accipiet? At hæredes ipſe habebit, quos habere commodiſſimum eſt, & quos voluit, ut dives hinc migraret, omnia ſecum ferens. O ingentem munificentiam! ô novam conſolationem! ô ſingularem eorum, quibus teſtamenti exequendi cura commiſſa eſt, liberalitatem! Auditum eſt præconium omni auditione dignum, ac matris luctus ob præclaram & ſanctam pollicitationem exhauritur, quâ omnes filii opes pro eo ſe in ſepulchrale munus daturam recepit, ut nihil iis, qui expectabant, relictum ſit.

In cœleſti vita, nec morbus, nec calamitas, nec moleſtia, nec dolor reperitur.

XXI. An hæc ad conſolationem nondum ſufficiunt? Majus pharmacum adhibebo. Sapientûm verbis adducor ut credam, pulchram omnem animam & Deo

Juſtus carnis vinculo ſolutus, ſtatim ſummum bonum contemplatur.

βαρὺν δεσωότην, πολλάκις τὸν οὐδὲ ἄρχεθαι ἄξιον. οὐ συνάξει πλῆτον; ἀλλ' οὐδὲ ὑπόψεται φθόνον, ἢ ψυχὴν [a]ζημιωθήσεται κακῶς συνάγων· καὶ τοσοῦτον ἀεὶ προσλαμβάνειν ζητῶν, ὅσον ἐκτήσατο. τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ πλουτεῖν νόσος, [b]ὅρον τοῦ δεῖσθαι πλείονος οὐκ ἔχουσα, ἀλλὰ τὸ ποτὸν ἀεὶ [c]δίψος ἔτι ποιουμένη φάρμακον. οὐκ ἐπιδείξεται λόγους; ἀλλ' ὑπὸ [d]λόγων γε θαυμαθήσεται. ἐ φιλοσοφήσει [e]τὰ Ἱπποκράτους, ἢ Γαληνοῦ, ἢ τῶν ἀντιθέτων ἐκείνοις; ἀλλ' οὐδὲ κακοπαθήσει νόσοις, ἰδίας ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς λύπας καρπούμενος. οὐκ ἀποδείξει τὰ Εὐκλείδου, καὶ Πτολεμαίου, καὶ Ἡρωνος; ἀλλ' οὐδὲ ἀλγήσει τοῖς ἀπαιδεύτοις [f]φυσῶσι μείζονα. οὐ [g]καλλωπιεῖται τοῖς Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους, ἢ Πύῤῥωνος, ἢ Δημοκρίτοις δή τισι, καὶ Ἡρακλείτοις, καὶ Ἀναξαγόραις, [h]Κλεάνθαις τε καὶ Ἐπικούροις, καὶ οὐκ [i]οἶδ' οἷς τισι τῶν ἐκ τῆς σεμνῆς σοᾶς ἢ ἀκαδημίας; ἀλλ' ὐδὲ φροντίσει ὅπως [k]διαλύσῃ τούτων τὰς πιθανότητας. τί με δεῖ μνημονεύειν τῶν ἄλλων; ἀλλὰ ταῦτα δὴ τὰ τίμια πᾶσι καὶ προσπούδαστα. οὐ θαμὰ γαμετήν; [l]οὐ παῖδας; ἀλλ' οὐδὲ θρηνήσει τούτους, ἢ θρηνηθήσεται ὑπὸ τούτων, ἢ καταλιπὼν ἄλλοις, ἢ καταλειφθεὶς συμφορᾶς ὑπόμνημα. οὐ κληρονομήσει χρημάτων; ἀλλὰ κληρονομηθήσεται ὑφ' ὧν χρησιμώτατον, καὶ ὧν αὐτὸς ἠθέλησεν, ἵνα πλούσιος ἐνθένδε μεταναστῇ, πάντα μεθ' ἑαυτοῦ φερόμενος. ὦ τῆς φιλοτιμίας, ὦ τῆς καινῆς προκλήσεως, ὦ τῆς μεγαλοψυχίας [m]τῶν ἐπιβαλλομένων· ἠκούσθη κήρυγμα πάσης ἀκοῆς ἄξιον, καὶ μητρὸς πάθος κενοῦται δι' ὑποσχέσεως καλῆς καὶ ὁσίας, δοῦναι τὰ πάντα τῷ παιδὶ τὸν ἐκείνου πλοῦτον ὑπὲρ ἐκείνου [n]δῶρον ἐνταφιον, καὶ μηδὲν ὑπολειφθῆναι τοῖς προσδοκήσασιν.

κα. Οὔπω ταῦτα ἱκανὰ πρὸς παραμυθίαν; προσοίσω τὸ μεῖζον φάρμακον. πείθομαι σοφῶν λόγοις, [o]ὅτι ψυχὴ πᾶσα καλή τε καὶ θεοφιλὴς,

(a) Ζημιωθήσεται. Coisl. 1. duo Colb. Or. 1. Jeſ. ζημιώσεται.

(b) Ορον τῦ δεῖσθαι &c. Billius: *ut finem appetendi plura neſciat.* In Reg. bm. Coisl. 1. & Jeſ. legitur: ὁρον τῦ πλείονος ἐκ εἰδῶς, ἀλλά &c.

(c) Δίψος ἔτι ποιεμένη. Addidimus ἔτι, ex Regg. bm. hu. duobus Colb. & Jeſ. Iidem codices pro ποιεμένη, habent ποιεμένος. Coisl. 1. δίψος αἴτιον, *ſitis cauſa.*

(d) Λόγων γε. Deeſt γε, in pluribus.

(e) Τὰ Ἱπποκράτους. Billius. *Hyppocratis dogmata.*

(f) Φυσῶσι μείζονα. *Majora crepantes, buccis crepantibus venditantes.* His Auguſtini verbis græca Gregorii verba aptè reddi poſſe videntur.

(g) Καλλωπιεῖται. Reg. bm. duo Coisl. & Jeſ. καλλωπιεῖται.

(h) Κλεάνθαις τε. Coisl. 1. Κλεάνθεσί τε.

(i) Οιδ' οἷς &c. Reg. bm. Or. 1. οἶδα οἷς ἐκ τῆς σεμνῆς σοᾶς. *Neſcio quorum venerabilium.* Id per Ironiam dictum.

(k) Διαλύσῃ. Reg. hu. διαλύσει.

(l) Οὐ παῖδας. Reg. hu. ἢ παῖδας.

(m) Τῶν ἐπιβαλλομένων. Combef. *Suppeditantium;* nimirum δαπανήματα, *ſumptus. Nam Cæſarii parentes,* ut cum Elia loquar, *ne exiguæ quidem ulli rei pepercerunt; verùm præconium, dignum quod ab omnibus audiatur, propoſuerunt, nempè quòd nihil ſibi reliqui fecerunt, ſed omnia pauperibus diſtribuerunt.* Cæterum præclarum Cæſarii teſtamentum exſtat in Baſilii Epiſt. 32. novæ Ed. ad Sophronium. *Volo,* inquit, *omnia mea ad pauperes devenire.* Cui ipſius extremæ voluntati optimi parentes lubentiſſimo animo paruerunt. Billius: *qui hanc rem aggreſſi ſunt.*

(n) Δῶρον ἐνταφιον. Mallem, has diſtinguendo voces, ſic vertere: *pro eo ſepulchralis muneris inſtar, dono daturam.*

(o) Οτι ψυχὴ πᾶσα. Vetus Schol. ὅτι ὁ ἐντεῦθεν ἐπαλλαγεὶς, εὐθὺς ἐν θεωρίᾳ γίνεται τῦ μένοντος αὐτὸν καλῦ. *Is, qui è vivis exceſſit, ſtatim hujus, quod eum manet, boni contemplatione fruitur.* Hanc ſententiam, inter alios, Dionyſio Elias adſcribit.

ἐπειδὰν

ἐπειδὰν τοῦ συνδεδεμένου λυθεῖσα ζώματος A charam, posteaquàm corporis vinculis so-
ἐνθένδε ἀπαλλαγῇ, εὐθὺς μὲν ἐν συναισθήσει luta, hinc excesserit, protinus bonum,
a ᾗ θεωρίᾳ τῶ μένοντος αὐτὴν καλοῦ [a]γενομένη· quod eam manet, persentientem & con-
ἄτε τοῦ ἐπισκοτοῦντος, ἀναπαρθέντος, ἢ templantem; (utpotè eo, quod tenebras
ἀποτεθέντος, ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ λέγειν χρή· offundebat, vel purgato, vel depositο,
θαυμασίαν τινὰ ἡδονὴν ἥδεται, ᾗ ἀγάλλεται, vel, quo verbo ea res appellanda sit,
b [b]καὶ ἵλεως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, nescio;) mirabili quâdam voluptate affici, Mirabili voluptate afficitur.
& exultare, atque hâc vitâ, tanquam
ὥσπερ τι δεσμωτήριον χαλεπὸν τὸν ἐνταῦθα gravi quodam ergastulo liberatam, com-
βίον ἀποφυγοῦσα, καὶ τὰς προκειμένας ἀπο- pedibúsque illis, quibus mentis alæ depri-
σεισαμένη πέδας, ὑφ' ὧν τὸ τῆς διανοίας πτε- mebantur, solutam, placidè ad domi-
ρὸν καθείλκετο, [c]καὶ οἷον ἤδη τῇ φαντασίᾳ B num suum tendere, ac reconditâ frui
c καρποῦται τὴν ἀποκειμένην μακαριότητα· beatitudine, qualem jam per imaginem
μικρὸν δ' ὕστερον, καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον perceperat; pòst etiam aliquantò, cùm Cum anima caro etiam cœlestis gloriæ particeps.
d ἀπολαβοῦσα, [d]ᾧ τὰ ἐκεῖθεν συνεφιλοσόφησε, cognatam carnem à terra, quæ & de-
σὺν δὲ τῆς καὶ δούσης, καὶ πιστευθείσης γῆς, derat, & in fidem acceperat, receperit,
τρόπον ὅν οἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας ᾗ διαλύσας (quod quo modo fiet, Deus novit, qui ea
Θεὸς, τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν δόξης· inter se conjunxit atque dissolvit,) tum
καὶ καθάπερ τῶν μοχθηρῶν αὐτοῦ μετέσχε demum eam quoque ad gloriæ cœlestis
διὰ τὴν συμφυΐαν, οὕτω καὶ τῶν τερπνῶν hæreditatem secum admissuram; & quem-
e ἑαυτῆς μεταδίδωσιν, [e]ὅλον εἰς ἑαυτὴν ἀναλώ- admodum ob naturæ conjunctionem æru-
σασα, καὶ γενομένη σὺν τούτῳ ἓν καὶ πνεῦμα, C narum ipsius particeps fuerat, sic etiam
καὶ νοῦς, καὶ Θεὸς, καταποθέντος ὑπὸ τῆς jucunditates suas cum ipsa communicatu-
ram, totum videlicet corpus in se ipsam
ζωῆς τοῦ θνητοῦ τε καὶ ῥέοντος. ἄκουε γοῦν absumentem, & cum eo unum effectam,
οἷα περὶ συμπήξεως ὀστῶν τε ᾗ νεύρων φιλοσο- & spiritum, & mentem, & Deum, ab-
sorpto nimirum à vita eo, quod mortale
φεῖται τῷ θείῳ Ιεζεκιήλ· ὅσα μετ' ἐκεῖνον τῷ & caducum erat. Audi quid de ossium & Dissolvi & esse cum Christo, præcipuum Christiani desiderium.
θείῳ Παύλῳ περὶ σκηνώματος ἐπιγείου, καὶ nervorum compactione divinus Ezechiel
differat; quid post illum Apostolus de ta-
οἰκίας ἀχειροποιήτου, τοῦ μὲν καταλυθησο- bernaculo terrestri, & domo non manu
μένου, τῆς δ' ἀποκειμένης ἐν οὐρανοῖς· ☾ τὴν μὲν factâ, illo, inquam, fluxo ac dissolvendo, *Ez.* xxxvii. 3. *& seq.*
hâc verò in cœlis reconditâ; qui etiam *II. Cor.* v. 1. 6.
f ἀπὸ τοῦ ζώματος ἐκδημίαν, [f]ἐνδημίαν πρὸς discessum à corpore, præsentiam apud *Phil.* i. 23.
τὸν Κύριον εἶναι φάσκοντος, τὴν δὲ σὺν τούτῳ Deum esse affirmat, vitam autem corpo-
ream, ut peregrinationem deplorat, atque
ζωὴν, ὡς ἐκδημίαν ὀδυρομένου, καὶ διὰ τοῦ- adeò quamprimùm dissolvi cupit. Quid
D
το ποθοῦντος καὶ σπεύδοντος τὴν ἀνάλυσιν. ad res in spe positas elanguesco? Quid
τί μικροψυχῶ περὶ τὰς ἐλπίδας; τί γίνομαι temporarius fio? Expectabo Archangeli *Thess.* iv. 15.
πρόσκαιρος; ἀναμένω τὴν τοῦ Ἀρχαγγέλου vocem, extremam tubam, cœli trans- *I. Cor.* xv. 52.
φωνὴν, τὴν ἐσχάτην σάλπιγγα, τὸν οὐρανοῦ formationem, terræ immutationem, ele-
μετασχηματισμὸν, τὴν γῆς μεταποίησιν, τὴν mentorum libertatem, totius mundi reno-
τῶν στοιχείων ἐλευθερίαν, τὴν κόσμου παντὸς vationem. Tunc Cæsarium videbo, non *II. Pet.* iii. 10.
g [g]ἀνακαίνισιν. τότε Καισάριον αὐτὸν ὄψομαι, jam peregrinantem, nec qui jam ab aliis
h μηκέτι ἐκδημοῦντα, μηκέτι [h]φερόμενον, μηκέτι feratur, & lugeatur ac miserationi sit,
πενθούμενον, μηκέτι ἐλεούμενον, λαμπρὸν, sed clarum, illustrem, excelsum; qualis
ἔνδοξον, ὑψηλόν· οἷός μοι καὶ κατ' ὄναρ ὤφθης E sæpè mihi in somnis visus es, ô fratrum
πολλάκις, ὦ φίλτατε ἀδελφῶν ἐμοὶ, καὶ charissime, & fratrum amantissime, sive
φιλαδελφότατε, εἴτε τοῦ βούλεσθαι τοῦτο ἀνατυποῦντος, εἴτε τῆς ἀληθείας, voluntate meâ, sive ipsâ veritate hoc informante.

(*a*) Γενομένη. Jes. γινομένη.

(*b*) Καὶ ἵλεως. Billius: *summa cum hilaritate.*

(*c*) Καὶ οἷον &c. Deest *καί*, in Regg. bm. hu. Or. i. & Jes. Combef. vertit: *velut jam certâ repræsentatione ac imagine, repositâ frui beatitudine.* Quod per Emphasim dictum; atque, teste Elia, eam mentis impressionem significat, quam anima, Deo in ipsam illabente, experitur. Bill. *reconditam beatitudinem jam velut per imaginem & simulachrum percipere.*

(*d*) Ω τὰ ἐκεῖθεν &c. *Quam, cùm hîc philosopharetur, sociam habuit.* Quæ quidem ratio est, cur in ipsam quoque carnem beatitudinis præmium refundatur.

(*e*) Ολον εἰς ἑαυτὴν ἀναλώσασα. Colb. & Schol. οὐκ ἀναιρεῖσθαι, ἢ συγχεῖσθαι τὸ σῶμα λέγει· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ διὰ τὴν ἀτρεψίαν καὶ ἀπαθὲς τὸ σώματος. *Non ait tolli & confundi corpus: absit; sed jam mutationi & ærumnis non esse obnoxium.* Corpus enim, excusâ mortali crassitie, incorruptum & quasi spirituale, animæque affine erit, salvâ tamen atque integrâ ipsius substantiâ.

(*f*) Ενδημίαν. Sic Regg. bm. hu. tres Colb. Coisl. i. Or. i. & Jes. Editi, ἐκδημίαν, *discessum.*

(*g*) Ανακαίνισιν τότε. Regg. bm. hu. Or. i. ἀνακαίνωσιν. Reg. a. Coisl. i. τότε καί.

(*h*) Φερόμενον. *Cujus funus deducatur, efferatur.*

Ad Auditores Orationem convertit.

XXII. Nunc autem omissis luctibus me ipsum inspiciam, ne quid luctu dignum mecum insciens feram, ac meas ipse res explorabo. *Filii hominum*, ad vos enim transit Oratio, *quousque gravi corde, & crasso animo eritis? ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* magnum aliquid, hanc vitam, & paucos hos dies multos esse judicantes, ac suavem hanc & amplectendam separationem, ut grave quidpiam & horrendum aversantes? Non nos ipsos noscemus? Non ea, quæ oculis cernuntur, abjiciemus? Non ad ea, quæ mente & intelligentiâ comprehenduntur, oculos convertemus? Non, si quid etiam mœroris concipiendum est, idcircò potiùs mœrorem susciemus, quòd *incolatus noster prolongetur*, (Davidis illius instar, qui res hujus vitæ, *tenebrarum tabernacula, & afflictionis locum, & profundi limum, & mortis umbram*, appellat,) quòd in sepulchris iis, quæ circumferimus, diutius hæreamus, quòd, ut homines, peccati morte moriamur, cùm Dii facti simus? Hic me timor exagitat, hic dies noctésque mecum versatur; nec me liberum spiritum ducere sinunt, hinc futura gloria, hinc futurum tribunal: ex quibus illam quidem adeò appeto, ut dicere possim: *Deficit in salutare tuum anima mea*, hoc autem horreo & aversor. Nec verò illud timeo, ne mihi corpus hoc, cùm semel defluxerit, ac corruptum fuerit, prorsùs extinguatur; sed ne nobile illud Dei figmentum, (nobile enim est, cùm officii sui numeros probè explet, quemadmodum contrà infame, cum peccat,) in quo est ratio, lex, spes, eâdem, quâ ea animantia, quæ rationis expertia sunt, ignominiâ mulctetur, nihilóque meliore post mortem conditione sit: quemadmodum improbis hominibus, atque igne illo dignis, optandum esset.

Ps. IV. 3.

Per arctam viam incedendum.

XXIII. Utinam *membra, quæ super terram sunt, mortificem!* Utinam omnia per spiritum absumam, *arctâ viâ, & quâ pauci gradiuntur*, non autem *latâ* & facili incedens! Magna enim profectò & luculenta sunt ea, quæ postea sequuntur, ac spes meritum nostrum & dignitatem excedit. *Quid est homo, quòd memor es ejus?* Quodnam hoc novum circum me mysterium? Parvus sum & magnus, humilis & excelsus, mortalis & immortalis, terrenus & cœlestis. Illa cum inferiori hoc mundo, hæc cum Deo; illa cum carne, hæc cum spiritu. Oportet me cum Christo sepeliri,

Col. III. 5. *Matth.* VII. 13.

Ps. CXIX. 5.

Ps. LXVIII. 3. *Ps.* XLIII. 20.

Quid timendum.

Ps. CXVIII. 81.

Ps. VIII. 5.

Hominis abjectio & sublimitas.

κβ. Νυνὶ ᾧ ἀφεὶς τοὺς θρήνους, εἰς ἐμαυτὸν βλέψω, μή τι θρήνων ἄξιον λάθω φέρων, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ ᾠδισκέψομαι. υἱοὶ ἀνθρώπων, μέτεισι γὰρ ᾠδὸς ὑμᾶς ὁ λόγος, ἕως πότε βαρυκάρδιοι, καὶ παχεῖς τὴν διάνοιαν; ἵνα τι ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος; μέγα τι, τὸν ἐνταῦθα βίον, καὶ τὰς ὀλίγας ταύτας ἡμέρας [a]πολλὰς ὑπολαμβάνοντες, καὶ τὴν διάζευξιν ταύτην, τὴν ἀσπασὴν καὶ ἡδεῖαν, ὡς δή τι βαρὺ καὶ φρικῶδες ἀποστρεφόμενοι; οὐ [b]γνωσόμεθα ἡμᾶς αὐτούς; οὐ τὰ φαινόμενα ῥίψωμεν; οὐ πρὸς τὰ νοούμενα βλέψωμεν; οὐκ, εἴ τι καὶ λυπεῖσθαι χρὴ, τοὐναντίον ἀνιασόμεθα [c]τῇ παροικίᾳ μηκυνομένῃ, κατὰ τὸν θεῖον Δαβὶδ, σκηνώματα σκοτασμοῦ, ⸀ τόπον κακώσεως, ⸀ ἰλὺν βυθοῦ, ⸂καὶ⸃ σκιὰν θανάτου τὰ τῇδε [d]ἀποκαλοῦντα· ὅτι βραδύνομεν ἐν τοῖς τάφοις οἷς ᾠδιφέρομεν, ὅτι ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκομεν τὸν τῆς ἁμαρτίας θάνατον, θεοὶ γεγονότες; τοῦτον ἐγὼ φοβοῦμαι τὸν φόβον, τούτῳ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν σύνειμι, καὶ οὐκ ἐᾷ με ἀναπνεῖν ἡ ἐκεῖθεν δόξα, καὶ τὰ ἐκεῖσε δικαιωτήρια· ὧν τῆς μὲν ἐφίεμαι [e]μέχρι καὶ τοῦ δύνασθαι λέγειν· ἐκλείπει εἰς τὸ ζωτήριόν σου ἡ ψυχή μου, τὰ δὲ φρίττω καὶ ἀποστρέφομαι· ἐκεῖνο δὲ οὐ δέδοικα, μή μοι τὸ σῶμα τοῦτο διαῤῥυὲν καὶ διαφθαρὲν, παντελῶς [f]οἰχήσηται· ἀλλὰ μὴ τὸ τοῦ Θεοῦ πλάσμα τὸ ἔνδοξον, ἔνδοξον γὰρ κατορθοῦν, ὥσπερ ἄτιμον ἁμαρτάνον, ἓν ᾧ λόγος, νόμος, ἐλπὶς, τὴν αὐτὴν τοῖς ἀλόγοις ἀτιμίαν κατακριθῇ, καὶ μηδὲν πλέον ἢ μετὰ τὴν διάζευξιν· ὡς ὄφελόν γε τοῖς πονηροῖς, καὶ τοῦ ἐκεῖθεν πυρὸς ἀξίοις.

κγ. Εἴθε νεκρώσαιμι τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· εἴθε πάντα τῷ πνεύματι διαπανήσαιμι, τὴν στενὴν καὶ ὀλίγοις βατὴν ὁδεύσας, μὴ τὴν πλατεῖαν καὶ ἄνετον· ὡς τά γε μετὰ τοῦτο λαμπρὰ ⸀ μεγάλα, καὶ [g]μείζων ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν ἐλπίς. τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι [h]μιμνήσκῃ αὐτοῦ; τί τὸ καινὸν τοῦτο ᾠδὶ ἐμὲ μυστήριον; μικρός εἰμι καὶ μέγας, ταπεινὸς καὶ ὑψηλὸς, θνητὸς καὶ ἀθάνατος, ἐπίγειος καὶ οὐράνιος. ἐκεῖνα μετὰ τοῦ κάτω κόσμου, ταῦτα μετὰ τοῦ Θεοῦ· ἐκεῖνα μετὰ τῆς σαρκὸς, ταῦτα

(a) Πόλλας. Deest in Regg. bm. hu. tribus Colb. Or. 1. &c.

(b) Γνωσόμεθα . . . ῥίψωμεν . . . . βλέψωμεν . . . . ἀνιασόμεθα. Reg. hu. & Or. 1. γνωσόμεθα . . . . ῥίψομεν . . . . βλέψομεν . . . ἀνιασόμεθα.

(c) Τῇ παροικίᾳ μηκυνομένῃ. Coisl. 1. τῆς παροικίας μηκυνομένης.

(d) Ἀποκαλοῦντα. Sic optimè Reg. h. Pravè in Ed. ἀποκαλοῦντος. Billius tamen emendaverat. Coisl. 2. & Or. 1. ἀποκαλοῦντες.

(e) Μεχρὶ κ᾽ τοῦ. Reg. hu. Or. 1. μεχρὶ τοῦ καί.

(f) Οἰκήσηται. Reg. hu. tres Colb. Or. 1. οἰκήσεται.

(g) Μείζων ἢ κατά. Reg. hu. & Or. 1. μείζων ἡ κατά.

(h) Μιμνήσκῃ. Sic Regg. bm. hu. tres Colb. & Or. 1. Editi, μιμνήσκει.

μετὰ τοῦ πνεύματος. Χριστῷ συνταφῆναί με A cum Christo resurgere, Christi cohæredem
δεῖ, Χριστῷ συναναστῆναι, συγκληρονομῆσαι esse, filium Dei fieri, atque adeò Deum
a Χριστῷ, υἱὸν γενέσθαι Θεοῦ, a Θεὸν αὐτόν. ipsum. Videte quò nos oratio progrediens
l ὁρᾶτε b ποῖ προϊὼν ἀνήγαγεν ἡμᾶς ὁ λόγος. tandem evexerit. Parum abest, quin calami-
μικρᾶς ⁊ χάριν ὁμολογῶ πρὸς πάθει, ᾧ τοιαῦτα tati gratias etiam habeam, in cujus gra-
ἐφιλοσόφησα, ⁊ δι' ὃ μᾶλλον ἐρασὴς ἐγενόμην tiam hæc differui, & quæ mihi majus ex hac
τῆς ἐνθένδε ἀπαναστάσεως. τοῦτο ἡμῖν τὸ μέγα vita migrandi desiderium injecit. Hoc nobis
μυστήριον βούλεται· τοῦτο ἡμῖν ὁ ἐνανθρωπήσας magnum illud mysterium designat: hoc no- Omnes unum corpus in Christo.
δι' ἡμᾶς καὶ πτωχεύσας Θεὸς, ἵνα ἀναστήσῃ bis Deus, qui nostrâ causâ humanitatem
c τὴν σάρκα, καὶ c ἀνασώσηται τὴν εἰκόνα, καὶ susceptit, ac pauper factus est, ut jacentem
ἀναπλάσῃ τὸν ἄνθρωπον, ἵνα γενώμεθα οἱ B carnem erigeret, & incolumitatem ima-
πάντες ἓν ἐν Χριστῷ γενομένῳ τὰ πάντα ἐν gini afferret, hominémque instauraret, ut *omnes unum efficiamur in Christo*, qui per- *Gal.* III. 28.
d πᾶσιν ἡμῖν τελείως, d ὅσα περ ἐστιν αὐτὸς, fectè factus est in omnibus nobis omnia
ἵνα μηκέτι ὦμεν ἄρρεν καὶ θῆλυ, βάρβαρος, quæcumque ipse est; ut jam non simus
σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθερος, τὰ τῆς σαρκὸς *masculus & femina*, *barbarus & Scytha*,
γνωρίσματα, μόνον δὲ φέρωμεν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς *servus & liber*, quæ sunt carnis insignia
e e τὸν θεῖον χαρακτῆρα, παρ' οὗ καὶ εἰς ὃν & discrimina, sed solam Dei, à quo & ob
γεγόναμεν, τοσοῦτον ἀπ' αὐτοῦ μορφωθέντες ⁊ quem creati sumus, notam in nobis ge-
τυπωθέντες, ὥστε καὶ ἀπὸ μόνου γινώσκεσθαι. ramus, tantùm ab eo informati & impressi,
ut ex ipso solo agnoscamur.

κδ'. Καὶ εἴη μέν γε ὅπερ ἐλπίζομεν, κατὰ XXIV. Atque utinam quidem simus Dei benignitas parva exigit, maxima largitur.
τὴν μεγάλην Θεοῦ τοῦ μεγαλοδώρου φιλαν- C quod speramus, secundum magnam muni-
θρωπίαν· ὃς μικρὰ αἰτῶν, μεγάλα χαρίζεται, fici Dei benignitatem; qui parva petens,
νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, τοῖς γνησίως maxima iis, qui sincero animi affectu eum
αὐτὸν ἀγαπῶσι· πάντα σέγοντες, πάντα amant, & nunc & in futuro ævo largitur;
ὑπομένοντες διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην τε ⁊ pro nostra erga ipsum charitate & spe, *om-* *1. Cor.* XIII.
ἐλπίδα· ἐπὶ πᾶσιν εὐχαριστοῦντες δεξιοῖς τε *nia ferentes*, *omnia sustinentes;* propter 7.
ὁμοίως καὶ ἀριστεροῖς, ἡδέσι λέγω καὶ ἀνιαροῖς, omnia, tam dextra, quàm sinistra, hoc est,
ἐπειδὴ καὶ ταῦτα σωτηρίας ὅπλα πολλάκις tam læta, quàm tristia, gratias agentes,
g f οἶδεν ὁ f λόγος, αὐτῷ g παρακατατιθέμενοι (quandoquidem hæc quoque persæpè salu-
τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, τὰς πρὸ πολλοῦ παραλυόντων, tis arma esse verbum novit,) nostras, &
h ὥσπερ ἐν ὁδῷ κοινῇ πρὸ ἑτοιμοτέρων. h ὃ δὴ καὶ D eorum, qui, tanquam in communi via,
i αὐτοὶ ποιήσαντες, ἐνταῦθα τῷ λόγῳ i λήξομεν, paratiores, ad hospitium priùs pervene-
ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς τῶν δακρύων, ἐπὶ τὸν τάφον runt, animas ipsi commendantes. Quo qui-
ἤδη σπεύδοντες τὸν ὑμέτερον, ὃν δῶρον παρ' dem officio nos etiam functi, finem di-
k ὑμῶν ἔχει Καισάριος, λυπηρόν τε καὶ k μόνιμον, cendi, ut & vos quoque lachrymandi,
γονεῦσι μὲν ἑτοιμασθέντα καὶ γήρᾳ κατὰ καιρὸν, faciemus, jam ad sepulchrum vestrum pro-
παιδὶ δὲ ⁊ νεότητι δωρηθέντα πολλὰ τὸ εἰκὸς, perantes, quod solum ac triste donum Cæ-
καὶ οὐκ ἀπεικὸς πρὸς διέποντι τὰ ἡμέτερα. ὦ sarius à vobis habet, parentibus quidem &
δέσποτα πάντων καὶ ποιητὰ, καὶ διαφερόντως senectuti opportunè paratum, filio autem
τῆδε τῆ πλάσματος· ὦ Θεὲ πρὸ σῶν ἀνθρώπων, ac juvenili ætati donatum, præposterè qui-
καὶ πάτερ, καὶ κυβερνῆτα· ὦ ζωῆς καὶ θανάτου E dem, at non absurdè apud eum, qui res
Κύριε· ὦ ψυχῶν ἡμετέρων ταμία ⁊ εὐεργέτα· ὦ nostras administrat. O omnium Domine, & Pro Cæsario defuncto preces Deo adhibet Gregorius.
l ποιῶν τὰ πάντα, καὶ μεταστευάζων l πρὸς τεχνίτῃ effector, ac præcipuè hujus figmenti! O
Deus tuorum hominum, & pater, ac gu-
bernator! O vitæ & mortis arbiter! O
nostrorum animarum custos & benefactor! *Amos.* v. 8.
O *qui omnia facis*, & tempestivè, atque,
ut ipse pro sapientiæ tuæ & administratio-
nis altitudine nosti, artifice Verbo trans-

(a) Θεὸν αὐτόν. Coisl. 1. addit, *κληθῆναι*, *vocari.*
(b) Ποῖ προϊὼν. Reg. hu. tres Colb. Or. 1. οἷ προϊών.
(c) Ἀνασώσηται τὸν εἰκόνα. *Imaginem salvaret.*
(d) Ὅσα πέρ ἐστιν αὐτός. *Quæcumque ipse est.* Id omissum à Billio. Coisl. 1. *πάρεστιν.*
(e) Τὸν θεῖον &c. Comb. *divinam figuram, per quam & in cujus finem conditi sumus; tantùm indè formati atque impressi, ut ex ipsa sola cognoscamur.* Ut hæc omnia ipsum referant characterem, qui sit divina in nobis impressio & nota, ex qua cognoscamur.
(f) Λόγος. Billius: *sermo.* Combef. *Scriptura.* Fortè rectiùs, *ratio.*
(g) Παρακατατιθέμενοι. Eodem sensu vox illa intelligenda est, ac ista, *I. Petr. IV.* 19. *παρατιθέσθωσαν*, *commendent.* Hoc enim vult Gregorius, ut dum Resurrectionem expectamus, animas nostras, veluti quoddam depositum, Deo committamus.
(h) Ὃ δὴ καὶ αὐτοὶ ποιήσαντες. Hæc desunt in Reg. bm. tribus Colb. & Or. 1.
(i) Λήξομεν. Reg. hu. λήξομεν.
(k) Μόνιμον. *Stabile.* Billius legit, *μόνον. solum,* quod habent Regg. bm. hu. tres Colb. & Or. 1.
(l) Τῷ τεχνίτῃ. *Artifice Verbo.* Sic Aug. Billius: *artifice sermone.*

mutas; nunc quidem Cæsarium, discessûs noſtri primitias, quæso, susci-
Enixis etiam precibus, à Deo, pro se & pro omnibus, æternam vitam expoſcit.
pe. Quòd si postremum natu, primum, tuis rationibus, quibus omnia reguntur, cedimus: nos verò pòst quoque opportuno tempore susci-
Ps. CXVIII. 60.
pe, tandiu in carne vitam noſtram moderatus, quandiu conducibile fuerit: & quidem susci-
pe, ob metum tuum *paratos, & non turbatos*, neque in extremo die terga vertentes, atque invito animo, quemadmodum solent qui mundo & carni addicti sunt, hinc abstractos & avulsos; sed promptè & alacriter ad beatam illam & longævam vitam proficiscentes, quæ est in Christo Jesu Domino noſtro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A λόγῳ κατὰ καιρὸν, καὶ ὡς αὐτὸς ἐπίσασαι τῷ βάθει [a] τῆς σῆς Ϛοφίας ϗ διοικήσεως, νῦν μὲν a
δέχοιο Καισάριον, ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας ἀποδημίας· εἰ δὲ τὸν τελευταῖον, ϖεφῶτον, συγχωροῦμεν τοῖς σοῖς λόγοις, οἷς τὸ πᾶν φέρεται· δέχοιο δὲ καὶ ἡμᾶς ὕστερον ἐν καιρῷ εὐθέτῳ, οἰκονομήσας ἐν τῇ Ϛαρκὶ ἐφ' ὅσον ἂν ᾖ συμφέρον· καὶ δέχοιό γε δι' ἀγὰ τὸν σὸν φόβον ἑτοιμαθέντας, καὶ οὐ ταρασσομένους, οὐδὲ ὑποχωροῦντας ἐν ἡμέρᾳ τῇ τελευταίᾳ, ϗ βίᾳ
B τῷ ἐντεῦθεν ἀποσπωμένους, ὁ τῷ φιλοκόσμων ψυχῶν πάθος Ϛ φιλοσάρκων, ἀλλὰ [b] ϖροθύμως b
ϖρὸς τὴν [c] αὐτόθεν ζωὴν τὴν μακραίωνά τε c
καὶ μακαρίαν, τὴν ἐν Χριϛῷ Ιησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν [d] αἰώνων· ἀμήν. d

(a) Τῆς σῆς. Sic Reg. hu. tres Colb. Or. 1.
(b) Προθύμως. Reg. hu. προθύμως.
(c) Αὐτόθεν. Coisl. 1. αὐτόθι.
(d) Αἰώνων. Deest in Regg. hu.

MONITUM

MONITUM

IN ORATIONEM OCTAVAM.

I. *Sicut Cæsario fratri, ita & Gorgoniæ sorori funebre munus persolvit Gregorius. Quo autem anno Gorgonia terrestrem hanc vitam cum æterna commutarit, certò definire non possumus. Constat tamen ex ipsius Theologi verbis, eam Cæsario fuisse superstitem. Sic enim loquitur*: nostram quoque Orationem, pro multis ac præ multis funeribus donis accipas velim, quam Cæsario ante te, & tibi post illum persolvimus. *Quandiu autem superfuerit Gorgonia, id etiam incertum. Unum affirmare licet, eam utrique Parenti, qui anno 374. vel anno proximè elapso è vivis excesserunt, præviisse. Gregorius certè* in carmine primo *germanum utrumque morte sublatum luget, seque* solum è liberis relictum *Parentibus testatur. Ex eodem Gregorio liquet, Cæsarium & Gorgoniam* florente ætate *decessisse; Gorgonia tamen non sine liberis, imò non sine nepotibus, quos omnes, unà cum conjuge, per Baptismum purgatos, Deo ante mortem obtulit; ipsa verò recens, nec multò antè, hoc initiata sacramento. Id autem non sic intelligendum, ut in ipso credatur baptisata morbo, qui eam sustulit. Etenim cùm jam antea gravi quádam corporis ægritudine laboraret*, desperatis aliis omnibus auxiliis, ad mortalium omnium medicum confugit, atque intempestâ nocte captatâ, ad altare cum fide procumbit; & cùm, quidquid antityporum pretiosi corporis & sanguinis manus ejus recondiderat, (*quæ nondum baptisatis ne quidem oculis licebat, nedum manibus attingere*,) lacrymis admiscuisset, hoc statim pharmaco morbo liberata discessit.

Gregorius funebre donum Gorgoniæ sorori persolvit.

Or. VIII. n. 23.

Carm. I. v. 108. & seq.

Or. XVIII. n. 43.

Or. VIII. n. 8.

Ibid. n. 20.

Ibid. n. 18.

II. *Maritum habuit Gorgonia, si Eliæ fides, Iconii natum, dignumque* conjuge virum. *Sic uno verbo ejus elogium absolvit Gregorius, qui eundem superiùs*, non importunum uxoris dominum, sed bonum conservum *appellarat. Illius nomen penitùs ignotum; nisi hunc esse velis Meletium, qui eo nomine in Gregorii testamento vocatur. Baronio namque assentiri nequaquam possumus, cui Gorgoniæ conjux is dicitur Vitalianus, de quo tam dissimilia in Gregorii epistolis & carminibus leguntur. Quisquis tamen ille fuerit, geminos ex eo filios, ac tres filias suscepit Gorgonia.* Par filiorum Deo consecratum, *ac, Elia teste, ambo ad Episcopatûs fastigium evecti. Horum quoque nomina ignorantur. Eos Petrum & Phocam Baronius nominat. Fuere etiam Gorgoniæ filiæ tres, Alypiana, Eugenia, & Nonna, quarum omnium mentio fit in Gregorii testamento. Alypiana Nicobulo nupsit; ex quibus nati sunt Nicobulus junior, & Alypiana virgo.*

Gorgoniæ maritus, ac liberi.

Or. VIII. n. 20.

Ibid. n. 8.

Bar. ad an. 389. p. 598.

Or. VIII. n. 11.

III. *Iconii in patria mariti degebat Gorgonia, quæ ibi* plena dierum in Domino obdormivit. *Non enim Nazianzi mortuam ex ipso Gregorio discimus, qui Gorgoniæ* Pastorem, *seu Episcopum*, spiritualem patrem, *imò* pietatis commilitonem *vocat ac* magistrum. *Arbitratur Elias hæc Gregorii verba*: ô sacræ illius ovis Pastor! *ad Gregorium patrem dirigi. Verum idem Elias postea per* patrem spiritualem, *Iconii Præsulem intelligi*

Gorgoniæ mors.

Or. VIII. n. 21.

Ibid. n. 16.

fatetur. At manifestè falsum est quod subjicit, illum Iconii Præsulem fuisse Amphilochium : quandoquidem is Amphilochius non nisi anno 373. ad sedem Iconiensem provectus est ; ac proindè Gorgonia, non Amphilochii, sed Faustini, qui Iconii Episcopus erat, cùm ibi mortua est, ovis *ac* filia *nuncupanda est.*

Gorgonia in Sanctorum numerum relata.

IV. *Quo tempore, & quo loco habita sit hæc Oratio incertum. Scholiasta quidam scribit* dictam esse Arianzi Cappadociæ oppido, undè oriundi erant, & ubi jacent : ἐρρέθη ἐν Ἀριάνζῳ τῆς Καππαδόκων ἐπαρχίας, ἀφ' ἧς ὡρμῶντο δὴ, καὶ κεῖνται. *Verùm id nullibi reperitur. Ut ut sit, egregias piissimæ sororis dotes, virtutemque supra feminam, sic piissimus ipse frater hâc eloquentissimâ Oratione prosequitur, ut ad imitationem simul & admirationem moveat. Digna planè femina, quæ Fidelibus & honori esset & exemplo. Ac reipsâ in Martyrologio Romano, Gorgoniæ festus dies, V. Idus Decembris assignatus legitur. Laudat ibidem Barònius Græcos, qui idem adstruunt. In Menæis tamen ad hunc diem nihil hujusmodi comparet, sicut nec in Ughello, neque in Canisio. At Nicephorus in historia sua hæc scribit :* πάντες δὲ ἕτοι τῷ τῆς πολιτείας σεμνῷ τῆς ἁγιωσύνης κατηξιώθησαν, ὥσπερ δῆτα καὶ Γρηγορίᾳ Καισάρειος, καὶ ἡ Γοργονία. Omnes autem illi, (*Basilius nempè & ejus fratres,*) propter vitæ integritatem in Sanctorum numerum sunt relati ; quemadmodum sanè & Gregorii frater Cæsarius, & Gorgonia soror.

Hist. Eccl. l. XI. c. 19.

FUNEBRIS ORATIO EIΣ THN ΑΔΕΛΦΗΝ *in laudem sororis suæ Gorgoniæ.*

Aliàs 11. *quæ autem* 8. *erat, nunc* 12.

Habita circiter anno 370.

Gorgoniam laudans, domesticæ prædicat Gregorius.

ORATIO OCTAVA.

I. SOROREM laudans, domesticæ prædicabo : non tamen quia domestica, ideò falsò, sed quia vera, ideò laudabiliter : vera autem, non modò quia justa, verùm etiam quia nota. Nec verò ad gratiam, etiamsi cupiamus, loqui conceditur : quippè cùm auditor, tanquam peritus quidam arbiter, inter Orationem & veritatem stet, ut immeritas laudes improbans, ita meritas efflagitans, si modò probus & æquus sit. Quocirca non hoc vereor, ne ultra veritatis metas prosiliam ; sed illud contrà, ne infra veritatem subsistam, ac procul à rei dignitate remotus, laudatione meâ gloriam ipsius imminuam ; quandoquidem difficile est, tum actionem, tum sermonem, ipsius rectè factis adæquare ; nec igitur, quidquid alienum est, laudetur, quod incongruum foret : nec quidquid proprium & domesticum est, contemnatur, si honestum & eximium ; ne illi quidem lucro sit, alienum esse, huic verò

ΛΟΓΟΣ ιβ.

A α. ΑΔΕΛΦΗΝ ἐπαινῶν, τὰ οἰκεῖα θαυμάσομαι· ἃ μὴν ὅτι οἰκεῖα, διὰ τοῦτο ψευδῶς· ἀλλ' ὅτι ἀληθῆ, διὰ τοῦτο ἐπαινετῶς· ἀληθῆ δὲ, οὐχ ὅτι [b] δίκαια μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ γινωσκόμενα. καὶ τὸ πρὸς χάριν ἃ συγχωρεῖται, κἂν ἐθελήσωμεν· ἀλλὰ μέσος ἵσταται, οἷόν τις βραβευτὴς [c] ἔντεχνος τὸ λόγῳ, κὴ τῆς ἀληθείας ὁ ἀκροατὴς, ὅτε τὸ παρ' ἀξίαν ἐπαινῶν, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπαιτῶν, ὅ γε δίκαιος. ὥστε ἃ τοῦτον B ἐγὼ φοβοῦμαι τὸν φόβον, μή τι τὴν ἀλήθειαν ὑπερδράμωμεν· ἀλλὰ τοὐναντίον, μή τι τῆς ἀληθείας [d] ἐλλείπωμεν, καὶ πρὸς πολὺ τῆς ἀξίας ἐλθόντες, ἐλαττώσωμεν τὴν δόξαν τοῖς ἐγκωμίοις· ἐπειδὴ χαλεπὸν καὶ πρᾶξιν ἐξισῶσαι κὴ λόγον τοῖς ἐκείνης καλοῖς· μήτε οὖν [e] τι ἀλλότριον ἐπαινείσθω πᾶν, [f] ὃ μὴ δίκαιον· [g] μήτε ἀτιμαζέσθω τὸ οἰκεῖον, εἰ τίμιον· ἵνα μὴ πρὸς μὲν, κέρδος ἡ ἀλλοτριότης ᾖ, πρὸς

(a) Εαυτῆ Γοργονίαν. Hæc desunt in Reg. bm. Verùm Reg. a. addit, ἀδελφὴν τὴν ἰδίαν.
(b) Δίκαια. Reg. a. δίκαιον.
(c) Εντεχνος. Sic Reg. hu. Coisl. 1. &c. Ed. ἐντεχνῶς.
(d) Ελλείπωμεν. Reg. hu. Or. 1. ἐκλίπωμεν.
(e) Τί. Reg. hu. τό.
(f) Ο μὴ δίκαιον. Billius : *si iniquum sit.*
(g) Μήτε. Sic Reg. hu. Editi, μηδέ.

δὲ, εἰς ζημίαν ϖϱοισῇ τὸ τῆς οἰκειότητος. ἀμφοτέρως γὰϱ ἂν ὁ τοῦ δικαίου βλάϖτοιτο λόγος, κἀκείνων ἐπαινουμένων, καὶ ἰούτων σιωπωμένων· ὅϱῳ δὲ καὶ κανόνι τῇ ἀληθείᾳ χϱώμενοι, καὶ ϖϱὸς ταύτην βλέποντες μόνον, ἄλλο δὲ οὐδὲν σκοποῦντες, [a] ὧν οἱ ϖολλοί τε καὶ εὖωνοι, οὕτω καὶ ἐπαινεσόμεθα καὶ σιωπησόμεθα τὰ ἐπαίνων ἢ σιωπῆς ἄξια.

propinquitas detrimento cedat. Utrinque enim æquitatis ratio læderetur, si & illi laude afficerentur, & hi silentio premerentur; veritate autem, tanquam regulâ & canone, utentes, atque ipsam solam spectantes, nec quidquam aliud considerantes ex iis, quæ vulgus hominum & venales animæ solent, ita demum ea & laudabimus, & silentio prætermittemus, quæ laudem aut silentium promerentur.

β. [b] Πάντων δ' ἀτοϖώτατον, [c] εἰ ἀδοσλεϱεῖν μέν τι τοὺς ἰδίους, ἢ λοιδοϱεῖσθαι, ἢ κατηγοϱεῖν, ἢ ἄλλό τι ἀδικεῖν ἢ μικϱὸν ἢ μεῖζον, οὐκ εὐαγὲς εἶναι ϑήσομεν, ἀλλὰ καὶ ϖάντων κάκισλον τὴν κατὰ τῦ οἰκειοτάτων ϖλημονίαν· [d] λόγου δὲ ἀδοσεϱοῦντες, ὃ ϖάντων μάλισλα τοῖς ἀγαθοῖς ἐστιν ὀφειλόμενον, καὶ ᾧ τὴν μνήμην ἂν αὐτοῖς ἀθάνατον κατασήσαιμεν, ἔϖειτα δίκαιόν τι ϖοιεῖν οἰησόμεθα, καὶ ϖλείω λόγον ἔξομεν τῶν ϖονηϱῶν τὸ ϖϱὸς χάϱιν αἰτιωμένων, ἢ τῦ ἐϖιεικῶν ἀϖαιτούντων τὸ ϖϱὸς ἀξίαν. καὶ τοὺς μὲν ἔξωϑεν ἐπαινεῖν οὐ κωλύει τὸ ἄγνωσλον καὶ ἀμάϱτυϱον, καί τοί γε ϖολλῷ δικαιότεϱον ἦν, τοὺς [e] γινωσκομένους δὲ ἡ φιλία κωλύσει, καὶ ὁ ϖϱὸς τῦ ϖολλῶν φϑόνος, καὶ τούτων μάλισλα τοὺς ἐνϑένδε ἀϖηλλαγμένους, [f] καὶ οἷς ἄωϱον τὸ χαϱίζεσθαι, καλαλιϖοῦσι μετὰ τῦ ἄλλων καὶ τοὺς ἐπαινοῦνλας, ἢ ψέγονλας.

II. Illud autem omnium absurdissimum fuerit, si, cùm propinquos aliquâ re fraudare, vel convitiis incessere, vel accusare, vel quoquo modo sive in magnis, sive in minimis lædere, minimè pium esse censeamus; imò, & in homines genere conjunctissimos delinquere, scelus omnium maximum esse judicemus; nos tamen eos Oratione fraudantes, (quæ bonis viris maximè debetur, & per quam immortalem eorum memoriam reddere queamus,) tum æqui aliquid facere arbitremur, majorémque improborum, qui nos ad gratiam loqui criminantur, quàm bonorum, qui meritas laudes expoſcunt, rationem habeamus. Et certè, cùm nos ab exterorum laudibus prædicandis ea causa non deterreat, quòd eorum virtus nobis haudquaquam perspecta & testata sit, (quamquam id multò æquius foret,) amicitia etiam, ac subeundæ multorum invidiæ metus, non impediet, quominùs notos laudemus, eósque potissimùm, qui extremum vitæ diem clausérunt, & à quibus gratiam inire studere nimis jam serum sit; quippè qui, ut alia omnia, ita laudatores etiam & vituperatores reliquerunt.

Virtuti præcipuè debetur Orationis tributum.

γ. Ἐϖεὶ δὲ ἱκανῶς ὑϖὲϱ ἰούτων ἀϖολελογήμεϑα, καὶ ἀναγκαῖον ἡμῖν αὐτοῖς ἀϖεδείξαμεν ὄντα τὸν λόγον, φέϱε, ϖεϱσϐῶμεν ἤδη τοῖς ἐγκωμίοις, τὸ μὲν ϖεϱὶ τὴν λέξιν γλαφυϱὸν καὶ κομψὸν [g] διαϖλύσαντες, ἐϖειδὴ καὶ ἀκαλλώϖισλος ἡ ἐϖαινουμένη, καὶ τῦτο κάλλος αὐτῇ τὸ ἄκοσμον· τὴν δὲ ὀφειλομένην ὁσίαν, ὡς ἄλλό τι χϱέος τῦ ἀναγκαιοτάτων ἀϖοϖληϱοῦντες, καὶ ἅμα τοὺς ϖολλοὺς εἰς ζῆλον καὶ μίμησιν τῆς αὐτῆς ἀϱετῆς ἐκϖαιδεύοντες, ἐϖειδὴ τοῦτο ἡμῖν ἐν ϖαντὶ καὶ λόγῳ καὶ ἔϱγῳ σϖουδάζεται καταϱτίζειν οὓς ἐϖισλεύϑημεν. ἄλλος μὲν οὖν ϖατϱίδα τῆς ἀϖελθούσης ἐϖαινείτω καὶ γῆϱος, νόμους ἐγκωμίων [h] αἰδούμενος· ϖάντως δὲ οὐκ ἀϖοϱήσει ϖολλῶν καὶ καλῶν λόγων, εἰ βούλοιτο ταύτην κοσμεῖν καὶ τοῖς ἔξωϑεν, ὥσϖεϱ μοϱφὴν τιμίαν τε καὶ

III. Quoniam autem de his rebus purgandi nostri causâ satis multa diximus, nobísque Orationem hanc necessariò institutam esse demonstravimus, age, ad ipsas jam laudes accedamus, dictionis quidem venustatem & elegantiam contemnentes, (nam hæc quoque, quam laudamus, minimè compta & expolita erat, atque ornatûs neglectum pulchritudinem esse statuebat,) debitum pietatis munus, quasi æs quoddam alienum perquàm necessarium exsolventes, simúlque multos ad ejusdem virtutis zelum & imitationem erudientes, quoniam hoc nobis in omni sermone atque actione propositum est, ut eos, qui fidei nostræ commissi sunt, perfectos reddamus. Igitur alius quidem defunctæ patriam ac genus laudet, encomiorum videlicet leges religiosè observans; multis autem pulchrísque sermonibus minimè prorsùs destituetur, si eam quoque ex iis quæ sunt exteriùs exornare voluerit, non secus atque præstantem quan-

Cur, & quomodo virtus laudanda.

(a) Ὧν οἱ ϖολλοί &c. Billius: *quæ plerique & viles homines* &c.
(b) Πάντων δ'. Reg. hu. & Or. 1. ϖάντων δέ.
(c) Εἰ. Coisl. 1. ἤ.
(d) Λόγου. Reg. bm. duo Colb. λόγον.
(e) Γινωσκομένους. Hîc *domesticos*, seu *parentes*, de quibus quæstio est, intelligit Gregorius.
(f) Καὶ οἷς. Ita Regg. bm. hu. tres Colb. Coisl. 3. Or. 1. & Jes. Editi, καὶ εἰς.
(g) Διαϖλύσαντες. Reg. hu. & Or. 1. διαϖλύοντες.
(h) Αἰδούμενος. Billius: *honore prosequens*.

dam & eximiam formam auro & gemmis, atque ab arte & manu profectis ornamentis: quæ deformem quidem admotu ipso produnt, pulchræ autem nullum pulchritudinis incrementum afferendo, ab ea vinci deprehenduntur. Ego verò, cùm huic legi, quæ in iis rebus obſervari ſolet, hactenus paruero, ut communium parentum mentionem faciam, (neque enim fas eſt tanti boni parentes ac magiſtros præterire,) ad ipſam confeſtim Orationem convertam, nec eorum, qui rerum illius narrationem à me requirunt, deſiderium fruſtrabor.

A καλὴν χρυσῷ, καὶ λίθοις, καὶ τοῖς ἐκ τέχνης καὶ χειρὸς ὡραίσμασιν· ἃ τὴν μὲν αἰσχρὰν ἐλέγχει τῇ παραθέσει, τῇ καλῇ δὲ οὐ προσθήκη κάλλους ἐστὶν ἡττώμενα. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον τῷ θεῷ ταῦτα προσχρησάμενος νόμῳ, ὅσον τῶν κοινῶν γονέων ἐπιμνησθῆναι, καὶ γὰρ οὐδὲ ὅσιον παραδραμεῖν ἀγαθοὺ τοσούτω γεννήτοράς τε καὶ διδασκάλους, ἐπ' αὐτὴν ὡς τάχιστα τρέψω τὸν λόγον, καὶ οὐ ζημιώσω τῶν τὰ ἐκείνης ἐπιζητούντων τὸν πόθον.

Gregorius Pater & ipſius uxor Nonna Abrahæ & Saræ comparati.

IV. Ecquis eſt igitur, qui novum noſtrum Abraham, ac noſtræ ætatis Saram ignoret? Gregorium dico, & hujus uxorem Nonnam, (nam ne nomina quidem ipſa prætereunda ſunt, ut quæ ad virtutem exhortentur,) illum per fidem juſtificatum, & hanc matrimonio cum fideli viro copulatam; illum multarum gentium patrem inſperatò effectum, hanc ſpiritualiter parturientem: illum ex paternorum Deorum ſervitute fugâ elapſum, hanc ingenuorum filiam & parentem: illum *ex cognatione & domo ſua* ob promiſſionis terram *egreſſum*, hanc diſceſſionis hujus auctorem, (hoc enim uno nomine, ſi ita loqui fas eſt, Saram quoque ipſam ſuperavit.) Illum, qui pulchrè peregrinatus eſt, hanc, quæ prompto animo peregrinationis ſociam ſe ipſi præbuit: illum, qui Domino ſeſe adjunxit, hanc, quæ virum ſuum dominum, & appellat, & exiſtimat, ac propterea juſtitiæ laudem quadam ex parte conſecuta eſt: quorum pollicitatio, & quorum Iſaac, quantùm quidem in ipſis fuit, & quorum donatio.

Gen. XII. 1.

B δ. Τίς οὖν οὐκ οἶδεν τὸν νέον ἡμῶν Ἀβραὰμ, καὶ τὴν ἐφ' ἡμῶν Σάῤῥαν; Γρηγόριον λέγω καὶ Νόνναν, τὴν τοῦδε σύζυγον, καλὸν γὰρ μηδὲ τὰ ὀνόματα παρελθεῖν, ὡς ἀρετῆς παράκλησιν, τὸν πίστει δικαιωθέντα, καὶ τὴν τῷ πίστῳ συνοικήσασαν· τὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν παρ' ἐλπίδα, καὶ τὴν πνευματικῶς ὠδίνουσαν· τὸν φυγόντα πατρῴων Θεῶν δουλείαν, καὶ τὴν θυγατέρα καὶ μητέρα τῶν ἐλευθέρων· τὸν ἐξελθόντα συγγενείας καὶ οἴκου δίχα [a] τὴν γῆν a
C τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐκδημίας· τοῦτο γὰρ [b] ἐκείνη μόνον, ἵνα τι τολμήσω, καὶ b
ὑπὲρ τὴν Σάῤῥαν· τὸν παροικήσαντα καλῶς, καὶ τὴν προθύμως συμπαροικήσασαν· τὸν τῷ Κυρίῳ προσθέμενον, καὶ τὴν Κύριον τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα καὶ προσαγορεύουσαν καὶ νομίζουσαν, καὶ μέρος τι δίχα τοῦτο δικαιωθεῖσαν· ὧν ἡ ἐπαγγελία, καὶ ὧν ὁ Ισαὰκ, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, [c] καὶ ὧν τὸ δώρημα. c

Non minus virtutis, quàm carnis conjugio adunati.

V. Atque uxoris quidem, bonus ille Paſtor, (cùm ſcilicet vota feciſſet, eumque deduxiſſet,) & ab ea rectè parendi exemplum; viri autem, idola ſincero animo fugiſſe, ac poſtea etiam Dæmones fugare: uxoris rurſum, quòd ne ſalem quidem cùm idolorum cultoribus commune habuerit: hoc honore par, & concors, atque unanime, nec minus virtutis conjunctioniſque cum Deo, quàm carnis conjugium: hos quidem, tum vitæ longitudine & canitie, tum prudentiâ & ſplendore pares, inter ſe certantes, ac reliquos omnes ſuperantes; carne quidem paululùm detentos, ſpiritu autem, etiam ante diſjunctionem, inde translatos: quorum non eſt mundus, & quorum eſt mundus, ille nimirum contemptus, hic antepoſitus: quorum eſt opibus labi, & quorum per honeſtam

ε. [d] Ης ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς εὐξαμένης τε καὶ d
D ὁδηγησάσης, καὶ παρ' ἧς ὁ τύπος τοῦ καλῶς ποιμαίνεσθαι· οὗ τὸ φυγεῖν τὰ εἴδωλα γνησίως, εἶτα καὶ φυγαδεύειν δαίμονας· καὶ ἧς τὸ [e] μὴ e
ἁλῶν ποτε κοινωνῆσαι τοῖς ἐξ εἰδώλων· τὴν ὁμότιμον, καὶ ὁμόφρονα, καὶ ὁμόψυχον, καὶ οὐχ ἧττον ἀρετῆς καὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως, ἢ σαρκὸς συζυγίαν· ἴσον μὲν μήκει βίου καὶ [f] πολιαῖς, f
ἴσον δὲ φρονήσει καὶ λάμψει, [g] κατ' ἀλλήλους g
ἁμιλλωμένους, καὶ τῶν λοιπῶν ὑπεραίροντας· σαρκὶ μὲν ὀλίγα κατεχομένους, πνεύματι δὲ
E μετεννηνεγμένους, καὶ πρὸ τῆς διαζεύξεως· ὧν οὐχ ὁ κόσμος, καὶ ὧν ὁ κόσμος· ὁ μὲν ὑπερορώμενος, ὁ δὲ προτιμώμενος· ὧν τὸ [h] ἀποπλουτεῖν, καὶ ὧν τὸ πλουτεῖν δίχα τὴν h

(a) Τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Schol. ὅτι γῆ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ εἰς Χριστὸν πίστις, *quòd promiſſionis terra, Chriſti fides eſt.*

(b) Ἐκείνη. Nonnulli, αὐτῇ.

(c) Καὶ ὧν τὸ. Sic Reg. bm. tres Colb. & Or. 1. Deeſt ὧν, in Editis. Mox, poſt δώρημα, Regg. a. hu. Coisl. 1. & Jeſ. addunt, αὐτολογικὸν σφάγιον, καὶ ὁ ἀντεισαχθεὶς ἀμνὸς, καὶ ὁ τύπος τῶ κρείσσονος· ἧς ὁ &c. *& per ſe rationalis victima, & ſuppoſititius agnus, & figura præſtantioris* &c. Hæc de Gregorio noſtro ſunt intelligenda, qui, ut Iſaac, ex promiſſione procreatus eſt, & *Deo donatori conſecratus.* Coisl. 1. ἀντιδωρηθὲν δώρημα.

(d) Ης ὁ ποιμὴν &c. *Atque uxoris quidem & orantis & deducentis*, id eſt, (*viam demonſtrantis*) *bonus ille Paſtor, tum rectè paſci forma & exemplum*, vel, *ab uxore conſecutus eſt, ut rectè paſci forma & exemplum eſſet.*

(e) Μὴ ἁλῶν. Reg. hu. μηδὲ ἁλῶν.

(f) Πολιαῖς. Jeſ. πολίαις.

(g) Κατ' ἀλλήλους. Regg. bm. hu. tres Col. Or. 1. καὶ ἀλλήλοις. In quibuſdam, καὶ ἀλλήλους, omiſſo κατά.

(h) Ἀποπλουτεῖν. *Divitias abjicere, profundere.*

καλὴν

καλὴν πραγματείαν· τὰ μὲν τῇδε δραπλυόντων, τὰ δὲ ἐκεῖθεν ἀντωνουμένων· ὧν βραχὺ μὲν τὸ τῆς ζωῆς ταύτης λείψανον, καὶ ὅσον ὑπελείφθη τῇ εὐσεβείᾳ, πολλὴ δὲ ἡ ζωὴ καὶ μακραίων ἢ πεπεκμήκασιν. ἓν ἔτι προθήσω τοῖς περὶ αὐτῶν λόγοις· οἳ καλῶς καὶ δικαίως ἀμφοτέροις τοῖς γένεσιν ἐμερίσθησαν· ὁ μὲν ἀνδρῶν εἶναι κόσμος, ἡ δὲ γυναικῶν, καὶ οὐ κόσμος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀρετῆς ὑπόδειγμα.

negotiandi rationem opibus affluere; nempè bona hujus vitæ despicientium, eorúmque loco cœlestia ementium: quorum breves quidem hujusce vitæ reliquiæ, & quantulum illud est, quod pietas reliquum fecit, multa verò & longæva illa vita, ob quam laboribus confecti sunt. Unum adhuc ad ea, quæ de ipsis dixi, adjungam; nempè quòd hi utrique sexui pulchrè ac justè divisi sint; ille quidem, ut virorum, hæc verò feminarum ornamentum esset, nec ornamentum solùm, verùm etiam virtutis exemplar.

Ab his Parentibus Gorgonia vitam, & pietatis semina accepit.

ς. Παρὰ τούτων Γοργονία, καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸ [a] εὐδόκιμον· ἐντεῦθεν αὐτῇ τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα· πρὸς τούτων καὶ τὸ ζῆσαι καλῶς, καὶ τὸ ἀπελθεῖν [b] ἵλεως μετὰ τῶν χρησοτέρων ἐλπίδων. καλὰ μὲν δὴ καὶ ταῦτα, καὶ οἷα μὴ πολλοῖς ῥᾳδίως [c] ὑπάρχει τῶν ἐπ' εὐγενείᾳ μέγα κομώντων, καὶ φυσωμένων τοῖς [d] ἄνωθεν. εἰ δὲ δεῖ [e] φιλοσοφώτερον καὶ ὑψηλότερον πρὸς αὐτῆς διελθεῖν, Γοργονίᾳ πατρὶς μὲν ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἡ μὴ βλεπομένη, νοουμένη δὲ πόλις, ἐν ᾗ [f] πολιτευόμεθα, καὶ πρὸς ἣν ἐπειγόμεθα· ἧς πολίτης Χριστὸς, καὶ συμπολῖται, πανήγυρις καὶ ἐκκλησία πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς, καὶ πρὸς τὸν μέγαν πολισὴν ἑορταζόντων τῇ θεωρίᾳ τῆς δόξης, καὶ χορευόντων χορείαν τὴν ἀκατάλυτον· εὐγένεια δὲ, ἡ τῆς εἰκόνος τήρησις, καὶ ἡ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον [g] ἐξομοίωσις, ἣν ἐργάζεται λόγος καὶ ἀρετὴ, καὶ καθαρὸς [h] πόθος, ἀεὶ καὶ μᾶλλον μορφῶν [h] τὰ κατὰ Θεὸν, τοὺς [i] γνησίους τῶν ἄνω μύστας, καὶ τὸ γιγνώσκειν ὅθεν, καὶ τίνες, καὶ εἰς ὃ γεγόναμεν.

VI. Ab his Gorgonia, & vitam, & gloriam accepit: ab his pietatis semina: ab his, & quòd honestè vixit, & quòd hilaris, ac cùm meliore spe abscessit. Præclara quidem hæc quoque sunt, atque ejusmodi, ut plerísque eorum, qui nobilitatis nomine magnoperè gloriantur, atque ob majorum splendorem tumidos animos gerunt, non facilè suppetant. At si de ipsa sapientiùs & sublimiùs differendum est, Gorgoniæ patria quidem fuit superna Hierusalem, civitas inquam illa, quæ oculis minimè cernitur, verum animo & mente intelligitur: in quam cives adscripti sumus, & ad quam properamus; cujus civis, Christus est, & *concives*, frequens ille cœtus, & *Ecclesia primitivorum, qui in cœlis descripti sunt*, & circum magnum urbis conditorem per gloriæ contemplationem festos dies celebrant, ac sempiternam choream agitant: nobilitas autem, divinæ imaginis conservatio, atque archetypi imitatio, quam ratio & virtus efficiunt, purúmque desiderium, eos, qui supernarum rerum verè studiosi sunt, quotidie magis ac magis, quantùm ad Deum attinet, informans, ac denique cognitum habere, à quo, & quinam, & quam ob causam facti sumus.

Heb. XII. 22. & 23.

Vera nobilitas, divinæ imaginis conservatio.

ζ. Οὕτως ἐγὼ περὶ τούτων γινώσκω· καὶ διὰ τοῦτο εὐγενεστέραν [k] τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν τὴν ἐκείνης ψυχὴν καὶ οἶδα καὶ ὀνομάζω, κρείττονι ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς εὐγενείας καὶ δυσγενείας κανόνι καὶ σάθμῃ χρώμενος· καὶ οὐχ αἵμασιν, ἀλλὰ τρόπῳ τινὶ ταῦτα χαρακτηρίζων· οὐδὲ κατὰ φρατρίας κρίνων τοὺς ἐπαινουμένους, ἢ ψεγομένους, ἀλλὰ [l] καθ' ἕκαστον. ἐν εἴδοσι δὲ ὁ λόγος ὑπὲρ τῶν ἐκείνης καλῶν, καὶ ἄλλος ἄλλό τι συνεισφερέτω, καὶ βοηθείτω τῷ λόγῳ. [m] ἐπειδὴ μὴ πάντα

Anima sapiens omnibus rebus nobilior. *Job.* I. 3.

VII. Ac mea quidem de his rebus est sententia. Ob eámque causam omnibus, *quæ ab ortu Solis sunt*, nobiliorem illius animam esse, & scio, & prædico, sublimiori utique, quàm pro vulgi more, nobilitatis & ignobilitatis canone ac regulâ utens; nec genere, sed moribus utramque designans; nec per tribus ac familias, eos, qui laudantur, aut vituperantur, expendens, verùm sejunctim & sigillatim. Et quia mihi apud eos est oratio, quibus illius virtutes cognitæ ac perspectæ sunt, alius proindè aliud quidpiam conferat, ac sermoni opituletur. Neque enim fieri potest, ut unus, quan-

(*a*) Εὐδόκιμον. Coisl. I. εὐδοκιμεῖν.
(*b*) Ἵλεως. Regg. bm. hu. ἵλεων. Or. I. & Jes. ἵλεω.
(*c*) Ὑπάρχει. Deest in Regg. bm. hu. & Or. I.
(*d*) Ἄνωθεν. Regg. a. hu. Coisl. I. κάτωθεν, *ab imo.*
(*e*) Φιλοσοφώτερον. *Religiosius.*
(*f*) Πολιτευόμεθα. Billius: *in qua civium munere fungimur.*
(*g*) Ἐξομοίωσις. *Cum archetypo similitudo.*
(*h*) Τὰ κατὰ Θεόν &c. Combef. *divinis rationibus ac dotibus informans.* In Reg. hu. deest τὰ.
(*i*) Γνησίους. Or. I. γνησίως.
(*k*) Τῶν ἀφ' ἡλίς &c. *Quæ ab ortu Solis sunt.* Alludit fortè Gregorius ad hæc verba Job. c. I. v. 3. *erat vir ille*, (Job) *magnus inter Orientales.*
(*l*) Καθ' ἕκασλον· ἐν εἴδοσι δὲ ὁ λόγος. Sic Regg. bm. hu. Comb. verò καθ' ἕκασλον· εἰ δ' ἐν εἴδοσιν ὁ λόγος. Quod eodem recidit, ac eumdem sensum efficit; qui quidem melior videtur, quòd præcedentia cum sequentibus magis cohæreant. Postquam enim Gregorius dixit, *se ad eos, qui Gorgoniæ virtutes norunt, verba facere*, addit, *auditores alium aliud collaturos, & sermoni opitulaturos.* Or. I. tres Colb. Coisl. 2. habent, καθ' ἕκασλον ἐν εἴδος· εἰ δὲ ὁ λόγος. Ita etiam legunt Coisl. I. & 3. nisi quod εἴδοσι habent pro εἰ δὲ ὁ. Par. ed. καθ' ἕκασλον εἴδος ὁ λόγος &c. Mox, βοηθείτω. Par. συνεισθείτω.
(*m*) Ἐπειδὴ. Regg. a. bm. Or. I. & Jes. ἐπεί.

tumvis auribus & mente pollens, omnia complectatur.

Quantus fuerit in Gorgonia pudicitiæ amor.

VIII. Pudicitiæ quidem laude adeò excelluit, adeóque omnes ætatis ſuæ mulieres, ne dicam priſcas, quarum ingens ob pudicitiam fama eſt, ſuperavit, ut cùm in hæc duo cunctis vita diviſa ſit, nempè in matrimonium & cœlibatum, atque hic quidem ſublimior & divinior ſit, verùm laborioſior & periculoſior, illud autem humilius, ſed tamen tutius, vitatis utriuſque moleſtiis, quidquid in utroque pulcherrimum erat, elegerit, atque in unum copularit, alterius nimirum ſublimitatem, alterius ſecuritatem, fueritque ſine faſtu pudica, cœlibatûs bonum matrimonio admiſcens, illudque oſtendens, neutrum horum, aut Deo nos penitùs, aut mundo aſtringere, aut ab eo dirimere; ita ut alterum naturâ ſuâ prorſus fugiendum ſit, alterum omni ex parte laudandum & amplectendum; verùm mentem eſſe, quæ & conjugium & virginitatem pulchrè regat & moderetur, atque hæc, inſtar materiæ cujuſdam, ab artifice Verbo dirigi, & ad virtutem elaborari. Non enim, quia carni copulata erat, idcircò à ſpiritu disjuncta eſt; nec quia caput virum habebat, ideò primum caput ignoravit: ſed cùm mundo & naturæ paululùm miniſtraſſet, & quantùm carnis lex volebat, vel is potiùs, qui hanc carni legem indixit, totam ſe Deo conſecravit. Quodque pulcherrimum & honeſtiſſimum eſt, maritum etiam ad ſe pertraxit, ac non importunum dominum, ſed bonum conſervum aſcivit. Nec id duntaxat, verùm corporis quoque fructum, hoc eſt filios, & nepotes, ſpiritûs fructum effecit, ut quæ genus totum, & domum totam haud aliter ac animam unam Deo purificavit, ac matrimonium ipſum per vitam in matrimonio Deo gratam & acceptam, pulchrámque, quæ indè prodiit, ſobolem, laudabile reddiderit; atque ſeipſam quidem, dum vixit, virtutis omnis exemplar liberis ſuis propoſuerit; poſteaquàm autem accita eſt, voluntatem ſuam domui ſuæ velut tacitam cohortationem poſt ſe reliquerit.

In matrimonio, tota Deo conſecrata.

Maritum ad Deum pertraxit.

Filios & nepotes ſpiritûs fructum effecit.

IX. Enimverò divinus Salomon in pædagogica Sapientia, hoc eſt in Proverbiis, feminam domi manentem, virumque amantem laudat, ac foris oberranti & petulanti, atque infami, meretriciiſque geſtibus & nominibus pretioſas animas captanti, eam opponit, quæ honeſtè intùs verſatur, ac muliebria officia virili animo exequitur,

Gorgonia forti Salomonis mulieri comparata.

Prov. xxxi. 10. *& ſeq.*

A ὠφελαβεῖν ἑνὶ δυνατὸν, [a] μηδὲ τῷ λίαν δυνατῷ καὶ ἀκοὴν καὶ ὄψιν. a

η. Σωφροσύνη μέν γε τοσοῦτον διήνεγκε, καὶ τοσοῦτον ὑπερῆρε τὰς [b] κατ' αὐτὴν ἁπάσας, b ἵνα μὴ λέγω τὰς παλαιὰς, ὧν ὁ πολὺς ἐπὶ ζωφροσύνῃ λόγος, ὥσε εἰς δύο ταῦτα διηρημένου πᾶσι τῷ βίου, γάμου λέγω καὶ ἀγαμίας, καὶ τῆς μὲν ἧσης [c] ὑψηλοτέρας τε καὶ θειοτέρας, c ἐπιπονωτέρας δὲ καὶ σφαλερωτέρας, τοῦ δὲ ταπεινωτέρου τε καὶ ἀσφαλεςέρου, ἀμφοτέρων B φυγοῦσα τὸ [d] ἀνδὲς, ὅσον κάλλιςόν ἐςιν ἐν d ἀμφοτέροις ἐκλέξαθαι, καὶ εἰς ἓν ἀγαγεῖν, τῆς μὲν, τὸ ὕψος, τῷ δὲ, τὴν ἀσφάλειαν, καὶ γενέθαι ζώφρων ἄτυφος, τῷ γάμῳ [e] τὸ τῆς ἀγαμίας e καλὸν κεράσασα, καὶ δείξασα ὅτι [f] μήθ' ἕτερον f τούτων, ἢ Θεῷ πάντως, ἢ κόσμῳ συνδεῖ, καὶ διῖςησι πάλιν· [g] ὥσε εἶναι τὸ μὲν πάντι φευκτὸν g κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, τὸ δὲ τελέως ἐπαινετόν· ἀλλὰ νοῦς ἐςιν ὁ καὶ γάμῳ καὶ παρθενίᾳ καλῶς ἐπισατῶν, καὶ, ὥσπερ ὕλη [h] τις, ταῦτα h C τῷ τεχνίτῃ λόγῳ ῥυθμίζεται καὶ δημιουργεῖται πρὸς χρείαν. οὐ γὰρ ἐπεὶ ζαρκὶ συνήφθη, διὰ τοῦτο ἐχωρίθη τοῦ πνεύματος· ἢ ὅτι κεφαλὴν ἔσχε τὸν ἄνδρα, διὰ τοῦτο τὴν πρώτην κεφαλὴν ἠγνόησεν· ἀλλ' ὀλίγα λειτουργήσασα κόσμῳ καὶ φύσει, καὶ ὅσον ὁ τῆς ζαρκὸς ἐβάλετο νόμος, μᾶλλον δὲ ὁ τῇ ζαρκὶ ταῦτα νομοθετήσας, Θεῷ τὸ πᾶν ἑαυτὴν καθιέρωσεν. ὃ δὴ κάλλιςον καὶ σεμνότατον, ὅτι καὶ τὸν ἄνδρα πρὸς ἑαυτῆς ἐποιήσατο, καὶ οὐ δεσπότην ἄτοπον, ἀλλ' D ὁμόδουλον ἀγαθὸν προσεκτήσατο. καὶ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ ζώματος καρπὸν, τὰ τέκνα λέγω, καὶ τέκνα τέκνων, καρπὸν τοῦ πνεύματος ἐποιήσατο, γένος ὅλον καὶ οἰκίαν ὅλην ἀντὶ μιᾶς ψυχῆς Θεῷ καθαγνίσασα, καὶ ποιήσασα γάμον ἐπαινετὸν διὰ τῆς ἐν γάμῳ εὐαρεσήσεως, καὶ τῆς καλῆς ἐντεῦθεν καρποφορίας· ἑαυτὴν μὲν, ἕως ἔζη, ὑπόδειγμα καλὸ παντὸς τοῖς ἐξ ἑαυτῆς προσήσασα· ἐπεὶ δὲ προσεκλήθη, τὸ θέλημα τῷ οἴκῳ μετ' αὐτὴν ἐγκαταλιποῦσα E σιωπῶσαν ἀφῆκεν αἴνεσιν.

θ. Ὁ μὲν δὴ θεῖος Σολομὼν ἐν τῇ παιδαγωγικῇ Σοφίᾳ, ταῖς παροιμίαις [i] λέγω, ἐπαινεῖ i καὶ οἰκουρίαν γυναικὸς καὶ φιλανδρίαν, καὶ ἀντιτίθησι τῇ ἔξω πλανωμένῃ, καὶ ἀκρατήτῳ, & [k] ἀτίμῳ, & τιμίων ψυχὰς ἀγρευούσῃ ἐν k πορνικοῖς καὶ σχήμασι καὶ ὀνόμασι, τὴν ἔσω

(a) Μηδὲ τῷ. Reg. a. & Jeſ. καὶ τῷ.
(b) Κατ' αὐτήν. Regg. bm. hu. Or. 1. Jeſ. καθ' ἑαυτήν.
(c) Ὑψηλοτήρας τε. Regg. bm. hu. Jeſ. ὑψηλοτέρας μέν.
(d) Ἀηδές. Reg. bm. ἀειδές.
(e) Τὸ τῆς. Sic Regg. a. bm. hu. & Or. 1. Deeſt τὸ, in Editis.
(f) Μεθ' ἕτερον. Reg. bm. & Or. 1. μὴ τὸ ἕτερον.
(g) Ὡσὲ εἶναι...πάντι. Or. 1. ὡς εἶναι. Reg. hu. Coisl. 1. & 3. πάντη.
(h) Τις. Deeſt in Coisl. 1. & Jeſ.
(i) Λέγω. Deeſt in Regg. a. bm. hu. & Jeſ.
(k) Ατίμῳ. Coisl. 1. ἠτιμωμένῃ.

καλῶς ἀναστρεφομένην, καὶ ἀνδριζομένην τὰ γυναικὸς, πρὸς [a] ἄτρακτον μὲν ἀεὶ τὰς χεῖρας ἐρείδουσαν, καὶ διασὰς τῷ ἀνδρὶ χλαίνας [b] διασκευάζουσαν· ὠνουμένην δὲ κατὰ καιρὸν γεώργιον, σιτηοῦσαν δὲ καλῶς τοῖς οἰκέταις, πλήρει ᾧ τραπέζῃ τοὺς φίλους δεξιωμένην, καὶ τἆλλα ὅσα τὴν σώφρονα καὶ φίλεργον ἐκεῖνος [c] ἀνύμνησεν. ἐγὼ δὲ εἰ ἀπὸ τούτων [c] ἐπαινοίην τὴν ἀδελφὴν, ἀπὸ τῆς [d] σκιᾶς ἂν ἐπαινοίην τὸν ἀνδριάντα, ἢ ἀπὸ τῆς ὀνύχων τὸν λέοντα, παρεὶς τὰ μείζω καὶ τελεώτερα. τίς μὲν ἦν φαίνεται μᾶλλον ἀξία; τίς ᾧ ἧττον ἐφάνη, [e] καὶ ἀφρόσιτον ἐτήρησεν ἑαυτὴν ἀνδρῶν ὄψεσιν; τίς μᾶλλον ἔγνω μέτρα κατηφείας τε καὶ φαιδρότητος, [f] ὡς [f] μήτε τὸ κατηφὲς ἀπάνθρωπον δοκεῖν, [g] μήτε τὸ [g] καθ' ἅπαλὸν ἀκόλαστον, ἀλλὰ τὸ μὲν συνετὸν, τὸ δὲ ἥμερον, καὶ ὅρον τοῦτο εἶναι κοσμιότητος, κραθέντος τοῦ φιλανθρώπου τῷ ἀναισήματι; ἀκούετε τῶν γυναικῶν ὅσαι λίαν [h] ἐπιδεικτικαὶ καὶ [h] ῥάθυμοι, καὶ τὸ κάλυμμα τῆς αἰδοῦς ἀτιμάζουσαι. τίς μὲν οὕτως ὀφθαλμὸν ἐσωφρόνισεν; τίς ᾧ τοσοῦτον γέλωτος [i] κατεγέλασεν, ὡς μέγα δοκεῖν ἐκείνῃ καὶ [i] ὁρμὴν μειδιάματος; τίς μᾶλλον ἀκοῇ θύρας ἐπέθηκεν; [k] τίς ᾧ τοῖς θείοις λόγοις [k] ἠνέῳξε, μᾶλλον ᾧ, τίς [l] νοῦν ἐπέσησεν ἡγεμόνα γλώσσῃ [l] λαλεῖν τὰ τοῦ Θεοῦ δικαιώματα; τίς τάξιν οὕτως ἐσείλατο χείλεσιν;

sempérque ad fusum manus obfirmat, & duplices marito vestes conficit: atque tempestivè agrum emit, & famulis cibos sedulò suppeditat, ac plenâ mensâ amicos excipit, cæteráque omnia præstat, quæ ille de honesta & industria matrona prædicavit. Ego verò, si ab his rebus sororem laudem, perindè faciam, ut si ab umbra statuam, aut ab unguibus leonem laudem, relictis majoribus rebus & perfectioribus. Quænam unquam dignior fuit, quæ videretur? Quænam tamen minus visa est, utpotè quæ se virorum obtutibus inaccessam servaret? Quænam mœstitiæ atque hilaritatis modum meliùs cognovit, ut nec mœstitia inhumana, nec mollities lasciva videretur, verùm altera prudentiæ, altera lenitatis laudem obtineret, atque hoc modestiæ velut norma esset, nimirum humanitate cum animi magnitudine conjunctâ & temperatâ? Audite mulieres, quæcunque nimio ostentationis studio & desidiâ laboratis, ac pudoris velum contemnitis. Quænam oculos ita frenavit? Quænam risum ita irrisit, adeò ut vel leniter subrisisse, nimium penè ipsi videretur? Quænam auribus januas magis imposuit? Quænam rursus eas divino sermoni magis patefecit, vel potiùs, quænam linguæ, ad enarrandas Dei justificationes, mentem ducem magis præfecit? Quænam ordinem labiis æquè præscripsit?

Cuncta, mundi vanitates & illecebras respuit.

ι. Εἶπω καὶ τοῦτο βούλεσθε τῶν ἐκείνης [m] καλῶν· ὃ τῇ μὲν [m] ἄξιον οὐδενὸς ἐδόκει, οὐδ' ὅσαι σώφρονες ἀληθῶς καὶ κόσμιαι τὸν τρόπον· μέγα δὲ δοκεῖν πεποιήκασιν αἱ λίαν φιλόκοσμοι καὶ φιλόκαλοι, καὶ οὐδὲ λόγῳ καθαιρόμεναι τῶν τὰ τοιαῦτα [n] ἐκπαιδευόντων. οὐ χρυσὸς ἐκείνην ἐκόσμησε τέχνῃ πονηθεὶς εἰς καλλοὺς [o] ἀφεισίαν, οὐ ξανθαὶ πλοκαμίδες [o] διαφαινόμεναί τε καὶ ὑποφαινόμεναι, καὶ βοστρύχων ἕλικες, καὶ ζοφίσματα σκηνοποιούντων τὴν τιμίαν κεφαλὴν ἀτιμότατα, οὐκ ἐσθῆτος ἀφειδοῦσης καὶ διαφανοῦς πολυτέλεια, οὐ λίθων αὐγαὶ καὶ χάριτες χρωννῦσαι τὸν πλησίον ἀέρα, καὶ [p] τὰς μορφὰς ἀφειλάμπουσαι· οὐ [q] ζωγράφων [q] τέχναι καὶ γοητεύματα, καὶ [r] τὸ εὔωνον κάλλος, καὶ ὁ [r] κάτωθεν πλάσης

X. Vultis ex illius laudibus hoc quoque dicam; (quod illa quidem nihil æstimabat, quemadmodum nec quæcunque verè pudicæ, atque honestis moribus præditæ sunt; factum est tamen earum vitio quæ ornatûs & elegantiæ nimio studio ducuntur, nec eorum, qui ab his rebus abstinere docent, sermone purgantur, ut hoc magnum & præclarum esse videatur.) Non illam aurum arte ad eximiam pulchritudinem elaboratum ornavit, non flavæ comæ, tum pellucentes, tum sublucentes, non crinium nodi, & imposituræ, pretiosum caput summa cum infamia scenam efficientium, non circunfluentis & pellucidæ vestis magnificentia, non lapidum splendores & gratiæ, propinquum aërem colorantes, ac formam lumine circunfundentes; non pictorum artes & præ-

Omnem ornatum muliebrem despicit.

(a) Ατρακτον. Or. ι. & Jes. ἀτράκτῳ.
(b) Παρασκευάζουσαν. Reg. hu. κατασκευάζουσαν.
(c) Επαινοίην. Ita Regg. bm. hu. tres Colb. & Or. ι. Par. ed. ἐπαινοίμην.
(d) Σκιᾶς. Reg. a. & Coisl. ι. addunt, ἐπεί.
(e) Καὶ ἀπρόσιτον &c. Hæc ab Editoribus omissa, quamvis à Billio reddita in prima editione.
(f) Μήτε τό. Sic Reg. hu. Or. ι. & Jes. Deest τό, in Ed.
(g) Καθ' ἁπαλόν. Deest καθ', in Regg. bm. hu. in tribus Colb. Or. ι. & Jes.
(h) Ράθυμοι. Reg. bm. & Jes. πρόθυμοι, *alacritate.*
(i) Ορμήν. Sic Reg. hu. & Coisl. ι. Editi, ὁρμή.
(k) Ηνέῳξε, μᾶλλον δὲ, τίς νῦν. Regg. bm. hu. Or. ι. Jes. ἤνοιξε. Deest δὲ, in Regg. bm. hu. & Or. ι. Alii, ἤνεῳξε μᾶλλον; τίς δὲ νῦν.
(l) Λαλεῖν. Billius: *ad exponendas.* Or. ι. & Jes. addunt: καὶ κλεῖν, *& celebrandas.*
(m) Αξιον ὀδενός. Reg. hu. Or. ι. Jes. ὀδενὸς ἄξιον.
(n) Εκπαιδευόντων. *Qui hæc parva esse docent.*
(o) Διαφαινόμεναι. Billius: *apparentes.*
(p) Τὰς μορφὰς &c. *Formas lumine collustrantes.*
(q) Τέχναι. Reg. hu. & Or. ι. τέχνη.
(r) Κάτωθεν πλάστης. *Qui novos colores inducere non verentur, & veluti* Θεομαχεῖν, *dum superni fictoris*

ſtigiæ, ac vilis & parvo conſtans pulchritudo, terrenúſque fictor, in contrarium fabricans, inſidioſiſque coloribus Dei figmentum obducens, & per honorem infamiam inurens, ac divinam formam meretricium procacibus oculis idolum proponens, ut adulterina pulchritudo naturalem imaginem, quæ Deo ac futuro ævo ſervatur, ſurripiat. Verùm cùm externos multos & varios mulierum ornatus cognitos haberet, nullum tamen moribus ſuis, atque intùs condito ſplendore, præſtantiorem agnoſcebat. Unus illi rubor placebat, quem pudor affert: unus candor, quem parit continentia. Nam pigmenta, & fucos, ac vivas tabulas, & fluxam formæ venuſtatem ſcenicis & trivialibus relinquebat, quibúſque probrum ac dedecus eſt erubeſcere.

Modeſtia & candor, ſola Gorgoniæ ornamenta.

XI. Atque hæc quidem talia. Prudentiam autem ipſius ac pietatem nemo eſt qui verbis ullis aſſequi poſſit; nec multa exempla reperiri queant, præter illius, tum ſecundùm corpus, tum ſecundùm ſpiritum, parentes, in quos ſolos intuens, & quibus virtute neutiquam inferior cùm eſſet, hoc uno tamen nomine perquàm libenter cedebat, quòd ab his hoc bonum accepiſſet, eóſque illuminationis ſuæ radicem & agnoſceret, & fateretur. Jam verò quid illius ingenio acutius, quippè cujus conſilio, non ii tantùm, qui genere ipſam attingebant, & qui ex eadem plebe atque eadem caula erant, ſed vicini etiam omnes communiter utebantur, ejúſque præcepta & exhortationes pro firma & inviolabili lege ducebant? Quid illius ſermonibus ſolertius? Quid ſilentio prudentius? Et quoniam in ſilentii mentionem incidi, addam id, quod maximè proprium ipſi fuit, quódque mulieribus admodum congruit, atque huic tempori permagnam utilitatem attulerit. Quænam res divinas, tum ex divinis oraculis, tum ex propria intelligentia & ſagacitate, magis cognovit? Quænam rurſus minùs locuta eſt, muliebribus pietatis finibus ſeſe continens? Jam, quod mulieris erat, quæ verè pietati ſtudere animum induxiſſet, & in quo ſolo ſatietatem neſcire præclarum eſt, quænam tot donariis, cùm alia templa, tum hoc quoque ornavit, haud ſcio an poſt eam ornandum & honeſtandum? Jam verò quænam perindè

Gorgoniæ prudentia & pietas.

Ingenium & conſilium.

Sermo & ſilentium.

Gorgonia templa donariis cumulavit.

ἀντιδημιουργῶν, καὶ καταπρύπτων τὸ τοῦ Θεοῦ πλάσμα ἐπιβούλοις χρώμασι, καὶ δι' A
τῆς τιμῆς αἰσχύνων, ἢ [a] προτιθεὶς τὴν θείαν
μορφὴν εἴδωλον πορνικὸν λίχνοις ὄμμασιν,
ἵνα κλέψῃ τὸ νόθον κάλλος τὴν φυσικὴν εἰκόνα
τηρουμένην Θεῷ καὶ τῷ μέλλοντι. ἀλλὰ
πολλοὺς μὲν ᾔδει καὶ παντοίους γυναικῶν
κόσμους τοὺς ἔξωθεν, [b] τιμιώτερον δὲ οὐδένα b
τοῦ ἑαυτῆς τρόπου, καὶ τῆς ἔνδον ἀποκειμένης
λαμπρότητος. ἓν μὲν ἔρευθος ἐκείνῃ φίλον,
B τὸ τῆς αἰδοῦς· μία δὲ λευκότης, ἡ διὰ τῆς
ἐγκρατείας. τὰς δὲ γραφὰς καὶ ὑπογραφὰς,
καὶ τοὺς ζῶντας πίνακας, καὶ τὴν ῥέουσαν
εὐμορφίαν, ταῖς ἐπὶ θεάτρων παρῆκε καὶ τοῖς
τριόδοις, καὶ ὅσαις αἰσχύνη καὶ ὄνειδος τὸ
αἰσχύνεσθαι.

ια. Ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα· τῆς δὲ φρονήσεως καὶ τῆς [c] εὐσεβείας οὐκ ἔστιν ὅς τις ἂν c
ἐφίκοιτο λόγος, ἢ πολλὰ ἂν εὑρεθείη τὰ παραδείγματα, πλὴν τῶν ἐκείνης καὶ κατὰ σάρκα
C καὶ κατὰ πνεῦμα πατέρων, πρὸς οὓς μόνους
ὁρῶσα, καὶ ὧν οὐδὲν ἐλαττουμένη τὴν ἀρετὴν,
ἐνὶ τούτῳ καὶ μόνον ἡττᾶτο καὶ πάνυ προθύμως, ὅτι παρ' ἐκείνων τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἐκείνους
ῥίζαν καὶ ᾔδει καὶ ὡμολόγει τῆς οἰκείας ἐλλάμψεως. τί μὲν τῆς διανοίας ἐκείνης ὀξύτερον,
ἦν γε καὶ κοινὴν σύμβουλον, οὐχ οἱ ἐκ γένους
μόνον, [d] οὐδ' οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λαοῦ, καὶ [e] τῆς d e
μιᾶς μάνδρας, ἀλλὰ καὶ οἱ κύκλῳ δὲ πάντες
ἐγίνωσκον, καὶ νόμον ἄλυτον τὰς ἐκείνης [f] ἐποιοῦν- f
D το ὑποθήκας καὶ παραινέσεις; [g] τί δὲ τῶν g
λόγων ἐκείνων εὐσοχώτερον; τί δὲ τῆς σιωπῆς
συνετώτερον; ἀλλ' ἐπειδή γε σιωπῆς ἐμνήσθην,
προθήσω τὸ [h] οἰκειότατον ἐκείνης, καὶ γυναιξὶ h
πρεπωδέστατον, καὶ τῷ παρόντι καιρῷ χρησιμώτατον. τίς μὲν ἔγνω τὰ περὶ Θεοῦ μᾶλλον,
ἔκ τε τῶν θείων λογίων, καὶ τῆς οἰκείας συνέσεως; τίς δὲ ἧττον ἐφθέγξατο ἐν τοῖς [i] γυναι- i
κείοις ὅροις τῆς εὐσεβείας μείνασα; ὃ δ' οὖν
ὠφείλετο τῇ γε ἀληθῶς εὐσεβεῖν ἐγνωκυίᾳ,
E καὶ οὗ καλὴ μόνον ἡ ἀπληςία, τίς μὲν ἀναθήμασιν
οὕτω ναοὺς κατεκόσμησεν, ἄλλους τε [k] καὶ τὸν k
οὐκ [l] οἶδ' εἰ μετ' ἐκείνην κοσμηθησόμενον; l
μᾶλλον δ', τίς ἕτω ναὸν [m] ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ζῶντα m

partes aſſumunt, novaſque facies effingere moliuntur.

(*a*) Προτιθεὶς &c. In Or. 1. γρ. προσλιθεὶς τῇ θείᾳ μορφῇ.

(*b*) Τιμιώτερον δέ. Sic Regg. bm. hu. Or. 1. & Jeſ. Editi, τιμιώτερον δ'.

(*c*) Εὐσεβείας οὐκ ἔστιν. Deeſt ἐκ, in Reg. hu. in duobus Colb. Or. 1. & Jeſ. Scholiaſtes Colb. detracto ἐκ, monet ſic interrogativè legendum eſſe hunc locum: *prudentiam autem & pietatem illius, eſt-ne aliquis, qui verbis ullis aſſequi poſſit?*

(*d*) Οὐδ' οἱ. Reg. hu. Or. 1. Jeſ. ἀδὲ οἱ.

(*e*) Τῆς μιᾶς. Reg. hu. τῆς αὐτῆς μιᾶς, *ex una eadem.*

(*f*) Ἐποιοῦντο. Deeſt in Reg. bm. Or. 1. aliiſque pluribus codicibus.

(*g*) Τί δέ. Reg. hu. & Or. 1. τί δαί. Mox, ἐκείνων. Fortè, ἐκείνης.

(*h*) Οἰκειότατον. Regg. bm. hu. Or. 1. ἰδιώτατον.

(*i*) Γυναικείοις. Sic plerique codices, & ipſe Billius; Editi tamen habent οἰκείοις, *domeſticis.*

(*k*) Καὶ τόν. *Et iſtud.* Si hæc Oratio Arianzi habita eſt, non certè Nazianzenum templum intelligit Gregorius, ut vult Elias.

(*l*) Οἶδ'. Regg. bm. hu. Or. 1. Jeſ. οἶδα.

(*m*) Ἑαυτόν. Legendum videtur, ἑαυτήν. Sic legit Billius.

παρέσησεν;

παρέσησεν; τίς δὲ τοσοῦτον ἐδόξασεν ἱερέας, ἄλλους τε [a] καὶ τὸν ἐκείνῃ τῆς εὐσεβείας συναγωνιστὴν καὶ διδάσκαλον, οὗ τὰ καλὰ σωφέρματα, καὶ ἡ καθιερωμένη τῶν τέκνων τῷ [b] Θεῷ συζυγία;

ιβ. Τίς ἢ τὸν οἶκον ἑαυτῆς μᾶλλον προσύθηκε [c] τοῖς ζῶσι κατὰ Θεὸν, τὴν καλὴν δεξίωσιν καὶ [d] πλουτίζουσαν; ἢ ὃ τούτου μεῖζόν ἐσι, τίς οὕτως ἐδεξιοῦτο τῇ αἰδοῖ ἢ τοῖς κατὰ Θεὸν διαβήμασιν; ἢ γὰ ἐπὶ τούτοις, τίς μὲν νοῦν ἔδειξεν ἀπαθέσερον ἐν τοῖς [e] πάθεσι; τίς ἢ συμπαθεσέραν ψυχὴν τοῖς κάμνουσι; τίς χεῖρα δαψιλεσέραν τοῖς δεομένοις; ὡς ἔγω γε ἢ τὰ τῷ Ἰωβ ἂν ἐπ' [f] αὐτὴν θαῤῥήσας καλλωπισαίμην· θύρα δὲ αὐτῆς παντὶ ἐλθόντι [g] ἠνέῳκτο, ἔξω δὲ οὐκ ἠὐλίζετο ξένος. ὀφθαλμὸς ἦν τυφλῶν, ποὺς δὲ χωλῶν, μήτηρ δὲ ὀρφανῶν. τῆς δὲ εἰς χήρας εὐσπλαγχνίας, τί χρὴ μεῖζον εἰπεῖν, ἢ ὅτι τὸ μὴ χήρα κληθῆναι καρπὸν ἠνέγκατο; κοινὸν μὲν ἦν ἡ ἐκείνης ἑσία τοῖς πενομένοις ἀφ' αἵματος καταγώγιον· κοινὰ δὲ τὰ ὄντα πᾶσι τοῖς δεομένοις οὐχ ἧττον, ἢ ἑκάσοις τὰ ἑαυτῶν. ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησι· ☩ διὰ τὸ τῆς ἐπαγγελίας ἀσφαλὲς καὶ ἀψευδέσατον, πολλὰ ταῖς ἐκεῖθεν [h] ληνοῖς ἐναπέθετο, πολλὰ Χριςὸν, ἢ διὰ πολλῶν τῶν εὖ παθόντων, ἐδεξιώσαλο· ☩ τὸ κάλλιςον, ὅτι μὴ τὸ [i] δοκεῖν παρ' αὐτῇ πλεῖον τῆς ἀληθείας· ἀλλ' ἐν τῷ κρυπλῷ [k] καλῶς ἐγεώργει τῷ βλέποντι τὰ κρυπλὰ, τὴν εὐσέβειαν. πάντα τοῦ κοσμοκράτορος ἥρπασεν· πάντα μετήνεγκεν εἰς τὰς ἀσφαλεῖς ἀποθήκας. οὐδὲν ἀφῆκε τῇ γῇ πλὴν τοῦ σώματος. πάντων ἠλλάξατο τὰς ἐκεῖθεν ἐλπίδας· ἕνα τοῖς παισὶ πλεῖον ἀφῆκε, τὴν μίμησιν, ἢ τὴν ἐπὶ τούτοις φιλοτιμίαν.

ιγ. Καὶ οὐ τὰ μὲν τῆς μεγαλοψυχίας τοιαῦτα καὶ οὕτως ἄπιςα, τὸ δὲ σῶμα [l] παρέδωκε τῇ τρυφῇ, καὶ ταῖς ἀκαθέκτοις τῆς γαςρὸς ἡδοναῖς, τῷ λυσσῶντι κυνὶ καὶ σπαράττοντι, ὡς ἂν θαῤῥοῦσα ταῖς εὐποιίαις, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ, τῆς εἰς τοὺς πένητας εὐσπλαγχνίας τὸ τρυφᾶν ἐξωνούμενοι, καὶ οὐ καλῷ τὸ κακὸν ἰώμενοι, καλῷ δὲ τὸ φαῦλον [m] ἀντιλαμβάνοντες· ἢ νηςείαις μὲν τὸν [m] χοῦν κα-

seipsam templum vivum Deo exhibuit? Quænam pari honore Sacerdotes complexa est, eúmque præsertim, quem pietatis commilitonem & magistrum habuit, illum, inquam, cujus pulchra semina sunt, & par filiorum Deo consecratum? Sacerdotes colui.

XII. Quænam domum suam piis hominibus magis proposuit, pulchram, inquam, exceptionem, ac divitias conciliantem? Et, quod est præstantius, quænam pudore, ac Deo gratis incessibus occurrendo, eos ita excipiebat? Quænam prætereà tranquillio- rem in calamitatibus mentem prætulit? Quænam rursùs animum ad eorum, qui laborabant, vicem dolendam propensiorem? Quænam liberaliorem egentibus manum porrexit? Equidem Jobi quoque verba de ea jactare non dubitem: *Ostium ejus viatori omni patebat, nec foris manebat peregrinus. Cæcorum oculus erat, claudorum pes, pupillorum mater.* De ipsius porrò erga viduas humanitate ac misericordia quid majus dicere necesse est, quàm quòd hinc fructum hunc tulit, ut vidua minimè vocata sit? Illius domus propinquis inopiâ laborantibus hospitii communis loco erat. Illius opes pauperibus omnibus non minùs communes erant, quàm suæ cuique facultates. *Dispersit, dedit pauperibus:* atque ob divini promissi firmitatem summámque veritatem multa in cœlestia horrea condidit, ac persæpè de multis benè merendo, Christum ipsum excepit. Quódque præclarissimum est, non magis optima videri, quàm reverà esse studebat: quin potiùs in abscondito, apud eum, qui abscondita intuetur, pietatem luculenter excolebat. Omnia mundi principi eripuit: omnia in tuta illa horrea transtulit. Nihil terræ præter corpus reliquit: omnia cum alterius vitæ spe commutavit: has unas liberis suis opes reliquit, nempè sui imitationem, & ejusdem laudis studium. Religiosos homines domo excepit. Egentibus & peregrinis manum porrexit. *Job.* XXXI. 32. *Ibid.* XXIX. 15. Fuit cæcorum oculus, pes claudorũ, pupillorum ac viduarum mater. *Ps.* CXI. 9. Omnia pietatis ac caritatis officia cum humilitate obiit.

XIII. Nec verò tanta quidem ipsius, támque incredibilis animi magnitudo fuit, verùm deliciis & effrænatis ventris voluptatibus, rabido, inquam, & lanianti cani, corpus tradidit, tanquam scilicet liberalitati suæ ac beneficentiæ confidens, quemadmodùm plerique facere solent, qui misericordiâ erga pauperes luxum ac delicias redimunt, ac non bono malum sanant, sed pro bono malum recipiunt; aut pulverem quidem jejuniis subegit, alii autem cha- Corpus per abstinentiam in servitutem redegit.

(a) Καὶ τὸν &c. Is spiritualis Pater ac magister fuit Faustinus, tunc Iconii Episcopus. Vide Monit. in hanc Orat. n. III.

(b) Συζυγία. *Par sacrum filiorum*, id est, duo Gorgoniæ filii, qui Episcopi fuere, juxta Eliam. Vide Mon. n. II.

(c) Τοῖς ζῶσι κατὰ Θεόν. Sic Reg. hu. Or. I. & Jes. Editi, τοῖς κατὰ Θεὸν ζῶσι.

(d) Πλουτίζουσαν. Gregorius hîc mihi videtur, non *ditantem*, sed *largam*, *liberalem*, *munificam exceptionem* significare.

(e) Πάθεσι. Coisl. I. παθήμασι.

(f) Αὐτήν. Regg. a. bm. hu. Or. Sav. αὐτῇ.

(g) Ηνέῳκτο. Jes. ἀνέῳκτο.

(h) Ληνοῖς. *Torcularibus.*

(i) Δοκεῖν. Addit Reg. hu. ἢν. *non opinionem pluris quàm veritatem faciebat.*

(k) Καλῶς. *Egregiè.*

(l) Παρέδωκε. Regg. a. bm. hu. tres Colb. Jes. κατέθηκε, *immisit*, *submisit.*

(m) Χοῦν. *Corpus* intelligit Gregorius.

meuniæ, *hoc eſt, humi dormitionis*, pharmacum reliquit; aut id quidem animæ ſubſidium excogitavit, verùm ſomno minùs, quàm quiſpiam alius, moderata eſt; aut hanc quidem legem, velut corporis expers, ſibi indixit, cæterùm aliis recto corpore inſomnem noctem ducentibus, quod quidem certamen maximè philoſophicorum virorum eſt, in terram ſeſe inflexit; aut hac quidem in re non mulieres tantùm, ſed etiam fortiſſimos viros animi magnitudine ſuperavit, verùm prudenti Pſalmodiæ tono, vel divinorum oraculorum lectione & explicatione, vel tempeſtivâ memoriâ, vel genuum, quæ labore occalluerant, & quaſi ſolo adhærebant, inclinatione, vel lacrymis animæ labes expiantibus in corde contrito & ſpiritu humilitatis, vel oratione ſurſum collocante, vel mente ſublatâ, & minimè vagante; his inquam omnibus rebus, aut harum aliquâ, quiſnam virorum aut mulierum eſt, qui eam à ſe ſuperatam eſſe gloriari queat? Ac de ipſa non minùs verè quàm magnificè, prædicari poteſt, quòd virtutum alias imitata ſit, aliarum exemplum fuerit: atque alias quidem invenerit, alias autem ſuperaverit. Et ut quoſdam fuiſſe demus, qui unâ aliquâ virtute cum ipſa contenderent, at hoc certè nomine omnes vicit, quòd una virtutes omnes complexa ſit. Sic enim omnia præſtitit, ut ne mediocriter quidem unum quiſquam alius: ſic autem ad ſummum ſingula, ut vel unum ſolum pro omnibus abundè ſufficeret.

Noctes pervigil exegit.

Lacrymis, animæ labes abluit.

Omnes virtute ſuperavit.

XIV. O ſqualidum corpus, & indumentum, virtute ſolâ florens! O animam, corpus penè etiam ſine cibo, velut materiæ expers, retinentem! vel, ut rectiùs loquar, ô corpus, etiam ante disjunctionem, mori coactum, ut anima libertatem nanciſceretur, nec à ſenſibus impedimenti quidquam acciperet! O noctes inſomnes, & pſalmorum cantus, & ſtationem ex die in diem productam! O David, quàm tu piis duntaxat animabus haud prolixè cecinisti! O tenera membra humi proſtrata, ac præter naturam ſeſe exaſperantia! O lacrymarum fontes, *quæ ex afflictione ſeminabantur, ut in exultatione meterent!* O nocturnum clamorem nubes penetrantem, atque ad Deum pervadentem! O ſpiritûs fervorem, ob orationis deſiderium, nec canes nocturnos, nec frigora, nec imbres, nec tonitrua, nec grandinem, nec tenebras formidantem! O femineum ſexum, qui propter commune

Sola virtus, indumentum ejus.

Vigiliis, canticis & ſtationibus delectatur.

Pſ. cxxv. 5.

Ob orationis zelum, nihil formidat.

τεπάλαισεν, ἑτέρῳ δὲ τὸ τῆς χαμευνίας παρῆκε φάρμακον· ἢ τοῦτο μὲν ἐξεῦρε τῇ ψυχῇ τὸ βοήθημα, ὕπνῳ δὲ [a] μέτρον ἧττον ἑτέρου τινὸς ἐπέθηκεν· ἢ τοῦτο μὲν ἐνομοθέτησεν ὥσπερ ἀσώματος, ἐκλίθη δὲ εἰς γῆν, ἑτέρων παννυχιζόντων ἐν ὀρθῷ σώματι, ὃ δὴ μάλιστα φιλοσόφων ἀνδρῶν [b] τὸ ἀγώνισμα· ἢ τοῦτο μὲν οὐ [c] μόνον γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν ὤφθη τῷ γενναιοτάτων ἀνδρικώτερα, ψαλμῳδίας δὲ τόνον ἔμφρονα, ἢ θείων λογίων [d] ἔντευξιν, ἢ ἀνάπλυξιν, ἢ μνήμην εὔκαιρον, ἢ κλίσιν γονάτων κατεσκληκότων, [e] ἢ ὥσπερ τῷ ἐδάφει συμπεφυκότων, ἢ δάκρυον ῥύπου καθάρσιον ἐν καρδίᾳ συντετριμμένῃ καὶ πνεύματι ταπεινώσεως, ἢ εὐχὴν ἄνω [f] τιθεῖσαν, καὶ νοῦν ἁπλανῆ καὶ μετάρσιον· ταῦτα πάντα, [g] ἢ τούτων τι, ἔστιν ὅς τις ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν ἐκείνην ὑπερβεβηκέναι [h] καυχήσαιτο; ἀλλ' ἐκεῖνο μέγα μὲν εἰπεῖν, ἀληθὲς δὲ, ὅτι τὸ μὲν ἐζήλωσε τῷ καλῶν, τῶν δὲ ἦν ζῆλος· καὶ τὸ μὲν εὗρε, τὸ δὲ ἐνίκησεν. καὶ εἰ καθ' ἕν τι τούτων ἔσχε [i] τὸ ἀμιλλώμενον, ἀλλὰ τῷ γε [k] μίαν τὰ πάντα συλλαβεῖν, πάντων ἐκράτησεν. οὕτω μὲν τὰ πάντα κατορθώσασα, [l] ὡς ἐδεῖς ἄλλος ἦν καὶ μετρίως· οὕτω δ' εἰς ἄκρον ἕκαστον, ὥστε καὶ ἀντὶ πάντων ἓν ἐξαρκεῖν καὶ μόνον.

ιδ. Ὦ πιναρᾶ σώματος καὶ ἐνδύματος, ἀρετῇ μόνον ἀνθοῦντος· ὦ ψυχῆς ἀκρατοῦς τὸ σῶμα, καὶ δίχα τροφῆς σχεδὸν ὥσπερ ἄϋλον· μᾶλλον δὲ σώματος βιασαμένου νεκρωθῆναι καὶ πρὸ τῆς διαζεύξεως, [m] ἵν' ἐλευτερίαν λάβῃ ψυχὴ, καὶ μὴ προαποδίζηται ταῖς αἰσθήσεσιν· ὦ νυκτῶν ἀΰπνων, καὶ ψαλμῳδίας, καὶ στάσεως ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν ἐκτεινούσης· ὦ Δαβὶδ, ταῖς πιστῶν μόνον ψυχαῖς οὐ μακρὰ μελῳδήσας· ὦ μελῶν ἀπαλότητος ἐπὶ γῆς ἐῤῥιμμένων, καὶ πρὸς τὴν φύσιν [n] τραχυνομένων· ὦ πηγαὶ δακρύων σπειρομένων ἐκ θλίψεως, ἵν' ἐν ἀγαλλιάσει [o] θερίσαιεν· ὦ βοῆς νυκτερινῆς νεφέλας διερχομένης, καὶ φθανούσης πρὸς [p] τὸν οὐράνιον· [q] ὦ θερμότητος πνεύματος, κυνῶν καταπολεμούσης νυκτερινῶν δι' ἐπιθυμίαν εὐχῆς, καὶ κρυμῶν, καὶ ὑετῶν, καὶ

(a) Μέτρον ἧττον &c. Or. *μέτρον ἑτέρᾳ τινος ἧττον.*
(b) Τὸ ἀγώνισμα. Deeſt τὸ in pluribus codicibus.
(c) Μόνον. Deeſt in Reg. bm.
(d) Ἔντευξιν ἢ ἀνάπλυξιν. Aſſiduam ſcripturarum lectionem intelligit; libros ſacros diurná nocturnáque manu verſando, volvendo & revolvendo.
(e) Η ὥσπερ. Reg. bm. Or. Jeſ. καὶ ὥσπερ.
(f) Τιθεῖσαν. Coisl. 1. *μετατιθεῖσαν.*
(g) Η τούτων. Reg. hu. ἤ τι τούτων, τίς ἐστιν ὅστις.
(h) Καυχήσαιτο. Coisl. 1. *κατακαυχήσατο.*
(i) Τὸ ἀμιλλώμενον. Regg. bm. hu. *τὸν ἀμιλλώμενον.* Coisl. 1. *τῶν ἀμιλλωμένων.*
(k) Μίαν. Sic Reg. hu. Or. & Combef. Editi, *μιᾷ.*
(l) Ὡς ἐδεῖς. Sic Reg. hu. & Coisl. 1. Ed. ὃς ἐδεῖς.
(m) Ἵν'. Reg. hu. *ἵνα.*
(n) Τραχυνομένων. *Horrentia.*
(o) Θερίσαιεν. Coisl. 1. *θερισθείεν, meterentur.*
(p) Τὸν οὐράνιον. Reg. hu. Coisl. 1. *αὐτὸν οὐράνιον, Cælum ipſum.*
(q) Ὦ θερμότητος. Sic Jeſ. Editi verò, ὦ θερμότης.

βροντῶν, καὶ χαλάζης, & ἀωρίας· ὦ γυναικεία φύσις τὴν ἀνδρείαν νικήσασα, δι' ἣν τὸν κοινὸν ἀγῶνα τῆς σωτηρίας, & σώματος διαφορὰν οὐ
a ψυχῆς τὸ θῆλυ & τὸ ἄῤῥεν ἐλέγξασα· [a] ὦ τῆς μετὰ λυτρὸν ἁγνείας, & τῆς νύμφης Χριστοῦ ψυχῆς ἐν καθαρῷ νυμφῶνι τῷ σώματι· ὦ πικρὰ γεῦσις & Εὔα μῆτερ & ᾐδου & ἁμαρτίας, καὶ ὄφι πλάνε καὶ θάνατε, τῇ ἐκείνης
b [b] ἐγκρατείᾳ νενικημένα· ὦ Χριστοῦ κένωσις, καὶ δούλου μορφὴ, καὶ παθήματα, τῇ ἐκείνης νεκρώσει τελειωθέντα.

A salutis certamen virilem sexum superasti, atque illud conspicuum fecisti masculum & feminam, corporis, non item animæ, discrimen esse! O post Baptismum castitatem, & sponsam Christi animam in puro corporis thalamo! O amarum gustum, & Evam, tum generis nostri, tum peccati matrem, & impostorem serpentem, & mortem, illius continentiâ superata! O Christi exinanitionem, & servi formam, & passiones, ipsius mortificatione honoratas!

Post Baptismum, Christi sponsa unicè Christum adamavit.

B

c ιε. Ω, πῶς ἢ [c] καταριθμήσομαι τὰ ἐκείνης ἅπαντα, ἢ τὰ πλείω παρεὶς μὴ ζημιώσω τοὺς
d ἀγνοοῦντας; ἀλλά μοι καλὸν ἤδη [d] προσθεῖναι τῆς εὐσεβείας καὶ τὰ ἐπίχειρα· καὶ γάρ μοι ποθεῖν πάλαι δοκεῖτε κἀ ζητεῖν ἐν τῷ λόγῳ, οἱ τὰ ἐκείνης καλῶς εἰδότες, οὐ τὰ πάροντα μόνον, οὐδὲ οἷς νῦν ἐκεῖθεν ἀγάλλεται, ἃ κρείττω & δόξης, & ἀκοῆς ἀνθρωπίνης, καὶ ὄψεως, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐντεῦθεν αὐτὴν ὁ δίκαιος μισθαποδότης ἠμείψατο· ἐπεὶ καὶ τοῦτο ποιεῖ
C πολλάκις εἰς οἰκοδομὴν τῶν ἀπίστων, τοῖς μικροῖς τὰ μεγάλα πιστούμενος, καὶ τοῖς
e ὁρωμένοις τὰ μὴ [e] ὁρώμενα. ἐρῶ δὲ τὰ μὲν γνώριμα τοῖς πᾶσι, τὰ δὲ ἀπόῤῥητα τοῖς
f πολλοῖς· καὶ τοῦτο ἐκείνης [f] φιλοσοφησάσης, τὸ μὴ καλλωπίζεσθαι τοῖς χαρίσμασιν. ἴσε τὰς μανείσας ἡμιόνους, καὶ τὴν συναρπαγὴν τοῦ ὀχήματος, καὶ τὴν ἀπευκτὴν ἐκείνην ᾠδιτροπὴν, καὶ τὴν ἄτοπον ἕλξιν, καὶ τὰ πονηρὰ συντρίμματα, καὶ τὸ γενόμενον ἐντεῦθεν
D σκάνδαλον τοῖς ἀπίστοις, εἰ οὕτω δίκαιοι ᾠδαδίδονται, καὶ τὴν ταχεῖαν τῆς ἀπιστίας διόρθωσιν· ὅτι πάντα συντριβεῖσα καὶ συγκοπεῖσα καὶ ὀστᾶ
g [g] καὶ μέλη, καὶ ἀφανῆ καὶ φαινόμενα, καὶ οὔτε ἰατρὸν ἄλλον πλὴν τοῦ ᾠδαδόντος ἠνέσχετο· ὁμοῦ μὲν καὶ ὄψιν ἀνδρῶν αἰδουμένη καὶ χεῖρας, τὸ γὰρ κόσμιον κἂν τοῖς πάθεσι διεσώσατο· ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν ἀπολογίαν ζητοῦσα ᾠδὰ τοῦ ταῦτα παθεῖν συγχωρήσαντος, οὔτε παρ' ἄλλου τινὸς ἢ ἐκείνου
E h τῆς ζωτηρίας ἔτυχεν· [h] ὡς μὴ μᾶλλον ἐπὶ τῷ πάθει πληγῆναί τινας, ἢ ἐπὶ τῷ ᾠδαδόξῳ τῆς ὑγιείας καταπλαγῆναι, καὶ διὰ τοῦτο δόξαι συμβῆναι τὴν τραγῳδίαν, ἵν' ἐνδοξασθῇ τοῖς πάθεσι· παθοῦσα μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἰαθεῖσα δὲ ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ δίηγημα

XV. O! quonam pacto, vel omnia illius enumerabo, vel majorem eorum partem prætermittens, eos, quibus ea ignota sunt, detrimento non afficiam? Sed jam pulchrum fuerit pietatis quoque præmia nunc adjicere. Vos enim, qui vitam illius probè nostis, mihi jampridem cupere, atque in Oratione mea requirere videmini, non præsentia duntaxat, & ob quæ nunc illic exultat, quæ & aurium, & humanæ mentis, & oculorum captum excedunt, sed etiam ea, quæ justus ille retributor in hac vita ipsi rependit: nam hoc quoque sæpenumerò ad eorum qui dubiâ fide sunt, ædificationem facit, per exigua scilicet & in aspectum cadentia, majoribus & invisibilibus fidem astruens. Narrabo autem partim omnibus nota, partim plerisque arcana & ignota; nimirum hoc quoque ipsa studio habebat, de gratiarum donis minimè se jactare atque gloriari. Mulas illas furore percitas nostis, & vehiculi abreptionem, infaustámque illam subversionem, & horrendam raptationem, ac malas confractiones, atque hinc ortam hominibus à fide alienis offensionem, quòd nempè justi ad hunc modum tradantur, ac celerem infidelitatis correctionem; quoniam illa ossibus omnibus & membris, tam conspicuis, quàm ab aspectu remotis, contrita & concisa, ne medicum quidem alium præter eum, qui eam tradiderat, habere sustinuit; tum quòd virorum oculos & manus erubescere, (modestiam enim & verecundiam in ipsis quoque doloribus retinuit;) tum quòd ab eo, defensionem quæreret, cujus permissu in hanc calamitatem inciderat, nec ab ullo alio, quàm ab eo, salutem est consecuta. Quo factum est, ut quidam non magis hâc calamitate percussi, quàm ex insperato sanitatis restitutæ miraculo stupore perculsi fuerint, atque ob eam causam hæc tragœdia contigisse visa sit, ut gloriam & splendorem ex

Quænam fuerint ipsius pietatis præmia.

Gratiarum dona humilitate ac silentio conservat.

Ossibus ac membris contrita, mirabilem à Deo salutem consequitur.

(a) Ω τῆς μετὰ λυτρόν &c. *O Castitatem post Baptismum.* Schol. Cod. Reg. Medic. ἔοικε μὴ προσελθοῦσα τῷ ἀνδρὶ μετὰ τὸ Βάπτισμα, ἃ πρὸ πολλῆς τῆς κοιμήσεως βαπτισθεῖσα. *Videtur* (Gorgonia) *ad maritum non accessisse post Baptisma, quod non longo ante mortem tempore susceperit.*
(b) Ἐγκρατείᾳ. *jejunio, abstinentiâ.*
(c) Καταριθμήσομαι. Or. I. καταριθμήσαιμι.
(d) Προσθεῖναι. Jes. προσθῆναι.
(e) Ὁράμενα. Coisl. I. βλεπόμενα.
(f) Φιλοσοφησάσης. *Cùm hoc religiosè caveret.*
(g) Καὶ μέλη. Reg. hu. Coisl. I. & ἁρμονίας, *compages.*
(h) Ὡς μὴ μᾶλλον &c. *Ut non magis casûs acerbitate percellerentur, quàm inaudito restitutæ salutis miraculo stuperent.*

calamitatibus conſequeretur ; nimirum illa quidem dolore affecta ut homo, præſtantiùs autem, quàm humana conditio ferre videretur, ſanata, poſteríſque narrationem præberet, maximam illam quidem ad fidei in afflictionibus, & conſtantiæ in gravibus & periculoſis rebus, argumentum, majorem autem ad divinæ erga hujuſmodi homines benignitatis demonſtrationem. Ad id enim, quod de juſto viro rectè dictum eſt : *Cùm ceciderit, non collidetur*, magis novum aliquid adjunctum eſt : *Etiam ſi colliſus fuerit, celerrimè ſanabitur*, gloriáque afficietur. Nam ſi, præterquàm æquum eſſe videbatur, ægrotavit, at etiam præterquàm fieri poſſe videbatur, ad ſe rediit, adeò ut morbus à ſanitate propemodùm ſurreptus ſit, clariórque curatio, quàm plaga fuerit.

Juſtus, cùm cadi non colliditur ; vel ſi colliſus fuerit, citò ſanatur.

Pſ. xxxvi. 24.

Pſ. cxlv. 8.

XVI. O laudabilem & admirandam calamitatem ! O paſſionem incolumitate ſublimiorem ! O quàm hæc verba, *Percutiet & turundam adhibebit, & ſanabit, & tertia die ſuſcitabit*, licet ad altius quiddam magíſque myſticum tenderent, ut ſanè tetenderunt, nihiloſeciùs tamen hujus quoque calamitati pulchrè conveniunt ! Sed hoc omnibus, etiam procul à nobis diſſitis, notum ; ad omnes enim hujus miraculi fama permanavit, atque hæc hiſtoria unà cum admirandis aliis Dei operibus, & potentiis, in omnium linguis auribúſque verſatur. Quod autem in vulgus adhuc ob eam, quam dixi, ſapientiam, & pietatem à faſtu atque oſtentatione alienam, ignotum & obſcurum eſt, víſne jam in medium proferam, ô Paſtorum optime & perfectiſſime, & ſacræ illius ovis Paſtor, ídque nunc demum annuis ? Quandoquidem nobis ſolis hoc arcanum commiſſum eſt, atque hujus miraculi teſtes nobisipſis mutuò ſumus, an fidem defunctæ datam diutiùs ſervabimus ? Mihi verò, ut tum ſilentio premendæ, ita nunc efferendæ ac prædicandæ hujus rei tempus eſſe videtur, non ſolùm ad Dei gloriam, ſed ad eorum etiam, qui calamitatibus premuntur, conſolationem.

Juſtos quandoque calamitas premit, ut Dei potentia manifeſtetur.

Oſe. vi. 2.

Dei beneficia non jugiter ſilentio premenda.

XVII. Adversâ corporis valetudine tenebatur, gravitérque laborabat, erátque inſolens quoddam & prodigioſum morbi genus : ſubita nimirum totius corporis inflammatio, ac velut ebullitio quædam, & fervor ſanguinis, ac deinde ejuſdem concretio, & torpor, pallórque incredibilis, & mentis ac membrorum diſſolutio : ídque non per longa intervalla, ſed nonnunquam etiam admodum crebra & aſſidua ; ma-

Gorgoniæ morbus deſcribitur.

A δοῦσα τοῖς ὕστερον, μέγιστον μὲν εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἐν τοῖς πάθεσι πίστεως, καὶ τῆς πρὸς τὰ δεινὰ καρτερίας, μεῖζον δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς τοιούτους φιλανθρωπίας. πρὶ γὰρ ὅτ' ἂν πέσῃ οὐ καταῤῥαχθήσεται, πρὸς τοῦ δικαίου καλῶς εἰρημένῳ, πρωσετέθη καινότερον, τὸ κἂν καταῤῥαγῇ, τάχιστα [a] ὀρθωθήσεται καὶ δοξασθήσεται. εἰ a
γὰρ πρὸ τὸ εἰκὸς [b] ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ b
ὑπὲρ τὸ εἰκὸς ἐπανῆλθε πρὸς ἑαυτὴν, [c] ὡς c
B μικροῦ κλαπῆναι τῇ ὑγιείᾳ τὸ πάθος, καὶ πρόφανεστέραν γενέσθαι τὴν θεραπείαν ἢ τὴν πληγήν.

ιϛ. Ω συμφορᾶς ἐπαινουμένης καὶ θαυμασίας· ὦ πάθους ἀπαθείας ὑψηλοτέρου· ὦ τοῦ, πατάξει καὶ μοτώσει, καὶ ὑγιάσει, ἢ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστήσει, [d] φέροντος μὲν d
εἰς μεῖζον καὶ μυστικώτερον, ὥσπερ οὖν ἤνεγκεν,
C οὐχ ἧττον δὲ [e] τοῖς ταύτης ἁρμόζοντος πάθεσι. e
τοῦτο μὲν οὖν, ὃ πᾶσι πρόδηλον καὶ τοῖς πόῤῥωθεν, ἐπεὶ καὶ εἰς πάντας τὸ θαῦμα διῆλθε, καὶ ἐν ταῖς πάντων [f] κεῖται γλώσσαις f
καὶ ἀκοαῖς τὸ διήγημα, μετὰ τῶν ἄλλων τῶ Θεοῦ θαυμασίων τε καὶ δυνάμεων. τὸ δὲ μέχρι νῦν ἀγνοούμενον τοῖς πολλοῖς, καὶ κρυπτόμενον, δι' ἣν εἶπον φιλοσοφίαν, καὶ τὸ τῆς εὐσεβείας ἄτυφόν τε καὶ ἀκαλλώπιστον, εἶπω κελεύεις, ὦ ποιμένων ἄριστε καὶ τελεώ-
D τατε, ὁ τοῦ ἱεροῦ προβάτου [g] ἐκείνου ποιμήν, g
καὶ τοῦτο νεύεις λοιπόν ; ἐπειδὴ καὶ μόνοι τὸ μυστήριον ἐπιστεύθημεν, καὶ μάρτυρες ἀλλήλοις [h] ἐσμὲν τοῦ θαύματος, ἢ ἔτι τῇ ἀπελ- h
θούσῃ τὴν πίστιν [i] φυλάξωμεν ; ἀλλά μοι i
δοκεῖ, ὥσπερ τότε [k] καιρὸς εἶναι τῆς σιωπῆς, k
οὕτω νῦν τῆς ἐξαγορεύσεως, οὐ μόνον εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, ἀλλὰ καὶ εἰς προτροπὴν τῶν ἐν θλίψεσιν.

ιζ. Εκαμνεν αὐτῇ τὸ σῶμα, καὶ διέκειτο
E πονήρως, καὶ ἡ νόσος ἦν τῶν ἀήθων, καὶ ἀλλοκότων· πύρωσις μὲν ἀθρόα παντὸς τοῦ σώματος, καὶ οἷον βρασμός τις, καὶ ζέσις αἵματος, εἶτα πῆξις τούτου, ἢ νάρκη, ἢ ὠχρίασις ἄπιστος, ἐκ νοῦ καὶ μελῶν προτροπὴ· καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ μακρῶν τῶν διαστημάτων, ἀλλ' ἦν ὅτε καὶ λίαν [l] συνεχῶς· καὶ τὸ κακὸν l

(a) Ορθωθήσεται. *Erigetur,*
(b) Επαθεν. *Paſſa eſt.*
(c) Ως μικρῦ &c. *Ut mali vis ſubitâ ſanitate propè ſurrepta ſit.*
(d) Φέροντος μέν. Sic Regg. bm. hu. & Or. Deeſt μέν, in Ed.
(e) Τοῖς ταύτης. Sic melioris notæ codd. Ed. τῆς ταύτοις.
(f) Κεῖται. Deeſt in pluribus codicibus.
(g) Εκείνου ποιμήν. Reg. hu. Or. & Jeſ. ποιμὴν ἐκείνου.
(h) Εσμέν. Deeſt in Regg. a. bm. hu. Or. Jeſ.
(i) Φυλάξωμεν. Reg. hu. φυλάξομεν.
(k) Καιρός. Reg. hu. Coisl. 1. καιρόν.
(a) Συνεχῶς. Regg. bm. hu. tres Colb. Or. συνεχῶν.

οὐκ

οὐκ ἀνθρώπινον ἐνομίζετο, καὶ οὔτε ἰατρῶν A lúmque iſtud haud humanum eſſe judicabatur, nec medicorum, tum ſeparatim, tum etiam inter ſe de morbo ſedulò conſultantium, artes, ad propulſandum dolorem, pares eſſe poterant, nec parentum lacrymæ, quæ multùm ſæpè valuerant, nec publicæ preces & ſupplices orationes, quas, ut pro ſua quiſque ſalute, populus univerſus faciebat. Omnes enim eo animo erant, ut illius ſalutem ſuam eſſe ſalutem ducerent, quemadmodùm contrà illius morbum, communem omnium morbum & calamitatem.

a ιη. Τί οὖν ἡ μεγάλη καὶ [a] τῶν μεγίστων B XVIII. Quid igitur magna illa, maximíſque rebus digna anima facit, & quam dolori medicinam adhibet? Hìc enim jam arcanum ſitum eſt. Deſperatis omnibus aliis auxiliis, ad mortalium omnium medicum confugit, atque intempeſtâ nocte captatâ, cùm morbus nonnihil remiſiſſet, ad altare cum fide procumbit, eúmque, qui ſuper ipſo honoratur, cum ingenti clamore invocans, omnibúſque nominibus appellans, atque omnia ea, quæ unquam mirificè geſſerat, velut in memoriam ei revocans, (nam, & veteres, & novas hiſtorias callebat,) tandem piâ & præclarâ quâdam impudentiâ effertur. Eam, quæ *Chriſti fimbriâ ſanguinis profluvium compreſſerat*, imitatur. Quid enim agit? Cùm caput ſuum pari cum clamore, lacrymiſque, quibus abundabat, mulieris illius inſtar, quæ olim Chriſti pedes rigavit, altari admoviſſet, nec ſe priùs iſtud dimiſſuram eſſe denunciaſſet, quàm ſanitatem obtinuiſſet; ac deinde hoc ſuo pharmaco corpus totum perfudiſſet; & ſi quid uſpiam antityporum pretioſi corporis aut ſanguinis manus recondiderat, id lacrymis admiſcuiſſet, (ô rem admirandam!) ſtatim liberatam ſe morbo ſentit, atque & corpore, & animo, & mente levis diſcedit, pro ſpei mercede, id, quod ſperaverat, conſecuta, & per animæ robur corporis vires accipiens. Magna quidem hæc ſunt, non tamen falſa. His omnes, tam ſani, quàm ægri, fidem adhibete: ut ſanitatem, alii habeatis, alii recipiatis. Quódque non jactantiæ ſpecimen hæc narratio ſit, hinc liquidò conſtat, quòd hanc rem, quandiù ipſa vixit, tectam & ſilentio compreſſam, nunc demùm patefeci. Ac ne nunc quidem eam evulgaſſem, niſi timor quidam animum inceſſiſſet, ſi tantum miraculum, & fidelibus, & infidelibus, & iis, qui nunc ſunt, & poſteris, occultaſſem.

Deſperatis omnibus aliis auxiliis, ad Deum confugit.

Matth. IX. 20.

Luc. VII. 38.

Modo mirabili ſanatur Gorgonia.

ἐντεῦθεν γὰρ ἤδη καὶ τὸ ἀπόῤῥητον. πάντων ἀπογνοῦσα τὸν ἄλλων, ἐπὶ τὸν πάντων ἰατρὸν καταφεύγει, καὶ νυκτὸς ἀωρίαν τηρήσασα, μικρὸν ἐνδούσης αὐτῇ τῆς νόσου, τῷ θυσιαστηρίῳ b προσπίπτει μετὰ τῆς πίστεως, [b] καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ τιμώμενον ἀνακαλοῦσα μεγάλῃ τῇ βοῇ, καὶ πάσαις ταῖς κλήσεσι, καὶ πασῶν c αὐτὸν τῶν [c] πώποτε δυνάμεων ὑπομνήσασα, ζοφὴ γὰρ ἐκείνη καὶ τὰ παλαιὰ καὶ τὰ νέα, C τέλος εὐσεβῆ τινα καὶ καλὴν ἀναισχυντίαν ἀναισχυντεῖ· ὡμείλται τὴν τοῖς προσπεδοις Χριστοῦ ξηράνασαν πηγὴν αἵματος. καὶ τί ποιεῖ; d τῷ θυσιαστηρίῳ τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς [d] προσθεῖσα μετὰ τῆς ἴσης βοῆς, καὶ δάκρυσι τοῦτο πλουe σίοις, ὥσπερ τις πάλαι τοὺς πόδας [e] Χριστοῦ καταβρέχουσα, καὶ μὴ πρότερον ἀνήσειν, ἢ f τῆς ὑγιείας τυχεῖν [f] ἀπειλοῦσα· εἶτα τῷ παρ' ἑαυτῆς φαρμάκῳ τούτῳ τὸ σῶμα πᾶν g ἐπαλείφουσα, καὶ εἴ πού τι τῶν [g] ἀντιτύπων D τοῦ τιμίου σώματος, ἢ τοῦ αἵματος ἡ χεὶρ h ἐθησαύρισεν, [h] τοῦτο καταμιγνῦσα τοῖς δάκρυσιν, ὦ τοῦ θαύματος· ἀπῆλθεν εὐθὺς αἰσθομένη τῆς σωτηρίας, κούφη καὶ σῶμα, καὶ ψυχὴν, καὶ διάνοιαν, μισθὸν ἐλπίδος λαβοῦσα τὸ ἐλπιζόμενον, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς εὐρωστίᾳ κομισαμένη τὴν τοῦ σώματος. ταῦτα μεγάλα μὲν, οὐ ψευδῆ δέ. τούτοις πιστεύετε ἅπαντες, καὶ νοσοῦντες, i καὶ ὑγιαίνοντες· ἵν' οἱ μὲν ἔχητε τὴν [i] ὑγίειαν, k οἱ δὲ [k] ἀπολάβητε. καὶ ὅτι μὴ κόμπος τὸ E δίηγημα, δῆλον ἐξ ὧν ζώσης καλασιρήσας, νῦν ἐξεκάλυψα· καὶ οὐδ' ἂν νῦν ἐδημοσίευσα, εὖ l ἴσθι, εἰ μή τις ἔσχέν με φόβος θαῦμα [l] τοσοῦτον καταχρύψαι καὶ πιστοῖς καὶ ἀπίστοις, καὶ τοῖς νῦν καὶ τοῖς ὕστερον.

(a) Τῶν μεγίστων. Hæc de parentibus Gorgoniæ poſſunt intelligi.

(b) Καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ τιμώμενον. Chryſoſt. paſſim utitur his vocibus, κεῖσθαι & κεῖμενον. Galli verò, *repoſer ſur l'autel*. Quibus verbis, Chriſti in Euchariſtia ſupra altare realis præſentia ſignificatur.

(c) Πώποτε. Regg. a. hu. Jeſ. ποτε.

(d) Προσθεῖσα. Coisl. 1. προθεῖσα. *Cùm altari caput admoviſſet, atque illud lacrymarum copiâ, velut quædam olim mulier Chriſti pedes affatim rigans, perfudiſſet.*

(e) Χριστῦ. Reg. hu. τῦ Χριστῦ.

(f) Απειλοῦσα. Coisl. 1. ἐπαπειλοῦσα. Quaſi *minitabunda*, vel *vovens*, ut intelligit Elias.

(g) Αντιτύπων. Per ἀντιτύπα, rectè Elias ipſam Euchariſtiam intelligit, & ipſum verè Corpus Chriſti exponit.

(h) Τοῦτο καταμιγνῦσα τοῖς δάκρυσιν. Hæc deſunt in Reg. bm. tribus Colb. Or. Jeſ.

(i) Υγίειαν. Reg. bm. ὑγεῖαν.

(k) Απολάβητε. Coisl. 1. ἀπολάβοιτε.

(l) Τοσοῦτον. Reg. hu. Or. Jeſ. τοσοῦτο.

Dissolvi cupit & esse cum Christo.

XIX. Atque hujusmodi quidem ipsius vita fuit; compluráque etiam, ne modum Oratio excederet, nósque inexplebili quâdam ipsius laudandæ aviditate teneri videremur, prætermisimus. Piæ autem & celebri ipsius morti fortasse injuriam fecerimus, nisi ipsius quoque laudes commemoremus; cùm præsertim eam ita cuperet ac requireret. Commemorabo autem, quàm fieri poterit brevissimè. *Dissolvi cupiebat*, (multam quippè apud eum, à quo vocabatur, fiduciam obtinebat,) *ac cum Christo esse*, omnibus terræ commodis præponebat: nec quisquam eorum, qui ad amorem valdè propensi sunt, atque ægrè retineri possunt, ita corpus adamat, ut illa, excussis his compedibus, atque hâc fæce, cum qua vivimus, superatâ, cum pulchro illo purè conjungi, eúmque totum, quem amabat, addam etiam à quo amabatur, complecti gestiebat, cujus nunc videlicet exiguis radiis collustramur, & à quo, quatenùs cognosci potest, sejuncti sumus. Nec verò tam sublimi ac divino desiderio fraudatur; quódque eo majus est, per prænotionem ac longam vigiliam bonum illud præcipit. Hanc enim somnus unus suavissimus excipit, visióque una præstituto tempore discessum è vita complectens, diémque adeò ipsum indicans; Deo nimirum hoc constituente, ut parata, & non turbata esset.

Phil. 1. 23.

Divinâ visione obitûs diem prænoscit.

ιθ. Τὰ μὲν δὴ τοῦ βίου τοιαῦτα· καὶ τὰ πλείω ⸀παραλελοίπαμεν δι᾽ τὴν συμμετρίαν τοῦ λόγου, καὶ τοῦ μὴ δοκεῖν ἁπλήσως ἔχειν ⸀πρὸς τὴν εὐφημίαν· τάχα δ᾽ ἂν ἀδικοίημεν τελευτὴν ὁσίαν καὶ ⸀θεοβόητον, εἰ μὴ καὶ ⸀δι᾽ ταύτης καλῶν ἐπιμνησθείημεν· καὶ ταῦτα οὕτως ἐκείνης ποθουμένης τε καὶ ζητουμένης. μνησθήσομαι δὲ, ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ συντομώτατα. ἐπόθει μὲν τὴν ἀνάλυσιν, καὶ ⸀εὖ εἶχε πολλὴν ⸀πρὸς τὸν καλοῦντα τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὸ σὺν Χριστῷ εἶναι, πάντων [a] ⸀προετίθει τῷ ὑπὲρ γῆς· καὶ οὐδεὶς οὕτως ἐρᾷ σώματος, ⸀δι᾽ λίαν ἐρωτικῶν τε καὶ δυσκαθέκτων, ὡς ἐκείνη τὰς πέδας ἀποῤῥίψασα ταύτας, ⸂καὶ τὴν ἰλὺν ὑπερβᾶσα, μεθ᾽ ἧς [b] βιωτεύομεν, μετὰ τοῦ καλοῦ καθαρῶς γενέσθαι, καὶ τὸν ἐρώμενον ὑπολαβεῖν ὅλον, ⸀προθήσω δ᾽ ὅτι καὶ τὸν ἔρασιν, ὃ νῦν μικραῖς ἐλλαμπόμεθα ταῖς αὐγαῖς, [c] καὶ ὅσον γινώσκειν, ὃ κεχωρίσμεθα. ⸀διαμαρτάνει δὲ ὐδὲ ταύτης τῆς ἐπιθυμίας, οὕτως ὕσης ἐνθέου καὶ ὑψηλῆς, καὶ ὃ τούτου μεῖζόν ἐστι, [d] ⸀προαπολαύει τοῦ καλοῦ ⸀διὰ τῆς ⸀προγνώσεως καὶ τῆς πολλῆς ἀγρυπνίας. ταύτην εἷς ὕπνος τῶν ἡδίστων ἀμείβεται, καὶ ὄψις μία ⸀προθεσμίᾳ ⸀θειλαβοῦσα τὴν [e] ⸀ἐκδημίαν, καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην γνωρίσασα, ὡς ἂν τὸ ἑτοιμασθῆναι καὶ μὴ ταραχθῆναι, τοῦ Θεοῦ ⸀πρυτανεύοντος.

Per Mariti Baptismum, tota fuit Deo consecrata.

XX. Nam quod ad purgationis & initiationis bonum attinet, quod commune donum, & secundæ vitæ fundamentum à Deo omnes acceptum habemus, recèns id acceperat. Imò verò tota vita nihil illi aliud erat, quàm purgatio, & perfectio: ac regenerationem quidem à Spiritu Sancto habebat; ipsius autem securitas ex anteacta vita. Atque soli ei penè, ut audacter loquar, Baptismus, non gratia, sed sigillum erat. Porrò cùm unum hoc ad omnia accedere cuperet, ut maritus quoque perficeretur, (vultis uno verbo virum describam? *vir illius:* nec enim scio, quid ampliùs dicere necesse sit,) ut sic toto corpore Deo consecraretur, ac non dimidia tantùm ex parte perfecta discederet, ipsiúsque aliquid imperfectum relinqueretur, hoc quoque precibus ab eo, qui *voluntatem timentium se facit*, ac petitiones eorum ad finem perduxit, impetravit.

Ps. CXLIV. 19.

κ. Αὐτῇ μὲν οὖν [f] ⸀ὑπόγυιον τὸ τῆς καθάρσεως καὶ τελειώσεως ἦν ἀγαθὸν, ἣν κοινὴν δωρεὰν, καὶ δευτέρου βίου κρηπίδα ⸀παρὰ Θεοῦ [g] πάντες λαβόντες ἔχομεν. μᾶλλον δὲ πᾶς ὁ βίος κάθαρσις ἦν αὐτῇ καὶ τελείωσις· καὶ τὸ μὲν τῆς ἀναγεννήσεως [h] εἶχεν ⸀ἐκ τοῦ Πνεύματος, τὸ δ᾽ ἀσφαλὲς ταύτης ⸀ἐκ τῶν ⸀προβεβιωμένων. καὶ μόνῃ σχεδὸν, ἵν᾽ εἴπω τολμήσας, σφραγὶς, ἀλλ᾽ οὐ χάρισμα ἦν τὸ μυστήριον. ἓν ᾧ τοῖς πᾶσι ⸀προσεθῆναι ζητοῦσα τὴν τοῦ ἀνδρὸς τελείωσιν, βούλεσθε γράψω τὸν ἄνδρα συντόμως; ἀνδρὸς ⸀ἐκείνης, ⸂ὃν οἶδ᾽ ὅτι χρὴ πλέον εἰπεῖν, ἵν᾽ ὅλῳ τῷ σώματι Θεῷ καθιερωθῇ, ⸂μὴ ἐξ ἡμισείας ἀπέλθῃ τετελεσμένη, μηδ᾽ ὑπολείπηταί τι τῶν ἑαυτῆς ἀτελὲς, ὐδὲ ταύτης ⸀διαμαρτάνει τῆς δεήσεως, ⸀διὰ τοῦ θέλημα ⸀ποιοῦντος φοβουμένων αὐτὸν, καὶ εἰς πέρας ἄγοντος τὰ αἰτήματα.

(a) Προετίθει. Coisl. 1. *προετίθη.*

(b) Βιωτεύομεν. Regg. a. hu. Or. *βιοτεύομεν.*

(c) Καὶ ὅσον γινώσκειν, ὃ κεχωρίσμεθα. Billius: *atque hactenus, ut, à quo disjuncti sumus, agnoscamus.*

(d) Προαπολαύει. *Præcipit, in antecessum bono fruitur.*

(e) Ἐκδημίαν. Quæ sequuntur, usque ad *αὐτῇ μὲν*, desunt in Regg. bm. hu. Coisl. 2. Jes. &c.

(f) Ὑπόγυιον. Schol. *τὸ νεωστὶ καὶ προσφάτως γενόμενον. quod nuper ac recenter contigit*, id est, *Gorgonia recèns baptisata.* Mirum profectò videbitur, Gorgoniam singulari pietate præditam sanctisque editam parentibus, *purgationis & initiationis bonum* tandiù distulisse. Constat tamen, ni fallor, eam certè Baptismum suscepisse, priusquàm sanitatem, de qua superiùs, n. 18. mirabili modo recepisset. Undè enim domi recondita habuisset *corporis & sanguinis Domini antitypa*, quæ Catechumenis attrectare non licebat?

(g) Πάντες. Deest in quibusdam Regg. & Jes.

(h) Εἶχεν. Deest in plerisque Codicibus.

κα. Ὡς δὲ ἅπαντα εἶχεν αὐτῇ κατὰ νοῦν, A
a καὶ οὐδὲν ἐνέδει τῇ ποθουμένων, ἡ [a] ἡ κυρία
πλησίον, οὕτως ἤδη τῷ θανάτῳ συσκευάζεται
καὶ τῇ ἐνδημίᾳ, καὶ πληροῖ τὸν ὡρισμένον ταῦτα
c b νόμον δι' [b] τῆς κατακλίσεως. [c] ἐπισκήψασα δὲ
καὶ ἀνδρὶ, καὶ τέκνοις, καὶ φίλοις, ὅσα εἰκὸς
τὴν φίλανδρον, καὶ φιλότεκνον, καὶ φιλάδελφον,
καὶ λαμπρῶς ὡρισμένην ἐκεῖθεν φιλοσοφήσασα,
καὶ πανηγύρεως ἡμέραν ποιησαμένη τὴν
τελευταίαν, κοιμᾶται, πλήρης μὲν, οὐ τῶν
d κατὰ ἄνθρωπον ἡμερῶν, ὅ τι μηδὲ [d] συνήχετο,
ταύτας ἑαυτῇ πονηρὰς εἰδυῖα, καὶ τὰ πολλὰ
e [e] μετὰ τοῦ χοὸς καὶ τῆς πλάνης, τῶν δὲ κατὰ
Θεὸν καὶ λίαν πλήρης, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ῥᾳδίως
ἡμῶν ἐν πλουσίᾳ τῇ πολιᾷ καταλυσάντων, καὶ
πολλὰς ἐτῶν περιόδους ἀριθμησάντων. οὕτως
ἐκείνη λύεται, ἢ προσλαμβάνεται, κρεῖσσον
εἰπεῖν, ἢ ἀφίπταται, ἢ μετοικίζεται, ἢ μικρὸν
f [f] προαποδημεῖ τοῦ ζώματος.

g κβ. Ἀλλ' οἷόν με [g] μικρὸν τῶν ἐκείνης
παρέδραμεν· τάχα δ' ἂν ἐ συνεχώρησας, ὦ σὺ C
πάτερ ἐκείνης πνευματικὲ, ὁ καὶ τηρήσας
ἀκριβῶς τὸ θαῦμα, καὶ ἡμῖν γνωρίσας· μέγα
μὲν εἰς φιλοτιμίαν ἐκείνη, μέγα δὲ ἡμῖν εἰς
ὑπόμνησιν ἀρετῆς, καὶ πόθον τῆς αὐτῆς
ἀναλύσεως. καί με φρίκη τις ὑποτρέχει,
καὶ δάκρυον ὁμοῦ, μεμνημένον τοῦ θαύματος.
ἐλύετο μὲν ἤδη καὶ ἀνέπνει τὰ τελευταῖα,
καὶ χορὸς περὶ αὐτὴν οἰκείων τε καὶ ξένων
χαριζομένων τὰ προπεμπτήρια· καὶ μητρὸς
h γηραιᾶς [h] ἐπίνευσις, καὶ ψυχῆς σπαραγμὸς D
ζηλοτυπούσης τὴν ἐνδημίαν, καὶ φίλτρον
i ἁπάντων ἀγωνίᾳ σύγκρατον, τῶν μὲν [i] ὅτι
ἀκούσωσι ποθούντων, μνήμης ἐμπύρευμα,
l k τῶν [k] δὲ ὅτι φθέγξονται, [l] τολμῶντος δὲ
οὐδενός· καὶ κωφὰ τὰ δάκρυα, καὶ ἡ τῆς λύπης
ὡδὶν ἀθεράπευτος, οὐδὲ γὰρ ὅσιον ἐδόκει
θρήνοις τιμᾶν τὴν οὕτω χωριζομένην, σιγὴ
δὲ βαθεῖα, καὶ τελετή τις ὁ θάνατος· ἡ δὲ
ἄπνους τε, καὶ ἀκίνητος, καὶ ἄφθογγος, τὸ
φαινόμενον, καὶ ἡ σιωπὴ τοῦ σώματος ἐδόκει E
ὡδάλυσις, οἷον ἤδη τῶν φωνητικῶν ὀργάνων
m νενεκρωμένων, διὰ τὴν τῶ κινοῦντος [m] ἐγχώρησιν.
ἠρέμα δὲ τῇ χειλέων κινουμένων αἰσθόμενος ὁ
n πάντα τηρῶν τὰ ἐκείνης ἐπιμελῶς [n] ποιμὴν,

XXI. Cùm autem omnia ex ipsius animi sententia sese haberent, nec quidquam eorum, quæ cupiebat, abesset, jámque præstitutus dies immineret, ita jam ad mortem & exitum se comparat, atque, ut legem, quæ in hujusmodi rebus viget, expleret, in lectum se conjicit. Cúmque ad virum, & filios, & amicos, sermones hos habuisset, quos mulierem, viri, & filiorum, & fratrum amore præditam habere par erat, ac de altera vita præclarè disseruisset, diémque extremum festum diem fecisset, ita demùm obdormiscit, plena, non humanorum dierum, quos ne ipsa quidem exoptabat, utpotè quos sibi malos, & ut plurimùm cum pulvere & errore conjunctos esse non ignoraret; sed dierum secundùm Deum ita plena, ut haud scio an perindè quisquam eorum, qui in ditissima senectute mortem obierunt, ac multos annorum orbes numerarunt, extiterit. Sic illa solvitur, aut, ut meliùs loquar, assumitur, aut avolat, aut transmigrat, aut paululùm ante corpus abscedit. Gorgoniæ obitus.

XXII. Verùm enimverò qualis ipsius laus mihi propemodùm excidit! fortassè autem ne tu quidem id passus fuisses, ô spiritualis illius Pater, qui etiam miraculum istud accuratè observasti, nobísque indicasti: magnum sanè, ut ipsi ad gloriam, ita nobis ad virtutis monimentum atque ejusdem dissolutionis desiderium. Ac mihi horror quidam subit, lacrymæque simul, hoc miraculum recordanti. Jam solvebatur, atque extremos spiritus efflabat, ac circum eam tum propinquorum, tum exterorum chorus erat, prosecutionis officia ipsi præstantium; & vetulæ matris observatio, animæque distortio exitum zelotypiâ prosequentis, & mirus omnium amor anxietate permixtus, quorum alii, ad exsuscitandam in eorum animis ipsius memoriam, aliquid audire gestiebant, alii verò loqui cupiebant, nec tamen audebant. Ac mutæ lacrymæ, mœrórque incurabilis, (nec enim pium videbatur, eam, quæ ita discederet, luctu prosequi), altúmque silentium erat, ac mors illius sacræ cujusdam ceremoniæ speciem habebat. Illa autem, quantùm quidem ex aspectu conjici poterat, nec spirabat, nec movebatur, nec sonum ullum edebat, silentiúmque illud fracti & dissoluti corporis opinionem omnibus afferebat; perindè videlicet atque vocis instrumenta, ob animæ, quâ movebantur, excessum, jam op- In Gorgoniæ laudem ad extrema redactæ, omissum factum revocat Gregorius. Juxta morientem adstabant propinqui & exteri. Mutæ lacrymæ, altum silentium, sola mœroris signa.

(a) Η κυρία. Schol. ἡ ὁρισθεῖσα τῷ θανάτῳ ἡμέρα, *constitutus mortis dies.*
(b) Τῆς κατακλίσεως. Coisl. 1. τῆς ἰσχάτης κατακλίσεως, *ultimùm se lectulo componit.*
(c) Επισκήψασα. Malim: *cùm pluribus sermonibus obtestata esset, injunxisset, mandasset*, &c.
(d) Συνήχετο. Reg. bm. συνεύχετο.
(e) Μετὰ τοῦ χοὸς &c. Billius: *cum pulverea mole atque impostura.*
(f) Προαποδημεῖ τῷ σώματος. *Corpore abscedit.*
(g) Μικρόν. Reg. a. Coisl. 1. Jes. & Combef. μικρῷ.
(h) Επίνευσις. *Observatio, propensio.* Adstabat enim longæva mater, inclinato corpore, pronis oculis, observans, ut fieri solet, extremos Gorgoniæ halitus. Elias, quem Billius sequitur, pro ἐπίνευσις, habet ἐπίπνευσις, *spiratio*; quæ voces, juxta Combefisium, hîc parùm differunt.
(i) Οτι ἀκούσωσι. Combef. ὅ τι ἀκούσωσι.
(k) Δὲ ὅτι φθέγξονται. Coisl. 1. & Jes. δ' ὅτι φθέγξονται.
(l) Τολμῶντος δὲ &c. Si præcedat punctum, ita vertendum: *nemine verò audente, mutæ fluebant lacrymæ* &c.
(m) Εγχώρησιν. Duo Coisl. tres Colb. Jes. ἐυχώρησιν.
(n) Ποιμὴν &c. Is spiritualis Gorgoniæ Pastor erat;

Venerabilis Paſtor omnes morientis motus diligenter obſervat.

preſſa & extincta eſſent. At cùm Paſtor ille, qui propter miraculum, quod omnibus rebus elucebat, facta dictáque illius omnia diligenter obſervabat, labia ipſius leniter moveri ſenſiſſet, aurémque propiùs admoviſſet, (fidentem enim eum, cùm ſui mores, tum commiſeratio ipſa faciebat,) quin tu ipſe hujus ſilentii myſterium exponis? Nemo quippè tibi narranti fidem abrogabit. Pſalmodia erat, id quod ſubmuſſitabat, ac pſalmodiæ verba ad exitum pertinentia: &, ſi verè loquendum eſt, libertatis illius ac fiduciæ, cum qua hinc excedebat, teſtimonium. Ac beatus ille, qui cum verbis illis extremum vitæ ſpiritum claudet: *In pace in idipſum dormiam & requieſcam.* Hæc, & à te, ô mulierum præſtantiſſima, canebantur, & tibi contingebant; ac pſalmodia, id erat, quod fiebat, conjunctúmque cum diſceſſu epitaphium erat: quippè quæ mentem à vitioſis permotionibus ritè pacatam habueris, ac præter communem ſoporem, debitum quoque Deo charis hominibus ſomnum acceperis, quemadmodùm eam par erat, quæ in pietatis verbis, & vixerat, & abſceſſerat.

Moriens Gorgonia pſalmos ſubmuſſitat. *Pſ.* IV. 10.

Cœleſti beatitudine coronatur. *Pſ.* XLI. 5.

XXIII. Equidem non dubito, quin iis, quæ oculis cernuntur, multò præſtantiora ſint ea, quibus nunc frueris, nempè *ſonus epulantium*, Angelorum chorea, cœleſtis ordo, gloriæ contemplatio, cùm alterius, tum ſupremæ Trinitatis purior & perfectior illuminatio, non jam vinctam mentem ac per ſenſus diffuſam ſuffugientis, ſed totam ſeſe toti menti contemplandam & tenendam præbentis, totóque divinitatis lumine animis noſtris affulgentis. Omninò, inquam, his fruaris quorum, etiam dum adhuc in terra eſſes, ob ſinceram ad ea mentis erectionem, rivulos habebas. Quòd ſi quid eos quoque, qui tibi à nobis habentur, honores curas, atque hoc premii ſanctis animis divinitùs contingit, ut iſta ſentiant, noſtram quoque Orationem pro multis, ac præ multis funebribus donis accipias velim, quam Cæſario ante te, & tibi poſt illum perſolvimus, quandoquidem fratrum funeribus Oratione proſequendis ſumus reſervati. An verò nos quoque poſt vos pari honore quiſpiam affecturus ſit, dicere haud queo: cæterùm eo duntaxat honore, qui Deo gratus ſit, afficiamur, tum peregrinantes, tum habitantes, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & Patri cum Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

A διὰ τὸ ἐν πᾶσι θαῦμα, καὶ ὧδ᾽ ἐχον τὰ ὦτα τοῖς χείλεσι, τὸ γὰρ θαῤῥεῖν εἶχε καὶ ὧδὰ τοῦ τρόπου καὶ ὧδὰ τῆς συμπαθείας, αὐτὸς διήγησαι τὸ τῆς ἡσυχίας μυςήριον, [a] ὅ τί ποτε ἦν καὶ οἷον· οὐδὲις ἀπιςήσει σοὶ λέγοντος. ψαλμῳδία τὸ ὑποπαλαλούμενον ἦν, καὶ ψαλμῳδίας τὰ [b] ἐξόδια ῥήματα· εἰ δὲ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, μαρτυρία τῆς παῤῥησίας, μεθ᾽ ἧς ἡ ἔξοδος· καὶ μακάριος, ὅς τις μετ᾽ ἐκείνων [c] ἀναπαύεται τῶν ῥημάτων· c

B ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι, καὶ ὑπνώσω· ταῦτα καὶ ἐψάλλετό σοι, καλλίςη γυναικῶν, καὶ συνέβαινεν· καὶ ἡ ψαλμῳδία τὸ γινόμενον ἦν, καὶ μετὰ τῆς ἐκδημίας ὁ ἐπιτάφιος· ᾧ καλῶς ὑπὸ τῶν παθῶν εἰρηνεύσασα σὺ, καὶ τὸν ὀφειλόμενον τοῖς ἀγαπητοῖς ὕπνον ἀπολαβοῦσα πρὸς τῷ κοινῷ τῆς κοιμήσεως, ὡς εἰκὸς τὴν καὶ ζήσασαν καὶ ἀπελθοῦσαν ἐν τοῖς τῆς εὐσεβείας ῥήμασιν.

C

κγ. Κρείασω μὲν ἴσως εὖ οἶδα ⁊ μακρῷ τιμιώτερα τὰ παρόντα σοι νῦν, ἢ κατὰ τὰ ὁρώμενα, ἦχος ἑορταζόντων, Ἀγγέλων χορεία, τάξις οὐρανία, δόξης θεωρία, τῆς τε ἄλλης ⁊ τῆς ἀνωτάτω Τριάδος ἔλλαμψις καθαρωτέρα τε καὶ τελεωτέρα, μηκέτι ὑποφευγούσης τὸν δέσμιον νῦν καὶ διαχεόμενον ταῖς αἰσθήσεσιν, ἀλλ᾽ ὅλης ὅλῳ νοῒ θεωρουμένης τε καὶ κρατουμένης, καὶ προσαραττούσης ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ὅλῳ τῷ φωτὶ τῆς θεότητος· πάντων [d] ἀπολαύοις, ὧν D d ἔτι ὑπὲρ γῆς εἶχες τὰς ἀποῤῥοίας, διὰ τὸ γνήσιον τῆς πρὸς αὐτὰ [e] νεύσεως. [f] εἰ δέ τίς σοι τῶν ἡμετέρων [g] ἐςὶ λόγος, ⁊ τοῦτο ταῖς ὁσίαις e f g ψυχαῖς ἐκ Θεοῦ γέρας, ἧς τοιούτων ἐπαισθάνεσθαι, δέχοιο ⁊ τὸν ἡμέτερον [h] λόγον ἀντὶ πολλῶν h ⁊ πρὸ πολλῶν ἐνταφίων, ὃν Καισαρίῳ [i] μὲν πρὸ i σοῦ, ⁊ σοὶ μετ᾽ ἐκεῖνον ἀποδεδώκαμεν, ἐπειδή γε ἀδελφῶν ἐπιταφίοις ἐταμιεύθημεν. εἰ δὲ ⁊ ἡμᾶς [k] τιμήσειέ τις μεθ᾽ ὑμᾶς τοῖς ἴσοις, οὐκ k ἔχω λέγειν· πλὴν τιμηθείημέν γε μόνον τὴν ἐν Θεῷ τιμὴν, [l] ἣν παροικοῦντες καὶ κατοικοῦντες l ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ [m] δόξα m καὶ τῷ Πατρὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

non Amphilochius, ut arbitratur Elias, ſed Fauſtinus tunc Iconii Epiſcopus. Vide monitum in hanc Orationem n. 3. Idcircò Paſtor ille omnes morientis Gorgoniæ motus ſtudioſè obſervabat, *quòd nihil in illis non eſſet mirandum.*

(*a*) Ὅ τί ποτε ἦν καὶ οἷον. Combef. legit, ποῖον. *Quid tandem, ac cujuſmodi fuerit, expone.*

(*b*) Ἐξόδια. Jeſ. ἐξώδια.

(*c*) Ἀναπαύεται. Reg. bm. Coisl. 1. Jeſ. ἀναπαύσεται.

(*d*) Ἀπολαύοις. Coisl. 1. ἀπολαύσοις.

(*e*) Νεύσεως. *Inclinationem, intentionem.*

(*f*) Εἰ δέ τίς σοι &c. *Si qua noſtrorum tibi cura eſt; ſi noſtrorum aliquid ad te pertinet.* Coisl. 1. addit τιμῶν. Sic etiam legit Billius.

(*g*) Ἐςι. Deeſt in Reg. bm. & Jeſ.

(*h*) Λόγον. Deeſt in Reg. bm.

(*i*) Μέν. Deeſt in Reg. bm. & Jeſ.

(*k*) Τιμήσειε. Reg. bm. & Jeſ. τιμήσει.

(*l*) Καὶ παροικοῦντες &c. Id eſt, *ævo præſenti ac futuro.* Hîc nobis incolatus, hîc peregrinamur. Habitatio in patria eſt.

(*m*) Δόξα . . . εἰς. Interjecta deſunt in Reg. bm. & Jeſ.

MONITUM

MONITUM

IN ORATIONES NONAM, DECIMAM ET UNDECIMAM.

I. *In pleriſque melioris notæ Codicibus, & in ipſis etiam Interpretibus, hoc ordine iſtæ tres collocantur Orationes. Saſima ſpectant, id eſt, Gregorii ad Saſimorum Epiſcopatum ordinationem; ideóque eodem anno, medio ſcilicet 372. pronunciatæ ſunt. Prior quidem habita eſt, cùm longævi Patris reverentiâ, Baſilii amicitiâ, ac timore victus, novo Saſimorum Epiſcopatui* cervicem, *ut ipſe loquitur Gregorius*, non animum inflexit. *Altera, cùm è fuga, quam poſt conſecrationem capeſſerat, redux, ſe* in Chriſto vinctum, non catenis ferreis, ſed tenaciſſimis ſpiritûs vinculis conſtrictum, ſenectute & amicitiâ duci, *profitetur. Poſterior denique non diu poſt, coram Gregorio Nyſſeno, quem ad Gregorium noſtrum Baſilius miſerat, ut* ipſius afflictum ob conſecrationem animum conſolaretur.

Harum Orationum ordo & ſcopus.

Carm. 2. vers. 487.

Or. x. n. 1.

Or. xi. n. 3.

II. *Harum trium Orationum idem ſcopus idemque argumentum eſt. Priorem, ſi Tillemontio fides, poſt ſuſceptam manuum impoſitionem, dictam fuiſſe exiſtimabimus. Verùm de hac re inter ſe diſcrepant Interpretes ac eruditi. Sunt enim qui aliter ac Tillemontius ſentiant. Leuvenklaius ſiquidem hunc ſervans iſtius Orationis titulum, è membranis forſan erutum, ſic vertit :* Oratio ad Patrem ſuum magnumque Baſilium habita, cùm hic eum Saſimorum Antiſtitem eſſet creaturus. *Elias quoque in argumento ſic interpretatur :* quo tempore Saſimorum Antiſtes creandus erat. *Bilibaldus etiam in Orationis Epigraphe ait :* cùm in Epiſcopum Saſimorum fuiſſet creatus, non adhuc inauguratus. *Ex quibus conjicere licet, ea quæ hîc dicuntur, non de peracta jam, ſed de deſignata moxque futura ordinatione intelligi poſſe; ac proindè nihil omninò vetat aſſerere, ſolum Gregorii in ſuam ordinationem conſenſum hâc Oratione exprimi. Et verò, iſte Theologi conſenſus non certè parva res eſt, nec indigna, quæ ſpeciali Oratione celebretur. Hinc enim quietis ac ſolitudinis amor ſuperandus; hinc adverſus honores, maximè ſacros & Eccleſiaſticos, trepidatio & reverentia; hinc denique loci & circumſtantiarum rationes, quæ omnia Gregorii animum magnoperè deterrebant. Nihil ergo mirum, quòd tam tardè, tamque ægrè conſenſum iſtum præbuerit.*

Prior Oratio ante conſecrationem habita.

III. *Quæritur autem utrum Saſimis, an Cæſareæ, an Nazianzi Gregorius conſecratus fuerit. Nihil erit negotii de hac re pronunciare. Non certè Saſimis; ipſe enim Theologus apertè fatetur,* ſe nunquam datam ſibi Saſimenſem Eccleſiam attigiſſe, nec illic ſacrum unicum obiiſſe, nec cum plebe Deo preces adhibuiſſe, nec denique cuiquam manus impoſuiſſe. *Id profectò dicere non potuiſſet, ſi in Saſimenſi Eccleſia fuiſſet conſecratus. Res per ſe patet. Non etiam Cæſareæ; ac primò quidem huic conſecrationi aderat Gregorius ſenior, cujus extrema ætas non ſinebat ut Cæſaream ſe conferret; deinde ſi illuc ſe contuliſſet, id procul dubio ſilentio*

Gregorius Nazianzi inauguratus.

Carm. 2. vers. 529.

non præteriiſſet Theologus. Ipſius in hac re ſilentium maximum argumentum eſt, eum Cæſareæ non fuiſſe conſecratum. Nazianzi igitur Saſimenſis Eccleſiæ Antiſtes inauguratus eſt, ipſique Baſilius ibi manus impoſuit. Id manifeſtum videtur ex his Gregorii verbis : acceſſit ad nos mihi maximè charus Baſilius, alius mihi multò durior Pater &c.

Carm. 2. vers. 386.

A Baſilio unctus Gregorius.

IV. *Unctum fuiſſe à Baſilio Gregorium, vel ab initio prodit Oratio decima. Ipſi adfuit Gregorius ſenior. Adfuere etiam nonnulli alii conſecratores Præſules, ut, ex his Orationis nonæ verbis :* me, & mecum ſacrum hunc gregem paſcite, *colligitur. Imò ex iſto contextu, conjicit Tillemontius quoſdam è Saſimenſibus ad id delegatos,* gregis *vicem gerentes, Gregorii conſecrationi interfuiſſe. Verùm, id interim ut demus, duo vel tres delegati* gregis *nomine nunquam ſignificari poſſunt, maximè in majori multitudine permixti & confuſi, in qua vix numerum faciunt. Laudata igitur à Tillemontio verba, non de Saſimenſibus præſentibus, ſi tandem nonnulli interfuerint, ſed de iis generatim, qui ejus fidei ab Epiſcopis commitebantur, ut Saſimenſes quidem, quamvis non neceſſariò præſentes, intelligenda ſunt. Hinc Scholiaſtes, qui hunc commentatur ejuſdem Orationis nonæ locum :* ut Spiritus me miniſtro uteretur, ad populi hujus perfectionem &c. *demonſtrantem articulum,* hujus, *expungit, ut, remotâ illius vocis ambiguitate, propoſitio generatim ſumatur. Fatemur tamen Orationem decimam, apud Leuvenklaium, eſſe inſcriptam :* ad Saſimenſes. *Sed manifeſtus error eſt, ex iis quæ diximus, ſat ſuperque confutatus. Aliam init viam doctiſſimus Petitdidier; vult enim Saſimenſibus ſcriptam tantùm, non dictam fuiſſe hanc decimam Orationem. At tanta eſt harum inter ſe Orationum convenientia & connexio, ut, ſi unam non fuiſſe dictam conceſſeris, nullam omninò dictam concedere cogaris. Id autem repugnat iſtis Gregorii verbis :* en ſermonem ipſum quem tibi (*Baſilio*) cognitum expoſcebas. *Et alibi :* ne his quidem meis amantiſſimis fratribus ſermones impertire ſuſtinebam; *ex quibus has Gregorii Orationes verè fuiſſe pronunciatas manifeſtum eſt.*

Or. IX. n. 6.

Ibid. n. 3.

Tom 3. not. in bibl. Eccl. p. 24.

Or. IX. n. 4.

Or X. n. 1.

APOLOGETICUS AD PATREM

ſuum Gregorium, præſente Baſilio Magno, cùm Epiſcopus Saſimorum creatus eſt.

ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ

ἑαυτῦ πατέρα Γρηγόριον, συμπαρόντος αὐτῷ Βασιλείυ, ἡνίκα Επίσκοπος ἐχειροτονήθη [a] Σασίμων.

a

ORATIO NONA.

Aliàs 7. quæ autem 9. erat, nunc 19.

Habita medio circiter anno 372. Luget Gregorius, quòd

I. RURSUM ſuper me unctio, & Spiritus : & rurſum, *ego lugens & triſtis incedo.* Nec verò id vobis mirum videri debet; nam ipſe quoque Eſaias, priuſquàm Domini gloriam, thronúmque illum ſu-

ΛΟΓΟΣ θ.

A α. [b] ΠΑΛΙΝ ἐπ' ἐμὲ χρίσμα καὶ Πνεῦμα, καὶ πάλιν, ἐγὼ πενθῶν & σκυθρωπάζων πορεύομαι. [c] Θαυμάζετε ἴσως· καὶ Ησαΐας, πρὶν μὲν ἰδεῖν τὴν δόξαν Κυρίυ, καὶ τὸν θρόνον τὸν

b

c

(a) Σασίμων. Ampliſſimus codex, olim Colbertinus, eruditâ manu exaratus, Or. 2. aliique addunt : Ναζιανζῷ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτῦ ἦν, ἧς καὶ αὐτὸς ἦρξε μετὰ θάνατον τῦ πατρὸς ἐκκλησίας, μᾶλλον δὲ καὶ ἔτι περιόντος τῦ πατρός. *Nam Pater ejus Nazianzi erat Epiſcopus, cui ipſe præfuit Eccleſiæ poſt mortem patris, imò dum adhuc viveret.* Hæc ut falsa reſpuit variarum lectionum collector dicens : *fuit* (Gregorius) *ſuffraganus quidam & coadjutor Patri, non Epiſcopus.* Inepta ſanè hæc ratio. Verba enim quæ falsi inſimulat, Gregorium Nazianzenæ Eccleſiæ verè Epiſcopum fuiſſe nullatenus ſignificant, ſed tantùm patri ſuo ejus Eccleſiæ Epiſcopo operam navaſſe dum viveret, eoque extincto, ejuſdem Eccleſiæ curam aliquandiu ſuſcepiſſe, donec ipſi præficeretur Epiſcopus.

(b) Πάλιν &c. *Rurſum ſuper me unctio.* Sic loquitur Gregorius, quia jam per unctionem creatus fuerat Sacerdos.

(c) Θαυμάζετε. Reg. hu. θαυμάζεται.

ὑψηλόν τε καὶ ἐπηρμένον, καὶ τὰ περὶ αὐτὸν
a Σεραφὶμ, οὐδὲν τοιοῦτον φθέγγεται, [a] οὔτε
ἀποδυσπετεῖ, οὔτε δέδοικεν· ἀλλὰ τῶ μὲν
Ισραὴλ καλαβοᾷ, ἑαυτῶ δὲ φείδεται καὶ ἀπέ-
χεται, ὡς ὑδὲν ὑπαιτίω. ἐπεὶ δὲ ταῦτ' εἶδε,
καὶ τῆς φωνῆς ἥψατο τῆς ἁγίας & μυστικῆς, ὥς
b πέρ τι μᾶλλον ἑαυτῶ [b] συναισθόμενος· ὤ τάλας,
φησὶν, ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι, & ὅσα ἑξῆς τῶ
c λόγω, [c] ἵνα φύγω τὴν βλασφημίαν. εὑρίσκω δὲ
καὶ Μανωὲ τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον ἐν τοῖς κριταῖς,
καὶ Πέτρον ὕστερον, τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἔρεισμα·
d τὸν μὲν, ἀπολώλαμεν, [d] ὦ γύναι, λέγοντα,
Θεὸν ἑωράκαμεν, ἐπειδὴ κρεῖττονος ὄψεως
ἠσθέλο ἢ κατὰ τὴν ἑαυτῶ φύσιν καὶ δύναμιν·
τὸν δὲ ἁπ ἐνεγκόντα τὴν τῶ Σωτῆρος ἐπισα-
σίαν τε καὶ ἐνέργειαν, ἣν ἐν τῇ ἁλείᾳ τοῖς
συμπλέουσιν ἐπεδείξατο, καὶ δι' τῶτο θαυ-
μάζοντα μὲν, ἀποπέμποντα δὲ τῶ πλοίω, καὶ
τὴν αἰτίαν προσιθέντα, ὅτι μὴ εἰη ἄξιος θείας
e [c] ἐπιφανείας καὶ ὁμιλίας.

β. Καὶ τῶ ἑκαλοντάρχω δὲ ὅταν ἀκούω ἐν
τοῖς Εὐαγγελίοις, τὴν μὲν δύναμιν ἀπαιτοῦντος,
τὴν δὲ παρουσίαν παραιτουμένω, ὡς ὁ χωρέσης
αὐτῶ τῆς στέγης θεῖον ἀξίωμά τε & μέγεθος,
ἁπ ἔχω μέμφεσθαι τῆς δειλίας ἐμαυτὸν ταύτης
& τῆς συνθρωποτητος. ὀφθαλμῶ μὲν γὰρ ἀτο-
f νίαν ἥλιος, ψυχῆς δὲ [f] ἀῤῥωστίαν ἐλέγχει Θεὸς
ἐπιδημῶν· & τοῖς μέν ἐστι φῶς, τοῖς δὲ πῦρ,
ἑκάστω κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην τε καὶ
ποιότητα. τί ὑπολαμβάνομεν περὶ τοῦ Σαὺλ;
ἐχρίσθη μὲν γὰρ καὶ μετέσχε τῶ Πνεύματος, D
καὶ ἦν τότε πνευματικὸς, οὐδ' ἂν ἐγὼ περὶ
g αὐτῶ φαίην ἕτερος, ἀλλὰ καὶ [g] προεφήτευσε,
h καὶ οὕτω παρ' ἐλπίδα, [h] καὶ τὸ εἰκὸς, ὥστε
καὶ παροιμίαν γενέσθαι τὸ θαῦμα ἐκεῖνο· εἰ & Σαὺλ
ἐν Προφήταις; εἰς ἔτι καὶ νῦν λεγόμενόν
i τε καὶ ἀκουόμενον. ἐπεὶ δὲ [i] οὐχ ὅλον ἑαυτὸν
ἐμπαρέσχε τῷ Πνεύματι, οὐδὲ ἐσράφη καθα-
ρῶς εἰς ἄνδρα ἄλλον, ὡς κεχρημάτιστο, ἀλλ'
ἐνέμεινέ τι τῶ παλαιῶ τῆς κακίας σωινθῆ-
ρος, καὶ τοῦ πονηρῶ σπέρματος, καὶ ἦν E
ἐν αὐτῷ μάχη πνεύματος καὶ σαρκός· τί
χρὴ πάντα ἐκτραγῳδεῖν τὰ ἐκείνω; ἴσε τὸ
ἐναντίον Πνεῦμα, καὶ τὸν Ψάλτην, ᾧ
k [k] κατεπῄδετο. πλὴν ἐκεῖνο κἀντεῦθεν γνώ-
l ριμον, ὅτι [l] κἂν μὴ ἐφ' ἀναξίων ἡ χάρις

(a) Οὔτε ἀποδυσπετεῖ. Billius: *nec animo languet.*
(b) Συναισθόμενος. *Ac veluti ſeipſum magis ſentiens.*
(c) Ινα φύγω &c. *Ut ſine offenſione loquar; ut vitem quod poſſit offendere; ne quemquam contumeliis laceſcam.*
(d) Ω γύναι. Or. 2. γύναι.
(e) Επιφανείας. Non benè Billius, *adventu.* Neque enim hîc de *Incarnatione*, ſed de *præſentia* & conſpectu Salvatoris, agitur.

blimem & excelſum, & Seraphinos ipſum cingentes conſpexiſſet, nihil hujuſmodi loquitur, nec renititur, nec metu concutitur: verùm in Iſraëlitas quidem magno clamore invehitur, ſibi autem parcit, atque à ſe tanquam ab inſonte abſtinet. Poſtea verò quàm hæc vidit, ac vocem illam ſanctam & arcanam auribus uſurpavit, tum demùm velut ſeipſum magis agnoſcens: *Me miſerum*, inquit, *quia compunctus ſum*, & quæ deinceps ſequuntur; ne quid ominoſi habeat Oratio. Occurrunt etiam hinc antiquus ille judex Manue, hinc deindè Petrus, Eccleſiæ columen: quorum alter, cùm præſtantiorem quàm natura ipſius virésque ferrent, viſionem ſenſiſſet, *Periimus*, inquit, *mulier, Deum vidimus*: alter Salvatoris præſentiam vímque illam & facultatem, cujus ſpecimen illis, qui ſimul navigabant, in piſcatione præbuerat, ferre non poterat, ac proindè, licèt admiratione correptus, ipſum tamen à navi amandabat, cauſam hanc afferens, quòd divino conſpectu ac colloquio ſeſe indignum fateretur.

rurſum ad unctionem accedere cogatur.
Pſ. XXXIV. 14.
Iſa. VI. 1. *& ſeq.*
Jud. XIII. 22.
Luc. V. 8.

II. Jam verò cùm in Evangelio Centurionem audio, Chriſti quidem potentiam requirentem, præſentiam autem deprecantem, utpotè cujus tectum anguſtius eſſet, quàm ut divinam magnitudinem ac dignitatem capere poſſet, equidem timiditatis hujus triſtitiæque nomine mihi ſuccenſere nequeo. Nam quemadmodùm Sol oculorum imbecillitatem prodit, eodem modo Deus animæ infirmitatem præſentiâ ſuâ coarguit; atque aliis quidem lux, aliis ignis eſt, unicuique videlicet ratione ſubjectæ materiæ atque qualitatis. Quid de Saüle exiſtimamus? Nam & unctus eſt, & Spiritum percepit, ac tum ſpiritualis erat, non enim de eo ſecùs dixerim, atque etiam prophetavit, ídque adeò præter hominum ſpem atque opinionem, ut ex illo miraculo proverbium hoc fluxerit, quod nunc quoque referri atque audiri ſolet: *Num & Saül inter Prophetas?* Quoniam autem ſe totum Spiritui utendum non præbuit, nec purè atque integrè, ut oraculum ferebat, in alium virum mutatus eſt; ſed priſtini improbitatis fomitis praviſque feminis nonnihil ſupererat, atque in eo cum ſpiritu caro confligebat; quid omnes illius calamitates tragicâ oratione proſequi neceſſe eſt? Noſtis adverſarium illum Spiritum, & Pſaltem, cujus cantu demulcebatur. Itaque hinc quoque illud perſpicuè oſtenditur, tametſi divina gratia in indignos mi-

Centurionis exemplo non excitatur.
Matth. VIII. 8.

Saül unctus, non ſe totum ſpiritui utendum præbuit.
I. Reg. X. 12.
I. Reg. XVI. 14.
A ſpiritu nequam exagitatus, Davidis cantu demulcebatur.

(f) Αῤῥωστίαν &c. Billius: *animæ morbum adventu ſuo indicat.*
(g) Προεφήτευσε. Or. 2. ἐπροφήτευσε.
(h) Καὶ τὸ εἰκός. *Præter ſpem ac probabilitatem.*
(i) Οὐχ ὅλον. Sic tres Colb. Coisl. 1. Or. 1. & Jeſ. Editi verò, οὐχ ὅλος.
(k) Κατεπῄδετο. Bill. *fugabatur.* Comb. *excantabatur.*
(l) Κἂν μὴ τῶν ἀναξίων &c. Hic de *gratia ſacramentali*

nimè influat, nec in malum omnique prorsùs harmoniâ deſtitutum organum; (*in malignam enim animam non ingreſſuram ſapientiam* rectè dictum eſt, atque ita perſuaſum habeo;) tamen ob humanæ habitudinis & naturæ mutabilitatem & inconſtantiam, non minoris, ut quidem ipſe exiſtimo, negotii eſt, dignitatem ſuam concordiámque tueri & conſervare, quàm à principio ad concordiam rectè perduci, ac dignitatem conſequi: quippè cùm ſæpè gratia ipſa, (ut quod omnium malorum noſtrorum miſerrimum eſt, maximéque mirandum, dicam,) faſtum nobis & elationem pariat, sícque, à Deo, ad quem non, ut decuit, acceſſimus, exturbet ac dejiciat, atque ita dum extollimur, corruamus, *ut fiat ſupra modum peccans peccatum*, nimirum *per id quod bonum eſt, necem mihi afferens.*

Sap. I. 4.

Rom. VII. 13.

Spiritûs amore & timore hærens Gregorius, animarum curam reformidabat.

III. Hæc ſunt, quæ ego metuens, acerbitate ac mœſtitiâ impletus ſum, eodémque modo affectus, quo pueri ad fulgetra, ex quorum ſpectaculo conjunctam cum admiratione ac ſtupore voluptatem capiunt. Spiritum enim ſimul & amavi, & extimui: nonnullóque temporis ſpatio opus habui, ut me ipſe colligerem & excitarem, ac meliori tutioríque parti adjungerem; ut ſubducente ſeſe mœrore, non ſecùs ac zizaniis in ſemine, maliſque cogitationibus meliori conſilio cedentibus, Spiritus jam planè vinceret, méque ad famulatum ſuum & miniſterium uteretur, ad populi hujus perfectionem, ad animarum gubernationem, ad utrumque doctrinæ genus, tam quod in ſermone, quàm quod in opere vitæque exemplo conſiſtit, *per arma juſtitiæ à dextris & à ſiniſtris*, ad idoneam paſcendi gregis rationem, quæ à mundo abſtrahat, ad Deum adducat, exhauriat corpus, ſpiritum augeat, tenebras effugiat, luce gaudeat, propellat feras, ovile colligat, præcipitia & deſertas ſolitudines caveat, dum ad montes & edita loca greges impellit. De quibus mihi locutus videtur eximius Micheas, cùm nos his verbis ex humo ad faſtigia noſtra pertraheret: *Appropinquate montibus æternis. Exurge & ambula, quoniam hîc tibi*, hoc eſt, in rebus abjectis, & quæ deorſum volvuntur, *non eſt requies*, licèt aliter quibuſdam videatur.

II *Cor.* VI. 7.

Mich. II. 10.

A Patre, IV. Hanc regendi gregis artem mihi tra-

A [a] ἄπληταν, μηδὲ πονηρᾷ καὶ ἀναρμόστου παντελῶς τῷ ὀργάνῳ, εἰς γὰρ κακότεχνον ψυχὴν μὴ εἰσελεύσεσθαι σοφίαν εἴρηται καλῶς, κἀγὼ πείθομαι, ἀλλὰ φυλάξαι γε τὴν ἀξίαν, καὶ τὴν ἁρμονίαν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, ἔργον οὐκ ἔλαττον, ἢ ἀπαρχῆς ἁρμοσθῆναι καλῶς καὶ ἀξιωθῆναι, διὰ τὸ τρεπτὸν καὶ ἀλλοιωτὸν τῆς ἀνθρωπίνης ἕξεώς τε καὶ φύσεως· [b] ᾧ γε καὶ ἡ χάρις αὐτὴ πολλάκις, ἵν' εἴπω τὸ ἡμετέρων κακῶν τὸ σχετλιώτατόν τε καὶ παραδοξότα- B λον, τύφον ἐμποιήσασα καὶ μετεωρίσασα, κατήνεγκεν ἀπὸ Θεοῦ τοὺς ὑπὲρ καλῶς φρονήσαντας, & [c] κατεβλήθημεν ἐν τῇ ἐπαρθῆναι, ἵνα ὑψώθημεν καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον.

a

b

c

γ. Ταῦτά ἐστιν, ἃ ἐγὼ δεδοικὼς, πικρίας ἐνεπλήσθην καὶ κατηφείας, καί τι τοιοῦτον ἔπαθον, οἷον πρὸς τὰς ἀστραπὰς οἱ παῖδες, ἡδονὴν ἐκπλήξει μιγνύντες ἐκ τοῦ θεάματος· ἠγάπησά τε ὁμοῦ τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐφοβήθην· C καὶ χρόνου τινὸς ἐδεήθην, εἰς ἐμαυτὸν συσταφεὶς, [d] ἐκνῆψαι καὶ γενέσθαι τῆς ἀσφαλεστέρας d μοίρας καὶ κρείττονος, ἵνα τοῦ λυποῦντος ὑπεξελθόντος, ὥσπερ ζιζανίων ἐν σπέρματι, καὶ πρὸς φαύλων λογισμῶν εἰξάντων τοῖς ἀμείνοσι, νικήσῃ καθαρῶς τὸ Πνεῦμα, καί με [e] λαβὸν e ἔχῃ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ διακονίαν καὶ λειτουργίαν, πρὸς τὸν [f] καθαρτισμὸν τοῦ λαοῦ τούτου, f πρὸς ψυχῶν κυβέρνησιν, πρὸς διδασκαλίαν τὴν ἐν λόγῳ, καὶ τὴν ἐν ἔργῳ, καὶ ὑποδείγματι, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν D δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, πρὸς ποιμαντικὴν εὐθεῖαν, ἀποσπῶσαν κόσμου, Θεῷ προσάγουσαν, δαπανῶσαν σῶμα, πνεύματι προστιθεῖσαν, σκότος φεύγουσαν, φωτὶ χαίρουσαν, θῆρας ἐλαύνουσαν, [g] μάνδραν συνάγουσαν, ἐρημουὺς g φυλασσομένην καὶ ἐρημίας, [h] ὄρεσι καὶ ὕψεσι h προσελαύνουσαν. ὅθεν ὤν μοι δοκεῖ καὶ ὁ θαυμασιώτατος Μιχαίας λέγειν, χαμόθεν ἡμᾶς [i] ἀνέλκων ἐπὶ τὰ ἡμέτερα ὕψη· ἐγγίσατε i ὄρεσιν αἰωνίοις· ἀνάστα καὶ πορεύου, ὅτι οὐκ ἔστι σοι αὕτη ἀνάπαυσις, κἂν δοκῇ τισιν εἶναι τὰ χαμαιπετῆ καὶ κάτω στρεφόμενα.

δ. Ταύτην μὲ διδάξατε τὴν ποιμαντικὴν,

loquitur Gregorius, eâ nimirùm, quæ in Ordinis Sacramento non niſi ritè diſpoſitis confertur. Poteſt etiam intelligi locus iſte de *gratia juſtificante*, quæ in Adultis prævias diſpoſitiones requirit.

(*a*) Ἀπλητον. Jeſ. ἄπλετον.

(*b*) Ω γε. Coisl. 1. ὥς γε.

(*c*) Κατεβλήθημεν &c. Videtur alludere Gregorius ad verba Pſ. LXXII. 18. *dejeciſti eos dum allevarentur.*

(*d*) Ἐκνῆψαι. *Ut animos reciperem.*

(*e*) Λαὸν. Jeſ. Ed. aliique nonnulli, λαῶν.

(*f*) Καταρτισμόν. *Inſtitutionem*, vel, *perfectionem*, ut in vulgata. Minus propria videtur vox *inſtaurationem* quâ Billius utitur. Non enim inſtauratur, niſi quod depravatum eſt. Quis verò dixerit depravatam Nazianzenam plebem, quam Gregorius ſenior tam longo tempore verbo & exemplo formaverat?

(*g*) Μάνδραν. Reg. hu. μάνδρα.

(*h*) Ὄρεσι καὶ ὕψεσι. Schol. Colb. πρὸς ὄρη πνευματικὰ, τὴν ὀρθῶς ἔχουσαν πίστιν, τὰ νοητὰ πρόβατα συνελαύνουσαν. *Ad ſpirituales montes, certam ſcilicet fidem, ſpirituales oves compellentem.*

(*i*) Ἀνέλκων. Reg. hu. ἕλκων.

ὦ φίλοι,

ὦ φίλοι, λοιπὸν ἐμοὶ [a] ποιμένες καὶ συμποί- A
μενες. ταύτης δότε μοι τὰ συνθήματα, σύ
τε ὁ κοινὸς πατὴρ, καὶ πολλοὺς τῷ χρόνῳ
καταρτίσας καὶ [b] παραμείψας ποιμένας, σύ
τε ὁ τῆς ἐμῆς φιλοσοφίας βασανισὴς καὶ κριτής.
ἀλλ', ὅπως μοι φιλοσόφως δέξῃ τὸν [c] λόγον, ἢ
δυνάμεθα, καὶ ἐν μέσῃ ζάλῃ τρεφόμενοι καὶ
θορυβούμενοι, ποιμαίνειν ἐπισταμένως, καὶ
ἐκτρέφειν τὸ ποίμνιον; ὁ [d] φιλανθρωπότερος
ἐν προβάτοις, εἰ μή μοι [e] δυσχεραίνῃς, νίκα
τῆς [f] ἀλόγου νομῆς μετείχομεν, ἢ ἐν ποιμέσιν, B
νίκα τῆς πνευματικῆς ἠξιώθημεν. ἔχεις μὲν,
ὅπερ ἐπόθεις, ὑπὸ χεῖρας ἡμᾶς, καὶ νενίκηκας
τὸν ἀήττητον· καὶ ἰδού σοι, μετὰ [g] καὶ τῶν
ἄλλων, ὁ λόγος, ὃν εἰδὼς ἐπεζήτεις, καὶ ὃν
ἐπαινῶν, ἔβαλλες ἀργοῦντα πολλαῖς τῶν σῶν
λόγων καὶ [h] πυκναῖς ταῖς νιφάσιν.

dite, amici, jam deinceps mihi paſtores & & collegæ. Hujus mihi teſſeras date, & tu communis Pater, qui multos Paſtores in tam longa ætate inſtruxiſti, ac commutaſti, & tu philoſophiæ meæ explorator, & judex. An verò, (benignè, quæſo, quod dicam accipe,) fieri poteſt, ut, cùm in media tempeſtate jactemur, fluctuúmque ſtrepitu undique obtundamur, peritè gregem curemus & paſcamus? Te, inquam, appello, qui humanior eras inter oves, (niſi quid te offendit hæc Oratio,) cùm paſcui bruti participes unà eſſemus, quàm nunc inter Paſtores, poſteaquàm divino beneficio ad ſpirituale paſcuum aſciti ſumus. En, quod tibi in votis erat, in poteſtate jam me habes, atque inſuperabilem ſuperaſti. En, præter alia omnia, ſermonem quoque ipſum, quem tibi cognitum expoſcebas, & quem, laudibus alioqui efferens, ceſſantem tamen, crebris denſíſque verborum nivibus impetebas.

Baſilio, aliiſque Præſulibus, regendi gregis artem poſtulat.

ε. Ἀλλ' ἔχω τι τῇ φιλίᾳ καὶ μέμψασθαι·
τίς δικάσει μοι τῶν κοινῶν φίλων; ἢ τίς ἀδέ-
καστος ἔσαι κριτὴς, ἵνα τὴν δικαίαν ἐνέγκῃ C
ψῆφον, ἀλλὰ μὴ τὸ πολλῶν πάθῃ, [i] καὶ
λάβῃ ἐν κρίσει πρόσωπον; εἶπω κελεύεις τὴν
μέμψιν, καὶ οὐκ ἐπαφήσεις μοι πάλιν τὸν
λόγον; ἐγένετό τι σοὶ πρὸς ἡμᾶς ἀπόῤῥητον,
ὦ θαυμάσιε, πρᾶγμα, [k] οὕτως ἀπόῤῥητόν τε
καὶ ἄπιστον, [l] καὶ οὔπω πρότερον περὶ ἡμῶν
ἀκουσθέν· οὐκ ἐπείσθημεν, ἀλλ' ἐβιάσθημεν. ὦ
τοῦ θαύματος· ὡς γέγονε πάντα καινά· καὶ
ὅσον διέσησεν ἡμᾶς· τί βούλει κἀγὼ εἶπω, τὸν
θρόνον, ἢ τὸ τῆς χάριτος μέγεθος; πλὴν ἴθι, D
κἀγὼ κατευοδοῦ, κἀγὼ βασίλευε, καὶ ποίμαινε ἡμᾶς
ποιμαίνοντας. ὡς ἕτοιμοί γε ἡμεῖς ἕπεσθαι, κἀγὼ
ὑπὸ τῆς σῆς ποιμαντικῆς [m] ψυχῆς ἄγεσθαι τῆς
ὑψηλῆς καὶ ἐνθέου· εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς,
εἴ τι καὶ παρὰ τὸν νόμον ἐξ ἀγάπης [n] τετολ-
μήκαμεν. [o] δίδαξον τὴν σὴν ἀγάπην περὶ τὰ
ποίμνια, τὸ σὸν ἐπιμελές τε ὁμοῦ καὶ εὐσύνε-
τον, τὴν ἐπισασίαν, τὰς ἀγρυπνίας, τὴν ὑπὲρ
σῶν σαρκῶν ὑποχώρησιν, ἣν τῷ πνεύματι
ὑπεχώρησαν, τὸ τοῦ σοῦ χρώματος ἄνθος τῇ
πόιμνῃ κάμνοντος, τὸ ἐν προσώπῃ σύντονον,

Se à Baſilio coactum queritur.

V. Verùm nonnihil habeo, quod amico objiciam. Quis ex communibus amicis cauſam meam diſceptabit? Aut quis integer erit judex, ut juſtam ſententiam ferat, ac non, quod plerique facere ſolent, plus gratiæ quàm veritati tribuat? Vis crimen proferam; nec propterea orationis tuæ aculeum in me rurſus immittes? Fuit quoddam tibi nobiſcum arcanum, vir admirande, arcanum verè atque incredibile negotium, nec antehac de nobis unquam fando auditum. Non ſuaſione inducti, ſed coacti ſumus. O rem miram! Quàm *nova facta ſunt omnia!* Et quantùm nos disjunxit! *thronus*, dicam, an *gratiæ* magnitudo? Sed tamen *præi*, *proſperè procede*, & *regna*, noſque Paſtores paſce. Parati quidem nos, ut tua ſequamur veſtigia, atque paſtoralis, necnon ſublimis & divinæ animæ tuæ nutibus ducamur. Vera enim eloquar, etiam ſi præ amore audacius quidpiam præter legem protulerimus. Nos doce tuam erga gregem charitatem, tuam ſimul & curam & ſolertiam, ſollicitudinem, vigilias, illud obſequium à carne tua ſpiritui præſtitum, illum coloris tui florem, qui pro grege contabeſcit, illud ingenii acumen lenitate temperatum, illam in rebus gerendis ſerenitatem & manſuetudinem, (quæ res haudquaquam

Iſai. XLIII. 19.

Hebr. IV. 16.

Pſ. XLIV. 5.

Baſilii laudes.

(a) Ποίμενες καὶ συμποίμενες. Hîc, præter Gregorium ſeniorem & Baſilium, qui certè ipſius conſecrationi aderant, alios etiam nonnullos conſecratores Præſules intelligimus. Vide Monit. n. IV.

(b) Παραμείψας. Sic Baſilius commentatur: ἢ τῷ πολλῷ χρόνῳ. Ἀρχιερεῖς ἀποθνησκόντας ἤμειψε πλεῖστους ἐν Μητροπόλει. *quia plurimos in Metropolitana ſede ſibi ſuccedentes Epiſcopos viderat, aut ſuffragio collocarat.*

(c) Λόγον, ἤ. Tres Regg. & Or. 2. λόγον, εἰ.

(d) Φιλανθρωπότερος. Coisl. 1. φιλανθρωπότατος.

(e) Δυσχεραίνῃς. Regg. bm. hu. Or. 2. Jeſ. δυσχεραίνεις.

(f) Ἀλόγου νομῆς. Gregorius *irrationalia paſcua* appellat omnes profanas diſciplinas; quæ verò chriſtianæ ſunt, *ſpiritualia* nominat.

(g) Καί. Deeſt in Regg. bm. hu. tribus Colb. & Or. 2.

(h) Πυκναῖς ταῖς νιφάσιν. Metaphora ex Homero, Il. γ. petita. Hâc voce utuntur Græci, cùm magnam rei alicujus copiam ſignificare volunt.

(i) Καὶ λάβῃ &c. Malim cum Vulgata: *perſonam in judicio accipiat.*

(k) Οὕτως &c. *Res planè arcana & incredibilis.* Vim illam intelligit, juxta Eliam, quâ Safimenſem Eccleſiam ſuſcipere coactus fuit.

(l) Καὶ οὔπω. Sic duo Regg. tres Colb. Or. 2. Hervag. &c. Editi, καὶ ὕστω.

(m) Ψυχῆς. Deeſt in duobus Regg. tribus Colb. Coisl. 1. & Jeſ.

(n) Τετολμήκαμεν. Tres Regg. Or. 2. & Jeſ. κατετολμήσαμεν. Elias: *ſi quid per legem amicitiæ &c.*

(o) Δίδαξον. Reg. a. addit, ἡμᾶς.

in multis reperitur, raríque eſt exempli,) bella illa pro gregis ſalute ſuſcepta, victorias illas quas in Chriſto retuliſti.

A τὸ ἐν τῷ θερικτικῷ γαληνόν τε καὶ ἥμερον, θέαγμα οὐκ ἐν πολλοῖς εὑρισκόμενον, οὐδὲ πολλὰ ἔχον τὰ παραδείγματα, τοὺς ὑπὲρ τῆς ποίμνης πολέμους, τὰς νίκας ἃς ἐν Χριστῷ σὺ νενίκηκας.

Boni Paſtoris officia.

VI. Dic, quæ paſcua petenda, qui fontes adeundi, ac rursùm quæ paſcua vitanda, qui latices: qui baculo regendi, qui fiſtulâ: quo tempore ad paſcua ducendus grex, & quo rursùm à paſcuis revocandus: quo modo bellum lupis inferendum, quo modo non laceſſendi Paſtores; hâc præſertim tempeſtate, quâ *Paſtores ſtultè ſeſe geſſerunt, atque oves paſcuæ diſperſerunt*, ut eadem, quæ ſanctiſſimi Prophetæ, iiſdem verbis deplorem. Quo modo, quod infirmum eſt, roborabo, quod lapſum eſt erigam, quod oberrat in viam reducam, quod periit conquiram, quod integris viribus eſt conſervabo? Quo, inquam, modo hæc addiſcam, atque ita, ut recta paſtoralis artis veſtráque ratio poſtulat, cuſtodiam; ac non, quod ſcelerati Paſtoris eſt, *lac comedam, & lanâ induar*, & pinguiſſima quæque jugulem aut vendam, reliqua autem beſtiis & præcipitiis relinquam, me ipſum paſcens, non gregem, quemadmodùm olim Iſraëlitarum Præfectis objiciebatur. Hæc me, quæſo, docete, his ſermonibus fulcite, his præceptis, & me, & mecum ſacrum hunc gregem paſcite, atque, ut doctrinâ, ita precibus etiam ſervate, mihi quidem ad ſecuritatem, *vobis autem ad gloriationem in die adventûs ac revelationis magni Dei & Principis Paſtoris noſtri Jeſu Chriſti*, per quem & cum quo gloria Patri omnipotenti, cum Sancto & vivifico Spiritu, & nunc, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Jer. x. 21.

Ez. xxxiv. 4.

Conſecrantiũ Præſulum doctrinam & preces poſtulat.

Phil. ii. 16.

1. Petr. v. 4.

5. Εἰπὲ τίσι τῶν νομῶν θεσπτέον, ἐπὶ ποίας πηγὰς ἰτέον, καὶ τίνας φευκτέον, ἢ νομὰς, ἢ νάματα· τίνας ποιμαντέον τῇ βακτηρίᾳ, τίνας τῇ σύριγξι· πότε ἀκτέον ἐπὶ νομὰς, καὶ πότε [a] ἀνακλητέον ἀπὸ νομῶν· a
B πῶς πολεμητέον τοῖς λύκοις, καὶ πῶς τοῖς ποιμέσιν οὐ πολεμητέον· καὶ μάλιςα ἐν τῷ νῦν καιρῷ, ὅτε ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ διέσπειραν τὰ θρέμματα τῆς νομῆς, ἵνα τοῖς ἁγιωτάτοις Προφήταις τὰ αὐτὰ συνοδύρωμαι· πῶς τὸ ἀσθενὲς ἐνισχύσω, καὶ τὸ πεπλωκὸς ἀναςήσω, καὶ τὸ πλανώμενον ἐπιςρέψω, καὶ τὸ ἀπολωλὸς ἐκζητήσω, καὶ φυλάξω τὸ ἰσχυρόν; πῶς ταῦτα καὶ μάθω, καὶ φυλάξω κατὰ τὸν ὀρθὸν τῆς ποιμαντικῆς λόγον, καὶ
C τὸν [b] ὑμέτερον· ἀλλὰ μὴ γένωμαι κακὸς ποιμὴν, b
τὸ γάλα κατεσθίων, καὶ τὰ ἔρια θριξαλλόμενος, καὶ τὰ παχύτερα [c] κατασφάζων, ἢ c
ἀπεμπολῶν, καὶ τὰ ἄλλα παρεὶς τοῖς θηρίοις καὶ τοῖς κρημνοῖς, ποιμαίνων ἐμαυτὸν, οὐ τὰ θρέμματα, ὅπερ ὠνειδίζοντο οἱ πάλαι θρεσ-
σῶτες τοῦ Ισραὴλ. ταῦτα διδάσκοιτέ με, καὶ τούτοις ςηρίζοιτε τοῖς λόγοις, καὶ μετὰ τούτων ποιμαίνοιτε [d] καὶ συμποιμαίνοιτε τῷ d
παραγγελμάτων, καὶ ζώζοιτε, ὥσπερ τῇ
D διδασκαλίᾳ, οὕτω καὶ ταῖς εὐχαῖς, ἐμέ τε καὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο ποίμνιον, εἰς ἀσφάλειαν ἐμοὶ, εἰς καύχημα ὑμῖν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιφανείας καὶ ἀποκαλύψεως τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ δεχιπομένος ἡμῶν Ιησοῦ Χριςοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ ἡ δόξα Πατρὶ παντοκράτορι, σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ [e] ζωοποιῷ Πνεύματι, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Αμήν. e

(a) Ανακλητέον. Reg. a. ἀνακτέον.

(b) Υμέτερον. Combefiſius legit, ἡμέτερον, & vertit: *noſtraque ratio.* Cùm enim Gregorius jam ipſe Paſtor eſſet, ratio gregis regendi ipſi cum aliis Paſtoribus communis erat.

(c) Κατασφάζων. Reg. hu. & Jeſ. κατασφάγιων.

(d) Καὶ συμποιμαίνοιτε. Deeſt in Jeſ. *His præceptis ac documentis paſcite, paſcendique ſociam operam navate, atque, ut doctrinâ, ita precibus me pariter, & ſacrum hunc gregem ſervate.*

(e) Ζωοποιῷ. Regg. a, hu. Coisl. 1. & Or. 1. ἀγαθῷ.

[a a]ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ, ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΕΠΑΝΟΔΟΝ ΕΚ ΦΥΓΗΣ.

IN SEIPSUM, *ad Patrem & Basilium Magnum, post reditum è fuga.*

ΛΟΓΟΣ ι'.

ORATIO DECIMA.

Alias 5. quæ autem 10. erat, nunc 7.

Habita medio circiter anno 372. Pretiosa senectutis & amicitiæ vincula. *Eph.* IV. 5.

α. ΟΥΔΕΝ ἰσχυρότερον γήρως, καὶ οὐδὲν φιλίας αἰδεσιμώτερον. ὑπὸ τούτων ἦχθην ὑμῖν ἐγὼ δέσμιος ἐν Χριστῷ, δεθεὶς, οὐχ ἁλύσεσι σιδηραῖς, ἀλλὰ τοῖς ἀλύτοις δεσμοῖς τοῦ Πνεύματος. τέως δὲ ᾠμην ἰσχυρὸς εἶναί τις καὶ ἀήττητος, κἀγὼ τῆς ἀλογίας· οὐκ ἐδίδουν τοὺς λόγους, οὐδὲ τοῖς ἐμοῖς ἐραστοῖς τούτοις, καὶ ἀδελφοῖς, ἵν' ἔχω τὴν ἀπραγμοσύνην, κἀγὼ τὸ φιλοσοφεῖν ἐν ἡσυχίᾳ, πάντα παρεὶς τοῖς βουλομένοις, [b]ἐμαυτῷ δὲ προσελαλῶν καὶ τῷ Πνεύματι. Ἡλιοῦ προυνόουν τὸν Κάρμηλον, καὶ Ἰωάννου τὴν ἔρημον, καὶ τῷ οὕτω φιλοσοφούντων τὸ ὑπερκόσμιον· καὶ ζάλην τὰ παρόντα ἐνόμιζον, καὶ πέτραν τινὰ ἐζήτουν, ἢ κρημνὸν, ἢ τειχίον, ὑφ' οἷς σκεπασθήσομαι. ἄλλων, ἔλεγον, ἔσωσαν αἱ τιμαὶ καὶ οἱ πόνοι, ἄλλων οἱ πόλεμοι καὶ τὰ νικητήρια· ἐμοὶ δὲ ἀρκείτω φεύγοντι τοὺς πολέμους, εἰς ἐμαυτὸν βλέποντι ζῆν οὕτως, ὅπως ἂν δύνωμαι, καθάπερ ἐπὶ λεπτῆς σχεδίας διαπεραιωμένῳ μικρόν τι πέλαγος· καὶ μικρὰν τὴν ἐκεῖθεν μονὴν, [c]τῷ πενιχρῷ τῆς ἐντεῦθεν πολιτείας καλακτωμένῳ. [d]ταπεινοτέρων ὁ λογισμὸς ἴσως, ἀλλ' οὖν ἀσφαλεστέρων· [e]ἴσον ἀπέχειν καὶ ὕψους καὶ πλώματος.

β. Ταῦτα ἕως ἐξῆν γράφειν ἔτι σκιὰς καὶ ὀνείρατα, καὶ τοῖς ματαίοις ἀναπλασμοῖς ἐσιᾶν [f]τὴν διάνοιαν· νῦν δὲ τί; φιλία [f]παρεσήσατό με, καὶ πολιὰ παλρὸς ἐχειρώσατο· γῆρας φρονήσεως, παιδεσμία βίου, λιμὴν ἀσφαλέστερος, καὶ φιλία πλουτοῦντος Θεῷ, καὶ πλουτίζοντος. ἤδη γὰρ ἀποπέμπομαι τὴν ὀργήν· ἀνυσάτωσαν πραεῖς, καὶ εὐφρανθήτωσαν· καὶ πρὸς τὴν χεῖρα ἥμερον βλέπω τὴν τυραννήσασαν, καὶ προσγελῶ τῷ Πνεύματι, καὶ ἡ καρδία καθίσταταί μοι, καὶ ὁ λογισμὸς ἐπανέρχεται, καὶ ἡ φιλία, καθάπερ τις φλὸξ, κατασβεσθεῖσα καὶ ἀπομαρανθεῖσα, πάλιν ἐκ μικροῦ σπινθῆρος ἀναζῇ καὶ ἀνάπλεται· ἀπηνήνατο προσκληθῆναι ἡ ψυχή μου, καὶ ἠκηδίασεν

I. NIHIL senectute fortius, nihil amicitiâ venerabilius. Ab his ego ad vos ductus sum, *vinctus in Christo*, non catenis ferreis, sed tenacissimis Spiritûs vinculis constrictus. Equidem ipse mihi antea invicto quodam animi robore pollere videbar, atque, ô stoliditatem! ne his quidem meis amantissimis ac fratribus sermones impertire sustinebam, utpotè qui volentibus omnia reliquissem, ut ab omni negotio feriatus, tranquillè philosopharer, mecúmque ipse & cum Spiritu colloquium haberem. Heliæ Carmelum animo agitabam, & Joannis desertum, & cœlestem eorum, qui hoc philosophiæ genus profitentur, vivendi rationem: atque res præsentes, tempestatis instar, existimabam, ac rupem aliquam, aut præruptum quemdam locum, aut exiguum murum conquirebam, quibus obtegi possem. Aliorum, inquiebam, sint labores & honores, aliorum bella & palmæ: mihi autem hoc sufficiat, ut bella fugiens, atque oculos in meipsum conjiciens, sic vitam, ut potero, instituam, velut tenui rate parvum quoddam pelagus trajiciens, ac per inopem & exiguam vitæ functionem, parvam in altero ævo mansionem mihi comparans. Abjectiorum quidem fortasse hoc consilium, verùm tutius sibi prospicientium: nimirum æquo intervallo, & à summo fastigio, & à casu distare.

A solitudine Gregorium abstrahunt.

II. Hæc ipse mecum, quamdiu umbras adhuc & insomnia pingere, atque inanibus figmentis animum pascere licebat. Quid autem nunc? Amicitia me subegit, patris canities me subdidit: prudentiæ, inquam, senectus, vitæ limes, portus tutior, atque illius amicitia, qui, & apud Deum dives est, & alios ditat. Jam enim iram abjicio: (*audiant mansueti & lætentur;*) manúmque hanc, quæ mihi vim attulit, placido vultu conspicio, ac Spiritu arrideo, mihique commotum pectus sedatur, redítque ratio; atque amicitia, velut flamma quædam, consopita & extincta, rursus ex parvo igniculo reviviscit, & excitatur. *Renuerat consolari anima mea, & anxietate afficiebatur in me spiritus meus.* Dixi, nunquam in posterum amicitiæ fidem habebo. Et cur tandem in

Ps. XXXIII. 3.

Gregorius animi sui molestias & perturbationes revocat.

Ps. LXXVI. 3.

(a) Εἰς ἑαυτόν. In Jes. Cod. sic titulus: εἰς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ, καὶ εἰς τὸν Βασίλειον μέγαν, ἡνίκα ἔμελλον χειροτονεῖν αὐτὸν Ἐπίσκοπον. *Ad Patrem suum, & ad Basilium magnum, cùm Episcopum eum essent consecraturi.*

(b) Ἐμαυτῷ Ν. Sic Regg. bm. hu. & Or. 2. Deest δέ in Par. Ed.

(c) Τῷ πενιχρᾷ &c. Combef. *vitæ hîc pauperе cultu ac disciplinæ.*

(d) Ταπεινοτέρων. Duo Regg. ταπεινότερον.

(e) Ἴσον. Reg. hu. ὅσον.

(f) Παρεσήσατο. Basil. τοῦτ' ἐστὶν, ἠχμαλώτευσε, id est, *in captivitatem abduxit.*

Jer. IX. 4. homine ſpem meam collocem ? *cùm omnis homo fraudulenter incedat, ac frater omnis proximum ſuum omni arte ſupplantet*, atque omnes ex eadem terra & maſſa coagmentati ſimus, eandémque vitii arborem guſtaverimus : utcumque alius alio ſpecioſiorem larvam præferat ? Quid verò, dicebam, mihi fructûs attulerit præclara illa & celebris amicitia, quæ à mundo exorſa, ad ſpiritum progreſſa eſt ? Quid idem tectum, eandem menſam habuiſſe ? Quid eoſdem præceptores, eaſdem artes & diſciplinas ? Quid denique illa noſtra fraternum amorem ſuperans temperatio, aut hæc etiam, quæ poſtea ſecuta eſt, ſincera animorum conſenſio, ſi ne hoc quidem mihi licuit, ut imperii ſublimitatíſque tempore humili loco manerem ; cùm præſertim in contrarium multi incumbant, votíque ſui compotes fiant, hoc eſt, ut proximam poteſtatem habeant atque in amicorum felicitatis partem veniant?

Queritur quòd nihil fructûs ex Baſilii amicitiâ perceperit.

Se ipſum accuſat, & Orationem retexit.

III. Quid cuncta ea referre attinet, quæ mœror animíque conſternatio, quam ego mentis tenebras appello, excogitabat ? Hæc enim erant, atque etiam his abſurdiora : meam enim ipſemet accuſabo, ſive contumaciam eam dicere oportet, ſive dementiam. Nunc verò orationem retexo, ac reconcinno, eáque dicam, quæ & his multò veriora ſunt, & nobis digniora. Atque ut intelligas, vir præclare, quàm ſincera ſit hæc noſtra mutatio ; non id duntaxat conſecutus es, ut ſilentium noſtrum ſolveres, cujus nomine magnis me clamoribus exagitabas : verùm ſermones quoque ipſos defenſores habes. Id quod amicitiæ noſtræ, Spiritúſque in nobis habitantis, certiſſimum eſt argumentum. Cujuſmodi autem eſt hoc patrocinium ? Ac ſi fortè erravero, erratum hoc, ut cætera ſoles, corrige. Spiritum amicitiæ poſthabere minimè ſuſtinuiſti : quandoquidem ut nos pluris fortaſsè, quàm alios omnes ducis, ita rursùs Spiritum nobis longè anteponis. Non paſſus es talentum in terra defoſſum atque obrutum latere. Non paſſus es lucernam modio diutiùs obduci : hoc enim lumen meum meámque negotiationem eſſe exiſtimas. Id ſtuduiſti, ut tibi Paulo Barnabas adjungeretur. Id ſtuduiſti, ut Silvano & Timotheo tertius accederet Titus, nimirum ut eorum operâ, qui tuâ causâ ſollicitudinem non fictam ſuſcipiunt, divina gratia longiùs latiúſque à

Matth. XXV. 18.

Luc. XI. 33.

Gal. II. 1.

A ἐπ' ἐμὲ [a] τὸ πνεῦμά μου. εἶτα, οὐ μὴ προσθῶ ἔτι πιστεῦσαι φιλίᾳ, καὶ ἵνα τί μοι ἐλπίζειν ἐπ' ἄνθρωπον ; ὅτι πᾶς ἄνθρωπος δολίως πορεύεται, καὶ πᾶς ἀδελφὸς πλέρνῃ πλερνιεῖ τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ πάντες [b] ἥμαρ τοῦ αὐτοῦ χοὸς καὶ φυράματος, καὶ τοῦ αὐτοῦ ξύλου τῆς κακίας [c] γεγεύμεθα· σκηνὴν δὲ ἄλλος ἄλλην εὐπρεπεστέραν προβέβληται ; καὶ τί μοι τῆς φιλίας ὄφελος, ἔλεγον, [d] τῆς ζηλωτῆς καὶ προθυμίας, ἐξαμένης ἀπὸ κόσμου, B καὶ προελθούσης εἰς πνεῦμα ; [e] τί δαὶ τῆς αὐτῆς στέγης τε καὶ τραπέζης ; ἢ τί δαὶ κοινῶν παιδευμάτων τε καὶ παιδευμάτων ; τί δαὶ τῆς ὑπὲρ ἀδελφοὺς ἀνακράσεως, ἢ τῆς γνησίας συμπνοίας ὕστερον, εἰ μηδὲ τοσοῦτον ὑπῆρξέ μοι κάτω μένειν ἐν καιρῷ δυναστείας καὶ ὕψους, [f] ὁπότε τὸ ἐναντίον τοῖς πολλοῖς σπουδάζεται C ἐπιτυγχάνεται, τὸ προδυναστεύειν λέγω, καὶ τῆς παρὰ φίλων μετέχειν [g] εὐημερίας ;

γ. Τί μοι πάντα λέγειν τὰ τῆς λύπης, καὶ τῆς ἀκηδίας, ἣν ζόφον ἐγὼ καλῶ, τοῦ νοὸς [h] εὑρήματα ; καὶ γὰρ ταῦτα, καὶ τούτων ἦν ἀτοπώτερα· κατηγορήσω γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τῆς ἐμῆς εἴτε ὀλιγωρίας, εἴτε ἀνοίας. ἀλλὰ νῦν μεταλαμβάνω καὶ μεθαρμόζομαι ὡς πολὺ τούτων καὶ ἀληθέστερα, καὶ ἡμῖν πρεπωδέστερα· καὶ D [i] ἵνα εἰδῇς τὸ γνήσιον τῆς ἡμετέρας μεταβολῆς, ὦ θαυμάσιε, οὐ λύεις μόνον τὴν σιωπὴν ἣν ἐμέμψω, καὶ ἧς πολλὰ κατεβόησας, ἀλλὰ καὶ συνηγόρους ἔχεις τοὺς λόγους. τοῦτο μὲν ἤδη τῆς ἡμετέρας φιλίας καθαρῶς, καὶ τοῦ ἐν ἡμῖν Πνεύματος. ἀλλὰ τίς ἡ συνηγορία ; [k] καὶ εἴ τι ἁμαρτάνω, αὐτὸς ἐπανόρθωσον, ὥσπερ καὶ τ' ἄλλα εἴωθας· οὐκ ἤνεγκας τὸ πνεῦμα τῆς φιλίας ποιῆσαι δεύτερον· ἐπεὶ τῶν μὲν ἄλλων ἴσως ἡμεῖς, ἡμῶν δὲ τὸ Πνεῦμά [l] σοι πολλῷ τιμιώτερον. οὐκ ἤνεγκας ἐν τῇ γῇ κατακεκρῦφθαι καὶ [m] κατωρῦχθαι τὸ τάλαντον· οὐκ ἤνεγκας ἐπὶ πολὺ τὸν λύχνον τοῦ μοδίου ἐπικαλύπτεσθαι, ὅτι δὴ τοῦτο τὸ ἐμὸν φῶς καὶ τὴν ἐμὴν E ἐργασίαν ὑπολαμβάνεις. ἐζήτησας [n] τῷ Παύλῳ σοι προστεθῆναι καὶ τὸν Βαρνάβαν· ἐζήτησας Σιλουανῷ καὶ Τιμοθέῳ προσγενέσθαι καὶ Τίτον, ἵνα σοι τρέχῃ τὸ χάρισμα διὰ τῶν γνησίως ὑπὲρ σοῦ μεριμνώντων, καὶ κύκλῳ ἀπὸ

(a) Τὸ πνεῦμα. Sic duo Regg. & Jeſ. Deeſt τό in Ed.
(b) Ημεν &c. Coisl. 1. ἐσμὲν τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ & κράματος, *ſumus ex eodem luto & maſſa concreti.*
(c) Γεγεύμεθα. Jeſ. γεγεύσμεθα.
(d) Τῆς ζηλωτῆς. *Invidenda.*
(e) Τί δαί. Reg. bm. Jeſ. τί δέ.
(f) Οπότε τό. Sic tres Regg. & Jeſ. Coisl. 1. ὁπότε ὅ. In Ed. deeſt τό.
(g) Εὐημερίας. Sic tres Regg. ſublato τῆς.
(h) Εὑρήματα. Reg. hu. εὑρέματα.
(i) Ινα εἰδῆς. Ita Jeſ. In Ed. ἵν' εἰδῆς.
(k) Καὶ εἴ τι ἁμαρτάνω. Reg. hu. καὶ ἤ τι. Jeſ. διαμαρτάνω.
(l) Σοι. Reg. hu. σοῦ.
(m) Κατωρῦχθαι. Reg. hu. & Jeſ. κατορωρῦχθαι.
(n) Τῷ Παύλῳ.... Βαρνάβαν.... Σιλουανῷ... Τιμοθέῳ... Τίτον. Gregorius hic, juxta Eliam, per *Paulum* intelligit Baſilium magnum, per *Barnabam* & *Titum*, ſe ipſum, per *Silvanum*, Gregorium Nyſſenum, & per *Timotheum*, Petrum, ambo Baſilii fratres.

Ιερουσαλὴμ

Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πληρώσῃς τὸ Εὐαγγέλιον.

A te propagetur : atque *ab Hierosolymis ad Illyricum usque per circuitum Evangelium impleas.* Rom. XV. 19.

δ. Διὰ τοῦτο εἰς μέσον ἄγεις, καὶ ὑποχωροῦντος [a] λαμβάνῃ, καὶ προσὰ σεαυτὸν καθίζεις· τοῦτο τὸ ἐμὸν ἀδίκημα, φαίης ἄν, καὶ κοινωνὸν ποιῇ τῶν φροντίδων καὶ τῆς σεφάνων· διὰ τοῦτο χρίεις [b] ἀρχιερέα, καὶ περιβάλλεις τὸν ποδήρη, καὶ [c] περιτίθης τὴν κίδαριν, καὶ προσάγεις τῷ θυσιαστηρίῳ τῆς πνευματικῆς ὁλοκαυτώσεως, καὶ θύεις τὸν μόσχον τῆς τελειώσεως, καὶ τελειοῖς τὰς χεῖρας τῷ B Πνεύματι, καὶ εἰσάγεις εἰς τὰ ἅγια τῆς ἁγίων ἐποπτεύσοντα, καὶ ποιεῖς λειτουργὸν τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν [d] ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· εἰ δὲ καὶ ἄξιον ὑμῶν τε τῶν χριόντων, καὶ ὑπὲρ οὗ, καὶ εἰς ὃν [e] ἡ χρίσις, οἶδε τοῦτο ὁ Πατὴρ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ ὄντως Χριστοῦ, ὃν ἔχρισεν ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους αὐτοῦ, χρίσας τὴν ἀνθρωπότητα τῇ θεότητι, ὥστε ποιῆσαι τὰ ἀμφότερα ἕν· καὶ αὐτὸς [f] ὁ Θεὸς καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς C Χριστὸς, δι' οὗ τὴν καταλλαγὴν ἐσχήκαμεν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ ἔθετο ἡμᾶς εἰς τὴν διακονίαν ταύτην ἐν ᾗ καὶ ἑστήκαμεν καὶ καυχώμεθα [g] ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

IV. Idcircò me in medium producis, & suffugienti manum injicis, ac juxta te collocas : hæc videlicet est illa tibi à me irrogata injuria, inquies, atque curarum simul & coronarum socium ascisis. Idcircò me *Pontificem ungis*, ac podêre cingis, capitique cidarim imponis, atque holocausti spiritualis altari admoves, & initiationis vitulum mactas, manúsque spiritui consecras, & Sancta Sanctorum spectatum introducis, *verique illius tabernaculi, quod non homo, sed Dominus fixit*, ministrum efficis : dignúmne verò, & vobis qui ungitis, & eo, propter quem peragitur, & in quem tendit hæc unctio, perspectum hoc habet Pater veri illius ac genuini Christi, quem *exultationis oleo præ consortibus suis* perfudit, cùm humanitatem divinitate unxit, *ut faceret utraque unum :* perspectum etiam Deus ipse ac Dominus noster Jesus Christus, per quem reconciliationem obtinuimus, Spiritúsque Sanctus, qui nos huic muneri præfecit, in quo & stamus, & gloriamur, ob spem gloriæ Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Perunctionem Gregorius curarum ac coronarum Basilii socius efficitur.

Exod. XXIX. 1. & *seq.*

Hebr. VIII. 2.

Ps. XLIV. 8.

Eph. II. 14.

(a) Λαμβάνῃ. Coisl. 1. λαμβάνεις.
(b) Ἀρχιερέα. Sic duo Regg. sublato τὸν.
(c) Περιτίθης. Reg. bm. περιτιθεῖς.
(d) Ὁ Κύριος καί. Sic Reg. bm. Deest καί in Par. ed.
(e) Ἡ Χρίσις. Sic Regg. bm. & hu. Deest ἡ in Par. ed.
(f) Ὁ Θεὸς καὶ Κύριος. Sic duo Reg. Deest ὁ in Par. ed.
(g) Ἐπ' ἐλπίδι. Sic tres Regg. & Jes. Deest ἐπ' in Par. ed.

a [a] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ΕΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ ΝΥΣΣΗΣ, ΤΟΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΑΔΕΛΦΟΝ, ΕΠΙΣΤΑΝΤΑ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ.

EJUSDEM, AD GREGORIUM *Nyssenum, Basilii Magni fratrem, qui post illius consecrationem advenerat.*

ΛΟΓΟΣ ΙΑ.

ORATIO UNDECIMA.

Aliàs 6. quæ autem II. *erat, nunc* 8.

b a. ΦΙΛΟΥ πιστοῦ [b] οὐκ ἔστιν ἀνταλλαγμα A I. *AMICO fideli nulla est comparatio, nec ulla est digna ponderatio contra bonitatem illius. Amicus fidelis, protectio fortis,* & munitum palatium. Amicus fidelis, vivus thesaurus. Amicus fidelis, *super aurum & lapidem pretiosum multum.* Amicus fidelis, *hortus conclusus, fons signatus*, qui opportunè aperiuntur & communicantur. Amicus fidelis, solatii portus. Quòd si prudentiâ etiam & judicio excellat, quanti hoc faciendum ? Quòd si præterea summâ doctrinâ instructus sit, & quidem omnis ge-

Habita medio circiter anno 372.

Amici fidelis laudes celebrat.

Eccl. VI. 14. 15. *Ps.* XVIII. 11. *Cant.* IV. 12.

Gregorii Nysseni pietatem, scientiam doteseque eximias describit.

c πρὸ ὄντων οὐδὲν, οὐδέ τις σταθμὸς τῆς [c] καλλονῆς αὐτοῦ. φίλος πιστὸς, σκέπη κραταιὰ, ὁ ὠχυρωd μένον βασίλειον. [d] φίλος πιστὸς, θησαυρὸς ἔμψυχος. φίλος πιστὸς, ὑπὲρ χρυσίον, καὶ λίθον τίμιον πολύν. φίλος πιστὸς, κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη, κατὰ καιρὸν ἀνοιγόμενά τε καὶ μεταλαμβανόμενα. e φίλος πιστὸς, λιμὴν [e] ἀναψύξεως. ἂν δὲ καὶ συνέσει διαφέρῃ, πλείονος· εἰ δὲ καὶ παιδείαν

(a) Τῷ αὐτῷ. Sic Reg. bm. In tribus aliis Regg. hunc legimus titulum : εἰς Γρηγόριον ἀδελφὸν Βασιλείου ἐπιστάντα μετὰ τὴν χειροτονίαν, *Ad Gregorium Basilii fratrem* &c.
(b) Οὐκ ἔστιν &c. *Nulla rerum digna est commutatio, nec ulla ponderatio probitatem illius æquaverit.*
(c) Καλλονῆς. Pass. κάλλους.
(d) Φίλος πιστὸς, θησαυρὸς ἔμψυχος. Hæc desunt in duobus Regg.
(e) Ἀναψύξεως. *Refrigerationis.*

neris doctrinâ, hoc est tam nostrâ, quàm eâ quæ quondam nostra erat, quantò tandem istud luculentius? Quòd si ad has quoque dotes id accedat, ut *lucis sit filius,* aut *homo Dei*, aut *ad Deum propiùs accedens*, aut *vir desideriorum* bonorum, aut quibusdam id genus nominibus dignus, quibus homines divinos & excelsos ac supernæ partis exornat Scriptura, id verò Dei jam donum est, meritúmque nostrum prorsùs excedit. Quòd si insuper ab amico ad nos veniat, eóque, nec virtute, nec amore erga nos, inferiori, hoc utique adhuc gratius atque jucundius, *unguentóque illo*, Sacerdotis *barbam & vestimenti oram* decorante, fragrantius.

Joan. XII. 36. *Eph.* V. 8. *IV. Reg.* I. 9. *Ez.* XLIII. 19. *Dan.* IX. 23. *Ps.* CXXXII. 2.

Basilii & Gregorii Nyssæni laudes prosequitur.

II. An verò hæc sufficiunt, atque abundè vobis hunc virum oratio depinxit? An nobis potiùs sedulos ac diligentes pictores imitari convenit, sæpiúsque colores inducere, quò perfectiorem vobis sermonis picturam ob oculos ponamus? Et verò clariùs exactiúsque vobis hominem describemus. Quis Legislatorum illustrissimus? Moyses. Quis Sacerdotum sanctissimus? Aaron: non minùs pietate, quàm corporibus fratres; vel potius, ille quidem *Pharaonis Deus*, & Israëlitarum Antistes & legislator, & nubem ingrediens, & divinorum mysteriorum spectator & Præsul, & *tabernaculi illius veri fabricator, quod à Deo, non ab homine constructum est:* ambo autem æquè sacerdotes. *Moses* enim, ait ille, *& Aaron, inter sacerdotes ejus.* Ille principum princeps, & sacerdotum sacerdos, *Aarone pro lingua utens*, ipsíque vicissim *in iis rebus operam navans, quæ ad Deum pertinebant:* hic illi statim secundus, alios autem dignitate & propinquitate ad Deum longè antecedens. Ambo Ægyptum vexantes, mare scindentes, Israëlem trajicientes, hostes demergentes, panem supernè trahentes, aquam hominum fidem superantem in deserto partim profundentes, partim edulcantes: ambo per sanctam manuum extensionem, sublimioríque mysterii figuram, Amalecitas opprimentes: ambo ad promissam terram duces viæ se præbentes, ac properantes. Ecquid hâc imagine notius apertiúsque cogitari potest? Nonne perspicuè cognominem meum parique animo præditum, pictrix oratio effinxit?

Exod. VII. 1. *Heb.* VIII. 2. Basilius Moysi, Gregorius Nyssenus Aaroni comparatus. *Ps.* XCVIII. 6. *Exod.* IV. 16. *Exod.* XVII. 12.

A Basilio

III. Horum alter nos unxit, ac latentes

ἄκρος, καὶ παιδείαν παντοίαν, τήν τε ἡμετέραν λέγω, καὶ τὴν ποτε ἡμετέραν, ὅσῳ λαμπρότερον; εἰ δὲ μὴ υἱὸς φωτὸς, ἢ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐγγίζων Θεῷ, ἢ ἀνὴρ [a] ἐπιθυμίων τῶν κρειττόνων, ἤ τι τῶν τοιούτων ὀνομάζεσθαι ἄξιος, [b] οἷς ἡ γραφὴ τιμᾷ τοὺς ἐνθέους, καὶ ὑψηλοὺς, καὶ τῆς ἄνω μερίδος, τοῦτο μὲν ἤδη δῶρον Θεοῦ, καὶ φανερῶς ὑπὲρ τὴν ἀξίαν τὴν ἡμετέραν. εἰ δὲ καὶ πρὸς φίλου πρὸς ἡμᾶς ἥκων, καὶ τούτου τήν τε ἀρετὴν ὁμοτίμου, καὶ τὴν φιλίαν τὴν ἡμετέραν, ἔτι τερπνότερόν τε καὶ χαριέστερον, καὶ μύρου τοῦ κοσμοῦντος πώγωνά τε ἱερέως, καὶ ὤαν ἐνδύματος, εὐωδέστερον.

a b

β. Ἆρ' οὖν ἱκανὰ ταῦτα, καὶ [c] μετρίως ὑμῖν τὸν ἄνδρα ὁ λόγος ἐγραψεν; ἢ δεῖ, καθάπερ τοὺς ἐπιμελεῖς τῶν ζωγράφων, πολλάκις ἐπιβάλλειν τὰ χρώματα, ἵνα τελεωτέραν [d] ὑμῖν τὴν τοῦ λόγου γραφὴν πρασήσωμεν; καὶ δὴ [e] γράψομεν ὑμῖν τελεώτερόν τε καὶ ζαφέστερον. τίς νομοθετῶν ἐπιφανέστατος; Μωϋσῆς. τίς ἱερέων ἁγιώτατος; Ἀαρών· οὐχ ἕτερον ἀδελφοὶ τὴν εὐσέβειαν, ἢ τὰ σώματα· μᾶλλον δὲ ὁ μὲν Θεὸς Φαραὼ, καὶ τοῦ Ἰσραὴλ [f] προστάτης καὶ νομοθέτης, καὶ τῆς νεφέλης εἴσω χωρῶν, καὶ Θείων μυστηρίων [g] ἐπόπτης τε καὶ μυσταγωγὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς τεχνίτης, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, ⁊ οὐκ ἄνθρωπος· ἱερεῖς δὲ ὁμοίως ἀμφότεροι· Μωσῆς γάρ, φησι, καὶ Ἀαρὼν [h] ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ· ὁ μὲν ἄρχων ἀρχόντων, καὶ ἱερεὺς ἱερέων, χρώμενος μὲν ὅσα γλώσσῃ τῷ Ἀαρὼν, αὐτὸς δὲ τὰ πρὸς Θεὸν ἐκείνῳ γινόμενος· ὁ δὲ μετ' ἐκεῖνον μὲν εὐθὺς, πολὺ δὲ πρὸ τῶν ἄλλων ἀξίᾳ τε καὶ τῇ πρὸς Θεὸν ἐγγύτητι. ἀμφότεροι βασανίζοντες Αἴγυπτον, θάλασσαν τέμνοντες, τὸν Ἰσραὴλ διεξάγοντες, τοὺς ἐχθροὺς βαπτίζοντες, ἄρτον ἄνωθεν ἕλκοντες, ὕδωρ ἄπιστον ἐν ἐρήμῳ, τὸ μὲν ἐπιδιδόντες, τὸ δὲ γλυκαίνοντες· ἀμφότεροι [i] καταπολεμοῦντες τὸν Ἀμαλὴκ ἐκτάσει χειρῶν ἁγίᾳ, καὶ τύπῳ μυστηρίου μείζονος· ἀμφότεροι πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ὁδηγοῦντες καὶ σπεύδοντες. μή τι [k] γνωριμώτερον τῆς εἰκόνος; οὐ ζαφῶς ὑμῖν [l] τὸν ὁμώνυμον ἐμοὶ [m] καὶ ὁμόψυχον ὁ ζωγράφος λόγος ἀνετυπώσατο;

c d e

f g

h

i

k l m

γ. Τούτων ὁ μὲν ἔχρισεν ἡμᾶς, καὶ κρυπτο-

(a) Επιθυμίων. Sic quatuor Regg. & duodecim Colb. Ed. ἐπιθυμῶν.
(b) Οἷς. Sic tres Regg. Par. Ed. ὅς.
(c) Μετρίως. *Mediocriter, parciùs.*
(d) Ὑμῖν. Reg. bm. ἡμῖν.
(e) Γράψομεν. Duo Regg. γράψωμεν.
(f) Προστάτης. Or. 2. παρασάτης.
(g) Επόπτης τε καὶ μυσταγωγός. Combef. *Mysteriorum inspector & initiator.*

(h) Εν τοῖς. Sic Regg. quatuor & Pass. in Ed. Par. Deest ὢν.
(i) Καταπολεμῶντες. *Expugnantes, debellantes.*
(k) Γνωριμώτερον. Pass. addit ὑμῖν.
(l) Τὸν ὁμώνυμον. Gregorium Nyssenum hîc intelligit.
(m) Καὶ ὁμόψυχον. Coisl. 2. ὁμόζυγον, & *hunc animo mihi conjunctissimum, unanimem.* Crediderim hâc voce significari Basilium magnum, ob superiora istius n. verba: *non minùs pietate quàm corporibus fratres.*

μένους εἰς μέσον ἤγαγεν· οὐκ οἶδ' ὅ τι παθὼν, ἢ πῶς κινηθεὶς ἀναξίως τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος· καὶ γὰρ εἰ τραχύτερος ὁ λόγος, [a] ὅμως εἰρήσεται· πάντα οἴσει φιλία καὶ πάσχουσα καὶ ἀκούουσα. ὁ δὲ παρακαλέσων ἦκει, καὶ [b] συμβιβάσων, [b] καὶ προσημερώσων τῷ Πνεύματι· μέγα μὲν ὅτι καὶ νῦν, ἐμοί· πῶς δὲ οὐ μέγιστον; ὅς γε παντὸς ὑμᾶς τοῦ βίου θεσεησάμην· μέμφομαι δὲ, ὅτι τῆς [c] χρείας [c] ὕστερος. πῶς μετὰ τὴν ἧτταν καὶ καταδρομὴν ἡ συμμαχία, ὦ φίλων ἄριστε καὶ συμμάχων; καὶ μετὰ τὴν ζάλην ὁ κυβερνήτης, καὶ μετὰ τὴν οὐλὴν τὸ φάρμακον; πότερον ὡς φιλάδελφος ἠσχύνθης τὴν τυραννίδα; ἢ καὶ αὐτὸς ὡς δυνάστης ἐδυσχέρανας τὴν ἀπείθειαν; ποτέρῳ τῶν ἀδελφῶν ἐγκα- [d] λεῖς, καὶ πότερον [d] ἀφιεὶς τῆς μέμψεως; [e] φθέγξομαί τι θεὸς σὲ θεῖ τὰ Ἰὼβ ῥημάτων, καὶ αὐτὸς ἀλγῶν, [f] καὶ θεὸς φίλον, εἰ καὶ μὴ τοιοῦτον, μηδὲ ἐφ' ὁμοίοις τοῖς πάθεσιν· ποτέρῳ προσκεισαι; ἢ τίνι μέλλεις βοηθεῖν; [g] ἆρ' οὐχ ᾧ πολλὴ ἰσχύς; οὐχ ᾧ πολλὴ Σοφία, καὶ ἐπιστήμη; τοῦτο γὰρ ὁρῶ πολλοὺς θεῖ νῦν κριτῶν πάσχοντας, οἷ ῥᾷον ἂν τοῖς ὑψηλοῖς τὰ μέγιστα συγχωρήσαιεν, ἢ τοῖς ταπεινοῖς τὰ ἐλάχιστα. τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸς ἂν εἰδείης· οὐ γὰρ ἐμοί τι θέμις θεῖ Σου τῶν οὐ καλῶν ἀποφαίνεσθαι, ὅς σε καλοῦ παντὸς ὅρον καὶ [h] κανόνα τίθεμαι· καὶ ἅμα [h] μὴ ταχὺς εἶναι εἰς [k] [i] κρίσιν, [i] ὑπὸ τῆς γραφῆς [k] νενουτέθημαι. ἐγὼ [l] δὲ τὸν λόγον ὑποσχεῖν ἕτοιμος, καί Σοι, [l] καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ δι' ἀμφὶ φιλίαν, τῆς ἐμῆς, εἴτε ἀπειθείας, ὡς ἄν τινες ὀνομάσαιεν, εἴτε προμηθείας, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, καὶ [m] ἀσφαλείας, ὡς ἂν εἰδείης μὴ [m] πάντῃ ἀτόπῳ φίλῳ χρώμενος καὶ ἀμαθεῖ· ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ συνορᾶν δυναμένῳ τῶν πολλῶν ἄμεινον, καὶ παῤῥοῦντι μὲν ἃ παῤῥεῖν ἄξιον, φοβουμένῳ δὲ οὗ ἐστι φόβος, καὶ ἃ μηδὲ φοβεῖσθαι τοῖς νοῦν ἔχουσι φοβερώτερον.

in medium produxit: quod, quid ei acciderit, ut faceret, aut quid eum ad hanc rem impulerit, haud scio; certè, non ut dignum erat eo spiritu, qui in ipso est, dicam enim, etsi asperior hic sermo sit; omnia feret amicitia, tum perpetiens, tum audiens. Alter hanc causam huc veniendi habuit, ut nos consoletur, ac confirmet, Spirituque mansuefaciat. Quem quidem etsi nunc quoque venisse, plurimi duco: (nec mirum, cùm vos vitæ meæ omni semper proposuerim:) hoc tamen molestum est, quòd seriùs quàm res postularet, accesserit. Quonam modo post cladem & hostilem impetum, suppetiæ, amicorum & commilitonum præstantissime? Quonam modo post tempestatem, gubernator, post cicatricem, medicina? Utrùm te, ut fratris amantem, vis nobis illatæ puduit? An ipse quoque, ut imperium gerens, inobedientiam nostram & contumaciam iniquo animo tulisti? Utrum tandem fratrum accusas, utrum culpâ liberas? Atque, ut Jobi verbis ad te utar, nimirum ipse quoque dolore affectus, & ad amicum loquens, etsi non talem, nec ob easdem calamitates: *Utri adhæres? Aut cui opem afferre paras? An non ei, qui viribus pollet? An non ei, qui sapientiâ & doctrinâ abundat?* Hoc enim permultis ætatis nostræ judicibus usu venire conspicio, qui magnis & excelsis viris gravissima quæque faciliùs condonarint, quàm humilibus & abjectis quidquam vel levissimi momenti. Sed hoc quidem ipse videris. Neque enim mihi de te, quem virtutum omnium normam atque exemplar esse statuo, quidquam, quod ab honesto alienum sit, pronunciare fas est. Ac præterea, *ne præproperè judicem*, Scripturæ lege mihi interdictum est. Ego verò pro amicitiæ jure, & tibi, & quibusvis aliis, sive inobedientiæ meæ, ut nonnulli fortassè dixerint, sive, ut mihi persuadeo, prudentiæ & cautionis rationem reddere paratus sum, ut intelligas te amicum habere, qui non omninò præposterè & insciтè agat; sed qui possit quædam acutiùs, quàm plerique, perspicere, ac in iis quidem rebus, in quibus fiduciâ niti convenit, fidentem animum gerat, timeat verò ubi est timor, & ea præsertim, quæ non timere cordati viri summoperè reformidant.

unctus Gregorius.

A Gregorio Nysseno recreatus ac confirmatus.

Job. XXVI. 2. *& seq.*

Excelsis viris gravissima quæque faciliùs condonantur, quàm levissima humilibus.

Matth. VII. 1. *I. Cor.* IV. 5.

δ. Τί οὖν δοκεῖ, καὶ τί βέλτιον; νῦν ὑποσχῶμεν τὰς εὐθύνας ὑμῖν, τοῦτο κελεύετε, ἢ οὐκ ἀποδοκιμάζετε τὸν καιρόν; ὃ δέ ἐστι πανήγυρις, ἀλλ' οὐ δικαστήριον· ἢ τοῦτο μὲν εἰς

IV. Quidnam igitur placet, & quidnam potiùs expedit? An ut vobis facti mei rationes reddam, jubetis, nec tempus hoc, (est autem festivi cœtûs, non forensis disceptationis,) tanquàm parùm idoneum,

Gregorius causæ suæ disceptationem remittit, ut se totum Martyrum festivitati dedat.

(*a*) Ομως. Combef. legit, ἀλλ' ὅμως.
(*b*) Καὶ προσημερώσων. Sic restituimus auctoritate trium Regg. Codd. Coisl. 1. & 2. Or. 2. Jes. & Par. Agnoscit & vertit ipse Billius.
(*c*) Ὕστερος. Regg. d. ph. & quinque Colb. ὕστερον.
(*d*) Ἀφιεὶς. Tres Regg. ἀφιῆς.
(*e*) Φθέγξομαί τι. Ita tres Regii, plures Colb. Coisl. uterque & Or. 2. Deest τι in Ed.
(*f*) Καὶ πρός. Sic plerique Codd. Deest καί in Ed.
(*g*) Πολλὴ ἰσχύς. Reg. c. & Or. 2. πολλὴ ἡ ἰσχύς.
(*h*) Μὴ ταχὺς εἶναι &c. *Ne sim velox ad judicandum Scriptura admonet.*
(*i*) Ὑπὸ τῆς γραφῆς. Reg. c. παρὰ τῆς γραφῆς.
(*k*) Νενουτέθημαι. Or. 2. νενομοτέθημαι.
(*l*) Καὶ παντὶ βουλομένῳ. *Et quibusvis aliis poscentibus.*
(*m*) Πάντῃ. Regg. c. d. & Coisl. 1. πάντα.

repudiatis? An potiùs, ut hanc cauſam in tempus aliud conciliúmque rejiciamus? Longiorem enim Orationem ea res poſtulat, quàm præſentis temporis ratio patiatur. Quid igitur hoc feſto atque hâc hominum frequentiâ dignum proferemus, ne vos inediâ laborantes dimittamus, cùm præſertim convivatoris munere fungamur? Purificemus noſmetipſos Martyribus, Fratres, vel ei potiùs, cui ipſi quoque cruoris ac veritatis confeſſione purificati & expiati ſunt.

II. Cor. VII. 1. *Mundemur ab omni inquinamento carnis & ſpiritûs. Lavemur, mundi efficiamur, exhibeamus nos etiam corpora noſtra & animas, hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabilem noſtram precationem.*

Iſai. I. 16.

Rom. XII. 1.

Martyrum feſtivitas ſummâ cordis ac corporis puritate celebranda.

Neque enim purus tanto in pretio quidquam habet, quàm puritatem, aut purgationem. Certemus propter athletas: vincamus propter victores: teſtimonium dicamus veritati propter Martyres. Hoc illorum certaminibus demus, ut ipſi quoque palmam aſſequamur, atque ejuſdem gloriæ hæredes ſimus, tam illius quam à nobis accipiunt, quàm illius quæ in cœlis recondita eſt, cujus monimenta quædam & exigua ſigna ſunt, quæ oculis cernuntur. Certamen ineamus *adverſus principatus & poteſtates*, adverſus inviſibiles illos perſecutores & tyrannos, *adverſus mundi rectores tenebrarum hujus ſæculi, adverſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*, & quæ circa cœleſtia feruntur, adverſus domeſticum atque inteſtinum bellum, quod in animi perturbationibus ſitum eſt, adverſus quotidianos earum, quæ externè accidunt, rerum impetus.

Adverſus Dæmones & vitia decertandum.

Eph. VI. 12.

V. Iram, velut belluam quandam, linguam, velut præacutum gladium ſuſtineamus, & voluptatem, velut ignem extinguamus. Auribus noſtris januas apponamus, quæ tempeſtivè aperiantur & claudantur: oculis frenum injiciamus: tactum rabie laborantem, & guſtum vellicantem coërceamus, ne alioqui *mors per feneſtras noſtras aſcendat*; hoc enim nomine ſenſuum ſedes vocari exiſtimo. Effuſum & petulantem riſum irrideamus. Ne ob rerum penuriam *ante Baal genu flectamus*, nec ob metum *auream imaginem adoremus*. Hoc unum timeamus, ne quid magis quàm Deum timeamus, divinæque imagini per improbam vivendi rationem probrum inferamus. *In omnibus ſi-*

Cavendum ne linguâ, voluptate, auribus, oculisve peccetur.

Jer. IX. 21.

III. Reg. XIX. 18.

Dan. III. 18.

Eph. VI. 16.

A ἄλλον καιρὸν ⸫ σύλλογον ἀποθώμεθα; ἢ γάρ ἐσι [a] μακρότερος, ἢ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν a
ὁ λάγος. ἡμεῖς δὲ τί φθεγξόμεθα πρὸς ὑμᾶς
τῆς πανηγύρεως ἄξιον, ἵνα μὴ νήσεις ὑμᾶς
ἀπολύσωμεν αὐτοὶ, καὶ ταῦτα ὄντες οἱ ἑσιάτορες; ἁγνίσωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, ἀδελφοὶ, τοῖς
μάρτυσι· μᾶλλον δὲ, ᾧ κἀκεῖνοι δι' αἵματος
⸫ τῆς ἀληθείας ἡγνίσθησαν. [b] ἐλευθερωθῶμεν b
παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· νιψώμεθα, καθαροὶ γενώμεθα, σωθησώμεν
B καὶ αὐτοὶ τὰ σώματα ἡμῶν καὶ τὰς ψυχὰς,
θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεσον τῷ Θεῷ, τὴν
λογικὴν [c] λατρείαν ταύτην ἡμῶν καὶ ἔντευ- c
ξιν. οὐδὲν γὰρ οὕτω [d] τῷ καθαρῷ τίμιον, ὡς d
καθαρότης, ἢ κάθαρσις. ἀθλήσωμεν [e] διὰ τοὺς e
ἀθλητάς· νικήσωμεν διὰ τοὺς νικητάς· μαρτυρήσωμεν τῇ ἀληθείᾳ διὰ τοὺς μάρτυρας. τοῦτο
τοῖς ἄθλοις αὐτῶν χαρισώμεθα, τὸ καὶ αὐτοὶ
στεφανῖται γενέσθαι, καὶ τῆς αὐτῆς κληρονόμοι
δόξης, τῆς τε [f] παρ' ἡμῶν ὑπαρχούσης αὐτοῖς, f
C καὶ τῆς ἐν οὐρανοῖς ἀποκειμένης, ἧς ὑπομνήματα καὶ χαρακτῆρες μικροί τινες τὰ ὁρώμενα. πρὸς ἰὰς ἀρχὰς, πρὸς ἰὰς ἐξουσίας
ἀγωνισώμεθα, πρὸς τοὺς ἀφανεῖς διώκτας
τε καὶ τυράννους, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας
τοῦ σκότους [g] τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ g
πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις,
καὶ πρὸ τὰ οὐράνια, πρὸς τὸν ἔνδον καὶ ἐν
ἡμῖν αὐτοῖς τὸν ἐν τοῖς πάθεσι πόλεμον, πρὸς
ἰὰς καθ' ἑκάσην ἡμέραν τῆς ἔξωθεν συμπιπ-
D τόντων ἐπαναστάσεις.

ε. Ἐνέγκωμεν θυμὸν ὡς θηρίον, καὶ γλῶσσαν [h] ὡς τομὸν ξίφος, καὶ ἡδονὴν ὡς πῦρ κα- h
ταβεβέσωμεν. θώμεθα ταῖς ἀκοαῖς θύρας, καλῶς ἀνοιγομένας καὶ κλειομένας· καὶ τὸν
ὀφθαλμὸν σωφρονίσωμεν· παιδαγωγήσωμεν
ἀφὴν λυσσῶσαν, καὶ γεῦσιν σπαράτθησαν, μὴ
θάνατος ἀναβῇ διὰ τῆς θυρίδων ἡμῶν· οὕτω
γὰρ ἡγοῦμαι καλεῖσθαι τὰ αἰσθητήρια· [i] καὶ γέ- i
λωτος ἀμετρίας καταγελάσωμεν. μὴ κάμψω-
E μεν γόνυ τῇ Βααὶ διὰ τὴν χρείαν, μηδὲ
[k] διὰ φόβον τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ προσκυνήσω- k
μεν. ἓν φοβηθῶμεν μόνον, τὸ φοβηθῆναί τι
Θεὸν πλέον, ⸫ καθυβρίσαι τὴν εἰκόνα διὰ κα-

(a) Μακρότερος. Sic plures Regg. Coisl. uterque, Paſſ. Jeſ. Par. &c. Editi μικρότερος, *breviorem*.

(b) Ελευθερωθῶμεν. *Immunes nos reddamus*. Gregorius mutavit Apoſtoli vocem, quam Billius in verſione retinuit.

(c) Λατρείαν. Malim cum vulgata: *rationabile obſequium noſtrum*. Coisl. 1. ἔντευξιν καὶ λατρείαν. Deeſt λατρείαν, in tribus Regg. & decem Colb. Obſervat Nicetas Gregorium vocem, ἔντευξιν, ſubrogaſſe voci, λατρείαν, quæ in Epiſt. ad Rom. c. XII. 1. legitur. Sed utraque vox in Gregorii textu extat, ſeu gloſſema irrepſerit, ſeu Gregorius Apoſtoli mentem explicare voluerit.

(d) Τῷ καθαρῷ. *Purus*, nempè *Deus*, qui ipſa eſt puritas.

(e) Διὰ τοὺς ἀθλητάς. *In Athletarum gratiam*.

(f) Παρ' ἡμῶν. Sic tres Regg. totidem Colb. & Or. 2. Par. ed. παρ' ὑμῶν.

(g) Τοῦ αἰῶνος. Deeſt in Regg. bm. ph. Or. 2. Coisl. 1.

(h) Ὡς τομόν. Reg. ph. Coisl. 1. & Comb. δίστομον, *ancipitem*.

(i) Καὶ γέλωτος ἀμετρίας καταγελάσωμεν. Hæc deſunt in duobus Regiis. Coisl. 1. pro ἀμετρίας habet, ἀμετρίαν.

(k) Διὰ φόβον. Or. 2. διὰ τὸν φόβον.

κίας·

κίας· ἐν πᾶσι τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως ἀναλά- A
βωμεν, καὶ πάντα τὰ βέλη τὰ πονηρὰ σβε-
φύγωμεν. καὶ οὗτος δεινὸς ὁ πόλεμος, καὶ
αὕτη παράταξις μεγάλη, καὶ τοῦτο μέγα
a τρόπαιον. εἰ οὕτως [a] συνελεύθαμεν, ἢ συντρέ-
χομεν, ὄντως κατὰ Χριστὸν ἡ πανήγυρις, ὄν-
b τως τοὺς μάρτυρας τετιμήκαμεν, ἢ [b] τιμή-
σομεν, ὄντως χορεύομεν ἐπινίκια. εἰ δὲ γαστρὸς
ἡδοναῖς χαριούμενοι, καὶ τρυφήσοντες πρόσ-
c καιρα, καὶ εἰσοίσοντες τὰ [c] κενούμενα, καὶ
κραιπάλης χωρία ταῦτα, οὐ σωφροσύνης ὑπο- B
λαμβάνοντες, καὶ πραγματειῶν καιροὺς καὶ
d πραγμάτων, ἀλλ' οὐκ ἀναβάσεως [d] ἢ θεώσεως,
e ἵν' οὕτως εἰπεῖν τολμήσω, [e] ἧς οἱ μάρτυρες
μεσιτεύουσι, πρῶτον μὲν, οὐδὲ τὸν καιρὸν
ἐπιγινώσκω. τί γὰρ τὰ ἄχυρα πρὸς τὸν σῖτον;
f [f] τί δὲ θρύψις σαρκὸς πρὸς μαρτύρων παλαίσ-
ματα; ἐκεῖνα τῶν θεάτρων, ταῦτα τῶν ἐμῶν
συλλόγων· ἐκεῖνα τῶν ἀκολάστων, ταῦτα τῆς
σωφρονούντων· ἐκεῖνα τῆς φιλοσάρκων, ταῦτα
g τῶν λυομένων [g] ἀπὸ τοῦ σώματος. ἔπειτα, C
βούλομαι μὲν εἰπεῖν τι καὶ τολμηρότερον,
φείδομαι ὴ τῆς βλασφημίας αἰδοῖ τῆς ἡμέρας·
h πλὴν οὐ ταῦτα ἀπαιτοῦσι [h] παρ' ἡμῶν οἱ
μάρτυρες· οὕτω γὰρ εἰπεῖν μετριώτερον.

5. Μὴ τοίνυν ἀνάγνως τελῶμεν, ἀδελφοὶ,
τὰ ἅγια, μηδὲ τὰ ὑψηλὰ ταπεινῶς, μηδ' D
ἀτίμως τὰ τίμια, μηδὲ, συνελόντα εἰπεῖν,
χοϊκῶς τὰ τοῦ Πνεύματος. πανηγυρίζει καὶ
Ἰουδαῖος, ἀλλὰ κατὰ τὸ γράμμα· ἑορτάζει
καὶ Ἕλλην, ἀλλ' ὡς ἀρέσκει τοῖς δαίμοσιν. ἡμῖν
δὲ, ὡς πάντα πνευματικὰ, πρᾶξις, κίνημα,
βούλημα, λόγος, ἄχρι καὶ βαδίσματος καὶ
ἐνδύματος, ἄχρι καὶ νεύματος, εἰς πάντα
τοῦ λόγου φθάνοντος καὶ ῥυθμίζοντος τὸν κατὰ
i Θεὸν ἄνθρωπον· [i] οὕτω καὶ τὸ πανηγυρίζειν,
καὶ τὸ φαιδρύνεσθαι. οὐ γὰρ κωλύω τὴν ἄνεσιν,
k ἀλλὰ κολάζω τὴν [k] ἀμετρίαν. ἂν οὕτω συνιῶ-
μεν, καὶ οὕτω πανηγυρίζωμεν, μέγα μὲν,
ὅτι καὶ αὐτοὶ τευξόμεθα τῶν αὐτῶν ἄθλων,
εἰπεῖν, καὶ τῆς αὐτῆς δόξης κληρονομήσομεν· E
l ἃ γδ [l] οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν,
m οὔτε ἀνθρώπινος [m] ποτε νοῦς ἀνετυπώσατο,
κατ' ἐξουσίαν πλάτος μακαριότητα, ταῦτα

dei ſcutum aſſumamus, atque omnia Diaboli tela effugiamus. Nam hoc quoque bellum grave ac periculoſum eſt, hæc quoque dimicatio magna, & amplum hoc trophæum. Si ita convenimus, aut concurrimus, reverà feſtum hunc diem, ut Chriſto gratum eſt, celebramus, reverà Martyres honore affecimus, aut afficiemus, reverà triumphalem choream agimus. Sin autem eò convenimus, ut ventris voluptatibus indulgeamus, & fluxis ac brevi perituris deliciis fruamur, eáque, quæ mox evacuantur, inferamus; atque hæc loca, non temperantiæ, ſed crapulæ, & hæc tempora, non ſpiritualis aſcensûs, ac, (niſi hoc à me audaciùs dictum videatur,) divinitatis conſequendæ, cujus mediatores ſunt Martyres, ſed rerum gerendarum & negotiationum tempora eſſe arbitremur; primùm quidem, quòd id hoc tempori conveniat, haud agnoſco. Quid enim paleæ cum tritico? Quid carnis voluptati cum Martyrum certaminibus? Illa theatris congruunt, hæc meis conventibus; illa libidinoſis, hæc caſtitatis & temperantiæ ſtudioſis; illa carni addictis; hæc iis qui corporis vinculis ſolvuntur. Deindè, geſtit quidem animus audaciùs aliquid proferre, ſed diei hujus reverentiâ cohibeor, ne quid infeſti atque aſperi dicam. Cæterùm, ut mitiùs loquar, haudquaquàm hæc à nobis Martyres expoſcunt.

Bonis operibus Martyres honore afficiuntur.

Cum carnis voluptatibus non conſonant Martyrum certamina.

VI. Demus igitur operam, Fratres, ne ſancta impurè, & ſublimia demiſsè, & honore digna turpiter, &, ut uno verbo complectar, ſpiritualia terrenè celebremus. Feſtos quidem dies Judæus etiam agitat, verùm ſecundùm litteram; feſtos dies item Gentilis, verùm ut Dæmonibus placet. At nobis, quemadmodùm ſpiritualia omnia ſunt, actio, motus, voluntas, ſermo, inceſſus denique & veſtis, atque adeò ipſe oculorum nutus, ratione ſcilicet ad omnia pertingente, atque hominem, eum qui ſecundùm Deum eſt, componente ac moderante; ſic etiam ſpiritualis eſt feſtorum celebrandorum animorúmque oblectandorum ratio. Non enim animi relaxationem interdictam volo, ſed petulantiam coërceo. Si nos ad hunc modum conveniamus, ac feſta celebremus, magnum quidem fuerit affirmare, nos eadem præmia & ejuſdem gloriæ hæreditatem percepturos: quæ enim *nec oculus vidit, nec auris audivit*, nec humanus intellectus pro poteſtate atque arbitrio

Judæorum ac Gentilium feſtivitates longè à noſtris diverſæ.

Licita animi relaxatio, prohibita petulantia.

I. Cor. II. 9. *Iſai.* LXIV. 4.

(a) Συνελεύθαμεν. Billius: *ſi ad hunc modum colimus, aut confluimus.*
(b) Τιμήσομεν. Reg. ph. Coisl. 1. τιμήσωμεν.
(c) Κενούμενα. Sic Regg. & Colb. plerique. Malè in Editis καινούμενα, *innovantur.*
(d) Ἢ θεώσεως. Reg. bm. ᾗ θεώσεως.
(e) Ἧς οἱ Μάρτυρες μεσιτεύουσι. Id Nicetas ſic exponit: *ἧς μεσίται γίνονται οἱ ἅγιοι, τὸν μὲν λαὸν παρακαλοῦντες ἀναβαίνειν ᾗ θεᾶσθαι, τὸν δὲ Θεὸν ἱκετεύοντες ἐπικλίνεσθαι & βοηθεῖν.* Cujus mediatores ſunt ſancti Martyres, hortando quidem populum ut aſcendat, ac veluti Deus efficiatur; Deum autem rogando, ut inclinet ſe atque opem ferat.
(f) Τί δέ. Reg. z. τί δαί.
(g) Ἀπό. Deeſt in Reg. a. & Or. 2.
(h) Παρ' ἡμῶν. Sic tres Regg. In quibuſdam, παρ' ὑμῶν, *à vobis.*
(i) Οὕτω καί. Coisl. 1. ὅτως ἔνθεον ἔχω, ᾗ τὸ πανηγυρίζειν. *Sic etiam divina & ſacra ſit feſtorum celebrandorum ratio.* Concinit Nicetas: ὅτω ᾗ ὦ ταῖς ἑορταῖς ἔχω φαιδρότης, *talis ſit & in feſtis lætitia.*
(k) Ἀμετρίαν. *Sed eam, quæ modum excedit, reprehendo.*
(l) Οὔτε. Reg. ph. ἐτ'.
(m) Ποτε. Deeſt in Or. 2.

beatitudinem fingens, unquam informavit, hæc eos, qui per cruorem purgati fuerint, Christíque sacrificium sibi imitandum proposuerint, manere judicamus: at illud certè nobis continget, ut sanctorum Martyrum splendorem cernamus, quod quidem, meâ sententiâ, leve censeri non debet, atque in ejusdem Domini gaudium intremus, clariúsque & purius beatæ ac principis Trinitatis lumine collustremur, in quam credidimus, quam colimus, & coram Deo atque hominibus confitemur, nihil timentes, neminem verentes, non externos hostes, non eos, qui inter nos agunt, falsos Christianos, sanctíque Spiritûs hostes. Atque utinam ad extremum usque vitæ spiritum cum magna libertate confiteamur præclarum illud sanctorum Patrum, qui Christo, nascentíque fidei propinquiores extiterunt, depositum, confessionem illam quam simul cum lacte imbibimus, quam primam prolocuti sumus, & cum qua utinam postremò ex hac vita migremus, si nihil aliud, hinc certè pietatem nobiscum efferentes.

Veræ Fidei ac Trinitatis confessio.

VII. Deus autem pacis, qui *nos sibi* per crucem *reconciliavit*, cùm priùs per peccatum hostes ei facti essemus; qui *faustum pacis nuncium, tum his qui propè erant, tum his qui longè*, hoc est, tum iis qui legi subjecti, tum illis, qui à lege alieni erant, attulit: Ille, inquam, charitatis parens, imò *ipsa charitas;* his enim nominibus præcipuè delectatur, ut per ipsa quoque vocabula mutuum amorem quasi latâ lege promulget, qui *novum mandatum dedit, ut tantùm nos ipsos mutuò diligamus*, quàm dilecti sumus; qui dedit & rectè atque honestè vim afferre, & rectè item propter metum cedere, ac vim perpeti, & cum ratione cunctari, ac refugere, & rursùs cum ratione fiduciam concipere; qui & magnos greges perficit, & parvos per gratiam auget, ipse quidem pro amplissima sua benignitate copiosè me consoletur, atque in anteriora ducat, gregem mecum pascens atque conservans: vos autem *ad omne bonum opus perficiat*, vobísque in animum inducat, ut Martyrum festa spirituali modo celebretis, cœlestibúsque illis deliciis, in quibus *lætantium omnium habitatio est*, vos donet, & *cum justitia apparentes gloriâ suâ satiet*, quæ quidem cernitur in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria, & potentia, & honor, & adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

Deum pacis & caritatis orat ut se, & gregem suum pascat atque conservet.

II. Cor. v. 18. *Eph.* ii. 17.

I. Joan. iv. 16.

Joan. xiii. 34.

Phil. i. 6.

Ps. lxxxvi. 7.

Ps. xvi. 15.

A [a] νομίζομεν ἀποκεῖσθαι τοῖς καθηραμένοις δι' a
αἵματος, καὶ τὴν Χριστοῦ θυσίαν μιμησαμένοις·
ἀλλὰ τήν γε λαμπρότητα τῶν ἁγίων μαρτύρων
ὀψόμεθα, καὶ τοῦτο μικρὸν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος,
καὶ εἰς τὴν χαρὰν τοῦ αὐτοῦ Κυρίου εἰσελευσόμεθα,
& τῷ φωτὶ τῆς [b] μακαρίας καὶ ἀρχικῆς Τριάδος, b
εὖ οἶδ', ὅτι ἐλλαμφθησόμεθα [c] τρανότερόν τε c
καὶ καθαρώτερον, εἰς ἣν πεπιστεύκαμεν, [d] καὶ d
ᾗ λατρεύομεν, καὶ ἣν ὁμολογοῦμεν ἐμπροσθεν
Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, μηδὲν δεδοικότες, [e] μηδὲν e
B αἰσχυνόμενοι, μὴ τοὺς ἔξωθεν ἐχθροὺς, [f] μὴ f
τοὺς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ψευδοχρίστους καὶ πολεμίους
τοῦ Πνεύματος· καὶ ὁμολογοίημεν μέχρι τῆς
[g] ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ τὴν g
καλὴν παραταθήκην τῶν ἁγίων πατέρων,
τῷ ἐγγυτέρω Χριστοῦ, & τῆς πρώτης πίστεως,
τὴν σύντροφον ἡμῖν ἐκ παίδων ὁμολογίαν, ἣν
[h] πρώτην ἐφθεγξάμεθα, καὶ ᾗ τελευταῖον συνα- h
πέλθοιμεν, τοῦτο, εἰ μή τι ἄλλο, ἐντεῦθεν
ἀποφερόμενοι, τὴν εὐσέβειαν.

C ζ. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ καταλλάξας
ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ τοῦ σταυροῦ, διὰ τῆς ἁμαρτίας
πολεμωθέντας· ὁ εὐαγγελισάμενος εἰρήνην τοῖς
ἐγγὺς, καὶ τοῖς μακρὰν, τοῖς τε ὑπὸ νόμον,
καὶ τοῖς ἔξω νόμου· ὁ τῆς ἀγάπης πατὴρ, ἣ
ἀγάπη· ταῦτα γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων χαίρει
καλούμενος, ἵνα [i] νομοθετήσῃ καὶ τοῖς ὀνόμασι i
τὸ φιλάδελφον, ὁ τὴν καινὴν ἐντολὴν δοὺς ἐν τῷ
τοσοῦτον ἀγαπᾶν ἀλλήλους, ὅσον καὶ ἠγα-
πήμεθα· ὁ δοὺς, καὶ τυραννεῖν καλῶς, καὶ
D τυραννεῖσθαι διὰ τὸν φόβον, καὶ ἀναδύεσθαι [k] σὺν k
λόγῳ, καὶ θαῤῥεῖν πάλιν διὰ τὸν λόγον· ὁ καὶ
τὰ μεγάλα ποίμνια καταρτίζων, καὶ τὰ μικρὰ
μεγαλύνων διὰ τῆς χάριτος, αὐτὸς κατὰ τὸ
πλῆθος τῆς ἑαυτοῦ χρηστότητος, ἡμᾶς μὲν
παρακαλέσαι παρακλήσει πολλῇ, [l] καὶ εἰς τὰ l
ἔμπροσθεν ἄγοι συμποιμαίνων καὶ διασώζων
τὸ ποίμνιον· ὑμᾶς δὲ καταρτίσειεν εἰς πᾶν
ἔργον ἀγαθὸν, καὶ πνευματικῶς πανηγυρίζειν
τοῖς μάρτυσι πείσειε, καὶ τῆς ἐκεῖθεν τρυφῆς
καταξιώσειεν, [m] ἔνθα πάντων εὐφραινομένων ἡ m
κατοικία, καὶ ὀφθέντας ἐν δικαιοσύνῃ τῆς ἑαυτοῦ
δόξης κορέσειεν, [n] ἐποφθείσης ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ n
τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἡ
τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
αἰώνων· Ἀμήν.

(a) Νομίζομεν. Reg. ph. *νομίζωμεν. Credamus hæc reposita esse* &c.
(b) Μακαρίας καὶ ἀρχικῆς Τριάδος. Pasl. addit, καὶ ἁγίας.
(c) Τρανότερόν τε. Or. 2. τρανώτερον.
(d) Καὶ ᾗ λατρεύομεν. Hæc desunt in Regg. a. c.
(e) Μηδέν. Tres Regg. & octo Colb. *μηδένα.*
(f) Μή. Reg. d. *μηδέ.*
(g) Ἐσχάτης. Addit Jes. ἡμῶν.
(h) Πρώτην. Pasl. πρῶτον.

(i) Νομοθετήσῃ. *Ut fraternam, mutuam caritatem sanciat.*
(k) Σὺν λόγῳ. Reg. ph. συλλόγῳ.
(l) Καὶ εἰς τὰ ἔμπροσθεν. Billius: *ad ea quæ à fronte sunt* &c.
(m) Ἔνθα. *Ubi.*
(n) Ἐποφθείσης ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Quæ in editis sequuntur, desunt in tribus Regg. qui addunt tantùm ἀμήν. ita Coisl. 2. refecto etiam ἀμήν. Alii addunt: ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. *cui gloria in sæcula. Amen.*

MONITUM

IN ORATIONEM DUODECIMAM.

I. *Inaugurantium manibus* cervicem, non animum flexerat *Gregorius. Itaque, poſtquàm ordinatus eſt Epiſcopus, quemadmodùm jam antea poſt collatum ſibi Sacerdotii ordinem, fugam, quam ſub ipſa penè manuum impoſitione meditabatur, arripuit. Non tantùm ſolitudinis amor, verùm etiam contentionum timor, hanc ipſi fugam ſuaſit. Jam enim magnum eruperat diſſidium inter Baſilium & Anthimum, quorum alter Cæſareæ, alter Tyanæ erat Antiſtes. Cappadociâ ſiquidem in duas Provincias, ſeu, in primam & ſecundam Cappadociam nuperrimè divisâ, factum eſt, ut in duas quoque Metropoles diviſa ſit ſpiritualis poteſtas. Primæ autem Cappadociæ præerat Baſilius, ſecundæ verò Anthimus. Hinc diſſidiorum origo.* Plurima *enim* ex priori novæ Metropoli adjungebantur. *De Saſimis præcipuè litigabant ambo Præſules. Idcircò à Baſilio Theologus noſter creatus eſt Saſimorum Epiſcopus. Cùm autem vir pacis amans, timeret ne pro Saſimenſi ſede bellum gerere videretur,* concitus in montem fugit, ut caræ ſolitudinis deliciis frueretur, ſeque totum Philoſophiæ, *id eſt, ſolitariæ & monaſticæ vitæ exercitationi* daret.

Cur Gregorius fugerit. Carm. 2. vers. 487.

Or. XLIII. n. 58.

Carm. 2. vers. 490.

II. *Verùm Gregorius,* aliis in rebus conſtans, *ut de ſe ipſe teſtatur,* in eo erat ignavus, quòd Patris iram ferre non poſſet. *Ceſſit igitur Parenti, & citò è fuga rediit. Tum Pater iterum atque iterum filium vehementiùs hortari cœpit, ut Saſimenſis Eccleſiæ regimen ſuſciperet. Ipſe verò conſtanter in propoſito perſeverans prorsùs recuſavit. Tunc demùm Pater, tum precibus, tum minis, tum auctoritate, tum rationibus obtinuit, ut filius unà ſecum* collaborans Nazianzenæ Eccleſiæ curam gereret, ac velut magnæ cuidam aquilæ, & altiſſimè volanti, pullus non inutilis è propinquo circum aſſiduè volaret; *eâ tamen conditione, ut ne invitus huic alligaretur Eccleſiæ, &, Parente mortuo, diſcedendi, & quò vellet liberam haberet abeundi facultatem.*

E fuga reduc, unà cum patre, Nazianzenæ Eccleſiæ curam ſuſcipit. Carm. 2. vers. 493. Or. XII. n. 5.

III. *Hâc igitur occaſione, & hoc ipſo tempore, exeunte nimirum anno 372. duodecimam hanc Orationem habuit. In ea debitas Gregorio patri laudes tribuit, qui, etſi quovis alio* valentior ac fervidior, *adjutorem tamen ſibi quæreret, nec hominum judicia metueret, eo præſertim tempore, quo* Epiſcopalis dignitas, multorum vitio, mirificæ cujuſdam voluptatis plena judicabatur. *Exponit deindè, hinc ſuum ſolitudinis quietiſque deſiderium, illinc metum quo percellitur, ne Deo vocanti, atque Eccleſiæ utilitati deſit. Quos inter affectus,* timorem *ſcilicet &* cupiditatem, ita medium quoddam iter ſequitur, ut partim cupiditati, partim ſpiritui ſatisfaciat; *ac ita paciſcitur, ut neque ſe Eccleſiæ penitùs negaret, neque etiam à dilectæ ſolitudinis deſiderio deſciſceret, ſi aliquando ipſam repetere per ſe licuerit. Undè ſuæ libertatis recuperandæ tempus ad Parentis obitum præſtituit; atque hanc conditionem, tam clarè, tamque diſertè enunciat, ut mirum ſit extare, aut etiam extitiſſe unquam aliquem, qui Theologum noſtrum Nazianzenæ Eccleſiæ Epiſcopum dixerit, aut crediderit.*

Quo tempore dicta hæc Oratio. Or. XII. n. 3. *Ibid.* n. 3. *Ibid.* n. 5.

AD PATREM,
cùm ei Nazianzenæ Eccleſiæ curam commiſiſſet.

Aliàs 8. *quæ autem* 12. *erat, nunc* 6.

ORATIO DUODECIMA.

Habita circa annum 372. exeuntem.

Gregorius ſe totum Spiritui offert.

I. *OS meum aperui, & attraxi Spiritum*, ac mea omnia, méque adeò ipſum Spiritui dono offero, actionem ac ſermonem, otium ac ſilentium: tantùm me habeat, ac ducat, atque, & manum, & mentem, & linguam, ad ea quæ oportet & vult, moveat; rursúſque ab iis abducat, à quibus decet, & abſtinere præſtat. Organum divinum ipſe ſum, organum ratione præditum, organum quod à præclaro artifice, hoc eſt, à Spiritu Sancto, concors redditur ac pulſatur. Heri ſilentium operabatur? ſilentio ſtudebam: hodie mentem pulſat? ſermonis ſonum edam, ac loqui ſtudebo. Nec verò, aut tantâ loquacitate ſum, ut verba facere cupiam, cùm Spiritus in me ſilentium efficit: aut tam ſupinâ taciturnitate & inſcitiâ, ut, cùm loqui commodum eſt, *labiis meis cuſtodiam ponam:* ſed ad Mentis, & Verbi, & Spiritûs, quorum una & eadem eſt natura & divinitas, arbitrium, vel januam meam claudo, vel aperio.

Pſ. CXVIII. 131.

Pſ. CXL. 3.

Juſſus loquitur.

II. Loquar igitur, quando ita jubeor; & quidem ad bonum hunc Paſtorem, & ad vos, gregem ſacroſanctum, ſermonem habebo, eáque dicam quæ hodierno die, & mihi dictu, & vobis auditu meliora eſſe arbitror. Quid tibi accidit, ut collega opus haberes? A te enim initium ducam, ô charum mihíque venerandum caput, nec illo *Aaronis capite* inferius, in quod *uſque ad barbam* & veſtem *unguentum* illud ſpirituale ac ſacerdotale *defluit*. Quid cauſæ eſt, quamobrem cùm adhuc multos fulcire ac ducere queas, atque adeò Spiritûs viribus ducas, ſpiritualibus tamen muneribus & actionibus bacillum & adminiculum ſubjicis? An quia te minimè fugit, cum *Aarone* illo perilluſtri viro, *Eleazarum* etiam & *Ithamarum Aaronis filios ſacerdotii oleo* fuiſſe delibutos? *Nadab* enim & *Abiud*, ne quid mali ominis importet Oratio, conſultò præteribo. Moyſem inſuper, cùm adhuc vitæ uſurâ frueretur, ſuo loco Jeſum deſignaſſe, qui Judæis ad promiſſionis terram properantibus pro Legiſlatore ac rei militaris Præfecto eſſet? (Nam illud *Aaronis atque Hur*, qui Moyſis manus in monte

A patre incipit.

Pſ. CXXXII. 2.

Gregorius patris baculus.

Lev. VIII. 2.

Lev. X. 1. *& ſeq.*

Exod. XVII. 12.

(*a*) Εἰς τὸν πατέρα &c. Varius in variis codicibus eſt hujus Orationis titulus. Tres Colb. habent: εἰς ἑαυτὸν καὶ εἰς γέροντα. *in ſeipſum & ad ſenem.* In Reg. bm. pro ἐπέτρεψεν, legitur ἐπιτράφη. In Reg. hu. ἐπιτράπη φροντίζειν.

(*b*) Δεῖ καὶ βέλτιον. Billius: *quæ honeſta ſunt ipſique grata.*

(*c*) Ἀφ' ὧν &c. Bill. *A quibus abſtinere præſtet.*

(*d*) Ἁρμοζόμενον καί &c. *Organum præclaro artifici aptatum, & quod ab illo pulſatur.*

ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΕΑΥΤΟΥ,
ἡνίκ' ἐπέτρεψεν αὐτὸν φροντίζειν τῆς Ναζιάνζου Ἐκκλησίας.

a

ΛΟΓΟΣ ιβ.

A α. ΤΟ στόμα μου ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα Πνεῦμα, καὶ δίδωμι τὰ ἐμαυτοῦ πάντα, καὶ ἐμαυτὸν τῷ Πνεύματι, καὶ πρᾶξιν, καὶ λόγον, καὶ ἀπραξίαν, καὶ σιωπήν· μόνον ἐχέτω με, καὶ ἀγέτω, καὶ κινείτω καὶ χεῖρα, καὶ νοῦν, καὶ γλῶσσαν, ἐφ' ἃ [b] δεῖ καὶ βέλεται· καὶ ἀπαγέτω πάλιν [c] ἀφ' ὧν b c
δεῖ, καὶ ὧν ἄμεινον. ὄργανόν εἰμι θεῖον, ὄργανον λογικὸν, ὄργανον καλῷ τεχνίτῃ τῷ Πνεύματι [d] ἁρμοζόμενον καὶ κρουόμενον. χθὲς ἐνήργει τὴν d
σιωπήν; τὸ μὴ λέγειν ἐφιλοσόφουν. σήμερον
B κρούει τὸν νοῦν; ἡσυχάσω τὸν λόγον, καὶ φιλοσοφήσω τὸ φθέγγεσθαι. καὶ οὔτε [e] λάλος οὕτως εἰ- e
μὶ, ὡς λέγειν ἐπιθυμεῖν, τὸ σιωπᾷν ἐνεργούμενος· οὔτε σιωπηλὸς οὕτω καὶ ἀμαθὴς, ὡς
[f] ἐν καιρῷ λόγου τιθέναι φυλακὴν τοῖς χεί- f
λεσιν· ἀλλὰ καὶ κλείω καὶ ἀνοίγω τὴν ἐμὴν θύραν Νῷ, καὶ Λόγῳ, καὶ Πνεύματι, τῇ μιᾷ συμφυΐᾳ τε καὶ θεότητι.

β. Φθέγξομαι μὲν οὖν, ἐπειδὴ τοῦτο κελεύομαι· φθέγξομαι δὲ πρός τε τὸν ἀγαθὸν
C τοῦτον ποιμένα, καὶ τὴν ἱερὰν ποίμνην ὑμᾶς, ἅ μοι δοκεῖ βέλτιον εἶναι, ἐμέ τε εἰπεῖν, καὶ ὑμᾶς ἀκοῦσαι σήμερον. τί ὅτι τῷ συμποιμαίνοντος ἐδεήθης; ἀπό σε γὰρ ὁ λόγος ἄρξεται, ὦ φίλη καὶ τιμία μοι κεφαλὴ, καὶ τῆς Ἀαρὼν ἐκείνης ἀξία, καθ' ἧς ῥάζει τὸ πνευματικόν τε καὶ ἱεραλικὸν ἐκεῖνο μύρον, ἄχρι πώγωνος καὶ ἐνδύματος. [g] τί ὅτι πολλοὺς στηρίζειν ἔτι καὶ g
χειραγωγεῖν δυνάμενος, καὶ μέν τοι καὶ χειραγωγῶν ἐν τῇ ἰσχύϊ τοῦ Πνεύματος, βακτηρίαν
D ὑποβάλλῃ τοῖς πνευματικοῖς ἔργοις, καὶ ἔρεισμα; ἢ τοῦτο εἰδὼς καὶ ἀκούων, ὅτι καὶ μετὰ Ἀαρὼν ἐκείνου τοῦ πάνυ ἐχρίσθησαν Ἐλεάζαρ καὶ Ἰθάμαρ οἱ υἱοὶ Ἀαρών; τὸν γὰρ Ναδὰβ καὶ Ἀβιοὺδ ἐκὼν ὑπερβήσομαι, δέει τῆς βλασφημίας· καὶ Μωϋσῆς ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν Ἰησοῦν ἀναδείκνυσιν ἔτι ζῶν, [h] ἀντὶ νομοθέτου καὶ στρα- h
τηγοῦ, τοῖς ἐπὶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἐπειγομένοις; [i] καὶ τὸ μὲν γὰρ τοῦ Ἀαρὼν καὶ τοῦ i

(*e*) Λάλος. *Nec verò ita ſum garrulus.... cùm ſilentium afflatu indicitur.*

(*f*) Ἐν καιρῷ λόγου. *Cùm tempus eſt loquendi.*

(*g*) Τί ὅτι. Sic Colb. c. & Herv. Deeſt ὅτι, in Ed.

(*h*) Ἀντὶ νομοθέτου καὶ στρατηγοῦ. *Qui Legiſlatoris & Imperatoris partes expleret.*

(*i*) Καὶ τὸ μὲν γάρ. Ita Regg. bm. & hu. In Coisl. 1. τοῦ μὲν γὰρ τοῦ. Deeſt τό in Ed.

Ωρ ὑποσηριζόντων τὰς χεῖρας Μωϋσέως ἐπὶ τῦ ὄρους, [a]ἵν' ὁ Αμαλὴκ [b]καταπολεμηθῇ τῷ σαυρῷ, πόρρωθεν σκιαγραφουμένῳ καὶ τυπωμένῳ, [c]δοκῶ μοι παρήσειν ἑκὼν, ὡς οὐ σφόδρα οἰκεῖον ἡμῖν τῇ πρεσφορον· οὐ γὰρ συννομοθέτας [d]ἥρεῖτο τούτους Μωϋσῆς, ἀλλ' εὐχῆς βοηθοὺς, καὶ καμάτου χειρῶν ἐρείσμαλα.

γ. Σοὶ δὲ τί πάσχει; τί κάμνει; τὸ σῶμα; [e]ὑποσηρίζειν ἕτοιμος· ἀλλὰ καὶ ὑπεσήριξα, καὶ ἐστηρίχθην, ὡς ὁ Ιακὼβ ἐκεῖνος, πατρικαῖς [f]εὐλογίαις· ἀλλὰ τὸ πνεῦμα; [f]τίς ἰσχυρότερος, καὶ θερμότερος, καὶ νῦν μᾶλιστα, ὅσῳ τὰ τῆς [g]σαρκὸς ὑποβαίνει καὶ [g]ὑπεξίσταται, ὥσπερ φωτὶ, τὸ ἀντιφράττον καὶ ἀντικείμενον, καὶ κωλύον τὴν λαμπηδόνα; φιλεῖ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ [h]ἀντιπολεμεῖν ταῦτα ἀλλήλοις καὶ [h]ἀντικαθέζεσθαι· καὶ σῶμα μὲν εὐεκτεῖν καμνούσης [i]ψυχῆς· [i]ψυχὴν δὲ θάλλειν καὶ ἄνω βλέπειν, τῶν ἡδονῶν ὑποβαινουσῶν καὶ συναπομαραινομένων τῷ σώματι. σοῦ δὲ καὶ ἄλλως ἐθαύμασα [k]τὸ ἀρχαϊκὸν καὶ γενναῖον, [l]πῶς οὐδὲ τοῦτο ἔδεισας, σφόδρα [m]τῶν νῦν ὑπάρχον καιρῶν, μή σοι τὸ πνεῦμα πρόφασις νομισθῇ, καὶ σαρκικῶς ταῦτα λαμβάνειν δοκῶμεν τοῖς πολλοῖς, πνευματικῶς προσποιούμενοι· ἐπειδὴ μέγα τὸ πρᾶγμα καὶ τυραννικὸν, καὶ θαυμασίαν οἵαν ἔχον ἀπόλαυσιν, οἱ πολλοὶ νομίζεσθαι [n]πεποιήκασιν· κἂν ἔτι [n]σενοτέρας τις, ἢ κατὰ ταύτην προσαλῇ ἢ ἐξηγῆται ποίμνης, ἢ πλέον φερούσης τῆς ἡδέων τὰ μοχθηρά· τοῦτο μὲν δὴ τῆς σῆς, εἴτε [o]ἁπλότητος, εἴτε φιλοτεκνίας, ὑφ' ἧς οὔτέ τι τῶν πονηρῶν, οὔτε αὐτὸς ὑποδέχῃ, οὔτε περὶ τῶν ἄλλων ῥᾳδίως ὑπολαμβάνεις· βραδὺ γὰρ εἰς ὑπόνοιαν κακοῦ, τὸ πρὸς κακίαν δυσκίνητον. ἐμοὶ δὲ καὶ δεύτερον πρὸς τὸν εἴτε σὸν, εἴτε ἢ ἐμὸν λαὸν τοῦτον, βραχέα διαλεχθῆναι.

δ. Τετυραννήμεθα, ὦ φίλοι καὶ ἀδελφοί· ὑμᾶς γὰρ εἰ καὶ μὴ τότε, ἀλλὰ νῦν ἐπιβοησόμεθα. [p]τετυραννήμεθα γήρᾳ πατρὸς, [p]καὶ φίλε, ἵνα μετρίως εἴπω, χρηστότητι· καὶ μοι βοηθεῖτε, ὅστις ἂν οἷός τε ᾖ, καὶ δότε χεῖρα πιεζομένῳ, καὶ διελκομένῳ ὑπὸ πόθου καὶ πνεύματος· ὁ μὲν εἰσηγεῖται δρασμοὺς, καὶ ὄρη, καὶ ἐρημίας,

A suffulciebant, ut per crucem tantò antè adumbratam, Amalec opprimeretur, non invitus prætermittam, velut nobis haudquaquam aptum atque appositum. Neque enim eos in legum institutione socios Moyses habebat, sed in orationis adjumentum, languentiumque manuum levamen asciscebat.)

III. Quid autem tibi condolet? Quid fatisci? Anne corpus? Paratus quidem ego ut illud fulciam; imò jam fulcivi, atque ipse vicissim, non secus ac *Jacob ille, paternis* B *benedictionibus* fultus sum. An Spiritus? Quis valentior, atque fervidior, hâc præsertim ætate, quâ carnis affectus subsidit, cedítque, velut lumini, id quod objectu suo adversatur, splendoríque impedimentum affert? Hæc enim bellum inter se ut plurimùm gerunt, castráque ex adverso habent: & corpus quidem ægrotante animâ bellè habet; anima autem floret, atque erectos in cœlum oculos habet, cùm voluptates decedunt, atque unà cum corpore marcescunt. Quin tuam quoque veterem C simplicitatem animíque generositatem demirari mihi subiit, qui ne hoc quidem, quod his temporibus admodùm frequens est, providendum tibi duxeris, ne spiritus, quo moveris, fucus quidam esse existimetur, ac nos plerique carnali modo hæc accipere videamur, tametsi spirituali accipere, præ nobis feramus. Quandoquidem multorum vitio factum est, ut hæc dignitas, ampla & regia, mirificæque cujusdam voluptatis plena esse judicetur: quamlibet etiam angustiori, quàm sit hic noster, gregi quispiam præsit, plúsque molestiarum quàm voluptatum afferenti. Ac de tua quidem sive animi simplicitate, sive paterna dilectione, quâ fit ut nec ipse quidquam turpe admittas, nec de aliis temerè suspiceris, (nec enim is facilè de alio malum suspicatur, qui non facilè ad malum impellitur,) hæc mihi dicta sufficiant. Sequitur jam, ut brevem ad tuum, vel etiam meum, hunc populum Orationem habeam.

Bella corporis & animæ.

Gen. XXVII. 28.

IV. Vis nobis allata est, Fratres & amici; vestram enim fidem, si non eo tempore, nunc quidem certè implorabo; vim, inquam, nobis attulit, tum patris senectus, tum amici, ut leniter dicam, benignitas. Ac mihi, quæso, pro vestra quisque facultate, opem afferte, ac manum porrigite oppresso, atque à cupiditate & spiritu varie

Mira utriusque Gregorii simplicitas.

Ad populum Orationē convertit, ejusque opem efflagitat.

(a) Ἵν'. Or. 1. ἵνα.
(b) Καταπολεμηθῇ. *Vinceretur, expugnaretur.*
(c) Δοκῶ. Nonnulli codices, δοκεῖ μοι.
(d) Ηρεῖτο. *Elegerat.*
(e) Υποσηρίζειν ἕτοιμος. Billius: *at nihil causæ dico, quominùs illud fulciam.*
(f) Τίς ἰσχυρότερος. Reg. a. καὶ τό.
(g) Υπεξίσταται. Reg. a. ἐξίσταται.
(h) Αντικαθέζεσθαι. Reg. hu. ἀντικαθίσασθαι. Ad marg. χρ. καὶ καθέζεσθαι.
(i) Ψυχὴν δέ. Reg. hu. & Or. 1. ψυχὴ δέ.
(k) Τὸ ἀρχαϊκὸν. Coisl. 1. ἀρχικόν.
(l) Πῶς οὐδὲ τοῦτο ἔδεισας. *Qui hoc veritus non sis, ne &c.*
(m) Τῶν νῦν.... καιρῶν. Coisl. 1. τῷ νῦν ... καιρῷ.
(n) Στενοτέρας τις. Sic duo Coisl. quorum unus, στενωτέρας τις. Deest τις, in Editis.
(o) Εἴτε φιλοτεκνίας. Sic Coisl. 1. & 3. Sic etiam legit Billius, quamvis Edit. Par. habeat φιλοτεχνίας.
(p) Καὶ φίλε. Basilium intelligit. Undè Schol. τὸν φίλον λέγειν, οἶμαι, τὸν Βασίλειον χειροτονήσαντα. *Amicum, ut arbitror, appellat Basilium, qui ipsi ad Episcopatum manus imposuerat.*

distracto. Illa fugam, & montes, & solitudines, & corporis atque animi quietem, mentíque in seipsam secessionem, & à sensibus collectionem suadet, ut omnibus maculis vacuus consuetudinem cum Deo habeam, Spiritûsque splendore purè colluστrer, nullâ scilicet terrenâ & turbidâ re se admiscente, atque in lumen divinum incidente, quousque ad ipsum tandem radiorum hujus vitæ fontem perveniamus, ac depulsis à veritate speculis, desiderio nostro cupiditatíque finem imponamus. Hic contrà, hortatur ut in medium prodeam, publicæque utilitati consulam, atque alios juvando meipsum juvem, divinúmque splendorem in publicum proferam, & ad Deum adducam eximium populum, *gentem sanctam, regale sacerdotium*, atque imaginem in pluribus perpurgatam. Ut enim hortus præstantior est, quàm stirps una, & cœlum universum cum suis ornamentis, quàm unica stella, & corpus quàm unicum membrum; ita apud Deum præstabiliorem esse totam Ecclesiam rectè compositam, uno homine, qui officio suo probè fungitur: atque etiam oportere, non sua quemque duntaxat commoda spectare, sed & aliorum rationem habere. Nam ipse quoque Christus, cui cùm in suo honore ac deitate manere liceret, non solùm usque ad *servi formam seipsum exinanivit*, sed etiam, *contemptâ ignominiâ, crucis supplicium subiit*, ut per ea quæ perferebat, peccatum deleret, ac morte suâ mortem de medio tolleret. Illa cupiditatis figmenta sunt, hæc Spiritûs documenta. Porrò inter cupiditatem Spiirtúmque constitutus, atque addubitans, utri potiùs favere debeam, quod mihi optimum tutissimúmque reperisse videor, vobis exponam, ut id quale sit, mecum expendatis, meúmque consilium simul adjuvetis.

Se juvat, qui alios juvat.

I. Pet. II. 9.

Non propria tantùm, sed & aliorum commoda spectanda.

Phil. II. 7.

Heb. XII. 2.

V. Mihi igitur optimum atque à periculo remotissimum visum est, medium quoddam iter, cupiditatem inter & timorem sequi, ac partim cupiditati partim Spiritui satisfacere. Id autem sic fieri posse, si nec sacrum munus omninò defugiam, ne, quod periculosum est, gratiam rejiciam: nec rursùs, quod molestum & acerbum est, graviorem quàm vires ferant, sarcinam humeris tollam. Illud enim alterius capitis esse, hoc aliarum virium: imò utrumque animi parùm sani. Pii autem viri, simúlque securitati suæ consulentis esse, functionem sacram viribus metiri; ut scilicet, tanquam in cibis, eam admittamus, cui pares esse possumus, eam autem, quæ vires nostras superat, repudiemus. Sic enim

Gregorius sacrum munus propriis viribus metitur.

A ἡσυχίαν ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ τὸν νοῦν εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρῆσαι, καὶ συσραφῆναι ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων, ὥσε ὁμιλεῖν ἀκηλιδώτως Θεῷ, καὶ ταῖς τοῦ Πνεύματος αὐγαῖς καθαρῶς ἐναστράπτεσθαι, μηδενὸς ἐπιμιγνυμένου τῶν κάτω καὶ θολερῶν, μηδὲ τῷ θείῳ φωτὶ παρεμπίπτοντος, ἕως ἂν ἐπὶ τὴν πηγὴν ἔλθωμεν τῶν τῇδε ἀπαυγασμάτων, καὶ σῶμεν τὸ πόθου καὶ τῆς ἐφέσεως, λυθέντων τῶν ἐσόπτρων τῇ ἀληθείᾳ. [a] βούλεται τὸ δὲ, a
εἰς μέσον ἄγειν, καὶ καρποφορεῖν τῷ κοινῷ βέλε-
B ται, καὶ τοῦτο ὠφελεῖσθαι, τὸ ὠφελεῖν ἀλλήλους, καὶ δημοσιεύειν τὴν ἔλλαμψιν, καὶ προσάγειν Θεῷ λαὸν περιούσιον, ἔθνος ἅγιον, βασίλειον ἱεράτευμα, ἐν πλείοσι τὴν εἰκόνα κεκαθαρμένην. κρεῖσσον γὰρ εἶναι καὶ πλεῖον, ὥσπερ φυτοῦ, παράδεισον, καὶ ἀστέρος ἑνὸς, οὐρανὸν ὅλον σὺν τοῖς ἑαυτοῦ κάλλεσι, καὶ μέλους, σῶμα, οὕτω καὶ Θεῷ κατορθοῦντος ἑνὸς, ὅλην Ἐκκλησίαν κατηρτισμένην· καὶ χρῆναι μὴ τὸ ἑαυτῷ μόνον σκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ἄλλων.
C ἐπεὶ καὶ Χριστὸς οὕτως, ᾧ μένειν ἐξὸν ἐπὶ τῆς ἰδίας τιμῆς καὶ θεότητος, οὐ μόνον ἐκένωσεν ἑαυτὸν μέχρι τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, ἀλλὰ καὶ σαυρὸν ὑπέμεινεν αἰσχύνης καταφρονήσας, ἵν' ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πάθεσιν ἀναλώσῃ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀποκτείνῃ τῷ θανάτῳ τὸν θάνατον. ἐκεῖνα μὲν δὴ τῆς ἐπιθυμίας τὰ [b] πλάσματα, b
ταῦτα δὲ τοῦ Πνεύματος τὰ διδάγματα. μέ-
D σος δὲ ὢν πόθου καὶ Πνεύματος, καὶ ἐξ ἔχων τίνι τὸ πλέον [c] χαρίσομαι, ὅ μοι δοκῶ κάλλιστον c
εὑρηκέναι καὶ ἀσφαλέστατον, κοινώσομαι καὶ ὑμῖν, ἵνα μοι συνδοκιμάσητε καὶ [d] συλλάβησθε d
τοῦ βουλεύματος.

ε. Ἐδοξέ μοι κράτιστον εἶναι καὶ ἀκινδυνότατον, μέσην τινὰ τραπέσθαι τοῦ πόθου καὶ τῆς δειλίας, καὶ τὸ μὲν τῇ ἐπιθυμίᾳ δοῦναι, τὸ δὲ τῷ Πνεύματι· τοῦτο δὲ ἂν γενέσθαι, μήτε πάντη φυγόντος τὴν λειτουργίαν, ὥστε ἀθετῆσαι τὴν χάριν, ἐπισφαλὲς γὰρ, μήτε μεῖζον ἢ κατ' ἐμαυτὸν [e] ἁραμένου φορτίον, βαρὺ γάρ· e
καὶ τὸ μὲν [f] κεφαλῆς ἄλλου, τὸ δὲ δυνάμεως· f
E μᾶλλον δὲ ἀπονοίας ἀμφότερα. εὐσεβείας δὲ εἶναι ἅμα καὶ [g] ἀσφαλείας, μετρῆσαι τῇ δυ- g
νάμει τὴν λειτουργίαν, καὶ ὥσπερ τροφῆς, τὴν μὲν κατὰ δύναμιν προσίεσθαι, τὴν δὲ ὑπὲρ δύναμιν ἀποπέμψασθαι· οὕτω [h] γὰρ ζώματι h
μὲν εὐεξίαν παραγίνεσθαι, ψυχῇ δὲ [i] ἀσφάλειαν i

(*a*) Βέλεται. Sic plerique Codd. Deest in Editis.
(*b*) Πλάσματα. Herv. παλαίσματα. *artificiosæ luctationes.*
(*c*) Χαρίσομαι. Reg. bm. & Or. 1. χαρίσωμαι.
(*d*) Συλλάβησθε &c. Reg. a. Coisl. 1. συλλάβητε. *Mihique ad ineundum consilium opem feratis.* Billius: *exploretis.*
(*e*) Ἀραμένου. Or. 1. ἀραμένῳ.
(*f*) Κεφαλῆς ἄλλου. Combef. κεφαλῆς φαύλου, *imbecilli capitis.*
(*g*) Ἀσφαλείας. *Tutò ac cautè incedentis.* Billius: *tranquillitati consulentis.*
(*h*) Γάρ. Deest in duobus Regg.
(*i*) Ἀσφάλειαν. Reg. a. tres Colb. & Coisl. 1. ἀσφάλεια, *securitas.*

τῷ μετριάζειν ἐν ἀμφοτέροις. διὰ τοῦτο νῦν A
μὲν δέχομαι τῷ καλῷ πατρὶ συνδιαφέρειν τὴν
a ἐπιμέλειαν, ὥσωερ ἀετῷ μεγάλῳ ἢ [a]ὑψιπέτῃ
b νεοσσὸς [b]οὐκ ἄχρηος ἐγγύθεν συμπαριπλάμενος·
μετὰ δὲ τοῦτο δώσω τῷ Πνεύματι τὴν ἐμὴν
πτέρυγα φέρειν ᾗ βούλεται καὶ ὡς βούλεται· καὶ
οὐδεὶς ὁ βιασόμενος, οὐδὲ ἀπάξων ἑτέρωθι, μετὰ
τούτου βουλευόμενον. ἡδὺ μὲν γὰρ πατρὸς πόνοι
κληρονομούμενοι, καὶ τὸ συνηθέσερον ποίμνιον,
τοῦ ξένου & ἀλλοτρίου· προθείην δ' ἂν ὅτι καὶ
Θεῷ τιμιώτερον, εἰ μή με ἀπατᾷ τὸ φίλτρον, B
c καὶ κλέπτει τὴν αἴσθησιν ἡ συνήθεια· [c]οὔπω δὲ
χρησιμώτερον τῷ ἑκόντας ἑκόντων ἄρχειν, οὐδὲ
d ἀσφαλέσερον· ἐπειδὴ μὴ πρὸς βίαν ἄγειν [d]τοῦ
ἡμετέρου νόμου, μηδὲ ἀναγκασῶς, ἀλλ' ἑκου-
e σίως. [e]τοῦτο μὲν γὰρ ἂν ἄλλην ἀρχὴν συσήσειεν,
ἐπειδὴ φιλεῖ τὸ βίᾳ κρατούμενον ἐλευθεριάζειν
f [f]ποτέ καιροῦ λαβόμενον· τὴν δὲ ἡμετέραν, οὐκ
g ἀρχὴν, ἀλλὰ παιδαγωγίαν, [g]καὶ πάντων μάλισα
συντηρεῖ τὸ ἑκούσιον. βουλομένων γὰρ, οὐ τυραννου-
h μένων τὸ τῆς [h]εὐσεβείας μυσήριον.

fore, ut & corpori ſanitas, & animæ tranquillitas conſtet, ſi in utríſque mediocritas teneatur. Ac proindè nunc quidem cum præclaro Parente curam hanc ſuſcipere non recuſo, velut magnæ aquilæ & altiſſimè volanti pullus non inutilis è propinquo advolans. Poſtea verò pennam meam Spiritui, quò volet, & quoquo modo volet, ferendam dabo: nec quiſquam erit, qui me cogere, aut aliorsùm traducere poſſit, cum eo conſultantem. Nam etſi paternis laboribus ſuccedere dulce ſit, ac noto & familiari gregi præeſſe jucundius, quàm externo & alieno; addam etiam Deo charius, niſi me fallit amor, & ſenſum ſurripit conſuetudo; non tamen conducibilius eſt, nec tutius, quàm ut volentes volentibus præſint. Quandoquidem legis noſtræ non eſt, vi & coactè, ſed ſpontè gubernari. Hoc enim ne aliud quidem imperium continere poſſit, quandoquidem quod vi cogitur, oblatâ occaſione, ad libertatem redire conſuevit, nedùm noſtrum, non dicam imperium, ſed magiſterium, quod nullâ re æquè ac voluntatis libertate conſervatur. C Volentium enim, non coactorum, pietatis ſacramentum eſt.

Patri, velut aquilæ altiſſimè volanti, ipſe pullus è propinquo advolat.

Non eſt Chriſtianæ legis, vi & coactè, ſed ſpontè gubernari.

5. Οὗτος ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες,
i [i]ἁπλῶς τε καὶ μετὰ πάσης εὐνοίας εἰρημένος,
καὶ τοῦτο τὸ τῆς ἐμῆς διανοίας μυσήριον. νικώη
δὲ ὅ τι ἂν & ὑμῖν & ἡμῖν μέλλῃ συνοίσειν, τοῦ
Πνεύματος ἄγοντος τὰ ἡμέτερα, πάλιν γὰρ εἰς
k ταυτὸν ὁ λόγος [k]ἀνέρχεται, ᾧ δεδώκαμεν ἡμᾶς
αὐτοὺς, & τὴν χριθεῖσαν κεφαλὴν τῷ ἐλαίῳ τῆς
τελειόσεως, ἐν Πατρὶ παντοκράτορι, καὶ τῷ
μονογενεῖ Λόγῳ, & τῷ ἁγίῳ Πνεύματι & Θεῷ.
l μέχρι γὰ τίνος τῷ μοδίῳ τὸν λύχνον [l]περικαλύ- D
ψομεν, καὶ φθονήσομεν τοῖς ἄλλοις τῆς τελείας
θεότητος, δέον ἐπὶ τὴν λυχνίαν ἤδη τιθέναι καὶ
λάμπειν πάσαις Ἐκκλησίαις τε καὶ ψυχαῖς, καὶ
m παντὶ τῷ [m]τῆς οἰκουμένης πληρώματι, μηκέτι
εἰκαζόμενον, μηδὲ τῇ διανοίᾳ σκιαγραφούμενον,
ἀλλὰ & φανερῶς ἐκλαλούμενον; ἥπερ δὴ τελεω-
τάτη τῆς θεολογίας ἀπόδειξις τοῖς ταύτης ἠξιω-
μένοις τῆς χάριτος ἐν αὐτῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ
Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος εἰς τοὺς
αἰῶνας· Ἀμήν.

VI. Hæc habui, viri Nazianzeni, quæ ſimplici animo benevolentiæque pleno ad vos dicerem; atque hoc eſt animi mei arcanum. Vincat autem velim, quod vobis mihíque profuturum eſt, Spiritu nimirum res noſtras moderante, (nam eódem rursùs aſcendit Oratio,) cui nos ipſos dono dedimus, & caput ſacræ initiationis oleo perfuſum, in Patre omnipotente, & Filio unigenito, & Spiritu ſancto ac Deo. Quouſque enim lucernam modio contegemus, ac plenam numeríſque omnibus abſolutam divinitatem aliis invidebimus, cùm jam ſupra candelabrum collocanda ſit, ut cunctis ille Eccleſiis & animis, ac denique univerſo orbi luceat, non jam imagine quâdam notatus, ac cogitatione adumbratus, ſed planè apertéque prædicatus? Quod quidem perfectiſſimum Theologiæ argumentum eſt, apud eos utique, qui hanc gratiam conſecuti ſunt in eodem Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria, honor, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

In Nazianzenorum regimine, ſuam eorumque ſalutem exoptat.

Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium palàm, & omnibus detegendum.

(a) Ὑψιπέτῃ. Reg. a. & Or. 2. ὑψιπέτει.
(b) Οὐκ ἄχρηστος. Billius: *non incommodus.*
(c) Οὔπω δέ &c. *Non tamen conducibilius eſt, volentibus præeſſe, nec tutius.*
(d) Τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ. Billius: *neminem vi duci vult lex noſtra, coactéque ac non ſpontè gubernari.* Alludit Gregorius ad hæc verba I. Petr. v. 2. *paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, providentes non coactè, ſed ſpontaneè.*
(e) Τοῦτο μὲν γάρ &c. Billius: *hoc enim modo ne alia quidem imperia contineri ac conſervari poſſunt, quòd ita naturâ comparatum ſit, ut quidquid vi tenetur, arreptâ occaſione ſtatim ſe in libertatem aſſerat.*
(f) Ποτέ. Sic Coisl. 1. Deeſt in Editis.
(g) Καὶ πάντων. Coisl. 1. ὃ & πάντων.
(h) Εὐσεβείας. Regg. a. hu. quatuor Colb. Coisl. 1. & 2. Or. 1 σωτηρίας, *ſalutis myſterium.*
(i) Ἁπλῶς. Coisl. 1. ἁπλῆς.
(k) Ἀνέρχεται. Coisl. 1. ἐπανέρχεται.
(l) Περικαλύψομεν &c. Reg. bm. περικαλύψωμεν καὶ φθονήσωμεν.
(m) Τῆς οἰκουμένης. Coisl. 1. addit Ἐκκλησίας, *univerſo Eccleſiæ cœtui.* Quæ quidem Theologiæ, Deitatis nimirum doctrinæ ac Trinitatis, abſolutiſſima profeſſio eſt. Apud Græcos, Θεῖα λογία, *ſacra Scriptura*, nuncupatur *Theologia*; & *Theologi* dicuntur, qui huic incumbunt ſtudio, nempè qui vel ſcripto, vel ſermone *Divinitatis doctrinam* proſequuntur. Hinc Gregorius, ſolus ex Patribus, *Theologus* eſt appellatus, quòd nullus hanc materiam ſublimiori & graviori ſtylo pertractarit. Itaque qui *de Chriſti divinitate* ſermonem inſtituit, is *in Theologia verſari* dicitur. Si autem *de Chriſti humanitate & incarnatione* ſermo fiat, *œconomia* appellatur. Τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Θεοῦ, Λόγῳ καλοῦμεν οἰκονομίαν, *Incarnationem Dei, œconomiam Verbi appellamus.*

MONITUM

IN ORATIONEM DECIMAM-TERTIAM.

Orationis argumentum. Tillem. Tom. 9. pag. 394.

I. *E Doarenſi ſede,* (a) *juxta Tillemontium, à Catholicis ejectus fuerat hæreticus Antiſtes, cujus nomen ignoratur. In ea Gregorius uterque Eulalium, virum integritate morum, ac vitâ præſtantiſſimum, qui, pertractatis antea cum laude ſecularibus negotiis, magnam ſibi gloriam conquiſierat, collocarunt. De hoc Eulalio inter ſe diſſentiunt Interpretes. Hallucinatur Elias, qui eum eſſe putat, ad quem plures exſtant Gregorii Epiſtolæ. Is enim Eulalius longo poſt tempore Nazianzi Epiſcopus à Theologo jam ſene eſt ordinatus. Alter verò, de quo hîc agitur, Doarenſem ſedem occupavit, cùm ipſe Theologus noſter recèns Saſimorum Præſul eſſet creatus. Huic Eulalii ordinationi interfuerunt Gregorius ſenior, aliique nonnulli Epiſcopi. Non interfuit Baſilius, ac ne quidem videtur expectatus; neque enim fortè tempus ſinebat, cùm periculum eſſet, ne cunctando hæc ordinatio ab Arianis turbaretur.*

Or. XIII. n. 2. *Hinc Gregorius in hac Oratione de Baſilio loquens:* non venimus, *inquit*, ut mittamus gladium, ſed pacem; non venimus in magni illius Paſtoris contemptum & ignominiam, qui ſplendidæ civitati præſidet. Honorabilem ſcimus, caput agnoſcimus, ſanctum vocamus.... Sacerdotes & Præſules augere ſtuduimus, non ſubtrahere; Hæreticos evertere, non Orthodoxos imminuere. *Nondum enim diſſidium inter Baſilium & Anthimum, de Cappadociæ in duas Provincias diviſione, erat compoſitum. Baſilius namque totius Provinciæ, id eſt, utriuſque Cappadociæ, caput haberi volebat. Id non ægrè agnoſcit Gregorius; ideóque purgat ſe quòd Baſilii præſentiam, aut ſaltem ab eo Eulalii ordinationis confirmationem non expectaverit.*

Quo tempore habita hæc Oratio.

II. *Doaris, in ſecundæ Cappadociæ oppido, habita eſt hæc decimatertia Oratio, circa annum 373. Maximâ namque perſecutionis procellâ jactata fuerat Doarenſis Eccleſia, multúmque inteſtino bello exagitata. Quamobrem à gratiarum actione incipit Orator, & populo de ſedatis fluctuum voluminibus & bellis gratulatur. Tum, paucis de Baſilio, & in Hæreticos ac perturbatores ejectos, prolatis, ad novum Paſtorem Orationem convertit, quem & monitis inſtruit, & debitis laudibus exornat. Cæterùm Gregorius in hac Oratione Epiſcopum quemdam vehementer exagitat,*

Or. XIII. n. 3. eum Dathanis & Abironis filium *appellans. Cenſet Elias de Anthimo Tyanenſi Epiſcopo loqui Theologum. Verùm, ut rectè obſervat Billius,*

Arg. in hanc Orat. id non ſatis ex hujus Orationis verbis colligi poteſt. Imò quædam ſunt, quæ hanc expoſitionem reſpuere videantur. Hæc enim verba: ὅτε τῷ ποιμένι τῷ σῷ μέγα τι ἐχαρίσω, in eum quadrant, qui fruſtrà aliquem vexare ſtuduit, ut à quodam alio gratiam iniret, non autem in Anthimum, qui cùm infeſtiſſimum ſe hoſtem Baſilio præbuerit, non video quonam pacto hæc verba ei convenire poſſint. Dicendum enim potiùs

(a) Auctor novæ Ed. Op. ſancti Baſilii contendit, adverſus Tillemontium, tunc primùm Doarenſem ſedem conſtitutam fuiſſe, nec, ante Eulalium, ullum alium Epiſcopum Doaris fuiſſe ordinatum. Vide Baſilii vitam, Tom. III. novæ Ed. c. XXIV. n. 3. pag. CXVI.

fuiſſet;

fuiſſet, ὅτε τὸν ποιμένα τὸν σὸν μέγα τι ἔβλαψας, *nec Paſtori tuo magnum aliquod detrimentum attuliſti*, quàm, ὅτε τῷ ποιμένι τῷ σῷ μέγα τι ἐχαρίσω, *nec à Paſtore tuo ingentem aliquam gratiam iniiſti. Addemus ne quidem dici poſſe in priore Billii ſenſu*, Paſtori tuo, *quem* ſuum *jam Anthimus non agnoſcebat, ex quo Tyanenſis ſedes in Metropolim erecta eſſet.*

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ Δοαρῶν, ὁμιλία ἐκδοθεῖσα Εὐλαλίῳ Επισκόπῳ.

ΛΟΓΟΣ ιγ.

α. ΔΕΞΑΣΘΕ τὸν ἡμέτερον λόγον, ἀδελφοὶ, κἂν ἐλάχιστος ᾖ, κἂν ὡσὰ πολὺ τῆς ἀξίας λειπόμενος· πλὴν ὅμως σαθμίζειν οἶδεν ὁ δεσπότης Θεὸς τῇ δικαίᾳ κρίσει [b] τὸν ἔλεον· δέχεται γὰρ κἀ Παύλε τὴν φυτείαν, [c] ὡς Παύλε, καὶ Απολλὼ τὴν ἀρδείαν, καὶ τὰ δύο λεπτὰ τῆς χήρας, καὶ τοῦ τελώνου τὴν ταπείνωσιν, καὶ τοῦ Μανασσῆ τὴν ἐξαγόρευσιν. δέξασθε λόγον [d] νεόκτιστον ἐπὶ [e] νεοκτίστῳ ποιμένι· δέξασθε φωνὴν εὐχαριστήριον ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις θαύμασι. μικροὶ μὲν ἡμεῖς καὶ ἐλάχιστοι ἐν υἱοῖς Ισραὴλ· εὐχαριστεῖν δὲ πλουσίως οὐδὲν [f] κωλύει καὶ τοὺς μικρούς. τὴν μὲν οὖν τελεωτέραν εὐφημίαν ἀποδώσουσι τῷ Θεῷ πάντως οἱ τελεώτεροι. ἡμεῖς δὲ τὴν κατὰ δύναμιν εἰσοίσομεν σήμερον. τοιγαροῦν ᾄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησεν. ἐπυμαινόμεθα, ἐπολεμούμεθα, ἐξωθούμεθα· τὰ μὲν ἤδη παρῆν τῶν δεινῶν, τὰ δὲ ἤμελλεν. ἀλλὰ τίς ἔσησε τὴν καταιγίδα εἰς αὔραν; τίς συνέτριψεν ὅπλον, ἢ ῥομφαίαν, ἢ πόλεμον; τίς τοὺς [g] ἐξωσμένους καὶ ἀπερριμμένους [h] ἡμᾶς εἰσεδέξατο; οὐχὶ σὺ ὁ Θεὸς, ὁ ἐνεργήσας ταῦτα; Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ.

β. Οὗτος ἔτεμε θάλασσαν· οὗτος ἔθρεψεν ἐν ἐρήμῳ λαὸν φυγάδα, ξένον ὑετὸν χαρισάμενος· οὗτος πέτραν ἐπήγασεν· οὗτος κατεπολέμησε τὸν Αμαλὴκ, χειρῶν [i] ἀποῤῥήτῳ καὶ μυστικῷ σχήματι· τοῦτο γὰρ ἴσχυσαν ἱερέως χεῖρες ἐπὶ τοῦ ὄρους αἰρόμεναι, καὶ εἰς εὐχὴν τυπούμεναι, ὃ πολλαὶ μυριάδες οὐκ ἴσχυσαν· οὗτος τείχη κατέσεισεν ἀμάχως καὶ

(a) Εἰς τήν &c. In quibuſdam: προσφώνησις ἐκδοθεῖσα ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ Εὐλαλίε Επισκόπε Δοαρῶν, *allocutio in Eulalii Doarenſium Epiſcopi ordinatione habita.*

(b) Τὸν ἔλεον. *Miſericordiam.* Gregorius hîc per *miſericordiam*, intelligit mercedem illam, quam Deus nobis rependit.

(c) Ὡς Παύλε. Hæc in quibuſdam Germaniæ codicibus deſunt, atque reſpuit Leuvenklaius; Billius autem ea agnoſcit, & quidem meritò, cum in pleriſque codd. legantur.

(d) Νεόκτιστον. Or. I. νεώκιστον.

(e) Νεοκτίστῳ ποιμένι. *Propter recèns creatum Paſtorem.*

(f) Κωλύει. Coisl. I. κωλύσει.

(g) Ἐξωσμένους. Sic tres Regg. duo Coisl. & Or. I. In Ed. ἐζωσμένους.

(h) Ἡμᾶς. Sic duo Regg. & Comb. Editi, ὑμᾶς.

(i) Ἀποῤῥήτῳ. Coisl. I. ἀποῤῥήτων ἐκστάσει καὶ &c.

ORATIO HABITA *in conſecratione Eulalii Doarenſium Epiſcopi.*

ORATIO DECIMA-TERTIA.

Aliàs 30. *quæ autem* 13. *erat, nunc* 23.

Habita circa annum 373.

Auditores rogat, ut hanc perexiguam Orationem accipiant.

I. FRATRES, Orationem noſtram accipite, quamvis perexiguam, atque à dignitate materiæ procul remotam; ſed tamen Dominus Deus juſto judicio miſericordiam expendere ſolet. Nam & Pauli plantationem accipit, ut Pauli, & rigationem Appollo, & duo viduæ minuta, & Publicani dejectionem, & Manaſſis confeſſionem. Novam propter novum Paſtorem Orationem accipite. Vocem, ob ea quæ cernimus miracula, gratias agentem, accipite. Parvi quidem ipſi ſumus, & minimi inter filios Iſraël: at nihil prohibet, quominùs parvi quoque affatim & copiosè gratias agant. Deo ſanè perfectiorem laudem perfectiores reddent: nos autem pro viribus hanc hodie offeremus. Quamobrem *cantate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit.* Fluctibus jactabamur, bello premebamur, extrudebamur: calamitates acerbitatéſque multæ, partim jam urgebant, partim impendebant. Verùm *quis procellam in auram ſtatuit*, atque compreſſit? *Quis confregit ſcutum, gladium & bellum?* Quis nos expulſos atque projectos ſuſcepit? *Nonne tu Deus, qui hæc effeciſti? Dominus fortis & potens, Dominus potens in bello.*

Pſ. XCVII. 1. *Pſ.* CVI. 29. *Pſ.* LXXV. 4. *Iſai.* XLV. 7. *Pſ.* XXIII. 8.

II. Hic mare ſcidit. Hic profugum populum in deſerto aluit, novam atque inauditam pluviam elargitus. Hic, ut petra fontis ritu ſcaturiret, fecit. Hic per arcanam & myſticam manuum figuram Amalecitarum copias fregit, ac profligavit. Hoc enim Sacerdotis manus in monte ſublatæ, atque ad precationem compoſitæ, potuerunt, quod multa hominum millia perficere nequiverunt. Hic urbium mœ-

Dei mirabilia recenſentur. *Exod.* XIV. 21. XVI. 13. XVII. 6. & *ſeq.* *Joſue.* VI. 16.

nia & propugnacula ſine bello ullo & certamine concuſſit ac dejecit. Et, ut poſtrema commemorem, hic ſuperbum illum & arrogantem Goliath, atque à gigantibus oriundum, adverſus magnum Davidem pugnam inire auſum, proſtravit. Ac proindè omnes uno animo dicamus : *Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum :* &, *Torrentem pertranſivit anima noſtra : quaſi paſſer erepta eſt de laqueo venantium :* aliáque omnia, quæ anima, ob Dei munificentiam ingenti lætitiâ perfuſa proloquitur. *Non venimus, ut gladium mittamus, ſed ut pacem.* Non venimus in magni illius Paſtoris contemptum & ignominiam, qui ſplendidæ civitati præſidet. Honorabilem ſcimus, caput agnoſcimus, ſanctum vocamus, tametſi injuriâ affecti. Tantùm, indulgentem & humanum patrem filiis ſe præbeat, totíque Eccleſiæ ſedulò proſpiciat. Sacerdotes & Præſules augere ſtuduimus, non ſubtrahere : Hæreticos evertere, non Orthodoxos imminuere.

I. Reg. XVII. 49.

Auditores ad grates Deo referendas invitat Gregorius.

Pſ. CXXIII. 6.

Ibid. v. 7.

Luc. XII. 51.

III. Quid ais, Fili *Dathan & Abiron*, & dux militaris contumax, qui adverſus Moyſem inſurgere auſus es, qui manus in nos, quemadmodùm illi linguas in magnum illum Dei ſervum, immiſiſti? Non cohorruiſti? Non pudore ſuffuſus es? Non hæc animo agitanti carnes in terram collapſæ ſunt? Et poſtea manus has ſursùm ad Deum tendes? Poſtea dona offeres? Poſtea orationes pro populo fundes? Vereor equidem ne Dei gladius, tandiu rubignem contrahat, & conquieſcat. Nec à Paſtore tuo ingentem aliquam gratiam iniiſti, & te ipſum maximo detrimento mulctaſti, te ipſum videlicet à Dei gratia extraneum reddens.

Acriter in nefarium quempiam invehitur.

Num. XVI. 1.

IV. Ac nunc, ô Paſtorum optime & præſtantiſſime, adeſdum, ac nobiſcum, imò ante nos populum tuum accipe, quem Spiritus Sanctus tibi commiſit, quem Angeli offerunt, quem & vita, & morum probitas, fidei tuæ credidit. Quòd ſi per tentationes & impedimenta throni hæreditatem conſequeris, non eſt cur tibi hoc mirum videri debeat. Nulla res magna probationis & anxietatis eſt expers. Naturâ enim ita comparatum eſt, ut res humiles & abjectæ facili negotio parentur, res autem ſublimes & excelſæ, non niſi ſummo ſtudio & difficultate. Audiſti Paulum dicen-

Ad Eulalium Orationem dirigit, atque eum hortatur, ut populum ſibi commiſſũ accipiat ac regat.

Ei tribulationes regiminis animarum adhærentes non diſſimulat.

ἀπολέμως· ἡ, ἵνα τὰ τελευταῖα λέγω, οὗτος κατήνεγκε τὸν [a] Γολιὰθ κατὰ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ τολμήσαντα, τὸν ἐπηρμένον, καὶ ἀλαζόνα, καὶ ἀπόγονον τῶν γιγάντων. διὰ ταῦτα [b] οὖν ὁμοθυμαδὸν λέγωμεν· εὐλογητὸς Κύριος, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν· ἡ, χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν· ὡς στροῦθιον ἐῤῥύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· ἄλλα τε ὅσα ψυχὴ εὐχαρὴς ἐπὶ Θεοῦ μεγαλοδωρεᾷ φθέγγεται. οὐκ ἤλθομεν [c] βάλλειν μάχαιραν, ἀλλ' εἰρήνην. οὐκ ἤλθομεν ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ [d] μεγάλου ποιμένος, τοῦ τῆς λαμπρᾶς προκαθεζομένου πόλεως· τίμιον ἴσμεν, κεφαλὴν γινώσκομεν, ἅγιον καλοῦμεν, καὶ [e] ἀδικούμενοι· μόνον ἔσω φιλότεκνος, καὶ πάσης προνοῶν Ἐκκλησίας. προσθήκην ἱερέων ἐπραγματευσάμεθα, οὐχ ὑφαίρεσιν· αἱρετικῶν ἀνατροπὴν, οὐκ ὀρθοδόξων ἐλάττωσιν.

γ. Τί φὴς, [f] ὦ παῖ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν, καὶ στρατηγὲ ἀσωφρόνιστε, ὁ κατὰ Μωϋσέως τολμήσας, καὶ χεῖρας ἐπαφεὶς ἡμῖν, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰς γλώσσας [g] τῷ μεγάλῳ θεράποντι; οὐκ ἔφριξας; οὐκ ἐνετράπης; οὐκ ἐῤῥέησάν σοι ταῦτα διανοουμένῳ κατὰ γῆς αἱ σάρκες; εἶτα τὰς χεῖρας ταύτας ἀνατείνεις τῷ Θεῷ; εἶτα δῶρα προσάξεις; εἶτα ὑπερεύξῃ λαοῦ; φοβοῦμαι μή ποτε τοσοῦτον ἡ ῥομφαία τοῦ Θεοῦ [h] κατιωθῇ, καὶ ἠρεμήσειεν· οὔτε τῷ ποιμένι τῷ σῷ μέγα τι ἐχαρίσω, καὶ σαυτὸν τὰ μέγιστα ἐζημίωσας, [i] ἀλλοτριώσας σεαυτὸν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος.

δ. Νῦν δὲ, ὦ ποιμένων ἄριστε καὶ τελεώτατε, δεῦρό μοι καὶ τὸν σὸν ἀπολάμβανε λαὸν, σὺν ἡμῖν τε καὶ περὶ ἡμῶν, ὃν ἐνεχείρισέ σοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃν προσάγουσιν Ἄγγελοι, ὃν ὁ βίος καὶ ὁ τρόπος ἐπίστευσεν. εἰ δὲ διὰ πειρασμῶν καὶ κωλυμάτων τὸν θρόνον κληρονομεῖς, μὴ θαυμάσῃς· οὐδὲν τῶν μεγάλων ἀδόκιμον, οὐδὲν ἀβασάνιστον. ἕπεται γὰρ φύσει, τοῖς μὲν ταπεινοῖς τὸ ῥᾴδιον, τοῖς δὲ ὑψηλοῖς τὸ δύσκητον. ἤκουσας τοῦ εἰπόντος, ὅτι δεῖ ἡμᾶς διὰ πολλῶν θλίψεων εἰσελθεῖν εἰς τὴν

(*a*) Γολιάθ. Sic duo Regg. & Or. 1. Editi, Γολιάδ.

(*b*) Οὖν. Addidimus codicum auctoritate.

(*c*) Βάλλειν. Tres Regg. Or. 1. & Combef. βαλεῖν.

(*d*) Μεγάλε ποιμένος. Putamus hîc *Baſilium magnum* intelligi.

(*e*) Ἀδικούμενοι. Refert Gregorius *ideò ſe injuriâ affectum* à Baſilio, quòd eum Baſilius Saſimorum Epiſcopum creaſſet : eadem in pluribus locis commemorat.

(*f*) Ὦ παῖ Δαθὰν &c. Quem hîc deſignet Gregorius, ambiguum. Elias Anthymum eſſe putat; immeritò quidem, ut in Mon. n. 2. declaratur. Billius, quemdam Epiſcopum Anthimo addictum. Novus operum S. Baſilii Editor, in ejus vita Tom. III. c. XXIV. n. 3. p. CXVI. probabiliùs certè, Presbyterum quemdam Tyanenſem, qui contra Baſilium pugnaverat, & in ipſum etiam Gregorium injecerat manus, ut ab Anthimo gratiam iniret. Huic Dei gladium imprecari videtur Theologus, *ut in hac vita*, inquit Elias, *audaciæ ſuæ pœnas luens, æternis ſuppliciis eximatur.*

(*g*) Τῷ μεγάλῳ. Sic tres Regg. & Or. 1. Deeſt τῷ in Ed.

(*h*) Κατιωθῇ. Rectiùs quàm κάτω Θῇ, ut Billius primùm legerat & reddiderat : *deorſum Dei gladius propendeat.*

(*i*) Ἀλλοτριώσας. *Dei gratiâ te excludens.*

βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· εἰπὲ καὶ αὐτὸς, διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν· ὦ τοῦ θαύματος· τὸ ἑσπέρας ηὐλίσθη κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωΐ ἀγαλλίασις. ἔα ληρεῖν τοὺς πολεμοῦντας καὶ περιχάσκειν, ὡς κύνας ὑλακτοῦντας διαπεπῆς· ἡμεῖς δὲ μὴ πολεμώμεθα. δίδασκε προσκυνεῖν Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ a Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, [a] ἐν μιᾷ δόξῃ τε καὶ λαμπρότητι. τὸ ἀπολωλὸς ἐκζήτει, τὸ ἀσθενὲς ἐνίσχυε, τὸ ἰσχυρὸν φύλασσε. τοσαύτην ἀπαιτοῦμέν σε τὴν ἐν τοῖς πνευματικοῖς εὐδοκίμησιν, ὅσην ἐπὶ τῶν κοσμικῶν συνέγνωμεν. τὴν μὲν οὖν τελεωτέραν ὅπλισιν b [b] δέχοιο παρὰ τῶν μειζόνων στρατηγῶν, δι' ἧς δυνήσῃ τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι, καὶ παρασῆσαι τῷ Κυρίῳ λαὸν περιούσιον, ἔθνος ἅγιον, βασίλειον ἱεράτευμα, ἐν d c Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ [c] ἡμῶν, ᾧ ἡ [d] δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· Ἀμήν.

tem: *Oportere nos per multas tribulationes introire in regnum cœlorum.* Dic ipſe quoque: *Tranſivimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* O inſigne miraculum: *Ad veſperam demoratus eſt fletus, & ad matutinum lætitia.* Sine eos, qui bellum gerunt, nugari atque ineptire, ac diducto rictu hiare, ut canes fruſtrà oblatrantes: nos autem ne bello vexemur. Doce adorare Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, in tribus Perſonis, in una gloria & ſplendore. *Quod periit, exquire: quod infirmum eſt, corrobora: quod firmum eſt, ſerva.* Tantam à te in ſpiritualibus rebus laudem nominiſque gloriam efflagitamus, quantam in terrenis negotiis cognovimus. Perfectiorem armaturam à majoribus ducibus accipies, per quam poteris *ignita Diaboli tela extinguere,* ac *ſiſtere Domino plebem peculiarem, gentem ſanctam, regale Sacerdotium,* in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Act. XIV. 21.

Pſ. LXV. 12.

Pſ. XXIX. 6.

Quantam in terrenis rebus laudem adeptus erat, tantam ab eo in ſpiritualibus efflagitat.

Ezech. XXXIV. 4.

Epheſ. VI. 16.

I. Pet. II. 9.

(*a*) Ἐν μιᾷ δόξῃ. *In una majeſtate.*
(*b*) Δέχοιο. *Accipito.*
(*c*) Ἡμῶν. Sic in pluribus Codd. Deeſt in Editis.
(*d*) Δόξα. Addunt nonnulli, καὶ τὸ κράτος, *& imperium.*

MONITUM

IN ORATIONEM DECIMAM-QUARTAM.

Hujus Orationis titulus & argumentum.

I. *Quamvis in pleriſque manu exaratis Codicibus, hæc Oratio iſtum præ ſe ferat titulum :* περὶ πλωχοτροφίας, de alendis pauperibus; *prætulimus tamen cum Hieronymo, Gabrielio, aliiſque compluribus retinere :* περὶ φιλοπλωχίας, de pauperum amore. *Gregorius namque, ſi ad hujuſce Orationis initium attendamus, videtur per ſe ipſe hanc eandem inſcriptionem Orationi imponere :* Δέξασθε, *inquit,* τὸν περὶ φιλοπλωχίας λόγον, hanc de pauperum amore Orationem accipite. *Utram autem ſententiam teneamus,* nihil fermè refert, *inquit Gabrielius.* Utraque enim Oratoris propoſitum clarè oſtendit, quod quidem eſt, ut doceat pauperes benevolentiâ & benignitate complectendos eſſe.... Id autem tantâ Theologus doctrinâ & gravitate, tantáque pariter eloquentiâ & vi dicendi præſtitit, ut qui eâ non admodum afficiatur & commoveatur, is planè durus, ferreus & inhumanus dici poſſit. *Ita etiam ſentiunt alii qui de hac Oratione tractarunt, ſi Clericum excipias. Verùm contemnendus potiùs, quàm ſeriò refellendus eſt ille faſtidioſus ac malevolus Cenſor, qui* ordinem & materiæ unitatem *in hac Oratione deſiderat, quique* digreſſiones & excurſus *Oratori objicit. Oratio ipſa, ſi attentè legatur, tam iniquum hac de re judicium confutabit.*

Hier. de Scrip. Eccl. ed. Baſ. 1529. pag. 149.

Or. XIV. n. 1.

Arg. in hanc Orat.

Bibl. univ. Tom. 18. p. 68.

Quo loco, & quo tempore habita hæc Oratio.

II. *Hanc Orationem Cæſareæ habitam fuiſſe unâ ferè voce conſentiunt eruditi. Si autem annum quæras, iidem ipſi inter ſe diſſentiunt; idque, fatemur, non niſi conjiciendo licet aſſequi. Vix enim ullam in inſigni hac Oratione temporis notam reperire eſt. Nonnullam tamen Gabrielius, (collatis inter ſe his duobus Gregorii locis :* proponitur nobis ob oculos grave & miſerandum ſpectaculum, nec niſi iis, qui norunt, credibile, homines mortui ac viventes &c. *Et alibi :* non jam oculis noſtris triſte & miſerandum ſpectaculum proponitur, homines ante mortem mortui &c.) *videre ſibi viſus eſt, atque colligit,* ſatis perſpicuum eſſe, nondum à Baſilio ædificatum fuiſſe, τὸ τῆς εὐσεβείας ταμεῖον, *illud pietatis promptuarium,* cùm præclara hæc & luculenta haberetur Oratio; atque probabiliter conjici poſſe, non parùm ipſam quoque ponderis ad opus tam pium perficiendum attuliſſe. *A Gabrielio autem diſſentiunt Nicetas & Baſilius Scholiaſta. Primus quidem ait :* eorum causâ potiſſimùm habita eſt Oratio, qui in Baſiliadis valetudinario, ſacro morbo (*leprâ*) laborabant; quod quidem Baſilius Magnus extruxerat, ibique collectos ægrotos curabat. *Secundus verò, id eſt, Baſilius Scholiaſta, ſic loquitur:* τὸν προκείμενον τῦτον περὶ φιλοπλωχίας λόγον ἐν τῷ πλωχείῳ ἐκπεφωνῆσθαι φασὶ, τῷ ἐν Βασιλειάδι ὑπὸ τῦ μεγάλυ τηνικαῦτα δομηθέντος Βασιλείυ ἀντιχρὺ Καισαρείας. Eum quem explicandum aggredimur de pauperum amore ſermonem, pronunciatum ferunt in pauperum domo, quæ in Baſiliadi erat, à Baſilio Magno, è regione Cæſareæ tum temporis ædificata.

Or. XIV. n. 10.

Or. XLIII. n. 63.

Comment. in hanc Orat.

Initio comment. in hanc Orat.

Nicetæ ac

III. *In hac opinionum diſcrepantia, perpenſis undequaque rationibus ac momentis,*

momentis, Nicetæ & Basilii sententiam tutiorem arbitramur, utpotè quæ firmioribus nixa videatur argumentis. Ac primò quidem, nihil certè clarius ac disertius à Niceta & Basilio dici potuit, qui procul dubio, quod traditum acceperant hîc narrare censendi sunt. Deindè illorum sententia magis cum Historiæ monumentis congruit. Difficultatis enim nodus in eo potissimum consistit, ut verè ac præcisè assignetur tempus in quo à Basilio Magno extructum fuit istud pietatis ædificium. *Probabilius autem videtur eruditis illud fuisse inchoatum anno 370. vel ad summum 371. Id probatur ex eo ipso, quòd anno 372. in hac domo exceptus sit Heraclides, ac proindè quod illa pauperum domus hoc ipso anno fuerit hospitibus suscipiendis idonea. Constat præterea Gregorium nostrum nullam ad Cæsarienses habuisse Orationem, nisi postquam ordinatus est Episcopus; quod quidem contigit, ut jam vidimus, circa festum Paschæ anni 372. Undè non malè colligere licet hanc Orationem pronunciatam fuisse anno circiter 373.*

Basilii Scholiastæ sententia perpenditur.

Monit. in Orat. 9.

IV. *Si autem prævaleret Gabrielii sententia, certè quidem ante annum 371. ac proindè ante Gregorii ordinationem collocanda esset hæc Oratio; quod sanè ex dictis fieri nullatenùs potuit. Itaque ex collatis à Gabrielio Gregorii locis conjicere forsan licuerit, cœptum jam tunc celeberrimum istud toto orbe Nosocomium; at non ita perfectum, ut* universos morbo laborantes, curatores, medicos, jumenta, deductores &c. *continere posset. Undè Gregorius in hac Oratione optimè ac verè dicere potuit :* proponitur vobis ob oculos grave & miserandum spectaculum &c. *& rursùs in Basilii Magni laudatione, absolutis omnibus, & undequaque coactis sacro morbo laborantibus, licuit etiam gratulari, quòd* miserandum illud ac triste spectaculum *jam abesset. Non negamus tamen mirum sanè videri, quòd in hac Oratione, nihil, nec de ædificanda illa pauperum domo, neque de ædificata aut perfecta, reperiatur. Id ne verbo quidem attigit Gregorius. Undè probabiliter fieri potest, Gabrielium, propter istud Theologi de hac re silentium, in oppositam sententiam abiisse.*

Quid de Gabrielii opinione sentiendum.

Bas. Ep. 94.

Or. XIV. n. 10.

Or. XLIII. n. 63.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

[a] περὶ φιλοπτωχίας.

S. GREGORII THEOLOGI

de pauperum amore.

ΛΟΓΟΣ ιδ.

ORATIO DECIMA-QUARTA.

Alias 16. quæ autem 14. erat, nunc 22.

Habita anno circiter 373.

a α. ΑΝΔΡΕΣ ἀδελφοὶ καὶ συμπένητες, πτωχοὶ γὰρ ἅπαντες, κἠ τῆς θείας χάριτος ἐπιδεεῖς, κἂν ἄλλος ἄλλου προέχειν δοκῇ, μικροῖς μέτροις μετρούμενος, δέξασθε τὸν περὶ φιλοπτωχίας λόγον, μὴ πενιχρῶς, ἀλλὰ b φιλοτίμως, ἵνα βασιλείαν [b] πλουτήσητε· συνεύξασθε δὲ καὶ ἡμᾶς πλουσίως τοῦτον ὑμῖν χορηγῆσαι, καὶ θρέψαι πρὸ λόγῳ τὰς ὑμετέρας ψυχὰς, καὶ διαθρύψαι πεινῶσι τὸν πνευματικὸν ἄρτον· εἴτε ἀπ' οὐρανοῦ

A I. VIRI fratres, ac paupertatis socii; (quamvis enim, parvis adhibitis mensuris, alius alium antecellere videatur, pauperes tamen omnes reverà sumus, gratiáque divinâ indigemus,) hanc de pauperum amore Orationem non angustè & jejunè, sed amplè & magnificè accipite, ut regni opes assequamini; ac simul orate, ut eam copiosè vobis submini-stremus, & sermone animos vestros alamus, panémque spiritualem fame laborantibus frangamus, sive prisci illius

Dei pauperes sumus, & ipsius gratiâ indigemus.

(a) Περὶ φιλοπτωχίας. Ita Reg. bm. Or. 2. εἰς φιλοπτωχίαν. Alii, περὶ πτωχοτροφίας, *de alendis pauperibus.*

(b) Πλουτήσητε. Regg. bm. ph. & Or. 2. πλουτίσητε.

Exod. XVI. 14. *& seq.* *Ps.* LXXVII. 25. *Matth.* XIV. 15. *& seq.*

Moysis in morem, *cibum è cælo pluentes*, atque *Angelorum panem* largientes; sive *paucis panibus multa etiam hominum millia in deserto ad saturitatem usque pascentes*, velut postea Jesus fecit, verus, inquam, ille panis, & veræ vitæ author. Est quidem haud admodùm promptum & facile inter virtutes, eam, quæ cæteras vincat, invenire, eique primas ac palmam dare: quemadmodùm etiam in prato quodam plurimis & suavibus floribus referto florem omnium pulcherrimum & fragrantissimum reperire, alio nimirum aliàs olfactum & aspectum ad se distrahente, atque ad primum eum decerpendum alliciente. Quantùm tamen ipse assequi possum, ita res distinguenda & consideranda est.

A τροφὴν [a] ὄντας, καθάπερ Μωϋσῆς ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος, & ἄρτον Ἀγγέλων χαριζομένους· εἴτε ἄρτοις ὀλίγοις ἐν ἐρημίᾳ τρέφοντας μέχρι κόρου καὶ μυριάδας, καθάπερ Ἰησοῦς ὕστερον, ὁ ἀληθινὸς ἄρτος, καὶ τῆς ἀληθινῆς ζωῆς αἴτιος. ἔστι μὲν οὖν οὐ πάνυ τι ῥᾴδιον τῶν ἀρετῶν τὴν νικῶσαν εὑρεῖν, καὶ ταύτῃ δοῦναι τὰ [b] πρεσβεῖα καὶ τὰ νικητήρια· ὥσπερ οὐδὲ ἐν [c] λειμῶνι πολυανθεῖ καὶ εὐωδεῖ, τῆς ἀνθέων τὸ κάλλιστον καὶ εὐωδέστατον, ἄλλοτε ἄλλου B τὴν ὄσφρησιν καὶ τὴν ὄψιν πρὸς ἑαυτὸ μεθέλκοντος, καὶ πρῶτον δρέπεσθαι πείθοντος. ὡς δ' οὖν ἐμὲ, πρὸς τούτων [d] διελέσθαι σκεπτέον οὕτως.

a

b

c

d

Pulchra res est, fides, spes, caritas. *I. Cor.* XIII. 13. *Gen.* XV. 6. *Gen.* IV. 26.

II. Pulchra res est, *fides*, *spes*, *charitas*, *tria hæc*; ac fidei quidem testis est Abraham, *qui justitiæ laudem ex fide consecutus est*; spei, *Enos*, *qui primus spe adductus est*, *ut Domini nomen invocaret*, justique etiam omnes, qui propter spem ærumnas sufferunt; charitatis, divinus

β. Καλὸν πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· καὶ μάρτυς τῆς πίστεως Ἀβραὰμ, δικαιωθεὶς ἐκ πίστεως· τῆς ἐλπίδος, Ἐνὼς, [e] ὃς πρῶτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸν Κύριον e

[f] καὶ πάντες οἱ δίκαιοι δι' f

Rom. IX. 3.

Apostolus, qui Israëlis causâ gravius aliquid adversus se proloqui non dubitavit; C

τὴν ἐλπίδα κακοπαθοῦντες· τῆς ἀγάπης, ὁ θεῖος Ἀπόστολος, τολμήσας τι καὶ καθ' ἑαυτοῦ δι' τὸν Ἰσραὴλ φθέγξασθαι· καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸς, ἀγάπη καλούμενος. καλὸν ἡ φιλοξενία· καὶ μάρτυς ἐν μὲν δικαίοις, Λὼτ ὁ Σοδομίτης, καὶ οὐ Σοδομίτης τὸν τρόπον· ἐν δὲ ἁμαρτωλοῖς, Ῥαὰβ ἡ πόρνη, καὶ οὐ πόρνη [g] τὴν προαίρεσιν, g

I. Joan. IV. 8.

ac Deus etiam ipse, qui *charitas* appellatur.

Hospitalitas.

Pulchra res hospitalitas; ac testis inter justos quidem *Loth Sodomita*, moribus tamen haudquaquam Sodomita; inter

Gen. XIX. 3.

Josu. II. 1. *& seq.*

peccatores autem *Raab meretrix*, non tamen ex proposito meretrix, cui benè de hospitibus merendi studium, & laudi fuit, & saluti. Pulchra res fraternus amor, ejúsque rei Jesum testem habemus, qui

δι' φιλοξενίαν [h] ἐπαινεθεῖσά τε καὶ ζωθεῖσα. h

Fraternus amor.

καλὸν ἡ φιλαδελφία, καὶ μάρτυς Ἰησοῦς, οὐκ ἀδελφὸς ἡμῶν κληθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνασχόμενος. καλὸν ἡ

Humanitas.

non modo frater noster vocari, sed etiam salutis nostræ causâ supplicio affici sustinuit. Pulchra res benevolentia erga homines; ac testis est idem Jesus, qui non

Eph. II. 10.

solùm hominem *propter opera bona creavit*, atque imaginem, quæ ad optima quæque dux esset, ac superna bona conciliaret, carni copulavit, sed nostri etiam causâ homo factus est. Pulchra res longanimitas, quemadmodùm idem ipse testatur, qui non solùm *Angelorum legiones* adversus eos, qui impetum in ipsum faciebant, ac vim ei afferebant, recusavit, nec Petrum solùm, quòd gladium sustulisset, objurgavit, verùm ei etiam, qui percussus fuerat, *aurem* restituit. Quod etiam ipsum postea Stephanus item Christi discipulus præstitit, cùm *pro iis*, *à quibus lapidabatur*, *preces fudit*. Pulchra res

φιλανθρωπία· καὶ μάρτυς ὁ αὐτὸς Ἰησοῦς, D οὐ ποιήσας μόνον τὸν ἄνθρωπον ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, καὶ [i] τὴν εἰκόνα τῷ χοῒ συζεύξας i ὁδηγὸν τῶν καλλίστων, & τῶν ἄνω πρόξενον, ἀλλὰ καὶ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν ἄνθρωπος. καλὸν ἡ μακροθυμία, καὶ ὁ αὐτὸς μάρτυς, οὐ τὰς λεγεῶνας μόνον τῶν Ἀγγέλων παραιτησάμενος κατὰ τῶν ἐπανισταμένων καὶ τυραννούντων, οὐδὲ τῷ Πέτρῳ μόνον ἐπιτιμήσας [k] αἱρο- k μένῳ τὴν μάχαιραν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὠτίον ἀποκατασήσας τῷ πεπληγότι. τὸ δ' αὐτὸ & E Στέφανος ὕστερον ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς, ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων αὐτὸν προσευχόμενος. καλὸν ἡ πραότης, καὶ μαρτυροῦσι Μωϋσῆς

Luc. XXII. 50.

Act. VII. 59.

(*a*) Ὄντας. Gloss. βρέχοντας.
(*b*) Πρέσβεια. Gloss. πρῶτα.
(*c*) Λειμῶνι. Gloss. λιβαδίῳ.
(*d*) Διελέσθαι. Reg. hu. ἐλέσθαι. Reg. ph. διαλέγεσθαι. In Oxon. desunt hæc verba: ὡς δ' ἔν ἐμὲ, περὶ τούτων διελέσθαι σκεπτέον ὕστερον.
(*e*) Ὃς πρῶτος &c. *Qui primus spe adductus, ut Dei nomine vocaretur*; nempè *ut sui vocarentur filii Dei.* Sic vertit Combefisius passivè accipiendo vocem ἐπικαλεῖσθαι. Huic interpretationi, etsi recedat à communi sententia, ut ipse fatetur, favent Aquila & Theodoretus, nec non vox hebræa לקרא. Et certè Adamus invocavit nomen Domini; invocavit etiam Abel, priusquàm invocaretur ab Enos. Non ergo *primus* Enos *cæpit invocare.*
(*f*) Καὶ πάντες. Reg. o. πάντες δέ.
(*g*) Τὴν προαίρεσιν. Billius: *animi inductione.*
(*h*) Ἐπαινεθεῖσα &c. *Laudata & servata.*
(*i*) Τὴν εἰκόνα. *Imaginem*, id est, *animam.*
(*k*) Αἱρομένῳ. Reg. ph. αἴροντι.

καὶ Δαβὶδ, τοῦτο ϖϱὸ τῶν ἄλλων μαϱτυϱη- A
θέντες, καὶ ὁ τούτων διδάσκαλος, οὐκ ἐϱίζων,
οὐδὲ κϱαυγάζων, οὐδὲ ἐν ταῖς ϖλατείαις
φωνὴν ϖϱοϊέμενος, οὐδὲ ζυγομαχῶν ϖϱὸς
τοὺς ἄγοντας.

γ. Καλὸν ὁ ζῆλος, καὶ μαϱτυϱεῖ Φινεὲς,
a τὴν [a] Μαδιανῖτιν τῷ Ισϱαηλίτῃ συνεκκεντή-
c b σας, [b] ἵνα ἐξέλῃ ὄνειδος ἐξ υἱῶν Ισϱαὴλ, [c] καὶ
ὀνομασθεὶς ἐκ τῆς ϖϱοαιϱέσεως· ☪ μετ' ἐκεῖνον,
d οἱ λέγοντες· ζηλῶν ἐζήλωκα τῷ [d] Κυϱίῳ· κὐ,
ζηλῶ γὰϱ ὑμᾶς Θεῦ ζήλῳ· καὶ, ὁ ζῆλος τοῦ
οἴκου σου καταφάγεταί με· καὶ οὐ λέγοντες
τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ϖάσχοντες. καλὸν
e [e] ὑϖοϖιασμὸς ζώμαλος· ☪ ϖειθέτω σε Παῦλος,
ἑαυτὸν ἔτι ϖαιδαγωγῶν, καὶ φοβῶν δῆϑ τοῦ
f Ισϱαὴλ τοὺς ἑαυτοῖς ϑαῤῥοῦντας καὶ [f] ἐφιέντας
τῷ ζώματι· καὶ Ιησοῦς αὐτὸς νηστεύων, καὶ
ϖειϱαζόμενος, καὶ νικῶν τὸν ϖειϱάζοντα. καλὸν
ϖϱοσευχὴ καὶ ἀγϱυϖνία· καὶ ϖειθέτω σε Θεὸς
ἀγϱυϖνῶν ϖϱὸ τῦ ϖάθους, καὶ ϖϱοσευχόμενος.
καλὸν ἁγνεία καὶ ϖαϱθενία· καὶ ϖειθέτω σε
Παῦλος ϖϱὸ τούτων νομοθετῶν, καὶ βϱαβεύων
δικαίως γάμῳ καὶ ἀγαμίᾳ, ☪ Ιησοῦς αὐτὸς ἐκ
ϖαϱθένου γεννώμενος, ἵνα καὶ γέννησιν τιμήσῃ,
καὶ ϖϱοτιμήσῃ ϖαϱθενίαν. καλὸν ἐγκϱάτεια·
καὶ ϖειθέτω σε Δαβὶδ, ἡνίκα τοῦ ἐν Βηθλεὲμ
ἐκϱάτησε φϱέατος, μὴ ϖιὼν, ἀλλὰ σωείσας
μόνον τοῦ ὕδατος, μηδὲ ἀνασχόμενος ἴδιον
ϖληϱῶσαι ϖάθος ἐν ἀλλοτϱίῳ αἵματι.

manſuetudo, teſtes ſunt *Moyſes* & *David*, quibus præ cæteris ea laus Scripturæ teſtimonio tributa eſt; atque horum magiſter, *non contendens, nec clamans, nec in plateis vocem emittens*, nec iis, à quibus ducebatur, obluctans. — Manſuetudo. *Num.* XII. 3. *Pſ.* CXXXI. 1. *Iſai.* XLII. 2. & LIII. 7.

III. Pulchra res zelus, teſtis Phinees, qui *Madianitidem unà cum Iſraëlita gladio trajecit*, ut Iſraëlis filios à probro & infamia vindicaret, atque ex animi inſtituto nomen traxit: teſtes etiam poſt eum illi, qui his verbis utebantur: *Zelo zelatus ſum pro Domino omnipotente*: &, *Æmulor vos Dei æmulatione*: &, *Zelus domus tuæ comedit me*: nec ſolùm hoc dicebant, ſed etiam ſentiebant. Pulchra res corporis caſtigatio; id tibi Paulus perſuadeat, *ſeipſum adhuc domans & coërcens*, ac per Iſraëlem, iis, qui ſibi ipſis fidunt, corporíque indulgent, terrorem injiciens; atque adeò Jeſus ipſe *jejunans*, atque & *tentationem ſubiens*, & *tentatorem ſuperans*. Pulchra res oratio & vigilia: hujus rei fidem tibi faciat Jeſus, *ante paſſionem vigilans precibúſque incumbens*. Pulchra res caſtimonia & virginitas; fidem Paulo arroga, de his rebus leges ſtatuenti, *ac matrimonii & virginitatis* controverſiam æquiſſimè diſceptanti, ipſique etiam Jeſu, ex Virgine naſcenti, ut & generationem honore afficiat, & virginitatem honore præferat. Pulchra res continentia; moveat te Davidis auctoritas, qui, ut *Bethleemiticæ ciſternæ copia ipſi facta eſt, minimè bibit*, verùm aquam tantùm libavit, nec adduci potuit, ut ſitim ſuam per alienum cruorem expleret. — Zelus. *Num.* XXV. 7. *III. Reg.* XIX. 14. *II. Cor.* XI. 2. *Pſ.* LXVIII. 10. Pœnitentia & auſteritas. *I. Cor.* IX. 27. *Matth.* IV. 1. *& ſeq.* Oratio & vigiliæ. *Matth.* XXVI. 36. Caſtimonia & virginitas. *I. Cor.* VII. 25. Continentia. *II. Reg.* XXIII. 15. *& ſeq.*

δ. Καλὸν [g] ἐϱημία καὶ ἡσυχία· καὶ διδάσ- D
κει μὲ ὁ Κάϱμηλος Ηλιοῦ, ἢ ἔϱημος Ιωάννυ,
Ιησοῦ τὸ ὄϱος, εἰς ὃ ϖολλάκις ἀναχωϱῶν φαί-
h νεται, [h] καὶ καθ' ἡσυχίαν ἑαυτῷ συγγινόμενος.
i καλὸν ἡ [i] εὐτέλεια· καὶ διδάσκει μὲ Ηλίας
ἀναϖαυόμενος ϖαϱὰ χήϱᾳ, Ιωάννης ϑϱιξὶ κα-
μήλυ σκεϖόμενος, Πέτϱος ἀσαϱίυ ϑέϱμοις
τϱεφόμενος. καλὸν ἡ ταϖεινοφϱοσύνη, καὶ ϖολ-
λὰ ταύτης, ☪ ϖολλαχόϑεν τὰ ὑϖοδείγματα,
καὶ ϖϱὸ τῦ ἄλλων, ὁ ϖάντων σωτὴϱ καὶ δεσ-
ϖότης, οὐ ταϖεινώσας ἑαυτὸν μόνον μέχϱι E
δούλυ μοϱφῆς, οὐδὲ τὸ ϖϱόσωϖον αἰσχύνῃ
ὑϖοϑεὶς ἐμϖτυσμάτων, καὶ μετὰ τῦ ἀνόμων
λογισϑεὶς, ὁ τὸν κόσμον καϑαίϱων τῆς ἁμαϱ-
τίας, ἀλλὰ κὴ τῦ μαϑητῦ νίϖτων τοὺς ϖόδας

IV. Pulchra res ſolitudo & quies; ídque me docet *Eliæ Carmelus*, Joannis *deſertum*, ac *mons* denique ille, in quem Jeſum ſæpè ſeceſſiſſe, ſecúmque ſilentio verſatum eſſe conſtat. Pulchra res victûs tenuitas; documento mihi eſt Elias, qui *apud viduam reficiebatur*, Joannes, qui *camelí pilis tegebatur*, Petrus, qui lupinis unico aſſe emptis alebatur. Pulchra res humilitas, ejúſque multa exempla paſſim extant, ac præ aliis omnium Salvator ac Dominus, qui non modò *ſeipſum ad uſque ſervi formam dejecit, ac ſputorum probro & contumeliæ faciem ſuppoſuit, & cum ſceleratis reputatus eſt*, is, inquam, qui *mundum à peccati maculis expiabat*, ſed etiam *diſcipulorum pedes in habitu ſervili abluit*. Pulchra res inopia & pecuniarum contemp- — Quies & ſolitudo. *III. Reg.* XVIII. 42. *Luc.* I. 80. *Matth.* XIV. 23. Parcimonia. *III. Reg.* XVII. 9. *Matth.* III. 4. Humilitas. *Phil.* II 6. *Iſai.* L. 6. & LIII. 12. *Joan.* XIII. 5.

(a) Μαδιανῖτιν. Or. 2. Μαδιανίτην.
(b) Ινα. Reg. ph ἵν'.
(c) Καὶ ὀνομασθεὶς &c. *Ac indè nomen ſibi fecit: inclitus, celebris evaſit.*
(d) Κυρίῳ. Or. 2. addit παντοκράτορι, *omnipotente.* Ita etiam legit Billius.
(e) Υποπιασμός. Sic omnes codices, vel etiam in quibuſdam, ὑπωπιασμός. In Editis verò, ὑποπιεσμός.
(f) Εφιέντας. Sic plures Regg. & Colb. Or. 2. & Jeſ. Quæ lectio, ut vulgatior, ita & probabilior videtur. Ed. ἐπαφιέντας.
(g) Ερημία καὶ ἡσυχία. Nicetas: ἡ ἐν μονώσει ἡσυχία, *in ſolitudine quies.*
(h) Καὶ καθ' ἡσυχίαν ἑαυτῷ συγγινόμενος. *Silentio ſecum, per ſolitudinis tranquillitatem, verſatum.* Non benè Billius: *animo quieto.* Chriſtus enim certè fuit ſemper *animo quieto*, ſive extra, ſive intra ſolitudinem.
(i) Εὐτέλεια. *Parcimonia, vilitas, tenuitas*, non in victu tantùm, ſed etiam in veſtitu, ut allata exempla demonſtrant.

Voluntaria paupertas. *Luc.* XIX. 8. *Matth.* XIX. 21.

tio; teſtis eſt Zachæus, atque etiam Chriſtus; ille, dum Chriſto domum ſuam ingredienti omnes propemodùm *opes ſuas dono obtulit;* hic dum diviti illi perfectam vitam hâc re definivit. Atque, ut compendioſiùs adhuc de his rebus loquar, pulchra res eſt contemplatio, pulchra item actio; illa hinc aſſurgens atque ad Sancta Sanctorum contendens, mentémque noſtram ad id, quod ipſi cognatum eſt, reducens; hæc verò Chriſtum excipiens, eíque inſerviens, ac vim amoris per opera indicans.

Contemplatio & actio.

A ἐν δουλικῷ τῷ σχήματι. καλὸν ἡ ἀκτημοσύνη καὶ χρημάτων ὑπεροψία· καὶ μαρτυρεῖ Ζακχαῖος, ᾗ Χριστὸς αὐτός· ὁ μὲν, τῇ εἰσόδῳ Χριστοῦ, μικροῦ πάντα καρποφορήσας· ὁ δὲ, τῷ πλουσίῳ τὸ τέλειον ἐν τούτῳ ὡριόρισας. καὶ συντομώτερον ἔτι ὡς τούτων εἰπεῖν, καλὸν θεωρία, καὶ καλὸν πρᾶξις· ἡ μὲν, ἐντεῦθεν [a]ἐπανισᾶσα, ᾗ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων χω- a
ρῦσα, & τὸν νοῦν ἡμῶν πρὸς τὸ συγγενὲς
[b]ἐπανάγουσα· ἡ δὲ, Χριστὸν ὑποδεχομένη, καὶ b
B θεραπεύσα, καὶ [c]τοῖς ἔργοις τὸ φίλτρον c
ἐλέγχουσα.

Unaquæque virtus, una eſt ſalutis via.

V. Horum unumquodque una quædam ſalutis via eſt, atque ad aliquam omninò beatarum illarum & æternarum manſionum ducens: quandoquidem ut varii vitarum delectus, ita *multæ quoque apud Deum manſiones ſunt*, quæ cuique pro merito ſuo & dignitate dividuntur & diſtribuuntur. Ac proindè alius hanc virtutem excolat, alius illam, alius plures, alius, ſi fieri poteſt, omnes: hoc tantùm agat, ut gradiatur, atque ulteriùs progredi ſtudeat, ejuſque, qui viam rectè præmonſtrat greſſuſque noſtros regit, ac per anguſtam viam & portam ad cœleſtis beatitudinis latitudinem ducit, veſtigiis inſiſtat. Si tamen, ex Pauli, atque ipſius etiam Chriſti ſententia & authoritate, charitas, ut *ſumma Legis & Prophetarum finis, præceptorum omnium primum maximúmque* cenſenda eſt, hujus præcipuam partem in eo ſitam eſſe comperio, ut pauperes amore ac benevolentiâ complectamur, atque eorum, qui nobis cognatione conjuncti ſunt, calamitatibus moveamur, & doleamus. Neque enim ullus omninò cultus Deo perindè gratus eſt, ut miſericordia, (quandoquidem nec aliud quidquam eſt, quod Deo magis conveniat, utpotè, *quem miſericordia & veritas præcedant*, & cui *miſericordia ante judicium offerenda ſit:*) nec ulla alii rei potiùs, quàm benignitati benignitas ab eo rependitur, qui juſtè remetitur, atque *in pondere & menſura miſericordiam ponit.*

Legis & Prophetarum finis, charitas. *Matth.* XXII. 36. *& ſeq.*

Deo admodùm grata miſericordia erga pauperes. *Pſ.* LXXXVIII. 15. *Oſe.* XII. 6. *Iſai.* XXVIII. 17.

ε. Τούτων ἕκαστον μία [d]τις σωτηρίας ὁδὸς, d
καὶ πρός τινα τῶν μονῶν πάντως φέρουσα τοῦ αἰωνίων καὶ μακαρίων· ἐπειδὴ ὥσπερ διάφοροι βίων αἱρέσεις, οὕτω καὶ [e]μοναὶ πολλαὶ c
τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ μεριζόμεναί τε καὶ διαιρούμεναι· καὶ ὁ μὲν τὴν ᾗ κατορθούτω τὴν ἀρετὴν, ὁ δὲ τὴν δὲ, ὁ δὲ πλείους, ὁ δὲ τὰς πάσας, εἰ οἷόν τε· μόνον
C ὁδευέτω, καὶ ἐφιέσθω τῷ πρόσω, καὶ κατὰ πόδας ἑπέσθω τῷ καλῶς ὁδηγοῦντι, καὶ κατευθύνοντι, καὶ διὰ τῆς στενῆς ὁδοῦ ᾗ πύλης ἐπὶ τὸ πλάτος ἄγοντι τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος· εἰ δὲ δεῖ Παύλῳ καὶ αὐτῷ Χριστῷ πειθόμενον, πρώτην τοῦ ἐντολῶν καὶ μεγίστην, ὡς κεφάλαιον Νόμου καὶ Προφητῶν τὴν ἀγάπην ὑπολαμβάνειν, ταύτης τὸ κράτιστον εὑρίσκω φιλοσοφίαν, ᾗ τὴν ὡς τὸ συγγενὲς εὐσπλαγχνίαν τε καὶ συμπάθειαν.
D οὐδενὶ γὰρ οὕτω τοῦ [f]πάντων, ὡς ἐλέῳ, f
Θεὸς θεραπεύεται, ὅτι μηδὲ οἰκειότερον ἄλλο τούτου Θεῷ, οὗ ἔλεος καὶ ἀλήθεια [g]προ- g
πορεύονται, καὶ ᾧ [h]προσοιστέον τὸν ἔλεον πρὸ h
τῆς κρίσεως· οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ μᾶλλον, ἢ φιλανθρωπίᾳ τὸ φιλάνθρωπον ἀντιδίδοσθαι τοῦ τῷ δικαίως ἀντιμετροῦντος, καὶ τιθέντος ἐν ζυγῷ καὶ σταθμῷ τὸν ἔλεον.

Omnibus cujuſcunque generis pauperibus benignitatis ſtips conferenda. *Rom.* XII. 15.

VI. Porrò cùm juxta præceptum illud, quod & *cum gaudentibus gaudere, & cum flentibus flere* jubet, omnibus pauperibus, quacunque de cauſa ærumnis & incommodis premantur, viſcera aperire; & cum homines ipſi ſumus, benignitatis ſtipem hominibus priùs conferre debeamus, ſive ob viduitatem eâ opus habeant, ſive ob amiſſos parentes, ſive ob exilium, ſive ob Do-

ς. Πᾶσι μὲν δὴ φιλοῖς ἀνοικτέον τὰ
E σπλάγχνα, καὶ τοῖς καθ' ἥν τινα οὖν αἰτίαν κακοπαθοῦσι, κατὰ τὴν, χαίρειν μετὰ χαιρόντων, ᾗ κλαίειν μετὰ κλαιόντων κελεύουσαν ἐντολήν· καὶ [i]προεισενεκτέον ἀνθρώπους ὄντας ἀνθρώ- i
ποις [k]τὸν ἔρανον τῆς χρηστότητος, εἴτε διὰ k
χρείαν χρήζοιεν ταύτης, εἴτε δι' ὀρφανίαν, εἴτε

(a) Επανισᾶσα. Plures Reg. Or. 2. & Nicet. ἐπανισῶσα. Rectè quidem. *A terrenis abducens*, ut ait Nicetas, καὶ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων χωρῆσα, *& in Sancta Sanctorum penetrans.* Alii, ἐπανισῶσα. Ed. ἀπανισθᾶσα.

(b) Επανάγουσα. *Evehens, elevans, reducens ad ſuperiora, quæ illi ſunt cognata.*

(c) Τοῖς ἔργοις. Gab. Mont. τοῖς ἀγάθοις ἔργοις, *per bona opera.*

(d) Τίς. Reg. bm. τῆς.

(e) Μοναί. Sic plures Regg. duo Coisl. & Baſ. Editi verò, μονῶν.

(f) Πάντων. Reg. c. ἀπάντων.

(g) Προπορεύονται. Or. 2. προπορεύεται.

(h) Προσοιστέον. Or. 2. προσακτέον.

(i) Προεισενεκτέον. Reg. hu. προσενεκτέον.

(k) Τον ἔρανον. *Humanitatis ſymbolum.*

ἀποξένωσιν

ἀποξένωσιν πατρίδος, εἴτε ὠμότητα δεσποτῶν, εἴτε ἀρχόντων θράσος, εἴτε φορολόγων ἀπανθρωπίαν, εἴτε ληστῶν μιαιφονίαν, εἴτε κλεπτῶν ἁπλησίαν, εἴτε δήμευσιν, εἴτε ναυάγιον· πάντες γὰρ ὁμοίως ἐλεεινοί, καὶ [a] οὕτω βλέποντες εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας, ὡς ἡμεῖς εἰς τὰς τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ὧν ἂν δεώμεθα· καὶ [b] τούτων αὐτῶν [b] οἱ παρ' ἀξίαν κακοπαθοῦντες, τῶν ἐν ἔθει τοῦ δυσχεῖν ὄντων ἐλεεινότεροι· ἐξαιρέτως δὲ τοῖς ὑπὸ τῆς ἱερᾶς νόσου διεφθαρμένοις, καὶ μέχρι σαρκῶν, καὶ ὀστέων, καὶ μυελῶν, ὡς ἢ κατά τινων ἀπειλὴ, βεβρωμένοις, καὶ προδεδομένοις ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ, καὶ [c] ταπεινοῦ, καὶ [c] ἀπίστου τούτου σώματος· ᾧ πῶς συνεζύγην οὐκ οἶδα· καὶ πῶς εἰκών τέ εἰμι Θεοῦ, καὶ τῷ πηλῷ [d] συμφύρομαι· ὃ καὶ εὐεκτοῦν πολεμεῖ, καὶ ἀνιᾷ πολεμούμενον· ὃ καὶ ὡς σύνδουλον ἀγαπῶ, καὶ ὡς ἐχθρὸν ἀποστρέφομαι· ὃ καὶ ὡς δεσμὸν φεύγω, καὶ ὡς συγκληρονόμον αἰσχύνομαι· τῆξαι φιλονεικῶ, καὶ οὐκ ἔχω τίνι συνεργῷ πρὸς τὰ κάλλιστα [e] χρήσομαι, ὡς εἰδὼς εἰς ὃ γέγονα, καὶ ὅτι δεῖ με πρὸς Θεὸν ἀναβῆναι [f] διὰ τῶν πράξεων.

minorum sævitiam, sive ob Præsidum acerbitatem, sive ob eorum, qui legendis tributis præsunt, inhumanitatem & importunitatem, sive ob cruentam prædonum immanitatem, sive ob inexplebilem furum aviditatem, sive ob bonorum proscriptionem, sive ob naufragium; omnes enim similiter miserabiles sunt, sicque in manus nostras intuentur, ut nos in Dei manus, cùm re aliquâ egemus; atque ex ipsis rursùm, ii, qui indignè afflictantur, miserabiliores sunt, quàm ii, qui calamitatibus assueverunt: tum verò nos ii præcipuo quodam miserationis affectu permovere debent, qui sacro morbo corrupti sunt, & *ad carnem usque, atque ossa, & medullas* (quod quibusdam Scriptura minatur) *exesi consumptique*, atque ab hoc ærumnoso, & abjecto, ac infido corpore proditi: cui quonam modo conjunctus sim, haud equidem scio; nec quo etiam pacto simul & imago Dei sim, & cum cœno voluter: quod, & cùm pulchrâ valetudine gaudet, bello me lacessit, & cùm bello premitur, mœrore me afficit: quod, & ut conservum amo, & ut inimicum odi atque aversor: quod, & ut vinculum fugio, & ut cohæres veneror. Si debilitare illud & conficere studeo, jam non habeo, quo socio & opitulatore ad res præclarissimas utar, nimirum haud ignorans quam ob causam procreatus sim, quódque me per actiones ad Deum ascendere oporteat.

Leprosi præcipuè misericordiâ digni. *Isai.* x. 18.

Animæ & corporis luctuatio.

ζ. Φείδομαι ὡς συνεργῷ, καὶ οὐκ ἔχω πῶς φύγω τὴν ἐπανάστασιν, ἢ πῶς μὴ ἀπὸ Θεοῦ πέσω βαρηθεὶς ταῖς πέδαις καλασπώσαις, ἢ κατεχούσαις εἰς ἔδαφος. ἐχθρός ἐστιν εὐμενὴς, καὶ φίλος ἐπίβουλος. [g] ὦ τῆς συζυγίας καὶ τῆς ἀλλοτριώσεως· ὃ φοβοῦμαι [h] περιέπω, καὶ ὃ σέργω δέδοικα· πρὶν πολεμῆσαι, καταλλάσομαι· καὶ πρὶν εἰρηνεῦσαι, διΐσαμαι. τίς ἡ [i] σοφία, καὶ [i] τί τὸ μέγα τοῦτο μυστήριον; ἢ βούλεται μοῖραν ἡμᾶς ὄντας Θεοῦ, καὶ ἄνωθεν ῥεύσαντας, ἵνα μὴ διὰ τὴν ἀξίαν ἐπαιρόμενοι [k] καὶ μετεωριζόμενοι καταφρονῶμεν τοῦ κτίσαντος, ἐν τῇ πρὸς τὸ σῶμα πάλῃ καὶ μάχῃ πρὸς αὐτὸν ἀεὶ βλέπειν, καὶ τὴν συνεζευγμένην ἀσθένειαν παιδαγωγίαν εἶναι τοῦ ἀξιώματος· [l] ἵνα εἰδῶμεν οἱ αὐτοὶ μέγιστοί τε ὄντες καὶ ταπεινότατοι, ἐπίγειοι καὶ οὐράνιοι, πρόσκαιροι καὶ ἀθάνατοι, κληρονόμοι φωτὸς καὶ πυρὸς, εἶτ' οὖν σκότους, [m] ὁποτέρως ἂν

VII. Sin contrà ut cum socio & adjutore mitiùs agam, nulla jam ratio occurrit, quâ rebellantis impetum fugiam, atque à Deo non excidam, compedibus degravatus, vel in terram detrahentibus, vel in ea detinentibus. Hostis est blandus & placidus, insidiosus amicus. O miram conjunctionem & alienationem! Quod metuo, amplector: quod amo, pertimesco. Antequàm bellum gesserim, in gratiam redeo: antequàm pace fruar, ab eo dissideo. Quânam sapientiâ, quonam magno & arcano consilio mihi hoc accidere dicam? An hoc Deus agit, ut, cùm ipsius pars simus, atque supernè fluxerimus, ne ob dignitatem nostram nosipsos efferentes atque attollentes, Creatorem contemnamus, in ea, quæ nobis adversùs corpus est, luctâ & dimicatione, ab eo nunquam oculos dejiciamus; atque ita infirmitas illa, quæ nobis copulata est, dignitatem nostram frenet atque coërceat; ut intelligamus nos maximos simul atque

Corpus; hostis blandus, insidiosus amicus.

Cur Deus animam corpori conjunxit.

(a) Οὕτω. In pluribus, ἕτως.
(b) Οἱ παρ' ἀξίαν. Nicetas: *παρὰ τὴν τύχην ἧς ἦσάν ποτε, præter eam fortunæ conditionem in qua quondam versabantur.* Docet hîc Gregorius, eos qui ex altiori dignitatis & fortunæ gradu in miseriam delapsi sunt, majori miseratione dignos, quàm eos qui rebus adversis sunt assueti. *Nihil enim est tam miserabile*, ait Cicero, *quàm ex beato miser.* Bill. *præter dignitatem.*
(c) Ἀπίστου. Colb. 1. *ἀπλήστου, insatiabili.*
(d) Συμφύρομαι. *Commiscear.*
(e) Χρήσομαι. Reg. hu. χρήσωμαι.
(f) Διὰ τῶν πράξεων. Reg. hu. & Gabr. *δι' ἀγάθων πράξεων. per bona opera.*
(g) Ὦ. Sic Reg. hu. Editi verò, ὧ.
(h) Περιέπω. *Foveo, curo.*
(i) Τί τὸ μέγα τοῦτο μυστήριον. *Quodnam hoc magnum mysterium.*
(k) Καὶ μετεωριζόμενοι. Hæc desunt in Reg. c.
(l) Ἵνα εἰδῶμεν. Regg. quatuor, ἵν' εἰδῶμεν.
(m) Ὁποτέρως. Or. 2. ὁπατέρως.

abjectiſſimos eſſe, terrenos & cœleſtes, caducos & immortales, lucis & ignis, ſive etiam tenebrarum hæredes, prout in hoc vel illud nobis propendere contigerit? Hæc noſtra temperatio eſt, atque ob has cauſas, quantùm quidem ipſe proſpicere poſſum, ut cùm imaginis dignitas nobis animos extulerit, pulvis eoſdem deprimat contrahátque. Sed de his qui volet philoſophetur, nóſque etiam commodiore tempore ſimul philoſophabimur.

Curandum corpus, etſi animæ plurimas afferat perturbationes.

VIII. Nunc verò, quod carni meæ, meæque infirmitati in aliorum calamitatibus condoleſcens, dicere inſtitueram, faciendum nobis eſt, Fratres, ut cognatum & conſervum corpus curemus; etſi enim illud ut inimicum accuſaverim ob eas, quas affert animi perturbationes; tamen propter connexionis hujus authorem, velut amicum complector. Et quidem curemus non minùs aliorum corpora, quàm ſuum quiſque corpus, ſeu commodâ valetudine ſit, ſeu eodem morbo conſumatur. *Omnes enim unum in Domino ſumus, ſive dives, ſive pauper, ſive ſervus, ſive liber*, ſive ſanus, ſive æger corpore, atque unum omnium caput, ex quo omnia, Chriſtus. Quódque membra inter ſe ſunt, hoc quiſque alteri, atque omnibus omnes. Ac proindè minimè committendum eſt, ut eos, qui priùs in communem infirmitatem inciderunt, contemnamus & negligamus; nec magis gaudendum nobis eſt, quòd commodâ valetudine utimur, quàm lugendum, quòd fratres miſerâ & afflictâ. Quin potiùs ita exiſtimare debemus, carnis & animarum noſtrarum ſalutem in hoc uno poſitam eſſe, ut eos humanitate ac miſericordiâ proſequamur. Sic autem conſideremus.

Rom. XII. 5.

Diverſi miſeriæ gradus.

IX. Alii quidem hoc ſolo nomine miſerabiles ſunt, quòd inopiâ laborent, quam fortaſsè, vel tempus, vel labor, vel amicus, vel propinquus, vel temporis mutatio ſuſtulerit: his autem nihilominùs hæc quoque gravis eſt, imò eò etiam gravior, quòd unà cum carne, & laboris ſuſcipiendi, & ſibi ad neceſſarios vitæ uſus opem ferendi facultas erepta ſit, magíſque ſemper apud ipſos prævaleat morbi metus, quàm ſpes ſanitatis. Ex quo efficitur, ut parùm admodùm auxilii illis ſpes afferat, quæ afflictis & calamitoſis unum eſt remedium. Ad paupertatem accedit morbus, alterum malum, & quidem atrociſſimum, ac votis omnibus averſandum, atque ejuſmodi, ut

A νεύσωμεν; τοιοῦτον τὸ κρᾶμα ἡμῶν, καὶ διὰ ταῦτα, ὡς γοῦν ἐμοὶ καταφαίνεται, ἵν' ὅταν ἐπαιρώμεθα διὰ τὴν εἰκόνα, διὰ τὸν χοῦν συστελλώμεθα. ταῦτα μὲν οὖν [a] ὁ βουλόμενος φιλοσοφείτω, καὶ ἡμεῖς γε [b] συμφιλοσοφήσομεν εὐκαιρότερον.

η. Νυνὶ δὲ, ὅ μοι λέγειν ὁ λόγος ὥρμησε περὶ ἐμῶν περιαλγοῦντι Β σαρκῶν, καὶ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας ἐν ἀλλοτρίοις πάθεσι θεραπευτέον, ἀδελφοὶ, τὸ συγγενὲς καὶ ὁμόδουλον· [c] εἰ γὰρ καὶ ὡς ἐχθρὸς κατηγόρησα διὰ τὸ πάθος, ἀλλὰ καὶ ὡς φίλου περιέχομαι διὰ τὸν συνδήσαντα, καὶ θεραπευτέον οὐχ ἧττον [d] τὰ περὶ πλησίον, [e] ἢ ἑκάστῳ τὸ ἑαυτοῦ, τῶν τε ὑγιαινόντων, καὶ τῶν ὑπὸ τῆς [f] αὐτῆς νόσου δαπανωμένων· πάντες γὰρ ἓν ἐσμεν ἐν Κυρίῳ, εἴτε πλούσιος, εἴτε πένης, εἴτε δοῦλος, εἴτε C ἐλεύθερος, εἴτε ὑγιαίνων, εἴτε πονηρῶς ἔχων τοῦ σώματος· καὶ μία κεφαλὴ πάντων, ἐξ οὗ τὰ πάντα, Χριστός· καὶ ὅπερ ἐστὶν ἀλλήλοις τὰ μέλη, τοῦτο ἕκαστος ἑκάστῳ, καὶ πᾶσιν ἅπαντες· οὐκ οὖν περιοπτέον, οὐδὲ ἀμελητέον τῶν περιεμπεσόντων εἰς τὴν κοινὴν ἀσθένειαν· οὐδὲ ἀγαπητέον μᾶλλον, ὅτι [g] εὖ ἡμῖν ἔχει τὰ σώματα, ἢ πενθητέον ὅτι ἀθλίως τοῖς ἀδελφοῖς· καὶ ἡγεῖσθαι μίαν ἀσφάλειαν εἶναι τῶν ἡμετέρων σαρκῶν καὶ ψυχῶν, τὴν εἰς D ἐκείνους φιλανθρωπίαν· σκοπῶμεν δὲ οὕτως.

θ. Τοῖς μὲν ἄλλοις ἓν μόνον ἐλεεινὸν, τὸ τῆς ἀπορίας· ὃ [h] τάχ' ἂν ἢ χρόνος, ἢ πόνος, ἢ φίλος, ἢ συγγενὴς, ἢ καιροῦ μεταβολὴ [i] λύσαιεν· τοῖς δὲ τοῦτο μὲν οὐδενὸς ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, ὅσῳ τοῦ πονεῖν καὶ βοηθεῖν ἑαυτοῖς [k] οὐκ ἔχουσιν, εἰς τὰ ἀναγκαῖα μετὰ τῶν σαρκῶν ἀφῄρηνται, & μείζων ἀεὶ τῆς ἀσθενείας αὐτοῖς μᾶλλον ὁ φόβος, ἢ ἡ τῆς [l] ὑγείας ἐλπίς· ὥστε μικρὸν γ' οὖν [m] τι βοηθεῖσθαι περὶ τῆς E ἐλπίδος, [n] ἢ μόνον τοῖς ἀτυχοῦσιν [o] ἐσὶ φάρμακον. πρὸς δὲ τῇ πενίᾳ, καὶ ἡ νόσος κακὸν δεύτερον, καὶ κακῶν τὸ ἀπευκτότατον, καὶ βαρύτατον, καὶ εἰς κατάραν τοῖς πολλοῖς

(a) Ο βυλόμενος. Sic quatuor Regii. Deeſt ὁ, in Ed.
(b) Συμφιλοσοφήσομεν. Reg. bm. συμφιλοσοφήσωμεν.
(c) Εἰ γὰρ καὶ ὡς ἐχθρὸς κατηγόρησα διὰ τὸ πάθος &c. A Gregorii mente & textu videtur aberrare Billius, qui locum hunc ſic interpretatur: *Etſi enim me animi affectus eo abripuit, ut illud tanquam inimicum & infeſtum accuſarem* &c.
(d) Τὰ τῶν. In quibuſdam, τὰ τῦ.
(e) Η ἑκάςῳ. Reg. c. Or. 2. ἢ ἕκαςον.
(f) Αὐτῆς. Deeſt in Or. 2.
(g) Εὖ ἡμῖν ἔχει. Plerique codices, ἡμῖν εὖ ἔχει.
(h) Τάχ' ἄν. Tres Regg. τάχα ἄν.
(i) Λύσαιεν. Or. 2. λύσειε.
(k) Οὐκ ἔχουσιν. Hæc deſunt in Regg. bm. ph. aliiſque melioris notæ codicibus, non malè; his enim omiſſis, planior fit Oratio.
(l) Υγείας. Plures codd. ὑγιείας.
(m) Τί. Deeſt in Regg. a. bm. ph.
(n) Η μόνον. Reg. c. ἢ μόνη. In Par. ed. ἢ μόνον.
(o) Εσί. Deeſt in pluribus Regg. & Or. 2.

a πονηρότατον. καὶ τρίτον, τὸ [a]μὴ πρόσιτους αὐτοὺς εἶναι, μηδὲ θεατοὺς τοῖς πλείοσιν, ἀλλὰ φευκτοὺς, καὶ βδελυκτοὺς, καὶ οἷον ἀποτροπαίους· ὃ καὶ τῆς νόσου τούτοις βαρύτερον, ὅτ' ἂν αἴσθωνται δι' ἃ τὴν συμφορὰν καὶ μισούμενοι. ἐγὼ μὲν οὐδὲ ἀδακρυτὶ φέρω τὸ τούτων πάθος, καὶ τῇ μνήμῃ συγχέομαι·
b [b]πάσχοιτε δὲ καὶ ὑμεῖς ταυτὸν, ἵνα τοῖς δάκρυσι τὰ δάκρυα φύγητε· καὶ πάσχουσί γε οἶδ' ὅτι τῶν παρόντων, ὅσοι φιλόχριστοι καὶ
c φιλόπτωχοι, [c]καὶ Θεοῦ, καὶ παρὰ Θεοῦ τὸ B
d ἐλεεῖν ἔχοντες· μάρτυρες δὲ καὶ [d]ὑμεῖς τοῦ πάθους.

1. Πρόκειται τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θέαμα δεινὸν καὶ ἐλεεινὸν, καὶ πᾶσι, πλὴν τῶν εἰδότων, ἄπιστον, ἄνθρωποι νεκροὶ καὶ ζῶντες, ἠκρωτηριασμένοι τοῖς πλείοσι τοῦ σώματος
e μέρεσι, [e]μή θ' οἵ τινές ποτε ἦσαν, μηδὲ ὅθεν εἰσὶ μικροῦ γινωσκόμενοι· μᾶλλον ἢ πάλαι
f ποτὲ ἀνθρώπων ἄθλια λείψανα· [f]πατέρας, καὶ μητέρας, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ τόπους, C ἑαυτῶν γνωρίσματα λέγοντες· ἐγὼ τοῦ δεῖνος, καὶ ἡ δεῖνά μοι μήτηρ, καὶ τόδε μοι ὄνομα, καὶ σύ μοι φίλος ποτὲ καὶ γνώριμος· καὶ τοῦτο προφέρουσιν, οὐ γὰρ ἔχουσι πρὸς παλαιὸν χαρα-
g κτῆρι [g]γινώσκεσθαι· ἄνθρωποι προεκκεκομμένοι,
h καὶ προῃρημένοι [h]χρήματα, συγγένειαν, φίλους, αὐτὰ τὰ σώματα· ἄνθρωποι μόνοι
i πάντων [i]ἐλεοῦντές τε ἑαυτοὺς, καὶ μισοῦντες
k ὁμοίως· οὐκ ἔχοντες πότερα μᾶλλον [k]θρηνήσωσι, D
l τὰ μηκέτ' ὄντα τοῦ σώματος, ἢ τὰ [l]μένοντα· ὅσα προαπώλεσεν ἡ νόσος, ἢ ὅσα τῇ νόσῳ
m λείπεται. τὰ μὲν γὰρ [m]ἀπόλωται δυσχερῶς· τὰ δὲ σώζεται δυσχερέστερον. τὰ μὲν οἴκοι πρὸ τάφου· τὰ δ' οὐκ ἔστιν ὃ προπέμ-
n ψων [n]τάφῳ. ᾧ γὰρ ὁ λιμὸς χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπος, τούτοις ἐστὶν ἀναλγητότατος· κἀνταῦθα μόνον ἐπελαθόμεθα σάρκες ὄντες, καὶ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως προκείμενοι· καὶ
o [o]τοσούτῳ δέομεν θεραπεύειν τὸ συγγενὲς, E ὥστε καὶ τῆς ἡμετέρων σωμάτων ἀσφάλειαν τὴν τούτων φυγὴν νομίζομεν. καὶ νεκρῷ μὲν ἤδη προσῆλθέ τις παλαιῷ, καὶ τούτῳ τυχὸν ὀδωδότι, καὶ ζώων ἀλόγων ἤνεγκεν ὀδωδότα σώματα, καὶ βορβόρου πλησθεὶς ἠνέσχετο· τούτους δὲ κατὰ κράτος φεύγομεν·

apud multos, cùm aliquid mali cuipiam imprecari cupiunt, nihil sit expromptius. Tertium, quòd plerique eos, nec adire, nec intueri sustinent, sed fugiunt, horrent, & aversantur; atque id morbo ipso illis acerbius est, cùm ob calamitatem exosos etiam & invisos se esse sentiunt. Equidem ipse eorum miseriam non sine lacrymis fero, ac recordatione ipsâ perturbor. Idémque vobis accidat, velim, ut lacrymis lacrymas fugiatis. Nec verò dubito, quin ex his, qui adsunt, perindè afficiantur, quicunque Christi ac pauperum amantes sunt, Deíque, & à Deo misericordiam habent. At calamitatis etiam testes vos ipsi estis.

Pauperum leprâ laborantium luctuosa descriptio.

X. Proponitur nobis ob oculos grave & miserandum spectaculum, nec nisi iis, qui norunt, credibile, homines mortui ac viventes, plurimis corporis partibus mutilati, sicque affecti, ut ferè, nec quinam olim fuerint, nec undè, agnoscatur; imò, ut rectiùs loquar, miseræ veterum hominum reliquiæ; patres, & matres, & fratres, ac loca ex quibus agnosci queant, proferentes: ego illo patre natus sum, hâc matre procreatus, hoc mihi nomen est, tu mihi quondam amicus & familiaris: ídque idcircò faciunt, quòd ex veteribus oris lineamentis jam agnosci nequeant: homines accisi, ac pecuniis, genere, amicis, adeóque corporibus ipsis spoliati; homines soli ex omnibus mortalibus æquè sese & misericordiâ & odio prosequentes; nec satis constitutum habentes, utras tandem corporis partes magis deplorent, præcisáne & extinctas, an in corpore adhuc remanentes; eásne, quas morbus absumpsit, an eas, quæ morbo reliquæ sunt. Illæ quippè miserè absumptæ atque confectæ sunt; hæ verò miseriùs conservantur: illæ ante sepulchrum interierunt; has nemo est qui sepulchro condat. Nam optimus & humanissimus quisque, his durissimum atque inhumanissimum se præbet; atque hîc solùm *nos carnem esse*, & humilitatis corpus gerere obliviscimur: tantúmque ab eo absumus, ut eos, qui cognationis vinculo nobiscum conjuncti sunt, curemus, ut corporum quoque nostrorum salutem in eorum fuga atque aversione positam esse existimemus. Cúmque non desint, qui ad vetus atque etiam fortasse fœtidum cadaver accedere non vereantur, brutorúmque animantium corpora tetro odore plena perferant, ac cœno perfusi, æquo animo id ferant: nos contrà hos maximâ celeritate fu-

Inhumanitas in pauperes, humanitatis oblivio. *Gen.* VI. 3.

(a) Μή. Or. 2. μηδέ.
(b) Πάσχοιτε. Reg. bm. Mont. συμπάσχοιτε.
(c) Καὶ Θεοῦ καὶ παρὰ Θεοῦ. *Dei erga se, & Dei erga alios.* Ita in notis Sancyg.
(d) Ὑμεῖς. Sic Reg. ph. Or. 2. &c. malè in Ed. ἡμεῖς.
(e) Μηθ' οἵ. Regg. bm. ph. Or. 2. μηδ' οἵ.
(f) Πατέρας. Coisl. 1. addit, καὶ πάππους.
(g) Γινώσκεσθαι. Reg. c. Mont. γνωρίζεσθαι.
(h) Χρήματα. Reg. c. κτήματα. *Prædiis.*
(i) Πάντων. Or. 2. ἁπάντων
(k) Θρηνήσωσι. Reg. a. Or 2. θρηνήσουσι.
(l) Μένοντα. Or. 2. μείναντα.
(m) Ἀπόλωται. Regg. a. c. d. Or. 2. &c. ἀνάλωται.
(n) Ταφῇ. Or. 2. τῇ ταφῇ. Billius: *sepulturâ afficiat.*
(o) Τοσούτῳ δέομεν. Reg. c. τοσοῦτος. Or. 2. & Mont. τοσοῦτον ἀποδέομεν.

gimus, (ô ingentem inhumanitatem!) penè etiam, quòd eundem cum ipsis aërem trahamus, indignè ferentes.

ὦ τῆς ἀπανθρωπίας· ὅτι καὶ τὸν αὐτὸν αὐτοῖς σπῶμεν ἀέρα, μικρᾷ δυσχεραίνοντες.

Quorumdam parentum in leprosos crudelitas.

XI. Quid patre sincerius? Quid matre ad miserationem propensius? At his ipsa quoque natura præclusa est: ac pater filium suum, quem genuit, quem educavit, quem se unicum vitæ oculum habere existimavit, pro quo multas ad Deum sæpenumerò preces fudit; hunc, inquam, luget quidem ille, cæterùm abigit, partim libens, partim invitus. Ac rursum mater suos quidem in pariendo dolores recordatur, ac visceribus dilaniatur, & miserandâ admodùm voce natum appellat, atque ob oculos positum, vivum tanquam mortuum luget: Fili miser, inquiens, & miseræ matris, quem morbus mecum acerbè partitus est: fili miser, fili jam ignote, fili, quem præcipitiis & montibus ac solitudinibus alui; cum feris habitabis, tibíque petra tectum erit, atque ex mortalibus ii duntaxat te aspicient, qui pietate excellunt. Atque etiam miserabilia hæc Jobi verba inclamat: *Quare in matris vulva creatus es, atque ex ventre egressus es, ac non statim periisti*, ut mors cum ortu concurreret? Quare non præmaturè abscessisti, priusquam hujus vitæ mala degustares? *Quare exceptus genibus? Cur lactatus uberibus*, cùm miseram vitam ac morte graviorem acturus esses? Atque his verbis utitur, vimque lacrymarum profundit; ac complecti quidem eum & exosculari misera cupit, sed filii carnem ut inimicam & hostilem pertimescit. Ab universa autem plebe clamores & insectationes, non adversùs iniquos & sceleratos, sed adversùs miseros & calamitosos excitantur. Ac cædis quidem crimine constrictum non deest qui conturbernalem sibi ascíscat, & qui adulterum non solùm tecto excipiat, sed etiam ad mensam admittat, ac sacrilegum vitæ socium adhibeat, cum iísque, à quibus malo aliquo affectus est, amicitiæ fœdus ineat: hujus contrà, à quo nullam injuriam accepit, morbum, non secus ac crimen quoddam, aversatur. Ita melior vitii quàm morbi conditio est; atque inhumanitatem ut libero homine dignam amplectimur, humanitatem autem & misericordiam, ut turpem & inhonestam, aspernamur.

ια. Τί πατρὸς γνησιώτερον; καὶ τί μητρὸς συμπαθέστερον; ἀλλ' ἀπεκλείσθη γε τούτοις καὶ ἡ φύσις· καὶ πατὴρ παῖδα τὸν ἑαυτοῦ, ὃν ἐγέννησεν, ὃν ἀνέθρεψεν, ὃν ὀφθαλμὸν βίου μόνον ἔχειν ἐνόμισεν, ὑπὲρ οὗ πολλὰ Θεῷ καὶ πολλάκις προσηύξατο· τοῦτον ὀδύρεται μὲν, ἀπελαύνει δὲ, τὸ μὲν ἑκὼν, τὸ δὲ τυραννούμενος. καὶ μήτηρ μέμνηται μὲν τῆς ὠδίνων, καὶ τὰ σπλάγχνα σπαράσσεται, & ἀνακαλεῖται λίαν ἐλεεινῶς, καὶ προσθεῖσα θρηνεῖ, καθάπερ τεθνηκότα [a] τὸν ζῶντα· τέκνον, λέγουσα, δυσζυχὲς καὶ ἀθλίας μητρὸς, ὅ μοι συνεμερίσατο πικρῶς ἡ νόσος· τέκνον ἐλεεινὸν, τέκνον οὐ γνωριζόμενον, τέκνον, ὃ κρημνοῖς καὶ ὄρεσι καὶ ἐρημίαις [b] ἀνεθρεψάμην· μετὰ θηρίων οἰκήσεις, & σκέπη σοι [c] πέτρα, καὶ τῆς ἀνθρώπων μόνον ὄψονταί σε οἱ [d] εὐσεβέσατοι. καὶ ταῦτα δὴ τὰ τῷ Ἰὼβ ἐλεεινὰ ῥήματα ἐπιφθέγγεται· ἵνα τί γὰρ ἐπλάσθης ἐν κοιλίᾳ μητρὸς, [e] ἐκ γαστρὸς ᾗ ἐξῆλθες, καὶ οὐκ [f] εὐθὺς ἀπώλου, ὡς συνδραμεῖν τῇ γενήσει τὸν θάνατον; ἵνα τί δὲ οὐκ ἀπῆλθες ἄωρος, πρὶν γεύσασθαι τῆς τοῦ βίου κακῶν; ἵνα [g] τί δέ σοι συνήντησε γόνατα; τί δέ σοι τὸ θηλάσαι μαζοὺς, [h] ἀθλίως ζήσεσθαι μέλλοντι, καὶ ζωὴν θανάτου χαλεπωτέραν; καὶ ταῦτα λέγει, καὶ ἐπαφίησι πηγὰς δακρύων, καὶ [i] περιπλύξασθαι βούλεται μὲν ἡ δυσυχὴς, φοβεῖται δὲ τὰς τοῦ παιδὸς Ζάρκας ὡς πολεμίας. πάνδημοι γὰρ καταβοήσεις τε καὶ διώξεις, οὐ κατὰ τῆς ἀδικούντων, ἀλλὰ [k] κατὰ τῆς δυσυχούντων γίνονται. & φονέα μὲν ἤδη τις συνῳκίσατο, καὶ μοιχῷ μετέδωκεν, οὐ ζεύγης μόνον, ἀλλὰ & τραπέζης, & βίου κοινωνὸν τὸν ἱερόσυλον εἵλετο, καὶ τοῖς αὐτόν τι [l] διατεθεικόσι κακὸν ἐσωσείσατο· τῷ γὰρ τὸ πάθος, ὡς ἔγκλημα, μηδὲν λυπήσαντος [m] ἀπεγράφη. καὶ [n] πλέον ἔχει νόσου κακία· καὶ τὸ μὲν ἀπάνθρωπον, ὡς ἐλευθέριον ἠσπασάμεθα, τὸ δὲ συμπαθὲς, ὡς αἰσχρὸν ἠτιμάσαμεν.

Matrum luctus, ac gemitus.

Universæ plebis in miseros clamor & insectationes.

Leprosi omni prorsùs solatio destituti.

XII. Urbibus ejiciuntur, arcentur ædibus, foro, conciliis, viis, publicis conventibus, conviviis, (ô ingentem calamitatem!) ipsâ

ιβ. Ἀπελαύνονται πόλεων, ἀπελαύνονται οἰκιῶν, [o] ἀγορᾶς, συλλόγων, ὁδῶν, παντὸς

(a) Τὸν ζῶντα. Ita plerique Regg. & Coisl. 1. Editi, τὰ ζῶντα.

(b) Ανεθρεψάμην. Regg. a. c. d. ἐθρεψάμην.

(c) Πέτρα. Reg. c. πέτραι.

(d) Εὐσεβέστατοι. Eremitas & solitarios in desertis vitam agentes intelligit Gregorius.

(e) Ἐκ γαστρός. Reg. a. ἐκ κοιλίας.

(f) Εὐθύς. In quibusdam, εὐθέως.

(g) Τί δέ σοι συνήντησε &c. Reg. c. συνήντησάν σοι. Bill. *quare tibi genua inter se juncta sunt? Quorum ubera suxisti?* Elegantem Vulgatæ interpretationem prætulimus.

(h) Αθλίως. Reg. c. addit, ἕτως.

(i) Περιπλύξασθαι. Or. 2. περιπλύξεσθαι.

(k) Κατά. Sic Reg. hu. Coisl. 1. & Or. 2. Deest κατὰ in pluribus Regg. Ed. μετά.

(l) Διατεθεικόσι. Reg. d. διατεθεῖσι.

(m) Απεγράφη. In quibusdam ἀντεγράφη.

(n) Πλέον. Or. 2. πλεῖον.

(o) Αγορᾶς. Chrysost. ἀγορῶν.

γύρεων,

γύρεων, συμποσίων, ὧ τοῦ πάθους· αὐτοῦ τοῦ ὕδατος· οὔτε πηγαὶ ῥέουσαι τούτοις, κοιναὶ ϖϱὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, οὔτε ποταμοὶ πιστεύονται μηδὲν ἐφέλκεσθαι τοῦ μολύσματος· καὶ τὸ [a] ϖαϱαδοξότατον, ὡς ἄγη μὲν, ἀπελαύνομεν, ὡς ᾗ ἐδὲν λυποῦντας, πάλιν ϖϱὸς ἡμᾶς αὐτοὺς [b] ἐπισϱέφομεν, οὐκ οἴκησιν ἀπονέμοντες, ἐ τὰς ἀναγκαίας τϱοφὰς, οὐ θεϱαπείαν τοῖς τϱαύμασιν, οὐ σκέπῃ τὴν νόσον εἰς δύναμιν ϖϱοισέλλοντες· δϕ̀ τοῦτο ϖϱοιπλανῶνται νυκτὸς καὶ ἡμέϱας, ἄποϱοι, ϛ γυμνοὶ, καὶ ἀνέϛιοι, τὴν νόσον ἐπιδεικνύντες, τὰ ϗχαῖα ϖϱοδιηγούμενοι, τὸν πλάϛην ἐπιϐοώμενοι, χϱώμενοι τοῖς ἀλλήλων μέλεϛιν, ἀντὶ τῶν λειπόντων, ϛοφιϛαὶ μελῶν ἑλκόντων ἔλεον, ἄϱτου τι μικϱὸν αἰτοῦντες, [c] ἢ ὄϕου τι [d] ϐϱαχύτατον, ἢ ῥάκος τι τϱύχινον, [d] ϐοήθημα τῆς αἰσχύνης, ἢ ϖϱαμυθίαν τοῖς ἕλκεϛι. καὶ φιλάνθϱωϖος οὗτος αὐτοῖς, οὐχ ὃς ϖϱὸς τὴν χϱείαν ἤϱκεϛεν, ἀλλ' ὅϛτις μὴ ϖιϰϱῶς ἀϖεϖέμϕατο. οἱ ϖολλοὶ δὲ αὐτῶν οὐδὲ ὑϖ' [c] αἰσχύνης τὰς ϖανηγύϱεις φεύγουσιν, [e] αὐτὸ μὲν οὖν τοὐναντίον εἰς ταύτας ὠθοῦνται δϕ̀ [f] τὴν χϱείαν· ταύτας δὴ λέγω [f] τὰς ϖανδήμους ϛ ἱεϱὰς, ἃς ἡμεῖς ἐϖὶ θεϱαπείᾳ τῶν ψυχῶν [g] ἐξεύϱομεν, ἢ κατά τι μυϛήϱιον συνιόντες, ἢ τοῖς μάϱτυϛι τῆς ἀληθείας ϖανηγυϱίζοντες, ἵν' ὧν τοὺς ἀγῶνας τιμῶμεν, μιμώμεθα καὶ τὴν εὐϛέϐειαν. καὶ αἰσχύνονται μὲν τοὺς ἀνθϱώϖους δϕ̀ τὴν συμφοϱὰν, ὄντες ἄνθϱωϖοι, καὶ ϐούλοιντ' ἂν ὄϱεϛιν, ἢ ϖϱημνοῖς, ἢ ὕλαις, ἢ τὸ τελευταῖον νυκτὶ καὶ ϛκότῳ ϖεϱικαλύϖτεϛθαι· ῥιϖτοῦνται ᾗ ὅμως εἰς μέϛον, ϕόϱτος ἐλεεινὸς, ϛ δακϱύων ἄξιος. τᾶτο μὲν ἴϛως καὶ κατὰ λόγον, ἵνα ἡμῖν ὦϛι τῆς ἀθενείας ἡμῶν ὑϖομνήματα, ϛ ϖείθωϛι μηδενὶ τῷ ϖαϱόντων καὶ ὁϱωμένων, ὡς [h] ἐϛῶτι, ϖεϱσίθεϛθαι. ῥιϖτοῦνται δὲ, οἱ μὲν ἐϖιθυμίᾳ ϕωνῆς ἀνθϱωϖίνης, οἱ δὲ ϖεϱσόψεως, οἱ ᾗ ἵνα ϐϱαχέα ζωῆς ἐϕόδια ϖαϱὰ τῷ τϱυϕώντων συλλέξωνται, ϖάντες δὲ, ἵνα τὶ [i] ϖϱάως γεύωνται τὰς ἑαυτῷ θϱήνους δημοϛιεύϛαντες.

ιγ. Τίς οὐ ϰαταϰλᾶται τούτων τοῖς ὀδυϱμοῖς οἰϰτϱὰν ξυναυλίαν ἁϱμοζομένων; τίς ἀϰοὴ φέϱει τὸ ἄϰουϛμα; τίς ὄψις χωϱεῖ τὸ θέαμα; οἱ μὲν ϰεῖνται μετ' ἀλλήλων, ϰαϰῶς

A etiam aquâ: nec ipsis quidem fluunt fontes, aliis hominibus communes, nec flumina ipsa nihil spurcitiei ab his contrahere creduntur; quódque maximè mirandum est, quos ut piacula submovemus, eosdem, ut nihil nobis molestiæ inferentes, ad nos rursùm convertimus, non domicilium ipsis tribuentes, non necessarios cibos, non vulneribus medicinam, non veste morbum eorum pro viribus obtegentes. Ac proindè noctu & diu vagantur, inopes, B & nudi, ac tecto carentes, morbum ostendentes, vetera commemorantes, Creatoris opem implorantes, alii aliorum membris, pro iis quibus carent, mutuò utentes, cantûs ad misericordiam pertrahentis artifices, paululùm quiddam panis postulantes, aut parumper obsonii, aut lacerum aliquem & detritum pannum, quo pudorem tueantur, & ulcera foveant. Ac benignus ipsis ille est, non qui, quod eis opus erat, suppeditavit, sed qui non acerbè eos ablegavit. Multi autem eorum ne pudore quidem à publicis conventibus deterrentur, quin potiùs in eos sese ob necessitatem intrudunt; hos, inquam, publicos C & sacros conventus, quos ob animarum curationem excogitavimus, aut mysterii cujuspiam celebrandi causâ coëuntes, aut ob veritatis Martyres diem festum agitantes, ut, quorum certamina honore prosequimur, eorum quoque pietatem imitemur. Et quamvis hominum ora, cùm homines ipsi sint, propter calamitatem erubescant, ac montibus, aut præruptis locis, aut silvis, aut denique nocte ac tenebris obtegi cupiant; in medium tamen irrumpunt, sarcina miserabilis, & lacrymarum digna. Id D quoque fortassè non temerè ac sine ratione faciunt, nimirùm ut nos infirmitatis nostræ submoneant, illúdque nobis persuadeant, ut nulli rerum præsentium atque in oculorum sensum cadentium, velut firmæ & stabili, animum adjiciamus. Irrumpunt autem, alii, ut optatam hominum vocem audiant, alii, ut eorum ora aspiciant, alii, ut exigua vitæ subsidia ab iis, qui luxu deliciisque diffluunt, colligant, omnes autem, ut exponendis luctibus suis E nonnullum hinc levamen persentiant.

Noctu diuque errantes, solus Creatoris opem implorant.

Eorum infirmitas nostræ nos infirmitatis admonet.

XIII. Quis non eorum, miseram cantionem concinnantium, gemitibus frangitur? Quæ auris hujusmodi auditionem ferre, quis oculus spectaculum hoc capere potest? Jacent illi simul, malè à morbo

Miserorum petitiones ac gemitus, triste auribus & oculis spectaculum.

(a) Παϱαδοξότατον. Or. 2. addit: ἔϛ' ἂν ὦϛιν. & Gab. ὅπϱ ἂν ὦϛιν, *ubicumque fuerint, ut pestem horremus* &c.
(b) Ἐπισϱέφομεν. Schol. *διὰ ὧν ϱ ποιούμεθα αὐτῶν πϱόνοιαν, πϱὸς ἡμᾶς αὐτὸς ἀναγκάζομεν ἐπισϱέφειν. Eo quòd eorum curam non gerimus, illos ad nos redire compellimus.*
(c) Ἢ ὄψ τι. Unus Reg. ἢ ὄψον τι. In Par. ἢ ὄψ τό &c.
(d) Βοήθημα.... ἕλκεϛι. Billius: *quo pudendis corporis partibus auxilium, aut ulceribus solatium ferant.*
(e) Αὐτό. Or. 2. αὐτοί.
(f) Τὰς ϖανδήμους. Sic quinque Regg. Deest τάς, in Ed.
(g) Ἐξεύϱομεν. Or. 2. ἐξεύϱαμεν. Oxon. ἐξηύϱομεν.
(h) Ἐϛῶτι. Unus Reg. ἐϛῶϛι.
(i) Πϱάως γεύωνται. Sic legendum arbitramur, pro ῥάως γένωνται, quod in Editis legitur, in quibus certè mendum irrepsit, excisо π in prima voce, & mutato υ in ν in secunda. Ita legisse & intellexisse videntur Billius &

consociati, atque alii aliud quoddam cala-
mitatis genus ad misericordiam ciendam
conferentes; súntque sibi invicem doloris
additamentum, illi quidem, ob ipsum mor-
bum, miserabiles, ob mutuam verò commi-
serationem, miserabiliores. Circumstat au-
tem eos promiscuum theatrum, condolen-
Ad pedes divitum provolvuntur. tium quidem, sed ad breve tempus. Hi
porrò ad hominum pedes volutantur, cum
Solis æstu & pulvere; nonnunquam etiam
cum asperrimis frigoribus ac pluviis, ven-
torúmque tumultibus conflictantes, pe-
dibúsque etiam jamjam percalcandi, nisi
vel tantillùm eos tangere exhorrescere-
mus. Porrò petitionum gemitus internis
templi cantibus ex adverso respondet,
atque adversùs mysticas voces miserabilis
luctus excitatur. Quid verò universam
horum calamitatem hominibus festum
diem celebrantibus proponere attinet?
Vobis quoque fortasse, si omnia sedulò &
tragicè amplificem, lacrymas movero, ac
dolor festum superabit. Hæc etiam id-
circò dico, quia nondùm vobis hoc per-
suadere possum, molestiam nonnunquam
Eccle. VII. 3. voluptate, & *mœstitiam lætitiâ*, & lauda-
biles lacrymas turpi atque obscœno risu
præstantiores esse.

Pauperes, fratres nostri, quia de eodem luto formati. XIV. Atque hæc quidem illi, multóque
his, quæ diximus, miseriora perferunt, illi,
inquam, *nostri secundùm Deum fratres*, etiam
Malach. II. 10. si nolitis, *qui eandem nobiscum naturam*
Job. XXXIII. 6. & X. 11. *nacti sunt*, atque *ex eodem luto formati*, ex
quo nos primùm creati sumus, & qui *ner-
vis atque ossibus perindè ac nos compacti*,
qui pellibus & carne æquè ac reliqui omnes
induti, velut quodam loco ait Divus Job,
in calamitatibus philosophans, atque eam
nostri partem, quæ in aspectum cadit, ele-
vans ac despuens; quíque etiam, ut ma-
Animam ad imaginem Dei creatam acceperunt. jora dicam, imaginem divinam, perindè
ac nos, acceperunt, meliúsque fortasse,
quàm nos, tuentur atque conservant,
etiam si alioqui corporibus labefactati at-
que corrupti sint; qui eundem Christum
secundùm internum hominem induerunt,
atque idem Spiritûs pignus fidei suæ com-
missum habent: qui nobiscum participes
facti sunt earundem legum, eorundem ora-
culorum, testamentorum, conventuum,
Omnium Mysteriorum Christi participes effecti. mysteriorum, ejusdem spei; *pro quibus
Christus*, qui *totius mundi peccatum tol-
lit*; æquè mortem subiit; qui cœlestis vitæ
I. Cor. VIII. 11. cohæredes sunt, etiam si prorsùs terrenâ
Colos. II. 12. felicitate destituti; qui *cum Christo sepe-
liuntur, ac cum eo ad vitam redeunt*: si-
Rom. VIII. 17. quidem *compatiuntur, ut & conglorificentur.*

A ὑπὸ τῆς νόσου συνεζευγμένοι, καὶ ἄλλος
ἄλλό τι τῆς συμφορᾶς πρὸς τὸ ἐλεεινὸν
ἐρανίζοντες· ἢ εἰσὶν ἀλλήλοις προσθήκη τοῦ
πάθους, ἐλεεινοὶ τῆς ἀῤῥωσίας, τῆς [a]συμ- a
παθείας ἐλεεινότεροι. [b]περίεσταται ἢ αὐτοὺς b
θέατρον συμμιγὲς, συναλγούντων μὲν, ἀλλὰ
προσκαίρα. οἱ δὲ κυλινδοῦνται πρὸς τοῖς
ποσὶ τῶν ἀνθρώπων ἡλίῳ καὶ κόνει· ἔστι δὲ
ὅτε καὶ κρυμοῖς ἀγρίοις, καὶ ὄμβροις, καὶ
ταραχαῖς ἀνέμων ταλαιπωρούμενοι, [c]παρὰ c
B τοσοῦτον οὐ συμπατούμενοι, [d]παρ' ὅσον καὶ d
ψαύειν [e]αὐτῶν βδελυσσόμεθα. ἀντᾴδει δὲ τοῖς e
ἱεροῖς ἔνδον μέλεσιν ὁ τῶν αἰτήσεων ὀδυρ-
μὸς, καὶ ταῖς μυσικαῖς φωναῖς θρῆνος ἐλε-
εινὸς ἀντεγείρεται. τί δεῖ πᾶσαν αὐτῶν προ-
τιθέναι τὴν συμφορὰν ἀνθρώποις πανηγυρί-
ζουσιν; ἴσως ἂν κ ὑμῖν κινήσαιμι θρῆνον,
εἰ πάντα ἐκτραγῳδοίην ἐπιμελῶς, καὶ νικήσει τὴν ἑορτὴν τὸ πάθος. λέγω γὰρ οὖν ταῦτα,
ἐπεὶ μηδέπω δύναμαι πείθειν ὑμᾶς, ὡς
C ἔστι ποτὲ ἡδονῆς λύπη τιμιωτέρα, κ κατή-
φεια πανηγύρεως, καὶ γέλωτος οὐ καλοῦ δά-
κρυον ἐπαινούμενον.

ιδ. Οὗτοι μὲν οὖν ταῦτα, καὶ πολλῷ γε
ὧν εἶπον ἀθλιώτερα, οἱ κατὰ Θεὸν ἡμῶν
ἀδελφοὶ, κἂν μὴ βούλησθε, οἱ τὴν αὐτὴν
ἡμῖν λαχόντες φύσιν, οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ
διηρτισμένοι, ἐξ οὗ τὸ πρῶτον γεγόναμεν, οἱ
νεύροις καὶ ὀστέοις [f]ἐνηρμένοι παραπλησίως f
ἡμῖν, οἱ δέρμα καὶ πρέας ἐνδεδυμένοι πᾶσιν
D ὁμοίως, ὥς που φησὶν ὁ θεῖος Ἰὼβ ἐμφιλοσοφῶν
τοῖς πάθεσι, καὶ διαπτύων [g]ἡμῶν τὸ φαινό- g
μενον· μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τὸ μεῖζον εἰπεῖν,
οἱ [h]τὸ κατ' εἰκόνα καὶ λαχόντες ὁμοίως ἡμῖν, h
καὶ φυλάσσοντες ἴσως ὑπὲρ ἡμᾶς, εἰ καὶ τὰ
σώματα διεφθάρησαν· οἱ τὸν αὐτὸν ἐνδεδυ-
μένοι Χριστὸν κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ
τὸν αὐτὸν ἡμῖν πιστευθέντες ἀῤῥαβῶνα τοῦ
Πνεύματος· οἱ τῶν αὐτῶν ἡμῖν μετασχόντες
νόμων, λογίων, διαθηκῶν, συνάξεων, μυστηρίων,
E ἐλπίδων· ὑπὲρ ὧν Χριστὸς ὁμοίως ἀπέθανεν, ὁ
παντὸς αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· οἱ
συγκληρονόμοι τῆς ἄνω ζωῆς, καὶ εἰ [i]παντελῶς i
τῆς ἐνταῦθα διήμαρτον· οἱ συνθαπτόμενοι
[k]Χριστῷ, καὶ συνανιστάμενοι· εἴπερ συμπά- k
χουσιν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶσιν.

Gabrielius. Primus in notis vertit: *ut aliquid levationis sentiant*. Alter in textu: *ut non nihil leventur*.

(*a*) Συμπαθείας. *Ob ejusdem morbi communionem*. Hîc enim συμπάθεια significat, *cùm plura simùl membra doleant*.

(*b*) Περιίσταται. Coisl. 1. περιίστανται.

(*c*) Παρὰ τοσοῦτον ὀ. Sic Coisl. 2. Ed. παρατοσοῦτον καί.

(*d*) Παρ' ὅσον. Sic plures Regii. Ed. conjunctim παρόσον.

(*e*) Αὐτῶν. Coisl. 2. addit, ἀεί, *semper*.

(*f*) Ενηρμένοι. Plures Regg. & Colb. &c. ἐνειρμένοι.

(*g*) Ημῶν. Sic plerique codd. In aliis, ὑμῶν.

(*h*) Τὸ κατ' εἰκόνα. *Animam* intelligit Gregorius.

(*i*) Παραπολύ &c. In quibusdam, παρὰ πολύ. *Ab hujus, nempè præsentis vitæ felicitate longissimè aberrarunt*. Bill. *ab hac longissimè aberrarunt*.

(*k*) Χριστῷ. Or. 2. addit: διὰ βαπτίσματος, *per Baptismum*.

ιε. [a] Τί ὖ ἡμεῖς, οἱ τὸ μέγα καὶ καινὸν ὄνομα κεκληρωμένοι, τὸ καλεῖσθαι ἀπὸ Χριστοῦ τὸ ἅγιον ἔθνος, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, ὁ [b] περιούσιος λαὸς καὶ ἐξαίρετος, ὁ ζηλωτὴς καλῶν ἔργων καὶ σωτηρίων, οἱ Χριστοῦ μαθηταὶ τοῦ πράου καὶ φιλανθρώπου, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βασάσαντος, τοῦ ταπεινώσαντος ἑαυτὸν μέχρι τοῦ ἡμετέρου φυράματος, τοῦ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος τὴν σάρκα ταύτην καὶ τὸ γεῶδες σκῆνος, καὶ ὀδυνηθέντος καὶ μαλακισθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, [c] ἵνα ἡμεῖς πλουτήσωμεν [d] τὴν θεότητα; τί οὖν ἡμεῖς, οἱ τοσοῦτον εὐσπλαγχνίας καὶ συμπαθείας λαβόντες ὑπόδειγμα; τί διανοησόμεθα περὶ τούτων, καὶ τί ποιήσομεν; περιοψόμεθα; παρασκευούμεθα; καταλείψομεν ὡς νεκροὺς, ὡς ἐβδελυγμένους, ὡς ἑρπετῶν & θηρίων τὰ πονηρότατα; μηδαμῶς, ἀδελφοί. οὔτε πρὸς ἡμῶν ταῦτα, [e] τῷ Χριστοῦ θρεμμάτων, τῷ ἀγαθοῦ ποιμένος, τῷ τὸ πλανώμενον ἐπιστρέφοντος, καὶ τὸ ἀπολωλὸς ἐκζητοῦντος, καὶ τὸ ἀσθενὲς ἐνισχύοντος· ἅτε περὸς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἣ τὸ συμπαθὲς ἐνομοθέτησεν, ἐκ τῆς ἴσης ἀσθενείας μαθοῦσα τὸ εὐσεβὲς καὶ φιλάνθρωπον.

ιϛ. Ἀλλ' οἱ μὲν ὕπαιθροι ταλαιπωρήσουσιν, ἡμεῖς ὖ οἰκήσομεν οἰκίας ὑπερλάμπρους, λίθοις παντοίοις διηνθισμένας, καὶ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καταστραπτούσας, & ψηφίδος λεπτῆς διαθέσει, καὶ ποικιλίᾳ γραφῆς, ὀφθαλμῶν ἀπατηλοῖς δελεάσμασι· καὶ τὰς μὲν οἰκήσομεν, τὰς ὖ οἰκοδομήσομεν; τίσιν; οὐδὲ κληρονόμοις ἴσως ἡμῶν, ἀλλὰ ξένοις καὶ ἀλλοτρίοις, & τούτων ἴσως οὐδὲ τοῖς ἀγαπῶσιν ἡμᾶς, ἀλλὰ τοῖς ἀπεχθεστάτοις & φθονερωτάτοις, ὃ κακῶν ἔσχατον. καὶ οἱ μὲν ῥιγώσουσιν [f] ἐν τρυχίνοις καὶ [f] διεσπασμένοις ῥακέσι, μᾶλλον ὖ οὐδὲ τούτων τυχὸν εὐπορήσουσιν, ἡμεῖς [g] ὖ θρύψομεν ἡμᾶς αὐτοὺς [g] ἐσθῆτι μαλακῇ & περιῤῥεούσῃ, καὶ τοῖς μὲν ἐν λίνῳ καὶ σηρῶν [h] ἀερίοις ὑφάσμασι· & τοῖς μὲν ἐναστημονήσομεν μᾶλλον, ἢπερ ἐμφρέψομεν, ἅτω γὸ ἐγὼ καλῶ πᾶν τὸ περιττὸν & περίεργον, τὰ ὖ ἔνδον ἡμῖν ἀποκείσεται φροντὶς ἄχρηστος καὶ [i] ἀνόνητος, [k] σητῶν δαπάνη καὶ χρόνῳ τῷ τὰ πάντα καταναλίσκοντος; καὶ οἱ μὲν, οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς εὐπορήσουσιν· ὢ τῆς ἐμῆς τρυφῆς,

XV. Quid autem nos, quibus magnum illud ac novum nomen obtigit, ut à Christo nominemur, *gens sancta, regale Sacerdotium, populus selectus & peculiaris, bonorum & salutarium operum sectator;* qui Christi discipuli sumus, *mitis*, inquam, *illius & benigni*, qui *infirmitates nostras portavit*, qui usque ad conspersionem nostram sese dejecit, qui propter nos carnis hujus terreníque tabernaculi *paupertatem subiit*, & nostrâ causâ in doloribus & languoribus versatus est, *ut nos divinitatis opes consequamur?* Quid nos, inquam, qui tantum misericordiæ & commiserationis exemplum accepimus? Quid de his cogitabimus, & quid faciemus? An eos contemnemus? An præteribimus? An ut mortuos, ut execrabiles, ut pernicioſissimos quósque serpentes ac feras deseremus? Nequaquàm, Fratres. Alienum hoc à nobis est, qui *Christi oves sumus, boni illius Pastoris, qui errantem ovem reducit, & perditam conquirit, & infirmam corroborat:* alienum item ab humana natura, quæ commiserationem veluti latâ lege sanxit, utpotè ex eadem infirmitate ad pietatem & humanitatem erudita.

Nos Christi discipuli, misericordiæ ac benignitatis exempla à Christo accepimus.

I. Pet. II. 9. *Tit.* II. 14. *Matth.* XI. 29.

Isai. LIII. 4.

II. *Cor.* VIII. 9.

Joan. X. 11 *Matth.* XVIII. 12. *Luc.* XV. 4. *Ezech.* XXXIV. 4.

XVI. Quid autem? Illíne sub dio vexabuntur, nobis verò erunt splendidissimæ domus, omnigenis lapidibus exornatæ, atque coruscantes auro & argento, ac tenuium calculorum dispositione, varioque picturæ artificio, quæ fallaces sunt oculorum illecebræ; atque alias quidem incolemus, alias verò extruemus? Quibusnam autem? ne hæredibus quidem fortassè nostris, sed exteris & alienis, iísque ne amicis quidem fortassè nostris, sed inimicissimis, maximâque in nos invidiâ flagrantibus, quod quidem malorum omnium extremum est. Quid? Illíne in asperis & laceris pannis obrigescent, imò ne eos quidem fortassè habebunt, nos autem in mollibus & circumfluentibus vestibus, telísque ex tenuissimo lino ac serico contextis lasciviemus; atque in aliis quidem indecorè potiùs quàm honestè atque ornatè nosipsos geremus, (sic enim quidquid superfluum & curiosum est, voco,) alias autem in arcis recondemus, curam inutilem & incommodam, à tineis exedendas, & à tempore, quod omnia conficit, absumendas? Atque illis ne necessaria quidem alimenta suppetent; (ô delicias meas! ô gravem illorum afflictio-

Per elegantem pauperum & divitum Antithesim, divites ad misericordiam excitat.

Apud pauperes, omnium rerum penuria.

(a) Τί δέ. Regg. c. ph. *τί δαί.*
(b) Περιούσιος λαός. Schol. *περιπεποιημένος, συνηγμένος, ἴδιος, populus acquisitus, collectus, proprius.*
(c) Ἵνα ἡμεῖς. Regg. bm. ph. *ἵν' ἡμεῖς.*
(d) Τὴν θεότητα. Reg. c. &c. *τὴν ἐκείνου θεότητα.* In Or. 2. deest *τήν.*
(e) Τῷ. Regg. a. bm. ph. Bas. *τῶν.*
(f) Διεσπασμένοις. Sic plures Regg. Coisl. 2. Or. 2. & Oxon. *In laceris & consciſſis pannis rigebunt.* Editi, *διεσπαρμένοις, sparsis.*
(g) Ἐσθῆτι. Reg. c. & Combef. *ἐν ἐσθῆτι.*
(h) Ἀερίοις. Gabr. *Aëriis, ex lino ac serico contextis, velis*, id est, *aëri perviis*, vel, ut Hieron. in Esth. I. 6. *aërii coloris.*
(i) Ἀνόνητος. Sic Regg. a. bm. ph. Editi, *ἀνόητος, insanam.*
(k) Σητῶν. Sic plures Regg. plures Colb. Coisl. 2. & Or. 2. In Editis, *ζητῶν, quærens.*

nem ! verùm pro foribus noſtris jacebunt, languentes & fame laborantes, ac ne inſtrumenta quidem ad petendum à corpore habentes; vocibus privati, quibus miſeriam ſuam lugeant; manibus, quas ſupplicandi causâ protendant; pedibus, quibus ad divites accedant; reſpiratione, quâ fortiter lamenta ſua edant; atque, quod malorum omnium acerbiſſimum eſt, leviſſimum eſſe judicantes, oculíſque duntaxat gratiam habentes, quòd ipſorum labem minimè videant.

Apud divites, humani luxûs profuſio.

XVII. Atque hi quidem ad hunc modum; nos autem in altis & ſublimibus lectis, eximiíſque & quæ penè tangere nefas ſit, ſtragulis, ſplendidi ſplendidè recumbemus, ſi vel ſolam petitionum vocem audiamus, ſtomachantes. Atque etiam illud oportebit, ut & pavimentum noſtrum floribus, plerumque etiam extra tempus, fragret, & menſa ſuaviſſimis & ſumptuoſiſſimis unguentis perfundatur, quò magis etiam effœminemur; ut pueri etiam aſtent, alii, ornatè ac ſuo quiſque ordine, comis ſoluti & effœminati, ac cæſarie ad faciem expoliti, magíſque quàm impudicis oculis conducat, exornati; alii, pocula extremis digitis tenentes, quàm fieri poteſt elegantiſſimè ſimul ac tutiſſimè; alii, follibus ventum ſuper caput artificiosè excitantes, atque auris manu conflatis molem carnis refrigerantes; ut menſa inſuper carnibus redundet, elementis omnibus nobis prolixè & copiosè ſubminiſtrantibus, aëre nempè, terrâ, aquâ; nóſque coquorum, & eorum, qui epulas inſtruunt, lenociniis comprimamur; omnéſque de eo concertent, ecquis avido & ingrato ventri quàm maximè blandiatur, gravi omninò ſarcinæ, & malorum authori, belluæ prorsùs inſaturabili, ac perquàm inſidæ, huic, inquam, qui cum cibis qui abolentur, jamjam ipſe abolendus. Et quidem illi præclarè ſecum agi putabunt, ſi vel aquâ expleantur; nos autem vini pocula uſque ad temulentiam hauriemus, imò etiam ultra temulentiam, ſaltem ii, qui majore intemperantiâ laborant; atque ex pluribus vinis alia rejiciemus, alia, ut ſuavia & grata, probabimus, de aliis etiam philoſophabimur, atque in detrimento ponemus, niſi

Pauperes aquam tantùm, divites vini pocula hauriunt.

καὶ τῆς ἐκείνων ταλαιπωρίας· ἀλλὰ κείσονται πρὸ τῶν ἡμετέρων θυρῶν, ἐκλυόμενοι ⸫ λιμώττοντες, ὑδὲ τὰς πρὸς τὴν αἴτησιν ἀφορμὰς πρὸ τοῦ σώματος ἔχοντες, ἐσερημένοι φωνῶν μὲν, εἰς τὸ ὀδύρεσθαι, χειρῶν δὲ, εἰς τὸ προβλείνειν ἐφ' ἱκεσίᾳ, ποδῶν δὲ, εἰς τὸ προσιέναι τοῖς ἔχουσιν, ἀναπνοῶν δὲ, εἰς εὐτονίαν τῆς θρηνῳδίας· [a] τὸ βαρύταλον τῶν κακῶν κυφό- a
ταλον κρίνοντες, τοῖς ὀφθαλμοῖς μόνον εὐχαριστοῦντες, ὅτι μὴ τὴν ἑαυτῶν λώβην βλέπουσιν.

ιζ. Καὶ οἱ μὲν οὕτως· ἡμεῖς δὲ [b] ἀνακει- b
σόμεθα λαμπροὶ λαμπρῶς ἐπὶ σιβάδος ὑψηλῆς τε καὶ μετεώρου, καὶ τῶν πρωϊτλῶν καὶ ἀψαύστων ἐπιβλημάτων, κἂν φωνῆς ἀκούσωμεν [c] τῶν αἰτήσεων δυσχεραίνοντες. δεῖ δὲ ἡμῖν τὸ c
μὲν ἔδαφος εὐωδεῖν ἄνθεσι, πολλάκις ⸫ τῆς ὥρας ἔξω, τὴν δὲ τράπεζαν κατερράνθαι μύροις, ⸫ μύρων τοῖς [d] εὐωδεστάτοις τε καὶ d
πολυτελεστάτοις, ἵνα κὴ μᾶλλον ἐκθηλυνώμεθα· παῖδας δὲ παρεστάναι, τὰς μὲν ἐν κόσμῳ κὴ ἐφεξῆς, ἀνέτους τὰς κόμας καὶ θηλυδρίας, κὴ τῇ κατὰ πρόσωπον κούρᾳ πρωϊργασμένας, πλεῖον ἢ ὅσον συμφέρει λίχνοις ὀφθαλμοῖς κεκοσμημένους· τοὺς δὲ τὰς κύλικας ἐπ' ἄκρων δακτύλων ἔχοντας, ὡς οἷόν τε εὐπρεπέστατά τε ὁμοῦ καὶ ἀσφαλέστατα· τὰς δὲ ὑπὲρ κεφαλῆς ἄνεμον ταῖς ῥιπίσι ζοφιζομένους, καὶ ταῖς ἐκ χειρῶν αὔραις τὸ πλῆθος τῶν ζαρκῶν ἀναψύχοντας· καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις, πλήθειν μὲν κρεῶν τὴν τράπεζαν, πάντων χορηγούντων ἡμῖν τῶν στοιχείων πλεσίως, ἀέρος, γῆς, ὕδατος· καὶ [e] στενοχωρεῖ- e
σθαι τοῖς μαγείροις καὶ ὀψοποιοῖς μαγγανεύμασιν, ἀγῶνα δὲ εἶναι πᾶσιν, ὅς τις ὡς μάλιστα τὴν [f] λίχνην ἡμῖν καὶ ἀχάριστον κολα- f
κεύσει γαστέρα, τὸ βαρὺ φορτίον καὶ δεχέκακον, τὸ ἀπληστότατον θηρίον καὶ ἀπιστότατον, τὴν καταργυμένην αὐτίκα σὺν τοῖς καταργυμένοις βρώμασι· καὶ τοῖς μὲν πολύ τι κόρος καὶ ὕδατος, ἡμῖν δὲ ⸫ μέχρι μέθης οἱ τοῦ οἴνου κρατῆρες, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν μέθην, τοῖς γε ἀπολαστοτέροις· ⸫ τὸν

(a) Τὸ βαρύτατον.... βλέπουσιν. Locus iſte certè difficilis, & Interpretes plurimùm torſit. Sufficiat nobis varias eorum interpretationes referre. Nicetas: *oculis quoque capti ſunt; id quod leviſſimum cenſent, etiamſi aliis acerbiſſimum eſſe videatur; quòd nimirùm, extincto propter morbum aſpectu, labem ſuam minimè conſpiciant.* Gabrielius: *id quod omnium malorum graviſſimum eſt, leviſſimum ipſi quidem exiſtimantes, ſolis nimirùm oculis gratiam habentes, quòd ipſorum calamitatem minùs videant.* Undè in Scholiis addit: *argutè Theologus, Elephanticorum calamitatem amplificans, facit eos gratiam habentes oculis, qui ita eſſent affecti, ut minùs poſſent ipſorum ærumnas aſpicere. In extrema nimirùm miſeria eum omninò verſari neceſſe eſt, cui id leviſſimum ſit, quod aliis eſt graviſſimum.* Combefiſius verò contendit hunc Gregorii locum ſic vertendum: *quod malorum omnium acerbiſſimum eſt; leviſſimum eſſe judicantes, & oculis tantùm gratiam habentes, quòd ſuam ipſi labem minimè videant.* Quia ſcilicet hæc oculorum natura, ut, cùm omnia videant, ſe ipſi videre nequeunt. Improbat doctiſſimus vir Billii interpretationem, qui ægrotos, de quibus agitur, cæcos fuiſſe exiſtimaſſe videtur.

(b) Ἀνακεισόμεθα. Par. ἀναβησόμεθα, aſcendemus.

(c) Τῶν αἰτήσεων. Deeſt in Par.

(d) Εὐωδεστάτοις τε. Sic Regg. a. d. Deeſt τε in Ed.

(e) Στενοχωρεῖσθαι. *Ferculis delicatis, cupediis anguſtiemur;* præ multitudine ſcilicet, ut in menſa locus non ſuperſit.

(f) Λίχνην. Regii plures, λίχνον.

μὲν

(*h*) Προσεπεμβαίνουσι. Sic Regg. bm. ph. & Or. 2. Par. προσεπεμβαίνοντες. Editi ἐπεμβαίνουσι.

(*i*) Συνειθισμένας. Sic Regg. a. c. d. & Or. 2. In Ed. συνηθισμένας.

(*k*) Ταλαιπωρείτωσαν. Or. 2. ταλαιπωρήτωσαν.

(*l*) Μὲν οὖν ἐκ. Addidimus ἐκ auctoritate plurium Codd. Coisl. 1. & 2. Or. 2. Par. &c.

(*m*) Τοῦ Θεοῦ. Deeſt τοῦ in tribus Regg.

(*n*) Αὐτοῖς. Sic Regg. bm. & ph. Editi αὐτούς.

εἶναι νομίζουσι, δηλοῦσι σαφῶς ἐξ ὧν λέγουσι. Τίς γὰρ ἂν οὕτω δύσνους εἴη τῷ δεομένων, a Θεὸν εἰδὼς [a]χορηγὸν ὧν κέκτηται; τῶν γὰρ αὐτῷ ἐστὶν ἔχειν τέ τι παρὰ Θεοῦ, καὶ κεχρῆσθαι κατὰ Θεὸν οἷς περ ἔχουσιν.

rum omnium bonorum authorem & largitorem Deum agnoscat? Eorumdem quippè est, & à Deo aliquid habere, & iis, quæ habent, piè ac secundùm Deum uti.

λ. Εἰ δὲ καὶ παρὰ Θεοῦ τὸ κακοπαθεῖν ἐκείνοις, οὔπω δῆλον, ἕως ἂν καὶ παρ' ἑαυτῆς b [b]ἡ ὕλη φέρῃ τὸ ἄτακτον, ὥσπερ ἐν ῥεύματι. καὶ τίς οἶδεν, εἰ ὁ μὲν δι' κακίαν κολάζεται, ὁ δὲ ὡς ἐπαινούμενος αἴρεται· ἀλλὰ μὴ τοὐναντίον, ὁ μὲν δι' πονηρίαν ὑψοῦται, ὁ B c δὲ δι' ἀρετὴν δοκιμάζεται; ὁ μὲν [c]πλεῖον ἐπαιρόμενος, ἵνα καὶ πέσῃ χαλεπώτερον, ὅλην ἐώμενος περύτερον, ὥσπερ τινα νόσον, ἐκρῆξαι τὴν ἑαυτῦ κακίαν, ἵνα μὴ κολασθῇ δικαιότερον· ὁ δὲ καὶ παρὰ δόξαν πιεζόμενος, ἵνα ὥσπερ χρυσὸς ἐν καμίνῳ δοκιμασθεὶς τῆς κακίας, d εἴ τι καὶ μικρὸν ἔχει, [d]τοῦτο ἐκτήξῃ· καθαρὸς γὰρ ἀπὸ ῥύπου παντελῶς οὐδεὶς, οὐκ οὖν ἐν γεννητῇ φύσει, ὥσπερ ἠκούσαμεν, εἰ καὶ φαυλῇ e δοκιμώτερος. εὑρίσκω γάρ τι καὶ [e]τοιοῦτο ἐν C τῇ θείᾳ γραφῇ μυστήριον· καὶ μακρὸν ἂν εἴη πάσας ἀπαριθμεῖν τοῦ Πνεύματος τὰς φωνὰς, f αἳ [f]με πρὸς τοῦτο φέρουσιν. ἀλλὰ τίς ἂν g ψάμμον θαλασσῶν, [g]καὶ σταγόνας ὑετοῦ, καὶ βυθοῦ μῆκος ἀναμετρήσαιτο; τίς δ' ἂν τοῦ Θεοῦ τῆς περὶ πάντα σοφίας τὸ βάθος ἐξιχνιάσειεν, ὑφ' ἧς καὶ πεποίηκε τὰ πάντα, καὶ διοικεῖ τρόπον, ὃν αὐτὸς καὶ βούλεται καὶ ἐπίσταται; λέγει γοῦν κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, θαυμάσαντας μόνον τὸ ταύτης δυσέκμαρτον D καὶ δυσεύρητον παρελθεῖν· ὦ βάθος πλούτου, καὶ Σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα h τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ [h]ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ· καὶ, τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; εἰς δὲ τὰ ἔσχατα τῆς σοφίας αὐτοῦ τίς ἀφίκετο; φησὶν ὁ i Ἰώβ. τίς σοφὸς, καὶ συνήσει ταῦτα, [i]καὶ οὐχὶ τῷ ἀνεφίκτῳ μετρήσει τὸ ὑπὲρ μέτρησιν;

XXX. An autem à Deo quoque fiat, ut illi divexentur, nondùm perspicuum est, quandiu terrena hæc moles perturbationem à seipsa, velut in fluctibus, tulerit. Cuinam verò exploratum est, num ille ob vitium crucietur, hic rursùm ut bonus ac laude dignus, evehatur; & non è contrario, ille ob improbitatem attollatur, hic ob virtutem exploretur? Ille, inquam, altiùs evectus, ut graviùs corruat, ac tantisper expectatus, quoad universa ipsius improbitas, morbi cujusplam instar, priùs eruperit, ut justiùs etiam posteà puniatur: hic rursùs præter opinionem oppressus, ut, non secus atque aurum in fornace, probatus, si quid vitii paululùm in se habeat, eliquet; *nemo enim*, saltem in natura generatione procreata, omninò *à sorde purus est*, ut audivimus, licèt ille probatior videatur. Nam hujusmodi quoque aliquod mysterium in Scriptura reperio; ac longum utique esset omnes Spiritûs voces, quæ huc spectant, recensere. Sed *quis arenam maris, & pluviæ guttas, & abyssi profunditatem metiri;* quis divinæ in omnibus rebus sapientiæ profunditatem, per quam & omnia creavit, & ea, quemadmodùm ipse vult, ac novit, moderatur, investigare queat? Satis enim nobis est, Apostoli exemplo, ipsius conjiciendæ & contemplandæ difficultatem admirando solùm pertransire: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quàm inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Et, *Quis novit mentem Domini? Quis*, ut cum Job loquar, *ad summum sapientiæ ejus accessit? Quis sapiens, & intelliget hæc*, ac non per id, quod percipi non potest, id, quod supra mensuram est, metietur?

Cur improbi rebus fecundis in hac vita fruantur; contrà verò, boni adversis premantur.

Job. XXV. 4.

Eccli. I. 2.

Rom. XI. 33. 34.

Job. XV. 8.

Osee. XIV. 10.

λα. Ἄλλος μὲν οὖν εἴη περὶ ταῦτα τολμηρὸς καὶ γενναδας, μᾶλλον δὲ εἴη μηδείς· ἐγὼ δὲ ὀκνῶ κακίᾳ δοῦναι πάντως τὴν ἐντεῦθεν E κόλασιν, ἢ εὐσεβείᾳ τὴν ἄνεσιν· ἀλλ' ἔστι μὲν ὅτε καὶ πρός τι χρήσιμον, ἢ κακίας ἐγκοπτομένης δυσπαθείᾳ τῇ πονηρῶν, ἢ ἀρετῆς ὁδοποιουμένης εὐπαθείᾳ τῶν βελτιόνων· οὐκ ἀεὶ δὲ, οὐδὲ πάντως, ἀλλ' εἶναι τοῦτο μόνον καιροῦ τοῦ

XXXI. Alius igitur in his rebus temerarius & audax sit, vel potiùs nemo sit; ego autem, vel hujus vitæ cruciatum improbitati, vel res lætas & fecundas pietati omninò ascribere vereor; imò verò nonnunquàm, & hoc ob aliquam utilitatem contingit, nempè ut vel per improborum calamitatem vitii cursus reprimatur, vel per bonorum felicitatem virtuti via muniatur; sed id non semper, nec omninò, verùm hoc

Cruciatus improbitati, pietati res lætas adscribere veretur Gregorius.

(*a*) Χορηγόν. Or. 2. χορηγόν.
(*b*) Ἡ ὕλη φέρῃ. Reg. ph. & Or. 2. φέρει. *Terrena hæc moles*, id est, *corpus corruptibile.*
(*c*) Πλεῖον. &c. Tres Regg. πλέον. In Reg. c. sic legitur: πλεῖον ἐπαιρόμενος, ὥσπερ τινα νόσον ῥῆξαι τὴν ἑαυτῦ κακίαν συγχωρηθεὶς, ἵνα πέσῃ χαλεπώτερον.
(*d*) Τοῦτο. Regg. c. d. τοιοῦτο.
(*e*) Τοιοῦτο. Regg. bm. & ph. τοιοῦτον.
(*f*) Με. Or. 2. μοι.
(*g*) Καὶ σταγόνας. Reg. d. ἢ σταγόνας.
(*h*) Ἀνεξιχνίαστοι. Sic Regg. bm. ph. Or. 2. Apost. &c. Editi, ἀνιχνίαστοι.
(*i*) Καὶ οὐχὶ τῷ ἀνεφίκτῳ &c. *Ac non per id, quod assequi non licet, id metietur quod supra mensuram est?* Vel cum Gabrielio: *ac non potiùs incomprehensibilitate metietur, id quod est supra mensuram?*

futuro tempori tantùm reſervatur, in quo alii virtutis præmiis, alii ſcelerum pœnis afficientur. *Reſurgent enim*, inquit, *hi in reſurrectionem vitæ, illi in reſurrectionem judicii.* Rerum autem hujus ævi alia forma eſt, aliáque gubernatio, tametſi omnia eò ferant, atque apud Deum æquabile quiddam proculdubiò habeat id quod nobis inæquale eſſe videtur: haud aliter atque in corporibus eminentes ac demiſſæ partes, magnitudines item & parvitates, atque in terra, tam ea, quæ altè ſe efferunt, quàm quæ ſubſidunt, ex quibus pulchritudo mutuâ inter ſe habitudine conflatur ac perſpicitur; quandoquidem quod inordinatum & inæquale eſt in prima artificis circa materiam adumbratione, valdè tamen artificioſum foret, ſi ad operis cujuſdam ſtructuram accommodaretur: id quod tum demùm intelligimus atque fatemur, cùm elaborati operis elegantiam undique perfectam & abſolutam intuemur. At nec ille artis inſcius eſt, ut nos ſumus; nec res hujus vitæ propter ea temerè atque inconditè gubernantur, quia exploratas earum rationes non habemus.

Externa rerum inæqualitas habet æquabile quiddam apud Deum.

XXXII. Sed & ſi quædam ejus, quâ laboramus, affectionis imago exhibenda eſt, non multùm iis, qui nauſeâ & vertigine laborant, diſſimiles ſumus, qui omnia ſurſùm deorſúmque verti putant, cùm ipſi vertantur. Idem etiam his, de quibus loquimur, accidit. Neque enim Deum ſapientiorem ſe eſſe ſuſtinent; ſtatim ut inopinatum quid acciderit, quaſi vertigine correpti hærent, cùm è contra oporteret eos, vel in indaganda ratione laborare, ut curâ ac diligentiâ veritatem fortaſsè conſequi poſſint; vel de his rebus ſapientiores viros magíſque ſpirituales conſulere, quandoquidem id quoque inter Spiritûs dona numeratur, nec omnium eſt ſcientia; vel eam denique per vitæ purgationem aucupari, atque à vera Sapientia ſapientiam poſtulare. Iſti verò, ô miram ſtultitiam! ad id, quod paratius & proclivius eſt, ſe conferunt, nec ratione mundum gubernari falsò aſſerunt, cùm ipſi rationem ignorent; atque ita propter inſcitiam ſapientes ſunt, aut propter ſupervacaneam ſapientiam, ut ita loquar, inſipientes ac ſtolidi. Hinc alii quidem caſum atque Fortunam, fortuitò ſanè temeréque confictam induxerunt; alii ſiderum principatum quemdam rationis expertem atque

Homines, cùm quid inopinatum accidit, non multùm iis, qui vertigine laborant, diſſimiles.

Varia hominum commenta circa varios rerum eventus.

μέλλοντος, καθ' ὃν οἱ μὲν τὰ τῆς ἀρετῆς ἆθλα, [a] οἱ δὲ τὰ τῆς κακίας ἐπιτίμια δέξονται. a
ἀναστήσονται γὰρ οὗτοι, φησὶν, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, καὶ οὗτοι εἰς ἀνάστασιν κρίσεως· τὰ δὲ ἐντεῦθεν ἑτέρου τύπου εἶναι καὶ ἀγωγῆς ἑτέρας, πάντα ἐκεῖσε φέροντα, ἐχούσης ὁμαλόν τι πρὸς Θεῷ πάντως καὶ τῆς δοκούσης ἡμῖν ἀνωμαλίας· ὥσπερ ἐν σώματι τὰς ἐξοχάς τε καὶ εἰσοχὰς, μεγέθη τε καὶ μικρότητας, καὶ γῆς ἐπανασάσεις τε καὶ ὑφέσεις, ἐξ ὧν τὸ
B κάλλος τῇ πρὸς ἄλληλα σχέσει συνιστάμενόν τε καὶ θεωρούμενον· [b] ἐπεὶ καὶ τεχνίτου τὸ b
πρὶν τὴν ὕλην τέως ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον, λίαν ἔντεχνον ἦν, ἂν πρός τινος ἔργου κατασκευὴν [c] εὐτρεπίσαιτο· τότε καὶ ἡμῖν κατα- c
λαμβανόμενόν τε καὶ ὁμολογούμενον, ὅτ' ἂν [d] τὸ ἀποτελεσθὲν κάλλος τοῦ δημιουργήματος d
θεωρήσωμεν· ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνος [e] ἄτεχνος ἢ ὡς e
ἡμεῖς, οὔτε ταῦτα διοικεῖται ἀτάκτως, ὅτι μὴ καὶ ἡμῖν ὁ λόγος γνώριμος.

C λβ. [f] Ἀλλ' εἴ τινα δεῖ καὶ εἰκόνα λαβεῖν f
τοῦ ἡμετέρου πάθους, οὐ πόρρω πρὸς ναυτιώντων ἐσμὲν καὶ ἰλιγγιώντων, [g] οἳ στρέφεσθαι τὰ g
πάντα δοκοῦσιν, αὐτοὶ στρεφόμενοι. ὡς δὲ καὶ οὗτοι, πρὸς ὃν ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἀνέχονται σοφώτερον αὐτῶν εἶναι τὸν Θεὸν, ἂν πρός τι τῶν συμβαινόντων ἰλιγγιάσωσιν· ἢ καμεῖν πρὸς τὸν λόγον δέον, ὡς, τάχ' ἂν τῇ φιλοπονίᾳ δοθησομένης τῆς ἀληθείας, ἢ ζοφωτέροις ἑαυτῶν ταῦτα συμφιλοσοφεῖν καὶ Πνευματι-
D κωτέροις, [h] ἐπειδὴ καὶ τοῦτο χάρισμα ἓν, καὶ h
οὐχὶ πάντων ἡ γνῶσις, ἢ καθάρσει βίου ταύτην θηρεύειν, καὶ πρὸς τῆς ὄντως Σοφίας Σοφίαν ἐπιζητεῖν. οἱ δὲ, ὦ τῆς ἀπαιδευσίας· ἐπὶ τὸ ἑτοιμότερον τρέπονται, καὶ ἀλογίαν τοῦ παντὸς καταψεύδονται, αὐτοὶ τὸν λόγον οὐκ ἐπισάμενοι· ζ εἰσὶ δι' ἀπαιδευσίαν σοφοὶ, ἢ δι' Σοφίαν, ἵνα οὕτως εἴπω, τὴν πρώτην, ἄσοφοι καὶ [i] ἀσύνετοι. [k] ἐντεῦθεν οἱ μὲν τύχην i k
ἢ τὸ αὐτόματον ἐδογμάτισαν, ὄντως αὐτόματα,
E καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀναπλασθέντα ἐπινοήματα· οἱ δὲ ἀστέρων τινὰ δυναστείαν ἄλογόν τε καὶ ἄλυτον πλεκόντων, ὡς ἂν [l] βέλονται, τὰ ἡμέτερα, l

(*a*) Οἱ δὲ τὰ τῆς κακίας ἐπιτίμια. Sic Regg. a. c. d. bm. ph. &c. Or. 2. κακίας τὰ ἐπιτηδεύματα. Ed. οἱ δὲ τῆς κακίας τὰ ἐπιτίμια.

(*b*) Επεὶ καὶ τεχνίτου &c. Billius: *quandoquidem opificis quoque materia, quæ priùs inæquabilis atque incondita erat, perquàm tamen artificioſa eſſet* &c.

(*c*) Εὐτρεπίσαιτο. Sic Regg. a. c. d. bm. ph. Or. 2. Jeſ. &c. Editi, εὐτρεπίσηται.

(*d*) Τὸ ἀποτελεσθέν. Sic Regg. a. bm. ph. Or. 2. &c. Deeſt τό in Editis.

(*e*) Ατεχνος ἢ. Deeſt ἢ in tribus Regg.

(*f*) Αλλ' εἴ τινα &c. Billius: *quin potiùs, ut animi noſtri affectum imagine quâdam exprimam* &c.

(*g*) Οἳ στρέφεσθαι &c. Reg. u. οἷς στρέφεσθαι τὰ πάντα δοκεῖ αὐτοῖς στρεφομένοις. Quæ quidem lectio optima, & ſyntaxi magis conſona.

(*h*) Επειδή. Sic Regg. a. bm. ph. & Or. 2. Editi verò, ἐπειδήπερ.

(*i*) Ασύνετοι. Regg a. c. d. & Jeſ. ἀπαίδευτοι.

(*k*) Εντεῦθεν οἱ μὲν &c. *Hinc alii quidem Fortunam & caſum inſtituerunt, inventa verè caſu & fortuitò excogitata atque afficta.*

(*l*) Βέλονται. Regg. d. bm. ph. & Or. 2. βάλωνται.

μᾶλλον

μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸ τὸ πλέκειν συνηναγκασμένων, καὶ πλανητῷ δή τινων καὶ ἀπλανῶν συνόδους & ὑποχωρήσεις, καὶ κυρίαν τῶ παντὸς κίνησιν· οἱ δὲ, [a] ὅτι ἂν ἕκαστος ἐφαντάσθησαν, τῷ ταλαιπώρῳ γένει τῷ ἀνθρώπων φέροντες, ἐπεισήγαγον, ὅσον [b] αὐτοῖς τῆς προνοίας ἀνέφικτόν τε καὶ ἀθεώρητον, εἰς διαφόρους δόξας καὶ προσηγορίας καταμερίσαντες. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ πενίαν πολλὴν τῆς προνοίας κατέγνωσαν, τὰ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς ταύτῃ διοικεῖσθαι νομίσαντες, ἄχρι δ' ἡμῶν τῶν καὶ μάλιστα δεομένων κατάγειν αὐτὴν ἀποκνήσαντες, [c] ὥσπερ δεδοικότες, [c] μὴ τῷ πλείονας εὐεργετεῖσθαι, ἀγαθώτερον ἀποφήνωσι τὸν εὐεργέτην, ἢ ἀποκάμνοι [d] αὐτοῖς ὁ Θεὸς εὖ ποιῶν πλείονας.

λγ. Αλλ' ἔστοι μὲν, ὅπερ εἶπον, ἐῤῥίφθω, ἐπεὶ καὶ καλῶς αὐτοὺς ἐφλαβὼν ὁ λόγος ἠμύνατο· ἐματαιώθη γάρ, φησιν, ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τῆ [e] ἀφθάρτῳ Θεοῦ, μύθοις τισὶ καὶ σκιαῖς τὴν διὰ πάντων προνοιαν καθυβρίσαντες. ἡμεῖς ὃ μήτε αὐτοὶ ταῦτα τερατευώμεθα, εἴπέρ τι μέλει τῆ λόγου λογικοῖς οὖσιν ἡμῖν, καὶ λόγου θεραπευταῖς· [f] μήτε τοὺς οἰομένους ἀποδεχώμεθα, κἂν εὐδρομῶσι τὴν γλῶτταν ἐν τοῖς ἀτόποις λόγοις καὶ δόγμασι, καὶ τῷ [g] καινῷ τέρπωσιν· ἀλλὰ καὶ Θεὸν εἶναι [h] τὸν πάντων ποιητὴν & δημιουργὸν πιστεύωμεν· πῶς γὰρ [i] ἂν ὑπέστη τὸ πᾶν, μή τινος ἐσιώσαντός τε καὶ συναρμόσαντος; καὶ προνοιαν συνεισάγωμεν, τὴν τῆδε τῆ παντὸς συνεκτικήν τε καὶ συνδετικήν· ἐπεὶ καὶ προνοητὴν εἶναι τούτων, ὧν ποιητὴν εἶναι ἀναγκαῖον. εἰ μὴ μέλλοι τὸ πᾶν τῷ αὐτομάτῳ φερόμενον, ὥσπερ ὑπὸ λαίλαπος ναῦς, αὐτίκα λυθήσεσθαί τε & διασπασθήσεσθαι διὰ τὴν ἀταξίαν τῆς ὕλης, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν σύγχυσίν τε καὶ ἀκοσμίαν ἐπαναχθήσεσθαι· [k] & τοῖς ἡμετέροις μάλιστα ἐπισατεῖν δεξώμεθα τὸν ἡμέτερον, εἴτε ποιητὴν, εἴτε πλάστην βούλει καλεῖν· κἂν διὰ τῶν ἐναντίων ὁ βίος [l] ἡμῖν διεξάγηται, διὰ τοῦτο τυχὸν καὶ ἀγνοουμένων, [m] ἵνα τῷ δυσθεωρήτῳ τὸν ὑπὲρ πάντα λόγον θαυμάζωμεν. ἐπειδὴ τὸ μὲν ῥᾳδίως λεπτὸν, indissolubilem, quæ res nostras arbitratu suo, imò etiam necessariò, connectant, & errantium quarumdam atque fixarum stellarum congressus & recessiones, ac motum, omnibus in rebus dominantem confinxerunt; alii, quod quisque secum excogitavit, ærumnoso hominum generi invexerunt; quidquid nimirùm ex ipsa Providentia comprehendi conspicique nequit, in varias opiniones, variáque nomina dividentes. Nec defuerunt, qui magnæ quoque paupertatis Providentiam damnarent, dum ea quidem, quæ supra nos sunt, ab ipsa regi atque gubernari judicarunt, cæterùm eam ad nos usque, qui eâ vel maximè indigemus, demittere gravati sunt; perindè ac vererentur, ne, si plures beneficiis afficerentur, nimis beneficum exhiberent benefactorem, aut ne Deus benè de pluribus merendo defatigaretur.

XXXIII. Verùm hos, ut dixi, valere sinamus, quippè quos jam Scriptura egregiè ulta sit: *Evanuit enim*, inquit, *insipiens cor eorum; dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, Deique incorruptibilis gloriam immutarunt*, figmentis quibusdam atque umbris Providentiam ad omnia sese porrigentem contumeliosè proscindentes. Nos autem, neque hujusmodi dogmatum portenta confingamus, si quid nobis, qui ratione utimur, ac summæ Rationis cultum profitemur, ratio curæ est, ne iis, qui hæc putant, assentiamur; tametsi in absurdis sermonibus & dogmatibus celerem & expeditam linguam habeant, & novitate delectent. Quin potiùs, & Deum rerum omnium effectorem & architectum credamus. Quonam enim modo Universum hoc extitisset, nisi ab aliquo procreatum atque concinnatum fuisset? Et Providentiam, quæ universam hanc rerum machinam contineat, velútque vinculis astringat, simul inducamus; quandoquidem, quarum rerum conditor est, earum quoque moderator sit necesse est. Alioqui si mundus casu feratur, primo quoque tempore, velut navis à venti turbine, propter materiæ perturbationem dissolvetur ac distrahetur, atque ad veterem confusionem indigestámque congeriem reducetur. Ac nostris præsertim rebus, nostrum, sive factorem, sive fictorem appellare mavis, præesse credamus; etiam si vita nostra per contraria gubernetur, ob id fortassè nobis ignota, ut quia eorum cognitionem vix omninò

Scripturis redarguuntur, qui de Providentia non rectè sentiunt. *Rom.* 1. 21. *& seq.*

Deus solus omnium rerum creator & gubernator.

Cur causæ multorum eventuum ignotæ.

(a) Οτι ἄν. Regg. a. bm. ph. ὅτι δ' ἄν.
(b) Αὐτοῖς. Sic Regg. a. bm. ph. & Or. 2. Editi, αὐτῆς.
(c) Μὴ τῷ πλείονας &c. Billius: *ne benefactore eò meliorem esse pronuntiarent, quòd plures beneficiis afficeret.*
(d) Αὐτοῖς. *Ipsis defatigaretur, defatigatum dicere viderentur.*
(e) Αφθάρτῳ Θεῦ. Or. 2. addit: ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθάρτου ἀνθρώπου, *in similitudinem imaginis corruptibilis hominis.*
(f) Μήτε. Sic Regg. a. bm. ph. In Ed. μηδέ.
(g) Καινῷ. Or. 2. κοίνῳ, *communione.*
(h) Τὸν πάντων ποιητήν. Sic Regg. a. & ph. In Reg. bm. τῶν πάντων. Deest τόν in Ed.
(i) Αν. Deest in Or. 2.
(k) Καὶ τοῖς. Sic Regg. a. bm. ph. & Or. 2. Deest τοῖς in Ed.
(l) Ημῖν. Nicet. ἡμῶν.
(m) Τῷ δυσθεωρήτῳ. *Propter cognoscendi difficultatem.*

consequi possumus, Rationem omnia superantem admiremur. Quidquid enim facilè percipitur, facilè quoque in contemptum venit. Quod autem supra nos est, quò majore cum difficultate percipi potest, eò etiam majorem admirationem movet; atque id omne, quod appetitum nostrum fugit, desiderium exercet.

Pauperes, qui per ærumnas Deo adhærent, multò præstantiores divitibus, qui per peccatum à Deo recedunt.

XXXIV. Idcircò, nec sanitatem omnem admiremur, nec morbum omnem respuamus, nec fluentibus divitiis cor apponamus, fluxis plus, quàm par sit, adhærentes, ac velut partem quandam animæ cum eis absumentes: nec rursùs paupertatem, ut detestabilem omninò ac damnatam, & invisam, insectemur. Verùm & insipientem sanitatem, cujus fructus est peccatum, despicere, & morbum sanctum in pretio habere sciamus, eos, qui per dolorem & cruciatum victoriam adepti sunt, venerantes, ne fortè Job quispiam inter ægrotantes lateat, multò utique iis, qui corpore sano sunt, præstantior ac venerabilior, etiamsi *saniem radat*, etiamsi diu ac noctu sub dio vexetur, tum à plaga, tum ab uxore, tum ab amicis in arctum adductus. Atque iniquas opes, propter quas meritò *dives ille in flamma cruciatur, & exiguam aquæ guttam, quâ linguam refrigeret*, supplex petit, repudiemus: & rursùm paupertatem cum grati animi affectu & virtute conjunctam laudemus, cum qua Lazarus salutem assequitur, atque illâ in Abrahæ sinu requie locupletatur.

Job. II. 8.

Luc. XVI. 24.

Maxima in pauperes benignitas exhibenda.

XXXV. At mihi quidem hoc quoque nomine necessaria esse benignitas & misericordia erga pauperes videtur, ut iis, qui de illis ita sentiunt, os obstruamus, nec inanibus verbis cedamus, crudelitatis legem adversùs nosmetipsos sancientes; atque mandato omnium maximo & exemplo moveamur. Quodnam porrò hoc mandatum est? Ac videte, quæso, quàm constans sit atque sincerum: neque enim homines Spiritu Sancto afflati, cùm semel aut bis de pauperibus sermonem habuissent, desierunt; nec quidam duntaxat de his rebus verba fecerunt, reliqui minimè, aut alii copiosiùs, alii parciùs, velut de re non ita magna, nec admodùm necessaria; verùm, & omnes in universum, & sedulò quisque, vel primùm, vel in primis ad eam rem nos cohortantur, nunc admonentes, nunc comminantes, nunc exprobrantes; nonnunquàm etiam eos, qui virtutis hujusce munere funguntur, laudibus efferentes, nimirùm ut per admonitionis assidui-

A ἅπαν εὐκαταφρόνητον· τὸ δὲ ὑπὲρ ἡμᾶς, ὅσῳ δυσεφικτότερον, τοσούτῳ θαυμασιώτερον· καὶ γυμνάζει τὸν πόθον [a] ἅπαν τὸ διαφεῦγον τὴν ἔφεσιν. a

λδ. Διὰ τοῦτο μήτε ὑγίειαν πᾶσαν θαυμάζωμεν, μήτε νόσον διαπτύωμεν, μήτε πλούτῳ ῥέοντι προσιθώμεθα [b] καρδίᾳ πλέον, b ἢ καλῶς ἔχει, τῇ ῥοῇ προσκείμενοι, καὶ οἷον
B τῆς ψυχῆς τι ταύτῃ προσαναλίσκοντες· μήτε πενίας κατεξανιςώμεθα, ὡς ἀποπλύσου πάντῃ καὶ κατακρίτου, καὶ τῆς μισουμένης μερίδος· ἀλλ' εἰδῶμεν καὶ ὑγίειαν ἀφρονεῖν ἀσύνετον, ἧς [c] καρπὸς [d] ἁμαρτία, καὶ νόσον τιμᾶν c d
[e] ὁσίαν, αἰδούμενοι τοὺς διὰ πάθους νικήσαντας, μή πού τις καὶ Ἰὼβ τοῖς νοσοῦσιν ἐγκέκρυπται, πολύ τι τῶν ὑγιαινόντων αἰδεσιμώτερος, κἂν [f] τὸν ἰχῶρα [g] ξέῃ, κἂν ταλαιπωρῇ νυκτὸς καὶ ἡμέρας αἴθριος, καὶ πληγῇ, e f g
C καὶ γυναικὶ, καὶ φίλοις ξενοχωρούμενος· ὡς δὲ καὶ πλοῦτον ἄδικον ἀποπέμπεσθαι, δι' ὃν κάμνει δικαίως ὁ ἐν τῇ φλογὶ πλούσιος, καὶ προσαιτεῖ βανίδα μικρὰν ἀναψύξεως, καὶ πενίαν ἐπαινεῖν [h] εὐχάριστον καὶ φιλόσοφον, μεθ' h
ἧς Λάζαρος σώζεται, καὶ πλουτεῖ τὴν ἐν κόλποις Ἀβραὰμ ἀνάπαυσιν.

λε. Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν καὶ διὰ τοῦτο δοκεῖ ἀναγκαία τυγχάνειν ἡ φιλανθρωπία, καὶ τὸ πρὸς τοὺς δεομένους εὐσπλαγχνον, ἵνα τοὺς
D οὕτως ἔχοντας περὶ τούτων ἐπισκομίζωμεν, καὶ μὴ λόγοις ματαίοις παραχωρῶμεν, νομοθετοῦντες καθ' ἡμῶν αὐτῶν τὴν ὠμότητα· πάντων δὲ τὴν ἐντολὴν αἰδώμεθα πλέον, καὶ τὸ ὑπόδειγμα. τίς ἡ ἐντολή; καὶ σκοπεῖτε [i] τὸ i
ἐπίμονον αὐτῆς, καὶ τὸ γνήσιον· οὐ γὰρ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς εἰπόντες τι περὶ τῶν δεομένων, οἱ τοῦ Πνεύματος ἀπηλλάγησαν· οὐδὲ οἱ μὲν, οἱ δὲ οὔ, ἢ μᾶλλον τινὲς, οἱ δὲ ἧττον, ὡς ἂν μὴ περὶ μεγάλου τινὸς, μηδὲ τῶν σφόδρα κατε-
E πειγόντων· ἀλλὰ καὶ πάντες, καὶ μετὰ σπουδῆς ἕκαστος, ἢ πρῶτον, ἢ ἐν πρώτοις, τοῦτο διαπελευόμενοι, καὶ ποτὲ μὲν παρορῶντες, ποτὲ δὲ ἀπειλοῦντες, ποτὲ δὲ ὀνειδίζοντες· ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοὺς κατορθοῦντας ἀποδεχόμενοι, ὡς ἂν τῷ συνεχεῖ τῆς ὑπομνήσεως τὴν

(a) Απαν. Sic Regg. a. c. d. & Or. 2. Deest in Ed.
(b) Καρδίᾳ. *Corde inhærentes.* Par. & Combef. καρδίαν.
(c) Καρπός. Or. 2. ὁ καρπός.
(d) Αμαρτία. Reg. d. ἡ ἁμαρτία.
(e) Οσίαν. Or. 2. ὅσιον.
(f) Τὸν ἰχῶρα. Sic Regg. a. c. d. bm. & ph. Editi verò, & Coisl. 1. τίς ἰχῶρα.
(g) Ξέῃ. Editi, ζέῃ. *Sanie scateat, ferveat.*
(h) Εὐχάριστον καὶ φιλόσοφον. *Gratias agentem. ac patientem.* Vocat hîc Gregorius *paupertatem*, φιλόσοφον, id est, Philosopho Christiano dignam; cujus est omnia hujus vitæ incommoda patienter ferre, ac Deo gratias agere.
(i) Τὸ ἐπίμονον. Coisl. 2. τὸ ἐπίσημον, *insigne.*

ἐντολὴν ἐνεργήσωσιν. ἕνεκεν μὲν τῆς ταλαι- A
πωρίας τῶν πλωχῶν, ☪ τοῦ σεναγμοῦ τῶν
a πενήτων νῦν ἀνασήσομαί, [a] φησι, λέγει Κύ-
ριος. τίς οὐ δέδοικεν ἀνιςάμενον Κύριον; καὶ,
b ἀνάςηθι Κύριε [b] ὁ Θεός μου, ὑψωθήτω ἡ χείρ
c σου· μὴ ἐπιλάθῃ τῶν [c] πενήτων. ἀπευξώμεθα
τὴν τοιαύτην ὕψωσιν, καὶ μὴ βουληθῶμεν
ἰδεῖν ἐπαιρομένην χεῖρα κατὰ τῶν ἀπειθούντων,
d ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπαφιεμένην τοῖς [d] σκληροτέ-
ροις. καὶ, οὐκ ἐπελάθετο τῆς κραυγῆς τῶν
e πενήτων. καὶ, οὐκ εἰς τέλος [e] ἐπιλησθήσεται ὁ B
πλωχός. καὶ, ὀφθαλμοὶ μὲν αὐτῷ ἐπὶ τὸν
πένητα ἐπιβλέπουσιν· ὁ τῶ βλεφάρου κρεῖττον
f καὶ [f] κυριώτερον· τὰ βλέφαρα δὲ αὐτῷ ἐξε-
τάζει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἢ ἐλάσσων,
g ὡς ἂν εἴποι τις, ἐπισκοπὴ [g] καὶ δευτέρα.

λς. Τάχα ἂν εἴποι τις, ὑπὲρ τῶν ἀδικου-
h μένων ταῦτα πλωχῶν καὶ πενήτων. [h] οὐ δια-
i φέρομαι· ἀλλά σέ γε [i] κεντριζέτω καὶ τοῦτο
πρὸς τὸ φιλάνθρωπον· ὧν γὰρ ἀδικουμένων
τοσοῦτος ὁ λόγος· τούτων καὶ εὖ πασχόντων C
k δηλαδὴ [k] πλείων ἡ χαρις· εἰ γὰρ ὁ ἀτιμάζων
πένητα, παροξύνει τὸν ποιήσαντα αὐτὸν, τιμᾷ
l τὸν ποιητὴν ὁ θεὶς τὸ ποίημα· [l] πάλιν
m δὲ ὅταν [m] ἀκούῃς, πένης καὶ πλούσιος συνήν-
τησαν ἀλλήλοις, ἀμφοτέρους δὲ ὁ Κύριος
ἐποίησεν· μὴ τὸν μὲν πένητα, τὸν δὲ πλούσιον
ὑπολάβῃς, ἵνα καὶ μᾶλλον κατεξαναςῇς τοῦ
πένητος· οὐ γὰρ δῆλον, εἰ θεόθεν ἡ τοιαύτη
διαίρεσις· πλάσμα δὲ Θεοῦ, φησὶν, ὁμοίως
n ἀμφότεροι, καὶ εἰ τὰ ἔξωθεν ἄνισα. [n] τοῦτό σε D
δυσωπείτω πρὸς τὸ συμπαθὲς ☪ φιλάδελφον,
o ἵνα ὅταν [o] ὑπ' ἐκείνων ἐπαρθῇς, [o] ὑπὸ τούτου
συσταλῇς, καὶ γένῃ σεαυτοῦ μετριώτερος. τί
p ἔτι; ὁ ἐλεῶν πλωχὸν, Θεῷ δανείζει, [p] φησίν.
τίς δὲ δέχεται τοιοῦτον χρεώστην, ἀποδώσοντα ἐν
q καιρῷ μετὰ τῆς ἐπικαρπίας τὸ δάνειον; [q] καὶ
πάλιν· ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσιν ἀποκαθαί-
r ρονται [r] ἁμαρτίαι.

tatem eò nos adducant, ut hoc mandatum exequamur. *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus.* Quis exsurgentem Dominum non extimescat? Et alio loco: *Exsurge, Domine Deus meus, & exaltetur manus tua: ne obliviscaris pauperum.* Elationem hujusmodi deprecemur, & ne velimus cernere manum illam adversùs inobedientes & contumaces sese attollentem, quódque eo gravius est, in duros & pertinaces immissam. Et rursus: *Non est oblitus clamorem pauperum.* Et, *Non in finem oblivio erit pauperis.* Et, *Oculi ejus in pauperem respiciunt;* (quod quidem palpebris melius est, ac præstantius;) *palpebræ autem ejus interrogant filios hominum;* id est, minor, ut ita dicam, & secundaria inspectio.

Probatur multiplicibus sacræ Scripturæ testimoniis.
Ps. xi. 6.
Ps. ix. 35.
Ps. ix. 13. 19.
Ps. x. 5.

XXXVI. Verùm dixerit fortasse aliquis: Hæc pro pauperibus illis & inopibus dicta sunt, qui injuriâ afficiuntur. Non contradico. At hoc quoque tamen ad colenda humanitatis officia te exstimulet. Quorum enim, si quid eis injuriæ inferatur, tanta ratio habetur, iisdem certè beneficio affectis, amplior & uberior est gratia. Nam si, *qui pauperem despicit, eum à quo factus est, ad iram concitat*, non dubium est, quin opificem honore afficiat, qui ipsius opus complectitur. Rursùs cùm audis: *Pauper & dives occurrerunt sibi, utrumque autem creavit Dominus;* ne illum quidem pauperem, hunc autem divitem ab eo creatum intelligas, atque ex ea re in pauperem insurgendi ansam arripias; neque enim constat, an à Deo hujusmodi distinctio profecta sit. Verùm Dei figmentum, inquit, uterque æquè est, tametsi, quod ad res externas attinet, dispari conditione sint. Hoc te ad commiserationem & charitatem inflectat, ut cùm cogitatio illa tibi animos extulerit, hæc eosdem demittat, téque moderatiorem efficiat. Quid prætereà? *Qui miseretur pauperis*, inquit, *Deo fœneratur.* Quis hujusmodi debitorem recuset, debitum in tempore non sine fœnore redditurum? Et rursus: *Per misericordiam & fidem peccata purgantur.*

Qui pauperem despicit, in se Creatoris iram concitat.
Prov. xvii. 5.
Prov. xxii. 2.
Prov. xix. 17.
Prov. xv. 27.

λζ. Καθαρθῶμεν οὖν ἐλεήσαντες, ῥύψωμεν E
τῇ καλῇ πόᾳ τὰ τῶν ψυχῶν ῥύπη τε καὶ
μολύσματα· καὶ λευκανθῶμεν, οἱ μὲν ὡς
ἔριον, οἱ δὲ ὡς χιὼν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς
εὐσπλαγχνίας. εἴπω τι καὶ φοβερώτερον· εἰ

XXXVII. Purgemur itaque per misericordiæ officia, labésque & sordes animæ pulchrâ illâ herbâ extergamus, ac dealbemur, alii ut lana, alii ut nix, pro misericordiæ videlicet proportione. Atque aliquid magis formidandum dicam; si nulla est

Per misericordiæ officia, animæ labes extergenda.

(a) Φησί. Deest in Reg. c.
(b) Ο Θεός μου. Hæc desunt in Reg. bm.
(c) Πενήτων. Colb. 1. addit, εἰς τέλος, *in finem.*
(d) Σκληροτέροις. Regg. a. b. c. bm. ph. σκληροῖς.
(e) Επιλησθήσεται. Regg. bm. ph. & Or. 2. ἐπιλησθήσεται.
(f) Κυριώτερον. Coisl. 2. & Jes. τιμιώτερον.
(g) Και δευτέρα. Deest καί in Colb. 1. Bill. *posterior.*
(h) Οὐ διαφέρομαι. Billius: *sit ita sanè: nam de hoc litem nullam movebo.*
(i) Κεντριζέτω. Or. 2. ἐκκεντριζέτω.
(k) Πλείων. Sic Regg. a. c. bm. & ph. Ed. verò πλεῖον.
(l) Πάλιν. Reg. ph. addit δέ.
(m) Ακούῃς. Regg. bm. ph. ἀκούσῃς.
(n) Τυτο σε δυσωπείτω. Regg. a. c. τύτῳ σε δυσωπῶν.
(o) Υπὸ τύτυ. Jes. ὑπὸ τύτων.
(p) Φησι. Deest in Reg. bm. & Or. 2.
(q) Και πάλιν. Deest in tribus Regiis, & Or. 2.
(r) Αμαρτίαι In pluribus, αἱ ἁμαρτίαι.

Isai. I. 6. tibi *confractio, nec livor, nec plaga tumens,* A μὲν οὐδέν ἐσί σοι σύντριμμα, [a]οὐδὲ μώλωψ, a
Levit. XIII. 2. *nec ulla animæ lepra, aut significationis tactus, aut albor*, quæ à Lege quidem exiguè curabantur, medicam autem Christi manum requirunt; at eum certè, qui salutis nostræ causâ vulneratus & attritus est, reverere. Revereberis autem, si te Christi membro benignum atque humanum præbeas. Quòd si te fortassè animarum nostrarum prædo & tyrannus, vel à Jerusalem in Jericho descendentem, vel alibi uspiam inermem & imparatum nactus, usque adeò sauciavit, ut meritò his verbis
Ps. XXXVII. 6. uti queas: *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ*: siquidem ita affectus es, ut ne medicinam quidem expetas, ne morbi curandi rationem intelligas, heu plagam sanè gravissimam, calamitatemque altissimè grassantem! Sin salus tua nondùm planè deplorata est, nec immedicabili morbo laboras, ad medicum accede, obsecra, vulneribus per vulnera medere, simile per simile acquire, vel potiùs, minoribus remediis graviores morbos
Ps. XXXIV. 3. depelle. *Dicet animæ tuæ, salus tua sum*
Matth. IX. 22. *ego*: &, *Fides tua salvum te fecit*: &,
Joan. V. 14. *Ecce sanus factus es*; atque humanissimis quibúsque verbis te alloquetur, modò te iis, qui in dolore versantur benignum & humanum esse videat.

Misericordia per misecordiam comparanda.

XXXVIII. *Beati misericordes*, inquit, *quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Non in postremis beatitudinibus est misericordia. Et, *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem.* Ac rursus: *Benignus homo, qui miseretur & commodat.* Et alio
Ps. XXXVI. 26. loco: *Tota die justus miseretur & commodat.* Benedictionem arripiamus, intelligentes vocemur, benigni simus. Ne nox quidem misericordiæ officia tibi interrumpat. *Ne dixeris, rediens redi & crastino*
Prov. III. 28. *die dabo tibi.* Ne quid inter propositum tuum & beneficium intercedat. Sola enim
Isai. LVIII. 7. beneficentia moram non admittit. *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagósque induc in domum tuam*, idque læto atque alacri animo. *Qui enim miseretur*, E
Rom. XII. 8. inquit ille, *in hilaritate*: ac beneficii gratia promptitudine & celeritate tibi conduplicatur. Nam quod mœsto vel coacto animo defertur, ingratum est, miniméque

Beneficentia moram non admittit.

Beneficii gratia celeritate duplicatur.

ἐστὶ πληγὴ φλεγμαίνουσα, οὐδὲ λέπρα τις ψυχῆς, [b]ἢ ἀφὴ σημασίας, ἢ τηλαυγὴς, ἃ b
μικρῶς μὲν ὁ νόμος ἐπάθηρεν, [c]δεῖται δὲ c
Χριστοῦ [d]θεραπεύσοντος· ἀλλά σύ γε τὸν ὑπὲρ d
ἡμῶν τραυματισθέντα καὶ μαλακισθέντα αἰδέσθητι· αἰδεσθήσῃ δὲ, [e]ἂν φαίνῃ τῷ Χριστοῦ e
μέλει χρηστὸς ἡ φιλάνθρωπος· εἰ δὲ τοσοῦτον σε κατετραυμάτισε τυχὸν ὁ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν λῃστὴς καὶ τύραννος, ἢ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ
B εἰς Ἰεριχὼ καταβαίνοντα, ἢ ἡ ἄλλοθί πῃ λαβὼν ὅπλόν τε καὶ ἀπαράσκευον, ὡς ἂν εἰκότως εἰπεῖν ἐκεῖνα· πεπόνθεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου· εἰ μὲν οὕτως [f]ἔχῃς, ὡς μηδὲ τὴν θερα- f
πείαν ἐπιζητεῖν, μηδὲ τὸν τρόπον εἰδέναι τῆς [g]σῆς ἰάσεως, φεῦ τῆς πληγῆς ὄντως, καὶ τῆς g
εἰς βάθος ταλαιπωρίας· εἰ δὲ μή πω παντελῶς ἀπέγνωσαι, μηδὲ ἀνιάτως ἔχῃς, πρόσελθε τῷ θεραπευτῇ, δεήθητι, θεράπευσον τὰ
C τραύματα ὑπὸ τῶν τραυμάτων, κτῆσαι τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, μᾶλλον δὲ, τοῖς ἐλάττοσι τὰ μείζονα θεραπεύθητι. ἐρεῖ τῇ ψυχῇ σου, Σωτηρία σοῦ εἰμὶ ἐγώ· Ϲ, ἡ πίστις σοῦ σέσωκέ σε· καὶ, ἰδοὺ ὑγιὴς γέγονας· καὶ πάντα τὰ τῆς φιλανθρωπίας ῥήματα, μόνον ἂν ἴδῃ σε τοῖς ἄλγουσι φιλάνθρωπον.

λη. Μακάριοί, φησιν, οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· οὐ πολλοσὸς ἐν τοῖς μακαρισμοῖς ὁ ἔλεος· καὶ, μακάριος ὁ συνιὼν
D ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· καὶ, [h]χρηστὸς ἀνὴρ ὁ h
οἰκτείρων καὶ κιχρῶν· καὶ, ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει ὁ δίκαιος. ἁρπάσωμεν τὸν μακαρισμὸν, συνιέντες κληθῶμεν, χρηστοὶ γενώμεθα. μὴ δάκνοιτό σου μηδὲ νὺξ τὸν ἔλεον. [i]μὴ εἴπῃς, ἐπανελθὼν ἐπάνηκε, καὶ αὔριον i
δώσω σοι· μή τι μέσον γένηται τῆς ὁρμῆς καὶ τῆς εὐεργεσίας· τοῦτο μόνον [k]οὐ δέχεται k
ἀναβολὴν ἡ φιλανθρωπία. δάφθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, Ϲ πτωχοὺς [l]ἀστέγους εἰσάγαγε l
E εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ταῦτα μετὰ προθυμίας. ὁ γὰρ ἐλεῶν, φησὶν, ἐν ἱλαρότητι· καὶ διπλασιάζεταί [m]σοι τὸ ἀγαθὸν τῇ ἑτοιμότητι. m
τὸ γὰρ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἄχαρί τε καὶ

(a) Οὐδὲ μώλωψ. Quinque Regg. & Or. 2. ἢ μώλωψ.
(b) Η ἀφὴ &c. *Significationis tactus*; id est, *macula lepram significans*, seu, *macula, quæ ad tactum suspicionem ingerat lepræ*. Augustinus, Quæst. 41. *tactum* vocat ipsam lepram. Undè, juncta Nobilium, nonnulli vocem ἀφὴ, non *tactum*, sed *maculam* interpretati sunt.
(c) Δεῖται. Or. 2. δεῖτε.
(d) Θεραπεύσοντος. Duo Regg. & Nicet. θεραπεύοντος.
(e) Αν. Regg. bm. ph. & Or. 2. ἐάν.
(f) Εχῃς. Quatuor Regg. ἔχεις.
(g) Σῆς. Deest in Reg. ph.
(h) Χρηστὸς ἀνὴρ. Vulgata: *jucundus homo*. August. *suavis vir*. Theod. & Symmach. ἀγαθὸς, *bonus vir*.
(i) Μὴ εἴπῃς &c. Idem, ac penè iisdem verbis habes in hoc versiculo, qui Phocylidi tribuitur:

Πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου, μηδ' αὔριον ἐλθεμέν εἴπῃς.
Citò da pauperi, neque dicas, cras redi.

(k) Οὐ δέχεται. Or. 2. ἐκ ἐκδέχεται.
(l) Αστέγους. *Sine tecto*. Mox, εἰσάγαγε. Or. 2. εἴσαγε.
(m) Σοι. Deest in Regg. bm. & ph.

ἀπαλλώπισον.

ἀπαλλώπισον. πανηγυρισέον δὲ, οὐ θρηνητέον A
a τὴν εὐποιΐαν. [a]ἐὰν ἀνέλῃς σύνδεσμόν, φησι, καὶ
b χειροτονίαν, μικρολογίαν δὴ [b]λέγω τοῦτο καὶ δο-
κιμασίαν, εἶτ' ἂν ἀμφιβολίαν, καὶ ῥῆμα γογγυσ-
d c μοῦ, τί [c]γεννήσεται; ὡς μέγα τι [d]καὶ θαυμά-
e σιον· [e]οἷον καὶ ὅσος ὁ τούτου μισθός· ῥαγήσεται
πρωΐμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἰάματά σου ταχὺ
ἀνατελεῖ. τίς οὖν οὐκ ἐφίεται φωτὸς καὶ ἰάσεως;

λθ. Αἰδοῦμαι δὲ καὶ τὸ Χριστοῦ γλωσσόκομον, ὃ πρὸς πλωχοτροφίαν ἡμᾶς παρακαλεῖ· καὶ τὴν Παύλου καὶ Πέτρου συμφωνίαν, ὅτι τὸ B
f Εὐαγγέλιον διελόμενοι, [f]τὰς πλωχὰς κοινωνὰς ἐποιήσαντο· καὶ τὴν τοῦ νέου τελείωσιν ἐν τῷ τὰ ὄντα δοῦναι πλωχοῖς ὁρισθεῖσάν τε καὶ νομοθετηθεῖσαν. οἴει μὴ ἀνάγκην εἶναί σοι τῆς φιλανθρωπίας, ἀλλ' αἵρεσιν; μηδὲ νόμον, ἀλλὰ παράινεσιν; σφόδρα καὶ αὐτὸς ἐβουλόμην τοῦτο, καὶ ὑπελάμβανον· ἀλλὰ φοβεῖ με ἡ ἀριστερὰ χεὶρ, καὶ οἱ ἔριφοι, καὶ ἃ πόρρω τοῦ στήσαντος ὀνειδίζονται· οὐχ ὅτι διηρπάκασιν, οὐδ' ὅτι σεσυλήκασιν, ἢ μεμοιχεύκασιν, ἢ C
ἄλλό τι τῶν ἀπηγορευμένων πεποιήκασιν, ταύτην τὴν τάξιν κατακριθέντες, ἀλλ' ὅτι μὴ Χριστὸν ἀφ' ὧν δεομένων τεθεραπεύκασιν.

g μ. [g]Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε, ἄδελοι Χριστοῦ, καὶ ἀδελφοὶ, καὶ συγκληρονόμοι, ἕως ἐστὶ καιρὸς,
h Χριστὸν ἐπισκεψώμεθα, [h]Χριστὸν θεραπεύσωμεν,
i Χριστὸν θρέψωμεν, [i]Χριστὸν ἐνδύσωμεν, Χριστὸν συναγάγωμεν, Χριστὸν τιμήσωμεν, μὴ τραπέζῃ μόνον, ὥς τινες, μηδὲ μύροις, ὡς ἡ Μαρία,
k μηδὲ τάφῳ [k]μόνον, ὡς Ἰωσὴφ ὁ Ἀριμαθαῖος, D
μηδὲ τοῖς περὶ τὴν ταφὴν, ὡς Νικόδημος ὁ ἐξ ἡμισείας φιλόχριστος, μηδὲ χρυσῷ καὶ λιβάνῳ καὶ σμύρνῃ, ὡς οἱ μάγοι πρὸ τῶν εἰρημένων· ἀλλ' ἐπειδὴ ἔλεον θέλει καὶ οὐ θυσίαν ὁ πάντων
l δεσπότης, καὶ ὑπὲρ μυριάδας ἀρνῶν [l]πιόνων ἡ εὐσπλαγχνία, ταύτην εἰσφέρωμεν αὐτῷ διὰ τῶν δεομένων, καὶ χαμαὶ σήμερον ἐρριμμένων, ἵνα, ὅταν ἐνθένδε ἀπαλλαγῶμεν, δέξωνται ἡμᾶς
m εἰς τὰς αἰωνίους σκηνὰς, ἐν [m]αὐτῷ Χριστῷ τῷ
n Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ [n]ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· Ἀμήν.

præclarum. Lætandum est autem, non lugendum, cùm beneficium damus. *Si vinculum & electionem sustuleris*, inquit ille, hoc est, tenacitatem & probationem, sive hæsitationem, ac verbum murmurationis, quid futurum est? Quàm magnum & admirandum! Qualis quantáque hujus rei merces! *Erumpet matutinum lumen tuum, & sanitas tua citò orietur.* Quis ergo est, qui lucem & sanitatem non expetat? *Isai.* LVIII. 6. *Isai.* LVIII. 8.

XXXIX. Quin me quoque movet Christi *crumena*, quæ nos ad pauperes alendos exhortatur; Petríque etiam & Pauli conventio, qui Evangelii promulgationem ita inter se partiti sunt, ut *pauperes* interim communi animorum studio complecterentur: ac denique *juvenis illius perfectio* in eo definita & constituta, ut *bona sua pauperibus daret.* An tu benignitatem, non necessariam, sed tibi liberam esse putas? Ac non legem, sed consilium? Hoc quoque ipse magnoperè vellem & existimarem; sed me sinistra illa manus terret, & hœdi, & probra, quæ ab eo, à quo illic collocati sunt, conjiciuntur; non quia manus alienis bonis attulerunt, nec quia templa diripuerunt, aut adulterium perpetrarunt, aut aliud quiddam ex aliis, quæ interdicta sunt, admiserunt, hoc ordine mulctati, sed quia Christum per pauperes minimè curarunt. Christus & Apostoli beneficentiæ exempla omnibus reliquerunt. *Joan.* XII. 6. *Gal.* II. 9. *& seq.* *Matth.* XIX. 21.

XL. Quocirca, si quid mihi auscultandum putatis, servi Christi, & fratres, & cohæredes, Christum, quandiu licet, visitemus, Christum curemus, Christum alamus, Christum vestiamus, Christum colligamus, Christum honoremus, *non mensâ solùm*, ut quidam, nec *unguentis*, ut Maria, nec *sepulchro* duntaxat, ut Joseph Arimathæus, nec *rebus quæ ad sepulturam pertinent*, ut ille dimidia tantum ex parte Christum amans Nicodemus, nec denique *auro, thure, & myrrhâ*, ut Magi ante eos omnes, quos diximus; sed quoniam omnium Dominus *misericordiam vult non sacrificium*, ac *pinguium agnorum myriades* commiseratio superat, hanc per pauperes humíque hodierno die provolutos ipsi conferamus, ut cùm hinc excesserimus, in æterna tabernacula nos recipiant, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen. Christus in pauperibus visitatur, alitur, vestitur, colligitur, honoratur. *Luc.* VII. 36. *Joan.* XII. 3. *Joan.* XIX. 38. *& seq.* *Matth.* II. 11. *Matth.* IX. 13. *Dan.* III. 40.

(*a*) Ἐὰν ἀνέλῃς &c. Gabrielius: *si abstuleris colligationem & suffragationem.* Deindè in Schol. ait: *si usquam alibi, hoc loco certè admiratus sum Gregorii solertiam & acumen, quo Prophetæ dictum in rem de qua agebat, aptissimè accommodavit, & multò quidem latius atque apertius in laudem Patris.* Et sanè Or. XVIII. n. 20. Gregorius ipse σύνδεσμον & χειροτονίαν, interpretatur etiam μικρολογίαν & δοκιμασίαν, id est, *nimiam parcitatem, & quandam inquisitionem*, ut, quemadmodùm in suffragiis ferendis, ita in hospitibus recipiendis, nimio studio exquiratur an quis dignus sit, necne. Verùm multò melius est, eorum causâ, qui digni sint, eleemosynam etiam indignis erogare, ut observat Gabrielius, quàm, timore largiendi indignis, dignos præterire.

(*b*) Λέγω. Par. λέγων.

(*c*) Γεννήσεται. Regg. a. bm. ph. γενήσεται.

(*d*) Καὶ θαυμάσιον. Deest καί in Reg. ph. Pro θαυμάσιον. Oxon. θαυμασλόν.

(*e*) Οἷον. Gabr. οἷος.

(*f*) Τὰς πλωχὰς κοινωνὰς &c. Reg. bm. κοινόν. Jes. πλωχὰς ἔργον κοινὸν ἐποιήσαντο, *pauperes commune opus facerent.* In quibusdam, ἔργῳ κοινωνάς. Nicet. τῶν δὲ πλωχῶν φροντίδα κοινὴν ἔχομεν, *pauperum autem curam communem habemus.* Non satis exprimit Billius dicens: *ut pauperes communi animorum studio complecterentur.*

(*g*) Εἴ τι ἔν. In pluribus, εἴ τι δ' ἔν.

(*h*) Χριστὸν θεραπεύσωμεν. Hæc desunt in quatuor Regiis.

(*i*) Χριστὸν ἐνδύσωμεν. Billius: *Christum induamus.*

(*k*) Μόνον. Regg. a. c. & Or. 2. μόνῳ.

(*l*) Πιόνων. Sic omnes Codices. Ed. τόνων.

(*m*) Αὐτῷ Χριστῷ. Reg. bm. αὐτῷ τῷ Χριστῷ.

(*n*) Ἡ δόξα. Addunt nonnulli: καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων· Ἀμήν. *Et potestas, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.*

MONITUM

IN ORATIONEM DECIMAM-QUINTAM.

Orationis scopus.

I. GREGORIUS, *in hac Oratione, præclara Eleazaris senis, septemque fratrum Machabæorum, ac eorum generosæ supra feminam Matris verba, facinora & victorias enarrans, illorum triumphum omnibus eloquentiæ christianæ ac religiosæ coloribus exornat. Quasi ex abrupto sic in-*

Or. xv. n. 1. *cipit Orator:* τί δὲ οἱ Μακκαβαῖοι; Quid autem Machabæi? *Quâ interrogatione significatur, ut optimè observat Basilius Scholiasta, à nonnullis quæsitum*

Basil. in Schol. *esse ac dubitatum*, utrum in Martyrum numero censendi essent Machabæi, utrumne etiam pari essent cum eis honore prosequendi, necne. *Quæstionem hanc subtiliter, hoc incipiendi modo, & proponit, & solvit Theologus. Priùs enim quàm Machabæorum laudes attingat, expensis obiter ac disertè diversis utrinque rationibus, asserit ideò laudandos esse Macha-*

Or. xv. n. 2. *bæos, non præcisè quòd* ante crucem tales extiterint, sed quòd ad crucis normam vitæ suæ rationem exegerint. *Fatetur tamen apud multos non honorari; eos verò dignos judicat, qui ab omnibus honore afficiantur.*

Quo tempore & quo in loco habita hæc Oratio.

II. *Quo anno, quove in loco habita sit hæc Oratio, certò definire non possumus. Nihil, nec in ista Oratione, nec in Interpretibus occurrit, quo exploratam hac de re sententiam habeamus. Hoc tantùm conjicere licet, eam*

Or. xliii. n. 1. *ex iis unam esse, quarum* argumenta *Gregorio Basilius nonnunquam* suppeditabat. *Idcircò hanc coram Cæsariensibus, anno forsitan ac verisimiliùs 373. pronunciatam fuisse non malè existimabimus. Nicetas tamen eam Constantinopoli dictam scribit; sed nullis monumentis ipsius sententia fulcitur; ideóque profectò hanc, non nisi conjiciendo, in medium producere potuit; hinc pro nihilo reputanda.*

S. GREGORII THEOLOGI *in Machabæorum laudem.*

Aliàs 22. *quæ autem* 15. *erat, nunc* 16.

ORATIO DECIMA-QUINTA.

Habita circa annum 373.

Honorandi sunt Martyres, qui ante Christum, pro Christo per fidem decertarunt.

I. QUID autem Machabæi? Horum A enim nomine diem hunc festum agitamus; qui quamvis apud multos non honorentur, quia non post Christum decertarunt, digni tamen sunt qui ab omnibus honore afficiantur, quoniam pro legibus institutisque patriis fortem animum præstiterunt. Qui porrò ante Christi passiones martyrium subierunt, quid tandem facturi erant, si post Christum persecutionem passi fuissent, ejúsque mortem nostræ salutis causâ susceptam ad imitandum propositam habuis-

(*a*) Τῶν. Chrysan. Codex, & Or. 2. addunt, *ἁγίων*, *sanctos*.

(*b*) Λόγος. Nicetas aliique addunt: λεχθεὶς ἐν Κωνσταντινουπόλει, *Constantinopoli habita*, sed perperàm. Vide Monitum.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

εἰς [a] τοὺς Μακκαβαίους. a

[b] ΛΟΓΟΣ ιε'. b

α. [c] ΤΙ δὲ οἱ Μακκαβαῖοι; τούτων γὰρ ἡ c
παροῦσα πανήγυρις, οὐ παρὰ πολλοῖς μὲν
τιμωμένων, ὅτι μὴ μετὰ Χριστὸν ἠ ἄθλησις·
πᾶσι δὲ τιμᾶσθαι ἀξίων, ὅτι περὶ τῶν [d] πατρίων d
ἠ καρτερία· καὶ οἱ πρὸ τῶν Χριστοῦ παθῶν
μαρτυρήσαντες, τί ποτε δράσειν ἔμελλον μετὰ
Χριστὸν διωκόμενοι, καὶ τὸν ἐκείνου ὑπὲρ
ἡμῶν μιμούμενοι θάνατον; οἱ γὰρ χωρὶς
ὑποδείγματος τοιούτου, τοσοῦτοι τὴν ἀρετὴν,
πῶς οὐκ ἂν ὤφθησαν γενναιότεροι, μετὰ

(*c*) Τί δέ &c. Regg. & Colb. plures, Or. 2. Pass. Comb. τί δαί &c. Quod sic exponit Nicetas: ἐκ ἄξιοι εἰσι τῆ παρὰ πάντων τιμᾶσθαι, ὡς μάρτυρες; *Nonne digni sunt qui ab omnibus, ut Martyres, colantur?*

(*d*) Πατρίων. Sic omnes Codices. In Ed. παρίων.

τοῦ ὑποδείγματος κινδυνεύοντες; καὶ ἅμα μυστικός τις καὶ ἀπόῤῥητος οὗτος ὁ λόγος,
a [a]καὶ σφόδρα πιθανὸς ἔμοι γοῦν καὶ πᾶσι τοῖς φιλοθέοις· μηδένα τῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ
b παρουσίας [b]τελειωθέντων, δίχα τῆς εἰς
c Χριστὸν πίστεως τούτου τυχεῖν· ὁ γὰρ [c]λόγος ἐπαῤῥησιάσθη μὲν ὕστερον καιροῖς ἰδίοις,
d [d]ἐγνωρίσθη δὲ καὶ πρότερον τοῖς καθαροῖς τὴν διάνοιαν, ὡς ἐκ πολλῶν δῆλον τῶν πρὸ ἐκείνου τετιμημένων.

sent? Nam qui sine hujusmodi exemplo tantâ virtutis laude floruerunt, an non multò fortiores se præbuissent, si cum exemplo periculum adire ipsis contigisset? Ac simul mysticus & arcanus hic sermo est, mihi quidem, atque omnibus Dei amore præditis, admodùm probabilis: neminem videlicet eorum, qui ante Christi adventum numeros omnes virtutis impleverunt, id citra Christi fidem esse consecutum. Quanquam enim Verbum suo postea tempore liberè promulgatum est, puris tamen animis
B etiam antè innotuit, quemadmodùm ex multis, qui ante ipsum honoribus affecti sunt, liquidò perspici potest.

Nemo ante Christi adventum sine fide justificatus.

β. Οὐκ οὖν, ὅτι πρὸ τοῦ σταυροῦ, τοιοῦτοι περιοπτέοι· ἀλλ' ὅτι κατὰ τὸν
e σταυρὸν, [e]ἐπαινετέοι, καὶ τῆς ἐκ τῶν λόγων
f τιμῆς ἄξιοι· οὐχ ἵνα περισθήκην [f]ἢ δόξαν λάβοιεν· τίνα γὰρ ὧν ἡ πρᾶξις ἔχει τὸ ἔνδοξον; ἀλλ' ἵνα δοξασθῶσιν οἱ εὐφημοῦντες, καὶ ζηλώσωσι τὴν ἀρετὴν οἱ ἀκούοντες, ὥσπερ κέντρῳ τῇ μνήμῃ πρὸς τὰ ἴσα διανισάμενοι. οὗτοι τίνες μὲν ὄντες, καὶ ὅθεν, καὶ ἐξ
C οἵας ὁρμώμενοι τὸ ἀπαρχῆς ἀγωγῆς καὶ
g παιδεύσεως, εἰς τοσοῦτον [g]ἀρετῆς τε καὶ δόξης περιεληλύθασιν, ὥστε καὶ ταῖς ἐτησίοις ταύταις τιμᾶσθαι πομπαῖς τε καὶ πανηγύρεσι, καὶ μείζονα τῶν ὁρωμένων τὴν περὶ αὐτῶν δόξαν ἐναποκεῖσθαι ταῖς
h ἁπάντων ψυχαῖς, [h]ἥ περὶ αὐτῶν βίβλος δηλώσει τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλοπόνοις, ἥ περὶ τοῦ αὐτοκράτορα εἶναι τῶν παθῶν τὸν λογισμὸν φιλοσοφοῦσα, καὶ κύριον
D
i τῆς ἐπ' ἄμφω ῥοπῆς, [i]ἀρετήν τε φημὶ καὶ κακίαν· ἄλλοις τε γὰρ οὐκ ὀλίγοις ἐχρήσατο μαρτυρίοις, καὶ δὴ καὶ τοῖς τούτων ἀθλήμασιν· ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν
k [k]ἐξαρκέσει.

II. Quocirca Machabæi non idcircò contemnendi sunt, quia ante crucem tales extiterunt: verùm quia ad crucis normam vitæ suæ rationes exegerunt, ideò laudandi, ac sermonum honore celebrandi: non ut ipsorum gloriæ quidquam accedat; (quid enim iis Oratio afferre possit, quorum gloria ipsis actionibus rebúsque gestis nititur?) sed ut gloriam consequantur, qui eos laudant, ac virtutem æmulentur, qui audiunt, ejusmodi nimirùm commemoratione, quasi
C stimulis quibusdam, ad earumdem rerum studium excitati. Enimverò quinam hi fuerunt, & undè, atque ex quali primùm disciplina & institutione in eam virtutis & gloriæ magnitudinem evaserint, ut tum annuis his festis, & solemnibus pompis celebrentur, tum multò major, quàm quæ oculis cernitur, eorum gloria in omnium animis condita sit, studiosis ac diligentibus viris perspicuè liber ille declarabit, qui rationem perturbationibus animi imperare
D docet, in ejusque arbitrio esse, ut in utramvis partem, hoc est, vel ad virtutem, vel ad vitium propendeamus. Nam libelli illius author, tum pleraque alia testimonia, tum horum quoque dimicationes ad hujus argumenti confirmationem attulit. Mihi verò hæc tantùm dicere sufficiet.

Machabæi ideò laudandi, quia ad crucis normam vitæ suæ rationes exegerunt.

γ. Ελεάζαρ ἐνταῦθα, τῶν πρὸ Χριστοῦ
l παθόντων ἡ [l]ἀπαρχὴ, ὥσπερ τῶν μετὰ
m Χριστὸν [m]Στέφανος, ἀνὴρ ἱερεὺς καὶ πρεσβύτης, πολιὸς τὴν τρίχα, πολιὸς τὴν φρόνησιν· πρότερον μὲν καὶ προθυόμενος τοῦ λαοῦ, καὶ
E
n προσευχόμενος, νῦν δὲ καὶ τελεώτατον [n]θύμα

III. Hîc *Eleazarus*, primitiæ eorum, qui ante Christum passi sunt, quemadmodùm *Stephanus* eorum, qui post Christum, vir sacerdos & natu grandis, tum capillis tum prudentiâ canus: priùs quidem pro populo sacrificia & preces adhibens, nunc autem seipsum quoque Deo offerens, perfectis-

Eleazarus, primitiæ eorum, qui ante Christum passi sunt.

II. Mach. VI. 18.
Act. VII. 58.

(a) Καὶ σφόδρα. Sic Reg. a. Deest *καί* in Ed.
(b) Τελειωθέντων. *Qui sancto fine defuncti sunt, consummati.* Hæc est vis hujus vocis, & sic est accipienda, cùm de Machabæis sit sermo.
(c) Λόγος. *Verbum*, id est, *Christi fides*, *Evangelium.*
(d) Ἐγνωρίσθη &c. Idem docet Aug. passim de civit. Dei, l. 10. c. 25. scilicet omnes Sanctos sub lege, ac prioribus sæculis Christi fide justificatos. Idem sanctus Leo &c.
(e) Ἐπαινετέοι. Sic Regg. quinque, novem Colb. & Or. 2. Editi, ἐπαινετοί.
(f) Ἢ δόξαν λάβοιεν· τίνα γάρ. Quinque Regg. duo Coisl. Or. 2. & Combef. ἢ δόξα λάβοι· τίνων γάρ. Par. τις γάρ.
(g) Ἀρετῆς τε. Sic plures Mss. Deest τε in Ed.
(h) Ἡ περὶ αὐτῶν βίβλος. *Liber de his tractans.* Gregorius hîc intelligit Josephi librum, περὶ αὐτοκράτορος λογισμῆς, *de imperatrice ratione*; quòd ratio passionibus imperet, in quo libro totam Machabæorum historiam exponit.
(i) Ἀρετήν . . . κακίαν. Duo Regg. Coisl. 1. Or. 2. Par. ἀρετής . . . κακίας.
(k) Ἐξαρκέσει. Duo Regg. Par. Combef. ἀρκέσει.
(l) Ἀπαρχή. Coisl. 1. κορωνὶς, *fastigium.* Observat Billius, *primitiarum nomine appellari, non id solùm quod ordine, sed id etiam quod pretio & dignitate primum est. Primitiæ itaque dicitur Eleazarus, non ut ordine primus, cùm ante eum multi Prophetæ ac justi viri pro pietate mortem subierunt, sed ut præstantissimus.*
(m) Στέφανος. Coisl. 1. præmittit, ἀπαρχή.
(n) Θύμα. Coisl. 1. αἷμα, *sanguinem.*

simam hostiam, ac totius populi expiatricem, faustum certaminis præludium, loquens pariter ac tacens cohortatio: septémque insuper filios offerens, institutionis suæ fructum, *hostiam viventem, sanctam, Deo placentem*, omni legali sacrificio clariorem & puriorem. Filiorum enim virtutes parentibus ascribere, æquissimum ac justissimum est. Ibi fortes & magnanimi filii, nobilis matris nobilis soboles, alacres veritatis pugiles, Antiochi temporibus sublimiores, sinceri Mosaicæ legis discipuli, seduli patriorum rituum custodes numero septem, qui numerus apud Hebræos in laude est, utpotè septenariæ quietis mysterio coornatus, unum spirantes, unum spectantes, unum ad vitam iter, hoc est mortem pro lege Dei oppetitam, agnoscentes, non minùs animis quàm corporibus fratres, mortis causâ inter se æmuli, (O rem admirabilem!) tormenta, non secus ac thesauros quosdam, præripientes, ac pro magistra lege periculum suscipientes: admota tormenta non magis formidantes, quàm, quæ supererant, requirentes: unum hoc metuentes, ne fessus tyrannus finem cruciandi faceret, sicque nonnulli ex ipsis coronæ expertes abscederent, atque à fratribus inviti disjungerentur, ac malam victoriam referrent, eò videlicet adducti, ut periculum esset, ne non cruciarentur.

Rom. XII. 1.

Filiorum & discipulorum virtutes parentibus & magistris adscribere æquum est.

Septenarius numerus apud Hebræos in honore.

Egregia Machabæorũ fortitudo.

IV. Illic fortis & strenua mater, filiorum simul & Dei amans, atque ita affecta, ut materna ipsius viscera præter naturæ morem distorquerentur. Non enim filiorum, qui supplicio afficiebantur, vicem dolebat: verùm sollicito atque anxio animo erat, ne non ipsis supplicium inferretur: nec eos, qui excesserant, magis desiderabat, quàm reliquos illis adjungi optabat: ac de his in majori cura erat, quàm de illis, qui jam è vita migrarant. Horum enim dubium atque anceps certamen erat: illorum autem securus vitæ exitus. Atque illos quidem jam Deo commendarat, hos autem ut Deus acciperet, laborabat. O virilem animum in muliebri corpore! O præclarum & admirandum munus! O sacrifi-

Mira Matris Machabæorũ constantia, & eximius ardor fidei.

προσάγων ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, παντὸς τοῦ A
λαοῦ καθάρσιον, προοίμιον ἀθλήσεως δεξιὸν,
καὶ [a] φθεγγομένη καὶ σιωπῶσα παραίνεσις· a
προσάγων δὲ καὶ τοὺς ἑπτὰ [b] παῖδας, τὰ b
τῆς [c] ἑαυτοῦ παιδείας ἀποτελέσματα, θυσίαν c
ζῶσαν, ἁγίαν, εὐαρέστον τῷ Θεῷ, πάσης
νομικῆς ἱερουργίας λαμπροτέραν τε καὶ
καθαρωτέραν. [d] τὰ γὰρ τῶν παίδων, πρὸς d
πατρὶ λογίζεσθαι, τῶν ἐνδοξοτάτων τε καὶ
δικαιοτάτων. [e] παῖδες ἐκεῖ γενναῖοι καὶ e
μεγαλόψυχοι, μητρὸς εὐγενοῦς εὐγενῆ βλαστή- B
ματα, φιλότιμοι τῆς ἀληθείας ἀγωνισταὶ, τῶν
[f] Ἀντιόχου καιρῶν ὑψηλότεροι, [g] τῇ Μωσέως f g
νόμῳ μαθηταὶ γνήσιοι, τῶν πατρίων ἐθῶν ἀκρι-
βεῖς φύλακες, ἀριθμὸς ἑπτὰ παρ' Ἑβραίοις ἐπαι-
νεμένων, [h] πρὸς τῆς ἑβδοματικῆς ἀναπαύσεως h
μυστηρίῳ τιμώμενος, ἓν πνέοντες, πρὸς ἓν βλέ-
ποντες, μίαν ζωῆς ὁδὸν [i] εἰδότες, τὸν ὑπὲρ i
τῇ [k] Θεῇ θάνατον, ἠχ ἧττον ἀδελφοὶ τὰς k
ψυχὰς ἢ τὰ σώματα, ζηλοτυποῦντες [l] ἀλλή- l
λους τῆς τελευτῆς, ὦ τοῦ θαύματος· προαρπά- C
ζοντες ὥσπερ θησαυροὺς τὰς βασάνους, τῷ παι-
δαγωγῷ νόμῳ προκινδυνεύοντες, ἀ τὰς προσα-
γομένας [m] τῶν βασάνων μᾶλλον φοβούμενοι, ἢ m
τὰς λειπομένας ἐπιζητοῦντες· ἓν τοῦτο [n] φοβού- n
μενοι μόνον, μὴ ἀπείπῃ κολάζων ὁ τύραννος, μὴ
ἀπέλθωσί τινες αὐτῶν ἀστεφάνωτοι, μὴ διαζευχ-
θῶσι τῶν ἀδελφῶν ἄκοντες, ἀλλὰ τὴν [o] κακὴν νίκην o
νικήσωσι, τὸ μὴ παθεῖν [p] κινδυνεύσαντες. p

δ'. Μήτηρ [q] ἐκεῖ νεανικὴ καὶ γυναῖα, φιλό- q
παις ὁμοῦ καὶ φιλόθεος, καὶ τὰ μητρῷα σπλάγ- D
χνα σπαραττομένη παρὰ τὸ εἰκὸς τῆς φύσεως.
οὐ γὰρ πάσχοντας ἠλέει τοὺς παῖδας, ἀλλ'
ἠγωνία τὸ μὴ παθεῖν· οὐδὲ τοὺς ἀπελ-
θόντας ἐπόθει μᾶλλον, ἢ προσεθῆναι τοὺς
ὑπολειφθέντας ηὔχετο· καὶ τούτων ἦν αὐτῇ
πλείων ὁ λόγος, ἢ τῶν μεταστάντων. τῶν
μὲν γὰρ ἀμφίβολος ἡ πάλη, τῶν δ' ἀσφαλὴς
ἡ κατάλυσις· καὶ τοὺς μὲν ἤδη Θεῷ πα-
ρετίθετο, τοὺς δὲ ὅπως λάβῃ Θεὸς ἐφρόν- E
τιζεν· ὦ ψυχῆς ἀνδρείας ἐν γυναικείῳ τῷ
σώματι· ὦ θαυμασίας ἐπιδόσεως καὶ [r] μεγα- r
λοψύχου· ὦ τῆς [s] Ἀβραμιαίας θυσίας ἐκείνης, s

(*a*) Φθεγγομένη καὶ σιωπῶσα. Intelligit eos, qui, non solùm oratione & doctrinâ, sed etiam integerrimæ vitæ exemplo, homines ad virtutis studium excitant.
(*b*) Παιδας. *Filios*, nempè, *spirituales*.
(*c*) Εαυτῆ. Reg. bm. Comb. Sav. αὐτῆ.
(*d*) Τὰ γὰρ τῶν παίδων &c. Coisl. 1. τὰ γὰρ τῶν μαθητῶν δή τι τῷ διδασκάλῳ λογίζεσθαι. Nicetas in expositione utrumque junxit, τὰ γὰρ τῶν παίδων καὶ μαθητῶν κατορθώματα τῷ πατρὶ καὶ τῷ διδασκάλῳ ἀντίθεσθαι δίκαιον. *Filiorum enim & discipulorum virtutes parentibus & magistris adscribere æquissimum est.*
(*e*) Παῖδες ἐκεῖ. Par. ἐκεῖνοι, *illi filii*.
(*f*) Αντιόχου. Is *Antiochus* Epiphanes.
(*g*) Τῇ μωσέως νόμου. Al. τῶ μωσέως νόμων.
(*h*) Τῷ τῆς. Malè τῷ τῶν, in Edit.
(*i*) Εἰδότες. Coisl. 1. Gabr. ὁδεύσαντες, *iter facientes*.
(*k*) Θεῇ. Paff. Χριστῷ.
(*l*) Ἀλλήλους. In quibusdam, ἀλλήλους ἀλλήλοι. In aliis, ἀλλήλων, τελεύτην.
(*m*) Τῶν βασάνων. Deest in sex Regg. & Coisl. 2. Paff. βασάνους.
(*n*) Φοβούμενοι. Quinque Regg. Coisl. 2. Or. 2. Par. Paff. Gabr. Comb. εὐλαβούμενοι.
(*o*) Κακὴν νίκην. Sic sex Regg. Coisl. 1. Paff. Par. Comb. Deest in Edit. νίκην.
(*p*) Κινδυνεύσαντες. In quibusdam, κινδυνεύοντες.
(*q*) Εκεῖ. Par. ἐκείνη, *hæc*.
(*r*) Μεγαλοψύχου. *Magnifici animi, profusæ liberalitatis.*
(*s*) Αβραμιαίας. Reg. c. Or. 2. Sav. Comb. Αβραμιαίας.

εἰ μὴ

a εἰ μή τι τολμητέον, καὶ [a]μεῖζον. ὁ μὲν γὰρ ἕνα προσάγει προθύμως, εἰ καὶ τὸν μονογενῆ, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας, καὶ εἰς ὃν ἡ ἐπαγγελία· καὶ τὸ μεῖζον, ὅτι μὴ τοῦ γένους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν τοιούτων θυμάτων, b ἀπαρχὴ καὶ ῥίζα καθίσταται· ἡ δὲ [b]δῆμον ὅλων παίδων καθιέρωσε τῷ Θεῷ, νικήσασα c καὶ μητέρας, καὶ ἱερέας, [c]τοῖς θύμασι προθύμοις εἰς σφαγὴν, ὁλοκαυτώμασι λογικοῖς, d ἱερείοις ἐπειγομένοις· ἢ [d]μαζοὺς παρεδείκνυ, καὶ ἀνατροφῆς ὑπεμίμνησκε, καὶ προέτεινε e τὴν πολιὰν, καὶ τὸ γῆρας [e]ἀνθ' ἱκετηρίας προὐβάλλετο· οὐ ζωτηρίαν ζητοῦσα, τὸ δὲ παθεῖν ἐπείγουσα, καὶ κίνδυνον ἡγουμένη τὴν ἀναβολὴν, οὐ τὸν θάνατον· ἣν f οὐδὲν ἔκαμψεν, οὐδὲ [f]ἐμαλάκισεν, οὐδὲ h g [g]ἀτολμοτέραν ἐποίησεν· [h]οὐκ ἀρθρέμβολα προτεινόμενα, οὐ τροχοὶ προβαλλόμενοι, οὐ τροχαντῆρες, οὐ καταπέλται, οὐκ ἀκμαὶ σιδηρῶν ὀνύχων, ὐ ξίφη θηγόμενα, ὐ i λέβητες ἰ ζέοντες, ὐ πῦρ ἐγειρόμενον, ὐ τύραννος ἀπειλῶν, k [k]οὐ δῆμος, οὐ δορυφόρος κατεπείγων, οὐ γένος ὁρώμενον, οὐ μέλη διασπώμενα, οὐ σάρκες ξαινόμεναι, οὐκ αἵματος ὀχετοὶ ῥέοντες, οὐ νεότης δαπανωμένη, οὐ τὰ παl ρόντα δεινὰ, οὐ τὰ προσδοκώμενα [l]χαλεπά· m καὶ ὃ τοῖς ἄλλοις βαρύτατόν [m]ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις, ἡ τοῦ κινδύνου παρέκτασις, τοῦτο ἐκείνῃ τὸ κουφότατον ἦν· ἐνετρύφα γὰρ τῷ θεάματι· κὴ γάρ πως κὴ τριβὴν ἐνεποίει τοῖς πάθεσιν, ὐ τὸ ποικίλον τῶν προσαγομένων βαD σάνων μόνον, ὧν πασῶν, ὡς οὐδὲ εἷς μιᾶς, κατεφρόνουν· ἀλλὰ καὶ οἱ τοῦ διώκτου λόγοι πολυειδεῖς ὄντες, ὑβρίζοντος, ἀπειλοῦντος, θωπεύοντος· τί γὰρ οὐ κινοῦντος πρὸς τὸ τυχεῖν ὧν ἤλπιζε;

cium, Abrahæ ſacrificio (vereor ne hoc à me audacius dicatur) majus ac præſtantius. Ille enim unum alacri animo obtulit, quanquam unigenitum, & divinitùs promiſſum, imò ad quem promiſſio ipſa referebatur; quódque majus eſt, quia non generis tantùm ſui, verùm omnium etiam hujuſmodi hoſtiarum primitiæ, & radix extitit: hæc autem populum univerſorum filiorum Deo conſecravit; in quo ſanè, tum matres, tum ſacerdotes, victimis ad necem alacribus, holocauſtis ratione præditis, hoſtiis ad lanienam properantibus, ſuperavit. Atque ubera quidem illis oſtentabat, & puerilem educationem in memoriam revocabat, canitiémque ipſam protendebat, ac ſeniles annos, ſupplicis cujuſdam orationis loco, proferebat; non, ut illi vitæ ſuæ conſulerent, quærens, ſed ad ſubeundos cruciatus adurgens, ac mortis dilationem, non autem mortem, periculoſam eſſe exiſtimans. Cujus animi robur atque conſtantiam nihil flectere & emollire ac debilitare potuit; non inſtrumenta luxandis artubus accommodata, quæ in medium proferebantur, non rotæ quæ proponebantur, non exquiſitiſſima quæque tormentorum genera, non ferrearum ungularum acies, non enſes qui acuebantur, non ferventes ollæ, non ignis qui excitabatur, non tyranni minæ, non populus, non urgens ſatelles, non generis aſpectus, non membra quæ diſcerpebantur, non carnes quæ lacerabantur, non ſanguinis defluentes rivi, non juvenilis ætas quæ abſumebatur, non præſentia mala, non impendentes acerbitates. Quin etiam, ipſa periculi mora, quæ aliis in hujuſmodi rebus graviſſima eſſe ſolet, leviſſima illi videbatur. Ex hoc enim ſpectaculo incredibili quâdam voluptate perfundebatur. Moram quippè ſuppliciis quodammodo afferebat, non ipſa tantùm tormentorum, quæ admovebantur, varietas, quæ omnia illi animoſiùs aſpernabantur, quàm quivis alius unum eorum vel levius toleraſſet: verùm etiam multiplices tyranni ſermones, nunc contumeliis utentis, nunc minas intentantis, nunc blanditias adhibentis: quid enim non movit, ut id, quod ſperabat, aſſequeretur?

Nihil matris animum emollire potuit.

Cruciatus deſpiciunt Machabæi.

ε. Καὶ μέν τοι καὶ τῶν παίδων αἱ πρὸς τὸν τύραννον ἀποκρίσεις, τοσοῦτον ἔχουσαι τὸ ῠ n σοφὸν [n]ὁμοῦ καὶ γενναῖον, ὥστε [o]μικρὰ μὲν

V. At verò in filiorum ad tyrannum reſponſis tantùm ſapientiæ animíque magnitudinis inerat, ut & aliorum omnium præ-

Mater & filii ſuppliciorum terroribus ſublimiores.

(a) Μεῖζον. Sic Regg. a. ph. Par. Gabr. In Ed. μείζων.

(b) Δῆμον ὅλων παίδων. Or. 2. Par. Comb. δῆμον ὅλον, *univerſum populum filiorum*, id eſt, *omnes filios*.

(c) Τοῖς θύμασι &c. Billius: *Victimarum ad necem promptè, atque alacriter accedentium, holocauſtorum ratione præditorum, hoſtiarumque omni feſtinatione ad lanienam properantium multitudine ſuperavit.*

(d) Μαζοὺς παρεδείκνυ &c. Hæc à Gregorio mutuata videntur ex Homer. Iliad. 22. vers. 79. & ſeq. ubi Hecuba Hectorem filium, ne cum Achille certamen ineat, dehortatur:

Μήτηρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δακρυχέουσα &c.
Mater autem rurſus ex alia parte lugebat lacrymans &c.

(e) Ἀνθ' ἱκετηρίας. Ita ſex Regg. Coisl. 1. Or. 2. Paſſ. Par. Jeſ. In Par. Ed. Deeſt ἀνθ'.

(f) Ἐμαλάκισεν. Sav. ἐμαλάκισαν.

(g) Ἀτολμοτέραν. Par. ἀπαλωτέραν. Montac. ἀπαλώτεραν.

(h) Οὐκ ἀρθρέμβολα. *Non fidiculæ*: ὐ τροχοί, *non rotæ*: ὐ τροχαντῆρες, *non trochantores*: ὐ καταπέλται, *non catapeltæ*. Quæ omnia textoria inſtrumenta.

(i) Λέβητες ζέοντες. In uno Cod. ὐ λέβητες, ὐ θῆρες ζέοντες, *non lebetes, non furentes beſtiæ*. Sic etiam reddiderat Billius, quamvis nulla ſit beſtiarum mentio in Machabæis.

(k) Οὐ δῆμος, ὐ δορυφόρος κατεπείγων. Regg. a. c. d. Coisl 2. & Or. 2. abjecto δορυφόρος, habent: ὐ δήμιος κατεπείγων, *non urgens carnifex*. Non malè. *Carnificum* enim erat urgere, ut Antiochi juſſa perficerentur; non certè ipſa turba Machabæos urgebat.

(l) Χαλεπά. Deeſt in pleriſque.

(m) Ἐστιν. Deeſt in ſex Regg. Coisl. 2. Or. 2. &c.

(n) Ὁμοῦ. Sic ſex Regg. plures Colb. Coisl. 2. Or. 2. &c. In Ed. ἰμοί.

(o) Μικρά. Quinque Regg. & Coisl. 2. μικρόν.

clara facinora in unum locum collata, præ eorum conſtantia & fortitudine, perexigua & minuta videri neceſſe ſit: & rursùs fortitudinis atque conſtantiæ laus parva futura ſit, ſi cum ſapientiſſimis eorum ſermonibus comparetur: adeò ut illorum hæc laus propria ſit, quòd iidem, & ita cruciatus exceperint, & tantam ſapientiam exercuerint in reſponſionibus ad perſecutoris minas, injectóſque ſuppliciorum terrores, quorum nulli, nec fortes filii, nec fortior mater ſuccubuit. Quin potiùs ipſa ſupra omnia ſeſe collocans, impetúmque animi cum amore commiſcens, pulchri cujuſdam funebris muneris loco, ſeipſam liberis obtulit, ac prægreſſos ſecuta eſt: idque quonam pacto? ſuâ ſponte ad ſupplicia gradiens: & cum quibus epitaphiis? Quamvis enim pulchri quoque, atque adeò pulcherrimi filiorum ad tyrannum ſermones fuerint, cùm quibus aciem inſtruxerunt, & quibus tyrannum confixerunt: pulchriores tamen matris ſermones fuerunt, quibus eos priùs ad martyrium cohortata eſt, ac deindè funus eorum exornavit. Quinam igitur filiorum ſermones fuerunt? Commodum enim fuerit eos quoque vobis commemorare, ut quemadmodùm certaminis, ita ſermonum etiam, qui Martyres deceant, exemplum habeatis, ſi in eadem tempora incideritis. Alii quidem alio ſermonis genere utebantur, prout quemque, vel tyranni verba, vel periculorum ordo, vel animi alacritas armabat. Cæterum, ut ſummatim eos complectar, tales erant: *Nobis, ô Antioche, cæteríque, qui adeſtis, Rex unus eſt Deus, à quo procreati ſumus, & ad quem revertemur. Unus Legiſlator Moyſes, quem non prodemus, nec contumeliâ afficiemus; non per ea pericula, quæ vir ille virtutis causâ ſuſcepit, ac miracula quæ plurima patravit, ne ſi alius quidem Antiochus te atrocior nobis minitetur. Unum præſidium, divini mandati obſervatio, ac ne lex, quâ obſepti ſumus, infringatur. Una porrò gloria, ut pro tantis rebus gloriam omnem contemnamus. Solæ denique opes & divitiæ, bona ea, quæ in ſpe habemus. Nec verò quidquam aliud nobis formidabile eſt, quàm ne quid magis quàm Deum formidemus. Cum his rationibus in aciem prodimus: his armis inſtructi ſumus: cum hujuſmodi juvenibus tibi ſermo ac negotium eſt. Jucundus quidem & ſuavis hic mundus eſt, & patrium ſolum, & amici, & cognati, & æquales, & templum hoc, cujus magnum ac celebre nomen eſt, & patrìa feſta, & myſteria, atque cætera,*

Præclara ad Antiochum Machabæorũ verba.

In quo conſiſtat verum ſalutis præſidium.

Verus timor.

εἶναι πρὸς τὴν ἐκείνων καρτερίαν ἅπαντα
τὰ τῶν ἄλλων καλὰ εἰς ἓν συναχθέντα·
μικρὰν δὲ τὴν καρτερίαν πρὸς τὴν ἐκείνων
ἐν λόγοις σύνεσιν· καὶ τῶν αὐτῶν εἶναι
μόνων, πάσχειν τε οὕτω καὶ φιλοσοφεῖν ἐν
ταῖς ἀποκρίσεσι πρὸς τὰς τοῦ διώκοντος
ἀπειλὰς, καὶ τοὺς προτεινομένους φόβους,
ὧν οὐδενὸς ἥττηντο οἱ γενναῖοι παῖδες, καὶ
ἡ γενναιοτέρα τεκοῦσα· πάντων δὲ ἑαυτὴν
ὑπεράνω θεῖσα, καὶ τῷ φίλτρῳ τὸν θυμὸν
μίξασα, καλὸν ἐντάφιον δίδωσι τοῖς παισὶν
ἑαυτὴν, ἐπαπελθοῦσα τοῖς προαπελθοῦσι·
καὶ τοῦτο πῶς; ἑκουσίως ἐπὶ τοὺς κινδύνους
[a]χωρήσασα· καὶ μεθ' οἵων τῶν ἐπιταφίων; a
καλοὶ μὲν γὰρ καὶ οἱ τῶν παίδων πρὸς τὸν
τύραννον λόγοι, καὶ καλῶν κάλλιοι· πῶς
γὰρ οὔ; μεθ' ὧν παρετάξαντο, καὶ οἷς τὸν
τύραννον [b]ἔβαλον· καλλίους δὲ [c]καὶ οἱ τῆς b c
μητρὸς, καὶ ᾠδοπλητικοὶ πρότερον, καὶ
ὕστερον ἐπιτάφιοι. τίνες οὖν οἱ τῶν παίδων
λόγοι; καλὸν [d]γὰρ ἀπομνημονεῦσαι καὶ d
τούτων ὑμῖν, ἵν' ἔχητε τύπον, ὥσπερ
ἀθλήσεως, οὕτω καὶ λόγων μαρτυρικῶν ἐν
τοῖς τοιούτοις καιροῖς. ἄλλου μὲν ἄλλοι,
καὶ ὡς ἕκαστον οἱ τοῦ διώκοντος λόγοι, ἢ τὴν
κινδύνων ἡ τάξις, ἢ τῆς ψυχῆς τὸ φιλότιμον
ὥπλιζεν· ὡς δ' οὖν [e]τύπῳ περιλαβεῖν, e
ἦσαν τοιοῦτοι· ἡμῖν, Ἀντίοχε, καὶ πάντες οἱ
θεοσεβέστατοι, εἷς μὲν βασιλεὺς ὁ Θεὸς,
παρ' οὗ γεγόναμεν, καὶ πρὸς ὃν ἐπιστρέφομεν·
εἷς δὲ νομοθέτης Μωϋσῆς, ὃν οὐ προδώσομεν,
οὐδὲ καθυβρίσομεν· [f]οὐ μὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς f
τοῦ ἀνδρὸς κινδύνους, καὶ τὰ πολλὰ θαύματα, οὐδ' ἂν ἡμῖν ἄλλος Ἀντίοχος ἀπειλῇ
ζοῦ χαλεπώτερος. μία δὲ ἀσφάλεια, τῆς
ἐντολῆς ἡ τήρησις, καὶ τὸ μὴ ῥαγῆναι τὸν
νόμον, ᾧ τετειχίσμεθα· μία δὲ δόξα, τὸ
δόξης ἁπάσης [g]ὑπεριδεῖν ἐπὶ τηλικούτοις· g
εἷς δὲ πλοῦτος, τὰ ἐλπιζόμενα· φοβερὸν
δὲ οὐδὲν, ἢ τὸ φοβηθῆναί τι πρὸ Θεοῦ·
μετὰ τούτων θαρρατέαγμεθα ἢ λογισμῶν,
καὶ οὕτως ὡπλίσμεθα· πρὸς τοιούτους ζοι
νεανίας ὁ λόγος. ἡδὺ μὲν καὶ ὁ κόσμος οὗτος,
καὶ τὸ πατρῷον ἔδαφος, καὶ φίλοι, καὶ
συγγενεῖς, καὶ ἡλικιῶται, καὶ ὁ ναὸς οὗτος
τὸ μέγα καὶ θρεμμάτων ὄνομα, καὶ πανηγύρεις
πατρικαὶ, καὶ μυσήρια, καὶ πάντα οἷς ἡμεῖς

(a) Χωρήσασα. In Editis ſequitur: ὡς ἂν μηδὲ σῶμα ψαύσειεν ἄναγνον ἁγνῆς καὶ γενναιᾶς σώματος. *Ne purum ac generoſum corpus ab impuro corpore attrectaretur.* Sed hæc temerè hìc ſunt aſſuta.

(b) Ἔβαλον. In quibuſdam, ἔβαλλον.

(c) Καὶ οἱ. Sic tres Regg. & Or. 2. Deeſt καί in Ed.

(d) Γάρ. Deeſt in nonnullis.

(e) Τύπῳ περιλαβεῖν. Billius: *ut formulâ quâdam eos complectar.*

(f) Οὐ μὰ τούς &c. *Non per ea pericula.* Hæc eſt quædam jurandi formula. Sic Joſeph, Gen. XLII. 15. *per ſalutem Pharaonis, non egrediemini hinc.... exploratores eſtis.*

(g) Ὑπεριδεῖν. Reg. d. ὑπερορᾶν.

τῶν ἄλλων διαφέρειν δοκοῦμεν. οὔπω δὲ ἥδιω Θεοῦ, καὶ τῶν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ κινδύνων· μὴ
a τοῦτο νομίσῃς. κόσμος [a]τε γὰρ ἄλλος ἡμῖν, πολὺ τῶν ὁρωμένων ὑψηλότερός τε καὶ
b μονιμώτερος. [b]πατρίς τε ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἣν οὐδεὶς Ἀντίοχος πολιορκήσει, οὐδὲ προσδοκήσει παρασήσεσθαι, ἡ καρτερὰ καὶ ἀνάλωτος· συγγένεια δὲ, ἡ ἔμπνευσις, καὶ οἱ κατ' ἀρετὴν γεννηθέντες· φίλοι δὲ, Προφῆται, καὶ Πατριάρχαι, παρ' ὧν ἡμῖν καὶ ὁ τύπος τῆς εὐσεβείας· ἡλικιῶται δὲ, οἱ σήμερον ἡμῖν συγκινδυνεύοντες, καὶ τὴν καρτερίαν ὁμόχρονοι· ναοῦ δὲ, οὐρανὸς μεγαλοπρε-
c πέστερος· πανήγυρις δὲ, Ἀγγέλων [c]χορεσία· καὶ μυστήριον ἓν μέγα, καὶ μέγιστον, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀπόκρυφον, ὁ Θεὸς, πρὸς ὃν βλέπει καὶ τὰ τῇδε μυστήρια.

ob quæ mortales omnes antecellere videmur. Verùm ista, Deo periculisque iis, quæ pro virtute adeuntur, haudquaquàm suaviora sunt: cave id existimes. Alius enim nobis Verus mundus. *mundus est, omnibus rebus, quæ oculis cernuntur, longè sublimior ac diuturnior. Patria autem, superna Jerusalem, quam* Patria. *nullus Antiochus expugnabit, nec spem* Gal. IV. 26. *habebit fore, ut ditioni atque imperio suo subjiciat, utpotè firmam & inexpugnabilem. Cognatio item, inspiratio illa, & qui* Cognatio. Gen. II. 7. *secundum virtutem progeniti sunt. Amici* Amici. *porrò, Prophetæ & Patriarchæ à quibus pietatis formam & exemplum accepimus. Æ-* Æquales. *quales præterea, qui nobiscum hodie in iisdem periculis versantur, atque in doloribus constanti animo perferendis contemporanei sunt. Nam quòd ad hoc templum attinet, cælum longè magnificentius est.* Templum. *Jam verò nobis pro festo & celebritate, Angelorum chorus est: ac postremò mysterium unum magnum atque adeò maximum ac plerisque tectum & incognitum, ipse Deus, ad quem hujus quoque vitæ nostræ mysteria referuntur.*

d 5. Παῦσαι τοίνυν [d]ὑπισχνούμενος ἡμῖν τὰ μικρὰ, καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξια. οὐ γὰρ τιμησόμεθα τοῖς ἀτίμοις, οὐδὲ κερδανοῦμεν ἐπιζήμια· οὐχ οὕτως ἀθλίως ἐμπορευσόμεθα.
e παῦσαι [e]καὶ ἀπειλῶν, ἢ ἀνταπειλήσομεν,
g f [f]ἐλέγξειν σου τὴν ἀσθένειαν, καὶ [g]πρὸς τοῦτῳ τὰ ἡμέτερα κολαστήρια· ἔχομεν καὶ ἡμεῖς πῦρ, ᾧ τοὺς διώκτας κολάζομεν. οἶει πρὸς
h ἔθνη καὶ πόλεις εἶναί [h]σοι τὸν ἀγῶνα, καὶ βασιλέων τοὺς ἀνανδροτάτους, ὧν οἱ μὲν κρατήσουσιν, οἱ δὲ ἴσως ἡττηθήσονται; οὐδὲ γὰρ σοὶ τηλικούτων αὐτοῖς ὁ κίνδυνος· πρὸς νόμον Θεοῦ παρατάσσῃ, πρὸς πλάκας θεοχαράκτους, πρὸς πάτρια καὶ
i i λόγῳ καὶ χρόνῳ τετιμημένα, πρὸς ἀδελφοὺς ἑπτὰ μιᾷ ψυχῇ συνδεδεμένους, ἑπτὰ τροπαίοις σὲ στηλιτεύσοντας· ὧν κρατῆσαι μὲν οὐ μέγα, ἡττηθῆναι δὲ καὶ λίαν αἰσχρόν. ἐκείνων ἐσμὲν καὶ γένος καὶ μαθηταὶ, οὓς στύλος πυρὸς καὶ νεφέλης
k [k]ὡδήγει, οἷς θάλασσα διίστατο, καὶ
l [l]ποταμὸς ἵστατο, καὶ Ἥλιος ἀνεκόπτετο,
m καὶ ἄρτος ὕετο, καὶ χειρῶν ἔκτασις [m]ἐτρο-
n ποῦτο μυριάδας [n]δι' εὐχῶν βάλλουσα· ὧν θῆρες ἠττῶντο, καὶ πῦρ οὐχ ἥπτετο, καὶ
o βασιλεῖς [o]ἀπήεσαν τὸ γενναῖον θαυμάζοντες.

VI. *Quocirca res parvas nulliusque pretii* Terrena; res parvæ ac nullius pretii. *nobis polliceri desine. Nec enim turpibus & ignominiosis honoribus affici sustinebimus, nec cum detrimento conjuncta lucra complectemur: non ita infæliciter negotiabimur. Quin tu quoque nobis minari desine; vel contrà facturos nos minabimur, ut imbecillitatem tuam prodamus, atque insuper tormentorum nostrorum metum intentemus. Nam nobis quoque, ne sis nescius, ignis est, quo persecutores nostros excruciamus. An tu cum gentibus & civitatibus tibi certamen esse putas, aut cum ignavissimis regibus, quorum alii superiores discedere, alii fortassè vinci queant? Nec mirum, cùm nequaquàm pro tanti momenti rebus periculum subeant. Imò verò adversus* Antiochus in Machabæos sæviendo, contra Deum pugnat. *legem Dei aciem instruis, adversus tabulas à Deo exsculptas, adversus patrios ritus, & ratione & antiquitate coornatos, adversus septem fratres unius animæ vinculo constrictos, septem trophæis æternam nomini tuo infamiam inusturos: quos vincere quidem parùm amplum atque honorificum fuerit, ab ipsis autem vinci admodùm turpe & pudendum. Ab illis genus ducimus, illorum discipuli sumus,* Exod. XIII. 21. XIV. 16. *quibus ignis nubisque columna viam commonstrabat, quibus mare scindebatur, fluvius sistebatur, Solis cursus reprimebatur, panis ut pluvia fluebat, manuum extensio numerosissimos exercitus per orationem fundebat, atque in fugam vertebat: quibus feræ cedebant, nec vis flammæ eos attingebat, ac reges, eorum* Ibid. XVI. 14. XVII. 11. Dan. XIV. 30. III. 15. & seq.

(a) Τε. Deest in nonnullis.
(b) Πατρίς τε. In quibusdam, πατρὶς δέ.
(c) Χορεσία. Reg. d. χοροστασίαι.
(d) Ὑπισχνούμενος ἡμῖν. Sic Regg. a. c. d. Or. 2. &c. Deest ἡμιν. in multis. Editi, ὑπιχνέμενος ἡμῖν.
(e) Καί. Deest in Reg. d.
(f) Ἐλέγξειν. Paff. ἐλέγξαι.
(g) Προς τέτῳ τὰ. Coisl. 1. πρὸς τᾶτο ἔτι τά.
(h) Σοι. Deest in Regg. a. c.
(i) Λόγῳ. Duo Coisl. νόμῳ, lege.
(k) Ωδήγει. Quinque Regg. Coisl. 1. Or. 2. Paff. ὡδήγων.
(l) Ποταμὸς ἵστατο &c. Paff. ποταμὸς ἀνεκόπτετο, καὶ Ἥλιος ἵστατο.
(m) Ετροπᾶτο. Duo Regg. Coisl. 1. & 2. ἐτρέπετο. Alii, ἐτρέπετο.
(n) Δι' εὐχῶν. Coisl. 2. Or. 1. Par. διὰ εὐχῆς.
(o) Απήεσαν. Sic plures Regg. Chryſan. Coisl. 2. Or. 1. Par. &c. Editi, ἀπῆισαν.

fortitudinem admirantes, discedebant. Atque, ut quidpiam eorum, quæ tibi cognita sunt, proferamus; Eleazari discipuli sumus, cujus tu magnitudinem animi perspectam & exploratam habes. Pater prius decertavit, filii postea certabunt. Sacerdos abscessit, victimæ sequentur. Multa quidem minaris, verùm ad plura parati sumus. Quid autem nobis, vir superbe atque insolens, minis istis tuis facies? Aut quo cruciatu afficiemur? Nihil his hominibus fortius, qui ad quidvis perferendum prompto & parato animo sunt. Carnifices, quid cunctamini? Quid moras nectitis? Quid benignum & suave jussum expectatis? Ubi gladii? Ubi vincula? Celeritatem requiro. Ignis amplior accendatur, acriores feræ producantur, exquisitiora tormenta proferantur, sint omnia regia & splendida. Primus natu ego sum, primum me consecra. Ego postremus, ordinis ratio immutetur: sit quoque quispiam eorum, qui mediæ sunt ætatis, in primorum ordine, ut sic æquas honoris portiones obtineamus. Quid parcis? Expectas fortasse aliquid contrarium? Imò verò iterum ac tertiò sæpiúsque eundem sermonem repetemus. Non impuris cibis vescemur, non manus dabimus. Citiùs nostra veneraberis, quàm ut nos tuis cedamus. Verbo dicam; aut nova tormentorum genera excogita, aut hæc, quæ in promptu sunt, à nobis contemni pro certo habe.

Machabæi ad omnia perferenda parati.

Tyrannum vehementiori impetu provocant.

VII. Hæc quidem fuit illorum ad tyrannum Oratio. Jam verò quæ inter se cohortandi causâ dicebant, quæque spectanda præbebant, quàm præclara, quàm sacra, piisque hominibus quovis alio spectaculo atque auditu jucundiora! Equidem ipse ea memoriâ recolens, incredibili voluptate diffundor, ac mente & cogitatione cum ipsis athletis versor, mirabilitérque in hac narratione mihi placeo. Amplectebantur se mutuò, atque exosculabantur, non minùs lætis animis, quàm si jam ad certaminum finem ventum esset. *Eamus ad pericula, Fratres, clamabant; eamus, properemus, quandiu fervet adversum nos tyrannus, ne forte molliatur, atque ita salutis jacturam faciamus. Proponuntur epulæ instructissimæ: iis intersimus. Pulchra quidem res est, cùm Fratres simul habitant, simul epulantur, seque invicem constipant, ac protegunt: pulchrior autem, cùm virtutis causâ simul periclitantur. Ac quidem, si fieri potuisset, corpo-*

Mutua Machabæorũ cohortatio.

Pulchra res est, concordia fratrum.

εἰπωμέν τι καὶ τῶν σοι γνωρίμων· Ἐλεαζάρου μύσται ἡμεῖς, οὗ τὴν [a] ἀνδρείαν ἔγνως. προηγωνίσατο πατὴρ, ἐπαγωνιοῦνται παῖδες· ἀπῆλθεν ὁ ἱερεὺς, ἐπακολουθήσει τὰ θύματα· πολλὰ δεδίτλη, πρὸς πλείω παρεσκευάσμεθα. τί καὶ δράσεις ἡμᾶς, [b] ὑπερήφανε ταῖς ἀπειλαῖς; τί καὶ πεισόμεθα; οὐδὲν ἰσχυρότερον τῶν πάντα παθεῖν ἑτοίμων. ὦ [c] δήμιοι, τί μέλλετε; τί δὲ ἀναδύεσθε; τί τὸ πρόσταγμα τὸ χρηστὸν ἀναμένετε; ποῦ τὰ ξίφη; ποῦ [d] τὰ δεσμά; ζητῶ τὸ τάχος. πλεῖον ἀναπλέσθω τὸ πῦρ, οἱ θῆρες ἐνεργέστεροι, αἱ στρέβλαι [e] περιεργότεραι· πάντα ἔστω βασιλικὰ καὶ πολυτελέστερα. ἐγὼ πρωτότοκός εἰμι, πρῶτόν με καθιέρωσον· ἐγὼ τελευταῖος, ἡ τάξις ἐναμειφθήτω· ἔστω τίς καὶ τῶν μήσων ἐν πρώτοις, ἵνα τιμηθῶμεν ἰσομοιρίᾳ· φείδῃ δέ; [f] προσδοκᾷς τι τυχὸν καὶ τῶν ἐναντίων; πάλιν καὶ πολλάκις ἐροῦμεν τὸν αὐτὸν λόγον· οὐ μιαροφαγήσομεν, [g] οὐκ ἐνδώσομεν· θᾶττον σὺ σεβασθήσῃ τὰ ἡμέτερα, ἢ τοῖς σοῖς ἡμεῖς [h] εἴξωμεν· κεφάλαιον τοῦ λόγου· ἢ καινότερα ἐπινόησον κολαστήρια, ἢ τὰ παρόντα ἴσθι καταφρονούμενα.

ζ. Ταῦτα μὲν πρὸς τὸν τύραννον· ἃ δὲ ἀλλήλοις [i] διεκελεύοντο, ἃ δὲ παρεῖχον ὁρᾶν, ὡς καλά τε καὶ ἱερὰ, καὶ παντὸς ἄλλου θεάματος καὶ ἀκούσματος, ἡδίω τοῖς φιλοθέοις· ἔγω γ' οὖν αὐτὸς ἡδονῆς ἐμπίμπλαμαι μνημονεύων, καὶ [k] μετ' αὐτῶν ἀθλούντων εἰμὶ τῇ διανοίᾳ, καὶ τῷ διηγήματι καλλωπίζομαι. [l] περιέβαλλον ἀλλήλους, περιεφύοντο, πανήγυρις ἦν, ὡς ἐπ' ἄθλοις τετελεσμένοις· ἴωμεν, ἀδελφοὶ, πρὸς τοὺς κινδύνους, ἐβόων· ἴωμεν, ἐπειγώμεθα, ἕως ζέει καθ' ἡμῶν ὁ τύραννος, μή τι μαλακισθῇ, καὶ ζημιωθῶμεν τὴν σωτηρίαν. πανδαισία πρόκειται· μὴ ἀπολειφθῶμεν. καλὸν μὲν καὶ συνοικοῦντες ἀλλήλοις ἀδελφοὶ, καὶ συμποσιάζοντες, καὶ συνασπίζοντες· κάλλιον δὲ ὑπὲρ ἀρετῆς συγκινδυνεύοντες. εἰ μὲν οἷόν τε ἦν, καὶ τοῖς σώμασιν ἂν ἠγωνισάμεθα

(a) Ανδρείαν. Sic quinque Regg. & Or. 1. Editi verò ἀνδρίαν.

(b) Υπερήφανε. Sic plures Regg. Chrysan. Coisl. 1. & 2. Pass. In Ed. ὑπερήφα.

(c) Δήμιοι. Sic sex Regg. Chrysan. Coisl. 1. & 2. Comb. Malè in Ed. δῆμοι, *populi*.

(d) Τὰ δεσμά. Sic Regg. a. c. d. & Comb. Deest τά in Ed.

(e) Περιεργότεραι. Reg. bm. περιεργότεροι.

(f) Προσδοκᾷς τι τυχόν &c. Sic tres Regg. Coisl. 2. Par. Comb. &c. In Ed. τυχών. Billius: *expectas fortasse, ut Orationem retexamus.*

(g) Οὐκ ἐνδώσομεν. Sic Regg. c. d. Coisl. 2. Or. 2. Par. Jes. & Comb. In Ed. ἐκ ἐνδώσομεν.

(h) Εἴξωμεν. Quinque Regg. εἴξομεν.

(i) Διεκελεύοντο. Coisl. 1. addit: ὡς ἂν παρατάξει παροτρύνοντες, *ut in acie mutuò se cohortantes.*

(k) Μετ' αὐτῶν. Quatuor Regg. μετὰ τῶν.

(l) Περιέβαλλον. Reg. bm. περιέβαλον. Par. περιελάμβανον.

ὑπὲρ τῶν

ὑπὲρ τῶν πατρίων· ἔστι καὶ οὗτος τῶν ἐπαινετῶν ὁ θάνατος. ἐπεὶ δὲ οὐ τούτου καιρὸς, αὐτὰ τὰ σώματα εἰσενέγκωμεν. τί γάρ; κἂν μὴ νῦν ἀποθάνωμεν, οὐ τεθνηξόμεθα πάντως; οὐ τῇ γενέσει τὰ ὀφειλόμενα λειτουργήσομεν;
a ποιήσωμεν τὴν ἀνάγκην φιλοτιμίαν· ζοφισώμεθα τὴν δυσάλυσιν· τὸ κοινὸν ἴδιον ποιησώμεθα· θανάτῳ ζωὴν ὠνησώμεθα. μή τις οὖν ἡμῶν ἔστω φιλόψυχος, μηδὲ ἄτολμος. ἀπογνώτω καὶ τῶν ἄλλων ὁ τύραννος, ἡμῖν ἐντυχών. τοῖς μὲν κινδύνοις τὴν τάξιν αὐτὸς ἐπιθήσει,
b ἡμεῖς δὲ ἐπιθήσομεν τέλος τοῖς διωκομένοις· μηδὲν περὶ τούτου διαφερώμεθα τῇ ζέσει τῆς
c φιλοτιμίας. καὶ ὁ πρῶτος ἔσται τοῖς ἄλλοις ὁδὸς, καὶ ὁ τελευταῖος σφραγὶς ἀθλήσεως· ἡμῖν δὲ τοῦτο ἐμπεπήχθω πᾶσιν ὁμοίως, πανοικεσίᾳ σεφανωθῆναι, καὶ μή τινα λαβεῖν μερίδα ἐξ ἡμῶν τὸν διώκτην, ἵν' ὡς πᾶσιν ἐγκαυχήσηται τῷ ἑνὶ, φλεγμαίνων τῇ πονηρίᾳ· φανῶμεν ἀλλήλων ἀδελφοὶ, καὶ τῇ γενέσει, καὶ τῇ μεταστάσει· καὶ πάντες, ὡς εἷς,
d κινδυνεύσωμεν, καὶ ἀντὶ πάντων ἕκαστος.
e Ελεάζαρ, ὑπόδεξαι· μῆτερ, ἐπακολούθησον· Ιερουσαλὴμ, θάλπον τοὺς ἑαυτῆς νεκροὺς μεγα-
f λοπρεπῶς, ἄν τι τοῖς τάφοις ὑπολειφθῇ·
g δήλωσον τὰ ἡμέτερα, καὶ τοῖς ὕστερον δείκνυ, καὶ τοῖς ζοῖς ἐρασταῖς τὸ τῆς μιᾶς γαστρὸς εὐσεβὲς πολυάνδριον.

η. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα καὶ εἰπόντες, καὶ προέξαντες, καὶ ὡς συῶν ὀδόντες ἀλλήλους θήξαντες ἐν τάξει τῆς ἡλικίας, καὶ ἰσότητι τῆς προθυμίας διεκαρτέρουν. ἡδονὴ δὲ θαῦμα τοῖς ὁμοφύλοις· φόβος καὶ
h κατάπληξις τοῖς διώκουσιν, οἳ κατὰ παντὸς τοῦ ἔθνους στρατεύσαντες, ἀδελφῶν ἑπτὰ συμψυχίας
i ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνιζομένων, τοσοῦτον ἡττήθησαν, ὥστε μὴ δὲ περὶ τῶν ἄλλων ἔχειν ἔτι χρηστὰς τὰς ἐλπίδας. ἡ δὲ γενναία μήτηρ, καὶ ὄντως ἐκείνων τῶν τοσούτων καὶ τοιούτων τὴν ἀρετὴν, τὸ μέγα τοῦ νόμου θρέμμα καὶ μεγαλόψυχον, τέως μὲν χαρᾷ
k καὶ φόβῳ σύμμικτος ἦν, καὶ δύο παθῶν ἐν μεταιχμίῳ· χαρᾷ, διὰ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὰ ὁρώμενα· φόβῳ, διὰ τὸ μέλλον, καὶ τὴν

A *ribus quoque pro patriis ritibus & inſtitutis depugnaviſſemus ; nam hoc quoque mortis genus laude non caret. Quoniam autem temporis ratio id non tulit , ipſa certè corpora offeramus. Quid enim? Etiam ſi hoc tempore non moriamur , an non omninò moriemur ? An non debito nativitati munere perfungemur? Quod neceſſariò , id gloriosè faciamus : mori diſcamus : quod commune eſt , proprium efficiamus : morte vitam emamus. Nemo noſtrûm hujus vitæ cupidus ſit , nemo ignavus ac timidus. Perficiamus , ut cùm in nos tyrannus incideB rit , de cæteris deſperet. Periculis ille quidem ordinem imponat , nos verò finem perſecutioni imponamus ; nec de ea re ob alacritatis fervorem inter nos contendamus. Nam & primus aliis via erit , & poſtremus certaminis ſigillum. Cæterum hoc nobis fixum certúmque ſit , ut omnes ſine ulla exceptione coronam adipiſcamur , nec perſecutor ullam è nobis partem accipiat , ac ſcelere tumens , perindè de uno ſuperato glorietur, ac ſi omnium conſtantiam infregiſſet. Demus operam , ut quemadmodùm ortu , C ita etiam morte fratres appareamus. Omnes tanquam unus , & ſinguli tanquam omnes periculum ſubeamus. Eleazare, ſuſcipe; mater , ſequere ; Jeruſalem , mortuos tuos magnificâ ſepulturâ affice , ſi quid tamen reliquum fuerit , quod ſepulturæ mandari poſſit. Res noſtras commemora , poſteriſque , ac tui ſtudioſis , pium unius ventris ſepulchretum oſtende.*

Ad coronam ſeſe mutuò impellunt.

VIII. Quæ cùm dixiſſent ac egiſſent , ſéque , velut aprorum dentes , invicem acuiſſent , pro ætatis ordine quiſque , in D eadem animi promptitudine perſeverabant. Atque ea res ut contribulibus voluptatem & admirationem afferebat ; ita metu atque terrore perſecutorum animos conſternabat , qui cùm expeditionem ſuſcepiſſent adverſus univerſam nationem , à ſeptem fratribus , concordi animo pro pietate dimicantibus , ita facilè ſuperati ſunt , ut jam ne de cæteris quidem ſpem lætam haberent. At verò ſtrenua mater , & verè illorum tantâ & tali virtute præditorum parens , illa , inquam , præclara & E magnanima legis alumna , priùs quidem gaudio ſimul ac timore afficiebatur , & anxia duos inter affectus hærebat. Nam ut eorum fortitudine , atque iis quæ cernebat ,

Machabæorum conſtantia perſecutores terret.

Strenua Mater gaudio & timore affecta.

(a) Ποιήσωμεν . . . τὴν διαλυσιν. Billius : *quamobrem neceſſitatem in animi alacritatem ac promptitudinem convertamus : diſſolutionem eludamus.* Pircheimerus : *ex neceſſitate gloriam faciamus : ſolerti conſilio diſſolutionis noſtræ negotium tranſigamus* , id eſt , *honeſtè decumbamus , alioqui neceſſariò ſerius ocius morituri ; ſapienter efficiamus , ut diſſolutio in noſtram utilitatem cedat.*

(b) Ημεῖς δὲ ἐπιθήσομεν τέλος τοῖς διωκομένοις. Hæc deſunt in pluribus Regg. duobus Coisl. Or. 2. Par. &c. nec vertit Billius : imò in Baſ. Ed. græca delevit. Vertenda tamen : *nos autem perſecutioni finem faciamus , imponamus* , id eſt , conſtantiâ noſtrâ efficiendo , ut victus Tyrannus incœpto deſiſtat. Quod quidem ſatis conſonum verbis quæ præcedunt : ἀπογνώτω &c.

(c) Ἔσται. Par. ἔσῃ.

(d) Καὶ ἀντὶ πάντων ἕκαστος. Nicetas exponit : ὑπὲρ ἀλλήλων ἀποθνήσκοντες. *Alii pro aliis , quiſque pro omnibus moriatur.*

(e) Μῆτερ. Sic Paſſ. In Editis , μήτηρ.

(f) Ὑπολειφθῇ. Paſſ. ἀπολειφθῇ.

(g) Δείκνυ. Paſſ. & Par. δείκνυε.

(h) Κατάπληξις. In aliis , παράπληξις.

(i) Ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνιζομένων. Hæc deſunt in pluribus Regg. Coisl. 2. Or. 2. & Par.

(k) Καὶ δύο &c. Billius : *atque in duorum affectuum confinio poſita erat.*

delectabatur ; ita rursùs , cùm incertum pugnæ eventum incredibilémque tormentorum magnitudinem secum reputaret , timore angebatur ; ac proindè pullos suos, non secus atque avicula , arrepente angue , aut aliâ quâpiam insidiosâ ferâ , circumvolabat, stridebat, obsecrabat, unà cum ipsis certabat. Quid enim tum verbo , tum opere non egit , ut illos ad victoriam paratiores alacriorésque redderet? Cruoris guttas rapiebat , fragmenta membrorum excipiebat , reliquias venerabatur; hunc colligebat , illum porrigebat, alium parabat. Omnibus acclamabat : *Euge , Filii mei , euge , strenui mei milites , euge , in corporibus fermè incorporei , euge, Legis , canæque senectutis meæ , atque civitatis , quæ vos aluit , & ad eam virtutis magnitudinem evexit , præsidium ac propugnaculum. Paululùm adhuc , & vicimus. Defatigantur carnifices , hoc unum extimesco. Paululùm adhuc , & ego inter mulieres beata , & vos inter adolescentes beati. At fortassè matris vos desiderium angit? Nequaquàm vos deseram , hoc vobis polliceor : non tam liberos meos odi.*

Filios alloquitur.

IX. Postquam autem omnes martyrio perfunctos esse, séque ob eorum mortem metu omni liberatam vidit , tum verò erecto capite , ingenti cum hilaritate , non secus ac quispiam in Olympiis victor , sublimi animo , extensisque manibus, magnâ & clarâ voce hæc verba habuit : *Gratias tibi ago , Pater sancte , & tibi , magistra lex , tibique parens noster & filiorum tuorum in certamine anteccssor Eleazare , quoniam meorum in pariendo dolorum fructum accepistis , atque mater omnium matrum sacratissima effecta sum. Nihil mundo reliqui , omnia Deo tradidi , thesaurum meum , spes senectutis meæ altrices. Quàm magnificè honorata sum ! Quàm excellenter senectus mea exculta & curata est ! Habeo educationis vestræ præmia , ô Filii ! Vos omnes virtutis causâ decertantes vidi , vos omnes victores aspexi. Carnifices , velut benefactores , intueor ; nihilque propius fit , quàm ut hoc nomine tyranno gratias habeam , quòd hunc suppliciorum ordinem tenuerit , ut me ultimam ad pericula reservarit ; quò , posteaquàm partum meum priùs spectavi , atque in unoquoque filiorum dimicavi , sic demùm cum perfecta securitate post perfectas victimas hinc excedam. Non co-*

Matris oratio post filiorum passionem.

Sic carnificum ora intuetur , quasi ab illis beneficium acceperit.

ὑπερβολὴν τῶν κολάσεων· [a] καὶ ὡς νεοσσοὺς a
ὄρνις, ὄφεως περιερπύζοντος, ἢ τινος ἄλλου
τῶν ἐπιβούλων, περιῐπτατο, περιέτρυζεν,
ἠντιβόλει, συνηγωνίζετο. τί μὲν οὐ λέγουσα,
τί δὲ οὐ πράττουσα τῶν πρὸς νίκην ἐπαλει-
φόντων; ἥρπαζε τὰς ῥανίδας τοῦ αἵματος,
ὑπεδέχετο τὰ λακίσματα τῶν μελῶν,
προσεκύνει τὰ λείψανα· τὸν μὲν συνέλεγε,
τὸν δὲ παρεδίδου, τὸν δὲ παρεσκεύαζεν.
ἐπεφώνει πᾶσιν· εὖγε, ὦ παῖδες, εὖγε, ἐριστεῖς
ἐμοὶ, εὖγε, ἀσώματοι σχεδὸν ἐν σώμασιν, B
εὖγε, προστάται τοῦ νόμου, καὶ τῆς ἐμῆς
πολιᾶς, καὶ τῆς θρεψαμένης [b] ὑμᾶς πόλεως, b
καὶ εἰς τόδε ἀρετῆς [c] προαγούσης· ἔτι μικρὸν, c
καὶ νενικήκαμεν· κεκμήκασιν οἱ βασανισταὶ,
τοῦτο φοβοῦμαι μόνον· ἔτι μικρὸν, καὶ μακαρία
μὲν ἐν μητράσιν ἐγὼ, μακάριοι δὲ ὑμεῖς
ἐν νέοις· ἀλλὰ ποθεῖτε τὴν μητέρα; οὐκ
ἀπολείπομαι [d] ὑμῶν, τοῦτο ὑμῖν ὑπισχνοῦμαι· d
οὐχ οὕτως ἐγὼ μισότεκνος.

θ. Ἐπεὶ δὲ τελειωθέντας [e] εἶδεν, καὶ τὸ e
ἀσφαλὲς εἶχεν ἐκ τῆς συμπληρώσεως,
διάρασα τὴν κεφαλὴν μάλα φαιδρῶς, ὥσπερ
[f] τις Ολυμπιονίκης, ἐν ὑψηλῷ τῷ [g] φρονή- f g
ματι, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνασα, μεγάλῃ
καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ· εὐχαριστῶ σοί, φησι,
πάτερ ἅγιε, καὶ σοὶ παιδευτὰ νόμε, καὶ σοὶ
πάτερ ἡμῶν καὶ προαγωνιστὰ τῶν τέκνων
τῶν σῶν Ελεάζαρ, ὅτι τὸν τῶν ἐμῶν ὠδίνων
καρπὸν παρεδέξασθε, καὶ ὅτι μήτηρ ἐγενόμην
πασῶν μητέρων ἱερωτέρα· οὐδὲν [h] ὑπελιπόμην h
κόσμῳ, πάντα Θεῷ παραδέδωκα, τὸν ἐμὸν
θησαυρὸν, τὰς ἐμὰς [i] γηροκόμους ἐλπίδας. i
ὡς μεγαλοπρεπῶς τετίμημαι· ὡς ὑπερβαλ-
λόντως γεγηροκόμημαι· ἀπέχω τὰ τροφεῖα,
ὦ παῖδες· εἶδον ὑπὲρ ἀρετῆς ἀγωνιζομένους
ὑμᾶς, πάντας στεφανίτας ἐθεασάμην· ὡς
εὐεργέτας ὁρῶ τοὺς βασανιστάς· μικροῦ καὶ
τῷ τυράννῳ χάριτας ὁμολογῶ τῆς τάξεως,
ὅτι με τελευταῖαν ἐταμιεύσατο τοῖς κινδύνοις·
ἵνα τὸν ἐμὸν τόκον πρότερον [k] θεατρίσασα, k
καὶ καθέκαστον τῶν παίδων ἀθλήσασα, οὕτως
ἐπαπέλθω σὺν ἀσφαλείᾳ τελείᾳ τελείοις
θύμασιν. οὐ σπαράξομαι πόνην, οὐ διαῤῥήξω

(*a*) Καὶ ὡς νεοσσούς &c. Billius : *ac proindè illos , non secus atque avicula , pullos suos arripiente angue* &c. Hanc similitudinem Gregorius sumpsisse videtur ab Homero, Iliad. II. vers. 315.

Μήτηρ δ' ἀμφιποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα &c.
Mater autem circumvolabat , lugens dilectos filios &c.

(*b*) Ὑμᾶς. Sic plerique Codd. In Ed. ἡμᾶς.
(*c*) Προαγούσης. Quatuor Regg. & Comb. προαγαγούσης.
(*d*) Ὑμῶν. Deest in quinque Regg. aliisque pluribus.
(*e*) Εἶδεν. Addunt nonnulli, τοὺς παῖδας, *filios.*
(*f*) Τις. Ita sex Regg. Coisl. 2. Or. 2. Par. & Jes. In Par. ed. τι.
(*g*) Φρονήματι. Reg. c. κηρύγματι, *præconio.*
(*h*) Ὑπελιπόμην. Regg. c. d. & Or. 2. ὑπολιπόμην.
(*i*) Γηροκόμους ... γεγηροκόμημαι. Regg. c. d. &c. γηροκόμους ... γεγηροκόμημαι.
(*k*) Θεατρίσασα. Nicetas sic rectè exponit : *postquam meam sobolem in theatro pompaque produxi , atque in singulorum liberorum agone desudavi.*

χιτῶνα, οὐ ξανῶ ζάρκας ὄνυξιν, οὐκ ἐγερῶ A
θρῆνον, οὐ καλέσω τὰς συνθρηνούσας, οὐ
a συγκλείσω [a] εἰς σκότος, ἵνα καὶ ἀὴρ συνθρη-
νήσῃ μοι, οὐκ ἀναμενῶ παρακλήτορας, οὐκ
ἄρτον πένθιμον παραθήσομαι. ταῦτα γὰρ
b τῶν [b] ἀγεννῶν μητέρων, αἱ ζαρκῶν μόνον εἰσὶ
c μητέρες, αἷς οἴχονται παῖδες [c] ἄνευ σεμνοῦ
τινος διηγήματος. ἐμοὶ δὲ οὐ τεθνήκατε,
φίλτατοι παίδων, ἀλλ' ἐκαρποφορήθητε·
οὐκ ἐκλελοίπατε, ἀλλὰ μετεληλύθατε· οὐ
κατεξάνθητε, ἀλλὰ συνεπάγητε· οὐ θηρίον B
d ἥρπασεν ὑμᾶς, οὐ κῦμα [d] ἐπέκλυσεν, οὐ λῃστὴς
διέφθειρεν, οὐ νόσος διέλυσεν, οὐ πόλεμος
παρανάλωσεν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἢ μικρὸν ἢ
μεῖζον τῶν ἀνθρωπίνων. ἐθρήνησα ἂν καὶ μάλα
e σφοδρῶς, [e] εἴ τι τούτων ὑμῖν συνέπεσεν· ἐφάνην
ἂν τότε τοῖς δάκρυσιν, ὡς νῦν τῷ μὴ δακρῦσαι,
φιλότεκνος. ἔτι καὶ ταῦτα μικρά· ὄντως ἂν
ὑμᾶς ἀπεκλαυσάμην, εἰ κακῶς ἐσώθητε,
f [f] εἰ τῶν βασάνων ἡττήθητε, εἴ τινος ὑμῶν
ἐκράτησαν, ὡς ἡττήθησαν νῦν οἱ διώκοντες. C
τὰ δὲ νῦν, εὐφημία, χαρὰ, δόξα, χορο-
στασίαι, φαιδρότητες τοῖς ὑπολειφθεῖσιν.
ἐγὼ γὰρ ὑμῖν ἐπισωρεύσομαι. μετὰ Φινεὲς
ταχθησόμεθα, μετὰ Ἀννης δοξασθησόμεθα·
g πλὴν ὅσον ὁ μὲν εἷς, [g] ὑμεῖς δὲ τοσοῦτοι
ζηλωταὶ πορνοκτόνοι, οὐ σωμάτων πορνείαν,
h ἀλλὰ ψυχῶν [h] ἐγκεντήσαντες. καὶ ἡ μὲν, ἕνα
θεόσδοτον, ἀρτιγενῆ καὶ τοῦτον· ἐγὼ δὲ
ἄνδρας ἑπτὰ, καὶ τούτους ἑκόντας Θεῷ
καθιέρωσα. συμπληρούτω μοι καὶ Ἱερεμίας D
i τὸν ἐπιτάφιον, οὐ θρηνῶν, ἀλλ' [i] εὐφημῶν
τελευτὴν ὁσίαν· ὑπὲρ χιόνα ἐλάμψατε, ὑπὲρ
k γάλα ἐτυρώθητε, ὑπὲρ [k] λίθον σάπφειρον
τὸ σύνταγμα ὑμῶν, Θεῷ καὶ γεγεννημένων,
καὶ δεδομένων. τί ἔτι; προσθες, ὦ τύραννε,
κἀμὲ τοῖς παισὶν, εἴ τις καὶ παρ' ἐχθρῶν
χάρις, ἵν' ἧ σοι σεμνότερον τὸ ἀγώνισμα.
εἴθε μὲν καὶ διὰ πασῶν ἦλθον τῶν κολάσεων,
l ἵνα [l] ἀναμίξω τοὺς ἐμοὺς ἰχῶρας τοῖς ἐκείνων
ἰχῶρσι, καὶ ταῖς σαρξὶ τὰς γηραιὰς σάρκας· E
ἀγαπῶ διὰ τοὺς παῖδας καὶ τὰ κολαστήρια·
εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλὰ τήν γε κόνιν τῇ
m κόνει, καὶ τάφος εἷς ἡμᾶς [m] ὑποδέξηται. μὴ
φθονήσῃς τελευτῆς ὁμοτίμου, τοῖς ὁμοτίμοις
τὴν ἀρετήν. χαίρετε, ὦ μητέρες, χαίρετε, ὦ

mam avellam, non veſtes ſcindam, non carnes unguibus lacerabo, non luctum excitabo, non luctûs ſocias accerſam, non tenebras concludam, ut ipſe quoque aër mecum lugeat, non conſolatores expectabo, non lugubrem panem apponam. Hæc enim ignavis, abjectique animi matribus conveniunt, quæ carnis duntaxat matres ſunt, quibus filii ſine ulla re memoratu digna intereunt. Mihi verò, chariſſimi Filii, haud- Machabæi per paſſionem Deo oblati.
quaquàm mortui & extincti, ſed Deo oblati eſtis: nec defeciſtis, ſed aliò migraſtis: nec lacerati, ſed compacti & coagmentati eſtis. Non fera vos rapuit, non fluctus obruit, non latro jugulavit, non morbus oppreſſit, non vis belli, non denique rerum humanarum aliud quidquam vel parvum vel magnum ſuſtulit. In maximis equidem luctibus fuiſſem, ſi quid horum vobis accidiſſet. Tum verò lacrymando, ut nunc lacrymas comprimendo, materni amoris ſpecimen ediderim. Sed hæc adhuc parva. Verè igitur vicem veſtram deploraſſem, ſi malè ſervati, ſi tormentis fracti fuiſſetis, ſi quem veſtrûm perſecutores ſuperaſſent, quemadmodùm ipſi ſuperati ſunt. At nunc, quæ vobis contigerunt, ejuſmodi ſunt, ut laudes, gaudium, gloriam, choreas, ac lætitiam omnem & hilaritatem iis, qui ſuperſtites relicti fuerint, excitare debeant. Nam ipſa poſt vos delibor. Coronati.
Jam cum Phinees collocabimur, cum Anna celebrabimur: niſi fortaſsè eò etiam magis, quòd ille unus erat; vos contrà multi zelo præditi eſtis, ac ſcortatorum interfectores, non corporum, ſed animarum ſcortationem gladio confodientes. Rursùs illa unum duntaxat, divino beneficio ſibi conceſſum, eúmque infantem; ego contrà ſeptem viros, eósque volentes Deo conſecravi. Atque, ut Jeremias quoque ipſe mihi elogium funebre concludat, non lugens, ſed laudibus ac fauſtis ominibus pium vitæ exitum proſequens. Super nivem ſplenduiſtis, ſuper lac coagulati eſtis, ſuper ſaphirum cœtus veſter eſt, quippè qui Deo progeniti atque oblati eſtis. Quid jam ſupereſt? Adjunge me, quæſo, filiis, ô Tyranne, ſi quis apud hoſtes quoque gratiæ locus eſt, ut illuſtrius tibi hoc certamen evadat. Atque utinam mihi per omnia ea ſupplicia, quibus illi affecti ſunt, graſſari contingat, ut ſaniem meam cum eorum ſanie, & carnes ætate confectas cum carnibus commiſceam. Nam ipſa quoque ſuppliciorum inſtrumenta propter filios amo. Quòd ſi mihi non concedatur, at illud certè optarim, ut cineres cum cineribus conjungantur, nóſque

Num. XXV. 7. *& ſeq.*
I. Reg. I. 22. *& ſeq.*

Ipſa Mater, à Tyranno poſtulat, ut filiis adjungatur.
Thren. IV. 7.

(*a*) Εἰς σκότος. Deeſt εἰς in pleriſque Codicibus. Qui gravi dolore premuntur, ſe quandoque in cubiculum includunt, aditus obſtruunt, & intra tenebras ſe excruciant.
(*b*) Ἀγεννῶν. Reg. bm. ἀγενῶν.
(*c*) Ἄνευ &c. Billius: *ſine ulla gravi atque honeſta narratione.*
(*d*) Ἐπέκλυσεν. Par. ἐπέκλεισεν.
(*e*) Εἴ τι τούτων ὑμῖν συνέπεσεν. Sic plures Regg. &c. Editi: εἰ τούτων ὑμῖν τι συνενέπεσεν.
(*f*) Εἰ τῶν βασάνων ἡττήθητε. Hæc deſunt in Reg. c.
(*g*) Ὑμεῖς. Tres Regg. ἡμεῖς.
(*h*) Ἐγκεντήσαντες. Reg. bm. & Coisl. 2. ἐκκεντήσαντες.
(*i*) Εὐφημῶν. Sic quinque Regg. Chryſan. Coisl. 2. Paſſ. &c. Editi, εὐφητῶν.
(*k*) Λίθον σάπφειρον. Reg. bm. λίθῳ σάπφειρῳ.
(*l*) Ἀναμίξω. Paſſ. μίξω.
(*m*) Ὑποδέξηται. Or. 2. Paſſ. Combef. ὑποδέξεται.

unum idémque monumentum excipiat. Noli iis, qui pari virtute prædíti ſunt, par mortis genus invidere. Valete matres, valete filii. Sic à vobis prognatos educate: ſic ipſi educemini. Pulchrum vobis exemplum dedimus; certate.

Martyrio coronatur.

X. Hâc oratione habitâ, filiis ſeipſam adjecit. Quonam pacto? Sic nempè, ut ad rogum, (hoc enim ſupplicii genere mulctata fuerat,) non ſecus atque ad nuptialem thalamum curreret, ac ne carnifices quidem expectaret, ne ſanctum & generoſum corpus profani homines contingerent. Hunc ſacerdotii fructum cepit Eleazarus, qui cœleſtia myſteria didicerat ac docuerat, atque Iſraëlem non externis aſperſionibus, ſed proprio cruore luſtraverat, & mortem extremum myſterium fecerat. Hunc juventutis fructum tulerunt filii, qui non voluptatibus inſervierunt, ſed turbulentos animi motus rationis imperio compreſſerunt, corpúſque à peccati ſordibus purum ſervarunt, atque ad vitam à vitioſis animorum permotionibus liberam tranſlati ſunt. Hoc commodi ex multiplici ſobole cepit mater: ſic & vivis gloriata eſt, & cum ipſis diem vitæ ultimum clauſit; non antè tamen, quàm, quos mundo procreaverat, Deo exhibuiſſet, doloréſque quos in pariendo pertulerat, certaminum numero recenſuiſſet, partuúmque ſeriem ex ipſorum morte recognoviſſet. A primo enim ad ultimum uſque omnes dimicarunt, aliúſque alii, velut in fluctuum jactatione, ſuccedens, virtutis ſuæ ſpecimen exhibebat, majorémque ad perferendos dolores alacritatem afferebat, ejus nimirum, qui præceſſerat, periculis incitatus & exacutus: adeò ut tyrannus commodè ſecum agi duceret, quòd non plures illa liberos peperiſſet; ſic enim majori cum dedecore & clade diſceſſiſſet. Ac tum primùm ſe non omnia vi atque armis conſequi poſſe cognovit, cùm inermes pueros oppugnare aggreſſus eſt, ſolis pietatis armis inſtructos, atque ita affectos, ut ad quævis tormenta perpetienda, quàm ille ad inferenda, paratiores eſſent.

Omnes à primo ad ultimum fortiter decertarunt.

Machabæorum ſacrificium, ſacrificio Jephte præſtantius. *Judic.* XI. 30. *& ſeq.*

XI. Hoc facinus, *Jephte ſacrificio* cautius atque magnificentius. Neque enim, ut illic, pollicitationis fervor, ac deſperatæ victoriæ cupiditas votum ſolvendi neceſſitatem imponebat; ſed à libera voluntate ſacrificium proficiſcebatur, & quidem

παῖδες· οὕτως ἐκτρέφετε τοὺς ἐξ ὑμῶν προελθόντας· οὕτως ἐκτρέφεσθε· καλὸν ὑπόδειγμα [a] δεδώκαμεν ὑμῖν· ἀγωνίζεσθε. a

ι. Ταῦτα ἔλεγε, καὶ [b] προσετίθει τοῖς b παισὶν ἑαυτήν. τίνα τρόπον; ὡς ἐπὶ νυμφῶνα τὴν πυρκαϊὰν δραμοῦσα, ταύτην γὰρ κατεκρίθη, καὶ οὐδὲ τοὺς ἄγοντας ἀναμείνασα, [c] ἵνα μὴ δὲ σῶμα ψαύσειεν c ἄναγνον ἁγνοῦ καὶ γενναίου ζώματος. οὕτως ἀπέλαυσε τῆς ἱερωσύνης Ελεάζαρ, μυηθεὶς καὶ μυήσας τὰ ἐπουράνια, καὶ οὐ τοῖς ἔξωθεν ῥαντισμοῖς τὸν Ισραὴλ ἁγιάσας, ἀλλ' οἰκείοις αἵμασι, καὶ ποιήσας τὴν [d] τελευτὴν τελευταῖον d μυστήριον· οὕτω τῆς νεότητος οἱ παῖδες, οὐ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύσαντες, ἀλλὰ τοῖς παθῶν κυριεύσαντες, καὶ τὸ σῶμα καθαγνίσαντες, καὶ πρὸς τὴν ἀπαθῆ ζωὴν μεταθέμενοι· οὕτως ἀπέλαυσε τῆς πολυτεκνίας ἡ μήτηρ· οὕτω καὶ ζῶσιν ἐκαλλωπίσατο, καὶ ἀπελ- C θοῦσι συνανεπαύσατο· οὓς ἐγέννησε κόσμῳ, Θεῷ ἁγιάσασα, καὶ τὰς ἑαυτῆς ὠδῖνας τοῖς ἄθλοις [e] ἀπαριθμήσασα, καὶ τοῦ τόκου e τὴν ἀπολουθίαν τοῖς θανάτοις γνωρίσασα. ἀπὸ γὰρ τοῦ πρώτου τῶν παίδων μέχρι τοῦ τελευταίου τὰ τῆς ἀθλήσεως, καὶ ὥσπερ ἐν κυμάτων ἐπαναστάσεσιν, ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ τὴν ἀρετὴν ἐπεδείκνυτο, [f] καὶ εἰς τὸ πάσχειν f ἦν προθυμότερος, τοῖς τοῦ προειληφότος D κινδύνοις στομούμενος· ὥστε ἀγαπᾷν τὸν τύραννον, ὅτι μὴ πλειόνων ἐγεγόνει μήτηρ· μᾶλλον γὰρ ἂν ἀπῆλθε κατησχυμμένος, καὶ ἡττημένος· καὶ τότε πρῶτον ἔγνω, μὴ πάντα τοῖς ὅπλοις ἰσχύων, ὁπότε παισὶν ἀόπλοις προσέβαλεν, ἑνὶ μόνῳ τῇ εὐσεβείᾳ καθοπλισμένοις, καὶ τῷ πάντα πάσχειν [g] προθυμότεροις, ἢ δρᾶν [h] ἐκεῖνος παρε- g h σκευάζετο.

ια. Τοῦτο τῆς Ιεφθάε θυσίας ἀσφαλέστερον, καὶ μεγαλοπρεπέστερον· οὐ γὰρ E ἀναγκαίαν ἐποίει τὴν ἐπίδοσιν, ὥσπερ ἐκεῖ, ἐπαγγελίας θερμότης, καὶ νίκης ἔρως [i] ἀπε- i γνωσμένης· ἀλλ' ἑκούσιος ἱερουργία, καὶ

(a) Δεδώκαμεν ὑμῖν· ἀγωνίζεσθε. Sic plures Regg. tredecim Colb. Coisl. 1. & 2. &c. omiſſis his vocibus, πρὸς τὸν ἀγῶνα τὸν κάλον ἀγωνίζεσθαι, *ut bonum certamen certetis*, quæ in Editis leguntur.

(b) Προσετίθει. Reg. bm. προσετίθη.

(c) Ινα μή. Sic Paſſ. Editi verò, ἵνα μηδέ.

(d) Τελευτὴν τελεύταιον μυστήριον. Sic Regg. plures, undecim Colb. Coisl. 2. Or. 2. & Paſſ. Billius pro τελευτήν, legit cum Editis, τελευταίαν ἡμέραν, *extremum vitæ diem.*

(e) Απαριθμήσασα. Reg. d. ἀριθμήσασα.

(f) Καὶ εἰς τὸ πάσχειν &c. Deeſt εἰς, in quatuor Regg. & in Or. 2. Alii legunt: καὶ εἰς τῷ πάσχειν. Nicetas in expoſitione: εἰς τὸ πάσχειν τοῖς τῶ προειληφότος κινδύνοις στομούμενος. *Præcedentibus periculis roboratus, obſirmatus, ad perſerenda alacrior.*

(g) Προθυμοτέροις. Sic Coisl. 2. & Or. 2. In aliis, προθυμοτέρως. Editi, προθυμότερον.

(h) Εκείνος. Sic ſex Regg. Coisl. 1. Or. 2. & Paſſ. Editi, ἐκείνοις.

(i) Απειγωσμένης. Reg. d. ἀπειγώσμενος.

μισθὸν

μισθὸν ἔχουσα μόνα τὰ ἐλπιζόμενα. τοῦτο τῶν Δανιὴλ ἄθλων οὐκ ἀτιμότερον, ᾧ δεδοθέντος εἰς βορὰν λέουσι, καὶ τῇ τῶν χειρῶν ἐκτάσει τοὺς θῆρας νικήσαντος. τοῦτο τῶν ἐν Ασσυρίᾳ νεανίσκων οὐ δεύτερον, οὓς Ἄγγελος ἀνέψυξεν ἐν πυρὶ, τὸν πατρῷον νόμον μὴ καταλύσαντας, μηδὲ τροφὴν προσιεμένους βέβηλον καὶ ἀνίερον. τοῦτο τῶν ὕστερον ὑπὲρ
a Χριστοῦ [a] θυμάτων, εἰς φιλοτιμίαν οὐκ ἔλαττον. οἱ μὲν γὰρ, ὃ καὶ ἀρχόμενος εἶπον τοῦ λόγου, τῷ Χριστοῦ κατηκολούθησαν
b αἵματι· καὶ [b] Θεὸς ἦν ὁδηγὸς τῶν τοιούτων ἄθλων, τοσαύτην ὑπὲρ ἡμῶν εἰσενεγκὼν εἰσφορὰν καὶ οὕτω ἔνδοξον· τοῖς δὲ, οὐ πολλὰ, οὐδὲ τοιαῦτα τὰ τῆς ἀρετῆς ὑποδείγματα. τούτων τὴν καρτερίαν ἐθαύμασε μὲν ἡ Ιουδαία πᾶσα, καὶ ὡς αὐτὴ στεφανω-
c θεῖσα ἠγάλλετο καὶ ἐφαίνετο· [c] καὶ γὰρ ἦν ἀγὼν οὗτος, καὶ ἀγώνων μέγιστος τῶν
d πώποτε [d] περισχόντων τὴν πόλιν, ἢ καταλυθῆναι τὸν νόμον κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἢ δοξασθῆναι· καὶ ὡς ἐπὶ ξυροῦ τὰ πράγματα εἱστήκει τότε παντὶ τῷ τῶν Ἑβραίων γένει, τὰ τῆς ἐκείνων ἀθλήσεως· ἠγάσθη δὲ καὶ Αντίοχος, οὕτω μεταβαλὼν εἰς θαῦμα τὴν ἀπειλήν. ἴσασι γὰρ θαυμάζειν ἀνδρῶν ἀρετὴν
e καὶ πολέμιοι, [e] ὅταν, τοῦ θυμοῦ λήξαντος,
g f ἡ πρᾶξις [f] ἐφ' ἑαυτῆς [g] δοκιμάζηται· ὥστε καὶ ἀπῆλθεν ἄπρακτος, πολλὰ μὲν τὸν
h πατέρα Σέλευκον ἐπαινέσας τῆς [h] εἰς τὸ ἔθνος τιμῆς, καὶ τῆς εἰς τὸ ἱερὸν μεγαλοψυχίας· πολλὰ δὲ Σίμωνα τὸν ἐπαγαγόντα μεμψάμενος, ὡς καὶ τῆς ἀπανθρωπίας αἴτιον καὶ τῆς ἀδοξίας.

ejuſmodi, ut iis tantùm, quæ in ſpe poſita ſunt, præmiis niteretur. Hoc Danielis certaminibus haudquaquàm inferius, qui *leonibus in eſcam objectus eſt*, ac per manuum extenſionem belluas ſuperavit. Hoc *juvenum in Aſſyria captivorum* luctationibus haudquaquàm cedit, quos, cùm nullis rationibus adduci potuiſſent, ut patrias leges violarent, cibúmque profanum admitterent, Angelus in mediis flammis refrigeravit. Hoc denique victimis illis, quæ poſtea pro Chriſto cæſæ ſunt, nequaquàm minorem laudem gloriámque promeretur. Illi enim, quemadmodùm Orationis initio à nobis dictum eſt, Chriſti ſanguinem ſequebantur; Deúmque, qui tantum támque admirabile munus ſalutis noſtræ causâ obtulit, ad hujuſmodi certamina ducem habebant: his autem nec multa, nec talia virtutis exempla contigerunt. Horum fortitudinem & conſtantiam univerſa Judæa admirata eſt, atque exultabat animíſque erigebatur, perindè ac ſi ipſa coronam conſecuta eſſet. Etenim certamen iſtud erat, omnium certaminum, quibus unquam implicata civitas fuerat, maximum, ut illo die, aut Legis authoritas everteretur, aut gloriam ac ſplendorem conſequeretur: atque eò loci tota Hebræorum natio adducta erat, ut omnis rerum ipſorum ſtatus hujus certaminis periculo contineretur, atque, ut dici conſuevit, in novaculæ acie ſtaret. Ipſe quoque Antiochus, minis in admirationem converſis, demiratus eſt. Nam virorum fortium virtutem hoſtes quoque ipſi admirari norunt, cùm, ſedatâ iracundiâ, res ipſa in ſe expenditur. Quare infectis rebus diſceſſit, *Seleucum* quidem *patrem*, qui plurimos honores huic nationi tribuerat, templúmque magnificis donis exornaverat, multis laudibus proſequens; *Simoni* verò, qui eum ad hanc expeditionem ſuſcipiendam induxerat, valdè ſuccenſens, ut qui crudelitatis ipſius ignominiæque acceptæ author extitiſſet.

Dan. VI. 16.

Ibid. III. 23. *& ſeq.*

Machabæorum conſtantia & fortitudo, mirabile fuit omnibus ſpectaculum.

Virorum fortium virtutem ipſi hoſtes mirantur.

II. Mach. III. 3. *& ſeq.*

i ιβ. Τούτους [i] μιμώμεθα καὶ ἱερεῖς, καὶ μητέρες, καὶ παῖδες· οἱ μὲν, εἰς τὴν Ελεαζάρου τιμὴν τοῦ πνευματικοῦ πατρὸς, καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ τὸ βέλτιστον ἐνδειξάντος· αἱ δὲ, τῆς γενναίας μητρὸς, ἀληθῶς φιλότεκνοι φανεῖσαι, καὶ Χριστῷ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἐνδείξασθαι, ἵνα καὶ γάμος ἁγιασθῇ διὰ τῆς τοιαύτης θυσίας· οἱ δὲ, τοὺς ἱεροὺς αἰδούμενοι παῖδας, καὶ τὴν νεότητα δαπανῶντες, οὐκ ἐν τοῖς αἰσχροῖς πάθεσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς κατὰ τῶν παθῶν ἀγωνίσμασι, καὶ πρὸς τὸν

XII. Hos igitur, & ſacerdotes, & matres, & filii, æmulemur. Sacerdotes quidem, in Eleazari ſpiritualis parentis honorem, qui non modò ſermone, ſed etiam opere, quod optimum erat, oſtendit ac docuit: matres autem, in generoſæ matris honorem, verum amoris erga filios argumentum edentes, ac Chriſto liberos veſtros exhibentes, ut per hujuſmodi ſacrificium matrimonio quoque ſanctitas comparetur: filii denique, ſacroſanctos filios reverentes, atque adoleſcentiam non in turpibus & fœdis cupiditatibus, ſed in certaminibus adverſus pravas affectiones ſuſcep-

Machabæorum exemplũ ſacerdotibus, matribus & adoleſcentibus propoſitum.

(a) Θυμάτων. Coisl. 2. παθημάτων. Paſſ. θαυμάτων.
(b) Θεὸς ... εἰσενεγκών. Paſſ. Χριστὸς ... ἐνεγκών.
(c) Καὶ γὰρ ἦν ἀγὼν &c. Billius: *maximum enim civitati propoſitum erat certamen, utrum eo die legis authoritas &c.*
(d) Περισχόντων. Coisl. 2. περιεχόντων.
(e) Ὅταν. Sic Regg. bm. ph. In Ed. ὅτ' ἄν.
(f) Ἐφ' ἑαυτῆς. Coisl. 2. ἐφ' ἑαυτήν.
(g) Δοκιμάζηται. Or. 2. δοκιμάζεται.
(h) Εἰς τὸ ἔθνος. Sic quatuor Regg. & Paſſ. Deeſt τό, in Ed.
(i) Μιμώμεθα. Or. 2. μιμόμεθα. Alii, μιμησώμεθα.

Diabolus quotidianus noster Antiochus.

tis consumentes, strenuéque cum quotidiano nostro Antiocho confligentes, qui membris omnibus bellum infert, eáque variis modis persequitur. Athletas enim quovis tempore ac modo, ex omni sexu & ætate, sive aperto bello lacessantur, sive occultis insidiis appetantur, habere cupio; ac tum priscis tum recentibus historiis adjuvari, atque apum ritu ad solertem unius favi confectionem, & suavitatem, utilissima quæque colligere, ut & per vetus & per novum Testamentum Deus in nobis celebretur, qui in Filio, Spiritúque Sancto glorificatur, & *cognoscit suos, & à suis cognoscitur*, & *confitentes se confitetur*, & *glorificantes glorificat*, in ipso Christo, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Joan. x. 14. *Matth.* x. 32. *1. Reg.* ii. 30.

καθ' ἡμέραν Αντίοχον γενναίως ἀνδριζόμενοι πᾶσι μέλεσι [a] πολεμοῦντα, καὶ [b] διαφόρως διώκοντα. ποθῶ γὰρ ἀθλητὰς ἔχειν, κατὰ πάντα καιρὸν καὶ τρόπον, καὶ γένος ἅπαν, καὶ ἡλικίαν ἅπασαν, καὶ φανερῶς πολεμουμένην, καὶ ἀφανῶς ἐπιβουλευομένην· καὶ βοηθεῖσθαι μὲν τοῖς παλαιοῖς διηγήμασι, βοηθεῖσθαι δὲ καὶ τοῖς νέοις, καὶ πανταχόθεν, ὥσπερ αἱ μέλισσαι, [c] συλλέγειν τὰ χρησιμώτατα εἰς ἑνὸς κηρίου φιλοτεχνίαν καὶ γλυκασμόν, ἵνα καὶ διὰ παλαιᾶς καὶ νέας [d] εὐδοκιμῇ Θεὸς ἐν ἡμῖν, ὁ ἐν υἱῷ καὶ Πνεύματι δοξαζόμενος, καὶ γινώσκων τοὺς ἰδίους, καὶ γινωσκόμενος ὑπὸ τῶν ἰδίων, ὁμολογούμενός τε καὶ ὁμολογῶν, δοξαζόμενός τε καὶ δοξάζων, ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ, ᾧ ἡ [e] δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας [f] τῶν αἰώνων· Αμήν.

(a) Πολεμοῦντα. Jes. τυραννοῦντα.
(b) Διαφόρως. Chrysan. & Jes. ἄλλοτε ἀλλὼς καὶ διαφόρως.
(c) Συλλέγειν. In quibusdam, συνάγειν.
(d) Εὐδοκιμῇ. Pass. εὐδοκιμήσῃ.
(e) Δόξα. Or. 2. addit: καὶ τὸ κράτος, & *imperium*.
(f) Τῶν αἰώνων. Sic Reg. bm. Deest in Ed.

MONITUM

IN ORATIONEM DECIMAM-SEXTAM.

I. *Cum Tiberina regio, ubi Arianzi pagus, Gregorii natale ſolum, plurimis ac graviſſimis afflictata eſſet calamitatibus, in miſeriæ cumulum, vineas & maturas jam fruges triſtis grando demeſſuerat. Tot tantiſque territa periculis Nazianzena plebs ad utrumque Gregorium, tanquam ad tutiſſimum portum, convolavit. Has autem calamitates cùm Gregorius ſenior, ob populi ſcelera, immiſſas doleret, ſtupens ipſe præ mæſtitia ſilebat. Theologus verò, licèt invitus, plebis ſuaſu in medium prodiens, hanc ad Nazianzenos Orationem habuit. Optaſſet quidem ſilere, Patrem autem loqui; idque ipſo Orationis exordio profitetur. Verùm, ubi fruſtrà tentavit, ipſe ad inveſtigandas calamitatis cauſas convertitur, eaſque longâ ac multiplici peccatorum, quæ Dei iram excitaverant, enumeratione, exponit. Deindè Nazianzenos hortatur, ut, peccati fugâ, lacrymis, compunctione cordis ac precibus ad divinam benignitatem confugiant. Demùm, conversâ ad Patrem Oratione, eum rogat, ut ipſe populum erudiat, doceatque* illa pietatis ac miſericordiæ officia, quibus Deus magis quàm pluribus oblationibus delectatur. Orationis argumentum. Or. XVI. n. 20.

II. *Moralis eſt & ſuaſoria hæc Oratio. Mira in ea elucet dicendi copia, eximiúſque verborum & ſententiarum in rem ſuam ex Scripturis delectus. Dicta videtur medio circiter anno 373. quippè quæ, incepto jam eodem anno, & ſaltem ante medium anni 374. haberi debuit. Gregorius ſiquidem noſter in hac Oratione Epiſcopum apertè ſe prodit :* loquere, *inquit Patrem alloquens*, loquere, quæſo, etſi pauca.... Hunc populum mihi compone, alumno diſciplinæ tuæ, deindè Paſtori, nunc autem Paſtorum quoque Principi. *Undè profectò manifeſtum eſt, hanc à Gregorio ſcriptam dictamque Orationem, non tantùm poſtquam conſecratus eſt Epiſcopus, anno ſcilicet medio 372. verùm etiam poſt ſuſceptam ab eo Nazianzenæ Eccleſiæ unà cum Patre adminiſtrationem, quod quidem contigit exeunte anno 372. vel potiùs ineunte 373. Non poteſt etiam differri ultrà medium annum 374. Etenim Gregorio filio dicenti interfuit Gregorius Pater, qui ſequenti menſe Martio vel Aprili anni 374. obiit. Hæc igitur Oratio ad annum circiter medium 373. meritò pertinere videtur.* Quo tempore habita hæc Oratio. Or. XVI. n. 4.

---

[a] ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΣΙΩΠΩΝΤΑ *δι᾽ τὴν πληγὴν τῆς χαλάζης.*

ΛΟΓΟΣ ιϛ.

α. Τί λύετε τάξιν ἐπαινουμένην; τί βιά-
b ζεσθε γλῶσσαν νόμῳ δουλεύσασαν; τί [b] προ-
καλεῖσθε λόγον εἴκοντα πνεύματι; τί τὴν κε-
c φαλὴν ἀφέντες, ἐπὶ τοὺς πόδας [c] ἐσπεύσατε;

(*a*) Εἰς τόν &c. Sic Regg. bm. ph.
(*b*) Προκαλεῖσθε. Reg. ph. προσκαλεῖσθε.
(*c*) Εσπεύσατε. Sic Regg. a. c. d. bm. Coisl. 1. Or. 1. &c. In aliis verò non paucis, σπεύδετε. Quæ lectio non minus placet. Editi, ἀπεύσατε.

IN PATREM TACENTEM *propter plagam grandinis.*

ORATIO DECIMA-SEXTA.

Aliàs 15. quæ autem 16. erat, nunc 14.

Habita medio circiter anno 373. Gregorii pietatis erga patrem teſtimonia.

AI. Quid laudabilem ordinem ſolvitis? Quid linguæ legi ſervienti vim affertis? Quid ſermonem ſpiritui cedentem provocatis? Quid, relicto capite, ad pedes accurritis? Quid Aaronem prætereuntes, Elea-

zarum in medium producitis? Non patior fontem obſtrui, & torrentem currere; Solem occultari, & ſtellam lucere; canitiem ſe ſubducere, & juvenilem ætatem leges ferre; ſapientiam ſilere, & imperitiam inſolenter ſe jactare. Nam profectò nec major pluviæ vis minore utilior eſt. Quid enim? Si vehementior fuerit, terram abſtrahit, & agricolæ fructus ſummatim comminuit; hæc autem ſenſim ac leniter labens, & ad ima uſque penetrans, agrum pinguem reddit, atque agricolam commodo afficit, ſpicámque ad maturum fructum alit. Nec item in ſermonibus, is, qui dicendi copiâ præſtat, ſapientiore fructuoſior & conducibilior eſt. Ille enim, cùm auditorem exiguâ forſan voluptate affecerit, abſceſſit, ſimúlque cum percuſſo aëre ſolutus eſt, nihil aliud ſupra hoc virium habens, ac per linguæ leporem avidis auribus tanquam præſtigias quaſdam offudit. Hic autem in mentem penetravit, ac dilatatum os Spiritu implevit, ortúque ſuo major apparuit, atque ingentem paucis ſyllabis ſegetem edidit.

Prima ſapientia eſt vita proba vitiiſque expurgata.

II. Nondum de vera illa & prima ſapientia loquor, cujus præclarus hic Paſtor & agricola principatum tenet. Prima autem ſapientia, eſt vita proba, & honeſta, Deóque perpurgata, vel certè ſe purgans; Deo, inquam, qui puriſſimus & ſplendidiſſimus eſt, ſolúmque purgationis ſacrificium à nobis requirit, quod quidem *cor contritum*, & *laudis ſacrificium*, & *novam in Chriſto creaturam*, & *novum hominem*, aliáque id genus, appellare Scriptura conſuevit. Prima ſapientia eſt, ſapientiam in ſermone ac dictionum ſtrophis, atque adulterinis & ſupervacaneis figuris ſitam aſpernari. Mihi autem utinam potiùs *quinque verba cum prudentia eloqui contingat, quàm decem millia in lingua* & voce tubæ ſine ſenſu, haudquaquàm militem meum ad ſpirituale bellum excitante. Hanc ego ſapientiam laudo, hanc complector, per quam ignobiles gloriam conſecuti ſunt, & ad quam ii, qui nullo in pretio erant, cæteris prælati ſunt, & cum qua Piſcatores univerſum orbem Evangelii vinculis, tanquam retibus, implicuerunt, ac per *conſummatum & abbreviatum verbum*, *ſapientiam eam, quæ deſtruitur*, ſuperarunt. Nec enim qui in ſermone ſapientiâ præſtat, hic mihi ſapiens eſt, nec qui

Pſ. I. 19. & XLIX. 23. *II. Cor.* V. 17. *Eph.* IV. 24. *I. Cor.* XIV. 19. *Rom.* IX. 28. *I. Cor.* II. 6.

A τί τὸν Ααρὼν ωδατρέχοντες, τὸν Ελεάζαρ ωεβάλλεσθε; ἐ δέχομαι πηγὴν φράσεσθαι, καὶ χείμαῤῥον φέρεσθαι· ἥλιον κρύπτεσθαι, καὶ ἀςέρα δείκνυσθαι· τὴν πολιὰν ὑποχωρεῖν, καὶ τὴν νεότητα νομοθετεῖν· τὴν Ϛοφίαν σιωπᾷν, καὶ τὴν ἀπειρίαν νεανιεύεσθαι. ὅτε ὑετῶ πάντως ὁ πλείων, τῶ ἐλάττονος χρησιμώτερος. [a]τί γάρ; εἰ ὁ μὲν σφοδρότερος ὢν, ωδασύρει a
τὴν γῆν, καὶ ωεσζημιοῖ τῷ κεφαλαίῳ τὸν γεωργόν· ὁ ᾧ ἠρέμα χεόμενος, καὶ εἰς τὰ B βάθη δυόμενος, πιαίνει τὴν ἄρουραν, Ϛ ὀνίνησι τὸν ἀρόσοντα, ϗ τρέφει ϛάχυν εἰς καρπὸν ὥριμον. [b]ὅτε ἐν λόγοις ὁ δαψιλέςερος, τῶ Ϛοφωτέρω λυσιτελέςερος. ὁ μὲν ϒδ ἴσως [c]ὀλίγον εὐ- b c
φράνας ἀπῆλθε, καὶ ὁμῶ τῷ πληγέντι ἀέρι διελύθη, μηδὲν δυνηθεὶς ὑπὲρ τοῦτο, καὶ τὴν λίχνον ἀκοὴν τῇ εὐγλωττίᾳ κατεγοήτευσεν. ὁ δὲ εἰς τὸν νοῦν διέβη, καὶ πλατύνας τὸ ϛόμα ἐπλήρωσε Πνεύματος, καὶ τῆς ϒυνήσεως [d]ὤφθη μακρότερος, καὶ πολλὰ ἐν ὀλίγαις d
C συλλαβαῖς ἐγεώργησε.

β. Καὶ ἵνα λέγω τὴν ἀληθινὴν Ϛοφίαν ϗ ωεφότην, ἧς ὁ θαυμάσιος ὅδε γεωργὸς ϗ ωοιμὴν τὰ ωεῶτα φέρεται. Ϛοφία ωεφότη, βίος ἐπαινετὸς καὶ Θεῷ κεκαθαρμένος, ἢ καθαιρόμενος, τῷ καθαρωτάτῳ καὶ λαμωρωτάτῳ, καὶ μόνην ἀπαιτοῦντι παρ' ἡμῶν θυσίαν, τὴν κάθαρσιν, ἣν δὴ καρδίαν συντετριμμένην, καὶ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ καινὴν ἐν Χριϛῷ κτίσιν, καὶ νέον ἄνθρωπον, καὶ τὰ τοιαῦτα, τῇ γραφῇ D καλεῖν φίλον. Ϛοφία ωεφότη, Ϛοφίας ὑωερορᾶν τῆς ἐν λόγῳ κειμένης, ϗ ϛροφαῖς λέξεων, Ϛ ταῖς κιβδήλοις ϗ ωεπλαῖς [e]ἀντιθέσεσιν. ἐμοὶ e
δὲ γένοιτο πέντε λόγους ἐν ἐκκλησίᾳ λαλῆσαι μετὰ συνέσεως, [f]ἢ μυρίους ἐν γλώσσῃ, καὶ f
φωνῇ Ϛάλπιγγος ἀσήμῳ, τὸν ἐμὸν ὁπλίτην ἐκ ἐγειρόσῃ πρὸς τὸν πνευματικὸν πόλεμον. ταύτην ἐπαινῶ τὴν Ϛοφίαν ἐγὼ, ταύτην ἀσωάζομαι, δι' ἧς ἀγεννεῖς [g]ἐδοξάθησαν, ϗ εἰς ἣν [h]ἐξυ- g h
E θενήμενοι προετιμήθησαν, Ϛ μεθ' ἧς ἁλιεῖς τὴν οἰκουμένην ὅλην τοῖς τῦ Εὐαγγελίου δεσμοῖς ἐσαγήνευσαν, τῷ συντετελεσμένῳ καὶ συντετμημένῳ λόγῳ, τὴν καταργεμένην Ϛοφίαν νικήσαντες. ἐ ϒδ ὁ ἐν λόγῳ Ϛοφὸς, οὗτος ἐμοὶ Ϛοφὸς, ἐδὲ ὅς τις γλῶσσαν μὲν εὔϛροφον ἔχει,

(*a*) Τί γάρ &c. Billius: *quonam enim pacto, cùm illa ob vehementiam ſuam terram abſtrahat, atque ipſa etiam ſorte agricolam mulctet* &c.

(*b*) Οὕτε ἐν &c. Or. I. ὅτε ὁ ἐν. Fortaſsè legendum: ὅτως ὅτε ὁ ἐν λόγοις δαψιλέςερος.

(*c*) Ολίγον. Reg. c. ὀλίγα.

(*d*) Ωφθη μακρότερος. *Sublimior, grandior apparuit.* Billius: *longior extitit.*

(*e*) Αντιθέσεσιν. *Antitheſibus.* Billius: *diſputationibus.*

(*f*) Η μυρίους &c. Reg. a. ἢ μυρίους λόγους, *decem milliæ verborum.* Sic in Epiſt. I. ad Cor. XIV. 19. *Sed in Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, ut & alios inſtruam, quàm decem millia verborum in lingua.* Billius: *quàm ſexcenta in lingua & voce tubæ obſcura.*

(*g*) Εδοξάσθησαν. Ita plerique Codd. In Editis, ἀδοξάσθησαν, *ignominiâ affecti ſunt.*

(*h*) Εξυθενήμενοι. Sic Reg. ph. Chryſ. Coisl. I. Or. I. &c. In Ed. ἐξουδενώμενοι.

[a] ψυχὴν

a [a] ψυχὴν δὲ ἄστατον καὶ ἀπαίδευτον, ὥσπερ τῶν τάφων, ὅσοι τὰ ἔξωθεν ὄντες εὐπρεπεῖς καὶ ὡραῖοι, μυδῶσι νεκροῖς τὰ ἔνδον, καὶ πολλὴν δυσωδίαν περικαλύπτουσιν· ἀλλ' ὅστις ὀλίγα μὲν περὶ ἀρετῆς φθέγγεται, πολλὰ δὲ οἷς ἐνεργεῖ παραδείκνυσι, καὶ τὸ ἀξιόπιστον τῷ λόγῳ, διὰ τοῦ βίου, περιτίθησιν.

A volubilem quidem linguam, inſtabilem verò & imperitum animum habet, illis utique *ſepulchris* non abſimilis, quæ, cùm *foris pulchra & decora ſint, intus tamen cadaveribus ſcatent*, atque ingentem fœtorem obtegunt: verùm is, qui pauca quidem de virtute verba facit, multa verò operibus exhibet, fidem & authoritatem ſermoni ſuo per vitam conciliat. *Matth.* XXIII. 27.

γ. Κρείσσων ἐμοὶ εὐμορφία θεωρουμένη, b [b] τῆς ἐν λόγῳ ζωγραφουμένης· καὶ πλοῦτος, c [c] ὃν αἱ χεῖρες ἔχουσιν, ἢ ὃν οἱ ὄνειροι πλάττουσιν· καὶ Σοφία, οὐχ ἡ τῷ λόγῳ λαμπρυνομένη, ἀλλ' ἡ διὰ τῶν ἔργων ἐλεγχομένη. σύνεσις γὰρ ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν, φησιν, ἀλλ' οὐ τοῖς κηρύττουσιν· ταύτης δὲ βάσανος ἀκριβεστάτη τῆς Σοφίας χρόνος, καὶ στέφανος ὄντως γήρας καυχήσεως. εἰ γὰρ οὐ χρὴ μακαρίζειν πρὸ τελευτῆς ἄνθρωπον, ὡς Σολομῶντι κἀμοὶ δοκεῖ, καὶ ἄδηλον ὃ τι διὰ τῆς ἐπιούσης τεχθήσεται, πολλὰς τροφὰς ἐχούσης ἡμῶν τῆς κάτω ζωῆς, καὶ τοῦ τῆς ταπεινώ- C d σεως σώματος ἄνω καὶ κάτω [d] κινουμένου καὶ μεταπίπτοντος· πῶς οὐχὶ καὶ ὁ τὸ πολὺ e τοῦ [e] βίου κενώσας ἀμέμπτως, καὶ οἷον ἤδη πρὸς λιμέσιν ὢν τῶν κοινῶν τῆς ζωῆς πελάγους, τῷ πολὺν ἔχοντος ἔτι τὸν πλοῦν ἀσφαλέστερος, καὶ διὰ τοῦτο μακαριώτερος;

III. Præſtantior, meo quidem judicio, eſt pulchritudo ea, quæ oculis cernitur, quàm quæ ſermone pingitur: & divitiæ, quas manus tenent, quàm quæ per ſomnia effinguntur: & ſapientia, quæ per opera demonſtratur, quàm quæ ſermone nitet, ac ſplendeſcit. *Intellectus* enim *bonus*, inquit ille, *omnibus facientibus eum*, non autem prædicantibus. Hujus porrò ſapientiæ certiſſimus explorator tempus eſt, ac *verè gloriationis corona ſenectus.* Nam ſi, ut ego cum Salomone ſentio, *hominem ante mortem beatum prædicare* non oportet, incertúmque eſt, *quid ſuperventura dies paritura ſit*, propterea quòd terrena noſtra vita multas converſiones habeat, atque humilitatis corpus ſurſùm & deorſùm moveatur, ac ſubindè immutetur; quid afferri poteſt, quin is, qui magnam vitæ partem ſine reprehenſione confecit, & jam communis hujus vitæ maris velut in portu eſt, tutior, ac proindè beatior ſit, quàm is, cui longa adhuc navigatio ſupereſt? Sapientia, quæ per opera demonſtratur, præſtantior, quàm quæ ſermone nitet. *Pſ.* CX. 10. *Prov.* XVI. 31. *Eccli.* XI. 31. *Prov.* XXVII. 1.

δ. Μὴ τοίνυν ἀποκλείσῃς γλῶσσαν τὴν πολλὰ φθεγξαμένην καλῶς, ἧς οἱ καρποὶ πολλοὶ, καὶ πολλὰ τὰ τῆς δικαιοσύνης γεννήματα· ἧς πόσα τὰ τέκνα, καὶ τίνες οἱ D θησαυροὶ, ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε· πᾶς ὁ λαὸς οὗτος, ὃν ἐν Χριστῷ διὰ τῆς Εὐαγγελίου ἐγέννησας. μὴ δὴ φθονήσῃς ἡμῖν τῶν χρηστῶν πλέον, ἢ ὀλίγων ῥημάτων, f μὴ δὲ τῆς [f] μελλούσης ζημίας ἤδη δῶς τὸ προοίμιον. φθέγξαι, βραχέα μὲν, ἀλλ' h g ἐμοὶ φίλα [g] καὶ ἥδιστα· [h] οὐκ ἀκουστὰ μὲν, i ἀλλὰ τῇ πνευματικῇ [i] βοῇ γινωσκόμενα, k καθ' ἣν καὶ σιωπῶντος ἀκούει [k] Μωσέως l Θεός· καὶ τί βοᾷς [l] πρός με; τῷ νοερῶς E m ἐντυγχάνοντι λέγεται. κατάρτισαί μοι [m] τὸν λαὸν τῷ σῷ θρέμματι, καὶ μετὰ τοῦτο n ποιμένι, [n] νῦν δὲ καὶ ἀρχιποίμενι. δίδαξον

Patrem ad loquendum excitat.

IV. Ne igitur linguam claudas, quæ multa rectè locuta eſt, quæ fructus multos, ac multos juſtitiæ fœtus edidit; cujus quot filii, & quinam theſauri ſunt, *leva in circuitu oculos tuos, & vide;* totus hic eſt populus, quem in Chriſto per Evangelium genuiſti. Quocircà ne nobis, non tam paucos, quàm ſuaves ſermones invideas, nec jam impendentis detrimenti præludium præbeas. Loquere, quæſo, etſi pauca, at mihi chara & dulciſſima; etſi minus audiri poſſint, at quæ tamen per Spiritualem clamorem cognoſcantur, per quem Deus tacentem quoque Moyſem audivit; cui etiam ſolâ mente colloquenti dictum eſt: *Quid ad me clamas?* Hunc populum mihi compone, hoc eſt, alumno diſciplinæ tuæ, deindè Paſtori, nunc autem Paſtorum quoque principi. Me de paſcendi gregis ratione, populum hunc de obedientia aliquid doce: quidpiam de præſenti plaga phi- *Isai.* XLIX. 18. *Exod.* XIV. 15. Patrem rogat etiam ut de obedientia, de præſenti plaga, ac de juſtis Dei judiciis differat.

(*a*) Ψυχὴν δὲ ἄστατον καὶ ἀπαίδευτον. Sic Regg. c. ph. Coisl. 1. & Par. In Ed. deeſt ἄστατον καί.
(*b*) Τῆς ἐν λόγῳ. Sic Reg. ph. Deeſt ἐν in Ed.
(*c*) Οἱ ὄνειροι ... τῷ λόγῳ. Ita nonnulli Codd. Deſunt οἱ & τῷ in Ed.
(*d*) Κινουμένου. Reg. bm. Or. 1. Jeſ. δονουμένου, *agitetur.*
(*e*) Βίου. Or. 1. addit, τούτου, *vitæ hujus.*
(*f*) Μελλούσης ζημίας. Hîc, per *impendens detrimentum*, ſeu, *periculum*, intelligit Gregorius mortem Patris, quæ longè abeſſe non poterat præ longæva ejus ſenectute.
(*g*) Καὶ ἥδιστα. Sic Regii plures. Coisl. verò 2. Jeſ. aliique non pauci, πλεῖστα, *plurima.* Sic etiam legit Billius.
(*h*) Οὐκ ἀκουστά. Reg. ph. Coisl. 1. Or. 1. ἐκ ἐξάκουστα.
(*i*) Βοῇ. Coisl. 2. ῥοῇ, *per ſpirituale fluentum.*
(*k*) Μωσέως Θεός. Reg. ph. ὁ Θεὸς Μωσέως.
(*l*) Πρός με. Coisl. 1. addit, φησί.
(*m*) Τὸν λαόν. Montac. addit, τοῦτον.
(*n*) Νῦν δὲ καὶ ἀρχιποίμενι. Sic exponit Nicetas: *ex Sacerdote jam Epiſcopus, & tuo juſſu ἀρχιερατεύων ſummus Sacerdos Nazianzenæ Eccleſiæ.*

loſophare, de juſtis Dei judiciis; ſive nos ea comprehendamus, ſive ingentem eorum abyſſum ignoremus. Doce quomodò & miſericordia, ut eſt apud ſanctum Eſaiam, *ad libram expendatur;* (neque enim indiſcreta Bonitas eſt, licèt iis aliter viſum ſit, qui *priores in vinea laborarunt*, nec in mercedis parilitate, imparem laborandi rationem intellexerunt;) & quomodò ira, quæ appellatur *calix in manu Domini*, & *calix ruinæ qui ebibitur*, peccatis proportione reſpondeat, tametſi omnibus de meritæ pœnæ atrocitate aliquid detrahat, atque iræ meracum benignitate temperet; ita ut ex ſeveritate ad lenitatem & gratiam iis inclinet, qui metu erudiuntur, & ex parva calamitate *concipiunt*, ac morum correctionem *parturiunt*, perfectúmque ſalutis ſpiritum *pariunt:* fæcem autem, hoc eſt, id quod in ira extremum eſt, aſſervet, ut eam totam in illos effundat, qui benignitate atque clementiâ minimè ſanantur, imò etiam obdurantur, quemadmodùm ille *cordis duritiâ laborans Pharao*, & in operibus indicendis acerbus, *ad divinæ adverſus impios potentiæ ſpecimen edendum reſervatus.*

Iſai. XXVIII. 17.

Matth. XX. 12.

Pſ. LXXIV. 9.

Iſai. XXVI. 18.

Exod. V. 6. & VII. 22.

Rom. IX. 17.

ἐμέ τι ϖϱὸς ποιμαντικῆς, τὸν λαὸν τοῦτον ϖϱὸς εὐπειθείας· ϖϱὸς τῆς [a] παρούσης τι πληγῆς φιλοσόφησον, ϖϱὸς τῶν δικαίων τοῦ Θεοῦ κριμάτων, ἐάν τε καταλαμβάνωμεν ἡμεῖς, ἐάν τε ἀγνοῶμεν τὴν πολλὴν ἄβυσσον. πῶς καὶ ἡ ἐλεημοσύνη [b] εἰς σταθμοὺς, κατὰ τὸν ἅγιον Ησαΐαν· οὐδὲ γὰϱ τὸ ἀγαθὸν ἄκϱιτον, εἰ καὶ τοῖς ἐν τῷ ἀμπελῶνι ϖϱοκεκμηκόσιν ἔδοξε, [c] μὴ συνιεῖσι τὸ ἐν τῇ ἰσότητι ἄνισον· καὶ ἡ ὀϱγὴ κατὰ λόγον τῶν ἁμαϱτημάτων, ποτήϱιον ἐν χειϱὶ Κυϱίου ϖϱοσαγοϱευομένη, καὶ κόνδυ [d] πλώσεως ἐκπινόμενον, εἰ καὶ πᾶσιν ὑφαιϱεῖταί τι τῆς ἀξίας, καὶ τὸ τῆς ὀϱγῆς ἄκϱατον φιλανθϱωπίᾳ κίϱνησιν· κλίνων μὲν [e] ἐκ τοῦ ἀποτόμου ϖϱὸς τὸ ἐνδόσιμον τοῖς φόβῳ παιδευομένοις, καὶ τοῖς ἐκ τῆς [f] μικϱᾶς θλίψεως συλλαμβάνουσι καὶ ὠδίνουσιν ἐπιστϱοφὴν, καὶ πνεῦμα ϛωτηϱίας τέλειον ἀποτίκτουσιν· ὑϖοτηϱῶν δὲ ὅμως τϱυγίαν, τὸ τῆς ὀϱγῆς ἔσχατον, ἵν' ὅλον κενώσῃ τοῖς μὴ θεϱαπευομένοις ἐκ τῆς χϱηστότητος, ἀλλὰ [g] καὶ σκληϱυνομένοις κατὰ τὸν βαϱυκάϱδιον Φαϱαὼ, καὶ ϖικϱὸν ἐϱγοδότην, εἰς δεῖγμα ταμιευθέντα τῆς τοῦ Θεοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν δυνάμεως.

Exponat undè plagæ & flagra oriantur.

V. Expone, undè hujuſmodi plagæ & flagra oriantur, & quæ ſit eorum ratio? Utrùm inordinatus quidam ac præpoſterus & gubernationis omnis expers Univerſitatis motus, ac cæca temeritas, tanquam videlicet nemo ſit qui rebus moderandis præſit, & denique caſus hæc ferat, ut placet hominibus ſtultè ſapientibus, & iis, qui à præcipiti & tenebroſo ſpiritu temerè feruntur; an potiùs univerſa hæc rerum moles, ut ratione atque ordine primùm creata, atque concinnè & ornatè temperata, & colligata, & mota eſt, velut is ſolus novit, qui motum attulit, ſic etiam, Providentiæ fræno eam ducente, in diverſum moveatur, & collocetur? Undè ſterilitates, & à ventis invectæ labes, & grandines, præſens noſtra plaga & admonitio? Undè aëris corruptiones, & morbi, & æſtuantis terræ motus, & maris ſeſe in altum attollentis impetus, & cœlitùs orti terrores? Et quonam pacto creatura, ad hominum uſum & commoditatem effecta, communes, inquam, & æquales deliciæ, ad impiorum pœnam immutetur, ut, quibus

Undè ſterilitas & grando.

ε. Εἰπὲ, πόθεν αἱ τοιαῦται πληγαὶ καὶ μάστιγες, καὶ τίς ὁ ϖϱὸς ταῦτα λόγος; πότεϱον κίνησίς τις τοῦ ϖαντὸς ἄτακτος, καὶ ἀνώμαλος, καὶ ἀνυβέϱνητος φοϱά τε καὶ ἀλογία, ὡς οὐδενὸς τοῖς ὅλοις ἐϖισταμένου, καὶ τὸ αὐτόματον ταῦτα φέϱει, ὡς δοκεῖ τοῖς ἀσόφως ϛοφοῖς, καὶ τοῖς εἰκῇ φεϱομένοις ὑϖὸ τοῦ ἀτάκτου καὶ σκοτεινοῦ ϖνεύματος· ἢ λόγῳ τινὶ καὶ τάξει, ὥσϖεϱ ὑϖέϛη τὸ ϖᾶν ἀϖ' ἀϱχῆς, καὶ [h] ἐκϱάθη, καὶ συνεδέθη, καὶ ἐκινήθη κοσμίως, ὡς μόνῳ τῷ κινήσαντι γνώϱιμον, οὕτω καὶ μετακινεῖται καὶ μεταλλάττεται ϖϱονοίας χαλινοῖς ὁδηγούμενον; πόθεν ἀφοϱίαι, καὶ ἀνεμοφθοϱίαι, καὶ χάλαζαι, ἢ νῦν ἡμετέϱα ϖληγὴ καὶ νουθεσία; πόθεν ἀέϱων φθοϱαὶ, καὶ νόσοι, καὶ βϱασμοὶ γῆς, καὶ θαλάσσης ἐϖαναϛάσεις, καὶ τὰ ἐξ οὐϱανοῦ [i] δείματα; καὶ ϖῶς ἡ εἰς ἀϖόλαυσιν ἀνθϱώϖων δημιουϱγηθεῖσα κτίσις, τὸ κοινὸν [k] ἐντϱύφημα καὶ ἰσότιμον, εἰς τὴν τῶν ἀσεβῶν κόλασιν μεταβάλλεται, ἵν' οἷς τιμηθέντες οὐκ

(a) Παρούσης τι πληγῆς. Sic Regg. a. c. Deeſt τι in Ed.
(b) Εἰς σταθμούς. Coisl. 1. ὦ σταθμοῖς καὶ κατά &c.
(c) Μὴ συνιεῖσι &c Sic exponit Nicetas: *etſi iniquum videbatur poſtremos primis exæquare, non tamen iniquum erat; poſtremorum enim voluntas id, quod labori deerat, ſupplevit.*
(d) Πτώσεως. Or. 2. πόσεως.
(e) Ἐκ τοῦ. Or. 2. ἀπὸ τοῦ.
(f) Μικρᾶς θλίψεως. Coisl. 1. μακρᾶς, *diuturnâ calamitate.* Coisl. 2. μικρᾶς πίστεως, *modicâ fide.*
(g) Καί. Deeſt in Reg. a.
(h) Ἐκράθη. Sic Regg. bm. ph. &c. In Ed. ἐκράτη.
(i) Δείματα. Sic Regg. bm. ph. Or. 2. &c. Sic etiam legit Billius. In Ed. δείγματα, *exempla.*
(k) Ἐντρύφημα. Sic Regg. bm. ph. Or. 2. Par. In Ed. ἀντρύφημα.

πὐχαρισ⸗ήσαμεν, τούτοις καὶ παιδευθῶμεν, καὶ γνῶμεν τὴν δύναμιν ἐξ ὧν πάσχομεν,
a ἐπειδὴ μὴ [a]ἔγνωμεν ἐξ ὧν εὖ πεπόνθαμεν;
c b πῶς [b]τοῖς μὲν ἐκ χειρὸς Κυρίου [c]διπλᾶ τὰ
ἁμαρτήματα δίδοται, καὶ ἀναπληροῦται τὸ
d τῆς κακίας μέτρον τῇ [d]διπλασίᾳ, καθ' ἣν
καὶ ὁ Ισραὴλ ζωφρονίζεται· τοῖς δὲ, δι' ἃ τῆς
ἁπλαπλασίας εἰς τὸν κόλπον ἀποδιδομένης,
κενοῦται τὰ ἁμαρτήματα; καὶ τί τὸ τῶν
Αμορῥαίων μέτρον οὔπω πεπληρωμένον; καὶ
πῶς ὁ ἁμαρτωλὸς ἢ ἀφίεται, ἢ κολάζεται
πάλιν· τὸ μὲν, ἐκεῖθεν τυχὸν τηρούμενος,
τὸ δὲ, ἐντεῦθεν ἰατρευόμενος; καὶ πῶς ὁ
δίκαιος, ἢ κακοπαθεῖ πειραζόμενος ἴσως, ἢ
εὐπαθεῖ συντηρούμενος, ἂν ὥσπερ ἡ πλωχὸς τὴν
e διάνοιαν, καὶ μὴ σφόδρα [e]ὑπεράνω τῶν ὁρω-
μένων, καὶ ὡς τὸ συνειδὸς διδάσκει τούτων
ἑκάτερον, τὸ οἰκεῖον καὶ ἀψευδὲς κριτήριον;
τίς ἡ πληγὴ, καὶ πόθεν; πότερον ἀρετῆς
ἔλεγχος, ἢ κακίας βάσανος; καὶ ὅτι κρεῖττον,
ὡς κολάσει κάμπτεσθαι, κἂν μὴ ὅτως ἔχῃ, ἢ
ὑπὸ τὴν κραταιὰν τοῦ Θεοῦ χεῖρα ταπεινοῦσθαι,
ἢ ὡς δοκιμασίᾳ μετεωρίζεσθαι. ταῦτα δι-
δαξον καὶ νουθέτησον, μὴ σφόδρα τῇ παρούσῃ
f πληγῇ [f]δυσφορεῖν ἡμᾶς, ἢ εἰς κακῶν βάθος
g [g]ἐμπεσόντας καταφρονεῖν· ἔστι γάρ τι καὶ
h [h]τοιοῦτο πάθημα ἐν τοῖς πολλοῖς· ἀλλὰ ζω-
i φρόνως ἔχειν πρὸς τὴν νουθεσίαν, [i]καὶ μὴ τὴν
μείζω προκαλεῖσθαι, δι' ἃ τῆς πρὸς ταύτην
ἀναισθησίας.

ornati gratias non egimus, iis etiam eruditmur, atque ex his, quæ patimur, potentiam agnoſcamus, quandoquidem ex acceptis beneficiis eam haudquaquàm agnovimus? Quonam modo aliis *de manu Domini duplicia peccata* tribuuntur, ac vitii menſura per duplum impletur, ſecundum quam etiam Iſraël caſtigatur; aliis rursùs *per ſeptuplum in ſinu redditum* peccata exhauriuntur? Quænam *Amorrhæorum menſura nondum cumulata?* Quonam pacto peccator, aut dimittitur, aut rursùm ſupplicio afficitur; illud, quia fortaſsè ad alteram vitam reſervatur, hoc, ut eâ ratione ad ſanitatem revocetur? Quonam item pacto vir juſtus, vel ærumnis premitur, ut fortaſsè tentetur, vel læta omnia habet, ut conſervetur, modò ſit animo pauper, nec ſupra ea, quæ in oculorum ſenſum cadunt, admodùm evectus, ſicut etiam conſcientia, hoc eſt, domeſticum & verum tribunal, horum utrumque docet? Quænam hæc plaga, & undè? Utrùm ut virtus noſtra exploretur, an ut improbitas vindicetur? Quanquam præſtat velut ob pœnam, (etiam ſi aliter res ſe habeat,) animos demittere, ac *ſub potenti manu Dei humiliari*, quàm velut ob probationem in altum efferri. Hæc doce, atque admone, ne ob præſentem plagam graviùs diſcruciemur, aut in profundum malorum prolapſi, eam contemnamus; id enim pleriſque ita etiam evenit; verùm prudenter in hac caſtigatione nos geramus, ne, animi ſtupiditate ac ſine ſenſu eam excipiendo, majorem accerſamus.

Iſai. XL. 2.

Pſ. LXXVIII. 12.

Gen. XV. 16.

Cur peccatores in hac vita, alii impuniti, alii ſupplicio affecti, & è duobus juſtis, alius ærumnis premitur, alius omnia læta habet.

I. *Pet.* V. 6.

5. Δεινὸν ἀφορία γῆς, καὶ καρπῶν ἀπώλεια· πῶς ἢ εἴ; ἥδη ταῖς ἐλπίσιν εὐφραινόντων,
καὶ ταῖς ἀποθήκαις πλησιαζόντων· καὶ δεινὸν
ἄωρος θερισμὸς, καὶ γεωργοὶ τοῖς πόνοις ἐπι-
k συγνάζοντες, καὶ οἷον [k]νεκροῖς παρακαθήμενοι
τοῖς γεννήμασιν, ἃ ὑετὸς ἐξέθρεψεν ἥμερος,
καὶ ἄγριος ἐξεθέρισεν· ὧν οὐκ ἐπλήρωσε τὴν
χεῖρα αὐτοῦ ὁ θερίζων, οὐδὲ τὸν κόλπον αὐτοῦ ὁ
τὰ δράγματα συλλέγων· οὐδὲ τῆς εὐλογίας
ἐπ' αὐτοῖς ἔτυχεν, ἣν χαρίζονται γεωργοῖς οἱ
παράγοντες· ἢ θέαμα ἐλεεινὸν, γῆ καθυ-
βρισμένη, καὶ ἀποκειραμένη, καὶ τὸν ἑαυτῆς κόσ-
μον οὐκ ἔχουσα· ὃ θρηνεῖ μὲν ὁ μακάριος Ιωὴλ,
γῆς καταφθορὰν, ἢ λιμοῦ βάσανον, εἰ καί τις
ἄλλος, ἐκτραγῳδήσας· θρηνεῖ δὲ Προφήτης
l [l]ἕτερος, τῇ ποθεινοτέρᾳ εὐκοσμίᾳ τὴν τελευ-

VI. Acerba res eſt, terræ ſterilitas, & fructuum jactura; quidni autem? cùm jam ſpe oblectarent, atque horreis appropinquarent. Acerba res, præmatura meſſis, & agricolæ labores ſuos luctu proſequentes, ac germinibus, tanquam mortuis, aſſidentes, quæ mitis imber aluit, ac ferus & immanis demeſſuit; quibus *non implevit manum ſuam qui metit, & ſinum ſuum qui manipulos colligit;* nec propterea benedictionem eam, quam, qui prætereunt, agricolis impertire ſolent, conſecutus eſt. Miſerum ſpectaculum, terra clade affecta, & detonſa, ſuóque ornatu ſpoliata: Quod & beatus Joël deplorat, cantu lugubri, ut ſi quis alius, terræ corruptionem & famis cruciatum exaggerans; & item alter Propheta luget, priſtinæ pulchritudini poſteriorem deformitatem opponens, cùm videlicet de Domini ira ter-

Acerba res, terræ ſterilitas.

Miſerum ſpectaculum, terra ornatu ſuo ſpoliata.

Joël. I. 10.

(*a*) Εγνωμεν. Montac. ἐγνώκαμεν.
(*b*) Τοῖς μέν. Sic plures Regg. Coisl. 1. Or. 2. Par. In Ed. τοῖς ἀν.
(*c*) Διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα. *Duplicia peccata*, id eſt, *duplices pro peccatis pœnas.*
(*d*) Διπλασίᾳ. Billius: *per duplicitatem.* Vox hîc æquivoca, quia διπλασία aliud ſonat latinè quàm græcè.
(*e*) Ὑπεράνω. Sic tres Regg. In Editis diviſim, ὑπὲρ ἄνω.
(*f*) Δυσφορεῖν ἡμᾶς. Sic plures Codd. Deeſt ἡμᾶς in Ed.
(*g*) Εμπεσόντας. Comb. addit, ὃ δὴ λέγεται, *quod dici ſolet.*
(*h*) Τοιοῦτο. Sic Coisl. 1. & Par. In Ed. τοιοῦτον.
(*i*) Καὶ μὴ . . . ἀναισθησίας. Billius: *ne ad hanc obſtupeſcentes, majorem accerſamus.*
(*k*) Νεκροῖς. Reg. ph. addit, τισι.
(*l*) Ετερος. *Alter.* Fortè, ἑτέρως, *aliter;* vel, ἑτέρωθι, *alibi.* Nam verba ſunt ejuſdem Joël. II. 3.

ram percutientis ita verba faciens, in hunc modum loquitur : *Anteriora ejus, hortus voluptatis, posteriora autem, campus exterminii.* Gravia quidem hæc sunt, ac plusquàm gravia, quandiù præsentia sola molestiam afferunt, nec atrocioris plagæ sensus mœrore adhuc animum pulsat; quandoquidem, non secus atque in morbis, calamitas præsens semper molestior est, quàm ea, quæ procul abest. At his adhuc graviora *divinæ iræ thesauri apud se continent*, quæ utinam vobis experiri minimè contingat: nec verò experiemini, modò ad Dei miserationes confugiatis, eúmque, *qui vult misericordiam*, lacrymis pertrahatis, ac per morum emendationem, quidquid deinceps iræ sequitur, avertatis. Adhuc lenitas & benignitas hæc sunt, & blanda castigatio, plagarumque elementa, quæ puerilem ætatem coërcent: adhuc *iræ fumus*, tormentorum præludium: nondùm autem *ignis comburens*, hoc est, acerrima commotio; nec *succensi carbones*, id est, ultimæ partes supplicii, quod partim comminatus est, partim intentavit, partim vi compressit, partim etiam induxit; æquè nimirùm, & per plagam, & per comminationem nos erudiens, ac pro incredibili quadam bonitatis magnitudine, *semitæ iræ suæ viam sternens*: à minoribus quidem incipiens, ne asperioribus uti necesse habeat; cæterùm per majora etiam erudiens, si ad ea adigatur.

Joël. II. 3. Calamitates sunt aliæ aliis graviores. *Deut.* XXXII. 34. *Osee.* VI. 6. Deus, tum per leviores, tum per graviores calamitates, homines erudit. *Ps.* XVII. 9. *Ps.* CIV. 32. *Ps.* LXXVII. 50.

VII. Scio *refulgentem frameam*, & *gladium ebrium in cœlo*, qui jugulare, in nihilum redigere, liberis orbare, ac ne *carni* quidem, *& medullis atque ossibus* parcere jubetur. Scio eum, qui perturbatione omni vacat, *ursæ fame laboranti, ac pardo similem, in Assyriorum via occurrere;* non eorum tantùm, qui tùm erant, sed eorum etiam, qui vitæ improbitate Assyrium nunc referunt; nec iræ ipsius vim & celeritatem fugere cuiquam licere, cùm ad impia nostra facinora vigilaverit, ac zelus, qui adversarios devorare novit, ipsius hostes persecutus fuerit. Scio concussionem, & excussionem, & ebullitionem, *cordisque confractionem, ac genuum dissolutionem*, atque ejusmodi supplicia, quibus impiorum scelera vindicantur. Mitto enim dicere futuræ vitæ tribunalia, quibus hujusce vitæ indulgentia & impunitas eos tradit; ita ut satius sit nunc castigari ac purgari, quàm ad cruciatum illum

Iram Dei nemo fugere potest. *Ezech.* XXI. 9. *& seq.* *Osee.* XIII. 7. 8. *Nahum.* II. 10. Satius est in hac vita puniri, quàm in æterna.

ταίαν ἀκοσμίαν ἀντιτιθεὶς, ἐν οἷς φησὶ θεὸς ὀργῆς Κυρίῳ δεδαλεγόμενος θραύοντος γῆν· τὰ ἔμπροσθεν αὐτῆς ὡδάδεισος τρυφῆς, [a] καὶ τὰ ὄπισθεν πεδίον ἀφανισμοῦ. δεινὰ μὲν δὴ ταῦτα, καὶ πέρα δεινῶν, ἕως μόνα λυπεῖ [b] τὰ παρόντα, καὶ ὕπω χαλεπωτέρας ἀνιᾷ πληγῆς αἴσθησις· ἐπειδὴ, καθάπερ ἐν τοῖς νοσήμασι, τὸ λυποῦν ἀεὶ πάθος τοῦ μὴ παρόντος ἀνιαρώτερον· δεινότερα δ' ἔτι τούτων, οἱ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ θησαυροὶ παρ' ἑαυτοῖς κατέχουσιν, ὧν μὴ γένοιτο πεῖραν [c] ὑμᾶς λαβεῖν· οὐδέ γε λήψεσθε πρὸς τὰς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ καταφεύγοντες, & [d] τὸν θελητὴν τοῦ ἐλέους τοῖς δάκρυσιν ἕλκοντες, καὶ τὸ ἐξῆς τῆς ὀργῆς δεδὲ τῆς ἐπιστροφῆς ἀποστρέφοντες. ἔτι πρᾳότης ταῦτα, & φιλανθρωπία, καὶ παίδευσις ἥμερος, & [e] στοιχεῖα πληγῆς, νηπιότητα παιδαγωγούσης· ἔτι καπνὸς ὀργῆς, βασάνων πρόοιμον· ὕπω ὁ πῦρ [f] καδαφλεγόμενον, ἢ [g] ἀκμὴ τῆς κινήσεως· ἐδ' ἄνθρακες ἀναπλόμνοι, τὰ τελευταῖα τῆς μάστιγος, ἧς τὸ μὲν ἠπείλησε, τὸ δ' ἀνετείνατο, τὸ δὲ βίᾳ κατέσχε, τὸ δὲ ἐπήγαγε· ὁμοίως καὶ τῇ πληγῇ παιδεύων καὶ τῇ ἀπειλῇ, καὶ [h] ὁδοποιῶν τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ, δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος· ἀπὸ μὲν τῶν ἐλαττόνων ἀρχόμενος, ὥστε μὴ δεηθῆναι τῶν σφοδροτέρων· παιδεύων δὲ καὶ τοῖς μείζοσιν, εἰ πρὸς ταῦτα ἀνδιαθείη.

ζ. Οἶδα στιλβουμένην ῥομφαίαν, καὶ μεθύουσαν μάχαιραν ἐν τῷ οὐρανῷ, σφάζειν, [i] ἐξουθενεῖν, ἀτεκνοῦν κελευομένην, [k] ἕως σαρκῶν, καὶ μυελῶν, καὶ ὀστέων μὴ φείδεσθαι. οἶδα, ὡς [l] ἄρκτον ἀπορουμένην, τὸν ἀπαθῆ, καὶ ὡς πάρδαλιν ἀπαντῶντα κατὰ τὴν ὁδὸν Ἀσσυρίων, οὐ τῶν τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ [m] εἴ τις νῦν τὴν κακίαν Ἀσσύριος· καὶ οὐκ ἐνὸν φυγεῖν τὸ κράτος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ καὶ τὸ τάχος, ὅταν γρηγορήσῃ ἐπὶ τὰ ἀσεβήματα ἡμῶν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ καταδιώκῃ ζῆλος, ἐσθίειν εἰδὼς τοὺς ὑπεναντίους. οἶδα σκτιναγμὸν, καὶ ἀνατιναγμὸν, καὶ βρασμὸν, καὶ καρδίας θραυσμὸν, καὶ κατάκλασιν γονάτων, καὶ τοιαῦτα ὄντα τὰ τῶν ἀσεβῶν ἐπιτίμια· ἐὼ γὰρ λέγειν τὰ ἐκεῖθεν δικαιωτήρια, οἷς ἡ ἐνταῦθα φειδὼ κατάδιδωσιν, ὡς βέλτιον εἶναι νῦν παιδευθῆναι καὶ καθαρ-

(a) Καὶ τὰ ὄπισθεν. Coisl. 1. καὶ τ' ὀπίσω.
(b) Τὰ παρόντα. Sic Reg. ph. Deest τά in Ed.
(c) Ὑμᾶς. Deest in pluribus.
(d) Τον θελητήν. Or. 2. τὸν τελέτην.
(e) Στοιχεῖα πληγῆς. *Plagæ elementa.* Quemadmodùm pueris primùm elementa traduntur, deinde syllabæ &c. ita Deus primùm nos per *minores ac leviores plagas*, velut pueros, ducit; deinde *graviores* adhibet.
(f) Καταφλεγόμενον. Plures Codd. κατάφλεγον.
(g) Ακμὴ. *Primitiæ, acies commotionis.*
(h) Οδοποιῶν. Pass. ὁδοποιοῦντι.
(i) Εξουθενεῖν. Nonnulli habent, ἐξουδενεῖν.
(k) Εως. Or. 2. καὶ ἕως.
(l) Αρκτον ἀπορεμένην. Vulgata : *quasi ursa raptis catulis* &c. Reg. bm. & Nicet. ἄρκον.
(m) Εἴ τις νῦν. Coisl. 1. & Or. 2. εἴ τις εἴη νῦν. In quibusdam deest νῦν.

θῆναι,

a θῆναι, [a] ἢ τῇ ἐκεῖθεν βασάνῳ ϖδαπεμφθῆναι, ἡνίκα κολάσεως καιρὸς, οὐ καθάρσεως. ὥσϖερ γὰρ θανάτου κρείττων, ὁ ἐνταῦθα Θεοῦ μνημονεύων, καὶ κάλλιστα τῷ θείῳ Δαβὶδ τοῦτο πεφιλοσόφηται, οὕτως οὐκ ἐστὶν ἐν ᾅδῃ τοῖς ἀπελθοῦσιν ἐξομολόγησις καὶ διόρθωσις· συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς ἐνταῦθα μὲν καὶ βίον καὶ ϖρᾶξιν, ἐκεῖ δὲ τὴν τῶν ϖεϖραγμένων ἐξέτασιν.

A transmitti, cùm jam pœnæ tempus erit, non purgationis. Quemadmodùm enim, ut à Davide optimè dictum est, *morte superior est, qui hîc Dei memor est*, ita *non est mortuis in inferno confessio*, nec morum correctio. Hîc enim Deus vitam & actionem, illic autem rerum gestarum censuram concluſit. *Ps.* VI. 6. *Ibid.*

η. Τί ποιήσομεν ἐν ἡμέρᾳ ἐπαγωγῆς, ἢ
c b με [b] ἐκφοβεῖ τις τῶν Προφητῶν, [c] εἴτε δικαιο- B
λογίας τοῦ Θεοῦ ϖρὸς ἡμᾶς, εἴτε τῆς ἐπὶ τῶν ὀρέων καὶ βουνῶν, ὅϖερ ἠκούσαμεν, εἴτε τῆς ὁποίασοῦν καὶ ἐφ' ὧν δή ϖοτε
d γινομένης, ὅταν [d] διελέγχῃ τε ϖρὸς ἡμᾶς,
e καὶ [e] ἀντικαθιστῆται κατὰ ϖρόσωϖον ἡμῶν ἰσὰς τὰ ἁμαρτήματα, τοὺς ϖικροὺς κατηγόρους, καὶ οἷς εὖ ϖεϖόνθαμεν, ἃ ἠνομήσαμεν ἀντεξάγων, καὶ λογισμῷ λογισμὸν ϖλήσας, καὶ ϖρᾴξει ϖρᾶξιν εὐθύνων, καὶ τὸ τῆς εἰκόνος ἀϖαιτῶν ἀξίωμα τῇ κακίᾳ συνθολωθείσης C
f καὶ συγχυθείσης, τὸ τελευταῖον [f] ἀϖάγει αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν κατεγνωσμένους, καὶ
g κατακεκριμένους, & ᾐδὲ ὡς ἄδικα [g] ϖάσχομεν εἰϖεῖν ἔχοντας; ὅϖερ ἐνταῦθα τοῖς ϖάσχουσιν ἔξιν ὅτε ἱκανὸν εἰς ϖδαμυθίαν τῆς καλακρίσεως.

VIII. *Quid faciemus in die inductionis*, quâ terret me quidam Prophetarum, ſive cùm nobiſcum Deus judicia loquetur, ſive in montibus & collibus, quemadmodùm audivimus, ſive quæcunque tandem illa, & quocunque loco futura ſit, cùm nos coarguet, atque ex adverſo ſtabit, peccata noſtra, acerbos & amarulentos accuſatores, *nobis in faciem ſtatuens*, acceptáque beneficia cum iis, quæ iniquè admiſimus, ex adverſo conferens, & cogitatione cogitationem verberans, & actione actionem exquirens, & vitio contaminatæ atque confuſæ imaginis dignitatem à nobis expoſcens, nos demùm abducet, à nobiſmetipſis judicatos & condemnatos, húcque abductos, ut ne id quidem dicere queamus, nos iniquè ſupplicio affici? Quod quidem hîc apud eos, qui pœnas luunt, nonnunquàm hanc vim habet, ut eorum condemnationem & cruciatum leniat.

Quantus in judicii die tremor. *Iſai.* X. 3. *Ps.* XLIX. 21.

θ. Ἐκεῖ δὲ τίς συνήγορος; ϖοῖα σκῆψις; τίς ψευδὴς ἀϖολογία; ϖοία ϖιθανότης ἔντεχνος; τίς ἐϖίνοια κατὰ τῆς ἀληθείας ϖαραλογιεῖται τὸ δικαστήριον, καὶ κλέψει τὴν ὀρθὴν κρίσιν, τοῖς ϖᾶσι ϖάντα ἐν ζυγῷ τι- D
h θεῖσαν, ἢ ϖρᾶξιν, ἢ λόγον, & διανόημα, & h [h] ἀντισηκῶσαν τοῖς ϖονηροῖς τὰ βελτίονα, ἵνα τὸ ῥέϖον νικήσῃ, καὶ μετὰ τῶ ϖλείονος ἡ ψῆφος γράϕηται, μεθ' ἣν οὐκ ἔφεσις, οὐ κριτὴς ὑψηλότερος, οὐκ ἀπολογία δι' ἔργων δευτέρων, οὐκ ἔλαιον ϖαρὰ ϖῶν φρονίμων ϖαρθένων, ἢ ϖῶν ϖωλούντων, ταῖς ἐκλειϖούσαις λαμϖάσιν, οὐ μεταμέλεια ϖλησίον ϕλογὶ τηκομένου, καὶ τοῖς οἰκείοις ἐϖιζητοῦντος διορθωσιν, οὐ ϖροθεσμία μεταϖοιήσεως· ἀλλὰ καὶ μόνον, E καὶ τελευταῖον, καὶ ϕοβερὸν τὸ κριτήριον, καὶ δίκαιον ϖλέον, ἢ ὅσον ἐϖίϕοβον· μᾶλλον δὲ
i διὰ τοῦτο ἢ ϕοβερώτερον, ὅτι [i] καὶ δίκαιον; ἡνίκα θρόνοι ϖροτίθενται, & ϖαλαιὸς ἡμερῶν
k ϖροκαθέζεται, & βίβλοι [k] ἀνοίγονται, καὶ ϖοταμὸς ϖυρὸς ἕλκεται, & τὸ ϕῶς ἐμϖροσ-

IX. Illic autem quis patronus? Quis ſpecioſus titulus? Quæ fucata defenſio? Quæ artificioſa veri ſimilitudo? Quæ conſilii adversùs veritatem ſolertia tribunal illud circumveniet, ac rectum judicium eludet, omnia omnibus in ſtatera collocans, actionem, ſermonem, cogitationem, virtutéſque cum vitiis ex æquo rependens, ut, quod propendet, victoriam obtineat, atque ab ampliore parte ſententia ſtet, poſt quam non jam provocatio ſupereſt, non ſublimior judex, non alia opera, per quæ quiſpiam pœnam deprecetur, non, *deficientibus lampadibus, oleum, à prudentibus virginibus, aut à vendentibus acceptum*, non *divitis illius pœnitentia, flammæ cruciatu liqueſcentis*, ac propinquis ſuis correctionem requirentis, non denique præſtitutum vitæ in melius commutandæ tempus; ſed & ſolum, & poſtremum, ac formidabile illud tribunal erit, magíſque etiam juſtum quàm formidabile; imò, ut rectius dicam, idcircò formidabilius, quia juſtum? *Quo quidem tempore throni proponentur, & antiquus dierum ſedebit, & libri aperientur, &*

Nemo rectum judicium eludet.

Poſt Dei judicium, nulla ſupererit provocatio. *Matth.* XXV. 8. *& ſeq.* *Luc.* XVI. 24.

Sedebit Judex, libri aperientur, bona pravaque o-

(*a*) Η τῇ. Sic Regg. bm. ph. & Coisl. 1. In Ed. ἢ τῆς.
(*b*) Εκφοβεῖ. In quibuſdam, In φοβεῖ. nonnullis, φοβῇ.
(*c*) Εἴτε δικαιολογίας &c. *Sive juſti Dei erga nos judicii.* Billius: *hoc eſt divinæ ad nos expoſtulationis.*
(*d*) Διελέγχῃ. Regg. a. c. ph. Coisl. 1. Or. 2. διελέγχηται.
(*e*) Αντικαθιστῆται. Sic Reg. a. & Coisl. 1. In Editis verò, ἀντικαθισταται.
(*f*) Απάγει. Regg. a. c. bm. ph. Or. 2. ἀπάγῃ.
(*g*) Πάσχομεν &c. Paſſ. πάσχοντας εἰπεῖν ἔχομεν.
(*h*) Αντισηκῶσαν. Montac. ἀντεισάγουσαν.
(*i*) Καί. Deeſt in pluribus.
(*k*) Ανοίγονται, Montac. διανοίγονται.

pera manifestabuntur. *Dan.* VII. 9. *& seq.* *igneus fluvius volvetur, & lux à fronte, & paratæ tenebræ:* ac procedent qui bona fecerunt, *in resurrectionem vitæ*, nunc quidem *in Christo absconditæ*, verùm posteà simul cum ipso manifestandæ: qui *autem mala egerunt, in resurrectionem judicii*, quo etiam ii, qui non credunt, à verbo eos judicante jam condemnati sunt: atque illos quidem lux omni sermone præstantior excipiet, & sanctæ regiæque Trinitatis puriùs jam & clariùs illuminantis, totámque se cum tota mente miscentis, contemplatio, in qua ego, vel solâ præcipuè, regnum cœlorum positum esse censeo; hos autem, simul cum aliis, vel potiùs ante alia, istud excruciabit, quòd à Deo projecti sint, atque inustam in conscientia sempiternæ ignominiæ notam gerant. Verùm hæc posteriùs.

Regnum cœlorum, in sanctissimæ Trinitatis contemplatione positum, erit justorum merces.

Joan. V. 29. Colos. III. 3. Joan. V. 29.

Diversæ calamitates, diversa sunt medicinæ genera. Isai. XXIX. 9.

X. Nunc autem quid faciemus, Fratres, contriti, & humiliati, & *ebrii, non à sicera, nec à vino*, quod ad breve tempus animum agitat, eique tenebras offundit, sed à plaga, quam Dominus invexit; ille, inquam, qui dicit: *Et tu cor,* Ps. CVI. 27. *movere ac tituba;* quique *mœroris &* Ps. LIX. 5. *compunctionis spiritu contemptores potat;* ad quos etiam dicitur: *Videte contemptores,* Act. XIII. 41. *& aspicite, & admiramini, & disperdimini?* Quonam modo ejus redargutiones feremus? Aut quid responsi dabimus, cùm præter beneficiorum multitudinem, quibus acceptis, ingrati permansimus, plagas etiam insuper nobis probro vertet, ac medicinæ genera, quibus sanati non sumus, recensebit? Atque nos quidem *prolem* vocans, verùm *improbam*, & *filios* quidem, Deut. XXXII. 5. Ps. XVII. 46. sed *alienos*, & à semitis nostris ob summam viæ difficultatem & asperitatem claudicantes, sic alloquetur: Quonam modo, & quânam ratione, vos erudiri oportebat, quâ non erudierim? An per molliora medicamenta? At ea adhibui. Ægyptium sanguinem, qui ex fontibus, & fluviis, & ex omni aquarum collectione bibebatur, hoc est, primam plagam, præterivi. Ranas etiam, & cyniphes, ac cynomyas, quæ deinceps sequebantur, prætermisi. A quinta, id est, à jumentis, & bobus, & ovibus incœpi; ac ratione præditis adhuc parcens, in bruta sola impetum feci. Vos eam calamitatem nihil curastis; verùm iis etiam, quæ percussa sunt, stolidiores atque à ratione alieniores vosipsos mihi præbuistis. *Pluviam à vobis suspendi: pars una com-* Amos IV. 7. *pluta est: pars autem ea, cui pluviam* Jer. XVIII. 12. *negavi, exaruit: ac dixistis, Fortiter nos geremus.* Grandinem vobis immisi,

Deus, calamitatibus, alios castigat, alios erudit. Exod. VII. 20. & seq.

ἐκεῖθεν, ἢ τὸ σκότος ἡτοιμασμένον· ☪ [a] πορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, τῆς ἐν Χριστῷ νῦν κρυπτομένης, καὶ ὕστερον αὐτῷ συμφανερωμένης· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πεφάξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως, ἣν ἤδη πῶς τῷ κρίνοντος αὐτοὺς λόγῳ, οἱ μὴ [b] πιστεύσαντες κατεκρίθησαν· ☪ τοὺς μὲν τὸ ἄφραστον φῶς [c] διαδέξεται, ☪ ἡ τῆς ἁγίας καὶ βασιλικῆς θεωρία Τριάδος ἐλλαμπούσης τρανώτερόν τε καὶ καθαρώτερον, καὶ ὅλης ὅλῳ νοῒ μιγνυμένης, ἣν δὴ καὶ μόνην μάλιστα βασιλείαν οὐρανῶν ἐγὼ τίθεμαι· [d] τοῖς δὲ μετὰ τῶν ἄλλων βάσανος, μᾶλλον δὲ πρὸ τῶν ἄλλων, τὸ ἀπερρίφθαι Θεοῦ, καὶ ἡ ἐν τῷ συνειδότι αἰσχύνη πέρας οὐκ ἔχουσα. ☪ ταῦτα μὲν ὕστερον.

(a) Πορεύσονται. Sic Regg. a. bm. Editi verò, πορεύονται.
(b) Πισλεύσαντες. Regg. c. ph. πισλεύοντες.
(c) Διαδέξεται Sic duo Regg. In Ed. διαδέχεται.
(d) Τοῖς δέ. Bas. τὲς δέ.

ι. Νῦν ὅ τί [e] ποιήσωμεν, ἀδελφοὶ, συντετριμμένοι, ☪ τεταπεινωμένοι, καὶ μεθύοντες, οὐκ ἀπὸ σίκερα, οὐδὲ ἀπὸ οἴνου, τοῦ πρὸς ὀλίγον ζαλεύοντος ☪ σκοτίζοντος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πληγῆς ἣν ἐπήγαγε Κύριος, ὁ λέγων· καὶ σὺ, καρδία, σείσθητι καὶ ζαλεύθητι· καὶ ποτίζων τοὺς καταφρονητὰς πνεῦμα λύπης ☪ κατανύξεως· πρὸς οὓς καὶ λέγεται· ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ ἐπιβλέψατε, ☪ [f] θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε; πῶς οἴσομεν αὐτοῦ τοὺς ἐλεγμούς; ἢ τίνα δώσομεν τὴν ἀπόκρισιν, ὅταν ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν εὐεργεσιῶν, ἐφ' αἷς ἀχάριστοι μεμφήκαμεν, ἔτι καὶ τὰς πληγὰς ἡμῖν ὀνειδίζῃ, καὶ ἀπαριθμῆται τὴν ἰατρείαν, ἐξ ἧς ἃ τεθεραπεύμεθα; καὶ τέκνα μὲν, ἀλλὰ μωμητὰ καλῶν λέγῃ, ☪ υἱοὺς μὲν, ἀλλ' ἀλλοτρίους ☪ χωλάναντας ἀπὸ τῆς τρίβων [g] αὐτῆς δι' ἀνοδίαν τε ☪ τραχύτητα· πῶς ἔδει, καὶ πόθεν ὑμᾶς παιδευθῆναι, καὶ οὐ πεπαίδευκα; δι' ἁπαλωτέρων φαρμάκων; ἐπήγαγον. παρῆκα τὸ Αἰγύπλιον αἷμα πινόμενον ἐκ πηγῶν καὶ ποταμῶν, καὶ πάσης συναγωγῆς ὕδατος, τὴν πρώτην πληγήν· παρῆλθον τὲς βατράχους, καὶ τὸν [h] σκνῖπα, ☪ τὴν κυνόμυιαν, τὰς ἐξῆς [i] μάστιγας· ἀπὸ δὲ τῶν κτηνῶν, καὶ τῆς βοῶν, καὶ τῆς προβάτων ἠρξάμην, τῆς πέμπλης πληγῆς, ☪ τοῖς ἀλόγοις ἐνέσκηψα, ἔτι τῆς λογικῶν φειδόμενος. οὐδὲν πρὸς ὑμᾶς ἡ θραῦσις· ἀλλὰ γεγόνατέ μοι ☪ τῶν πληγέντων ἀλογώτεροι, καὶ ἀπαιδευτότεροι. ἀνέσχον ἐξ ὑμῶν τὸν ὑετόν· μερὶς μία ἐβράχη· καὶ μερὶς ἐφ' ἣν οὐκ ἔβρεξα, ἐξηράνθη· καὶ

(e) Ποιήσωμεν. Reg. ph. ποιήσομεν.
(f) Θαυμάσατε. Coisl. 2. addit, θαυμασίᾳ, admiratione.
(g) Αὐτῶν. Montac. αὐτοῦ.
(h) Σκνῖπα. Reg. a. & Jes. σκνῖφα.
(i) Μάστιγας. Duo Regg. πληγάς, plagas.

εἴπατε, ἀνδριέμεθα. ἐπήγαγον ὑμῖν χάλαζαν, A contrariâ videlicet plagâ vos caſtigans,
a τῇ [a] ἐναντίᾳ πληγῇ παιδεύων, ἀμπελῶνας vineas veſtras, fruteta, & germina demeſ-
b ὑμῶν, καὶ δρυμῶνας, καὶ [b] γεννήματα ὑμῶν ſui; nec tamen improbitatem veſtram ob-
ἐξεθέρισα· καὶ τὴν κακίαν ὑμῶν οὐ συνέτριψα. trivi.

c ια. [c] Γινώσκω ὅτι σκληρὸς εἶ, καὶ νεῦρον XI. Quin etiam ad me quoque, qui ne Humilitas Gregorii, qui ad ſe objecta irati Dei probra transfert. *Iſai.* XLVIII. 4.
σιδηροῦν ὁ τράχηλός σου· ταῦτα τυχὸν ἐρεῖ plagis quidem melior fio, fortaſsè his ver-
d πρὸς ἐμὲ, τὸν μηδὲ ταῖς πληγαῖς [d] νουθετούμενον· bis utetur: *Scio quia durus es tu, & ner-*
ὁ ἀθετῶν, ἀθετεῖ· ὁ ἀνομῶν, ἀνομεῖ· *vus ferreus cervix tua.* Qui ſpernebat,
e οὐδὲν ἧ [e] ἄνωθεν νουθεσία· οὐδὲν αἱ μάσιγες. ſpernit: qui iniquè agebat, iniquè agit:
ἐξέλιπε φυσητὴρ, ἐξέλιπε μόλιβδος, ἃ καὶ nihil ſuperna admonitio profuit, nihil
διὰ Ἱερεμίου πρότερον ὑμῖν ὠνείδισα· εἰς flagra. *Defecit ſufflatorium, defecit plum-* *Jer.* VI. 29.
κενὸν ἐχρυσοκόπος ἐχρυσοκόπει· πονηρίαι *bum*, quod priùs quoque per Jeremiam
ὑμῶν οὐκ ἐτάκησαν. μὴ ἐμὲ ὑπομενεῖτε, B vobis exprobravi; *incaſſum argentum con-*
λέγει Κύριος, ὠργισμένον; ἢ οὐκ ἰσχύει ἡ χείρ *flat argentarius:* ſcelera veſtra non ſunt
f μου ἢ ἄλλας ἐπενεγκεῖν [f] πληγάς; ἔτι παρ' liquefacta. Num me iratum ſuſtinebitis,
g ἐμοὶ ἢ φλυκτίδες ἀναζέουσαι ἀπὸ [g] καμινιαίας dicit Dominus? An non mea manus alias
αἰθάλης, ἣν πάσων εἰς οὐρανὸν Μωϋσῆς, ἢ quoque plagas inferre poteſt? Adhuc pe-
εἴ τις κατ' ἐκεῖνον ὑπηρετὴς Θεοῦ κινήσεως, nes me *veſicæ ſunt ebullientes à camini* *Exod.* IX. 10. *& ſeq.*
παιδεύει νόσῳ τὴν Αἴγυπτον. ἔτι καὶ ἀκρὶς, *fuligine*, quam Moyſes, aut ſi quis illi
καὶ σκότος ψηλαφητὸν, καὶ ἡ τελευταία ſimilis iræ divinæ miniſter, in cœlum ſpar-
πληγὴ τῇ τάξει, πρώτη δὲ τῷ πόνῳ, καὶ τῇ C gens, Ægyptum per morbum caſtigat.
h δυνάμει, ἡ τῶν πρωτοτόκων [h] φθορὰ καὶ Adhuc locuſta, & tenebræ palpabiles,
ἀπώλεια, ἣν ὥστε φυγεῖν, καὶ ἀποστρέψαι & plaga illa, ordine quidem poſtrema,
τὸν ὀλοθρευτὴν, χρῖσαι τὰς τοῦ νοῦ φλιὰς dolore autem ac potentiâ prima, nempè
ἄμεινον, θεωρίαν καὶ πρᾶξιν, τῇ μεγάλῃ primogenitorum ſtrages & internecio,
καὶ ζωτηρίῳ σφραγίδι, τῷ τῆς καινῆς διαθήκης αἵματι, Χριστῷ καὶ συσταυρουμένους, quam ut effugiamus, & exterminatorem à
καὶ συναποθνήσκοντας, ὥστε καὶ συναναστῆναι, nobis avertamus, animi poſtes, contem-
i καὶ συνδοξασθῆναι, [i] καὶ συμβασιλεῦσαι, νῦν plationem & actionem, magno illo & ſa-
τε καὶ κατὰ τὴν τελευταίαν αὐτοῦ φανέρωσιν, lutari ſignaculo, nimirùm novi Teſta-
ἀλλὰ μὴ θραυσθῆναι, μηδὲ συντριβῆναι, D menti ſanguine, unxiſſe ſatius fuerit, at-
μηδὲ θρηνῆσαι, πλήσαντος ἡμᾶς ἀωρίᾳ, ἢ ἐν que unà cum Chriſto crucifigi, ac mortem
τῷ σκοτεινῷ τούτῳ βίῳ τὸ πονηρὸν, ἢ ὀλο- obire, ut ſimul quoque cum eo, & nunc,
k θρεύοντος τὰ πρωτότοκα, ἢ Θεῷ [k] καθιερωμένα τῆς ζωῆς ἡμῶν γεννήματα ἢ κινήματα. & in poſtrema ipſius apparitione, reſur-
gamus, & gloriâ afficiamur, & ſimul reg-
nemus, non autem perfringamur, & ob-
teramur, ac lugeamus, cùm pravus ille, in-
tempeſtâ nocte, & in caliginoſa vita, nos
percuſſerit, ac primogenitos, & Deo
conſecratos vitæ noſtræ fœtus motúſque
deleverit.

ιβ. Μή μοι γένοιτο μετὰ τῶν ἄλλων XII. Abſit ut unà cum aliis plagis, Exoptat Gregorius, ut calamitatibus omnes ad Deum convertantur. *Amos.* IV. 9. *& ſeq.*
πληγῶν, καὶ ταῦτα ὀνειδισθῆναι διὰ τοῦ hæc quoque à Bono illo, ob meam obli-
ἀγαθοῦ, πορευομένου πρός με θυμῷ πλαγίῳ quitatem in ira obliqua adverſum me gra-
l [l] διὰ τὴν ἐμὴν πλαγιότητα· ἐπάταξα ὑμᾶς diente, mihi exprobrentur: *Percuſſi vos*
m ἐν ἰκτέρῳ, ἢ ἐν πυρώσει, [m] καὶ σφακελισμῷ· *aurigine, & inflammatione, & putredine;*
καὶ οὐδὲν πλέον. ἔξωθεν ἠτέκνωσεν ὑμᾶς E *nec quidquam profeci. Externè filiis vos*
n μάχαιρα, καὶ [n] οὐδ' ὡς ἐπεστρέψατε πρός με, *orbavit gladius; nec ſic tamen ad me*
λέγει Κύριος. μὴ γενοίμην ἀμπελὼν τοῦ *converſi eſtis, dicit Dominus.* Abſit ut *di-* *Iſai.* V. 1.
lecti illius vinea ſim, quæ poſteaquàm
plantata fuit, & vallo munita, maceriáque

(*a*) Ἐναντίᾳ. Coisl. 2. ἐνάτῃ, *nonâ.*
(*b*) Γεννήματα. *Germina.* Mallem: *natas fruges.*
(*c*) Γινώσκω. Montac. γινώσκων.
(*d*) Νουθετούμενον. Coisl. 2. addit, μητὲ ταῖς ἀπειλαῖς, *nec minis.*
(*e*) Ἄνωθεν. *Antecedens, ſuperior correctio.*
(*f*) Πληγάς. Or. 2. μάστιγας, *flagella.*
(*g*) Καμινιαίας. Reg. ph. Or. 2. καμιναίας.
(*h*) Φθορά. Or. 2. addit, τε.
(*i*) Καὶ συμβασιλεῦσαι. Sic Coisl. 1. & Or. 2. Deeſt in Ed.
(*k*) Καθιερωμένα. Or. 2. καθιερεμένα.
(*l*) Διὰ τὴν ἐμὴν πλαγιότητα. *Ob meam obliquitatem.* Juxta Billium, *obliquitas* eſt averſio à recta via mandatorum Dei. *Ira* autem *obliqua* eſt vehementior pœna. Undè, qui obliquo enſis ictu feriunt, acriùs vulnerant; & leo furore ſuccenſus obliquè impetum facit. Sic Deus, cùm nos à recta mandatorum ipſius ſemita deflectimur, ipſe quoque ſe avertit, & in nos viſitationis oculum obliquè torquet; quod iraſcentium proprium eſt.
(*m*) Καὶ σφακελισμῷ. Or. 2. καὶ ἐν σφακελισμῷ. Id à Gregorio additum verbis Amos. Plurima de eo morbo ex Medicis & Plinio leguntur in Theſaur.
(*n*) Οὐδ' ὡς ἐπεστρέψατε. Coisl. 2. & Or. 2. οὐδ' ὅτως ἐπεστρέψατε. Montacutius præfert, ὑπεστρέψατε.

& turri, cæteríſque rebus, quoad ejus fieri potuit, firmata, vaſtitate poſteà horreſcit, & ſpinas profert, ob eámque cauſam in id contemptûs venit, ut & turris dejiciatur, & maceria diruatur, nec jam putetur atque fodiatur, ſed fiat omnibus in direptionem, & communem contumeliam, & conculcationem. Hic meus timor eſt, hic ſermo: ſic ad hanc plagam diſcrucior, atque has preces adhibeo, quas etiam ad ea, quæ à me dicta ſunt, adjungam: *Peccavimus, iniquè egimus, impietatem fecimus*, quoniam obliti ſumus mandatorum tuorum, & *poſt cogitationes noſtras pravas ambulavimus;* quoniam non, ut Chriſti tui vocatione & Evangelio dignum erat, ſanctíſque ipſius cruciatibus, & eâ exinanitione, quam noſtrâ causâ ſubiit, vitæ noſtræ rationes inſtitutas habuimus; quoniam dilecto tuo probro ac dedecori extitimus; Sacerdos ſimul & populus à te deſcivimus, *omnes declinavimus, ſimul inutiles facti ſumus; non eſt qui judicium & juſtitiam faciat, non eſt uſque ad unum.* Miſerationes tuas, & clementiam tuam, & viſcera miſericordiæ Dei noſtri, ob improbitatem noſtram, & conſiliorum noſtrorum perverſitatem, quâ retrò ivimus, nobis præcluſimus. Tu bonus, at nos iniquè egimus. Tu lenis, at nos verberibus digni. Bonitatem tuam agnoſcimus, tametſi inſipientes. Paucis pro peccatorum noſtrorum atrocitate vapulavimus. *Tu terribilis, & quis reſiſtet tibi?* A timore tuo montes contremiſcent: & magnitudini brachii tui quis reſiſtet? Si cœlum clauſeris, quis aperiet? Si cataractas tuas ſolveris, quis cohibebit? Facile eſt in oculis tuis pauperem facere & ditare, mortificare & vivificare, percutere & ſanare; tuáque voluntas, perfecta eſt actio. *Tu iratus es, & nos peccavimus*, ait ex veteribus quidam, confitens. At jam tempus eſt, ut ego in contrarium dicam: Nos peccavimus, & tu iratus es. Idcircò *vicinis noſtris opprobrium facti ſumus. Avertiſti faciem tuam*, & ignominiâ oppleti ſumus. Verùm quieſce, Domine, remitte, Domine, propitius eſto, Domine: ne nos propter iniquitates noſtras in perpetuum tradas; nec alios per ſupplicia noſtra erudias, cùm nos aliorum pœnis emendari liceat. Quorum ſcilicet? *Gentium, quæ te non noverunt, & regnorum,*

Timet ne irritæ fiant.

Baruc. II. 12.

Iſai. LXV. 2.

Pſ. XIII. 3.

Dei miſerationes & clementiam celebrat.

Pſ. LXXV. 8.

Dei voluntas, perfecta eſt actio.

Iſai. LXIV. 5.

Pſ. LXXVIII. 4.

Ibid. 6. & 13.

ἠγαπημένου, μετὰ τὸ φυτευθῆναι καὶ χαρακωθῆναι, καὶ φραγμῷ, καὶ πύργῳ, καὶ πᾶσιν ἀσφαλισθῆναι, ὡς ἐνῆν μάλιστα, χερσομανῶν καὶ ἀκανθοφορῶν, καὶ διὰ τοῦτο καταφρονούμενος, ὡς καθαιρεθῆναι τὸν πύργον, καὶ ἀφαιρεθῆναι τὸν φραγμὸν, καὶ μὴ τμηθῆναι, μηδὲ σκαφῆναι, ἀλλὰ γενέσθαι πᾶσιν εἰς διαρπαγὴν, καὶ κοινὴν ὕβριν, καὶ καταπάτημα. ταῦτα μὲν ὁ ἐμὸς φόβος καὶ λόγος· καὶ οὕτως ἐγὼ δυσφορῶ πρὸς τὴν πληγὴν, καὶ τοιαύτην εὔχομαι τὴν εὐχὴν, ἣν καὶ πρόσθησω τοῖς εἰρημένοις· ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠσεβήσαμεν, ὅτι [a] ἐπελαθόμεθα τῶν ἐντολῶν σου, καὶ ὀπίσω τῆς διανοίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς ἐπορεύθημεν· ὅτι ἀναξίως τῆς κλήσεως καὶ τῆ Εὐαγγελίῳ τῆ Χριστοῦ σου πεπολιτεύμεθα, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ παθημάτων, καὶ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν κενώσεως· ὅτι ἐγενήθημεν ὄνειδος τῷ ἀγαπητῷ σου· ἱερεῖς καὶ λαὸς [b] ἐξέστημεν ἐπὶ τὸ αὐτό· πάντες ἐξεκλίναμεν, ἅμα ἠχρειώθημεν· οὐκ ἔστι ποιῶν κρῖμα, καὶ δικαιοσύνην, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός· ἀπεκλείσαμεν τοὺς οἰκτιρμούς σου, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν σου, καὶ σωλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, διὰ τὴν κακίαν ἡμῶν, καὶ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἡμῶν, [c] μεθ' ἧς ἀνεστράφημεν. σὺ χρηστὸς, ἀλλ' ἡμεῖς ἠνομήσαμεν· σὺ μακρόθυμος, ἀλλ' ἡμεῖς πληγῶν ἄξιοι· γινώσκομέν σου τὴν ἀγαθότητα, καὶ πέρ ἀσυνετοῦντες· ὀλίγα ὧν ἡμάρτομεν μεμασιγώμεθα· σὺ φοβερὸς, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι; τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη· καὶ μεγέθει βραχίονός σου τίς [d] ἀντερίσει; ἐὰν κλείσῃς τὸν οὐρανὸν, τίς ἀνοίξει; [e] καὶ ἐὰν λύσῃς τοὺς καταῤῥάκτας σου, τίς συνέξει; κοῦφον ἐν ὀφθαλμοῖς σου πλωχίσαι καὶ πλουτίσαι, ζωῶσαι καὶ θανατῶσαι, πατάξαι καὶ ἰάσασθαι· καὶ [f] τὸ θελῆσαί σου, πρᾶξις ἐστὶ συντετελεσμένη. σὺ ὠργίσθης, καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν, λέγει τις τῶν πάλαι ἀνθομολογούμενος. ἐμοὶ δὲ καὶ τὸ ἐναντίον καιρὸς εἰπεῖν· ἡμεῖς ἡμάρτομεν, καὶ σὺ ὠργίωσης· διὰ τοῦτο ἐγενήθημεν ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν. ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἀτιμίας ἐπλήσθημεν· ἀλλὰ κόπασον, Κύριε, ἄνες, Κύριε, ἱλάσθητι, Κύριε· [g] μὴ [h] παραδῶς ἡμᾶς εἰς τέλος διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, μηδὲ διὰ τῶν ἡμετέρων παιδεύσης ἄλλους μαστίγων, ἐνὸν ἡμᾶς διὰ τῆς ἑτέρων βασάνου σωφρονισθῆναι· τίνων τούτων; ἐθνῶν [i] τῶν οὐ γινωσκόντων σε, καὶ βασιλειῶν, αἳ τῷ σῷ κράτει οὐχ ὑπετάγησαν·

(a) Επελαθόμεθα. Sic duo Regg. & Or. 2. In Ed. ἀπελαθόμεθα.
(b) Εξέστημεν. *Prævaricati ſumus.*
(c) Μεθ' ἧς ἀνεστράφημεν. *Quâ converſati ſumus, in contrarium acti ſumus.* Hæc ab Interprete omiſſa.
(d) Αντερίσει. Coisl. 2. & Jeſ. ἀντερείσει.
(e) Καὶ ἐὰν ... συνέξει. Hæc deſunt in Or. 2.
(f) Τὸ θελῆσαι. Coisl. 1. τὸ θέλημα.
(g) Μή. Coisl. 1. Or. 2. καὶ μή.
(h) Παραδῶς. Coisl. 1. παραδώσῃς.
(i) Τῶν δ'. Or. 2. τῶν μή.

ὑποτάγησαν· ἡμεῖς δὲ λαός σου, Κύριε, καὶ ῥάβδος κληρονομίας σου· διὰ τοῦτο παίδευσον
a ἡμᾶς, πλὴν ἐν χρηστότητι, καὶ μὴ [a] ἐν τῷ θυμῷ σε, ἵνα μὴ ὀλιγοστοὺς ἡμᾶς ποιήσῃς, καὶ ὥσπερ
b πάντας τοὺς καταοικοῦντας τὴν γῆν, [b] ἐξουδένωμα.

quæ imperio tuo minimè subjecta sunt. At nos populus tuus, Domine, & virga hæreditatis tuæ. Proindè castiga nos, verùm in mansuetudine, ac non in ira tua, ne pauciſſimos nos facias, & contemptiſſimos omnium qui habitant terram. Jer. x. 24.

ιγ. Τούτοις ἐγὼ τοῖς λόγοις ἕλκω τὸν ἔλεον· εἰ δὲ καὶ ὁλοκαυτώμασιν, ἢ θυσίαις ἦν ἐξιλάσασθαι πρὸς τῆς ὀργῆς, οὐδὲ τούτων ἂν ἐφεισάμην· ὑμεῖς δὲ μὴ αὐτοὶ μιμήσασθε δειλὸν ἱερέα· καὶ τέκνα ἀγαπητὰ, καὶ θείας κοινωνοὶ καὶ νουθεσίας καὶ φιλανθρωπίας· κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἐν δάκρυσι, στήσατε τὴν ὀργὴν, βελτίονα ποιήσαντες τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν. ἁγιάσατε νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν· ταῦθ' ὑμῖν διακελεύεται μεθ' ἡμῶν Ἰωὴλ ὁ μακάριος· συναγάγετε πρεσβυτέρους, νήπια θηλάζοντα μαστοὺς, ἡλικίαν ἐλεεινὴν, καὶ μάλιστα τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀξίαν. οἶδα δὲ ἃ, κἀμοὶ τῷ λειτουργῷ Κυρίου, καὶ
c ὑμῖν [c] ἐντέλλεται, τοῖς τῆς αὐτῆς δόξης
d ἠξιωμένοις, εἰσελθεῖν [d] ἐν σάκκοις, καὶ
e κόπτεσθαι νυκτὸς καὶ ἡμέρας [e] ἀνὰ μέσον τῆς κρηπῖδος καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐλεεινοὺς τῷ σχήματι, ἐλεεινοτέρους ταῖς φωναῖς, βοῶντας ἐντεινῶς ὑπέρ τε ἑαυτῶν, καὶ τοῦ λαοῦ, φειδομένους μηδενὸς, μὴ κόπου, μὴ ῥήματος, οἷς Θεὸς ἐξιλάσκεται· φεῖσαι, Κύριε, τοῦ λαοῦ σου, λέγοντας, καὶ μὴ δῶς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος, καὶ ὅσα ἐξῆς τῆς δεήσεως, τοσοῦτον πλέον ἔχοντας τῆς θλίψεως, ὅσον καὶ τῆς ἀξίας, δι' ἑαυτῶν παιδεύοντας τὸν λαὸν πρὸς κατάνυξιν, καὶ τῆς κακίας διόρθωσιν, καὶ τὴν ἑπομένην τούτοις τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν, καὶ ἀνοχὴν τῆς μάστιγος.

XIII. His ego ſermonibus miſericordiam capto. Quòd ſi holocauſtis etiam aut ſacrificiis iram ipſius placare liceret, ne his quidem peperciſſem. Vos verò ipſi quoque timidum ſacerdotem imitemini. Ita facite, dilecti filii; ita, inquam, facite vos, quos divinæ increpationis & benignitatis ſocios & conſortes habeo. In lacrymis animas veſtras poſſidete, divinam iram ſedate, veſtra vitæ ſtudia & inſtituta in melius commutantes. *Sanctificate jejunium, proclamate curationem;* quemadmodùm vos mecum beatus Joël cohortatur, *congregate ſeniores, infantes ubera ſugentes*, ætatem miſerabilem, ac Dei miſericordiâ inprimis dignam. Nec verò me fugit, quænam mihi quoque, Domini miniſtro, & vobis, qui eundem honorem conſecuti eſtis, præcipiat; nimirum ut cum ciliciis templum ingrediamur, ac diu noctúque inter gradus & altare pectora tundamus, geſtu ipſo ac ſpecie miſerabiles, vocibus miſerabiliores; tum noſtrâ, tum populi causâ, intentè ac prolixè clamantes, non labori, non ſermoni, non ullis aliis rebus parcentes, quibus Dei indignatio ſedatur, dicentes: *Parce, Domine, populo tuo, ne des hæreditatem tuam in opprobrium*, & quæ in ea oratione poſteà ſequuntur; tantóque majorem afflictionis partem ſentientes, quantò dignitate ſuperiores ſumus, noſtro exemplo plebem ad compunctionem, improbæque vitæ correctionem, quam utique Dei lenitas virgæque ſuſpenſio comitatur, erudientes.

Quid Scriptura, tum populo, tum Sacerdotibus in calamitate agendum præcipiat.

Joël. I. 14.

Joël. II. 17.

ιδ. Δεῦτε οὖν πάντες, ἀδελφοὶ, προσκυνήσωμεν, καὶ [f] προσπέσωμεν, καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον Κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς· σησώμεθα κοινὸν πένθος, [g] κατά τε ἡλικίας καὶ γένη διαιρεθέντες· ὑψώσωμεν τὴν φωνὴν τῆς
h [h] ἱκεσίας· ἀντὶ τῆς μισουμένης αὐτῷ κραυγῆς,
i ταύτην εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ [i] ἀνενέγκωμεν· προφθάσωμεν αὐτοῦ τὴν ὀργὴν ἐν ἐξομολογήσει· βουληθῶμεν αὐτὸν ἰδεῖν ὥσπερ ὠργισμένον, οὕτω καὶ μετατιθέμενον. τίς
k οἶδε, φησὶν, εἰ [k] ἐπιστρέψει, καὶ μετανοήσει, καὶ
l [l] ὑπολείψεται εὐλογίαν; οἶδα τοῦτο σαφῶς,

Omnibus modis Nazianzenos ad compunctionem excitat Gregorius. Pſ. XCIV. 6. & 7.

Joël. II. 14.

(a) Εν τῷ. Deeſt in Regg. a. c. & in Or. 2.
(b) Εξουδένωμα. Plures Regg. & Coisl. 1. ἐξουθένημα.
(c) Εντέλλεται. Reg. ph. ἐντέταλται, *mandavit*. Mont. ἐντέτακται, *ordinavit, conſtituit*.
(d) Εν σάκκοις. Or. 2. ἐν σάκκῳ.
(e) Ανὰ μέσον. Reg. ph. conjunctim ἀναμέσον.
(f) Προσπέσωμεν. Coisl. 1. Or. 2. & Montac. addunt αὐτῷ.
(g) Κατά τε ἡλικίας. Regg. a. bm. ph. Paſſ. ἡλικίαν. Deeſt τε in nonnullis.
(h) Ικεσίας. Or. 2. & alii, ἱκετείας.
(i) Ανενέγκωμεν. Reg. a. εἰσενέγκωμεν.
(k) Επιστρέψει καὶ μετανοήσει. Jeſ. ἐπιστρέψῃ & μετανοήσῃ.
(l) Υπολείψεται. Reg. ph. ὑπολείψηται. Paſſ. ὑπολείπηται. Montac. ὑπολίπεται. Coisl. 1. aliique nonnulli ὑποκαταλείψεται ὀπίσω αὐτῆς.

tanea eſt, ſe conferet. Ad illud enim à nobis vi adigitur, ad hoc autem ſuâpte naturâ fertur. Quòd ſi vi ad id adactus percutit, quomodò propenſionem ſecutus non remittet? Tantùm nosipſos commiſereamur, piis patris viſceribus viam aperientes. *In lacrymis ſeminemus, ut in exultatione metamus.* Ninivitas imitemur, non Sodomitas. Improbitati medicinam adhibeamus, ne cum improbitate conſumamur. Jonam concionantem audiamus, ne igne & ſulphure velut aquis obruamur. Quòd ſi è Sodomis exceſſerimus, *ad montem aſcendamus*, ad oppidum Segor confugiamus, ad Solis ortum illuc ingrediamur. Ne in ulla vicinæ regionis parte pedem figamus; ne circumſpiciamus, ne alioqui in ſalis columnam concreſcamus, columnam, inquam, verè immortalem, animæque in vitium relabentis accuſatricem.

Pſ. CXXV. 5.

Ninivitæ, non Sodomitæ imitandi.

Gen. XIX. 17. & 23,

A ἐγὼ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἐζηλωτής. καὶ ὁ ΘΕΟΣ φύσιν ἐστὶν αὐτῷ τῆς ὀργῆς ἀφεὶς, ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν χωρήσει τὸν ἔλεον· εἰς ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὑφ' ἡμῶν βιάζεται, πρὸς δὲ τοῦτο τὴν ὁρμὴν ἔχει· καὶ εἰ πατάσσει βιαζόμενος, [a] πῶς οὐκ ἀνήσει τῇ φύσει χρώμενος; a μόνον ἡμᾶς αὐτοὺς ἐλεήσωμεν, τοῖς δικαίοις [b] τοῦ πατρὸς σπλάγχνοις [c] ὁδὸν ἀνοίξαντες· b c σπείρωμεν ἐν δάκρυσιν, ἵν' ἐν ἀγαλλιάσει θερίσωμεν· γενώμεθα Νινευῖται, μὴ Σοδο-
B μῖται· θεραπεύσωμεν τὴν κακίαν, μὴ τῇ κακίᾳ συντελεσθῶμεν· ἀκούσωμεν Ἰωνᾶ κηρύσσοντος, μὴ πυρὶ & θείῳ καλακλυσθῶμεν· κἂν [d] ἐξέλθωμεν Σόδομα, πρεσβῶμεν τῷ d ὄρει, καταφύγωμεν [e] εἰς Σεγὼρ, ἀνίσχοντι e [f] συνεισέλθωμεν τῷ ἡλίῳ· μὴ στῶμεν ἐν πάσῃ f τῇ περιχώρῳ, μὴ [g] περιβλεψώμεθα, μὴ g παγῶμεν εἰς στήλην ἁλὸς, στήλην ὄντως ἀθάνατον, καὶ κατηγορίαν ψυχῆς εἰς κακίαν ἐπιστρεφούσης.

Solus Deus omni prorsùs vitio caret.

XV. Illud cognitum habeamus; quòd
C omni vitio carere, verè hominis modulum excedit, ſoliúſque Dei eſt. Nihil enim de Angelis dico, ne vitioſis affectionibus occaſionem demus, atque improbis contentionibus januam aperiamus. Perditè autem & incurabiliter ægrotare, pravæ illius & adverſariæ naturæ eſt, atque eorum, qui ab ea afflantur. At verò poſt peccatum ad meliorem mentem redire, hominum eſſe, verùm proborum, & qui ex ea claſſe ſint, quæ ſalutem conſequitur. Nam etſi pulvis hic improbitatis ali-
D quid ſecum trahit, ac terrenum hoc tabernaculum mentem ſurſum tendentem, aut certè ad hoc creatam, ut ſurſum tendat, deprimit: at imago tamen limum repurget, ac ſociali jugo conjunctam carnem, rationis pennis ſublevatam, in ſublimi collocet. Melius quidem nobiſcum ageretur, ſi nec hujuſmodi purgatione opus haberemus, nec omninò purgati fuiſſemus, integrâ videlicet atque incolumi nobis manente dignitate illâ, ad quam etiam per hujuſce vitæ diſciplinam properamus; nec per amarum peccati guſtum à vitæ ligno
E excidiſſemus. At illud item melius ac præſtantius eſt, ut, cùm peccamus, in nos

Caſtigatio, paternæ bene-

i. e. Γνῶμεν ὅτι, τὸ μὲν [h] μηδὲν ἁμαρτεῖν, h ὄντως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ μόνου Θεοῦ· ἐπεὶ γὰρ περὶ Ἀγγέλων τι λέγειν, μὴ δῶμεν καιρὸν τοῖς πάθεσι, καὶ [i] θύραν πονηραῖς i ἀντιῤῥήσεσι· [k] τὸ δὲ ἀθεράπευτον, τῆς πονηρᾶς k καὶ ἀντικειμένης [l] ἐστι φύσεως, καὶ τῶν ὑπ' l ἐκείνης ἐνεργουμένων· τὸ δὲ ἁμαρτάνοντας ἐπιστρέφειν, ἀνθρώπων μὲν, ἀλλ' ἐπιεικῶν, καὶ τῆς [m] ζωζωμένης μερίδος. εἰ γὰρ καὶ ὁ m χοὺς ἐπισύρεταί τι τῆς κακίας, καὶ τὸ
D γεῶδες σκῆνος βρίθει τὸν νοῦν ἄνω φερόμενον, ἢ ἄνω φέρεσθαι δεδημιουργημένον, [n] ἀλλ' ἡ n εἰκὼν ἀνακαθαιρέτω τὴν ἰλὺν, καὶ [o] ἄνω o τιθέτω τὴν ὁμόζυγον σάρκα, τοῖς τοῦ λόγου πτεροῖς [p] κουφίζουσα· καὶ κρεῖττον μὲν, μήτε p δεηθῆναι τοιαύτης καθάρσεως, μήτε καθαρθῆναι, τοῦ πρώτου μένοντος ἡμῖν ἀξιώματος, εἰς ὃ καὶ σπεύδομεν ἐκ τῆς [q] ἐνταῦθα q παιδαγωγίας, [r] μηδὲ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς r ἐκπεσεῖν τῇ πικρᾷ γεύσει τῆς ἁμαρτίας·
E κρεῖσσον δὲ, τοῦ [s] μὴ παιδεύεσθαι πλείοντας, s τὸ ἁμαρτάνοντας ἐπιστρέφεσθαι. ὃν μὲν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει, ᾗ πατρικὸν τὸ τῆς

(a) Πῶς οὐκ ἀνήσει &c. Billius: *Quid afferri poteſt, quin boni naturâ utens, indulgentem ſe nobis præbiturus ſit?*

(b) Τῷ πατρός. Or. 2. τῷ Θεῷ. *Dei.*

(c) Ὁδὸν. Or. 2. Θύραν, *januam.*

(d) Ἐξέλθωμεν. Sic Reg. bm. Or. 2. Paſſ. In Ed. ἐξέλθωμεν.

(e) Εἰς Σεγώρ. Duo Regg. & Or. 2. εἰς Σηγώρ.

(f) Συνεισέλθωμεν. Or. 2. συνανέλθωμεν.

(g) Περιβλεψώμεθα. Coisl. 1. addit, εἰς τὰ ὀπίσω. Comb. εἰς τὸ πίσω.

(h) Μηδὲν ἁμαρτεῖν &c. *Solius Dei eſt non peccare.* Solon, apud Demoſt. Or. de Corona, ait: μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῖον, ᾗ πάντα κατορθοῦν. *Deorum eſt nihil peccare, & omnia præclarè agere.* Deeſt ὄντως, in Reg. ph.

(i) Θύραν. Billius: *feneſtram.* Combef. addit, ἀνοίξωμεν. *Oſtium aperiamus.* Ruff. *aditum reſeramus.*

(k) Τὸ δέ. Sic Regg. bm. ph. Or. 2. In Ed. τὸ μέν.

(l) Ἐστὶ φύσεως. Sic Or. 2. & Comb. Deeſt ἐστι in Ed.

(m) Σωζωμένης. Coisl. 1. σωζωμένων.

(n) Ἀλλ' ἡ. Sic Regg. a. bm. ph. & Or. 2. Deeſt ἡ in Ed.

(o) Ἄνω τιθέτω. Montac. ἀνατιθέτω.

(p) Κουφίζουσα· καί. In quibuſdam, κουφιζομένην. Deeſt καί in Or. 2.

(q) Ἐνταῦθα. Coisl. 1. & Or. 2. ἐντεῦθεν.

(r) Μηδέ. Reg. bm. μήτε.

(s) Μή. Deeſt in Or. 2.

ἐπιτιμήσεως· ψυχὴ δὲ πᾶσα ἀνουθέτητος, ἀθεράπευτος· οὐκ οὖν οὐ πληγῆναι χαλεπὸν, ἀλλὰ μὴ [a]ζωφρονισθῆναι τῇ πληγῇ χαλεπώτερον. φησί τις τῶν Προφητῶν, περὶ τοῦ Ισραὴλ λέγων, τοῦ σκληροῦ καὶ ἀπεριτμήτου τὴν καρδίαν· Κύριε, ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόνεσαν· ἐπαίδευσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν· καὶ πάλιν· [c b] ☪ ὁ λαὸς οὐκ [b]ἐπεστράφη, ἕως ἐπλήγη· [c]καὶ, τί ὅτι ἀπεστράφη ὁ λαός μου ἀποστροφὴν πονηρὰν, ἐξ ἧς τέλεον συντριβήσεται, καὶ καταφθαρήσεται;

animadvertatur, quàm ut labentes minimè castigemur. *Quem enim amat Dominus, castigat*, paternæque benevolentiæ argumentum est increpatio: contrà omnis anima, quæ admonitionis & castigationis expers est, incurabilis manet. Quocircà non grave est plagis affici, sed plagâ meliorem non fieri gravissimum & acerbissimum est. Atque eo nomine Propheta quidam de duro illo ac corde incirconciso Israële verba faciens, ita loquebatur: *Domine, percussisti eos, & non doluerunt: corripuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.* Ac rursus: *Et populus non est conversus, quoad percussus est.* Et alio loco: *Quare aversus est populus meus aversione pravâ*, ob quam prorsùs obteretur & extinguetur? volentiæ argumentum. *Prov.* III. 12. *Jer.* V. 3. *Isai.* IX. 13. *Jer.* VIII. 5.

15. Φοβερὸν μὲν οὖν, ἀδελφοὶ, τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος· φοβερὸν δὲ τὸ πρόσωπον Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ, καὶ πανωλεθρίᾳ τὴν κακίαν ἐξαφανίζον· [d] [d]φοβερὰ δὲ ἀκοὴ Θεοῦ, καὶ τῆς Αβελ φωνῆς αἰσθανομένη δίχα τῶν σιγώντων αἵματος· φοβεροὶ δὲ πόδες πονηρίαν καταλαμβάνοντες· φοβερὰ [e] δὲ τοῦ [e]παντὸς πλήρωσις, ὡς μὴ εἶναι μηδαμοῦ φυγεῖν Θεοῦ κίνησιν, μὴ εἰς οὐρανὸν ἀναπλάντα, μὴ εἰς ᾅδου χωρήσαντα, μὴ [f] [f]πρὸς ἀνατολὰς ἀποδράντα, μὴ θαλάσσης ἐναποκρυβέντα βυθοῖς ἢ πέρασι. φοβεῖται δὲ πρὸ ἐμοῦ καὶ Ναοὺμ ὁ Ελκεσαῖος, ἐν οἷς [g] τὸ κατὰ [g]Νινευὶ λῆμμα δημοσιεύει, τὸν Ζηλωτὴν Θεὸν, καὶ ἐκδικοῦντα Κύριον μετὰ θυμοῦ τοὺς ὑπεναντίους, καὶ τοσαύτῃ χρώμενον ἀποτομίας περιουσίᾳ, ὡς μηδὲ δευτέραν ὑπολείπεσθαι κατὰ τῶν πονηρῶν ἐκδίκησιν. Ησαΐου μὲν γὰρ ὅταν ἀκούσω τῷ λαῷ Σοδόμων, καὶ τοῖς ἄρχουσι Γομόρρας ἀπειλοῦντος, καὶ [h] λέγοντος· τί ἔτι [h]πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; μικροῦ καὶ φρικῆς πληροῦμαι, καὶ συγχέομαι δάκρυσιν· οὐκ ἔστι, φησὶ, τῇ προσθήκῃ τῆς ἁμαρτίας προσθήκην πληγῆς ἐξευρεῖν· οὕτω πάντα διεξεληλύθατε, ☪ πᾶν εἶδος πληγῆς ἐπενώσατε, ἀεί τινα καινοτέραν [i] δίχα τῆς κακίας [i]τῆς ἑαυτῶν προκαλούμενοι· οὐκ ἔστι τραῦμα, οὐδὲ μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα· ὁλοσώματός, φησιν, ἡ πληγὴ, ἀλλὰ καὶ ἀθεράπευτος· οὐ γὰρ ἐστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους· [k] καὶ παρίημι τὰ ἐξῆς τῆς ἀπειλῆς, ἵνα μὴ τῆς [k]παρούσης ὑμῖν πληγῆς βαρύτερος γένωμαι.

XVI. *Horrendum est*, Fratres, *in Dei viventis manus incidere.* Horrendus *vultus Domini super facientes mala*, vitiúmque funditùs evertens ac delens. Horrenda auris Domini, *Abelis vocem* etiam per tacitum cruorem sentiens. Horrendi pedes, improbitatem cursu assequentes. Horrenda universi orbis impletio, ita ut nemini usquam Dei commotionem effugere liceat; non si *in cœlum avolaverit*, non si *in infernum se contulerit*, non si *ad Orientem profugerit*, non si *in profundos & extremos maris sinus* sese abdiderit. Quin etiam ante me Nahum ille Elcesæus *Ninivitarum onus* prædicans, Zeloten Deum, & Dominum cum furore adversarios suos ulciscentem, tantámque severitatis magnitudinem adhibentem perhorrescit, ut ne secundam quidem adversus sceleratos ultionem sibi reliquam faciat. Nam cùm Esaiam audio Sodomorum populo, ac Gomorrhæ principibus minitantem, & dicentem: *Ut quid ultrà percutiemini, addentes prævaricationem?* Minimum abest, quin toto corpore contremiscam, lacrymísque perfundar. Sceleris, inquit, accessioni nulla jam pœnæ accessio excogitari potest: ita per omnia grassati estis, atque omne plagarum genus exhausistis, novam subindè pœnam per improbitatem vestram accersentes. *Non est vulnus, non livor, non plaga tumens: toto corpore*, inquit, *fusa est plaga, prorsúsque incurabilis. Non enim malagma imponere est, non oleum, non alligaturam.* Ac, quæ deinceps in ea comminatione sequuntur, prætereo, ne præsenti plagâ vobis acerbior existam. Horrenda quæ peccatores manent. *Hebr.* X. 31. *Ps.* XXXIII. 17. *Gen.* IV. 10. *Jer.* XXIII. 24. *Ps.* CXXXVIII. 7. & *seq.* *Nahum.* I. 1. *Isai.* I. 5. *Isai.* I. 6.

(*a*) Σωφρονισθῆναι. Regg. bm. ph. Montac. σωφρονίζεσθαι.
(*b*) Επεστράφη. In quibusdam, ἀπεστράφη.
(*c*) Καὶ τί. Deest τί in Reg. a. & Or. 2.
(*d*) Φοβερά. Pass. φοβερόν.
(*e*) Παντὸς πλήρωσις. Coisl. 2. aliique nonnulli: παντὸς κόσμου συμπλήρωσις.
(*f*) Πρὸς ἀνατολάς. Or. 2. εἰς ἀνατολάς.
(*g*) Νινευί. Reg. ph. Νινευή.
(*h*) Πληγῆτε. Sic Regg. a. c. ph. Jes. In Ed. πληγῇ τε.
(*i*) Τῆς ἑαυτῶν. Sic plures Regg. & Or. 2. Deest τῆς in Ed.
(*k*) Παρούσης ὑμῖν &c. Sic Regg. a. c. bm. ph. &c. In Ed. παρούσης πληγῆς βαρύτερος ὑμῖν γένωμαι.

Calamitatum causa in populorum peccatis requirenda.

XVII. Sed tamen hujus calamitatis causam agnoscamus. Cur segetes exaruerunt, horrea confusa sunt, pascua ovium defecerunt, extenuata sunt speciosa terræ, campi non pinguedine, sed mœrore perfusi sunt; valles, non frumento abundarunt, sed deploratæ sunt; montes nobis, quemadmodùm postea justis viris, dulcedinem non stillarunt, sed ornatum suum exuerunt, ignominiâque affecti sunt, ac *montium Gelboë* maledictionem contrario modo acceperunt? Facta est universa terra ut à principio, cùm nondùm pulchritudine suâ exornata esset. *Visitasti terram, & inebriasti eam;* sed visitatione malâ, & pestiferâ ebrietate. Proh triste spectaculum! In culmo fertilitas nobis est, & sementis ex parvis reliquiis agnoscitur, ac vix primitias Domino messis nostra edit, atque ex mensibus potiùs quàm ex manipulis percipitur. Tales impiorum divitiæ sunt, tales malè seminantium messes: nimirùm, juxta veterem maledictionem, *respicere ad multa, & pauca inferre: seminare, & non metere; plantare & non exprimere; ubi decem juga boum operantur, lagunculam unam facere;* atque apud alios frugum ubertatem audire, cùm interim ipsi rerum penuriâ premantur. Undè hæc tandem, & quæ nobis hujusce calamitatis causa est? Ne expectemus, ut ab aliis coarguamur: ipsimet in nos inquiramus. Magna vitii medicina est confessio, & peccati fuga. Primus ego, sicut populo meo ante denunciavi, ac speculatoris munere functus sum. Non enim *venientem gladium* celavi, ut & meam ipsius, & eorum, qui audiunt, animas elucrarer. Sic nunc quoque populi mei inobedientiam exponam, peccata illius pro meis ducens. Sic enim fortasse futurum est, ut misericordiam aliquam & ærumnæ levationem consequar.

II. Reg. I. 21.

Ps. LXIV. 10.

Agg. I. 9.

Soph. I. 13.

Isai. V. 10.

Confessio & fuga peccati, magna vitii medicina.

Ez. XXXIII. 3.

Ira Dei, vexatione pauperum præcipue provocari solet.

XVIII. Alius nostrûm pauperem oppressit, ac terræ partem ipsi abstraxit, maléque, vel per fraudem, vel per vim, terminum transgressus est, & domum ad domum conjunxit, & agrum agro copulavit, ut proximo aliquid eriperet; ac vicinum nullum habere studuit, perindè ac solus habitaturus in terra. Alius usuris & fœnoribus terram contaminavit, colligens ubi non seminarat, ac metens ubi non sparserat; non ex terræ cultu, sed ex pauperum inopia & penuria, commoda sua

ιζ. Πλὴν ἐπιγνῶμεν τοῦ κακοῦ τὴν A
ὑποθεσιν· πόθεν ἐξηράνθησαν [a]γεωργίαι, a
ἠσχύνθησαν ἀποθῆκαι, καὶ νομὴ προβάτων
ἐξέλιπεν, [b]ὠλιγώθη τὰ ὡραῖα τῆς γῆς, οὐκ b
ἐπλήσθη τὰ πεδία πιότητος, ἀλλὰ κατη-
φείας· οὐκ ἐπλήθυναν αἱ κοιλάδες σῖτον,
ἀλλ' ἐκλαύσθησαν· οὐκ [c]ἐστάλαξε τὰ ὄρη c
γλυκασμὸν, ὡς ὕστερον τοῖς δικαίοις, ἀλλ'
ἀπεκοσμήθη καὶ ἠτιμάσθη, καὶ τὴν Γελβουὲ
κατάραν ἐκ τῶν ἐναντίων ἐδέξατο; γέγονεν
ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς πᾶσα ἡ γῆ, πρὶν κοσμηθῆναι B
τοῖς ἑαυτῆς κάλλεσιν· ἐπεσκέψω μὲν τὴν γῆν,
καὶ ἐμέθυσας αὐτὴν, ἀλλ' ἐπισκοπὴν πονηρὰν
καὶ μέθην ὀλέθριον. φεῦ τοῦ θεάματος· ἐν
καλάμῃ τὰ τῆς εὐφορίας ἡμῖν, καὶ μικροῖς
λειψάνοις ἡ σπορὰ γνωρίζεται, καὶ μόλις
ἀπαρχὰς Κυρίῳ τὸ θέρος ἡμῶν καρποφορεῖ,
[d]μησὶ μᾶλλον ἢ δράγμασι καταλαμβανόμενον. d
τοιοῦτος ὁ πλοῦτος τῶν ἀσεβῶν, τοιαῦτα τὰ
τῶν κακῶς σπειρόντων γεώργια· ἐπιβλέψαι,
ὡς ἡ παλαιὰ κατάρα, πλείονα, καὶ εἰσενεγκεῖν C
ὀλίγα· σπεῖραι, καὶ μὴ ἀμῆσαι· φυτεῦσαι,
καὶ μὴ ἐκθλίψαι· οὗ ἐργῶνται δέκα ζεύγη
βοῶν, ποιῆσαι κεράμιον ἕν· καὶ παρ' ἄλλοις
ἀκούειν [e]τὴν εὐκαρπίαν, αὐτοὺς ἐνδείᾳ πιε- e
ζομένους. πόθεν ταῦτα, καὶ τίς ἡ αἰτία τοῦ
θραύσματος; μὴ ἀναμείνωμεν ὑπ' ἄλλων
ἐλεγχθῆναι· ἡμῶν αὐτῶν ἐξεταστὰὶ γενώμεθα.
μέγα κακίας φάρμακον, καὶ ὁμολογία, καὶ
φυγὴ τοῦ πλαίσματος. ἐγὼ πρῶτος, ὥσπερ
[f]ἀνήγγειλα τῷ λαῷ μου ἄνωθεν, καὶ τὸ τοῦ f
σκοποῦ ἔργον [g]πεπλήρωκα. οὐ γὰρ ἔκρυψα τὴν g
ἐρχομένην ῥομφαίαν, ἵνα καὶ τὴν ἐμαυτοῦ
ψυχὴν, καὶ τὰς τῶν ἀκουόντων προποιήσωμαι.
οὕτως ἀναγγελῶ καὶ τῷ λαῷ μου τὴν ἀπείθειαν,
ἐμαυτοῦ τὰ ἐκείνου ποιούμενος. εἴπως ἂν οὕτω
τύχοιμί τινος φιλανθρωπίας καὶ ἀναψύξεως.

ιη. Ὁ μέν τις ἡμῶν [h]ἐξέθλιψε πένητα, h
καὶ μοῖραν γῆς παρεσπάσατο, καὶ ὅριον
ὑπερέβη κακῶς, ἢ κλέψας, ἢ τυραννήσας, καὶ
συνῆψεν οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς E
ἀγρὸν, ἵνα τι τοῦ πλησίον ἀφέληται, καὶ
μηδένα ἔχειν ἐφιλονείκησε γείτονα, ὡς μόνος
οἰκήσων ἐπὶ τῆς γῆς· ὁ δὴ τόκοις καὶ πλεονα-
σμοῖς τὴν γῆν [i]ἐμίανε, καὶ συνάγων ὅθεν οὐκ i
ἔσπειρε, καὶ θερίζων ὅπου μὴ διεσκόρπισε·
γεωργῶν οὐ τὴν γῆν, ἀλλὰ τὴν χρείαν τῶν
δεομένων.

(a) Γεωργίαι. Reg. a. ἄγροι. Reg. bm. γεωργοί.
(b) Ωλιγώθη. Duo Colb. ὠλιγώθησαν.
(c) Εστάλαξε. Regg. a. c. ἐστάλασαν.
(d) Μησὶ μᾶλλον &c. *Ex mensibus potiùs* &c. id est, *non ex manipulorum acervis, sed ex mensium ratione, messis dignosci potest.*
(e) Τὴν εὐκαρπίαν αὐτὺς ἐνδείᾳ. Coisl. 1. τὰ τῆς εὐκαρπίας αὐτὺς ἐν ἐνδείᾳ.
(f) Ανήγγειλα. Reg. a. ἀπήγγειλα.
(g) Πεπλήρωκα. Regg. a. c. bm. ph. Or. 2. ἐπλήρωσα.
(h) Εξέθλιψε. *Afflixit, vexavit.*
(i) Εμίανε. Sequitur in Ed. καί, quod codicum auctoritate delevimus.

δεομένων. ὁ δὲ ἀπαρχὰς ἄλωνος καὶ ληνοῦ τὸν πάντα δεδωκότα Θεὸν ἀπεστέρησε, καὶ γέγονεν ἀχάριστός τε ὁμοῦ καὶ ἀνόητος· οὔτε a ὑπὲρ ὧν ἔσχεν εὐχαρισήσας, οὔτε [a] τὸ μέλλον, εἰ μή τι ἄλλο, δι' τὴς εὐγνωμοσύνης φροντιστὴς γενόμενος· ὁ δὲ χήραν καὶ ὀρφανὸν οὐκ ἠλέησεν, οὐδὲ μετέδωκεν ἄρτου καὶ τροφῆς b ὀλίγης τῷ δεομένῳ, μᾶλλον δὲ Χριστῷ [b] τῷ τρεφομένῳ δι' ὧν καὶ μικρῶς τρεφομένων· ὁ τὰ πολλὰ ἔχων ἴσως, καὶ παρ' ἐλπίδα, τοῦτο γὰρ ἤδη τὸ ἀδικώτατον, καὶ ταῖς B πολλαῖς ἀποθήκαις ξενοχωρούμενος, καὶ τὰς μὲν πληρῶν, τὰς δ' καθαιρῶν, ἵνα τοῖς μέλλουσι καρποῖς οἰκοδομήσῃ μείζονας, ἀγνοῶν ὅτι τῶν ἐλπίδων φθαναρπάζεται, καὶ λόγον ὑφέξει d c τῆς ἐνταῦθα [c] εὐπορίας καὶ [d] τῆς φαντασίας, κακὸς οἰκονόμος ἀγαθῶν ἀλλοτρίων γενόμενος· ὁ δὲ ὁδὸν ταπεινῶν ἐξέκλινε, καὶ ἐπλαγίασεν ἐν ἀδίκοις δίκαιον· ὁ δὲ ἐμίσησεν ἐν πύλαις ἐλέγχοντα, καὶ λόγον ὅσιον ἐβδελύξατο· ὁ δὲ e ἔθυσε τῇ ἑαυτοῦ ζαγήνῃ πολλὰ [e] συναγούσῃ, C καὶ τὴν ἁρπαγὴν τοῦ πλωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ἔχων, ἢ οὐκ ἐμνήσθη Θεοῦ, ἢ κακῶς ἐμνήσθη· εὐλογητὸς Κύριος, εἰπὼν, ὅτι πεπλουτήκα- f μεν· [f] καὶ ὑπέλαβεν ἀνομίαν, ὡς παρ' αὐτοῦ ταῦτα ἔχων, ἐξ οὗ κολασθήσεται· δι' ταῦτα E γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ [g] ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας· δι' ταῦτα, ἢ κλείεται οὐρανὸς, ἢ κακῶς ἀνοίγεται· καὶ πολλῷ μᾶλλον, εἰ μηδὲ πληγέντες ἐπιστρεφοίμεθα, καὶ τῷ ἐγγίζοντι φυσικῶς πλησιάζοιμεν.

h ιθ. Τί πρὸς ταῦτα ἐροῦμεν [h] οἱ σιτῶναι, καὶ σιτοκάπηλοι, καὶ τηροῦντες τὰς τῶν καιρῶν δυσκολίας, ἵν' εὐπορήσωμεν, καὶ i ταῖς [i] ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἐντρυφήσωμεν, καὶ κτησώμεθα, μὴ ὡς Ἰωσὴφ, τὰ τῶν Αἰγυπτίων ἐπ' οἰκονομίᾳ μείζονι, ἐκεῖνος γὰρ ἤδει καὶ συναγαγεῖν καὶ σιτοδοτῆσαι καλῶς, k [k] ὥσπερ καὶ προγνῶναι τὸν λιμὸν, καὶ στῆναι πρὸς αὐτὸν πόρρωθεν, ἀλλ' ὡς ὠδίνομοι τὰ τῷ ὁμοφύλων, οἱ λέγοντες· πότε διελεύσεται E l ὁ μὴν, καὶ [l] ἐμπωλήσομεν· καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἀνοίξομεν θησαυρὸς; οἱ τοῖς διπλοῖς μέτροις καὶ σταθμίοις τὸ δίκαιον διαφθείροντες, καὶ m τὸ [m] μολιβδοῦν μέτρον τῆς ἀνομίας ἐφ' ἑαυτοὺς

comparans. Alius areæ ac torcularis primitiis Deum, qui omnia donaverat, fraudavit, simúlque, & ingratum & dementem se præbuit; ut qui, nec pro iis, quæ habuit, gratias egerit, nec, si nihil aliud, futurum certè, per probi & grati animi officium, sibi ipsi procurarit. Alius nec viduam nec orphanum miseratus est, nec panem, & exiguum alimentum pauperi, vel Christo potiùs, qui per illos etiam parcè nutritos alitur, impertiit; & quidem cùm multa fortassè habeat, ac præter spem, (nam hoc demùm iniquissimum est,) atque in multis horreis angustiâ laboret, eaque partim impleat, partim evertat, ut ad futuros fructus condendos ampliora extruat, illud ignorans fore, ut priusquam spei suæ compos fiat, morte abripiatur, rationémque reddendam habeat, tum opum quibus hîc abundavit, tum earum rerum quas animo & cogitatione sibi finxit, ut qui aliena bona malè administrarit. Alius *viam humilium declinavit, & justum injustis rationibus circumvenit.* Alius *corripientem in portis odio habuit, ac sanctum sermonem abominatus est.* Alius *reti suo multa colligenti immolavit*, ac pauperis prædam domi habens, aut Dei memoriam ex animo ejecit, aut certè illius malè recordatus est, dicens: *Benedictus Dominus, quoniam divites facti sumus:* & iniquitatem suspicatus est, velut opes illas ipsius beneficio possideret, à quo pœnâ afficietur. *Ob hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Ob hæc, vel clauditur cœlum, vel malè aperitur; eóque magis, si, ne percussi quidem, resipiscamus, atque ad eum, qui naturâ suâ è vicino est, accedamus.

Christus in pauperibus nutritur.

Amos. II. 7. *Isai.* XXIX. 21. *Amos.* V. 10. *Habac.* I, 15.

Eph. V. 6.

XIX. Quid ad hæc dicemus, qui frumentum emimus, & vendimus, ac temporum difficultates observamus, ut opes nobis comparemus, & in alienis calamitatibus delicias capiamus, atque neque ut *Joseph Ægyptiorum facultates* majoris dispensationis causâ, (utrúmque enim norat, nimirùm & rectè colligere, & rectè annonam tribuere, quemadmodùm etiam, & famem prospicere, & eminus ei obsistere,) sed, ut iniqui & conscelerati, popularium nostrorum opes acquiramus? Qui dicimus: *Quando transibit mensis, ut vendamus; & Sabbata, ut æraria recludamus?* Qui *duplicibus mensuris & stateris* justitiam corrumpimus, ac *plumbeam* iniquitatis *mensuram* in nos ipsos inclinamus. Quid ad

Maledicti, qui temporũ difficultates observant, ut sibi opes comparent.

Gen. XLI. 39. *& seq.*

Amos. VIII. 5. *Deuter.* XXV. 13. *Zach.* V. 7.

(*a*) Τὸ μέλλον. In Coisl. 1. sequitur: ὅπως ἀσφαλῶς ἕξῃ φροντίσας, καὶ εἰ &c. *nec postea cogitavit quomodo securè possideret.*

(*b*) Τῷ τρεφομένῳ &c. Nonnulli Regg. & Coisl. 1. τῷ δι' ὧν καὶ μικρῶν τρεφομένῳ. *Christo qui & per parvulos alitur.*

(*c*) Εὐπορίας. Reg. bm. & Montac. εὐφορίας.

(*d*) Τῆς φαντασίας. Sic plures Regg. Deest τῆς in Ed.

(*e*) Συναγούσῃ. Plures Regg. & Or. 2. συναγαγούσῃ.

(*f*) Καὶ ὑπέλαβεν &c. Billius: *opesque ipsius beneficio se consecutum iniquè existimavit, à quo* &c.

(*g*) Ἐπὶ τοὺς υἱούς. Coisl. 1. ἐφ' ἡμᾶς τοὺς υἱούς, *super nos filios inobedientes.*

(*h*) Οἱ σιτῶναι. Sic Regg. bm. ph. Jes. Pass. In Ed. εἰ σιτῶναι.

(*i*) Ἀλλοτρίαις. Or. 2. ἀλλοτρίων.

(*k*) Ὥσπερ.... πόρρωθεν. Sic Coisl. 1. aliique Codd. Hæc in Græcis omissa, licet à Billio latinè reddita.

(*l*) Ἐμπωλήσομεν. Reg. ph. & Par. ἀπεμπωλήσομεν. Bas. ὑπωλήσομεν.

(*m*) Μολιβδοῦν. Regg. bm. ph. & Bas. μολιβδῶν.

hæc dicemus ; qui nullum augendarum opum finem novimus ; qui aurum & argentum, non ſecus atque illi olim *Baal & Aſtarten*, & execrandum illum *Chamos*, adoramus ; qui lapidum luxus & ſplendores conſectamur, veſtéſque molles & diffluentes, quæ à tineis abſumuntur, & prædonibus, ac tyrannis, furibúſque reconduntur ; qui ob ſervorum & quadrupedum greges inſoleſcimus ; qui in campis & montibus dilatamur, atque alia jam habemus, alia adjungimus, aliaque jamjam adepturi ſumus, inſtar illius *ſauguiſugæ*, cujus meminit Salomon, quæ expleri nequit, quemadmodùm nec infernus, nec terra, nec ignis, nec aqua ; novúmque orbem, quem poſſideamus, quærimus, ac Dei terminis, ut inſaturabili noſtrâ cupiditate minoribus, ſuccenſemus ? Quid verò illi, qui in ſublimioribus thronis ſedent, atque imperii ſcenam attollunt, ac ſupercilium theatris ipſis altius ; nec Deum, qui ſuper omnia eſt, nec inacceſſibile illud veri regni faſtigium conſiderant, ut ſubditis, tanquam conſervis, imperent, qui eâdem benignitate opus habent ? Jam eos quoque ſpectes velim, quos divinus Amos pulchrè perſtringit, *qui in eburneis lectis laſciviunt, pretioſiſſimiſque unguentis perfunduntur, atque ad Muſicorum inſtrumentorum ſonos applaudunt, rebúſque fugientibus, ut firmis & ſtabilibus, addicti ſunt ; non autem ob Joſephi contritionem dolorem ac moleſtiam concipiunt.* Atqui oportebat, ut eos, qui priores in calamitatem inciderant, benignitate complecterentur, ac miſericordiâ miſericordiam ſibi conciliarent : oportebat, inquam, *abietem ululare, quia cecidit cedrus*, ac vicinorum plagâ erudiri, atque per aliena mala rebus ſuis probè conſulere ; ut qui hoc utique nomine potiori conditione eſſent, quam ii, qui præceſſerunt, quòd ipſi per alios ſalutem conſequi potuerint, non autem alii per ipſos eruditi.

III. *Reg.* XI. 33.

Cupiditas nunquam expletur.

Prov. XXX, 15.

Amos. VI. 4. *& ſeq.*

Miſericordia per miſericordiam concilianda.

Zach. XI. 2.

XX. Hæc nobiſcum philoſophare, vir divine & ſacroſancte, quíque longo temporis ſpatio ingentem rerum uſum, ex quo ſapientia naſcitur, collegiſti. His populum tuum inſtrue. Doce *panem eſurienti frangere*, & pauperes tecto carentes colligere, & nuditatem tegere, nec conſanguineos deſpicere ; ac nunc præſertim, ut bonum noſtrum ex penuria ſit, non ex abundantia : quo munere Deus, magis

Ad Patrem Orationem convertit.

Iſai. LVIII. 7.

κλίνοντες· τί ϖϱὸς ταῦτα ἐϱοῦμεν, οἱ [a] μηδὲν πέϱας εἰδότες κτήσεως· οἱ ϖϱοσκυνοῦντες τὸν χϱυσὸν καὶ τὸν ἄϱγυϱον, ὥσϖεϱ τὴν Βάαλ οἱ πάλαι, καὶ τὴν Ασάϱτην, καὶ τὸ Χαμὼς βδέλυγμα· οἱ ϖϱιέποντες ἅϖ λίθων τὰς ϖολυτελείας καὶ δϱαυγείας, καὶ τῆς ἐδῆτος τὴν μαλακήν τε καὶ ϖϱιῤῥέουσαν, σηϖὸς δαπάνην, καὶ λησῶν, ⁊ τυϱάννων, ⁊ κλεϖτῶν θησαυϱίσματα· οἱ ϖλήθει γαυϱιῶντες ἀνδϱαϖόδων ⁊ τετϱαϖόδων· οἱ τοῖς ϖεδίοις ἐμϖλατυνόμενοι ⁊ τοῖς ὄϱεσι, ⁊ τὰ μὲν ἔχοντες, τὰ δὲ ϖϱοσλαμβάνοντες, τὰ ᾧ μέλλοντες, κατὰ τὴν Σολομόντειον βδέλλαν ἐμϖληθῆναι μὴ δυναμένην, ὁμοίως ᾅδῃ, καὶ γῇ, ⁊ ϖυϱὶ, ⁊ ὕδατι, ⁊ ζητοῦντες οἰκουμένην ἑτέϱαν εἰς κτῆσιν, ⁊ τοῖς τοῦ Θεοῦ ὁϱίοις καταμεμφόμενοι ὡς μικϱοτέϱοις ἢ κατὰ τὴν ἑαυτῶν ἐϖιθυμίαν ⁊ ἀϖλησίαν ; [b] τί δαὶ οἱ τοῖς ὑψηλοῖς θϱόνοις ἐγκαθεζόμενοι, καὶ τὴν ἀϱχικὴν σκηνὴν αἴϱοντες, ⁊ τὴν ὀφϱῦν τῶν θεάτϱων ὑψηλοτέϱαν, ⁊ μὴ λογιζόμενοι τὸν ἐϖὶ ϖᾶσι Θεὸν, καὶ τὸ ἀϖεφόϱητον ὕψος τῆς ἀληθινῆς βασιλείας, ἵν' ὡς ὁμοδούλων τῶν ὑϖηκόων ἄϱχωσιν, οἱ τῆς ἴσης δεόμενοι φιλανθϱωϖίας ; σκόϖει δέ μοι ⁊ τοὺς κατασϖαλαλῶντας ἐϖὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, ὧν καλῶς ὁ θεῖος Αμὼς καθάϖλεται, καὶ τὰ ϖϱῶτα μύϱα χϱιομένους, ⁊ τῇ φωνῇ τῶν ὀϱγάνων ἐϖιϖϱοτοῦντας, ⁊ τῶν φευγόντων ὡς ἰσαμένων ἐξηϱτημένους· ἀλλὰ μὴ τῇ συντϱιβῇ τοῦ Ιωσὴϕ συναλγοῦντάς τε ⁊ συμϖάσχοντας. δέον χϱηστοὺς εἶναι τοῖς ϖϱοεμϖεσοῦσι, ⁊ τῷ ἐλέῳ κτᾶσθαι τὸν ἔλεον· ὀλολύζειν ϖίτυν, ὅτι ϖέϖλωκε κέδϱος, [c] καὶ νεθετεῖσθαι τῇ τῶν ϖλησίων ϖληγῇ, ⁊ δι' ἀλλοτϱίων κακῶν τὰ οἰκεῖα εὖ τίθεσθαι, τοσοῦτον ϖλέον ἔχοντας τῶν ϖϱοειληφότων, ὅσον αὐτὸς δι' ἐκείνων [d] ζωθῆναι, ἀλλὰ μὴ δι' αὐτῶν ἑτέϱους σωφϱονισθῆναι.

κ. Ταῦτα συμφιλοσόφησον ἡμῖν, ὦ θεῖα ⁊ ἱεϱὰ κεφαλὴ, ⁊ ϖολλὴν ἐμϖειϱίαν τῷ [e] μακϱῷ χϱόνῳ συλλεξαμένη, ἐξ ἧς σοφία γίνεται, τούτοις τὸν λαόν σε κατάϱτισαι· δίδαξον δι' ἀθϱύϖτου [f] ϖεινῶσι τὸν ἄϱτον, ⁊ ϖτωχοὺς ἀστέγους [g] συνάγειν, καὶ γυμνότητα ϖεϱιστέλλειν, καὶ μὴ ϖϱοϊϱᾶν τοὺς ἀϕ' αἵματος, καὶ νῦν μάλισα, ἵν' ᾖ τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν ἐκ τῆς

(a) Μηδὲν πέϱας. Idem ſcripſit Solon : ϖλοῦτου δ' οὐδὲν τέϱμα ϖεϕασμένον ἀνδϱασι κεῖται. *Nullus opum mortalibus fixus eſt limes.*

(b) Τί δαί. Regg. bm. ph. τί δέ.

(c) Καὶ νεθετεῖσθαι. Deeſt καί, in Regg. a. c. bm. ph. ex Or. 2.

(d) Σωθῆναι. Billius : *conſecuti ſint.* Non rectè ; ſalutem enim non ſunt conſecuti, ſed perniciem ; nec ex aliorum pœnis eruditi ſunt, ut mox exponit Gregorius.

(e) Μακϱῷ. Reg. bm. πόλλῳ.

(f) Πεινῶσι. Sic Or. 2. In Ed. πεινῶντι.

(g) Συνάγειν. In quibuſdam, συναγάγειν.

χρείας, μὴ τοῦ περισσεύματος, ᾗ μᾶλλον A
καρποφορίᾳ Θεὸς εὐφραίνεται, ἢ πλήθει τῆς
εἰσφορᾶς καὶ μεγέθει τῆς ἐπιδόσεως. ἐπὶ
τούτοις, καὶ πρὸ τούτων, γενοῦ μοι Μωσῆς,
a ἢ Φινεὲς σήμερον· ςῆθι [a] περὶ ἡμῶν, καὶ ἐξί-
b λασαι· καὶ κοπασάτω ἡ θραῦσις, εἴτε [b] διὰ
θυσίας πνευματικῆς, εἴτε δι' εὐχῆς καὶ
c [c] λογικῆς ἐντεύξεως. ἐπίσχες τὴν ὀργὴν Κυρίου
d [d] τῇ μεσιτείᾳ· ςῆσον τὴν ἀκολουθίαν τῆς μάσ-
τιγος· οἶδεν αἰδεῖσθαι πατρὸς πολιὰν ὑπὲρ
τέκνων πρεσβεύουσαν. δεήθητι περὶ τῆς πα- B
ρελθούσης κακίας· τὸ μέλλον ἐγγυῆσαι· προσ-
e άγαγε λαὸν [e] πληγῇ καὶ φόβῳ κεκαθαρμένον·
αἴτησαι τὴν σωματικὴν τροφήν· αἴτησαι πρὸ
ταύτης καὶ τὴν ἀγγελικὴν ἐξ οὐρανοῦ κατα-
f βαίνουσαν· ἂν τοῦτο ποιήσῃς, οἰκειώσεις [f] Θεὸν,
ἡμερώσεις οὐρανὸν, ἀποδώσεις ὑετὸν πρωΐμόν
τε καὶ ὄψιμον· ὁ Κύριος δώσει χρηςότητα,
καὶ ἡ γῆ ἡμῶν δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς· ἡ
κάτω γε, τὸν ἐφήμερον, καὶ ὁ χοὺς ἡμῶν,
τὸν αἰώνιον, ὃν ταῖς θείαις ληνοῖς ἐναποθη-
g σόμεθα διὰ σοῦ, [g] προσάγοντος ἡμᾶς τε καὶ τὰ ἡμέτερα, ἐν Χριςῷ Ιησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν,
h ᾧ ἡ [h] δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· Αμήν.

quàm multis oblationibus, magnísque largitionibus, delectatur. Post hæc, imò ante hæc, esto mihi hodierno die *Moyses & Phinees*. *Sta* pro nobis, & placa; & *cesset quassatio*, sive per spirituale sacrificium, sive per orationem ac rationalem intercessionem. Domini iracundiam interventu tuo reprime: plagas deinceps sequentes compesce. Patris canitie pro filiis obsecrantis permoveri solet. Pro præterita improbitate ora: meliora in posterum de nobis pollicere. Offer populum calamitate ac metu purgatum. Corpoream alimoniam pete: angelicam etiam è cœlo descendentem priùs pete. Hoc si feceris, Deum nobis conciliabis, cœlum mitigabis, *matutinam & serotinam pluviam* reddes. *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum*: hæc, inquam, inferior, quotidianum; carnis autem nostræ terra, sempiternum, quem divinis horreis per te, & nos & munera nostra offerentem, imponemus, in Christo Jesu Domino nostro, cui sit gloria in sæcula. Amen.

Exod. XXXII. 11.
Ps. CV. 23. & 30.

Ejus preces efflagitat.

Hortatur ut priùs angelicum, deindè corporeum panem postulet.

Joël. II. 23.
Ps. LXXXIV. 13.

(*a*) Περὶ ἡμῶν. Reg. c. μεθ' ἡμῶν.

(*b*) Διὰ θυσίας πνευματικῆς. *Per spirituale sacrificium.* Nicetas exponit per τὴν ἱερουργίαν, id est, *Missæ sacrificium.*

(*c*) Λογικῆς ἐντεύξεως. Sic passim Gregorius mutat quod Paulus, Rom. XII. 1. vocat λογικῆς λατρείας. Cæterum λογικὴ ἐντεύξις videtur esse *oratio*, quæ fit verbo ac mente, *deprecatio*, *intercessio*.

(*d*) Τῇ μεσιτείᾳ. Sic Regg. a. c. Par. &c. In Editis μεσιταίᾳ.

(*e*) Πληγῇ. Sic Regg. bm. ph. Coisl. 1. Or. 2. &c. Malè in Editis πληγῆς.

(*f*) Θεόν. Reg. ph. Θεῷ.

(*g*) Προσάγοντος. Nonnulli Codices, προσάγοντες, *offerentes*.

(*h*) Δόξα. Duo Regg. addunt: καὶ τὸ κράτος ἅμα Πατρὶ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. *Cui gloria & potestas unà cum Patre & sancto Spiritu in sæcula sæculorum.*

MONITUM

IN ORATIONEM DECIMAM-SEPTIMAM.

Quo tempore habita hæc Oratio, & ejuſdem argumentum.

I. NAZIANZI *habita eſt hæc Oratio, circa finem anni 373. In cujus rei confirmationem, iiſdem rationibus, quibus in præcedenti monito, utimur. Vivebat adhuc Gregorius ſenior, & Theologus noſter Epiſcopali jam unctione erat conſecratus. Hanc Orationem in duas veluti partes divi-*

Monit. ad Or. XVI. n. 2.

Prima Orationis pars Nazianzenos ſpectat.

dit Orator. Prima pars ad Nazianzenos, ſecunda ad Magiſtratus dirigitur. Quænam autem fuerit Nazianzenorum culpa, non ſatis in hac oratione declaratur. Conjicit Billius Nazianzenos edicto quodam, aut tributorum & vectigalium gravitate offenſos, ſigna quædam animorum ad ſeditionem ſpectantium dediſſe. At veriſimile eſt non ita grave fuiſſe Nazianzenorum crimen; alioquin multò acriorem ad eos habiturus fuiſſet Orationem Gregorius, ſi non tantùm in animo habuiſſent, ſed etiam reipsà ſeditionem excitaſſent. In hac enim Oratione neutiquam Nazianzenos increpat Orator; ſed eos blandè conſolatur, & ad patientiam revocat. Hortatur etiam ut Dei memores ſint, ſi conſolationem & delectationem in

Or. XVII. n. 4.

malis conſequi velint; nec obliviſcantur homines ſæpè à Deo per contraria erudiri, *ac proindè Deo, ſive benefaciat, ſive corripiat, pari ſtudio ac voluntate ſubjiciendos, neque Deo ſolùm, ſed iis etiam qui imperium in terra gerunt. Alia hujuſmodi plurima, ac digna quæ legantur, Theologus ad populum Nazianzenum concionatur.*

Secunda pars ad Magiſtratus dirigitur.

II. *In ſecunda parte Magiſtratus alloquitur, & præcipuè Præfectum; non quidem Julianum tributorum duntaxat exæquatorem, ut arbitratur Nicetas, ſed alium totius Provinciæ Procuratorem, ſeu Præfectum, utpotè*

Or. XVII. n. 9.

qui à Deo gladium acceperat. *Hunc modis omnibus aggreditur Gregorius,*

Ibid. n. 9.

ut ipſius iratum animum ſedet ac leniat. Vos quoque, *inquit*, imperio meo ac throno lex Chriſti ſubjicit. Imperium enim nos quoque gerimus, addo etiam præſtantius ac perfectius....nec dubito, (*Præfectum compellans*,) quin hanc dicendi libertatem in optimam partem acceptus ſis, utpotè ſacra ſacri mei gregis ovis.... A Chriſto gladium accepiſti, non tam ut eo utaris, quàm ut mineris & terreas. Imago Dei es, Dei quoque imagini imperas... Flectat te naturæ cognatio *&c. His aliiſque pluribus admonitum officii Præfectum ad clementiam & manſuetudinem revocare conatur Gregorius. Deindè his etiam canitiem Patris, Cleri reverentiam, imò ipſius Chriſti in carne diſpenſationem, & ſacram menſam adjungens, mirâ arte hominem urget, ut lenitatem terrori admiſ-*

Ibid. n. 10.

ceat, ut minas ſpe temperet, ut denique nihil, nec tempus, *nec* Princeps, *nec* majorum dignitatum ſpes *à miſericordia & benignitate eum remoretur, ac detorqueat.*

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΟΥΣ

a [a] Ναζιανζοῦ ἀγωνιῶντας, καὶ τὸν ἄρχοντα ὀργιζόμενον.

ΛΟΓΟΣ ιζ.

α. ΤΗΝ κοιλίαν μου, τὴν κοιλίαν μου ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου
b [b] μαιμάσσει, φησί που τῶν ἑαυτοῦ λόγων Ἱερεμίας, ὁ τῶν Προφητῶν συμπαθέστατος,
c [c] ἀποκλαιόμενος τὸν Ἰσραὴλ ἀπειθοῦντα, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀλλοτριούμενον,
d [d] κοιλίαν μὲν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὀνομάζων,
e κατὰ τοὺς τῆς τροπῆς νόμους. [e] οὕτω γὰρ εὑρίσκω πολλαχοῦ τῆς γραφῆς, εἴτε ὡς ἀπόκρυφον καὶ ἀόρατον· τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ψυχῆς καὶ γαστρὸς τὸ κρύπτεσθαι· εἴτε ὡς χωρητικὴν καὶ ἀναδοτικήν, ἵν' οὕτως εἴπω, τῆς
f ἐκ τοῦ λόγου τροφῶν. ὃ γάρ ἐστιν [f] ἐν σώματι τροφὴ, τοῦτο ἐν ψυχῇ λόγος· αἰσθητήρια δὲ, τάχα μὲν τὰ τῆς ψυχῆς κινήματα καὶ διανοήματα, καὶ τούτων μάλιστα, ὅσα ἐκ τῆς αἰσθήσεως, οἷς ὁ δίκαιος σπαράσσεται, καὶ θερμαίνεται, καὶ ὁρμητικῶς ἔχει, καὶ οὐδὲ κάθεκτός ἐστι διὰ τὴν ζέσιν τοῦ Πνεύματος· τοῦτο γὰρ τὸ μαιμάσσειν, οἷον προθυμία τις
g θυμῷ σύγκρατος. [g] εἰ δὲ καὶ τῆς σωματικῶν ἐστιν, ἃ λαμβάνοι τις αἰσθητηρίων, οὐκ ἀποσκοπεῖ λήψεται· καὶ ὀφθαλμῶν, καὶ ὤτων, οὐ μόνον ἀχθομένων τοῖς χείροσι καὶ θεάμασι καὶ ἀκούσμασιν, ἀλλὰ καὶ τὰ βελτίω προθέντων καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι διὰ τὸ εὐσπλαγχνον· πλὴν ὅπως ἂν νοῆται ταῦτα, ὁ δίκαιος ἀλγεῖ καὶ μαιμάσσει, καὶ οὐ μετρίως φέρει τὰ πάθη τοῦ Ἰσραὴλ, ὁποτέρως βούλει ταῦτα νοεῖν· εἴτε τὰ σωματικὰ, καὶ τοῦ σωματικῶς ὁρωμένου, εἴτε
h τὰ πνευματικὰ, καὶ τοῦ [h] νοουμένου πνευματικῶς. ἐπεὶ καὶ πηγὴν δακρύων ὁ αὐτὸς Προφήτης ἐπιζητεῖ, καὶ σταθμὸν ἔσχατον ἐπιποθεῖ, καὶ ἐρημίαν ἀσπάζεται, ἵνα κενώσῃ τὸ πολὺ τῆς λύπης, καὶ κουφισθῇ πως τῆς ἔνδον πληγῆς καθ' ἡσυχίαν θρηνήσας τὸν Ἰσραήλ.

β. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ, οὐ μικρὸν ἔμπροσθεν, ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτὸν δυσχεραίνων· τίς δώσει μοί, φησι, πτέρυγας ὡσεὶ

(a) Ναζιάνζ. Deeſt in Or. 2. & Par.
(b) Μαιμάσσει. Schol. φυσεῖ, προθύμει, πηδᾷ, καχλάζει, quæ ſunt hujus vocis interpretationes.
(c) Ἀποκλαιόμενος. Regg. bm. hu. ἀποκλαίων.
(d) Κοιλίαν μέν &c. Billius : *ventris quidem nomine ſuam ipſius animam intelligit.* Verba autem : κατὰ τοὺς τῆς τροπῆς νόμους, *juxta Allegoriæ leges*, vel à Billio non reddita, vel à Typographo omiſſa.

AD CIVES NAZIANZENOS *gravi timore perculſos, & Præfectum iraſcentem.*

ORATIO DECIMA-SEPTIMA.

Aliàs & nunc 17.

Habita circa finem anni 373. Ob Iſraëlis contumaciam luget Jeremias. *Jer.* IV. 19.

A I. *VENTREM meum, ventrem meum doleo, & ſenſus cordis mei turbati ſunt in me*, ait quodam ſermonum ſuorum loco Jeremias, Prophetarum omnium ad commiſerationem propenſiſſimus, contumacem Iſraëlem, atque à Dei benignitate ſe avertentem deplorans, & ſuam quidem ipſius animam, juxta Allegoriæ leges, ventrem nominans. Hoc enim ſenſu perſæpè hanc vocem in Scripturis acceptam reperio; vel quòd abdita ſit, atque oculorum obtutum fugiat, (id enim habet anima cum ventre commune,) vel quòd ſermonis alimenta capiat, atque, ut ſic loquar, digerat. Quod enim corpori cibus eſt, hoc in animo eſt ſermo. Per ſenſus autem, fortaſsè impulſiones animæ, cogitationéſque intelligit, eáſque potiſſimùm, quæ à ſenſibus proficiſcuntur, quibus juſtus percellitur, & incaleſcit, atque impetu fertur, nec jam præ Spiritûs æſtu cohiberi poteſt; hoc enim verbum μαιμάσσειν promptitudinem quandam iracundiâ permixtam indicat. Quòd ſi quis hæc ad ipſius etiam corporis ſenſus referat, à ſcopo non aberrabit: quandoquidem oculi & aures, non modò triſti viſu & auditu diſcruciantur, verùm etiam ob commiſerationem lætiora videre atque audire concupiſcunt. Quocunque verò ſenſu hæc accipiantur, perſpicuum eſt utique Prophetam gravi dolore affici, & incitari, atque Iſraëlis calamitates moleſtiſſimè ferre; ſive corporeas illas intelligas, ejúſque, qui corporeo modo cernitur, ſive ſpirituales, ejúſque, qui ſpirituali modo percipitur. Nam & alio loco *lacrymarum fontem* idem Propheta requirit, atque extremum quendam receſſum exoptat, ſolitudinémque amplectitur, ut magnam mœroris ſui partem exhauriat, atque, poſteaquàm Iſraëlem in ſilentio deplorarit, ab interna plaga quodammodò levetur. *Jer.* IX. 1.

II. Conſimilem in modum divinus etiam David haud paulò antè calamitates ſuas acerbè ferens: *Quis*, inquit, *mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſ-* Luget David, præ calamitatibus quas experitur. *Pſ.* LIV. 7.

(e) Οὕτω. Reg. bm. τοῦτο.
(f) Ἐν σώματι. Sic plures Regg. Coisl. 1. Or. 2. &c. Deeſt ὢν in Ed.
(g) Εἰ δὲ καὶ τῆς σωματικῶν ἐστιν ἃ λαμβάνοι τις αἰσθητηρίων. Sic Regg. a. bm. tres Colb. Or. 2. Par. & Jeſ. In Edit. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν αἰσθητηρίων λαμβάνοι τις. Nonnulli pro λαμβάνοι, habent, λαμβάνει.
(h) Νουμένου. Reg. a. ὁραμένου.

cam? Columbæ pennas expetit, (vel quòd leviores ac velociores sint, talis enim est, quisquis justitiam colit, vel quòd Spiritum adumbrent, cujus unius auxilio pericula fugimus,) ut quàm longissimè se à præsentibus malis removeat. Sequitur deindè spes, in angustiis rebus medicina: *Expectabam*, inquit, *Deum, qui salvum me fecit à pusillanimitate & tempestate.* Quod etiam ipsum alio loco facere perspicitur, ubi confestim dolori remedium adjungit, probúmque nobis, & verbo & opere, magnitudinis animi adversùs res graves & periculosas documentum præbet: *Renuit*, inquit, *consolari anima mea.* Audisne anxietatis & desperationis verba? Num quis te Davidis causâ timor invasit, quasi incurabili morbo laboraret? Quid ais? Non admittis consolationem? Negas tibi solatii spem ullam superstitem esse? Nihilne tibi medebitur? Non sermo, non amicus, non propinquus, non monitor, non doloris socium se præbens, non res suas adversas exponens, non vetera commemorans, non præsentia cum illis comparans, atque ostendens, quàm multi homines etiam ex atrocioribus malis evaserint? Siccinè projecta sunt, interierunt, concisa sunt omnia? Siccinè spes omnis periit? Nec quidquam aliud superest, quàm ut jacentes & supini finem expectemus? Hæc magnus ille David, qui alioqui *in tribulationibus dilatatur*; qui, vel *mortis umbrâ circumfusus*, Dei tamen ope obnixus, adversùs eam exsurgit. Quidnam igitur me facere par est, me parvum & imbecillem, me terrenum, nec tantâ spiritûs facultate præditum? David æstuat, neque habet quò se vertat, & quis salvus esse poterit? Quæ res mihi laboranti, vel subsidio, vel solatio futura est? Ad quem in angustias redactus fugiam? Tibi responsum præbet David, magnus ille medicus, ac *malos etiam Spiritus per Spiritum in ipso habitantem incantans.* Ad quem confugies ex me scire cupis, nec per te ipse intelligis? Quis est, *qui languidas manus roborat, & genua dissoluta confirmat*, & per ignem ducit, & per aquam salutem affert? Nihil, inquit, instructâ acie opus est, non armis, non sagittariis, non equitibus, non consultoribus, non amicis, non externo subsidio. Auxiliares copias in teipso habes, quæ, & tibi, & mihi, & cuivis in promptu sunt. Velle tantùm oportet, animique impetum afferre. In propinquo est consolatio, in ore tuo, & in corde tuo. *Memor fui Dei*, inquit, *& delectatus sum.* Quid memoriâ pa-

Ps. LIV. 9.

Ps. LXXVI. 3.

Ps. IV. 2.

Ps. XXII. 4.

In angustiis, Deus, spes & refugium nostrum.

I. Reg. XVI. 23.

Isai. XXXV. 3.

Ps. LXXVI. 4.

A περιστερᾶς, καὶ πετασθήσομαι, καὶ καταπαύσω; περιστερᾶς ἐπιζητεῖ πτέρυγας, εἴτε ὡς κουφοτέρας καὶ ταχυτέρας, τοιοῦτος γὰρ ἅπας δίκαιος, εἴτε ὡς τὸ Πνεῦμα [a] σκιαγραφούσας, ᾧ μόνῳ τὰ δεινὰ φεύγομεν, ἵν᾽ ὡς πορρωτάτω γένηται [b] ἀπὸ παρόντων κακῶν. εἶτα τὸ ἐν τοῖς στενοῖς φάρμακον, ἡ ἐλπίς· προσεδεχόμην, φησὶ, τὸν Θεὸν, τὸν σώζοντά με ἀπὸ ὀλιγοψυχίας καὶ ἀπὸ καταιγίδος. ὅπερ οὖν καὶ ἀλλαχοῦ ποιῶν φαίνεται, τάχιστα τῷ λυποῦντι B τὸ ἴαμα προστιθεὶς, καὶ ἀγαθὸν ἡμῖν παρέχων παίδευμα καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τῆς πρὸς τὰ δεινὰ μεγαλοψυχίας· [c] ἀπηνήνατό, φησι, παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου. ὁρᾷς [d] ἀκηδίας ῥήματα καὶ ἀπογνώσεως; ἆρ᾽ οὐκ ἔδεισας ὡς περὶ ἀθεραπεύτου τοῦ Δαβίδ; τί λέγεις; οὐ δέχῃ παράκλησιν; ἀπελπίζεις παραμυθίαν; οὐδεὶς [e] θεραπεύσει σέ; οὐ λόγος, οὐ φίλος, οὐ συγγενὴς, οὐ συμβουλεύων, οὐ συναλγῶν, οὐ τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν διηγούμενος, οὐ τὰ ἀρχαῖα λέγων, οὐ C τὰ νῦν παρατιθεὶς, ὅσοι καὶ ἀπὸ χαλεπωτέρων κακῶν διεσώθησαν; ἔῤῥιπται πάντα; οἴχεται; περικέκοπται; ἀπόλωλε πᾶσα ἐλπίς; κεῖσθαι δεῖ μόνον τὸ τέλος ἐκδεχομένους; ταῦτα ὁ μέγας Δαβὶδ, ὁ ἐν θλίψεσι πλατυνόμενος· ὁ καὶ σκιᾶς θανάτου κυκλούσης μετὰ τοῦ Θεοῦ κατεξανιστάμενος. τί οὖν ἐγὼ πάθω, ὁ μικρὸς, ὁ ἀσθενὴς, ὁ γήϊνος, ὁ μὴ τοσοῦτος τῷ πνεύματι; Δαβὶδ ἰλιγγιᾷ, καὶ τίς σώζεται; τίνα βοήθειαν [f] εὕροιμι κακοπαθῶν, ἢ D τίνα παράκλησιν; πρὸς τίνα καταφύγω στενοχωρούμενος; ἀποκρίνεταί σοι Δαβὶδ ὁ μέγας θεραπευτὴς, ὁ καὶ Πνευμάτων πονηρῶν κατεπάδων διὰ τοῦ ἐν αὐτῷ Πνεύματος. [g] πρὸς τίνα καταφεύξῃ, παρ᾽ ἐμοῦ βούλει μαθεῖν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐπίστασαι; τίς ὁ τὰς παρειμένας ἐνισχύων χεῖρας, καὶ γόνατα παραλελυμένα [h] παρακαλῶν, καὶ διὰ πυρὸς ἄγων, καὶ σώζων δι᾽ ὕδατος; οὐδὲν δεῖ σοι παρατάξεως, φησὶν, οὐχ ὅπλων, οὐ τοξοτῶν, οὐχ E ἱππέων, οὐ συμβούλων, οὐ φίλων, οὐκ ἐπικουρίας τῆς ἔξωθεν. ἔχεις ἐν σεαυτῷ τὴν συμμαχίαν, ἣν κἀγὼ καὶ πᾶς ὁ βουλόμενος. θελῆσαι δεῖ μόνον, ὁρμῆσαι μόνον· ἐγγὺς ἡ παράκλησις, ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, φησὶ, καὶ εὐφράνθην· τί μνήμης ἑτοιμότερον; μνήσθητι καὶ

(a) Σκιαγραφούσας. Reg. bm. σκιαγραφούσης.
(b) Ἀπὸ παρόντων. Deest ἀπό in Regg. a. & bm. Alii, sublato ἀπό, habent, τῶν παρόντων.
(c) Ἀπηνήνατό, φησι. Sic plures Regg. & Colb. Or. 2. &c. Deest φησι in Ed.
(d) Ἀκηδίας ῥήματα. Sic Reg. hu. Or. 2. Par. Jes. &c. Deest ῥήματα in Ed.
(e) Θεραπεύσει. Reg. a. & tres Colb. θεραπεύει.
(f) Εὕροιμι. Reg. h. Colb. 2. Or. 2. εὕρωμαι.
(g) Πρὸς τίνα καταφεύξῃ. Sic Reg. a. & Coisl. 1. In Ed. aliisque pluribus Codd. deest καταφεύξῃ.
(h) Παρακαλῶν. *Consolatur*, quod durius videtur ad Metaphoram.

σὺ, καὶ εὐφράνθητι. ὦ τῆς εὐπορίσε τῆς ἰατρείας· ὦ τῆς τάχους τῆς θεραπείας· ὦ τῆς μεγέθους τῆς δωρεᾶς· οὐ κοιμίζει μόνον ὀλιγοψυχίαν καὶ λύπην μνημονευθεὶς [a] ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ εὐφροσύνην ἐργάζεται.

ratius? Tu quoque memor esto, & delectare. O facilem medicinam! O celerem curandi rationem! O ingentem beneficii magnitudinem! Non modò animi imbecillitatem mœstitiámque sedat Dei recordatio, sed & delectationem parit.

γ. Βούλει καὶ ἄλλων ἀκοῦσαι φιλανθρωπίας ῥημάτων; [b] ἐὰν ἐπιστραφεὶς, φησι, πρὸς Κύριον, στενάξῃς, τότε ζωθήσῃ· ὁρᾶτε πῶς στεναγμῷ τὴν σωτηρίαν συνεζευγμένην; καὶ ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρεῖ, ἰδοὺ πάρειμι· καὶ φθέγξεται τῇ ψυχῇ σου· ζωτηρία σου εἰμὶ ἐγώ· οὐδὲν μέσον τῆς αἰτήσεως, καὶ τῆς ἐπιτεύξεως· οὐ χρυσὸς, οὐκ ἄργυρος, οὐ λίθοι πολυτελεῖς καὶ τιμίων, οὐχ ὅσοις ἄνθρωποι κάμπτονται πρὸς τὸ ἥμερον. [c] ὅταν εἴπῃ Σοφονίας, ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ λέγων ὠργισμένου καὶ χαλεπαίνοντος· ἐξερημώσω τὰς ὁδοὺς αὐτῶν τὸ μὴ διοδεύειν· [d] ἐξέλιπον αἱ πόλεις αὐτῶν διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν, μηδὲ κατοικεῖσθαι, ὅταν ἀπειλήσῃ τὰ φρικωδέστατα, ὅταν καταβάλῃ [e] τῇ ἀθυμίᾳ, [f] ὅταν ζόφον [f] ἐργάσηται διὰ τῆς ἀπειλῆς, εὐθὺς ἐπάγει καὶ τὸ τῆς χρηστοτέρας ἐλπίδος [g] φῶς, καὶ [g] ἀνακτᾶταί με τούτοις τοῖς ῥήμασι· πλὴν εἶπα, φοβεῖσθέ με, καὶ δέξασθε παιδείαν, καὶ οὐ μὴ ἐξολοθρευθῆτε ἐξ ὀφθαλμῶν αὐτῆς· καὶ ἔτι φαιδροτέροις μικρὸν ῥηϊῶν & φιλανθρωποτέροις· ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐρεῖ Κύριος· θάρσει Σιὼν, μὴ παρείσθωσαν αἱ χεῖρές σου. Κύριος ὁ Θεός σε ἐν σοὶ, δυνατὸς [h] σῶσαί σε· καὶ ἐπάξει ἐπί σε εὐφροσύνην, καὶ [i] καινιεῖ σε ἐν τῇ ἀγαπήσει αὐτοῦ, καὶ σύναξει τοὺς συντετριμμένους, καὶ σώσει τοὺς ἐκπεπτωκότας, καὶ τοὺς ἀπωσμένους εἰσδέξεται. ταῦτα & οἱ ἅγιοι, καὶ οἱ λογισμοὶ βάλλονται, καὶ ὁ ἐμὸς ἀπαιτεῖ λόγος. ἀλλὰ δέξασθε λόγους φρονήσεως, [k] ὡς φησὶν ὁ Θεῖος Σολομὼν, ἵνα μὴ ἐμπεσόντες εἰς κακῶν βάθος [l] καταφρονήσητε, μηδὲ ὑπὸ τῆς ἰδίας [m] ἀμαθίας μᾶλλον, ἢ τῆς κατεχούσης δυσχερείας καταποθῆτε.

III. Vis alia insuper divinæ erga humanum genus benevolentiæ testimonia producam? *Si*, inquit, *conversus ad Dominum, ingemueris, tunc salvus eris.* Videtisne, quemadmodùm salus cum gemitu conjuncta sit? Et adhuc te loquente dicet: *Ecce adsum;* & loquetur animæ tuæ: *Salus tua ego sum.* Nihil inter petitionem, & impetrationem intercedit; non aurum, non argentum, non splendidæ & eximiæ gemmæ, non cætera quibus hominum mentes ad lenitatem & clementiam inflectuntur. Postquàm dixit Sophonias, tanquam ex Dei irati & indignantis personâ loquens: *Penitùs desertas faciam vias eorum ut non sit qui ingrediatur. Defecerunt civitates eorum, eò quòd nullus supersit, nec inhabitentur;* postquàm acerbissima quæque minatus est, postquàm summo mœrore animos consternavit, ac minarum caliginem offudit, spei melioris lumen statim inducit, méque hujusmodi oratione recreat & reficit: *Verumtamen dixi: Timete me, & accipite disciplinam, & non disperdemini de oculis ejus.* Aliquantóque ulteriùs progressus, lætioribus adhuc humanioribúsque verbis utitur: *In tempore illo dicet Dominus: Bono animo esto Sion, ne langueſcant manus tuæ. Dominus Deus tuus in te est, qui te salvum facere potest: & inducet super te jucunditatem, & innovabit te per dilectionem suam, & contritos colliget, & oppressos servabit, & ejectos admittet.* Hæc sancti viri, hæc rationes volunt,, hæc mea postulat oratio. Vos autem *suscipite sermones prudentiæ*, ut est apud Salomonem, ne tandem in profundum malorum prolapsi, contemnatis, atque ab imperitia vestra potiùs quàm à molestia & difficultate, in qua nunc estis, absorbeamini.

Deus salutem gemitibus impertitur. *Isai.* xxx. 15. *Ibid.* lviii. 9. *Ps.* xxxiv. 3. *Sophon.* iii. 6. *Ibid.* iii. 7. *Ibid.* iii. 16. & *seq.* *Prov.* i. 33

δ. Κύκλος τίς ἐστιν, ἀδελφοὶ, τῶν [n] ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ παιδεύει διὰ τῶν ἐναντίων ἡμᾶς ὁ Θεός· ὥσπερ συνεσήσατο τὰ πάντα σοφῶς καὶ συνέδησεν, οὕτω σοφῶς τὸ

IV. Res humanæ, velut orbis quidam, volvuntur, Fratres, ac Deus per contraria nos erudit; ut sapienter omnia coagmentavit, & quasi vinculis astrinxit, sic non minori sapientiâ, inaccessis & inscrutabi-

Deus universa regit ac gubernat, & mutans omnia, non mutatur.

(*a*) Ο Θεός. Deest ὁ, in Regg. a. bm.
(*b*) Ἐὰν ἐπιστραφεὶς, φησι, πρὸς Κύριον, στενάξῃς. In lxx. deest, πρὸς Κύριον.
(*c*) Ὅταν εἴπῃ &c. Billius: *postquam iratus atque infensus Deus per Sophoniam sic locutus est.* Hîc nullâ ratione Gregorii phrasim invertit Interpres.
(*d*) Ἐξέλιπον &c. Billius: *deficient civitates eorum, eò quod à nemine incolantur.* Sophonias verò, ut emendavimus.
(*e*) Τῇ ἀθυμίᾳ. In pluribus, ταῖς ἀθυμίαις.
(*f*) Ἐργάσηται. Combef. εἰργάσατο.
(*g*) Ἀνακτᾶται. Reg. hu. Or. 2. ἀναχαλεῖται.
(*h*) Σῶσαι. Reg. hu. Or. 2. σώσει.
(*i*) Καινίει. Or. 2. ἀνακαινίει.
(*k*) Ὡς φησὶν. Deest ὡς, in Regg. a. bm. Or. 2. &c.
(*l*) Καταφρονήσητε. Regg. bm. hu. καταφρονῆτε.
(*m*) Ἀμαθίας. Combef. post Eliam præfert ἀθυμίας; *molestia, animi dejectio.*
(*n*) Ἀνθρωπίνων. In quibusdam, ἡμετέρων.

libus judiciis, tum universam rerum machinam, tum res quoque nostras regit ac gubernat. Movetur enim, ut sic dicam, ac fluctuat universitas rerum circa immobilem, haud quidem quantùm ad rationem, (nam ea ipsa inter omnia firma & immobilis stat, etiam si nostram infirmitatem atque animorum hebetudinem effugiat,) verùm quantùm ad ea quæ singulis diebus nobis occurrunt & eveniunt. Atque hoc vetus fixúmque Dei decretum est, tenebras oculis nostris undique affusas, ipsius latibulum esse : permultáque in ipsius gubernatione hanc rationem habere, ut à nobis, nisi in obscuris ænigmatibus ac veluti spectris perspici nequeant ; sive hâc ratione fastum nostrum & arrogantiam coërcere velit, ut intelligamus nos nihil esse, si cum prima illa & vera sapientia conferamur; eámque ob rem ad ipsum unum tendamus, nec quidquam aliud quæramus, quàm ut promanantibus illinc radiis colluſtremur; sive per earum rerum, quæ oculis cernuntur, ac conversioni subjectæ sunt, inconstantiam, ad ea, quæ stabilia & æterna sunt, revocare. Cæterùm nihil immotum est, ut diximus, nihil planum & æquabile, atque in finem usque sibi simile, non hilaritas, non mœstitia, non opes, non paupertas, non vires, non infirmitas, non humilitas, non potentia, non præsens tempus, non futurum, non res nostræ, non alienæ, non parvum, non majus, nec denique quidquid dicere quispiam possit. Atque hoc unum æquale inæquabilitas habet, nempè in omnibus rebus mutationem. Omnia enim facilè in orbem feruntur, atque in diversum migrant, sibíque invicem adversantur; ut ventis tutius, aut litteris in aqua scriptis fides haberi posse videatur, quàm hominum felicitati. Ac livor quidem res secundas, misericordia autem calamitatem sistit. Idque meo quidem judicio sapienter & admirandè, ne vel adversitas solatio, vel prosperitas fræno & disciplinâ careat.

Res humanæ mutationi obnoxiæ.

V. Prudenter verò illi faciunt, qui calamitatibus eruditur, dum illis, velut aurum igne, purgantur, Davidicum illud in ore habent : *Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas.* Quòd videlicet ea res justificationum Dei cognitionem pariat, quíque Petrum imitantur, Salvatoris opem, cùm *jam penè mergeretur*, implorantem : qui denique ob dolorem ad Deum sese magis adjungunt,

Prudens, qui calamitatibus eruditur.

Ps. CXVIII. 71.

Matth. XIV. 30.

πᾶν διεξάγων καὶ κυβερνῶν [a] τοῖς ἀνεφίκτοις αὐτῷ καὶ ἀνεξιχνιάστοις κρίμασιν, ἐν ᾧ τοῖς πᾶσι καὶ τὰ ἡμέτερα. [b] κινεῖται γὰρ, ἵν' οὕτως εἴπω, τὸ πᾶν περὶ τὸν ἀκίνητον, καὶ σαλεύεται, λόγῳ μὲν [c] ὐδαμῶς· ὁ γὰρ αὐτὸς ἐν πᾶσιν ἑσὼς καὶ ἀκίνητος, κἂν [d] διαφεύγῃ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν, τοῖς δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαντῶσί τε καὶ συμπίπτουσιν· καὶ τοῦτό ἐστι δόγμα Θεοῦ παλαιόν τε καὶ πάγιον, σκότος εἶναι ἀποκρυφὴν αὐτῷ [e] περὶ τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν κεχυμένον· καὶ τὰ πολλὰ μὴ καθορᾶσθαι τῆς αὐτοῦ διοικήσεως, πλὴν ὅσον ἐν ἀμυδροῖς αἰνίγμασι καὶ φαντάσμασιν· εἴτε τὸν τύφον ἡμῶν συσέλλοντος, ἵν' εἰδῶμεν τὸ μηδὲν ὄντες πρὸς τὴν ἀληθινὴν σοφίαν καὶ πρόνοιαν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν νεύωμεν μόνον, καὶ ζητῶμεν ἀεὶ ταῖς ἐκεῖθεν αὐγαῖς ἐναστράπτεσθαι· εἴτε διὰ τῆς ἀνωμαλίας τῶν ὁρωμένων καὶ περιτρεπομένων μετάγοντος ἡμᾶς ἐπὶ τὰ ἑσῶτα καὶ μένοντα· πλὴν οὐδὲν ἀκίνητον, ὅπερ ἔφην, οὐδὲ ὁμαλὸν, οὐδὲ αὐταρκες, οὐδὲ εἰς τέλος ὅμοιον, οὔτε τὸ εὐθυμεῖν, οὔτε τὸ ἀθυμεῖν, οὐ πλοῦτος, οὐ πενία, οὐ δύναμις, οὐκ ἀσθένεια, οὐ ταπεινότης, οὐ δυνασ7εία, οὐ τὸ παρὸν, οὐ τὸ μέλλον, οὐ τὸ ἡμέτερον, οὐ τὸ ἀλλότριον, οὐ μικρὸν, οὐ μεῖζον, οὐχ ὅτι ἂν εἴποι τίς. καὶ τοῦτο ἴσον ἡ ἀνισότης ἔχει, τὴν περὶ πάντα μεταβολήν. περιχωρεῖ γὰρ τὰ πάντα ῥᾳδίως, καὶ μεταχωρεῖ, καὶ ἀντικαθίσαται· ὡς αὖ-

ραις εἶναι μᾶλλον πιστεύειν καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ· καὶ φθόνος μὲν εὐπραξίαν, συμφορὰν δὲ ἔλεος ἴσησιν. καὶ τοῦτο σοφῶς κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, καὶ θαυμασίως, ἵνα μήτε τὸ ἀλγεῖν ἀθρασύνητον ᾖ, μήτε τὸ εὖ πράττειν ἀπαιδαγώγητον.

ε. Σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν, οἵ τινες παιδεύονται ταῖς συμφοραῖς, καὶ ὡς χρυσὸς πυρὶ [f] καθαιρόμενοι λέγουσιν· ἀγαθόν μοι, [f] ὅτι ἐταπείνωσάς με, [g] ὅπως ἂν μάθω τὰ [g] δικαιώματά σου, ὡς τικτούσης τῆς ταπεινώσεως τὸ γινώσκειν τὰ δικαιώματα· καὶ τὸ τοῦ Πέτρου [h] πάσχουσιν ἐπικαλεσαμένου τὴν [h] σωτηρίαν ἐν τῷ μέλλειν καταδύεσθαι· [i] καὶ [i]

(a) Τοῖς ἀνεφίκτοις &c. Billius : *ut inaccessa sunt illius judicia, miniméque humanâ mente pervestigari possunt* &c.

(b) Κινεῖται γάρ. In quibusdam, κινεῖται μὲν γάρ.

(c) Οὐδαμῶς. Duo Coisl. addunt : τῷ καθ' ἡμᾶς.

(d) Διαφεύγῃ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν. In quibusdam, διαφύγῃ. Coisl. 1. αἴσθησιν, *sensum nostrum effugiat*; quæ forsan genuina est lectio.

(e) Πρὸ τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν. Sic Reg. bm. In Ed. πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἡμετέρων.

(f) Καθαιρόμενοι. Sic Coisl. 1. aliique. In Ed. καθαιρόμεναι.

(g) Ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. Sic Coisl. 1. 2. &c. Desunt in Ed.

(h) Πάσχουσιν. Sic Regg. a. bm. Coisl. 3. Jes. &c. In Ed. πάσχωσιν.

(i) Καὶ μᾶλλόν τι προχωρῶσι Θεῷ. Sic Regg. a. hu. Coisl. 3. Jes. &c. In Ed. καὶ προχωρῶσι μᾶλλόν τι Θεῷ.

μᾶλλόν

μᾶλλόν τι τοῦ συσχωροῦσι Θεῷ διὰ τὸ ἀλγεῖν, A ac beneficiorum omnium authorem per afflictionem ſibi conciliant. Quandoquidem ægra anima Deo propinqua eſt; ac penuria ipſa efficit, ut ad Deum qui largiendi poteſtatem habet, noſmetipſos conferamus, qui alioqui fortaſsè ob effuſam liberalitatem contemnitur. Quocircà, Fratres, oculos in cœlum erectos habeamus, in omni tempore atque omni adverſo rerum eventu bonam ſpem præferamus, neque vel in proſperis rebus timorem, vel in adverſis ſpem abjiciamus. Memores ſimus, tum tempeſtatis in tranquillitate, tum gubernatoris in tempeſtate: nec in afflictionibus frangamur animis ac debilitemur, nec improbos ſervos imitemur, qui confitentur quidem Domino cùm benefacit eis, verùm eidem corripienti nequaquàm pari ſtudio & voluntate adjunguntur; cùm tamen interdùm accidat, ut dolor ſanitate, & patientia remiſſione atque indulgentiâ, & viſitatio neglectu, & caſtigatio veniâ melior ſit & præſtabilior. Atque, ut rem in pauca conferam, ſic nos inſtituamus, ut nec propter calamitates concidamus, nec B propter ſaturitatem inſolentiâ efferamur.

Neque timor in proſperis, neque ſpes in adverſis abjicienda.

καὶ τὸν εὐεργέτην [a]οἰκειῶνται διὰ τῆς θλίψεως. ἐπειδὴ κάμνουσα ψυχὴ ἐγγύς ἐστι Θεοῦ, καὶ [b]τὸ χρήζειν ἐπιστρέφει πρὸς τὸν δοῦναι δυνάμενον, τῷ ἀφθόνῳ τῆς δωρεᾶς τυχὸν καὶ καταφρονούμενον. διὰ τοῦτο [c]ἄνω νεύωμεν, ἀδελφοί, ἐν παντὶ καιρῷ καὶ περιστάσει [d]πάσῃ [d]προβαλώμεθα τὴν καλὴν ἐλπίδα, μήτε ἐν ταῖς εὐθυμίαις ἀποβάλωμεν τὸν φόβον, μήτε ἐν τοῖς λυπηροῖς τὸ εὔελπι. μνησθῶμεν καὶ ἐν εὐδίᾳ τῆς ζάλης, καὶ ἐν χειμῶνι τοῦ κυβερνήτου· ἀλλὰ μὴ ταῖς θλίψεσιν [e]ἐκκακήσωμεν, μηδὲ [e]γενώμεθα δοῦλοι κακοὶ, ἀγαθύνοντι μὲν ἐξομολογούμενοι τῷ δεσπότῃ, παιδεύοντι δὲ μὴ προστιθέ- [g] [f]μενοι· καί τοι ποτὲ κρείσσων [f]ὑγιείας [g]πόνος, [h] καὶ [h]ὑπομονὴ ἀνέσεως, καὶ ἐπίσκεψις ἀμελείας, καὶ ἐπιστροφὴ συγχωρήσεως. εἶπω συντόμως, μήτε διὰ τὰς συμφορὰς πίπτωμεν, μήτε διὰ τὸν κόρον ὑβρίζωμεν.

Deo & Principibus obſequendum.

ϛ. Ὑποτασσώμεθα νῦ Θεῷ, καὶ ἀλλήλοις, καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς ἄρχουσιν· Θεῷ μὲν πάντα, διὰ τὴν φιλαδελφίαν ἀλλήλοις, δι' εὐταξίαν τοῖς ἄρχουσιν· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ περ [i] ἂν ὦσιν ἡμερώτεροι [i]καὶ χρηστότεροι. δεινὸν ἐπιείκειαν δαπανῆσαι πρὸς συνεχεῖ τῆς συγ- [k] γνώμης, ἵνα μὴ καὶ τῆς ἐκείνων [k]τραχύτητος, αὐτοὶ δίκας ἀπαιτηθῶμεν, γαλήνην πνεύματι λύσαντες, καὶ φωτὶ ζόφον ἐπάγοντες, καὶ μέλιτι καταμιγνῦντες ἀψίνθιον. ἔστι καὶ D οὗτος εἷς τῶν ἡμετέρων νόμων, καὶ οὗτος πρὸς ἐπαινουμένων, καὶ κάλλιστα διατεταγμένων τῷ Πνεύματι, τὸ δυνατὸν μετὰ τοῦ καλοῦ δοκιμάσαντι, καὶ νομοθετήσαντι, ὥσπερ δούλους ὑπακούειν δεσπόταις, καὶ γυναῖκας ἀνδράσι, νῦ Κυρίῳ τὴν Ἐκκλησίαν, νῦ μαθητὰς ποιμέσι καὶ διδασκάλοις, οὕτω δὲ καὶ πάσαις ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτάσσεσθαι, ὐ μόνον διὰ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ νῦ διὰ τὴν συνείδησιν, ὡς ὑποτελεῖς φόρῳ τυγχάνοντας· E νῦ μὴ κακοποιοῦντας μισεῖν τὸν νόμον, μηδὲ ἀναμένειν τὴν μάχαιραν, ἀλλὰ τῷ φόβῳ καθαιρομένους ἐπαινεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἐξουσίας.

VI. Submittamus nos, tum Deo, tum alii aliis, tum iis, qui imperium in terra gerunt: Deo quidem, omnibus de cauſis, alii autem aliis, propter charitatis fœdus: Principibus denique, propter ordinem publicæque diſciplinæ rationem; idque tantò etiam magis, quantò facilioribus illis ac benignioribus utimur. Grave ac periculoſum eſt, ignoſcendi aſſiduitate clementiam exhaurire, ne alioqui illorum acerbitatis pœnæ à nobis expetantur, ut qui ventis invectis tranquillitatem ſuſtulerimus, & luci caliginem induxerimus, mellíque abſinthium admiſcuerimus. Jam verò inter cæteras noſtræ doctrinæ leges, hanc quoque habemus cumprimis laudandam, & à Spiritu, qui id, quod præſtare poſſumus, cum eo quod pulchrum & honeſtum eſt, exploravit, legéque ſanxit, præclarè conſtitutam; quâ, ut *ſervi* heris ſuis, & *uxores* viris, & *Eccleſia* Chriſto, & *diſcipuli* magiſtris ac Paſtoribus obtemperare jubentur, ita nobis etiam præſcribitur, ut *ſublimioribus poteſtatibus pareamus, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam,* ut qui pendendo tributo ſimus obnoxii; nec committamus, ut ob ſcelera noſtra *legem odio habeamus*, ac vindicem gladium expectemus; quin potiùs id agamus, ut per timorem purgati, laudem à Poteſtate conſequamur.

Eph. VI. 5. *Col.* III. 22. *Hebr.* XIII. 17. *Rom.* XIII. 1. *Amos.* V. 10.

(*a*) Οἰκειῶνται. Sic Reg. hu. Coisl. 2. Jeſ. &c. In Ed. οἰκειοῦνται.

(*b*) Τὸ χρήζειν. Ita Regg. a. bm. Jeſ. &c. In Ed. τῷ χρήζειν.

(*c*) Ανω νεύωμεν. Reg. bm. ἀνανεύωμεν.

(*d*) Προβαλώμεθα. Reg. bm. προβαλλώμεθα, *bonam ſpem præferamus.* Quæ verba oſtendunt, vocem hanc, περιστάσει πάσῃ, non de *opibus & paupertate*, de *gloria & ignominia*, ut vult Elias, ſed de *quibuſvis caſibus adverſis* eſſe intelligendam. Sic apud Chryſoſtomum frequens hæc phraſis; τοῖς ἐν περιστάσεσιν εἶναι παρίστασθαι, *iis qui adverſis caſibus conflictantur præſto eſſe.*

(*e*) Γενώμεθα. Reg. bm. γινώμεθα.

(*f*) Υγιείας. Reg. bm. ὑγείας.

(*g*) Πόνος. In pluribus, νόσος, *morbus.*

(*h*) Υπομονή. *Malorum tolerantia, patientia.* Reg. bm. Coisl. 2. & Jeſ. ὑπόμνησις. Sic videntur legiſſe Billius & Leuvenklaius, qui reddunt: *admonitio, ſubmonitio.*

(*i*) Καὶ χρηστότεροι. Hæc deſunt in Reg. bm.

(*k*) Τραχύτητος. Coisl. 1. & Par. θρασύτητος, *audaciæ.*

Unus eſt Chriſtus in ruinam & reſurrectionem poſitus.

VII. Una atque eadem eſt regula : & tamen recto parcit, quod autem ſuperfluum eſt, reſecat. Unus itidem Sol : & tamen ut ſanis oculis ſplendorem affert, ita ægros & imbecilles obſcurat. Vis ex noſtra doctrina quidpiam audacter proferam ? Unus eſt Chriſtus ; idem tamen in *ruinam & reſurrectionem poſitus eſt ;* in ruinam nimirùm incredulis, in reſurrectionem autem credentibus : & aliis quidem *petra offenſionis* eſt, ac *lapis ſcandali*, iis nempè, qui *neſcierunt neque intellexerunt, verùm in tenebris ambulant ;* quales illi ſunt, qui vel idolis cultum adhibent, vel ad litteram uſque duntaxat proſpiciunt, nec quidquam prætereà ſplendoris haurire, vel cupiunt, vel poſſunt ; aliis contrà *lapis angularis*, & petra laudata, iis videlicet qui verbi divini vinculo conſtringuntur, eíque inſident ; aut, ſi mavis, *margarita illa*, quam bonus negociator omnibus ſuis facultatibus emercatur. At nos, Fratres, dum officium ipſi deferentes, magiſtratûs poteſtatem iniquo animo ferimus, perindè utique facimus, ac ſi quis certaminis Præſidem ut improbum accuſet, cùm ipſe in paleſtræ leges peccet, aut medicum ut indoctum & audacem, quòd ſectionibus & cauteriis utatur, cùm ipſe gravi morbo laboret, aſperioribúſque remediis indigeat. Atque hæc mihi ad ſubditos, partim monendi, partim conſolandi gratiâ dicta ſint ; mihi, inquam, pauperi Paſtori, qui parvum hunc gregem compono ac inſtruo, cum quo gaudente gaudere, & mœrente ingemiſcere, paſtoralis meæ legis præſcripto jubeor.

Luc. II. 34.

Lapis ſcandali.

I. Petr. II. 8.

Pſ. LXXXI. 5.

Eph. II. 20.

Lapis angularis.

Matth. XIII. 46.

Principes & Prætectos alloquitur.

VIII. Quid autem vos Principes & Præfecti ? Ad vos enim jam noſtra ſe convertit Oratio ; ne alioqui iniquè omninò facere videamur, atque his quidem, quæ ipſorum officii ſunt, ſuadere, veſtræ autem dignitati & potentiæ cedere, quaſi vel pudore, vel metu, liberè, ut Chriſtianum decet, loqui non audeamus ; aut illorum quidem commodis conſulere, vos autem negligere, quorum curam eò majorem gerere par eſt, quòd ea res plus in utramque partem momenti habeat, majórque indè utilitas promanet, ſi negotium proſperè ſucceſſerit. Contrarium enim, tum à nobis abſit, tum ab Oratione noſtra. Quid igitur dicitis ? Aut quid inter nos convenit ? An me liberè loquentem æquo animo feretis ? Nam vos quoque imperio meo ac throno lex Chriſti ſubjicit. Imperium enim

Lex Chriſti Eccleſiæ imperio ipſos Reges ſubjicit.

A ζ. Μία καὶ ἡ αὐτὴ σάθμη· ἀλλὰ φείδεται μὲν τοῦ ὀρθοῦ, περικόπτει δὲ τὸ περιττόν. εἷς ἥλιος· ἀλλὰ φωτίζει μὲν τὴν ὑγιαίνουσαν ὄψιν, ἀμαυροῖ δὲ τὴν ἀσθενοῦσαν. βούλει τι καὶ ἡμῖν ἡμετέρων εἶπω θαῤῥήσας; εἷς Χριστός· ἀλλ' εἰς πτῶσιν κεῖται [a] καὶ ἀνάστασιν· πτῶσιν a μὲν τοῖς ἀπίστοις, ἀνάστασιν δὲ τοῖς πιστεύουσι· καὶ τοῖς μέν ἐστι πέτρα προσκόμματος, καὶ [b] πέτρα σκανδάλου, ὅσοι μὴ ἔγνωσαν, b οὐδὲ συνῆκαν, ἀλλ' ἐν σκότει διαπορεύονται, B εἴτε εἰδώλοις θρησκεύοντες, εἴτε μέχρι τοῦ γράμματος διαβλέποντες, καὶ ὑπὲρ τοῦτο αὐγαθῆναι [c] μήτε θέλοντες, μήτε ἰσχύοντες· c τοῖς δὲ λίθος ἀκρογωνιαῖος, καὶ πέτρα ἐπαινουμένη, ὅσοι συνδεσμοῦνται τῷ λόγῳ, καὶ ἐπ' αὐτῆς βεβήκασιν· εἰ βούλει δὲ ὁ μαργαρίτης ἐκεῖνος, ὃν πάντων ὧν ἔχει ὠνεῖται ὁ καλὸς ἔμπορος· ἡμεῖς δὲ τοιοῦτόν τι πάσχομεν, ἀδελφοὶ, μὴ τὰ ἑαυτῶν κατορθοῦντες, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐξουσίαν C δυσχεραίνοντες, ὥσπερ ἂν εἴ τις [d] αἰτιῶτο d τὸν ἀγωνοθέτην, ὡς μοχθηρὸν, αὐτὸς ἐκπαλαίων, ἢ τὸν ἰατρὸν, [e] ὡς ἀμαθῆ καὶ θρασὺν e ταῖς τομαῖς καὶ ταῖς καύσεσι [f] κεχρημένον, f αὐτὸς πονήρως διακείμενος, καὶ τῶν αὐστηροτέρων δεόμενος φαρμάκων. ταῦτά μοι πρὸς τοὺς δεχομένους παῤῥησία τε ἅμα καὶ νουθεσία· ταῦτα ὁ πενιχρὸς ποιμὴν καταρτίζων τὸ μικρὸν πόιμνιον, ᾧ χαίροντι συνευθυμεῖν, καὶ [g] σκυθρωπάζοντι συστενάζειν, τῆς ἐμῆς g D ποιμαντικῆς [h] ὁ νόμος. h

η. Τί δὲ ὑμεῖς οἱ δυνάσται καὶ ἄρχοντες; ἤδη γὰρ πρὸς ὑμᾶς ὁ λόγος μέτεισιν, ἵνα μὴ δόξωμεν πάντῃ τυγχάνειν ἄνισοι, καὶ τοῖς μὲν [i] τὰ εἰκότα παραινεῖν, ὑμῶν δὲ τῇ i δυναστείᾳ παραχωρεῖν, ὥσπερ αἰδοῖ τὴν κατὰ Χριστὸν ἡμῶν ἐλευθερίαν, ἢ δέει [k] ἐκκλίνοντες· ἢ τῶν μὲν κήδεσθαι μᾶλλον, k ὑμῶν δ' ἀμελεῖν, ὧν καὶ μᾶλλον φροντίζειν ἄξιον, ὅσῳ καὶ εἰς μείζω φέρουσα ἡ ῥοπὴ E ὁποτέρως ἂν ἔχῃ, καὶ πλεῖον τὸ κατορθούμενον· τὸ γὰρ ἐναντίον [l] ἀπείη, καὶ ἡμῶν, l καὶ τοῦ λόγου. τί οὖν φατέ; καὶ τί διομολογούμεθα πρὸς ἀλλήλους; ἆρα δέξεσθε σὺν παῤῥησίᾳ τὸν λόγον; καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ νόμος ὑποτίθησιν ὑμᾶς τῇ ἐμῇ δυναστείᾳ καὶ τῷ ἐμῷ

(*a*) Καὶ ἀνάστασιν. Reg. bm. καὶ εἰς ἀνάστασιν.
(*b*) Πέτρα. Regg. a. bm. λίθος, *lapis*.
(*c*) Μήτε θέλοντες. Reg. bm. μήτ' ἐθέλοντες.
(*d*) Αἰτιῶτο. Sic Regg. a. bm. Coisl. 1. & tres Colb. In Ed. αἰτιᾷ.
(*e*) Ὡς ἀμαθῆ. Sic Reg. bm. Deeſt ὡς in Ed.
(*f*) Κεχομένον. Deeſt in Regg. a. & bm.
(*g*) Σκυθρωπάζοντι. Sic Regg. a. bm. duo Coisl. & tres Colb. In Ed. σκυθρωπάζον.
(*h*) Ο νόμος. Sic Coisl. 1. & tres Colb. Deeſt ὁ, in Editis.
(*i*) Τὰ εἰκότα. Billius : *quæ in rem futura ſint*, &c.
(*k*) Ἐκκλίνοντες. Reg. a. κλίνοντες, *inflectentes*. Billius : *chriſtianam noſtram libertatem demittentes.*
(*l*) Ἀπείη. Coisl. 1. ἀπίει.

βήματι. ἄρχομεν γὰρ καὶ αὐτοί· προσθήσω δὲ ὅτι καὶ τὴν μείζονα καὶ τελεωτέραν ἀρχήν·
a [a]ἢ δεῖ τὸ Πνεῦμα ὑποχωρῆσαι τῇ Σαρκὶ, καὶ τοῖς γηΐνοις τὰ ἐπουράνια. δέξῃ τὴν παῤῥησίαν,
b οἶδ', ὅτι πρόβατον [b]εἶ τῆς ἐμῆς ποίμνης,
c τῆς ἱερᾶς ἱερὸν, καὶ θρέμμα [c]τοῦ μεγάλου ποιμένος, καὶ καλῶς ἄνωθεν ἠγμένον ὑπὸ
d τῦ Πνεύματος, καὶ τῷ φωτὶ τῆς ἁγίας [d]καὶ μακαρίας Τριάδος ὁμοίως ἡμῖν ἐλλαμπόμενον. διὰ τοῦτό μοι καὶ βραχὺς ὁ πρὸς σε λόγος καὶ σύντομος.

A nos quoque gerimus; addo etiam præstantius ac perfectius: nisi verò æquum sit Spiritum carni, & cœlestia terrenis cedere. Hanc dicendi libertatem in optimam partem accipies, certò scio, utpotè sacra sacri mei gregis ovis, magnique Pastoris alumna, rectéque jam olim à Spiritu ducta & instituta, sanctæque & beatæ Trinitatis lumine, æquè ac nos ipsi, collustrata. Proindè brevis mihi ad te erit Oratio.

B

e θ. Χρισῷ συναρχεῖς, Χρισῷ [e]καὶ συνδιοικεῖς· παρ' ἐκείνου σοι τὸ ξίφος, οὐκ εἰς ἔργον, ἀλλ' εἰς ἀπειλήν· ὃ καθαρὸν ἀνάθημα τῷ δεδωκότι
f φυλάσσοιτο. εἰκὼν εἶ [f]τοῦ Θεοῦ· καὶ εἰκόνα
g [g]διὰ χειρὸς ἄγεις, ἐνταῦθα οἰκονομουμένην, καὶ πρὸς βίον ἄλλον μεθισταμένην, εἰς ὃν πάντες μεταβησόμεθα, μικρὰ παίξαντες ἐν τῷ τῆς ζωῆς τούτῳ, εἴτε δεσμωτηρίῳ, εἴτε σταδίῳ, εἴτε προχαράγματι, εἴτε σκιάσματι. τίμησον τὴν συμφυΐαν· αἰδέσθητι τὸ ἀρχέτυπον· γένους μετὰ τῦ Θεοῦ, μὴ τοῦ κοσμοκράτορος·
h μετὰ τοῦ [h]χρηστοῦ δεσπότου, μὴ τοῦ πικροῦ τυράννου. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἐκεῖνος καὶ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον διὰ τῆς γαστρὸς ἔπληξε καὶ τὴν ἐπίμοχθον ζωὴν ἐπεισήγαγε, καὶ τὸ κολάζειν, καὶ τὸ κολάζεσθαι διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐνομοθέτησεν. σὺ δὲ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, μνήσθητι τίνος εἶ ποίημα, καὶ ποῦ καλῇ, καὶ πόσα ἔχεις, καὶ πόσον
i ὀφείλεις, καὶ τίνος σοι [i]λόγος, νόμος, Προ- D φῆται, αὐτὸ τὸ εἰδέναι Θεὸν, τὸ μὴ ἀπελπίζειν τὰ προσδοκώμενα. μίμησαι διὰ ταῦτα
k Θεοῦ φιλανθρωπίαν. [k]τοῦτο ἔχει μάλιστα θεῖον ἄνθρωπος, τὸ εὖ ποιεῖν. ἔξεστί σοι
l Θεὸν γενέσθαι μηδὲν [l]πονήσαντι· μὴ πρόῃ τὸν καιρὸν τῆς θεώσεως.

IX. Cum Christo imperium geris, cum Christo munus hoc administras. Ab illo gladium accepisti, non tam ut eo utaris, quàm ut mineris ac terreas. Quare tibi videndum est, ut illum, tanquam donarium quoddam purum & integrum, ei, qui dedit, serves. Imago Dei es: verùm Dei quoque imagini imperas; quæ quidem hîc certâ dispensatione gubernatur, ad aliam autem vitam migrat, ad quam omnes quoque concedemus, posteaquàm in C hoc vitæ carcere, vel stadio, vel præsignatione, vel adumbratione, aliquantisper luserimus. Flectat te naturæ cognatio; moveat te exemplar tuum; ad Deum te adjunge, non ad mundi principem; ad benignum Dominum, non ad acerbum tyrannum. *Ille homicida erat ab initio.* Ille, & *primo homini* per mandati transgressionem vulnus inflixit, & ærumnosam vitam invexit, &, tum inferendæ, tum subeundæ pœnæ legem per peccatum induxit. Tibi verò, homo Dei, in mentem veniat, quis te finxerit, quô voceris, quot quantáque habeas, quot nominibus obstrictus sis, à quo rationem, legem, Prophetas acceperis, à quo hoc ipsum quòd Deum cognoscis, quòd bona in expectatione posita non desperas. Quocircà Dei humanitatem & misericordiam æmulare. Nihil tam divinum homo habet, quàm benignitatem ac beneficentiam. Licet tibi nullo labore Deum fieri: noli divinitatis consequendæ occasionem abjicere.

Reges à Christo gladium acceperunt.

Joan. VIII. 44. Gen. III. 1. & seq.

X. Alii opes suas effundunt, alii exhaustam carnem Spiritui mancipant, ac propter Christum emoriuntur, atque omninò à mundo se removent. Alii chariſſima quæque sibi pignora Deo consecrant. Nec verò tibi Abrahæ sacrificium inauditum est, qui *unicum filium*, divinitúsque promissum, imò ad quem ipsa promissio referebatur, Deo libentiùs obtulit, quàm ab eo primùm

Præcipuæ Regum virtutes, benignitas, munificentia, humanitas.

Gen. XXII. 2. & seq.

ι. Ἄλλοι χρήματα κενοῦσιν, ἄλλοι σάρκας
m τῷ Πνεύματι, καὶ νεκροῦνται [m]Χριστῷ, καὶ κόσμου παντελῶς ἀπανίστανται· ἄλλοι κα- E θιεροῦσι Θεῷ τὰ φίλτατα. καὶ τὴν Ἀβραὰμ θυσίαν πάντως ἀκήκοας, ὃς προθυμότερον ἔδωκε τῷ Θεῷ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τῆς
n ἐπαγγελίας, καὶ εἰς ὃν ἡ ἐπαγγελία, [n]ἢ διὰ

(a) Η δεῖ τὸ Πνεῦμα &c. Coisl. 1. εἰ δεῖ τῷ Πνεύματι ὑποχώρησαι τὴν σάρκα, καὶ τὰ γήϊνα τοῖς ἐπουρανίοις. *Siquidem par est ut caro cedat Spiritui, & terrena cœlestibus.*
(b) Εἶ. Deest in Reg. bm.
(c) Τῦ μεγάλυ ποίμενος. *Patrem suum* intelligit.
(d) Καὶ μακαρίας. Hæc desunt in Reg. bm. & Or. 2.
(e) Καὶ. Deest in Reg. bm.
(f) Τῦ Θεῦ. Deest τῦ, in Regg. a. bm.
(g) Διὰ χειρὸς ἄγεις. *In manu, in potestate habes Dei imaginem.*
(h) Χρηστῦ. Sic duo Coisl. tres Colb. & Or. 2. In Ed. Χριστῦ, *Christum.*
(i) Λόγος, νόμος. Sic Reg. bm. & Or. 2. *Evangelium.*
(k) Τοῦτο ἔχει &c. *Nullâ re propiùs accedit homo ad Deum, quàm beneficentiâ.*
(l) Πονήσαντι. Sic duo Coisl. In Ed. ποιήσαντι.
(m) Χριστῷ. Regg. a. bm. duo Coisl. tres Colb. Or. 2. διὰ Χριστόν.
(n) Η παρά. Coisl. 1. ἢν παρά.

acceperat. Horum nihil à te poſtulamus : pro omnibus hoc unum offer, nempè benignitatem, quâ Deus magis, quàm cunctis aliis rebus in unum collatis, delectatur; donum proprium, donum omni labe vacuum, donum Dei liberalitatem & munificentiam invitans. Lenitatem terrori admiſce : minas ſpe tempera. Multa quoque humanitate ac benignitate perfici ſcio, ut quæ ad debitam gratiam referendam pudore ipſo compellat; cùm videlicet oblatâ ulciſcendi atque animadvertendi poteſtate noxam condonantes, ei, cui miſericordiam impertimur, benevolentiâ noſtrâ pudorem incutimus. Nihil tibi tanti ſit, ut propterea inducas in animum aliquid admittere, quod te magiſtratu indignum reddat. Nihil miſericordiam & manſuetudinem excludat, non tempus, non princeps, non metus, non majorum dignitatum ſpes, non temeritas quæ ſui juris nimiùm retinet. Ad neceſſaria tempora ſupernæ benevolentiæ tibi præſidium para : miſericordiam Deo commoda. Neminem unquam Deo aliquid priùs obtuliſſe pœnituit. In beneficio referendo copioſus eſt, maximè ille quidem cœleſtia bona, iis, à quibus ipſi antè quidpiam collatum mutuóque datum fuerit, rependens; nonnunquam autem hujus quoque vitæ commoda refundens, ut de futuris fidem faciat.

A Θεοῦ τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐκομίσατο. σὲ δὲ τούτων
οὐδὲν αἰτοῦμεν· ἓν ἀντὶ πάντων εἰσένεγκε τὴν
φιλανθρωπίαν, ᾗ χαίρει Θεὸς μᾶλλον, ἢ
πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, δῶρον ἴδιον, δῶρον
ἄμωμον, δῶρον φιλοτιμίαν Θεοῦ [a]προκαλού- a
μενον. μῖξον τῷ φόβῳ τὴν ἐπιείκειαν· κέρασον
τῇ ἀπειλῇ τὴν ἐλπίδα· πολλὰ καὶ χρηστότητα
[b]κατορθοῦσαν οἶδα, δυσωποῦσαν εἰς ὀφειλο- b
μένην ἀντίδοσιν, ὅταν βιάζεσθαι παρὸν
συγχωρήσαντες, δυσωπήσωμεν εὐνοίᾳ τὸν
B ἐλεούμενον. μηδὲν εἶναί σε πειθέτω τῆς ἀρχῆς
ἀνάξιον· μηδὲν ἀποκλειέτω τὸν οἶκτον καὶ
τὴν ἡμερότητα, μὴ καιρὸς, μὴ δυνάστης, μὴ
φόβος, μὴ [c]μειζόνων ἀρχῶν ἐλπὶς, [d]μὴ θρα- c d
σύτης τὸ πλέον ἔχουσα· κτῆσαι τὴν εὔνοιαν
ἐν τοῖς ἀναγκαίοις [e]καιροῖς, τὴν ἄνω· χρῆσον e
Θεῷ τὸν ἔλεον· οὐδεὶς μετέγνω τῶν Θεῷ τι
[f]προεισενεγκάντων· πολύς ἐσιν εἰς ἀντίδοσιν, f
μάλισα μὲν τοῖς ἐκεῖθεν ἀγαθοῖς ἀμειβόμενος
τὰς προκαταβαλόντας τι, καὶ προχρήσαντας·
C ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοῖς ἐνταῦθα πρὸς πίσιν
τῶν ὑστερον.

Æterna bona fluxis & fragilibus comparanda.

XI. Adhuc paululùm, & mundus tranſibit, & hoc tabernaculum diſſolvetur. Temporis commoditate ad quæſtum utamur : fluxis & fragilibus æterna coëmamus. Unuſquiſque noſtrûm in correptione eſt; ac lutea hæc maſſa plurimum æris alieni ſecum circumfert. Alienis ergo peccatis veniam demus, ut noſtris impetremus : remittamus, ut viciſſim nobis remitti poſtulemus. *Matth.* XVIII. 23. *& ſeq.* Vides in Evangelio quemadmodùm *quidam multorum talentorum debitor* adducatur, ac debito liberetur, ad bonum enim & facilem dominum acceſſerat. At non, ut ei debitum remiſſum fuerat, ita ipſe quoque remittit, nam animi etiam propoſito ſervus erat; nec miſericordiam, quam in majori pecuniæ ſumma conſecutus fuerat, in minori pecunia conſervo ſuo impertitur, nec, ſi nihil aliud, propoſitum ſibi certè liberalis erga alios animi exemplum ſequitur. Quam ob cauſam dominus irâ commovetur. Nam quæ poſtea ſequuntur, ſilentio præteribo. Tantùm hoc dicam, conducibilius omninò eſſe, ut priuſquam in altero ſæculo vitæ rationes referamus, hujus vitæ benignitatem impendamus.

ια. Ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος παρέρχε-
ται, [g]καὶ ἡ σκηνὴ καταλύεται. πραγματευ- g
σώμεθα τὸν καιρόν· τοῖς οὐχ ἑσῶσι τὰ μέ-
νοντα ὠνησώμεθα· ἕκασος ἡμῶν ἐσὶν ἐν
ἐπιλιμίοις· καὶ ὁ χοῦς πολλὰ φέρει τὰ
D ὀφλήματα· συγχωρήσωμεν, ἵνα συγχωρηθώ-
μεν· ἀφῶμεν, ἵνα αἰτήσωμεν ἄφεσιν. ὁρᾷς ἐν
τῷ Εὐαγγελίῳ, χρεωφειλέτης [h]εἰσάγεταί τις h
πολλῶν ταλάντων, καὶ ἀφίεται τὰ χρέους·
προσάγεται γὰρ ἀγαθῷ δεσπότῃ· καὶ συγ-
χωρεῖται μὲν, οὐ συγχωρεῖ δὲ, δοῦλος γάρ
ἐσι καὶ [i]τὴν προαίρεσιν· ἀλλ' ἧς ἔτυχε i
φιλανθρωπίας πρὸς τὸ πλεῖον, ταύτης οὐ
μεταδίδωσι τῷ ὁμοδούλῳ πρὸς τὸ ἔλατον,
οὐδὲ, εἰ μή τινι ἄλλῳ, τῷ τῆς μεγαλοψυχίας
ἑπόμενος ὑποδείγμασι πρὸς τὸ ἀλλότριον· ᾧ
ὁ δεσπότης ἀγανακτεῖ. καὶ τὸ ἑξῆς σιωπή-
σομαι· πλὴν ἄμεινον τῷ παντὶ, προεισφέρειν
τῷ ἐκεῖσε [k]λόγου τὴν ἐντεῦθεν χρηστότητα. k

(a) Προκαλούμενον. Sic Reg. bm. tres Colb. Coisl. 1. Or. 2. & Jeſ. In Ed. προκαλέμεν.

(b) Κατορθῶσαν. Regg. a. bm. Or. 2. κατορθῶν.

(c) Μειζόνων ἀρχῶν ἐλπίς. Sic Regg. a. bm. duo Coisl. & Or. 2. Alii reſecant μειζόνων, alii, ἀρχῶν. In Ed. deeſt ἐλπίς.

(d) Μὴ θρασύτης &c. *Non temeritas plus ſibi tribuens; quæ modum excedit.* Vel cum Leuvenklaio : *Non audacia meliori rerum ſuarum conditione freta.* Billius : *non audacia & importunitas potiora omnia habens.*

(e) Καιροῖς. Deeſt in Reg. bm. & tribus Colb.

(f) Προεισενεγκάντων. Regg. a. bm. & Or. 2. προσενεγκόντων.

(g) Καὶ ἡ σκηνὴ &c. Billius : *ac ſcena diſſolvetur.*

(h) Εἰσάγεται. Reg. bm. tres Colb. Or. 2. προσάγεται. *Judicio ſiſtitur ad reddendam rationem.*

(i) Τὴν προαίρεσιν. Billius : *animi inductione.*

(k) Λόγῳ. Unus Regius : ἐλέῳ, *miſericordiæ.*

16. Τί

16. Τί φῄς; ἐχομέν σε τοῖς λόγοις τού- A
τοις, ὧν ἐρασὴς εἶναι πολλάκις καθωμολό-
a γησας, ὦ κάλλιστε δεχόντων, εἴη ἢ [a] προσθεῖ-
b ναι, ϛ ἡμερώτατε; ἢ δεῖ, καὶ [b] τὴν πολιάν
σοι ταύτην ἀνθ' ἱκετηρίας προσαγαγεῖν, καὶ
τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, καὶ τὴν μακρὰν ἱερω-
σύνην καὶ ἄσπιλον ταύτην, ἣν αἰδοῦνται τυχὸν
καὶ Ἄγγελοι, καθαρῶς τῷ καθαρωτάτῳ λα-
τρεύοντες, ὡς τῆς ἑαυτῶν λατρείας ἀξίαν.
c πείθει ταῦτα; ἢ τὶ τολμήσω [c] μεῖζον; τολ-
d μηρὸν δέ με ποιεῖ τὸ ἀλγεῖν. Χριστὸν [d] προσά- B
γω σοι, καὶ τὴν Χριστοῦ κένωσιν τὴν ὑπὲρ
ἡμῶν, καὶ τὰ τῆς ἀπαθοῦς πάθη, ϛ τὸν σταυ-
ρὸν, καὶ τοὺς ἥλους, οἷς ἐλύθην ἐγὼ τῆς ἁμαρ-
e τίας, καὶ τὸ αἷμα, ϛ τὴν ταφὴν, καὶ [e] τὴν
ἀνάστασιν, ϛ τὴν ἄνοδον, ἢ ϛ τὴν τράπεζαν
f ταύτην, ᾗ κοινῇ προσιμεν, [f] καὶ τοὺς τύπους
τῆς ἐμῆς σωτηρίας, οὓς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τελῶ
σώματος, ἀφ' οὗ ταῦτα πρός σε πρεσβεύω,
τὴν ἱερὰν ϛ ἄνω φέρουσαν ἡμᾶς μυσταγωγίαν.

h g 17. [g] Εἰ ϛ μὴ δι' ἓν τούτων, ἀλλ' [h] οὖν C
i δι' ἅπαντα, δὸς ϛ ἡμῖν καὶ [i] σεαυτῷ τὴν
k χάριν, [k] καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου Ἐκκλησίᾳ, καὶ
τῷ καλῷ τούτῳ Χριστοῦ πληρώματι· ὃ νό-
μισον ἡμῖν συμπρεσβεύειν, εἰ καὶ ἡμῖν πα-
l ραχωρεῖ τῆς πρεσβείας, [l] ὡς αἰδεσιμωτέροις
m διὰ τὸν τιμήσαντα, καὶ ἅμα [m] τῷ τῆς ἀρχῆς
νόμῳ κατείργεται. ἓν τοῦτο καλῶς ἡττήθητι·
νίκησον ἡμᾶς φιλανθρωπίᾳ. ἰδοὺ προσάγω
σοι τοὺς ἐμοὺς ἱκέτας ἐναντίον Θεοῦ, καὶ Ἀγ-
γέλων, καὶ βασιλείας οὐρανῶν, καὶ τῆς D
n ἐκεῖθεν ἀνταποδόσεως· [n] τίμησον τὴν ἐμὴν
πίστιν, ἣν ἐπιστεύθην τε καὶ ἐπίστευσα· ὡς
o ἂν [o] καὶ ἡ σὴ τιμηθείη πρὸς τὰ μείζω καὶ τε-
p λεώτερα. κεφάλαιον [p] δὲ τοῦ λόγου, ἔχεις καὶ
αὐτὸς ἐν οὐρανῷ Κύριον· τοιούτου τύχοις πρὸς
q σεαυτὸν τοῦ κριτοῦ, [q] οἷος περ ἂν αὐτὸς γένῃ

XII. Quid ais? Num te his ſermonibus captum tenemus, quorum te amore inflammari ſæpè confeſſus es, Præfectorum optime, atque, utinam addere liceat, clementiſſime? Num tibi præterea ſupplicis cujuſdam libelli loco canities hæc offerenda erit, atque annorum numerus, diuturnùmque & labis expers hoc ſacerdotium, quod ipſi quoque Angeli, puri puriſſimi Dei cultores, tanquam ipſorum cultui minimè impar, fortaſsè veneratione proſequuntur. Num hæc te permovent? An majus aliquid audendum erit? Audacem autem me dolor efficit. Chriſtum tibi offero, Chriſti pro nobis inanitionem, & impatibilis paſſiones, & crucem, & clavos, quibus peccato ſolutus ſum, & ſanguinem, & ſepulturam, & reſurrectionem, & aſcenſionem, atque adeò menſam hanc, ad quam communiter accedimus, ſalutíſque meæ typos, quos eodem ore perago, quo hanc ad te deprecationem obeo, hoc, inquam, ſacroſanctum atque in cœlum nos evehens myſterium.

Ad movendum Præfectum, Patris canitiem, & omnia Chriſti myſteria offert Gregorius.

XIII. Quòd ſi non propter unum ex his, ſaltem propter omnia, da hanc gratiam, & nobis, & tibi ipſi, & domeſticæ Eccleſiæ tuæ, atque huic pulchro Chriſti cœtui; de quo ita velim exiſtimes, eum tibi, nobiſcum ſupplicem eſſe, tametſi obeundæ legationis munere nobis cedat, ut majorem apud te, ob Sacerdotii dignitatem, quâ à Deo ornati ſumus, authoritatem habituris; ne illud etiam dicam, quòd imperii lege prohibetur. Hâc unâ re pulchrè vincaris; benignitate nos ſupera. En tibi, coram Deo, & Angelis, & regno cœlorum, illiúſque vitæ præmiis, ſupplices meos offero. Fidem meam honora, quam mihi commiſſam aliis commiſi: ita fiet, ut & tua quoque in majoribus & perfectioribus honoretur. Atque, ut uno verbo rem complectar, Dominum ipſe quoque in cœlo habes. Hunc tibi talem erga te judicem experiri contingat, qualem te his

Pulchrum eſt benignitate vinci.

(a) Προσθεῖναι. Or. 2. addit, ὅτι.

(b) Τὴν πολιάν. *Canitiem* &c. His verbis *Patrem ſuum* indicat Gregorius.

(c) Μεῖζον. Or. 2. καὶ μεῖζον.

(d) Προσάγω σοι. Sic tres Colb. Coisl. 1. Or. 2. &c. In Ed. προσάγωσι.

(e) Τὴν ἀνάστασιν. Billius: *reditum ad vitam.*

(f) Καὶ τοὺς τύπους &c. *& ſalutis meæ typos.* Nullum ſcrupulum movere debent hæc verba. *Typi* quidem ſunt & *ſigna*; ſed *ſigna* rerum præſentium. His vocibus uſi ſunt SS. Patres, & *nihil aliud intelligunt*, inquit Billius, *quàm partem Sacramenti, quæ in oculorum ſenſum cadit.* Sic in Euchariſtia, ſpecies panis & vini ſunt *typi* ſeu *ſigna* corporis & ſanguinis Chriſti realiter & ſubſtantialiter præſentis. Item alia omnia Sacramenta ita ſunt *typi* vel *ſigna ſalutis*, *ut eam ſimul efficiant & ſignificent.*

(g) Εἰ καὶ μὴ δι' ἓν &c. Billius: *quod ſi hæc ſingula minùs apud te valent, at univerſa certè valeant.*

(h) Οὖν. Deeſt in Regg. a. bm. & Or. 2.

(i) Σεαυτῷ. Sic Or. 2. In Ed. σαυτῷ.

(k) Καὶ τῇ &c. Sic Codd. *Et domeſticæ Eccleſiæ tuæ.* Hic Præfecti *familiam*, quæ, numero & pietate, Eccleſiæ formam exhibebat, ſignificare videtur Gregorius; non *Nazianzenam Eccleſiam*, ut putat Elias. Siquidem in his ſequentibus verbis: καὶ τῷ καλῷ τούτῳ Χριστοῦ πληρώματι, *& huic pulchro Chriſti cœtui*, ipſa deſignatur Nazianzena Eccleſia. In Editis, τὴν τῇ &c.

(l) Ὡς αἰδεσιμωτέροις &c. Non benè Billius: *ut majorem apud te, à quo honore affecti ſumus, authoritatem habituri.* Adſcribit ſiquidem Præfecto id, quod Gregorius Deo tribuit.

(m) Τῷ τῆς ἀρχῆς &c. Vetabat lex Prætoria, ne *populus legationis munere fungeretur, quia non permittebat*, inquit Elias, *ut quiſquam ordinis ſui fines tranſiliret.*

(n) Τίμησον τὴν ἐμὴν πίστιν &c. *Honora fidem meam; ſecundùm quam*, juxta Eliam, *fidelis ac verax eſſe huic populo creditus ſum, cùm dicerem omninò te nobis obtemperaturum, quâque fide credidi te nos exauditurum, ut & tua fides honoretur, quâ fiduciam concepiſti, majora te bona conſecuturum credens.*

(o) Καὶ ἡ σή. Sic Reg. bm. Coisl. 1. & 2. Or. 2. & Par. Deeſt ἡ σή, in Editis.

(p) Δέ. Deeſt in Or. 2.

(q) Οἷος περ. Sic Reg. bm. Coisl. 2. Jeſ. Par. &c. In Ed. οἷς ὅς περ.

qui imperio tuo ſubſunt, præſtiteris. Utinam A autem nobis, & in hac vita mitia & benigna cuncta contingant, & in altero ſæculo leviora, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & imperium, & honor, & regnum cum Patre & ſancto Spiritu, ſicut erat, & erit, & nunc eſt, in ſæcula ſæculorum. Amen.

τοῖς δεχομένοις. τύχοιμεν ὖ πάντες, καὶ τῷ ἐντεῦθεν χρησῶν, καὶ τῷ ἐκεῖθεν ἀνεκτοτέρων, ἐν Χριστῷ Ιησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, [a] ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ᾧ τιμὴ καὶ βασιλεία, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὥσπερ ἦν, καὶ πρωῆν, καὶ ἔσαι, [b] καὶ νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Αμήν.

a

b

(a) Ω ἡ δόξα &c. Reg. a. & Or. 2. ᾧ κράτος, δόξα, τιμὴ, βασιλεία.

(b) Καὶ νῦν. Jeſ. addit: καὶ ἀεί, & ſemper.

MONITUM

IN ORATIONEM DECIMAM-OCTAVAM.

I. HAC Oratione, *inquit Billius*, primùm Basilium Magnum alloquitur, eique velut argumentum quoddam Orationis subministrat. Deindè paternæ vitæ historiam exordiens, ostendit quemadmodùm, portentosâ quâdam atque impiâ superstitione abjectâ, Christianam fidem amplexus sit, idque miris modis exornat, ac simul captatâ occasione laudem Matris annectit. Tum ad Orationis institutum rediens, miracula quædam narrat, quæ in illius Baptismate contigerant. Hinc ad Episcopatum ejus transit, ubi varias ejus laudes prosequitur, ac pietatem quidem illius & fidei constantiam per collationem amplificat, eumque obiter purgat, quòd imprudens falso cuidam & sacrilego Hæreticorum dogmati subscripsisset. Mox ejusdem liberalitatem benignitatemque in complectendis pauperibus, gloriæque humanæ contemptum laudat; &, quibusdam virtutibus per congeriem enumeratis, ad humilitatis laudem redit, eamque eleganter pertractat. Cui ignoscendi facilitatem subjungit, atque injuriarum oblivionem, eximiamque humanitatem cum mira in rebus gerendis dexteritate conjunctam. Ita demum exponit, quemadmodùm eum duplici miraculo Deus celebravit, dum, & eos, à quibus fuerat offensus, ultio divina statim secuta est, & eundem à medicis comploratum, præter omnium spem, ipse pristinæ valetudini restituit; & quia his rebus hominum sanctimonia perspicuè declaratur, addit quemadmodùm Mater gravissimo & atrocissimo morbo laborans, repentè sanitatem receperit; ac præterea quonam modo ipse periculosâ tempestate jactatus, Parentum precibus, certissimum mortis periculum effugerit. Hinc ad fortitudinis constantiæque laudem se confert. Quâ pluribus exemplis demonstratâ, Patris encomio finem imponit; atque ad Matrem jam senio confectam Orationem convertens, eam elegantissimè & doctissimè consolatur.

Orationis argumentum ex Billio desumptum.

II. *Nazianzi, medio circiter anno 374. habita est hæc Oratio. Mense enim Martio vel Aprili hujusce anni, juxta eruditos, obierat Gregorius senior. Id etiam nonnullis monumentis probari potest. Ac primò quidem constat mortuum jam fuisse Gregorium Patrem, cùm ad Iconiensem sedem assumptus est Amphilochius. Etenim quo tempore is ordinatus fuit Iconii Episcopus, Gregorius noster in luctu de Parentis funere versabatur, ut ipsemet scribit ad Amphilochium Patrem:* An te quidem, *inquit*, in mœrorem conjicit filius, quòd ob virtutem arripiatur, & honore afficiatur...me autem non discruciat Pater, qui postremam à nobis peregrinationem iniit, ex qua non jam ad nos revertetur, nec à nobis conspicietur? *Præterea Faustinus, cui successit Amphilochius, vitâ functus erat anno 373. Basilius namque ad Eusebium Samosatensem Episcopum scribens, ait:* Iconium civitas est Pisidiæ... Ipsa nos invitat, ut se invisamus, ut Episcopum ei demus. Mortuus est enim Faustinus. *Hanc autem Epistolam scriptam anno 373. consentiunt eruditi. Utrùm verò Amphilochius proximè Faustino successerit, an Hæreticus quidam, qui*

Quo tempore dicta hæc Oratio.

Epist. 63.

Epist. 138.

brevi defunctus aut pulsus est, medius Faustinum inter & Amphilochium sederit, ut arbitrantur nonnulli, non satis liquet. Quidquid sit, certum est Amphilochium Iconiensis Ecclesiæ administrationem suscepisse anno 374. Hunc enim ordinatum Episcopum datis litteris eodem anno Basilius Epist. 161. *consolatur his verbis :* Benedictus Deus, qui sibi placentes in singulis ætatibus elegit, electionisque secernit vasa, & his utitur ad ministerium Sanctorum : qui nunc etiam te cùm fugeres, ut tumet dixisti, non nos, sed vocationem quam per nos futuram suspicabaris, inevitabilibus gratiæ retibus illigavit, ac in mediam Pisidiam deduxit, ut homines Deo capias *&c. Cùm ergo & ordinationis Amphilochii & Gregorii senioris obitûs tempora conveniant, atque illius ordinationi sin minùs, istius certè funeri adfuerit Basilius, non malè conjicitur, Gregorii Patris obitum funusque post hyemem anni 374. collocari posse. Nec movere debet quod* Menæa. p. 19. *in Menæis legitur, nempè, Kalendis Januarii* recoli memoriam Gregorii Patris hâc die in pace quiescentis. *Infirmum prorsùs id argumenti genus, quod ex jam dictis satis confutatur.*

Hypsistariorum hæresis. III. *Supereſt adhuc ut unum & alterum istius Orationis locum difficiliorem, quàm ut intra notarum angustias solvi possit, enucleemus. Ac primùm quidem de Hypsistariis, in quorum errore versabatur Gregorius senior, priusquàm Christo nomen daret, aliquid dicamus. Rara apud veteres* Lexic. *Hypsistariorum mentio. Nihil, juxta Suicerum, apud Epiphanium, Augustinum, Theodoretum, Damascenum & alios, qui olim de Hæresibus scripserunt, legitur. Horum quidem meminere, præter Gregorium* Lexic. *nostrum & Nyssenum, Hesychius & Suidas. Verùm isti nihil afferunt præter nominis rationem, ac Hypsistarios sic dictos volunt, quòd* Summum, *seu* Supremum colerent & invocarent. *Nyssenus verò id unum habet,* Or. 11. contra Eunom. t. 2. pag. 440. *quòd ipsi quidem* Deum esse confiterentur, quem Altissimum, vel Omnipotentem vocabant, Patrem autem ipsum esse non admittebant. *Si tamen Theologum audiamus, ex duabus rebus maximè oppositis conflatus erat Hypsistariorum error, partim scilicet ex Gentili errore, partim ex legali vanitate. Hypsistarii siquidem idola & sacrificia rejicientes,* ignem *tamen &* lucernas *cum Gentilibus colebant;* Circumcisionem *verò aspernantes,* Sabbatum & jejunam quandam à nonnullis cibis abstinentiam *cum Judæis observabant. Undè hi abjecti & aspernandi homines Hypsistariorum nomen sibi tribuebant, quòd solum* Supremum, *seu,* Altissimum Hæres. 80. pag. 450. *agnoscerent ac venerarentur. Epiphanius, licèt de Hypsistariis nullam, ut jam vidimus, mentionem fecerit, quiddam tamen ferè simile de Euphemitis, seu, Massalianis narrat. Ait enim,* eos ex Gentilibus ortos, nec Judaismo, nec Christianismo attendere; Deos quidem dicere, nullum tamen adorare, sed unum solum venerari, eumque Omnipotentem vocare. *Addit etiam,* eos cum lucernarum igne, (*quod* λυχναφίαν *vocat,*) conventus habere. *Quæ quidem ab iis, quæ de* Hypsistariis *veteres scripserunt, non multùm discrepant.*

[illegible] Bibl. univ. an. 1690. tom. [illegible] IV. *Altera de iisdem Hypsistariis occurrit difficultas. Mirum Clerico videtur, quòd Gregorius noster, cùm in hâc Oratione Hypsistarios* Idola *coluisse neget, & Gregorium Patrem* in eorum Hæresi natum *dicat, fateatur tamen carmine primo,* eum animalium simulacris paruisse. *Id Clericus pugnare*

pugnare existimat. Egregium sanè artis criticæ magistrum ! cui una tantùm nodi solvendi ratio succurrit, Gregorium scilicet nostrum, vel memoriæ lapsu, vel zeli fervidioris impulsu contraria locutum esse; nisi fortè, in eo quod de animalium Idolis dixit, ab Hyperbole pro more suo adhibitâ, excusandus esse videatur. *Quis hæc audiendo non indignetur? Vel, quæ fides malevolo aut imperito Interpreti habenda? Audacior ille Censor, qui tam peritus sibi videtur, & tam temerè quàm arroganter de Gregorio aliisque doctissimis ac sanctissimis Scriptoribus plerumque judicat, nullatenus hîc Gregorii mentem assecutus est. Hæc sunt enim Theologi verba, Carm. 1. Vers. 125.*

> Αὐταὰρ ὅ γ' ἀγρίελαιος, ὑπ' εἰδώλοις πάρος ἦν
> Ζώων &c.
>
> At ille quidem (*Pater*) agrestis oliva, sub simulacris anteà erat
> Vivens &c.

Nihil in hoc contextu de animalium Idolis dictum. Falsa vocis ζώων interpretatio Clericum in errorem induxit, dum animalium Idola *videre se putat, ubi Theologus, nullâ animalium mentione factâ, Patrem* sub simulacris viventem *exhibuit. Vox enim ζώων non est, ut loquuntur Grammatici, genitivus pluralis nominis ζῶων*, animal; *sed Participium præsens verbi ζώω poëticè pro ζάω*, vivo. *Sæpissimè illam vocem*, viventis *tantùm significatione gaudentem, apud Homerum, Hesiodum, Herodotum aliosque usurpatam reperimus. Mirum sanè id à Clerico ignoratum, vel potiùs, dissimulatum. Prætereà, hâc* Idolorum, *seu*, simulacrorum *voce utens Gregorius, non idcircò deorum aut animalium simulacra significare voluit; verùm ea tantùm generatim, quæ superstitiosæ gentilitatis propria, veri Dei cultores summoperè respuunt, cujusmodi fuerunt* ignis & lucernarum *elementa, quæ Hypsistarii religiosè colebant. Cùm igitur Gregorius Pater, etsi non supremo, superstitioso tamen cultu hæc elementa veneraretur, potuit dicere Theologus Patrem sub* Idolis, *seu*, simulacris *vixisse, id est*, sub sensibilibus elementis. *Quo etiam sensu intelligendum est, quod Gregorius Presbyter in vita Theologi scribit :* Pater quidem Gregorii, *inquit*, Idolis relictis, ad pietatis cultum migravit; & excusâ Hypsistariorum superstitione, sincerus divinæ gratiæ discipulus eluxit. *Non ergo Theologus, dum de Hypsistario Patre sermonem habuit, memoriâ lapsus est, nec nimio zelo abreptus, nec etiam Hyperbole usus, à qua clericus ejus excusationem erui posse videtur.*

Greg. Presb. in Greg. vita n. 4.

V. *Ex hujusce Orationis textu alia etiam exsurgit difficultas; an scilicet Gregorius Pater* in cubiculo suo, *ut volunt nonnulli*, privatum sacrum peregerit. *Rem sic narrat Theologus :* Mysterii tempus aderat.... cùm ille (*Gregorius Pater*) ab eo, qui mortuos ad vitam revocat, excitatur. Primò paululùm se movet, deindè firmiùs, mox exiguâ admodùm & obscurâ voce famulum....vestem porrigere, manumque subjicere jubet. Qui cùm non sine stupore adesset, prompteque obsequeretur, ipse manu tanquam baculo ductus, Moysem illum in monte orantem imitatur; fractisque ac debilitatis manibus ad Orationem com-

Utrum Gregorius Pater in cubiculo privatum sacrum peregerit. Or. XVIII. n. 29.

positis, alacri animo pro populo mysteria concelebrat, aut præcelebrat, paucis quidem, & quibus poterat, verbis, mente autem, ut mihi videtur, perquàm integrâ. Rem miram! sine sacrario in sacrario, sine altari sacrificus, sacerdos à mysteriis remotus.... Posteà, cùm gratiarum actionis verba, ita ut consuetudo fert, effatus esset, ac populum benedixisset, in lectulum rursùs se conjecit. *Ex quo contextu quidam eruditi, inter quos doctissimus ac piissimus Cardinalis Bona, Mysterii voce decepti, Gregorium Patrem è lectulo surrexisse, & privatum sacrum in cubiculo peregisse, existimarunt. Verùm si seriò perpendamus Theologi verba, non verum ac reale, sed mysticum tantùm, menteque conceptum in Gregorii facto sacrificium deprehendemus.* Nam, *ut ait Elias:* festa quidem olim, ob ea, quæ in his mysticè peragebantur, Mysteria appellabant: hoc autem loco eum, (*Theologum*,) per Mysterium, ipsum sacri conventûs tempus intelligere existimo, in quo mysticas quoque preces Sacerdotes celebrant. Cui sententiæ ea etiam, quæ sequuntur, favent....Ergo Mysteria quidem pro populo concelebrat, utpotè unà cum iis, qui hæc in altari celebrabant, spiritu præsens, etiamsi corpore, propter corporis infirmitatem, abesset; præcelebrat autem, ut compendiosè quodammodò ac breviter ea priùs absolvens. *Eodem modo interpretantur Basilius, Billius, Tillemontius &c. Non ergo* privatum sacrum in cubiculo peregit *Gregorius senior, cùm ibi ea, quæ ad verum sacrificium requiruntur, ornamenta scilicet, altare, panis & calix consecrandi, abessent. Etenim ex Theologi contextu sequitur tantùm, Gregorium Patrem, solemni Paschatis die, præ morbo jacentem, è lectulo surrexisse, & in cubiculo, manibus ad Orationem compositis, liturgiæ preces,* paucis quidem, & quibus poterat verbis, *recitasse; ac proindè verbo tantùm, ut ita loquar, obtulisse, gratias egisse, benedixisse &c. Quibus peractis, in lectulum rursùs se conjecit.*

Liturg. lib. 1. c. 14. pag. 96. Ed. Rom. an. 1671.

In Comment.

FUNEBRIS ORATIO *in Patrem, præsente Basilio.*

Aliàs 19. *quæ autem* 18. *erat, nunc* 24.

Habita medio circiter anno 374.

Basilium compellat.

Josue XIV. 6. *Num.* XII. 7. *I. Cor.* IV. 1. *Dan.* IX. 23. *Exod.* VII. 1. *I. Tim.* III. 15. *Isai.* LXII. 4. *Phil.* II. 16.

ORATIO DECIMA-OCTAVA.

I. *HOMO Dei, & fidelis serve, & mysteriorum Dei dispensator, & vir desideriorum* Spiritûs; hoc enim nomine virtute provectos & excelsos viros, & supra ea, quæ oculis cernuntur, positos Scriptura vocat. Quin te quoque *Pharaonis*, hoc est, omnis Ægyptiacæ atque adversariæ potestatis *Deum* appello, & *Ecclesiæ columnam ac firmamentum*, & *Domini voluntatem*, & *luminare in mundo verbum vitæ sustinens*, & fidei adminiculum, ac

[a]ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ, [b]παρόντος Βασιλείου.

a

b

ΛΟΓΟΣ ιη.

Α α. ΑΝΘΡΩΠΕ τοῦ Θεοῦ, καὶ πιστὲ θεράπον, καὶ οἰκονόμε τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων, καὶ ἄνερ ἐπιθυμιῶν τῶν τοῦ Πνεύματος· οὕτω γὰρ ἡ γραφὴ καλεῖ τοὺς διαβεβηκότας καὶ ὑψηλοὺς, καὶ [c]ὑπεράνω τῶν ὁρωμένων. καλῶ δέ σε καὶ Θεὸν Φαραὼ πάσης Αἰγυπτιακῆς καὶ ἀντικειμένης δυνάμεως, καὶ στύλον, καὶ ἑδραίωμα τῆς Ἐκκλησίας, καὶ θέλημα Κυρίε, καὶ φωστῆρα ἐν κόσμῳ λόγον ζωῆς ἐπέχοντα,

c

(*a*) Επιτάφιος &c. Sic titulus in plerisque Codd. brevior sanè & clarior quàm iste à Billio usurpatus: *εἰς τὸν ἑαυτῦ πατέρα, ἐν ᾧ καὶ εἰς Νόνναν μητέρα παραμυθητικός· εἴρηται δὲ ἐπὶ παρουσίᾳ Βασιλείε, εἰς ὃν καὶ τὸ προοίμιον ποιεῖται τῦ λόγυ.* Sancti Gregorii oratio, partim funebris in laudem patris sui mortui, partim consolatoria ad matrem Nonnam, habita præsente Basilio, ad quem & principium Orationis spectat.

(*b*) Πάροντος. In quibusdam, ἐπὶ παρουσίᾳ, in præsentia.

(*c*) Υπεράνω. Sic Or. 1. & 2. In Ed. divisim, ὑπὲρ ἄνω.

πίστεως ἔρεισμα, καὶ Πνεύματος καταγώγιον. καὶ τί ἂν πάσας ἀπαριθμοίμην τὰς εὐεργεσίας, ὅσας ἡ ἀρετή σοι πεποίηκεν, ἄλλη τις ἄλλην οἰκειοῦσά τε καὶ προσάγουσα;

A Spiritûs domicilium. Et quid nomina ea omnia, quæ tibi tua virtus peperit, alia aliud tibi concilians atque offerens, enumerem?

β. Πλὴν εἰπὲ, πόθεν πάρει, καὶ τίς σου ἡ ἐργασία, καὶ τί χαριούμενος ἥκεις ἡμῖν; ἐπειδὴ πάντα σε σὺν Θεῷ, καὶ μετὰ Θεοῦ κινούμενον ἔγνων, καὶ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν a δεχομένων. ἥκεις ἡμᾶς [a] ἐποπτεύσων; ἢ τὸν ποιμένα ζητήσων; ἢ τὸ ποίμνιον ἐποψόμενος; ἡμᾶς μὲν οὐκ ἔτι ὄντας, ἀλλὰ τῷ πλείστῳ B μέρει συναπελθόντας, καὶ τῷ τόπῳ τῆς κακώσεως δυσχεραίνοντας, καὶ νῦν μάλιστα ἡνίκα τὸν ἐπισήμονα κυβερνήτην, ἢ τὸν λαμπῆρα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀποβεβλήκαμεν, πρὸς ὃν b [b] ἀπηυθυνόμεθα βλέποντες, ἄνωθεν ἡμῖν τὴν Σωτηρίαν πυρσεύοντα· ἐκεῖνον μετὰ τοῦ καλοῦ παντὸς ἐκδημήσαντα, καὶ πάσης τῆς ποιμαντικῆς εὐταξίας, ἣν χρόνῳ μακρῷ συνελέξατο, πλήρης ἡμερῶν τε ὁμοῦ καὶ φρονήσεως, καὶ τῷ τῆς καυχήσεως γήρᾳ, εἰ δεῖ τὸ τῷ Σολομῶντος C εἰπεῖν, d c [c] στεφανούμενος· ποίμνιον [d] ἠπορημένον, καὶ καταβεβλημένον, καὶ ὁρᾷς ὅσης γέμον ἀθυμίας καὶ κατηφείας, οὐκ ἔτι τόπῳ χλόης e [e] ἐναναπαυόμενον, οὐδὲ ὕδατι ἀναπαύσεως ἐκτρεφόμενον, ζητοῦν κρημνοὺς, καὶ ἐρημίας, καὶ βάραθρα, καθ' ὧν σφαρήσεται, καὶ διαφθαρήσεται· ἀπιστοῦν εἴ ποτε καὶ ἄλλου ποιμένος συνετοῦ ἐπιτεύξεται, ὅτι μὲν οὐ f τοιούτου, καὶ λίαν πεπεισμένον, [f] ἀγαπῶν δι' ἂν, καὶ εἰ μὴ παμπολὺ χείρονος. D

II. Cæterùm dic, quæso, undè ades, & quænam tua opera, quídque largiturus ad nos venis? Quandoquidem omnibus in rebus te, cum Deo, & à Deo, ad eorum, qui te excipiunt, commodum & utilitatem moveri compertum habeo. Veníſne ut nos inviſas? An ut paſtorem quæras? An ut gregem inſpicias? Nos quidem non jam ſuperſtites, verùm maxima ex parte unà cum eo vitâ functos, atque afflictionis locum moleſtè ferentes, ac nunc præſertim, cùm ſcitum gubernatorem, aut vitæ noſtræ facem, in quam, ſalutis lumen nobis è ſublimi oſtentantem, intuentes, dirigebamur, amiſimus; illum autem cum omni virtute, ac paſtorali diſciplina, quam diuturno tempore collegerat, peregrè profectum, dierum ſimul ac prudentiæ plenum, &, ſi Salomonis verbis utendum eſt, *gloriæ* *ſenectute coronatum;* gregem denique conſilii inopiâ laborantem, & conſternatum, ſummóque, ut vides, dolore ac mœſtitiâ confectum, non jam *in loco paſcuæ* requieſcentem, nec *refectionis aquâ* educatum, ſed præcipitia, & ſolitudines, & voragines, in quas diſpergatur & intereat, quærentem; num alium quoque ſolertem ac prudentem Paſtorem aliquandò conſecuturus ſit, diffidentem, illud quidem certè & quidem valdè ſibi perſuadentem, quòd minimè talem, benéque ſecum agi exiſtimantem, ſi non multò inferiorem.

A Baſilio quærit, utrum pro ſe, an pro Paſtore, an pro grege venerit.

Prov. XVI. 31.

Pſ. XXII. 2.

γ. Τριῶν δὲ ὄντων, ὅπερ ἔφην, ἃ σοι τὴν παρουσίαν ἀναγκαίαν ποιεῖ, καὶ πάντων ἐξ ἴσης, ἡμῶν, τοῦ ποιμένος, τῆς ποίμνης, φέρε κατὰ τὸ ἐν σοὶ πνεῦμα τῆς θεραπείας, δόσις ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον, καὶ οἰκονόμησον ἐν κρίσει τὸν λόγον, ἵνα σὲ ἢ μᾶλλον τῆς Σοφίας θαυμάσωμεν. οἰκονομήσεις δὲ πῶς; τὸν μὲν ἐπαινέσας τῆς ἀρετῆς τὰ εἰκότα, οὐ μόνον ἵν' ἐντάφιον τῷ καθαρῷ καθαρὸν ἐπιβάλῃς τὸν λόγον, ἀλλ' ἵνα καὶ τοῖς ἄλλοις εὐσεβείας E χαρακτῆρα, τὴν ἐκείνου προθεῖσα πολιτείαν g τε καὶ [g] φαίνεσιν. ἡμῖν δὲ περὶ ζωῆς καὶ θανάτου βραχέα φιλοσοφήσας, καὶ τῆς κατὰ σῶμα καὶ ψυχὴν συζυγίας καὶ διαζεύξεως, καὶ τῶν δύο κόσμων, τοῦ τε παρόντος καὶ οὐκ ἐστῶτος, καὶ τοῦ νοουμένου καὶ μένοντος· καὶ πείσας, τοῦ μὲν φρονεῖν τὸ ἀπατηλὸν,

III. Porrò cum tria hæc, ut dixi, atque omnia ex æquo, tibi huc veniendi neceſſitatem attulerint, nos ſcilicet, & grex, & paſtor, age, pro eo curationis ſpiritu, quo præditus es, eam, quæ cuique apta ſit, medicinam adhibe, ac ſermonem cum judicio diſpone, quò te ſapientiæ nomine magis admiremur. Quonam autem modo diſpones? Ad Paſtorem quod attinet, ſi illum ob virtutem, ut par eſt, laudaveris, non ſolùm ut puro puram Orationem, inſtar funebris cujuſdam muneris, inferas; ſed ut etiam aliis illius vitæ rationem, tanquam pietatis formam & admonitionem, proponas. Nos verò quod ſpectat, ſi de vita & morte, de animæ atque corporis conjunctione ac disjunctione, de duobus mundis, hoc eſt de præſenti ac fluxo & fragili, & de eo, qui animo & mente intelligitur ac manet, pauca differueris; nobíſque perſuaſeris, ut alterius quidem impoſturam & perturbationem atque incon-

Pia Oratio, inſtar funebris cujuſdam muneris, pio defuncto inferenda.

(a) Ἐποπτεύσων. Or. 1. & 2. ἐπισκεψόμενος. Ad marginem verò ut in Ed.
(b) Ἀπηυθυνόμεθα. Sic Reg. c. In Ed. ἀπευθυνόμεθα.
(c) Στεφανούμενος. Reg. a. στεφανούμενον.
(d) Ἠπορημένον, καί. *Gregem Paſtore deſtitutum*, &c. Sic Reg. a. tres Colb. & Or. 1. Deeſt *καί* in Ed.
(e) Ἐναναπαυόμενον. Sic Or. 1. In Ed. ἐναπαυόμενον.
(f) Ἀγαπῶν. Coisl. 1. & Par. ἀγαπᾷη.
(g) Παραίνεσιν. Coisl. 1. προαίρεσιν, *propoſitum*.

ſtantiam, ac, velut in undis, ſurſum deorſúmque jactationem contemnamus; ad alterum autem, qui firmus & ſtabilis, ac divinus, ſempérque ſui ſimilis eſt, atque omni perturbatione & confuſione vacat, totos nos adjungamus. Sic enim ii, qui hinc priùs exceſſerint, minùs nobis mœroris attulerint; imò etiam lætitiâ nos affecerint, ſi nos Oratio hinc abductos ſurſùm collocet, atque id, quod in præſenti moleſtum eſt, in futuri expectatione occultet, nobíſque illud perſuadeat, quòd ipſi quoque ad bonum Dominum properemus, atque habitatio peregrinatione melior & præſtantior ſit; quódque navigantibus tranquillus portus eſt, hoc iis, qui hujus vitæ procellis agitantur, migratio ad alteram vitam exiſtat: aut etiam quemadmodùm qui longum iter priores confecerunt, minùs difficultatis ac moleſtiæ habent, quàm qui adhuc iter faciunt, atque in labore verſantur; ita tolerabilior & melior eorum conditio ſit, qui ad illud hoſpitium jam pervenerunt, quàm qui ſinuoſum adhuc & præceps hujus vitæ iter emetiuntur.

Supetna habitatio terrenâ peregrinatione præſtantior.

IV. Ac nos quidem ad hunc modum conſolaberis. Quonam autem pacto gregem? Primùm ſi curam tuam & ductum tuum, hoc eſt, ejus viri, ſub cujus pennis requieſcere omnibus pulchrum ac præclarum eſt, & cujus vocem magis ſitimus, quàm puriſſimos fontes, ii, qui ſiti laborant, non defuturum pollicearis. Deindè ſi nos eò adduxeris, ut ab illo bono Paſtore, qui *pro ovibus animam ſuam poſuit*, nos ne nunc quidem relictos eſſe confidamus; quin potiùs eum, & adeſſe, & paſcere, & deducere, & oves ſuas cognoſcere, & à ſuis cognoſci, non illum quidem corporeo modo ſeſe ſpectandum præbentem, ſed ſpiritualem in modum nobiſcum verſantem, ac pro grege adverſus lupos pugnantem, nec quenquam, prædonum more, ac per inſidias, caulam tranſilire, atque animas veritate rectè inſtitutas peregrinâ voce diſtrahere ac furripere ſinentem. Nec dubito quin hoc nunc quoque tantò magis deprecatione ſuâ, quàm priùs doctrinâ, præſtet, quantò nunc magis Deo appropinquat, ut qui corporeas compedes excuſſerit, ac limo illo mentis puritatem inficiente, liberatus ſit, nudúſque cum nuda principe & puriſſima mente verſetur, Angelici ordinis dignitatem & fiduciam, (niſi hoc dictu audax eſt,) conſecutus. Ac tu quidem pro ea ſermonis & ſpiritûs facultate, quâ polles, rectiùs ipſe per te, quàm tibi ego indicare poſſim, conſtitues ac philoſophaberis. Ne autem ob virtutum illius ignorationem Ora-

Bonus Paſtor, etiam moriendo, oves non deſerit.

Joan. x. 11.

Gregem, quem prius doctrinâ nutrivit, poſt mortem interceſſione protegit.

Baſilio breves quaſdam

A καὶ ἄτακτον, καὶ ἀνώμαλον, καὶ, ὥσπερ ἐν κύμασιν, ἄνω καὶ κάτω [a]φέρον τε καὶ φερόμενον· a
τοῦ δὲ προστίθεσθαι τῷ παγίῳ, καὶ ἀσφαλεῖ, καὶ θεοειδεῖ, καὶ ὡσαύτως ἔχοντι, καὶ πάσης
ἐλευθέρῳ ταραχῆς καὶ συγχύσεως. οὕτω γὰρ
ἂν ἧττον ἀνιῷεν ἡμᾶς οἱ προεκδημήσαντες·
ἀλλὰ καὶ ἥδοιεν, εἰ ἐνθένδε [b]ἀπάγων ἡμᾶς b
ὁ λόγος ἄνω τιθείη, καὶ τὸ παρὸν ἀηδὲς
ἐναποκρύπτοι τῷ μέλλοντι, καὶ πείθοι, ὅτι
καὶ αὐτοὶ σπεύδομεν ἀγαθὸν ἐπειγόμεθα,
B καὶ βελτίων ἡ κατοικία τῆς παροικίας· καὶ
ὥσπερ ἐστὶ τοῖς πλέουσι λιμὴν εὔδιος, τοῦτο
τοῖς ἐνταῦθα χειμαζομένοις, ἡ ἐκεῖσε μετά-
στασις [c]καὶ μετάθεσις· ἢ ὥσπερ οἱ μακρὰν c
ὁδὸν προκαταλύσαντες, τῶν δυσπορούντων
καὶ μοχθούντων ἔτι ῥᾴους καὶ ἀπονώτεροι·
οὕτως [d]οἱ ἐπιτυχόντες τοῦ ἐκεῖ καταλύμα- d
τος, τῶν ἔτι τὴν σκολιὰν καὶ πρημνώδη τοῦ
βίου τούτου τεμνόντων ὁδὸν, ἀμείνους καὶ
ἀνεκτότεροι.

C δ. Ἡμᾶς μὲν οὕτω παραμυθήσῃ· τὴν
ποίμνην δὲ πῶς; πρῶτον μέν, τὴν σὴν
ὑποσχόμενος ἐπιστασίαν καὶ ἡγεμονίαν, οὗ
πᾶσι καλὸν ὑπὸ τὰς πτέρυγας ἀναπαύεσθαι,
καὶ οὗ διψῶμεν τῆς φωνῆς μᾶλλον, ἢ πηγῆς
τῆς καθαρωτάτης οἱ δίψει κάμνοντες. δεύτερον
δὲ πείσας, ὡς οὐδὲ νῦν ἡμᾶς ἀπολέλοιπεν ὁ
ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν
προβάτων· ἀλλὰ καὶ πάρεσι, καὶ ποιμαίνει,
καὶ ὁδηγεῖ, καὶ γινώσκει τὰ ἴδια, καὶ γινώσ-
D κεται ὑπὸ τῶν ἰδίων, σωματικῶς μὲν οὐχ
ὁρῶμενος, πνευματικῶς δὲ συγγινόμενος, καὶ
προπολεμῶν τῆς ποίμνης κατὰ τῶν λύκων,
καὶ οὐδενὶ συγχωρῶν διὰ τῆς αὐλῆς ὑπερ-
βαίνοντι ληστρικῶς τε καὶ ἐπιβούλως, ξένῃ
φωνῇ κατασύρειν καὶ διαπλέπλειν ψυχὰς τῇ
ἀληθείᾳ καλῶς ἠγμένας. πείθομαι δ' ὅτι καὶ
τῇ πρεσβείᾳ νῦν μᾶλλον, ἢ πρότερον τῇ
διδασκαλίᾳ, ὅσῳ καὶ μᾶλλον ἐγγίζει Θεῷ
τὰς σωματικὰς πέδας ὑποσεισάμενος, καὶ τῆς
E ἐπιθολούσης τὸν νοῦν ἰλύος ἀπηλλαγμένος,
καὶ γυμνῷ γυμνὸς ἐντυγχάνων τῷ πρώτῳ καὶ
καθαρωτάτῳ νοΐ, τάξεως καὶ παῤῥησίας
ἀγγελικῆς, εἰ μὴ τολμηρὸν τοῦτο εἰπεῖν,
ἀξιούμενος. ταῦτα μὲν [e]οὖν αὐτὸς διαθήσεις e
καὶ φιλοσοφήσεις ἄμεινον, ἢ ὡς ἂν αὐτὸς
παραδείξαιμι, ᾧ λόγου δυνάμει καὶ πνεύματος.
ἵνα δὲ μὴ δι' ἄγνοιαν τῶν ἐκείνου καλῶν παρα-

(a) Φέρον καὶ φερόμενον. *Quâ ferat & feratur.*
(b) Ἀπάγων. Reg. a. ἀπαγάγων.
(c) Καὶ μετάθεσις. *Et tranſpoſitio, permutatio.* Deeſt in Reg. a. Vox ſanè ſuperflua, nec à Billio reddita.

(d) Οἱ ἐπιτυχόντες. Sic Reg. a. & Or. 1. Deeſt οἱ in Ed.
(e) Οὖν. Deeſt in Regg. a. bm. & Or. 1.

πολὺ

πολὺ τῆς ἀξίας ὁ λόγος ἐλαττωθῇ, βραχέα τῆς εὐφημίας, ἐξ ὧν αὐτὸς συνεπίσταμαι τῷ ἀπελθόντι, [a] σκιαγραφήσω, καὶ προχαράξω, καὶ παραδώσω σοι, τῷ καλῷ τῶν τοιούτων γραφεῖ, τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνου τὸ κάλλος ἀπακριβῶσαι, καὶ παραδοῦναι ταῖς πάντων ἀκοαῖς τε καὶ διανοίαις.

A tio infra dignitatem longè subsistat, breves quasdam encomii partes, ex iis, quæ in defuncto agnovi, delineabo, atque adumbrabo, ac tibi perito hujusmodi rerum pictori, virtutis illius pulchritudinem accuratiùs expoliendam, atque omnium mortalium auribus & animis tradendam, dabo.

encomii Patris defuncti partes delineat Gregorius.

ε. Ἐκεῖνος τοίνυν, ἵνα πατρίδα, καὶ γένος, [b] καὶ σώματος εὐφυΐαν, καὶ τὴν ἔξωθεν περιφάνειαν, καὶ τἆλλα οἷς μέγα φρονοῦσιν ἄνθρωποι, τοῖς τῶν ἑλληνικῶν νόμοις παρεὶς, ἐκ τῶν ἡμῖν πρώτων καὶ οἰκειοτάτων ἄρξωμαι, ῥίζης ἐγένετο βλάστημα οὐκ ἐπαινετῆς, οὐδὲ εὐφυοῦς εἰς εὐσέβειαν, οὐ γὰρ αἰσχύνομαι τοῖς πρώτοις, τοῖς τελευταίοις θαῤῥῶν, οὐδὲ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ πεφυτευμένης, ἀλλὰ καὶ [c] λίαν ἀτόπου καὶ [c] ἀλλοκότου, ἐκ δυοῖν τοῖν ἐναντιωτάτοιν συγκεκραμένης, Ἑλληνικῆς τε πλάνης, καὶ νομικῆς τερατείας· ὧν ἀμφοτέρων [d] τὰ μέρη φυγὼν, ἐκ μερῶν συνετέθη. τῆς μὲν γὰρ τὰ εἴδωλα, καὶ τὰς θυσίας ἀποπεμπόμενοι, τιμῶσι τὸ πῦρ καὶ τὰ λύχνα· τῆς δὲ τὸ Σάββατον αἰδούμενοι, καὶ τὴν περὶ τὰ [e] βρώματά ἐστιν ἃ μικρολογίαν, τὴν περιτομὴν ἀτιμάζουσιν· Ὑψιστάριοι, τοῖς ταπεινοῖς ὄνομα, καὶ ὁ παντοκράτωρ δὴ μόνος αὐτοῖς σεβάσμιος. καὶ οὕτω διφυής τις ὢν εἰς ἀσέβειαν, ἐκ τίνος τί γίνεται; οὐκ οἶδα πότερον, τὴν καλέσασαν αὐτὸν χάριν ἐπαινέσω πλέον, ἢ τὴν ἐκείνου προαίρεσιν. πλὴν οὕτω τὸν τῆς [f] διανοίας ὀφθαλμὸν [f] τῆς ἐπικειμένης αὐτῷ [g] λήμης ἀνεκαθάρθη, καὶ τοσούτῳ [h] τάχει τῇ ἀληθείᾳ προσέδραμεν, ὥστε ὅτι μὲν καὶ μητρὸς, & οὐσίας ἐκπεσεῖν ἄχρί τινος, ὑπὲρ τοῦ ἄνω πατρὸς καὶ τῆς ἀληθινῆς κληρονομίας ἠνέσχετο, καὶ ῥᾷον ἤνεγκε τὴν ἀτιμίαν ταύτην, ἢ τὰς μεγίστας τιμὰς ἕτεροι, τοῦτο μὲν ἧττον θαυμάζω, καί τοι λίαν ὂν θαυμαστόν. [i] διατί; ὅτι κοινὸν [i] αὐτῷ πρὸς πολλοὺς ἄλλους [k] τὸ [k] φιλοτίμημα, καὶ πάντας εἴσω γενέσθαι δεῖ τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ σαγήνης, καὶ τοῖς τῶν ἁλιέων λόγοις σαγηνευθῆναι, κἂν οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον τῷ Εὐαγγελίῳ περιληφθῶσιν. ὃ δὲ μάλιστά μοι τῶν ἐκείνου θαυμάζειν ἔπεισι, τοῦτο εἰπεῖν ἀναγκαῖον.

V. Ille igitur, (ut patriam, genus, corporis dotes, externum splendorem, & alia, ob quæ homines magnificè de se sentiunt, ad encomiorum leges remittam, atque ab his, quæ nobis prima & maximè propria sunt, initium ducam,) ex radice ortus est minimè laudabili, nec ad pietatem rectè comparatâ, (non enim priorum me pudet, postremis confidentem;) nec in domo Dei plantatâ, verùm admodùm absurdâ & prodigiosâ, ex duabus rebus maximè contrariis, hoc est, ex Gentili errore, & Legali vanitate conflatâ; quarum utriusque partes quasdam fugiens, ex quibusdam partibus conflata & constituta est. Etenim illius quidem Idola & sacrificia rejicientes, ignem & lucernas colunt; hujus autem Sabbatum & jejunam quandam à nonnullis cibis abstinentiam observantes, Circuncisionem aspernantur. Atque humiles & abjecti homines Hypsistariorum nomen sibi tribuunt, ac soli Omnipotenti venerationem adhibent. Hoc ille modo cùm ad impietatem biformis quodammodò esset, quidnam ex quonam exstitit? Equidem ignoro, num gratiam illam, à qua vocatus est, an illius voluntatem animíque propositum magis laudare debeam. Utcumque sit, usque adeò mentis oculum ab iis lemis, quæ ipsi insidebant, repurgavit, ac tantâ celeritate ad veritatem accurrit, ut quòd, cœlestis Patris ac veræ hæreditatis causâ, & matre, & facultatibus, aliquandiu carere sustinuerit, atque hanc ignominiam æquiùs, & faciliùs, quàm alii summos honores, tulerit, minus ipse mirer, licèt alioqui res ea non parvâ admiratione digna sit. Quid ita? Quoniam hæc gloria illi cum multis aliis communis est, omnésque magnâ illâ Dei sagenâ includi, ac Piscatorum sermonibus irretiri oportet; tametsi alii citiùs, alii seriùs ab Evangelio comprehendantur. Quod autem mihi ex ipsius rebus potissimùm admirari subit, hoc necessariò dicendum est.

Gregorius senior in Hypsistariorum errore natus.

Hypsistarii idola & sacrificia rejiciebant.

Solum Omnipotentem, seu, Altissimum venerabantur.

ς. Ἐκεῖνος καὶ πρὸ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἦν ἡμέτερος. εἰσεποίει γὰρ αὐτὸν ἡμῖν ὁ τρόπος.

VI. Ille, ante etiam quàm ad nostram causam se contulisset, noster erat. Mores

Gregorius senior mori-

(a) Σκιαγραφήσω. Sic Regg. a. bm. In Ed. σκιογραφήσω.
(b) Σώματος εὐφυΐαν. *Ad omnia naturalem corporis dexteritatem.*
(c) Ἀλλοκότε. Gloss. ἐναντίας, ξενῆς, *adversa, peregrina.*
(d) Τὰ μέρη. Deest τά, in Reg. bm.
(e) Βρώματά ἐστιν ἃ. Sic Reg. bm. Coisl. 2. Or. 1. Mendosè in Editis: πρόβατα ἐς τινα.
(f) Τῆς ἐπικειμένης. Or. 1. τῆς περικειμένης.
(g) Λήμης. Gloss. λήμη, τὸ συνισταμένον ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λευκὸν ἰσχί. *Lippitudo*, id est, *tabi quædam species, quod lippientium oculis adhæret.*
(h) Τάχει. Coisl. 1. τάχιον.
(i) Αὐτῷ. Sic Or. 1. In Ed. αὐτό.
(k) Φιλοτίμημα. Reg. a. φιλότιμον.

bus ante Baptiſmum chriſtianus.

quippè ipſum nobis aſciſcebant. Ut enim multi ex noſtris nobiſcum non ſunt, quos ſcilicet à communi corpore vita removet; ſic contrà multi exterorum ad nos ſpectant, quicunque nimirùm fidem moribus antevertunt, ac ſolo nomine carent, cùm rem ipſam teneant. Quo in numero meus quoque pater erat, ramus quidem ille alienus, cæterùm vitâ & moribus ad nos propendens. Ac pudicitiæ quidem laude adeò excelluit, ut idem ſimul, & amabiliſſimus, & caſtiſſimus eſſet, quæ duo haud facilè in unum concurrunt. Juſtitiæ autem, quod majus & illuſtrius argumentum afferri poteſt, quàm quòd in magnis Reipublicæ muneribus verſatus, ne teruncio quidem facultates ſuas auxerit, ídque cùm alios cerneret publicis bonis Briarei manus, ut dici ſolet, injicientes, ac malis lucris turgentes? Sic enim opes injuſtè collectas voco. Prudentiæ porrò quanquam hæc quoque non exigua indicia ſunt, plura tamen Oratio longiùs progreſſa declarabit. Pro his rebus fidem quoque, ut opinor, præmii loco retulit. Id verò quo pacto contigerit, (neque enim res tanta ſilentio prætereunda eſt,) perſpicuum faciemus.

A ὥσπερ γὰρ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων οὐ μεθ' ἡμῶν εἰσὶν, οὓς ὁ βίος ἀλλοτριοῖ τῷ κοινῷ σώματος, οὕτω πολλοὶ τῶν ἔξωθεν πρὸς ἡμῶν, ὅσοι τῷ τρόπῳ τὴν πίστιν φθάνουσι, καὶ δέονται τοῦ ὀνόματος, τὸ ἔργον ἔχοντες. τούτων καὶ ὁ ἐμὸς ἦν πατὴρ, πλόρθος ἀλλότριος, [a]τῷ βίῳ πρὸς a
ἡμᾶς ἐπικλίνων. Σωφροσύνῃ μέν γε τοσοῦτον διήνεγκεν, ὥστε ὁ αὐτὸς ἐρασμιώτατός τε ἅμα γενέσθαι καὶ κοσμιώτατος, ἃ χαλεπὸν ἀμφότερα συνδραμεῖν. δικαιοσύνης δὲ τί μεῖζον
B γνώρισμα καὶ πρεπφανέστερον, ἢ ὅτι πολιτείας ἐν τὰ δεύτερα ἐσχηκὼς, οὐδὲ μιᾷ δραχμῇ πλείω τὴν οὐσίαν πεποίηκε, καί τοί γε τοὺς ἄλλους ὁρῶν τὰς Βριάρεω χεῖρας ἐπιβάλλουσας τοῖς δημοσίοις, καὶ τοῖς κακοῖς πόροις φλεγμαίνοντας; ὅτω γὰρ ἐγὼ καλῶ τὴν ἄδικον εὐπορίαν. φρονήσεως δὲ, μικρὰ μὲν οὐδὲ ταῦτα γνωρίσματα, δηλώσει δὲ τὰ πλείω προϊὼν ὁ λόγος. [b]τούτων καὶ μισθὸν οἶμαι τὴν πίστιν b
ἠνέγκατο. τὸ δὲ ὅπως, οὐδὲ γὰρ ἄξιον
C σιωπᾶσθαι πρᾶγμα τοσοῦτον, αὐτοὶ [c]παρασκήσωμεν. c

Uxore bonâ, nihil melius, malâ, nihil pejus. *Prov.* xxxi. 10.

VII. Divinam Scripturam dicentem audivi: *Mulierem fortem quis inveniet?* Ac donum iſtud divinitùs eſſe, bonúmque conjugium à Domino conciliari. Qua in ſententia externi quoque ſunt; ſiquidem illorum hoc eſt: *Nullam probâ uxore meliorem rem cuiquam obvenire poſſe, nec rursùs improbâ pejorem.* Hac porrò in re dici non poteſt quis eo felicior extiterit. Sic enim exiſtimo, ſi quis ab ultimis terrarum finibus, atque ex univerſo hominum genere, præſtantiſſimum conjugium conciliare ſtuduiſſet, nullum uſquam hoc præſtantius aptiúſque reperiri potuiſſe. Ita enim virorum ac mulierum optima & præclariſſima quæque in unum confluxerant, ut hoc matrimonium, non minùs virtutis, quàm corporum, nexus eſſet. Nam cùm alios vincerent, tamen ob virtutis æqualitatem neuter alteri victoriam eripere poterat.

Heſiod. lib. Operum & dierum, vers. 700.

ζ. Γυναῖκα μὲν ἀνδρείαν τίς εὑρήσει; τῆς θείας ἤκουσα λεγούσης γραφῆς, καὶ τὸ δῶρον θεόθεν εἶναι, τὴν ἀγαθὴν ᾠδὰ τῷ Κυρίου συζυγίαν ἁρμόζεσθαι. τὸ δ' [d]αὐτὸ δο- d
κεῖ καὶ τοῖς ἔξωθεν· εἴπερ [e]ἐκείνων τὸ γυ- e
ναικὸς ἀνὴρ χρῆμ' οὐδὲν λῴζεται κάλλιον ἐσθλῆς, οὐδὲ χεῖρον τῆς ἐναντίας. τῷ δὲ οὐκ ἔξιν εἰπεῖν, ὅς τις κατὰ τοῦτο εὐδαιμονέσ- D
τερος. οἶμαι γὰρ εἴ τις ἐκ περάτων γῆς, καὶ παντὸς γένους ἀνθρώπων τὴν ἀρίστην ἁρμόσασθαι συζυγίαν ἐσπούδασεν, οὐκ εἶναι ταύτης εὑρεῖν ἀμείνω ἢ ἁρμοδιωτέραν. ὅτω γὰρ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν εἰς ἓν συνῆλθε τὰ κράτιστα, ὥστε οὐκ ἧττον ἀρετῆς, ἢ σωμάτων γενέσθαι συζυγίαν τὸν γάμον· ἐπεὶ τῶν ἄλλων κρατοῦντες, ἀλλήλων κρατεῖν οὐκ εἶχον, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς [f]ἰσόῤῥοπον καὶ ὁμότιμον. f

Eva viro hoſtem ſe præbuit, Nonna, fidei & pietatis magiſtram. *Gen.* ii. 18.

VIII. Et quidem illa, quæ Adamo adjumenti causâ, ſimilis illi data fuerat, (*nec enim hominem ſolum eſſe bonum erat,*) pro ſocia hoſtem ſe præbuit, pro conjuge adverſariam; ut quæ voluptatis illecebrâ E

η. Καὶ τῷ μὲν Ἀδὰμ ἡ δοθεῖσα κατ' αὐτὸν βοηθὸς, ἐπειδὴ καλὸν ἦν μὴ μόνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἀντὶ συνεργοῦ πολεμία κατέστη, καὶ οὐχ ὁμόζυγος, ἀλλ' ἀντίθετος·

(*a*) Τῷ βίῳ. Sic Reg. bm. & Or. 1. Deeſt πρὸς in Ed.

(*b*) Τούτων καὶ μισθόν &c. Hæc verba non ſic intelligenda ſunt, nec intellexiſſe cenſendus eſt Gregorius, quaſi quiſpiam ullis moralium virtutum officiis fidem mereri poſſit. Eſt enim fides donum Dei, non operum merces. Impropriè tamen potuit *mercedem* dicere, pro congrua quadam ad fidem præparatione, & quaſi non repugnantiâ; quæ nec ipſa Dei munere vacare cenſenda eſt.

(*c*) Παρασκήσωμεν. Or. 1. παρασκήσομεν.

(*d*) Αὐτό. Sic Reg. bm. Coisl. 1. & Or. 1. In Ed. αὐτόν.

(*e*) Ἐκείνων. *Illorum*, id eſt, *unius ex ipſis*, nempè Heſiodi, lib. operum & dierum, vers. 700. cujus hæc ſunt verba

Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ λῴζεται ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς ὃ μίγιον ἄλλο.

Nihil enim vir melius ſortiri poteſt muliere
Bonâ, rursùs verò malâ non durius aliud.

(*f*) Ἰσόῤῥοπον καὶ ὁμότιμον. *Ob æquales virtutis lances; paremque præſtantiam.*

κλέψασα τὸν ἄνδρα δι' ἡδονῆς, καὶ τῷ ξύλῳ A maritum in fraudem induxerit, ac per
τῆς γνώσεως τὸ ξύλου τῆς ζωῆς ἀλλοτριώ- ſcientiæ lignum à vitæ ligno averterit.
σασα. τῷ δὲ οὐ συνεργὸς μόνον ἡ τοῦ Θεοῦ Huic contrà mulier Dei beneficio conceſ-
δοθεῖσα, ἦτλον γὰρ τοῦτο θαυμαστὸν, ἀλλὰ ſa, non modò adjutrix, (minùs enim id
καὶ ἀρχηγὸς γίνεται ἔργῳ τε καὶ λόγῳ πρὸς laudis & admirationis haberet,) ſed,& dux,
τὰ κράτιστα δι' ἑαυτῆς ἄγουσα, καὶ τὰ μὲν & anteſignana fuit, utpotè quæ eum vitâ
ἄλλα τῷ ἀνδρὸς κρατεῖσθαι νόμῳ συζυγίας & ſermone ad optima quæque per ſeipſam
ἄριστον εἶναι κρίνουσα, τῆς εὐσεβείας δὲ οὐκ ducens, ac cæteris quidem in rebus, ut ma-
αἰσχυνομένη παρέχειν ἑαυτὴν καὶ διδάσκαλον. trimonii leges ferebant, viro ſuo parere
ὃ θαυμάζειν μὲν ἐκείνης ἄξιον, θαυμάζειν δὲ optimum eſſe judicans, fidei autem & pie-
a πλέον τὸν [a] ἑκοντὶ ἡττώμενον. ἐκείνη γάρ B tatis magiſtram quoque ſe præbere haud-
ἐστιν, ἡ τῶν ἄλλων γυναικῶν κάλλει φιλοτι- quaquàm erubuit. Quam quidem cùm
μουμένων καὶ ὑφουμένων, ὅσον τε φυσικὸν, καὶ hoc nomine admirari par ſit, tum verò
ὅσον ἐπίπλασον; ἓν ἐπισαμένη κάλλος, τὸ maritum ampliùs admirari convenit, qui
τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ τὴν θείαν εἰκόνα ἢ συν- ſponte cedebat. Illa enim eſt, quæ cùm Nonnæ lau-
τηρεῖν, ἢ ἀνακαθαίρειν εἰς δύναμιν· τοὺς δὲ aliæ mulieres ob formæ elegantiam, tam des.
b [b] γραπτοῦς καὶ τεχνητοὺς κόσμους ταῖς ἐπὶ nativam, quàm fictam & aſcititiam, glo-
τῆς σκηνῆς ἀπορρίψασα· μίαν δὲ ἀληθινὴν riari atque animis efferri ſoleant, ipſa
εὐγένειαν γινώσκουσα τὴν εὐσέβειαν, καὶ contrà hanc unam, quæ in anima, diviná-
τὸ εἰδέναι πόθεν τε γεγόναμεν, καὶ ποῖ que imagine, ſive tuendâ, ſive pro viribus
καταντήσομεν. ἕνα δὲ πλοῦτον ἀσφαλῆ τε repurgandâ, poſita eſt, pulchritudinem Vera ejus
C pulchritudo.
καὶ ἄσυλον, τὸ ἀποπλουτεῖν Θεῷ, καὶ τοῖς agnoſcebat; pictos autem & arte quæſitos
ornatus ad ſcenicas mulierculas abjiciebat.
Unam item nobilitatem in pietate ſitam Nobilitas.
eſſe cenſebat, atque in eo, ut undè ortum
habuimus, & quò tandem perventuri ſimus,
intelligamus. Solas inſuper has tutas atque Divitiæ.
ab omni ſurreptione immunes opes ducebat,
c πένησι, καὶ μάλιστα [c] τῶν ἐκ γένους τοῖς nimirùm Deo & pauperibus opes effundere,
ἀπανθήσασιν· οἷς τὸ μὲν ἄχρι τῆς χρείας ac præſertim conſanguineis, qui fortunis In propin-
ἐπαρκεῖν, οὐ λύσιν τῆς συμφορᾶς, ἀλλ' ſuis, tanquam flore quodam, excidiſſent; qui- quos liberali-
ὑπόμνησιν ἔχειν ἐνόμιζεν· τὸ δὲ ἐλευθεριώτε- bus, quod neceſſe eſſet, duntaxat præbere, tas.
ρον εὖ ποιεῖν, τοῦτο εἶναι τιμῆς βεβαίας καὶ non calamitatis depulſionem, ſed monimen-
εὐδαιμονίας τελεωτάτης. καὶ τῷ μὲν τῇ tum eſſe judicabat: liberaliùs autem & pro-
οἰκωφελείᾳ προεχουσῶν, τῷ δὲ τῇ εὐσε- lixiùs eos juvare, id demùm firmi honoris ac
βείᾳ, καὶ γὰρ χαλεπὸν ἀμφοτέρων ἐπιτυχεῖν, perfectiſſimi ſolatii eſſe. Jam cùm aliæ rei fa-
ἀμφοτέροις ἅπασας νικήσασα· καὶ τῷ περὶ D miliaris augendæ laude, aliæ pietatis gloriâ
ἑκάτερον ἄκρῳ, καὶ τῷ μόνη τὰ δύο συνα- excellant, (utrumque enim aſſequi difficile
γαγεῖν. ἕτω μὲν τὸν οἶκον συναύξουσα ταῖς eſt,) utroque nomine mulieres omnes ſupera-
ἑαυτῆς ἐπιμελείαις καὶ προνοίαις, κατὰ τὸν vit: tum quòd utrumque horum ad ſummum
Σολομῶντος περὶ τῆς ἀνδρείας γυναικὸς uſque præſtiterit, tum quòd ſola duo iſta
ὅρους καὶ νόμους, ὡς εὐσεβεῖν οὐκ εἰδυῖα· complexa fuerit. Rem enim domeſticam in- Induſtria &
οὕτω δὲ προσκειμένη Θεῷ καὶ τοῖς θείοις, induſtriâ & ſolertiâ ſuâ, juxta leges mulieri ſolertia.
ὡς οἰκουρίας πλεῖστον ἀπέχουσα· καὶ οὐδὲν forti à Salomone ſtatutas, ita auxit, quaſi
d [d] ὑπὸ τοῦ ἑτέρου παραβλαπτομένη πρὸς θάτερον, pietatem colere neſciret: Deo rurſùm ac
ἀμφότερα δὲ δι' ἀλλήλων κρατύνουσα. divinis rebus ita ſeſe addixit, tanquam à
E rerum domeſticarum procuratione pluri-
mùm abeſſet: neque ab alterutro horum
quidquam impedita eſt, quominùs alte-
rum impleret, quin potiùs utrumque alte-
rius ope fulcivit & confirmavit.

θ. Τίς μὲν ἔλαθεν ἐκείνην, εὐχῆς ἢ καιρὸς, IX. Quodnam orationis tempus, ecquis Spes in
c ἢ [e] τόπος; ὃ καὶ πρῶτον ἦν αὐτῇ πάντων locus eam latuit? Nihil enim toto die orationibus.
τῆς ἡμέρας κίνημα· μᾶλλον δὲ τίς οὕτως erat, ad quod priùs impelleretur. Imò verò
f ἔχειν ὁμοῦ [f] τῷ αἰτεῖν, τὸ αἰτούμενον ἤλπι- quænam unquam parem ſpem habuit fore,
σεν; τίς δὲ ἱερέων οὕτως ἠδέσθη χεῖρα καὶ ut ſimul atque aliquid petiiſſet, ſtatim,
πρόσωπον; ἢ πᾶν εἶδος φιλοσοφίας ἐτίμη- quod peteret, conſequeretur? Quænam
Sacerdotum manum vultúmque ita verita
eſt? Aut omne philoſophiæ genus coluit?

(a) Ἑκοντὶ ἡττώμενον. Jeſ. ἑκὸν τῇ ἡττώμενον.
(b) Γραπτοὺς. Jeſ. κρυπτοὺς. *Occultos.*
(c) Τῶν ἐκ γένους. *Conſanguineos.* Elias *homines nobili & claro genere ortos* intelligit. Ita etiam Baſilius: ἐκ γένους, τοῦτ' ἔστι, ἐξ εὐγενείας καὶ πλούτου πεπλάκοτες. *Conſanguineos*, id eſt, *qui à nobilitate & fortuna deſciverunt.*
(d) Ὑπό. Or. I. ἀπό.
(e) Τόπος, ὁ. Jeſ. τόνος. Coisl. I. ἡ.
(f) Τῷ αἰτεῖν. Coisl. I. τὸ αἰτεῖν.

Jejunia & vigiliæ. Quænam jejuniis & vigiliis carnem magis attenuavit, aut diurnis ac nocturnis Pſalmodiis columnæ inſtar fixa ſtetit? Quænam virginitatem majore in admiratione habuit, quamvis connubii vinculum ſuſtinens? Caſtitas. Miſericordia. Quænam orphanis ac viduis majori præſidio fuit? Quænam lugentibus calamitates æquè ſublevavit? Atque hæc inſuper, quæ parva quidem fortaſsè ſunt, atque à nonnullis etiam contemnuntur, quòd pleriſque non facilè pateant, (fit enim ferè, ut quod quiſpiam aſſequi non poteſt, id ob invidiam ne credibile quidem eſſe putet,) apud me tamen in magno pretio ſunt, quoniam fidei inventa erant, & ſpiritualis fervoris conatus. Quo in genere illud eſt, quòd in ſacris conventibus aut locis nunquam illius vox audita ſit, ſi neceſſarias & myſticas excipiamus.

A σεν; τίς δὲ μᾶλλον νηϛείαις καὶ ἀγρυπνίαις τὰς ζάρκας ὑπέσπασεν, ἢ ψαλμῳδίαις ἑαυτὴν [a] ἐϛήλωσε παννύχοις τε καὶ ἡμερησίαις; τίς μὲν παρθενίαν ἠγάϑη πλέον, καί περ ἀναϛομένη δέσεως; τίς δ' ὀρφανῶν καὶ χηρῶν ἀμείνων ἐγένετο [b] ϖαραϛάτις; τίς δὲ πενϑοῦσι τὰς συμφορὰς ἔτω [c] συνυπεκούφισεν; καὶ ταῦτα δὴ, τὰ μικρὰ μὲν ἴσως, τυχὸν δέ τισι καὶ δραπλυόμενα, ὅτι μηδὲ προσιτὰ ῥᾳδίως τοῖς πλείοσι, τὸ γὰρ οὐκ ἐφικτὸν οὐδὲ πιϛὸν πως δρᾷ τὸν φθόνον, ἐμοὶ δὲ καὶ λίαν τιμώμενα, ὅτι πίϛεως ἦν εὑρήματα, καὶ πνευματικῆς ζέσεως ἐγχειρήματα. οἷον τὸ μή ποτε φωνὴν αὐτῆς ἐν ἱεροῖς ἀκουϑῆναι συλλόγοις, ἢ τόποις, ἔξω τῶν [d] ἀναγκαίων ϲ μυϛικῶν.

Simplicitas & pietas. *Deut.* XXVII. 5. X. Quòd ſi olim magnum atque amplum altari erat, quòd *ſuper ipſum nec ſecuris aſcendiſſet*, nec viſa nec audita aſcia eſſet, (quo nimirùm ſublimius aliquid ſignificabatur, nempè nativum & ſimplex, artíſque ac fuci expers eſſe debere, quidquid Deo conſecratur,) cur non illi quoque ad laudem magnum ſit, quòd ſilentio Sancta honorarit, quòd venerandæ menſæ nunquam terga obverterit, nec in divinum pavimentum expuerit; quòd nullius unquam Gentilis feminæ, quamvis alioqui honeſtiſſimæ ac propinquiſſimæ manibus manum injecerit, aut labra labris miſcuerit; imò nec cum his, qui à prophana & impura menſa veniebant, non modo ſpontè, ſed ne coacta quidem ſal commune habuerit, nec impuram & ſacrilegam domum adverſus conſcientiæ legem, aut pertranſire unquam aut conſpicere ſuſtinuerit; nec aurem & linguam, res divinas, partim accipientem, partim proloquentem, Ethnicis narrationibus, ac theatricis cantilenis contaminari paſſa ſit, (nihil enim prophani ſacris convenire ſtatuebat;) nec, quod majori admirationi eſſe debet, corporeo luctui tantùm unquam indulſerit, licèt alioqui vel externorum calamitatibus majorem in modum commoveretur, ut luctuoſa vox ei priùs, quàm gratiarum actio erumperet, aut ex palpebris myſticè ſignatis lacryma flueret, aut cùm dies feſtus adeſſet, quamvis ipſi multæ perſæpè moleſtiæ acciderint, lugubris habitus permaneret. Piæ enim ac Deo charæ animæ eſſe cenſebat, divinis rebus humana omnia ſubmittere.

In adverſis conſtantia.

1. Καὶ εἰ μέγα τῷ ϑυσιαϛηρίῳ ποτὲ τὸ μὴ πέλεκυν ἐπ' αὐτὸ ἀναβῆναι, μηδὲ ὀφϑῆναι, ἢ ἀκουϑῆναι λαξευτήριον, λόγῳ μείζονι, ὡς δέον φυσικὸν καὶ ἄτεχνον εἶναι πᾶν τῷ Θεῷ καθιερούμενον, πῶς ἔχει καὶ παρ' ἐκείνης μέγα, τὸ σιωπῇ τιμᾶϑαι τὰ ἅγια, τὸ μή ποτε νῶτα δοϑῆναι τῇ [e] σεβασμίῳ τραπέζῃ, μηδὲ καλαπλυϑῆναι ϑεῖον ἔδαφος, τὸ μή ποτε δεξιὰν ἐμβληϑῆναι, ἢ χείλη μιγῆναι χερσὶν Ελληνικαῖς, ἢ χείλεσι, μηδὲ τῆς τἄλλα κοσμιωτάτης γυναικὸς ἧ οἰκειοτάτης· ἀλλὰ μηδὲ ἁλῶν κοινωνῆσαι, μὴ ὅτι ἐκοῦσαν, ἀλλὰ μηδὲ βιαϑεῖσαν τοῖς ἀπὸ τῆς βεβήλου καὶ ἀνάγνε τραπέζης, μηδὲ μιαρὸν οἶκον ἢ παρελϑεῖν ποτε, ἢ ἰδεῖν ἀνασχέσϑαι, παρὰ τὴν τοῦ συνειδότος νομοϑεσίαν· μηδὲ διηγήμασιν Ελληνικοῖς, ἢ ᾄσμασι ϑεατρικοῖς καλαμολυνϑῆναι τὴν ἀκοὴν, ἢ τὴν γλῶσαν, τὴν τὰ ϑεῖα δεχομένην ἢ φϑεγγομένην, οὐδὲν γὰρ ἱεροῖς πρέπειν ἀνίερον, καὶ ὃ τούτων ϑαυμασιώτερον, τὸ μή ποτε τοσοῦτον δοῦναι πένϑει ϲωματικῷ, καί τοί γε διαφερόντως καμπτομένην, καὶ τοῖς τῶν ξένων πάϑεσιν, ὥϛε ἢ γοεράν ποτε πρὸ τῆς [f] εὐχαριϛίας ῥαγῆναι φωνὴν, ἢ δάκρυον ἐκπεσεῖν βλεφάρε μυϛικῶς σφραγιϑέντος, ἢ σχῆμα πένϑιμον ϖλαμένειν, καί τοί γε πολλῶν πολλάκις συμπεσόντων αὐτῇ λυπηρῶν, [g] λαμπρᾶς παρούσης ἡμέρας. ψυχῆς γὰρ εἶναι ϑεοφιλοῦς ὑποκλίνειν τοῖς ϑείοις ἅπαν ἀνθρώπινον.

(a) Εϛήλωσε. Billius : *columnæ inſtar ſe ipſam affixit.*
(b) Παραϛάτις. In quibuſdam προϛάτις.
(c) Συνυπεκούφισεν. Or. 1. συνεκούφισε.
(d) Αναγκαίων &c. Per *voces neceſſarias & myſticas*, eas intelligit Elias, quibus plebs tota Sacerdotibus accinebat, quales ſunt, ut in Scholio legitur, voces: *Amen : & cum Spiritu tuo : Sanctus, Sanctus, & ſimilia.* Αμήν· καὶ τῷ Πνεύματί σε· καὶ τὸ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, καὶ τὰ τοιαῦτα.
(e) Σεβασμίῳ. Or. 1. σεβασμίᾳ.
(f) Εὐχαριϛίας. Regg. plures, tres Colb. Or. 1. Jeſ. εὐχαριϛηρίου.
(g) Λαμπρᾶς &c. Billius : *ſplendido die præſente.*

11. Καὶ

ια. Καὶ σιωπῶ τὰ ἧττον ἀπορρητότερα, A
a ὧν Θεὸς μάρτυς, καὶ [a] τῶν πιστῶν θεραπαι-
νίδων αἷς τὰ τοιαῦτα ἐπίστευσεν. τὸ γὰρ καθ'
ἡμᾶς ἴσως οὐδὲ μνήμης ἀξιωτέον, ὡς ἀνα-
ξίους τῆ ἐλπισθέντος· εἰ καὶ κεῖνη μέγα τὸ
b [b] ἐπιχείρημα, ὅτι καὶ πρὸ γενέσεως ἡμᾶς
καθυπέσχετο τῷ Θεῷ, μηδὲν τὸ μέλλον
εὐλαβηθεῖσα, καὶ γεννηθέντας εὐθὺς ἀνέθηκε.
Θεοῦ ἦν τὸ μὴ πάντη ἁμαρτεῖν αὐτὴν τῆς
c εὐχῆς, μηδὲ ἀπωσθῆναι τὸ [c] καλλιέρημα.
τούτων μὲν οὖν τὰ μὲν παρῆν ἤδη, τὰ ἦ B
ἔμελλε, ταῖς κατὰ μέρος προσθήκαις αὐξό-
μενα. καὶ καθάπερ ἥλιος ἥδιστον ταῖς ἑω-
θιναῖς προσβάλλων ἀκτῖσι, ταῖς μεσημβριναῖς
θερμότερος ἵσταται καὶ φαιδρότερος, οὕτω ☪
αὕτη ὀ μικρὰ τὰ τῆς εὐσεβείας ἀπ' ἀρχῆς
d [d] ὑποφαίνουσα, τῷ τελευταίῳ φωτὶ πλέον
ἐξέλαμψεν. τότε δ' οὖν κέντρον ὀ μικρὸν
εὐσεβείας οἴκοθεν εἶχεν, αὐτὴν ὁ εἰσοικισάμε-
νος, ἄνωθεν μὲν, καὶ ἐκ προγόνων φιλόθεόν τε
καὶ φιλόχριστον, καὶ πατρῷον κλῆρον δε- C
δεξαμένην τὸν τῆς ἀρετῆς· ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς
ἀγριελαίου, καθὼς ἐκεῖνος, ἐγκεντρισθεῖσαν
εἰς καλλιέλαιον, οὐ φέρουσαν ἦ τὸ ἑτεροζυ-
γεῖν δι' ὑπερβολὴν πίστεως· ἀλλὰ τοῦτο μό-
νον φιλοσοφῆσαι μὴ δυναμένην, τἆλλα καρ-
e τερικωτάτην οὖσαν γυναικῶν καὶ [e] ἀνδρικωτά-
την, τὸ ἐξ ἡμισείας ἡνῶσθαι τῷ Θεῷ δια-
τὴν τοῦ τμήματος ἀλλοτρίωσιν, ἀλλὰ μὴ
προσελθεῖν τῇ ζωματικῇ συναφείᾳ τὴν
συμφυίαν τοῦ πνεύματος· καὶ διὰ τοῦτο D
προσπίπτουσαν μὲν τῷ Θεῷ νυκτὸς καὶ ἡμέ-
ρας, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν ζωὴν τῆς κεφαλῆς
αἰτουμένην ἐν πολλαῖς νηστείαις καὶ δάκρυσι,
προσκειμένην δὲ τῷ ἀνδρὶ φιλοπόνως, καὶ
πολυτρόπως αὐτὸν ἐμπορευομένην, ὀνειδισ-
μοῖς, νουθεσίαις, θεραπείαις, ἀλλοτριώσεσι,
τὸ μέγιστον, τῷ οἰκείῳ τρόπῳ, καὶ τῷ θερ-
μοτέρῳ πρὸς τὴν εὐλάβειαν, ᾧ μάλιστα ψυχὴ
κάμπτεται καὶ μαλάσσεται, πρὸς ἀρετὴν
f ἑκουσίως βιαζομένη. ἔμελλε δὲ ἄρα [f] κοιλαίνειν E
τὴν πέτραν ἡ τοῦ ὕδατος ῥανὶς ἀεὶ πλήττουσα,
καὶ χρόνῳ θραύσειν τὸ σπουδαζόμενον· δηλοῖ
δὲ τὰ ἑφεξῆς.

ιβ. Ἡ μὲν καὶ ᾔτει ταῦτα καὶ ἤλπιζεν, ἅτε
τῇ πίστει μᾶλλον, ἢ τῇ νεότητι ζέουσα.

XI. Ac, quæ his occultiora ſunt, taceo, quorum teſtis eſt Deus, & ancillæ, quarum fidei res hujuſmodi committebat. Nam illud, quod ad nos attinet, ne commemoratione quidem fortaſsè dignum eſt, utpotè qui ipſius ſpei haudquaquàm reſponderimus; quanquam magnus ipſi hic conatus fuit, quòd nos etiam ante ortum Deo, futurum nihil reformidans, promiſit, atque in lucem editos ſtatim conſecravit. Dei autem beneficium illud fuit, quòd voto ſuo non omninò exciderit, nec victima ea, quam obtulerat, repudiata fuerit. Atque hæc quidem, partim jam aderant, partim adventabant, tacitis incrementis paulatim augeſcentia. Et quemadmodùm Sol, matutinis radiis in oculos ſuaviſſimè incidens, meridianis fervidior & ſplendidior ſtat; eodem modo illa, cùm haud parva pietatis officia primùm ſubobſcurè oſtendiſſet, poſtremo lumine magis explenduit. Tum igitur haud exiguum pietatis ſtimulum domi habebat, qui eam ſibi matrimonio junxerat, quippè quæ antiquitùs, atque à majoribus ſuis, Dei & Chriſti amore prædita eſſet, ac virtutis hæreditatem à patribus accepiſſet; non autem, ut ille, ex oleaſtro in olivam inſerta fuiſſet, nec, propter incredibilem quandam fidei magnitudinem, cum diverſæ religionis homine jugum ducere ſuſtineret; verùm, quamvis alioqui mulieres omnes patientiæ ac fortitudinis laude ſuperaret, hoc unum æquo animo ferre non poſſet, ſe dimidia tantùm ex parte, ob ſegmenti ſui averſionem, Deo copulari, & non ad corporum conjunctionem ſpiritûs etiam unionem adjungi; ac propterea dies noctéſque ad Dei pedes accideret, atque pro capitis ſui ſalute cum multis jejuniis & lacrymis eum obſecraret, atque viro etiam ſedulò inſtaret, eúmque variis modis lucrari contenderet, probris, admonitionibus, obſequiis, ſimultatibus, &, quod maximi momenti erat, morum ſuorum probitate, ac ferventi erga pietatem ſtudio, quâ potiſſimùm re anima flectitur, & emollitur, ac voluntariè ad virtutem pertrahitur. Nec verò aliter fieri poterat, quin aſſiduis tandem ictibus gutta lapidem excavaret, ac progreſſu temporis, quod ſtudebat, conficeret, quemadmodùm ex his, quæ deinceps ſequuntur, liquidò apparebit.

Nonna Gregorium filium ante ortum Deo promittit, & in lucem editum, ſtatim conſecrat.

Nonna viri ſalutis impatiens, religionis diſcrepantiam æquo animo ferre non poteſt.

XII. Hæc igitur ipſa petebat, & in ſpe habebat, ut quæ fide magis, quàm juven-

Gregorius pater per ſom-

(a) Τῶν πιστῶν. Deeſt in Reg. bm.
(b) Ἐπιχείρημα. Reg. a. Or. 1. ἐγχείρημα.
(c) Καλλιέρημα. *Sacra litata*, à Καλλιερέω, *lito*, *ſacra facio*. Hinc Schol. Χριστιανοὶ μέν ποτε καλλιερῶσι, ὅταν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ προσαγάγωσι πνεύματι συντετριμμένῳ, καὶ καρδίᾳ τεταπεινωμένῃ. *Chriſtiani quidem tunc ſacra faciunt, cùm ſeipſos Deo offerunt ſpiritu contrito, & humiliato corde.*
(d) Ὑποφαίνουσα. Coisl. 1. ὑφαίνουσα, *texuiſſet*.
(e) Ἀνδρικωτάτην. Regg. a. bm. Coisl. 1. Or. 1. ἀνδρειοτάτην.
(f) Κοιλαίνειν &c. Notum eſt apud Græcos iſtud proverbium: Κοιλαίνει πέτραν ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείη. *Aquæ gutta aſſiduè cadendo cavat lapidem.* Aut iſtud etiam huic ſimile: Πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς στερεὰ δαμάζεται. *Prædura quercus crebris ictibus cadit.*

nium ad salutem invitatur.

tute, ferveret. Neque enim quisquam præsentibus rebus perindè, ut illa rebus in spe positis, confidebat; nec mirum, cùm divinæ liberalitatis ac munificentiæ periculum jam feciſſet. Huic autem ad salutem adjumento erat, tum ratio ipsa, curationem paulatim admittens, tum insomniorum etiam visio, per quæ Deus animam salute dignam sæpenumerò juvat. Quænam autem hæc visio erat? Hîc mihi jucundissima totius narrationis pars sita est. Putabat se, quod antè nunquam fecerat, quamvis uxor frequens in oratione esset, ex Davidis Psalmis eam partem canere: *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Novus & insuetus hic cantus erat, ac desiderium simul cum cantu ingreditur. Quod ubi mulier audivit, voti jam compos facta, occasionem arripit, visionem hanc in jucundissimam partem verâ conjecturâ interpretans, beneficiique magnitudinem animi lætitiâ declarans, ac salutem adurgens, ne quid, quod vocationi obstaret, intercederet, negotiúmque, in quod summo studio incumbebat, abrumperet. Et certè, cùm res ita tum nata fuisset, ut complures Episcopi Nicæam contenderent, quò Arii furori obsisterent, cùm recens orta esset hæc hæresis quæ divinitatem scindebat, Deo sese ac veritatis præconibus tradit, & desiderium confitetur, communísque salutis auxilium ab iis poscit; inter quos insignis quoque ille Leontius erat, qui tum Metropolim nostram gubernabat. Miraculum autem, quod hîc quoque divinâ gratiâ editum est, si reticuero, magnam profectò ipsi gratiæ injuriam fecero. Hujus porrò testes sunt non pauci. Spirituale quoddam erratum acuratioris disciplinæ magistri admittunt, ídque, quod futurum erat, Gratia præsignat, ac Sacerdotii forma cum Catechesi miscetur. O initiationem minimè spontaneam! Etenim in genu inclinatus, ita Catechesis sermonibus imbuitur, adeò ut multi, qui aderant, non tantùm ingenii solertiâ præditi, sed etiam ipsi rudes, haud obscuris signis confirmati, quod futurum erat, prædicerent.

Ps. cxxi. 1.

Gregorius baptismum poscit.

Baptizatur.

XIII. Non multùm temporis interfluxerat, cùm huic miraculo miraculum

A καὶ γὰρ οὐδεὶς [a] οὕτως ἐθάῤῥει τοῖς παροῦσιν, a
ὡς αὕτη τοῖς ἐλπιθεῖσι, πείρᾳ μαθοῦσα τοῦ
Θεοῦ τὸ φιλόδωρον. πῶς δὲ [b] συνείργει μὲν b
πρὸς ζωτηρίαν, καὶ ὁ λογισμὸς κατὰ μικρὸν
τὴν θεραπείαν προσδεχόμενος, συνείργει δὲ
καὶ ὀνειράτων ὄψις, οἷς εὐεργετεῖ πολλάκις
Θεὸς ψυχὴν [c] ἀξίαν τοῦ ζώζεσθαι. ἀλλὰ τίς c
ἡ ὄψις; ἐνταῦθά μοι καὶ τὸ τοῦ διηγήματος
ἥδιστον. ἔδοξεν, ὃ μήπω πρότερον, καί τοι
πολλάκις τῆς γυναικὸς ἱκετευούσης καὶ δεομένης,
B ψάλλειν ἐκ τῶν τοῦ θείου Δαβὶδ ἐκεῖνο τὸ
μέρος· εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, εἰς
οἶκον Κυρίου [d] πορευσόμεθα. καὶ ἡ ψαλμῳδία d
ξένη, καὶ ὁ πόθος τῇ ᾠδῇ συνεισέρχεται. καὶ
ὡς ἤκουσεν, ἡ τῆς εὐχῆς ἐπιτυχοῦσα, τὸν καιρὸν
ἁρπάζει, ὑποκριναμένη τε τὴν ὄψιν πρὸς τὸ
ἥδιστον [e] μετὰ τῆς ἀληθείας, καὶ τῇ χαρᾷ e
δηλοῦσα τῆς εὐεργεσίας τὸ μέγεθος, καὶ τὴν
ζωτηρίαν ἐπιταχύνουσα, μή τι παρεμπεσὸν
ἐμποδίσῃ τῇ [f] κλήσει, καὶ λύσῃ τὸ σωουδα- f
C ζόμενον· [g] καὶ δὴ συμβὰν τηνικαῦτα πλείους g
ἀρχιερεῖς ἐπὶ τὴν Νικαίαν [h] σωεύδειν, ἵνα κατὰ h
τῆς Ἀρείου σῶσι μανίας, ἅρτι τοῦ κακοῦ
φυομένου, καὶ τὴν θεότητα τέμνοντος, δίδωσι
μὲν ἑαυτὸν πρῶ Θεῷ καὶ τοῖς κήρυξι τῆς
ἀληθείας, καὶ τὸν πόθον ὁμολογεῖ, καὶ ζητεῖ
παρ' αὐτῶν τὴν κοινὴν ζωτηρίαν, ὧν εἷς
Λεόντιος [i] ἦν ὁ πάνυ, ὁ τότε τῆς καθ' ἡμᾶς i
Μητροπόλεως ἐξηγούμενος. ὃ δὲ κἀνταῦθα
προῆλθε τῆς χάριτος ἀπήντησε θαῦμα, σφόδρα
D ἂν ἀδικοίην τὴν χάριν, εἰ σιωπῇ παρέλθοιμι.
μάρτυρες ᾗ ἐκ ὀλίγοι τοῦ θαύματος. πλανῶνταί
τινα πλάνην πνευματικὴν [k] οἱ τῆς ἀκριβείας k
διδάσκαλοι, καὶ προτυποῖ τὸ μέλλον ἡ χάρις,
καὶ τύπος ἱερωσύνης τῇ κατηχήσει μίγνυται. ὦ
τῆς ἀκουσίου μυήσεως· ἐπὶ γὰρ γόνυ κλιθεὶς,
οὕτω τοῖς λόγοις τῆς κατηχήσεως καταρτίζεται,
ὥστε πολλοὺς τῶν παρόντων προφητεῦσαι τὸ
μέλλον, οὐ τῶν ὑψηλοτέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ
τῶν ταπεινοτέρων εἰς σύνεσιν, οὐκ ἀμυδροῖς
E σημείοις πιστωθέντας πρὸς τὸ ἐσόμενον.

ιγ. Μικρὸν τὸ ἐν μέσῳ, καὶ τῷ θαύματι
θαῦμα συνάπτεται· ᾠδαθήσομαι δὲ πιστῶν

(a) Οὕτως ἐθάῤῥει. Reg. a. Or. 1. ἕτω θαῤῥεῖ.

(b) Συνείργει μέν . . . συνείργει δέ. Coisl. 1. & Or. 1. συνήργει &c.

(c) Ἀξίαν τοῦ σώζεσθαι. *Salute dignam.* Id cum congruentia quadam intelligendum est; nullum enim ante fidem potest esse meritum.

(d) Πορευσόμεθα. Reg. a. πορευσώμεθα.

(e) Μετὰ τῆς ἀληθείας. *Cum veritate.*

(f) Κλήσει. Sic Coisl. 1. & 2. Jes. &c. In Ed. κλίσει.

(g) Καὶ δή. Sic Reg. bm. Coisl. 1. & 2. Or. 1. &c. In Ed. καὶ τῇ.

(h) Σπεύδειν. Sic plures Regg. & Colb. Coisl. 1. & 2. Or. 1. Jes. In Ed. σπευδήν.

(i) Ην ὁ πάνυ &c. Coisl. 1. ἦν ὁ τότε πάντα, ὁ τῆς καθ' ἡμᾶς.

(k) Οἱ τῆς ἀκριβείας διδάσκαλοι. *Accuratioris disciplinæ magistri.* Billius: *sinceræ disciplinæ.* Juxta hanc disciplinam, ut habet Scholium, *non genua flectebant Catechumeni, sed aures tantùm oleo perfundendas præbebant. Gregorius autem senior, contra hanc legem, cùm sacris initiaretur, genuflexit; & qui Catechistæ munere fungebatur, item ipse errore lapsus, non Catechesis, sed Sacerdotii orationem protulit.* Ετι τῶν κατηχουμένων ἐκ εἰωθότων κλίνειν τὰ γόνατα, ἀλλὰ μόνον τῷ ἐλαίῳ χρίεσθαι τὰ ὦτα, αὐτὸς παρὰ τὸν νόμον κατηχήσεως ἔκλινε κατηχούμενος. καὶ ἔτι ὁ κατηχήσας πλανηθεὶς, ἐ κατηχήσεως, ἀλλὰ ἱερωσύνης εὐχὴν ἐποίησεν.

ἀκοαῖς τὸν λόγον· ψυχαῖς γὰρ βεβήλοις οὐδὲν A aliud adjungitur : hunc autem ſermonem
a τῶν καλῶν ἀξιόπιστον. πρόσεισι μὲν [a] τῇ δι' piis auribus commendabo ; nam apud pro-
ὕδατος ἀναγεννήσει καὶ Πνεύματος, δι' ἧς phanas animas nihil pulchri fidem invenire
ὁμολογοῦμεν Θεῷ τὴν τοῦ κατὰ Χριστὸν poteſt. Ad eam regenerationem, quæ per
ἀνθρώπου μόρφωσίν τε καὶ τελείωσιν, καὶ aquam & Spiritum efficitur, ipſe accedit,
τοῦ χοϊκοῦ πρὸς τὸ πνεῦμα μετάθεσιν καὶ per quam hominis, qui ſecundùm Chriſ-
ἀνάπλασιν· καὶ πρόσεισι μετὰ θερμῆς τῆς tum eſt, formationem & perfectionem,
ἐπιθυμίας, καὶ λαμπρᾶς τῆς ἐλπίδος πρὸ terrenique ad ſpiritum immutationem &
b λουτρῷ [b] προκαθήρας ἑαυτὸν εἰς δύναμιν, καὶ refictionem Deo confitemur : & quidem
ψυχῇ τε σώματι καθαγνίσας πολλῷ μᾶλλον, cum ardenti deſiderio & ſplendidâ ſpe ad
c ἢ οἱ τὰς πλάκας πρὸ [c] Μωϋσέως δέξασθαι B lavacrum accedit, cùm ſe pro viribus ſuis
μέλλοντες. τοῖς μὲν γὰρ μέχρις ἐσθῆτος ὁ priùs purgaſſet, atque, tum animo, tum
d ἁγνισμὸς, καὶ γαστρὸς μικρὰ στένωσις, [d] καὶ corpore, multò magis, quàm qui *olim à* Exod.XIX.10.
σωφροσύνη τις σχέδιος· πρὸ δὲ πᾶς ὁ ἐν μέσῳ *Moyſe tabulas accepturi erant*, purificaſſet.
βίος προπαρασκευὴ τῆς ἐλλάμψεως ἦν, καὶ πρὸ Illis enim non ultra veſtem, & exiguam
e τῆς καθάρσεως κάθαρσις [e] ἀσφαλιζομένη ventris compreſſionem, ac brevem quan-
τὴν δωρεὰν, ἵνα ἡ τελειότης τῇ καθαρότητι dam corporis caſtimoniam purificatio ſeſe
πιστευθῇ, καὶ μὴ κινδυνεύσῃ τὸ ἀγαθὸν ἐν porrigebat : ipſi autem ad divinam illu-
f ἕξει τολμώσῃ [f] μετὰ τῆς χάριτος. ἐξελθόντα minationem ſuperior omnis vita præpara-
δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ ὕδατος, φῶς περιαστράπτει tio quædam erat, & ante purgationem
καὶ δόξα τῆς δεδοκιμασμένης ἀξία, μεθ' ἧς προσῆλθε purgatio, quæ donum in tuto poneret, ut
τῇ χαρίσματι τῆς πίστεως· ἔστι μὲν οἷς καὶ perfectio puritati committeretur, bonúm-
τῶν ἄλλων ἐπίδηλος, οἳ τότε μὲν σιωπῇ τὸ que minimè periclitaretur in habitu, qui
θαῦμα κατέσχον, ἐξειπεῖν οὐ θαρρήσαντες, gratiæ auxilio præfideret. Ipſum autem ex
καὶ γὰρ αὐτοῦ μόνου ταύτην εἶναι τὴν ὄψιν aqua egreſſum lumen circunfulget, & glo-
ἕκαστος ᾤετο, μικρὸν δὲ ὕστερον, ἀλλήλοις C ria hâc animi affectione, cum qua ad
g διέδωκαν· τῷ δὲ βαπτιστῇ καὶ [g] τελειωτῇ fidei gratiam acceſſit, digna : nonnullis
h τοσοῦτον ἐναργής τε καὶ γνώριμος, ὥστε [h] μηδὲ quidem etiam aliis conſpicua, qui tùm
κατασχεῖν δυνηθῆναι τὸ μυστήριον, ἀλλὰ καὶ miraculum illud apud ſe continebant, id-
i δημοσίᾳ ῥῆξαι φωνὴν, [i] ὅτι τὸν ἑαυτῷ δεδόχον circò enunciare minimè audentes, quòd
τῷ πνεύματι χρίσειεν. unuſquiſque viſionem hanc ſibi duntaxat
D contigiſſe crederet, paulò pòſt autem illud
inter ſe diſſeminarunt : at ei, qui bapti-

ιδ. Καὶ τοῦτο οὐδεὶς ἀπιστήσειε τῶν XIV. Nec verò quiſquam huic rei fi- Gregorius
k ἀκηκοότων τε καὶ γινωσκόντων, ὅτι [k] Μωϋσῆς dem adhibere detrectaverit, qui audierit ſenior vocatus
μὲν ἔτι μικρὸς ὢν τοῖς πολλοῖς, καὶ οὔπω & noverit, quemadmodùm Moyſes, cùm ut Moyſes, Iſaias, Jere-
λόγου τινὸς ἀξιούμενος, ἐκ τῆς βάτου καλεῖται, apud multos adhuc parvus eſſet, nec vulgi mias, Paulus, &c.
καιομένης μὲν, οὐκ ἀναλισκομένης δὲ, μᾶλλον judicio ullâ famâ celebraretur, *è rubo qui* Exod. III. 4.
δὲ τῷ ἐν τῇ βάτῳ φανταζομένου, καὶ πιστοῦται *ardebat quidem, ſed non abſumebatur*, vel
τῷ προφήτῳ θαύματι· Μωϋσῆς ἐκεῖνος, ab eo potiùs, qui in rubo apparebat, vo-
ᾧ θάλασσα τέμνεται, καὶ ἄρτος ὕεται, καὶ catus ſit, ac primo illo miraculo confir-
πέτρα πηγάζει, καὶ στῦλος πυρὸς καὶ νεφέ- matus : Moyſes, inquam, ille, cui *mare* Exod. XIV.
l λης ὁδηγοῦσι, [l] μετ' ἀλλήλων ἱστάμενοι, καὶ E *ſcinditur, panis pluit, petra ſcaturit, ignis* 22. XVI. 4.
χειρῶν ἔκτασις τρόπαιον ἵστησι, καὶ νικᾷ πολ- *& nubis columna alternis vicibus ſtantes*, XVII. 16.
λὰς μυριάδας τὸν σταυρὸν σχηματίζουσα. iter præmonſtrant, & *manuum extenſio*, Ἡσαΐας δὲ ὁ τῆς δόξης καὶ τῶν Σεραφὶμ crucem adumbrans, trophæum ſtatuit, ac multa hominum millia ſuperat. Iſaias au-
tem, ille, inquam, *gloriæ & Seraphino-* Iſai. VI. 1.
rum ſpectator ; ac poſt eum Jeremias, qui & ſeq.

(a) Τῇ δι' ὕδατος. Reg. a. τῇ τοῦ ὕδατος.
(b) Προκαθήρας. Or. 1. προκαθάρας.
(c) Μωϋσέως. Or. 1. Μώσεως.
(d) Καὶ σωφροσύνη τις σχέδιος. *Brevis quædam & ad tempus ab uxoribus continentia.* Aut, ut in Elia : *Caſtitas.*
(e) Ἀσφαλιζομένη τὴν δωρεάν. Billius : *firmitatem dono afferens.*
(f) Μετὰ τῆς χάριτος. Billius legit : κατὰ τῆς χάριτος, & vertit : *in animi habitu adversùs gratiam audaci.* Sic etiam legitur in Baſ. ed. Or. 1. aliiſque nonnullis Codicibus. Nobis tamen retinenda videtur lectio, quæ habet : ἐν ἕξει τολμώσῃ μετὰ τῆς χάριτος, *in habitu, qui gratiæ auxilio præſideret.* Quis enim ille eſt *habitus adversùs gratiam audax*, in quo *bonum*, id eſt, *Baptiſmi gratia*, *non periclitetur.*
(g) Τελειωτῇ. Sic Reg. bm. & Or. 1. In Ed. τελειοτῇ.
(h) Μηδὲ. Regg. a. bm. Or. 1. μήτε.
(i) Ὅτι τὸν ἑαυτῷ &c. Billius : *ſed eum quem inungebat, ſibi in Epiſcopatu ſucceſſurum palàm ac publicè clamaverit.*
(k) Μωϋσῆς. Reg. bm. & Or. 1. Μωσῆς.
(l) Μετ' ἀλλήλων ἱστάμενοι. Hæc ab Interprete omiſſa. *Alternis vicibus ſtantes*, id eſt, *altera in uſum diei, altera in uſum noctis.*

magnam adverſus *gentes & reges potentiam* accepit; alter divinam vocem audit, atque priuſquam prophetiæ munus obeat, per carbonem purgatur; alter antè formationem cognoſcitur, & ante ortum ſanctificatur. Paulus etiam, magnus, inquam, ille veritatis præco, & Gentium in fide magiſter, cùm adhuc perſecutor eſſet, *lumine circumfunditur,* eúmque, quem perſequebatur, cognoſcit, magnúmque miniſterium ſibi creditum ſuſcipit, atque omnium aures & animos Evangelio implet.

Jerem. 1. 10.

Act. IX. 3.

A θεατὴς, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἱερεμίας, ὁ τὴν μεγάλην κατ' ἐθνῶν καὶ βασιλέων πίστευθεὶς δύναμιν· ὁ μὲν ἀκούει θείας φωνῆς, καὶ τῆς προφητείας τῷ ἄνθρακι προκαθαίρεται· ὁ δὲ πρὸ [a] τῆς διαπλάσεως γινώσκεται, καὶ πρὸ γενέσεως ἁγιάζεται. Παῦλος ὁ διώκτης ὢν ἔτι, ὁ μέγας τῆς ἀληθείας κῆρυξ, ὁ τῶν ἐθνῶν ἐν πίστει διδάσκαλος, καὶ φωτὶ περιλάμπεται, καὶ γνωρίζει τὸν διωκόμενον, καὶ τὴν μεγάλην διακονίαν πίστεύεται, καὶ B πληροῖ τὸ Εὐαγγελίου πᾶσαν ἀκοὴν καὶ διάνοιαν.

a

Gregorii patris in virtute conſtantia.

XV. Quid autem omnes eos enumerare attinet, qui à Deo advocati ſunt, talibúſque miraculis aſciti, qualibus ille etiam ad fidei pietatem confirmatus eſt? Nec verò talia quidem, támque incredibilia & admiranda initia fuerunt, per ea autem, quæ poſteà ſecuta ſunt, aliquid eorum, quæ præceſſerunt probro & dedecore affecit, quemadmodùm quiſpiam ex iis, qui honeſtarum rerum ſaturitatem & faſtidium citò concipiunt, nec ulteriùs C progredi curant, vel etiam ad vitium omninò relabuntur. Non, inquam, hoc cuiquam dicere licet; verùm, & ſibi admodùm conſtitit, & priſtinis veſtigiis hæſit, adeò ut inter ſe utraque pulchrè convenirent, nempè & ea, quæ ſacerdotium præceſſerant, cum his, quæ in ſacerdotio rectè ac præclarè geſſit, & ea quæ poſt ſuſceptum ſacerdotium ſecuta ſunt, cum iis, quæ præceſſerant: nec aliter incipere deceat, quàm quo modo ipſe finivit, nec rursùs in alium finem progredi, quàm undè is exordium duxerat. Sacerdotium D autem ſuſcipit, non eâ facilitate ac confuſione, quæ nunc viget, ſed nonnullo interjecto temporis ſpatio, quò nimirùm ad ſui purgationem aliorum quoque purgandorum peritiam & facultatem adjungeret, quemadmodùm videlicet ſpiritualis ordinis lex poſcit. Poſtquam autem ſuſcepit, Gratia magis celebratur, ut re verâ Dei gratia, non autem hominum, nec ut, quod ait Eccleſiaſtes, *impetus quidam ſolutus, & præſumptio ſpiritûs.*

Sacerdotium ſuſcipit.

Eccle. 1. 17.

ιε. Τί δεῖ πάντας ἀπαριθμεῖσθαι τοὺς ὑπὸ Θεοῦ προσκληθέντας, καὶ τοιούτοις οἰκειωθέντας θαύμασιν, [b] οἷς κἀκεῖνος ἐβεβαιώθη πρὸς τὴν εὐσέβειαν; καὶ οὐ τὰ μὲν πρῶτα τοιαῦτα, καὶ ὅτως ἄπιστα καὶ παράδοξα, κατήσχυνε δέ τι τῶν προϋπηργμένων τοῖς ὕστερον, ὡς ἄν τις ἅμα τάχιστα κόρον τῶν καλοῦ λαμβανόντων, εἶτα τῶν πρόσω καταφρονέντων, ἢ καὶ παντάπασι πρὸς κακίαν παλινδρομούντων· οὐκ ἔστι τοῦτο εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ λίαν ἑαυτῶ, καὶ τῶν προειληφότων ἔχεται, ὥστε ἁμφότερα συναρμόζειν ἀλλήλοις, τά τε πρὸ τῆς ἱερωσύνης τοῖς ἐκείνης καλοῖς, καὶ τὰ μετ' αὐτὴν τοῖς πρότερον· καὶ μήτε [c] ἄλλως ἄρξασθαι πρέπειν, ἢ ὡς ἐτελεύτησε, μήτε εἰς ἄλλο προελθεῖν τέλος, [d] ἢ ὅ προήρξατο. πιστεύεται μέν γε τὴν ἱερωσύνην, οὐ κατὰ τὴν νῦν εὐκολίαν καὶ ἀταξίαν, ἀλλὰ μικρόν τι διαλιπὼν, ὥστε τῇ καθάρσει προσεθῆναι καὶ τὴν τοῦ καθαίρειν ἐμπειρίαν καὶ δύναμιν, [e] ὅπερ δὴ νόμος ἀκολουθίας πνευματικῆς. ἐπεὶ δὲ πιστεύεται, πλέον ἡ χάρις δοξάζεται, ὥσπερ ὄντως Θεοῦ χάρις, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπων, οὐδὲ, ὅ φησιν ὁ Ἐκκλησιαστὴς, ὁρμή τις αὐτόνομος, [f] καὶ προαίρεσις πνεύματος.

b

c

d

e

f

Feros Nazianzenorum mores mitigat.

XVI. Nam cùm ſylvoſam & agreſtem Eccleſiam accepiſſet, non longo antè E tempore, Epiſcopali curâ gubernatam, ſed ab uno tantùm ex anteceſſoribus ſuis exornatam, quique, ut admirandis atque angelicis moribus erat præditus, ita ſimplicior,

ις. Παραλαβὼν γὰρ τὴν Ἐκκλησίαν ὑλώδη καὶ ἀπηγροικισμένην, ἀπὸ πόῤῥωθεν μὲν ἐπισκοπῇ ποιμανθεῖσαν, ἀλλ' ὅσον ἑνὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ κοσμηθῆναι, καὶ τούτῳ θαυμασίῳ μὲν καὶ ἀγγελικῷ τὸν τρόπον, ἁπλουστέρᾳ δὲ, ἢ

(a) Τῆς διαπλάσεως. Sic Reg. bm. Deeſt τῆς in Ed.

(b) Οἷς. Or. 1. οἵοις.

(c) Ἄλλως &c. Montac. ἄλλοις ἄλλως. . . . . ἐτελεύτησεν ἐκεῖνος. Verùm hæ voces ἄλλοις, & ἐκεῖνος, quæ in nullo reperiuntur codice, nobis ſuperfluæ, ideóque rejiciendæ videntur.

(d) Η ὃ προήρξατο. Billius: *quàm ut ipſe incæpit.*

(e) Οπερ. Regg. a. bm. ὅσπερ. Billius videtur legiſſe, ὅσπες.

(f) Καὶ προαίρεσις πνεύματος. *Præſumptio, afflictio ſpiritûs.* Sic LXX. In Hebræo autem ſermone, רעיון רוח, *depaſtio venti.* Undè Schol. pro προαίρεσις πνεύματος, habet, νόμη ἀνέμου, *depaſtio venti*, ut apud Hebræos. Cæterùm Gregorius hîc nihil aliud intellexit, niſi quod expreſſerunt Interpretes, cùm hæc Eccle. 1. 17. verba interpretati ſunt, nempè præcipiti motu, nec inani gloriâ ductum, ad Sacerdotium acceſſiſſe.

κατὰ

κατὰ τοὺς νῦν ἡβῶ λαῶν προσάτας· τούτῳ δὲ A quàm qui nunc populo præsunt, habeba-
λάχισα προσληφθέντος, ἐπιπολὺ πάλιν ῥα-
θυμηθεῖσάν τε καὶ χερσομανήσασαν ἐξ ἀναρ-
χίας, πρῶτον μὲν τὰ ἤθη τῶν ἀνθρώπων ἀ
[a] χαλεπῶς ἐξημέρωσε λόγοις τε [a] ποιμαντικῆς
[b] ἐπιστήμης, καὶ τῷ [b] προθεῖναι τύπον ἑαυτὸν,
ὥσπερ ἀνδρίαντα πνευματικὸν, εἰς κάλλος
ἀπεξεσμένον πάσης ἀρίστης πράξεως. ἔπειτα
τοῖς θείοις λόγοις συντόνως ἐμμελετήσας, καί
περ ὀψιμαθὴς τῶν τοιούτων τυγχάνων, το-
σαύτην ἐντὸς ὀλίγου χρόνου Σοφίαν συνελέ- B
ξατο, ὥστε τά τε ἄλλα μηδενὸς λείπεσθαι
τῶν ἐπὶ πλεῖστον πεπονηκότων· καὶ χάριν ἐκ
Θεοῦ ταύτην λαβεῖν ἐξαίρετον, ὀρθοδοξίας
γενέσθαι πατὴρ καὶ διδάσκαλος· ἃ κατὰ
τοὺς νῦν Σοφοὺς τοῖς καιροῖς συγκλινόμενος,
οὐδὲ μέσως ⸋ τεχνικῶς τῇ καθ' ἡμᾶς λόγου
προϊσάμενος, ὡς ἂν οἱ μὴ πῆξιν ἔχοντες πίσ-
τεως, ἢ καπηλεύοντες τὴν ἀλήθειαν· ἀλλ'
ἦν τῶν μὲν λόγῳ δυνατῶν εὐσεβέστερος, τῶν
ὀρθῶν δὲ τὴν διάνοιαν λογικώτερος· μᾶλλον C
δὲ λόγου τὰ δεύτερα φέρων, εὐσεβείᾳ πάν-
των ἐκράτει. ἕνα μὲν Θεὸν εἰδὼς ἐν Τριάδι
προσκυνούμενον, τρία δὲ εἰς μίαν θεότητα
συναγόμενα· ⸋ ὅτε τῷ ἑνὶ Σαβελλίζων, ὅτε
τοῖς τρισὶν Ἀρειανίζων· ἢ τῷ συστέλλειν θεό-
[c] τητα, [c] καὶ ἀναλύειν ἀθέως, ἢ τῷ καταστέμνειν
ἀνίσοις ἀλλοτριότησιν, ἢ μεγέθους, ἢ φύσεως.
ἓ γὰρ ἕκαστον ἀκατάληπτον, καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμε-
τέραν ἐπίνοιαν, πῶς ἐνταῦθα τὸ ὑπεραῖρον ἢ
νοηθήσεται, ἢ δογματισθήσεται; ποῦ δὲ D
μετρεῖται τὸ ἄπειρον, ἵν' ὃ τῶν περατουμέ-
[d] νων ἐστὶ, τοῦτο πάθῃ θεότης, [d] βαθμοῖς με-
τρουμένη ⸋ ὑποβάσεσιν;

ιζ. Ταῦτα ἐννοῶν [e] ὁ μέγας ἐκεῖνος E
ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀληθῶς Θεόλογος,
καὶ μετὰ τοῦ Πνεύματος ᾠδὴ τούτων κινούμενος,
τί χρὴ λέγειν ἕτερον, ἢ ὅτι νέαν Ἱερουσαλὴμ
καὶ κιβωτὸν ἄλλην ὑπὲρ ὑδάτων φερομένην,
ὥσπερ ὁ μέγας ἐκεῖνος Νῶε, καὶ τοῦ δευτέρου
τούτου κόσμου πατὴρ, τήνδε τὴν Ἐκκλησίαν
καλεῖσθαι πεποίηκεν· τοῦτό τε κατακλυσμοῦ
τῶν ψυχῶν, καὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν ἐπηρείας
σαφῶς ὑπεραίρουσαν· καὶ ὅσῳ πλήθει τῶν

tur; eo autem celerrimè in cœlum aſ-
ſumpto, perdiù rursùm neglectam, & ob
Antiſtitis inopiam ſqualore affectam, atque
in vepres redactam, primùm quidem ferinos
hominum mores haud magno negotio miti-
gavit, tum paſtoralis artis ſermonibus, tum
etiam quòd ſe, velut ſpiritualem quandam
ſtatuam ad optimæ cujuſque actionis pul-
chritudinem expolitam, ad imitandum
proponeret. Deindè in ſacrarum litterarum
meditatione, ſumma cum animi contentio-
ne verſatus, quamvis ſeriùs ad hujuſmodi
ſtudia ſeſe contuliſſet, tantùm eruditionis
brevi collegit, ut nec aliis in rebus quo-
quam eorum, qui diuturno temporis ſpa-
tio laboraverant, inferior eſſet; ac præ-
tereà ſingularem hanc à Deo gratiam acci-
peret, ut orthodoxæ doctrinæ pater & ma-
giſter efficeretur; non, ut hujus temporis
ſapientes, unà cum temporibus ſe inflec-
tens, nec fidem noſtram medio quodam
& artificioſo modo defendens, ut ii, qui
fidei firmitatem non habent, aut veritatem
cauponum more adulterant; ſed ita ſe
comparabat, ut & eruditos pietate, &
pios eruditionis laude ſuperaret, imò po-
tiùs, ita ſecundas doctrinæ ferebat, ut
tamen pietatis primas obtineret. Unum
quippè Deum, qui in Trinitate adoratur,
tria autem, quæ in unam deitatem col-
liguntur, agnoſcebat: ac neque aut per
unum, Sabellio, aut per tria, Ario fa-
vebat; nempè vel deitatem impiè contra-
hendo & reſolvendo, vel per diſpares
magnitudinis aut naturæ gradus conſcin-
dendo. Ubi enim unumquodque mentis
noſtræ atque ingenii captum excedit,
quonam modo illic, id quod præcellit, po-
terit, vel mente percipi, vel doceri? Quæ-
nam item immenſæ rei dimetiendæ ratio
futura eſt, ut, quod rebus finitis convenit,
idem divinitati quoque accidat, graduúm-
que ac deſcenſuum menſuræ ſubjiciatur?

In ſacrarum litterarum meditatione verſatus errores cohibet.

XVII. Hæc cùm magnus ille homo
Dei, veréque Theologus, ac de his rebus
unà cum Spiritu ſancto incitatus & agita-
tus, ſecum reputaret, quid aliud dicen-
dum eſt, quàm quòd hoc effecerit, ut
nova Jeruſalem, ac ſecunda quædam arca
undis eminens, quemadmodùm illa magni
illius Noë, ſecundíque hujus mundi pa-
rentis, hæc Eccleſia vocaretur; quippè
quæ illud animarum diluvium, quod tum
graſſabatur, atque Hæreticorum impreſſio-
nes planè ſuperaret, quantúmque aliis nu-

Nazianzena Eccleſia, ſub tanti Paſtoris regimine, arca Noë appellatur.

(a) Ποιμαντικῆς. Sic Regg. a. bm. &c. In Ed. ποιμαντικοῖς.

(b) Προθεῖναι. Reg. bm. προσθεῖναι.

(c) Καὶ ἀναλύειν. Billius: *& confundendo.* Verùm ſic vertendo, vim vocis non reddit. Impugnat enim hîc Gregorius novum Sabellianiſmum Marcellianorum, qui Filium ac Spiritum ſanctum à Patre productos eſſe concedentes, eos tamen in Perſona verè ſubſiſtere negabant. Undè, εἰς ἓν, ἢ μηδὲν, inquit Baſilius, *in unam, vel potius nullam Perſonam reſolvebant.* Et Scholiaſtes, εἰς τρία ὀνόματα, *in tria nomina Trinitatem reſolvebant.*

(d) Βαθμοῖς μετρουμένη καὶ ὑποβάσεσι. *Gràduum ſuperiorum & inferiorum menſuræ obnoxia.* In ſublimiori gradu Patrem collocabant Hæretici, Filium in inferiori, Spiritum in infimo.

(e) Ὁ μέγας ἐκεῖνος. Sic Reg. a. & Or. 2. In Ed. ἐκεῖνος ὁ μέγας.

mero cedebat, tantò eas nominis celebritate vinceret; idémque ipsi usu veniret, quod Bethlehem accidisse videmus, quam nulla res prohibuit, quominùs simul, & parva civitas esset, & totius terræ Metropolis, utpotè quæ Christi, orbis conditoris ac victoris, parens atque nutrix extiterit?

Gregorius pater ob animi sinceritatem ab Hæreticis deceptus.

XVIII. Illud autem hinc conjicitur. Nam cùm à ferventiore Ecclesiæ parte ob eam causam seditio in nos excitata esset, quòd scripto quodam, & artificiosis verbis circumscripti, in pravam societatem pertracti fuissemus, solus ipse illæsam mentem, miniméque simul cum atramento infectam animam habere creditus est, tametsi per animi simplicitatem abreptus fuisset, dolúmque ob animi sinceritatem ab omni dolo alienam minimè cavisset. Quin etiam solus, aut, ut rectiùs dicam, primus, eos, qui à nobis ob pietatis zelum diffidebant, & sibi, & cæteris reconciliavit, postremos à nobis sejunctos, & primos reversos, tum ob ipsius reverentiam, tum ob dogmatis puritatem, ita ut gravis Ecclesiarum tempestas extincta sit, ac procella in auram redacta, ipsius precibus & admonitionibus soluta, nobis interim, (si quid juvenili more jactabundè loqui fas est,) & pietatis & operæ sociis, qui cùm ad omne bonum adjutores ipsi & comites essemus, ac velut à latere curreremus, hîc Dei beneficio multò maximam laboris studiíque partem contulimus. Verùm sermo de his rebus, ordinem suum nonnihil antegressus, hoc loco conquiescat.

Tanta de Gregorio patre dicenda, ut præ copia hæreat Gregorius filius.

XIX. Quis autem tot illius virtutes, aut enumerando recenseat, aut multa præterire cupiens, quid prætereundum sit, facilè reperire queat? Semper enim quidquid animum subit, præstantius iis, quæ præcesserunt, esse videtur: ídque amplector: magísque ipse, quid mihi omittendum sit, quàm alii laudatores, quid dicere debeant, addubito. Ita fit, ut mihi copia quodammodò in detrimentum cedat, ménsque ipsa exploretur, dum illius laudes explorare aggreditur, nec inter æqualia præstantius nihil invenire potest. Nam quod in tranquillis undis evenire cernimus, ut cùm injectus lapis centrum effecerit, alius super alium circulus excitetur, continentérque in superficiem agitatus externum circulum semper dissolvat, id mihi planè hîc quoque accidit. Aliud enim in mentem venit, aliud supervenit, aliud sese subduxit; atque in delectu la-

A ἄλλων ἐλείπετο, τοσοῦτον εὐδοξίᾳ κρατῆσαν· καὶ τὸ τῆς ἱερᾶς πάσχουσαν Βηθλεὲμ, ἣν οὐδὲν ἐκώλυσε καὶ μικρὰν εἶναι πόλιν, καὶ τῆς οἰκουμένης Μητρόπολιν, ὡς [a] Χριστοῦ καὶ τροφὸν καὶ μητέρα, τοῦ τὸν κόσμον καὶ ποιήσαντος καὶ νικήσαντος;

(*f*) Τόνος αὐτῷ. Reg. a. Coisl. 1. Baſ. τόνος σοί.
(*g*) Ὡς ἂν εἰδοιεν &c. Coisl. 1. εἰδῶσι. Or. 1. εἰδεῖεν.

MONITUM

IN ORATIONEM DECIMAM-NONAM.

I. GREGORIUS, *poſt Patris obitum, in dilectam ſolitudinem ſeſe recipere parabat. Inter has moras, Julianus, non Apoſtata, qui jam è vivis exceſſerat, ſed alter Gregorii noſtri amicorum & æqualium optimus, eâdem cum Theologo patriâ natus, iiſdemque uſus magiſtris ac imbutus diſciplinis, quique etiam jam in jure dicendo, eximium ſibi æquitatis ac probitatis nomen compararat, exæquandis tum tributis Nazianzi præficitur. Hunc confeſtim Gregorius ad miſericordiam & benignitatem erga pauperes, Clericos & Philoſophos, id eſt, Monachos, tum litteris, tum carmine incendere nititur. Lubenter petitis annuit Julianus, eâ tamen lege, ut ipſe viciſſim ſermonem, tributi loco, penderet. Fuit Theologo gravis hæc impoſita lex. Sed omnia vicit ipſius erga pauperes amor : & verò, licèt repugnans, hanc ſubindè habuit Orationem.*

Orationis argumentum.

Epiſt. 67. Carm. ad Jul.

II. *Exorditur Orator* à tyrannide, quâ ex caritate aſſiduè premitur. *Ipſe enim per omnem vitæ curſum, huic mundo emori, & vitam in Chriſto abſconditam ducere peroptabat. Amiſſo Patre, ſilentium amplectitur; quo in propoſito invictum ſe ratus, victum ſe poſteà fatetur; atque iis in anguſtiis poſitus, aliquid ſilentio præſtabilius dicere expetit. Arreptâ igitur oblatæ Martyrum feſtivitatis occaſione, eorum exemplis, ab humanarum rerum contemptu ad cæleſtia, modis omnibus, auditores evehit. Poſtquam autem plurima de benignitate, miſericordiâ, cæteriſque virtutibus diſſeruit, docet* reddenda Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei, Deo. *Deindè ad Julianum Orationem transfert, eumque hortatur, ut, qui tributa in publicas rationes referat, hæc æquâ lance deſcribat, atque Chriſtum ipſomet deſcriptionis tempore natum præ oculis habens, ſeſe benignum & facilem conſervis ſuis præbeat.*

Analytica hujus Orationis ſynopſis.

Or. XIX. n. 1.

Ibid. n. 11.

III. *Hæc eſt analytica hujus Orationis ſynopſis. Dictam credimus eo temporis ſpatio, quod, ab obitu Gregorii ſenioris uſque ad Theologi in Iſauriam ſeceſſum, effluxit. Cùm enim Theologus hac in Oratione Gregorium patrem, ne ſemel quidem, ut in aliis conſueverat, nominaverit, eo jam vitâ functo habitam eſſe nullatenùs dubitandum. Obiit autem Gregorius ſenior, ut in monito præcedenti vidimus, medio circiter anno 374. & Theologus in Iſauriam anno ſequenti receſſit, ut ex rerum indè geſtarum ſerie colligitur. Præterea Julianus, juxta Tillemontium, hoc ipſo anno 374. exæquandis tributis præfectus eſt. Undè non malè conjicitur, hanc pro pauperibus, Clericis & Monachis Orationem, exeunte anno 374. vel ineunte 375. recitatam fuiſſe.*

Quo tempore habita hæc Oratio.

Tillem. art. XLII. p. 404.

DE SUIS SERMONIBUS,

& ad Julianum tributorum exæquatorem.

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ,

καὶ εἰς τὸν ἐξισώτην [a] *Ιουλιανόν.* a

Aliàs 9. quæ autem 19. erat, nunc 18.

ORATIO DECIMA-NONA.

ΛΟΓΟΣ ιθ.

Habita exeunte anno 374. vel, ineunte 375.

I. QUÆNAM hæc tyrannis eſt, quâ ex charitate aſſiduè premimur ? Quænam ſapientia noſtra & ſcientia, ob quam feſtis omnibus diebus oppugnamur ? Equidem undique meipſum explorans & excutiens, nullam omninò invenio. Cæterùm hoc unum mihi conſcius ſum, ac fortaſsè non improbum & reprehendendum, quantumvis nonnulli ſtultitiam id appellent. Illud optabam, maximè quidem per omnem vitæ curſum, huic mundo emori, *vitámque in Chriſto abſconditam* ducere, ac magni cujuſdam *negotiatoris* inſtar, rebus meis omnibus, *pretioſam illam margaritam emere*, fluxáſque & fragiles opes cum firmis & cæleſtibus commutare : quæ quidem negotiatio ſanâ mente præditis longè maxima eſt ac certiſſima ; quod ſi minùs conſequi poſſem, me certè ita continere, ut ſublimes ſedes iis, qui earum cupiditate ducerentur, concederem ; ipſe verò per totam vitam inter pueros & diſcipulos cenſerer, quoad dulci doctrinâ ſalſam & amaram doctrinam eluiſſem. Hæc autem meæ, ſive philoſophiæ, ſive ſtoliditatis, prima cauſa extitit ; alteram verò, eámque graviſſimam, nunc audite.

Queritur Gregorius de tyrannide, quæ eum à ſolitudinis amore, & cœleſtium rerum contemplatione revocat.

Coloſ. III. 3. *Matth.* XIII. 45. *& ſeq.*

Α α. ΤΙΣ ἡ τυραννὶς, ἣν ἐξ ἀγάπης ἀεὶ τυραννούμεθα ; τίς ἡ ἐμὴ ζοφία καὶ ἐπιςήμη, δι' ἣν καθ' ἑκάςην πανήγυριν πολεμούμεθα ; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ μίαν εὑρίςκω, πανταχόθεν ἐμαυτὸν [b] διεξάγων καὶ διευθύνων. πλὴν ἕν b γε τοῦτο ἐμαυτῷ συνεπίςταμαι, καὶ ἴσως οὐ φαῦλον, κἂν τινες εὐήθειαν ὀνομάζωσιν. ἐβουλήθην ἐν καιρῷ μὲν παντὶ νεκρωθῆναι τῷ βίῳ, καὶ ζῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ κεκρυμμένην ζωὴν, καὶ γενέσθαι τὶς μεγαλέμπορος, πάντων Β ὧν ἔχω, τὸν τίμιον ὠνησάμενος μαργαρίτην, καὶ [c] ἀντιδοὺς τὰ ῥέοντα καὶ συρόμενα τῶν c ἐσώτων καὶ οὐρανίων· ἥπερ δὴ πραγματειῶν μεγίςη καὶ βεβαιοτάτη τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν· εἰ δ' [d] οὐκ, ἀλλὰ τοῦτό γε καρτερῆσαι, d ἀναχωρῆσαι [e] τῶν θρόνων τοῖς βουλομένοις, e αὐτὸς δὲ [f] διὰ βίου παῖς εἶναι καὶ μαθητὴς, f μέχρις ἂν τοῖς ποτίμοις τῶν λόγων τοὺς ἁλμυροὺς ἀποκλύσωμαι. ἓν μὲν δὴ τοῦτο τῆς ἐμῆς [g] ἔστω φιλοσοφίας, εἴτε εὐηθείας καὶ g C πρῶτον· δεύτερον δὲ, ὃ καὶ μέγιστον.

Β. Ἐπειδὴ λόγῳ τὸν τῶν πολλῶν λόγον ἐπισχεῖν οὐχ οἷός τε ἐγενόμην, καὶ τὴν νῦν κατέχουσαν πάντας φορὰν καὶ πρόθυμίαν, εἰς τὸ διδάσκειν τε & λαλεῖν τὰ τοῦ Πνεύματος χωρὶς Πνεύματος, ἑτέραν ἦλθον, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, βελτίω τε καὶ ἀπονωτέραν ὁδὸν, παιδεῦσαι πρὸς ἡσυχίαν ἅπαντας, τῷ ἀρχετύπῳ τῆς σιωπῆς· εἰ μέν τι μέγα πρὸ ἡμῶν οἴονται, τὴν ὑπεροχὴν αἰδουμένους· D εἰ δὲ μικρόν τε [h] καὶ ὅσον ἄξιον, τῷ ὁμο- h τίμῳ συμμετριάζοντας. οὗτος ὁ λόγος τῆς ἐμῆς σιωπῆς· τοῦτο τῆς [i] καρτερίας ἡμῶν i τὸ μυστήριον.

Siluit Gregorius, ut alios exemplo ſuo ad ſilentium erudiret.

γ. Ἀλλὰ τί πάθω ; [k] ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δὲ k ἔνθεν διέλκουσιν ἡμᾶς καὶ σπαράττουσι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐμῶν δικάζονται πόνων, ὥσπερ

Sermones à Gregorio, ut tributum exiguntur.

(*a*) Ιουλιανόν. Reg. a. Jeſ. aliique nonnulli addunt : *συμφοιτήτην αὐτοῦ γενόμενον, καὶ ἔκδικον Ναζιανζῆ, qui ipſius fuerat condiſcipulus, & Nazianzi exactor erat.* Alter codex addit : *καὶ εἰς τὴν ἀπογραφήν, in deſcriptionem*, ſeu, *cenſum.*

(*b*) Διεξάγων, &c. Nicetas exponit, ἐξετάζων, καὶ διερεύνων, *inquirens, & indagans.*

(*c*) Αντιδούς. Jeſ. ἀντιδιδούς.

(*d*) Οὐκ. Reg. bm. οὖν.

(*e*) Τῶν θρόνων. Coisl. 1. τὸν θρόνον. Sic etiam Nicetas, qui διδασκαλικόν, id eſt, *magiſtri Cathedram*, ex Epiſcopali munere, exponit.

(*f*) Διὰ βίου. *Per totam vitam.* Sic Nicetas interpretatur : δι' ὅλης μοῦ τῆς ζωῆς. Neque enim mirum videri debet, Gregorium tanto humilitatis amore præditum, inter pueros ac diſcipulos totam vitam tranſigere deſideraſſe, quoad dulci doctrinâ ſalſam & amaram eluiſſet. Undè ſatis indicat, tum morum, tum doctrinæ puritatem toto vitæ tempore vix comparari poſſe. Ejus ſilentium non *ſtoliditas*, ſed *prudentia potiùs ac modeſtia* appellari debet. Non igitur benè Billius, qui διὰ βίου per *tantiſper* reddit. Quis enim ignorat, nullum eſſe inter homines, qui *tantiſper* diſcipulus eſſe non debeat ?

(*g*) Εστω Deeſt in Paſſ. Reg. c habet εἴτε.

(*h*) Καὶ ὅσον. Sic tres Regg. &c. In Ed. καὶ ἐχ ὅσον ; *nec perindè atque dignum eſt*, ut Billius interpretatur.

(*i*) Καρτερίας. Coisl. 2. σωτηρίας, *ſaluris.*

(*k*) Ο μὲν ἔνθεν, &c. *Alius hinc, alius illinc*, &c.

ἀλλὸ

ἄλλό τι χρέος τὸν λόγον ἀπαραιτήτως εἰσ- A
πράττοντες, καὶ ἀγαπῶσι μᾶλλον, ἢ αὐτὸς
ἐμαυτόν· καὶ εἰσὶ πάντες ἐμοῦ ζοφώτεροι,
a πλέον ἢ ἐγὼ γινώσκοντες καιρὸν [a] λόγου ἢ
σιωπῆς· καὶ φασὶν, οὐκ ἀνήσειν, ὥσπερ
b σιδήρῳ [b] πυρῖτιν λίθον, παίοντες ἡμᾶς τοῖς
ὀνείδεσιν, ἕως ἂν ὀκ μικροῦ σπινθῆρος τὸν
τῶν λόγων πυρσὸν ἀνάψωσιν. ἤδη δέ τινες
αὐτῶν καὶ ὑπισχνοῦνται χρηστότερα, καὶ
μεγάλα προτιθέασιν ἆθλα τοῖς λόγοις·
πρῶτον μὲν ἑαυτοὺς εὐποιήσειν, δόντες τῷ B
Θεῷ καὶ ἡμῖν εἰς τὸν λόγον καρποφορῆσαι·
c ἔπειτα καὶ τοὺς δὲ πάντας, [c] διὰ τῆς ἀπογρα-
φῆς, τὸν ἐμὸν κλῆρον, εἴπερ ἐμὸς ὁ πατρικὸς,
τὸ ἐμὸν ποίμνιον, ὃς λίαν ἀδικοίην, μὴ πάντα
τρόπον εὐεργετεῖν προθυμούμενος. τὸ δὲ
κάλλιστον, ὅτι ὁ πολλὰ πονήσαντας ἔδει
κατορθῶσαι τοῖς λόγοις, τοῦτο ὑπὲρ τῶν
λόγων αὐτῶν εἰσφέρουσιν. ὦ τῆς καλῆς
φιλονεικίας, ἣν ἐμὲ νικῆσαι φιλονεικοῦσιν· ὦ
τῆς ἐπαινετῆς ἐπιδόσεως· ὁρᾶτε πηλίκον C
τὸ ἔργον τῆς ἐμῆς σιωπῆς· αὐτοὺς ὑμῖν
πεποίηκε τοὺς λόγους ποθεινοτέρους. ὁρᾶτε
d τὸν καρπὸν [d] τῆς ἀδοξίας τῆς ἡμετέρας. εἴθέ
τι γένοιτο καὶ τῶν λόγων τοσοῦτον ὄφελος,
ὅσον τῆς σιωπῆς.

δ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ταῦτα δοκεῖ, καὶ νενι-
f e κήκατε τὸν [e] ἀήττητον, ἢ τρόπαιον [f] ἐστήσατε
g κατὰ τῆς ἐμῆς φιλοσοφίας, φέρε τι [g] φθέγ-
ξομαι πρὸς ὑμᾶς, τῆς σιωπῆς ἄμεινον. φθέγ-
ξομαι τοιγαροῦν, οὐ μαλακόν τι καὶ ἀναβε- D
βλημένον, οὐδὲ τῆς ἡδίσης τοῖς πολλοῖς ἁρ-
μονίας· οὐδὲ γὰρ ἂν καλῶς ἀμειβοίμην τοὺς
ἐμοὺς ἐραστὰς οὕτω διαλεγόμενος, ἀλλὰ ἢ
h λίαν ἀνδρικόν τε καὶ [h] σύντονον, καὶ ᾧ τάχα
ἂν ἀμείνους γένοισθε, ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐπὶ τὸ
πνεῦμα μετενεχθέντες, καὶ ὑψωθέντες ἱκα-
νῶς τὴν διάνοιαν. υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βα-
ρυκάρδιοι; πρεσβεύομαι γὰρ πρὸς ὑμᾶς
ἐκ τοῦ μεγαλοφωνοτάτου Δαβὶδ· ἵνα τί ἀγα-
πᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος; E
μέγα τι τὸν ἐνταῦθα βίον, καὶ τὴν τρυφὴν,
καὶ τὸ μικρὸν δοξάριον, καὶ τὴν ταπεινὴν δυ-
νασταίαν, καὶ τὴν ψευδομένην εὐημερίαν ὑπο-
λαμβάνοντες. ἃ μὴ πρὸ ἐχόντων μᾶλλόν ἐστιν,
ἢ πρὸ ἐλπισάντων· οὐδὲ τούτων μᾶλλον, ἢ
πρὸ ἐδὲ προσδοκησάντων· ὥσπερ χοῦς ὑπὸ

debitum quoddam, rigidè flagitantes, méque vehementiùs, quàm ego meipsum, diligentes: ac me omnes sapientiâ vincunt, ut qui sermonis silentiique tempus magis quàm ego, cognitum & exploratum habeant. Quinetiam negant se antè, ut silicem ferro, sic me conviciis tundendi finem facturos, quàm ex parva scintilla ingentem sermonum flammam excitarint. Jam verò quidam etiam jucundiora promittunt, meisque sermonibus præmia magna proponunt; primùm quidem, ut de seipsis optimè mereantur, Deo nimirùm ac nobis hoc dantes, ut suus Orationi nostræ fructus constet: deindè ut descriptione hos etiam omnes juvent; hos, inquam, sortem meam, si modò quæ paterna sors, mea censenda est, meum, inquam, gregem, quem quidem nisi omnibus beneficiis augere studerem, iniquissimè facerem. In quo etiam illud est præclarissimum, quòd, ut à me sermonem impetrent, hoc ipsum offerunt, quod ut consequerer, magnus mihi labor in dicendo suscipiendus fuisset. O præclaram contentionem, quâ me vincere adnituntur! ô insignem liberalitatem! Videte quid silentium nostrum effecerit: majus in vobis sermonum ipsorum desiderium excitavit. Videte quem fructum meus gloriæ contemptus pepererit. Utinam quantùm utilitatis silentium attulit, tantùm sermones ipsi afferant.

Nazianzeni, è Gregorii sermonibus, plurimos sibi fructus proponunt.

IV. Quoniam igitur placet, atque invictum vicistis, ac de nostra philosophia trophæum statuistis, age, aliquid ad vos dicam silentio melius ac præstabilius. Nihil igitur molle ac remissum, nihil numerosâ concinnitate multitudini jucundum eloquar; non enim eximiam gratiam mei amantibus rependerem, hoc Orationis genere utens; verùm admodùm robustâ & acri ac vehementi dicendi ratione utar, & quâ ipsi fortassè meliores efficiemini, nimirùm à carne ad spiritum translati, animisque in altum abundè subvecti. *Filii hominum usquequò gravi corde?* (Initium enim à Davide ducam, Propheta in dicendo maximè sublimi;) *ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Hanc scilicèt vitam, & delicias, & exiguam gloriolam, & humilem potentiam, & falsam prosperitatem, magnum aliquid & amplum esse existimantes. Hæc tamen non magis eorum qui ea possident, quàm eorum qui ea in spe habent, propria; neque horum rursùs magis, quàm illorum, apud quos ne in expectatione quidem unquam fuerunt: ve-

Non molli, sed vehementi dicendi ratione utitur Gregorius.

Ps. IV. 3.

Rerum humanarum vanitas, & inconstantia.

(a) Λόγε ἤ. Nonnulli, λόγε καί.
(b) Πυρῖτιν. Reg. bm. & Coisl. 1. πυρίτην.
(c) Διὰ τῆς ἀπογραφῆς. *Per descriptionem*, nimirùm Juliani operâ, tributorum exæquatoris, Gregorio amicissimi.
(d) Τῆς ἀδοξίας τῆς ἡμετέρας. Billius: *mei nominis obscuritas gloriæque contemptio.* Non rectè; cùm potiùs, ob nominis claritatem, sermones ab eo poscebantur, eo quòd dicendi copiâ insignis habebatur.
(e) Ἀήττητον. *Invictum.* Addit Billius: *ut ipse quidem sibi videbatur.* Quæ cùm à Græco absint, delenda judicavimus.
(f) Ἐστήσατε. Pass. ἐστήσασθε.
(g) Φθέγξομαι. Reg. d. φθέγξωμαι.
(h) Σύντονον. Coisl. 1. εὔτονον.

Pulveri & umbræ ſimiles. *Sap.* v. 15. *Job.* xxi. 18. *Eccli.* xxxiv. 1.

rùm, ut *pulvis à turbine*, ſic ea ab aliis ad alios ſubindè ventilantur atque jactantur, & ſicut *fumus*, dilabuntur, & tanquam inſomnium homines deludunt, umbræque inſtar, manibus teneri nequeunt; ac denique ita comparata ſunt, ut nec, cùm abſunt, de iis conſequendis deſperent, qui non habent; nec cùm adſunt, habentibus fida & certa ſint.

Pulchra & vehemens exhortatio.

V. Non in cœlum ſursùm ſuſpiciemus? Non expergiſcemur? Non lemas ex oculis detrahemus? Non, quænam veræ divitiæ ſunt, intelligemus? Qui verus ſplendor? Ubi dignitas mutationis expers? Quæ finem neſciens beatitudo? Ubi bonum illud nec fluctuans, nec aliò migrans, nec inſidiis obnoxium? Non hæc multis laboribus, ſudoribúſque, ſi ita contingat, adipiſcemur? Non, ſi quid deliciis in hac vita dandum eſt, rerum futurarum ſpes pro deliciis habebimus? Non animadvertemus, tum omnes ſanctos Martyres, qui, velut communes quidam nodi, univerſum terrarum orbem complexi ſunt, tum hos etiam, quorum nomine feſtum hunc diem agitamus? Quam ob cauſam vulnera, vincula, cruciatus, ignis minas, gladiorum aciem, belluarum furorem, tenebras, famem, voragines, pecuniarum direptiones, membrorum abjectiones, mortem denique atque extrema omnia prompto & alacri animo, tanquam in alienis corporibus dimicantes, ſuſtinuerunt? Ut quid eſſent, ut quid conſequerentur, nonne omnibus utique in proſpectu eſſet, vel nobis tacentibus? Non igitur nos etiam, cum eadem ſpe, ſub eodem certaminis judice ac præmii arbitro, adverſus eundem tyrannum aciem inſtruemus, truculentum, inquam, illum, & tunc, & nunc etiam, animarum perſecutorem, inviſibilem hoſtem & adverſarium? Non pari virtute in hoc mundo, quaſi in communi theatro, certabimus, ſi non periculi acie, & quâ protinùs defungi liceat, at in quotidianis ſaltem dimicationibus & palæſtris, ut eaſdem coronas, aut his proximas conſequamur?

Omnes hortatur ut cum hoſte pugnent.

VI. Equidem omnes, tam viros quàm feminas, tam ſenes quàm juvenes, tam urbanos quàm ruſticos, tam privatos quàm Principes, tam divites quàm pauperes hortor, (idem enim certamen omnibus propoſitum eſt,) ut ad pugnam cum hoc hoſte conſerendam impigrè ſe accingant, ac non

A λαίλαπος ἄλλοτε εἰς ἄλλους ῥιπιζόμενά τε καὶ μεταῤῥιπτούμενα, ἢ ὥσπερ καπνὸς διαῤῥέοντα, καὶ ὡς ὄναρ παίζοντα, καὶ ὡς σκιὰ μὴ κρατούμενα, οὔτε ἀπόντα δυσέλπιστα τοῖς οὐ κεκτημένοις, οὔτε παρόντα πιστὰ τοῖς ἔχουσιν.

ε. Οὐκ ἀναβλέψομεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω; οὐκ ἐκνήψομεν; οὐ τῇ ὀφθαλμῶν τὴν λήμην
B περιαιρήσομεν; οὐκ εἰσόμεθα τίς ὁ ἀληθινὸς πλοῦτος; καὶ τίς ἡ ὄντως λαμπρότης; καὶ ποῦ τὸ μὴ [a] διαπίπτον ἀξίωμα; τίς ἡ ἀπέ- a
ραντος εὐδαιμονία; [b] καὶ ποῦ τὸ ἀσάλευτον b
ἀγαθὸν, μηδὲ μεθιστάμενον, ἢ ἐπιβουλευόμενον; οὐ κτησόμεθα ταῦτα πολλοῖς ἱδρῶσι καὶ πόνοις, ἂν ἔτω συμβαίνῃ; οὐκ, εἴ τι δεῖ τρυφᾶν ἐντεῦθεν, ἐν ταῖς ἐλπίσι τρυφήσομεν; οὐ γνωσόμεθα τοὺς ἁγίους μάρτυρας, τούς τε ἄλλους [c] πάντας, οἳ πᾶσαν διειλή- c
C φασι τὴν οἰκουμένην, ὥσπερ τινες κοινοὶ σύνδεσμοι, καὶ ὧν ἡ παροῦσα πανήγυρις; ὑπὲρ τίνος τραύματα, καὶ δεσμὰ, καὶ φρεβλώσεις, καὶ πυρὸς ἀπειλὴν, καὶ ξιφῶν ἀκμὴν, καὶ θηρῶν ἀγριότητα, καὶ σκότος, καὶ λιμὸν, καὶ βάραθρα, καὶ χρημάτων ἁρπαγὰς, καὶ μελῶν ἀποβολὰς, καὶ θανάτους τὸ τελευταῖον, καὶ πάντα ῥᾳθύμως ὑπέστησαν, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίοις ἀγωνιζόμενοι σώμασιν; ἵνα τι γένωνται, [d] καί τινα κληρονομήσωσιν, [e] ἢ d e
D πᾶσι δῆλα, κἂν ἡμεῖς μὴ λέγωμεν; οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς ἐλπίδος, ὑπὸ τῷ αὐτῷ βραβευτῇ καὶ ἀγωνοθέτῃ, ῥῳδὸς τὸν αὐτὸν ᾠδαλαξόμεθα τύραννον, τὸν πικρὸν καὶ τότε καὶ νῦν τῶν ψυχῶν διώκτην, τὸν ἀόρατον ἐχθρὸν καὶ πολέμιον; οὐκ [f] ἀνδριούμεθα ᾠδαπλησίως, f
ὥσπερ ἐν κοινῷ θεάτρῳ, τῷ δὲ τῷ κόσμῳ, εἰ μὴ [g] ἀκμῇ τῷ κινδύνου ταχεῖαν ἐχέσῃ ⸫ τὴν g
ἀπαλλαγὴν, ἀλλὰ τοῖς γε καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀγωνίσμασι ⸫ παλαίσμασιν, ἵνα μὴ τῷ αὐτῶν
E στεφάνων ἀξιωθῶμεν, ἢ ὅ τι [h] ἐγγυτάτω; h

ς. Ἐγὼ μὲν παντὶ διακελεύομαι, καὶ ἀνδρὶ ⸫ γυναικὶ, ⸫ πρεσβύτῃ μὴ νέῳ, ἀσκητῇ τε αὖ καὶ ἀγροίκῳ, ἰδιώτῃ καὶ ἄρχοντι, πλουσίῳ καὶ πένητι, καὶ δὴ ὁ αὐτὸς ἀγὼν καλεῖ πάντας, πρὸς τοῦτον ἀποδύεσθαι ῥᾳθύμως, καὶ μὴ μαλακίζεσθαι, μηδὲ μέλλειν,

(*a*) Διαπίπτον. Quinque Regg. & decem Colb. μεταπίπτον.
(*b*) Καὶ τῷ τὸ ἀσάλευτον ἀγαθόν. Coisl. 2. καὶ τῷ τὸ μὴ ἀλλότριον ἀγαθόν.
(*c*) Πάντας. Reg. d. ἅπαντας.
(*d*) Καί τινα. Reg. c. καί τι.
(*e*) Η πᾶσι. Sic duo Regg. & Comb. In Ed. ᾗ πᾶσι.
(*f*) Ανδριούμεθα. Duo Regg. ἀνδριάμεθα.
(*g*) Ακμῇ. Duo Regg. ἐν ἀκμῇ. *Periculi flammam* ſolet dicere Tullius. Gregorius verò vocat *periculi aciem*, cùm ſtatim, acerbo quodam mortis genere, vita piis viris tollitur; cui, ut ait Nicetas, opponit τὰς ἀσκητικὰς πόνους, *ſanctæ* ſcilicet *& religioſæ vitæ labores, qui in longum temporis ſpatium porriguntur.*
(*h*) Εγγύτατω. Reg. bm. & Coisl. 1. ἐγγύτατα. Mox pro ἐγὼ μέν, Or. 1. babet, ἐγὼ δέ.

μηδὲ ϖεφίεσθαι τὸν καιρὸν, οὗ πάλιν τυ- A
a χεῖν ἀμήχανον. ἐργασίας γὰρ ὁ [a] παρὼν, ὁ δὲ
b μέλλων ἀνταποδόσεως. [b] ἐγείρεσθε, ἄγωμεν
ἐντεῦθεν, ἠκούσατε τῦ σωτῆρος λέγοντος, οὐ
μᾶλλόν τι τοὺς τότε μαθητὰς ἐκ τῦ τόπου
τῆς Ιουδαίας ἀπάγοντος, ἀλλὰ καὶ τοὺς
c ὕσ]ερον ἅπαν]ας ἐντεῦθεν [c] ἀπανισ]άντος, κ)
ϖεὸς ἑαυτὸν ὑφούμενον ἕλκοντος, ὡς ἡ ὑπό-
σχεσις. ἀκολουθήσωμεν ἀγαθῷ δεσπότῃ· φύ-
γωμεν τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, φύγωμεν
τὸν πλάνον κόσμον καὶ κοσμοκράτορα, χ)υώ- B
d μεθα [d] καθαρῶς τῦ ποιήσαντος, τιμήσωμεν
τὴν εἰκόνα, αἰδεσθῶμεν τὴν κλῆσιν, με]αθώ-
μεθα τὴν ζωήν. τί ποιοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς
ταπεινοὺς, ὑψηλοὶ γεγονότες; τί τοῖς ὁρωμέ-
e νοις [e] ἐγκα]αμένομεν;

ignaviâ laborent, aut moras nectant, atque occasionem, quam nullâ posteà ratione nanciscì liceat, abjiciant. Laboris enim præsens hoc tempus est: futurum, præmiorum. Audistis Salvatorem dicentem, *Surgite, abeamus hinc:* quibus verbis non solùm Discipulos, quos tunc habebat, à Judææ loco abducebat, sed etiam omnes, qui posteà ipsius discipuli futuri erant, hinc abstrahebat, & *ad seipsum, in altum evectum*, quemadmodùm se facturum promiserat, *pertrahebat*. Quocirca bonum dominum sequamur: fugiamus terrenas cupiditates, fugiamus impostorem mundum, & mundi principem, purâ mente Creatori nos addicamus, divinam imaginem honore complectamur, vocationem nostram revereamur, vitam in melius commutemus. Quid nosmetipsos spontè dejicimus, cùm sublimes & excelsi creati simus? Quid rebus in aspectum cadentibus inhæremus?

Joan. XIV. 31.

Ibid. XII. 32.

Christum sequantur, terrenas cupiditates fugiant, vocationem revereantur.

f ζ. Εκαστος ὅ τι ἂν οἷός τε ᾖ, [f] καρπο-
φορείτω τῷ θεῷ ἐν καιρῷ παντὶ, καὶ ἰδέᾳ
g πάσῃ καὶ [g] βίων καὶ ϖερισ]άσεων, κατὰ τὸ
μέτρον τῆς παρούσης αὐτῷ δυνάμεως, κατὰ C
τὸ δοθὲν αὐτῷ χάρισμα, ἵνα πᾶσι μέτροις
τῆς ἀρετῆς, πάσας τὰς ἐκεῖθεν μονὰς πλη-
h ρώσωμεν, τοσοῦτον [h] θερίσαντες, ὅσον ἐσπεί-
ραμεν, μᾶλλον δὲ, τοσοῦτον ἐναποθέμενοι ταῖς
i θείαις ληνοῖς, [i] ὅσον ἐγεωργήσαμεν. εἰσφερέτω
k τις, ὁ μὲν χρήματα, ὁ δὲ [k] τὸ μηδὲν ἔχειν·
l ὁ μὲν τὸ προθυμεῖσθαι, ὁ δὲ [l] τὸ τὸν προθυ-
μούμενον ἀποδέχεσθαι· ὁ μὲν ϖαῤῥησίαν ἐπαινε-
τὴν, ὁ δὲ θεωρίαν εὔσοχον· ὁ μὲν λόγον καί-
ριον, ὁ δὲ σιωπὴν εὔλογον· ὁ μέν τις διδα- D
σκαλίαν ἄπλαισ]ον, ὁ βίον μὴ ἀνθισ]άμενον,
m ὁ δὲ ἀκοὴν εὐπειθῆ [m] καὶ εὐγνώμονα· ὁ μὲν
παρθενίαν ἁγνὴν, καὶ κόσμῳ παντελῶς ἀπο-
τέμνουσαν, ὁ δὲ γάμον σεμνὸν, καὶ μὴ
πάντη Θεοῦ χωρίζοντα· ὁ μὲν νησ]είαν ἄτυ-
φον, ὁ δὲ ἀπόλαυσιν μὴ ἀκόλασ]ον· ἄλλος τὸ
ἐν προσευχαῖς ἀῤῥισ]πασ]ον, καὶ ὕμνοις
n ϖνευμα]ικοῖς, ἄλλος τὸ [n] ἐν προσασίᾳ τῶν
δεομένων· ϖάντες δάκρυα, ϖάντες κάθαρσιν,
ἀνάβασιν ϖάντες, καὶ τὸ τοῖς ἔμϖροσθεν E
ἐϖεκτείνεσθαι.

VII. Unusquisque Deo, quod poterit, offerat, quovis tempore, quovis genere vitæ & fortunæ, pro præsentis facultatis modulo, pro gratia sibi concessa, ut, per omnes virtutis modos, omnes cœlestis regni mansiones impleamus, tantùm scilicèt metentes, quantùm severimus; vel, ut exactiùs loquar, tantùm in divinis horreis reconditum habentes, quantùm messuerimus. Conferat quidem, hic pecunias, ille hoc ipsum quod nihil habeat; hic propensam ad benè de proximo merendum voluntatem, ille bonam alterius voluntatem suscipiendo; hic honestam actionem, ille scitam & solertem contemplationem; hic tempestivum & commodum sermonem, ille cum ratione conjunctum silentium; hic inoffensam doctrinam vitámque minimè contrariam, ille obsequentem & candidam aurem; hic castam virginitatem, & à mundo penitùs abscindentem, ille pudicas nuptias, nec prorsùs à Deo disjungentes; hic jejunium fastûs expers, ille epulas ab intemperantia & petulantia remotas; hic attentionem & assiduitatem in orationibus & spiritualibus hymnis, ille pauperum curam & præsidium: omnes autem lacrymas, omnes purgationem, omnes ascensum, atque *extensionem ad ea quæ priora sunt.*

Deo aliquid offerant.

Opes.

Paupertatem.

Bonam voluntatem.

Actionem.

Contemplationem.

Sermonem.

Silentium.

Virginitatem.

Temperantiam.

Orationes.

Lacrymas.

Phil. III. 13.

η. Καλὴ καὶ ἁ]λότης καρ]οφορία, καὶ
γέλως ζωφρονιζόμενος, καὶ θυμὸς κολα-
ζόμενος, καὶ ὄμμα ϖαιδαγωγούμενον, καὶ

VIII. Præclarum quoque munus est simplicitas, & risum coërcere, iram reprimere, oculum cohibere, menti vagandi potes-

Simplicitatem, & modestiam.

(*a*) Παρών. Nempè, καιρός, *tempus*.
(*b*) Εγείρεσθε. Pass. ἐγείρωμεν.
(*c*) Απανισ]άντος. Reg. c. & Combef. ἀπανισ]ῶντος.
(*d*) Καθαρῶς &c. Coisl. 1. & unus Colb. καθαροὶ τῷ ποιήσαντι ἡμᾶς, *Puri efficiamur Creatori nostro.* Pass. καθαρῶς τῷ ποιήσαν]ι.
(*e*) Εγκαταμένομεν. Coisl. 1. ἐναπομένωμεν. Pass. ἐναπομένομεν.
(*f*) Καρποφορείτω. Or. 1. καρποφορήτω.
(*g*) Βίων. Or. 1. βίον.
(*h*) Θερίσαντες. Or. 1. τηρήσαντες, *servantes*.

(*i*) Οσον ἐγεωργήσαμεν. *Quantùm messuerimus.* Billius: *quantùm araverimus.* Non rectè quidem. Etenim post messem fruges in horreis reconduntur.
(*k*) Το μηδὲν ἔχειν. Billius: *paupertatem.*
(*l*) Το τὸν προθυμούμενον &c. Billius nimis paraphrasticè: *hominis eo affectu præditi laudem & commendationem.*
(*m*) Καὶ εὐγνώμονα. Sic decem Colb. Or. 1. & Pass. Deest καί in Ed.
(*n*) Εν προσ]ασίᾳ. Coisl. 3. & Or. 1. ὡν ταῖς προσ]ασίαις.

Minima Deus accipit.

teſtatem negare. Nihil eorum quæ Deo offeruntur, tam parvum eſt, quamvis etiam minimi momenti ſit, quamvis longè infra illius dignitatem, quòd non omninò accipiat, gratúmque habeat, tametſi *juſto judicio miſericordiam ponderare* ſoleat. Accipit ille, & *Pauli plantationem*, ut Pauli, & *rigationem Apollo*, & *duo viduæ minuta*, *Publicani humilitatem*, & *Manaſſis confeſſionem*. Moyſes *tabernaculum illud*, ad cœleſtium exemplar conſtructum in terra figebat; & omnes, quod cuique denunciatum fuerat, conferebant. Quinetiam ſuaptè ſponte alii *aurum*, alii *argentum*, alii *gemmas pretioſas* ad ſuperhumeralis ornatum erogabant: mulieres partim *byſſum retortam*, partim *coccinum textum*, partim *purpuram*, partim *arietum pelles rubricatas*, partim *caprarum pilos*, rem viliſſimam, ad opus tabernaculi: alii, quod quiſque, aut quæque habebat; cæterùm omnes afferebant, nec quiſquam immunis erat, ne tenuiorum quidem. Conſimilem nos quoque in modum pretioſo Dei tabernaculo, hoc eſt, hujus Eccleſiæ, quod *non ab homine*, *ſed à Deo fixum eſt*, quódque variis virtutum ornamentis conſtruitur, alius minùs quiddam, alius majus, omnes tamen citra exceptionem offeramus, in opus perfectum, in habitaculum Chriſti, *in templum ſanctum*, architectonicâ Spiritûs arte conſtructi, & coagmentati. Illud quidem minimè dubium eſt, quin, etiamſi omnia contulerimus, minùs tamen collaturi ſimus, quàm accepimus. Quandoquidem divini benficii eſt, quòd ſumus, quòd Deum cognoſcimus, quódque etiam, quod offeramus, habemus. Atque illud pulcherrimum humaniſſimúmque cenſendum eſt, quòd Deus largitionem, non oblatæ rei pretio & dignitate, ſed offerentis affectu & facultate metiatur.

Iſai. XXVIII. 17.
I. Cor. III. 6.
Luc. XXI. 2.
Luc. XVIII. 13.
II. Paral. XXXIII. 12. & *ſeq.*
Moyſis tabernaculum.
Exod. XXV. 3. & *ſeq.* & XXXV. 22. & *ſeq.*
Eccleſia, Dei tabernaculum, variis virtutum ornamentis conſtruitur.
Hebr. VIII. 2.
Eph. II. 21.
Divini beneficii eſt, quòd ſumus, & quòd Deum cognoſcimus.

IX. Proindè ne benignus eſſe cunctéris, ſed jam eſto: nec, quia ſatis dignum munus offerre non potes, idcircò officium omninò defere. Quin potiùs ita te compara, ut alia ſtatim offeras, alia promptâ ac propensâ voluntate offerre exoptes, de aliis infirmitati tuæ veniam petas. *Non apparebis*, inquit, *coram me vacuus.* Nemo igitur vacuus, & infructuoſus ſit, nec anima ulla ſterilis & infœcunda. Unuſquiſque, Deo quæ ſuppetunt, & quæ propria ſunt,

Unuſquiſque Deo, quæ propria ſunt, offerat.
Exod. XXIII. 15.

A νοῦς πλανᾶσθαι μὴ συγχωρούμενος. οὐδὲν οὕτω μικρὸν τῶν εἰσφερομένων Θεῷ, κἂν ἐλάχιστον ᾖ, [a]κἂν πολλῷ πολὺ τῆς ἀξίας a
[b]λειπόμενον, ὃ μὴ προσίεται πάντως καὶ b
ἀποδέχεται, εἰ καὶ σταθμίζειν οἶδε τῇ δικαίᾳ
κρίσει τὸν ἔλεον. δέχεται καὶ Παύλου τὴν
φυτείαν, ὡς Παύλου, καὶ Ἀπολλῶ τὴν
ἀρδείαν, καὶ τὰ δύο λεπτὰ τῆς χήρας, καὶ τοῦ
τελώνου τὴν ταπείνωσιν, καὶ τοῦ Μανασσῆ
τὴν ἐξαγόρευσιν. Μωσῆς ἐπήγνυτο [c]τὴν c
B σκηνὴν κάτω, τὴν τῶν οὐρανίων ἀντίτυπον,
καὶ πάντες εἰσέφερον τὸ κηρυχθὲν αὐτοῖς. οἱ
μὲ καὶ αὐτεπάγγελτοι, [d]οἱ μὲν χρυσὸν, οἱ d
δὲ ἄργυρον, οἱ δὲ λίθους τιμίους εἰς τὴν
ἐπωμίδα· αἱ δὲ βύσσον διακεκλωσμένην, αἱ
δὲ κόκκινον νενησμένον, οἱ δὲ πορφύραν, οἱ
δὲ δέρματα κριῶν ἠρυθροδανωμένα· αἱ δὲ καὶ
τρίχας αἰγείας εἰς τὰ κάτεργα τῆς σκηνῆς,
τὸ φαυλότατον· [e]οἱ δὲ ὅ τι ἕκαστος, ἢ ἑκάστη e
τύχοιεν ἔχοντες· πάντες δὲ ἔφερον, καὶ οὐδεὶς
C ἦν ἀσυντελὴς, οὐδὲ τῶν πενεστάτων. οὕτω
καὶ ἡμεῖς τῇ τιμίᾳ τοῦ Θεοῦ σκηνῇ τῆς δὲ
τῆς ἐκκλησίας, ἣν ὁ Κύριος ἔπηξε, [f]καὶ οὐκ f
ἄνθρωπος, ἢ διαφόροις ἀρετῆς συνοικοδομεῖται
κάλλεσιν, ὁ μὲν μικρὸν, ὁ δὲ μεῖζον, πάντες
δὲ ὁμοίως εἰσφέρωμεν εἰς ἔργον τέλειον, εἰς
κατοικητήριον [g]Χριστοῦ, εἰς ναὸν ἅγιον, g
[h]συντιθέμενοι, καὶ συναρμολογούμενοι τῇ h
D ἀρχιτεκτονίᾳ τοῦ Πνεύματος. πάντως δὲ οὐδὲν
εἰσοίσομεν τοσοῦτον, ὅσον εἰλήφαμεν, κἂν
πάντα εἰσφέρωμεν. ἐπεὶ καὶ τὸ εἶναι ἡμῖν ἐκ
Θεοῦ, καὶ τὸ εἰδέναι Θεὸν, καὶ αὐτὸ τὸ
ἔχειν ὃ εἰσενέγκωμεν· τὸ δὲ κάλλιστον καὶ
φιλανθρωπότατον, ὅτι μὴ τῇ ἀξίᾳ τοῦ
διδομένου, τῇ δὲ δυνάμει καὶ τῇ διαθέσει τοῦ
καρποφοροῦντος, μετρεῖ Θεὸς τὴν ἐπίδοσιν.

θ. Μὴ οὖν ἀναμείνῃς γενέσθαι χρηστὸς,
ἀλλ' ἤδη γενοῦ· μὴ δὲ ὅτι τῆς ἀξίας λείπῃ,
τὸ πᾶν [i]ἐλλίπῃς. ἀλλὰ τὸ μὲν, εἰσενέγκαι, [k]τὸ i k
δὲ, προθυμήθητι, ὑπὲρ μὲ τοῦ, δεήθητι
E δοθῆναι συγγνώμην τῇ ἀσθενείᾳ· οὐκ ὀφθήσῃ,
φησὶ, κενὸς ἐναντίον μου· μηδεὶς ἔστω κενὸς,
μηδὲ ἄκαρπος, μηδέ τις σεῖρα ψυχὴ καὶ ἄγονος·
ἕκαστος ἐκ τῶν παρόντων καρποφορείτω Θεῷ, [l]καὶ l
ἐκ τῶν οἰκείων· ὁ ἁμαρτάνων τὴν μεταβολὴν,

(*a*) Κἂν παρὰ πολύ. Sic Reg. ph. Deeſt παρά in Ed.
(*b*) Λειπόμενον. Coisl. 1. ἀπολειπόμενον.
(*c*) Τὴν σκηνήν. Billius: *arcam.* In prima editione verterat, *tabernaculum*, quod ſanè rectius videtur. Aliud enim erat *arca*, aliud *tabernaculum.*
(*d*) Οἱ μέν. Duo Regg. & Or. 1. ὁ μέν.
(*e*) Οἱ δὲ ὅ τι. Paſſ. οἱ δὲ εἴ τι.
(*f*) Καὶ οὐκ. Sic Paſſ. Deeſt καί in Ed.
(*g*) Χριστοῦ. Colb. 1. Θεοῦ.
(*h*) Συντιθέμενοι καὶ συναρμολογούμενοι. Billius: *conſtructum & coagmentatum.* Id refert *ad templum*, cùm ad nos ipſos referri debeat. Nos enim ipſi ſumus, qui, architectonicâ Spiritûs ſancti arte, *in templum Dei conſtruimur & coagmentamur.*
(*i*) Ἐλλίπῃς. Or. 1. ἐκλείπῃς.
(*k*) Τὸ δὲ, προθυμήθητι. Sic quinque Regg. decem Colb. Or. 1. Paſſ. quorum auctoritate reſecavimus μή ante προθυμήθητι, quod in Editis reperitur.
(*l*) Καὶ ἐκ τῶν οἰκείων. Sic plures Codd. Deeſt ἐκ in Ed. Billius vertit: *& quod Deo convenit.*

ὁ καλῶς

ὁ καλῶς τρέχων, τὴν εὐτονίαν, ὁ νέος τὴν ἐγκράτειαν, ἡ πολιὰ τὴν φρόνησιν, ὁ πλούσιος τὴν μετάδοσιν, ὁ πένης τὴν εὐχαριστίαν, ὁ ἐν ἐξουσίᾳ, τὴν ἀτυφίαν, ὁ εἰσφερόμενος, τὴν ἡμερότητα. οἱ ἱερεῖς, ἐνδύσασθε δικαιοσύνην, ἢ, τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἐνδυσώμεθα· μὴ διαφθείρωμεν τὰ τρέφοντα τῆς νομῆς, καὶ διαφθείρωμεν, ὑπὲρ ὧν ἔθηκε τὴν ψυχὴν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ γινώσκων τὰ ἴδια, καὶ γινωσκόμενος ὑπὸ τῶν ἰδίων, καὶ καλῶν κατ' ὄνομα, καὶ εἰσάγων αὐτὰ, καὶ ἐξάγων ἀπό τε ἀπιστίας εἰς πίστιν, καὶ ἀπὸ τῆς ζωῆς ταύτης ἐπὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀνάπαυσιν. φοβηθῶμεν, μὴ ἀφ' ἡμῶν ἄρξηται τὸ κρῖμα, κατὰ τὴν ἀπειλὴν, μὴ λάβωμεν ἐκ χειρὸς Κυρίου [a]διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα, αὐτοί τε οὐκ εἰσιόντες, καὶ τοὺς εἰσελθεῖν δυναμένους κωλύοντες.

A muneris loco offerat: qui peccat, vitæ mutationem; qui rectè currit, in cursu constantiam; adolescens continentiam, senex prudentiam, dives largitionem, pauper gratiarum actionem; qui potentiâ pollet, modestiam; qui exigit, mansuetudinem. *Sacerdotes induite justitiam;* aut, ut veriùs dicam, induamus: *Pascuæ oves ne dispergamus & jugulemus, pro quibus bonus ille Pastor animam suam posuit, qui oves suas cognoscit, & à suis cognoscitur*, & eas vocat, & introducit atque educit, tum ab impietate ad fidem, tum ab hac B vita ad futuram requiem. Timeamus, ne, quod Scriptura comminatur, *à nobis Dei judicium incipiat;* ne de manu Domini *duplicia peccata* accipiamus, non modò ipsi *non introeuntes*, sed etiam & eos qui introire possunt, prohibentes.

Justitia; munus Sacerdotum.
Ps. CXXXI. 16.
Ezech. XXXIV. 5. 6.
Joan. X. 11. *& seq.*
I. Petr. IV. 17.
Isai. XL. 2.
Matth. XXIII. 13.

1. Τὰ τρέφοντα, μὴ ποιμαίνετε τοὺς ποιμένας, μηδὲ ὑπὲρ τοὺς ἑαυτῶν ὅρους ἐπαί- b ρεσθε· ἀρκεῖ γὰρ ὑμῖν, ἂν καλῶς [b]ποιμαίνησθε. μὴ κρίνετε τοὺς κριτὰς, μηδὲ νομοτεθεῖτε τοῖς C νομοθέταις· οὐ γάρ ἐστι Θεὸς ἀκαταστασίας ἢ ἀταξίας, ἀλλ' εἰρήνης ἢ τάξεως. μὴ τοίνυν ἕως τις κεφαλὴ, μόγις που χεὶρ τυγχάνων, ἢ c πους, ἢ ἄλλό τι τῶν εὐτελεστέρων [c]μελῶν τοῦ σώματος· ἀλλ' ἕκαστος ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει, ἀδελφοὶ, ἐν ταύτῃ μενέτω, κἂν ᾖ τῆς κρείττονος d ἄξιος· [d]ἐν ᾧ στέργει τὴν παροῦσαν, πλέον εὐδοκιμῶν, ἢ ἐν τῷ ζητεῖν ἣν οὐκ ἔλαβεν. μή τις ἑνὸς ἀκινδύνως ἕπεσθαι, ἄρχειν ἐπικινδύνως ἐπιθυμείτω· μηδὲ ὁ τῆς ὑποταγῆς νόμος D καταλυέσθω, ἢ καὶ τὰ ἐπίγεια συνέχει καὶ τὰ οὐράνια· μηδὲ ποιῶμεν ἀναρχίαν τὴν πολυαρχίαν. οἱ πρὸς λόγους, μὴ σφόδρα τοῖς λόγοις θαῤῥεῖτε, μηδὲ σοφίζεσθε περισσὰ καὶ ὑπὲρ τὸν λόγον, μηδὲ νικᾶν ἐπιθυμεῖτε πάντα κακῶς, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ ἡττᾶσθαι e καλῶς [e]ἀνέχεσθε· δότε τῷ λόγῳ τὸν λόγον· ποιήσατε δικαιοσύνης ὅπλον, μὴ θανάτου, τὴν παίδευσιν.

X. Oves, Pastores ne pascite, nec supra fines vestros assurgite; satis enim vobis est, si rectè pascamini. Nolite judicare Judices, nec Legislatoribus leges præscribite. *Non est enim dissensionis* & confusionis Deus, *sed pacis* & ordinis. Ne quis igitur caput sit, qui vix, aut manus, aut pes, aut vilius quoddam aliud corporis membrum est: verùm, quo vocatus est, in eo gradu quisque maneat, etiamsi alioqui præstantiori dignus sit; plus utique laudis habiturus ex eo quòd præsenti gradu acquiescit, quàm si eum quærat, quem non accepit. Ne quis, cùm sine periculo alium sequi liceat, præire cum periculo expetat: nec obedientiæ lex, quæ tam terrena quàm cœlestia tuetur atque conservat, infringatur: neque committamus, ut Præfectorum multitudo in dissolutam sine ullis Præfectis vivendi licentiam recidat. Qui litteris operam datis, ne doctrinæ atque eloquentiæ vestræ magnoperè confidatis, nec immodicè & plus quàm ratio postulat, sapientes sitis, nec omnibus in rebus vincere malè cupiatis, sed in quibusdam etiam honestè vinci æquo animo feratis. Verbo sermones date. Curate, ut doctrina, non mortis, sed justitiæ vobis instrumentum sit.

Quisque; in eo gradu, quo vocatus est, maneat.
I. Cor. XIV. 33.
Non plus sapere quàm oportet sapere.

ια. Ἀρκεῖσθε τοῖς ἰδίοις ὀψωνίοις, οἱ στρατιῶται, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὸ διατεταγμένον E ἀπαιτεῖτε. ταῦτα ὑμῖν διακελεύεται μεθ' ἡμῶν Ἰωάννης, ὁ μέγας τῆς ἀληθείας κῆρυξ, g f [f]ἡ πρόδρομος τοῦ λόγου φωνή. [g]τί λέγων ὀψώνιον; τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον δηλονότι,

XI. *Milites, contenti estote vestris stipendiis, nec quidquam præter id quod vobis constitutum est, exposcite.* Hoc mecum vobis faciendum præscribit magnus ille veritatis præco Joannes, vox illa Verbi prævia. Quid stipendium appellat? Regiam certè annonam, atque munera illa, quæ iis, qui

Militum regula.
Luc. III. 14.

(a) Διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα. *Duplicia peccata*, id est, *duplices peccatorum pœnas.*
(b) Ποιμαίνησθε. Reg. ph. & Coisl. 1. ποιμαίνοισθε.
(c) Μελῶν. Reg. ph. Coisl. 1. octo Colb. Or. 1. μερῶν, *pars.*
(d) Ἐν ᾧ στέργει. *Forsan*, ἐν τῷ στέργειν.
(e) Ἀνέχεσθε. Coisl. 1. ἀνέχεσθαι.
(f) Ἡ πρόδρομος. Sic duo Regg. In Ed. ἢ πρόδρομος.
(g) Τί λέγων ὀψώνιον. Hæc & quæ sequuntur, usque ad hæc verba: τὸ δὲ περισσὸν, τίνος; non sunt, juxta Montacutium, Gregorii verba, sed Scholiastæ cujusdam glossema, quod in textum irrepsit. Miratur id à nemine observatum. Nicetas tamen ut genuinam Gregorii sententiam explicat.

dignitates obtinent, lege conſtituta ſunt. Quod autem ſuperfluum eſt, cujuſnam ſit? Ipſe quidem vereor dicere, ne quid ſiniſtri ominis hic ſermo habeat: ſed ipſi certè ſatis per vos intelligitis, quamvis dicere ſupersedeam. Qui à Reipublicæ adminiſtratione nomen ducitis, *quæ Cæſaris ſunt, Cæſari reddite, & quæ Dei, Deo:* illi vectigal, huic timorem: timorem autem cùm dico, expilationem prohibeo. Quid verò magni, fortaſsè dicturi eſtis, ex ea re lucrabimur? Rem omnium maximam; méque, ſi ita vultis, mediatore, nimirùm ſpes fauſtas, ac primas ſupernæ civitatis, non hujus exiguæ minimæque inter civitates, cujus ne imperium quidem tenere, ut in altricis meæ gratiam parciſſimè loquar, admodùm amplum eſt ac glorioſum. Illic primas tenere cupiamus; illius vitæ ſplendorem aſſequi ſtudeamus: pro miſeratione in hac vita calamitoſis exhibita, in Abrahæ ſinu requieſcamus: juſtum judicium judicemus: pauperem & egenum eripiamus: viduæ & orphano miſericordiam impertiamur: eos, qui ad necem trahuntur, redimamus; aut, ut leviſſimè dicam, manus ipſis ne afferamus: eum qui noſtram, etiam uſque ad *menſæ micas*, opem implorat, ne deſpiciamus: ulceroſum & pro foribus noſtris jacentem ne prætereamus: laborantibus aliis, atque in calamitate conſtitutis, luxui ne ſtudeamus; nec conſervum noſtrum exhorreſcamus. Ne quæſo, Fratres & amici, à Divitis illius partibus ſtemus, nec flammis cruciemur, nec vaſto hiatu à piorum cœtu dirimamur: nec cum Lazaro paupere illo ſupplices agamus, ut noſtram linguam ignis ardoribus exuſtam, extremo digito refrigeret, ac ne id quidem impetremus. Simus benigni, miſericordes, humani: Magiſtri noſtri bonitatem æmulemur, qui *Solem oriri facit, non minùs ſuper malos, quàm ſuper bonos*, pluviâque ſuâ omnes æquè alit. Ne ex aliorum egeſtate rem familiarem augere ſuſtineamus; abſit, ut tam longè à divina æquitate recedamus; nec divitias noſtras cum aliorum lacrymis miſceamus, à quibus tanquam à rubigine ac tinea conſumentur, aut, ut Scripturæ verbo utar, *evomentur.* Verùm ad rem avidiores ſumus, quàm par ſit? Nihil prohibet, quominùs laudabili avaritiâ teneamur. Paululùm quiddam hîc demus, ut illic divites & copioſi ſimus.

Reddenda Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei, Deo. *Matth.* XXII. 21.

Miſericordia omnibus exhibenda. *Matth.* V. 45.

Job. XX. 15.

Luc. XVI. 20.

καὶ τὰς ὑπαρχούσας ἐκ νόμου τοῖς ἀξιώμασι δωρεάς. [a]τὸ δὲ περισσὸν, τίνος; ἐγὼ μὲν ὀκνῶ λέγειν τὸ βλάσφημον· ὑμεῖς ἴ, [b]οἶδ', ὅτι συνίετε, καὶν ἐγὼ φείδωμαι. ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ· τῷ μὲν τὸ τέλος, τῷ δὲ τὸν φόβον, ὑμεῖς οἱ τῆς πολιτείας ἐπώνυμοι· φόβον ἴ ὅταν εἴπω, κωλύω τὴν πλεονεξίαν. τί ἂν ἡμεῖς κερδανοῦμεν, τάχα ἂν εἴποιτε, μέγα; τὸ πάντων μέγιστον· ἢ εἰ βούλεσθε, δι' ἐμοῦ μεσίτου, τὰς χρηστὰς ἐλπίδας, καὶ τὰ πρωτεῖα τῆς ἄνω πόλεως, ἀ τῆς μικρᾶς ταύτης & ἐλαχίστης ἐν πόλεσιν, ἧς οὐδὲ τὸ ἄρχειν, ἵνα μετρίως εἴπω τιμῶν ὡς θρεψαμένην, πάνυ τι σεμνὸν & ὑπέρλαμπρον. ἐκεῖ γενέσθαι πρῶτοι θελήσωμεν· μεταποιηθῶμεν τῆς ἐκεῖθεν λαμπρότητος· ἐν κόλποις Αβραὰμ, ἀντὶ τῆς ἐντεῦθεν εὐσπλαγχνίας, ἀναπαυσώμεθα· κρῖμα δίκαιον κρίνωμεν· ἐξελώμεθα πένητα καὶ πλωχόν· χήραν καὶ ὀρφανὸν ἐλεήσωμεν· ἁρπαζώμεθα κτεινομένους, ἢ, τό γε [c]μετριώτατον εἰπεῖν, μὴ αὐτοὶ κτείνωμεν· μὴ παρίδωμεν τὸν δεόμενον ἡμῶν, μέχρι καὶ τῶν ἀπὸ τραπέζης [d]ψιχίων· καὶ μὴ καταδράμωμεν [e]τὸν ἠλκωμένον, καὶ βεβλημμένον ἐν τοῖς ἡμετέροις πυλῶσιν· μὴ τρυφήσωμεν, ἄλλων κακοπαθούντων· μὴ βδελυξώμεθα τὸν ὁμόδουλον· μὴ, φίλοι καὶ ἀδελφοὶ, γενώμεθα τῆς τοῦ πλουσίου μερίδος, μηδὲ ὀδυνηθῶμεν ἐν τῇ φλογὶ, μηδὲ τῷ χάσματι διαστῶμεν ἀπὸ τῶν ὁσίων· μηδὲ δεηθῶμεν Λαζάρου [f]τοῦ πένητος, ἄκρῳ [g]δακτύλῳ καταψῦξαι τὴν γλῶσσαν ἡμῶν φλεγομένην, καὶ μηδὲ τοσούτου τυγχάνωμεν. γενώμεθα χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, συμπαθεῖς· μιμησώμεθα τοῦ δεσπότου τὴν ἀγαθότητα, ὃς ἀνατέλλει τὸν ἥλιον [h]ἀγαθοῖς καὶ πονηροῖς, καὶ τρέφει τῇ βροχῇ πάντας ὁμοίως. μὴ δεξώμεθα πλουτεῖν διὰ τῆς τῶν ἄλλων πενίας· μὴ πρὸ τοσοῦτον ἔλθωμεν τῆς θείας ἰσότητος· μηδὲ μίξωμεν τὸν ἡμέτερον πλοῦτον ἀλλοτρίοις δάκρυσιν, ὑφ' ὧν ὡς ἰὸς καὶ σὴς ἀναλωθήσεται, ἢ, τό γε τῆς γραφῆς εἰπεῖν, ἐξεμεθήσεται. ἀλλὰ ἐσμὲν τοσοῦτοι [i]ἀποπληστότεροι; ἔστι καὶ πλεονεκτῆσαι καλῶς. δῶμέν τι μικρὸν ἐντεῦθεν, ἵν' ἐκεῖθεν πλουτήσωμεν.

(a) Τὸ δὲ περισσὸν, τίνος; Alludit Gregorius, inquit Nicetas, ad illud Chriſti, apud Matth. v. 37. *Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.* Eodem modo innuit Theologus, ea, quæ neceſſariis vitæ uſibus ſuperſunt, ab impuro ſpiritu eſſe; id tamen eloqui non audet, ne quid triſtioris ominis habeat Oratio.

(b) οἶδ' ὅτι. Sic omnes Codices. Sic legit Pirchymerus, qui reddit: *vos autem, rectè novi, intelligitis.* Deeſt οἶδα in Ed.

(c) Μετριώτατον. Tres Regg. quatuor Colb. Or. 1. Paſſ. μετριώτερον.

(d) Ψιχίων. Tres Regg. Or. 1. Paſſ. ψιχῶν.

(e) Τὸν ἠλκωμένον. Sic tres Regg. duo Coisl. duo Colb. & Or. 1. In Par. ed. εἱλκωμένον. Mox, pro βεβλημμένον, in quibuſdam habetur, βεβλημένον.

(f) Τοῦ πένητος. Sic quinque Regg. Coisl. 1. Or. 1. Paſſ. Deeſt τοῦ in Ed.

(g) Δακτύλῳ. Plures Codices, δακτύλου.

(h) Ἀγαθοῖς καὶ πονηροῖς. Paſſ. ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ πονηρούς.

(i) Ἀποπληστότεροι; Sic Regg. bm. ph. cum interrogationis nota. In Editis, ἀπληστότεροι.

ια ιϛ. Ταῦτα μὲν [a] οὖν ἤδη κοινὰ πρὸς πάντας, οὐ [b] τοὺς ἐν πολιτείᾳ μόνον, τὰ προσαγγέλματα· κοινὰ γὰρ καὶ κοινῆς ἀῤῥωσίας τὰ φάρμακα. σὺ δὲ ἀπόγραφε δικαίως ἡμᾶς, [c] ὁ τῶν ἡμετέρων [c] φόρων ἀπογραφεύς· ἀπόγραφε, μὴ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐπιμελῶς, ὧν οὐδὲν, ἢ μικρὸν τὸ κέρδος, ἢ [d] εἰς ἀκοῆς χάριν καὶ ἡδονὴν, ἀλλὰ τὸν ἐμὸν λαὸν ὁσίως καὶ φιλανθρώπως· αἰδεσθεὶς, εἰ μή τι ἄλλο, ἢ τὸν καιρὸν αὐτὸν, ὅτι καὶ ὁ Ζωτὴρ ἐν ἀπογραφῇ τίκτεται· ἐξῆλθε γὰρ δόγμα, φησὶ, παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, τοῦ [e] ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ ἀπεγράφετο· ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἐν Βηθλεὲμ σὺν Μαριὰμ [f] τῇ μεμνηστευμένῃ [f] αὐτῷ γυναικὶ ἀπογράψασθαι, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ· καὶ τηνικαῦτα ὁ Ζωτὴρ τίκτεται, [g] τὸ θαυμάσιον, ὁ πάντων [g] δημιουργὸς καὶ [h] δεσπότης, [h] ἐν φάτνῃ καὶ μικρῷ καταλύματι. φοβηθῶμεν τὸ μυστήριον· αἰδεσθῶμεν τὴν [i] [i] οἰκονομίαν, καὶ αὐτοὶ τῷ καιρῷ τι συνεισενέγκωμεν. νῦν Ἄγγελοι χαίρουσι, νῦν ποιμένες παραστράπτονται, νῦν ἀστὴρ ἐξ ἀνατολῶν τρέχει πρὸς τὸ μέγιστον φῶς καὶ ἀπρόσιτον· νῦν Μάγοι προσπίπτουσι, καὶ δωροφοροῦσι, καὶ τὸν πάντων βασιλέα γινώσκουσι, καὶ καλῶς τῷ ἀστέρι τεκμαίρονται τὸν οὐράνιον· νυνί τε Ἡρῴδης μαίνεται, καὶ παιδοφονεῖ, καὶ διὰ τὸν ἐλευθερωτὴν, ἀναιρεῖ τοὺς τῆς ἐλευθερίας τυγχάνειν ὀφείλοντας. ἀλλ' ἡμεῖς γε μετὰ τῶν προσκυνούντων γενώμεθα, καὶ προσενέγκωμεν τῷ δι' ἡμᾶς πλουτήσαντι μέχρι καὶ σώματος, μὴ λίβανον, μηδὲ χρυσὸν, μηδὲ σμύρναν· [k] τὸν μὲν ὡς Θεῷ, τὸν δὲ ὡς βασιλεῖ, τὴν δὲ ὡς γευσαμένῳ δι' ἡμᾶς [l] νεκρότητος· ἀλλὰ δῶρα μυστικὰ, καὶ ὑπὲρ τὸ φαινόμενον· τό γε μηδὲν λαβεῖν, μηδὲ τῷ πλούτῳ τι συγχωρῆσαι κατὰ πενίας, μηδ' ἀδικῆσαι τὸ πλάσμα διὰ τοῦ πλάσματος.

XII. Hæc quidem præcepta non ad eos ſolùm, qui Rempublicam gerunt, ſed etiam ad omnes communiter ſpectant. Communis enim morbi communia quoque medicamenta ſunt. Tu verò qui tributa noſtra in publicas rationes refers, fac nos juſtè deſcribas: id age, non ut ſedulò & accuratè Orationes meas, quarum, vel nulla, vel parva utilitas eſt, vel auribus tantùm grata atque jucunda, ſed populum meum ſanctè & humanè deſcribas: ſi nihil aliud, at certè tempus hoc reverentiâ proſecutus; quandoquidem ipſe quoque Salvator deſcriptionis tempore naſcitur. *Exiit* enim, inquit, *edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis:* & quidem deſcribebatur. *Aſcendit autem & Joſeph in Bethleem, ut cum Maria deſponſata ſibi uxore profiteretur, eò quòd eſſet de domo & familia David.* Atque eo tempore Salutis author in lucem prodiit, res admiranda! omnium rerum opifex & dominus, in exiguo & ignobili diverſorio. Myſterium hoc timeamus: Chriſti incarnationem revereamur: in gratiam temporis nos quoque aliquid erogemus. Nunc *Angeli* gaudent, *Paſtores luminis fulgore* perſtringuntur: nunc *ab Oriente* ad lucem maximam & inacceſſabilem *Stella* currit: nunc Magi procumbunt, ac dona offerunt, omniúmque regem agnoſcunt, & ex ſideris aſpectu cœleſtem egregiè conjecturâ aſſequuntur. Nunc Herodes furit, & *pueros* obtruncat, & propter libertatis noſtræ vindicem, eos, qui in libertatem aſſerendi erant, de medio tollit. At nos ab adorantibus ſtemus; eíque qui noſtræ ſalutis causâ eò pauperatis ſe demiſit, ut corpus etiam acciperet; non thus, non aurum, non myrrham, primum ut Deo, ſecundum ut regi, tertium, ut ei qui noſtrâ causâ mortem deguſtavit, offeramus: ſed myſtica dona, iíſque, quæ oculis cernuntur, ſublimiora; nimirum, ut nihil accipiamus, nec divitiis quidquam adverſus paupertatem concedamus, nec Dei creaturam per aliam creaturam injuriâ afficiamus.

Ad omnes ſpectant hæc præcepta.

Julianum alloquitur.

Luc. II. 1. *& ſeq.*

Chriſtus deſcriptionis tempore natus.

Luc. II. 9. *& ſeq.* *Matth.* II. 1. *& ſeq.*

Matth. II. 16.

Myſtica dona Deo oferenda.

ιγ. Σὺν Χριστῷ γράφεις, σὺν Χριστῷ ταλαντεύεις, σὺν τῇ κεφαλῇ δοκιμάζεις, μετὰ τοῦ λόγου λογίζῃ· Χριστὸς ἄρτι γεννᾶταί σοι, καὶ Θεός ἐστι, καὶ ἄνθρωπος γίνεται, καὶ ἀνθρώποις συναναστρέφεται. τί τοῦ λόγου [m] δηλοῦντος; ἐμοὶ [m] δοκεῖ, εἰς νουθεσίαν τῶν

XIII. Cum Chriſto deſcribis, cum Chriſto tributum expendis, cum capite cenſuram facis, cum Verbo rationem ſubducis. Nunc Chriſtus tibi naſcitur, & Deus eſt, & homo efficitur, & cum hominibus converſatur. Quid autem ſibi vult hic ſermo? Sanè, niſi me ſententia fallit, eos,

Naſcitur Chriſtus, ut Deſcriptores ad miſericordiam adducat.

(a) Οὖν. Deeſt in Ed.
(b) Τοὺς. Paſſ. τοῖς.
(c) Φόρων ἀπογραφεύς. Sic Coisl. 1. In Coisl. 2. & Ed. γραφεύς. Deeſt φόρων in Ed.
(d) Εἰς. Deeſt in Regg. c. d. & Coisl. 1.
(e) Ἀπογράφεσθαι. Tres Regg. Coisl. 1. Paſſ. ἀπογράψασθαι.
(f) Αὐτῷ γυναικί. Sic Reg. c. Deeſt γυναικὶ in Ed.
(g) Δημιουργός. Or. 1. ποιητής, *factor.*
(h) Ἐν φάτνῃ. Reg. ph. & Coisl. 1. ἐν φάτνῃ, *in præſepio.*
(i) Οἰκονομίαν. Billius: *humanitatem aſſumptam.*
(k) Τὸν μὲν ὡς Θεῷ &c. Billius: *partim ut Deo, partim ut Regi, partim* &c.
(l) Νεκρότητος. Paſſ. νεκρώσεως, *mortalitatem.*
(m) Δοκεῖ. Sic Coisl. 1. In Ed. δοκεῖν.

quibus hujuſmodi munera commiſſa ſunt, admonet, Deum unà ſemper maximis rerum adminiſtrationibus comitem intereſſe. Et quidem, ut Deſcriptores pudore quodam afficiat, ac commoveat, eo tempore carnem aſſumit, & cum hominibus verſatur: ut autem ſervituti noſtræ ſolatium afferat, animíque æquitatem veluti lege ſanciat, (nam ne id quidem contemptim prætereundum eſt,) non modò ſuo, ſed etiam Petri, Diſcipulorum omnium cariſſimi, nomine, *didrachmum pendit.* Nam *propter nos homo factus erat, ſervíque formam ſuſcepit, & pro iniquitatibus noſtris ad mortem ductus eſt.* Hæc Salvator fecit, ídque cùm voluntate ſolâ nobis, utpotè Deus, ſalutem afferre poſſet, quemadmodùm & univerſam rerum machinam ſolo juſſu atque imperio procreavit. Majus autem, & ad incutiendum pudorem accommodatius nobis contulit, nempè pietatem ac miſericordiam, atque honoris æqualitatem. Quid verò nos, Chriſti Diſcipuli, illius, inquam, mitis & benigni, & qui nobis uſqueadeò miniſtravit? Non Magiſtri pietatem nobis imitandam proponemus? Non benignos ac faciles noſipſos conſervis præbebimus, ut talem ipſi quoque Dominum experiamur, nobis videlicet *eâdem menſurâ, quâ menſi fuerimus, repenſurum?* Non animas noſtras lenitate redimemus? Satis ſupérque grave eſt liberis hominibus ſervitute premi, tantúmque inter eos, qui ex eadem terræ maſſa coagmentati ſunt, intereſſe, ut alii imperent, alii imperio teneantur: alii tributa conſtituant, alii tributi causâ deſcribantur: alii injuriam inferre, malóque afficere impunè poſſint, alii, ne quid patiantur, laborent, ac precibus contendant: eáque circa unam & eandem imaginem, circa unam & eandem dignitatis præſtantiam contingere, circa ejuſdem vitæ hæredes, & pro quibus Chriſtus æquè mortuus eſt. Satis, inquam, hæc liberis hominibus moleſta ſunt; ne quid huic jugo ponderis addatur, ne quid pœnæ illi, quâ primum noſtrum peccatum mulctatum eſt, acerbitatis accedat.

Didrachmum pendit.

Matth. XVII. 26.

Phil. II. 7.

Iſai. LIII. 5.

Chriſti benignitas imitanda.

Luc. VI. 38.

XIV. Utinam funditùs pereat vitium, & primum illius ſemen, ac Pravus ille, qui, *dormientibus nobis, zizania ſuperſeminavit*, ut mali principium ex boni incuria naſceretur, non ſecus ac tenebrarum principium, eſt lucis feceſſio. Hæc nobis lignum illud invexit, & amarus eſus, & invidus ſerpens, & lex violata, quæ

Primi hominis peccatum malorum omnium origo.

Matth. XIII. 25.

τὰ τοιαῦτα [a] πιϛευομένων, ὅτι ταῖς μεγίϛαις τῶν διοικήϛεων Θεὸς ἀεὶ ϛυνεισέρχεται. καὶ ἵνα μὲν [b] καταιδέϛειε τοὺς ἀπογράφοντας, τηνικαῦτα ὁμιλεῖ ϛαρκὶ καὶ ἀνθρώποις· ἵνα δὴ ϖαμυθήϛηται τῆς δουλείας ἡμᾶς, καὶ τὴν εὐγνωμοϛύνην νομοθετήϛῃ, οὐδὲ γὰρ τοῦτο παροπτέον, τελεῖ καὶ αὐτὸς τὸ δίδραχμον, καὶ οὐχ ὑϖὲρ ἑαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ Πέτρου τοῦ τιμιωτάτου τῶν μαθητῶν· ἐϖεὶ καὶ ἄνθρωϖος ἐγένετο δι' ἡμᾶς, καὶ δούλου μορφὴν [c] ἀνεδέξατο, καὶ ὑϖὲρ τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν ἦχθη εἰς θάνατον. ταῦτα μὲν ὁ ϛωτὴρ, καὶ τῷ θελήματι μόνον, ὡς Θεὸς, ϛῶϛαι δυνάμενος, ἐϖεὶ ϛ τὰ ϖάντα ϖροϛάγματι ϛυνεϛήϛατο· μεῖζον δὲ καὶ [d] δυϛωϖητικότερον [e] εἰϛήνεγκεν ἡμῖν, τὴν ϛυμϖάθειαν καὶ τὸ ὁμότιμον. τί δὲ ἡμεῖς οἱ Χριϛοῦ μαθηταὶ, τοῦ ϖρᾴου καὶ φιλανθρώϖου, καὶ τοϛοῦτον ἡμῖν λειτουργήϛαντος; ἀ [f] μιμηϛώμεθα τῶ δεϛϖότῃ τὴν εὐϛωλαγχνίαν; οὐκ ἐϛόμεθα χρηϛοὶ τοῖς ὁμοδούλοις, ἵνα τοιούτου τύχωμεν καὶ αὐτοὶ τοῦ Κυρίου μετροῦντος, ὡς ἂν μετρήϛωμεν; οὐ [g] κτηϛώμεθα τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ϗ τῆς ἡμερότητος; ἔρκει δουλεύειν τοῖς ἐλευθέροις, καὶ τοϛοῦτον εἶναι τὸ ϗϕορον, ὥϛτε τοῦ αὐτοῦ χοὸς, τὸ μὲν κρατεῖν, τὸ δὲ ἄρχεϛθαι· καὶ τὸ μὲν τάϛϛειν φόρους, τὸ δὲ ἀπογράφεϛθαι· καὶ τοῖς μὲν ἀδικεῖν ἐξεῖναι καὶ ποιεῖν κακῶς, [h] τοῖς δὲ ὑϖὲρ τοῦ [i] μὴ ϖαθεῖν δεῖϑαι καὶ ἀγωνίζεϑαι· καὶ ταῦτα εἶναι ϖρὸς τὴν μίαν εἰκόνα, καὶ τὸ ἓν ἀξίωμα, τοὺς τῆς αὐτῆς ζωῆς κληρονόμους, ὑϖὲρ ὧν Χριϛὸς ὁμοίως ἀϖέθανεν· ἔρκει ταῦτα τοῖς ἐλευθέροις· μὴ βαρυνέϛθω δὲ ὁ ζυγὸς, μηδὲ τῆς ϖροῖτης ἡμῶν ἁμαρτίας τὸ ἐϖιτίμιον.

ιδ. Ὡς ἀϖόλοιτο ἡ κακία, καὶ ἡ ϖροῖτη ταύτης καταβολὴ, καὶ ὁ καθεύδουϛιν ἡμῖν ἐϖιϛωρείρας τὰ ζιζάνια ϖονηρὸς, ἵν' ἔρχῃ τοῦ κακοῦ γένηται τὸ ἀμελῆϛαι τοῦ ἀγαθοῦ, ὥϛϖερ καὶ ϛκότους ἡ τοῦ φωτὸς ὑϖοχώρηϛις· ταῦτα τὸ ξύλον, καὶ ἡ ϖικρὰ γεῦϛις, καὶ ὁ βάϛκανος ὄφις, καὶ ἡ ϖλάνη ἐν ἱδρῶτι τοῦ ϖροϛώϖου

(a) Πιϛευομένων. Regg. c. d. & Coisl. 1. πεπιϛευμένων.
(b) Καταιδέϛειε. Plures Regg. & Coisl. 1. καταιδέϛῃ. Plurimi Colb. καταιδήϛῃ.
(c) Ανεδέξατο. Quatuor Regg. & Or. 1. ἀνέλαβε.
(d) Δυϛωϖητικότερον. Or. 1. δυϛωϖητικώτερον.
(e) Εἰϛήνεγκεν.... τὸ ὁμότιμον. Coisl. 3. τὸ ὁμοδοῦλον, *ſervitutis æqualitatem.* Hæc Gregorii verba non malè interpretatur Nicetas de humanis affectibus, quos induit Chriſtus, noſtram aſſumens naturam, nobiſque per omnia, præter peccatum, factus ſimilis: διὰ τοῦτο γέγονεν ἄνθρωϖος ϛυμϖαθήϛας ἡμῖν, καὶ ὁμότιμος γενόμενος, ἵνα ταῦτα δυϛωϖούμενοι φιλανθρωϖευώμεθα. *Propterea factus eſt homo, affectus noſtros in ſe recipiens, perindè ac nos malis obnoxius, ut nos pudore perfuſi humaniores eſſemus.*
(f) Μιμηϛώμεθα. Quatuor Regg. μιμηϛόμεθα.
(g) Κτηϛώμεθα. Plures Regg. & Colb. κτιϛόμεθα.
(h) Τοῖς δέ. Or. 1. τοὺς δέ.
(i) Μὴ ϖαθεῖν. Deeſt μή in Paſſ.

ϖροϛώϖου

πρωτώπου ζῆν κατακρίνασα. ἐντεῦθεν γυμνὸς ἐγὼ καὶ ἀσχήμων, καὶ τὴν γύμνωσιν ἔγνων, καὶ τὸν δερμάτινον χιτῶνα ἠμφιασάμην, a καὶ τοῦ παραδείσου [a] διέπεσον, καὶ εἰς τὴν γῆν ἀπεσράφην, ὅθεν ἐλήφθην, ἐν τοῦτο ἀντὶ τρυφῆς ἔχων, τὰ ἐμαυτοῦ γινώσκειν κακά· καὶ b λύπην κατεκρίθην ἄπαυσον ἀντὶ τῆς [b] μικρᾶς ἡδονῆς, καὶ πόλεμον πρὸς τὸν φιλωθέντα κακῶς, καὶ δι' ἧς γεύσεως ὑπερεπάσαντα· c ταῦτα τῆς κακίας ἐμοὶ τὰ ἐπίχειρα. [c] ἐντεῦθεν τὸ γεννᾶσθαι μόχθῳ, καὶ ζῆν, καὶ λύεσθαι. αὕτη μήτηρ χρείας, ἡ δὲ πλεονεξίας, ἡ δὲ d πολέμων, πόλεμοι δὲ [d] φόρων πατέρες, οἱ δὲ τῆς κατακρίσεως τὸ βαρύτατον. ἀλλ' ἡμεῖς γε μὴ τὸ πρόστιμον ἐπιτείνωμεν, ὑπὸ τὴν αὐτὴν κείμενοι καταδίκην, μηδὲ ἄλλοις κακοὶ γενώμεθα· φιλανθρωπίαν ἡμᾶς τὴν εἰς ἀλλήλους ἀπαιτεῖ Θεὸς, κἂν ὑπ' αὐτοῦ κολαζώμεθα.

hanc pœnam irrogavit, ut *in ſudore vultûs* nobis victus ſit parandus. Hinc ego nudus & indecorus, & nuditatem cognovi, & pelliceam veſtem indui, & è paradiſo dejectus ſum, atque ad terram, ex qua ſumptus fueram, averſus ſum, id unum deliciarum loco habens, quòd calamitates meas cognitas habeam: & pro exigua voluptate, perpetuo mœrore damnatus ſum; eámque pœnam pendo, ut mihi cum eo, qui malè in meam amicitiam irrepſit, ac per arboris guſtum in fraudem me induxit, bellum gerere ſit neceſſe. Hoc mihi peccati præmium. Hinc factum eſt, ut in labore & ærumna naſcar, & vivam, ac moriar. Hinc indigentia nata eſt; ex indigentia cupiditas, ex cupiditate bella, ex bellis porrò tributa, quibus in divina condemnatione nihil gravius eſt & acerbius. At nos ſaltem, ne mulctam augeamus, cùm eidem pœnæ obnoxii ſimus, nec malè cum aliis agamus. Mutuam erga nosipſos benignitatem Deus à nobis expoſcit, etiamſi ab ipſo puniamur.

Gen. III. 19.

Homo in labore & ærumna naſcitur, vivit, & moritur.

(f) Διὰ καθάρσεως &c. His verbis docet Gregorius, ad divinæ Sapientiæ ſtudium puritatem requiri, nec niſi qui purus eſt, ad Deum poſſe pertingere. Hinc Caſaubonus in Præfatione Epiſt. VII. ſancti Gregorii Nyſſeni ad Euſtathiam, Ambroſiam & Baſiliſſam, hæc habet : *Non alia ſententia fuit, tum aliorum veteris Eccleſiæ Patrum, tum Gregorii Nazianzeni, viri ſine controverſia maximi, & qui ob exquiſitam rerum divinarum notitiam cum pari facundia & eruditione junctam, gloriosiſſimum Theologi nomen tulit. Hic igitur vir tantus gravisſimum & verè gemmeum libellum, quo de divinæ Sapientiæ ſtudio diſputat, ita concludit ut oportere dicat :* διὰ καθάρσεως κτῆσαι τὸ καθαρόν, per purgationem, eum, qui purus eſt, adipiſcere. *Deindè autem iter affectantibus ad Dei divinarumque rerum notitiam, doctor fideliſſimus hanc compendiariam viam oſtendit, ut per Domini mandata iter capeſſant, ſi ad veram ſapientiam pervenire velint. Actiones namque ſunt veluti gradus, quibus ad cæleſtem veritatem aſcenditur.* Βέλει θεολόγος γίνεσθαι ; &c.
(g) Προσταγμάτων. Or. 1. πραγμάτων.
(h) Φιλοπόνησον. Reg. Cypr. φιλοσόφησον.
(i) Ος. Sic Or. 1. & Baſ. In Ed. ὡς.
(k) Ἄλλου μέν. Reg. Cypr. ἄλλος μὲν ἄλλου.
(l) Πάντως. Deeſt in Or. 1.
(m) Τυχόν. Reg. Cypr. εἰ τυχόν.

Perfecta Dei cognitio juſtis in cœleſti regno reſervata.

I. Cor. XIII. 12.

quantò eſſentia Dei eſſentiam tuam antecellit. Pollicitationem habemus fore, ut aliquandò *tantùm cognoſcamus, quantùm cogniti ſumus.* Si fieri non poteſt, ut perfectam in hac vita rerum cognitionem aſſequamur, quid mihi reliquum eſt? Quid in ſpe poſitum? Regnum cœlorum, proculdubiò inquies. Atqui illud nihil aliud eſſe exiſtimo, quàm ejus, quod puriſſimum & perfectiſſimum eſt, adeptionem. Perfectiſſima porrò rerum omnium eſt Dei cognitio. Verùm eam, partim teneamus, partim, quandiù in terra verſamur, percipere ſtudeamus, partim in futurum ævum reſervemus, ut hunc laborum induſtriæque noſtræ fructum habeamus, nimirùm totam ſanctæ Trinitatis illuminationem, quæcunque tandem, & qualis, & quanta illa ſit, ſi ita loqui fas eſt, in ipſo Chriſto Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

A [a] τὸ δὲ ἀληθείας [b] τοσοῦτον λείπῃ, ὅσον τὸ a b
εἶναί σου δεύτερον τοῦ εἶναι Θεοῦ. ἔχομεν
ἐπαγγελίαν γνώσεσθαί ποτε, ὅσον ἐγνώσμεθα.
εἰ μὴ δυνατὸν ἐνταῦθα ἔχειν τελείαν τὴν τῶν
ὄντων γνῶσιν, [c] τί μοι τὸ λειπόμενον; τί τὸ c
ἐλπιζόμενον; βασιλείαν οὐρανῶν, [d] πάντως d
ἐρεῖς. ἡγοῦμαι δὲ μὴ ἄλλό τι τοῦτο εἶναι, ἢ τὸ
τυχεῖν τοῦ καθαρωτάτου τε καὶ τελεωτάτου·
τελεώτατον δὲ πᾶσι ὄντων γνῶσις Θεοῦ. ἀλλὰ
τὸ μὲν κατάσχωμεν, τὸ δὲ καταλάβωμεν, ἕως
B ἐσμὲν ὑπὲρ γῆς· τὸ δὲ ἐκεῖθεν ταμιευσώμεθα,
ἵνα ταύτην σχῶμεν τῆς φιλοπονίας τὴν
ἐπικαρπίαν, ὅλην τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν
ἔλλαμψιν, ἥ τίς ἐστι, καὶ οἵα, καὶ ὅση, εἰ
θέμις τοῦτο εἰπεῖν, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ
Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα [e] καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς e
αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

(*a*) Τὸ δὲ ἀληθείας. Or. I. τῆς δὲ ἀληθείας.

(*b*) Τοσοῦτον λείπῃ. Reg. Cypr. τοσοῦτο λείπει.

(*c*) Τί μοι &c. Billius vertendo: *id, quod reſtat, honore afficere*, videtur legiſſe, τίμα. Sic legit Leuvenklaius, & reddit: *venerare id quod tibi deeſt.*

(*d*) Πάντως. Regg. a. bm. Or. I. Par. ἴσως, *fortaſſe.* Alii, ἴσως πάντως.

(*e*) Καὶ τὸ κράτος. Hæc deſunt in Reg. a. duobus Colb. & Or. I.

MONITUM

MONITUM

IN ORATIONEM VIGESIMAM-PRIMAM.

I. *In hac Panegyrica Oratione, cujus meminit Hieronymus, quamque Eulogius Alexandrinus honorificè commendat, magni Athanasii laudes prosequitur Gregorius. Tanta siquidem erat ipsius sanctitatis fama, ut Orator ipsomet exordio, se,* Athanasium laudando, virtutem laudare *profiteatur. Et certè, Sanctissimum Antistitem cum eximiis veteris ac novi Testamenti viris conferens, eum nullatenùs ipsorum virtutibus imparem exhibet.* Alios enim, *inquit*, exæquavit, ab aliis paululùm abfuit, nonnullos etiam anteceſſit. *Et deindè præcipua ipsius vitæ capita pertractans, ostendit, quanta & quàm præclara adversus Arii errores in Nicæna Synodo præstiterit, quot exilia ejus invicta fides subierit, quanto apparatu, quantoque hominum concursu in urbe ab exilio redux, exceptus fuerit; atque, ut uno verbo absolvam, tot & tam eximia Athanasii facta hæc Oratio complectitur, ut, quam invictissimi hujus Catholicæ fidei propugnatoris historiam conscribere optaverat, eam perditam, aut non scriptam vix desiderare liceat. Plura etiam de Constantii ac Juliani Imperatorum vita & moribus, de Arii audacia, dignoque ipsius impietatis exitu commemorat; & quidquid de vera ac sanctissima Trinitate sentiendum sit, Athanasii laudibus mirificè innectens, Sabellii Ariique sequaces undequaque confundit & exagitat.*

Orationis argumentum. Hier. de Script. Eccle. ed. Baſ. 1529. pag. 149. Eulog. in Photii Bibl. Cod. CCXXVI. Or. XXI. n. 1. *Ibid.* n. 4.

II. *Hanc Orationem Constantinopoli habitam fuisse existimant eruditi. Sic censent Nicetas & Tillemontius. Atque id colligitur ex his Theologi verbis:* Neque pium, *inquit*, neque tutum est, cùm impiorum hominum vita memoriæ prodatur, eximios pietate viros silentio prætermittere; in ea præsertim civitate, quam vix etiam multa pietatis exempla servare possint; quippè quæ, ut Circos & Theatra, ita res quoque divinas pro ludo habeat. *Sic enim his ultimis verbis altera Roma designatur. Præterea eodem modo loquitur Gregorius in Oratione* XXII. de Pace, *quam Constantinopoli pronunciatam fuisse nemo dubitat. Hæc etiam optimè consonant cum iis, quæ de Constantinopoli tradunt Historiæ monumenta. Credimus quoque dictam sexto nonas Maii, quo die à Græcis pariter & Latinis Athanasii memoria celebratur. Constat enim, ut in Cypriani encomio testatur Gregorius, Martyrum memoriam fuisse annuis ac solemnibus festis celebratam. Undè licet conjicere hanc Orationem in anniversario Athanasii festo habitam fuisse. Quo autem anno, non ita perspicuum est. Si Tillemontio habeatur fides, is videtur annus 379. Illud tamen non ita fidenter asserimus, ut in sequentem annum differri non posse existimemus.*

Quo tempore habita hæc Oratio. Till. Tom. IX. p. 439. Or. XXI. n. 5. Or. XXII. n. 8. Socr. hist. lib. V. c. 7. & seq. Theod. hist. lib. IV. c. 24. Or. XXIV. n. 1. Till. Tom. IX. p. 439.

IN LAUDEM MAGNI ATHANASII

Episcopi Alexandrini.

Aliàs, & nunc 21.

ORATIO VIGESIMA-PRIMA.

Habita die secundâ Maii anni 379.

I. ATHANASIUM laudans, virtutem laudabo. Idem enim est illum dicere, quòd virtutem laudibus efferre, quoniam virtutes omnes in unum collectas tenebat, vel, ut verius loquar, tenet. Deo quippè vivunt omnes, qui secundum Deum vixerunt, etiam si ex hac vita migrarint. Undè & Deus, *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob* dicitur, *ut viventium Deus, non mortuorum.* Virtutem autem laudans, Deum laudabo, à quo virtus hominibus fluit, illúdque, ut per cognatam illuminationem ad eum evehantur, vel potiùs reducantur. Nam cùm multa & magna sint, atque adeò tot & tanta, ut nemo ea sermone complecti possit, quæ nos à Deo jam habemus, jamjamque habituri sumus; maximum tamen & humanissimum est, propensio ad eum atque familiaritas. Nam quod rebus sensibilibus est Sol, hoc iis, quæ animo & ratione intelliguntur, est Deus. Ille enim mundum hunc aspectabilem collustrat, hic invisibilem; ille corporis oculos ita afficit, ut lumen ipsius intueri possint, hic mentes divinas reddit. Atque ut ille, cùm, & iis quæ oculorum sensu prædita sunt, & iis quæ aspectu sentiuntur, hanc vim tribuat, ut & illa videre, & hæc visu percipi possint, interim tamen ipse omnia, quæ oculis subjecta sunt, pulchritudine antecellit: eodem modo Deus, cùm tam iis, quæ intelligentiâ utuntur, quàm quæ mente & intellectu comprehenduntur, hoc afferat, ut illa & intelligant, & hæc intelligentiâ percipiantur, ipse tamen intelligibilium omnium summus est vertex, in quo desiderium omne consistit ac defigitur, & nequaquàm supra eum fertur. Nec enim quidquam sublimius habet, aut omninò habebit mens ulla, quantumvis philosophica sit, & altissimè tendens, ac summè curiosa. Hoc etenim rerum omnium expetendarum extremum est, quò cùm pervenerimus, omnis speculatio conquiescet.

Virtutes omnes in Athanasio laudantur.

Matth. XXII. 32.

Sol mundum visibilem, Deus invisibilem collustrat.

Beatus, qui cum Deo

II. Cuicunque igitur terrenâ mole per rationem & contemplationem perruptâ, so-

[a] ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΝ [a]

Επίσκοπον Αλεξανδρείας.

ΛΟΓΟΣ κα.

A α. ΑΘΑΝΑΣΙΟΝ ἐπαινῶν, ἀρετὴν ἐπαινέσομαι. ταυτὸν γὰρ, ἐκεῖνόν τε [b] εἰ- b πεῖν, καὶ ἀρετὴν ἐπαινέσαι, ὅτι πᾶσαν ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν εἶχε τὴν ἀρετὴν, ἢ, τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἔχει. Θεῷ γὰρ ζῶσι πάντες οἱ κατὰ Θεὸν ζήσαντες, κἂν ἐνθένδε ἀπαλλαγῶσι. καθ' ὃ ☪ Αβραὰμ, ☪ Ισαὰκ, καὶ Ιακὼβ ἀκούει Θεὸς, ὁ [c] Θεὸς, ὡς οὐ νε- c κρῶν Θεὸς, ἀλλὰ ζώντων. ἀρετὴν ᾄ ἐπαινῶν, Θεὸν ἐπαινέσομαι, παρ' ἧ τοῖς ἀν-
B θρώποις ἡ ἀρετὴ, καὶ τὸ θεὸς αὐτὸν ἀνάγεσθαι, ἢ ἐπανάγεσθαι δι' ἀχῆς [d] συγχύσεως ἐλ- d λάμψεως. πολλῶν γὰρ ὄντων ἡμῖν καὶ μεγάλων, ἃ μὲν οὖν εἴποι τις ἂν ἥλικον καὶ ὅσον, ὧν ἐκ Θεοῦ ἔχομέν τε καὶ ἐξόμεθα, τοῦτο μέγιστον ☪ φιλανθρωπότατον, ἡ θεὸς
[e] αὐτὸν νεῦσις τε καὶ οἰκείωσις. ὅπερ γάρ ἐστι e τοῖς αἰσθητοῖς ἥλιος, τοῦτο τοῖς νοητοῖς Θεός. ὁ μὲν γὰρ τὸν ὁρώμενον φωτίζει κόσμον, ὁ δὲ τὸν ἀόρατον· καὶ ὁ μὲν τὰς σωματικὰς
C ὄψεις [f] ἡλιοειδεῖς, ὁ δὲ τὰς νοερὰς φύσεις f θεοειδεῖς ἀπεργάζεται. καὶ ὥσπερ ἔστος [g] τοῖς g τε ὁρῶσι καὶ τοῖς ὁρωμένοις, τοῖς μὲν τὴν τοῦ ὁρᾶν, τοῖς δὲ τὴν τοῦ ὁρᾶσθαι παρέχων δύναμιν, αὐτὸς τῶν ὁρωμένων ἐστὶ τὸ κάλλιστον· οὕτω Θεὸς τοῖς νοοῦσι καὶ τοῖς νοουμένοις, τοῖς μὲν τὸ νοεῖν, τοῖς δὲ τὸ νοεῖσθαι δημιουργῶν, αὐτὸς τῶν νοουμένων ἐστὶ τὸ ἀκρότατον, εἰς ὃν πᾶσα ἔφεσις ἵσταται, καὶ ὑπὲρ ὃν οὐδαμοῦ φέρεται. οὐδὲ
D γὰρ ἔχει τι ὑψηλότερον, ἢ ὅλως [h] ἕξει, οὐδὲ h ὁ φιλοσοφώτατος νοῦς καὶ δραβατικώτατος, ἢ πολυπραγμονέστατος. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τῶν ὀρεκτῶν ἔσχατον, καὶ οὗ γνομένοις πάσης θεωρίας ἀνάπαυσις.

β. Ω τινι μὲν οὖν ἐξεγένετο διὰ λόγου καὶ θεωρίας διασχόντι τὴν ὕλην καὶ τὸ σαρ-

(*a*) Εἰς τὸν μέγαν &c. Reg. Chrys. ἐγκωμίον εἰς τὸν μέγαν Αθανάσιον. *Encomium in magnum Athanasium.* Reg. bm. ἐπιτάφιος λόγος εἰς Αθανάσιον Επίσκοπον Αλεξανδρείας. *Funebris in Athanasium Alexandriæ Episcopum Oratio.* Verùm hic titulus perperàm inscribitur. *Hæc enim Oratio*, juxta Nicetam, *non funebris, ut quidam existimarunt, sed purè panegyrica est. Nullas siquidem lamentationes aut consolationes continet, nec ad Athanasii sepulchrum pronunciata est. Nam cùm Gregorius in Constantinopolitana urbe commoraretur, imperante Theodosio, hanc Orationem conscripsit. Magnus autem Athanasius anteà, Valente imperium obtinente, ad Deum migraverat.*

(*b*) Εἰπεῖν. Coisl. 1. ἐπαινεῖν, *laudare.*

(*c*) Θεὸς, ὡς ἐ νεκρῶν Θεὸς, ἀλλὰ ζώντων. *Non ut mortuorum Deus, sed viventium.* Sic Regg. plures, duo Coisl. Or. 1. &c. Deest in Ed. ὡς ἐ νεκρῶν Θεός. In quibusdam legitur, ὡς ἐχὶ νεκρῶν Θεός.

(*d*) Συγχύσεως. Or. 1. addit ἡμῖν.

(*e*) Αὐτόν. Sic Regg. a. c. d. undecim Colb. Jes. &c. In Ed. αὐτό.

(*f*) Ηλιοειδεῖς... Θεοειδεῖς. *Solem videntes... Deum videntes.* Hæc utriusque vocis esse videtur significatio. Quare hic locus sic reddi potest: *ille efficit, ut corporis oculi solem videant, hic quoque efficit, ut naturæ rationis compotes Deum videant.*

(*g*) Τοῖς τε ὁρῶσι. Sic quatuor Regg. Deest τε in Ed.

(*h*) Εξει. Sic Regg. quinque, octo Colb. Coisl. 1.

κικὸν τοῦτο, εἴτε νέφος χρὴ λέγειν, εἴτε
a [a] προκάλυμμα, Θεῷ συγγενέσθαι, καὶ τῷ
ἀκραιφνεσ7άτῳ φωτὶ κραθῆναι, καθόσον ἐφ-
ικτὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, μακάριος οὗτος, τῆς
b τε ἐντεῦθεν ἀναβάσεως, καὶ τῆς [b] ἐκεῖσε θεώ-
σεως, ἣν τὸ γνησίως φιλοσοφῆσαι χαρίζεται,
καὶ τὸ ὑπὲρ τὴν ὑλικὴν δυάδα γενέσθαι, δι᾽
τὴν ἐν τῇ Τριάδι νοουμένην ἑνότητα. ὅς τις
c δὲ [c] ὑπὸ τῆς συζυγίας χείρων ἐγένετο, καὶ
τοσοῦτον τῷ πηλῷ συνεσχέθη, ὡς μὴ δυ-
νηθῆναι ἐμβλέψαι πρὸς τὰς τῆς ἀληθείας
αὐγὰς, μηδὲ ὑπὲρ τὰ κάτω γενέσθαι, γε-
γονὼς ἄνωθεν, καὶ πρὸς τὰ ἄνω καλού-
μενος, ἄθλιος οὗτος ἐμοὶ τῆς τυφλώσεως,
κἂν εὑροῇ τοῖς ἐνταῦθα, ἢ τοσούτῳ πλέον,
ὅσῳ περ ἂν μᾶλλον ὑπὸ τῆς εὐροίας παίζη-
ται, ☪ πείθηται ἀλλό τι καλὸν εἶναι πρὸ
τοῦ ὄντος καλοῦ, πονηρὸν πονηρᾶς δόξης
καρπὸν δρεπόμενος, ἢ ζόφον κατακριθῆναι,
ἢ ὡς πῦρ ἰδεῖν, ὃν ὡς φῶς οὐκ ἐγνώρισεν.

lutâque hâc carnali, ſive nubes, ſive obvelatio dicenda eſt, cum Deo commercium habere, ac puriſſimæ luci, quantùm humanæ naturæ datum eſt, commiſceri licuerit, is duplici nomine beatus prædicari debet; tum quòd hinc ſurſùm aſcenderit, tum quòd deificationem illam ſit conſecutus, quam verum & ſincerum philoſophiæ ſtudium conciliat, ac mentis ſupra terrenum binarium elatio, propter eam, quam in Trinitate intelligimus, unitatem. Qui autem ob animæ cum corpore conjunctionem deterior factus eſt, ac luto uſque adeò hæſit, ut nec in veritatis radios mentis aciem intendere, nec ſupra inferiora hæc aſſurgere queat, idque cùm deſuper originem traxerit, & ad ſupera vocetur, illum hâc cæcitate miſerum exiſtimo, etiam ſi res hujuſce vitæ illi ex animi ſententia fluant, tantóque etiam miſeriorem, quantò magis à fecundo ac felici fluxu deluſus fuerit, ſibíque aliud quodpiam bonum, vero bono præſtabilius eſſe perſuaſerit, malum utique malæ opinionis fructum decerpens, nimirùm, ut vel tenebris mulctetur, vel eum tanquam ignem videat, quem ut lucem minimè cognovit.

commercium habet.

Miſer, qui terrenis deditus, veram lucem non agnoſcit.

γ. Ταῦτα ὀλίγοις μὲν ἐφιλοσοφήθη, ἢ δὲ
νῦν, καὶ δὲ πάλαι, ὀλίγοι γὰρ οἱ τῷ Θεῷ, εἰ
☪ πάντες πλάσματα, νομοθέταις, στρατη-
γοῖς, ἱερεῦσι, Προφήταις, Εὐαγγελισταῖς,
d Αποσόλοις, ποιμέσι, διδασκάλοις, [d] ἢ παντὶ
πνευματικῷ πληρώματι καὶ συσήματι, ἐν δὲ
τοῖς πᾶσι, καὶ τῷ νῦν ἐπαινουμένῳ· τίνας δὴ
λέγω τούτους; οἷον τὸν Ενὼχ ἐκεῖνον, τὸν
Νῶε, τὸν Αβραὰμ, τὸν Ισαὰκ, τὸν Ιακὼβ,
e τοὺς δώδεκα Πατριάρχας, τὸν [e] Μωϋσέα,
τὸν Ααρὼν, τὸν Ιησοῦν, τοὺς Κριτὰς, τὸν
Σαμουὴλ, τὸν Δαβὶδ, τὸν Σολομῶντα
μέχρι τινὸς, τὸν Ηλίαν, τὸν Ελισαῖον, τοὺς
δὲ τῆς αἰχμαλωσίας Προφήτας, τοὺς μετὰ
f τὴν αἰχμαλωσίαν· [f] καὶ τὰ τελευταῖα δὴ
g ταῦτα τῇ τάξει, καὶ δὲ [g] τῇ ἀληθείᾳ,
ὅσα δὲ τὴν Χριστοῦ Σάρκωσιν, ἤτοι
δὲ σλῆψιν, τὸν δὲ τοῦ φωτὸς λύχνον, τὴν
δὲ τοῦ λόγου φωνὴν, τὸν δὲ τοῦ μεσίτου
μεσίτην, μεσίτην παλαιᾶς δ᾽ αθήκης καὶ
νέας, Ιωάννην τὸν πάνυ, τοὺς Χριστοῦ
μαθητὰς, τοὺς μετὰ Χριστὸν, ἢ λαοῦ
h δεδικαιωθέντας, ἢ [h] δι᾽ λόγου φανερωθέντας,
ἢ δι᾽ σημείων γνωρισθέντας, ἢ τελειωθέντας
δι᾽ αἵματος·

III. Hæc paucis, tam noſtræ tempeſtatis, quàm priſcis hominibus curæ ac ſtudio fuerunt, (pauci enim Dei ſunt, quamvis omnes ipſius figmenta ſint,) Legiſlatoribus, bellicis Ducibus, Sacerdotibus, Prophetis, Evangeliſtis, Apoſtolis, Paſtoribus, Doctoribus, omníque ſpirituali cœtui atque agmini, inter omnes autem eos huic quoque, in cujus laudem hæc à nobis habetur Oratio. Quos tandem hos dico? Enoch illum, Noë, Abraham, Iſaac, Jacob, duodecim Patriarchas, Moyſem, Aaronem, Joſue, Judices, Samuelem, Davidem, Salomonem aliquantiſper, Heliam, Eliſæum, Prophetas, qui vel captivitatem anteceſſerunt, vel poſt eam extiterunt. Atque hæc, ordine quidem poſtrema, cæterùm reverà prima, quæ circa Chriſti Incarnationem, ſeu humanitatis aſſumptionem, contigerunt, nimirùm lucernam illam ante Lucem, vocem ante Verbum, mediatorem ante Mediatorem, hoc eſt, eximium illum Joannem, qui medius inter vetus & novum Teſtamentum extitit, Chriſti diſcipulos, eos denique, qui poſt Chriſtum vel plebi præfuerunt, vel per ſermonem ac doctrinam in conſpicuum venerunt, vel per miracula nobilitati ſunt, vel per ſanguinem conſummati.

Pauci numerantur, qui, tum in veteri, tum in nova Lege, Deo adhæſerunt.

Paſſ. Ita etiam legit Billius. Combefiſius tamen præfert ἔχει, ut in Editis reperitur.

(a) Προκάλυμμα. Coisl. 1. addit, διαπλυσάντι.

(b) Εκεῖσε. In nonnullis, ἐκεῖθεν.

(c) Ὑπὸ τῆς συζυγίας. Sic quinque Regg. & Coisl. 1. Deeſt τῆς in Ed.

(d) Καὶ παντί. Sic Regg. a. bm. ph. Deeſt καί in Ed.

(e) Μωϋσέα. In pluribus, Μωσέα.

(f) Καί. Deeſt in nonnullis.

(g) Τῇ ἀληθείᾳ. Sic quatuor Regg. & Combef. In Ed. δὴ ἀληθείᾳ.

(h) Διὰ λόγυ φανερωθέντας, ἢ διὰ σημείων γνωρισθέντας. Quinque Regg. & Combef. διὰ σημείων γνωρισθέντας, ἢ διὰ λόγυ φανερωθέντας.

Hos paucos imitari Athanasius studuit.

IV. Ex his Athanasius alios exæquavit, ab aliis paululùm abfuit, nonnullos etiam, nisi hoc audacius à me dictum videatur, anteceſſit: atque aliorum sermonem & eruditionem, aliorum actionem, aliorum manſuetudinem, aliorum zelum, aliorum dimicationem, aliorum multa, aliorum omnia imitando consecutus, atque aliud ab alio mutuatus, quemadmodùm qui formas seu imagines singulari studio & elegantiâ pingunt, atque in unam suiipsius animam complexus, unum ex omnibus perfectum virtutis simulachrum edidit: sic videlicet se comparans, ut & diſertos actione, & rerum gerendarum facultate præditos eruditione atque eloquentiâ vinceret; aut si mavis, & doctrinæ gloriâ florentes, doctrinâ, & rebus gerendis aptiſſimos, actione superaret: atque, & iis, qui mediocrem in utroque genere laudem habebant, eò superior esſet, quòd in altero horum summè excelleret; & rursùs, iis, qui altero duntaxat genere summoperè eminebant, hoc nomine præstaret, quòd utrâque virtute polleret. Quòd si his qui ipsum ætate præceſſerunt, virtutis exemplum ipsi præbuiſſe magnum & honorificum est, non minùs certè huic nostro præclarum censeri debet, quòd posteris exemplum ipse fuerit.

Athanasii historiam conscribere exoptat Gregorius.

V. Atque omnem quidem illius vitam sermone prosequi ac laudibus efferre longius fortaſsè fuerit, quàm hujus Orationis institutum ferat, ac non tam encomii opus quàm historiæ; quam etiam ut posteris documento atque oblectationi futuram peculiari scripto mandare comprimis optarem, quemadmodùm ipse divi Antonii vitam conscripsit, monasticæ nempè vitæ præcepta sub narrationis specie tanquam latâ lege promulgans. Verùm cùm pauca ex multis illius rebus, quæque nunc nobis, ut notiora & insigniora, ultrò memoria suppeditat, commemoravimus, (ut simul & cupiditati nostræ satisfaciamus, & officium huic festo debitum persolvamus,) plura iis, quibus ea cognita sunt, relinquemus. Neque enim alioqui pium, nec tutum est, cùm impiorum hominum vita memoriæ prodatur, eximios pietate viros silentio prætermittere; ídque in ea civitate, quam vix etiam multa virtutis exempla servare possint, quippè quæ, ut Circos & theatra, ita res quoque divinas pro ludo habeat.

δ. Τούτων Ἀθανάσιος, τοῖς μὲν ἠμιλλήθη, τῶν δὲ μικρὸν ἀπελείφθη, ἔστι δὲ οὓς καὶ ὑπερέσχεν, εἰ μὴ τολμηρὸν εἰπεῖν· καὶ τῶν μὲν τὸν λόγον, τῶν δὲ τὴν ᾠδήν, τῶν δὲ τὸ ᾠδικόν, τῶν δὲ τὸν ζῆλον, τῶν δὲ τοὺς κινδύνους, τῶν δὲ τὰ πλείω, τῶν δὲ [a] τὰ ἅπαντα μιμησάμενος, καὶ ἄλλο ἀπ' ἄλλου κάλλος λαβών, ὥσπερ οἱ τὰς μορφὰς μεθ' ὑπερβολῆς γράφοντες, καὶ εἰς μίαν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν συναγαγών, ἓν ἀρετῆς εἶδος ἐκ πάντων ἀπηκριβώσατο, τοὺς μὲν ἐν λόγῳ δεινοὺς, τῇ ᾠδῇ, τοὺς ᾠδικοὺς δὲ, τῷ λόγῳ νικήσας· εἰ βούλει δὲ, λόγῳ μὲν τοὺς εὐδοκίμους ἐν λόγῳ, ᾠδῇ δὲ τοὺς ᾠδικωτάτους ὑπερβαλών· καὶ τοὺς μὲν κατ' ἀμφότερα μέσως ἔχοντας, τῷ θεῖ τὸ ἕτερον ὑπερβάλλοντι· τοὺς δὲ [b] καθ' ἕτερον ἄκρους, τοῖς ἀμφοτέροις ὑποδραμών· καὶ εἰ μέγα τοῖς ᾠδικοῦσι τὸ ᾠδάδειγμα, τούτῳ γενέσθαι τῆς ἀρετῆς, οὐχ ἧττον εἰς εὐφημίαν τῷ ἡμετέρῳ καλῷ, τὸ τοῖς μετ' αὐτὸν γενέσθαι ᾠδάδειγμα.

ε. Πάντα μὲν δὴ τὰ ἐκείνου λέγειν τε καὶ θαυμάζειν μακρότερον ἂν εἴη τυχὸν, ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν τοῦ λόγου, καὶ ἱστορίας ἔργον, οὐκ εὐφημίας· ἃ καὶ ἰδίᾳ ᾠδαδοῦναι γραφῇ παίδευμά τε καὶ ἥδυσμα τοῖς εἰς ὕστερον εὐχῆς ἔργον ἐμοὶ, ὥσπερ ὃν ἐκεῖνος [c] Ἀντωνίου τοῦ θείου βίον συνέγραψε, τοῦ μοναδικοῦ βίου νομοθεσίαν, ἐν πλάσματι διηγήσεως. ὀλίγα δὲ ἐκ πολλῶν τῶν ἐκείνου διεξελθόντες, καὶ ὅσα σχεδιάζει ἡμῖν [d] νῦν ἡ μνήμη ὡς γνωρισμώτερα, ἵνα τόν τε ἡμέτερον [e] ἀφωσιωσώμεθα πόθον, καὶ τῇ πανηγύρει τὸ εἰκὸς [f] ἐκπληρώσωμεν, τὰ πλείω τοῖς εἰδόσι παρήσομεν. οὐδὲ γὰρ ἄλλως ὅσιον, οὐδὲ ἀσφαλὲς, ἀσεβῶν μὲν βίους τιμᾶσθαι ταῖς μνήμαις, τοὺς δὲ εὐσεβείᾳ διενεγκόντας σιωπῇ [g] ᾠδαπέμψασθαι· καὶ ταῦτα ἐν πόλει, ἣν μόλις ἂν καὶ πολλὰ τῆς ἀρετῆς ὑποδείγματα ζώσειεν, ὥσπερ τοὺς ἱππικοὺς καὶ τὰ θέατρα, οὕτω δὴ καὶ τὰ θεῖα παίζουσαν.

(a) Τὰ ἅπαντα. Deeſt τά in quatuor Regg. & Or. 1.

(b) Καθ' ἕτερον. Coisl. 1. καθ' ἑκάστερον.

(c) Ἀντωνίου τοῦ θείου βίου... ἐν πλάσματι διηγήσεως. Nicetas: σχηματισάμενος διηγεῖσθαι τὰ τοῦ θείου Ἀντωνίου, κανόνας ἐξέθετο μοναδικούς. *Prætextens Antonii res geſtas narrare, vitæ Monaſticæ regulas conſcripſit.* Et Scholiasta Codicis Cyprii monet cavendum, ne fictio existimetur, quòd ἐν πλάσματι διηγήσεως, *ſub narrationis ſpecie*, dicatur Athanasius Antonii vitam scripsisse, vir à mendacio remotiſſimus; sed Antonii vitam ab Athanasio scriptam, esse monasticæ vitæ normam ac disciplinam: Ἐν πλάσματι. ἐχ ὅτι ἐπλάσατο λέγει τὴν κατὰ Ἀντώνιον ἱστορίαν· μὴ λέγοιτο... ἀλλ' ὁ λέγει τοιοῦτον ἐστίν· ἡ τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου βίου συγγραφὴ, νομοθεσία ἦν τοῦ μοναδικοῦ βίου &c.

(d) Νῦν. Deeſt in quinque Regg. & Or. 1.

(e) Ἀφωσιωσώμεθα. Reg. 1302. ἀφοσιωσώμεθα.

(f) Ἐκπληρώσωμεν. Unus Reg. ἐκπληράσαντες.

(g) Παραπέμψασθαι. Regg. c. d. octo Colb. Or. 2. παραπέμπεσθαι.

ς. Ἐκεῖνος

Athanasius divinis moribus ac disciplinis imbutus.

Sacros libros meditatur.

Sacrum Sacerdotii munus suscipit.

ς. Ἐκεῖνος ἐτράφη μὲν εὐθὺς ἐν τοῖς θείοις A ἤθεσι καὶ παιδεύμασιν, ὀλίγα τῷ ἐγκυκλίων φιλοσοφήσας, τοῦ μὴ δοκεῖν παντάπασι τῷ τοιούτων ἀπείρως ἔχειν, μηδὲ ἀγνοεῖν ὧν [a] ὑπεῖδεῖν ἐδοκίμασεν. [a] οὐδὲ γὰρ ἠνέσχετο τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς καὶ φιλότιμον ἐν τοῖς ματαίοις ἀσχοληθῆναι, οὐδὲ ταυτὸν παθεῖν τῶν ἀθλητῶν τοῖς ἀπείροις, οἳ τὸν ἀέρα πλείω παίοντες, ἢ τὰ σώματα, τῶν ἄθλων ἀποτυγχάνουσι. καὶ πᾶσαν μὲν παλαιὰν βίβλον, πᾶσαν δὲ νέαν ἐκμελετήσας, ὡς B οὐδεμίαν ἕτερος, πλουτεῖ μὲν θεωρίαν, πλουτεῖ δὲ βίου λαμπρότητα, καὶ πλέκει θαυμασίως ἀμφότερα, τὴν χρυσῆν ὄντως σειρὰν, καὶ τοῖς πολλοῖς ἄπλοκον· βίῳ μὲν ὁδηγῷ θεωρίας, θεωρίᾳ δὲ σφραγίδι βίου χρησάμενος. ἀρχή τε γὰρ Σοφίας φόβος Κυρίου, οἷόν τι πρῶτον σπάργανον· καὶ Σοφία τὸν φόβον ὑπερβᾶσα, καὶ εἰς τὴν ἀγάπην ἀναβιβάσασα, Θεοῦ φίλους ἡμᾶς καὶ υἱοὺς ἀντὶ δούλων ἐργάζεται.

VI. Ille igitur in divinis moribus ac disciplinis statim educatus est, cùm liberalibus artibus per exiguum temporis spatium tribuisset, ne videlicet hujusmodi rerum omninò rudis & ignarus, eáque nescire, quæ sibi contemnenda duxerat, videretur. Neque enim nobilem & egregiam animi indolem vanis studiis occupari sustinuit, eodémque modo affici, quo imperiti Athletæ, qui dum aërem plus quàm corpora feriunt, præmiorum spe frustrantur. Atque, & veteris, & novi Testamenti libros omnes ita permeditatus, ut ne unum quidem quispiam alius, non modò contemplatione, sed etiam morum ac vitæ splendore ditatur, ac mirificè utrumque connectit, catenam verè auream, & quæ à plerisque minimè necti queat: hanc nimirùm rationem iniens, ut & vitâ duce ad contemplationem uteretur, & contemplatione vitam obsignaret. Nam & timor Domini principium est sapientiæ, velut primum quoddam incunabulum; & sapientia, cùm timorem excesserit, atque ad charitatem nos subvexerit, ex servis jam amicos Dei ac filios efficit.

ζ. Τραφεὶς δὲ οὕτω καὶ παιδευθεὶς, ὡς ἔδει γε καὶ νῦν τοὺς λαοῦ προστήσεσθαι μέλλοντας, καὶ τὸ μέγα [b] τοῦ Χριστοῦ σῶμα μεταχειρίζεσθαι, κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ Θεοῦ βουλήν τε καὶ πρόγνωσιν, ἣ πόρρωθεν καταβάλλεται τῶν μεγάλων πραγμάτων τὰς ὑποθέσεις, τῷ μεγάλῳ βήματι τούτῳ ἐγκαταλέγεται, καὶ τῶν ἐγγιζόντων εἰς τῷ ἐγγίζοντι Θεῷ γίνεται, καὶ τῆς ἱερᾶς ἀξιοῦται στάσεώς τε καὶ τάξεως, καὶ πᾶσαν D τὴν τῶν βαθμῶν ἀκολουθίαν διεξελθὼν, ἵνα τὰ ἐν μέσῳ συντέμω, τὴν τοῦ λαοῦ πρεσβείαν πιστεύεται, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, τῆς οἰκουμένης πάσης ἐπιστασίαν· καὶ οὐκ ἔχω λέγειν, πότερον ἀρετῆς ἆθλον, ἢ τῆς Ἐκκλησίας πηγὴν καὶ ζωὴν, τὴν ἱερωσύνην λαμβάνει. ἔδει γὰρ ἐκλείπουσαν ταύτην τῷ δίψει τῆς ἀληθείας, ὥσπερ τὸν Ισμαὴλ, ποτισθῆναι, ἢ, d c ὥσπερ [c] τὸν Ηλίαν, ἐκ τοῦ χειμάρρου [d] κατεψυγμένης ἀνομβρίᾳ τῆς γῆς ἀναψύξαι, καὶ E μικρὰ πνέουσαν ἀναζωοποιηθῆναι, κ᾽ σπέρμα τῷ Ισραὴλ ὑπολειφθῆναι· ἵνα μὴ γενώμεθα e ὡς Σόδομα [e] καὶ Γόμορρα, ὧν πρεσβύτος μὲν ἡ κακία, πρεσβυτοτέρα δὲ ἡ ἀπώλεια, f πυρὶ καὶ θείῳ [f] κατακλυσθέντων. διὰ τοῦτο g ἠγέρθη κέρας σωτηρίας ἡμῖν [g] ἤδη κειμένοις,

VII. Sic porrò educatus & institutus, (ut nunc quoque eos oporteret, qui plebis Antistites futuri, magnúmque Christi corpus tractaturi sunt, secundum magnum Dei consilium ac præscientiam, quæ magnarum rerum materiam longè antè præstruit,) in magnum hunc Sacerdotum ordinem cooptatur, atque in eorum, qui appropinquanti Deo appropinquant, numerum adscribitur, ac sacrosanctæ stationis & ordinis honore afficitur, cunctísque Ecclesiasticorum graduum muneribus deinceps perfunctus, (ut quæ media sunt resecem,) Alexandrino populo, quod idem est, ac si dixissem universo terrarum orbi, præficitur. Neque satis constituere possum, virtutísne præmium, an, ut esset Ecclesiæ fons ac vita, hujusmodi dignitatem acceperit. Hanc enim oportebat, veritatis siti languentem ac propè confectam, Ismaëlis instar, potione refici, aut, velut Heliam, refrigeratâ per siccitatem terrâ, è torrente refocillari, paululúmque spirantem ad vitam revocari, ac semen Israëli relinqui; ne ut Sodoma & Gomorra efficeremur, quarum celebris quidem est improbitas, celebrior autem interitus, incolis nempè igni & sulphure oppressis atque obrutis. Propterea nobis jam jacentibus cornu salutis erectum est, lapísque angularis, nos, & sibi, & inter nos constringens, opportunè

(a) Οὐδὲ γάρ. Sic sex Regg. & Or. 1. In Ed. ἐ γάρ.
(b) Τῷ Χριστῷ. Per *Christi corpus*, intelligitur, vel *Ecclesiæ cœtus*, cujus caput est Christus, vel *sacra Eucharistia*.
(c) Τὸν Ηλίαν. Deest τὸν, in pluribus Codd.
(d) Κατεψυγμένης.... τῆς γῆς. Coisl. 1. & Par. κατεψυγμένην τὴν γῆν.
(e) Καὶ Γόμορρα. Reg. Cypr. καὶ τὰ τῆς Γομόρρας πάθωμεν.
(f) Κατακλυσθέντων. In quibusdam, κατακαυσθέντων.
(g) Ηδὴ κειμένοις. Sic Regg. plures, Coisl. 2. Pass. Sic etiam legunt Nicet. & Bill. In Ed. Par. ἠδικημένοις, *injuriâ affectis*.

injectus est ; aut ignis malæ & vitiosæ materiæ purgator, aut rusticum ventilabrum, quo, inter dogmata, levia à gravibus discernuntur, aut gladius vitii radices exscindens : atque adeò Verbum belli socium invenit, & Spiritus hominem, qui pro se spiret, nanciscitur.

A καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος, συνδέων ἑαυτῷ τε καὶ ἀλλήλοις ἡμᾶς, ἐνεβλήθη κατὰ καιρὸν, ἢ πῦρ καθαρτήριον τῆς φαύλης ὕλης καὶ μοχθηρᾶς, ἢ φλύον γεωργικὸν, ᾧ τὸ κοῦφον τῶν δογμάτων καὶ τὸ βαρὺ διακρίνεται, ἢ μάχαιρα τὰς τῆς κακίας ῥίζας ἐκτέμνουσα· καὶ ὁ Λόγος εὑρίσκει τὸν ἑαυτοῦ σύμμαχον, καὶ τὸ Πνεῦμα καταλαμβάνει τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ πνεύσοντα.

Totius populi suffragiis Alexandriæ Episcopus creatur.

VIII. Sic igitur, atque ob eas causas, totius populi suffragiis, non autem secundum pravum exemplum, quod posteà inolevit, neque per vim ac cædem, sed apostolico & spirituali modo ad Marci thronum evehitur, non minùs pietatis, quàm sedis successor ; tempore quidem ab eo remotissimus, pietate autem illi proximus invenietur ; quæ quidem propriè successio existimanda est. Nam qui eandem fidei doctrinam profitetur, ejusdem quoque throni socius est : qui autem contrariam sententiam tuetur, adversarius quoque in throno censeri debet. Atque hæc quidem nomen, illa verò rem ipsam & veritatem habet successionis. Neque enim qui per vim irrupit, successor habendus est, sed qui vim perpessus est : nec qui leges violavit, sed qui modo legibus consentaneo creatus est : nec qui contraria dogmata tenet, sed qui eâdem fide præditus est ; nisi quis fortassè ita successorem dicat, quemadmodùm morbum sanitati, & tenebras luci, & tempestatem tranquillitati, & mentis alienationem prudentiæ succedere dicimus.

η. Οὕτω μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα, ψήφῳ B τοῦ λαοῦ παντὸς, οὐ κατὰ τὸν ὕστερον νικήσαντα πονηρὸν τύπον, οὐδὲ φονικῶς τε καὶ τυραννικῶς, ἀλλ' Ἀποστολικῶς τε καὶ πνευματικῶς, ἐπὶ τὸν Μάρκου θρόνον ἀνάγεται, οὐχ ἧττον τῆς εὐσεβείας, ἢ τῆς [a] προεδρίας διάδοχος· τῇ μὲν γὰρ πολλοστὸς a ἀπ' ἐκείνου, τῇ δὲ εὐθὺς μετ' ἐκεῖνον εὑρίσκεται, ἢν δὴ καὶ κυρίως ὑπολητέον διαδοχήν. τὸ μὲν γὰρ ὁμόγνωμον καὶ ὁμόθρονον, τὸ δὲ ἀντίδοξον καὶ ἀντίθρονον· [b] καὶ b
C ἡ μὲν προσηγορίαν, ἡ δὲ ἀλήθειαν ἔχει διαδοχῆς. οὐ γὰρ ὁ βιασάμενος, ἀλλ' ὁ βιασθεὶς διάδοχος, οὐδὲ ὁ παρανομήσας, ἀλλ' ὁ προβληθεὶς ἐννόμως· οὐδὲ ὁ τἀναντία δοξάζων, ἀλλ' ὁ τῆς αὐτῆς πίστεως· εἰ μὴ οὕτω τις λέγοι διάδοχον, ὡς νόσον [c] ὑγι- c
είας, καὶ φωτὸς σκότος, καὶ ζάλην γαλήνης, καὶ συνέσεως ἔκστασιν.

Non tyrannicè se gerit in throno.

IX. Posteaquàm autem ad hunc modum Præsul designatus est, ad hunc quoque protinùs modum imperium administrat. Non enim simul atque ad thronum pervenit, velut qui tyrannidem quandam aut hæreditatem præter spem arripuerunt, statim ob saturitatem in petulantiam prorupit ; hoc enim adulterinorum Sacerdotum est, & eorum qui obrepserunt, quique munere quod profitentur, indigni sunt : qui cùm nihil priùs ad Sacerdotium attulerint, nullas ærumnas virtutis causâ pertulerint, discipuli simul magistríque pietatis creantur, aliósque antè purgant, quàm ipsi purgati fuerint : heri sacrilegi, hodie Sacerdotes ; heri prophani, hodie Sacrorum Antistites ; veteres vitio, pietate rudes & recentes ; quod gratiæ ac favoris humani, non Spiritûs opus est ; qui cùm cætera omnia violenter pervaserint, ad extremum ipsam quoque pietatem tyrannide premunt : quorum non mores dignitati, sed dignitas

θ. Ἐπεὶ δὲ ἅτω προβάλλεται, οὕτω & D τὴν [d] ἀρχὴν διατίθεται. οὐ γὰρ ὁμοῦ τε καταλαμβάνει τὸν θρόνον, ὥσπερ οἱ τυραννίδα τινὰ, ἢ κληρονομίαν [e] παρὰ δόξαν ἁρπάσαντες, & ὑβρίζει διὰ τὸν κόρον· ταῦτα γὰρ τῶν νόθων καὶ παρεγγράπτων [f] ἱερέων ἐστὶ, & τοῦ ἐπαγγέλματος ἀναξίων· οἳ μηδὲν τῇ ἱερωσύνῃ προεισενεγκόντες, μηδὲ τὲ καλοῦ προλαλαιπωρήσαντες, ὁμοῦ τε μαθηταὶ καὶ διδάσκαλοι τῆς εὐσεβείας ἀναδείκνυνται, καὶ πρὶν καθαρθῆναι καθαίρουσι· χθὲς ἱερόσυλοι, καὶ σήμερον ἱερεῖς· χθὲς τῶν ἁγίων ἔξω, καὶ μυσταγωγοὶ σήμερον· παλαιοὶ τὴν κακίαν, καὶ σχέδιοι τὴν εὐσέβειαν· ὃ ἔργον χάριτος ἀνθρωπίνης, οὐ τῆς τε Πνεύματος· ὃ ὅταν πάντα διεξέλθωσι βιαζόμενοι, τελευταῖον τυραννοῦσι καὶ τὴν εὐσέβειαν· ὧν οὐχ ὁ τρόπος τὸν βαθμὸν, ὁ βαθμὸς δὲ τὸν τρόπον

(a) Προεδρίας. Or. 1. addit, ἐκείνης, *non minùs pietatis, quàm sedis illius successor.*

(b) Καὶ ἡ μὲν προσηγορίαν &c. Reg. a, καὶ ἡ μὲν προσηγορία, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐδείχθη διαδοχῆς.

(c) Υγιείας. Reg. bm. ὑγίας.

(d) Ἀρχήν. Nicetas, ἀξίαν, *sic munere fungitur.*

(e) Παρὰ δόξαν. Reg. ph. Bas. Till. παράδοξον.

(f) Ἱερέων. Billius, *Præsulum.* Non malè ; hîc namque agitur *de adulterinis Sacerdotibus*, qui, nullâ virtute, imò cum multis vitiis, *ad thronum perveniunt.*

πιστεύεται, ὥσθ' πολὺ τῆς τάξεως ἐναλ- A
λαττομένης· οἱ πλείους ὑπὲρ ἑαυτῶν, ἢ τῶν
τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων, τὰς θυσίας ὀφείλουσι·
καὶ πάντως τῶν δύω τὸ ἕτερον ἁμαρτάνουσιν,
ἢ τῷ δεῖσθαι συγγνώμης, ἄμετρα συγγινώσκοντες, ὡς ἂν μήτε ἀνακόπτοιτο κακία,
ἀλλὰ καὶ διδάσκοιτο, ἢ τῇ τραχύτητι τῆς
ἀρχῆς, τὰ ἑαυτῶν συγκαλύπτοντες· ὧν οὐδέτερον ἐκεῖνος, ἀλλ' ἦν ὑψηλὸς μὲν τοῖς ἔργοις, ταπεινὸς δὲ τῷ φρονήματι· καὶ τὴν
μὲν ἀρετὴν ἀφθόνητος, τὴν ἐντυχίαν δὲ καὶ B
λίαν εὐπρόσιτος, πρᾶος, ἀόργητος, συμπαθὴς, ἡδὺς τὸν λόγον, ἡδίων τὸν τρόπον,
ἀγγελικὸς τὸ εἶδος, ἀγγελικώτερος τὴν διά-
a νοιαν, ἐπιτιμῆσαι [a] γαληνὸς, ἐπαινέσαι παιδευτικός· καὶ μηδέτερον τῶν καλῶν τῇ ἀμετρίᾳ λυμήνασθαι, ἀλλὰ ποιῆσαι καὶ τὴν
ἐπιτίμησιν πατρικὴν, καὶ τὸν ἔπαινον ἀρχικόν· μήτε τὸ ἀπαλὸν ἕκλυτον, μήτε σύφον τὸ αὐχηρόν· ἀλλὰ τὸ μὴν ἐπιείκειαν, τὸ C
b δὲ φρόνησιν, καὶ [b] φιλοσοφίαν ἀμφότερα·
ἐλάχιστα μὲν λόγου διὰ τὸν τρόπον δεόμενος ἀρκοῦντα πρὸς παιδαγωγίαν· ἐλάχιστα δὲ ῥάβδου διὰ τὸν λόγον· ἔτι δὲ ἐλάττω τομῆς, διὰ τὴν ῥάβδον μετρίως πλήττουσαν.

moribus fidem astruit, ordine admodùm præpostero: qui denique plura *pro suis*, *Hebr.* IX. 7.
quàm pro populi ignorantiis, sacrificia debent; ac prorsùs duorum alterum peccant, vel quia veniâ ipsi opus habent, ultra modum aliis ignoscentes, ut sic vitium non modò non reprimatur, sed etiam doceatur, vel quia imperii acerbitate peccata sua obtegunt: quorum utrumque fugiens Athanasius, vitâ quidem sublimis erat, verùm animo humilis; atque eâ quidem virtute, ut nemo ad eam aspirare posset, Paternâ caritate vitium increpat, virtutem extollit.
cæterùm eâ comitate, ut ad ejus congressum facilis omnibus aditus pateret, mansuetus, ab ira alienus, ad miserationem propensus, sermone jucundus, moribus jucundior, facie angelicus, animo magis angelicus; in increpando placidus, in laudando erudiendi vim habens; sic utrumque temperans, ut neutrum horum per immoderationem labefactaret, verùm & increpatio paternam charitatem, & laudatio imperio dignam gravitatem obtineret: nec aut mollities dissoluta, aut severitas rigida & tetrica esset; quin potiùs illa facilitatis & benignitatis, hæc prudentiæ nomen haberet, utraque verò sapientiæ laudem consequeretur; ita denique se comparans, ut nec sermone, propter mores abundè ad institutionem sufficientes, magnoperè opus haberet; nec rursùs, propter vim facultatémque dicendi, virgâ admodùm egeret; sectione porrò multò minùs, ob virgam moderatè ferientem.

1. Τί ἂν ὑμῖν ἀναζωγραφοίην τὸν ἄνδρα; Παῦλος προλαβὼν ἔγραψε· τοῦτο μὲν, ἐν D
οἷς τὸν ἀρχιερέα τὸν μέγαν, τὸν διεληλυθότα
τοὺς οὐρανοὺς ἀνυμνεῖ· τολμήσει γάρ μοι
καὶ μέχρι τούτων ὁ λόγος, ἐπειδὴ Χριστὸς οἶδε
c [c] καλεῖν ἡ γραφὴ τοὺς ζῶντας κατὰ Χριστόν·
d τοῦτο δὲ, ἐν οἷς Τιμοθέῳ [d] πρὸς αὐτὸν γράφων
e νομοθετεῖ, τυπῶν τῷ λόγῳ τὸν [e] ἐπισκοπῆς
προστησόμενον. εἰ γὰρ ὡς κανόνα τὸν νόμον
προσθείης τῷ ταῦτα ἐπαινουμένῳ, γνώσῃ
ζαφῶς τὴν εὐθύτητα· δεῦρο δὴ συμπανηγυρίσατέ μοι πρὸς τὸν λόγον κάμνοντι, καὶ E
τὰ μὲν πλείω προσπερέχειν ἐθέλοντι, ἄλλο
τε δὲ ὑπ' ἄλλου κατεχομένῳ, καὶ οὐκ
f ἔχοντι τὸ [f] νικῶν εὑρεῖν, ὥσπερ ἐν ζώματι
πανταχόθεν ἴσῳ τε καὶ καλῷ· ἀεὶ γάρ μοι
τὸ προσπεσὸν κάλλιον φαίνεται, καὶ τοῦτο
g συναρπάζει τὸν λόγον. δεῦρο οὖν [g] μοι διέλεσθε
τὰ ἐκείνου καλὰ, ὅσοι τῶν ἐκείνου ἐπαινέται
καὶ μάρτυρες, καὶ ἀγῶνα καλὸν ἀγωνίσασθε

X. Quid autem vobis hominem de- Athanasius verè Episcopus.
scribere attinet? Hunc Paulus antevertens depinxit; sive cùm *Pontificem illum magnum*, qui cœlos penetravit, deprædicat; (huc enim usque progredi non dubitabit Oratio, cùm Scriptura eos, qui secundum Christum vivunt, pro Christis agnoscat,) sive cùm Timotheo in Epistola, quam ad eum scribit, leges imponit, *Hebr.* IV. 14. *I. Timoth.* III. 2.
eum, qui Ecclesiæ Antistes futurus est, sermone fingens atque informans. Nam si legem eam, velut regulam quandam, ei, qui ab his rebus laudatur, admoveris, quàm recta ea sit, liquidò perspicies. Agite igitur, ac mecum laudationis munus suscipite. Nam circa Orationem laboro, ac multa quidem prætermittere cupio; verùm aliàs ab alio detineor, neque, quod præcellit, reperire queo, velut in corpore undequaque æquali atque eleganti. Mihi enim, ut quidque occurrit, ita pulchrius ac præstantius videtur, & Orationem ad se rapit. Facite igitur, quicunque laudum illius præcones ac testes estis, ut virtutes illius inter vos partiamini, ac præclarum Laudandus ab omnibus.

(a) Γαληνός... παιδευτικός. Regg. plures optimæ notæ, γαληνῶς... παιδευτικῶς. *Placidè increpando, laudando salubriter*
(b) Φιλοσοφίαν. Nicetas, ἀρετήν. *virtutem.*
(c) Καλεῖν ἡ γραφή. Hæc desunt in Regg. a. d. & Bas.
(d) Πρὸς αὐτόν. Deest in Reg. d.
(e) Ἐπισκοπῆς. Coisl. 2. aliique, τῆς ἐπισκοπῆς.
(f) Νικῶν. Jes. νικᾶν.
(g) Μοι διέλεσθε. Deest μοί in Reg. ph. In aliis autem pro διέλεσθε, legitur διέλθετε, *enarretis.*

certamen inter vos ineatis, viri simul & feminæ, adolescentes & virgines, senes & juvenes, Sacerdotes & populus, Monachi & in sodalitio viventes, qui simplicitatis alumni estis, & qui exactioris vitæ studiosi, omnes denique, quorum vita, vel in contemplatione, vel in rebus gerendis versatur. Hic illius, velut corpore vacantis ac materiæ expertis, in jejuniis atque orationibus assiduitatem laudibus evehat, ille insuperabilem in vigiliis ac psalmodiis vigorem. Alius egentium curam & præsidium, alius, ut vel superbis & elatis restiterit, vel ad humiles se demiserit, narret. Virgines pronubum laudent; quæ matrimonii jugo constrictæ sunt, moderatorem; qui solitariam vitam agunt, excitatorem & erectorem; qui in sodalitio vivunt, Legislatorem; simplices, deductorem; speculationi dediti, Theologum; præcipites, frænum; calamitosi, consolatorem; canities, baculum; juventus, prædagogum; paupertas, largitorem; divitiæ, dispensatorem. Quin mihi videntur, & viduæ patronum laudaturæ; & pupilli, patrem; & pauperes, pauperum studiosum; & peregrini, hospitalem; & fratres, fratrum amantem; ægrotantes, medicum, idque cujuscumque morbi ac medicamenti volueris; sani, valetudinis custodem; omnes denique eum, qui omnia omnibus factus est, ut omnes, vel quàm plurimos lucrifaceret.

A Deo virtutibus decoratus.

XI. Hæc igitur, ut diximus, alii mirentur & prædicent, quibus tantùm otii suppetit, ut exiguas illius virtutes laudibus prosequantur. Exiguas porrò cùm dico, ipsum secum comparans dico, ipsiúsque virtutes cum ipsius virtutibus conferens; (neque enim id quod *glorificatum est, glorificatum est*, etiam si valdè sit splendidum, propter exuberantem gloriam, velut litteris sacris proditum est;) alioqui pauca etiam illius ornamenta ejusmodi sunt, ut ad nominis celebritatem aliis abundè esse queant. Nobis autem, (nec enim ferendum est, nos relicto verbo, rebus levioris momenti ministrare,) ad id, quod laudum ipsius caput est, convertenda est Oratio. Deo verò, cujus causâ hunc quoque sermonem instituimus, acceptum referendum erit, si quidpiam dixerimus, quod illius grandiloquentiæ animíque virtuti respondeat.

II. Cor. III. 10.

πρὸς ἀλλήλους, ἄνδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, [a] πρεσβύται μετὰ νεωτέρων, ἱερεῖς καὶ λαὸς, οἱ μοναδικοὶ καὶ μιγάδες, οἱ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἀκριβείας, ὅσοι τῆς θεωρίας, καὶ ὅσοι τῆς πράξεως. ὁ μὲν ἐπαινείτω τὸ ἐν νηστείαις καὶ προσευχαῖς, οἷον ἀσώματόν τε καὶ ἄϋλον, ὁ δὲ τὸ ἐν ἀγρυπνίαις τε καὶ ψαλμῳδίαις [b] εὐτονόν τε καὶ ἀήττητον. ἄλλος τὸ ἐν θεοστασίᾳ τῶν δεομένων, ἄλλος τὴν [c] πρὸς τὸ ὑπερέχον ἀντιτυπίαν, ἢ πρὸς τὸ ταπεινὸν συγκατάβασιν· αἱ παρθένοι, τὸν νυμφαγωγόν· αἱ ὑπὸ ζυγὸν, τὸν ζωφρονιστήν· οἱ τῆς ἐρημίας, [d] τὸν πτερωτήν· οἱ τῆς ἐπιμιξίας, τὸν νομοθέτην· οἱ τῆς ἁπλότητος, τὸν ὁδηγόν· οἱ τῆς θεωρίας, τὸν θεολόγον· οἱ ἐν [e] εὐθυμίαις, τὸν χαλινόν· οἱ ἐν συμφοραῖς, τὴν παράκλησιν· τὴν βακτηρίαν, ἡ πολιά· τὴν παιδαγωγίαν, ἡ νεότης· ἡ πενία, [f] τὸν πορισήν· ἡ εὐπορία, τὸν οἰκονόμον. δοκοῦσί μοι καὶ χῆραι τὸν θεοστάτην ἐπαινέσεσθαι· καὶ ὀρφανοὶ, τὸν πατέρα· καὶ πτωχοὶ, τὸν φιλόπτωχον· καὶ τὸν φιλόξενον, οἱ ξένοι· καὶ ἀδελφοὶ, τὸν φιλάδελφον· οἱ νοσοῦντες, τὸν ἰατρὸν, ἢν βούλει νόσον καὶ ἰατρείαν· οἱ ὑγιαίνοντες, τὸν φύλακα τῆς [g] ὑγείας· οἱ πάντες, τὸν πᾶσι πάντα [h] γινόμενον, ἵνα κερδάνῃ τοὺς πάντας, ἢ πλείονας.

ια. Ταῦτα μὲν οὖν, ὅπερ εἶπον, ἄλλοι θαυμαζέτωσάν τε καὶ ἀνυμνείτωσαν, οἷς σχολὴ τὰ μικρὰ τῶν ἐκείνου θαυμάζειν. μικρὰ δὲ ὅταν εἴπω, αὐτὸν ἑαυτῷ συγκρίνων λέγω, ἢ τὰ ἐκείνου τοῖς ἐκείνου παρεξετάζων· [i] οὐ γὰρ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον, κἂν ᾖ λίαν λαμπρὸν, [k] ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης, ὥσπερ ἠκούσαμεν· ἐπεὶ καὶ ὀλίγα τῶν τούτου ἑτέροις αὐτάρκη πρὸς εὐδοκίμησιν. ἡμῖν δὲ, οὐ γὰρ ἀνεκτὸν [l] καταλείπουσι τὸν λόγον, διακονεῖν τοῖς [m] ἐλάττουσιν, ἐπ' αὐτὸ τὸ [n] κυριώτατον τῶν ἐκείνου τρεπτέον· Θεοῦ δὲ ἔργον, ὑπὲρ οὗ ὁ λόγος, εἰπεῖν τι τῆς ἐκείνου μεγαληγορίας καὶ ψυχῆς ἄξιον.

(a) Πρεσβύται. Reg. hu. & Combef. πρεσβύτεροι, *senes cum junioribus.*

(b) Εὔτονόν τε. Deest τε, in quinque Regg. & Or. 1.

(c) Πρὸς τὸ ὑπερέχον ἀντιτυπίαν. *Ut elatis restiterit*, id est, *Præcellentibus, Imperatoribus, Præfectis, pietatis ac fidei hostibus, Hæreticis, Ethnicis* &c.

(d) Τὸν πτερωτήν. *Alas addentem, sublimi volatu excitantem.*

(e) Εὐθυμίαις. Jes. εὐθυμία.

(f) Τὸν πορισήν. *Qui victui necessaria subministret.*

(g) Ὑγείας. Duo Regg. ὑγιείας.

(h) Γινόμενον. Quatuor Regg. Or. 2. Comb. γενόμενον.

(i) Οὐ γὰρ δεδόξασται &c. Alludit Theologus ad hæc verba Apost. II. Cor. III. 10. *Nam nec glorificatum est; quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam &c.* Ea siquidem ad Athanasii laudes accomodans, significat illius virtutes, quas priùs per congeriem enumeraverat, quamvis maximâ laude dignæ sint, parvas tamen haberi posse, si cum iis, quas mox allaturus est, comparentur.

(k) Ἕνεκεν. Plures Codd. εἵνεκεν.

(l) Καταλείπουσι. Reg. d. Or. 1. Combef. καταλιπεῖσι. Alludit Gregorius ad hæc Petri verba Act. VI. 2. *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.*

(m) Ἐλάττουσιν. Regg. a. c. d. & quatuor Colb. ἐλάττοσι.

(n) Κυριώτατον. Par. καιριώτατον.

16. Hv

ιϛ. Ἦν ὅτε ἤκμαζε τὰ ἡμέτερα, καὶ καλῶς εἶχεν, ἡνίκα τὸ μὲν φαυλότερον τοῦτο, καὶ κατεγλωττισμένον τῆς Θεολογίας καὶ ἔντεχνον, οὐδὲ πάροδον εἶχεν εἰς τὰς θείας αὐλάς· ἀλλὰ ταυτὸν ἦν ψήφοις τε παίζειν, τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως, ἢ κατορχεῖσθαι τῶν θεατῶν παντοίοις καὶ ἀνδρογύνοις λυγίσμασι, καὶ φαῦλον Θεοῦ λέγειν τι καὶ ἀκούειν [a] καινότερον καὶ φαύεργον· τὸ δὲ ἁπλοῦν τε καὶ εὐγενὲς τοῦ λόγου, εὐσέβεια [b] ἐνομίζετο. ἀφ' οὗ δὲ [b] Σέξτοι, καὶ Πύῤῥωνες, καὶ ἡ ἀντίθετος γλῶσσα, ὥσπερ τι νόσημα δεινὸν καὶ κακόηθες, ταῖς Ἐκκλησίαις ἡμῶν εἰσεφθάρη, καὶ ἡ φλυαρία παίδευσις ἔδοξε, καὶ ὅ φησι φαῦλον Ἀθηναίων ἡ βίβλος τῶν φαύξεων, εἰς οὐδὲν ἄλλο εὐκαιροῦμεν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν [c] καινότερον. ὦ τίς Ἱερεμίας [d] ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν καὶ σκοτόμαιναν· ὁ μόνος εἰδὼς ἐξισοῦν θρήνους πάθεσι.

XII. Fuit quondam tempus, cùm res noſtræ florerent, ac præclarè ſe haberent, cùm nimirùm ſuperflua hæc, & verborum lepôre atque arte fucata tractandæ Theologiæ ratio, ad divinas caulas ne aditum quidem habebat: verùm idem erat calculis ludere, inverſionis celeritate oculorum obtutum fallentibus, aut omnigenis & laſcivis corporis flexibus ſpectatores ludificari, quod novi quidpiam ac curioſi de Deo vel dicere vel audire: ſimplex contrà ingenuuſque ſermo atque doctrina, pietas exiſtimabatur. Verùm poſteaquàm Sexti, & Pyrrhones, & contradicendi libidine incitata lingua, velut gravis quidam ac malignus morbus, in Eccleſias noſtras magno noſtro malo irrepſerunt, ac nugacitas doctrinæ atque eruditionis opinionem tulit, (quódque Actuum liber de Athenienſibus narrat,) ad nihil aliud vacamus, quàm ut novi aliquid dicamus vel audiamus. O quis Jeremias confuſionem noſtram caliginémque deplorabit! Ipſe ſolus lamentationes calamitatibus exæquare novit. Effrenatæ linguæ pruriго nova & impia dogmata induxit. *Act.* xvii. 21.

ιγ. Ταύτης τῆς λύσσης ἦρξατο μὲν Ἀρειος, ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, ὃς καὶ δίκην ἔδωκεν ἀπολάστου γλώσσης, τὴν ἐν βεβήλοις τόποις κατάλυσιν, [e] εὐχῆς ἔργον, οὐ νόσου γενόμενος, καὶ τὴν Ἰούδα ῥῆξιν ὑποστὰς, ἐπ' ἴσῃ θεοδοσίᾳ τοῦ Λόγου. δραδεξάμενοι δὲ ἄλλοι τὴν νόσον, τέχνην ἀσεβείας ἐδημιούργησαν, οἳ τῷ ἀγεννήτῳ τὴν θεότητα περιγράψαντες, τὸ γεννητὸν οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκπορευτὸν ἐξώρισαν τῆς θεότητος, ὀνόματος κοινωνίᾳ μόνον τὴν Τριάδα τιμήσαντες, ἢ μηδὲ τοῦτο αὐτῇ τηρήσαντες. ἀλλ' οὐχ ὁ μακάριος ἐκεῖνος, καὶ ὄντως ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, καὶ μεγάλη σάλπιγξ τῆς ἀληθείας· ἀλλ' εἰδὼς τὸ μὲν εἰς ἀριθμὸν ἕνα τὰ τρία συνέλλειν, ἀθεότητος ὄν, καὶ τῆς Σαβελλίου [f] καινοτομίας, ὃς πρῶτος θεότητος συστολὴν ἐπενόησε· τὸ δὲ τὰ τρία διαιρεῖν φύσεσι, κατατομὴν θεότητος ἔκφυλον· καὶ τὸ ἓν καλῶς ἐτήρησε, θεότητι γὰρ, καὶ τὰ τρία εὐσεβῶς ἐδίδαξεν, ἰδιότησι γὰρ, οὔτε τῷ ἑνὶ συγχέας, οὔτε τοῖς τρισὶ διαστήσας, ἀλλ' ἐν ὅροις μείνας τῆς εὐσεβείας, πρὸ φυγεῖν τὴν ἄμετρον ἐπὶ θάτερα κλίσιν τε καὶ ἀντίθεσιν.

XIII. Huic furori Arius quidem ille, à furore nomen habens, initium dedit; qui etiam petulantis & effrenatæ linguæ pœnas expendit, in obſcœnis & impuris locis extinctus, atque orationis, non morbi, viribus oppreſſus, ac, *Judæ* inſtar, ob eandem Verbi proditionem diſruptus. Verùm alii hunc morbum excipientes, impietatis artem condiderunt, nimirùm qui divinitatem Ingenito circumſcribentes, non modò Genitum, ſed etiam Procedentem, divinæ naturæ finibus exturbarunt, nominis tantùm ſocietate Trinitatem honorantes, imò ne hoc quidem ipſi integrum conſervantes. At non eodem modo beatus ille, & verè homo Dei, ac magna veritatis tuba. Quin potiùs, cùm illud perſpectum haberet, & tria hæc in numerum unum contrahere, impii erroris eſſe, novíque dogmatis Sabellii, qui primus divinitatis contractionem excogitavit: & rursùs tria, quantùm ad naturam, diſtrahere, nihil aliud eſſe, quàm portentoſam divinitatis ſectionem introducere; hanc rationem tenuit, ut unum, quantùm ad divinitatem, pulchrè ſervaret, & tria, quantùm ad proprietates, piè doceret, nec aut per unum deitatem confunderet, aut per tria diſtraheret, ſed intra pietatis metas conſiſteret, immodicam in utramque partem inclinationem & oppoſitionem vitans. Arii & Sabellii errores.

ιδ. Καὶ δι' τοῦτο πρῶτον μὲν ἐν τῇ

XIV. Atque idcircò primùm in ſancto In Nicæna

(a) Καινότερον καί. Hæc deſunt in pleriſque Codd.

(b) Σέξτοι καὶ Πύῤῥωνες. Sextus & Pyrrho erant Philoſophi, cæteris omnibus Philoſophis oppoſiti, qui aliorum placita impugnantes, nihil certi eſſe contendebant.

(c) Καινότερον. Coisl. 1. κενὸν καὶ ἀνώφελον, *vanum & inutile.*

(d) ὀδύρεται. Combef. ὠδύραιτο, *deploraverit.* Tillem. ὠδύρεται.

(e) Εὐχῆς ἔργον. *Orationis viribus.* Theodoretus lib. 1. c. 4. narrat quomodò Arius, orante Alexandro Conſtantinopolitano Præſule, miſerabiliter interierit.

(f) Καινοτομίας. Coisl. 1. addit, ἴδιον. *Proprium invectæ novitatis à Sabellio.*

Synodo damnati.

Concilio Nicææ habito, atque illo trecentorum & duodeviginti lectiſſimorum virorum numero, quos Spiritus ſanctus in unum coëgerat, quantùm in ipſo fuit, morbum compreſſit; nondùm ille quidem in Epiſcoporum numerum allectus, verùm primas tenens inter eos qui convenerant. Nam is tum rerum ſtatus erat, ut non minùs virtute, quàm graduum dignitate, honoris præſtantia cenſeretur. Deindè cùm hoc malum pravi illius follibus jam excitatum atque inflammatum eſſet, majorémque orbis partem invaderet, (hîc enimverò tragœdiæ illæ initium capiunt, quarum fama terram penè ac mare implevit,) varium illi quidem ac multiplex, ut ſtrenuo Verbi defenſori bellum infertur: (adverſus eum enim qui obſiſtit, ac contrà nititur, infeſtiſſima eſſe acies hoſtilis ſolet, atque aliundè aliud quoddam periculum influit; ſolers quippè & ingenioſa ad excogitanda mala eſt impietas, atque ad aliquid aggrediendum mirè audax: quonam autem modo hominibus parcerent, qui divinitati non pepercerant?) Unus tamen hic impetus atrociſſimus fuit. Nam ipſe quoque ad hanc tragœdiam nonnihil confero. Atque hîc mihi chariſſimum ſolum, patriam, inquam, meam, omni crimine ſolutam velim: improbitas enim, non patriæ, ſed iis, qui animi inductione ipſam elegerunt, aſſignanda eſt. Illa enim quippè ſacra, & apud omnes pietatis laude clara & illuſtris eſt: hi autem Eccleſiâ matre indigni. Porrò *in vinea quoque ſpinam naſci* audiiſtis: ac *Judas*, qui in diſcipulorum numero erat, *proditor* fuit.

Hæretici Athanaſium audacter aggrediuntur.

Prov. xxvi. 9.

Luc. vi. 16.

Gregorii cujuſdam ingratus erga Athanaſium animus.

XV. Nec verò deſunt, qui ne meum quidem cognominem culpâ liberent; qui doctrinæ amore ac ſtudio tum temporis Alexandriæ peregrè agens, cùm ab ipſo humaniſſimè, non ſecùs ac filiorum chariſſimus, acceptus eſſet, tantámque apud eum gratiam & auctoritatem obtinuiſſet, ut res ei maximi ponderis committerentur, conſilium, ut hominum ſermo eſt, capit, adverſus patrem & patronum inſurgendi. Et quanquam alii tragœdiæ hujus actores eſſent, *manus* tamen *Abſalonis*, ut dicitur, cum illis erat. Si quis veſtrûm eſt, qui ma-

II. Reg. xv. 5.

A κατὰ Νίκαιαν [a] ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ, [b] καὶ τῷ τῶν τριακοσίων ὀκτὼ καὶ δέκα ἀριθμῷ ἀνδρῶν λογάδων, οὓς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς ἓν [c] ἤγαγεν, ὅσον ἦν ἐπ' αὐτῷ, τὴν νόσον ἔστησεν· οὔπω μὲν τεταγμένος ἐν Ἐπισκόποις, [d] τὰ πρῶτα δὲ τεταγμένος τῶν συνελθόντων· καὶ γὰρ ἦν ἀρετῆς οὐχ ἧττον, ἢ βαθμῶν ἡ πρωτίμησις. ἔπειτα τοῦ κακοῦ ῥιπισθέντος ἤδη ταῖς αὔραις τοῦ πονηροῦ, καὶ τὸ πλεῖον ἐπιλαμβάνοντος, B ἐνταῦθά μοι καὶ τὰ δράματα, ὧν πᾶσα μικροῦ πλήρης γῆ τε καὶ θάλασσα, πολὺς μὲν περὶ αὐτὸν ὁ πόλεμος, ὡς γενναῖον προστάτην τῷ Λόγῳ· πρὸς γὰρ τὸ ἀντιτεῖνον μάλιστα ἡ προθάταξις, καὶ ἄλλοθεν ἄλλό τι τῶν δεινῶν [e] προῤῥέον· [f] εὕρετις γὰρ κακῶν ἡ ἀσέβεια, καὶ λίαν τολμηρὸν εἰς ἐγχείρησιν· πῶς δὲ ἀνθρώπων ἔμελλον φείδεσθαι, οἳ θεότητος μὴ φεισάμενοι; μία δὲ προσβολῶν [g] καὶ χαλεπωτάτη· συνεισφέρω τι καὶ αὐτὸς C πρὸς δράματι. ἀλλά μοι [h] παρητέσθω τὸ φίλον ἔδαφος ἡ πατρίς· οὐ γὰρ τῆς ἐνεγκούσης, ἀλλὰ τῶν [i] προελομένων ἡ πονηρία. ἡ μὲν γὰρ ἱερά τε καὶ πᾶσιν ἐπ' εὐσεβείᾳ γνώριμος· οἱ δὲ ἀνάξιοι τῆς τεκούσης αὐτὸς Ἐκκλησίας. φύεσθαι δὲ καὶ [k] ἐν ἀμπέλῳ βάτον ἠκούσατε· καὶ Ἰούδας, τῶν μαθητῶν εἷς, ὁ προδότης.

a b c d

e f

g h i k

D ιε. Εἰσὶ μὲν οὖν, οἳ μηδὲ τὸν [l] ὁμώνυμον ἐμοὶ τῆς αἰτίας ἀφιᾶσιν· ὃς κατὰ παιδεύσεως ἔρωτα, τῇ Ἀλεξανδρέων ἐπιδημῶν τότε πόλει, καὶ πάσης παρ' αὐτοῦ τυχὼν δεξιώσεως, ἴσα καὶ παίδων ὁ τιμιώτατος, καὶ τῶν τὰ μέγιστα πιστευομένων εἰς ὢν, ἐπανάστασιν, ὥς φασι, βουλεύεται πρὸς πατρὶ καὶ [m] προστάτῃ· ᾧ ἦν τὸ μὲν δρᾶμα ἑτέρων, ἡ δὲ χεὶρ Ἀβεσαλὼμ μετ' αὐτῶν, ὡς ὁ λόγος. [n] εἴ τις ὑμῶν οἶδε τὴν χεῖρα, ἣν ὁ ἅγιος κατεψεύσθη, καὶ τὸν ζῶντα νεκρὸν,

l m n

(a) Ἁγίᾳ. Deeſt in quinque Regg. & Or. 1.

(b) Καὶ τῷ τῶν τριακοσίων ὀκτὼ καὶ δέκα ἀριθμῷ ἀνδρῶν λογάδων. Sic Coisl. 1. duo Colb. Par. Jeſ. Hæc etiam à Billio reddita, licèt in Græcis omiſſa. In Ed. καὶ τῷ τῶν λογάδων ἀριθμῷ. Cætera deſunt.

(c) Ἤγαγεν. Coisl. 1. & Par. συνήγαγεν.

(d) Τὰ πρῶτα δὲ &c. Billius: *verùm primi inter eos, qui ſimul cum ipſis eò perrexerant, ordinis.* Per hanc interpretationem conjicit Billius Athanaſium, non inter ipſos Concilii Patres, ſed inter ſecundi ordinis Theologos primas tenuiſſe. Nicetas verò aliter interpretatur, & innuit Athanaſium ſediſſe, ἐν τοῖς πρωταγωνισταῖς εὐσεβείας, *inter primos pietatis pugiles ac defenſores*, id eſt, *inter Concilii Patres.* Undè Gregorius hanc rationem reddit, quòd ſcilicet, *non minùs virtute, quam graduum dignitate, honoris præſtantia cenſeretur.*

(e) Περιῤῥέον. Or. 1. περιῤῥέων. Regg. a. d. ἐπιῤῥέον.

(f) Εὕρετις. Coisl. 1. & Combef. εὑρετικόν.

(g) Καί. Quatuor Regg. undecim Colb. Or. 1. ἡ. Unus Reg. καὶ ἡ.

(h) Παρητέσθω. Regg. bm. ph. undecim Colb. Or. 1. παρητήσθω.

(i) Προελομένων. Sic quinque Regg. Or. 1. Combef. In Ed. προσελομένων. Hæc obſervat Theologus propter Georgium, qui Cappadox erat, & infenſiſſimus Athanaſii hoſtis, qui ejus etiam ſedem occupavit.

(k) Ἐν ἀμπέλῳ. Sic Reg. ph. Or. 1. & Par. Coisl. 1. ἐν ἀμπέλωνι. Deeſt ἐν in Ed.

(l) Ὁμώνυμον. Gregorium quemdam intelligit Theologus, qui, pulſo Athanaſio, in ejus ſedem ab Arianis ſubrogatus fuerat; quem etiam poſteà amoverunt, atque in ejus locum Georgium Cappadocem inſtituerunt.

(m) Προστάτῃ. Reg. c. & Combef. δεσπότῃ.

(n) Εἴ τις ὑμῶν οἶδε &c. juxta Ruff. hiſt. lib. x. c. 17. & Socr. lib. 1. c. 29. Athanaſio ab Arianis objectum

καὶ τὴν ἄδικον ἐξορίαν, οἶδεν ὃ λέγω. πλὴν A τοῦτο μὲν ἐκὼν ἐπιλήσομαι. καὶ γὰρ οὕτως ἔχω ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις, νεύειν χρῆναι πρὸς τὸ φιλάνθρωπον, καὶ ἀπογινώσκειν μᾶλλον, ἢ καταγινώσκειν τῶν ὑπαιτίων. ὁ μὲν γὰρ κακὸς τάχιστα ἂν καταγνοίη καὶ τοῦ ἀγαθοῦ· ὁ ἀγαθὸς δὲ οὐδὲ τοῦ κακοῦ ῥᾳδίως. τὸ γὰρ εἰς κακίαν οὐχ ἕτοιμον, οὐδὲ εἰς ὑπόνοιαν εὐχερές. ὃ δὲ οὐκ ἔτι λόγος, ἀλλ' ἔργον ἐστὶν, οὐδὲ ὑπόνοιά τις ἀνεξέταστος, ἀλλὰ πίστις B κεκηρυγμένη.

num illam, ex qua sancto viro falsum crimen conflatum est, & mortuum illum viventem, & injustum exilium norit, quid dicam intelligit. Verùm hoc lubens oblivisear. Sic enim existimo, in dubiis & incertis rebus faciendum nobis esse, ut ad benignitatem & humanitatem propensiores simus, & crimini obnoxios absolvamus potiùs, quàm condemnemus. Malus enim celerrimè adducitur, ut bonum etiam virum condemnet : contrà vir probus ne malum quidem facilè condemnaverit. Qui enim ad vitium minimè proclivis est, is nec facilè ad malè de alio suspicandum movetur. Quod autem jam non sermo, sed res est, nec inexplorata quædam suspicio, sed certissimis argumentis nixa persuasio, id etiam narrabo.

Falsum crimen Athanasio conflatur.

ις. Τέρας τι Καππαδόκιον, ἐκ τῶν ἐσχατιῶν τῶν ἡμετέρων ὁρμώμενον, πονηρὸν τὸ γένος, πονηρότερον τὴν διάνοιαν, οὐδὲ παντελῶς ἐλεύθερον, ἀλλ' ἐπίμικτον, οἷον τὸ τῶν ἡμιόνων γινώσκομεν· τὰ μὲν πρῶτα τραπέζης ἀλλοτρίας δοῦλον, καὶ μάζης ὠνιον, πάντα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν ἐπὶ τῇ C γαστρὶ μεμαθηκὸς, τὰ τελευταῖα δὲ καὶ πολιτείᾳ παρεισφθαρὲν, καὶ πιστευθὲν ταύτης τὰ ἔσχατα, ὅσον ὑείων κρεῶν ὑποδοχέα γενέσθαι, οἷς τὸ στρατιωτικὸν τρέφεται, εἶτα κακὸν πρὸς τὴν πίστιν γενόμενον, καὶ τῇ γαστρὶ πολιτευσάμενον, ἐπειδὴ τὸ σῶμα ὑπελείπετο μόνον, δρασμὸν ἐννοεῖ, καὶ ἄλλην ἐξ ἄλλης ἀμείβων χώραν καὶ πόλιν, οἷα τὰ τῶν φυγάδων, τέλος ἐπὶ κακῷ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἐκκλησίας, οἷόν D τις Αἰγυπτιακὴ πληγὴ, τὴν Ἀλεξανδρέων καταλαμβάνει. ἐνταῦθα τῆς ἄλης ἵσταται, καὶ τῆς κακουργίας ἄρχεται. καὶ ἦν τἆλλα μὲν οὐδενὸς ἄξιος, οὐ λόγων ἐλευθερίων μετεσχηκὼς, οὐ τὴν συνουσίαν σῳζόμενος, ἀκ a εὐλαβείας σχῆμα γοῦν τι καὶ πλάσμα [a] κεb νὸν προσειλῆφος, [b] κακουργῆσαι δὲ, καὶ συγχέαι πράγματα πάντων δεινότατος.

XVI. Cappadox quoddam monstrum, ex ultimis terræ nostræ finibus oriundum, malum genere, animo pejus, ne omni quidem ex parte liberum, sed dubium ac permixtum, cujusmodi mularum genus esse constat; primùm alienæ mensæ mancipium, atque offâ venale, sicque comparatum & edoctum, ut omnia ad ventris gratiam, tum faceret, tum loqueretur, tandem cùm ad Rempublicam gerendam pestiferè se contulisset, atque extremo & sordidissimo illius muneri, hoc est, suillis carnibus, quibus turba militaris alitur, suscipiendis præfectus fuisset, atque in commisso sibi negotio infidum se præbuisset, totámque muneris sui administrationem ad ventrem retulisset, posteaquàm nihil illi præter corpus reliqui fuit, profugiendi consilium capit, atque aliam ex alia regionem ac civitatem, ut fugitivorum mos est, subindè permutans, postremò, ad communem Ecclesiæ perniciem, instar cujusdam Ægyptiacæ plagæ, Alexandriam venit. Hîc vagari desinit, improbitatem autem & versutiam auspicatur. Cæterùm nullius quidem pretii erat, non liberalibus disciplinis imbutus, non in congressu & colloquio facetus, non pietatis larvam saltem & inanem speciem præferens, verùm ad suscipienda facinora, résque perturbandas appositissimus.

Prava Georgii Cappadocis indoles.

ζ. Ἰσῶς καὶ διηγεῖσθε πάντες, οἷα κατὰ τὸ ἅγιον νεανιεύεται. ὑποδιδόνται γὰρ καὶ E δίκαιοι πολλάκις εἰς χεῖρας ἀσεβῶν, οὐχ ἵνα ἐκεῖνοι τιμηθῶσιν, ἀλλ' ἵνα οὗτοι δοc κιμασθῶσι· καὶ φαῦλοι [c] μὲν ἐν θανάτῳ ἐξαισίῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καταγελῶνται δὲ ὅμως πρὸς τὸ παρὸν εὐσεβεῖς, d ἕως ἡ χρηστότης τοῦ Θεοῦ [d] κρύπτηται, καὶ τὰ

XVII. Nostis omnes, ac commemoratis, qualia adversus sanctum virum insolenter perpetrarit. Persæpè enim *impiorum manibus ac potestati viri justi deduntur*, non ut illis honor habeatur, sed ut horum virtus exploretur : & quanquam *improborum mors pessima sit*, quemadmodùm Scriptura testatur, deridentur tamen interim in hac vita pietatis cultores, dum Dei benignitas tantisper occultatur, ac latent etiam

Insolenter adversus Athanasium insurgit.

Job. IX. 24. & XII. 4.

Ps. XXXIII. 22.

fuit, quòd, magicæ artis causâ, Arsenio cuidam brachium amputasset. Verùm statim hæc fraus detecta est. Nam ipse Arsenius, quem falsò ab Athanasio interfectum dictitabant, se Episcopis, qui Tyrum anno 335. convenerant, vivum & incolumem ostendit.

(*a*) Κενόν. In nonnullis, καινόν, *novam.*
(*b*) Κακουργῆσαι δέ. Sic quatuor Regg. Or. 1. Comb. Deest δέ in Ed.
(*c*) Μέν. Deest in pluribus Codd.
(*d*) Κρύπληται. Quatuor Regg. & Combef. κρύπτεται.

magna earum rerum promptuaria, quæ in posterum utrisque reconduntur: tum cùm, & sermo, & actio, & cogitatio justâ Dei trutinâ expendentur; cùm scilicet ipse ad judicandam terram surrexerit, consilium & opera colligens, atque ea, quæ apud ipsum condita & obsignata sunt, detegens, & in medium proferens. Hæc tibi, tum sermone suo, tum cruciatu Job persuadeat, qui cùm homo esset veritatis cultor, reprehensione immunis, justus, pius, & quæcunque illi, Scripturæ testimonio, tribuuntur, ab eo tamen, qui ipsum depoposcerat, tot támque densis & copiosis assultibus quatitur, ut, cùm multi sæpè ex omni hominum memoria in ærumnas inciderint, nonnulli etiam, ut probabile est, vexati & afflicti fuerint, nemo tamen cum illius calamitatibus comparari queat. Non enim pecunias tantùm & prædia, splendidam ac numerosam prolem, quæ res ab omnibus hominibus vehementer expetuntur; non hæc, inquam, duntaxat amittit, & quidem ita, ut nec luctibus ipsis ob malorum connexionem locus esset; sed postremò in ipso quoque corpore, *incurabili*, ac visu etiam *tetrâ & horribili plagâ affectus*, pro calamitatis cumulo uxorem habebat, pejoribus & gravioribus eum consolantem. Id enim obnoxiè agebat, ut ad corporis plagam animæ vulnus accederet. Quin sinceriſſimos etiam amicos suos, *malorum*, ut ipsius verbis utar, *consolatores* habebat, non depulsores; qui cùm ipsius dolorem perspicerent, nec doloris arcanum intelligerent, in ea opinione versabantur, ut non virtutis explorandæ, sed vindicandi sceleris causâ, hanc illi plagam inflictam esse existimarent. Quid dico existimarent? Imò nec calamitatem ei exprobare verebantur; idque eo tempore, cùm, etiam si peccati pœnam lueret, ejus tamen angorem blandis sermonibus fallere ac mitigare conveniebat.

Justus, velut Job, hîc malis premitur, ut ipsius virtus exploretur.

Job. II. 7. *& seq.*

Job. XVI. 2.

XVIII. Hoc ipso quidem statu erat Job: ac divinæ circa eum actionis principia hoc modo se habebant. Virtus enim cum invido spiritu decertabat. Hic, ut virtutem superaret, omni ope contendebat; illa, ut invicta permaneret, omnia perferebat. Atque hic, ut per Justorum cruciatum vitio facilem viam strueret, laborabat; hæc contrà, ut bonos retineret, etiam in calamitatibus superiores. Quid verò is, qui

Perpetuus virtutis cum maligno spiritu conflictus.

μεγάλα [a] ταμιεῖα τῶν ὕστερον ἑκατέροις ἀποκειμένων· ἡνίκα καὶ λόγος, καὶ πρᾶξις, καὶ διανόημα, τοῖς δικαίοις σταθμοῖς τῆς Θεοῦ [b] ταλαντεύηται· ὅταν ἀναστῇ κρῖναι τὴν γῆν, τὴν βουλὴν καὶ τὰ ἔργα συνάγων, καὶ γυμνῶν τὰ ἐσφραγισμένα παρ' αὐτῷ καὶ σωζόμενα. ταῦτα πειθέτω σε καὶ λέγων καὶ πάσχων Ἰώβ, [c] ὡς ἦν μὲν ἄνθρωπος ἀληθινὸς, ἄμεμπτος, δίκαιος, θεοσεβὴς, καὶ ὅσα μεμαρτύρηται, τοσαύταις δὲ πλήσεται πληγὰ τῆς ἐξητηκότος [d] ταῖς προσβολαῖς, καὶ οὕτως ἀλλεπαλλήλοις καὶ φιλοτίμοις, ὥστε πολλῶν πολλάκις ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος [e] κακοπαθησάντων, τάχ' δὲ ὡς εἰκὸς καὶ ταλαιπωρησάντων, μηδένα εἶναι ταῖς ἐκείνου συμβαλεῖν συμφοραῖς. οὐ γὰρ μόνον χρήματα, κτήματα, εὐτεκνίαν, πολυτεκνίαν, ἃ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστὶ προισπούδαστα, οὐ ταῦτα ζημιοῦται μόνον, ὡς μηδὲ θρήνοις γενέσθαι χώραν διὰ τὸ συνεχὲς τῶν κακῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα τελευταῖον πληγεὶς πληγὴν ἀνίατόν τε καὶ δυσθεώρητον, εἶχε μὲν προσθήκην τῆς συμφορᾶς τὴν γυναῖκα βδαμυθουμένην τοῖς χείροσι. πλῆξαι γὰρ ἐφιλονείκει, καὶ τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ σῶμα. εἶχε δὲ καὶ τῶν φίλων τοὺς γνησιωτάτους βδελυκτῆρας κακῶν, ὡς αὐτός φησιν, οὐ θεραπευτάς· οἳ τὸ μὲν πάθος ἑώρων, τὸ δὲ τῶν πάθους ἀγνοοῦντες μυστήριον, οὐ βάσανον ἀρετῆς, ἀλλὰ κακίας εἴσπραξιν, τὴν πληγὴν ὑπελάμβανον. καὶ οὐκ ἐνόμιζον μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ᾐσχύνοντο [f] τὸ δεινὸν ὀνειδίζοντες, ὁπότε καὶ εἰ δι' κακίαν ἔπασχε, σοφίζεσθαι τὸ λυποῦν ἔδει βδαμυθίας ῥήμασιν.

ιη. Οὕτω μὲν οὖν ὁ Ἰώβ· καὶ τὰ πρῶτα τῆς περὶ αὐτὸν πραγματείας. ἀγὼν γὰρ [g] ἦν ἀρετῆς καὶ φθόνου· τῷ μὲν, ὅπως τοῦ καλοῦ [h] κρατήσῃ, φιλονεικοῦντος· τῆς δὲ, ὅπως ἀήττητος διαμείνῃ, πάντα φερούσης· καὶ τῷ μὲν, ὅπως εὐοδώσῃ κακίαν, ἀγωνιζομένου, διὰ τῶν κατορθούντων κολάσεως· τῆς δὲ, ὅπως κατάσχῃ τοὺς ἀγα-

(a) Ταμιεῖα τῶν ὕστερον. Sic tres Regg. tredecim Colb. Coisl. 1. Or. 1. Combef. &c. In Ed. ταμιεῖα εἰς ὕστερον.

(b) Ταλαντεύηται. Combef. ταλαντεύεται.

(c) Ὡς ἦν μέν. Sic quatuor Regg. & Combef. Deest μέν in Ed.

(d) Ταῖς προσβολαῖς. Sic quatuor Regg. & Or. 1. In Ed. ταῖς legitur post καὶ οὕτως, quod auctoritate Codicum immutavimus.

(e) Κακοπαθησάντων ... καὶ ταλαιπωρησάντων. Quamvis hæ voces, apud Suidam, ferè idem sonent, manifestum est tamen, in Gregorii mente, postremam aliquid ad primam addere. Credimus igitur Gregorium voluisse significare eos, qui non tantùm malis vexati sunt, sed etiam eos, qui ad mala & plagas animum indurarunt; vel etiam eos, qui spontaneos labores non susceperunt, sed illata ab aliis mala perpessi sunt.

(f) Τὸ δεινὸν ὀνειδίζοντες. *Impietatem*, non *calamitatem* Jobo objiciebant uxor & amici; atque contendebant, eum his malis ac miseriis affici, quòd esset alicujus sceleris reus.

(g) Ἦν ἀρετῆς. Sic quatuor Regg. In Ed. ἀρετῆς ἦν.

(h) Κρατήσῃ. Reg. ph. & Combef. κρατήσει.

a θοὺς, κἂν ταῖς συμφοραῖς τὸ [a]πλέον ἔχον- A
b τας. τί [b]δαὶ ὁ πρὸς αὐτὸν χρηματίζων δι' λαίλαπος καὶ νεφῶν, ὁ βραδὺς εἰς κόλασιν, καὶ ταχὺς εἰς ἀντίληψιν, ὁ μὴ παντελῶς ἐπαφιεὶς ῥάβδον ἁμαρτωλῶν κλήρῳ δικαίων, ἵνα μὴ κακίαν δίκαιοι μάθωσιν; ἐπὶ τέλει τῶν ἄθλων ἀναγορεύει τὸν ἀθλητὴν λαμπρῷ τῷ κηρύγματι, καὶ γυμνοῖ τῆς πληγῆς τὸ
c ἀπόῤῥητον. [c]οἶει με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, λέγων, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος; τοῦτο τῶν τραυμάτων τὸ φάρμακον, οὗτος τῆς B ἀγωνίας ὁ στέφανος, αὕτη τῆς ὑπομονῆς ἡ
d ἀντίδοσις. τὰ γὰρ ἐξῆς ἴσως [d]καὶ μικρὰ, κἂν μεγάλα τισὶ δοκῇ, καὶ μικρῶν ἕνεκεν
e οἰκονομηθέντα, καὶ εἰ [e]διπλασίῳ τῶν ἀφῃρημένων ἀντιλαμβάνει.

ad eum per turbinem & nubes oracula edebat, qui ad inferendam pœnam tardus eſt, & ad opem ferendam celer, qui *virgam peccatorum in ſortem juſtorum* non omninò immittit, ne juſti improbitatem addiſcant? In fine certaminis illuſtri præconio Athletam ſuum victorem pronunciat, atque afflictionis arcanum aperit: *Num tu cenſes*, inquit, *me aliam ob cauſam hæc in te decreviſſe, quàm ut juſtitia tua eluceſcat?* Hæc vulnerum medicina, hæc certaminis corona, hoc patientiæ præmium. Nam quæ deindè ſecuta ſunt, parva fortaſsè, quamvis nonnullis magna videantur, & parvorum hominum causâ conſtituta, tametſi alioqui duplò majora, quàm quæ ipſi adempta fuerant, receperit. Pſ. CXXIV. 3. Job. XL. 3.

f ιθ. Οὐκοῦν οὐδὲ ἐνταῦθα [f]θαυμαστὸν, εἰ
g Ἀθανασίου πλέον ἔσχε Γεώργιος· ἀλλ' [g]ἐκεῖνό γε θαυμασιώτερον, εἰ μὴ ἐπυρώθη ταῖς ἐπηρείαις ὁ δίκαιος· οὐδὲ τοῦτο θαυμαστὸν
h ἄγαν, [h]ἀλλ' εἰ ἐπὶ πλέον αἱ φλόγες ἤρ- C κεσαν. ἐντεῦθεν ὁ μὲν ἦν ἐκ ποδῶν, καὶ
i τὴν [i]φυγαδείαν ὡς κάλλιστα διατίθεται.
k τοῖς γὰρ ἱεροῖς καὶ θείοις [k]τῶν κατ' Αἴγυπτον φροντιστηρίοις φέρων ἑαυτὸν δίδωσιν· οἳ κόσμου χωρίζοντες ἑαυτοὺς, καὶ τὴν ἔρημον ἀσπαζόμενοι, ζῶσι Θεῷ, πάντων μᾶλλον τῶν στρεφομένων ἐν σώματι. οἱ μὲν τὸν πάντη μοναδικόν τε καὶ ἄμικτον διαθλοῦντες βίον, ἑαυτοῖς μόνοις προσλαλοῦντες καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τοῦτο μόνον κόσμον εἰδότες, D ὅσον ἐν τῇ ἐρημίᾳ γνωρίζουσιν. οἱ δὲ νό-
l μον ἀγάπης [l]τῇ κοινωνίᾳ στέργοντες, ἐρημικοί τε ὁμοῦ καὶ μιγάδες, τοῖς μὲν ἄλλοις τεθνηκότες ἀνθρώποις καὶ πεύγμα-
m σιν, ὅσα ἐν μέσῳ [m]φέρεται, στροβοῦντά τε καὶ στροβούμενα, καὶ παίζοντα ἡμᾶς ταῖς ἀγχιστρόφοις μεταβολαῖς, ἀλλήλοις δὲ κόσμος ὄντες, καὶ τῇ πρὸς θέσει
n τὴν ἀρετὴν θήγοντες. τούτοις ὁμιλήσας [n]ὁ μέγας Αθανάσιος, ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπάν- E των μεσίτης καὶ διαλλακτὴς ἦν, τὸν εἰρηνοποιήσαντα τῷ αἵματι τὰ διεστῶτα μι-
o μούμενος, οὕτω καὶ τὸν [o]ἐρημικὸν βίον τῷ

XIX. Proindè ne hîc quidem mirum videri debet, ſi Georgius meliori, quàm Athanaſius conditione fuerit: ſed illud mirabilius videri debuiſſet, ſi injuriarum & calumniarum ignibus vir juſtus minimè exploratus fuiſſet. Imò ne hoc quidem valdè mirandum; verùm illud potiùs admirationem habuiſſet, ſi longa his flammis mora producta fuiſſet. Hinc ille ſolum vertit, ac de exilio quàm præclariſſimè ſtatuit. Nam ad ſacra illa & divina Ægypti monaſteria ſe confert; in quibus homines à mundo ſe diſtrahentes, ac ſolitudinem amplectentes, Deo vivunt, magis quàm cæteri omnes, qui in corpore verſantur. Alii quidem vitam prorsùs ſolitariam, & ab hominum ſocietate remotam agunt, ſui ipſorum tantùm & Dei colloquio fruentes, atque hanc duntaxat terræ partem pro mundo habentes, quam in ſolitudine cognitam habent. Alii autem charitatis legem per communionem & ſocietatem colentes, Solitarii ſimul & Cœnobitæ ſunt, ac mortui quidem cæteris hominibus, & negotiis omnibus, quæ in medio volvuntur, verſántque ſimul & verſantur, ac nobis per repentinas & crebras mutationes impoſturam faciunt, ſibi ipſis autem invicem mundi loco ſunt, ac per comparationem mutuò inter ſe virtutem acuunt & exſtimulant. Cum his conſuetudinem habens magnus Athanaſius, ut omnium aliarum rerum ſequeſter & conciliator erat, illius ſcilicet exemplum

Mira res, cùm juſtus hîc calumniarum ignibus non exploratur.

Athanaſius exul Ægypti monaſteria peragrat.

Eremitarum & Cœnobilitarum diſſimilitudo.

(a) Πλέον. Quatuor Regg. πλεῖον.
(b) Δαί. Duo Regg. δέ.
(c) Οἶει με ἄλλως σοι &c. Nobil. *Putas*, inquit, *me aliter tibi reſpondiſſe, quàm ut juſtus appareas.*
(d) Καί. Deeſt in tribus Regg. & Or. 1.
(e) Διπλασίῳ. Coils. 2. διπλάσια.
(f) Θαυμαστὸν, εἰ. Sic tres Regg. Or. 1. Par. Jeſ. &c. Deeſt εἰ. in Ed.
(g) Ἐκεῖνό γε. Sic Reg. a. Deeſt γε in Ed.
(h) Ἀλλ' εἰ. Sic Regg. a. c. d. Coisl. 1. Or. 1. Par. & Combef. Deeſt εἰ. in Ed.
(i) Φυγαδείαν. Sic quatuor Regg. Baſil. &c. In Ed. φυγαδίαν.
(k) Τῶν κατ' Αἴγυπτον. Addit Nicetas, ἀσκητῶν. *Exercendæ pietatis gymnaſia.* Non malè; Gregorius ſiquidem hâc voce *Solitarios & Eremitas deſignat.*
(l) Τῇ κοινωνίᾳ. Par. τὴν κοινωνίαν.
(m) Περιφέρεται. In nonnullis, περιφθείρεται, *corrumpuntur.*
(n) Ὁ μέγας Αθανάσιος. Sic Coisl. 1. & Par. In Editis deeſt Αθανάσιος.
(o) Ἐρημικόν. Sic plures Regg. duodecim Colb. Par. Combef. &c. In Editis εἰρηνικόν, *pacificam.*

ſequens, qui per ſanguinem ſuum ea, quæ inter ſe diſſidebant, pacificavit, ita ſolitariam quoque vitam cum cœnobiaca in gratiam reducit; illud nimirùm oſtendens, & Sacerdotium philoſophiæ minimè expers eſſe, & philoſophiam ſacri Antiſtitis inſtitutione opus habere.

A κοινωνικῷ καταλλάττει· δεικνὺς ὅτι ἔστι καὶ [a] ἱερωσύνη φιλόσοφος, καὶ φιλοσοφία δεομένη μυσταγωγίας. a

Monaſtica profeſſio morum gravitate potiùs, quàm corporis ſeceſſione inſignitur.

XX. Sic enim hæc duo, hoc eſt, tranquillam actionem & actuoſam tranquillitatem conſociavit & copulavit, ut perſuaſum omnibus redderet, monaſticæ vitæ profeſſionem morum potiùs gravitate & conſtantiâ, quàm corporis ſeceſſione exprimi atque B inſigniri. In quam etiam ſententiam magnus ille David ſimul & rebus agendis ſummoperè deditus erat, & perquàm ſolitarius; ſi cui tamen illud: *Singulariter ſum ego, donec tranſeam*, ad hujus dicti comprobationem confirmationemque pondus magnum habere videatur. Quamobrem, qui alios virtute anteibant, iidem ab illius mente longiori intervallo aberant, quàm quo reliquos antecedebant; atque ad Sacerdotii perfectionem pauca conferentes, multò plura ad philoſophiæ utilitatem recipiebant; tantúmque ei tribuebant, ut quidquid ipſi placuiſſet, pro lege haberent; ac rursùs vetitum ſibi atque interdictum, quidquid ille ſententiâ ſuâ improbaſſet, exiſtimarent, illiúſque decreta pro Moſaicis tabulis ducerent, ac majori, quàm quæ ſanctis viris deberi videatur, ipſius veneratione afficerentur. Nam cùm quidam eò ſe contuliſſent, ut pium virum, perindè ac feram quandam, veſtigarent, nec eum paſſim quæſitum invenirent, ne alloquendos quidem eos, qui miſſi fuerant, duxerunt; verùm cervices gladiis objiciebant, velut pro Chriſto periclitantes, atque ita animo comparati, ut ſi acerbiſſimi aliquid pro eo perferrent, magni id ad philoſophiam momenti eſſe judicarent, diuturníſque jejuniis, & chameuniis, cæteríſque corporis afflictationibus, quas pro perpetuis deliciis habent, multò ſublimius ac divinius.

κ. Οὕτω γὰρ ἀμφότερα συνηρμόσατο, καὶ εἰς ἓν [b] ἤγαγε καὶ πρᾶξιν ἡσύχιον, καὶ ἡσυχίαν [c] ἔμπρακτον, ὥστε πεῖσαι τὸ μονάζειν ἐν τῇ εὐσταθείᾳ τῆ τρόπου μᾶλλον, b c ἢ τῇ τῆ σώματος ἀναχωρήσει χαρακτηρίζεσθαι. καθ' ὃ καὶ [d] Δαβὶδ ὁ μέγας πρακτικώτατός τε ἦν ὁ αὐτὸς καὶ μονώτατος· εἴ τῳ τὸ, καταμόνας εἰμὶ ἐγὼ, ἕως ἂν παρέλθω, μέγα πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ λόγου καὶ ἀξιόπιστον. διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἀρετῇ κρατοῦντες, τῆς ἐκείνου διανοίας πλέον ἀπῶντο, ἢ ὅσον ἐκράτουν τῶν ἄλλων· καὶ ὀλίγα πρὸς ἱερωσύνης τελείωσιν συνεισφέροντες, πλείω πρὸς φιλοσοφίας συντέλειαν ἀντελάμβανον· καὶ τοῦτο ἦν νόμος αὐτοῖς, ὅ τι ἐκείνῳ ἐδόκει· καὶ τοῦτο [e] ἀπώμοτον πάλιν, ὃ μὴ ἐδόκει, καὶ πλάκες Μωϋσέως αὐτοῖς τὰ ἐκείνου δόγματα, καὶ πλεῖον τὸ σέβας, ἢ πρὸς ἀνθρώπων τοῖς ἁγίοις ὀφείλεται. οἵ γε καὶ ἡνίκα παρῆσάν τινες, ὥσπερ [f] θῆρα, τὸν ἅγιον ἀνιχνεύοντες, ἐπειδὴ πανταχοῦ τοῦτον ἀναζητοῦντες οὐχ εὕρισκον, λόγου μὲν οὐδενὸς τοὺς πεμφθέντας ἠξίωσαν· προὔτεινον δὲ τοῖς ξίφεσι τοὺς αὐχένας, ὡς D ὑπὲρ Χριστοῦ κινδυνεύοντες, καὶ τὸ παθεῖν τι τῶν ἀνηκέστων ὑπὲρ ἐκείνου μεγίστην μοῖραν εἰς φιλοσοφίαν νομίζοντες, καὶ πολὺ τῶν μακρῶν νηστειῶν, καὶ χαμευνιῶν, καὶ τῆς ἄλλης κακοπαθείας, ἣν ἐκεῖνοι τρυφῶσιν ἀεὶ, ἐνθεώτερόν τε καὶ ὑψηλότερον.

Georgius, Athanaſio in exilium pulſo, Ægyptum vaſtat.

Eccli. III. 1.

XXI. Atque hic in his ſtudiis verſabatur, illud Salomonis comprobans, quo *ſuum cuique rei tempus eſſe* docuit. Ac proindè aliquantiſper belli tempus fugiens E latitabat, ut cum adventante pacis tempore colluceret, quemadmodùm & paulò poſt contigit. At Georgius, nemine jam ipſius impetum propellente, Ægyptum incurſionibus vaſtat, atque impietatis robore Syriam populatur. Orientis etiam quantùm

κα. Ὁ μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦν, καὶ τὸ τοῦ Σολομῶντος ἐπῄνει, καιρὸν εἶναι παντὶ πράγματι φιλοσοφήσαντος· καὶ διὰ τοῦτο ἀπεκρύπτετο μικρὸν, ὅσον τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν [g] διαφεύγων, ἵνα συναναφανῇ πῳ τῆς εἰρήνης ἥκοντι, ὅπερ οὖν καὶ γίνεται μικρὸν ὕστερον. ὁ δὲ, κατὰ πολλὴν ἤδη τῆ κωλύσοντος ἐρημίαν, κατατρέχει μὲν Αἴγυπτον, λῃΐζεται g

(*a*) Ιερωσύνη. Billius: *Epiſcopatum.*
(*b*) Ηγαγε. In nonnullis, συνήγαγε.
(*c*) Εμπρακτον. In quibuſdam, εὔπρακτον.
(*d*) Δαβὶδ ὁ μέγας. Sic quinque Regg. Coisl. 1. & Or. 1. Deeſt ὁ in Ed. Bill. *David ſimul & rerum gerendarum facultate præſtabat, & maximè ſolus erat.*
(*e*) Απώμοτον. Coisl. 1. ἀνομώτατον.
(*f*) Θῆρα. Chryſ. & Coisl. 1. θῆρες.
(*g*) Διαφεύγων. Tres Regg. & Savil. διαφέρων.

a δὲ Συρίαν τῷ [a] κράτει τῆς ἀσεβείας· A
b ἐπιλαμβάνεται δὲ [b] καὶ τῆς ἑῴας ὅσον
ἐδύνατο, τὸ ἀῤῥωστοῦν ἀεὶ προσλαμβάνων,
ὥσπερ οἱ χείμαῤῥοι τὰ συῤῥέοντα, καὶ τοῖς
κουφοτέροις, ἢ δειλοτέροις ἐπιφυόμενος.
c οἰκειοῦται δὲ τὴν βασιλέως ἁπλότητα· [c] οὕτω
γὰρ ἐγὼ καλῶ τὴν κουφότητα, αἰδούμενος
τὴν εὐλάβειαν. καὶ γὰρ ἦν, εἰ δεῖ τἀληθὲς
εἰπεῖν, ζῆλον μὲν ἔχων, ἀλλ' οὐ κατ'
ἐπίγνωσιν. ἐξωνεῖται δὲ τῶν ἐν τέλει τοὺς
φιλοχρύσους μᾶλλον, ἢ φιλοχρίστους, B
εὐπορία γὰρ ἦν αὐτῷ τὰ τῶν πενήτων,
κακῶς δαπανώμενα, καὶ τούτων μάλιστα
d [d] τοὺς γυναικώδεις τε καὶ ἐν ἀνδράσιν
ἀνάνδρους, καὶ ἀμφιβόλους μὲν τὸ γένος,
προδήλους δὲ τὴν ἀσέβειαν· οἷς οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ ὅθεν οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς, τὰ
e [e] τῶν γυναικῶν πιστευομένοις, τὰ τῶν ἀνδρῶν
ἐγχειρίζουσι. καὶ ταῦτα ἴσχυσεν ὁ τοῦ πονηροῦ
θεράπων, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς, ὁ τοῦ
Ἀντιχρίστου πρόδρομος· χρώμενος μὲν ὅσα C
f γλώσσῃ τῶν τότε λογίων [f] ἐν Ἐπισκόποις τῷ
g προτῷ· [g] εἴ τῳ λόγιον φίλον καλεῖν τὸν οὐχ
οὕτως ἀσεβῆ δογματιστὴν, ὅσον ἐχθρὸν καὶ
φιλόνεικον· τὸ γὰρ ὄνομα ἐκὼν ὑπερβήσομαι·
αὐτὸς δὲ ἀντὶ χειρὸς ὢν τῷ συστήματι, καὶ
πρὸς σύρων τῷ χρυσῷ τὴν ἀλήθειαν, ὃν δι'
εὐσέβειαν συναγόμενον, ὄργανον ἀσεβείας οἱ
πονηροὶ πεποίηνται.

potest arripit, remissos & languidos quotidiè, quemadmodùm torrentes ea quæ simul volvuntur, assumens, ac leviores aut ignaviores adoriens. Quin etiam Imperatoris simplicitatem sibi conciliat; sic enim ego levitatem appello, pietatem venerans. Nam si verè dicendum est, *zelum habebat, verùm non secundum scientiam.* Tum ex proceribus eos sibi pecuniâ comparat, qui auri amorem Christi amori præferebant, (ipsi etenim opes & copiæ, bona pauperum erant, in flagitiosos usus insumpta,) atque ex his potissimùm muliebres homines, & inter viros minimè viros, sexu quidem dubios, impietate autem apertos & perspicuos; quibus cùm feminarum cura committatur, haud scio quî fiat, ut Imperatores Romani eosdem virorum officiis muneribúsque præficiant. Tantùm valuit ille Diaboli administer, ille zizaniorum sator, ille Antichristi præcursor; ita negotium partiens, ut Episcopo quodam, eâ tempestate disertissimo, linguæ vice uteretur; (si cui tamen disertum eum appellare libeat, qui non tam impius sectarius fuit, quàm inimicus & contentionis studio flagrans: nomen enim consultò præteribo;) ipse autem, manûs instar, cohorti suæ esset, ac veritatem auro convelleret, quod quidem ob pios usus collectum, impietatis instrumentum pravi homines effecerunt.

Constantium Imperatorem sibi conciliat.

Rom. x. 2.

Eunuchorum ope utitur.

Episcopum sibi pecuniâ adscisit.

κβ. Ταύτης ἀποτέλεσμα τῆς δυναστείας, D
h ἥ πρότερον μὲν τὴν τῆς ἁγίας καὶ καλλιπαρ-
θένου [h] Θέκλας Σελεύκειαν, μετὰ δὲ τοῦτο
i τὴν μεγαλόπολιν ταύτην καταλαβοῦσα [i] σύνοδος, ἃς ἐπὶ τοῖς καλλίστοις τέως γνωριζομένας, ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ὀνομαστὰς πεποίηκεν· εἴτε τὸν Χαλάνης πύργον, ὃς καλῶς τὰς γλώσσας ἐμέρισεν· ὡς ὄφελόν γε κἀκείνας, ἐπὶ καπῷ γὰρ ἡ συμφωνία· εἴτε τὸ Καϊάφα συνέδριον, ᾧ Χριστὸς κατακρίνεται, εἴτέ τι ἄλλο τοιοῦτο τὴν σύνοδον ἐκείνην ὀνομαστέον, ἢ πάντα ἀνέτρεψε E
κ᾽ συνέχειν. τὸ μὲν εὐσεβὲς δόγμα κ᾽ παλαιὸν, καὶ τῆς Τριάδος συνήγορον καταλύσασα, τῷ βαλεῖν χάρακα, καὶ μηχανήμασι κατασεῖσαι

XXII. Hujus potentiæ opus Concilium illud fuit, quod Seleuciæ primùm, ubi fanum est sanctæ & egregiæ virgini Theclæ, deindè in hac amplissima civitate coactum est, quas urbes pulcherrimis antea nominibus claras, turpissimarum rerum notis celebres illustrésque reddidit; sive *Chalanæ turrim*, quæ linguas pulchrè divisit; utinam illas quoque, in malum nempè concordes! sive Caiphæ concilium, quo *Christus condemnatur*, sive quocunque tandem alio nomine conventus hic appellandus est, qui omnia evertit, ac perturbavit. Piam enim & veterem doctrinam, ac Trinitatis patronam, interjecto vallo, ac machinis impulsâ & labefactatâ *Consubstantialis* voce, sustulit: impietati autem, per scripti dogmatis ambiguitatem, januam

Concilium primò Seleuciæ, deindè Constantinopoli coactum.

Gen. xi. 4.

Joan. xi. 47. *& seq.*

Vetus Trinitatis doctrina in hoc Concilio, scripti dogmatis ambiguitate labefactata.

(*a*) Κράτει τῆς ἀσεβείας. Sic designat Gregorius, & nefarium Georgium, & eos, qui ipsi atque Arianæ impietati favebant.

(*b*) Καί. Deest in quatuor Regg. & Or. 1. Mox, pro ἐδύνατο, in nonnullis, ἠδύνατο.

(*c*) Οὕτω γὰρ ἐγὼ &c. Bill. *Pietate enim ipsius dimoveor, ne levitatem dicam.* Existimavit Gregorius Constantium Imperatorem simplicitate potiùs atque ignorantiâ, quàm infesto Religionis odio, Arianis favisse.

(*d*) Τῆς γυναικώδεις. Sic quinque Regg. Or. 1. Combef. Deest τῆς in Ed. Hîc Gregorius *Eunuchos* intelligit, & inter eos maximè *Eusebium*, quem magnis muneribus ad suas partes traduxerat Georgius.

(*e*) Τῶν. Deest in sex Regg. Or. 1. & Combef.

(*f*) Ἐν Ἐπισκόποις. Alii, cum Niceta, Eusebium Nicomediæ, alii Eusebium Pamphili Episcopum, Ariani agminis Coriphæum, intelligunt. Annon Acacius posset intelligi?

(*g*) Εἴ τῳ. In nonnullis, εἴτε. τῳ fine accentu pro τινί.

(*h*) Θέκλας. In pluribus, Θέκλης.

(*i*) Σύνοδος. Schol. ἀ τὴν τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων λέγει, ἀλλὰ προγενεστέραν. *Non illam dicit centum quinquaginta Sanctorum Patrum Synodum, sed eam, quæ priùs habita fuerat*, scilicet anno 360. quo tempore Synodus Ariminensis in Occidente habebatur.

aperuit : hoc quidem prætextu, quasi Scripturam revereretur, ac probatissimarum vocum usum amplecteretur, re autem verâ Arianismum, nullo Scripturæ loco proditum, in ipsius locum substituens. Hæc enim verba : *Simile secundum Scripturas*, simplicioribus hominibus illecebra erant, impietatis hamo circumjecta, imago ad omnes pertranseuntes sese obvertens, communis utriusque pedis cothurnus, *cribratio ad omnem ventum*, ex recèns scripta fraude, consilióque adversus veritatem excogitato, licentiam atque auctoritatem assecuta. *Sapientes enim erant ad malè agendum : at benefacere non norant.*

Eccle. v. 11.

Jer. iv. 22.

A τὸ Ὁμοούσιον· τῇ δὲ ἀσεβείᾳ [a] θύραν ἀνοί- a
ξασα, διὰ τῆς τῶν γεγραμμένων μεσότητος·
πρόφασιν μὲν αἰδοῖ τῆς γραφῆς, καὶ τῆς τῶν
ἐγκρίτων ὀνομάτων χρήσεως, τὸ δὲ ἀληθὲς,
τὸν ἄγραφον Ἀρειανισμὸν ἀντεισάγουσα. τὸ
γὰρ, ὅμοιον κατὰ τὰς γραφὰς, τοῖς ἁπλουσ-
τέροις δέλεαρ ἦν πρὸ τῆς ἀσεβείας χαλκῷ
περικείμενον, ἡ πρὸς πάντας ὁρῶσα τοὺς
παριόντας εἰκὼν, ὁ κοινὸς [b] τῶν ἀμφοτέρων πο- b
δῶν κόθορνος, ἡ κατὰ πάντα ἄνεμον λίκμη-
B σις, ἐξουσίαν λαβοῦσα τὴν [c] νεόγραφον κακουρ- c
γίαν, καὶ τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπίνοιαν. σο-
φοὶ γὰρ ἐγένοντο εἰς τὸ κακοποιῆσαι· τὸ δὲ
καλὸν ποιῆσαι οὐκ ἔγνωσαν.

Subdola Hæreticorum condemnatio.

XXIII. Hinc subdola illa & captiosa Hæreticorum condemnatio, quos, ut plausibilior eorum conatus esset, verbis quidem ab Ecclesia proscripserunt, re ipsâ autem in medium produxerunt : sic videlicet cum illis agentes, ut non immanis cujusdam impietatis, sed scriptionis immodicæ crimen ipsis impingerent. Hinc prophani Sanctorum judices, & nova atque inusitata mixtio, mysticæ nempè quæstiones spectante vulgo tractatæ, atque iniqua rerum gestarum inquisitio, & pretio conducti sycophantæ, & sententiæ statâ mercede pronunciatæ. Hinc alii ab Ecclesiarum thronis injustè pellebantur : alii in eorum locum subrogabantur ; sic tamen, ut ab iis impietatis chirographa, non secus atque aliud quidpiam necessarium, exigerent. Atque in promptu atramentum erat, & calumniator à tergo. Ea res permultos è nobis, invictos alioqui viros, in fraudem impulit ; qui quamvis mente haudquaquàm prolapsi fuerint, subscriptione tamen transversi acti sunt, atque cum illis, utróque nomine improbis, consenserunt ; ac, si non flammæ, fumi certè participes fuerunt. Quod quidem ipse multis sæpè lacrymis prosecutus sum, impietatem eam quæ tunc longè latéque manabat, & persecutionem quæ nunc ab ipsis Verbi patronis adversus orthodoxam doctrinam excitata est, conspiciens.

Impietatis chirographũ ab Hæreticis exigitur.

κγ. Ἐντεῦθεν ἡ [d] σοφιστικὴ τῶν αἱρετι- d
κῶν κατάκρισις, οὓς λόγῳ μὲν ἀπεκήρυξαν,
ἵν' ᾖ πιθανὸν αὐτοῖς τὸ [e] ἐπιχείρημα, ἔργῳ
δὲ [f] προήγαγον εἰς τὸ ἔμπροσθεν· οὐδὲ f
ἀσέβειαν ἄμετρον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἄπλησ-
τον ἐγκαλέσαντες. ἐντεῦθεν οἱ βέβηλοι τῶν
C ὁσίων κριταὶ, καὶ ἡ καινὴ μίξις, ὄψις δημο-
σία, καὶ μυστικὰ προβλήματα, καὶ ἡ ῥᾳδι-
νόμος τῶν βεβιωμένων ἐξέτασις, καὶ οἱ μι-
σθούμενοι συκοφάνται, καὶ ἡ [g] ἐπὶ ῥητοῖς κρί- g
σις. καὶ οἱ μὲν ἐξωθούμενοι τῶν θρόνων ἀδι-
κως· οἱ δὲ ἀντεισαγόμενοι, καὶ τὰ χειρόγραφα
τῆς ἀσεβείας ἀπαιτούμενοι, ὥσπερ τι ἄλλο
τῶν ἀναγκαίων· καὶ τὸ μέλαν ἕτοιμον, καὶ ὁ
συκοφάντης ἐγγύς. ὃ δὴ καὶ ἡμῶν τῶν ἀπτίή-
των οἱ πλεῖστοι πεπόνθασι, διανοίᾳ μὲν οὐ
D [h] πεσόντες, γράμματι δὲ ῥᾳδιχθέντες, καὶ h
εἰς ἓν [i] ἐλθόντες τοῖς πονηροῖς κατ' ἀμφότερα· i
ℭ [k] τῷ καπνῷ γε, εἰ καὶ μὴ τῷ πυρὸς μετα- k
σχόντες. ὃ πολλάκις ἐδάκρυσα, ὁρῶν τὴν
τότε [l] χύσιν τῆς ἀσεβείας, καὶ τὸν νῦν ἐπα- l
νασπάντα διωγμὸν τῷ ὀρθῷ λόγῳ ῥᾳδὰ τῶν
προσπατῶν τοῦ Λόγου.

Omnes Episcopi, paucis exceptis, alii citiùs, alii seriùs tempori obsequuntur. *Jer.* x. 21.

XXIV. Nam proculdubiò *stultè egerunt Pastores*, ut cum Scriptura loquar, & *Pastores multi vineam meam pervastaverunt, ac desiderabilem partem*, hoc est, Dei Ecclesiam, multis sudoribus, & victimis, tam ante Christum quàm post Christum cæsis,

κδ. Τῷ ὄντι γὰρ ποιμένες ἠφρονεύσαντο,
F κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ποιμένες πολλοὶ
διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου, ἠσχύναν με-
ρίδα ἐπιθυμητὴν, τὴν Ἐκκλησίαν τῷ Θεοῦ
λέγω, πολλοῖς ἱδρῶσι καὶ σφαγίοις συνει-

(a) Θύραν ἀνοίξασα. *Impietati januam aperuit ;* editâ scilicet ambiguâ fidei confessione, quæ piè simul & impiè intelligi posset, quam etiam cuique, sive Catholico, sive Ariano, in suam partem trahere liceret. Quapropter Theologus hanc confessionem vocat, *communem utriusque pedis cothurnum.*

(b) Τῶν ἀμφοτέρων. Sic sex Regg. In Ed. ἀμφοτέρων τῶν.

(c) Νεόγραφον. Or. 1. & Bas. ἔγγραφον.

(d) Σοφιστικὴ &c. Ariani, ficto subdoloque animo, Aëtium damnarunt, ut fidem facerent, se Orthodoxæ assentiri doctrinæ.

(e) Ἐπιχείρημα. Reg. Cypr. ἐγχείρημα.

(f) Προήγαγον. Combef. προσήγαγον. *Reipsâ autem magis promoverunt*, ipsum scilicet Aëtii dogma confirmando, & modum duntaxat scribendi, velut contentionum causam, reprehendendo.

(g) Ἐπὶ ῥητοῖς. Coisl. 1. & Jes. ἐπίῤῥητοι.

(h) Πέσοντες. Reg. c. Combef. κλαπέντες, *quasi furtim spoliati.* Mox, γράμματι. Regg. c. d. γράμμασι.

(i) Ἐλθόντες. Reg. c. Or. 1. Combef. συνελθόντες.

(k) Τῷ καπνῷ. Sic plerique Codices. Deest τῷ in Ed. Per *fumum* autem *subscriptionem* intelligit.

(l) Χύσιν. Jes. σύγχυσιν.

λεγμένην,

[a] λεγμένην, τοῖς [a] πρὸ Χριστοῦ τε καὶ μετὰ Χριστὸν, καὶ αὐτοῖς τοῖς μεγάλοις τῦ Θεῦ ὑπὲρ ἡμῶν πάθεσι. πλὴν γὰρ ὀλίγων ἄγαν, καὶ τούτων ὅσοι διὰ σμικρότητα παρεῤῥίφησαν, ἢ διὰ ἀρετὴν ἀντέβησαν, οὓς ἔδει σπέρμα καὶ ῥίζαν ὑπολειφθῆναι τῷ Ισραὴλ, ἵνα ἀναθάλῃ πάλιν, καὶ ἀναβιώσῃ ταῖς ἐπιῤῥοίαις τοῦ Πνεύματος, πάντες τοῦ καιροῦ γεγόνασι· τοσῦτον ἀλλήλων διενεγκόντες, ὅσον τοὺς μὲν πρότερον, τοὺς δὲ ὕσῤερον τῦτο παθεῖν· καὶ τοὺς μὲν προαγωνισὰς καὶ προστάτας γενέσθαι τῆς ἀσεβείας, τοὺς δὲ ταχθῆναι τὰ δεύτερα, ἢ φόβῳ καλασεισθέντας, ἢ χρείᾳ δουλωθέντας, ἢ κολακείᾳ δελεασθέντας, ἢ ἀγνοίᾳ κλαπέντας, τὸ μετριώταλον. εἰ τῳ καὶ τοῦτο αὐτάρκες εἰς ἀπολογίαν τῶν λαοῦ προεσλάναι πεπισλευμένων. ὥσπερ γὰρ οὐχ αἱ αὐταὶ λεόντων τε καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁρμαὶ, οὐδὲ ἀνδρῶν, ἢ γυναικῶν, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ νεωτέρων, ἀλλ' ἔσλι καὶ ἡλικιῶν, καὶ ῥυθμῶν οὐ μικρὸν τὸ διάφορον, οὕτως οὐδὲ ἀρχόντων ἢ ἀρχομένων. τοῖς μὲν γὰρ τῦ λαοῦ τάχα ἂν καὶ συγγινώσκοιμεν τοῦτο πάσχουσιν, οὓς σώζει πολλάκις τὸ ἀβασάνισλον· διδασκάλῳ δὲ πῶς τοῦτο δώσομεν, ὃς καὶ τὰς τῶν [b] ἄλλων ἀγνοίας ἐπανορθοῖ, [b] ἄν περ ἢ μὴ ψευδώνυμος; πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, Ρωμαίων μὲν νόμον μηδενὶ ἀγνοεῖν ἐξεῖναι, μηδ' ἂν σφόδρα ἢ τις ἀγροικίας καὶ ἀμαθέσλατος, μηδὲ εἶναι νόμον τὸν βοηθοῦντα τοῖς πρατλο- [c] μένοις [c] δι' ἄγνοιαν, τοὺς δὲ τῆς σωτηρίας ἀγνοεῖν μυσαγωγοὺς τὰς τῆς σωτηρίας ἀρχὰς, κἂν τἆλλα τυγχάνωσι τῶν ἁπλουσλέρων ὄντες, κὴ μὴ βαθεῖς τὴν διάνοιαν; πλὴν ἔσλω συγγνώμη τοῖς δι' ἄγνοιαν καλακολουθήσασι. τί δ' ἂν εἴποις περὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι καὶ ἀῤχινοίας [d] μεταποιούμενοι, δι' ἃς εἶπον αἰτίας, [d] τῶν κρατούντων ἡττήθησαν, & τὴν τῆς εὐσεβείας σκηνὴν ἐπὶ πολὺ παίξαντες, ὡς ἐφάνη τὶ τῶν ἐλεγχόντων, καὶ κατηνέχθησαν;

κε. Ετι μὲν ἅπαξ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν [e] γῆν [e] σεισθήσεσθαι, τῆς γραφῆς ἀκούω λεγούσης, ὡς δὴ τοῦτο παθόντων καὶ πρότερον· οὕτω δηλουμένης, οἶμαι, τῆς

ac denique magnis ipsius Dei pro salute nostra cruciatibus collectam, *probro ac dedecore affecerunt.* Nam si perpaucos exceperis, qui, vel ob nominis obscuritatem contemptui habiti fuerunt, vel ob virtutem restiterunt; quos *Israëli seminis & radicis loco relinqui* oportebat, ut per Spiritûs influxiones, rursùm efflorescceret, atque ad vitam revocaretur, omnes tempori obsecuti sunt: hoc tantùm inter eos discriminis fuit, quòd alii citiùs, alii seriùs in eam fraudem inciderunt; atque, alii quidem impietatis duces Antistitésque se præbuerunt, alii autem in secundo ordine locati sunt, nempè vel timore perculsi, vel quæstu atque utilitate subacti, vel blanditiis inescati, vel denique ignorantiâ circumventi, ac circumscripti, quod omnium levissimum est; si cui tamen id quoque ad eorum, quibus populi cura commissa est, purgationem sufficere videatur. Nam quemadmodùm leonum cæterorúmque animantium non iidem sunt motus atque impetus, nec virorum & mulierum, nec senum ac juvenum, verùm & ætatum & sexuum haud exiguum discrimen est; sic nec Præfectorum & subditorum. Nàm è vulgo hominibus, qui per errorem id admiserint, ignoscendum fortassè fuerit, quibus illud plerumque saluti est, quòd animum à curiosa exploratione alienum habent; at Doctori quo tandem modo idem concedemus, qui aliorum etiam inscitias emendat, nisi id falsò sibi nomen arroget? Nam cùm Romanorum legem nemini, quamlibet rustico & indocto, ignorare liceat, nec lex ulla exstet, quæ criminibus per ignorantiam commissis opem ferat, nónne absurdum est salutis Doctores & Antistites salutis principia nescire, etiamsi alioqui simpliciores sint, hebetiorique animo? Verùm his sanè ignoscatur, qui impiis dogmatibus per ignorationem assensum præbuerunt. Quid autem de aliis dixeris, qui etiam ingenii laudem sibi vindicantes, ob eas tamen, quas commemoravimus, causas, Imperatoribus manus dederunt, & cùm pietatis personam diuturno tempore tanquam per ludum gessissent, simul ac aliqua supervenit tentatio, quâ convinci atque coargui possent, protinùs corruerunt?

Jer. XII. 10.

Isai. I. 9.

Prælatos; in rebus fidei; ignorantia non excusat.

Nulla exstat civilis lex, quæ criminibus per ignorantiam commissis opitulet.

XXV. Semel quidem adhuc futurum Scriptura pronunciat, ut *cælum & terra moveantur*, tanquam id quoque ipsis antea jam contigerit; quibus verbis, meâ quidem sententiâ, illustris rerum mutatio

Hoc erroris motu concussa est terra. *Aggæ.* II. 7.

(*a*) Πρὸ Χριστῦ τε. Tres Regg. & Comb. πρό τε τῦ Χριστῦ.

(*b*) Αν περ ἢ μὴ ψευδώνυμος; Tres Regg. ἄν περ μὴ ψευδώνυμος ἦ; Combef. ψευδόμενος ἦ, *nisi sit mendax.*

(*c*) Δι' ἄγνοιαν. Sic quinque Regg. undecim Colb. & Or. I. In Ed. δι' ἀγνοίας.

(*d*) Τῶν κρατούντων. *Imperatoribus.* Sic maximè tritus est hujus vocis usus. Billius: *Hæreticis rerum potentibus.*

(*e*) Σεισθήσεσθαι. Semel & iterum Billius *de terræ motu* intelligit, atque interpretatur Aggæi locum, qui tamen intelligendus videtur *de commotione & concussione magna.* Id namque sic reddunt omnes Scripturæ Interpretes. Loquitur Gregorius de turbulentissima illa tempestate, quæ contigit, cùm Constantius & Ariani, ejus auxilio freti, tot in Ecclesia strages ediderunt.

significatur. Atque etiam Paulo fides habenda eſt, poſtremum terræ motum nihil aliud fore affirmanti, quàm *ſecundum Chriſti adventum*, mundíque hujus immutationem, atque in tranquillum ſtatum, & ab omni motu & agitatione liberum, tranſlationem. Ego verò terræ motum hunc, noſtrâ tempeſtate coortum, nullo eorum, qui jam extiterunt, inferiorem eſſe exiſtimo, per quem omnes philoſophiæ dediti ac Dei amore præditi, atque ante tempus in Cœlis civium munere fungentes, à nobis dimoventur. Qui tametſi alioqui pacati ac moderati ſint, hac tamen in re lenes & faciles eſſe non ſuſtinent, cùm per ſilentium & quietem Dei cauſa proditur: verùm hîc admodùm bellaces ſunt, atque in confligendo acres & feroces, (hujuſmodi enim zeli æſtus eſt,) citiúſque aliquid, quod non oporteat, emoverint, quàm, quod ex officio ſit, prætermiſerint. Eodem motu non minima quoque populi pars abrumpitur, velut in avium grege, qui cum his, qui priùs avolarant, avolat, ac ne nunc quidem ſimul avolandi finem facit.

Hebr. XII. 26. *& ſeq.*

XXVI. Sic ſe res habebant, quandiù Athanaſius, illa Eccleſiæ columna, nobiſcum verſabatur; & ſic ſe habuere, poſtquam improborum hominum conatibus ceſſit. Quemadmodùm enim qui firmam quandam arcem expugnare in animum induxerunt, ſi eam acceſſu captúque difficilem eſſe perſpexerint, ad artem ſe conferunt. Quid poſteà? Arcis Præfectum pecuniis aut fraude ad ſuas partes pertrahunt, ſicque nullo jam negotio & labore arcem quoque ipſam in ditionem redigunt. Aut, ſi mavis, quemadmodùm qui Sampſoni inſidias ſtruxerant, crinem priùs, in quo vires poſitas habebat, abſtulerunt, atque ita demùm Judicem in poteſtatem acceperunt, & deindè ipſi arbitratu ſuo inſultarunt, priſtinæque ipſius potentiæ parem ex adverſo poteſtatem adepti ſunt; ſic quoque alienigenæ noſtri, ſubmoto atque è medio ſublato noſtro robore, ac detonsâ Eccleſiæ gloriâ, ita jam in impietatis dogmatibus & actionibus ſeſe oblectabant. Hîc vitam cum morte commutat adverſarii Paſtoris confirmator, & patronus, qui malum haud malo imperio caput præfecerat, atque inutili, ut ferunt, pœnitentiâ in extremo vitæ ſpiritu affectus, cùm nimirùm, ob alterius ſæculi tri-

Athanaſii exilio, erroris furor roboratur.

Conſtantii morte, veritatis doctrina vires acquirit.

A ἐπιφανοῦς τῶν πραγμάτων καινοτομίας. καὶ τὸν τελευταῖον σεισμὸν Παύλῳ πιστευτέον λέγοντι, μὴ ἄλλον εἶναι, ἢ τὴν δευτέραν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς μεταποίησιν καὶ μετάθεσιν εἰς τὸ ἀκίνητον καὶ ἀσάλευτον. τὸν δὲ νῦν τοῦτον σεισμὸν οὐδενὸς ἐλάττω τῶν προγεγενημένων ὑπολαμβάνω, καθ' ὃν [a]κινεῖται μὲν ἀφ' ἡμῶν [a]
ὅσον φιλόσοφον καὶ φιλόθεον, καὶ πρὸ καιροῦ
τοῖς ἄνω πολιτευόμενον. οἱ κἂν τἆλλα ὦσιν
B εἰρηνικοί τε καὶ μέτριοι, τοῦτό γε οὐ φέρουσιν
ἐπιεικεῖς εἶναι, [b]Θεὸν προδιδόναι δι' [b]
ἡσυχίας· ἀλλὰ καὶ λίαν εἰσὶν ἐνταῦθα
πολεμικοί τε καὶ [c]δύσμαχοι, τοιοῦτον γὰρ [c]
ἡ τοῦ ζήλου θερμότης, καὶ θᾶττον ἄν τι
μὴ δέον προκινήσαιεν, ἢ δέον παλίποιεν·
συναποῤῥήγνυται δὲ καὶ τῶν λαῶν οὐκ
ἐλάχιστον, ὥσπερ ἐν ὀρνίθων ἀγέλῃ, τοῖς
πρεσβυτέροις συνανατρέχειν, καὶ οὐδὲ νῦν ἔτι
λήγει [d]συνανιπτάμενον. [d]
C

κε. Τοῦτο Ἀθανάσιος ἡμῖν, ἕως πάρην,
ὁ στύλος τῆς Ἐκκλησίας· καὶ τοῦτο, ἐπειδή
γε ταῖς ἐπηρείαις τῶν πονηρῶν ὑπεχώρησεν·
ὥσπερ γὰρ οἱ φρούριόν τι τῶν καρτερῶν
ἐξελεῖν [e]βουλευθέντες, ἐπειδὰν ἄλλως ἴδωσι [e]
δυσπρόσιτον καὶ δυσάλωτον, ἐπὶ τὴν τέχνην
χωροῦσιν. εἶτα τί; χρήμασιν, ἢ δόλῳ τὸν
φρούραρχον ὑποσπάσαντες, οὕτως ἤδη σὺν
οὐδενὶ πόνῳ καὶ τῆς φρουρᾶς ἐκράτησαν. εἰ
D βούλει δὲ, ὥσπερ οἱ περὶ Σαμψὼν ἐπιβουλεύσαντες, τὴν κόμην πρότερον, ἐν ᾗ [f]τὴν [f]
ἰσχὺν εἶχε, περιελόντες, τηνικαῦτα ὑπὸ
χεῖρα τὸν Κριτὴν ἔλαβον, εἶτα ἐνέπαιζον ὅσα
βουλόμενοις ἦν, τῆς πρὶν τοῦ ἀνδρὸς δυνασείας
ἀντίῤῥοπα. οὕτω καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς ἀλλόφυλοι,
τὸ ἡμέτερον κράτος ἐκποδῶν ποιησάμενοι,
καὶ τὴν δόξαν τῆς Ἐκκλησίας ἀποκείραντες,
οὕτως ἤδη τοῖς τῆς ἀσεβείας ἐνετρύφων δόγ-
μασί τε καὶ πράγμασι. ταύτῃ καὶ μεταλλάτ-
E τει μὲν τὸν βίον ὁ τοῦ [g]ἀντιθέτου ποιμένος [g]
βεβαιωτὴς καὶ πρωτοστάτης, [h]κακὸν οὐ κακῇ [h]
βασιλείᾳ τὸ κεφάλαιον ἐπιθεὶς, καὶ ἀνόνητα
μεταγνοὺς, ὥς φασιν, ἐπὶ ταῖς τελευταίαις
ἀναπνοαῖς, ἡνίκα εὐγνώμων ἕκαστος [i]τῶν [i]

(*a*) Κινεῖται μὲν ἀφ' ἡμῶν. De Monachis, qui fidei zelo à Gregorio patre diſceſſerant, hæc dicta videri poſſunt.

(*b*) Θεὸν προδιδόναι &c. *Ut per ſilentium & ſolitudinem* (inſtituti tenaciores) *Dei cauſam prodant.*

(*c*) Δύσμαχοι. Combef. δυσμαχώτατοι. Or. I. μαχιμώτατοι.

(*d*) Συνανιπτάμενον. Sic plerique Codices, & ita legit Billius. In Ed. συνανισπτάμενον.

(*e*) Βουλευθέντες. Quatuor Regg. decem Colb. & Or. I. βουληθέντες.

(*f*) Τὴν ἰσχύν.....τηνικαῦτα. Quatuor Regg. decem Colb. & Or. I. τὸ ἰσχυρόν....τὸ τηνικαῦτα.

(*g*) Ἀντιθέτου. Reg. bm. Jeſ. Comb. ἀντιθέου. *Deo adverſantis.*

(*h*) Κακὸν ἀ κακῇ &c. *Malum non malo imperio caput præficiens*, Julianum ſcilicet Apoſtatam, quem ſucceſſorem ſuum inſtituerat Conſtantius. Billius: *malum haud malo imperio finem imponens.*

(*i*) Τῶν ἑαυτῶ. In nonnullis, οἱ ἑαυτῷ.

ἑαυτοῦ κριτὴς, δι' ἃ τὸ ἐκεῖ δικαστήριον. τρία A bunal, æquus rerum ſuarum unuſquiſque
γὰρ ταῦτα οἱ συνεγνωκέναι κακὰ, καὶ τῆς judex eſt. Tria enim hæc eſſe aiunt, ob
ἑαυτοῦ βασιλείας ἀνάξια, τὸν τοῦ γένους quæ tanquam imperio ſuo indigna, pœni-
a φόνον, [a] καὶ τὴν ἀναῤῥῆσιν τοῦ Ἀποστάτου, tentiâ ductus fuerit: primum, quòd pro-
καὶ τὴν καινοτομίαν τῆς πίστεως· καὶ pinquis ſuis necem intuliſſet: alterum,
ταύταις συναπελθεῖν λέγεται ταῖς φωναῖς. quòd Julianum Apoſtatam Cæſarem no-
ἐξουσίαν δὲ αὖθις ὁ τῆς ἀληθείας λόγος minaſſet: poſtremum quòd novis fidei
λαμβάνει, καὶ παῤῥησίαν οἱ βιασθέντες dogmatibus ſtuduiſſet: ſimúlque cum his vo-
αὐτόνομον, τοῦ ζήλου τὸν θυμὸν θήγοντος. cibus è vita diſceſſiſſe fertur. Rursùm au-
b ὃ δὴ καὶ [b] ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων ἔπαθε δῆμος, tem veritatis doctrina poteſtatem ac licen-
οἷος ἐκεῖνος ἐπὶ τοὺς ὑβριστὰς, οὐκ tiam accipit; atque ii, qui vexati at-
ἐνεγκόντες τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀμετρίαν, καὶ que oppreſſi fuerant, ſolutam libertatem,
διὰ τοῦτο ξένῳ μὲν θανάτῳ τὴν πονηρίαν, B zelo nempè iracundiam acuente. Quod Georgius impietatis ſuæ
ξένῃ δὲ ὕβρει τὸν θάνατον στηλιτεύσαντες. etiam ipſum Alexandrinis accidit, qui, ut pœnas luit.
c [c] ἴστε τὴν κάμηλον ἐκείνην, καὶ τὸν ξένον in eos, à quibus contumeliam acceperunt,
φόρτον, καὶ τὸ καινὸν ὕψος, καὶ τὴν ἐφ' acerbiſſimi eſſe ſolent, importunam homi-
ἑαυτὴν ἐφόδον, οἶμαι δὲ, καὶ μόνην, τὰ μέχρι καὶ nis audaciam indigniſſimis animis ferentes,
νῦν τοῖς ὑβρισταῖς ἀπειλούμενα. tum novo dedecore mortem notandam
atque infamandam duxerunt. Notus eſt
vobis camelus ille, atque inſueta ſarcina,
& nova altitudo, primáque illa, ac, niſi
me opinio fallit, ſola circumductio, quæ
etiamnum contumelioſis hominibus mina-
citer denunciatur.

d κζ. Ἐπεὶ δὲ [d] ὁ τυφὼν τῆς ἀδικίας, ὁ τῆς XXVII. Poſteaquàm autem ille injuſ- Athanaſius; ab exilio redux, magnificè excipitur.
εὐσεβείας φθορεὺς, ὁ τοῦ πονηροῦ ἐφόδρομος, C titiæ turbo, illa pietatis labes & corrup-
ταύτην εἰσφέρεται τὴν δίκην, ἐμοὶ μὲν tela, ille pravi illius præcurſor, hujuſmodi
οὐκ ἐπαινετήν· οὐ γὰρ ἃ παθεῖν ἐκεῖνον ſupplicio mulctatus eſt, meo quidem ju-
ἐχρῆν, ἀλλὰ ποιεῖν ἡμᾶς ἔδει σκοπεῖν· εἰσ-
e φέρεται δ' οὖν, [e] ὀργῆς πανδήμου καὶ dicio, haud rectè; (nec enim quid eum pati,
φορᾶς ἔργον γενόμενος· ἐπάνεισι μὲν ἐκ τῆς ſed quid nos facere decebat, ſpectandum
καλῆς ἐκδημίας ὁ ἀθλητὴς, οὕτω γὰρ fuit;) ſed mulctatus eſt tamen, totiúſque
ἐγὼ καλῶ τὴν ἐκείνου δι' ἃ τὴν Τριάδα, populi impetum atque iracundiam ſubiit;
καὶ μετὰ τῆς Τριάδος φυγὴν, οὕτω δὲ tum quidem nobilis ille Athleta ex præclara
f [f] ἀσμένοις προσπίπλει τοῖς ἐν τῇ πόλει, καὶ peregrinatione, (ſic enim ipſius fugam pro
μικροῦ τῇ Αἰγύπτῳ πάσῃ, καὶ πανταχόθεν D Trinitate, & cum Trinitate ſuſceptam ap-
g εἰς ταυτὸ συνδραμούσῃ, [g] καὶ ἀπ' ἄκρου pello,) in urbem redit, atque ita lætos &
παντὸς, ἵν' οἱ μὲν φωνῆς Ἀθανασίου μόνης, alacres cives offendit, imò etiam uni-
οἱ δὲ τοῦ εἴδους ἐμφορηθῶσιν, οἱ δὲ, ὃ καὶ verſam propè Ægyptum undequaque,
τῶν Ἀποστόλων ἠκούσαμεν, τῇ σκιᾷ γοῦν & ab extremis totius Ægypti finibus,
h ἁγιασθῶσι μόνῃ, καὶ τῷ [h] κενῷ τύπῳ in unum concurrentem, ut alii ſolâ Atha-
τοῦ Σώματος· ὥστε πολλῶν πολλάκις καὶ naſii voce, alii formâ & aſpectu ſaturarentur, alii, quod de Apoſtolis prædicatur, *ex umbra ſaltem ipſa*, & vanâ corporis figurâ ſanctitatem contraherent: ut, cùm multis jam ſæpenumerò ex omni hominum memoria honores habiti ſint, multis etiam obviam proditum ſit, idque non Præfectis tantùm publicis & Epiſcopis, ſed familiarium quoque ampliſſimis quibuſque & clariſſimis, nullus tamen occurſus frequentiâ & ſplendore major unquam fuiſſe memoretur. Unus duntaxat honor huic comparari poteſt, ille ſcilicet, quo Athanaſius ipſe ad priorem urbis ingreſſum or- Act. v. 15.
πολλοῖς ἤδη γεγενημένων ἐκ τοῦ παντὸς
χρόνου τιμῶν τε καὶ ὑπαντήσεων, οὐκ
ἄρχουσι μόνον δημοσίοις καὶ ἱερεῦσιν, ἀλλὰ
καὶ τῶν οἰκείων τοῖς ἐπιφανεστάτοις, μηδὲ E
μίαν ταύτης μνημονεύεσθαι πολυανθρωπο-
τέραν καὶ λαμπροτέραν. ἓν δὲ εἶναι ταύτῃ
μόνον ὑπεβάλλειν αὐτὸν Ἀθανάσιον, καὶ

(*a*) Καὶ τὴν. &c. Julianus Apoſtata Cæſar à Conſtantio Imperatore creatus fuerat anno 355.

(*b*) Ο τῶν. Sic plures Regg. & Or. 1. Deeſt ὁ in Ed.

(*c*) Ἴστε τὴν κάμηλον &c. Intelligit Gregorius *Georgium*, quem Alexandrini, mortuo Conſtantio, crudeliſſimâ morte affecerunt, ac deindè membratim diſſectum camelo impoſuerunt, atque per totam urbem circumduxerunt.

(*d*) Ο τυφών. Schol. ὁ μέγας ἄνεμος· λέγει Γεώργιον. *Validus ventus; Georgium deſignat.* Mox, οὐ γάρ...ἀλλὰ ποιεῖν ἡμᾶς &c. Videtur hìc Gregorius admittere, Georgium à Chriſtianis necatum fuiſſe. Attamen, juxta Socrat. l. III. c. 3. & Sozom. l. v. c. 7. Julianus, in Epiſt. ad Alexandrinos, id contigiſſe teſtatur, *ob ſpoliata Idolorum templa* &c.

(*e*) Ὀργῆς πανδήμου καὶ φορᾶς ἔργον. *Furore totius populi atque impetu occiſus eſt.* Hæc eſt enim vis hujus vocis ἔργον. Tritum enim eſt: ἔργον λιμοῦ, λοιμοῦ, πόλεμος, *fame, peſte, bello necatus.*

(*f*) Ἀσμένοις προσπίπλει. Sic quinque Regg. Par. &c. In Ed. ἀσμένως προσπίπλει. Or. 1. προσπίπλοι.

(*g*) Καὶ ἀπ' ἄκρου παντός. Billius: *atque ab editis omnibus locis.*

(*h*) Κενῷ. Sic Reg. a. In Ed. καινῷ, *novâ.*

natus fuerat, cùm ex eadem fuga, iisdemque de cauſis initâ, Alexandriam repeteret.

Mira ac elegans Athanaſii cum Philagrio ſimilitudo.

XXVIII. Quin & de honore illo hujuſmodi quiſpiam ſermo circumfertur: dicam enim, ſupervacaneus licèt videri poſſit, ac velut condimentum, adventitiúmque florem Orationi adjungam. Poſt illius adventum quidam in urbem vehebatur, alteram jam Præfecturam gerens: noſter hic erat, quippè Cappadox, vir inprimis clarus; nec mihi dubium eſt, quin Philagrium illum à me nominari ſentiatis. Ea porrò civium erga illum amoris flamma, ut nec ulla alia par, nec erga alium, honor autem, ut rem totam paucis verbis complectar, amoris magnitudini reſpondens; cui etiam urbis adminiſtratio, tum civium rogatu, tum Imperatoris calculo & ſententiâ, rurſùs mandata fuerat. Tum igitur è vulgo quiſpiam, cui infinita multitudo videbatur, ac velut pelagus quoddam oculis haudquaquàm circumſcriptum, ad amicum quendam & familiarem, ut in hujuſmodi rebus accidere ſolet, ita locutus eſſe fertur: *Dic mihi, vir optime, tantámne unquam populi multitudinem vidiſti, támque concordibus animis ad unum hominem ornandum effuſam? Minimè*, inquit juvenis. *Ac ne Conſtantium quidem ipſum pari honorificentiâ exceptum fuiſſe opinor*: tanquam videlicet per Imperatoris nomen ſummus honoris vertex ſignificaretur. Tum ille perquàm ſuaviter arridens: *Quid ais*, inquit, *quaſi magnum aliquid & admirandum dicas? Imò magnum quoque illum Athanaſium pari honore introductum fuiſſe, vix adduci poſſum ut credam*: ſimúlque patrium quoddam jusjurandum ad id, quod dixerat, confirmandum adjunxit. Eò autem hic ſermo ſpectabat, quemadmodùm etiam vobis perſpicuum eſſe arbitror, ut Imperatori quoque ipſi Athanaſium anteferret.

Athanaſius publicis honoribus decoratur.

XXIX. Tanta erat apud omnes viri hujus veneratio; tantoque ſtupori fuit, ille cujus nunc meminimus, ingreſſus. Nam per ſexus,& ætates, atque artes diviſi, (ſolet enim maximè civitas illa ad hunc modum inſtrui, cùm publico honore afficiendum aliquem ſuſcipit; quonam verò modo ſpectaculi illius magnitudinem Oratione referre queam?) Fluvius unus omnes erant; Nilum etiam Poëta quiſpiam diceret, illum,

A τὴν αὐτῷ [a] πρώτεραν συντεθεῖσαν ἐπὶ τῇ πρώτερα ταύτης εἰσόδῳ τιμὴν, ἡνίκα ἐκ τῆς αὐτῆς καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπανήει φυγῆς.

κη. Φέρεται καὶ τοιοῦτός τις ἐπ' ἐκείνῃ τῇ τιμῇ λόγος· λεγέσθω γὰρ, εἰ μὴ πρωτότερος; οἷον ἥδυσμά τι τῷ λόγῳ, καὶ [b] ἄνθος εἰσόδιον. εἰσήλαυνέ τις τῶν [c] δισυπάρχων μετ' ἐκείνην τὴν εἴσοδον· ἡμέτερος οὗτος ἦν, Καππαδόκης γὰρ καὶ τῶν πάνυ, τὸν Φιλάγριον ἐκεῖνον οἶσθ' ὅτι πάντες ἀκούετε· καὶ
B τὸ φίλτρον, οἷον οὐκ ἄλλο, καὶ πρὸς ἄλλον, καὶ ἡ τιμὴ κατὰ τὸ φίλτρον, ἵνα μικρῷ λόγῳ ὑπαστήσω τὸ πᾶν γνώρισμα· [d] ᾧ καὶ ἡ ἀρχὴ, πρεσβεία τε τῆς πόλεως, καὶ ψήφῳ τοῦ βασιλέως, αὖθις ἐγχειρισθεῖσα· τούτων οὖν τινα τοῦ [e] δήμου, ᾧ φανῆναι τὸ πλῆθος
C ἄπειρον, καὶ οἷόν τι πέλαγος οὐχ [f] ὁρίζον τοῖς ὀφθαλμοῖς, πρός τινα λέγεται τῶν ἑαυτοῦ συνήθων καὶ φίλων, ὃ φιλεῖ συμβαίνειν ἐν τοῖς τοιούτοις, εἰπεῖν· εἶπέ μοι, ὦ βέλτιστε, ἤδη ποτὲ τεθέασαι δῆμον τοσοῦτον καὶ οὕτως [g] ἔμψυχον, ἐφ' ἑνὸς ἀνθρώπου τιμῇ χυθέντα; οὐ, φάναι τὸν νεανίαν· ἀλλ' ἐμοὶ μὲν δόξαι, μηδ' ἂν [h] αὐτὸς ταύτης τυχεῖν Κωνστάντιος· ὡς τοῦ ἀκροτάτου τῆς τιμῆς δηλουμένου δι' αὐτοῦ βασιλέως. καὶ τὸν γελάσαντα μάλα κομψὸν καὶ ἡδύ, τί τοῦτο
D ἔφης, εἰπεῖν, ὡς δή τι [i] λέγων μέγα καὶ θαυμαστόν; μόλις ἂν οἶμαι καὶ Ἀθανάσιον οὕτως εἰσαχθῆναι τὸν μέγαν· καὶ ἅμα ὅρκον τινὰ [k] προσθεῖναι τῶν ἐπιχωρίων εἰς τὴν τοῦ λόγου βεβαίωσιν. ἐβούλετο δὲ ὁ λόγος αὐτῷ, ὃ καὶ ὑμῖν οἶμαι δῆλον, καὶ βασιλέως αὐτοῦ ἔμπροσθεν ἄγειν τὸν νῦν εὐφημούμενον.

κθ. Τοσοῦτον ἦν θαῦμα πᾶσι τὸ τοῦ ἀνδρὸς τούτου σέβας· κἀ τοσαύτη τῆς [l] μνημονευομένης
E εἰσόδου νῦν ἡ κατάπληξις. κατὰ γὰρ γένη, κἀ ἡλικίας, κἀ τέχνας διαιρεθέντες, φιλοῦσι γὰρ μάλιστα ἡ πόλις αὕτη οὕτω διασκευάζεσθαι, ὅταν τινὶ πλέκωσι τιμὴν δημοσίαν· πῶς ἂν θαυμαστήσαιμι τῷ λόγῳ τὸ μέγα ἐκεῖνο θέαμα; ποταμὸς ἦσαν εἷς, ποιητοῦ

(a) Προτέραν. Duo Regg. πρότερον. Primus ille Athanaſii in urbem Alexandriam adventus, is fuit, cùm, extincto magno Conſtantino, à quo in exilium miſſus fuerat, rediit.

(b) Ανθος εισόδιον. Mos erat, ut in hujuſmodi feſtis flores ſpargerent.

(c) Δισυπάρχων. Or. 1. δισυπάτων, *iterùm Conſul.*

(d) Ω καί. In nonnullis, ᾧ καί.

(e) Δήμου. Reg. ph. addit: ἐπειδὴ οἱ.

(f) Ορίζον. Reg. Cypr. ὁρίζων. Nicet. & Tillem. ὁριζόμενον.

(g) Εμψυχον. Coisl. 1. & Jeſ. εὔψυχον.

(h) Αὐτὸς.... Κωνσλάντιος. Unus Colb. & Baſ. αὐτὸν.... Κωνσλάντιον.

(i) Λέγων μέγα καὶ θαυμασλόν. Alii, μέγα λέγων καὶ θαυμασλόν. Alii, μέγα λέγων κὰ μέγα θαυμασλόν.

(k) Προσθεῖναι. Or. 1. προσθῆναι.

(l) Μνημονευομένης. Reg. Cypr. μνημονευθείσης. *Tanto ſtupore fuit* &c. Hinc Nicet. τοσοῦτον πάντας κατέπληξεν ἡ τῦ ἁγίυ εἰς τὴν πόλιν εἴσελευσις. *Uſque adeò hujus Sancti in urbem ingreſſus omnes percuſſit.* Billius: *tanto ſtupore ingreſſus ejus memoria hominum mentes etiamnum defixas tenet!*

δὲ

δὲ ἦν ἄρα καὶ τὸν Νεῖλον εἰπεῖν, τὸν χρυσορρόαν ὄντως καὶ [a] εὔσταχυν, ἔμπαλιν [b] ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν Χαιρέου ῥέοντα, ἡμερησίαν ὁδὸν οἶμαι, καὶ περαιτέρω. δότε μοι μικρὸν ἔτι ἐντρυφῆσαι τῷ διηγήματι. ἐκεῖσε γὰρ εἶμι, καὶ οὐδὲ ἁπαχθῆναι τὸν λόγον τῆς τελετῆς ἐκείνης ῥᾴδιον. πῶλος μὲν [c] ἦγεν αὐτὸν, καὶ μή μοι τῆς [c] ἀπονοίας μέμψησθε, ὡς μικροῦ τὸν ἐμὸν Ἰησοῦν ὁ πῶλος ἐκεῖνος· [d] εἴτ' οὖν ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, ὃν [e] εὖ ποιῶν ἐπιβαίνει, τῶν τῆς ἀγνοίας δεσμῶν λυόμενον· εἴτέ τι ἄλλο βούλεται [f] σημαδηλοῦν ὁ λόγος· [f] κλάδοι δὲ αὐτὸν ὑποδέχονται, καὶ στρώσεις ἱματίων πολυανθῶν καὶ ποικίλων προῤῥιπτουμένων τε καὶ ὑποῤῥιπτουμένων· ἐνταῦθα μόνον ἀτιμαζόντος τοῦ ὑφηλοῦ καὶ πολυτελοῦς, καὶ τὸ ἴσον μὴ ἔχοντος. εἰκὼν καὶ αὕτη τῆς ἐπιδημίας [g] Χριστοῦ, ᾗ οἱ προβοῶντες, [g] καὶ οἱ προχορεύοντες· πλὴν ὅσον οὐ παίδων ὅμιλος μόνον τὸ εὐφημοῦν ἦν, ἀλλὰ καὶ πᾶσα γλῶσσα σύμφωνος καὶ ἀντίθετος, νικᾷν ἀλλήλους ἐπειγομένων. ἐᾷ γὰρ λέγειν κρότους πανδήμους, καὶ μύρων ἐκχύσεις, καὶ πανυχίδας, καὶ πᾶσαν φωτὶ καταστραπτομένην τὴν πόλιν, καὶ [h] δημοσίας ἑστιάσεις καὶ οἰκιδίας, καὶ ὅσοις αἱ πόλεις τὸ φαιδρὸν ἐπισημαίνουσιν, ἃ τότε μεθ' ὑπερβολῆς ἐκείνῳ, καὶ σῷζᾳ τὸ [i] εἰκὸς [i] ἐχαρίζοντο. οὕτω τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος, καὶ μετὰ τοιαύτης καταλαμβάνει τῆς πανηγύρεως.

A inquam, verè aurifluum, & ſpicis uberem, ab urbe ad Chæreum retroacto curſu fluentem, diei unius itinere, atque eo ampliùs. Liceat mihi, per vos, quæſo, paululùm adhuc in hac narratione me oblectare. Illic enim animus verſatur, nec ſermonem ab ea ſolemnitate revocare facilè poſſum. Pullus ipſum vehebat, (ac peto à vobis, ne me amentiæ accuſetis,) non ſecùs ferè, ac *Jeſum meum pullus ille;* ſive Gentilem populum, quem ignorantiæ vinculis ſingulari beneficio ſolutum conſcendit; ſive quid aliud Scriptura ſignificare velit. Illum etiam rami, & varia variis picta coloribus indumenta ante eum projecta & ſubſtrata excipiunt; hîc ſolùm ſpretâ pretiosâ ſupellectili, ac cujus magnificentiæ nihil par erat. Chriſti quoque adventûs imago fuere, tum qui præeundo clamabant, tum qui choreas agitabant; niſi quòd non puerilis duntaxat turba fauſtis illum acclamationibus excipiebat, verùm etiam omnis lingua concors & adverſaria hominum, qui ſeſe mutuò ſuperare contendebant. Nam omittam publicos plauſus, & unguentorum profuſiones, & nocturnas feſtivitates, & totam urbem lumine coruſcantem, publica item & privata convivia, cæteráque per quæ urbes lætitiæ atque hilaritatis argumenta edunt, quæ tum illi ampliſſimè, & ſupra quàm credi queat, conferebantur. Sic vir eximius, ac cum tali pompa & celebritate civitatem ſuam ingreditur.

Pullo inſidet.

Luc. XIX. 35.

Maximo civium concurſu Alexandriam ingreditur.

B C D

λ. Ἀρ' οὖν [k] ἐβίω μὲν, ὥσπερ εἰκὸς τοὺς [l] λαοῦ τοσούτου [l] προστησομένους, ἐδίδαξε δὲ οὐχ ὡς βεβίωκεν; ἠγώνισται δὲ, οὐχ ὡς ἐδίδαξεν; ἐκινδύνευσε δὲ τῶν ὑπὲρ τοῦ λόγου τινὸς ἠγωνισμένων ἐλάττω; τετίμηται

XXX. Eſto igitur, vitæ rationes ita inſtituerit, ut eos decet, qui tantæ hominum multitudini, præeſſe debent, verùm paremne vitæ doctrinam attulit? Decertavit quidem, num ut docuit? Num minùs quàm quivis eorum, qui pro recta

Meritò laudandus Athanaſius, tum ob vitam & doctrinam, tum ob certamina & pericula.

(a) Εὔσταχυν Reg. c. addit: καὶ μητρῶντα τὴν εὐδαιμονίαν τοῖς πύκνεσιν. *Quique felicitatem multitudine metitur.*

(b) Ἀπὸ τῆς πόλεως &c. *Hoc*, inquit Nicetas, *inter Nilum & populum Alexandrinum intererat, quòd Nilus à Chæreo, quæ terra hoc nomen à quodam habitatore conſecuta eſt, in urbem influit; at popularis ille fluvius tunc ſancto Athanaſio ſeſe effundens, in contrarium à civitate ad Chæreum fluens, diei unius iter, & eò ampliùs extenſus eſt.*

(c) Ἀπονοίας. Nicet. τόλμης, *audaciæ.*

(d) Εἴτ' οὖν ὁ ἐξ ἐθνῶν. Sic quatuor Regg. Deeſt ὁ in Ed.

(e) Εὖ ποιῶν. *Singulari beneficio afficiens;* quòd ſcilicet ejus ignorantiæ vincula ſolvere dignaretur. Billius: *percommodè.*

(f) Κλάδοι δὲ αὐτὸν ὑποδέχονται &c. Billius, Nicetam ſecutus, ſic vertit: *Hoc unum interfuit, quòd Chriſtum rami ſuſceperunt, & varia indumenta, multiplicique florum genere conſtrata, ante ipſum projecta ſunt: excelſo autem & magnifico viro Athanaſio nihil tale factum eſt. In eoque uno impares honoris partes habuit.* Verùm, illorum pace dixerim, uterque à Gregorii mente aberrat. Quod enim Theologus ad Athanaſium, ipſi ad Chriſtum referunt. Scopus tamen Oratoris in hoc tendit, ut oſtendat illam ſimilitudinis affinitatem, quæ reperitur inter Chriſti Jeroſolymam introitum, & Athanaſii Alexandriam reditum. Uterque pullo inſidet: uterque à populo fauſtis acclamationibus excipitur: ante utriuſque pedes ſternuntur etiam rami & indumenta; nec deerant, qui præirent clamantes &c. Hæc Græca ipſa præ ſe ferunt. Claudicat igitur Billii verſio, quæ ad Chriſtum refert, quod Theologus ad Athanaſium. Et certè, tanta erat Alexandrinorum lætitia circa Athanaſium ab exilio redeuntem, ut non tantùm rami geſtarentur, aut flores ſpargerentur, ſed etiam quidquid, in pictis tapetibus & ſtragulis, pretioſius ac magnificentius erat, ſperneretur, & ante ipſius pedes, honoris causâ, projiceretur. Idcircò hanc ſimilitudinem inter utrumque nectit Gregorius; ſed ne hæc ſimilitudo, ob reverentiam quæ Chriſto debetur, quorumdam aures offendere poſſet, ab Auditoribus petit, ne, talia proferendo, amentiæ aut audaciæ accuſetur.

(g) Καὶ οἱ προχορεύοντες. Sic quatuor Regg. & Or. 1. Deeſt οἱ in Ed.

(h) Δημοσίας. Ita ſex Regg. & Or. 1. In Ed. δημοσίους.

(i) Ἐχαρίζοντο. Oxon. apud Montac. ἠρανίζοντο, *colligebantur.*

(k) Ἐβίω. Duo Regg. Chryſ. & Baſ. ἐβίου.

(l) Προστησομένους. Or. 1. τὸν προστησόμενον.

doctrina certamen adierunt, periclitatus A est? Num minores, quàm pro certaminum merito honores consecutus est? Num denique honoribus illis, quibus in ingressu ornatus est, post ingressum dedecori atque ignominiæ fuit? Minimè gentium. Verùm omnia, non secùs atque in cithara, inter se apta & connexa erant, pulchréque congruebant, tum vita & doctrina, tum certamina & pericula, tum reditus, & quæ reditum sunt consecuta. Nam simul atque ad Ecclesiam pervenit, non eodem modo affectus est, quo ii solent, qui per iræ impotentiam cæcutiunt, & B, ut quidque primum occurrit, ita illud, quamlibet etiam dignum, à quo manus abstineantur, protrudunt aut feriunt, usque adeò sunt in iram præcipites. Verùm hoc potissimùm tempus ad nominis celebritatem & gloriam idoneum sibi esse arbitratus, (quandoquidem, ferè fit, ut qui in calamitate versatur, moderatiorem se præbeat, qui autem referendæ injuriæ potestatem nactus est, insolentiùs se gerat,) tantâ lenitate atque humanitate res eorum, à quibus læsus fuerat, administravit, ut ne iis quidem ipsis, si hoc dici potest, ipsius reditus molestus fuerit.

δὲ ὧν ἠγώνισται [a] μεῖον; κατήσχυνε δέ τι τῶν τῆς εἰσόδου μετὰ τὴν εἴσοδον; οὐδαμῶς. πάντα δὲ ἀλλήλων ἐχόμενα, ὥσπερ ἐν λύρᾳ μιᾷ, καὶ τῆς αὐτῆς ἁρμονίας, ὁ βίος, ὁ λόγος, οἱ ἀγῶνες, οἱ κίνδυνοι, τὰ τῆς ἐπανόδου, τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον. ὁμοῦ τε γὰρ τὴν Ἐκκλησίαν καταλαμβάνει, καὶ οὐ πάσχει ταυτὸν τοῖς δι' ἀμετρίαν ὀργῆς τυφλώττουσι, καὶ ὅ τι ἂν παραπέσῃ, τοῦτο [b] πρῶτον περιωθοῦσιν ἢ παίουσι, κἄν τι τῶν φειδοῦς ἀξίων ὂν [c] τύχοι, τοῦ θυμοῦ δυναστεύοντος. ἀλλὰ τοῦτον μάλιστα εὐδοκιμήσεως αὐτῷ καιρὸν εἶναι νομίσας, ἐπειδὴ τὸ μὲν πάσχον κακῶς ἀεὶ μετριώτερον, τὸ δὲ ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ ἀντιδρᾶν ἀκρατέστερον, οὕτω πρᾴως καὶ ἡπίως τὰ πρὸς λελυπηκότων μεταχειρίζεται, ὡς μηδὲ αὐτοῖς ἐκείνοις, [d] εἰ οἷόν τε τοῦτο εἰπεῖν, ἀηδῆ γενέσθαι τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἐπάνοδον.

Templum sacrilegiis repurgat.

XXXI. Ac templum quidem sacrilegis nundinatoribus, iisque qui Christo ad quæstum abutebantur, repurgat, in hoc quoque scilicet Christum referens: nisi quòd non *texto flagello*, sed probabilibus argumentis atque ad persuadendum accommodatis id efficit. Tum eos, qui & inter se, & cum ipso simultates gerebant, in concordiam reducit; & quidem ita, ut nullius pacificatoris operâ ad eam rem opus haberet. Præterea injuriâ affectos tyrannide liberat, nullum eorum, qui ipsius causæ studebant, & eorum, qui adversas partes sequebantur, delectum habens. Prolapsam insuper fidei doctrinam erigit: ac liberè rursùs Trinitas prædicatur, super candelabrum posita, splendidóque unius divinitatis lumine animas omnes collustrans. Leges etiam rursùs orbi terrarum præscribit, atque omnium mentes ad se convertit, aliis epistolas mittens, alios accersens, nonnullos etiam ultrò accedentes erudiens, omnibúsque liberam voluntatem pro lege proponens. Hoc enim solum ad præmonstrandum virtutis iter sufficere censebat. Ut autem in summa dicam, duorum laudabilium lapidum naturam imitatur. Nam & percutientibus adamas efficitur, & diffidentibus magnes, occultâ naturæ vi ferrum trahens, ac durissimam omnium materiam sibi ascisens.

Joan. II. 15.

Prolapsam fidei doctrinam erigit.

λα. Καθαιρεῖ [e] μέν γε τὸ ἱερὸν τῶν C θεοκαπήλων, καὶ χριστεμπόρων, ἵνα καὶ τοῦτο τῶν Χριστοῦ μιμήσηται· πλὴν ὅσον οὐ φραγελλίῳ πλεκτῷ, λόγῳ δὲ πιθανῷ τοῦτο ἐργάζεται· καταλλάττει δὲ τὸ στασιάζον πρός τε αὐτὸ καὶ [f] ἑαυτὸ, οὐδενὸς τῶν [g] συναγόντων πρεσδεηθείς. λύει δὲ τοῖς ἠδικημένοις τὰς τυραννίδας, οὐδὲν διελὼν τοὺς τῆς [h] ἑαυτοῦ μερίδος, καὶ τῆς ἐναντίας. ἀνίστησι δὲ [i] πεπλωκότα τὸν λόγον· παῤῥησιάζεται δὲ ἡ [k] Τριὰς πάλιν, ἐπὶ τὴν λυχνίαν D τεθεῖσα, καὶ λαμπρῷ τῷ φωτὶ τῆς μιᾶς θεότητος ταῖς πάντων ψυχαῖς ἐναστράπτουσα. νομοθετεῖ δὲ τῇ οἰκουμένῃ πάλιν, ἐπιστρέφει δὲ πρὸς ἑαυτὸν πᾶσαν διάνοιαν, τοῖς μὲν ἐπιστέλλων, τοὺς δὲ καλῶν· ἔστι δὲ οὓς καὶ ἀκλήτους παρόντας ζοφίζων, πᾶσι δὲ νόμον ἕνα προθεὶς τὸ βούλεσθαι. καὶ γὰρ τοῦτο μόνον ἐξήρκει πρὸς ὁδηγίαν τοῦ κρείττονος. ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰπεῖν, δύο λίθων E μιμεῖται φύσεις ἐπαινουμένων· γίνεται γὰρ τοῖς μὲν παίουσιν ἀδάμας, τοῖς δὲ στασιάζουσι μαγνῆτις, ἀῤῥήτῳ φύσεως βίᾳ τὸν σίδηρον ἕλκουσα, καὶ [l] τὸ στερρότατον ἐν ὕλαις οἰκειουμένη.

(*a*) Μεῖον. Reg. ph. *μεῖζον. majores.* Coisl. 1. & Or. 1. πλεῖστον.

(*b*) Πρῶτον. Deest in Or. 1.

(*c*) Τύχοι. Quinque Regg. τύχῃ.

(*d*) Εἰ οἷόν τε τοῦτο εἰπεῖν. Sic Regg. bm. ph. Or. 1. Jes. &c. Deest *si* in Ed. Nonnulli habent ποιεῖν pro εἰπεῖν. Alii omittunt τοῦτο.

(*e*) Μέν γε. Sic Regg. bm. ph. In Ed. μὲν γάρ.

(*f*) Ἑαυτό. Sic melioris notæ Codices & Nicetas. In Ed. ἑαυτόν.

(*g*) Συναγόντων. Nonnulli addunt, πόλλων ὄντων.

(*h*) Ἑαυτῆ. Sic tres Regg. & Savil. In Ed. αὐτῆ.

(*i*) Πεπλωκότα τὸν λόγον. Sic quinque Regg. In quibusdam, τὰ πεπλωκότα τῇ λόγῳ. In Ed. πεπλωκότα λόγον.

(*k*) Τριὰς πάλιν. Tres Regg. πάλιν Τριάς.

(*l*) Τό. In nonnullis, τόν.

λβ. Αλλ' οὐ γὰρ ἔμελλε ταῦτα οἴσειν ὁ Φθόνος, οὐδὲ τὴν Ἐκκλησίαν ὁρῶν ἀνέξεσθαι πάλιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς δόξης, καὶ τῆς παλαιᾶς ὑγιείας, τάχιστα τοῦ διεσῶτος συνουλωθέντος, ὡσπερ ἐν [a] σώματι. διὰ τοῦτο ἐπανίστησιν αὐτῷ τὸν [b] συναποστάτην ἑαυτῷ βασιλέα, καὶ τὴν κακίαν ὁμότιμον, χρόνῳ μόνῳ λειπόμενον· [c] ὃς πρῶτος Χριστιανῶν βασιλέων κατὰ Χριστοῦ μανεὶς, καὶ ὃν ὤδινε πόρρωθεν ἐν ἑαυτῷ βασιλίσκον τῆς ἀσεβείας ἀναῤῥήξας ἀθρόως, ἐπειδὴ καιρὸν ἔλαβεν, ὁμοῦ τε αὐτοκράτωρ ἀναδείκνυται, καὶ κακὸς μὲν πρὸς τὸν πιστεύσαντα βασιλέα· [d] τὰ βασίλεια γίνεται, κακίων δὲ πρὸς τὸν σεσωκότα Θεόν· καὶ διωγμὸν ἐννοεῖ τῶν πώποτε γενομένων ἀπανθρωπότατον, ὅσῳ τὸ πιθανὸν τῇ τυραννίδι μίξας, ἐφθόνει γὰρ τοῖς πάσχουσι καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἄθλοις τιμῆς, ἀμφίβολον ἐποίει καὶ τὸ τῆς ἀνδρείας φιλότιμον, τὰς ἐν τοῖς λόγοις στροφὰς καὶ πλοκὰς [e] ἐπὶ τὸν τρόπον μετενεγκών, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἀπὸ τοῦ τρόπου, καὶ πρὸς ἐκεῖνα σπουδάσας, καὶ τὸν ἔνοικον αὐτῷ πονηρὸν τῆς πολυτεχνίας μιμούμενος. οὗτος μικρὸν μὲν ἔργον ἐνόμισεν εἶναι τὸ [f] πᾶν τῶν Χριστιανῶν [f] παραστήσεσθαι γένος· μέγα δὲ τὸ Αθανασίου κρατῆσαι, καὶ τῆς ἐκείνου πρὸς τὸν λόγον ἡμῶν δυνάμεως. καὶ γὰρ ἑώρα μηδὲν ὂν αὐτῷ πλέον τῆς καθ' ἡμῶν ἐπινοίας, διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀντιπαράταξιν καὶ ἀντίθεσιν. ἀεὶ τοῦ κενουμένου Χριστιανῶν ἀναπληρουμένου, διὰ τῆς Ελληνικῆς πρεσθήκης, καὶ τῆς ἐκείνου συνέσεως, ὃ καὶ παράδοξον. ταῦτ' οὖν ἐννοῶν, καὶ ὁρῶν ὁ δεινὸς ἐκεῖνος παραλογιστὴς καὶ διώκτης, οὐδὲ ἐπὶ τοῦ πλάσματος ἔτι μένει καὶ τῆς Σοφιστικῆς ἀνελευθερίας, ἀλλὰ τὴν πονηρίαν γυμνώσας, φανερῶς ὑπεροράζει τὸν ἄνδρα τῆς πόλεως. [g] ἔδει γὰρ [g] τρισὶ παλαίσμασι τὸν γεννάδαν νικήσαντα, τελείας τυχεῖν καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως.

λγ. Μικρὸν τὸ ἐν μέσῳ, καὶ Πέρσαις μὲν ἡ δίκη δοῦσα τὸν ἀλιτήριον ἐκεῖ δικάζει, καὶ βασιλέα φιλότιμον παρεμψασα, νεκρὸν ἐπανάγει, μὴ δὲ ἐλεούμενον· ὡς δὲ ἐγὼ [h] τινός [h] σοι ἤκουσα, μηδὲ τῷ τάφῳ παρεσλαμ-

XXXII. Verùm enim fieri non poterat, ut invidia hæc ferret, atque Eccleſiam priſtinæ gloriæ ſuæ veteríque ſanitati reſtitutam, videre ſuſtineret, diſſectis nimirùm partibus celerrimâ cicatrice, velut in corpore, obductis. Quamobrem Imperatorem adverſus eum excitat, in eodem, quo ipſe, defectionis crimine verſantem, atque improbitate parem, tempore ſolo poſteriorem; qui primus Chriſtianorum Imperatorum adverſus Chriſtum furore percitus, atque impietatis baſiliſcum, quem multò antè parturiebat, oblatâ occaſione, ſubitò profundens, ſimul atque Imperator declaratus eſt, ſtatim, & erga Imperatorem, qui ipſius fidei imperium commiſerat, improbè, & erga Deum, cui ſalutem debebat, improbiùs ſe gerit; ac perſecutionem omnium, quæ unquam fuerunt, teterrimam excogitat; quatenùs perſuaſionem & ſermonis blanditias tyrannidi adjungens, (nam eos etiam honores, qui ob certamina tribui ſolent, Martyribus invidebat,) fortitudinis laudem in dubium revocabat, verborum nempè captiones & argutias ad mores ſuos transferens, aut, ut veriùs loquar, à moribus & ingenii vafricie ad ea ſcelera ſtudium conferens, Dæmoníſque, qui in ipſius pectore domicilium habebat, artem, multiplicémque verſutiam imitans. Ille quidem parùm amplum atque præclarum eſſe arbitratus eſt, univerſam Chriſtianorum nationem imperio ſuo ſubjicere; magnum autem & glorioſum fore, ſi Athanaſium ejúſque in Chriſtiana doctrina vim & facultatem ſuperaret. Perſpiciebat enim nihil ſibi ex ſuis in nos conſiliis accedere, quòd adverſus eum in acie ſtaret Athanaſius, ejúſque conatibus obſiſteret. Id enim, quod ex Chriſtianis decedebat, Gentilium acceſſione, ipſiúſque prudentiâ quotidie ſupplebatur, id quod ſanè mirandum erat. Quæ cùm callidus ille impoſtor & perſecutor animadverteret & cerneret, ne perſonam quidem diutiùs ferre, ac ſophiſticâ & ſervili diſſimulatione uti ſuſtinuit; verùm animi perverſitate detectâ, palàm apertéque hominem è civitate exturbat. Egregium enim virum triplici certamine vincere oportebat, ut perfectum etiam præconium conſequeretur.

Julianus contra Athanaſium invidiâ furit.

Maximam perſecutionẽ excogitat, & Martyribus martyrii laudem invidet.

Athanaſium rursùs in exilium mittit.

XXXIII. Non multùm temporis interceſſerat, cùm impium illum & ſacrilegum ad Perſas vis numinis ultrix ablegat, illicque cauſam diſceptat: & quem magnificum & honoris cupiditate flagrantem tranſmiſerat, eundem mortuum reducit,

Mors Juliani.

(a) Σώματι. Regg. d. ph. Or. 1. σάμασι.
(b) Συναποστάτην. Schol. Ιουλίανον λέγει, *Julianum dicit.*
(c) Ος. Sic duo Regg. & novem Colb. In Ed. ὁ.
(d) Τὰ βασίλεια. Nicetas, τὴν τῆς Καίσαρος ἀρχήν. *Cæſaris dignitatem.* Vox illa deeſt in multis Codd. Retinenda tamen videtur, quidquid dicat variarum lectionum collector.
(e) Επὶ τὸν τρόπον. *Ad ingenium indolemque transferens.*
(f) Παρασλήσεσθαι. Reg. d. παρασλήσασθαι.
(g) Τρισὶ παλαίσμασι. *Triplici certamine.* Tria ſubiit exilia Athanaſius. Primum, ſub Conſtantino; ſecundum, ſub Conſtantio; tertium, ſub Juliano.
(h) Σοί. Deeſt in Coisl. 1. Or. 1. aliiſque pluribus.

ne miseratione quidem quenquam permoventem : imò, ut mihi quispiam narravit, nec ad sepulturam assumptum, sed à terra, quæ ipsius causâ turbata fuerat, excussum, æstúque vehementi projectum : insequentis, ut opinor, supplicii præludium. Surgit autem alter Imperator, facie minimè impudens, quemadmodùm is, de quo antè verba fecimus, nec pravis operibus, & operum Præfectis Israëlem opprimens, sed mirâ pietate animíque lenitate præditus ; qui, ut pulcherrimum imperii sui fundamentum jaceret, rectámque legum sanctionem, undè conveniebat, auspicaretur, cùm omnes alios Episcopos, tum eum ante omnes, qui omnibus virtute præstabat, ac citra dubitationem ullam pietatis causâ oppugnatus fuerat, ab exilio revocat. Quin etiam fidei nostræ veritatem à multis laceratam & perturbatam, atque in sexcentas opiniones partésque distractam, quærit, ut maximè quidem universus orbis, si fieri posset, in fidei negotio consentiret, Spiritûsque auxilio in unum coiret : sin minùs, ipse certè optimæ parti sese adjungeret, simúlque & ei robur afferret, & ab ea vicissim acciperet, excelsè simul & magnificè de rebus maximis cogitans. Atque hîc potissimùm Athanasius puritatis suæ fideique in Christum firmæ & constantis specimen edidit. Nam cùm cæteri omnes, qui doctrinam nostram profitebantur, trifariàm divisi essent, ac multi circa Filium, plures etiam circa Spiritum sanctum ægram fidem haberent, (ibi levior impietas pietatis opinionem ferebat,) pauci autem utrinque sani & incolumes essent, primus ille & solus, aut cum admodùm paucis, veritatem palàm apertisque verbis promulgare non dubitavit, unam trium Personarum divinitatem & essentiam scripto confessus : & quod multis illis Patribus circa Filium priùs concessum fuerat, idem ipse posteà in asserenda Spiritûs sancti divinitate superno afflatu consecutus. Atque Imperatori donum verè regium & magnificum offert, scriptam nimirùm fidei confessionem, adversus novum dogma nusquam in Scriptura expressum : ut sic & Imperatorem Imperator, & doctrinam doctrina, & libellum libellus frangeret atque opprimeret.

Jovianus, Juliani successor, Athanasium ab exilio revocat.

Athanasius maximum suæ in Christum fidei specimen edit.

Unam in tribus Personis divinitatem & essentiam scripto confitetur.

A βανόμενον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς σειθείσης δι' αὐτὸν γῆς ἀποσειόμενον ἢ ἀναβρασσόμενον· πρεπόιμιον, οἶμαι, τῆς ἐκεῖθεν κολάσεως. ἀνίσταται δὲ [a] βασιλεὺς ἕτερος, οὐκ ἀναιδὴς τῷ προσώπῳ κατὰ τὸν προειρημένον, οὐδὲ τοῖς πονηροῖς ἔργοις καὶ ἐπιστάταις ἐκθλίβων τὸν Ισραὴλ, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐσεβής τε καὶ ἥμερος· ὃς ἵνα ἀρίστην ἑαυτῷ [b] καταστήσηται τὴν τῆς βασιλείας κρηπῖδα, καὶ ὅθεν [c] δεῖ, τῆς εὐνομίας ἄρξηται, λύει μὲν τοῖς Επισκόποις τὴν ἐξορίαν, τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι, καὶ πρὸ B πάντων τῷ πρὸ πάντων τὴν ἀρετὴν, καὶ [d] προθήλως ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πολεμηθέντι. ζητεῖ δὲ τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως τὴν ἀλήθειαν, ὑπὸ πολλῶν διασπασθεῖσαν καὶ συγχυθεῖσαν, καὶ εἰς πολλὰς δόξας καὶ μοίρας νενεμημένην, ὥστε μάλιστα μὲν τὸν κόσμον ὅλον, [e] εἰ οἷόν τε συμφωνῆσαι, καὶ εἰς C ἓν ἐλθεῖν τῇ συνεργίᾳ τοῦ Πνεύματος· [f] εἰ δὲ οὐ, ἀλλ' αὐτόν γε μετὰ τῆς βελτίστης γενέσθαι, κἀκείνῃ διδασχεῖν τὸ κράτος, καὶ παρ' ἐκείνης ἀντιλαβεῖν, λίαν ὑψηλῶς τε καὶ μεγαλοπρεπῶς περὶ τῶν μεγίστων διανοούμενος. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα διεδείχθη τοῦ ἀνδρὸς ἡ καθαρότης, καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. τῶν γὰρ ἄλλων ἁπάντων, ὅσοι τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου, τριχῇ νενεμημένων, καὶ πολλῶν μὲν ὄντων τῶν περὶ τὸν Υἱὸν ἀρρωστούντων, πλειόνων δὲ τῶν περὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔνθα [g] καὶ τὸ ἧττον ἀσεβεῖν εὐσέβεια ἐνομίσθη, [h] ὀλίγοι δὲ τῶν κατ' ἀμφότερα ὑγιαίνοντος, πρῶτος καὶ μόνος, ἢ κομιδῇ σὺν ὀλίγοις ἀποτολμᾷ τὴν D ἀλήθειαν ζαφῶς οὕτωσὶ καὶ διαῤῥήδην, τῶν τριῶν μίαν θεότητα καὶ οὐσίαν [i] ἐγγράφως ὁμολογήσας· καὶ ὃ πρὸ [k] πολλῷ τῶν Πατέρων ἀριθμῷ περὶ τὸν Υἱὸν ἐχαρίσθη πρότερον, τοῦτο περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτὸς ἐμπνευσθεὶς ὕστερον, κἠ δῶρον βασιλικὸν ὄντως καὶ μεγαλοπρεπὲς πρὸ βασιλεῖ προσενεγκών, ἔγγραφον τὴν εὐσέβειαν [l] κατὰ τῆς ἀγράφου καινοτομίας· ἵνα βασιλεῖ μὲν βασιλεὺς, λόγῳ δὲ λόγος, γράμματι δὲ γράμμα καταπαλαίηται.

(a) Βασιλεὺς ἕτερος. Schol. Ιοβίανος, *Jovianus*.

(b) Καταστήσηται. Sic optimæ notæ Codices. Reg. a. κατάσληση. Alii cum Editis, προσκατασλήσηται.

(c) Δεῖ. Sic plures Regg. duo Coisl. & Or. 1. In Ed. δή.

(d) Προδήλως. Par. προθύμως.

(e) Εἰ οἷόν τε συμφωνῆσαι. Sic Regg. a. c. d. Or. 1. Jes. &c. cum illo tantùm discrimine, quòd pro συμφωνῆσαι, habeant, συμφρονῆσαι. In Ed. deest εἰ, & pro τε, legitur τι.

(f) Εἰ δὲ ὁ, ἀλλ' αὐτόν. Regg. bm. ph. decem Colb. αὐτός. In Ed. & quibusdam aliis, εἰ δ' ἕν, ἀλλ' αὐτόν.

(g) Καὶ τὸ ἧττον. Sic quatuor Regg. Deest τό in Ed.

(h) Ολίγοι &c. Alii, ὀλίγων δὲ τῶν ... ὑγιαινόντων. Alii, ὀλίγοι δὲ τῷ ὑγιαίνοντος. Neutrum displicet Combefisio.

(i) Εγγράφως ὁμολογήσας. Scriptum illud videtur esse Synodica Epistola ad Jovianum, de qua Theodoretus Hist. lib. IV. c. 3.

(k) Πολλῷ τῶν Πατέρων ἀριθμῷ. Hæc de Patribus Concilii Nicæni intelligit Nicetas.

(l) Κατὰ τῆς ἀγράφου καινοτομίας. In nonnullis exemplaribus, ut annotat Nicetas, scribitur, non ἀγράφου, sed, ἐγγράφου καινοτομίας. Quamobrem, si ἀγράφου legatur, id intelligit Gregorius, vocem ὁμοιούσιον, quam Ariani introducebant, nullo scripturæ loco contineri. Si autem legatur, ἐγγράφου, intelligit scriptam illam fidei formulam, cui subscribendi necessitatem Constantius omnibus imponebat.

λδ. Ταύτην μοι δοκοῦσιν αἰδούμενοι τὴν ὁμολογίαν, οἵ τε τῆς ἑσπερίας, καὶ τῆς ἑῴας, ὅσον βιώσιμον· οἱ μὲν μέχρι διανοίας ἄγειν τὸ εὐσεβὲς, εἴ τι λέγουσιν αὐτοῖς πιστευτέον, περαιτέρω δὲ μὴ [a] προάγειν, ὥσπερ τι νεκρὸν [b] κύημα ταῖς μητράσιν ἐναποθνῆσκον· οἱ [b] δὲ μικρὸν ἐξάπτειν, ὥσπερ [c] σπινθῆρας, ὅσον ἀφοσιοῦσθαι τὸν καιρὸν, ἢ τῆς ὀρθοδόξων τὰς θερμοτέρας, ἢ τῷ λαῶν τὸ φιλόθεον· οἱ δὲ καὶ παῤῥησιάζεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἧς ἂν εἴην ἐγὼ μερίδος· οὐ γὰρ τολμῶ τι [d] πλέον καυχήσασθαι· μηκέτι τὴν ἐμὴν δειλίαν οἰκονομῶν, ὡς δὴ τὴν τῆς ζαθροτέρων διάνοιαν· ἱκανῶς γὰρ ᾠκονομήσαμεν, μήτε τὸ ἀλλότριον προσλαμβάνοντες, καὶ τὸ ἡμέτερον φθείροντες, ὃ κακῶν ὄντως ἐστὶν οἰκονόμων· ἀλλ' εἰς φῶς ἄγων τὸν τόκον, καὶ μετὰ σπουδῆς ἐκτρέφων, καὶ ταῖς ἁπάντων ὄψεσι [e] προτιθεὶς, ἀεὶ τελειούμενον.

XXXIV. Mihi hujus confeſſionis auctoritate permoti videntur, tum Occidentales, tum quidquid in Oriente vitale eſt; alii quidem animo tenus pietatem colunt, ſi quid ipſorum verbis fidei habendum eſt, ulteriùs autem eam non proferunt, velut mortuum quendam fœtum, in materno utero extinctum; alii verò eam, igniculi cujuſdam inſtar, nonnihil accendunt, hactenùs ſcilicet, ut tempori, atque ferventioribus orthodoxis, aut piæ plebi utcunquè ſatisfaciant; alii denique totâ verborum libertate veritatem prædicant, à qua parte utinam ipſe ſtem: nec enim majus quiddam jactare audeo; non jam timiditati meæ, ſicut nec aliorum ignaviæ ac mentis imbecillitati conſulam; (ſatis etenim ſupérque diſpenſavimus, non modò alienos nobis non adjungentes, ſed noſtros etiam corrumpentes, quod ſanè malorum diſpenſatorum eſt;) verùm partum in lucem efferam, & accuratè nutriam, atque quotidie augeſcentem omnibus ob oculos proponam.

Oriens & Occidens eandem confeſſionem profitentur.

λε. Τοῦτο μὲν [f] οὖν ἧττον τῶν ἐκείνου θαυμάζειν ἄξιον. ὁ γὰρ ἔργῳ τῆς ἀληθείας προκινδυνεύσας, τί θαυμαστὸν εἰ γράμματι ταύτην καθωμολόγησεν; ὃ δέ μοι μάλιστα τοῦ ἀνδρὸς θαυμάζειν ἔπεισι, καὶ ζημίᾳ τὸ σιωπᾷν διὰ τὸν καιρὸν μάλιστα, πολλὰς [g] ἐ φύοντα τὰς διαστάσεις, τοῦτο ἔτι προσθήσω τοῖς εἰρημένοις. ᾐδοιτο γὰρ ἄν τι παίδευμα καὶ τοῖς νῦν ἡ πρᾶξις, εἰ πρὸς ἐκεῖνον βλέποιμεν. ὡς γὰρ ὕδατος ἑνὸς τέμνεται [h] οὐ τοῦτο μόνον, ὅσον ἡ χεὶρ ἀφῆκεν ἀρυομένη, ἀλλὰ καὶ ὅσον τῇ χειρὶ συνεσχέθη τῶν δακτύλων ἐκρέον· οὕτω καὶ ἡμῶν οὐχ ὅσον ἀσεβὲς σχίζεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσον εὐσεβέστερον, οὐ περὶ δογμάτων μόνον μικρῶν καὶ παρορᾶσθαι ἀξίων, ἧττον γὰρ ἂν [i] ἦν τοῦτο δεινὸν, ἀλλ' ἤδη καὶ περὶ ῥημάτων εἰς τὴν αὐτὴν φερόντων διάνοιαν. τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λεγομένων μὲν ὑφ' ἡμῶν εὐσεβῶς, τὸ μὲν γὰρ τὴν φύσιν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ δὲ τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας, νοουμένων δὲ καὶ [k] παρὰ τοῖς Ιταλοῖς ὁμοίως, ἀλλ' οὐ δυναμένοις διὰ στενότητα τῆς παρ' αὐτοῖς γλώττης, καὶ ὀνομάτων πενίαν, διελεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεισαγούσης τὰ πρόσωπα, ἵνα μὴ τρεῖς

XXXV. Sed hoc in illo minùs admirationis mereri videtur. Nam qui re ipsâ pro veritatis defenſione periculis ſe objecerat, quid mirum, ſi eandem ſcripto confeſſus ſit? Quod verò mihi in ipſo maximè mirari ſubit, quódque non citra damnum ſilentio præteriri poteſt, hâc præſertim tempeſtate, quâ multæ contentiones diſſidiáque gignuntur, hoc adhuc ſuperioribus adjiciam. Nam his quoque, qui nunc vivunt, hæc actio doctrina eſſe queat, ſi ipſum nobis imitandum proponamus. Quemadmodùm enim ab una & eadem aqua, non tantùm ea pars disjungitur, quam manus inter hauriendum reliquit, verùm id etiam quod manu comprehenſum, per digitos effluit: eodem modo à nobis non impiæ ſolùm doctrinæ cultores, verùm etiam qui pietatis laude in primis excellunt, præciduntur, ídque non in parvis duntaxat & contemnendis dogmatibus, (minùs enim hoc grave eſſet,) verùm etiam in verbis, quæ ad eundem omninò ſenſum tendebant. Nam cùm eſſentia una, & tres hypoſtaſes à nobis piè dicerentur, (alterum enim divinitatis naturam, alterum trium Perſonarum proprietates declarat,) atque eodem quidem modo apud Latinos intelligerentur, cæterùm ob linguæ illius anguſtiam & verborum inopiam, hypoſtaſim ab eſſentia diſtinguere non poſſent, eóque factum eſſet, ut pro ea, ne tres ſubſtantias admittere viderentur, Per-

Occidentales, latinæ linguæ inopiâ, cum Orientalibus de vocum ſono rixantur.

Diſſentiunt nomine tenus.

(a) Προάγειν. Sic ſex Regg. duo Coisl. Or. 1. Comb. In Ed. προάγων.
(b) Δέ. Tres Regg. & Or. 1. addunt τε.
(c) Σπινθῆρας. Sic tres Regg. In Ed. σπινθῆρα.
(d) Πλέον. Tres Regg. πλεῖον.
(e) Προτιθείς. Reg. d. προσιδείς.
(f) Οὖν. Deeſt in Or. 1.
(g) Φύοντα. Sic ſex Regg. duo Coisl. Jeſ. Combef. &c. In Ed. ποιοῦντα.
(h) Οὐ. Deeſt in Reg. bm.
(i) Δεινόν. Tres Regg. δεινῶν.
(k) Παρὰ τοῖς Ιταλοῖς. Billius: *apud Romanos.*

ſonarum vocabulum inducerent, quid tandem contigit? Res profectò ridicula, vel potiùs miſeranda. Diverſæ fidei ſpeciem præbuit levis illa & jejuna de vocum ſono altercatio. Hîc deindè & Sabelliſmus ob tres Perſonas excogitatus eſt, & Arianiſmus ob tres hypoſtaſes, quorum utrumque pertinax contendendi ſtudium effinxerat. Quid poſtea? Cùm exigua res aliqua quotidiè accederet, quæ moleſtiam afferret, (moleſtiam enim contentio parit,) eò tandem res adducta eſt, ut periculum eſſet, ne orbis terrarum fines unà cum ſyllabis abrumperentur. Quæ cùm beatus ille vir, & verè homo Dei, magnúſque animarum diſpenſator, oculis auribúſque uſurparet, ſibi tam abſurdam & à ratione alienam Verbi ſectionem diſſimulandam ac negligendam non putavit; verùm medicinam morbo quamprimùm adhibet. Quonam autem modo id facit? Utrâque parte leniter & benignè accitâ, verborúmque ſententiâ diligenter & accuratè perpensâ, poſteaquàm concordes reperit, nec, quantùm ad doctrinam, ullo modo inter ſe diſſidentes, ita negotium tranſegit, ut nominum uſum concedens, rebus eos conſtringeret.

Athanaſius, perpensâ utriuſque partis verborum ſententiâ, eos in fide concordes reperit, & diſſidentes conciliat.

XXXVI. Hoc diuturnis illis laboribus & ſermonibus, quos jam omnes litteris mandant, longè utilius eſt; utpotè qui ambitione non vacant, ob eámque fortaſsè cauſam circa fidei doctrinam quiddam innovatur. Hoc multis vigiliis & chameuniis præſtantius, quarum utilitas in his, qui hæc præſtant, defigitur, nec latiùs manat. Hoc pervulgatis atque omni famâ celebratis ipſius exiliis & fugis nihilo inferiùs exiſtimandum eſt. In eadem quippè ſtudia, ob quæ calamitates illas ſibi perferendas duxerat, poſt calamitates ipſas incumbebat. Quin id etiam ipſum in aliis facere non deſinebat; alios quidem laudibus vehens, alios verò parcè levitérque feriens; aliorum ſocordiam excitans, aliorum fervorem reprimens; aliis, ne laberentur, providens, alii ut lapſi erigerentur, rationem iniens; moribus ſimplex, gubernandi arte multiplex; verbis ſapiens, animo ſapientior; ſi cum humilioribus ipſi res eſſet, ad eorum captum ſe demittens; ſi cum ſublimiori mente præditis, altiùs aſſurgens; hoſpitum præſes,

Pacis & unitatis amor, in Athanaſio, vigiliis & exiliis præſtantior.

Unicuique, prout opus erat, vigilantiam & auxilium præſtabat.

ἐσίαι [a] παραδεχθῶσι, τί γίνεται; ὡς λίαν γελοῖον, ἢ ἐλεινόν. πίστεως ἔδοξε διαφορὰ ἡ περὶ τὸν ἦχον [b] σμικρολογία. εἶτα [c] Σαβελλισμὸς ἐνταῦθα ἐπενοήθη τοῖς τρισὶ προσώποις, καὶ Ἀρειανισμὸς ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι, τὰ τῆς φιλονεικίας ἀναπλάσματα. εἶτα τί; προσλιθεμένου μικροῦ τινὸς ἀεὶ τοῦ λυποῦντος, ὃ λυπηρὸν ἡ φιλονεικία ποιεῖ, κινδυνεύει συναποῤῥαγῆναι ταῖς συλλαβαῖς τὰ πέρατα. ταῦτ' οὖν ὁρῶν καὶ ἀκούων ὁ μακάριος ἐκεῖνος, καὶ ὡς ἀληθῶς ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, καὶ μέγας τῶν ψυχῶν οἰκονόμος, οὐκ ᾠήθη δεῖν παριδεῖν τὴν ἄτοπον οὕτω καὶ ἄλογον τοῦ [d] Λόγου κατατομήν· τὸ δὲ παρ' ἑαυτοῦ φάρμακον ἐπάγει τῷ ἀῤῥωστήματι. πῶς οὖν τοῦτο ποιεῖ; προσκαλεσάμενος ἀμφότερα τὰ μέρη οὕτωσὶ πράως καὶ φιλανθρώπως, καὶ τὸν νοῦν τῶν λεγομένων ἀκριβῶς ἐξετάσας, ἐπειδὴ συμφρονοῦντας εὗρε, καὶ οὐδὲν διεστῶτας κατὰ τὸν λόγον, τὰ ὀνόματα συγχωρήσας, [e] συνδεῖ τοῖς πράγμασιν.

λζ. Τοῦτο τῶν μακρῶν πόνων καὶ λόγων λυσιτελέστερον, οὓς πάντες ἤδη λογογραφοῦσιν· οἷς τι καὶ [f] φιλοτιμίας συνέζευκται, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως τι καὶ καινοτομεῖται περὶ τὸν λόγον. τοῦτο τῶν πολλῶν ἀγρυπνιῶν καὶ χαμευνιῶν προτιμότερον, ὧν μέχρι τῶν κατορθούντων τὸ κέρδος. τοῦτο τῶν ἀοιδίμων ἐξοριῶν καὶ φυγῶν τῷ ἀνδρὸς ἐπάξιον· ὑπὲρ γὰρ ὧν εἵλετο πάσχειν ἐκεῖνα, [g] ταῦτα καὶ μετὰ τὸ παθεῖν ἐσπουδάζετο. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ποιῶν διετέλει· τοὺς μὲν ἐπαινῶν, τοὺς δὲ πλήττων μετρίως· καὶ τὸν μὲν τὸ νωθρὸν διεγείρων, τὸν δὲ τὸ θερμὸν κατείργων· καὶ τὸν μέν, ὅπως μὴ πταίσωσι, προμηθούμενος, τοὺς δὲ, ὅπως [h] διορθωθεῖεν πταίσαντες, μηχανώμενος· ἁπλοῦς τὸν τρόπον, πολυειδὴς τὴν κυβέρνησιν· Σοφὸς τὸν λόγον, Σοφώτερος τὴν διάνοιαν· πρὸς τοῖς ταπεινοτέροις, ὑψηλότερος τοῖς μετεωροτέροις·

(a) Παραδεχθῶσι. Sic Regg. a. c. d. Or. 1. Combef. In Ed. παραδεῖχθωσι.

(b) Σμικρολογία. Sic Regg. a. c. d. In Ed. μικρολογία.

(c) Σαβελλισμός &c. Quod Latini per *tres Perſonas*, id Græci per *tres Hypoſtaſes* exprimebant, atque hæ voces idem ſignificabant. Cùm autem Latini *tres Hypoſtaſes* dicere recuſarent, Orientalibus viſi ſunt Sabellii errorem ſequi. Sabellius enim *tres Perſonas* rejiciens, aſſerebat unam tantùm eſſe, quæ tribus appellaretur nominibus. Orientales verò cùm *tres Hypoſtaſes* perſeveranter retinerent, nec earum loco *tres Perſonas* admittere vellent, in ſuſpicionem Latinis venerunt, quaſi Ariano dogmati aſſentirentur. Arius enim *tres Hypoſtaſes* naturâ inter ſe diſtinctas agnoſcebat, *tres* autem *Perſonas* unius naturæ non recipiebat. Qui hanc Græcos inter & Latinos litem pleniùs noſſe cupit, legat Hieronymi epiſtolam LVII. ad Damaſum. Legat etiam Petavium, Tom. II. lib. 4. c. 4. n. 9. & ſeq. pag. 343. & 345.

(d) Λόγου κατατομήν. *Verbi ſectionem*, id eſt, *doctrinæ fideique circa Verbum ſectionem.*

(e) Συνδεῖ &c. Id actum in Concilio Alexandrino, anno 362. cui præerat Athanaſius. Vide Epiſt. ad Antiochenſes, apud Athan. tom. 1. p. 770. & Socrat. lib. III. c. 7.

(f) Φιλοτιμίας. Sic tres Regg. Or. 1. Jeſ. Par. Comb. &c. In Ed. φιλοτιμία.

(g) Ταῦτα καί. Sic tres Regg. & Or. 1. Deeſt καὶ in Ed.

(h) Διορθωθεῖεν πταίσαντες. Or. 1. & Jeſ. διορθώσειε πταίσαντας, *ut lapſos erigeret.*

a [a] φιλόξενος, ἱκέσιος, ἀπολρόπαιος, πάντα εἰς ἀληθῶς, ὅσα μεμερισμένως τοῖς ἑαυτῆ Θεοῖς Ελλήνων παῖδες ἐπιφημίζουσι. προσθήσω δὲ καὶ ζύγιον, καὶ παρθένιον, καὶ εἰρηναῖον, καὶ δεξιολλακτήριον, καὶ πομπαῖον τοῖς ἐντεῦθεν ἐπειγομένοις. ὦ πόσας μοι ποιεῖ κλήσεις ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή, παντα-

A supplex, malorum depulsor, unus universa ea verè complexus, quæ singulatim Diis suis Gentiles tribuunt. Addam & conjugatorum, & virginum patronum, & pacificum, & reconciliatorem, & eorum, qui ex hac vita ad alteram properant, deductorem. O quantam nominum copiam mihi virtus ipsius suppeditat, dum undecunque cognomentum ipsi captare volo!

χόθεν καλεῖν ἐθέλοντι.

λη. Ζήσας δὲ ἔτω, καὶ παιδευθεὶς καὶ παιδεύσας, ὥσλε ὅρον μὲν Επισκοπῆς εἶναι τὸν ἐκείνε βίον, καὶ τρόπον, νόμον δ' ὀρ- B

b θοδοξίας τὰ ἐκείνε [b] δόγματα, τίνα μισθὸν τῆς εὐσεβείας κομίζεται; οὐδὲ γὰ τᾶτο παριδεῖν ἄξιον. ἐν γήρᾳ καλῷ καταλύει τὸν βίον, καὶ προσλίθεται τοῖς πατράσιν αὐτᾶ, Πατριάρχαις, καὶ Προφήταις, καὶ Αποσλόλοις, καὶ Μάρτυσι, τοῖς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας

c [c] ἠγωνισμένοις. καὶ, ἵνα εἴπω [c] τινὰ βραχὺν ἐπιτάφιον, τιμᾶται τῶν εἰσοδίων τιμῶν τὴν ἐξόδιον πολυτελεσλέραν· πολλὰ μὲν κινήσας δάκρυα, μείζονα δὲ τῆ ὁρωμένων τὴν περὶ C αὐτοῦ δόξαν ταῖς ἁπάντων διανοίαις ἐναποθέμενος. ἀλλ', ὦ φίλη καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, ὁ

d καὶ λόγου καὶ σιωπῆς [d] μέτρα, μετὰ τῆ ἄλλων σου καλῶν διαφερόντως τιμήσας, ἡμῖν μὲν ἐνταῦθα σλήσαις τὸν λόγον, εἰ καὶ τῆς ἀληθείας ἐνδεέσλερον, ἀλλὰ τᾶ γε πρὸς δύναμιν οὐ λειπόμενον. αὐτὸς δὲ ἄνωθεν ἡμᾶς ἐποπλεύοις ἵλεως, καὶ τὸν λαὸν τόνδε διεξ-

e ἄγοις τέλειον τελείας [e] τῆς Τριάδος προσκυνητὴν, τῆς ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύ- D ματι θεωρουμένης καὶ σεβομένης· καὶ ἡμᾶς, εἰ μὲν εἰρηνικῶς, κατέχοις καὶ συμποιμαίνοις· εἰ δ' πολεμικῶς, ἐπανάγοις ἢ προσλαμβάνοις, καὶ σλήσαις μετὰ σεαυτᾶ καὶ τῶν

f οἷος σὺ, κἂν μέγα ᾖ τὸ αἰτούμενον, ἐν [f] αὐ-

g τῷ [g] Χρισλῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πᾶσα

i h δόξα, [h] τιμὴ, καὶ κράτος εἰς τοὺς [i] αἰῶνας· Αμήν.

XXXVII. Cùm autem eum vitæ cursum tenuisset, atque ita institutus fuisset, aliósque instituisset, ut & vita ipsius morúmque ratio Episcopatûs norma esset, & ipsius dogmata pro fidei orthodoxæ lege haberentur, quod tandem pietatis præmium capit? Neque enim hoc neglectim transmittendum est. In bona senectute vitam claudit, patribusque suis, Patriarchis, & Prophetis, & Apostolis, ac Martyribus, qui pro veritate dimicaverant, adjungitur. Atque, ut epitaphium quoddam paucis complectar, excellentiori honore in discessu afficitur, quàm quo in civitatis ingressibus ornatus fuerat; multas quidem lachrymas excitavit, majorem autem iis rebus, quæ in aspectum cadunt, nominis sui gloriam in omnium animis recondidit. At, ô charum & sacrum caput, tu, inquam, qui præter cæteras tuas laudes sermonis & silentii modum eximiè coluisti, Orationi quidem nostræ finem hîc constitue, quæ, si virtutum tuarum præstantiam haudquaquàm assecuta sit, at viribus certè nostris minimè inferior est. Nos autem utinam ipse benignus desuper & placidus aspicias, atque hunc populum gubernes, perfectum perfectæ Trinitatis, quæ in Patre, & Filio, & Spiritu sancto intelligitur & colitur, adoratorem: méque, si quidem res pacatæ futuræ sint, in vita teneas, gregémque mecum pascas; sin autem Ecclesia bellis flagratura est, reducas, aut assumas, tecúmque, & cum tui similibus colloces, tametsi magnum sit quod postulo, in ipso Christo Domino nostro, cui omnis gloria, honor, & imperium in sæcula. Amen.

Athanasii vita, fidei regula & Episcopatûs norma.

Gregorius Athanasium exorat, ut populus sibi commissus sit perfectus perfectæ Trinitatis adorator.

(a) Φιλόξενος, ἱκέσιος &c. In quibusdam φίλιος, ξένιος, ἱκέσιος. In aliis inverso ordine. Observat Nicetas Jovem à Gentilibus appellari φίλιον, ξένιον, ἱκέσιον, ut amicitiæ, hospitalitatis & supplicum Præsidem. Sic de aliis. His autem omnibus nominibus Athanasius ob virtutem à Gregorio appellatur. *Philius* enim dicitur, quòd eos diligat, qui amore digni sunt. *Xenius*, quòd peregrinos hospitio excipiat. *Supplex*, quòd preces pro populi salute fundat. *Zygius* etiam & *Parthenius*, quòd matrimonio & virginitati leges condat ac perscribat.

(b) Δόγματα. Par. διδάγματα, *documenta*.

(c) Τινὰ βραχύν. In nonnullis Codd. τι βραχύ.

(d) Μέτρα. In Ed. sequitur καί, quod Codicum auctoritate delevimus.

(e) Τῆς Τριάδος. Deest τῆς in duobus Regg.

(f) Αὐτῷ. Sic Codd. In Ed. αὐτᾶ.

(g) Χρισλῷ. Nonnulli Codd. addunt Ιησᾶ.

(h) Τιμὴ καί. Sic duo Regg. Or. 1. In Ed. Deest καί.

(i) Αἰῶνας. Or. 1. addit, αἰώνων.

MONITUM

IN ORATIONES VIGESIMAM-SECUNDAM ET VIGESIMAM-TERTIAM.

Argumentum. I. *Orationes iſtæ* de Pace *inſcribuntur. Aliam itidem* de Pace *inſcriptam, jam Nazianzi pronunciaverat Gregorius, cùm Monachi, ob ſubſcriptam à Gregorio patre formulam, quæ Arianam fraudem redolebat, ab eo diſtracti, ad unitatem rediiſſent. Nunc autem non eadem cauſa Theologi zelum inflammat. Etenim præter bellum adverſus Hæreticos, luctuoſum etiam* Carm. de vita ſua. vers. 680. *vigebat his temporibus Schiſma inter ipſos Catholicos, quorum alii* ad Paulum, *alii* ad Apollo *trahere Gregorium conabantur. Per* Paulum & Apollo *hîc meritò quidem ab eruditis intelliguntur Meletius & Paulinus, qui de Antiocheno Epiſcopatu contendebant, & quorum causâ, non Oriens modò, ſed univerſus orbis miſerandum in modum in contrarias partes ſcindebatur. Inter hæc diſſidiorum incendia, medias partes ſequitur Gregorius, ac vehementi genere dicendi utens, ablegatam pacem totis viribus revocare* Or. XXII. n. 1. *conatur:* Pax Dei, *inquit*, & Deus pacis, pax amica, bonum ab omnibus quidem laudatum, à paucis autem conſervatum, ubinam nos tanto jam temporis ſpatio reliquiſti? Quando ad nos reditura es? *Tum in præſentem rerum ſtatum invehens, oſtendit, quot & quanta ſecum incommoda diſcordia afferat, Chriſtianis præcipuè, quorum Deus caritas eſt.* Ibid. n. 5. *Diſſidentium levitatem increpat, quâ fit, ut*, qui heri, vel ut Elias aut Joannes prædicabatur, hodiè, ut Judas aut Caiphas habeatur. *Deindè ad Fidei doctrinam Orationem convertens, docet quid in doctrina cavendum; atque inſuper admonet quædam eſſe, ne quidem omninò inveſtiganda,* Ibid. n. 11. *quædam autem contentioſis hominibus relinquenda, quædam verò*, non armis & ferro, *ſed ratione propugnanda. Undè cautè prudenterque col-*Ibid. n. 12. *ligit*, omnes ſuperfluos quæſtionum ſurculos prorsùs eſſe amputandos, cùm pietatis regula in tuto eſt, & fidei caput ſemel eſt conſtitutum.

II. *Non multò pòſt, initâ jam pace, atque Meletio & Paulino, diſſi-*Argumenti ſeries. *dentium etiam votis & ſuffragio, in Antiochena ſede collocatis, eâ lege*, ut, altero contendentium demortuo, alter qui ſuperſtes eſſet, Epiſcopus ab omnibus agnoſceretur, *alteram Orationem habuit Theologus. Hîc iterum pa-*Socrat. lib. v. c. 5. *cis utilitatem & delicias obiter attingens, inſurgit maximè adverſus Hæreticos, qui, obtentu religionis & caritatis ſpecie, Catholicorum diſſentiones acriter* Or. XXIII. n. 3. *criminabantur. Eos in teſtimonium appellat & provocat Orator.* Vos, *inquit*, arcanorum noſtrorum participes eſtote. Ad concilium vos, etiam exoſi, vocamus; Arbitris hoſtibus utimur, ut pudore ſuffuſi victique recedatis. Ibid. n. 4. Diſſenſimus quidem, non de deitate, ſed de ordine & diſciplina.... Hoc noſtrum erratum fuit, quòd nimio Paſtoris amore affecti ſumus, nec ex duobus eximiis Præſulibus, uter magis expetendus eſſet, reperire potuimus, quoaduſque in hoc convenimus, ut utrumque pari in laude & admiratione poneremus. *Tales ſunt, quas hîc affert Gregorius, diſſen-*

tionis

tionis cauſæ, & pacis conditiones. Peccarunt quidem, ſed nimio tantùm Paſtoris amore. Inter duos Paſtores, vitâ pariter, moribus & doctrinâ conſpicuos, incerti ac diſſentientes hæſerunt, donec tandem in hoc convenerunt, ut pari utrumque in laude & admiratione ponerent. Nam de fide & divinitate, una erat omnium vox & labium unum. *Prætereà pacem, quam ſe in priori Oratione optare prædicaverat Theologus, nunc in iſta compoſitam gratulatur, ſimulque Hæreticis probat, tantam non fuiſſe inter Catholicos diſſentionem, quanta ipſis videbatur. Undè ipſorum invidiam & hypocriſim exagitat; atque confutatis illorum de Trinitate erroribus, pro eorum ſalute amanter exorat, & Theologicas Orationes pollicetur.* Or. XXIII. n. 4.

III. *Has Orationes Conſtantinopoli habitas, circa medium annum 379. ut veriſimilius, cum Tillemontio arbitramur. De priori quidem nullum eſt dubium; & titulus, quem præ ſe ferunt Codices, id etiam confirmat. De poſteriori verò diſſentiunt eruditi. Elias ſiquidem, Billius & Papebrochius Nazianzi, Gregorio patre adhuc ſuperſtite, dictam exiſtimarunt. Undè in Editis primum locum obtinet. Nihil tamen ex hâc Oratione colligi poteſt, quod eorum ſententiæ faveat. Ac primò quidem, quandiù Gregorius ſenior Nazianzenæ Eccleſiæ curam geſſit, nullum unquam fuit diſſidium inter Gregorium patrem & Gregorium filium, ac proindè nulla reconciliationis neceſſitas fingi poteſt. Deindè, ſi quod extitit inter utrumque Gregorium & Monachos certamen, illud* ad fidem, *non* ad ordinem & diſciplinam, *de quibus hîc tantùm agitur, pertinebat. Nondùm etiam his temporibus, Nazianzi ad id temeritatis & arrogantiæ venerant Hæretici, ut Theologo opus fuerit, ad retundendam illorum audaciam, eos tam acriter, tamque frequenter iiſdem de rebus arguere & inſectari, ac inſuper uti* duris ſolidiſque, *ut loquitur,* de Trinitate diſputationibus; *quo nomine Theologicæ, quas promiſerat, deſignantur Orationes. Nec quemquam moveat, quod ait Theologus,* de benigno patre ejuſque obſequenti filio, unà ſedentibus, mutuumque ſibi ornamentum afferentibus, *quod forſan Eliæ cæteriſque fucum fecit. Illud enim, ut ex dictis manifeſtum eſt, ad utrumque Gregorium nullatenùs referri poteſt. Meritò, juxta Tillemontium, intelligitur, vel de quodam Epiſcopo, qui diſſidentium partibus præerat, quique fortè Gregorio noſtro dignitate præſtabat, quem honoris causâ,* Patrem *appellat, ſeque ipſe* filium *nominat; vel potiùs, ac veriſimiliùs, ipſe Theologus* Pater *eſt, &* filii *nomine, deſignat unum è Sacerdotibus, quem, etiamſi diſſidentium agmen Conſtantinopoli duxiſſet, compoſitâ pace, in gratiam recipit; cujus pacis ut fidem facerent, neceſſe fuit, ut ambo unà ſederent, mutuas coram populo dexteras jungerent, atque unâ animâ & uno ore ſermonem ſeparatim uterque pronunciaret.* Quo tempore, quove in loco habitæ hæ Orationes. Tillem. Tom. IX. art. 57. p. 436. Bolland. 9. Maii. pag. 403. Or. XXIII. n. 3. *Ibid.* n. 14. *Ibid.* n. 5.

SECUNDA DE PACE ORATIO,

in Conſtantini urbe habita, ob ortam in populo contentionem, de quibuſdam Epiſcopis inter ſe diſſidentibus.

[a] ΕΙΡΗΝΙΚΟΣ Β. ΛΕΧΘΕΙΣ [a]

ἐν Κωνσταντίνου πόλει, ἐπὶ τῇ γενομένῃ τοῦ λαοῦ φιλονεικίᾳ, περὶ Ἐπισκόπων τινῶν διενεχθέντων πρὸς ἀλλήλους.

Aliàs 14. *quæ autem* 22. *erat, nunc* 15.

ORATIO VIGESIMA-SECUNDA.

ΛΟΓΟΣ κβ.

Habita circa medium annum 379.

Pacis delicias prædicat Gregorius.

I. PAX amica, non re duntaxat, ſed nomine quoque ipſo jucunda, quam nunc populo dedi, ac recepi; haud ſcio an ſinceram ab omnibus vocem, Spiritúque dignam, ac non potiùs publica pacta, Deo teſte, violata, ut gravior ſit noſtra condemnatio. Pax amica, meditatio mea, & decus meum, quam Dei, & cujus Deum, & quam Deus eſſe audimus, velut in illis Apoſtoli verbis: *Pax Dei;* &, *Deus pacis;* &, *Ipſe eſt pax noſtra;* ac ne ſic quidem eam reveremur. Pax amica, bonum ab omnibus quidem laudatum, à paucis autem conſervatum, ubinam nos tanto jam temporis ſpatio reliquiſti? Quandò ad nos reditura es? Equidem te ſupra mortales omnes cupio & exoſculor; ac præſentem complector, & abſentem multis luctibus & lacrymis revoco, qualibus nec Patriarcha ille Jacob Joſephum, *à fratribus quidem venditum,* à fera autem raptum, ut ipſe exiſtimabat; nec David amicum ſuum Jonatham in bello interemptum, aut poſteà *filium Abſalonem.* Quorum alter paternis viſceribus laceratus clamabat: *Fera Joſephum rapuit,* fera mala & immitis; cruentámque pueri veſtem proferens, quaſi filii carnes, oſculabatur; eâdem re ſcilicet, & dolorem ſuum incendens, & mitigans: alter nunc montibus illis, in quibus prælium commiſſum fuerat, dira omnia imprecatur: *Montes Gelboë,* dicens, *ſuper vos nec pluvia, nec ros cadat.* Ac rursùs: *Quomodò Jonathæ arcus & vires ceciderunt?* Nunc parricidam, quaſi eum non læſiſſet, excuſat, ac cum mortuo in gratiam redit: hoc quoque fortaſsè nomine pro filio dolens, quòd manus adverſus patrem intentarat, (hujuſmodi quippè paternus affectus eſt,) quemque bellum ſibi, ut hoſtem, inferentem propulerat ac profligarat, eundem exanimem velut amicum deſiderat; ſic natura, quâ nihil eſt violentius, inimicitiam ſuperat.

Phil. IV. 7. *II. Cor.* XIII. 11. *Eph.* II. 14. *Gen.* XXXVII. 28. *II. Reg.* XVIII. 33. *Gen.* XXXVII. 33. *II Reg.* I. 21. *Ibid.* I. 25.

a. ΕΙΡΗΝΗ φίλη, τὸ γλυκὺ ἡ πρᾶγμα ἡ ὄνομα, [b] ὃ νῦν ἔδωκα πρὸ λαῷ ἡ ἀντέλαβον· b οὐκ οἶδα εἰ πᾶσι πάντων γνησίαν φωνὴν καὶ ἀξίαν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ [c] μὴ δημοσίας c συνθήκας ἀθετουμένας ὑπὸ Θεῷ μάρτυρι, ὥστε ἡ μεῖζον εἶναι ἡμῖν τὸ κατάκριμα. εἰρήνη φίλη, τὸ ἐμὸν μελέτημα ἡ καλλώπισμα, ἣν Θεοῦ τε εἶναι ἀκούομεν, καὶ ἧς Θεὸν, τὸν Θεὸν ἡ [d] αὐτόθεον, ὡς ἐν προ· ἡ εἰρήνη τοῦ d Θεοῦ· ἡ, ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης· ἡ, αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν· καὶ οὐδ' οὕτως αἰδούμεθα. εἰρήνη φίλη, τὸ πᾶσι πάντων μὲν ἐπαινούμενον ἀγαθὸν, ὑπ' ὀλίγων δὲ φυλασσόμενον, ποῦ ποτε ἀπέλιπες ἡμᾶς, τοσοῦτος ἐξ οὗ χρόνος ἦδη; καὶ πότε ἐπανήξεις ἡμῖν; ὡς [e] λίαν σὲ ποθῶ καὶ ἀσπάζομαι διαφερόντως e τῶν ἄλλων ἀνθρώπων· καὶ παροῦσαν περιέπω, καὶ ἀποῦσαν ἀνακαλοῦμαι πολλοῖς θρήνοις καὶ δάκρυσιν, οἷοις οὔτε Ιακὼβ ἡ τὸν Ιωσὴφ ἐκεῖνον ὁ Πατριάρχης, ὑπὸ μὲν τῶν ἀδελφῶν πεπρεαμένον, ὑπὸ δὲ θηρίου ἁρπασμένον, ὡς ᾤετο· οὔτε Δαβὶδ Ιωνάθαν τὸν ἑαυτοῦ φίλον, ἔργον πολέμου γενόμενον, ἢ τὸν υἱὸν Αβεσαλὼμ ὕστερον· ὧν ὁ μὲν σπλάγχνοις πατρικοῖς σπαραττόμενος, θηρίον ἥρπασεν, ἐβόα, τὸν Ιωσὴφ, θηρίον πονηρὸν καὶ ἀνήμερον, καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἐσθῆτα ἡμαγμένην προθεὶς, ὡς τὰς τοῦ παιδὸς σάρκας περιεπλύνετο, τῷ αὐτῷ καὶ φλεγόμενος, καὶ σπαραττόμενος· ὁ δὲ νῦν μὲν τοῖς ὄρεσι καταρᾶται καθ' ὧν ὁ D πόλεμος, ὄρη τὰ Γελβουὲ, λέγων, μὴ πέσοι ἐφ' ὑμᾶς μήθ' ὑετὸς, μήτε δρόσος· καὶ, πῶς f ἔπεσε τόξον Ιωνάθαν καὶ δύναμις; νῦν δ' f ἀπολογεῖται ὡς ἑδὲν ἠδικηκότι τῷ πατροφόνῳ, ἡ τῷ νεκρῷ σπένδεται· ἴσως καὶ κατὰ τοῦτο ὑπεραλγῶν τοῦ παιδὸς, ὅτι κατὰ τοῦ πατρὸς ἀνετείνατο [g] χεῖρα, [h] τοιοῦτο γὰρ καὶ ὁ πατὴρ, g h ὃν ὡς ἐχθρὸν ἠμύνατο πολεμοῦντα, ὡς φίλον [i] ποθεῖ τεθνηκότα· καὶ νικᾷ τὴν ἔχθραν ἡ i φύσις, ἧς οὐδὲν βιαιότερον.

(a) Εἰρηνικὸς B. Codex, quem à Cypro attulit Vensleb, habet, εἰρηνικὸς α. In Ed. εἰρηνικὸς γ.

(b) Ο νῦν ἔδωκα &c. In Liturgia Græca, ſicut & in Latina, Sacerdos populo, & populus Sacerdoti pacem precatur.

(c) Μὴ δημοσίας. Deeſt μή in quibuſdam Codicibus. Reg. hu. & Or. 1. habent, δημοσία.

(d) Αὐτόθεον. Sic Reg. hu. & Montac. In Ed. diviſim, αὐτο θεὸν.

(e) Λίαν. Deeſt in nonnullis Codicibus.

(f) Επεσε τόξον. Sic Reg. hu. In Ed. τόξον ἔπεσεν.

(g) Χεῖρα. Reg. bm. Or. 1. &c. χεῖρας.

(h) Τοιοῦτο. Duo Regg. τοιοῦτον.

(i) Ποθεῖ. Montac. πενθεῖ, *luget.*

β. Ελεεινὸν δὲ καὶ ἡ κιβωτὸς ὑπὸ τῶν A ἀλλοφύλων κατεχομένη, καὶ Ιερουσαλὴμ
a ἠδαφισμένη, καὶ ὑπὸ ἐθνῶν [a] πατουμένη, καὶ υἱοὶ Σιὼν, οἱ τίμιοι καὶ ἰσοστάσιοι χρυσίῳ, πορευόμενοι ἐν αἰχμαλωσίᾳ, καὶ νῦν ἔτι διεσπαρμένοι, καὶ λαὸς ὄντες τῆς οἰκουμένης ξένος καὶ πάροικος. δεινὸν δὲ καὶ τὰ νῦν ὁρώμενά
b τε καὶ ἀκουόμενα· πατρίδες [b] ἀνιστάμεναι, καὶ μυριάδες πίπτουσαι, καὶ κάμνουσα γῆ τοῖς αἵμασι καὶ τοῖς πτώμασι, καὶ λαὸς ἀλλόγλωσσος ὡς οἰκείαν διατρέχων τὴν ἀλλοτρίαν· οὐ δὲ B ἀνανδρίαν τῶν πεφμαχομένων, κατηγορείτω μηδείς· οὗτοι γάρ εἰσιν, οἱ μικρᾷ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καταστησάμενοι· ἀλλὰ διὰ τὴν ἡμετέραν κακίαν, καὶ τὴν ἐπικρατοῦσαν κατὰ τῆς Τριάδος ἀσέβειαν. δεινὰ ταῦτα, καὶ πέρα δεινῶν. τίς ἀντερεῖ τῶν συμφορὰς δοκιμάζειν εἰδότων ἐξ ὧν πεπόνθασιν, ἢ συμπεπόνθασιν; ἀλλ' οὔπω τοσοῦτον οὐδὲν, ὅσον εἰρήνη διεσπασμένη, καὶ ἡ τῆς Ἐκκλησίας εὐπρέπεια διερριμένη, καὶ τὸ παλαιὸν ἀξίωμα κατα- C λελυμένον· καὶ πρὸς τοσοῦτον ἡ τάξις ἀντεστραμμένη, ὥστε πρότερον μὲν ἐξ οὐ λαοῦ λαὸς, καὶ ἐξ οὐκ ἔθνους ἔθνος γεγόναμεν, νῦν δὲ κινδυνεύομεν ἐκ λαοῦ μεγίστου καὶ ἔθνους, εἰς οὐ λαὸν πάλιν καὶ οὐκ ἔθνος ἀναλυθέντες γενέσθαι, ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρξας ἡμῶν, οὐδ' εἰς ἓν ὄνομα καὶ
c τάγμα [c] συνελήλυθειμεν.

II. Miseranda quoque res erat, *area ab exteris occupata, & solo æquata, atque à Gentibus conculcata Jerusalem, filiique Sion, inclyti*, inquam, *illi, & auro adæquandi, in captivitatem abeuntes*, ac nunc etiam dispersi, eóque redacti, ut per totum orbem hospites sint, & peregrini. Gravia sunt insuper, quæ nunc, & cernimus, & audimus: patriæ funditùs eversæ, innumerabiles copiæ cadentes, terra sanguine & cadaveribus gravata; extera natio alteram regionem velut suam percursans ac populans; non eam quisquam ob defensorum ignaviam criminetur; nam illi ipsi sunt, qui universum penè terrarum orbem bello atque armis subegerunt; sed ob improbitatem nostram, vigentémque adversus Trinitatem impietatem. Sunt hæc sanè gravia, & plusquàm gravia. Quis eorum inficias iverit, qui ex his, quæ vel ipsi passi, vel aliis compassi sunt, calamitates æstimare norunt? Sed nihil perindè grave atque acerbum est, ut pax pulsa & fugata, & Ecclesia decore suo spoliata, priscáque dignitas & amplitudo sublata & extincta; atque adeò inversa ordinis ratio, ut qui priùs ex non populo populus, & ex non gente gens facti fueramus, nunc in eo periculo versemur, ut verendum sit, ne ex populo maximo & gente, in non populum & non gentem redigamur, atque in veterem illum statum redeamus, in quo eramus, cùm nobis non imperares, atque in unum nomen & classem unam conveniissemus.

Gravia nationum bella, graviora Christianorum dissidia.

I. Reg. IV. 11. *II. Paral.* XXXVI. 19. *Thren.* IV. 2.

γ. Καὶ ὄντως κινδυνεύει ῥᾷον εἶναι δυσ-
d φορίαν ἐνεγκεῖν, ἢ [d] εὐφορίαν διασώσα- D σθαι· ὁπότε καὶ ἡμεῖς, ἡνίκα ἐπολεμούμεθα, τοῖς διωγμοῖς ῥωσθέντες καὶ συναχθέντες, ἡνίκα συνήχθημεν, διελύθημεν. τίς γὰρ οὐκ ἂν ὀδύραιτο εὖ φρονῶν τὰ παρόντα; τίς δὲ λόγον εὑρήσει τῇ συμφορᾷ παρισούμενον; λῃστὰς μὲν εἰρηνεύειν, οὓς κακία συνέδησε, καὶ τοὺς τυραννίδι συντεταγμένους, ἢ κλοπῆς κοινωνοὺς, ἢ στάσεως συνωμότας, ἢ μοιχείας συλλήπτορας, ἔτι δὲ χορῶν συστήματα, καὶ
e στρατῶν τάγματα, [e] καὶ νηῶν πληρώματα· E ἐῶ γὰρ λέγειν κλήρους ἐξ ἴσου διαιρουμένους, καὶ πολιτείας ἀντιθέτους, καὶ διαδοχὰς
f λειτουργιῶν, καὶ [f] ἀρχῶν τάξει πεφυούσας καὶ νόμῳ, καὶ τὴν πολυύμνητον δὴ ταύτην Σοφιστικὴν, ἢ γραμματικὴν, ἵνα μὴ λέγω φιλοσοφίαν, πρὸ ἧν νέων φιλοτιμία λυσᾷ τε καὶ μέμνηε, ταύτην μὲν ὁρᾷν ὀλίγα μὲν

(f) Πρόχειρον. Or. 1. πρόχειρος. Billius: *Quanquam enim in proclivi ſit vitium, ingenſque ad malum curſus pateat, atque undæ in præceps celerrimè labenti ſimile ſit, aut etiam feſtucæ cuipiam, quæ ad ſcintillam & ventum facili momento ſuccenditur, flammaque effecta, unà demum &c.*

Flamma quippè materiæ fœtus eſt, ac materiam ipſam, non aliter atque improbos homines improbitas, abſumit, tandémque cum ſuo alimento evaneſcit. Si quis tamen ad boni alicujus habitum pervenerit, eóque penitùs imbutus fuerit, huic jam in vitium labi difficilius erit, quàm ab initio bonum fieri. Quandoquidem bonum omne, tempore ac ratione confirmatum, naturæ vim obtinet, velut hæc quoque animis noſtris infixa charitas, cum qua veram charitatem colimus, & quam charitate complexi ſumus, atque totius vitæ præſidem & moderatricem nobis ſtatuimus.

Caritas animis infixa, naturæ vim obtinet.

II. Ubi ſunt igitur, qui res noſtras, tam benè, quàm malè ſe habentes, ſtudiosè ac diligenter obſervant, non ut judicent, ſed ut improbent : nec ut nobis gratulentur, ſed ut inſultent; & ut bona quidem calumnientur, mala autem tragicis verbis exaggerent, atque ab alienis lapſibus excuſationem vitiis ſuis quærant? Utinam rectè judicarent. Eſſet enim aliqua etiam bilis utilitas, ut eſt in proverbio, ſi inimicorum metu cautiores efficeremur : nunc autem cum odio & animi improbitate, quæ rationi tenebras offundit, & ob quam ne vituperatio quidem ullam auctoritatem habet, ad judicandum accedunt. Ubi ſunt igitur, qui divinitatem pariter & nos oderunt? Hoc enim ex omnibus, quæ patimur, illuſtriſſimum & magnificentiſſimum eſt, quòd cum Deo periclitamur. Ubi ſunt, qui ſuorum quidem manſueti & placidi judices ſunt; alienorum autem ſeveri cenſores, ut hîc quoque fucum veritati faciant? Ubi ſunt, qui vibices nobis probro vertunt, cùm ipſi vulnera habeant? Qui offendicula noſtra exagitant, cùm turpiter ipſi prolabantur? Qui maculis noſtris gaudent, cùm ipſi in cœno volutentur? Qui *feſtucas nobis objiciunt*, quæ nec inſidentes magnum dolorem afferunt, & facilè depelli atque efflari ab oculis poſſunt, cùm interim ipſi trabium mole oppreſſi caligent?

Sugillat Gregorius eos, qui pravo animo Catholicorum diffidia obſervabant.

Matth. VII. 4.

III. Agite igitur, eſtote arcanorum noſtrorum participes : ad concilium vos, etiam exoſi, vocamus : arbitris hoſtibus utimur; (ô inſignem arrogantiam, vel potiùs fiduciam!) ut pudore ſuffuſi victíque recedatis, (quo quid magis novum ac mirum fingi poteſt?) Cognitâ nimirùm, ex eo ipſo quòd ægrotavimus, noſtrâ ſanitate. Non enim de deitate diſſenſimus, ſed ordinis ac diſciplinæ causâ certavimus : nec de eo inter nos contentio extitit, utra impietas potiùs

Eos, ut diſſentionis Judices, ad concilium vocat.

Catholici, non de deitate, ſed de ordine & diſciplina diſſenſerunt.

A [a] τῷ οἰκείῳ γεννήματι. πῦρ γὰρ ὕλης γέννημα, καὶ δαπανᾷ τὴν ὕλην, ὡς τοὺς κακοὺς ἡ κακία, καὶ τῇ τροφῇ συναπέρχεται. εἰ δέ τις ἐν ἕξει καλοῦ τινὸς γένοιτο, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ποιωθείη, τὸ μεταπεσεῖν ἐργωδέστερον, ἢ γενέσθαι ἀπ' ἀρχῆς ἀγαθόν. ἐπειδὴ [b] καὶ χρόνῳ καὶ λόγῳ βεβαιωθὲν ἅπαν καλόν, φύσις καθίσταται, καθάπερ καὶ ἡ ἐν ἡμῖν ἀγάπη, μεθ' ἧς λατρεύομεν τῇ ὄντως ἀγάπῃ, καὶ ἣν ἠγαπήσαμεν, καὶ παντὸς τοῦ βίου B προεστησάμεθα.

β. Ποῦ τοίνυν οἱ τὰ ἡμέτερα τηροῦντες ἐπιμελῶς, εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως ἔχοντα, οὐχ ἵνα κρίνωσιν, ἀλλ' ἵνα κακίσωσιν· οὐδ' ἵνα συνησθῶσιν, ἀλλ' ἵν' ἐφησθῶσι, καὶ τὰ μὲν καλὰ συκοφαντήσωσι, τὰ δὲ φαῦλα ὑπεραγωδήσωσι, καὶ ἀπολογίαν ἔχωσι τῶν οἰκείων κακῶν, [c] τὰ τῶν πλησίον τραύματα; c εἴθε δικαίως κρίνοντες. ἦν γὰρ ἄν τι καὶ χολῆς ὄφελος, [d] κατὰ τὴν παροιμίαν, εἰ φόβῳ τῶν d C ἐχθρῶν ὑπῆρχεν εἶναι ἀσφαλεστέρους· νῦν δὲ μετὰ τῆς ἔχθρας, καὶ τῆς ἐπισκοτούσης τοῖς λογισμοῖς κακίας, ὑφ' ἧς οὐδὲ ὁ ψόγος ἔχει τὸ ἀξιόπιστον. ποῦ τοίνυν οἱ μισοῦντες ἐπίσης καὶ θεότητα καὶ ἡμᾶς; τοῦτο γὰρ ὧν πάσχομεν τὸ μεγαλοπρεπέστατον, ὅτι μετὰ Θεοῦ κινδυνεύομεν. ποῦ ποτὲ ἡμῖν οἱ τῶν μὲν ἰδίων πρᾷοι κριταὶ, τῶν δὲ ἀλλοτρίων ἀκριβεῖς ἐξεταςαὶ, ἵνα κἀνταῦθα ψεύδωνται τὴν ἀλήθειαν; ποῦ ποτὲ ἡμῖν οἱ τὰ τραύματα ἔχοντες, καὶ τοὺς μώλωπας D ὀνειδίζοντες; οἱ τὰ προσκόμματα δυσφοροῦντες, καὶ τὰ πτώματα αὐτοὶ πάσχοντες; οἱ τῷ βορβόρῳ ἐγκαλινδούμενοι, καὶ τοῖς σωίλοις ἡμῶν ἐπευφραινόμενοι; οἱ ταῖς ὀφθαλμοῖς τυφλώττοντες, καὶ τὰ κάρφη προφέροντες, ἃ μήτε λυπεῖ λίαν ἐγκείμενα, μήτε χαλεπὸν ἀποσκευασθῆναι καὶ ἀποφυσηθῆναι τῆς ὄψεως;

γ. Δεῦρο μετάσχετε τῶν ἀπορρήτων τῶν ἡμετέρων· καλοῦμεν ὑμᾶς εἰς τὸ συνέδριον, E καὶ μισούμενοι· χρώμεθα διαιτηταῖς τοῖς ἔχθροις· ὦ τῆς αὐθαδείας, ἢ τῆς παῤῥησίας· ἵν' ἀπέλθητε ἠσχυμμένοι καὶ ἡττημένοι. [e] τί e τούτων προσδοξότερον; μαθόντες ἡμῶν τὴν ὑγίειαν ἐξ ὧν ἠῤῥωσθήσαμεν. οὐ γὰρ περὶ θεότητος διηνέχθημεν, ἀλλ' ὑπὲρ εὐταξίας ἠγωνισάμεθα· οὐδ' ὁποτέραν δεῖ [f] τῶν f

(*a*) Τῷ οἰκείῳ. Reg. hu. & Or. 1. τῷ ἰδίῳ.
(*b*) Καὶ χρόνῳ. Sic Regg. a. hu. & Or. 1. Deeſt καὶ in Ed.
(*c*) Τὰ τῶν πλησίον τραύματα. Elias, τὰ τῶν ἀλλοτρίων πλώματα. Plures Codd. pro τραύματα, legunt, πλαίσματα.
(*d*) Κατὰ τὴν παροιμίαν. *Ut eſt in Proverbio. Uſurpatur hoc Proverbium*, inquit Elias, *de illis qui indè capiunt utilitatem, undè utilitas nulla expectabatur.*
(*e*) Τί τούτων. Reg. bm. tres Colb. Jeſ. τί τούτε.
(*f*) Τῶν ἀσεβειῶν. Oxon. τὴν ἀσεβείαν.

ἀσεβειῶν ἑλέσθαι μᾶλλον ἠμφισβητήσαμεν, A
a εἴτε τὴν συναιροῦσαν Θεὸν, [a] ἢ τὴν τέμνουσαν,
εἴτε τὸ Πνεῦμα μόνον ἀπὸ τῆς θείκης οὐσίας,
b [b] εἴτε καὶ τὸν Υἱὸν τῷ Πνεύματι, τὴν
μίαν μοῖραν, ἢ τὰς δύο τῆς ἀσεβείας. ταῦτα
c γὰρ, ὡς [c] ἐν κεφαλαίῳ θελαβεῖν, τὰ νῦν
ἀῤῥωστήματα· ἐπειδὴ ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ
c d [d] τίθενται, οὐχ ὁμολογίας, ἀλλ' [e] ἀρνήσεως·
οὐδὲ Θεολογίας, ἀλλὰ βλασφημίας. ἄλλος
γὰρ ἄλλου φιλοτιμότερος ἐν τῷ πλούτῳ τῆς
ἀσεβείας, ὥσπερ δεδοικότες, μὴ τὸ ἀσεβεῖν,
ἀλλὰ τὸ μέτρια καὶ ἑτέρων φιλανθρωπότερα. B

δ'. Ημεῖς δ' οὐχ οὕτως. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν
θεότητος συμφρονοῦμέν τε καὶ συμβαίνομεν,
οὐχ ἧττον ἢ πρὸς ἑαυτὴν ἡ θεότης, εἰ μὴ
μέγα τοῦτο εἰπεῖν, ἢ γεγόναμεν χεῖλος ἓν
καὶ φωνὴ μία, ἐναντίως ἢ οἱ τὸν πύργον
οἰκοδομοῦντες τὸ πρότερον. οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ
κακῷ συνεφρόνουν· ἡμῖν δὲ ἐπὶ παντὶ
βελτίστῳ τὰ τῆς ὁμονοίας, ἵν' ὁμοθυμαδὸν
ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζωμεν τὸν Πατέρα, ἢ
τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἢ τοῦτο
λέγηται περὶ ἡμῶν, ὅτι ὄντως ὁ Θεὸς ἐν C
f ἡμῖν ἐστιν, ὁ τοὺς [f] ἑνοῦντας αὐτὸν ἑνῶν,
καὶ δοξάζων τοὺς δοξάζοντας· καὶ μὴ
λέγηται μόνον, ἀλλὰ καὶ πιστεύηται. ἄλλα
δέ ἐστιν ὑπὲρ ὧν διηνέχθημεν· κακῶς μὲν καὶ
περὶ τούτων, οὐ γὰρ ἀρνήσομαι· ἐχρῆν γὰρ
g μηδεμίαν διδόναι τῷ πονηρῷ πάροδον, [g] ἢ
λαβὴν, μηδὲ ταῖς πονηραῖς γλώσσαις ἐλευ-
θερίαν· πλὴν οὐ τοσοῦτον, ὅσον δοκεῖ τοῖς
τὰ ἡμέτερα διαβάλλουσιν. ἐπειδὴ γὰρ ἔδει
h τι καὶ [h] ἁμαρτάνειν, ὄντας ἀνθρώπους, τοῦτό
i ἐστιν ὃ ἐπλαίσαμεν, [i] λίαν φιλοποίμενες γε- D
γόναμεν, καὶ οὐκ ἔχομεν εὑρεῖν ἀγαθῶν δύο
τὸ αἱρετώτερον, ἕως συνέβημεν ἀμφότερα
ἐπίσης θαυμάζειν. τοῦτο ἡμῶν τὸ ἔγκλημα.
περὶ τούτων ἡμᾶς ὁ βουλόμενος εὐθυνέτω,
ἢ ἀφιέτω. τοῦτο τῶν αἱρετικῶν ἡ ἀσφάλεια.
ὑπὲρ δὲ τοῦτο οὐδὲν, οὐδ' ἂν σφόδρα
βούλησθε. μυῖαι σαπριοῦσιν ἔλαιόν, φησιν ὁ
εἰπὼν, ἐνπεπρούμεναί τε καὶ ἐνσηπόμεναι·
τὰ δὲ καλὰ ὁ φθόνος βουλήσεται μὲν, οὐ
δυνήσεται δέ. πάντων γὰρ ἰσχυρότατον, ὡς E
τῷ Εσδρᾳ κἀμοὶ δοκεῖ, ἡ ἀλήθεια.

eligenda esset, eáne, quæ Deum contrahit, an illa quæ vel Spiritum sanctum duntaxat, vel Filium quoque ipsum unà cum Spiritu à divina essentia distrahit: alterámne, inquam, an utramque impietatis partem amplecteremur. Hi enim, ut in genere dicam, hujusce tempestatis morbi sunt; cùm quidam sint homines, qui *ascensiones in corde suo ponunt*, non confessionis, sed abjurationis; non Theologiæ, sed blasphemiæ. Alius enim alio in impietatis opibus liberalior ac profusior est, perindè atque non id metuant, ne impiis erroribus sese constringant, sed ne hac in re moderatiores atque humaniores sint, quàm cæteri. Ps. LXXXIII. 6.

IV. Nostra autem non eadem est ratio. Nam quod ad divinitatem attinet, non minùs quàm ipsa secum divinitas, nisi magnum hoc dictu sit, inter nos consentimus atque concordamus; *labiúmque unum* & vox una sumus, contrà tamen atque ii, qui turrim olim exstruebant. Illi enim in malum conspirabant: nos autem ob pulcherrima quæque concordiam colimus, ut unanimes atque uno ore Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum glorificemus; ídque de nobis prædicetur, *quòd verè in nobis sit Deus*, eos à quibus unitur, uniens, & eos, à quibus gloriâ afficitur, gloriâ afficiens; nec tantùm prædicetur, sed etiam credatur. Verùm aliis de rebus contentio inter nos fuit: malè etiam id quidem, non enim inficiabor; (nec enim Diabolo aditum ullum aut ansam, nec improbis linguis licentiam dari oportuit;) non tamen tanta, quanta iis videtur, qui res nostras per calumniam infectantur. Nam cùm fieri non posset, quin aliquid peccaremus, ut homines, nostrum hoc erratum fuit, quod nimio Pastoris amore affecti fumus, nec ex duobus eximiis, uter magis expetendus esset, reperire potuimus, quoadusque in hoc convenimus, ut utrumque pari in laude & admiratione poneremus. Hoc nostrum crimen est. Hoc nomine, qui volet, nos condemnet, aut absolvat. Hoc Hæreticorum præsidium est. Præter hoc nihil habetis, etiamsi maximè cupiatis. *Muscæ*, inquit ille, *cùm in oleo moriuntur ac putrescunt, ipsius suavitatem corrumpunt*: livor quidem ea, quæ recta sunt, inficere volet, sed non poterit. *Omnium etenim rerum fortissima est veritas*, ut mihi & Esdræ videtur. Dissidentes, erant circa divinitatem concordes. Gen. XI. 1. I. Cor. XIV. 25. Nimio Pastoris amore peccarunt. Eccle. X. 1. III. Esdr. IV. 35.

(a) Η τὴν τέμνουσαν, εἴτε &c. Plures Codices habent, εἴτε τέμνουσαν, καὶ τέμνουσαν, εἴτε &c.
(b) Εἴτε καί. Sic plures Codd. Deest καί in Ed.
(c) Εν. Deest in Reg. bm. & Or. 1.
(d) Τίθενται. Montac. διατίθενται.
(e) Αρνήσεως. Coisl. 1. ἄρνησις.
(f) Ενοῦντας αὐτόν. Deest αὐτόν in nonnullis Codicibus. Coisl. 1. habet, αἰνοῦντας αἰνῶν.
(g) Η λαβήν. Deest in pluribus Regg. & Or. 1.
(h) Αμαρτάνειν. Reg. hu. tres Colb. & Or. 1. ἁμαρτεῖν.
(i) Λίαν φιλοποίμενες &c. Hìc apertè videntur dissensisse Catholici, diverso Pastorum (Meletii & Paulini) studio abrepti. Ex duobus namque eximiis Pastoribus, reperire non poterant, uter magis expetendus esset. Undè hæc intelligenda sunt generatim de Catholicis, qui hac de causa Constantinopoli dissentiebant; non verò de Nazianzenis, ut falsò putat Elias.

Pax inter Catholicos compoſita, & pacis ſponſor Gregorius.

V. Nos igitur quidem diſſidia noſtra inter nos compoſuimus, ac componemus. Nec enim fieri poteſt, ut filii parentibus iniquè jus dicant, interveniente præſertim communi Trinitate, pro qua bello impetimur, & propter quam bellum haud geremus. Ego pacis ſponſor ſum, tantillus videlicet tantæ rei, quoniam *Deus humilibus dat gratiam, ſublimes autem uſque ad terram deprimit.* Quid verò vobis illud proderit, ô communes noſtri pacificatores? Pacificatores namque eſtis, ídque beneficii nobis inviti confertis. Non enim vos propterea pii eſtis, ſi quid nos aliqua in re vel parva vel magna peccemus: nos quidem ob vitium haud laudandi, ſi quid peccemus, vos autem nihilominùs impii eſtis, quamvis nos peccemus; niſi etiam eò magis, quòd labentibus acerbiores eſtis. Atque ut nos omnibus in rebus unanimes eſſe perſpiciatis, ex eóque perpetuam etiam hanc concordiam fore intelligatis, tametſi hujus rei fidem jam, ut opinor, vobis ea, quæ videtis fecerint, probus nimirùm ac benignus Pater, & Filius obſequens, unà ſedentes, mutuúmque ſibiipſis ornamentum afferentes; à quibus, ſi qui in vobis benevolentiæ concordiæque fomites erant, exſuſcitati ſunt; tamen id quoque ſermo perſuadeat. Illum quidem jam audiiſtis, meíſque auribus ſermonum ipſius admiratio etiamnum inſonat: nec dubito quin majus illud ſit, quod in animis veſtris reconditum eſt, quàm quod in aërem fuſum: nos autem rursùs audietis, ſi rursùs expetitis; & ſi cui nondùm ad probationem ſufficiunt, quæ ſæpenumerò publicè prædicata ſunt, id perficiant tentationes illæ ac lapidationes, quas, & jam pertulimus, & perferre parati ſumus, non detrimento ducentes pati, ſed potiùs non pati: ídque eò magis, quòd periculorum, quæ pro Chriſto tolerantur, guſtum cepimus, ex quibus etiam optimum retulimus fructum, nempè populi hujus incrementum.

Jac. IV. 6. *Iſ.* CXLVI. 6.

Gregorius pro bono pacis ad omnia perferenda paratus.

Ad Trinitatis doctrinam transfertur Oratio.

VI. Quid igitur vultis? Voſne hoc convictos tenet, & nihil opus eſt, ut nos hac de re gravemur, nec ſecundam de deitate Orationem habeamus, noſtræque infirmitati parcitis, quæ tanta eſt, ut vix hæc ipſa vobis eloquar? An potiùs oportet, velut gravioribus auribus, eundem ſermonem ſæpiùs inſonare, ut diuturnâ ſaltem vocis contentione in audientium aures tan-

ε. Τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα ἡμεῖς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς καὶ διαλελύμεθα, καὶ διαλυσόμεθα. οὐ γὰρ οἷόν τε [a]παῖδας πατράσι δικάσαι κακῶς, καὶ ἅμα τῆς κοινῆς Τριάδος μεσιτευούσης, ὑπὲρ ἧς πολεμούμεθα, καὶ δι' ἣν οὐ πολεμήσομεν. ἐγὼ τῆς εἰρήνης [b]ἐγγυητὴς, ὁ μικρὸς τοῦ τοσούτου πράγματος, ἐπειδὴ ταπεινοῖς δίδωσι χάριν ὁ Κύριος, ταπεινοῖ δ' ὑψηλοὺς [c]ἕως γῆς. ὑμῖν δὲ τί τοῦτο τοῖς κοινοῖς ἡμῶν διαλλακταῖς; διαλλακταὶ γάρ ἐστε, [d]καὶ ἀκουσίως τοῦτο χαρίζεσθε. οὐ γὰρ ὑμεῖς εὐσεβεῖς, εἰ κακοὶ πρὸς τι μικρὸν ἢ μεῖζον [e]ἡμεῖς· ἀλλ' ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐπαινετοὶ τῆς κακίας, εἴπερ τι πλαίομεν, ὑμεῖς δὲ οὐδὲν ἧττον ἀσεβεῖς, κἂν ἡμεῖς ἁμαρτάνωμεν, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ὅσῳ, τῷ πλαιόντων ἐστὲ βαρύτεροι. καὶ ἵν' εἰδῆτε τὰ πάντα [f]συμφρονοῦντας ἡμᾶς, [g]καὶ διὰ τούτων, ὅτι καὶ ἀεὶ συμφρονήσομεν μάθητε, πέπεικε μὲν, ὡς οἶμαι, καὶ τὸ ὁρώμενον, πατὴρ εὐγνώμων, καὶ παῖς εὐπειθὴς, ἀλλήλοις συγκαθεζόμενοι καὶ συμπρέποντες· καὶ εἴ τι ζώπυρον ἐν ὑμῖν ὑπῆρχεν εὐνοίας τε καὶ συμπνοίας, τοῦτο ἀνάψαντες, πειθέτω δὲ καὶ ὁ λόγος. [h]τοῦ μὲν οὖν ἀκηκόατε, καὶ τὸ θαῦμα ἔνηχον [i]ἔτι ταῖς ἐμαῖς ἀκοαῖς· καὶ οἶδ' ὅτι μεῖζον ἐν ὑμῖν τοῦ εἰς τὸν ἀέρα χεθέντος, τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς ἀποκείμενον· ἡμῶν δὲ ἀκούσεσθε πάλιν, εἰ πάλιν ποθεῖτε· καὶ εἰ μή τῳ πρὸς ἀπόδειξιν ἱκανὰ τὰ δημοσιευθέντα πολλάκις, καὶ οἱ πειρασμοὶ, καὶ [k]οἱ λιθασμοὶ, οὓς τε ἤδη πεπόνθαμεν, καὶ οἷς ἠυτρεπίσμεθα, οὐ τὸ παθεῖν ζημίαν, τὸ δὲ μὴ παθεῖν κρίνοντες· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ κινδύνων [l]γεγεύσμεθα, ὧν καὶ καρπὸν ἄριστον ἠνεγκάμεθα, τὴν τοῦ λαοῦ τοῦδε συναύξησιν.

ς. Τί οὖν βούλεσθε; πέπεισθε τοῦτο, καὶ οὐδὲν δεῖ πραγμάτων ἡμῖν, οὐδὲ θεολογίας δευτέρας, καὶ φείδεσθε τῆς ἐμῆς ἀσθενείας, ὑφ' ἧς ὑμῖν καὶ ταῦτα μόλις φθέγγομαι; ἢ δεῖ, καθάπερ ταῖς βαρειαῖς τῶν ἀκοῶν, πολλάκις τὸν αὐτὸν ἐνηχεῖν λόγον, ἵνα τῷ ἐπιμόνῳ γοῦν τῆς φωνῆς, εἰς ὦτα λαλήσωμεν

(a) Παῖδας πατράσι δικάσαι κακῶς. *Ut filii parentibus iniquè jus dicant.* Sic primò verterat Billius; ſed poſteà Eliam ſecutus, tam contra ſyntaxim, quàm contra rem ipſam, ad Parentes δικάσαι retulit, ac reddidit: *ut Parentes filiis iniquè jus dicant.*

(b) Εγγυητής. Sic omnes Codd. In Ed. ἐγγυτής.

(c) Εως γῆς. Plures Regg. Coisl. 3. Or. 1. ἀχρὶ γῆς.

(d) Καὶ ἀκουσίως. Reg. hu. εἰ ἀκουσίως.

(e) Ημεῖς. Sic Regg. a. bm. hu. Coisl. 2. Jeſ. &c. In Ed. ὑμεῖς.

(f) Συμφρονοῦντας. Reg. bm. συμφωνοῦντας, *concordes.*

(g) Πατὴρ εὐγνώμων, &c. Billius: *Candidus pater &c.* Quinam hîc deſignentur, in Monito dictum eſt. n. 3.

(h) Τοῦ. Reg. bm. τοῦτο.

(i) Ετι. Reg. Cypr. ἐσὶ.

(k) Οἱ λιθασμοί. Lapidibus non niſi in urbe Conſtantinopolitana petitus eſt Gregorius; ac proindè hanc Orationem poſt *lapidationem*, cujus in ea meminit, habitam fuiſſe conſtare debet. Non ergo Nazianzi, ut volunt Elias & Billius, ſed Conſtantinopoli pronuntiata eſt.

(l) Γεγεύσμεθα. Reg. hu. Or. 1. &c. γεγεύμεθα.

λαλήσωμεν ἀκουόντων; δοκεῖτέ μοι τὸν λόγον A
παρακαλεῖσθαι διὰ τῆς ἡσυχίας. καὶ γὰρ
τὴν σιωπὴν συγκατάθεσιν εἶναι, διδάσκει
a καὶ ἡ [a] παροιμία. οὐκοῦν δέξασθε λόγον
ἀμφοτέρων, ἐκ μιᾶς ψυχῆς, καὶ ἑνὸς στόματος.
ἄχθομαι δὲ ὅτι μὴ ἐπί τι ὄρος τῶν ὑψηλῶν
ἀνελθὼν, μηδὲ φωνὴν λαβὼν τῆς ἐπιθυμίας
ἀξίαν, πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς φρονοῦσι κακῶς
ταῦτα φθέγγομαι, ὥσπερ ἐν κοινῷ θεάτρῳ,
b [b] τῇ οἰκουμένῃ. υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε
βαρυκάρδιοι; ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, B
καὶ ζητεῖτε ψεῦδος, οὐ μίαν, οὐδ' ἁπλῆν
θεότητος φύσιν εἰσάγοντες, ἀλλ' ἤτοι τρεῖς
ἀπεξενωμένας ἀλλήλων καὶ διεσπασμένας,
οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰπεῖν, καὶ μαχομένας
ὑπερβολαῖς καὶ ἐλλείψεσιν· ἢ μίαν μὲν,
μικροπρεπῆ δέ τινα καὶ στενὴν, οὐκ ἔχουσαν
τὸ μεγάλων εἶναι ἀρχὴν, ὥσπερ ἐ δυνηθεῖσαν,
ἢ οὐ θελήσασαν· καὶ τοῦτο διχῶς, ἢ διὰ
φθόνον, ἢ διὰ φόβον· τὸ μὲν, ἵνα μή τι
ὁμότιμον συνεισάγηται, τὸ δὲ, ἵνα μὴ ἐχθρὸν C
καὶ μαχόμενον; καί τοι ὅσῳ τιμιώτερον Θεὸς
κτισμάτων, τοσούτῳ μεγαλοπρεπέστερον
τῇ προφητῃ αἰτίᾳ, θεότητος εἶναι ἀρχὴν, ἢ
κτισμάτων, καὶ διὰ θεότητος μέσης ἐλθεῖν
c ἐπὶ τὰ κτίσματα, [c] ἢ τοὐναντίον, τούτων
ἕνεκεν ὑποστῆναι θεότητα, ὃ δοκεῖ τοῖς λίαν
ἐξεταστικοῖς τε καὶ μετεώροις.

dem loquamur? Sed me hâc veſtrâ quiete & ſilentio ad dicendum invitare videmini. Nam ſilentium parœmia quoque conſenſum eſſe docet. Proindè utriuſque ſermonem, ex una anima, atque ex uno ore accipite. Illud demùm moleſtum eſt, quòd hæc, in ſublimem quemdam montem evectus, vocémque deſiderio parem nactus, ad omnes eos ſimul, qui de religione malè ſentiunt, in univerſo orbe, velut communi quodam theatro, proloqui nequeo. *Filii hominum, uſquequò gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium,* dum non unam, nec ſimplicem deitatis naturam inducitis, verùm aut tres à ſe invicem alienas & diſtractas, nec mirum ſi dixerim, defectibus etiam & exceſſibus pugnantes; aut unam quidem, ſed jejunam & anguſtam, quæ non habeat, ut magnorum cauſa ſit, perindè atque vel non potuerit, vel noluerit: ídque duplici de cauſa, nempè vel ob invidiam, vel ob metum: illud quidem, ne quid æquale; hoc verò, ne quid inimicum & pugnans inducatur? Itaque, quantò Deus rebus creatis antecedit, tantò utique primæ cauſæ magnificentius eſt, divinitatis, quàm rerum creatarum, principium eſſe, ac per interpoſitam deitatem ad res creatas venire, quàm ut contrà, harum causâ, deitas condita fuerit, quemadmodùm ſublimibus iſtis, nimíſque ad indagandum propenſis placet.

Sabellii Ariique errores confutat.

Pſ. IV. 3.

ζ. Εἰ μὲν γὰρ ἐμέλλομεν Υἱοῦ & Πνεύματος τὴν ἀξίαν ὁμολογοῦντες, ἢ ἄναρχα ταῦτα εἰσάγειν, ἢ εἰς ἑτέραν ἀρχὴν ἀνάγειν, D
δέος ἂν ἦν ὄντως μὴ ἀτιμασθῇ Θεὸς, ἢ κινδυνεύσῃ παρ' ἡμῶν τὸ ἀντίθεον· εἰ δὲ ὅσον
d ἂν [d] ἐξαίρῃς τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα, οὐχ
ὑπὲρ τὸν Πατέρα θήσεις, οὐδὲ τῆς αἰτίας
e ἀποξενώσεις· ἀλλ' ἐκεῖσε [e] ἀνάγεις τὸ καλὸν
γέννημα, καὶ τὴν θαυμασίαν πρόοδον. προσερήσομαί σε ὀλίγον φιλαγέννητε σὺ καὶ φιλάναρχε, πότερος Θεὸν ἀτιμάζει μᾶλλον, ὁ τοιούτων τιθεὶς ἀρχὴν, οἵων αὐτὸς εἰσάγεις, ἢ ὁ μὴ τοιούτων, ἀλλ' ὁμοίων τὴν φύσιν, καὶ E
ὁμοδόξων, καὶ οἵων ὁ ἡμέτερος βούλεται λόγος; ἀλλὰ σοὶ μὲν εἰς τιμὴν μέγα καὶ μέγιστον ὁ σὸς υἱὸς, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ περ ἂν τὰ πάντα πατρῴζῃ, καὶ χαρακτὴρ ᾖ γνήσιος τοῦ γεννήσαντος, καὶ οὐκ ἂν δέξαιο μυρίων ἀνδραπόδων εἶναι μᾶλλον δεσπότης,

VII. Etenim ſi Filii & Spiritûs ſancti dignitatem confitentes, eos vel principii expertes induceremus, vel ad alterum principium referremus, timendum re verâ eſſet, ne Deus contemptu afficeretur, aut Deo contrarium aliquid inveheretur. Cùm autem quantumlibet Filium aut Spiritum extuleris, nunquam tamen eos ſupra Patrem ponas, nec à cauſa removeas: verùm illuc præclaram generationem, & admirabilem proceſſionem referas. Percontabor paululùm ex te, qui ingeniti & Anarchi, hoc eſt, principii expertis, amorem tantoperè præ te fers, uter tandem Deum magis contemnat, íſne qui ipſum talium, quales tu inducis, principium conſtituat, an qui non talium, ſed naturâ & gloriâ æqualium, & quales doctrina noſtra profitetur? An verò tibi ad honorem amplum, atque adeò ampliſſimum erit, quòd filium habeas, ídque eò magis, ſi patrem in omnibus rebus referat, verúmque genitoris ſui ſimulachrum gerat, tibíque ſexcentis ſervis im-

Filius & Spiritus ſanctus, nec originis expertes dicendi, nec ad alterum à Patre principium referendi.

(a) Παροιμία. Sic Proverbium iſtud: *Qui tacet, conſentire videtur.*

(b) Τῇ οἰκουμένῃ. Coisl. 3. τῆς οἰκουμένης.

(c) Ἢ τοὐναντίον &c. Hæc erat, juxta Niceph. lib. VIII. c. 8. ſacrilega Arianorum vox, Filium ſcilicet propter nos factum vel creatum fuiſſe, ut nos Deus per ipſum, velut per inſtrumentum quoddam, crearet; undè ſi Deus homines creare noluiſſet, non creaſſet Filium.

(d) Ἐξαίρῃς. Regg. bm. hu. & Or. 1. ἐξάρῃς.

(e) Ἀνάγεις. Regg. bm. hu. Coisl. 1. Or. 1. Jeſ. ἀνοίσεις, *depromes.*

perare minùs jucundum futurum eſt, quàm unius filii parentem eſſe: Deo autem quidpiam majus ac præſtabilius erit, quàm Filii Patrem eſſe, quod quidem gloriæ acceſſio eſt, non deceſſio, quemadmodùm & Spiritûs productorem eſſe? An te illud fugit, cùm Deum, Filii, ac Spiritûs, velut creaturarum, principium ſtatuis, nec principium abs te honorari, & quæ ex eo manant, ignominiâ affici? Illud, quia vilium, & exiguorum, ac deitate indignorum principium conſtituis; hæc, quia parva, nec creata tantùm, ſed omnium etiam, quæ creata ſunt, contemptiſſima & abjectiſſima facis: ſiquidem horum causâ, & aliquandò condita ſunt, non ſecùs ac inſtrumenta ab artifice, quæ ante artifices non erant, nec aliàs extitiſſent, niſi quid eorum operâ Deus creare voluiſſet, perindè videlicet ac voluntas ipſa nequaquàm ſufficeret. Quidquid enim alicujus rei causâ factum eſt, abjectius eſt eo, propter quod factum eſt.

A ἢ ἑνὸς γεννήτωρ παιδός· πῶς Θεῷ δὲ ἄλλό τι μεῖζον, ἢ Υἱῷ τυγχάνειν Πατέρα, ὃ προσθήκη δόξης ἐστὶν, οὐχ ὑφαίρεσις, ὡς ἂν καὶ προβολέα Πνεύματος; ἢ ἀγνοεῖς, ὅτι σὺ μὲν κλισμάτων τιθεὶς ἀρχὴν, λέγω δὴ Υἱῷ καὶ Πνεύματος, [a] οὔτε τὴν ἀρχὴν τιμᾷς, καὶ ἀτιμάζεις τὰ ἐξ αὐτῆς; τὴν μὲν, ὅτι μικρῶν εἰσάγεις ἀρχὴν, καὶ ἀναξίων θεότητος· τὰ δὲ, ὅτι μικρὰ, καὶ μὴ κλίσματα μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων κλισμάτων ποιεῖς ἀτιμό-
B τερα· εἴ γε τούτων ἕνεκεν ὑπέστη, καὶ ποτὲ, ὥσπερ ὄργανα τεχνίτῃ πρὸ τοῦ [b] τεχνιτῶν πρότερον οὐκ ὄντα, οὐδ' ἂν ἄλλως γενόμενα, εἰ μή τι κλίσαι δι' αὐτῶν ἐβουλήθη Θεὸς, ὡς οὐκ ἀρκοῦντος τοῦ βούλεσθαι. πᾶν γὰρ ὅ τινος ἕνεκεν, ἀτιμότερον ἐκείνου δι' ὃ γεγένηται.

Deitatis principium, & ea, quæ ab ipſo principio manant, pari honore proſequenda.

VIII. At ego deitatis principium, temporis expers, inſeparabile, atque infinitum ſtatuens, & principium, & ea, quæ à principio manant, pari honore proſequor: illud, quia talium eſt principium, hæc, quia tali modo, & talia, & ex tali, nec tempore, nec naturâ, nec cultu & veneratione diſtincta, unum diviſim exiſtentia, & conjunctim diviſa, (dictu licèt mirum,) non minùs ob relationem, quam inter ſe habent, laudanda, quàm ſi unumquodque per ſe privatim acceptum & intellectum eſſet: perfectam ex tribus perfectis Trinitatem, unitate quidem ob divitias motâ, binario autem ſuperato, propterea quòd Deitas ſupra materiam & formam ſit, ex quibus D corpora conſtant, Trinitate verò propter perfectionem definitâ, (hæc enim prima binarii compoſitionem ſuperat,) ut nec deitas anguſta maneat, nec in infinitum diffundatur. Illud enim parcum ac jejunum, hoc confuſum; illud Judaicum prorsùs, hoc Ethnicum, ac multorum Deorum cultum redolens.

η. Ἐγὼ δὲ [c] θεότητος ἀρχὴν εἰσάγων ἄχρονον, καὶ ἀχώριστον, καὶ ἀόριστον, τήν τε C ἀρχὴν τιμῶ, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐπίσης· τὴν μὲν, ὅτι τοιούτων ἀρχὴ, τὰ δὲ, ὅτι οὕτως, καὶ τοιαῦτα, [d] καὶ ἐκ τοιούτου, μήτε πρό ποτὲ, μήτε τῇ φύσει, μήτε τῷ σεβῷ διειργόμενα, ἓν ὄντα διῃρημένως, καὶ διαιρούμενα συνημμένως, εἰ καὶ παράδοξον τοῦτο εἰπεῖν, οὐχ ἧττον ἐπαινετὰ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως, ἢ καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον νοούμενόν τε καὶ λαμβανόμενον· Τριάδα τελείαν ἐκ τελείων τριῶν, μονάδος μὲν κινηθείσης
D πρὸς τὸ πλούσιον, [e] δυάδος δ' ὑπερβαθείσης, ὑπὲρ γὰρ τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος, ἐξ ὧν τὰ σώματα, Τριάδος δὲ ὁριθείσης πρὸς τὸ τέλειον, ὥσπερ γὰρ ὑπερβαίνει δυάδος σύνθεσιν, ἵνα μήτε σθενὴ μένῃ ἡ θεότης, μήτε εἰς ἄπειρον χέηται. τὸ μὲν γὰρ ἀφιλότιμον, τὸ δὲ ἄτακτον· καὶ τὸ μὲν Ἰουδαϊκὸν παντελῶς, τὸ δ' Ἑλληνικὸν καὶ πολύθεον.

Ingenitus, Filium gignendo, nihil, quod corpori conveniat, patitur.

IX. Quin hoc quoque, nec inſcitè fortaſsè atque imperitè, ſed perquàm etiam prudenter & circumſpectè mecum reputo, tibi quidem nihil periculi ex eo imminere, ſi Filium genitum aſſerueris. Non enim verendum eſt, ne Ingenitus aliquid eorum, quæ corporibus ac materiæ conveniunt, in

θ. Σκοπῶ δὲ κἀκεῖνο, καὶ ἴσως οὐκ ἀπαιδεύτως, οὐδὲ ἀμαθῶς, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπεσ-
E κεμμένως, ὅτι σοὶ μὲν κίνδυνος οὐδὲ εἷς γεννητὸν εἰσάγοντι τὸν Υἱόν. οὐ γὰρ μὴ πάθῃ τι γεννῶν ὁ ἀγέννητος πρὸς σωματικῶν τε καὶ ὑλικῶν, ὅτι μηδὲ σῶμα, καὶ τοῦτο αἱ κοιναὶ

(a) Οὔτε τὴν ἀρχὴν τιμᾷς. Sic plures Regg. duo Coisl. & Or. 1. In Ed. legitur τὴν αρχήν, ante λέγω δή.

(b) Τεχνιτῶν. Putat Combefiſius emendandum, τεχνικῶν. Sic videtur etiam legiſſe Leuvenklaius, qui pro *ante artifices*, reddit: *ante res factas*.

(c) Θεότητος ἀρχήν &c. Cùm Gregorius Patrem appellat, *Principium Deitatis*, id eſt, Filii & Spiritûs ſancti, vox illa ἀρχήν, non de tempore, ſed de cauſa eſt accipienda. Nam, ut ſæpè jam dictum eſt, non minùs principio carent Filius & Spiritus ſanctus, quàm Pater, ſi ad tempus referatur. Sed ſi de cauſa quæſtio ſit, Pater eſt Principium, ſeu origo Filii & Spiritûs ſancti; atque ut trium Perſonarum proprietates diſtinguantur, Pater eſt *ingenitus*, Filius *genitus*, & Spiritus ſanctus *procedens*. Cæterùm ut nulla ſit de Gregorio noſtro hac de re ſuſpicio, vide Or. xx. n. 7. ad hæc verba: ἐὰν μὲν ὡς αἴτιον τὸν Πατέρα &c.

(d) Καὶ ἐκ. Sic Regg. bm. hu. Coisl. 1. & Or. 1. Deeſt καὶ in Ed.

(e) Δυάδος δὲ ὑπερβαθείσης &c. *Binario autem ſuperato.* Per *binarium* intelligit Gregorius *materiam & formam* ex quibus corpora conſtant. Undè in naturis corporeis perfectio ſita videtur in hoc binario, ut patet in creatione primorum Parentum, qui perfecti creati ſunt.

καὶ Θεοῦ καθαχωρῆσιν ὑπολήψεις. ὥστε τί A
φοβούμεθα φόβον, ὃ μή ἐστι φόβος, καὶ ἀσε-
βοῦμεν ἀγαπενῆς, ὃ δὴ λέγεται; ἐμοὶ δὲ κίν-
δυνος ζημιωθῆναι θεότητα, εἰ τὸ κτίσμα
καταδεχοίμεν. οὐ γὰρ Θεὸς τὸ κτιζόμενον,
οὐδὲ δεσποτικὸν τὸ ὁμόδουλον, κἂν τὰ πρῶτα
φέρηται δουλείας καὶ κτίσεως, καὶ τοῦτο μόνον
φιλανθρωπεύηται ὑβριζόμενον· ὁ γὰρ τῆς
ὀφειλομένης ὑποστερῶν τιμῆς, οὐ μᾶλλον
a τιμᾷ τῷ διδομένῳ, ἢ ἀτιμάζει τῷ [a] ἀφαι-
c b ρουμένῳ, κἂν πρόσκοιτον [b] ἔχῃ τιμῆς [c] τὸ B
γινόμενον.

Hæretici impietate celebres fiunt.

λ. Καὶ εἰ σοὶ πλάττεται πάθη περὶ τὴν
d γέννησιν, κἀμοὶ περὶ τὴν κτίσιν· [d] οὐδὲ γὰρ
τὸ κτιζόμενον ἀπαθῶς οἶδα κτιζόμενον. εἰ
e δὲ μὴ [e] γεγέννηται κατὰ σὲ, μηδὲ ἔκτισαι
f [f] κατὰ τὸν ἀλήθη λόγον, δέξαι τῷ λόγῳ σοὶ
τὸ λειπόμενον, ὁ μικροῦ τὸ ἴσον λέγειν τολ-
g μῶν διὰ τῆς προσηγορίας τοῦ [g] κτίσματος. C
σοὶ μὲν οὖν οὐδὲν ἀνεπιχείρητον, οὐδὲ ἀτόλ-
μητον πρὸς κακῷ βραβευτῇ καὶ διαιτητῇ τῆς
θεότητος· οὐ γὰρ εἶχες ἄλλως εὐδοκιμεῖν, ἢ
μακρὰν ἐκβάλλων Θεὸν δεσποτείας, ὥσπερ
ἐνταῦθα οἱ τυραννικοὶ τὸν τρόπον, καὶ πλεο-
νεκτικοὶ τοὺς ἀσθενεστέρους. ἐγὼ δὲ μίαν φω-
νὴν, τὴν αὐτὴν καὶ σύντομον φθέγξομαι. Τριὰς
ὡς ἀληθῶς ἡ Τριὰς, ἀδελφοί. Τριὰς δὲ, οὐ
h πραγμάτων [h] ἀνίσων ἀπαρίθμησις· ἢ τί κω-
λύει, καὶ δεκάδα, καὶ ἑκατοντάδα, καὶ μυ- D
ριάδα ὀνομάζειν μετὰ τοσούτων συντιθεμέ-
i νην; πολλὰ γὰρ [i] τὰ ἀριθμούμενα, καὶ πλείω
τούτων· ἀλλ' ἴσων καὶ ὁμοτίμων σύλληψις,
ἐνούσης τῆς προσηγορίας τὰ ἡνωμένα ἐκ φύ-
σεως, καὶ οὐκ ἐώσης σκεδασθῆναι ἀριθμῷ
λυομένῳ τὰ μὴ λυόμενα.

Trinitas verè Trinitas est.

ια. Οὕτω φρονοῦμεν, καὶ οὕτως ἔχομεν,
k ὥστε ὅπως μὲν [k] ἔχῃ ταῦτα πρὸς ἄλληλα
σχέσεώς τε καὶ τάξεως, αὐτῇ μόνῃ τῇ
Τριάδι συγχωρεῖν εἰδέναι, καὶ οἷς ἂν ἡ E
Τριὰς ἀποκαλύψῃ κεκαθαρμένοις, ἢ νῦν, ἢ
ὕστερον· αὐτοὶ δὲ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἰδέναι
φύσιν θεότητος, ἀνάρχῳ, καὶ γεννήσει,
καὶ προόδῳ γνωριζομένην, ὡς νῷ τῷ ἐν
ἡμῖν, καὶ λόγῳ, καὶ πνεύματι, ὅσον εἰπάσαι

Trinitas unam & eandem deitatis naturam habet, quæ ex Patre, & Filio, & Spiritu sancto agnoscitur.

X. Quòd si passiones circa generationem tibi fingis, ego quoque idem circa creationem mihi fingam. Nam ne id quidem, quod creatur, citra passionem creatur. Quòd si nec genitus est, ut ipse sentis, nec creatus, quod veritas sentit, quod tibi reliquum est, accipe, qui per creaturæ nomen eò penè audaciæ prorumpis, ut idem dicas. Ac tu quidem, malè deitatis judex atque arbiter, nihil intentatum relinquis, nihil non audes; non enim aliâ ratione nomen tuum illustrare poteras, quàm si, ut qui tyrannicis sunt moribus, atque ad alienas facultates eripiendas propensi, infirmiores homines, eodem tu quoque modo Deum ab imperio & dominatione procul submoveres. Ego contrà unam vocem, eámque brevem & compendiosam, habeo. Trinitas verè Trinitas est, Fratres. Trinitas porrò non inæqualium rerum enumeratio est; (quid enim alioqui prohibeat, quin, & decadem, & centuriam, ac myriadem nominemus, si cum tot numeris componatur? Multa quippè, multóque his plura in numerum cadunt;) sed æqualium & honore parium complexio, cùm scilicet nomen ea, quæ naturâ unita sunt, connectat, nec, quæ solutionem nesciunt, defluente numero dissipari sinat.

XI. Sic sentimus, sic animo affecti sumus, ita tamen, ut, quam relationem atque ordinem hæc inter se habeant, Trinitati ipsi soli, ac purgatâ mente hominibus, quibus, vel in hac vita, vel in posterum Trinitas id patefecerit, noscendum relinquamus. Nos autem unam & eandem deitatis naturam teneamus, quæ ex principii experte, & generatione, & processione agnoscitur, quemadmodùm id quod nobis inest, mente, sermone, ac spiritu

(a) Αφαιρεμένῳ. Regg. bm. hu. ὑφαιρεμένῳ.
(b) Ἔχῃ. Sic Regg. bm. hu. & Or. 1. In Ed. ἔχει.
(c) Τὸ γινόμενον. Coisl. 1. τὸ διδόμενον.
(d) Οὐδὲ γὰρ τὸ κτιζόμενον. Combefisius vertit: *ne id quidem quod creat, citra passionem creat.* Cæterùm id fusiùs in Or. xx. *de Dogmate* explicatur.
(e) Γεγέννηται κατὰ σέ. Sic Codd. Ita legit ac vertit Billius. Deest κατὰ σέ in Ed.
(f) Κατὰ τὸν ἀλήθη λόγον. Sic Reg. hu. Coisl. 1. &c. Hæc desunt in Ed. quamvis à Billio reddita.
(g) Κτίσματος Coisl. 1. addit, ὅτι μηδὲ εἴδει ἐνὶ καταδυάζεται. *Quòd nec uni formæ instruatur.*
(h) Ἀνίσων. Billius: *diversarum.*
(i) Τὰ ἀριθμούμενα. Sic Regg. bm. hu. & Or. 1. Deest τά in Ed.
(k) Ἔχῃ. Reg. hu. & Or. 1. ἔχει.

intelligitur, (quantùm quidem ex ſenſibilibus, ea, quæ animo & ratione intelliguntur, atque ex parvis maxima conjicere poſſumus, quandoquidem nulla imago veritatem aſſequi poteſt,) ipſam ſecum concordem, ſemper eandem, ſemper perfectam, qualitatis, quantitatis, temporis expertem, increatam, atque ejuſmodi, ut nec ei quidquam unquam defuerit, nec defuturum ſit, incomprehenſibilem, nunquam ſe deſerentem, nec deſerturam: vitas & vitam, lumina & lumen, bona & bonum, glorias & gloriam, verum & veritatem, ac ſpiritum veritatis, ſancta & ipſammet ſanctitatem: Deum unumquodque, ſi ſeparatim conſideretur, mente videlicet, ea, quæ ſeparari nequeunt, ſeparante: Deum rursùs hæc tria, ſi quidem ſimul intelligantur, ob eundem motum & eandem naturam: eam rationem habentem, ut nec ſupra ſe quidquam reliquerit, aut aliud quidquam ſuperarit; nihil enim erat: nec rursùs quidquam poſt ſe relictura aut ſuperatura ſit; nihil enim futurum eſt: nec denique ſecum aliquid æquale admittat; nihil enim eſt ex omnibus rebus creatis, & ſervis, & participantibus, ac circumſcriptis, quod increatam illam, & dominam, & participatam, atque infinitam naturam aſſequatur. Verùm alia longo prorsùs ab ea intervallo diſtant, alia propiùs quodammodò ad eam accedunt, atque acceſſura ſunt; idque non vi naturæ, ſed gratiæ, nempè cùm ſervitus Trinitati rectè præſtita, ſupra ſervitutem aſſurrexerit: niſi tamen hoc quoque ipſum libertas & regnum eſt, dominationem probè agnoſcere, nec ea, quæ inter ſe diſtincta ſunt, per animi abjectionem confundere ac permiſcere. Porrò quibus tantum, tamque honorificum eſt ſerviiſſe, quanta tandem horum dominatio cenſenda eſt? Et cùm cognitio ipſa beatitudo ſit, quantum, quæſo, illud eſt, quod cognoſcitur?

Contemnitur Divinitas, cùm in Trinitate aliquid deſpicitur.

XII. Hoc nobis magnum illud myſterium vult; hoc noſtra in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, ac commune nomen, fides & regeneratio, Atheiæ abjuratio & Deitatis confeſſio. Nam hoc commune illud nomen eſt. Quocircà trium aliquid contemnere, aut ſeparare, confeſſionem ipſam contemnere eſt, hoc eſt, regenerationem, divinitatem, deificationem, ſpem. Videte qualia Spiritus nobis, cum Deum ipſum prædicamus, largiatur; & quibus rebus nos mulctet, cùm ſpernitur ac rejicitur. Mitto enim dicere terrorem atque

A τοῖς αἰσθητοῖς τὰ νοητὰ, καὶ τοῖς μικροῖς τὰ μέγιστα, ἐπειδὴ μηδεμία εἰκὼν φθάνει πρὸς τὴν ἀλήθειαν, αὐτὴν ἑαυτῇ συμβαίνουσαν, ἀεὶ τὴν αὐτὴν, ἀεὶ τελείαν, ἄποιον, ἄποσον, ἄχρονον, ἄκτιστον, ἀπερίληπτον, [a] οὔ ποτε λείπουσαν ἑαυτῆς, οὔτε λείψουσαν· ζωὰς καὶ ζωὴν, φῶτα καὶ φῶς, ἀγαθὰ καὶ ἀγαθὸν, δόξας καὶ δόξαν, ἀληθινὸν καὶ ἀλήθειαν, καὶ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ἅγια καὶ αὐτοαγιότητα· Θεὸν B ἕκαστον, ἂν θεωρῆται μόνον, τοῦ νοῦ χωρίζοντος τὰ ἀχώριστα· Θεὸν τὰ τρία, μετ' ἀλλήλων νοούμενα πρὸς ταυτῷ τῆς κινήσεως καὶ τῆς φύσεως· οὔτε ὑπὲρ ἑαυτήν τι καταλιποῦσαν, ἢ ὑπερβᾶσαν ἄλλό τι· οὐ γὰρ ἦν· οὔτε μεθ' ἑαυτήν τι [b] καταλείψουσαν, b ἢ ὑπερβησομένην· οὐκ ἔσται γάρ· οὔτε μεθ' ἑαυτῆς τι προσδεχομένην ὁμότιμον· οὐ γὰρ ἐφικνεῖταί τι τῶν κτιστῶν, καὶ δούλων, καὶ μετεχόντων, καὶ περιγραπτῶν τῆς ἀκτίστου, καὶ δεσποτικῆς, καὶ [c] μεταληπτικῆς, καὶ c C ἀπείρου φύσεως. τὰ μὲν γὰρ πάντῃ πόρρω, τὰ δὲ ποσῶς πλησιάζοντα καὶ πλησιάσοντα· καὶ τοῦτο οὐ φύσει, ἀλλὰ μεταλήψει, καὶ πηνίκα, ὅταν [d] τὸ δουλεῦσαι καλῶς τῇ d Τριάδι, ὑπὲρ τὴν δουλείαν γένηται· εἴπερ μὴ καὶ τοῦτο αὐτὸ ἡ ἐλευθερία [e] καὶ ἡ βασίλεια, e τὸ γνῶναι καλῶς δεσποτείαν, ἀλλὰ μὴ φύρειν τὰ διεστῶτα, νοῦ ταπεινότητι. οἷς δὲ τὸ δουλεῦσαι τοσοῦτον, πηλίκη τούτων ἡ δεσποτεία; καὶ [f] εἰ τὸ γνῶναι μακαριότης, f D πηλίκον τὸ γινωσκόμενον;

16. Τοῦτο ἡμῖν τὸ μέγα μυστήριον βούλεται· τοῦτο, ἡ εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ τὸ κοινὸν ὄνομα, πίστις καὶ ἀναγέννησις, [g] ἄρνησις ἀθεΐας καὶ ὁμολογία g Θεότητος. τοῦτο γὰρ τὸ κοινὸν ὄνομα. ὥστε τὸ ἀτιμάζειν τι τῶν τριῶν, ἢ χωρίζειν, E ἀτιμάζειν ἐστὶ τὴν ὁμολογίαν, τὸ μὲν τὴν ἀναγέννησιν, τὸ δὲ τὴν θεότητα, τὸ μὲν τὴν θέωσιν, τὸ δὲ τὴν ἐλπίδα. ὁρᾶτε οἷα χαρίζεται ἡμῖν τὸ Πνεῦμα θεολογούμενον, καὶ οἷα ζημιοῖ ἀθετούμενον. ἐὼ γὰρ λέγειν

(a) Οὔ ποτε λείψουσαν &c. *Quæ ſibi nunquam defuit, nec defutura eſt.*

(b) Καταλείψουσαν. Sic Reg. hu. & Or. 1. Sic legit & expreſſit Billius. In Ed. καταλείπουσαν.

(c) Μεταληπτικῆς. Sic plerique Codd. Reg. hu. Coisl. 2. Or. 1. μεταληπτῆς. In Par. ed. μεταλυπτικῆς.

(d) Τὸ δουλεῦσαι. Reg. hu. & Or. 1. τῷ δουλεῦσαι.

(e) Καὶ ἡ βασίλεια. Sic Reg. hu. Deeſt ἡ in Ed.

(f) Εἰ τὸ γνῶναι μακαριότης &c. Alludit Gregorius ad hæc Joannis verba XVII. 3. *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te, ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*, in qua cognitione conſiſtit certè vera beatitudo, quæ in æterna vita reperitur.

(g) Ἄρνησις ἀθεΐας. *Abjuratio Atheiæ, ſeu, impietatis, quâ Deus tollitur.*

τὸν

τὸν φόβον, καὶ τὴν ἠπειλημένην ὀργήν, οὐ τοῖς τιμῶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀτιμάζουσιν. ταῦτα
a ὡς ἐν βραχέσι [a]πεφιλοσόφηται πρὸς ὑμᾶς δογματικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀντιλογικῶς· ἁλιευτικῶς, ἀλλ' οὐκ Ἀριστοτελικῶς· πνευματικῶς, ἀλλ' οὐ κακοζηλωτικῶς· Ἐκκλησιαστικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀγοραίως· ὠφελίμως, ἀλλ' οὐκ ἐπιδεικτικῶς· ἵνα γνῶτε τὸ αὐτὸ φρονοῦντας ὑμᾶς, οἱ καθ' ὑμῶν δημηγοροῦντες, καὶ πανηγυρίζοντες, κ' τοῦτο μόνον ὁμονοοῦντες, ἓν ἐμπνεομένους, ἓν πνέοντας· κ' μὴ, καθάπερ B
οἱ λιμώττοντες, σπερμολογῆτε τὰ μικρὰ ἡμῶν, εἴτε σπαίσματα χρὴ λέγειν, εἴτε κ' παίγνια· ὡς ἔστι τῆς ἄκρας κακοδαιμονίας, μὴ ἐν τοῖς ἰδίοις ἰσχυροῖς τὸ ἀσφαλὲς ἔχειν, ἀλλ' ἐν τοῖς
b ἑτέρων [b]ζαθροῖς.

ιγ. Ἰδοὺ δεξιὰς δίδομεν ἀλλήλοις ἐν ταῖς ὑμετέραις ὄψεσιν. ἰδὲ τῆς Τριάδος τὰ ἔργα, τῆς ὁμοίως ἡμῖν δοξαζομένης τε καὶ σεσυνουμένης. τοῦτο ὑμᾶς χρηστοτέρους
c [c]ποιήσει καὶ ὀρθοδοξοτέρους. ὡς ὄφελόν γε καὶ ἀκουσ- C
θείημεν, κ' γένοιτο τὴν ἡμέραν ταύτην, ἡμέραν γενέσθαι κλητὴν, ἁγίαν, μὴ ἀντιλογίας, ἀλλ' εὐρυχωρίας, μὴ πειρασμοῦ μνημόσυνον, ἀλλ' ἑορτὴν ἐπινίκιον· ἵνα τὸ ἡμᾶς συμφρονεῖν ἀλλήλοις, καὶ μικροῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ἧς τὰ μὲν ὑγιῶς εἶχε, τὰ δὲ νῦν ἀπέλαβε τὴν ὑγίειαν, τὰ δὲ ὑγιαίνειν ἄρχεται, τοῦτο καὶ ὑμῖν αἴτιον γένηται ζωτηρίας, καὶ ἀναπλάσεως. ὦ Τριὰς ἁγία, κ' σεσυνυητὴ, καὶ μακρόθυμε· μακρόθυμος γὰρ ἡ ἐπὶ D
τοσοῦτον ἀνασχομένη τῶν σὲ τεμνόντων. ὦ Τριὰς, ἧς ἐγὼ κατηξιώθην, κ' λάτρης εἶναι, καὶ κῆρυξ ὁπλείονος ἀνυπόκριτος· ὦ Τριὰς
d ἡ [d]πᾶσί ποτε γνωσθησομένη, τοῖς μὲν τῇ ἐλλάμψει, τοῖς δὲ τῇ κολάσει· δέχοιο καὶ τούτους σεσυνυητὰς, τοὺς νῦν ὑβριστὰς, καὶ μηδένα ζημιωθείημεν, μηδὲ τῶν ἐλα-
e χίστων, κἂν ἐμέ τι ζημιωθῆναι [e]δέοι τῆς
f χάριτος· οὐ γὰρ τολμῶ τοσοῦτον [f]ὅσον ὁ Ἀπόστολος φθέγξασθαι.

E

ιδ. Ἀλλ' οὐ ταῦτά φίλα ὑμῖν; σπαράσσεται δὲ ἡ γλῶσα, καὶ ᾠδίνει τὴν ἀντίῤῥησιν; ὀψόμεθα καὶ ταύτην ποτὲ, ἢ οἷς μᾶλλον ἡμῶν σχολὴ περίεστι, γνωσόμεθα καὶ τὰ κομψὰ ὑμῶν γεννήματα, ἢ ἐξαμ-
g βλώματα, [g]ἐπειδ' ἂν τὰ ὠὰ τῶν ἀσπίδων ῥήξαντες, ἢ συντρίψαντες λόγῳ σκληρῷ καὶ

iram, cujus minæ non in cultores, ſed in contemptores intenduntur. Atque hæc nobis ad vos breviter, non diſputandi, ſed docendi modo; non Ariſtotelico, ſed piſcatorio; non improbè ac veteratoriè, ſed ſpiritualiter; non circumforaneè, ſed concionatoriè & Eccleſiaſticè; non ad oſtentationem, ſed utiliter dicta ſint: ut qui adverſum nos conciones habetis, & in publicis conventibus vos ipſos jactatis, atque in hoc uno concordes eſtis, nos idem ſentire, eodem modo inſpirari, idem ſpirare intelligatis; nec, ut qui fame premuntur, exigua noſtra, ſive peccata, ſive ludicra dicenda ſunt, colligatis atque in vulgus ſpargatis. Extremæ quippè miſeriæ eſt, non propriis viribus, ſed aliorum imbecillitate niti atque confidere.

XIII. En mutuas dextras, inſpectantibus vobis, jungimus. En quid Trinitas, quam nos æquè celebramus & adoramus, effecerit. Hoc vos benigniores rectiúſque de religione ſentientes efficiet. Utinam ſanè exaudiamur, atque hic dies, qui vocatur ſanctus, fiat dies, non contradictionis, ſed latitudinis; non tentationis monumentum, ſed triumphale feſtum; ut mutua noſtra concordia, totiúſque penè terrarum orbis, qui partim jam antè ſanus erat, partim ſanitatem nunc recepit, partim ſanus eſſe incipit, vobis quoque ſalutis atque inſtaurationis cauſa ſit. O ſancta, & adoranda, & longanimis Trinitas! Longanimis enim es, quæ eos, à quibus ſcinderis, tandiù toleras. O Trinitas, cujus ego, ut cultor ac ſincerus præco eſſem, jampridem dignus habitus ſum! O Trinitas omnibus aliquandò, vel per illuminationem, vel per pœnam agnoſcenda! Utinam hos quoque, qui nunc contumeliis te afficiunt, adoratores accipias, nec quemquam, ne ex minimis quidem amittamus, vel etiam ſi mihi propterea aliqua gratiæ jactura facienda ſit: non enim tantùm dicere audeo, quantùm Apoſtolus. *Rom.* IX. 3.

Trinitatis opus eſt, quòd Catholici inter ſe diſſentientes, ad concordiam revocati ſunt.

XIV. Quid? Hæc vobis minùs grata ſunt, ac lingua diſtorquetur, & confutationem parturit? Hanc quoque aliquandò videbimus, cùm vobis plus otii, quàm nobis, ſuppetat; ac lepidos & elegantes veſtros fœtus, imò abortus cognoſcemus, cùm ruptis aſpidum ovis, aut durâ & ſolidâ diſputatione confractis, irrita ea &

Trinitas efficiet etiam, ut Hæreſum ova, durâ ac ſolidâ diſputatione confringantur.

(a) Πεφιλοσόφηται πρὸς ὑμᾶς. Hæc deſunt in Reg. bm. & Or. 1.
(b) Ζαθροῖς. Coisl. 1. σταθμοῖς.
(c) Ποιήσει. Reg. Cypr. ποιήσοι.
(d) Πᾶσι. Jeſ. πάντη.
(e) Δέοι. Combef. δέῃ.
(f) Ὅσον ὁ Ἀπόστολος. Alludit hîc Gregorius ad hæc Apoſtoli verba, Rom. IX. 3. *Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis* &c.
(g) Ἐπειδ' ἄν. Reg. hu. ἐπειδάν.

evanida eſſe apertè demonſtraverimus ; abditúmque in ipſis impietatis baſiliſcum in medium protulerimus ; baſiliſcum quidem illum, cæterùm mortuum, & imperfectum ac motu carentem, ipſiſque partûs doloribus immortuum, ac, priuſquàm gignatur, non exiſtentem, (libet enim verbis veſtris uti, ut nonnihil gratiæ apud vos ineam,) ob conceptionem non minùs deteſtabilem, quàm ob abortum miſerabilem. Hoc nobis, mihi credite, daturus eſt ille, qui poteſtatem nobis dedit *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulandi, & calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones ;* qui etiam *Satanam*, vel *tanquam fulgur è cælo lapſum*, ob antiquum ſplendorem, vel ſerpentis inſtar fugientem, ob poſteriorem obliquitatem, & immutationem in eum ſtatum, ut jam humi repat, ſub pedibus noſtris brevi conteret ; ut à malis paululùm quiddam reſpiremus, fugato prorsùs dolore, & mœrore, ac gemitu, nunc & in poſterum, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſ. xc. 13.

Luc. x. 18. *& ſeq.*

ἀντιτύπῳ, [a] οὔρια καὶ ἀνεμιαῖα ταῦτα ἐλέγξωμεν, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς τῆς ἀσεβείας πρυσπλόμενον βασιλίσκον εἰς μέσον [b] ἀγάγωμεν, εἰ καὶ βασιλίσκον, ἀλλὰ νεκρόν τε καὶ ἀτελῆ, καὶ ἀκίνητον, ταῖς ὠδῖσιν ἐναποθάνοντα, καὶ πρὶν γεννηθῆναι [c] οὐκ ὄντα, καθ' ὑμᾶς εἰπεῖν, ἵνα τι μικρὸν ὑμῖν καὶ χαρίσωμαι, οὐ μᾶλλον μισητὸν τῆς συλλήψεως, ἢ ἐλεεινὸν τῆς ἀμβλώσεως. τοῦτο δώσει ἡμῖν, οἶδ', ὅτι ὁ δοὺς ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβαίνειν, καὶ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων· ὃς καὶ συντρίψει τὸν Σατανᾶν ἐν τάχει ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν, εἴτε ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα διὰ τὴν παλαιὰν λαμπρότητα, εἴτε ὡς ὄφιν φεύγοντα διὰ τὴν ὕστερον σκολιότητα, καὶ τὴν εἰς τὸ χαμερπὲς μεταποίησιν, ἵνα μικρόν τι τῶν κακῶν ἀναπνεύσωμεν, [d] ἀποδρασάσης παντελῶς ὀδύνης, καὶ λύπης, καὶ στεναγμοῦ, νῦν τε καὶ ὕστερον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα [e] καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(a) Οὔρια. Coisl. 1. ἐραία.
(b) Ἀγάγωμεν. Reg. hu. Or. 1. ἄγωμεν.
(c) Οὐκ ὄντα. Hic notat vocem, ſeu blaſphemiam Arianorum, qui de Filio dicebant : *non erat priuſquam gigneretur, aut naſceretur.* Quare οὐκ ὄντα videtur ſic reddendum : *non exiſtentem.* Billius reddit : *extinctum.*
(d) Ἀποδρασάσης. Sic Coisl. 1. In Ed. ἀποδράσης.
(e) Καὶ τὸ κράτος ... τῶν αἰώνων. Hæc deſunt in Regg. bm. hu. Coisl. 1. & tribus Colb.

MONITUM

IN ORATIONEM VIGESIMAM-QUARTAM.

I. *Antequam ad hujus Orationis argumentum deveniamus, expendendum nobis eſt, quis ſit ille Cyprianus, cujus laudes hîc tam magnificè proſequitur Gregorius. Non mediocris enim verſatur hac de re inter eruditos controverſia. Alii pro Cypriano Carthaginenſi, alii pro Antiocheno militant; & perquàm arduum videtur in tanta opinionum varietate inter diſcordes pacem conſtituere. Etenim ſi attendatur ad hæc Theologi verba:* Hic Cyprianus, magnum quondam Carthaginenſium, nunc autem totius orbis nomen &c. *Et alibi:* Paſtor creatur.... Neque enim Carthaginenſi tantùm Eccleſiæ, nec Africæ, ab eo, & propter eum etiam nunc claræ & celebri præficitur, verùm etiam &c. *videbitur ſanè Theologum Cypriani Carthaginenſis nomen celebrare voluiſſe. Verùm Orationis ſeries plura exhibet, quæ huic Cypriano nullatenùs congruere poſſint, imò quæ repugnent. Dicendum-ne igitur erraſſe Gregorium, ac duos Cyprianos confudiſſe? Id animadvertit Billius; & ut Gregorium noſtrum ab errore, aut memoriæ lapſu vindicet, geminum Cyprianum Carthagine natum fingit; nec abſurdum putat duos ejuſdem nominis viros, in eadem urbe natos, diverſo tempore eandem ſedem occupaſſe. Sed ſubindè fatetur, quòd,* velut in gemellis fratribus interdùm, formæ ſimilitudine decepti, alterum pro altero accipimus; ita Gregorius in duobus ejuſdem nominis viris, multarumque virtutum ſimilitudine conjunctis, Antiocheno nonnulla tribuerit, quæ Carthaginenſi conveniebant. *Idem difficultatis nodus diù incertum tenuit eruditum Oxonienſem Cypriani Carthaginenſis editorem; ſed aliam nodi ſolvendi viam aggreditur. Fellus namque, pari, ac Billius, erga Gregorium noſtrum veneratione ductus, ne in hac re culparetur Theologus, unicum duntaxat agnoſcit Cyprianum, eumque Carthaginenſem, ſed quæ de Antiocheno feruntur, inter fabulas numerat. Quin etiam apertè declarat, Gregorium tam oſcitanter errare non potuiſſe, ut Epiſcopum Antiochenum cum Carthaginenſi confunderet.*

Quis ſit ille Cyprianus in hac Oratione laudatus.

Or. XXIV. n. 6.

Ibid. n. 12.

Bill. argum. Orat.

Fell. Oxon. Cypr. ed. t. 2. p. 196. monit.

II. *Verùm ſuperſunt vetuſtiſſima monumenta, quibus planè demonſtratur Cyprianum, Antiochiæ in Phœnicia Epiſcopum, verè extitiſſe. Conſtat enim apud eruditos Cypriani Antiocheni & Juſtinæ res geſtas ſtatim poſt illorum Martyrium fuiſſe conſcriptas. Exſtat etiamnum opus in tres partes, ſeu libros diviſum. Prima pars mirabilem Cypriani & Juſtinæ converſionem complectitur. In ſecunda Cyprianus vitæ ſuæ ac criminum confeſſionem, necnon & magicarum artium ſeriem texit. In tertia denique utriuſque martyrium deſcribitur. Hujus operis ſecunda pars, jam latinè in Bodleiana bibliotheca reperta, à Fello fuerat Oxoniæ excuſa anno 1700. Geminas verò partes, nempè primam & tertiam quæ nondùm prodierant, in vetuſto codice S. Audoëni Rhotomagenſis etiam latinè repertas, ediderunt in ſuo Anecdotorum theſauro, eruditi antiquitatis indagatores noſtri domnus Edmundus*

Vetuſtiſſima de Cypriano Antiocheno monumenta.

Anecd. theſaur. t. 3. p. 1618.

Martene & domnus Urſinus Durand, additâ ſecundâ parte, quæ jam ab Oxonienſi editore pervulgata fuerat. Primitivus quidem primæ & tertiæ partis textus deſideratur. Secunda verò pars, Cypriani ſcilicet confeſſio, ad nos uſque græcè integra pervenit. Hanc ſuppeditavit bibliotheca Colbertina. Sed poſtquam vetus interpretatio latina à Fello edita, cum græco textu fuit collata, tot tantiſque nævis ac erroribus ſcatere viſa eſt, ut neceſſe fuerit novam hujus operis interpretationem latinè edere. Hunc laborem ſuſcepit D. Prudentius Maran; & Cypriani Antiocheni confeſſionem à ſe latinè redditam vulgavit cum græco textu anno 1727. ad calcem novæ Editionis operum ſancti Cypriani Carthaginenſis.

Verè extitit Cyprianus Antiochenus.

III. *Prætereà Eudocia Auguſta Theodoſii junioris uxor, heroico carmine, teſte Photio, tribus itidem libris, & eodem ordine quem modò retulimus, Cypriani & Juſtinæ acta, non ad artis licentiam, ſed ad hiſtoriæ fidem, conſcripſit. Gregorius ipſe citat Cypriani confeſſionem, & eadem, ac Eudocia, de illo commemorat.* Quis ergo, *inquit D. Prudentius Maran,* eum nunquam extitiſſe ſibi perſuadeat, de quo exſtant monumenta illius temporis, quo vixiſſe dicitur, penè æqualia? Fabulæ in remotis ætatibus latebras quærunt; nec quiſquam tam ineptè mentitur, ut quæ nemo vidiſſe ſe aut audiviſſe meminit, ea nuper in clariſſima luce & omnium oculis eveniſſe fingat. *Sed dum fatetur vir eruditus, negari non poſſe extitiſſe Cyprianum Antiochenum, detinetur tamen quominùs aſſentiatur, tum Gregorio, tum Tillemontio & aliis, qui confeſſionem iſtam ab ipſo Martyre ſcriptam exiſtimarunt. Plura refert, quæ profectò ſententiam ſuam confirmare videntur. Nam confeſſio iſta, præter quoſdam magicæ artis effectus fabulam redolentes, complectitur etiam longam magicarum artium deſcriptionem, & exquiſitas ac frigidas de ſingulis vitiorum formis ambages, quæ curioſum magis animum, quàm peccati dolore affectum indicant. Sed quamvis dubitet, utrùm id opus ſit verè genuinus Cypriani fœtus, putat tamen illius converſionem fabulis non eſſe adſcribendam, nec, ſi quis egregium iſtud Martyris factum elegerit, in quo ornando & amplificando elaboraret, idcircò hiſtoriæ ſummam in ſuſpicionem vocandam; cùm præſertim ſcriptor ille uti potuerit antiquioribus monumentis, quæ* Cypriani & Juſtinæ acta, *ut legitur ſub finem libelli de utriuſque paſſione*, ab initio uſque in finem ſcripta continebant.

Phot. Cod. CLXXXIV. p. 416.

Vita Cypr. in nova ed. p. XXXVIII.

Anecd. theſaur. t. 3.

Cyprianus Antiochenus à Gregorio laudatus.

IV. *His igitur monumentis cuique conſtare debet verè extitiſſe Cyprianum Antiochenum. Tanta & tam perſpicua hac de re ſuperſunt teſtimonia, ut ea vir prudens nullo modo rejicere poſſit. Undè eruditi, ac præcipuè Tillemontius & D. Prudentius Maran, cenſent duos diſtinguendos eſſe Cyprianos, alterum Carthaginenſem, Antiochenum alterum; quorum primus quidem martyrium Carthagine ſubiit, anno 258. decimo octavo Kalendas Octobris ſub Valeriano & Gallieno Principibus; alter verò Nicomediæ, ſexto Nonas Octobris anni 304. ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, ut teſtatur Eudocia, cui hac in re, ut obſervat Tillemontius, major debetur fides, quàm Gregorio noſtro, qui* ſub Decio *Cyprianum exulaſſe ſcribit. Inſuper Antiochenum, utpotè qui eſſet Orientalibus notior, & Gregorii temporibus vicinior, in hac Oratione laudatum exiſtimamus;*

Till. t. V. p. 329. & 719.

Prud. Maran in nova ed. Cypr. Carth. p. XXXVII. & CXXXII.

Or. XXIV. n. 14.

mamus ; atque cum Tillemontio & D. Prudentio Maran modeſtè fatemur hîc erraſſe Gregorium, qui plura Antiocheno, quæ ad Carthaginenſem ſpectabant, ita retulerit, ut ex duobus Cyprianis unum efformaſſe videatur. Quo autem pacto in hunc errorem inciderit, mira res eſt; niſi fortè, ut ait D. Prudentius Maran, hæc nobis illius excuſandi ratio veriſimilior videatur, nempè cùm ei recens admodùm cum iis quos alloquitur intercederet conſuetudo, & poſt aliquot dierum ſeceſſum attemperatè ad ipſum diem feſtum rediiſſet, ut ipſe teſtatur, ſatis proclive fuit in tam anguſtis ad res accuratè ediſcendas ſpatiis labi & errare. Vita Cypr. p. xxxviii.

V. *Cæterùm hic error nihil de iſtius Orationis laude detrahit. In ea viget illa ingenii vis & facundia, quæ in cæteris Orationibus ſuſpicitur. Cypriani ac Juſtinæ res geſtas mirum in modum exhibet ac proſequitur Orator; & auditorum mentes ad illorum ſimul admirationem & imitationem provocat. Notanda quoque eſt illa præclara Juſtinæ, in ipſo tentationis diſcrimine, ad Dei-param Virginem invocatio, quâ*, ut Virgo periclitanti Virgini opem ferret, *orabat. Nullibi enim, quarto ſcilicet ſæculo, tam diſertè tamque perſpicuè, quàm in iſta Oratione, beatæ Virginis Mariæ auxilium ac protectio commendatur. Fatentes adverſarios habemus. Clericus ipſe, qui ſæpè Gregorium Rhetoricæ plus æquo indulſiſſe conqueſtus eſt, ad ſolitum non auſus confugere diverticulum, ait :* Nulla hîc in verbis Gregorii, ubi Cyprianum invocat, & Juſtinæ in Maria invocanda ſtudium exprimit, nulla, inquam, Rhetoricæ figura, nulla fictio eſt, contrà ac putavit unus è noſtris, Caveus nomine. *Quo autem anno, quove in loco habita fuerit hæc Oratio, facilè, tum ex diverſis titulis, tum ex Orationis ſerie colligere eſt. Mirum ſanè videtur Nicetam Nazianzi dictam exiſtimaſſe. Conſtat enim Gregorium* brevem ac recentem *cum iis, quos alloquitur,* conſuetudinem *habuiſſe, βραχεῖα συνήθεια, ut ipſe loquitur, ac proindè Nazianzenis nullatenùs convenire poſſe. Id verò Conſtantinopolitanis apprimè congruit. Deindè Theologus hanc Orationem vocat* ſermonum ſuorum primitias, *ut ſignificet à ſe tunc primùm ſanctum Martyrem laudari. Concludendum igitur Conſtantinopoli habitam fuiſſe, &, quantùm ex dictis conjicere poſſumus, menſe Octobri anni 379.* Orationis argumentum. Or. xxiv. n. 11. Bibl. univ. t. 18. p. 121. Or. xxiv. n. 2. *Ibid.* n. 19.

a [a] ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΑ IN LAUDEM S. MARTYRIS

Κυπριανὸν, ἐξ ἀγροῦ μετὰ μίαν τῆς μνείας ἡμέραν ἐπανήκοντος.

Cypriani, cùm poſtridiè illius ſolemnis memoriæ rure rediiſſet Gregorius.

ΛΟΓΟΣ κδ.

ORATIO VIGESIMA-QUARTA.

Aliàs 18. quæ autem 24. erat, nunc 34.

α. ΜΙΚΡΟΥ Κυπριανὸς διέφυγεν ἡμᾶς· ὦ τῆς ζημίας· καὶ ὑμεῖς ἠνέσχεσθε, οἱ πάντων μᾶλλον τὸν ἄνδρα θαυμάζοντες, καὶ ταῖς

A I. CYPRIANUS ferè nos effugit: ô ingens damnum! Idque vos paſſi eſtis, qui eum omnium maximè ſuſpicitis, annuíſque honoribus ac publicis conventibus celebratis.

Habita menſe Octobri anni 379. Optimorum

(a) Εἰς τὸν ἅγιον &c. Varius in variis Codicibus legitur hujus Orationis titulus. In Reg. a. Εἰς τὸν ἅγιον Κυπριανὸν, ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκων. Reg. d. Εἰς μάρτυρα Κυπριανόν. Reg. ph. Εἰς Κυπριανὸν τὸν μάρτυρα, ἐξ ἀγροῦ ἐπισταλὰς μετὰ τὴν ἡμέραν τῆς μνείας. Alter Reg. 2302. Λόγος ἐπιτάφιος καὶ ἐγκωμιαστικὸς εἰς τοὺς ἁγίους Κυπριανὸν καὶ Ἰουστίνην τοὺς φιλοσόφους καὶ μάρτυρας. *Oratio funebris & panegyrica in ſanctos Cyprianum & Juſtinam Philoſophos & Martyres.* Par. Εἰς τὸν ἅγιον Κυπριανόν. Nicetas in Comment. Μετὰ γοῦν μίαν ἡμέραν τῆς τοῦ μάρτυρος μνήμης παραγενόμενος, τὸ παρὸν εἰς αὐτὸν ἐγκώμιον ἐξεφώνησε. *Poſtridiè illius diei, quo Martyris commemoratio celebrari ſolebat, rure reverſus, hanc in ipſius laudem Orationem habuit.*

virorum memoria, non modò pia, ſed utilis.

Cyprianus, inquam, cujus, vel etiamſi alioqui oblivionis vitio laboraremus, meminiſſe tamen neceſſe fuerat; ſiquidem optimi potiſſimùm viri memoriâ colendi ſunt, iique, quorum meminiſſe non modò pium eſt, ſed etiam utile ac fructuoſum. Verùm hoc debitum cum fœnore diſſolvamus; ſi tamen pares rei facultates habemus, ac non rerum omnium egeſtate & penuriâ conflictamur. Quòd ſi etiam admodùm pauperes inveniamur, non dubito, quin vir ille, ut in omnibus rebus animi magnitudine ac modeſtiâ præditus, tum noſtræ moræ, tum inopiæ, facilè ſit veniam daturus; modò hoc nomine gratias Deo agamus, quòd memoria ipſius ex animis noſtris haudquaquàm effugerit. Verè gratias Deo agamus; id enim æquum eſt; atque ut hinc initium ducamus, quàm commodè, pulchríſque Dei menſuris, *qui omnia cum pondere & menſura conſtituit* ac moderatur, ad vos rediimus, à ſilentio & ſolitudine ad ſermonem, à Martyrum ſtudioſa ad Martyres, à corporea relaxatione ad ſpirituales epulas!

Sap. XI. 21.

Mutuum deſiderium, eſt mutui amoris argumentum.

II. Deſiderabamus vos, ô Filii, & pari deſiderii affectu à vobis expetebamur; id enim mihi perſuadeo. Videte paterni animi candorem: nam & quod meum eſt narro, & veſtro erga me affectui teſtimonium præbeo, atque hactenùs inter nos disjuncti, ut deſiderium noſtrum utrinque agnoſcere, ac ipsâ locorum diſtantiâ & intervallo, quemadmodùm pictores tabulas, explorare poſſemus, rursùs convenimus. Quàm magnus memoriæ fomes eſt, vel brevis amicorum familiaritas & conſuetudo, iis utique qui moribus ſunt ad amandum propenſi, quique Dei erga genus humanum amorem imitantur! Quidni autem, cùm Chriſti, qui propter nos ad formam uſque ſervilem ſeipſum exinanivit, & à cœleſtibus alienos & peregrinos ad ſe collegit, diſcipulos nos profiteamur, quidni, inquam, mutuo amoris complexu inter nos hæreremus, *Spiritúſque unitatem in vinculo pacis*, quæ Legis & Prophetarum myſterium, ſeu caput eſt, ſervaremus?

Eph. IV. 3.

Zelus moram non patitur.

III. Jam igitur hoc unum & primum beneficium habemus, quòd ipſi quàm celerrimè ad mutuos amplexus accurrimus. Neque enim zelus moram patitur; totiúſque vitæ inſtar eſt unius dieculæ ſpatium deſiderio laborantibus. Alterum eſt, ídque maximum, quòd non poſt feſtum ac-

A δι' ἔτους τιμῶντες ἐκεῖνον τιμαῖς τε καὶ παννυχίσι· [a] Κυπριανὸς, οὗ καὶ τοῖς τἆλλα a
ἐπιλήσμοσι, μεμνῆσθαι τῶν ἀναγκαίων·
εἴπερ τῶν ἀρίστων μάλιστα μνημονευτέον,
καὶ ὧν τὸ μεμνῆσθαι ὅσιόν τε ὁμοῦ καὶ
ὠφέλιμον. ἀλλ' ἀποδῶμεν σὺν τόκῳ τὸ
χρέος, ἂν ἄρα τοσοῦτον [b] εὐποροῦντες b
φανῶμεν, ἀλλὰ μὴ πάντα ὦμεν ἐνδεεῖς τε
καὶ πένητες. ἂν δὲ μὴ λίαν πένητες, οἶδ' ὅτι
συγγνώσεται ἡμῖν, καὶ τῆς [c] ὑπερημερίας, c
B καὶ τῆς πενίας, ἐπεὶ καὶ πάντα μεγαλόψυχος ὁ ἀνὴρ καὶ φιλόσοφος· μόνον ἂν, ὅτι μὴ
διέφυγεν ἡμᾶς, [d] εὐχαριστήσωμεν· εὐχαρισ- d
τήσωμεν δέ· καὶ γὰρ ἄξιον· λεκτέον δὲ
οὕτως, ὡς εἰς καλὸν ὑμῖν ἐπανήκομεν, καὶ
καλοῖς μέτροις Θεοῦ, τῷ πάντα ἐν σταθμῷ
καὶ μέτρῳ διορίζοντός τε καὶ διευθύνοντος,
ἐκ τῆς ἡσυχίας ἐπὶ τὸν λόγον, ἐκ τῆς [e] φιλο- e
μάρτυρος ἐπὶ μάρτυρας, ἐκ τῆς σωματικῆς
ἀνέσεως ἐπὶ τὴν πνευματικὴν ἑστίασιν.

C β. Ἐποθοῦμεν ὑμᾶς, ὦ τέκνα, καὶ
ἀντεποθούμεθα [f] τοῖς ἴσοις μέτροις· πείθομαι f
γὰρ· ὁρᾶτε πατρὸς εὐγνωμοσύνην· καὶ τὸ
ἐμαυτοῦ λέγω, καὶ τὸ ὑμέτερον μαρτυρῶ,
καὶ τοσοῦτον διαζευχθέντες ἀλλήλων, ὅσον
τὸν πόθον γνωρίσαι, καὶ δοκιμάσαι τῇ
ἀποστάσει, [g] καθάπερ οἱ ζωγράφοι τοὺς g
πίνακας, πάλιν συνήλθομεν· ὡς μέγα
μνήμης [h] ἐμπύρευμα, καὶ βραχεῖα [i] συνήθεια h i
φίλων, τοῖς τε ἀγαπητικοῖς τὸν τρόπον, κἀ
D Θεοῦ μιμουμένοις φιλανθρωπίαν. πῶς δὲ
οὐκ ἐμέλλομεν οἱ Χριστοῦ μαθηταὶ, τοῦ
κενωθέντος δι' ἡμᾶς μέχρι δούλου μορφῆς,
καὶ ξένους ὄντας τῶν οὐρανίων πρὸς ἑαυτὸν
συναγαγόντος, ἀνθέξεσθαί τε καὶ προέξεσθαι ἀλλήλων, κἀ τηρήσειν τὴν ἑνότητα τοῦ
Πνεύματος ἐν τῷ συνδεσμῷ τῆς εἰρήνης,
ἣ νόμου καὶ Προφητῶν ἐστι [k] μυστήριον, k
εἴτ' οὖν κεφάλαιον;

E γ. Εν μὲν δὴ τοῦτο τῆς εὐεργεσίας καὶ
πρῶτον, τὸ ὡς τάχιστα προδραμεῖν
ἀλλήλοις καὶ περιπλύξασθαι. οὐδὲ γὰρ
φέρει τὴν ἀναβολὴν ὁ ζῆλος· καὶ βίος
ὅλος ἡμέρα μία τοῖς πόθῳ κάμνουσιν.
δεύτερον δὲ, ὃ καὶ μέγιστον, [l] τὸ μὴ κατόπιν l

(a) Κυπριανός. Sic Reg. ph. Coisl. 2. &c. In Ed. Κυπριανόν.
(b) Εὐπορῶντες. Sic Regg. bm. ph Coisl. 1. & 2. Baſ. ita etiam videtur legiſſe Billius. In Ed. εὐφρονῶντες.
(c) Ὑπερημερίας. *Procraſtinationis.*
(d) Εὐχαριστήσωμεν. Deeſt in pluribus Codd.
(e) Φιλομάρτυρος. Piam quandam Matronam intelligere videtur Gregorius.
(f) Τοῖς ἴσοις μέτροις. Hæc deſunt in Regg. bm. ph. Par. cæteriſque melioris notæ Codd.
(g) Καθάπερ οἱ ζωγράφοι. *Ut pictores*, inquit Nicetas, *ex intervallo tabulas meliùs perſpiciunt, atque expendunt, quàm ſi propiùs intueantur; ſic mutuus amor ſejunctione meliùs, quàm perpetuâ vitæ conſuetudine explioratur.*
(h) Ἐμπύρευμα. Regius Cypr. ἐμπόρευμα, *negotiatio.*
(i) Συνήθεια φίλων. Sic Reg. a. Deeſt φίλων in Ed.
(k) Μυστήριον, εἴτ' οὖν. Hæc deſunt in Regg. a. c. d. bm. Coisl. 2. Or. 1. Par. Oxon. &c.
(l) Τὸ μὴ κατόπιν &c. Hoc proverbio notantur, qui ſeriùs ad rem aliquam occurrunt.

ἑορτῆς ὁραμεῖν, μηδὲ μαρτύρων μυσταγωγίας ἀπολειφθῆναι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἐγγινομένης ἡμῖν τρυφῆς τε καὶ ἀναψύξεως. ἐγὼ γὰρ τἆλλα μὲν ὁμολογῶ παντὸς εἶναι νωθέστερος, κἀ πάντα πόθον ἀπεσεισάμην, ἀφ' οὗ Χριστῷ συνεταξάμην, καὶ οὐδὲν αἱρεῖ με τῶν ὅσα τερπνὰ τοῖς ἄλλοις καὶ περισπούδαστα· οὐ πλοῦτος ὁ κάτω συρόμενος καὶ περιτρεπόμενος, οὐ γαστρὸς ἡδοναὶ, καὶ κόρος πατὴρ ὕβρεως, οὐκ ἐσθὴς μαλακή τε καὶ περιῤῥέουσα, οὐ λίθων διαύγειαι καὶ χάριτες, οὐκ ἀκοὴ γοητεύουσα, οὐκ ὄσφρησις ἐκθηλύνουσα, οὐ κρότοι δήμων καὶ θεάτρων ἐκμαίνοντες, ὧν πάλαι τοῖς βουλομένοις παρεχωρήσαμεν, οὐχ ὅσα τῆς πεφύτης [a] γεύσεως ἡμῶν, ἐξ ἧς ἀπολώλαμεν ἔκγονα· ἀλλὰ καὶ πολλὴν εὐήθειαν καταγινώσκω τῶν κρατεῖσθαι τούτοις ἀνεχομένων, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς διαφθείρειν τῇ περὶ ταῦτα μικροπρεπείᾳ, καὶ ὡς ἑστῶσι πεφυτιθεμένων τοῖς φεύγουσιν. ἐκείνου δὲ λίαν ἀπλήστως ἔχω καὶ περιέχομαι, καὶ τοῦ πάθους ἐμαυτὸν ἀποδέχομαι. μαρτύρων τιμαῖς ἐπιτέρπομαι, καὶ ἀθλητῶν αἵμασιν ἐπαγάλλομαι· καὶ ἄλλων μὲν οἱ ἆθλοι καὶ τὸ κρατεῖν, ἐμοὶ δὲ οἱ στέφανοι. τοσοῦτον [b] περιαρπάζω τὴν [b] εὐκοσμίαν, καὶ οὕτως οἰκειοῦμαι τὰ κατορθώματα.

ceſſimus, ſeriúſque, quàm ut Martyrum ſacris intereſſe queamus, eóque oblectamento animíque jucunditate frui, quæ hinc nobis comparatur. Nam cæteris quidem in rebus me quovis homine ſegniorem eſſe non inficior; omnem enim cupiditatem abjeci, ex quo Chriſto nomen dedi, neque ex omnibus rebus, quæ aliis jucundæ atque expetendæ videri ſolent, ullâ teneor; non opibus quæ fluxæ & caducæ ſunt, ac ſurſùm deorſúmque volvuntur, non ventris voluptatibus, non ſaturitate quæ libidinem parit, non veſte molli & diffluente, non gemmarum ſplendore & gratiâ, non auditu præſtigias offundente, non olfactu animum effœminante, non vulgi ac theatri plauſibus qui furorem excitant, quos jampridem iis, qui ejus rei deſiderio afficiuntur, haud gravatim reliquimus, non denique his omnibus quæ ex primo illo guſtu, qui nobis interitum attulit, originem traxerunt: quin potiùs magna eos in ſtoliditate verſari exiſtimo, qui ab hujuſmodi rebus ſeſe vinci patiuntur, ac vili & ſordido circa eas ſtudio nobilitatem animæ inficiunt, fluxiſque & fugacibus, quaſi certis & ſtabilibus, totos ſe addicunt. Hujus verò rei inexplebili quâdam aviditate teneor, nec ab ea unquam divelli poſſum, mihique etiam hunc affectum ineſſe facilè patior: Martyrum honoribus oblector, pugilum cruoribus exulto; atque aliorum quidem certamina & victoriæ ſunt, coronæ autem meæ. Uſque eò gloriam hanc præripio, & eorum egregia facinora mea eſſe duco!

Gregorius omnem terrenam cupiditatem pro Chriſto abjecit.

Stulti, qui terrenarum rerum cupiditate vincuntur.

δ. Πᾶσι μὲν δὴ μάρτυσι πανηγυριστέον, καὶ πᾶσιν ἀνοικτέον ἑτοίμως καὶ γλῶσαν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν, καὶ λέγοντάς τι προθύμως περὶ αὐτῶν καὶ ἀκούοντας, καὶ πάντα ἐλάττω νομίζοντας τῆς ἐκείνων ἀθλήσεως. ☪ γὰρ οὕτως ἔχει, πολλῶν ὄντων ἡμῖν [c] εἰς ὁδηγίαν τοῦ κρείττονος, καὶ πολλῶν [d] τῶν πρὸς ἀρετὴν παιδευμάτων, [d] λόγου, νόμου, Προφητῶν, Ἀποστόλων, αὐτῶν τῶν Χριστοῦ παθημάτων, τοῦ πρώτου μάρτυρος, ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνελθόντος, κἀμὲ συναναγόντος, ἵνα περιπλώσῃ τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸν ὄφιν θριαμβεύσῃ, καὶ τὸ ξύλον ἁγιάσῃ, καὶ τὴν ἡδονὴν νικήσῃ, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἀνασώσῃ, καὶ τὴν εἰκόνα πεσοῦσαν ἀνακαλέσηται· τοσούτων ὄντων ἡμῖν καὶ [e] τοιούτων, οὐδὲν ἔλαττον ἡμῖν εἰς [e] παιδαγωγίαν οἱ μάρτυρες, ὁλοκαυτώματα λογικὰ, θύματα

IV. Omnium quidem Martyrum memoria celebranda eſt, omnibúſque, & linguæ, & aures, & mentes promptè aperiendæ, ut de eorum laudibus libenter aliquid dicamus & audiamus, omniáque alia eorum certaminibus inferiora eſſe, cenſeamus. Nam cùm multa nos ad melioris vitæ ſtudium ducant, atque ad virtutem erudiant, ratio, lex, Prophetæ, Apoſtoli, Chriſti cruciatus, Chriſti, inquam, primi Martyris, qui crucem conſcendit, méque ſecum duxit, ut peccatum meum affigeret, & de ſerpente triumpharet, & ſanctitatem ligno afferret, & voluptatem vinceret, & Adamum primæ incolumitati reſtitueret, ac prolapſam imaginem erigeret atque inſtauraret: cùm tot, inquam, tantáque habeamus, non minùs tamen ad vitam rectè inſtituendam nobis utilitatis afferunt Martyres, hæc holocauſta ratione prædita, victimæ perfectæ, oblationes Deo gratæ & acceptæ, veritatis præconia, mendacii

Celebranda omnium Martyrum memoria.

Chriſtus primus Martyr.

(a) Γεύσεως. Colb. 1. ῥεύσεως. *Primâ fluxione*; nimirùm peccato Originali, ex quo tot mala fluxere, terriſque incubuere.

(b) Εὐκοσμίαν. Regg. a. c. d. bm. duodecin Colb. Or. 1. &c. εὐδοξίαν.

(c) Εἰς ὁδηγίαν τοῦ κρείττονος. *Quæ nos ad Deum vitamque meliorem ducant.* Utrumque ſonat vox ὁδηγία.

(d) Λόγου. Deeſt in Oxon.

(e) Παιδαγωγίαν. *Ad inſtitutionem*, ſcilicet tam fidei quàm morum.

proſciſſiones, legis, quæ ſpirituali modo intelligitur, expletio, erroris oppreſſio, vitii inſectatio, peccati diluvium, mundi luſtratio.

τέλεια, προσφοραὶ δεκταὶ, τῆς ἀληθείας κηρύγματα, τῶ ψεύδους στηλιτεύματα, νόμου συμπλήρωσις, τοῦ γε πνευματικῶς νοουμένου, πλάνης κατάλυσις, κακίας διωγμὸς, ἁμαρτίας κατακλυσμὸς, κόσμου καθάρσιον.

Cyprianus inter Martyres celeberrimus.

V. Tum tu mihi, Cypriane, & re & nomine cariſſime, ſupra cæteros Martyres celebrandus occurris, (nec enim verendum eſt, ne Martyres Martyribus invideant,) atque & virtute tuâ majorem in modum afficior, & memoriâ recreor, ac præ gaudio quaſi lymphatus feror, & quodammodò in eodem tecum martyrio verſor, dimicationiſque ſocius & particeps ſum, ac totus ad te tranſeo: ſive me tibi doctrina & eloquentia conciliet, quâ tu tantò reliquos mortales anteibas, quantò ratione prædita brutis animantibus præſtant; (fit enim, neſcio quo pacto, ut, non minùs inter eos, qui ſtudii cujuſdam atque inſtituti nomine inter ſe conjuncti, quàm qui affinitatis & conſanguinitatis vinculo inter ſe devincti ſunt, amor coaleſcat;) ſive id repentinæ & admirabili mutationi tuæ, quæ vim omnem Orationis excedit, omníque exemplo præſtantior eſt, aſſignari debeat. Nam Sol etiam poſt nubem, quâ priùs obducebatur, jucundior illuceſſit; & Ver poſt hyemis triſtitiam dulcius eſt; ſuavior etiam apparet ridens tranquillitas, & expanſum ac pacatum mare, cùm, poſt ventorum tumultum, & tumeſcentes fluctus, littoribus alludit.

ε. Σὺ δέ μοι, Κυπριανὲ, τὸ τιμιώτατόν μοι καὶ προφύγμα καὶ ὄνομα, πλέον ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους μάρτυρας· φθόνος γὰρ οὐδεὶς περὶ μαρτύρων μάρτυσιν· ᾗ σοῦ διαφερόντως ἥτημαί τε τῆς ἀρετῆς, καὶ τῇ μνήμῃ κουφίζομαι, καὶ ὥσπερ ἔνθους ὑφ' ἡδονῆς γίνομαι, καί τινα τρόπον σύνειμί τε τῇ μαρτυρίᾳ, καὶ κοινωνῶ τῆς ἀθλήσεως, καὶ [a] ὅλος πρός σε μετανίσταμαι· τάχα μὲν διὰ τὴν τῶν λόγων οἰκείωσιν, οἷς τοσοῦτον τῶν ἄλλων ἐπράτεις, ὅσον τὰ λογικὰ τῆς ἀλόγου φύσεως· συνεισέρχεται γὰρ, οὐκ οἶδ' ὅπως, φίλτρον τοῖς κατά τι συναπτομένοις, οὐχ ἧττον τοῖς λοιποῖς πράγμασιν, ἢ τοῖς πρὸς ἀγχιστείαν αἵματος· τάχα δὲ διὰ τὸ τῆς μεταβολῆς ἀθρόον τε καὶ παράδοξον, [b] ὃ κρεῖττον λόγου καὶ παραδείγματος. ἐπεὶ γλυκὺ μὲν ἥλιος μετὰ νέφος, ᾧ τέως συνεκαλύπτετο· γλύκιον δὲ τὸ ἔαρ, ὅτι μετὰ χειμῶνος κατήφειαν· ἡδίων δὲ μειδιῶσα γαλήνη, καὶ θάλασσα ἥπλωμένη, καὶ ταῖς ἀκταῖς προσπαίζουσα μετὰ πνευμάτων στάσιν, καὶ [c] ὠδίνοντα κύματα.

a

b

c

Cyprianus totius orbis decus & ornamentum.

Genere clarus.

VI. Hic Cyprianus, ô viri, (ut & qui noſtis, ex ipſa commemoratione majorem voluptatem capiatis, & qui ignoratis, hiſtoriam omnium noſtrarum pulcherrimam, commune Chriſtianorum decus, atque ornamentum diſcatis;) hic, inquam, Cyprianus, magnum quondam Carthaginenſium, nunc autem totius orbis nomen, opibus conſpicuus, potentiâ illuſtris, genere clarus, ſiquidem maximum nobilitatis argumentum eſt, Senatorem eſſe, primariámque in eo ordine ſedem obtinere, flos juventutis, elaboratum naturæ opus, doctrinæ principatus, tam philoſophicæ, quàm cujuſvis alterius generis diſciplinæ, ídque quâcunque parte eas ſpectare volueris; adeò ut in eo, & variarum artium cognitio mirabilior eſſet, quàm ſingularum exacta & perfecta ſcientia, & rursùs ſingularum exquiſita & modis omnibus abſoluta perceptio plus admirationis haberet, quàm variarum artium collecta ſcientia: vel, ut apertiori diſtinctione hæc explicem, alios multiplici, alios profundâ rerum cognitione, alios utrâque laude, omnes autem omninò ſuperaret.

ς. Οὗτος Κυπριανὸς, ὦ ἄνδρες, ἵνα οἱ μὲν εἰδότες, ἡδίους [d] γένησθε τῇ ὑπομνήσει, οἱ δὲ ἀγνοοῦντες, μάθητε τὸ κάλλιστον τῶν ἡμετέρων διηγημάτων, καὶ τὴν κοινὴν Χριστιανῶν φιλοτιμίαν· οὗτος ἐκεῖνος, τὸ μέγα ποτὲ Καρχηδονίων ὄνομα, νῦν δὲ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, ὁ πλούτῳ περιφανὴς, καὶ δυναστείᾳ περίβλεπτος, καὶ γένει γνώριμος, εἴ γε μέγιστον εἰς εὐγενείας ἀπόδειξιν, συγκλήτου βουλῆς μετουσία καὶ προεδρία, τὸ τῆς νεότητος ἄνθος, τὸ [e] τῆς φύσεως ἄγαλμα, τὸ τῶν λόγων κράτος, τῶν τε κατὰ φιλοσοφίαν, καὶ ὅσοι τῆς ἄλλης παιδεύσεως, καὶ τούτων ὃ βούλει μέρος· ὡς μᾶλλον μὲν τὸ ποικίλον, ἢ τὸ ἄκρον ἐν ἑκάστῳ θαυμάζεσθαι, μᾶλλον δὲ τὸ εὐδόκιμον ἐν ἑκάστῳ τῆς περὶ πάντα [f] πολυμαθίας· ἢ, ἵνα διέλω σαφέστερον, τῶν μὲν τῷ ποικίλῳ, τῶν δὲ τῷ ἄκρῳ, ἔστι δὲ ὧν ἀμφοτέροις, πᾶσι δὲ πάντων ἐκράτει.

d

e

f

(a) Ολος. In nonnullis, ὅλως.
(b) Ο κρεῖττον. Sic Regg. a. c. d. ph. &c. In Ed. κρειττῶν.
(c) Ωδίνοντα. Interpres videtur legiſſe, οἰδαίνοντα.
(d) Γίνησθε. Savil. γένοισθε

(e) Τῆς φύσεως ἄγαλμα. Vernaculâ linguâ dicimus: Chef-d'œuvre de la nature.
(f) Πολυμαθίας. Sic plures Codd. In Regg. c. d. bm. ph. πολυμαθείας. In Ed. φιλομαθίας, diſcendi cupiditas.

ζ. Τῶν

ζ. Τῶν μὲν οὖν λόγων, καὶ οἱ λόγοι μάρτυρες, οὓς πολλοὺς καὶ λαμπροὺς ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν κατεβάλετο, ἐπειδή γε μετήνεγκε Θεοῦ φιλανθρωπία τὴν παίδευσιν, τοῦ ποιοῦντος τὰ πάντα καὶ μετασκευάζοντος, [a] πρὸς τὸ βέλτιον, καὶ τῷ λόγῳ τὴν ἀλογίαν ὑπέκλινεν· τὸ δὲ ἐντεῦθεν, ἐκ οἵᾳ [b] ὅπως χρήσωμαι τῷ λόγῳ, ἢ τίς γένωμαι· πῶς μὲν μὴ μακρὸν ἀποτείνω λόγον, καὶ παντελῶς ἔξω τοῦ καιροῦ, πάντων τῶν Κυπριανοῦ μεμνημένος, πῶς δὲ μὴ τὰ μέγιστα ζημιώσω τοὺς παρόντας τοῖς σιωπωμένοις. ἵν' οὖν μέσην βαδίσω τοῦ καιροῦ, καὶ τῆς πόθου τῶν ἀκουόντων, οὕτω μοι δοκεῖ ποιητέον εἶναι· τὰ μὲν ἄλλα παρεῖναι τοῖς εἰδόσιν, ἐκδιδάσκειν τοὺς ἀγνοοῦντας, εἴπερ εἰσί τινες, ἵν' ἀμφότεροι εὐεργετῶνται ὁμοίως, καὶ οἱ διδάσκοντες τὰ ἐκείνου, καὶ οἱ μανθάνοντες· ἐπειδὴ καὶ τὸ μεμνῆσθαι τοῦ ἀνδρὸς, ἁγιασμὸς, καὶ μέγιστον εἰς ὠφέλησιν ἀρετῆς ὁ λόγος· ἑνὸς δὲ ἢ δύο τῶν ἐκείνου διὰ βραχέων ἐπιμνησθῆναι, καὶ τούτων, ὅσα μηδὲ βουλομένῳ παρελθεῖν δυνατόν.

VII. Ac eruditionem quidem libri ipsi testantur, quos ille complures & luculentos pro nobis conscripsit, posteaquàm Dei, *qui omnia facit, & mutat,* benignitate, doctrinam suam in melius transtulit, atque stoliditatem rationi subjecit. Quænam autem hinc mihi jam dicenti ratio tenenda sit, & quo me vertam planè incertus sum. Vereor enim, ne nimis longum ac prorsùs intempestivum sermonem habeam, si Cypriani omnia commemoranda suscepero; & rursùs, ne maximo eos, qui adsunt, detrimento mulctem, si quid præteriero. Ut igitur medium quendam, inter temporis brevitatem & Auditorum cupiditatem, cursum teneam, hæc mihi ineunda ratio videtur: cætera quidem scientibus relinquam, ut iis, qui ea ignorant, si qui tamen tales sunt, exponant, atque ex ea re utrique parem utilitatem capiant, tum qui illius virtutes docent, tum qui addiscunt; (quandoquidem hujus quoque viri vel sola recordatio sanctitate animum imbuit, maximúmque pondus ad excitandum virtutis studium habet Oratio;) ego verò ex illius rebus unum aut alterum breviter exponam, quæ etiam hujus generis sunt, ut ea, ne si maximè quidem velim, præterire queam.

Eruditione conspicuus.

Amos. v. 8.

η. Μνησθήσομαι δὲ τοῦ πρότερου βίου, καὶ ἥ τις αὐτῷ γέγονε ζωτηρίας ὁδὸς, καί τις ἡ κλῆσις, καὶ ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον μετάθεσις. ἐκεῖνο μέν γε λίαν ἀγεννὲς καὶ μικρόψυχον, οἴεσθαι καθυβρίζεσθαι τὸν ἀθλητὴν τῇ μνήμῃ τῶν σκαιοτέρων. ἐπεὶ οὕτω καὶ Παῦλος ἡμῖν οὐκ ἐπαινετὸς ὁ μέγας, καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης ἐν τοῖς κακίστοις, καὶ Κυπριανὸς αὐτός. ὁ μὲν τῶν πρότερων ἑαυτοῦ διωγμῶν μεμνημένος, καὶ [c] τῆς τῶ ζήλω μεταθέσεως, ἵν' ἐκ τῶ [c] παραλλήλου μᾶλλον δοξάσῃ τὸν εὐεργέτην· ὁ δὲ τὸν τελώνην ἑαυτῷ προστιθεὶς ἐν τῇ τῶν μαθητῶν ἀπαριθμήσει, ὥσπερ ἄλλό τι τῶν τιμίων ἐπίσημον· ὁ δὲ καὶ μακρῷ λόγῳ στηλιτεύων τὴν προτέραν ἑαυτοῦ κακίαν, ἵνα καὶ τοῦτο Θεῷ καρποφορήσῃ, τὴν ἐξαγόρευσιν, καὶ πολλοῖς ὁδὸς γένηται τῆς χρηστοτέρας ἐλπίδος τῶν ἀπὸ κακίας ἐπιστρεφόντων. τίς οὖν ἡ κακία, ἢ σκοπεῖτε, ὅση καὶ ἠλίκη τὸ μέγεθος. δαιμόνων ἦν θεραπευτὴς, ὁ Χριστοῦ μαθητὴς ὕστερον· καὶ διώκτης πικρότατος, ὁ μέγας τῆς ἀληθείας ἀγωνιστής· καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ

VIII. Dicam porrò, quæ prioris ipsius vitæ ratio fuerit, quæ salutis via, quæ vocatio, quæ in meliorem vitæ statum mutatio. Equidem eos admodùm ignavi atque abjecti animi esse existimo, qui Martyri, rerum minùs laudabilium commemoratione, contumeliam inferri arbitrantur. Hâc enim ratione nec magnus ipse Paulus laudem mereatur, & Matthæus publicanus in sceleratissimorum hominum numero habendus fuerit, ac noster etiam Cyprianus. Ille quidem pristinarum suarum persecutionum, & mutati zeli mentionem facit, ut videlicet ex utriusque collatione Dei beneficentiam magis concelebret: alter verò in discipulorum enumeratione sibi ipsi *Publicani* cognomentum, perindè atque aliud quoddam nobilitatis insigne & ornamentum, adjungit: hic denique superioris vitæ turpitudinem longâ Oratione proscindit, ut ipsam quoque scelerum confessionem Deo muneris loco offerat, ac multis eorum, qui ab improba & flagitiosâ vivendi ratione animum revocant, ad melius sperandum via existat. Quæ igitur illius improbitas fuerit, quámque magna & gravis, expendite. Dæmonum cultor erat, qui Christi posteà discipulus fuit: & persecutor acerbissimus, qui posteà

Non celanda superiora Sanctorum vitia.

1. Tim. 1. 13.

Matth. x. 3.

Cyprianus, ante conversionem, Dæmonum cul-

(a) Πρὸς τὸ βέλτιον. *Doctrinam in melius transtulit.* Sic vertendum existimamus. Hæc enim verba referimus ad μετήνεγκε, quod superiùs legitur. Billius autem ea refert ad μετασκευάζοντος, quamvis in Propheta Amos non occurrant, & reddit: *atque in melius commutat.*

(b) Χρήσωμαι. Regg. d. ph. & Or. 1. χρήσομαι.

(c) Παραλλήλου. Sic Regg. bm. ph. In Ed. divisim, παρ' ἀλλήλου.

tor, Chriſtianorum perſecutor & Magus.

magnus veritatis propugnator extitit; & verbo & opere, utpotè in utroque pollens, viam noſtram turbabat, qui poſteà utrâque re peregregiam Chriſtianis operam dedit. Jam quantus ex arte magica, à qua potiſſimùm ad hominum famam pervenerat, huic malo cumulus accedebat? Quantùm item hæc crimina exaggerabat corporis intemperantia & libido, quæ tantam vim habet, ut quandoque ſapientes etiam viros furore afficiat, deteriúſque ſentire cogat, equulei petulantis & indomiti more, rationem ſecum arripiens?

Juſtina virgo Patricio genere nata.

IX. Ad ipſum autem jam mali caput ſe confert Oratio. Nec verò quiſquam primas vitæ Cypriani partes intuens, voluptatibus indulgeat; verùm ultimis ad pudicitiam revocetur. Virgo quædam erat patricio genere nata, honeſtíſque moribus prædita. Audite virgines, ac ſimul exultate, imò etiam quæcunque pudicitiam in matrimonio, & pudicitiæ amantes colitis; nam utriſque communi ornamento eſt iſta narratio. Virgo hæc formâ erat perquàm liberali & egregiâ. Accinat huic nobiſcum David: *Omnis gloria filiæ Regis ab intùs*, vera Chriſti ſponſa, pulchritudo recondita, viva ſtatua, donarium ſacrilegas manus non metuens, fanum inacceſſum, *hortus concluſus, fons ſignatus*, ut Salomonem quoque aliquid ipſi accinat, ſoli Chriſto ſervata. Magnus Cyprianus, undè, & quo modo, haud ſcio, hujus virginis omni ex parte tutæ, ac morum gravitate præditæ amore captus eſt. Nam procaces & avidi oculi, ea etiam, quæ attingere nefas eſt, attingunt, organum nempè omnium promptiſſimum atque avidiſſimum. Nec tantùm captus eſt, ſed ejus quoque pudicitiam tentabat. O ſingularem ſtultitiam, ſi quidem futurum ſperabat, ut eam diriperet! Vel potiùs, ô ingentem illius impudentiam, qui res hujuſmodi audebat, atque ad audendum impellebat! Ille etiam *in paradiſum* adverſus eum, qui primus effictus eſt, ab initio irrepſit: & *medius inter Angelos ſtat, Jobum ad cruciatum depoſcens*: ac poſtremò Dominum ipſum, qui eum oppreſſurus & morte affecturus erat, adoriri non dubitat, eíque, qui nulli tentationi obnoxius eſt, *tentationem* admovet, (quoniam alterum, in externa Dei facie,

Pſ. xliv. 14.

Cant. iv. 12.

Cyprianus Juſtinæ amore captus.

Gen. iii. 4.

Job. i. 6.

Matth. iv. 1.

ταράσσων τὴν ἡμετέραν ὁδὸν, διὰ τὸ ἐν ἀμφοτέροις κράτος, ὁ κράτιστος ἀμφότερα μετὰ τοῦτο Χριστιανοῖς. ὅσον κακὸν καὶ γοητεία τούτοις προστιθεμένη, [a] τῶν ἐκείνου τὸ γνωριμώτατον; ὅσῳ δεινότερον ἡ ἀπληξία σώματος, ἢ καὶ τοὺς τἆλλα ζοφοὺς ἐκμαίνειν δύναται, καὶ χεῖρον φρονεῖν βιάζεται, καθάπερ ὑβριστὴς πῶλος, τὸν λογισμὸν συναρπάζουσα; a

θ. Ἥκει δὲ ἡμῖν ἐπ' αὐτὸ τὸ κεφάλαιον ὁ λόγος. καὶ μὴ πρὸς τὰ πρῶτα τὶς ὁρῶν Κυπριανοῦ, ταῖς ἡδοναῖς ἐφιέτω· τοῖς δὲ τελευταίοις ζωφρονιζέσθω. [b] παρθένος τις ἦν τῶν εὐπατρίδων, καὶ κοσμίων. ἀκούετε, παρθένοι, καὶ συναγάλλεσθε, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ὑπὸ ζυγὸν ὅσαι ζώφρονές [c] τε καὶ φιλοσώφρονες· κοινὸν γὰρ ἀμφοτέραις καλλώπισμα, τὸ διήγημα. καὶ ἡ παρθένος καλὴ πρῶ εἶδει σφόδρα· προσαδέτω ταύτῃ μεθ' ἡμῶν ὁ θεῖος Δαβὶδ, πᾶσα ἡ δόξα, λέγων, τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν, νύμφη Χριστοῦ γνησία, κάλλος ἀπόθετον, ἄγαλμα ἔμψυχον, ἀνάθημα ἄσυλον, τέμενος ἀνεπίβατον, κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη, προσαδέτω γάρ τι καὶ Σολομὼν, μόνῳ Χριστῷ τηρουμένη. ταύτης ὁ μέγας ἦλω Κυπριανὸς, οὐκ οἶδ' ὅθεν καὶ ὅπως, τῆς πάντα ἀσφαλοῦς καὶ [d] κοσμίας. d φαύουσι γὰρ ὀφθαλμοὶ λίχνοι καὶ τῶν ἀφαύστων, τὸ προχειρότατον [e] ὀργάνων καὶ ἀπληστότατον. καὶ οὐχ ἦλω μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπείρα. ὦ τῆς εὐηθείας, εἰ ταύτην συλήσειν ἤλπιζε· μᾶλλον δὲ, τῆς ἀναισχυντίας τοῦ τὰ τοιαῦτα τολμῶντός τε καὶ τολμᾶν πείθοντος. ἐκεῖνος καὶ εἰς τὸν Ἅιδόδεισον ἀπ' ἀρχῆς [f] παρέδυ κατὰ τοῦ πρώτου πλάσματος· καὶ μέσος Ἀγγέλων ἵσταται, τὸν Ἰὼβ ἐξαιτήσων· καὶ τὸ τελευταῖον, κατ' αὐτοῦ τολμᾷ τοῦ δεσπότου, [g] τοῦ καταλύσοντος αὐτὸν καὶ θανατώσοντος, καὶ πεῖραν προσάγει τῷ ἀπειράστῳ, ἐπειδὴ δεύτερον Ἀδὰμ εἶδε

(a) Τῶν ἐκείνου &c. Combefiſius ſic vertit: *Ars magica, quâ maximè in notitiam hominum venerat, quantò in ejus malis hæc primas tenebat?* Improbat interpretationem Billii, qui ὅσῳ δεινότερον jungit cum his verbis quæ ſequuntur, καὶ ἀπληξία σώματος. Si admittatur Combefiſii interpretatio, ſic his interpunctionibus diſtinguenda erit phraſis: τῶν ἐκείνου τὸ γνωριμώτατον, ὅσῳ δεινότερον; ἡ ἀπληξία &c. *Quâ arte & notior, & quantò ad ſcelus immanior? Ad hæc libido inſatiabilis* &c.

(b) Παρθένος τις ἦν &c. In Coisl. 1. & Hervag. ed. ſic additur: κάλλει περίβλεπτος, τῶν εὐπατρίδων καὶ κοσμίων, εὐπρεπὴς μὲν τὴν ὥραν τὸ σώματος, ζηλωτὴ δὲ τὸν τρόπον. τὴν γὰρ μορφὴν ἀξιέραστος ἦν, καὶ ψυχῆς ἀρετὴν ἀξιάγαστος. ταῦτα γὰρ ἡ φήμη διήγγελλε, καὶ τὸν νεανίαν ἐξέπληττεν, ὁρῶντα μὲν κάλλος ἐξαίσιον, ἀκούοντα δὲ τρόπου ἐφάμιλλον. ἀκούετε παρθένοι &c. *Virgo quædam erat pulchritudine & genere inſignis, ingenua, præſtanti corporis formâ, ob morum excellentiam imitatione digna. Formâ namque erat amabilis, animi autem virtute longè admirabilior. Hæc fama nuntiabat. Confeſtim juvenem ſauciavit, qui formam nulli parem conſpiciebat; verùm cum paribus conjunctam moribus audiebat. Audite virgines* &c.

(c) Τε καὶ φιλοσώφρονες. Hæc deſunt in Reg. d.

(d) Κοσμίας. Reg. d. ταμίας.

(e) Ὀργάνων. Reg. c. τῶν ὀργάνων. Par. ὄργανον.

(f) Παρέδυ. Reg. c. εἰσέδυ.

(g) Τοῦ καταλύσοντος. Sic Reg. bm. & Or. 1. Deeſt τοῦ in Ed.

τοῦ Θεοῦ τὸ φαινόμενον, ὡς καὶ τοῦτον καταπαλαίσων. ἠγνόει γὰρ ὅτι περιπεσεῖται θεότητι, προσδραμὼν ἀνθρωπότητι. τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ δι' Κυπριανοῦ πειρᾶται τῆς [a] ἁγίας ψυχῆς, καὶ τοῦ ἀνεπάφου σώματος;

A Adamum videbat,) quasi ipsum quoque superaturus. Nesciebat enim fore, ut humanitatem aggressus, in divinitatem incideret. Quid igitur mirum, si ipse etiam per Cyprianum sanctam animam, atque intactum corpus aggreditur?

ι. Πλὴν ὁ μὲν ἐπείρα, καὶ προαγωγῷ χρῆται, οὐ γυναίῳ τινὶ παλαιῷ τῶν πρὸς ταῦτα ἐπιτηδείων, ἀλλὰ δαιμόνων τινὶ τῶν φιλοσωμάτων καὶ φιληδόνων. ἐπειδὴ ταχεῖαι πρὸς τὴν τῶν τοιούτων ὑπηρεσίαν αἱ ἀποστατικαὶ δυνάμεις καὶ φθονεραὶ, πολλὰς κοινωνὰς ζητοῦσαι τῶ πλώματος. καὶ ὁ μισθὸς τῆς προ- b αγωγίας, [b] θυσίαι τε καὶ σπονδαὶ, καὶ ἡ δι' αἱμάτων καὶ κνίσης οἰκείωσις. τοιούτους γὰρ ἔδει μισθοὺς εἶναι τοῖς τὰ τοιαῦτα χαριζομένοις. ἡ δ' ὡς ἤσθετο τῶ κακοῦ, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἔγνω· ταχύτεραι γὰρ αἱ καθαραὶ ψυχαὶ καὶ θεοειδεῖς πρὸς θήραν τῶ ἐνεργοῦντος, κἂν ὅτι μάλισα ζοφισικὸς ἢ καὶ ποικίλος τὴν ἐπιχείρησιν· τί ποιεῖ, καὶ τί ἀντιτεχνᾶται τῷ [c] δημιουργῷ τῆς κακίας; πάντων ἀπογνοῦσα τῶν ἄλλων, ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγει, καὶ d προσάτην ποιεῖται κατὰ τῶ μισητῶ [d] πόθου τὸν ἑαυτῆς νυμφίον, ὃς καὶ Σωσάνναν ἐρρύσατο, καὶ e Θέκλαν διέσωσεν· τὴν μὲν [e] ἀπὸ πικρῶν πρεσβυ- f τέρων, τὴν δ' ἀπὸ τυράννου μνησῆρος, [f] καὶ τυραννικωτέρας μητρός. τίνα τοῦτον; Χριστὸν, ὃς καὶ πνεύμασιν ἐπιτιμᾷ, καὶ κυφίζει βαπτιζομένους, καὶ πεζεύει πέλαγος, καὶ λεγεῶνα πνευμάτων πρὸ βυθῷ δίδωσι, καὶ ῥύεται μὲν ἐκ D λάκκου λίκαιον λέουσι προτεθέντα βορὰν, καὶ g [g] χειρῶν ἐκτάσει τοὺς θῆρας νικήσαντα, ῥύεται δ' ὑπὸ κήτους καταποθέντα φυγάδα Προφήτην, κἂν τοῖς σπλάγχνοις τὴν πίστιν δίχα- h σάμψυον, σώζει δὲ [h] Ασυρίους ἐν φλογὶ παῖδας, Αγγέλῳ τὴν πυρὰν καταψύξας, καὶ τοῖς τρισὶ συζεύξας τὸν τέταρτον.

X. Cæterùm ipse quidem eam solicitabat, ac pro lenone, non vetulâ quâdam mulierculâ ad hujusmodi res idoneâ, sed Dæmone quodam, corporum ac voluptatis amante, utitur. Rebelles siquidem & invidæ potestates ad obeunda hujus generis ministeria celeres esse solent, multos nimirùm ruinæ suæ socios quærentes. Hujus porrò lenocinii merces, victimæ, & libamina erant, affinitásque ea, quæ per sanguinem & sacrificiorum nidorem cum eo contrahitur. Talem enim iis mercedem pendi oportebat, qui hujusmodi beneficia contulissent. At puella simul atque malum persensit, & insidias intellexit, (puræ etenim ac divinæ animæ Diaboli technas celerrimè deprehendunt, quamlibet alioqui versipellis ille sit, atque in conatibus suis varius ac multiplex,) quid facit, & quid adversùs vitii opificem molitur? Desperatis omnibus aliis remediis, ad Deum confugit, atque adversùs detestabilem amorem sponsum suum patronum ac defensorem assumit, qui & Susannam mortis periculo liberavit, & Theclam servavit; illam à sævis Senioribus, hanc à tyranno ipsius proco, & à matre adhuc crudeliori. Quem tandem hunc sponsum? Christum, qui & *spiritus increpat, & eos, qui merguntur, sublevat, & pedibus mare peragrat, & spirituum legionem in profundum mittit, quique & justum virum è lacu eripit, leonibus in escam objectum*, ac per manuum extensionem victoriam de feris consecutum, & *fugitivum Prophetam à ceto voratum*, in ipsisque visceribus fidem integram servantem, liberat, & in Assyria *pueros inter flammas incolumes* servat, flammâ nimirùm per Angelum refrigeratâ, ac quarto tribus illis adjuncto.

Ejus pudicitiam modis omnibus labefactare aggreditur.

Justina, in tanto constituta periculo, ad Deum confugit.

Matth. XVII. 17. & XIV. 25. *Luc.* VIII. 24. *Marc.* V 13. *Dan.* XIV. 30.

Jon. II. 2.

Dan. III. 33. & *seq.*

ια. Ταῦτα καὶ πλείω τούτων ἐπιφερμίi ζουσα, καὶ τὴν παρθένον [i] Μαρίαν ἱκετεύουσα βοηθῆσαι παρθένῳ κινδυνευούσῃ, τὸ τῆς νηστείας καὶ χαμευνίας προβάλλεται φάρμακον· ὁμῶ μὲν τὸ κάλλος μαραίνουσα ὡς ἐπίβουλον, ἵν' ὑποσπάσῃ τῆς φλογὸς τὴν ὕλην, καὶ δα-

XI. Hæc, atque his plura commemorans, Virginémque Mariam supplex obsecrans, ut periclitanti virgini opem ferret, jejunii & chameuniæ pharmaco sese communit; tum quidem, ut formæ venustatem tanquam insidiosam obscuraret, sicque flammæ materiam subtraheret, ac libidini fomi-

Dei-param Virginem supplex invocat.

(*a*) Ἁγίας. Reg. c. addit, ἐκείνης.

(*b*) Θυσίαι τε καί &c. Regg. a. d. Θυσίαι σπονδαὶ δι' αἱμάτων καὶ κνίσης. *Quâ cruoribus & sacrificiorum nidore fit conciliatio.*

(*c*) Δημιουργῷ. Mendosè in Ed. δεμιουργῷ.

(*d*) Πόθου. Sic Regg. a. c. d. bm. ph. Jes. Combef. &c. In Ed. πόθον.

(*e*) Ἀπὸ πικρῶν πρεσβυτέρων. Bill. *à sævis Presbyteris.* Minùs quidem rectè, cùm Daniel ipse XIII. 41. eos, non *Presbyteros*, sed *Senes* appellet.

(*f*) Καὶ τυραννικωτέρας μητρός. Sic Reg. a. tres Colb. Hervag. Oxon. apud Montac. Quæ lectio optima videtur, omnesque nodos expendit. Neque enim à *patre*, sed à *matre* vexatam fuisse Theclam narratur. In Ed. καὶ τυραννικωτέρᾳ πατρός, & *patre magis tyrannico.*

(*g*) Χειρῶν ἐκτάσει. Reg. Cypr. θηρῶν ἐκπλάσει, *belluarum stupore.* Hæc lectio, licèt nova & singularis, melior videri potest. Daniel enim dicendus est vicisse leones, non *manuum extentione*, cujus nulla fit mentio, sed *incussâ leonibus reverentiâ.*

(*h*) Ασυρίους. Legendum potiùs, Εβραίους. Hi etenim pueri verè in Assyria à flamma liberati sunt; sed Hebræi erant.

(*i*) Μαρίαν. Vide monitum n. 5.

tem abſumeret; tum verò ut per fidem & humilitatem propitium ſibi Deum redderet. Neque enim Deus ullâ re perindè, atque voluntariâ corporis afflictatione, conciliatur, lacrymíſque miſericordia viciſſim rependi ſolet. Non eſt apud me dubium, quin reliquam hujus hiſtoriæ partem avidè expectetis. Trepidatis namque, & anxii eſtis pro virgine, nec minùs pro ipſius amante, ne utriſque malum tandem & funeſtum finem hic amor habuerit. Verùm bono animo eſtote. Fidem enim hic amor conciliat: ac dum procus virginis nuptias ambit, à Chriſto ipſe deſpondetur, atque, extinctâ libidinis flammâ, veritatis ardor excitatur. Quo pacto id acciderit, quæritis? Hîc jam in jucundiſſima narrationis parte verſor. Virgo ſuperat, Dæmon ſuperatur. Tentator ad amantem accedit, ſéque ſuccubuiſſe indicat. Itaque ab eo contemnitur. Quam rem indignè ferens, contemptorem ulciſcitur. Quænam autem hæc ultio eſt? In eum ipſum, à quo antè colebatur, immigrat, ut malum malo extruderetur, ac furori furor medicinam afferret. A virgine quidem, non ſecùs ac bellica quædam machina à firmo & valido muro, repellitur, ſermone nimirùm & precibus fugatus; cum eo autem, à quo miſſus fuerat, colluctatur. O rem miram & inauditam! Ad eum, à quo teli cujuſdam inſtar jactus fuerat, rediit, ipſúmque, velut *alterum Saulem, præfocabat.*

Victrix è certamine diſcedit.

Tentator ſe victum fatetur, & Cypriani corpus invadit.

I. Reg. XVI. 14.

XII. Quid hic igitur demens ille amator, & prudens arreptitius? Mali depulſionem quærit, & invenit. Ingenioſus enim ac ſolers eſſe ſolet, quiſquis premitur. Quænam autem depellendi mali ratio fuit? Ad Juſtinæ Deum, quemadmodùm *Saul ad Davidis citharam* fidiúmque pulſus, confugit: ad hujus Paſtorem ſe confert; atque, ut amore per acceptam plagam, ita malo ſpiritu per fidem in Chriſtum purgatur, amorémque commutat. Diù tamen Epiſcopus ipſi fidem abrogavit, eumque repulit. Incredibile enim, ac miraculi ſimile ei videbatur, Cyprianum aliquandò inter Chriſtianos adſcribendum eſſe, etiamſi omnes homines ad fidem pervenirent. At reverà mutatus erat, & perſpicuum mutationis argumentum edit. Magicos enim libros publicè proponit, ac de pravi theſauri imbecillitate triumphum agit: amentiam prædicat, ingentem ex illis flammam excitat, & diuturnam impoſturam, quæ ne uni quidem carnis flammæ opem

Cyprianus à Dæmone obſeſſus, ad Juſtinæ Deum confugit, & Chriſti fide liberatur.

I. Reg. XVI. 23.

Magicos libros publicè flammis devovet.

A πανήσῃ τὸ τῶν παθῶν ὑπέκκαυμα· ὁμοῦ γὰρ τὸν Θεὸν ἱλεούμενη διὰ [a]τῆς πίστεως, καὶ διὰ τῆς ταπεινώσεως. ὀδενὶ γὰρ ἕτῳ τῷ πάντων, ὡς [b]κακοπαθείᾳ, θεραπεύεται Θεὸς, καὶ δάκρυσι τὸ φιλάνθρωπον ἀντιδίδοται. ποθεῖτε τὰ ἑξῆς οἶδ' ὅτι τῷ διηγήματος. ἀγωνιᾶτε γὰρ ὑπὲρ τῆς παρθένου, καὶ τῷ ἐρασθῷ δὲ ἧττον, μὴ εἰς κακὸν ἀμφοτέροις ὁ πόθος ἔληξεν. ἀλλὰ θαρσεῖτε· πίστεως γὰρ ὁ πόθος πρόξενος γίνεται· καὶ παρθένον ἑαυτῷ μνησ-
B τεύων ὁ ἐρασθὶς, ὑπὸ Χριστῷ μνηστεύεται, καὶ ἡ μὲν τῷ [c]πόθων φλοὸξ ἀποσβέννυται, ἡ δὲ τῆς ἀληθείας ἀνάπλεται. πῶς καὶ τίνα τρόπον; ἐνταῦθά μοι [d]τὸ τῷ διηγήματος ἥδιστον. νικᾷ ἡ παρθένος, νικᾶται ὁ δαίμων. ὁ πειρασθὶς πρόσεισι τῷ ἐρασθῇ, καταμηνύει τὴν ἧτταν· περιφρονεῖται. δυσχεραίνει τῆς ὑπεροψίας· ἀμύνεται τὸν ὑπερόπλην. ἡ ἄμυνα δὲ τίς; εἰς
[e]αὐτὸν εἰσοικίζεται τὸν τέως θεραπευτὴν, ἵνα κακῷ τὸ κακὸν ἐκπρουθῇ, καὶ λύασα
C λύασης ἅμα γθύηται· τῆς παρθένου μὲν ἀποκρούεται, καθάπερ τι μηχάνημα τείχους ὀχυρῷ καὶ γενναίῳ, λόγῳ φυγὰς καὶ δεήσεως· τῷ πέμψαντι δὲ προσπαλαίει. ὦ τῷ θαύματος· πρὸς τὸν βαλόντα πάλιν ἀνασπᾳφεὶς, καὶ συμπνίγων, ὥσπερ τινα Σαοὺλ δεύτερον.

ιβ. Τί οὖν ὁ ἄφρων ἐρασθὶς καὶ σώφρων ἐπίληπλος; ζητεῖ τῷ κακῷ τὴν λύσιν, εὑρίσκει. εὐμήχανον γὰρ ἅπαν τὸ πιεζόμενον.
D τίς ἡ λύσις; ἐπὶ τὸν τῆς παρθένου καταφεύγει Θεὸν, ὥσπερ Σαοὺλ ἐπὶ τὴν [f]κινύραν τῷ Δαβὶδ καὶ τὰ [g]κρούσματα· πρόσεισι τῷ ταύτης [h]ποιμένι· καθαίρεται, ὥσπερ τῷ πόθου διὰ τῆς πληγῆς, οὕτω τῷ πονηροῦ πνεύματος διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, μετατίθεται τὸν πόθον. ἐπὶ πολὺ μὲν ἀπιστέμενος καὶ ἀποπεμπόμενος· καὶ γὰρ ἐδόκει τὸ πρᾶγμα τῷ ἀπίστων εἶναι καὶ θαυμασίων, Κυπριανὸν ἐν Χριστιανοῖς ἀριθμηθῆναί ποτε,
E εἰ μὴ πάντες ἄνθρωποι· μεταπίθεται δ' ὅν, [i]καὶ ἀπόδειξις τῆς μεταβολῆς ἐναργής. προτίθησι δημοσίᾳ τὰς γοητικὰς βίβλους· θριαμβεύει τῷ πονηρῷ θησαυρῷ τὴν ἀσθένειαν· κηρύσσει τὴν ἄνοιαν, λαμπρὰν ἐξ αὐτῶν αἴρει τὴν φλόγα, πυρὶ δαπανᾷ τὴν μακρὰν

(a) Διὰ τῆς πίστεως καί. Sic Colb. Codd. Hæc deſunt in Ed.

(b) Κακοπαθείᾳ θεραπεύεται Θεός. Regg. a. bm. ph. κακοπαθίᾳ. & Regg. a. c. d. Θεὸς θεραπεύεται.

(c) Πόθων. In nonnullis παθῶν.

(d) Τὸ τῷ. Sic Regg. c. d. bm. Or. 1. &c. Deeſt τό, in Ed.

(e) Αὐτὸν εἰσοικίζεται. Sic Regg. c. d. ph. Or. 1. In Ed. ἑαυτὸν ἐσοικίζεται.

(f) Κινύραν. Citharam. Sic omnes Codd. In Ed. κιθάραν

(g) Κρούσματα. Regg. a. d. Coisl. 1. Par. &c. κρέμματα.

(h) Ποίμενι. Paſtori, nimirùm *Anthimo Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopo.*

(i) Καί. Deeſt in Regg. a. bm. ph. At in Or. 1. καὶ ἡ.

ἀπάτην,

ἀπάτην, ἢ μιᾷ φλογὶ ζαρκὸς οὐκ ἐπήμυνεν· ἀφίσταται τῶν δαιμόνων, οἰκειοῦται Θεῷ. ὦ τῆς χάριτος· ὅση Θεὸν εὑρίσκει πονηρῷ πόθῳ καὶ πνεύματι, φρόβατον ἱερὸν τῆς ἱερᾶς γίνεσθαι ποίμνης, ὡς δὲ ἐγώ τινος ἤκουσα, a καὶ [a] νεωκόρος, πολλὰ δεηθείς, ἵνα φιλοσοφήσῃ τὸ ταπεινὸν εἰς κάθαρσιν τῆς προτέρας b ἀλαζονείας. εἶτα ποιμὴν, καὶ ποιμένων [b] ὁ κράτιστός τε καὶ δοκιμώτατος· οὐ γὰρ τῆς Καρχηδονίων προκαθέζεται μόνον Ἐκκλησίας, οὐδὲ τῆς ἐξ ἐκείνου καὶ δι' ἐκεῖνον φήμης B c [c] μέχρι νῦν Ἀφρικῆς, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς d ἑσπερίας, σχεδὸν δὲ καὶ τῆς [d] ἑώας αὐτῆς, e [e] νοτίου τε καὶ βορίου λήξεως, ἐφ' ὅσα f ἐκεῖνος ἦλθε τῷ θαύματι. [f] οὕτω Κυπριανὸς ἡμέτερος γίνεται.

A afferre potuerat, igne absumit: à Dæmonibus secedit, Deo adjungitur. O mirificam gratiæ potentiam! Per improbum amorem ac spiritum, Deum invenit, & sacra sacri gregis ovis efficitur, atque etiam, quemadmodùm à quodam accepi, ædituus, ídque multis quoque precibus ab eo adhibitis, ut ad prioris arrogantiæ purgationem humilitatem exerceret. Pastor deindè creatur, ac Pastorum optimus & probatissimus. Neque enim Carthaginensi tantùm Ecclesiæ, nec Africæ, ab eo, & propter eum etiam nunc claræ & celebri, præficitur, verùm etiam Occiduis omnibus regionibus, ac propè etiam Orientali omni, atque Australi & Septemtrionali oræ, quocunque illius fama & admiratio pervagata est. Sic Cyprianus noster efficitur.

Baptismum suscipit.

Ædituus efficitur.

Pastor creatur.

g ιγ. Ταῦτα ὁ [g] διὰ σημείων καὶ διὰ τεράτων Θεός· ταῦτα, ὁ τὸν Ἰωσὴφ ἀγαγὼν εἰς Αἴγυπτον ὤνιον διὰ ἀδελφῶν ἐπιτηρείας, h καὶ ἐν γυναικὶ δοκιμάσας, καὶ ἐν [h] σιτοδοσίᾳ i δοξάσας, καὶ [i] ἐν ἐνυπνίοις ζοφίσας, ἵν' ἐπὶ C ξένης πιστευθῇ, καὶ ὑπὸ Φαραὼ τιμηθῇ, καὶ πατὴρ γένηται πολλῶν μυριάδων, δι' ἃς Αἴγυπτος βασανίζεται, θάλασσα τέμνεται, ἄρτος ὕεται, ἥλιος ἵσταται, γῆ τῆς ἐπαγγελίας κληροδοτεῖται. οἶδε γὰρ πόρρωθεν καταβάλλεσθαι τῶν μεγάλων πραγμάτων ἡ k ζοφία τὰς ὑποθέσεις, καὶ [k] διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία οἰκονομεῖσθαι, ἵνα καὶ μᾶλλον m l θαυμάζηται. [l] ἀπόχρη καὶ ταῦτα [m] τῶν τοῦ Κυπριανοῦ καλῶν εἰς μέτρον εὐφημίας D τελειωτάτης. νῦν δὲ τοσαῦτά ἐστι τὰ λειπόμενα καὶ τοιαῦτα, ὥστε εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ τῶν προειρημένων ὑπῆρχεν εἰς ἔπαινον, ἐξαρκεῖν τοῖς ἐξῆς νικᾷν ἅπαντας. ἵνα γὰρ τὰ ἐν μέσῳ συντεμῶ, τὴν τῶν χρημάτων περιφρόνησιν, τὴν τοῦ τύφου κατάλυσιν, τὴν τοῦ σώματος παιδαγωγίαν, καὶ καθαρότητα τῶν προτέρων ὁρμῶν ἀντίπαλον, τὸ περὶ τὴν ἐσθῆτα n [n] φιλόσοφον, τὸ περὶ τὰς ἐντεύξεις ὑψηλόν o τε ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπον, [o] ὡς ἴσον ἀπέχειν E εὐτελείας καὶ αὐθαδείας, τὰς χαμευνίας, τὰς ἀγρυπνίας, ὃς καί τοι τῶν τοιούτων ὀψιμαθὴς ὢν, κατὰ πολὺ τῶν προειληφότων

XIII. Hæc signorum & prodigiorum Deus facit: hæc, inquam, ille, qui Josephum, iniquo fratrum scelere venditum, in Ægyptum duxit, & in fœmina exploravit, & in frumenti largitione nobilitavit, & in somniorum scientia erudivit, ut in extera regione fidem & auctoritatem obtineret, atque à Pharaone honore afficeretur, patérque maximarum illarum copiarum fieret, propter quas Ægyptus cruciatur, mare scinditur, panis, instar pluviæ, funditur, Solis cursus inhibetur, promissa terra per sortem distribuitur. Divina enim sapientia magnarum rerum fundamenta multò antè jacere, ac contraria per contraria procurare novit, ut majorem sui admirationem mortalibus excitet. Sufficiunt quidem hæc quoque Cypriani decora ad omnes perfectissimæ laudationis numeros explendos. Nunc autem tot tantáque mihi dicenda supersunt, ut etiam si nihil eorum, quæ priùs commemorata sunt, ipsi ad laudem suppeteret, his tamen, quæ sequuntur, omnes superare posset. Nam, ut media incidam, pecuniarum contemptum, fastûs compressionem, corporis frænationem & puritatem cum prioribus cupiditatibus pugnantem, in vestitu philosophiam, in congressibus gravitatem cum humanitate conjunctam, pari intervallo à vilitate atque arrogantia remotam, chameunias & vigilias, quibus homo, licèt hujusmodi rerum studium serò ingressus, eos tamen, qui priores hoc vitæ genus amplexi fuerant, multùm faciléque

Deus in Cypriano, sicut in aliis, fidei auctor & consummator. *Gen.* XXXVII. 28. *Ibid.* XXXIX. 7. *Ibid.* XLI. 40. *Exod.* VII. 17. *Ibid.* XIV. 21. *Ibid.* XVI. 14. *Josu.* X. 12. *Ibid.* XIII. *& seq.*

Cyprianus omnium virtutum exemplar.

(*a*) Νεωκόρος. *Minister templum everrens ac repurgans.*
(*b*) Ο κράτιστός τε &c. Regg. bm. ph. Coisl. 2. Or. 1. Par. ὅ τε κράτιστός τε καὶ δοκιμώτατος.
(*c*) Μέχρι νῦν. Reg. d. μέχρι τῆδε νῦν.
(*d*) Ἑώας. Reg. bm. ἕω.
(*e*) Νοτίου.... βορίου. Regg. bm. ph. νοτείου.... βορείου.
(*f*) Οὕτω. In ima unius Colb. pagina legitur: ἕτω πρὸς Χριστὸν μετατίθεται. *Sic ad Christum transfertur*; seu sit varia lectio, seu glossema.
(*g*) Καὶ τῶν. Sic Regg. bm. ph. & Or. 1. Deest τῶν in Ed.
(*h*) Σιτοδοσίᾳ. Reg. a. & Jes. σιτοδείᾳ, *penuriâ.*
(*i*) Ἐν ἐνυπνίοις σοφίσας. Billius, *per insomnia.* Non rectè. Hìc siquidem agitur de somniorum scientia, quâ Joseph edoctus est, ut somnia sua intelligeret, & aliorum interpretaretur.
(*k*) Διὰ τῶν ἐναντίων &c. *Per contraria* &c. Sic Joseph per servitutem & ignominiam ad gloriam pervenit.
(*l*) Ἀπόχρη. Gloss. ἀρκεῖ.
(*m*) Τῶν τῷ. Sic Coisl. 1. Deest τῶν in Ed.
(*n*) Φιλόσοφον. Coisl. 1. φιλότιμον.
(*o*) Ὡς ἴσον. Sic duo Coisl. In Ed. ὡς ἴσων.

Arianorum & Sabellianorum flagellum.

superabat ; ut etiam doctrinæ copiam & ubertatem ſileam, quâ, & omnium mores inſtruxit, & dogmatum inſcitiam ſuſtulit, & clarorum hominum vitam exornavit, & principis ac regiæ Trinitatis divinitatem, quam nonnulli ſcindebant, nonnulli rursùm contrahebant, ad veterem ſtatum reduxit, piæ videlicet unionis & connumerationis finibus ſeſe continens : ut hæc, inquam, omnia, ne modum Oratio excedat, contraham, unà cum vitæ ipſius fine, dicendi finem faciam.

A ἐκράτει· τὴν μὲν λόγους φιλοτιμίαν, ἐξ ὧν ἦθος ἅπαν ἐπαίδευσε, καὶ δογμάτων ἀπαιδευσίαν ἐπάθηρε, καὶ ἀνδρῶν βίους ἐκόσμησε, καὶ τῆς ἀρχικῆς καὶ βασιλικῆς Τριάδος τὴν θεότητα τεμνομένην, ἔστι δὲ ὑφ' ὧν καὶ συναλειφομένην, εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐπανήγαγεν, ἐν ὅροις μείνας εὐσεβοῦς ἑνώσεώς τε καὶ συναριθμήσεως· ἵνα ταῦτα συνέλω δι' ἃ τὴν ἀμετρίαν, τῇ τοῦ βίου καταλύσει, συγκαταλύσω τὸν λόγον.

Decius adversùs Christianos furit.

XIV. Furebat adverſus nos Decius, omniáque tormentorum genera conquirebat, ac graviſſima quæque ſupplicia partim jam inferebat, partim intentabat ; pari etiam contentione in utrumque horum incumbebat, ut & Chriſtianos opprimeret, & priores omnes perſecutores crudelitate ſuperaret, imò potiùs, ut vel Chriſtianos omnes, vel Cyprianum unum vinceret, atque in poteſtatem redigeret. Nam quantò illum pietate & gloriâ reliquis præſtare intelligebat, tantò quoque clariorem & illuſtriorem ſibi victoriam fore perſpiciebat, ſi eum deviciſſet. Illo enim modo putabat ſe perficere poſſe, ut Chriſtianos vinceret ; hâc autem ratione, ut philoſophiam quoque ipſam, & doctrinam extingueret. Porrò linguam priùs amputare, atque ita mutos & elingues eos, qui ab ea fulciebantur, abducere, præſtantiſſimæ cujuſdam militaris aſtutiæ eſſe cenſebat ; non rectè quidem ille nec piè hæc cogitans, non tamen omninò temerè & inconſultè, quantùm quidem ad ipſius conſilium & conatum attinebat, quemadmodùm res ipſa declaravit.

B ιδ. Ἐμαίνετο καθ' ἡμῶν [a]Δέκιος, καὶ πάσας ἰδέας κολάσεων ἐπενόει, καὶ τὰ μὲν ἤδη παρῆν τῶν δεινῶν, τὰ δὲ ἐμελλεν· ἴσον δὲ ἀγώνισμα ποιεῖται, καὶ Χριστιανοὺς ἑλεῖν, καὶ τοὺς περὶ αὐτοῦ διώκτας ὑπερβαλεῖν, μᾶλλον δὲ, ἢ Χριστιανοὺς πάντας, ἢ Κυπριανὸν μόνον ἑλεῖν τε καὶ σῶσασθαι. ὅσῳ γὰρ εὐσεβείᾳ τε καὶ δόξῃ διαφέρειν τὸν ἄνδρα ἐγίνωσκε, [b]τοσούτῳ καὶ τὴν νίκην ἑαυτῷ περιφανεστέραν ἑώρα καὶ λαμπροτέραν, εἰ τούτου κρατήσειεν. [c]ἐκείνως μὲν γὰρ Χριστιανῶν [d]μόνον ὑπάρχειν κρατεῖν, οὕτω δὲ καὶ φιλοσοφίας αὐτῆς, καὶ λόγων. καὶ τὴν γλῶσαν περιελεῖν πρότερον, εἶτα ἀφώνους [e]ἀπαγάγειν καὶ ἀλόγους τοὺς ὑπ' ἐκείνης ἐρειδομένους, ἀρίστης εἶναι στρατηγίας ἐνόμιζεν· οὐκ ὀρθῶς μὲν, οὐδὲ εὐσεβῶς ταῦτα διανοούμενος, οὐ μὴν παντάπασιν ἀλογίστως, πρός γε τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν καὶ ἐπιχείρησιν· ἔδειξε δὲ τὸ ἔργον. ἐπειδὴ γὰρ ἅπασαν προσβολήν τε καὶ πεῖραν ἀνδρικῶς τε καὶ γενναίως ἀποσεισάμενος, ὥσπερ τις πέτρα [f]παράλιος κυμάτων ἐπιδρομὰς, τέλος ἐξορίαν ὑπ' αὐτοῦ κατακρίνεται, οὐ τὸ καθ' ἑαυτὸν ἔστερξεν ὁ γεννάδας, οὐδὲ ἠγάπα ζωζόμενος, οὐδὲ ἀσφάλειαν τῷ σώματι μᾶλλον τὴν ἀτιμίαν ἐνόμιζεν, ἢ ψυχῆς κίνδυνον τὴν ἡσυχίαν, καὶ τὸ περιορᾶν τοὺς ἄλλους τῷ [g]καιρῷ κινδυνεύοντας, οὐκ ὄντος τοῦ παιδοτριβοῦντος, καὶ πρὸς τὸν ἀγῶνα θαῤῥύνοντος. οὐ γὰρ μικρὸν δύνασθαι καὶ λόγον εἰς ἀνδρείας προσθήκην τοῖς ἀποδυομένοις πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς στάδιον.

Cyprianus in exilium ejicitur.

D

Nam cùm, ut ſcopulus quidam incurſantes fluctus, ſic ille impetus omnes & aſſultus magno ſtrenuóque animo propulſaſſet, ac tandem ab eo in exilium actus eſſet, haudquaquàm in privata ſalute ſua vir egregius acquieſcebat, aut præclarè ſecum agi putabat, quòd vita ipſi erepta non fuiſſet, nec ſecuritatem corporis potiùs hanc ignominiam, quàm animæ periculum interpretabatur, ſi otio & ſilentio indulgeret, eorúmque ſalutem negligeret, qui graviſſimo tempore periclitabantur, ut qui neminem haberent, qui ipſos ad certamen

E

erudiret, animíſque obfirmaret. Nec enim, ad augendum animi robur, leve momentum iis affert Oratio, qui ad virtutis ſtadium accinguntur.

Fideles per litteras hortatur ac roborat.

XV. Proindè quamvis corpore abeſſet, ſpiritu tamen aderat, in eodémque cum his, qui pugnabant, certamine verſabatur : & quibus linguâ opitulari non poterat, iiſ-

ιε. Διὰ τοῦτο τῷ σώματι μὲν ἀπῆν, τῷ πνεύματι δὲ παρῆν, καὶ τοῖς ἀθλοῦσι συνηγωνίζετο· καὶ τῇ γλώσῃ μὲν βοηθεῖν

(a) Δέκιος. Non ſub Decio, ſed ſub Diocletiano & Maximiano paſſus eſt Cyprianus, anno 304. Vide monitum, n. 4.

(b) Τοσούτῳ. Reg. ph. & Coisl. 1. τοσοῦτο.

(c) Ἐκείνως. Sic Regg. a. c. d. bm. ph. decem Colb. Coisl. 1. Par. &c. In Ed. ἐκεῖνος.

(d) Μόνον. Regg. a. c. & Or. 1. μόναν.

(e) Ἀπαγάγειν. Sic ferè omnes Codd. In Ed. ἐπαναγαγεῖν.

(f) Παράλιος. Reg. c. addit, πόλλας.

(g) Καιρῷ. *Tempore perſecutionis*, cùm ſcilicet in Chriſtianos ſæviret Imperator.

a οὐκ εἶχεν, βοηθεῖ δὲ τῷ γράμματι. [a]πῶς; ἀλείπλης ὑπερόριος γίνεται τοὺς προτρεπτικοὺς συγγράφων, καὶ λογογραφῶν τὴν b εὐσέβειαν, καὶ πλείους [b]ἐκεῖνος σχεδὸν ἐξ c ἐπιστολῶν [c]ποιεῖται μάρτυρας μόνος, ἢ πάντες δι' ἑαυτῶν οἱ παρόντες τοῖς τότε κάμνουσι. πείθει γὰρ, μὴ πατρίδα, μὴ γένος, μὴ περιουσίαν, μὴ δυναστείαν, μὴ ἄλλό τι τῶν χαμαὶ κειμένων, ἔμπροσθεν d ἄγειν [d]τῆς ἀληθείας, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀποκειμένων ἄθλων τῆς ἀρετῆς, τοῖς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ κινδυνεύουσι. καὶ ταύτην εἶναι e πραγματειῶν [e]τὴν ἀρίστην, αἵματος ὀλίγου βασιλείαν οὐρανῶν ὠνήσασθαι, καὶ δόξης ἀϊδιότητα τῶν προσκαίρων ἀντιλαβεῖν ἀγαθῶν. μίαν μὲν γὰρ εἶναι πατρίδα τοῖς ὑψηλοῖς, τὴν νοουμένην Ἱερουσαλὴμ, οὐ τὰς μικροῖς ὁρίοις ἐνταῦθα διειλημμένας, καὶ πολλοὺς ἀμειβούσας οἰκήτορας· μίαν δὲ γένους λαμπρότητα, τὴν τῆς εἰκόνος τήρησιν, καὶ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἐξομοίωσιν, ὅσον ἐφικτὸν τοῖς σαρκὸς δεσμίοις, καὶ βραχεῖαν ἀπορροὴν τοῦ καλοῦ δέχεσθαι δυναμένοις· μίαν δὲ δυναστείαν, τὸ κατὰ τοῦ πονηροῦ κράτος, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀνάλωτον καὶ f ἀήττητον ἐν τοῖς ὑπὲρ [f]εὐσεβείας ἀγῶσιν, g ἡνίκα κακία πρὸς ἀρετὴν [g]ἀγωνίζεται, καὶ κόσμος πρὸς κόσμον, ὁ λυόμενος πρὸς τὸν h [h]ἑστῶτα, καὶ πικρὸς ἀγωνοθέτης πρὸς γενναίους ἀγωνιστὰς, καὶ Βελίαρ πρὸς i Χριστὸν [i]παρατάσσεται. διὰ ταῦτα καταφρονεῖν μὲν ξιφῶν ἀνέπειθε, ψυχρὸν δὲ νομίζειν τὸ πῦρ, ἡμέρους δὲ οἴεσθαι θηρῶν τοὺς ἀγριωτάτους, λιμὸν δὲ ὑπολαμβάνειν k τὴν ἀνωτάτω τρυφὴν, δάκρυα δὲ [k]τῶν οἰκείων, καὶ θρήνους, καὶ οἰμωγὰς παρατρέχειν, ὡς τοῦ πονηροῦ δελεάσματα καὶ κωλύματα τῆς θείας ὁδοιπορίας. ταῦτα γὰρ εἶναι ἀνδρικῶν ψυχῶν καὶ γενναίων, καὶ λογισμοῦ ζώφρονος. καὶ τὸ παράδειγμα ἐγγύθεν αὐτὸς ὁ ταῦτα λέγων καὶ γράφων, πάντα ἡγησάμενος σκύβαλα, ἵνα Χριστὸν κερδήσῃ.

ιϛ. Οὕτω διανοούμενος Κυπριανὸς, καὶ οὕτως ὁπλίζων τοῖς λόγοις πρὸς τὸν ἀγῶνα, l πολλοὺς ἀθλητὰς [l]ἀπειργάζετο. καὶ τίνα μισθὸν τούτων νομίζεται; ὡς δαψιλῆ καὶ

dem per litteras ſuccurrebat. Quo pacto? Aliptem enim, tametſi in exilio poſitus, ſeſe præſtat, cohortatorias Orationes conſcribens, pietatémque litterarum monumentis prodens: ac plures propemodùm ſolus ipſe per epiſtolas ad ſubeundum martyrium inducit, quàm cæteri per ſe omnes, qui tum dimicantibus præſto erant. Admonet enim, ne patriam, ne genus, ne facultates & copias, ne opes & potentiam, aut aliud quidpiam eorum, quæ humi ſtrata & caduca ſunt, veritati præmiiſque illis, quæ virtutis causâ periculum adeuntibus in cœlo recondita ſunt, anteponamus. Hanc enim negotiationem omnium præſtantiſſimam eſſe, quâ exigui ſanguinis pretio cœleſte regnum emitur, ac brevia & fragilia bona cum ſempiterna gloria commutantur. Unam enim magnis & excelſis viris patriam eſſe, nempè Jeruſalem illam quæ mente percipitur, non eas, quas hîc anguſtis finibus circumſcriptas eſſe, atque ab aliis aliiſque hominibus ſubindè incoli videmus: unum item generis ſplendorem in eo conſiſtere, ut divinam imaginem conſervemus, atque exemplar noſtrum imitemur, quantùm quidem iis aſſequi datur, qui carnis vinculis aſtricti ſunt, ac perexiguos duntaxat primarii boni rivulos accipere queunt: unum porrò principatum in hoc poſitum eſſe, ut palmam adversùs improbum illum obtineamus, ac ne in iis certaminibus, quæ pietatis causâ ſuſcipiuntur, animos noſtros frangi atque expugnari ſinamus, ubi vitium cum virtute confligit, & fluxus ac fragilis mundus cum firmo & ſtabili, & acerbus ac truculentus certaminis Præſes cum fortibus Athletis, & Belial adversùs Chriſtum aciem inſtruit. Ob eáſque cauſas & gladios contemnere, & frigidum ignem, ac feras quamlibet immanes & truculentas, mites exiſtimare, & famem pro ſummis deliciis ducere, amicorum autem & propinquorum lacrymas, & luctus, & gemitus, ut Diaboli illecebras, viæque ad Deum ferentis impedimenta, præterire ſuadebat. Hæc enim virilium & ſtrenuarum animarum, atque prudentis conſilii eſſe ducebat. Harum autem rerum propinquum exemplum ille ipſe erat, qui hæc dicebat ac ſcribebat, utpotè qui omnia *pro ſtercoribus duxiſſet, ut Chriſtum lucraretur.* *Phil.* III. 8.

Docet res caducas cæleſtibus poſtponendas.

Unicam eſſe Chriſtianis patriam.

Veram nobilitatem conſiſtere in conſervanda Dei imagine.

Atrociora ſupplicia pro Chriſto contemnenda.

XVI. Hoc animo præditus Cyprianus, atque hujuſmodi ſermonibus Chriſtianos ad certamen armans, permultos ad mortem pro Chriſti nomine oppetendam impellebat. Quodnam autem hujus rei præmium

Cyprianus capite truncatur.

(a) Πῶς; *Quomodò?* A Billio omiſſum.
(b) Ἐκεῖνος. Deeſt in Reg. Cypr.
(c) Ποιεῖται. Or. I. ποιεῖ.
(d) Τῆς ἀληθείας. Sic Regg. a. c. bm. ph. Deeſt τῆς in Ed.
(e) Τὴν ἀρίστην. Sic Reg. d. & Comb. Deeſt τήν in Ed.
(f) Εὐσεβείας. Sic Regg. bm. ph. Coisl. 2. & Or. I. Pravè in Ed. ἀσεβείας, *impietatis.*
(g) Ἀγωνίζεται. Sic Regg. a. c. d. & Or. I. In Ed. ἀγωνίζηται.
(h) Ἑστῶτα. Reg. d. ἐνεστῶτα.
(i) Παρατάσσεται. Sic Regg. a. bm. ph. & Or. I. In Ed. παρατάσσηται.
(k) Τῶν. Sic Codd. Pravè in Ed. τόν.
(l) Ἀπειργάζετο. In quibuſdam, ἀπεργάζεται. In aliis, ἀπειργάσατο.

tulit? Quàm copiosum atque profusum! Post eos enim omnes, quos præmiserat, capitis obtruncatione martyrii palmam adipiscitur, multísque tormentis hanc coronidem imponit. Sic Christo offertur, sic ad Christum migrat ille magnus in impietate, major autem in pietate Cyprianus; ille, inquam, magnus tum persecutor, tum victor; non minùs ob vitæ mutationem, quàm ob virtutem admirandus. Neque enim tam amplum ac præclarum est boni formam incolumem servasse, quàm mutatâ vitæ ratione animum ad pietatis studium contulisse. Illud enim consuetudinis est, hoc probi & prudentis consilii; illud frequens ac vulgare, hoc rari omninò exempli.

Cypriani corpus diuturno tempore apud religiosam matronam occultatur.

XVII. Jam quale illud quoque ipsius miraculum est? Parùm enim adhuc in hac Oratione immorabimur, ut à Martyre gratiam ineamus. Hæc fuit ipsius vitæ ratio, hic dimicationis modus. Cùm autem extremum vitæ diem egisset, (si tamen hoc verbo uti fas est, ac non potiùs res ea, vel discessus ad Deum, vel desiderii cumulus, vel vinculorum solutio, vel oneris excussio appellanda est;) hîc quoque dignum vitæ sanctissimè transactæ miraculum designatur. Nam quamquam Cypriani nomen apud omnes, non modò Christianos, verùm etiam eos, qui adversæ classis erant, clarissimum ac celeberrimum esset; (virtus enim omnibus similiter venerationi est;) corpus tamen latebat, atque hic thesaurus apud mulierem quandam pietate fervidam occultabatur, ídque perdiuturno tempore; sive quòd Deus hâc ratione piam matronam honore affici vellet, ac propterea illa Martyrem complexu suo teneret; sive etiam ut desiderium nostrum exerceret, num scilicet hoc damno angeremur, acerbéque ferremus nos sacro-sanctis reliquiis privari. At verò posteaquàm ille Martyrum Deus commune omnium bonum alicui privatim concedere, ac singulari erga illam gratiâ, publicis commodis detrimentum afferre minimè sustinuit, per revelationem corpus in lucem edit, atque hunc rursùs honorem probæ cuidam mulieri confert; ut mulieres quoque ex eo sanctificentur, quòd quemadmodùm Christum antè pepererunt, Resurrectionísque ipsius nuncium Discipulis attulerunt, ita nunc etiam Cyprianum, hoc est publicum orbis bonum, altera quidem indicavit, altera verò tradidit. Hæc laudum illius postrema est. Sic in medium prodit,

Revelatione in lucem profertur.

Luc. xxiv. 9.

A φιλότιμον. μάρτυς ἐπὶ πᾶσιν οἷς προέπεμψε γίνεται, ξίφει τὴν κεφαλὴν [a]τμηθεὶς, καὶ ταῖς πολλαῖς βασάνοις ταύτην ἐπιτίθησι [b]τὴν κορωνίδα. οὕτω Χριστῷ προσάγεται, οὕτω πρὸς Χριστὸν μετατίθεται, ὁ πολὺς ἐν ἀσεβείᾳ, ἢ πλείων ἐν εὐσεβείᾳ Κυπριανὸς, ὁ μέγας καὶ διώκτης καὶ στεφανίτης, ὁ τὴν μεταβολὴν οὐχ ἧττον, ἢ τὴν ἀρετὴν θαυμάσιος. οὐ γὰρ οὕτω μέγα τύπον ἀγαθοῦ διασώσασθαι, ὡς τὸ καινοτομῆσαι θεοσέβειαν. [c]τὸ μὲν γὰρ
B τῆς συνηθείας, τὸ δὲ τῆς εὐβελίας, καὶ τὸ μὲν τῶν πολλοῖς ὑπαρχόντων, τοῦ δὲ ὀλίγα [d]τὰ παραδείγματα.

ιζ. Αλλ' οἷον δὴ κἀκεῖνο τῶν ἐκείνου θαυμάτων; [e]μικρὸν ἔτι τῷ λόγῳ προσκαρτερήσωμεν, ἵνα τῷ ἀθλητῇ χαρισώμεθα. τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ ἀνδρὸς πολιτεία, τοιοῦτος δὲ ὁ τῆς ἀθλήσεως τρόπος. ἐπεὶ δὲ καταλύει τὸν βίον, εἰ θέμις τοῦτο εἰπεῖν, ἀλλὰ μὴ πρὸς Θεὸν ἐκδημίαν ὀνομάσαι τὸ ἐκείνου
C πρᾶγμα, ἢ πόθου πλήρωσιν, ἢ δεσμῶν λύσιν, ἢ βάρους διάζευξιν, θαυματουργεῖταί τι κἀνταῦθα τῶν προειλημμένων ἄξιον. τὸ μὲν ὄνομα πολὺ φέρεται πᾶσι Κυπριανοῦ, καὶ οὐ Χριστιανοῖς μόνον, ἀλλὰ [f]καὶ τοῖς τὴν ἐναντίαν ἡμῖν τεταγμένοις· πᾶσι γὰρ [g]ὁμοίως τὸ καλὸν αἰδέσιμον· τὸ σῶμα δὲ [h]ἀφανὲς ἦν, καὶ ὁ θησαυρὸς φέρεταί τινι γυναίῳ τῶν θερμῶν εἰς εὐσέβειαν, καὶ τοῦτο ἐπὶ μακρόν· [i]οὐκ οἶδ' εἴτε τιμῶντος τοῦ Θεοῦ
D τὴν [k]φιλόθεον, καὶ διὰ τοῦτο [l]περιεχομένην τοῦ μάρτυρος, εἴτε τὸν πόθον ἡμῶν γυμνάζοντος, εἰ μὴ φέροιμεν ζημιούμενοι, καὶ τῶν ἁγίων λειψάνων ἀποστερούμενοι. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἠνέσχετο τὸ πάντων ἀγαθὸν ἴδιον ποιῆσαί τινος ὁ τῶν μαρτύρων Θεὸς, οὐδὲ τὸ κοινὸν ζημιῶσαι τῇ πρὸς ἐκείνην χάριτι, δημοσιεύει τὸ σῶμα δι' ἀποκαλύψεως, καὶ ταύτην [m]γυναίῳ τινὶ τῶν ἀξίων τὴν τιμὴν
E καταθέμενος· ἵν' ἁγιασθῶσι καὶ γυναῖκες, ὥσπερ τὸν Χριστὸν καὶ [n]τεκοῦσαι πρότερον, καὶ τοῖς μαθηταῖς ἀπαγγείλασαι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, οὕτω καὶ νῦν Κυπριανὸν, ἡ μὲν παραδείξασα, ἡ δὲ διδαδοῦσα τὸ κοινὸν ὄφελος. τοῦτο τῶν

(a) Τμηθεὶς. Coisl. 2. ἀποτμηθεὶς.
(b) Τὴν. Deest in quinque Regg.
(c) Τὸ μὲν γὰρ τῆς συνηθείας. *Hujusmodi enim virtutis habitus longâ consuetudine acquiritur*, vel, *id commune est, non rarum & insuetum.* Sic Græcus Interpres.
(d) Τὰ παραδείγματα. Sic Regg. a. c. d. bm. & undecim Colb. In Ed deest τά.
(e) Μικρόν. Sic plures Regg. Coisl. 1. Or. 1. Par. In Ed. μακρόν, *multùm.*
(f) Καὶ τοῖς τὴν ἐναντίαν. Coisl. 2. ℭ τοῖς ἐναντίοις.
(g) Ομοίως. Deest in pluribus.
(h) Αφανὲς ἦν. Bill. *obscurum erat.*
(i) Οὐκ οἶδ'. *Haud scio.* Hæc desunt in pluribus Regg.
(k) Φιλόθεον. In quibusdam, φιλόχριστον.
(l) Περιεχομένην. In nonnullis, περισχομένην.
(m) Γυναίῳ τινί. Sic Regg. a. c. d. bm. & Or. 1. Deest τινὶ in Ed. Cæterùm *Ruffinam* dicunt hanc mulierem, atque è Claudii Imperatoris genere.
(n) Τεκοῦσαι. Fortè, τρέχουσαι, vel, εὗρουσαι, *quæ priores ad Christum cucurrerunt*, vel, *Christum invenerunt.*

ἐκείνου

ἐκείνου καλῶν τὸ τελευταῖον. οὕτως εἰς μέσον
a ἔρχεται, ὁ τοῦ μὴ [a]λαθεῖν ἄξιος, καὶ οὐ
συγχωρεῖται φιλοσοφῆσαι τὴν ἑαυτῷ κλοπήν,
ἐπειδὴ καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς σώμασι τιμῶν
b [b]κρείσσων ἐκεῖνος καὶ ὑψηλότερος.

ιη. Τὰ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν τοσαῦτα, καὶ
c οὐκ οἶδ' ὅτι [c]δεῖ πλείονα λέγειν. οὐδὲ γὰρ,
d εἰ μακρὸν [d]ἀποτείναιμεν λόγον, εἴποιμεν ἄν τι
τῶν ἐκείνῳ πρεσόντων ἄξιον, καὶ ὧν ἕκαστος
πρὸς τοῦ ἀνδρὸς ὑπείληφεν. καὶ ταῦτα, ὅσον
ἀφοσιώσασθαι τὴν ὀφειλομένην ἐκείνῳ τιμὴν,
διήλθομεν. τὰ δὲ λοιπὰ παρ' ὑμῶν αὐτῶν
προσθετέον, ἵνα τι καὶ αὐτοὶ τῷ μάρτυρι
προσενέγκητε, τὴν τῶν δαιμόνων καθαίρεσιν,
τὴν τῶν νόσων κατάλυσιν, τὴν τοῦ μέλλοντος
προγνωσιν, ἃ πάντα δύναται Κυπριανοῦ
καὶ ἡ κόνις μετὰ τῆς πίστεως, ὡς ἴσασιν
οἱ πεπειραμένοι, καὶ τὸ θαῦμα μέχρις
ἡμῶν προπέμψαντες, καὶ τῷ μέλλοντι
προδώσοντες χρόνῳ. μᾶλλον δὲ τὰ μείζω
τούτων προεισενέγκατε, καὶ οἷα τοὺς ἐκεῖνον
γνησίως τιμῶντας εἰκὸς, σώματος κένωσιν,
e ψυχῆς [e]ἀνάβασιν, κακίας ἀποφυγὴν, ἀρετῆς
f ἐπίδοσιν· αἱ παρθένοι [f]τὴν ἀσαρκίαν, αἱ
γυναῖκες τὴν εὐκοσμίαν ἀρετῆς μᾶλλον ἢ
g [g]σώματος, οἱ νέοι τὴν κατὰ τῶν παθῶν
h [h]ἀνδρίαν, οἱ πρεσβῦται τὴν εὐβουλίαν, οἱ
i ἐν δυναστείᾳ τὴν εὐνομίαν, [i]οἱ ἐν στρατηγίᾳ
τὴν ἡμερότητα, οἱ ἐν λόγοις τὸ εὔλογον·
εἴπω τι καὶ τῶν ἡμετέρων, οἱ ἱερεῖς τὴν
k [k]μυσταγωγίαν, οἱ τοῦ λαοῦ τὴν εὐπείθειαν,
οἱ ἐν πένθει τὴν παράκλησιν, οἱ ἐν εὐημερίᾳ
τὸν φόβον, οἱ πλούσιοι τὴν μετάδοσιν, οἱ
πένητες τὴν εὐχαριστίαν· πάντες τὴν κατὰ
τοῦ πονηροῦ καὶ πικροῦ διώκτου παράταξιν,
ἵνα μὴ φαινόμενος βάλλῃ, μὴ τοξεύῃ
κρυπτόμενος, μὴ ὡς σκότος πολεμῇ, μὴ ὡς
Ἄγγελος φωτὸς παίζῃ, ἢ κλέπτῃ πρὸς τὸ
τῆς ἀπωλείας βάραθρον.

qui indignus erat, ut in obscuro jaceret, A
nec sui furtum tolerare sinitur, quandoquidem his honoribus, quibus corpora affici solent, ipse præstantior ac sublimior erat.

XVIII. Hæc sunt, quæ dicenda habuimus, atque haud scio an plura dicere opus sit. Neque enim, etiam si Orationem in longum produxerimus, quidquam tamen afferre queamus, quod illius virtutibus & existimationi, quam de eo unusquisque concepit, ulla ex parte respondeat. Atque hæc B
etiam eò differuimus, ut debitum illi honoris tributum utcumque persolveremus. Vestrum est jam ea quæ supersunt à vobismetipsis adjungere, ut nonnullum ipsi quoque Martyri munus offeratis, Dæmonum nimirùm oppressionem, morborum depulsionem, futurarum rerum prænotionem; quæ quidem omnia vel ipsi cineres Cypriani, modò adsit fides, efficiunt, quemadmodùm norunt, qui hujus rei periculum fecerunt, ac miraculum ad nos usque transmiserunt, C
ejusdémque memoriam posteris quoque tradituri sunt. Imò verò his majora offerte, qualiáque eos offerre par est, qui eum verè ac sincerè colunt; corporis scilicet macerationem, animæ progressionem, vitii fugam, virtutis incrementum; virgines carnis maciem, uxores virtutis potiùs quàm corporis concinnitatem & elegantiam, juvenes in comprimendis animi perturbationibus fortitudinem, senes consilium & prudentiam, proceres in constituendis legibus æquitatem, rei militaris duces mansuetudinem, doctrinæ atque eloquentiæ studiosi aptam & rationi consentaneam Orationem; D
atque, ut de rebus nostris aliquid dicam, Sacerdotes rerum sacrarum disciplinam, plebs obedientiam, qui in mœrore estis consolationem, qui in florenti rerum statu timorem, divites largitionem, pauperes gratiarum actionem; omnes denique, muneris cujusdam instar, dimicationem adversùs pravum illum & sævum persecutorem offerant, ut nec apertè nos vulneret, nec occultè sagittis impetat, nec ut caligo bellum inferat, nec ut lucis Angelus fallat, furtímque ad sempiterni exitii barathrum E
præcipites agat.

Ipsi Cypriani cineres prodigia efficiunt.

Virtutes omnes Martyribus offerendæ.

ιθ. Δεινὸν ὀφθαλμοῖς ἁλῶναι, ἢ γλώσσῃ
τρωθῆναι, καὶ ἀκοῇ δελεασθῆναι, καὶ δι' ἀκρατοῦς ζέσαντος ἐμπρησθῆναι, καὶ γεύσει
κατενεχθῆναι, καὶ ἁφῇ μαλακισθῆναι, καὶ

XIX. Grave ac periculosum est per oculos capi, per linguam fauciari, per aures inescari, per ebullientem iram inflammari, per gustum dejici, per tactum emolliri, atque arma salutis in mortis arma conver-

Pravi affectus reprimendi, ut cum Martyribus victoriam reportemus.

(a) Λαθεῖν. *Quem dignum non erat in obscuro latere.* Mendosè in Ed. παθεῖν.
(b) Κρείσσων. Reg. c. addit μέν.
(c) Δεῖ. Deest in Reg. a.
(d) Ἀποτείναιμεν. In nonnullis, ἀποτείνοιμεν.
(e) Ἀνάβασιν. Reg. Cypr. & ph. ἀναβίωσιν. *Animæ resurrectionem.* Billius, *animæ ascensionem.*
(f) Τὴν ἀσαρκίαν. *Carnis maciem*, id est, *Angelicam vitæ rationem, & carnis penè expertem.*
(g) Σώματος. Reg. d. τῷ σώματος.
(h) Ἀνδρίαν. Regg. c. bm. ph. & Or. r. ἀνδρείαν.
(i) Οἱ ἐν στρατηγίᾳ. Regg. a. c. d. & ph. erasâ priori scripturâ, οἱ ὧν στρατείᾳ. Coisl. 2. & Par. στρατίᾳ. *Homines militares*, tum duces, tum milites, quibus pariter commendanda est lenitas.
(k) Μυσταγωγίαν. Nicetas exponit, δικαιοσύνην, *justitiam.*

Eph. VI. 16. tere ; cùm oporteat econtrà, *ut fidei clypeo* communiti, adversùs Diaboli astutias in procinctu stemus, victoriámque cum Christo assecuti, & pari ac Martyres certamine perfuncti, magnam illam vocem audiamus : *Venite benedicti Patris mei,* *Matth.* XXV. 34. *regnum vobis promissum hæreditate percipite,* in quo *lætantium omnium* choreámque *Ps.* LXXXVI. 7. sempiternam agentium *habitatio est :* in quo *Ps.* XLII. 5. sonus festum celebrantium, & *vox exultationis*, & purior ac plenior est divinitatis illuminatio, quâ nunc in ænigmatibus duntaxat & umbris fruimur. Hoc honorum genere magis oblectatur Cyprianus, quàm cunctis aliis in unum congestis. Hæc, & cùm apud homines versaretur, vitâ moribúsque præstabat, & absens per nostram vocem omnibus præcipit : quam, obsecro, ne contemnatis ac pro nihilo ducatis, si tamen aut illius in dolorum acerbitatibus patientiæ, ac certaminum pro virtutis defensione susceptorum, aut etiam mei, qui hâc legatione fungor, apud vos ulla est ratio. Habes, vir divine & sacro-sancte, meorum sermonum primitias. Habes tum doctrinæ, tum certaminis præmium; non olivam Olympicam, nec poma, Delphicas nugas, aut Isthmicam pinum, aut Nemæum apium, quibus miseri adolescentes olim ornabantur; verùm Orationem, quâ nihil est quod Verbi cultoribus magis conveniat; quæ si certaminum tuorum doctrinæque meritum assecuta est, Verbo id acceptum fero. At tu nos è cœlo benignus aspicias, sermonésque nostros & vitam gubernes, sacrúmque hunc gregem pascas, aut pascentem adjuves, tum in cæteris rebus, quoad ejus fieri poterit, eum ad optima quæque dirigens, tum graves lupos, syllabarum & verborum captatores amoliens; sanctæque Trinitatis, cui nunc adstas, pleniorem clariorémque splendorem nobis concilians, quam adoramus, quam celebramus, pro qua unà militamus, in Filio Patrem, in Spiritu sancto Filium adorantes, cui utinam etiam post confectum hujus vitæ curriculum puri, & ab omni offendiculo liberi, adstemus, eâque perfecti perfectè fruamur, in ipso Christo Domino nostro, cui omnis gloria, honor, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Hoc honorum genere magis delectatur Cyprianus, quàm cunctis aliis in unum congestis.

Invocatio.

τοῖς ὅπλοις τῆς Ζωτηρίας, ὅπλοις θανάτου A
χρήσασθαι· δέον τῷ θυρεῷ φραξαμένους τῆς
πίστεως, στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ
πονηροῦ, καὶ μετὰ Χριστοῦ νικήσαντας, [a] καὶ a
μετὰ τῶν μαρτύρων ἀθλήσαντας, τῆς μεγάλης
ἐκείνης ἀκοῦσαι φωνῆς· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι
τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν [b] ἐπηγ- b
γελμένην ὑμῖν βασιλείαν, ἔνθα εὐφραινομένων
πάντων ἡ κατοικία, καὶ χορευόντων χορείαν
τὴν ἀκατάλυτον· ἔνθα ἦχος ἑορταζόντων, καὶ
φωνὴ ἀγαλλιάσεως, καὶ θεότητος ἔλλαμψις B
τελεωτέρα καὶ καθαρωτέρα, ἧς νῦν ἐν αἰνίγμασι
καὶ σκιαῖς ἡ ἀπόλαυσις. τούτοις Κυπριανὸς
χαίρει μᾶλλον τιμώμενος, ἢ πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς
ἄλλοις. ταῦτα καὶ παρὼν ἐφιλοσόφει [c] τῷ βίῳ, c
καὶ ἀπὼν πᾶσι διακελεύεται διὰ τῆς ἡμετέρας
φωνῆς· ἣν μηδαμῶς ἀτιμάσητε, εἴπερ τι
μέλει τῆς ἐκείνου καρτερίας ὑμῖν, καὶ τῶν
ἐκείνου περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισμάτων,
κἀμοῦ τοῦ ταῦτα [d] πρεσβεύοντος. αὐταί σοι d
C τῶν ἐμῶν λόγων αἱ [e] ἀπαρχαὶ, ὦ θεῖα καὶ e
ἱερὰ κεφαλή· τοῦτό σοι καὶ τῶν λόγων γέρας,
καὶ τῆς ἀθλήσεως· οὐ κότινος Ολυμπικὸς,
οὔτε μῆλα Δελφικὰ παίγνια, οὐδὲ Ισθμικὴ
πίτυς, οὐδὲ [f] Νεμαίας σέλινα, δι' ὧν ἔφηβοι f
δυσυχεῖς ἐτιμήθησαν· ἀλλὰ λόγος, τὸ πάντων
οἰκειότατον τοῖς λόγου θεραπευταῖς· εἰ δὲ
καὶ τῶν σῶν ἄθλων καὶ λόγων ἄξιον, τοῦ
Λόγου τὸ δῶρον. σὺ δὲ ἡμᾶς ἐποπτεύοις ἄνωθεν
ἵλεως, καὶ τὸν ἡμέτερον διεξάγοις λόγον καὶ
D βίον, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο ποίμνιον [g] ποιμαίνοις, g
ἢ συμποιμαίνοις, τά τε ἄλλα εὐθύνων ὡς οἷόν
τε πρὸς τὸ [h] βέλτιστον, καὶ τοὺς βαρεῖς λύκους h
ἀποπεμπόμενος τοὺς θηρευτὰς τῶν συλλαβῶν
καὶ τῶν [i] λεξέων· καὶ τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος i
ἔλλαμψιν, ἧς σὺ νῦν παραστάτης, τελεωτέραν
τε καὶ λαμπροτέραν ἡμῖν χαριζόμενος, ἣν
προσκυνοῦμεν, ἣν δοξάζομεν, ᾗ [k] συμπολι- k
τευόμεθα, προσκυνοῦντες Πατέρα ἐν Υἱῷ,
Υἱὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ᾧ καὶ παρασταίημεν
ὕστερον εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι, ἧς καὶ
μεταλάβοιμεν τέλειοι τελείως, ἐν αὐτῷ
Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, [l] ᾧ πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν. l

(*a*) Καὶ μετὰ τῶν Μαρτύρων. Bill. *simulque cum Martyribus colluctati.* Deest τῶν in pluribus Regg. & in Or. I.

(*b*) Επηγγελμένην. Coisl. 1. & Or. 1. ἡτοιμασμένην, *paratum.*

(*c*) Τῷ βίῳ. Coisl. 1. τῷ λόγῳ ἅμα δὲ καὶ τῷ βίῳ.

(*d*) Πρεσβεύοντος. Sic Reg. Chrys. Or. 1. Jes. Par. &c. In Ed. πρισβεύοντες.

(*e*) Απαρχαί. Hanc Orationem *primitias* appellat Gregorius; quo nomine Cyprianum tunc primùm à se laudari significat. Billius aliter exponit. *Veteres*, inquit in notis, *mortuis sacrificia peragebant, eaque primitias appellabant; ac præterea varia certaminum genera instituebant, in quibus victores præmia referebant;* ut describit Theologus.

(*f*) Νεμαίας. Or. 1. Νεμέας. Jes. Νεμαία.

(*g*) Ποιμαίνοις, ἢ συμποιμαίνοις. *Pascas, aut pascentem adjuves.* Sic Bill. in prima Editione.

(*h*) Βέλτισλον. Reg. a. βέλτιον.

(*i*) Λεξέων. Sic Regg. a. c. d. Coisl. 2. &c. In Ed. συλλέξεων.

(*k*) Συμπολιτευόμεθα. Billius : *cui munere nostro fungimur.*

(*l*) Ω πᾶσα δόξα &c. In quibusdam, ᾧ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

MONITUM

IN ORATIONEM VIGESIMAM-QUINTAM.

Variæ circa hujus Orationis inſcriptionem opiniones.

I. *Etsi conſtet hîc Maximum à Gregorio fuiſſe celebratum, iſtius tamen Orationis titulum non immutamus. Omnes enim, quos ſaltem vidimus, Codices, nullo excepto, nullo etiam reclamante Scholiaſta aut Interprete, inſcriptum, non* Maximi, *ſed* Heronis *nomen exhibent. Idcircò receptam inſcriptionis lectionem religiosè retinendam arbitramur. Quænam autem fuerit de hac inſcriptione eruditorum mens, inveſtigare operæ pretium eſt. Hieronymus aſſerit, Gregorium in hac Oratione Maximi Philoſophi laudes decantaſſe, & apertè declarat* falsò Heronis nomen à quodam fuiſſe ſuperſcriptum; *idque contigiſſe*, quòd alius eſſet liber ejuſdem Maximi vituperationem continens, quaſi, *addit ſanctus Doctor,* non licuerit eundem & laudare & vituperare pro tempore. *Billius verò, quamvis non diffiteatur Maximi laudes hâc Oratione comprehendi, cenſet tamen, non ab alio quodam, ſed ab ipſo Gregorio Maximi nomen conſultò mutatum fuiſſe*, ne, *inquit*, ingratiſſimi hominis nomen in ſuis monumentis exſtaret; *illudque ab Elia non obſervatum miratur. Verùm debile prorsùs ac infirmum videtur iſtud argumenti genus; præſertim, cùm Gregorius ipſe, ut alia omittamus, alibi* ſe Maximum laudaſſe *non inficietur. Conjiciunt alii, inter quos Tillemontius, Philoſophum iſtum binominem fuiſſe, ac apud Ægyptios, unde oriundus erat, Heronis, & Conſtantinopoli, ubi nimis clarus evaſit, Maximi nomine nuncupatum. Veriſimilior forſan videri poſſet hæc doctiſſimorum virorum conjectura; ſed nos tam expreſsè conſignata Hieronymi ſententia ſuſpenſos adhuc detinet. Nam, ſi binominis reverà fuiſſet Maximus, quis credat, ut obſervat ipſe Tillemontius, Hieronymum, qui cum Gregorio Conſtantinopoli tam familiariter verſabatur, id ignoraſſe?*

Hier. Scrip. Eccl. Baſil. ed. p. 149.

Bill. Or. argum.

Carm. de vita ſua. vers 965.

Tillem. artic LIX. p. 443. & 712.

Utrùm Hero à Cyrillo citatus, idem fuerit ac Maximus Cynicus.

II. *Cyrillus Schytopolitanus, in vita ſancti Euthymii & ſancti Sabæ, inter Chronologos, poſt Hippolytum & Epiphanium, collocat* Heronem *quemdam* Philoſophum & Confeſſorem. *Hinc Cotelerius ſic conjiciendo adnotat.* Neque pudet me neſcire, quod à viris longè doctiſſimis fuit ignoratum; neque tacebo conjecturam meam, aut ſi velis, hariolationem, num Hero iſte Philoſophus & Confeſſor ſit Maximus Cynicus, quem iis ſub nominibus laudat Oratione Gregorius Theologus; quique ſcripſit, teſte Hieronymo, inſignem librum adverſus Arianos, & fortè alia reliquit ingenii ſui monumenta, atque alicubi operum inſeruit nonnihil Chronologicum, ob quod ab auctore noſtro unà cum Hippolyto & Epiphanio citetur. *Verùm huic conjecturæ ultrò adſcribendum non putamus, cùm nihil apud Hieronymum, de hac Maximi, ſeu, Heronis Chronologia reperiatur. Priùs quippè probandum eſſet, Heronem, qui à Cyrillo inter Chronologos citatur, ipſum reverà fuiſſe Maximum*

Cotel. mon. Eccle. græc. t. 2. in not. p. 640.

Cynicum; quod probatu certè nobis perquàm difficile, ne dicamus impossibile, videtur. Mirum quidem non esset, quosdam Maximos, seu Herones Philosophos & Confessores, iisdem ferè temporibus extitisse; sed quod maximè mirandum est, Gregorium, qui in aliis, tum Athanasii, tum Cypriani encomiis, eos sæpiùs proprio nomine compellat, ne semel quidem in hac Oratione, vel Maximum, vel Heronem nominasse. Forsan igitur satius esset, Hieronymi sententiæ simpliciter adhærere, quàm conjecturis jugiter inhiare.

Ad Maximũ Cynicum non scripsit Athanasius.

III. *Objici etiam potest, utrùm Maximus à Gregorio laudatus, idem sit ac ille, ad quem honorificæ Athanasii & Basilii exstant epistolæ. Quod ad Athanasium attinet, non omninò assentimur nostris, qui novam sancti Doctoris operum editionem adornarunt. Illi siquidem hac de re sic admonent:* Hic Maximus Philosophus, ad quem epistolam mittit sanctus Athanasius, non alius profectò videtur esse, quàm Alexandrinus ille, cujus laudes Oratione celebrat Gregorius, cujus nomine posteà suppresso, falsum Heronis nomen superscriptum fuisse narrat Hieronymus. *Verùm, si attentè perpendantur, tum ipsamet Athanasii epistola, tum temporis & rerum circumstantiæ, plura occurrent, quæ illorum sententiæ minimè faveant. Ac primò quidem nullum est dubium, quin iste Maximus, in libro quem ad Athanasium misit, plurima, non tantùm adversus Arianos, sed etiam adversus Gentiles, Judæos, Manichæos aliosque Hæreticos, docuerit. Id ex ipsa Athanasii responsione colligitur. Fatetur enim sanctus Doctor, se, responsum dictando, ex ipso libro mutuari quæcumque de Christi divinitate pertractat. Maximi quoque scripto nihil addendum arbitratur.* Satis sunt, *inquit*, quæ ipse scripsisti. Tu autem infideles, ἀπίστους, ritè perdoce. Fortè enim futurum est, ut, relictâ inscitiâ, ad veritatis cognitionem perveniant. *Laudat insuper Maximi pietatem, doctrinam & ardens pro veritate studium; quæ profectò ad Cynicum nostrum referri non possunt. Deindè Athanasius ad Maximum suum scribebat, ut nostris visum est, anno 371. & è vivis excessit anno 373. Nondùm autem tunc temporis pietatis larvam induerat Maximus Cynicus; cùm non nisi anno 379. ab exilio redux, Constantinopoli à Gregorio exceptus fuerit. Non igitur ad Maximum Cynicum scripsit Athanasius, ut falsò putarunt ipsius editores.*

Nova Athan. ed. admon. in epist. ad Maxi. Phil. tom. 1. n. 2. p. 917.

Athan. epist. ad Maxi. t. 1. p. 920.

Alter Basilii, alter Gregorii Maximus.

IV. *Multò minùs difficultatis occurrit circa Maximum illum ad quem scripsit sanctus Basilius. Ut penitùs solvatur nodus, satis erit utriusque Maximi mores & indolem aperire. Basilii Maximus fuit quidem Philosophus, non Cynicus, vel è Porticu, sed Christianus.* Ex aliena radice, *inquit Basilius*, ex ampla familia & illustri genere, ad Evangelicam translatus vitam, (*id est in ore sanctorum Patrum, ad Monasticam vitam*,) ratione juventutem refrænabat, carnis libidinem rationis imperio subjiciebat, & consentaneam Christiano humilitatem amplexabatur. *Tanta ipsi inerat pietas, tantum virtutis ac religionis studium, ut Basilius ipse, ni fuisset senio & infirmitate gravatus, variisque Ecclesiæ curis impeditus, ad eum visendi desiderio se contulisset. En Basilii Maximus. Quantùm autem ab illo discrepat Maximus alter,*

Nova Bas. ed. t. III. epist. CCLXXVII. p. 421.

alter, ſeu Hero, quem celebravit Gregorius. Iſte enim, genere Ægyptius, patriâ Alexandrinus, nullâ ſanguinis nobilitate clarus, licèt parentes habuerit, non ſolùm Chriſtianos, ſed etiam, ſi ſceleſto filio fides addenda eſt, Chriſti Martyres, fuit profeſſione Philoſophus, non profectò Chriſtianus, ſed Cynicus. Nihil enim dicemus de ipſius inverecundis moribus, edacitate, ingluvie & ignorantia, de quibus Gregorius, Carmine de vita ſua, *fusè recantando pertractat. Ille quidem, ob turpia quædam facinora, virgis cæſus circa annum 374. in Oaſim inſulam poſteà deportatus eſt; undè poſt quadriennium elapſus, ac multùm vagatus, ubique ſcelerum ſuorum veſtigia relinquens, Conſtantinopolim tandem appulit anno 379. Pietatis ac religionis ſimulacro obtectus, Gregorium adit, fingitque ſe pro Chriſti nomine virgas & exilium ſubiiſſe. Ipſius dolis ac ſimulationibus deceptus Theologus, eum amanter exceptum, in familiarium numero adſcripſit, atque iſtam ſubindè Orationem in illius laudem habuit.*

Vers. 750. & ſeq.

V. *Mirum ſanè cuique videri debet, quantùm Gregorius fuerit à Maximo deluſus. Nam, ſi nulla alia exſtarent de iſto Cynico contraria monumenta, præclarè quidem de illo ſentiendum foret. Sic enim exorditur Orator:* Philoſophum laudabo, *& Philoſophiæ commodis atque utilitate breviter expoſitis, præſentem Maximum compellans, proſequitur:* Huc ades, ô Philoſophorum, imò & veritatis Martyrum præſtantiſſime.... Huc ades, adulterinæ ſapientiæ confutator.... Huc ades, qui in alieno habitu noſtra profiteris.... Huc ades, & ad menſam myſticam propiùs accede.... Huc ades, te coronis noſtris devinciam, ac clarâ voce, non in media Olympia, nec in exiguo Græciæ theatro, ſed coram Deo, & Angelis, & univerſo Eccleſiæ cœtu victorem proclamabo. *Quis, talia audiendo, Maximum, ut veritatis Athletam, fidei clypeum, Eccleſiæ columen, acerrimum erroris hoſtem, & firmiſſimum divinitatis propugnaculum non admiretur? Deinde Tgeologus, non* ſanguinis, *ſed* pietatis illius ac morum nobilitatem *extollit; & percurrens quaſcumque pro Chriſto ſubiiſſe dictitarat hypocrita afflictiones & exilia, eum, ut Chriſti Martyrem, & virtutum omnium exemplar Auditoribus repræſentat. Verùm ignoſcendus profectò Gregorii error, in quem eò facilius lapſus eſt, quò ipſe eſſet candidior. Etenim viri probi bonum facilè credunt; ad ſuſpicandum verò aliquid mali, ſegnes ſunt & tardiores. Ignoſcendus, inquam, error, cujus ſic Gregorium pœnituit, ut, non ſolùm laudes, quibus Maximum celebrarat, recantaverit; verùm etiam* linguam præcidendam obtulerit, *ſeque ipſe ſilentio damnaverit, ſi ipſi venia denegaretur. Cæterùm in hac Oratione plura interſerit Orator de Eccleſiæ perſecutione ſub Arianis Principibus, digniora certè, quàm quæ de Cynico celebravit. Conſtantinopoli dictam exeunte anno 379. cum eruditis exiſtimamus.*

Analytica Orationis Synopſis.

Or. xxv. n. 1.

Ibid. n. 2.

Ibid. n. 3.

Carm. de vita ſua, vers. 994. & ſeq.

IN LAUDEM HERONIS *Philoſophi.*

Alias 23. *quæ nunc* 25. *erat, nunc* 33.

ORATIO VIGESIMA-QUINTA.

Habita Conſtantinopoli, exeunte anno 379.

Philoſophiæ laus.

I. PHILOSOPHUM laudabo, tametſi corpore æger: id enim philoſophicum eſt; laudabo autem admodùm meritò. Ille enim Philoſophus eſt, ego verò ſapientiæ cultor. Ac proindè non incongruè hoc laudis munus ſuſcipio, ut, ſi nihil aliud, hoc certè nomine philoſopher, quòd Philoſophum laudem atque admirer. Aut enim philoſophiæ operam dare oportet, ut ego cenſeo, aut philoſophiam honore complecti; ne alioqui à recto atque honeſto prorsùs excidamus, ac brutæ cujuſdam vecordiæ damnemur, qui rationis participes creati ſumus, ac per rationem ad Verbum properamus. Philoſophicè quoque, ut alia, vir hic ferat ſe laudari, ac virtutum ſuarum prædicationem æquo animo accipiat. Non enim ut ab ipſo gratiam ineamus, eum laudabimus; (neque nos fugit, quàm ab honoris cupiditate Philoſophi hujus animus abhorreat, ac prætereà ne cumulum quidem ullum rebus Oratio afferet, imò etiam, ob imbecillitatem ſuam aliquid de dignitate detrahet;) verùm ut nobis ipſis proſimus. Hoc enim Philoſophia non jam contemnet, ac pro nihilo putabit, quippe cujus hoc munus & ſtudium ſit, ut de vita humana præclarè mereatur. Prima porrò benè merendi ratio eſt, rerum honeſtarum commendatio. Laus enim zelum parit: zelus autem virtutem: virtus porrò beatitudinem: hæc verò rerum expetendarum culmen eſt, ad quod omnis probi viri agitatio tendit.

Philoſophiæ munus, de vita humana præclarè mereri.

Præſentem Maximum honorificentiſſimè compellat.

II. Adeſdum igitur, Philoſophorum, addam etiam, veritatis Martyrum, optime ac præſtantiſſime. Adeſdum confutator adulterinæ illius ſapientiæ, quæ in verbis ſita eſt, ac per linguæ lenocinia velut præſtigias offundit, ſupra hoc autem attolli, nec vult, nec poteſt. Adeſdum virtute dexter, tam quæ in contemplatione, quàm quæ in actione verſatur, qui in alieno habitu noſtra profiteris; ac ne in alieno quidem fortaſsè, ſiquidem angelicum eſt, veſtitûs candor & ſplendor, cùm corporeâ formâ

[a] ΕΙΣ ΗΡΩΝΑ τὸν Φιλόσοφον. [a]

ΛΟΓΟΣ κε.

Α α. ΤΟΝ Φιλόσοφον ἐπαινέσομαι, καὶ εἰ [b] κάμνω τῷ σώματι· φιλόσοφον γάρ· [b] ἐπαινέσομαι δὲ καὶ λίαν εἰκότως. ὁ μὲν γὰρ φιλόσοφος, ἐγὼ δὲ Σοφίας θεραπευτής· ὥστέ μοι καὶ περὶ λόγον ὁ ἔπαινος, ἵν', εἰ μή τι ἄλλο, τοῦτό γε φιλοσοφήσω, τὸ θαυμάζειν φιλόσοφον. ἢ γὰρ φιλοσοφητέον, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, ἢ τιμητέον φιλοσοφίαν, εἴπερ μὴ μέλλοιμεν παντελῶς ἔξω τοῦ καλῶ πίπτειν, μηδὲ ἀλογίαν κατακριθήσεσθαι λογικοὶ γε- Β γονότες, καὶ δι' λόγου περὸς Λόγον σπεύδοντες. φιλοσοφείτω δὲ ἡμῖν ὡς ἓν τῶν ἄλλων ὁ ἀνὴρ, τὸ ἐπαινεῖσθαι, καὶ καρτερείτω τὴν εὐφημίαν. οὐ γὰρ ἵνα χαρισώμεθα ἐπαινεσόμεθα· ἴσμεν τοῦ φιλοσόφου τὸ ἀφιλότιμον, καὶ περός γε οὐδὲν ἂν ὁ λόγος περισθείη τοῖς [c] θεάμασιν, [c] ὅτι μὴ καὶ τῆς ἀξίας ἐλαττώσῃ δι' τῆς ἀσθενείας τῆς ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἵν' ἡμᾶς αὐτοὺς ὠφελήσωμεν. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτι περιφρονήσει φιλοσοφία, ἥ γε τὸ εὖ ποιεῖν τι τὸν ἡμέτερον C βίον, ἔργον καὶ σπούδασμα. περῶτη δὲ τῶν εὐεργεσιῶν, τὸ ἐπαινεῖσθαι τὰ καλά. [d] ζῆλος [d] γὰρ ὁ ἔπαινος περόξενος· ζῆλος δὲ, ἀρετῆς· ἀρετὴ δὲ, μακαριότητος· ἡ δὲ, τὸ ἄκρον τῶν ἐφετῶν, καὶ περὸς ὃ τείνει πᾶσα σπου- δαίου κίνησις.

Β β. Δεῦρο δὴ οὖν, ὦ φιλοσόφων ἄριστε & τελεώτατε· περισθήσω δὲ, ὅτι καὶ μαρτύρων τῆς ἀληθείας. δεῦρό μοι τῆς νόθου Σοφίας D ἔλεγχε, τῆς ἐν λόγῳ κειμένης, καὶ [e] δι' [e] εὐγλωττίας γοητευούσης, ὑπὲρ δὲ τοῦτο μηδὲν δύναρθῆναι, μήτε δυναμένης, μήτε θελούσης· ὁ περιδέξιος τὴν ἀρετὴν, ὅση τε θεωρίας, καὶ ὅση πράξεως, ὁ τὰ ἡμέτερα φιλοσόφων ἐν ἀλλοτρίῳ τῷ σχήματι· τάχα δὲ οὐδὲ ἀλλοτρίῳ, [f] εἴπερ ἀγγελικὸν, ἥ [f]

(a) Εἰς Ηρῶνα τὸ φιλόσοφον Sic plerique Codices. Reg. hu. addit: Αλεξανδρέα, ἐξορισθέντα διὰ τὴν πίστιν, καὶ ἐπανελθόντα μετὰ τριετῆ χρόνον. ἐρρέθη ἐν Κωνσταντινουπόλει. *In laudem Heronis Philoſophi Alexandrini, ob fidem in exilium miſſi, ac poſt triennium reverſi. Dicta Conſtantinopoli.* Sic Billius vertit, quamvis in editis legatur tantùm: Εἰς Ηρῶνα τὸν φιλόσοφον ἀπὸ τῆς ἐξορίας ἐπανελθόντα. *In laudem Heronis Philoſophi ab exilio reverſi.* Cæterùm in monito probavimus, non Heronem, ſed Maximum Philoſophum Cynicum in hac Oratione à Gregorio fuiſſe laudatum.

(b) Κάμνω. Coisl. 1, κάμνων.

(c) Πράγμασι. Coisl. 1. & alii, θαύμασι, *miris rebus.*

(d) Ζῆλος γάρ &c. *Laus enim parit zelum.* Schol. κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν, καὶ ἐν τῷ ἐπιταφίῳ τῷ μεγάλου Βασιλείου φησίν· ὧν γὰρ τοὺς ἐπαίνους οἶδα, τάχαν σαφῶς καὶ τὰς ἐπιδόσεις. *Juxta eandem ſententiam, in funebri quoque Baſilii Magni Oratione ait: Quorum enim novi laudes, horum quoque palàm incrementa explorata habeo.* Hæc ultima Scholii verba reperiuntur Or. XLIII. n. 1.

(e) Δι' εὐγλωττίας. *Per linguæ lenocinia*, id eſt, *per ſermonis elegantiam & illecebras.* Bill. *per linguæ facundiam.*

(f) Εἴπερ ἀγγελικὸν &c. Reg. hu. Coisl. 1. Paſſ. &c. habent: εἴπερ Ναζιραίων μὲν ἡ κόμη, καὶ ἡ τῆς κεφαλῆς

a λαμπροφορία, καὶ ἡ [a]φαιδρότης, ὅταν τυπῶνται ζωματικῶς· σύμβολον, οἶμαι, τοῦτο τῆς κατὰ τὴν φύσιν αὐτῶν καθαρότητος. δεῦρό μοι φιλόσοφε καὶ σοφέ· μέχρι γὰρ τίνος τὸ φιλεῖν σοφίαν, εἰ μηδαμοῦ σοφία; b καὶ [b]κύων, οὐ τὴν ἀναισχυντίαν, ἀλλὰ τὴν παῤῥησίαν· οὐδὲ τὸ γαστρίμαργον, ἀλλὰ τὸ ἐφήμερον· οὐδὲ τὴν ὑλακὴν, ἀλλὰ τὴν φυλακὴν τοῦ καλοῦ, καὶ τὸ ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἄγρυπνον, καὶ τὸ σαίνειν μὲν ὅσον κατ' ἀρετὴν οἰκεῖον, ὑλακτεῖν δὲ ὅσον c ἀλλότριον. δεῦρό μοι, [c]στῆθι τῶν ἱερῶν πλησίον, καὶ τῆς μυσικῆς ταύτης τραπέζης, κἀμοῦ τοῦ δι' τούτων μυσταγωγοῦντος τὴν θέωσιν, οἷς σε προσάγει λόγος καὶ βίος, καὶ ἡ δι' τοῦ παθεῖν κάθαρσις. δεῦρό, σε ἀναδήσω τοῖς ἡμετέροις στεφάνοις, καὶ ἀνακηρύξω λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, οὐκ ἐν Ολυμπίᾳ μέσῃ, οὐδὲ ἐν θεάτρῳ μικρῷ τῆς Ελλάδος, οὐδὲ ἠγωνισμένον παγκράτιον, ἢ πυγμὴν, ἢ δίαυλον, ἢ τι τῶν μικρῶν ἀγωνισμάτων, καὶ ἐπὶ μικροῖς τοῖς ἄθλοις, d οὐδὲ εἰς τιμὴν ἡρώων [d]τινὸς ἢ δαιμόνων, συμφορᾷ καὶ μύθῳ τετιμημένων τοιαῦτα c γὰρ ἐκείνων τὰ σεμνά τε καὶ τίμια, [e]χρόνον προσλαβόντα τῆς ἀνοίας ἐπίκουρον, καὶ συνήθειαν ἔννομον· ἀλλ' ἐναντίον Θεοῦ, καὶ Αγγέλων, καὶ παντὸς τοῦ τῆς Εκκλησίας πληρώματος· καὶ νενικηκότα ψεῦδος αἱρέσεων, εἰς τιμὴν Θεοῦ ζῶντος, καὶ τὸ παθεῖν τοῖς οἰκείοις πάθεσιν ἐκδιδάσκοντος, καὶ ὧν D ἆθλον, οὐρανῶν βασιλεία, & Θεὸν γενέσθαι, τοῦ παθεῖν ὑψηλότερον.

γ. Αλλὰ τίς ἡ ἀνάῤῥησις; εἰ μὲν τὴν συντομωτέραν ποθεῖτε καὶ γνωριμωτέραν· οὗτος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴς ἀψευδέστατος, καὶ τῆς Τριάδος ὑπέρμαχος ἄχρις αἵματος, καὶ τῶν διωκόντων, τῷ ποιεῖν κακῶς, τῷ πάσχειν προθύμως, διώκτης. οὐδὲν γὰρ οὕτω νικᾷ τὸν διώκοντα, ὡς προθυμία f τοῦ πάσχοντος. εἰ δὲ τὴν [f]τελεωτέραν καὶ E πλατυτέραν· οὗτος ἄριστος μὲν ἐξ ἀρίστων, καὶ ἐξ εὐγενῶν εὐγενέστατος. εὐγένειαν δὲ

pinguntur; ad designandam, ni fallor, naturalem ipsorum puritatem. Adesdum Philosophe & sapiens: quousque enim ille sapientiæ amor jactabitur, si nusquam sit sapientia? Adesdum Canis, non impudentiâ, sed oris libertate; non ingluvie, sed quia in diem vivis; non latratu, sed boni custodiâ, ac vigiliis pro animarum salute susceptis, atque etiam, quia virtutis quidem familiares ac domesticos mulces, alienis autem oblatras. Adesdum, ad sacra hæc, & mensam hanc mysticam, atque ad me, qui per hæc sacrum deificationis munus obeo, propiùs accede, ad quæ sermo, & vita, & purgatio ea, quæ per cruciatus comparatur, te adducunt. Adesdum, te coronis nostris devinciam, ac clarâ voce, non in media Olympia, nec in exiguo Græciæ theatro, sed còram Deo, & Angelis, & universo Ecclesiæ cœtu victorem proclamabo; ut qui, non pancratio, aut cestu, aut cursu, aut alio quodam parvo, atque ob parva præmia inito, certaminis genere dimicaris, nec ad Heroum cujuspiam aut Dæmonum honorem, quibus calamitates tantùm & fabulæ nominis celebritatem pepererunt; (hujusmodi enim sunt, quæ de illis honorificè prædicantur, posteaquàm in stultitiæ patrocinium, tempus, & pro re legitima consuetudinem assumpserunt;) verùm hæresum mendacium deviceris, in honorem Dei viventis, qui nos quoque per suos cruciatus ad subeundos cruciatus erudit, quorum etiam certaminum præmium, cœli regnum est, ac Deum effici, omni doloris sensu sublimiorem.

III. Quodnam autem hoc præconium est? Siquidem brevius & notius quæritis, erit hujusmodi: Hic est veritatis athleta verissimus, & Trinitatis ad sanguinem usque propugnator, atque eorum, qui ipsum, injuriæ inferendæ causâ, persequebantur, per patiendi alacritatem persecutor. Nihil enim persecutorem ita superat, ut patientis alacritas. Si verò perfectius & latius postulatis, tale erit: Hic ex optimis optimus, & ex nobilibus nobilissimus. Nobilitatem autem dico, non Christianâ

Maximus Christi Athleta.

καθιέρωσις, ὧν σίδηρον ἀπήγαγεν, ὅσπερ καὶ θυσιαστηρίων, ὁ νόμος. ἀγγελικὴ δὲ ἡ λαμπροφορία, καὶ &c. *Siquidem coma & capitis consecratio Nazaræorum est, à quibus, velut ab altari, lex ferrum amovebat* &c. Maximus, tametsi Christianam religionem profiteretur, philosophicum tamen habitum non exuerat.

(a) Φαιδρότης. In quibusdam, λαμπρότης.

(b) Κύων. Reg. a. κύον. *O canis.* Philosophi Cynici sic vocabantur, quòd canum voracitatem, ingluviem & oblatrandi libidinem &c. æmularentur. Cùm Maximus esset Cynicus, ac Cynico habitu indueretur, utpotè qui & comam aleret, & vestem albam gereret, opponit hîc Gregorius Cynicorum vitiis veri Philosophi notas. Undè, Maximus, *canis* appellatur, inquit Elias, *non ob impudentiam ut canes, sed ob libertatem, non ob ingluviem, sed quòd in diem vivat* &c.

(c) Στῆθι τῶν ἱερῶν &c. Videtur Theologus his verbis Cynicum hortari ad Sacerdotium, cui, tum vitâ, tum doctrinâ eum esse idoneum arbitrabatur.

(d) Τινός. Coisl. 1. & Pass. τινῶν.

(e) Χρόνον προσλαβόντα &c. Billius: *Posteaquàm temporis ac legitimæ consuetudinis auxilium assumpserunt.* Rectiùs quidem in prima Editione reddiderat: *Posteaquàm temporis antiquitas, vimque legis obtinens consuetudo, stultitiæ opem tulit.*

(f) Τελειωτέραν. In nonnullis, τελεώτεράν τι.

nobilitate decoratus.

quam plerique exiſtimant : abſit. Non enim noſtrum eſt, nec philoſophicum, eam admirari, quæ à fabulis & ſepulchris, ac ſupercilio jampridem putrefacto manat : nec eam, quæ ex ſanguinibus & litteris oritur, quam noctes largiuntur, ac regum ignobilium quoque fortaſsè manus, nobilitatem, velut quiddam aliud, jubentium : ſed quam pietas & mores notant atque indicant, & ad primum illud bonum, ex quo originem traximus, aſcenſus. Hujus nobilitatis hoc unum argumentum eſt. Etenim non tantùm Martyr ipſe generoſus extitit, ſed etiam ex Martyribus. Itaque virtutis exemplum ipſe domi habuit. Jam, quòd ad civitatem attinet, ſiquidem ſapientiæ ratio habeatur, totius orbis terrarum eſt civis : nec enim Cyniciſmus exiguis finibus circumſcribi fuſtinet ; ſi verò corpus ſpectemus, Alexandriâ ortus eſt, ex ea nimirùm civitate, quæ vel cum veſtra, vel certè ſtatim poſt eam numeratur : quæ, cùm omnibus rebus urbes omnes antecellat, nihil tamen tam proprium habet, quàm animorum fervorem, &, quod in eo præclariſſimum eſt, acerrimum erga Chriſtianam religionem ſtudium, à voluntate quidem atque animi propoſito principium ducens, cæterùm à natura poſteà confirmatum. Animi enim fervor, cùm ad pietatem acceſſerit, zelum parit : zelus autem fidei præſidium eſt.

Martyr ipſe, parentes Martyres habuit.

Chriſtianam Philoſophiam amplectitur.

λέγω, οὐχ ἣν οἱ πολλοὶ νομίζουσιν· ἄπαγε. οὐ
πρὸς ἡμῶν οὕτω[a] θαυμάζειν, οὐδὲ φιλόσοφον, a
τὴν ἐκ μύθων καὶ τάφων ἐρχομένην, καὶ
πάλαι σεσηπυίας ὀφρύος, οὐδὲ τὴν ἐξ αἱμάτων
καὶ [b]γραμμάτων πρόσγινομένην, ἣν [c]νύκτες b c
χαρίζονται, καὶ βασιλέων ἴσως οὐδὲ εὐγενῶν
χεῖρες, προσλασσόντων, ὥσπερ ἄλλό τι, τὴν
εὐγένειαν· ἀλλ' ἣν εὐσέβεια χαρακτηρίζει καὶ
τρόπος, καὶ ἡ πρὸς τὸ πρῶτον ἀγαθὸν
ἄνοδος, ὅθεν γεγόναμεν· ταύτης ἀπόδειξις
μία τῆς εὐγενείας. οὐ γὰρ ἀθλητὴς μόνον
ἡμῖν ὁ γεννάδας, ἀλλὰ καὶ ἐκ μαρτύρων·
ὥστε οἴκοθεν αὐτῷ τὸ τῆς ἀρετῆς πρόδειγμα.
πολίτης δὲ, σοφίᾳ μὲν, τῆς οἰκουμένης
ἁπάσης· οὐδὲ γὰρ ἀνέχεται μικροῖς ὅροις
Κυνικὴ περιγράφεσθαι· σώματι δὲ, τῆς
Ἀλεξανδρέων πόλεως, τῆς σὺν [d]ὑμῖν, ἣ d
[e]μεθ' ὑμᾶς εὐθέως ἀριθμουμένης· ἧς πᾶσι e
πάντων κρατούσης, θερμότης τὸ [f]ἰδιαίτατον, f
καὶ ταύτης τὸ κάλλιστον, Χριστιανισμὸς,
καὶ ἡ περὶ [g]τοῦτο διάθεσις, ἐκ προαιρέσεως g
μὲν ἀρχομένη, τῇ δὲ φύσει βεβαιουμένη.
τῇ γὰρ εὐσεβείᾳ τὸ θερμὸν προσχωρῆσαν,
ζῆλος ἐγένετο· ζῆλος δὲ, ἀσφάλεια
πίστεως.

Vitæ genus, quòd nihil eſt maximi momenti, ſibi proponendũ inſtituit.

IV. Enimverò cùm ita, ut eum decebat, qui talibus ortus, ac talis futurus erat, educatus inſtitutúſque fuiſſet, jamque tempus poſtulare videretur, ut certum ſibi vitæ genus conſtitueret, (quod ego tanti momenti eſſe duco, ut totius vitæ, vel rectè, vel malè traducendæ fundamentum in eo poſitum eſſe putem,) majus quiddam atque excelſius, quàm vulgus ſoleat, animo agitare cœpit. Delicias enim, & opes, & potentiam magis aſpernatur, quàm alios aſpernari ſolent ii, qui his rebus excellunt. Ac delicias quidem, ut primam ærumnam & afflictionem, opes autem, ut extremam paupertatem, potentiam verò, ut ſummam imbecillitatem deſpicit, atque amolitur. Neque enim quidquam boni nomen obtinere poſſe ſtatuebat, quod dominos ſuos haudquaquàm meliores, imò etiam perſæpè deteriores efficeret, nec conſtanter cum his, à quibus poſſidetur, maneret. Philoſophiam autem perturbationum animi dominam ſibi præficit, ſtrenuéque ad virtutem contendit, atque, antequam à corporis mole disjungatur, à corporis mole ſeſe abſcindit, ac ſupra ea, quæ oculis cernun-

δ'. Τραφεὶς δὲ οὕτω καὶ παιδευθεὶς, d
ὡς εἰκὸς τὸν ἐκ τοιούτων γεγονότα, καὶ
τοιοῦτον ἐσόμενον, ἐπειδὴ βίων αἱρέσεως
καιρὸς ἐδόκει, ἣν κρηπῖδα τοῦ πράττειν
εὖ ἢ κακῶς ἐγὼ τίθεμαι, [h]εἰδέ τι μέγα, h
καὶ νεανικὸν, καὶ τῶν πολλῶν ὑψηλότερον.
τρυφὴν μὲν ἀτιμάζει καὶ περιουσίαν,
καὶ δυναστείαν πλέον, ἢ τοὺς ἄλλους οἱ
ταῦτα προέχοντες. καὶ τὴν μὲν, ὡς πρώτην
κακοπάθειαν, τὴν δὲ, ὡς ἐσχάτην πενίαν,
τὴν δὲ, ὡς ἀσθένειαν τὴν ἀνωτάτω,
διαπτύει καὶ ἀποπέμπεται. οὐδὲν γὰρ
ἀγαθὸν εἶναι, ὃ μήτε βελτίους ποιεῖ
τοὺς κεκτημένους, ἀλλὰ καὶ χείρους ὡς
τὰ πολλὰ, μήτε διὰ τέλους παραμένει
τοῖς ἔχουσι. φιλοσοφίαν δὲ προΐσταται
τὴν δέσποιναν τῶν παθῶν, καὶ τῷ καλῷ
προσβαίνει νεανικῶς, καὶ ἀπὸ τῆς ὕλης
τέμνεται, [i]πρὶν διαζευχθῆναι τῆς ὕλης, i
καὶ τῶν ὁρωμένων κατεξανίσταται, μεγέθει
φύσεως, καὶ προαιρέσεως εὐγενείᾳ, τοῖς

(a) Θαυμάζειν. Coisl. 1. φιλοσοφεῖν.
(b) Γραμμάτων. *Litteris.* Hic obſervare juvat, inter varias nobilitatis ſpecies, eam à Gregorio numerari, quæ Principum favore & diplomatibus comparatur.
(c) Νύκτες. Schol. νυκτηρίναι σωμάτων συνουσίαι.
(d) Ὑμῖν. Sic Regg. bm. Coisl. 1. Elias & Combef. Ita legit Billius, In Ed. ἡμῖν.
(e) Μεθ' ὑμᾶς. Sic Reg. bm. & Coisl. 1. In Ed. ἡμας.
(f) Ἰδιαίτατον. Coisl. 1. ἰδιότατον.
(g) Τοῦτο. Coisl. 1. τότε.
(h) Εἰδέ. Reg. Cypr. ἴδε, *vide* &c.
(i) Πρὶν διαζευχθῆναι. Ita Regg. & Colb. plures, Coisl. 1. & 2. Or. 1. Par. Paſſ. *A terrenis ſe abſcindit ante disjunctionem à corpore*, Deeſt πρὶν in Ed.

ἑστῶσι

ἑστῶσι προσθέμενος. ἐπειδὴ οὕτω διενοήθη, τοῦτο μὲν οὐδὲ βουλῆς ἠξίωσε, ποτέραν δεῖ τῶν φιλοσοφιῶν ἑλέσθαι μᾶλλον, τὴν ἔξω καὶ παίζουσαν τὰς τῆς ἀληθείας σκιὰς ἐν τῷ τῆς φιλοσοφίας σχήματι καὶ προβλήματι, [a] ἢ τὴν ἡμετέραν καὶ ταπεινὴν μὲν τῷ φαινομένῳ, ὑψηλὴν δὲ τῷ κρυπτομένῳ, καὶ πρὸς Θεὸν ἄγουσαν· ἀλλὰ πάσαις ψήφοις αἱρεῖται τὴν ἡμετέραν, μηδὲν ὅλως ἐπὶ τὰ χείρω παρατραπεὶς τὴν διάνοιαν, μηδὲ ὑπὸ τῆς τῶν λόγων κομψείας παρασυρείς, [b] ἣ μέγα φρονοῦσιν οἱ τὰ Ἑλλήνων φιλοσοφοῦντες. ἐκεῖνο δὲ πρῶτον φιλοσοφεῖ, γνῶναι [c] τῶν ἡμετέρων ὁδῶν τὴν αἱρετωτέραν τε καὶ λυσιτελεστέραν ἐπίσης αὐτῷ τε καὶ πᾶσι Χριστιανοῖς. πανταχοῦ γὰρ τῷ καθ' ἑαυτὸν καὶ τὸν κοινὸν συλλαμβάνειν, ψυχῆς εἶναι τελεωτάτης τε καὶ φιλοσοφωτάτης [d] ἐνόμιζεν. οὐδὲ γὰρ ἑαυτῷ [d] γεγενῆσθαι μόνον ἕκαστον ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν, ὅσοι τῆς αὐτῆς μετέχουσι φύσεως, καὶ πρὸς τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς γεγόνασιν.

ε. Ὁρῶν δὲ τὸν μὲν ἐρημικὸν βίον καὶ ἰδιάζοντα, καὶ τῶν πολλῶν ἔκφυλον καὶ ἀλλότριον, μέγαν μὲν καὶ ὑψηλὸν, καὶ ὑπὲρ τὰ ἀνθρώπινα, μέχρις αὐτῶν δὲ μόνων τῶν κατορθούντων ἱστάμενον, καὶ τὸ [e] τῆς ἀγάπης [e] κοινωνικὸν καὶ φιλάνθρωπον ἀπαρνούμενον, ἢν ἐν πρώτοις εἶναι τῶν ἐπαινουμένων ἐγίνωσκε· πρὸς δὲ καὶ ἀδοκίμαστον, ὡς οὔτε ἐν τοῖς πράγμασι γυμναζόμενον, οὔτε ἄλλοις προσμετρώμενον· τὸ δὲ κοινωνικὸν καὶ ἐπίμικτον, πρὸς τῇ βασάνῳ τῆς ἀρετῆς, ἔτι καὶ εἰς τοὺς πολλοὺς διατεῖνον, καὶ θείας οἰκονομίας [f] ἐγγύς, ἢ καὶ πεποίηκε τὸ πᾶν, καὶ [g] φιλίᾳ συνέδησε, καὶ τὸ ἡμέτερον γένος ἐκπεσὸν τοῦ καλοῦ διὰ τὴν ἐπεισελθοῦσαν κακίαν, ἐκ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐπιμιξίας καὶ ὁμιλίας πάλιν ἀνεκαλέσατο· ταῦτα διανοηθείς τε [h] καὶ διελόμενος, καὶ ἅμα τὸν Ἑλληνικὸν τῦφον κολάσαι τῶν καλῶν εἶναι νομίσας, οἳ τῷ τρίβωνι καὶ τῇ ὑπήνῃ τὸ σεμνὸν [i] ὑποδύονται· τί ποιεῖ, καὶ πῶς τὴν φιλοσοφίαν μεταχειρίζεται; μέσην τινὰ χωρεῖ τῆς τε ἐκείνων ἀλαζονείας, καὶ τῆς

tur, assurgit, totum sese, indolis magnitudine, ac voluntatis generositate, rebus firmis & stabilibus addicens. Posteaquàm ita animo constituit, id ne quidem in deliberationem admisit, utram potiùs philosophiam sequeretur, externámne ac prophanam, atque in philosophiæ habitu & obtentu veritatis umbras assimulantem, an verò nostram, humilem illam quidem in specie & abjectam, cæterùm in occulto sublimem, atque ad Deum ducentem; verùm nostram omnibus, ut ita dicam, suffragiis statim eligit, nequaquàm passus mentem suam ad deteriora transversam agi, aut comptæ Orationis elegantiâ distrahi, ob quam ii, qui Gentilium placita profitentur, animos attollunt. Hoc autem primum philosophatur, ut, ex duobus nostris vitæ generibus, utrum præstantius sit, atque, & sibi, & omnibus Christianis fructuosius, intelligat. Etenim perfectissimi ac sapientissimi animi esse judicabat, privatæ utilitatis cum publicis commodis conjunctam habere rationem. Neque enim quemquam nostrûm sibi soli natum esse, sed omnibus etiam, qui ejusdem naturæ participes sunt, atque ab eodem, & ad eadem procreati sunt.

Duplex Christianorũ vivendi genus.

V. Cùm autem privatam vitam & solitariam, atque à vulgi commercio semotam & alienam, magnam quidem & præclaram, atque humanis rebus sublimiorem esse videret, cæterùm intra eos, qui hoc vitæ genere cum laude fungerentur, defixam esse, atque charitatis communionem & humanitatem repudiare, quam in præstantissimarum virtutum numero esse sciebat; idque prætereà incommodi habere, quòd eorum virtus, qui sic viverent, explorari non posset, quippè quæ nec in rebus gerendis exerceretur, nec cum aliis in comparationem veniret: eam contrà, quæ hominum societate & frequentiâ gaudet, præterquàm quòd multa quotidiè occurrunt, in quibus virtutis suæ periculum facere queat, ad multorum utilitatem etiam esse diffusam, atque ad divinam dispensationem propè accedere, quæ universam rerum molem condidit, amicitiæque vinculis constrinxit, genúsque nostrum propter vitii accessum à bono deturbatum atque dejectum, per familiaritatem illam vitæque consuetudinem, quam nobiscum habuit, ad pristinam dignitatem revocavit: hæc, inquam, cùm animo volveret ac perpenderet, simúlque Græcorum, qui pallio & promissâ barbâ, gravitatis speciem præ se ferunt, fastum atque insolentiam repri-

Vita solitaria.

Vita communis.

Maximus Philosophi habitum, Christiani veritatem profitetur.

(a) Η τήν. Sic tres Regg. duo Coisl. & Or. 1. Deest ἢ in Ed.
(b) Η μέγα φρονῆσιν. Sic Or. 2. & Pass. Deest μέγα in Ed.
(c) Τῶν ἡμετέρων. Sic Regg. a. bm. Or. 1. Pass. Deest τῶν in Ed.
(d) Γεγενῆσθαι. Duo Regg. γεγεννῆσθαι.
(e) Κοινωνικὸν. Reg. Cypr. addit, καὶ ἐπιμικτόν, *mixtamque caritatis societatem.*
(f) Ἐγγύς. Pass. addit, ἦκον.
(g) Φιλίᾳ. Or. 1. φιλανθρωπίᾳ, *humanitate.*
(h) Καὶ διελόμενος. Sic quatuor Colb. duo Coisl. Or. 1. Pass. Hervag. &c. In Ed. καὶ ἀναλόμενος.
(i) Ὑποδύονται. Pass. ἀποδύονται.

mere operæ pretium esse censeret: quidnam facit, & quonam pacto philosophiam tractat? Medius quodammodò inter illorum vanitatem, & nostram sapientiam incedit, atque illorum quidem habitum & larvam, nostrorum autem veritatem & sublimitatem profitetur.

Philosophorum impietatem habitu, quorumdam Christianorũ ineptiam vestis novitate confutat.

VI. Quamobrem Peripateticorum scholas, & Academias, & venerandam Stoam, & Epicuri casum ac temeritatem unà cum atomis & voluptate, coronâ laneâ cingens, (quemadmodum quidam ipsorum poëtam ornavit,) quàm longissimè ablegat & repellit. Cynicæ autem sectæ, impietatem quidem & numinis contemptum execratus, frugalitatem autem laudibus prosecutus, hoc est quod cernitis, Canis adversus veros canes, & Philosophus adversus insipientes, & Christianus ad benè de omnibus merendum paratus, atque illorum quidem arrogantiam per habitûs similitudinem, nonnullorum autem ex nostris ineptiam per vestis novitatem refutans: illud scilicet ostendens, nec pietatem in exiguis rebus, nec philosophiam in vultûs tristitia, verùm in animi firmitate ac mentis puritate, sinceráque ad bonum propensione consistere: nihil referre, quo habitu simus, & cum quibus consuetudinem habeamus, modò nos ita comparemus, ut sive soli simus, mentem à sensibus contrahamus, sive cum aliis versemur, in communi hominum cœtu tanquam in secreto vivamus, atque inter eos, qui minimè philosophantur, philosophiæ studia colamus. Et quemadmodúm

Viri sapientis est, inter malos vivere, & ipsorum vitiis non inficiei.

Gen. VI. 14. *arca illa Noë*, quæ in diluvio vim diluvii evasit; atque ingens illud Moysis spectaculum, hoc est, ille *montis rubus*, quem

Exod. III. 2. ignis urens non perurebat, eodem modo nos quoque, nec ex vulgi contagione detrimentum ullum contrahamus, quemadmodùm nec adamas ab iis, à quibus percutiur, & pro virili nostra curemus, ut alii per nos meliores efficiantur. Hujus philosophiæ fructus, non sermone fictæ civitates, (scindapsi quidam, ut ipsi aiunt, & tragelaphi, quæ lingua sola constituit,) nec categoriæ quædam & analyses, ac mixtiones, nec symbamata & parasymbamata, & argutatrix sapientia, nec lineæ quædam nusquam existentes, nec siderum nexus & fi-

ἡμετέρας Σοφίας, καὶ τῶν μὲν τὸ σχῆμα καὶ τὴν σκηνὴν, ἡμῶν δὲ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ὕψος φιλοσοφεῖ.

ς. Διὰ τοῦτο Περιπάτους μὲν, καὶ Ακαδημίας, καὶ τὴν σεμνὴν Στοὰν, καὶ τὸ αὐτόματον Επικούρου μετὰ τῶν ἀτόμων καὶ τῆς ἡδονῆς ἐρίῳ [a] στέψας, [b] ὡς τις ἐκείνων τὸν ποιητὴν, ὡς πορρωτάτω πέμπει καὶ ἀποκρούεται. Κυνικῆς δὲ, τὸ μὲν ἄθεον διαβλύσας, τὸ δὲ ἀπέριτλον ἐπαινέσας, τοῦτό ἐστιν ὃ νῦν [c] ὁρᾶτε, κύων κατὰ τῶν ὄντως κυνῶν, καὶ φιλόσοφος κατὰ τῶν ἀσόφων, καὶ Χριστιανὸς ὑπὲρ πάντων, καὶ νικῶν τὴν μὲν ἐκείνων αὐθάδειαν, τῇ τοῦ σχήματος ὁμοιότητι, τῶν δὲ παρ' ἡμῖν ἐστὶν ὧν τὴν ἀπειροκαλίαν, τῇ καινότητι τοῦ ἐνδύματος, δεικνὺς ὅτι μὴ ἐν μικροῖς τὸ εὐσεβὲς, μηδὲ ἐν τῷ κατηφεῖ τὸ φιλόσοφον, ἀλλ' ἐν ψυχῆς σταθρότητι καὶ διανοίας καθαρότητι, καὶ γνησίᾳ τῇ πρὸς τὸ καλὸν νεύσει· ὅπως ἂν τοῦ σχήματος ἔχωμεν, καὶ οἷς τισιν ἂν ὁμιλῶμεν, εἴτε ἡμῖν αὐτοῖς μόνοις συστέλλοντες τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων, [d] εἴτε τοῖς πολλοῖς τε καὶ ὁμοφύλοις ἰδιάζοντες ἐν τῷ κοινῷ, καὶ φιλοσοφοῦντες ἐν οὐ φιλοσοφοῦσιν. ὡς ἡ Νῶε κιβωτὸς ἐκείνη ἐν [e] κατακλυσμῷ κατακλυσμοῦ κουφοτέρα· καὶ ἡ τοῦ ὄρους βάτος, ἣν καῖον τὸ πῦρ οὐ κατέκαιε, τὸ μέγα Μωϋσέως [f] ὅραμα, οὔτε [g] αὐτόν τι πάσχοντες τοῖς πολλοῖς, οὐ μᾶλλόν γε ἢ ἀδάμας τοῖς παίουσι, καὶ δι' ἑαυτῶν τοὺς ἄλλους βελτίους ποιοῦντες εἰς δύναμιν. ταύτης καρπὸς τῆς φιλοσοφίας, [h] οὐ λόγῳ πλατλόμεναι πόλεις, [i] σκινδαψοί τινες, ὡς αὐτοί φασι, καὶ τραγέλαφοι, ἃ γλῶσσα μόνη συντίθησιν, οὐδὲ κατηγορίαι τινὲς, ἢ ἀναλύσεις, καὶ μίξεις, οὐδὲ [k] συμβάματα ἢ παρασυμβάματα, καὶ ἡ τεχνολογουμένη

(a) Στέψας. Or. I. & Pass. στεφανώσας. Addi posset, τῷ μύρῳ ἀλείψας, & *unguento ungens*. Utriusque enim coronæ, & *impositionis* & *unctionis* meminit Plato lib. III. de Republ.

(b) Ως τις ἐκείνων τὸν ποιητήν. *Ut quidam ipsorum Poëtam ornavit*. Plato ipse est, qui Homerum, ne juvenibus noxius & exitiosus esset, lanâ coronari & dimitti statuit. Hâc similitudine utitur Gregorius, ut sublimem Maximi Philosophiam extollat, qui, scholas Peripateticorum, Academicorum, Stoicorum & Epicuri coronâ laneâ cingens, quàm longissimè ablegat & repellit.

(c) Ορᾶτε. Or. I. ὁρᾶται.

(d) Εἴτε τοῖς. In nonnullis, εἴτε σὺν τοῖς.

(e) Κατακλυσμῷ κατακλυσμοῦ. Sic Regii & Colbertini plures, Coisl. I. & 2. &c. In Ed. deest κατακλυσμοῦ.

(f) Οραμα. Coisl. I. θέαμα.

(g) Αὐτόν τι. Quatuor Colb. duo Coisl. Pass. &c. αὐτοί τι. Sic etiam habet Hervag. ad cujus marginem scripsit Billius: *fortè* αὐτόν τι.

(h) Οὐ λόγῳ &c. Hîc Platonem carpit, qui lib. II. de Rep. sermone civitatem constituxit.

(i) Σκινδαψοί... τραγέλαφοι. Apollonii Interpres tradit Scindapsum esse plantæ genus, quod apud Nyssum in India nascitur. Cùm autem hæc planta nusquam alibi reperiatur, putat Gregorius, hanc vocem inanem esse, & nihil significare. Tragelaphus verò, est animal ex hirco & cervo conflatum, quod etiam à multis nunquam extitisse creditur. De Tragelapho tamen mentio est in Deuteron. XIV. 5. & in libro Job, juxtà Septuaginta, XXXIX. I.

(k) Συμβάματα &c. Propositiones, quæ sensum in-

σοφία, οὐδὲ γραμμαί τινες οὐδαμοῦ κείμεναι, οὐδὲ ἀστέρων πλοκαὶ καὶ σχήματα κατὰ τῆς θεωρίας ἐπινοούμενα. ταῦτα μὲν γὰρ αὐτῷ δευτέρου λόγου καὶ πάρεργα, καὶ τοσοῦτον [a] παιζόμενα, ὅσον μὴ παίζεσθαι ὑπὸ τῶν εἰδέναι προσποιουμένων.

guræ adversùs Dei providentiam excogitatæ. Hæc enim ille secundo loco semper habuit, obitérque ac velut per ludum attigit, hactenúsque duntaxat, ne ab illis, qui se earum rerum scientiam tenere profitentur, illudi atque exagitari posset.

ζ. Τί δὲ τὸ πρῶτον καὶ σπουδαζόμενον; ἢ πρὸς ἄρχοντας δικαιολογία, ἢ πρὸς [b] βασιλεῖς παῤῥησία, κατὰ τὸν θεῖον Δαβὶδ λαλοῦντα ἐναντίον βασιλέων, καὶ μὴ αἰσχυνόμενον, δήμων ἀλογίαν συστείλαι κυμαινομένων, δυναστῶν ἐξουσίαν ἀγριαινόντων, οἴκων ἀῤῥωστίαν στασιαζόντων, ἀπαιδεύτων ἀγροικίαν, πεπαιδευμένων ἀλαζονείαν, πλοῦτον ἐπαιρόμενον, κόρον ὑβρίζοντα, πενίαν κακουργοῦσαν, θυμὸν ἐκφερόμενον, καὶ [c] τὸν λογισμὸν ἐκφέροντα, ἡδονῆς ἀμετρίαν, γέλωτος ἀκρασίαν, λύπης ἀδημονίαν παῦσαι, νεότητος ἀνωμαλίαν, γήρως μικροψυχίαν, χηρείας ἐρημίαν, ὀρφανίας ἀπόγνωσιν. ταῦτα τῶν συλλογισμῶν καὶ τῶν γραμμῶν, καὶ τοῦ κεχηνέναι πρὸς τοὺς ἀστέρας, ἆρ' οὐ μακρῷ πρωτιμήσει τις εὐφρονῶν; ἐκεῖνο ἐνθυμηθείς, ὅτι συναγόντων μὲν πάντων, ἢ γεωμετρούντων, ἢ ἀστρονομούντων, οὐδὲν ἂν ὁ βίος ἡμῶν ὄφελος πρὸς τοῦτο ὠφεληθείη, ὅτι μὴ πᾶν τὰ πάντα λυθήσεται· τούτων δὲ ὧν εἶπον ἀναιρουμένων, ἀταξία τὸ πᾶν ἢ σύγχυσις. ταῦτα τῆς Ἀντισθένους ἀλαζονείας, καὶ τῆς Διογένους ὀψοφαγίας, καὶ τῆς Κράτητος κοινογαμίας, τί χρὴ λέγειν ὅσῳ κρείττω καὶ ὑψηλότερα; πλὴν [d] φειδόμεθα κἀκείνων αἰδοῖ τῆς θεσπιῳρίας, ἵνα τι τοῦ ἀνδρὸς ἀπολαύσωσιν. ἡμεῖς δὲ, [e] ἵνα τὰ ἐν μέσῳ συνέλωμεν, τὸ σῶφρον, τὸ ἐγκρατὲς, τὸ ἄτυφον, τὸ ἐπίχαρι, τὸ κοινωνικὸν, τὸ φιλάνθρωπον, τἆλλα οἷς ὑπὲρ ἅπαντας ὁ ἀνὴρ, ἐπὶ τὸ τελευταῖον μὲν τῇ τάξει, πρῶτον δὲ τῇ δυνάμει [f] τρεψόμεθα.

VII. Quodnam autem fuit primarium & antiquissimum ipsius studium? Pro jure & æquo cum Præsidibus expostulare, apud Reges sermonis libertatem adhibere, quemadmodùm eximius ille David, qui *loquebatur in conspectu Regum, & non confundebatur*, popularis turbæ fluctuum instar agitatæ stoliditatem compescere, ferocientium procerum licentiam, domorum inter se dissidentium morbum, indoctorum rusticitatem, doctorum arrogantiam, divitias insolenter sese efferentes, saturitatem petulanter & contumeliosè se gerentem, paupertatem ad maleficia proclivem, iracundiam præcipitem, ac rationem secum efferentem, voluptatem modum excedentem, risum petulantem, mœroris anxietatem coërcere, juventutis inconstantiam, senectutis ignaviam animíque imbecillitatem, viduitatis solitudinem, orbitatis desperationem comprimere. Hæc verò nonne syllogismis, & lineis, & hianti in stellis obtutui multùm anteponet, quisquis mente sanâ fuerit? Illud secum reputans, quòd si ad syllogismorum conclusionem, vel ad Geometriam, aut Astronomiam, omnes studium suum atque operam contulerint, nihil ea res vitæ humanæ profutura sit, quin potiùs omnia dissolvi ac labefactari necesse erit: contrà si ea officia, quæ à me commemorata sunt, de medio sublata fuerint, summa omnium rerum perturbatio & confusio sit. Hæc quantò Antisthenis vanitate, & Diogenis ingluvie, & communi Cratetis matrimonio, sublimiora & præstantiora sint, quid dicere attinet? Verùm ob nominis eorum reverentiam his quoque parcamus, ut nonnullum ipsi quoque fructum ex hujus viri philosophia capiant. Nos autem, ut media incidamus, pudicitiam nempè, continentiam, modestiam, morum suavitatem, affabilitatem, humanitatem, cæteráque virtutes, quibus ipse mortales omnes superat, ad id, quod ordine quidem postremum, dignitate autem & facultate principem locum obtinet, Orationem convertamus.

Primarium Maximi studium.

Ps. CXVIII. 46.

Vitæ humanæ nihil prodest Ethnicorum Philosophia.

η. [g] Ἦν ὅτε γαλήνην εἴχομεν ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, ἡνίκα Σίμωνες μὲν, καὶ Μαρκίωνες,

VIII. Fuit quondam illud tempus, cùm ab hæresum procellis tranquilla omnia habebamus, cùm videlicet Simones, & Mar-

Antiquæ Hæreses.

tegrum efficiunt, *symbamata* vocantur; quæ verò sensum integrum non efficiunt, *parasymbamata*. Alludit Gregorius ad Chrysippum, quem inter alios, Lucianus in dialogo *de auctione Philosophorum* irridet, & stulta ipsorum dogmata, atque in verbis novandis curiositatem deridendam propinat.

(a) Παιζόμενα. Or. 1. παίζοντα.

(b) Βασιλεῖς. Pass. βασιλέας.

(c) Τὸν λογισμόν. Coisl. 1. & Or. 1. τῶν λογισμῶν.

(d) Φειδόμεθα. Or. 1. & Combef. φειδώμεθα. Ita legit Billius.

(e) Ἵνα. Deest in Reg. bm.

(f) Τρεψόμεθα. Combef. τρεψώμεθα.

(g) Ἦν. *Fuit.* Sic Combef. In Ed. ἤν.

ciones, & Valentiniani, & Basilidæ, & Cerdones, Cerinthi etiam, & Carpocrates, atque omnes illorum nugæ ac præstigiæ, posteaquàm rerum omnium Deum perdiuturno tempore secuissent, bellúmque pro Bono adversùs Creatorem gessissent, suomet tandem, ut æquum erat, profundo absorptæ, ac silentio traditæ fuerunt. Nam Montani quoque malus spiritus, & Manis tenebræ, & Novati temeritas, aut puritas, & Sabellii mala monarchiæ assertio, cesserant, seséque subduxerant, altera nimirùm in contrariam partem secreta, altera prorsùs etiam ob ipsius imbecillitatem contempta atque projecta. Nec verò quidquam aliud Ecclesiæ molestiam exhibebat. Nam persecutiones illustriorem quoque ipsam splendidiorémque per supplicia reddebant. Non multùm autem temporis intercessit, cùm altera tempestas adversùs Ecclesiam excitatur, id est, ille injustitiæ turbo, illud impietatis complementum, illa *spirituum legio*, illa Christi adversaria lingua, illa *iniquitatem in excelsum locuta* mens, ille divinitatis sector, cujus gravis quidem & horrendus conatus, gravior autem magísque horrenda mors, & Judæ proditione digna, quam ille adversùs nostræ salutis auctorem moliri ac perpetrare non dubitavit, Arius, inquam, à furore pulchrè nomen habens. Hic cùm ab Alexandrina civitate initium duxisset, illicque pestiferum dogma in se concepisset, ac deindè, immitis cujusdam & rapidæ flammæ instar, ab exigua scintilla magnam orbis terrarum partem percurrisset, tandem à Patribus nostris, pióque illo numero, qui tum Nicæam se contulit, certísque finibus ac verbis divinitatis doctrinam circumscripsit, oppressus & extinctus est.

Graphica Arii imago.

Luc. VIII. 30.

Ps. LXXII. 8.

Ariana Hæresis magnam orbis partem invadit.

IX. Rursùs malum imperium, & rursùs malum revivíscit, ac velut subputridum maléque obductum vulnus aperitur, & erumpit : gravésque lupi, alii aliundè nos intercipientes, Ecclesiam discerpunt. Armantur Sacerdotes adversùs Sacerdotes, plebs adversùs plebem furibundo impetu fertur; Imperator ipse impietati auctoritatem præ-

Hæresi favet Constantius.

Οὐαλεντίνοι τέ τινες, καὶ Βασιλεῖδαι, καὶ Κέρδωνες, Κήρινθοί τε καὶ Καρποκράτεις, καὶ πᾶσα ἡ περὶ ἐκείνους φλυαρία τε καὶ τερατεία, [a] ἐπὶ πλεῖστον τὸν τῶν ὅλων Θεὸν τεμόντες, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ τῷ δημιουργῷ πολεμήσαντες, ἔπειτα κατεπόθησαν τῷ ἑαυτῶν [b] βυθῷ, καὶ τῇ σιγῇ παραδοθέντες, ὥσπερ ἦν ἄξιον. Μοντανοῦ δὲ τὸ πονηρὸν πνεῦμα, καὶ τὸ Μανοῦ σκότος, καὶ ἡ Ναυάτου θρασύτης, ἡ καθαρότης, Σαβελλίου τε ἡ κακὴ συνηγορία τῆς μοναρχίας εἶξε, καὶ ὑπεχώρησεν, ἡ μὲν [c] εἰς ἀντίπαλον μοῖραν ὑποκριθεῖσα, ἡ δὲ καὶ πάντη σφιφρονηθεῖσα καὶ παραῤῥιφεῖσα διὰ τὸ ἀσθενές· ἄλλο δὲ οὐδὲν παρελύπει τὴν Ἐκκλησίαν. οἱ γὰρ διωγμοὶ καὶ λαμπροτέραν αὐτὴν ἐποίουν τοῖς πάθεσιν. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ δευτέρα ζάλη κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐγείρεται, ὁ τυφὼν τῆς ἀδικίας, τὸ πλήρωμα τῆς ἀσεβείας, ὁ λεγεὼν τῶν πνευμάτων, ἡ ἀντίχριστος γλῶσσα, ὁ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλήσας νοῦς, ἡ κατατομὴ τῆς θεότητος· οὗ δεινὴ μὲν ἡ ἐγχείρησις, δεινοτέρα δὲ ἡ τελευτὴ, & [d] τῆς Ἰούδα προδοσίας ἀξία, ἣν ἐκεῖνος κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐτόλμησεν, Ἄρειος, ὁ καλῶς μετὰ τῆς μανίας ὀνομαζόμενος. ὅτος ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων ἁρξάμενος πόλεως, κἀκεῖ τὸ δεινὸν [e] ἐκμελετήσας, ἔπειτα, ὥσπέρ τις ἀγρία φλὸξ, ἀπὸ μικρᾶς τοῦ σπινθῆρος τὸ πολὺ τῆς οἰκουμένης ἐπιδραμὼν, ὑπὸ τῶν πατέρων ἡμῶν καταλύεται, κὴ τοῦ εὐσεβοῦς ἀριθμοῦ τότε καλαλαβόντος τὴν Νίκαιαν, κὴ εἴσω συγγραπτῶν ὅρων τε καὶ ῥημάτων τὴν θεολογίαν σλήσαντος.

θ. Πάλιν [f] πονηρὰ βασιλεία, καὶ πάλιν [g] ἀναζῇ τὸ κακὸν, καὶ ὥσπερ τὰ ὕπουλα τῷ τραυμάτων ἀνασλομοῦται καὶ ἀναῤῥήγνυται· καὶ λύκοι βαρεῖς, ἄλλος ἄλλοθεν διαλαβόντες ἡμᾶς, τὴν Ἐκκλησίαν σπαράτλωσιν. ἱερεῖς τε κατὰ ἱερέων ἐξοπλισθέντες, καὶ δῆμοι δήμοις ἐπιμανέντες· καὶ βασιλεὺς ἀσεβείας

(a) Ἐπὶ πλεῖσλον. Reg. a. καὶ ἐπὶ πλεῖσλον.

(b) Βυθῷ κὴ τῇ σιγῇ. *Profundo ac silentio.* Sic enim latinè sonant hæ voces. Plures Hæretici, ac præcipuè Valentinus, *Bytho* & *Sigæ* inter Æonas suos, primas tribuebant. Undè Tertullianus Valentini stuporem notat, quòd *Byti* nomen dedisset illi, quem in sublimi loco sedere diceret. Gregorius etiam, ad illorum nomina festivè alludens, ait, hæc errorum monstra *profundo* & *silentio* tradita fuisse.

(c) Εἰς ἀντίπαλον &c. Schol. Τὴν Νοβάτου, οἶμαι, λέγειν αἵρεσιν, ὅσπερ καὶ ἡ πεῖρα ἕως τοῦ νῦν δείκνυσι. *Novati hæresim, ut opinor, significat, quemadmodùm huc usque experientia probat.* Quid Gregorius & Scholiastes velint liquidò non patet. Num intelligunt, contrariam in partem, ac in mitiorem disciplinam mutatam fuisse Novati severitatem ? Supererant enim tunc temporis Constantinopoli Novati erroris reliquiæ; sed quia Verbi consubstantialitatem agnoscebant, mitiùs, quàm alii Hæretici, habiti sunt.

(d) Τῆς. Sic Or. I. In Ed. τῇ.

(e) Ἐκμελετήσας. *Meditatus esset, in se concepisset.* Non ab alio quidem pestiferum dogma didicerat Arius; auctor enim ipse fuit. Malè igitur in Editis *didicisset.* Nec tamen culpandus est Billius, cùm in prima editione legatur, *meditatus esset.*

(f) Πονηρὰ βασιλεία. Schol. οἶμαι τὴν Κωνσλαντίου λέγειν αὐτὸν· ἐπιφέρει γὰρ τὴν ἐξῆς Ἰουλιανῷ κὴ Οὐαλέντος. σκόπῳ ἄν τινι δὲ τοῖς κατὰ Ἰουλιανῷ ἐπαινεῖ Κωνσλάντιον. *Puto eum de Constantii imperio loqui; nam in sequentibus addit Juliani & Valentis imperium. Certo itaque consilio, in Orationibus adversùs Julianum, Constantium laudat.*

(g) Ἀναζῇ. Tres Regg. & Or. I. ἀναζεῖ.

διδὺς

διδὺς παῤῥησίαν, καὶ κατὰ τῆς ὀρθῆς δόξης
a [a] νομοθετῶν· καὶ οἱ μήτε ἄνδρες, μήτε γυναῖκες, παρ' αὐτῷ δυνασ7ευόντες. τίς ἂν τὰ τότε κακὰ πρὸς ἀξίαν ἐκτραγῳδήσειε; τὰς φυγὰς, τὰς δημεύσεις, τὰς ἀτιμίας, τὰς ἐπὶ τῆς ἐρημίας συνάξεις, μυριάδων ὅλων καὶ πόλεων ὑπαιθρίων ταλαιπωρουμένων, καὶ ὑετοῖς καὶ χειμῶσι πιεζομένων, τὰς ἐντεῦθεν ἐπανασ7άσεις; οὐδὲ γὰρ τὴν ἐρημίαν εἶχον ἀκίνδυνον· τὰ ἔτι τούτων χαλεπώτερα, τοὺς αἰκισμοὺς, τοὺς θανάτους, τὰς θριαμβεύσεις Ἐπισκόπων, φιλοσόφων, ἀνδρῶν, γυναικῶν, νέων, γεγηρακότων; τὰς
b ἐπινοοῦνας [b] τὰ δεινὰ, τὰς προσεπινοοῦνας, τοὺς ὑπηρετουμένους τῇ ἀσεβείᾳ δυνάσ7ας,
c οἷς τοῦτο [c] μόνον πολλάκις εἰς εὐδοκίμησιν ἤρκεσε, τὸ πικροτέρους φανῆναι τῆς τοῦ κρατοῦντος βουλήσεως;

bet, atque adversùs orthodoxam doctrinam leges instituit; iíque prætereà, qui nec in virorum nec in mulierum numero censendi sunt, quorum magna erat apud eum potentia. Quis verò temporis illius mala pro dignitate deplorare queat? Exilia, bonorum proscriptiones, ignominiæ notas, infinitam hominum multitudinem, atque adeò integras civitates, quæ in desertis locis conventus habebant, & sub dio ærumnis premebantur, ac pluviis & frigore conflictabantur, atque etiam illinc pedem efferre cogebantur? Nam ne solitudo quidem eos à periculi metu vindicabat. Quis, ut graviora proferam, cruciatus, mortes, actos de Episcopis, Monachis, viris, mulieribus, adolescentibus, ac senibus triumphos? Nam quid de proceribus illis dicam, qui modò nova tormenta excogitabant, modò ad ea, quæ excogitata fuerant, acerbitatis aliquid addebant, seséque impietatis administros præbebant, quibus hoc unum plerumque ad gloriam nominísque splendorem abundè fuit, quòd Imperatoris voluntatem suâ crudelitate superassent?

Juliani persecutio.

Cruciantur Episcopi, Monachi, Viri & Mulieres.

ι. Ἀρτι μὲν ὁ λαμπρὸς διωγμὸς εἶχε τέρας, καὶ Περσὶς καλῶς ἡμῖν ἐδίκασε τὸν ἀλιτήριον καταλύσασα, καὶ πολλῶν αἱμάτων εἰσπραξαμένη δίκην δι' ἑνὸς αἵματος. ἄρτι δὲ ὁ ἀθρεπὴς ἄρχεται, καὶ τὸ ἀμύνειν Χρισ7ιανοῖς πρόσχημα ἔχων τῆς ἀσεβείας, τοῖς ἀληθῶς Χρισ7ιανοῖς ἐπιφύεται· καὶ τοσοῦτον ἐκείνου χαλεπώτερος γίνεται, ὅσῳ τότε μὲν ἡ ἄθλησις ἀφανεσ7έρα καὶ λαμπροτέρα, νῦν δὲ καὶ τὸ παθεῖν ἀφιλότιμον, ἀλλά γε τοῖς οὐ δικαίοις τῆς παθῶν λογισ7αῖς. βούλεσθε δάκρυα τῷ
d θεάτρῳ [d] κινήσω, καὶ αὐτῷ γε ἴσως τῷ καρτερικωτάτῳ, καὶ τῆς παθῶν κρείσσονι, ἑνὸς τῶν τότε γνωμένων ἐπιμνησθείς; μάρτυρες
e δὲ πολλοὶ τοῦ λόγου· καὶ γὰρ [e] καὶ εἰς πολλοὺς ἦλθεν ἡ τραγῳδία τοῦ πάθους· οἶμαι δὲ καὶ ὁ μέλλων ὑπολήψεσθαι χρόνος τοῦ καιροῦ τὸ δήγημα. ναῦς φόρτον ἔχουσα
f f τῶν πρεσβυτέρων ἕνα, καὶ τοῦτον οὐδὲ ὑπὲρ κακοῦ τινος, ἀλλ' ὑπὲρ πίσ7εως κιν-
g δυνεύοντα, [g] κατὰ πελάγους ἀφίεται, οὐχ ἵνα σώσῃ τὸν ἐπιβάτην, ἀλλ' ἵνα ἀπολέσῃ. καὶ ὁ φόρτος πρόθυμος, εὐσεβὴς γάρ. καὶ
h πῦρ τῷ φόρτῳ συνέμπορον· καὶ τρυφᾷ [h] τὸ καινὸν τῆς κολάσεως ὁ διώκτης. φεῦ τοῦ

X. Sed jam interim splendida persecutio finem accepit, rectèque Persia causam nostram disceptavit, oppresso nimirùm & extincto impio illo & execrando, ac multorum sanguinum pœnis ab uno sanguine repetitis. Nunc autem turpis & indecora persecutio cooritur, quæ, Christianorum patrocinium ad defensionem impietatis suæ prætexens, viros Christianos aggreditur: hoc utique nomine superiore persecutione acerbior, quòd tum quidem minimè dubia & obscura erat Martyrum decertatio, nunc verò res eò rediit, ut cruciatus quoque ipsi laude careant, saltem apud iniquos cruciatuum judices. Vultis omnibus qui adsunt, atque huic etiam fortassè, quamlibet insigni animi robore ac tolerantiâ prædito, perturbationibúsque animi sublimiori, unius duntaxat ex his, quæ tum perpetrata sunt, narratione, lacrymas extundam? Testes autem hujus sermonis permultos habeo. Nam ad multos hujus supplicii tragœdia dimanavit: illiúsque etiam temporis historiam, nisi me opinio fallit, omnium sæculorum posteritas exceptura est. Navis, Presbyterum unum portans, eúmque non sceleris ullius, sed fidei causâ periclitantem, mari committitur, non ut vectorem servet, sed ut perdat. Atque is quidem qui vehebatur, utpotè vir pietate præstans, animo erat prompto & alacri. Comes autem illi ignis adjungitur: ac novitate pœnæ

Valentis persecutio acerbior Juliani persecutione.

Presbyteri cujusdam Martyrium describitur.

(a) Νομοθετῶν. Constantius impiam legem sanxit, quâ voci ὁμοουσίῳ, vocem ὁμοιούσιον subrogavit.
(b) Τὰ δεινὰ, τὰς προσεπινοοῦντας. Hæc desunt in Reg. bm.
(c) Μόνον. Deest in Pass.
(d) Κινήσω. Sic plures Regg. Coisl. 1. Or. 1. Par. &c. In Ed. νικήσω.
(e) Καί. Deest in Or. 1. & Pass.
(f) Τῶν πρεσβυτέρων ἕνα. Schol. Colb. οἱ καίντες σὺν τῷ πλοίῳ, Ηλιόδωρος πρεσβύτερος περιοδεύτης, καὶ Θεόδουλος πρεσβύτερος. ἀπετμήθησαν δὲ ἄλλοι β ἀναγνώσ7αι καὶ ψάλ7αι. *Qui in navi combusti sunt, fuere Heliodorus Presbyter circuitor,* id est, *inspector, visitator, & Theodulus Presbyter. Cæsi sunt etiam, abscissis capitibus, alii duo Lectores & Cantores.*
(g) Κατὰ πελάγους ἀφίεται. Bill. *in mare demittitur.*
(h) Τὸ καινόν. Nonnulli Codd. τῷ καινῷ.

majorem in modum lætatur perſecutor. Proh ſpectaculum grave! Proh gravem tragœdiam! Navis mari fertur: ſpectantium multitudo ad littus effunditur; alii quidem lætantur, alii autem lugent. Quonam pacto rem tantam paucis exprimam atque in aſpectu collocabo? Ignis accenditur, navis unà cum onere ſuo abſumitur, ignis aquæ miſcetur, réſque inter ſe contrariæ ad pii viri ſupplicium concurrunt, duóque elementa corpus unum partiuntur, & novo atque inaudito more fax ſuper mare attollitur: ad quam, ut benignam & humanam, fortaſsè quiſpiam acceſſit; propior autem factus, miſerandum atque incredibile ſpectaculum reperit, navigationem ſine gubernatore, naufragium ſine tempeſtate. Sic Presbyter cinis efficitur, imò ne cinis quidem, utpotè in aquis ſparſus. Nec verò Sacerdotii dignitas tanti fuit, ut honeſtiorem ſaltem mortem conſequeretur; aut ſi non mortem, at certè ſepulturam, quæ impiis etiam & ſacrilegis hominibus debetur. Hæc impii hominis marina expeditio fuit: hic pii viri finis. Nec uſquam de cælo deſcendit ſacer ignis, nec ab eo, qui hujuſmodi facem navigantibus præferebat, pœnas ſumpſit!

A θεάματος· φεῦ τοῦ δράματος· ἡ ναῦς πελάγιος· τὸ θέατρον ἐπὶ ταῖς ἀκταῖς, τῶν μὲν ἐφηδομένων, τῶν δὲ ὀδυρομένων. πῶς ἂν ἐν ὀλίγῳ τὸ πολὺ ῥᾳδιήσαιμι; ἀνάπτεται τὸ πῦρ, δαπανᾶται ἡ ναῦς, συνδαπανᾶται ὁ φόρτος, πῦρ ὕδατι μίγνυται, καὶ συντρέχει τὰ ἐναντία εἰς εὐσεβοῦς κόλασιν, καὶ δύο στοιχεῖα ἓν σῶμα μερίζεται, καὶ πυρσὸς ὑπὲρ θαλάσσης αἴρεται ξένος· ᾧ προσῆλθε μὲν τάχα τις, ὡς ἡμέρῳ
B καὶ φιλανθρώπῳ· προσελθὼν δὲ, εὗρε θέαμα ἐλεεινόν τε καὶ ἄπιστον, ἄνευ κυβερνήτου πλοῦν, ἄνευ χειμῶνος ναυάγιον. καὶ ὁ πρεσβύτερος κόνις, ἢ οὐδὲ κόνις, σπαρεὶς ἐν τοῖς ὕδασι. καὶ οὐδὲ τοσοῦτον ἡ [a] ἱερωσύνη, ὅσον
a τελευτῆς γοῦν εὐσχημονεστέρας τυχεῖν. εἰ δὲ μὴ τελευτῆς, ἀλλὰ ταφῆς γε πάντως, ἣ καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ὀφείλεται. τοιοῦτος ὁ τοῦ ἀσεβοῦς στόλος· τοιοῦτον τὸ εὐσεβοῦς τὸ τέλος. [b] καὶ ὑδαμοῦ πῦρ ἄνωθεν εὐαγέστερον,
b
C οὐδὲ κολαστικὸν τοῦ τοιαῦτα πυρσεύοντος.

Maximus laudatur ob ſua pro fide certamina.

XI. Sed quid externa colligo? Ad dimicationem tuam jam accedendum eſt, atque ad tua pietatis causâ tolerata certamina, quæ priſtinis tuis virtutibus, tanquam præclarum quoddam ſigillum, impoſuiſti. Vigebat hæreſis malum in tua civitate, à qua

ια. Ἀλλὰ τί μοι τῶν ἔξωθεν; ἐπ' αὐτὴν ἤδη βαδιστέον τὴν σὴν ἄθλησιν, ἢ τοὺς σοὺς ὑπὲρ [c] εὐσεβείας ἀγῶνας, οὓς πᾶσι τοῖς
c προλαβοῦσιν, ὥσπερ τινα σφραγῖδα καλὴν, ἐπέθηκας. ἤκμαζε μὲν ἐν τῇ σῇ πόλει τὸ τῆς αἱρέσεως ταύτης κακὸν, ὅθεν καὶ ἥρξατο. ἐπεὶ ᾧ τὸν μὲν ἁγιώτατον τῆς οἰκουμένης ὀφθαλμὸν, καὶ ἀρχιερέα τῶν ἱερέων, τὸν
D τῆς σῆς ὁμολογίας καθηγητὴν καὶ διδάσκαλον τοῖς ἑαυτοῦ θεοῖς τῆς εὐσεβείας ἀγῶσι, τὴν μεγάλην φωνὴν, τὸ τῆς πίστεως ἔρεισμα, τὸν δεύτερον Χριστοῦ λύχνον καὶ πρόδρομον, εἰ θέμις τοῦτο εἰπεῖν, ἐν γήρᾳ καλῷ κοιμηθέντα, ἢ πλήρη τῶν κατὰ Θεὸν ἡμερῶν, μετὰ τὰς συκοφαντίας, μετὰ τοὺς ἄθλους,
d [d] μετὰ τὴν θεοβόητον χεῖρα, μετὰ τοὺς ζῶντας νεκροὺς, ἡ Τριὰς ὡρὸς ἑαυτὴν μελατίθησιν, ᾗ συνέζησε, καὶ ὑπὲρ ἧς ἐκινδύνευσεν·
E Ἀθανάσιον οἶδ' ὅτι πάντες ἐν τοῖς λόγοις ἀνέγνωτε· δευτέρα δέ τις Αἰγύπτου πληγὴ
e [e] καὶ μάστιξ ἑαυτὸν ἐπεισάγει τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὁ τῆς ἀληθείας προδότης, ὁ τῶν λύκων ποιμὴν, ὁ δι' τῆς αὐλῆς ὑπερβαίνων ληστὴς, ὁ δεύτερος Ἀρειος, ἡ θολερὰ καὶ
f [f] ἄποτος ἀνα-

Athanaſii laus.

etiam ortum duxerat. Poſtquam autem ſanctiſſimum illum orbis oculum, & Sacerdotum Antiſtitem, illum tuæ confeſſionis, per ea pericula, quæ pro fidei orthodoxæ defenſione ſuſcepit, ducem & magiſtrum, illam ſublimem vocem, illud fidei columen, ſecundam illam Chriſti lucernam, & præcurſorem, ſi ita loqui fas eſt, in bona ſenectute mortuum, ac dierum eorum, qui ſecundùm Deum ſunt, plenum, poſt calumnias, poſt certamina, poſt illam omnium ore celebratam manum, poſt viventes mortuos, Trinitas, quam per omne vitæ tempus coluerat, & pro qua periculis ſeſe objecerat, ad ſe tranſtulit: (non eſt apud me dubium, quin ex his verbis Athanaſium agnoſcatis;) tum ſecunda quæ-

Lucius Alexandrinâ ſedem flagitiis invadit.

dam Ægypti plaga & flagellum, ille, inquam, veritatis proditor, ille luporum Paſtor, ille per caulam tranſcendens latro, ſecundus ille Arius, turbida illa & amara everſio, ille impio fonte uberior fluvius, ſeipſum in Eccleſiam introduxit. Piget equidem flagitia ea, quæ tunc deſignata ſunt, &

(a) Ἱερωσύνη. Sic plures Codd. In Ed. *ἱεροσύνη*.

(b) Καὶ ὑδαμοῦ πῦρ &c. Elias: *Nec deſuper uſquam ignis ſanctus ac juſtus, & vindex ejus, qui ad hunc modum navigantibus illucebat.* Sic etiam Billius.

(c) Εὐσεβείας. Paſſ. *τῆς εὐσεβείας*.

(d) Μετὰ τὴν περιβόητον χεῖρα &c. Significat hîc Gregorius ſuppoſitam Arſenii manum, quam falsò ab Athanaſio amputatam dictitabant Ariani.

(e) Καὶ μάστιξ. *Et flagellum.* Schol. Λύκιον, οἶμαι, λέγειν, τὸν ἐπὶ Πέτρᾳ μετὰ τὸν Ἀθανάσιον εἰσέλθοντα. *Lucium, opinor, intelligit, qui Petri ſucceſſoris Athanaſii ſedem occupavit.*

(f) Ἄποτος. Sic Reg. Cypr. Par. Paſſ. Combef. Sic ipſe Billius videtur legiſſe. In Ed. ἄτοπος.

τροπὴ, ὁ τῆς ἀθέου πηγῆς δαψιλέσ῾τερος πο- A
λαμός. ὀκνῶ μὲν τὰς τότε ῥᾳθυμίας εἰ-
πεῖν καὶ μιαιφονίας, μεθ' ὧν τὸν ἅγιον κα-
ταλαμβάνει θρόνον ὁ θὴρ, καὶ τῆς πονηρᾶς
εἰσόδου τὰ προτελέσματα· ὀδύρομαι δ' ὅ-
a μως ὀλίγα ἐκ πολλῶν, ἃ καὶ ὑμεῖς [a] ὠδύ-
ρεσθέ τε καὶ προωδύρασθε, τῷ θείῳ Δαβὶδ
b [b] συγχρησάμενος· ὁ Θεὸς, ἦλθοσαν ἔθνη εἰς
τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν
ἅγιόν σου· καὶ τὰ ἑπὶ τούτοις· ἔθεντο τὰ
c [c] θνησιμαῖα τῶν δούλων σου πετεινῶν βρώ- B
ματα, καὶ θηρίων σπαράγματα. προσθήσω
δ' παρ' αὐτοῦ κἀκεῖνα ἐξ ἄλλου θρήνου καὶ
ἑτέρας ᾠδῆς· ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν
τῷ ἁγίῳ σου, καὶ ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές
σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου. πῶς γάρ; οὐκ
ἐνεκαυχήσαντο; πῶς δέ; ἐκ ἐμίαναν τὸν ναὸν
d τὸν [d] ἅγιόν σου συμφοραῖς πολυτρόποις καὶ
παντοίοις κακοῖς;

e ιβ. Εστρατήγει μὲν [e] ἀνὴρ ἄθεος κ᾽ ῥᾳθυ- C
f μος, οὐδὲ ὄνομα [f] Χριστιανοῦ φέρειμένος, τοῦτο γὰρ τῆς ὕβρεως τὸ δεινότατον, ἀλλ' ἐκ
τῶν εἰδώλων ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ναὸν ἐπειγό-
μενος, ἐκ τῶν ἀκαθάρτων αἱμάτων ἐπὶ τὰ
μυσαρώτερά τε καὶ βδελυκτότερα· καὶ τοῦτο
ἱερουργῶν ἴσως τὴν καθ' ἡμῶν ὕβριν τοῖς
δαίμοσι. παρετάσσετο δ' δύναμις θυμῷ ζέ-
g ουσα, στρατὸς [g] ἀλλοκότος καὶ ἀνήμερος κατὰ
h τῶν ἀόπλων κ᾽ ἀπολέμων. [h] ἐξωθεῖτο μὲν ὁ
τοῦ ἁγίου διάδοχος ἱερεὺς, ὁ νόμῳ καὶ τάξει
i Πνεύματος [i] κεχρισμένος, καὶ πολιᾷ κ᾽ D
k l φρονήσει [k] τετιμημένος. [l] ἐβασίλευε δὲ Ταβεὴλ,
ὁ κληρονόμος τῶν ἀλλοτρίων. κατὰ τῶν
ἁγίων ὅπλα, κατὰ τῶν ἀσύλων μιαραὶ χεῖρες,
κατὰ τῶν ᾠδῶν ζάλπιγγες. σκόπει μοι τὰ
τούτοις ἑπόμενα, πίπτοντας ἄνδρας ἐν τοῖς
ἁγίοις, συμπατουμένας γυναῖκας, ἔστιν ἃς
καὶ μετὰ τοῦ φόρτου τῆς φύσεως, τοὺς προ-
ώρους τόκους, καὶ ἀτόκους εἰπεῖν οἰκειότερον·
διελκομένας παρθένους οἰκτρῶς, αἰκιζομέ-
νας αἰσχρότερον· αἰσχύνομαι καὶ γυναῖκας κ᾽ E
ἄνδρας εἰπεῖν τὸν τρόπον, καὶ γυμνῶσαι τῷ
λόγῳ τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, οἷς καὶ τότε
γυμνωθεῖσιν αἰσχύνομαι· τὰς μὲν κατὰ φρεά-

nefarias cædes, cum quibus fera illa ſacro-ſanctum ſolium invaſit, ac peſtiferi ingreſsûs præludia referre: ex multis tamen pauca deploro, quæ vos quoque mecum deploratis, & jam antè deploraſtis, divini Davidis verbis utens: *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum;* & quæ ſequuntur: *Poſuerunt morticinia ſervorum tuorum eſcam volatilibus, & feris in lacerationem.* Quin illud inſuper adjiciam, quod idem Propheta in altera lamentatione, alióque Pſalmo cecinit: *Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto tuo, & gloriati ſunt qui oderunt te, in medio ſolemnitatis tuæ.* Quid enim? An non gloriati ſunt? Quid autem? An non ſanctum templum tuum variis calamitatibus, atque omni malorum genere contaminarunt? Pſ. LXXVIII. 1. Pſ. LXXIII. 3.

XII. Ducis munere fungebatur vir impius & conſceleratus, ne Chriſtiani quidem nomen gerens, (hoc enim totius contumeliæ indigniſſimum eſt,) verùm ab idolis ad Dei templum, ab impuris cruoribus ad execrabiliores & deteſtabiliores properans; ac fortaſsè hujuſmodi adversùs nos contumeliâ, quaſi victimâ quâdam, Dæmonibus litans. Prodibant in aciem copiæ, furore ardentes, immanis & ferus exercitus adversùs inermes homines, ac rei bellicæ ignaros. Expellebatur Sacerdos, viri ſancti ſucceſſor, legitimè, atque, ut Spiritûs ordo poſtulabat, inunctus, ac canitie & prudentiâ ornatus. Regnabat autem Tabeel, alienæ ſedis hæres. Adversùs ſanctos arma, adversùs res eas, quas diripi nefas erat, impuræ manus, adversùs Pſalmos tubarum clangor. Jam quæ ſequuntur conſidera, cadentes viros in locis ſanctis, pedibus protritas mulieres, nonnullas etiam cum naturæ onere, præmaturos partus, vel, ut aptiùs dicam, non partus; virgines miſerabilem in modum diſtractas, fœdiùs etiam cruciatas; (nam & ob feminas, & ob viros, pudore impedior, quominùs crudelitatis modum exponam, atque occulta dedecoris ſermone denudem, utpotè ob quas etiam tum denudatas erubeſcam;) alias in interiores templi puteos ſeſe

Palladii in Orthodoxos immanitas.

Lucius, Alexandrinæ ſedis uſurpator, impia perpetrat.

Mulieres & Virgines miſerabiliter cruciantur.

(*a*) Ὠδύρεσθε. Reg. Cypr. προωδύρεσθε. *Priores ipſi deploratis.*
(*b*) Συγχρησάμενος. Coisl. 1. συγχρησάμενοι.
(*c*) Θνησιμαῖα. Sic LXX. In Ed. θνισιμαῖα.
(*d*) Ἁγιόν σου. Sic Reg. bm. Deeſt σου in Ed.
(*e*) Ἀνὴρ ἄθεος. Sic deſignatur Palladius quidam, vir impius, & Gentilis, qui, ut ab Imperatore & ab Arianis gratiam iniret, adversùs Orthodoxos crudeliter ſæviebat.
(*f*) Χριστιανοῦ. Coisl. 1. Χριστιανισμοῦ.
(*g*) Ἀλλοκότος. Reg. Cypr. & Or. 1. ἀλλοκώτατος.
(*h*) Ἐξωθεῖτο. Hîc intelligitur Petrus Alexandrinus Athanaſii ſucceſſor, qui è ſede à Lucio expulſus eſt. Tota hæc tragœdia ab ipſo Petro depicta legitur apud Niceph. lib. IX. c. 28.
(*i*) Κεχρισμένος. Sic plures Regg. & Colb. Coisl. 1. Or. 1. &c. In Ed. κεχριμένος.
(*k*) Τετιμημένος. Paſſ. κεκοσμένος.
(*l*) Ἐβασίλευε δὲ Ταβεήλ. Lucius hîc deſignatur. Alludit enim Gregorius ad hæc Iſaiæ verba VII. 6. *Aſcendamus ad Judam, & ſuſcitemus eum, & avellamus eum ad nos, & ponamus Regem in medio ejus filium Tabeel.*

dejicientes, alias ex editiore loco se in præceps dantes, propter earum rerum, quas cernebant, indignitatem, alias denique super eas, quæ jacebant, acervatim collabentes; adde cædes cædibus, casus casibus succedentes, sancta profanis pedibus calcata, altaria probro habita per obscœnos gestus & impudicas cantiones, atque, ut audio, (hoccine lingua audax proferet?) super ea saltationes & tripudia; adde blasphemas linguas in sacro-sanctis thronis concionantes, mysteria sugillata, psalmodias silentio compressas, gemitus in earum locum excitatos, fluentes sanguinis rivos, lacrymarum fontes, Sacerdotes per vim obductos, Monachos laceratos, expressam denique incursionis illius imaginem, quâ quondam Assyrii sanctam Jerosolymam populati sunt; quam nec Oratio, ut dignum est, exprimere, nec auris capere potest; ita ut alter Jeremias ad eam calamitatem pro dignitate complorandam adhibendus sit; qui etiam lacrymarum fontes exposcit, atque ex urbis mœnibus ob easdem calamitates ad luctum homines hortatur, visque Sion luctum indicit, eo quòd nullos, à quibus festa celebrentur, adducant.

Sacra profanis pedibus conculcata.

Altaria fœdata.

Jer. IX. 1. *Thren.* I. 1.

XIII. Hanc tragœdiam Oriens quidem vidit, at Occidens quoque deflevit, cui immanitatis hujusce signa fugitivus Antistes publicè spectanda proposuit. Quo pacto? Pro cadaveribus cruentas vestes Ecclesiæ Romanæ protulit, ac per tacitam accusationem omnibus lacrymas movit, ut calamitatis magnitudinem in oculis & aspectu defigeret, atque auxilium nanciscereturque, quemadmodùm etiam nactum esse scimus. Fit enim ferè, ut qui opibus ac potentiâ præcellit, ad infirmi afflictique miseriam sublevandam maximè inflectatur, ac spontaneo benevolentiæ affectu, ad eum, qui dignitate imminutus est, se adjungat. Hoc quidem omnes pii viri gravissimè tulerunt; tu verò, tantò magis commotus es, quantò & dicendi facultate atque doctrinâ, & zeli fervore cæteris antecellebas. Quocirca ut pro Verbo bellum geris, ita etiam ab impietate bellum tibi infertur: ac præter alia multa certamina, quæ honesti causâ, opere & sermone subiisti, dum privatos & principes, privatim & publicè, quovis denique tempore & loco doces, admones, arguis, increpas, confundis; ad extremum impiæ potestatis furore comprehensus, ô nobilem calamitatem! ô sacra tua vulnera! virgis quidem ele-

Orientis calamitatem deflet Occidens.

Hujus calamitatis particeps ipse Maximus.

A των φερομένας τῶν ἔνδον τῆ ἱεροῦ, τὰς δὲ ἐκ τῶν [a] ὑπερώων κρημνιζομένας ἐπὶ τῇ a ἀτοπίᾳ τῶν ὁρωμένων, τὰς δὲ ταῖς κειμέναις ἐπισωρευομένας· τοὺς ἐπὶ τοῖς φόνοις φόνους, τὰ ἐπὶ τοῖς σώμασι σώματα, πατούμενα βεβήλοις ποσὶ τὰ ἅγια, θυσιαστήρια καθυβριζόμενα σχήμασιν ἀσελγέσι καὶ ᾄσμασιν, ὡς δὲ ἀκούω, τί τοῦτο ἡ τολμηρὰ γλῶσσα φθέγξεται; καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν ὀρχήμασι καὶ λυγίσμασι· δημηγορούσας ἐπὶ B τῶν ἱερῶν θρόνων γλώσσας βλασφήμους, μυστήρια κωμῳδούμενα, σιωπωμένας ψαλμῳδίας, οἰμωγὰς ἀντεγειρομένας, αἱμάτων ὀχετοὺς, δακρύων πηγὰς, ἱερεῖς ἀγομένους, μονοτρόπους σπαραττομένους, πᾶσαν τῆς Ασσυρίων καταδρομῆς τὴν εἰκόνα, ἣν ποτε τὴν ἁγίαν Ιερουσαλὴμ κατέδραμον· ἣν μήτε λόγος ἀξίως θρηνῆσαι, μήτε ἀκοὴ χωρῆσαι δύναται, μόνης δὲ τῆς Ιερεμίου καὶ ψυχῆς καὶ φωνῆς πρὸς ἀξίαν ὀδύρασθαι· ὃς καὶ πη- C γὰς δακρύων ἐπιζητεῖ, καὶ ἐκ τειχῶν προκαλεῖται θρῆνον ἐπὶ τοιούτοις πάθεσι, καὶ ὁδοῖς Σιὼν ἐπιβάλλει πένθος, οὐκ ἀγούσαις τοὺς ἑορτάζοντας.

ιγ. Τοῦτο τὸ δρᾶμα εἶδε μὲν ἑῴα λῆξις, ἐθρήνησε δὲ καὶ ἑσπέριος, ἧ τὰ σύμβολα τῆς ἀπονοίας [b] ὁ φυγὰς ἱερεὺς ἐθριάμβευσε. τίνα b τρόπον; προὐθηκε τῇ Εκκλησίᾳ Ρωμαίων, ἀντὶ τῶν νεκρῶν, τὴν ἡμαγμένην ἐσθῆτα, καὶ κινεῖ πάνδημα δάκρυα, δι' ἣ τῆς σιωπώσης D κατηγορίας, ἵνα καὶ παραστήσῃ τὸ πάθος, καὶ [c] τῶν δεινῶν ἐπίκουρον λάβῃ, ὥσπερ οὖν c καὶ εἰληφότα ἔγνωμεν. ἐπειδὴ φιλεῖ μάλιστα κάμπτεσθαι τὸ προέχον πρὸς τὸ ἀσθενὲς, καὶ δι' εὐνοίας ἑκουσίου τῷ ἐλαττουμένῳ προστίθεσθαι. τοῦτο ἤνεγκε μὲν, οὐδὲ τῶν ἄλλων εὐσεβῶν, οὐδὲ εἷς· σὲ δὲ κινεῖ καὶ πλέον, ὅσῳ καὶ τὸν λόγον τελεώτερος, καὶ τὸν ζῆλον θερμότερος. δι' ὃ τοῦτο πολεμεῖς μὲν ὑπὲρ τοῦ Λόγου, πολεμῇ δὲ [d] ὑπὸ τῆς d E ἀσεβείας· καὶ πρὸς πολλοῖς ἄλλοις, οἷς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ προάτλων καὶ λέγων ἠγώνισαι, διδάσκων, νουθετῶν, ἐξαιρούμενος, ἐλέγχων, ἐπιτιμῶν, συγχέων, ἰδιώτας, ἄρχοντας, ἰδίᾳ, δημοσίᾳ, κατὰ πάντα καιρὸν καὶ τόπον· τέλος, μανίᾳ συναρπασθεὶς δυσσεβοῦς ἐξουσίας, ὦ τῆς [e] εὐγενοῦς e συμφορᾶς· ὦ τῶν ἱερῶν σου τραυμάτων· ξαίνῃ

(*a*) Υπερώων. *E superioribus locis*, & quasi cœnaculis, undè Sacris intererant; vel, è cancellis per quos audiebant.

(*b*) Ο φυγὰς ἱερεύς. Schol. Πέτρος ὁ μετ' Αθανάσιον, *Petrus Athanasii successor*, qui è sede ejectus, Romam petiit; undè post Valentis mortem, Alexandriam reversus est, non sine Damasi litteris ad Alexandrinos.

(*c*) Τῶν δεινῶν ἐπίκουρον. Damasus Romæ Pontifex hîc designatur, qui Petrum benignè excepit.

(*d*) Υπὸ τῆς ἀσεβείας. In nonnullis, ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, *pietatis causâ impugnaris.*

(*e*) Ευγενοῦς. Reg. bm. συγγενοῦς, *consanguineam.*

μὲν

[a] μὲν τὸ καλὸν σῶμα ταῖς μάστιξιν, [a] ὥσπερ δὲ ἄλλου θεατὴς πάσχοντος· καὶ κἀμοῖ μὲν τὸ ὁρώμενον, οὐ καταβάλλῃ δὲ τὸ [b] νοούμενον· [b] στηλιτεύεις τὴν ἀνδρείαν ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσι· γίνῃ δὲ καὶ σιγῶν τῆς καρτερίας διδάσκαλος, ἐπειδή γε ἡ γλῶσσα παρῆκε τὸ φθέγγεσθαι.

ganti ac decoro corpore laceraris, ſed ita, ac ſi vapulantem alterum ſpectares: & quanquam eâ tui parte, quæ in aſpectum cadit, inflectaris, eâ tamen, quæ mente percipitur, haudquaquàm dejiceris: quin potiùs fortitudinem ob omnium oculos tanquam in columna ſculpis; atque etiam tacens, (neque enim munus jam ſuum exequi lingua poterat,) conſtantiæ magiſtrum te præbes. Virgis laceratur.

ιδ. Εἶτα τί; τῆς πατρίδος ὑπερορίζῃ, [c] [c] ὁ μηδεμίαν εἰδὼς οἰκείαν καὶ ἀλλοτρίαν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἵνα καὶ ἄλλοι παιδευθῶσι δι' [d] σοῦ τὴν εὐσέβειαν· Οασὶς [d] ζοι τὸ φυγαδευτήριον, ἡ ἀπάνθρωπος ἐρημία, τὸ δι' σὲ [e] λοιπὸν [e] εὐαγὲς χωρίον. μετάδος ἡμῖν καὶ τῶν τῆς ὑπερορίας σου καλῶν, ἐπειδή γε τῶν τῆς ἐπανόδου μετέδωκας. ποίησον ἡμῖν θέατρον τὴν ἐπάνοδον. τίνας ἐκεῖ φιλοσοφεῖν ἐδίδαξας; τίνας ἐκάθηρας τῶν ἀσεβῶν ὑπολήψεων; τίνας τῇ εὐσεβείᾳ προσήγαγες; ὁρᾷν μοι δοκῶ τὸ ἐκεῖ παιδευτήριον, τὴν περὶ σὲ [f] τελετὴν καὶ πανήγυριν. εἰπὲ καὶ τοῦτο· εἶχές τινα παραμυθίαν τοῖς λειψάνοις [g] τοῦ σώματος; ἢ [g] καὶ τὴν πενίαν ἐφιλοσόφεις; εἶχές τινας κοινωνοὺς τῆς ἀθλήσεως; ἢ κἀ τοῦτο πενόμενος ἤνεγκας; ἐπόθεις τὰς ἀδελφὰς, τὰς κοινωνούς σοι καὶ τῆς ἁγνείας, καὶ τῆς καρτερίας; ἢ καὶ τῆς τούτων συνηθείας ἧς ὑψηλότερος; ἐκαμπλέ σε γηραιᾶς μητρὸς ἐρημία; ἢ καὶ λίαν ἐθάρρεις, ὡς μέγιστον εἰς ἀσφάλειαν καταλιπὼν αὐταῖς τὴν εὐσέβειαν; ἀλλ' ἐπειδή γε καλῶς ποιῶν [h] ἐπανήκεις ἡμῖν, καὶ σὲ τοῖς ποθοῦσι ποθοῦντα πάλιν ἀπέδωκεν ὁ δοξάζων τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν, καὶ παραζηλῶν τοὺς παραζηλοῦντας, ὁ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν, καὶ τοῖς νεκροῖς ἐμπνέων ἀνάστασιν· ὁ Λάζαρον μὲν τετραήμερον, σὲ δὲ τετραετῆ ζωοποιῶν παρ' ἐλπίδας, καὶ συνάγων ὀστᾶ πρὸς ὀστᾶ, καὶ ἁρμονίαν πρὸς ἁρμονίαν, τὴν Ιεζεχιὴλ ὄψιν, τοῦ Προφητῶν θαυμασιωτάτου καὶ ὑψηλοτάτου· ἔχου μοι πάλιν τῆς αὐτῆς ἐργασίας, καὶ παῤῥησίας, ἵνα μὴ δόξῃς ἐγκεκόφθαι τοῖς [h] πάθεσι, μηδὲ προδιδόναι [h] δειλίᾳ τὴν φιλοσοφίαν.

XIV. Quid poſteà? E patriæ finibus exterminaris, qui nec propriam ullam, nec alienam agnoſcis, ut alii, meâ quidem ſententiâ, per te ad pietatis ſtudium erudiantur. Oaſis, inhumana, inquam, illa ſolitudo, ſed jam propter te ſancta ſedes, ad exulandum tibi decernitur. Age igitur, quandò reditûs tui bona erogaſti, fac exilii quoque tui bona nobis impertiaris. Reditum tuum in theatrum nobis converte. Quoſnam illic philoſophari docuiſti? Quoſnam ab impiis opinionibus repurgaſti? Quoſnam ad pietatem adduxiſti? Videre mihi equidem videor ſcholam illam, & ceremoniam, maximámque circa te hominum frequentiam. Illud etiam dicas mihi velim: præſtóne tibi erant, qui corporis tui reliquiis ſolatii aliquid afferrent? An etiam paupertatem colebas? Utrùm certaminis ſocios habebas? An hujus quoque rei penuriam æquo animo ferebas? Utrùm ſororum, quas, & caſtitatis & fortitudinis atque conſtantiæ ſocias habebas, deſiderio tenebaris? An contrà ſublimiore animo eras, quàm ut earum conſuetudinem atque convictum requireres? Utrùm te matris ætate confectæ ſolitudo flectebat? An potiùs firmum ac præſidentem animum gerebas, ut qui pietatem, tanquam maximum vitæ præſidium, illi reliquiſſes? Enimverò, quandò te, ut par erat, ad nos recepiſti, atque ille, qui *glorificantes ſe glorificat*, & *irritantes ſe irritat*, & *voluntatem timentium ſe facit*, & mortuis rursùs vitam inſpirat; qui, ut Lazarum, *quatriduò poſtquam è vita migraverat*, ſic te poſt quadriennium præter omnium ſpem ad vitam revocavit, qui, juxta Ezechielis, Prophetarum omnium maximè admirabilis & excelſi, viſionem, *oſſa cum oſſibus*, & compagem cum compage connectit, deſiderantibus nobis deſiderantem te reddidit: fac in iiſdem vitæ ſtudiis, & eâdem oris libertate perſeveres, ne alioqui calamitatibus fractus ac debilitatus eſſe, ac philoſophiam ob ignaviam prodidiſſe videaris.

In exilium mittitur.

Maximus poſt quadriennium ab exilio redux. *I. Reg.* II. 30. *Deut.* XXXII. 21. *Pſ.* CXLIV. 19. *Joan.* XI. 39. *Ez.* XXXVII. 4.

(a) Ὥσπερ δέ. Sic tres Regg. Or. 1. Combef. Deeſt δέ. in Ed.

(b) Στηλιτεύεις. Sic Reg. a. Or. 1. Paſſ. Combef. Baſ. In Ed. σὺλιτεύσεις.

(c) Ὁ μηδεμίαν &c. Pulchrè Auguſtinus tom. v. pag. 1247. hac de re in natali Cypriani, ſic loquitur: *Si quæris exilium, quò Chriſtianus jubeatur ire; priùs, ſi potes, inveni undè Chriſtus cogatur exire. De patria ſua in alienam te arbitraris excludere hominem Dei, in Chriſto nuſquam exulem, in carne ubique peregrinum.*

(d) Σοι. Coisl. 1. & Paſſ. addunt ἦν.

(e) Εὐαγὲς. Or. 1. & Paſſ. εὐγενὲς, & ad marg. εὐαγὲς.

(f) Τελετὴν. Sic duo Regg. Coisl. 1. Or. 1. Paſſ. & Combef. In Ed. τελευτὴν.

(g) Καὶ τὴν. In quibuſdam, κἀκεῖ τὴν.

(h) Δειλίᾳ. Paſſ. addit τινι.

Gregorius Maximum hortatur, ut Gentilium superstitionem, & Hæreticorum impietatem confutet.

XV. Gentilium superstitionem, & eorum, qui plures Deos colunt, impietatem, ut priùs, confuta, & veteres ac novos Deos, & obscœnas fabulas, & obscœniora sacrificia eorum, qui luto lutum purgant, ut ex quodam illorum audivi, brutorum instar animantium corporibus corpora sua purgantium, & veneranda figmenta, & indecoras præstigias; quibus, si divinitatem definiunt, ô miseros & perditos homines! si autem eam designant, ô infelicitatis cumulum! si autem indicant, ô singularem stultitiam! Doceant enim, quæ ratio, quod turpitudinis illius, quâ in hujusmodi rebus utuntur, arcanum? Debent enim ipsæ quoque rerum honestarum significationes & species turpitudine vacare. Quòd si aliud quiddam prætereà esse contendunt, quid hoc sit probent, quibúsque ex libris & Theologis hauserint, ostendant? Jam insurgentium etiam hæresum impetus frange, idque eò etiam acriùs, quòd jam antehac in cruciatibus versatus es. Philosophicus enim animus ex eo, quòd passus sit, generosior redditur, atque, ut candens ferrum aquâ frigidâ, ita periculis obdurescit. Quin pietatis nostræ doctrinam præscribe, sic nos instituens, ut Deum unum ingenitum agnoscamus, hoc est, Patrem: unum item genitum Dominum, Filium videlicet, qui Deus quidem appellatur, cùm de eo separatim sermo est, Dominus autem, quandò cum Patre nominatur; illud propter naturam, hoc propter unicum divinitatis principatum: unum denique Spiritum sanctum, à Patre procedentem, aut etiam prodeuntem, Deum quoque ipsum, apud eos, qui ea, quæ propinqua sunt, apprimè intelligunt, qui ab impiis quidem etiam oppugnatur, ab iis autem, qui supra eos assurgunt, animo & mente concipitur, ab iis verò, qui magis spiritales sunt, etiam prædicatur. Illud item præscribe, ut nec Patri principium tribuamus, ne quid primo prius inducamus, ex quo etiam id, quod primum est, perire necesse sit; nec Filium & Spiritum sanctum principii expertes esse adstruamus, ne Patri, id quod ipsi proprium est, adimamus. Illi quippè & principio minimè carent, & quodam modo carent: quod sanè dictu mirum est. Non enim, quantùm ad causam,

Insurgentes hæreses frangat.

Veram circà Trinitatem doctrinam adstruat.

Doceat, Patrem principii expertem, Filium & Spiritum sanctum ad Patrem, tanquam ad causam, referendos.

A ιε. Σύγχει μὲν καὶ τὴν Ἑλλήνων δεισιδαιμονίαν ὡς πρότερον, καὶ τὴν πολύθεον αὐτῶν ἀθεΐαν, καὶ τοὺς παλαιοὺς Θεοὺς καὶ τοὺς νέους, καὶ τοὺς αἰσχροὺς μύθους, καὶ τὰς αἰσχροτέρας θυσίας πηλῷ πηλὸν καθαιρόντων, ὡς αὐτῶν [a] τινὸς λέγοντος a ἤκουσα, λέγω δὴ σώμασι ζώματα τοῖς τῶν ἀλόγων ζώων τὰ ἑαυτῶν, καὶ τὰ σεμνὰ [b] πλάσματα, καὶ τὰ ἀσχήμονα b τερατεύματα, οἷς, [c] εἰ μὲν τὸ θεῖον ὁρίζονται, c
B τῆς κακοδαιμονίας· εἰ δὲ παραδεικνύουσι, τῆς εὐηθείας. διδασκέτωσαν γὰρ, τίς ὁ λόγος, καὶ τί τὸ τῆς ἀσχημοσύνης, τῆς περὶ ταῦτα μυστήριον; δεῖ γὰρ μηδὲ τὰς ἐμφάσεις τῶν καλῶν τὸ αἰσχρὸν ἔχειν· εἰ δὲ ἄλλό τι παρὰ ταῦτα εἶναί φασι, τί τοῦτο πειθέτωσαν, καὶ ἐκ ποίων λόγων, ἢ θεολόγων; σύγχει δὲ καὶ τὰς τῶν αἱρέσεων ἐπαναστάσεις, καὶ τοσούτῳ θερμότερον, ὅσῳ προπέπονθας. γενναιότερον γὰρ ἐκ
C τοῦ παθεῖν τὸ φιλόσοφον, ὥσπερ ψυχρῷ σίδηρος ἔμπυρος, οὕτω τοῖς κινδύνοις σκληρύνεται. ὁρίζου δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, διδάσκων ἕνα μὲν εἰδέναι Θεὸν ἀγέννητον, τὸν Πατέρα· ἕνα δὲ γεννητὸν Κύριον, τὸν Υἱόν· Θεὸν μέν, ὅταν καθ' ἑαυτὸν λέγηται, προσαγορευόμενον, Κύριον δὲ, ὅταν μετὰ Πατρὸς ὀνομάζηται· τὸ μὲν διὰ τὴν φύσιν, τὸ δὲ διὰ τὴν μοναρχίαν· ἓν δὲ Πνεῦμα ἅγιον, προελθὸν ἐκ τοῦ
D Πατρὸς, ἢ καὶ προϊὸν, Θεὸν, [d] τοῖς νοητῶς d νοοῦσι τὰ παρακείμενα· τοῖς μὲν ἀσεβέσι καὶ πολεμούμενον, τοῖς δὲ ὑπὲρ τούτους νοούμενον, τοῖς πνευματικωτέροις δὲ καὶ λεγόμενον. μήτε [e] ὑπὸ ἀρχὴν ποιεῖν τὸν e
Πατέρα, ἵνα μὴ τοῦ πρώτου [f] τὸ πρῶτον f εἰσαγάγωμεν, [g] ἐξ οὗ καὶ τὸ εἶναι πρώτῳ g περιτραπήσεται, μήτε ἄναρχον τὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ [h] τὸ Πατρὸς h ἴδιον περιέλωμεν. οὐκ ἄναρχα γὰρ, καὶ
E ἀναρχά πως· ὃ καὶ παράδοξον. οὐκ ἄναρχα μὲν γὰρ, [i] τῷ αἰτίῳ, ἐκ Θεοῦ i

(a) Τινος. Heraclitum intelligit.

(b) Πλάσματα. Reg. a. παλαίσματα.

(c) Εἰ μὲν τὸ θεῖον &c. Hîc obiter Gregorius perstringit absurdissimam Gentilium Theologiam, qui sub fabularum involucro Deitatem adumbrabant.

(d) Τοῖς νοητῶς &c. *Qui solerti ingenio, mentis acumine ea intelligunt, quæ conjuncta sunt & cohærent*, Deitatis scilicet Personas, sic nobis unâ serie propositas; ex quibus passim Gregorius, sicut & Basilius probant, Filium & Spiritum sanctum Deum pariter esse, sicuti Pater.

(e) Ὑπὸ ἀρχήν &c. *Ne Patrem principio subesse statuamus.*

(f) Τὸ πρῶτον. Hic πρῶτον idem sonat ac πρότερον, quod Græcis familiare est. Mox εἰσαγάγωμεν. duo Regg. & Pass. εἰσάγαμεν.

(g) Ἐξ ὃ καὶ τὸ εἶναι &c. Bill. *ex quo id, quod primum est, originem traxisse necesse sit*

(h) Τὸ Πατρός. Reg. hu. Or. 1. Pass. τὸ τῦ Πατρός.

(i) Τῷ αἰτίῳ. *Quantùm ad causam.* Licèt ab hac voce abstineant Latini, nihil tamen est diffidii, quoad rem & sensum, inter Græcos & Latinos. Quod enim Græci *causæ & causati* nomine intelligunt, nos idem *Principii & principiati* nomine intelligimus. Undè sanctus Thomas Opusc. contra errores Græcorum c. 1. ait: *Apud Latinos non est consuetum, quòd Pater dicatur causa Filii, vel Spiritûs sancti, sed solùm Principium, vel author... Græci, qui causæ & causati nomine utuntur in divinis Personis, non intendunt diversitatem naturæ inducere, aut Filium esse creaturam; sed per hoc volunt ostendere solam originem Personarum, sicut nos nomine principii.*

γὰρ, εἰ καὶ μὴ μετ' αὐτὸν, ὡς ἐξ A principio carent, ex Deo enim ſunt, licet
ἡλίου φῶς· ἀναρχα δὲ, τῷ χρόνῳ. οὐ non poſt ipſum, quemadmodùm ex Sole
γὰρ ὑπὸ χρόνον, ἵνα μὴ τὸ ῥέον ᾖ τῶν lumen : ſed quantùm ad tempus, principii
ἑστώτων πρεσβύτερον, καὶ τῶν οὐσιῶν ſunt expertes. Nec enim tempori ſubjecti
τὸ ἀνούσιον. ſunt, ne quod fluxum eſt, iis, quæ ſtabilia ſunt, & quod non eſt, iis, quæ ſunt, prius atque antiquius ſit.

ις. Μήτε ἀρχὰς τρεῖς, ἵνα μὴ Ελ- XVI. Nec item tria principia conſti- Tria Principia non ſunt in Deo conſtituenda.
ληνικὸν, ἢ τὸ πολύθεον· μήτε μίαν μὲν, tuamus, ne in Gentilem Deorum multitu-
Ιουδαϊκὴν δὲ σμικρήν τινα, καὶ φθονερὰν, καὶ dinem incidamus : nec rursùs unum qui-
ἀδύνατον· ἢ τῷ ἀναλίσκειν εἰς ἑαυτὴν dem, ſed Judaicum quoddam, & anguſtum,
θεότητα, ὃ τοῖς προάγουσι μὲν ἐκ τοῦ atque invidum & imbecillum ; nempè vel
Πατρὸς τὸν Υἱὸν, εἰς αὐτὸν δὲ πάλιν B deitatem in ſeipſam abſumendo, quemad-
ἀναλύουσιν ἤρεσεν· ἢ τῷ καταβάλλειν τὰς modùm iis placuit, qui Filium quidem
φύσεις, καὶ ἀλλοτριοῦν θεότητος, ὃ τοῖς ex Patre producunt, eundem autem rur-
νῦν δοκέσει ζοφοῖς, ὥσπερ δεδοικυίαν μὴ sùm in Patrem reſolvunt ; vel naturas de-
[a] ἀντεξάγωνται, ἢ μηδὲν δυναμένην ὑπὲρ jiciendo, atque à divinitate alienando,
τὰ κτίσματα. μήτε ἀγέννητον τὸν Υἱὸν, ut ſapientibus hujus temporis videtur,
εἷς γὰρ ὁ Πατήρ· μήτε Υἱὸν τὸ Πνεῦμα, perindè atque ipſa hoc metuat, ne ipſæ ad-
εἷς γὰρ ὁ μονογενής· ἵνα καὶ τοῦτο θεῖκὸν versùm ſe inſurgant, aut ſupra res condi-
ἔχωσι τὸ μοναδικὸν, ὁ μὲν τῆς υἱότητος, tas nihil poſſit. Nec rursùm ingenitum Fi- Unus eſt ingenitus, unus unigenitus, unus procedens.
τὸ δὲ τῆς προόδου, καὶ οὐχ υἱότητος. lium, unus enim Pater ingenitus : nec
ἀληθῶς Πατέρα τὸν Πατέρα, καὶ πολύ C Spiritum ſanctum Filium, unus enim eſt
γε τῶν παρ' ἡμῖν ἀληθέστερον, ὅτι μόνως, Unigenitus ; ut hoc quoque divinum ha-
ἰδιοτρόπως γὰρ, καὶ οὐχ ὡς τὰ σώματα· beant, ſingularitatem nimirùm, ille filia-
καὶ μόνος, οὐ γὰρ μετὰ συζυγίας· καὶ tionis, hic proceſſionis, non autem filia-
μόνου, μονογενοῦς γάρ· καὶ μόνον, οὐ tionis. Patrem verè patrem, ac multò qui- Pater verè pater.
γὰρ Υἱὸς πρότερον· καὶ ὅλον Πατὴρ, καὶ dem veriùs, quàm qui apud nos id nomen
ὅλου, τὸ γὰρ ἡμέτερον ἀδηλον· καὶ ἀπ' obtinent, tum quia proprio & ſingulari
ἀρχῆς, οὐ γὰρ ὕστερον. ἀληθῶς Υἱὸν τὸν modo pater eſt, non autem ſicut corpora ;
Υἱὸν, ὅτι μόνος, καὶ μόνου, καὶ μόνως, tum quia ſolus, non enim ex conjunctione ;
καὶ μόνον· οὐ γὰρ καὶ Πατὴρ, καὶ ὅλον tum quia ſolius, nempè Unigeniti ; tum
Υἱὸς, καὶ ὅλου, καὶ ἀπ' ἀρχῆς, οὔ ποτε D quia ſolùm, nec enim ipſe priuſquam pater
τοῦ εἶναι Υἱὸς ἠργμένος· οὐ γὰρ ἐκ eſſet, filius fuit ; tum quia in totum & to-
μεταμελείας ἡ θεότης, οὐδὲ ἐκ προκοπῆς tius pater, quod de nobis certò affirmari
[b] ἡ θέωσις, ἵνα λείπῃ ποτὲ, πρὶν μὲν [b] τὸ nequit ; tum quia ab initio, nec enim
εἶναι Πατρὶ, πρὶν δὲ τὸ εἶναι Υἱῷ. ἀληθῶς poſterius Pater eſſe cœpit. Filium verè Filius verè filius.
ἅγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐ γὰρ καὶ filium, quòd & ſolus ſit, & ſolius, ac ſin-
[c] ἄλλο [c] τοιοῦτον, οὐδὲ οὕτως, οὐδὲ ἐκ gulari modo, & ſolùm ; non enim Pater
προσθήκης ὁ ἁγιασμὸς, ἀλλ' αὐτοαγιότης, quoque ſimul eſt, & in totum Filius, & to-
οὐδὲ μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐδὲ δεξάμενον tius, & à principio, hanc ſcilicet rationem
χρονικῶς ἢ παυσόμενον. κοινὸν γὰρ, Πατρὶ habens, ut nunquam Filius eſſe cœperit ; non
μὲν καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, τὸ μὴ E enim ex conſilii mutatione eſt deitas, neque
γεγονέναι, καὶ ἡ θεότης· Υἱῷ δὲ καὶ ἁγίῳ ex progreſſu deificatio, ut ille aliquandò
Πνεύματι, τὸ ἐκ τοῦ Πατρός. ἴδιον δὲ, Pater, hic aliquandò Filius eſſe deſinat. Spiritus ſanctus verè ſanctus.
Πατρὸς μὲν, ἡ ἀγεννησία· Υἱοῦ δὲ, ἡ Spiritum ſanctum verè ſanctum : neque
[d] γέννησις· Πνεύματος δὲ, ἡ [d] ἔκπεμψις. εἰ enim alius talis eſt, nec eodem modo,
δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς, τί καταλείψεις neque ex acceſſione ſanctitatem habet, ſed
τοῖς μόνοις γινώσκειν ἀλλήλα, καὶ γινώσ- eſt ipſamet ſanctitas, nec magis & minùs,
nec, quoad tempus, originem unquam ha-
buit, nec finem habiturus eſt. Hoc enim
Patri & Filio & Spiritui ſancto commune
eſt, quòd minimè creati ſunt, atque ipſa di-
vinitas. Hoc autem Filio & Spiritui ſancto,
quòd uterque eorum ex Patre eſt. At verò
Patris proprietas hæc eſt, quòd ingenitus
ſit : Filii, quòd genitus : Spiritûs ſancti,
quòd procedat. Quòd ſi modum quæris,
quid iis relicturus es, quos ſolos mutuò ſe

(a) Αντεξαγώνται. Schol. μὴ στασήσωσιν αἱ ὑποστάσεις Υἱῷ καὶ Πνεύματος. *Ne Filii & Spiritûs Perſonæ contra ſe inſurgant.*

(b) Τὸ εἶναι. Sic Regg. bm. hu. Coisl. 1. & Or. 1. Deeſt τὸ in Ed.

(c) Τοιοῦτον. Coisl. 1. τοιοῦτο.

(d) Εκπεμψις. *Emiſſio.* Hîc idem ſonat ac ἐκπόρευσις, *proceſſio.*

Joan. XVII. 25. *I. Cor.* XIII. 12. *cognoſcere*, atque *à ſe mutuò cognoſci* Scriptura teſtatur; *aut iis etiam noſtrûm*, qui poſteà divinitùs illuminabuntur?

Trinitas in unitate, & unitas in Trinitate adoranda.

XVII. Fac ſis prius quiddam eorum, quæ commoravimus, aut certè talis: ac tum tantùm cognoſces, quantùm hæc mutuò à ſeipſis cognoſcuntur. Nunc verò doce, ut hoc duntaxat ſciamus, nempè Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate adorandam, cujus & diviſio, & conjunctio, planè admirabilis ſit. Ne paſſiones metuas, dum generationem confiteris. Deus enim ab omni paſſione liber eſt, etiamſi genuit. Hoc tibi ſpondeo, eum divino, non autem humano modo genuiſſe: nec mirum, cùm etiam ipſius eſſe minimè humanum ſit. Verùm illud demùm metue, ne tempus illi tribuas, eúmque creatum contendas. Non enim profectò Deus erit, ſi creatus fuerit, ac ne Dei patrocinium incaſsùm ſuſcipiens, Deum tollas, conſervum tuum eum faciens, qui ſimul Deus eſt, & qui te quoque ex ſervitute in libertatem vindicat, ſi modò verè & ſincerè dominium confitearis. Proceſſionem ne timeas; nec enim Deo neceſſe eſt non producere, aut ſimili ratione producere, utpotè qui in omnibus dives eſt; verùm alienationem metue, ac comminationem eam, quæ eos manet, non qui Spiritum ſanctum Deum eſſe profitentur, ſed qui eum contumeliis afficiunt.

Nec tres, nec duo Dii, ſed unus Deus agnoſcendus.

XVIII. Cave, ne unius imperium malè colas, divinitatem contrahens, aut circumcidens; nec tritheiæ crimen tibi pudorem moveat, quandiù alius quoque eâdem ratione in ditheiæ periculo verſatur. Aut enim cum illo crimen objectum dilues: aut cum illo hærebis: aut ille quidem ſimul cum rationibus ſuis divinitatis naufragium faciet, tibi verò incolumis divinitas permanebit. Ac ſi ratio ipſa imbecillitate laborarit, ſatius eſt in rationibus laborare, dum Spiritum ducem ſequamur, quàm impiis dogmatibus facilè aſſentiri, dum otio noſtro & deſidiæ conſulimus. Inſtantias & oppoſitiones, novamque pietatem, & jejunam ac minutam ſapientiam contemne, & quidem magis, quàm aranearum telas, quæ muſcas quidem retinent, à veſpis autem perrumpuntur, ne dicam à digitis, aut

κεσθαι ὑπ' ἀλλήλων [a] μαρτυρομένοις, ἢ καὶ ἡμῶν τοῖς ἐκεῖθεν ἐλλαμφθησομένοις ὕστερον; a

ιζ. Γενοῦ τι τῶν [b] εἰρημένων πρότερον, ἢ τοιοῦτος, καὶ τότε γνώσῃ τοσοῦτον, [c] ὅσον ὑπ' ἀλλήλων [d] γινώσκεσθαι. νῦν δὲ δίδασκε τοσοῦτον εἰδέναι μόνον, μονάδα ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι προσκυνουμένην, παράδοξον ἔχουσαν, καὶ τὴν διαίρεσιν, καὶ τὴν ἕνωσιν. μὴ φοβηθῇς τὰ πάθη, γέννησιν ὁμολογῶν. ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ εἰ γεγέννηκεν. ἐγώ σοι τούτου ἐγγυητὴς, ὅτι θεϊκῶς, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπικῶς. οὐδὲ γὰρ τὸ εἶναι αὐτῷ ἀνθρώπινον. [e] φοβήθητι δὲ χρόνον κ τίσιν. οὐ γὰρ Θεὸς, εἰ γέγονε, μὴ Θεῷ συνηγορῶν διακενῆς, Θεὸν ἀνέλῃς, ὁμόδουλον ποιῶν τὸ ὁμόθεον, ὃ καί σε τῆς δουλείας ἐλευθεροῖ, [f] ἂν γνησίως ὁμολογῇς δεσποτείαν. μὴ φοβηθῇς τὴν πρόοδον· [g] οὐ γὰρ ἀνάγκην ἔχει Θεὸς, ἢ μὴ προβάλλειν, ἢ προβάλλειν ὁμοίως, ὁ πάντα πλούσιος· φοβήθητι δὲ τὴν ἀλλοτρίωσιν, καὶ τὴν κειμένην ἀπειλὴν, οὐ τοῖς θεολογοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς βλασφημοῦσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. b c d e f g

ιη. Μήτε τὴν μοναρχίαν κακῶς τιμήσῃς, συναιρῶν ἢ περικόπτων θεότητα· μήτε τὸ τῆς [h] τριθείας ἔγκλημα αἰσχυνθῇς, ἕως ἂν [i] καὶ ἄλλος κινδυνεύῃ τὴν διθείαν. ἢ γὰρ συνέλυσας, ἢ συνεπόρησας, ἢ ὁ μὲν ἐναυάγησε μετὰ τῶν λογισμῶν καὶ θεότητα, σοὶ δὲ παρέμεινε θεότης. καὶ εἰ ὁ λόγος ἠσθένησε, κρεῖσσον [k] καμεῖν ἐν τοῖς λογισμοῖς μετὰ τῆς ὁδηγίας τοῦ Πνεύματος, ἢ προχείρως ἀσεβῆσαι τὴν ῥᾳστώνην διώκοντα. διάπλυέ μοι τὰς ἐνστάσεις, καὶ τὰς ἀντιθέσεις, [l] καὶ τὴν νέαν εὐσέβειαν, καὶ τὴν μικρόλογον Σοφίαν, καὶ διάπλυε πλέον, ἢ τὰ τῶν ἀραχνίων νήματα, μυίας μὲν κρατοῦντα, σφηξὶ δὲ ῥηγνύμενα, οὔπω λέγω δακτύλοις, οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ τῶν βαρυτέρων h i k l

(a) Μαρτυρομένοις. Reg. bm. μαρτυρημένοις.

(b) Εἰρημένων. Reg. bm. προειρημένων.

(c) Οσον. Sic tres Regg. Coisl. 3. Par. Combef. In Ed. ὅσων.

(d) Γινώσκεσθαι. Tres Regg. Par. Combef. γινώσκεται. Paſſ. γινώσκονται.

(e) Φοβήθητι δέ. Sic duo Regg. Paſſ. Combef. Deeſt δέ in Ed.

(f) Αν γνησίως. Sic plerique Codd. In Editis mendosè ἀγνησίως.

(g) Οὐ γὰρ ἀνάγκην &c. Billius: *Nec enim Deo vel producere, vel non producere neceſſe eſt, utpotè in omnibus diviti.* Sic etiam Nicetas. Verùm non videntur Gregorii mentem aſſecuti. Hæc enim dicta ſunt de Spiritûs ſancti proceſſione, quæ tunc à pluribus impugnabatur. Undè Gregorius ait: *Ne timeas proceſſionem; nec enim Deo neceſſe eſt, non producere, aut ſimili modo producere*, quaſi unicum in Deo eſſet producendi genus, ſcilicet per generationem, ita ut Spiritûs ſanctus, cùm ex Deo ſit, deberet quoque eſſe genitus, ſicut Filius; quod quidem eſt contra Deitatis divitias.

(h) Τριθείας. Paſſ. Τριάδος. Hæc Macedoniorum cavillatio, qui Filium quidem Deum dicebant, non verò Spiritum ſanctum.

(i) Καὶ ἄλλος. Or. 1. καὶ ἄλλων.

(k) Καμεῖν. Coisl. 1. & Paſſ. κάμνειν. Malè in Ed. καμεῖν.

(l) Καὶ τὴν νέαν. Sic tres Regg. Or. 1. Paſſ. Deeſt καὶ in Ed.

βαρυτέρων

βαρυτέρων ζωμάτων. ἓν δ' ἴδασκε φοβεῖσθαι μόνον, τὸ λύειν τὴν πίστιν ἐν τοῖς ζοφίσμασιν. οὐ δεινὸν ἡττηθῆναι λόγῳ, οὐ γὰρ πάντων ὁ λόγος· δεινὸν δὲ ζημιωθῆναι θεότητα, πάντων γὰρ ἡ ἐλπίς. ταῦτα μὲν οὖν καὶ κατὰ σεαυτὸν φιλοσοφήσεις οἶδ' ὅτι [a] προθυμότερόν τε καὶ τελεώτερον· [b] ἐγγύαταί μοι τὰ σὰ τραύματα, καὶ τὸ σὸν σῶμα ὑπὲρ εὐσεβείας πεπονηκός· καὶ ἡμεῖς δὲ συμφιλοσοφήσομεν [c] ὅση δύναμις.

A alio quopiam graviori corpore. Hoc unum nos timere doce, nimirùm ne in argutiis & captionibus fidem ſolvamus. Sermone victum eſſe minimè grave atque acerbum eſt, non enim omnium eſt ſermo: at verò grave & acerbum eſt Deitatis jacturam feciſſe, omnium enim eſt ſpes. Verùm hæc ipſe per te, ſat ſcio, promptiùs & perfectiùs philoſophaberis; id mihi vulnera tua ſpondent, corpúſque iſtud, quod pro pietate permultos labores exantlavit; nóſque etiam unà tecum pro virili noſtra philoſophabimur.

ιθ. [d] Σὺ δὲ ὅταν ἐκδημήσῃς τὴν καλὴν ἐκδημίαν, μέμνησό μοι τῆς Τριάδος [e] ἐν σκηναῖς κατοικούσης, εἴπερ ὅλως ἐν χειροποιήτοις [f] οἰκεῖ Θεὸς, καὶ τοῦ μικροῦ τούτου θέρους, οὐκ ἐκ μικρῶν μὲν τῶν τῆς εὐσεβείας σπερμάτων, πλὴν ἔτι μικρῷ τε καὶ πενιχροῦ, καὶ κατ' ὀλίγον συναγομένου. [g] ἐγενήθημεν γὰρ ὡς συνάγοντες καλάμην ἐν ἀμήτῳ, εἰ δεῖ τὸ τοῦ Προφήτου εἰπεῖν ἐν καιρῷ, καὶ ὡς ἐπιφυλλίδα ἐν τρυγήτῳ, οὐχ ὑπαρχόντος βότρυος. ὁρᾷς τὴν συλλογὴν [h] ὅση· καὶ δρᾷ τοῦτο σπούδαζε πλουσιωτέραν [i] ποιεῖν ἡμῖν τὴν ἅλω, καὶ τὴν ληνὸν πληρεστέραν. διήγησαι καὶ τὴν ἡμετέραν κλῆσιν, καὶ τὴν ἄπιστον ἐπιδημίαν, ἣν οὐχ ὥστε συντρυφᾶν, ἀλλ' ὥστε συγκακοπαθεῖν, πεποιήμεθα· ἵνα τῶν δεινῶν μετασχόντες, καὶ τῆς δόξης μετάσχωμεν. [k] τοῦτόν σοι τὸν λαὸν ἔχεις συλλήπτορα ταῖς εὐχαῖς, τοῦτον συνέκδημον, τὸ στενὸν ἀριθμῷ ποίμνιον, καὶ οὐ στενὸν εὐσεβείᾳ· οὗ πλέον αἰδοῦμαι τὴν στένωσιν, ἢ τὴν ἑτέρων πλατύτητα. τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· μετὰ τούτου, καὶ πῦρ διαβήσῃ, καὶ θῆρας κοιμίσεις, καὶ ἡμερώσεις δυνάστας. οὕτως ἐκδημεῖν, οὕτω στέλλεσθαι, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπανήκειν πάλιν, πλουσίως πλούσιος, δεύτερος στεφανίτης, καὶ μεθ' ἡμῶν ᾄσων τὸν ἐπινίκιον, νῦν τε καὶ ὕστερον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς [l] αἰῶνας· Ἀμήν.

B XIX. At tu, cùm egregiam peregrinationem obieris, Trinitatis, in tabernaculis habitantis, ſi tamen Deus omninò in manufactis habitat, memor eſto, meſſiſque hujus exiguæ, non ex parvis quidem pietatis ſeminibus, parvæ tamen adhuc & exilis, & quæ paulatim colligatur. *Lacti enim ſumus ſicut qui ſtipulam in meſſe colligunt*, ut cum Propheta opportunè loquar, & *racemulos in vindemia, cùm nulli ſint botri.* Vides quanta ſit hæc collectio: ac proindè in eam curam incumbe, C ut area nobis copioſior fiat, torculárque plenius. Narra, tum vocationem noſtram, tum incredibilem noſtram peregrinationem, quam, non ut luxûs & deliciarum, ſed ut ærumnarum ſocii eſſemus, inivimus; ut periculorum & acerbitatum participes facti, in gloriæ quoque partem aliquandò veniamus. Hanc plebem habes votis faventem, hanc peregrinationis comitem; hunc, inquam, gregem, numero quidem anguſtum, at pietate nequaquàm anguſtum: cujus ipſe anguſtiam magis, quàm aliorum amplitudinem & latitudinem, revereor. Hæc dicit D Spiritus ſanctus: cum hoc, & *ignem pertranſibis*, & *ferarum rabiem* conſopies, & proceres mites ac manſuetos reddes. Ita excede, ita naviga, atque ad nos rursùm redi, eximiè dives, ſecundò laureatus, ac nobiſcum triumphale carmen cantaturus; & nunc, & in poſterum in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula. Amen.

Maximi auxilium pro grege efflagitat Gregorius.

Mich. VII. 1.

Pſ. LXV. 12. *Luc.* X. 19.

(*a*) Προθυμότερόν τε. Sic tres Regg. & Paſſ. In Ed. προθυμότερόν τι.

(*b*) Ἐγγύαταί μοι. In quibuſdam ἐγγυᾷ τέ μοι.

(*c*) Ὅση. Paſſ. ὡς ἡ.

(*d*) Σὺ δὲ ὅταν &c. Maximum hîc compellat Gregorius, atque eum rogat, ut, cùm Alexandriam, confeſſionis gloriâ decoratus, reverſus fuerit, illic ſibi ſuoque gregi faveat apud Alexandrinum Antiſtitem, cujus magna erat in Conſtantinopolitana Eccleſia auctoritas. Sed ſua Gregorium ſpes fefellit, ut mox videbimus.

(*e*) Ἐν σκηναῖς κατοικούσης. Hîc ſignificare videtur, Gregorius, Eccleſias adhuc eſſe in Hæreticorum poteſtate.

(*f*) Οἰκεῖ. Paſſ. κατοικεῖ.

(*g*) Ἐγενήθημεν. Paſſ. ἐγενόμεθα.

(*h*) Ὅση. Reg. hu. ὅση; cum interrogationis nota: *vides quanta ſit?*

(*i*) Ποιεῖν ἡμῖν. Sic tres Regg. Or. 1. Paſſ. Deeſt ἡμῖν in Ed.

(*k*) Τοῦτόν σοι. Reg. a. τοῦτον ὦν.

(*l*) Αἰῶνας. Duo Regg. addunt, αἰώνων, *ſæculorum.*

MONITUM

IN ORATIONEM VIGESIMAM-SEXTAM.

Prava Maximi adversùs Gregorium consilia. Carm. de vita sua. vers. 751. & 822.

I. *Prava Maximi, quem in præcedenti Oratione à Gregorio publicè laudatum vidimus, non diù latuere consilia. Brevi è cineribus erupit ignis,* & Ægyptium illud spectrum, *ut loquitur Gregorius, citò nimis venenatum* aspidis fœtum produxit. *Invidiâ namque & ambitione flagrans, eò impietatis & audaciæ adductus est, ut sedis Constantinopolitanæ dignitatem, legitimo Pastore de throno exturbato, ad se transferret. Idcircò primùm sibi flagitiorum consortem ascivit unum è Gregorii Sacerdotibus, qui secum pariter Theologi domûs, mensæ ac intimæ familiaritatis particeps erat. Ingrati ambo ac factiosi homines ex Ægypto accersunt, vel potiùs, pecuniâ emunt seditiosos & ad quodlibet facinus expeditos viros, quorum subindè operâ, missis insuper ab ipso Petro Alexandrino Episcopis, qui clam Maximum consecrarent, noctu Ecclesiam invadunt. Horrenda hæc, quamvis ad lucem usque producta, nondùm perfecta erant, cùm ad Cleri notitiam venere. Ubi primùm hæc pervulgata sunt, tota infremuit civitas. Ad Ecclesiam advolant Magistratus, cives, exteri, ac ipsi etiam Hæretici. Omnes unanimi indignatione permoti, summo cum dedecore & ignominia consecratum & consecratores extrudunt; nec tali opprobrio sapientiores evasere. In nequissimo enim proposito obstinatè perseverantes, tibicinis cujusdam domum ingressi, infandum opus peragunt.*

Gregorii dolor ob perpetrata à Maximo scelera. Bill. or. arg.

II. *Interea Gregorius, non in suburbano, ut putarunt Billius & Baronius, sed Constantinopoli, quemadmodùm è carmine de vita sua colligitur, morbo laborabat. Cùm autem tot tantorumque facinorum seriem audivit, subito ac intimo animi dolore perculsus, fugam cogitat; & sacrum Anastasiæ templum, quasi universæ christianæ plebi extremum vale dicturus, ingreditur. Sed assiduis totius gregis precibus & lacrymis permotus, se tandem non discessurum promittit. Ut autem debilitatas corporis & animi vires instauraret, in proximam villam aliquantulùm concessit; undè non multò post redux hanc Orationem habuit. Illam Baronius, perperàm certè,* Invectivam in Maximum *vocat. Conjicit etiam vir doctus, hanc ipsam esse* vituperationum librum *cujus meminit Hieronymus. Verùm huic sententiæ adversantur tum inscriptio ipsa, tum Oratoris scopus. Neque enim hæc Oratio liber ille esse potest, in qua ne Maximus quidem nominatur. Non negamus tamen pluribus in locis Maximum ac ipsius sectatores obiter tectisque verbis hîc à Gregorio designari & perstringi; sed non indè sequitur hanc esse in Maximum Invectivam. Et certè, si liber, de quo loquitur Hieronymus, differt ab iis, quæ Gregorius carmine de vita sua adversùs Maximum scripsit, hunc jam non exstare affirmare licet, cùm nullibi supersit istius libri vestigium.*

Baron. Annal. t. v. ed. Lucæ. fol. 1739. p. 483. n. 31.

Hier. Script. Eccl. Basil. ed. p. 149.

Quo tempore habita hæc Oratio, & Orationis scopus.

III. *Constantinopoli dictam hanc Orationem circa medium annum 380. conjiciunt eruditi. Mirus in ea statim ab exordio se prodit Pastoris erga*

oves amor. Desiderabam vos, *inquit*, Filii, & pari à vobis desiderio expetebar.... Quorum enim communis est Spiritus, horum quoque communis est affectus.... Quamobrem à vobis diutiùs abesse minimè sustinui. *Nec verò sola mutuæ dilectionis ratio Gregorium ad celerem reditum impulit. Metuebat etiam adhuc pro dilecto grege, &* luporum *voracitatem*, & latronum *insidias*, & canum *rabiem*, *qui jam, irrito licèt impetu, in Pastores irruperant, atque oves diripere, mactare aut dispergere tentaverant. Tum fidei ac doctrinæ rationem à grege exigit; neque* mutuum *duntaxat exposcit, sed etiam* fœnus; *nec* talentum *solùm, sed &* talenti quæstum; *ne fortè quis, talento in terra defosso & occultato, creditorem*, ut durum & asperum, *falsò criminetur. Hinc fidem sine operibus mortuam esse ostendit, & ab Auditoribus postulat, num sedulò bonis operibus studuerint; atque dilucidè pertractatis variis vitæ christianæ officiis, ipse quoque rationem reddit de omnibus, quæ absens secum philosophatus est. Quod ut assequatur, amplum & magnificum veri Philosophi exemplar eò loci ob oculos ponit, & eadem quæ Chrysostomus postmodùm in Oratione,* nemo læditur nisi à se ipso, *tractavit, ipse verbis & exemplis egregiè demonstrat.*

Or. XXVI. n. 1.

Ibid. n. 3.

Ibid. n. 5.

Chrysost. t. III. p. 444.

a [a]ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ,

b ἐξ ἀγροῦ [b]ἐπανήκοντα μετὰ τὰ κατὰ Μάξιμον.

IN SEIPSUM,

cùm rure rediisset, post ea quæ à Maximo perpetrata fuerant.

ΛΟΓΟΣ κϛ.

ORATIO VIGESIMA-SEXTA.

Aliàs 28. quæ autem 26. erat, nunc 32.

Habita circa medium annum 380.

α. ΕΠΟΘΟΥΝ ὑμᾶς, ὦ τέκνα, καὶ ἀντεποθούμην τοῖς ἴσοις μέτροις. πείθομαι γὰρ, εἰ δεῖ καὶ πίστιν προσθεῖναι τῷ λόγῳ, d c ναὶ [c]νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, [d]ἀδελφοὶ, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. τοῦτον γάρ μοι πεποίηκε τὸν ὅρκον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ᾧ πρὸς ὑμᾶς κεκινήμεθα, ἵνα κατασκευάσωμεν Κυρίῳ λαὸν περιούσιον. σκοπεῖτε τὴν πίστιν ὅση· καὶ τὸ ἐμαυτοῦ f e πείθω, καὶ [e]τὸ ὑπὲρ [f]ὑμῶν διατείνομαι. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. ὧν γὰρ κοινὸν τὸ B Πνεῦμα, κοινὸν καὶ τὸ πάθος· οἷς δὲ τὸ πάσχειν ἴσον, ἴσον καὶ τὸ πιστεύειν. ὁ γὰρ g μή τις πέπονθεν, ἦλ' ἂν ἑτέρῳ [g]πιστεύσειεν· ὁ δὲ παθὼν, εἰς συγκατάθεσιν ἑτοιμότερος, μάρτυς ἀόρατος ἀοράτου πάθους, μορφῆς ἀλλοτρίας οἰκεῖον ἔσοπτρον. διὰ τοῦτο οὐδὲ ἠνεσχόμην ἀποφοιτῆσαι ὑμῶν μακρότερα, καί τοί γε ἱκανῶς τοῖς ἐνταῦθα δυσχεραίνων

A I. DESIDERABAM vos, Filii, & pari à vobis desiderio expetebar. Persuasum enim id habeo; ac si ad eam rem jusjurandum interponendum est, *juro, Fratres, per vestram gloriationem, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro.* Hanc enim jusjurandi formam mihi condidit Spiritus sanctus, cujus numine atque afflatu ad vos venimus, ut Domino *populum eximium & peculiarem* comparemus. Ac fidei magnitudinem, quæso, perspicite. Nam & animi mei affectum vobis persuasum reddo, & de vestro erga me animo affirmo & assevero. Nec id sanè mirum videri debet. Quorum enim communis est Spiritus, horum affectus quoque communis: quibus autem idem affectus est, idem etiam ad credendum æquè propensi sunt. Nam quod in seipso aliquis minimè sensit, is nec alteri id de se affirmanti unquam crediderit: qui autem ita aliquandò se affectum sensit, is profectò ad assentiendum faciliorem se præbebit, utpotè invisibilis affectionis invisibilis testis, formæque alienæ proprium speculum. Quamobrem à vobis

Quorum communis est Spiritus, horum affectus communis.

I. Cor. XV. 31.

Deut. VII. 6.

Qui mutuos affectus experiuntur, ii ad assentiendum faciliores se præbent.

(a) Εἰς ἑαυτόν. *In seipsum.* Addunt nonnulli, καὶ τὸν λαὸν, & τὰς ποιμένας, & *Populum & Pastores.*

(b) Ἐπανήκοντα. Plures Codices habent ἐπισλάντα. Nonnulli ἐπισλάς.

(c) Νὴ τὴν ὑμετέραν. *Per vestram.* Sic Vulgata, sic penè omnes Codices, sic Patrum pars maxima, quibus posthabitis, mirum est Billium Complutense exemplar secutum, vertisse, *per nostram.*

(d) Ἀδελφοί. Deest in Reg. bm.

(e) Τό. Deest in tribus Regg. & quatuor Colb.

(f) Ὑμῶν Reg. bm. & Savil. ἡμῶν.

(g) Πιστεύσειεν. Comb. πιστεύσειν.

diutiùs abeſſe minimè ſuſtinui, quanquam alioqui res haſce ægrè ac moleſto animo ferens; non ſolùm quas civitates ferunt, (popularem ſcilicet multitudinem, tumultus, forum, ſpectacula, ſaturitates, contumelias, eos qui ducunt, & qui ducuntur, eos qui damnum inferunt, & qui patiuntur, eos qui lugent, & qui lugentur, eos qui plorant, gaudent, matrimonium ineunt, ſepeliunt, laudantur, vituperantur, hanc, inquam, vitii ſilvam, mundi fervorem, ſubitas & repentinas, velut in Euripo & ventorum agitatione, mutationes;) verùm etiam venerabiliora hæc & præſtantiora, ſacrarium nempè & ſacram menſam; quorum cùm ipſi principatum tenere videamur, & in eorum, qui ad Deum appropinquant, numero ſimus, vereor ne malè appropinquemus, &, tanquam ſtipula ad ignem, ignis vim ferre nequeamus.

Abſens Gregorius, alacri animo ad gregem redit.

II. Cæterùm ad vos redii, & qui à vobis invitus diſceſſeram, idem non invitus, ſed animo perquàm alacri, ſpontaneiſque, ut dici ſolet, pedibus accurri, Spiritu ſcilicet me, fluvii cujuſdam in modum, agente, qui per acclivia quidem non niſi coactus fertur, per prona autem & declivia celerrimè labitur. Ac profectò vel unicus dies totius vitæ humanæ inſtar eſt deſiderio laborantibus. Nam illud Patriarchæ Jacob mihi alio modo ſe habere videtur, qui pro duabus virginibus quatuordecim annis Laban Syro ſerviens, haudquaquàm labore frangebatur. *Erant enim*, inquit, *omnes illi dies, quaſi dies unus, quòd earum amore flagraret.* Cujus rei hæc fortaſsè cauſa erat, quia rei expetitæ conſpectu fruebatur: vel etiam, quia levis eſt amori labor, tametſi dilatio ipſa moleſtiam afferat. Sic videlicet naturâ comparatum eſt, ut ea ſegniùs appetamus, quibus facilè liberéque frui licet, quemadmodùm veterum quidam affirmavit. Equidem ipſe, qui, cùm adeſſem, vim hujus affectûs parùm admodùm ſentiebam, poſteaquàm à vobis disjunctus ſum, cupiditatem, amorémque, dulcem tyrannum, agnoſcere cœpi; quod quidem non eſt cur novum videatur. Etenim ſi vel bubulcus ob vitulum unum ab armento aberrantem, vel Paſtor ob pecudem ex denario numero deficientem, vel avis ob nidulum, quem ad breve tempus reliquit, uſqueadeò diſcruciari ſolent, ut & illi, arreptis fiſtulis,

Gen. XXVII. 26.

Ea, quibus facilè frui licet, ſegniùs appetuntur.

τε καὶ ἀχθόμενος· οὐχ οἷς αἱ πόλεις [a] φέρουσι μόνον, δήμοις, θορύβοις, ἀγοραῖς, θεάτροις, πλησμοναῖς, ὕβρεσιν, ἄγουσι καὶ ἀγομένοις, ζημιοῦσι καὶ ζημιουμένοις, πενθοῦσι καὶ πενθουμένοις, κλαίουσι, χαίρουσι, γαμοῦσι, θάπτουσιν, εὐφημουμένοις, βλασφημουμένοις, ὕλῃ κακίας, κόσμου βράσματι, ταῖς ἀγκιστρόφοις μεταβολαῖς, ὥσπερ ἐν Εὐρίπῳ καὶ πνεύμασιν· ἀλλὰ καὶ τούτοις ἤδη τοῖς σεμνοτέροις καὶ τιμιωτέροις, [b] τοῖς φημὶ τὸ βῆμα τοῦτο λέγω, καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν· ὧν ἡμεῖς τὸ κράτος ἔχειν δοκοῦντες, καὶ τῶν ἐγγιζόντων ὄντες Θεῷ, δέδοικα μὴ κακῶς ἐγγίζωμεν, καὶ, ὡς καλάμη πυρὶ, πῦρ οὐ φέροντες.

β. Πλὴν ἐπανῆλθον ὑμῖν, βίᾳ μὲν ἀποδραμών, οὐ βίᾳ δὲ προσδραμών, ἀλλὰ καὶ μάλα προθύμως, καὶ αὐτομάτοις ποσὶ, τὸ τοῦ λόγου, τοῦ Πνεύματος οὕτως ἄγοντος, καθάπερ τι ῥεῦμα, πρὸς μὲν τὸ [c] ἄναντες βιαζόμενον, εἰς δὲ τὸ [d] πρανὲς ἐπειγόμενον. ὄντως ἡμέρα μία, βίος ὅλος ἀνθρώπῳ, τοῖς πόθῳ κάμνουσιν. τὸ γὰρ τοῦ Ιακὼβ [e] ἑτέρως ἔχειν μοι φαίνεται, ὃς ἔτη δεκατέσσαρα δουλεύων τῷ Σύρῳ Λάβαν ὑπὲρ τῶν δύο παρθένων οὐκ ἔκαμνεν· ἦσαν γὰρ αὐτῷ, φησὶν, αἱ πᾶσαι ἡμέραι, ὡς ἡμέρα μία, διὰ τὸ ἀγαπᾶν αὐτάς. ἴσως ὅτι ἐν ὄψεσιν ἦν τὸ ποθούμενον· [f] ἢ ὅτι κοῦφον τὸ κάμνειν ἔρωτι, κἂν ἡ ἀναβολὴ τὸ λυπηρὸν ἔχῃ. [g] οὕτως τὸ ἕτοιμον εἰς ἐξουσίαν, ἀργὸν εἰς ἐπιθυμίαν, ὥς τις ἔφη τῶν πρὸ ἡμῶν. ἐγὼ γοῦν [h] ἡνίκα μὲν παρήμην, ἐλάχιστα τοῦ πάθους ἐπαισθανόμενος, ἡνίκα δὲ ἐχωρίσθην, ἔγνων τὸν πόθον τὸν γλυκὺν τύραννον· [i] καινὸν δὲ οὐδέν. εἰ γὰρ τοσοῦτον ὀδύρεται καὶ βουκόλος μόσχον τῆς ἀγέλης ἀποφοιτήσαντα, καὶ ποιμὴν προβάτου ἐλλεῖψαν δεκάδι, καὶ ὄρνεον νοσσιὰν, ἣν πρὸς ὀλίγον [k] ἀπέλιπεν, ὥστε οἱ μὲν τὰς σύριγγας λαβόντες, ἐπί τινα σκοπιὰν ἀνελθόντες, πληρῶσι τῆς ἀθυμίας τοὺς

(a) Φέρουσι. Nonnulli Codd. χαίρουσι.

(b) Τοῖς περὶ τὸ βῆμα &c. *Sacrarium & ſacram menſam.* Hæc enim ſunt *venerabiliora & præſtantiora* illa, quæ ſibi diſplicere ait Gregorius, non verò ii, *qui ſacrarium & ſacram menſam cingunt*, ut vertit Billius, contra Theologi mentem, qui fidelem plebem deliniebat, & mutuum ei amorem gratulabatur. Ipſi diſplicebant, tum quæ jam à Maximo in ſacrario perpetrata fuerant, tum onus, quod ferè invitò ſuſceperat, tum dignitas, quæ tot tantaſque curas afferebat, & plurimorum invidiam conciliabat.

(c) Ἀναντες. Sic plerique Codd. Pravè in Ed. ἄναχτος.

(d) Πρανὲς. Sic tres Reg. Coisl. 1. & Combef. In Ed. τρανὲς.

(e) Ετέρως. Coisl. 1. ἐχ ἑτέρως. Sic etiam legit Ruſinus.

(f) Η ὅτι . . . λυπηρὸν ἔχῃ. Hæc deſunt in pluribus Codd. Nec tamen à Gregorio noſtro aliena. Auguſtinus enim lib. de bono viduitatis, Tom. VI. pag. 384. eandem ferè ſententiam habet: *Nullo modo*, inquit, *ſunt oneroſi labores amantium . . . Nam in eo quod amatur, aut non laboratur, aut & labor amatur.*

(g) Οὕτως τὸ ἕτοιμον. &c. Plinius Epiſt. XX. lib. 8. ait: *omnium rerum cupido langueſcit, cùm facilis occaſio eſt.*

(h) Ηνίκα μὲν . . . ἡνίκα δέ. Sic plures Codd. In Ed. deſunt μὲν & δέ.

(i) Καινόν. Reg. bm. καὶ καινόν.

(k) Απέλιπεν. Reg. bm. κατέλιπεν.

τοὺς

τοὺς δόνακας, καὶ ἀνακαλοῦνται, ὡς λογικὰ, A in ſpeculam quandam evecti, mœſtos in-
τὰ πλανώμενα· κἂν ὑπακούσωσι, χαίρουσι flent calamos, & palantia animalia, quaſi
μᾶλλον, ἢ πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, ὧν ratione prædita, evocent; ac ſi paruerint,
οὐκ ἐφρόντισαν· τὸ δὲ τρύζον ἐπὶ τὴν majorem ex illis, quàm ex reliquis univer-
καλιὰν ἵεται, καὶ τρύζουσι προσωτίπλει ſis de quibus ſolliciti non fuerant, delecta-
τοῖς νεοσσοῖς, καὶ περιέπει ταῖς πτέρυξι. tionem percipiant; hæc verò ſtridens ad
πτλίκον ἂν εἴη δεξιῷ ποιμένι λογικὰ nidum convolet, pullíſque ſtridentibus al-
θρέμματα, καὶ ὧν τι προεκινδύνευσεν, labatur, eóſque pennis foveat. Quantò tan-
a ἐπεὶ καὶ τοῦτο [a] τῷ φίλτρῳ προστίθησιν; dem cariores eſſe par eſt apud bonum ac
pervigilem Paſtorem oves ratione præditas, & pro quarum ſalute non nihil peri-
culi ſubiit, cùm hoc quoque acriores
amoris flammas excitet?

γ. Ὡς ἐγὼ δέδοικα μὲν τοὺς βαρεῖς B III. Equidem ipſe graves & atroces lu-
b λύκους, μὴ τὴν [b] σκοτόμαιναν ἡμῶν τηρή- pos timeo, ne, caligine noſtrâ obſervatâ, Luporum voracitatem, furum inſidias & canum rabiem metuit.
σαντες, τὴν ποίμνην σπαράξωσι λόγοις rapaci ac violentâ doctrinâ gregem dila-
d c [c] συναρπακτικοῖς τε καὶ βιαίοις. ἐπειδὴ [d] τὰς cerent. Intempeſtam enim noctem captant,
ἀκαιρίας τηροῦσι, τὸ φανερῶς ἰσχύειν οὐκ quòd palàm apertéque nihil efficere poſ-
ἔχοντες. δέδοικα δὲ τοὺς λῃστὰς καὶ κλέπ- ſint. Fures etiam ac latrones metuo, ne
τας, μὴ διὰ τῆς αὐλῆς ὑπερβάντες, ἢ per caulam tranſilientes, aut impudenti
ἀναιδείᾳ συλήσωσιν, ἢ δι' ἀπάτης κλέψωσιν, atque aperto impetu oves diripiant, aut
ὥστε θῦσαι, ἢ ἀποκτεῖναι, ἢ ἀπολέσαι, furtim intercipiant, *ut macſent, & jugulent,* *Joan.* x. 10.
ἁρπάζοντες ἁρπάγματα, ψυχὰς κατεσ- *ac perdant, rapientes rapinas, & animas* *Ezech.* xxii.
θίοντες, ὥς τις ἔφη τῶν Προφητῶν. δέδοικα C *comedentes*, ut Propheta quiſpiam cecinit. 25.
δὲ τὴν παράθυρον, μή τις ἄκλειστον εὑρὼν Quinetiam illud vereor, ne quis eorum,
e τῶν [e] χθὲς ἡμετέρων καὶ πρώην, εἶτα ὡς qui heri & nudiuſtertius à nobis ſtabant,
ἴδιος εἰσελθὼν, ἐπιβουλεύσῃ ὡς ἀλλότριος. anguſtius oſtium haud clauſum nactus, ac
πολλαὶ γὰρ καὶ ποικίλαι τοῦ τὰ τοιαῦτα per familiaritatis ſpeciem ingreſſus, jam ut
ἐνεργοῦντος αἱ μεθοδεῖαι· καὶ οὐδεὶς οὕτως alienus inſidias moliatur. Multæ enim va-
ἀρχιτέκτων οὐδενὸς τῶν ποικίλων, ὡς riæque ejus, qui hujuſmodi res in hominum
Σοφιστὴς κακίας ὁ ἀντικείμενος. δέδοικα δὲ animos immittit, artes & inſidiæ ſunt:
f ἤδη [f] καὶ κύνας, ποιμένας εἶναι βιαζομένους, nec quiſquam tam ſolers eſt rerum variarum
g [g] καὶ τὸ παράδοξον, οὐδὲν εἰς ποιμαντικὴν architectus, quàm peritus vitii artifex eſt
εἰσενεγκόντας, ἢ τὸ κεῖραι κόμας, ἃς κακῶς D noſter adverſarius. Jam mihi quoque timo-
h ἤσκησαν· [h] οἳ μήτε κύνες ἔμειναν, μήτε rem injiciunt canes, per vim in Paſtorum
ποιμένες γεγόνασι, πλὴν τοῦ σπαράξαι, claſſem irrumpentes, ídque, quod abſur-
i καὶ [i] διασπεῖραι, καὶ διαλῦσαι πόνον dum valdè eſt, cùm ad paſtoralis muneris
ἀλλότριον. ἐπειδὴ ῥ�ᾴον ἀεὶ τὸ διαφθείρειν, adminiſtrationem nihil omninò aliud con-
τοῦ συντηρεῖν· καὶ γεννᾶται μὲν ἄνθρωπος tulerint, quàm quòd comam, cui ornandæ
κόπῳ, φησὶν ὁ Ἰὼβ, καὶ ναυπηγεῖται & alendæ turpiter ſtuduerant, raſerunt;
ναῦς, καὶ οἰκία συνίσταται· ἀποκτεῖναι qui nec in canum ordine manſerunt, nec
k δὲ, ἢ [k] καταλῦσαι, ἢ ἐμπρῆσαι, τοῦ βουλο- Paſtores facti ſunt, niſi ut lanient & diſ-
μένου παντός· ὥστε μηδὲ νῦν μέγα φρονεί- pergant, atque aliorum labores infringant.
τωσαν οἱ τῇ ποίμνῃ τοὺς κύνας ἐπαναστή- E Quandoquidem facilius ſemper eſt labe-
σαντες, οἳ πρόβατον μὲν ἓν οὐκ ἂν ἔχοιεν factare ac perdere, quàm conſervare: & Diſperdere, quàm ſervare, facilius eſt.
εἰπεῖν, ὡς προσήγαγον, ἢ διέσωσαν. οὐ γὰρ *labori* quidem *homo naſcitur*, quemadmo- *Job.* v. 7.
ἐμάθον καλὸν ποιεῖν, πονηρίαν ἀσκήσαντες. dùm ait Job, & navis extruitur, & domus
ædificatur; interficere autem, aut evertere,
aut incendere quivis facilè poteſt. Ac pro-
indè ne nunc quidem inſolentiùs ſeſe effe-
rant, qui canes adversùs gregem concita-
runt, qui ne oviculam quidem unam pro-
ferre poſſunt, quam adduxerint, vel
conſervarint. Nec enim rectè facere didi-
cerunt, cùm improbitatem ſtudiosè colue-

(*a*) Τῷ φίλτρῳ. Sic Reg. bm. Or. 1. & Comb. Deeſt τῷ in Ed.

(*b*) Σκοτόμαιναν. Leuv. vertit, *interlunium.*

(*c*) Συναρπακτικοῖς τε. Reg. bm. σπαρακτικοῖς. Deeſt τε in duobus Regg.

(*d*) Τὰς ἀκαιρίας. *Intempeſta tempora.* Intelligit Gregorius Catholicorum inter ſe diſſidia.

(*e*) Χθὲς ἡμετέρων. Notat eos, qui cum Maximo contra ipſum inſurrexerant.

(*f*) Καὶ κύνας &c. Hìc alludit ad Maximum *Cynicum.* Vox enim *Cynicus* à canum latratu deſumitur; quòd Philoſophi cynici undequaque oblatrabant, & comæ alendæ & ornandæ turpiter ſtudebant.

(*g*) Καὶ τό. Reg. bm. ὃ καί.

(*h*) Οἳ μήτε κύνες &c. *Qui nec in canum ordine manſerunt* &c. id eſt, inquit Elias, *nec Cynicus manſit, nec verè Chriſtianus effectus eſt*, ſcilicet, Maximus.

(*i*) Διασπεῖραι. Tres Colb. διαφθεῖραι, *corrumpere, labefactare.* Sic quoque legit Rufinus.

(*k*) Καταλῦσαι. Duo Regg. quatuor Colb. Or. 1. &c. καταδῦσαι.

runt. Quòd ſi gregem perturbant, idem & parva tempeſtas efficere poteſt, idem & exiguus morbus, idem & beſtia una repentè irruens. Cohibeant ergo ſe, qui ex ignominia ſua gloriandi anſam arripiunt; atque improbitati ſuæ, ſi quidem poſſint, finem imponentes, *adorent, & procidant, & plorent coram Domino qui fecit eos*, gregíque adjungantur, quotquot non ſunt omninò inſanabiles.

Pſ. XCIV. 6.

εἰ δὲ τὴν ποίμνην ταράσσουσι, τοῦτο καὶ ζάλη μικρὰ, τοῦτο κὴ νόσος ὀλίγη, τοῦτο κὴ θηρίον ἓν ἀθρόως ἐπιπεσόν. σίητωσαν οὖν οἱ τῇ ἑαυτῶν αἰσχύνῃ μεγαλαυχούμενοι· κὴ παυσάμενοι τῆς κακίας, ἂν ἄρα δύνωνται, προσκυνησάτωσαν, κὴ προσπεσέτωσαν, κὴ κλαυσάτωσαν ἐναντίον Κυρίᾳ τῷ ποιήσαντος αὐτοὺς, κὴ τῇ ποίμνῃ μιχθήτωσαν, ὅσοι μὴ παντελῶς ἀνίατοι.

Gregorius Paſtor timidus ac circumſpectus.

IV. Hoc ego ille timidus Paſtor & circumſpectus, eámque ob cauſam cautionis, tanquam ignaviæ, notam ſubiens. Non enim Paſtor ſum ex eorum numero quiſpiam, qui *lac comedunt, & lanis operiuntur, & quod craſſum eſt jugulant*, ac labore conficiunt, aut vendunt, & dicunt: *Benedictus Dominus, quia divites facti ſumus;* qui ſeipſos paſcunt, & non oves, ſi Prophetarum voces recordamini, quibus illi in malos Paſtores invehuntur; verùm ex illis potiùs, qui cum Paulo dicere poſſunt: *Quis infirmatur, & non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror, & curâ diſcrucior? Non enim, quæ veſtra ſunt, quæro, ſed vos. Et peruſtus ſum æſtu diei, & nocturnâ glacie vexatus*, inquit Patriarcha Jacob, cujus ſunt *oves illæ ſignatæ*, & quæ in cœleſtibus canalibus concipere didicerunt. Sic igitur, atque his de cauſis, ad vos, ad hunc modum affectos, acceſſi. Poſteaquàm autem acceſſi, age, inter nos ea ſubducamus, quæ intereà rectè & cum virtute geſſimus. Præclarum enim eſt nos in hac opinione verſari, ut non modò ſermonis, aut actionis, ſed totius etiam temporis, atque adeò tenuiſſimi & breviſſimi cujuſque horæ momenti rationem à nobis repoſci exiſtimemus. Facite igitur, ut mihi operam veſtram & ſtudium exponatis: & ipſe viciſſim in medium afferam, quæ mecum ipſe, cùm ſolus eſſem, philoſophatus ſum.

Ezech. XXXIV. 3.

Zach. XI. 5.

II. Cor. XI. 29.

Non gregis opes, ſed ipſum gregem quærit.

II. Cor. XII. 14.

Gen. XXXI. 40.

Gen. XXX. 32. *& ſeq.*

δ. Ταῦτα ὁ δειλὸς ἐγὼ ποιμὴν κὴ θεσκεμμένος, κὴ δι' τῦτο τὴν ἀσφάλειαν, ὡς ῥαθυμίαν, ἐγκαλούμενος. οὐ γάρ εἰμι ποιμὴν ἐκείνων τις, τῶν τὸ γάλα κατεσθιόντων, κὴ τὰ ἔρια θριξαλλομένων, κὴ τὸ παχὺ σφαζόντων, καὶ μόχθῳ κατεργαζομένων, ἢ [a] ἀπεμπωλούντων κὴ λεγόντων· εὐλογητὸς Κύριος, κὴ πεπλουτήκαμεν· ποιμαινόντων ἑαυτοὺς, οὐ τὰ θρέμματα, εἴ τι τῶν θρεπτικῶν φωνῶν [b] μέμνησθε, δι' ὧν ἐκεῖνοι τοὺς κακοὺς ποιμένας ἐλαύνουσιν· ἀλλ' ἐκείνων μᾶλλον τῶν δυναμένων εἰπεῖν μετὰ Παύλυ· τίς ἀσθενεῖ, κὴ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, κὴ οὐκ ἐμὴ [c] πύρωσις, ἢ φροντίς; οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν, ἀλλ' ὑμᾶς. κὴ ἐγενόμην [d] συγκαιόμενος τῷ καύσωνι τῆς ἡμέρας, κὴ τῷ παγέτῳ τῆς νυκτὸς πιεζόμενος, Πατριάρχυ φωνὴ ποιμένος, ἃ τὰ ἐπίσημα θρέμματα, & ταῖς ἐκεῖθεν ληνοῖς ἐγκισσᾶν μελετήσαντα. ἔστω μὲν οὖν, κὴ διὰ ταῦτα ἐπέσθην ὑμῖν, κὴ οὕτως ἔχυσιν. ἐπεὶ δὲ ἐπέσθην, δῶμεν λόγον ἀλλήλοις ὧν μεταξὺ κατωρθώσαμεν. ἐπειδὴ καλὸν μὴ ῥήματος μόνον κὴ πράξεως, ἀλλὰ κὴ καιροῦ παντὸς, καὶ ὥρας αὐτῆς τῷ ἀκαριαίου καὶ λεπτοτάτυ οἴεσθαι λόγον ἀπαιτεῖσθαι ἡμᾶς. [e] ὑμεῖς μὲν ἀπαγγείλατέ μοι τὴν ἐργασίαν τὴν ὑμετέραν· ἐγὼ δ' εἰς μέσον θήσω, ἃ καθ' ἡσυχίαν ἐμαυτῷ συγγενόμενος ἐφιλοσόφησα.

A grege de fide & doctrina rationem exigit.

V. Ecquam rerum ſublimium contemplationem, aut à me acceptam animis veſtris retinuiſtis, aut à vobis ipſis contuliſtis, vel de divinitatis doctrina, vel de aliis fidei capitibus, quæ ego permulta & perſæpè vobis appoſui? Neque enim *mutuum* duntaxat quæro, verum etiam *fœnus:* nec *talentum ſolum*, ſed & *talenti quæſtum:* ne quis fortè, cùm in terra id, quod ipſi commiſſum eſt, occultarit, & defoderit, creditorem inſuper falsò, ut durum & acerbum, atque alienarum rerum cupidi-

Matth. XXV. 18. *& ſeq.*

ε. Τίνα μὲν θεωρίαν τῶν ὑψηλῶν, ἢ παρ' ἐμοῦ λαβόντες ἐφυλάξατε, ἢ παρ' ὑμῶν αὐτῶν εἰσηνέγκατε, ἢ περὶ θεολογίας, ἢ περὶ τῶν ἄλλων δογμάτων, ἃ πολλὰ καὶ πολλάκις ὑμῖν παρεθέμην; ζητῶ γὰρ ὲ τὸ δάνειον μόνον, ἀλλὰ κὴ τὸν τόκον· οὐ τὸ τάλαντον μόνον, ἀλλὰ κὴ τὴν ἐργασίαν· μή τις κατακρύψας κὴ καταχώσας τὸ πισθευθὲν, ἔτι κὴ καταψεύδηται τοῦ πισθεύσαντος, ὡς σκληροῦ τε κὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμοῦντος.

(a) Απεμπωλούντων. Reg. b. ἀπεμπολούντων.
(b) Μέμνησθε. In quibuſdam, νῦν μεμνῆσθαι. In aliis, μεμνῆσθαι δεῖ ὧν.
(c) Πύρωσις, ἢ φροντίς; Sic Reg. d. In Ed. πύρωσις ἡ φροντίς;
(d) Συγκαιόμενος. Reg. bm. & quinque Colb. συμφλεγόμενος.
(e) Ὑμεῖς μὲν &c. *Vos igitur negotiationem veſtram exponite, meam ego viciſſim in medium proferam.*

τίνα ὧ πρᾶξιν τῶν ἐπαινουμένων, ἢ μηδὲ τῆς A tate flagrantem criminetur. Quam honeſtam
ἀριστερᾶς γινωσκούσης ἐκαρποφορήσατε, ἢ & laudabilem actionem protuliſtis, vel ita
ὥστε λάμπειν τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν occultè, *ut ne ſiniſtra quidem manus ſciat*, *Matth.* VI. 3.
ἀνθρώπων, ἵν' ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον δει- vel etiam apertè, *ut lux veſtra coram ho-* *Ibid.* V. 16.
[a] χθῇ, καὶ ὑφ' τῶν μαθητῶν ὁ [a] διδάσκαλος *minibus luceat*, & *arbor ex fructu agno-* *Ibid.* VII. 16.
γνωριθῇ, καὶ εἴπῃ τις τῶν ἐκπλευόντων τὰ *ſcatur*, & magiſter per diſcipulos innote-
ἡμέτερα, πολλοὶ δέ εἰσιν, οἱ μὲν δι' εὐδο- ſcat, ac dicat quiſpiam eorum, qui vitæ
κίαν, οἱ δὲ καὶ φιλέργως, ὅτι ὄντως ὁ Θεὸς noſtræ rationes inſpectant, (id quod multi
[b] ἐν [b] ὑμῖν ἐστιν, ὃ κηρυσσόμενος ὑγιῶς μόνον, faciunt, alii benignâ voluntate ducti, alii
ἀλλὰ & λατρευόμενος. ὡς γὰρ οὐκ ἔστι χω- curioſitate impulſi,) *quòd verè Deus in* I. Cor. XIV.
ρὶς πίστεως πρᾶξις ἔγκριτος, ἐπειδὴ καὶ δό- B *vobis ſit*, non modò ſanè ac ſincerè 25.
ξης ἕνεκεν οἱ πολλοὶ τὸ καλὸν ἐπιτηδεύουσι, prædicatus, ſed etiam cultus & adoratus.
& φύσεως ὅτως ἔχοντες, ὅτω καὶ ἡ πίστις χω- Ut enim actio ſine fide non eſt accepta,
ρὶς ἔργων νεκρά. καὶ μή τις ὑμᾶς ἀπατάτω (quandoquidem multi gloriæ ſtudio, atque
κενοῖς λόγοις τοῦ πάντα συγχωρούντων ἑτοί- etiam à natura ita informati, virtutem
μως, ὑπὲρ ἑνὸς τοῦ ἀσεβεῖν ἐν τοῖς δόγμασι, colunt,) ita *fides ſine operibus mortua* *Jacob.* II. 20.
καὶ φαῦλον καταβαλλόντων μισθὸν φαύλου *eſt*. Ac videte, ne quis eorum vos ina- Cavendum,
πράγματος. δείξατε οὖν ἐκ τοῦ ἔργων τὴν nibus verbis decipiat, qui omnia om- ne quis inanibus verbis ſeducatur.
πίστιν, τῆς χώρας ὑμῶν τὸ γόνιμον, εἰ μὴ nibus hac una de cauſa facilè conce-
εἰς κενὸν ἐσπείραμεν, εἰ δράγμα τι ἐν ὑμῖν, dunt, ut impia dogmata homines com-
τοῦ ποιῆσαι ἄλευρα ἰσχὺν ἔχον, καὶ ἀποθη- C plexentur, malámque rei malæ mercedem
κῶν ἄξιον, ἵνα καὶ προθυμότερον ὑμᾶς γεωρ- perſolvunt. Ex operibus ergo fidem, ter-
γήσωμεν. τίς εἰς ἑκατὸν καρποτοκεῖ; τίς εἰς ræque veſtræ fœcunditatem oſtendite, ut
ἑξήκοντα; τίς τὸ τελευταῖον κἂν εἰς τριά- perſpicuum fiat, an fruſtrà ſementem fece-
κοντα; ἢ τίς ἔμπαλιν ἀπὸ τοῦ τριάκοντα rimus, an manipulus quidam in vobis re-
εἰς τὸν ἑξήκοντα προελθών; ἔχομεν γὰρ καὶ periatur, ex quo confici farina queat, dig-
ταύτην ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τὴν τάξιν, εἰς núſque qui in horreum inferatur, quò
τὸν ἑκατὸν ἐτελεύτησεν, ἵνα προβαίνων, ὡς ὁ alacrioribus animis vos in poſterum exco-
Ισαὰκ, μέγας γένηται, πορευόμενος ἐκ δυ- lamus. Quis *centeſimum fructum* edit? Quis *Matth.* XIII. 8.
[c] νάμεως εἰς δύναμιν, καὶ [c] τὰς ᾠδὰς τῶν *ſexageſimum?* Quis poſtremò *trigeſimum?*
ἀναβαθμῶν ᾀδων, καὶ ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ Aut converſo ordine, quis à trigeſimo ad
τιθέμενος; ſexageſimum progreſſus, (hunc quoque in
Evangeliis ordinem habemus,) in centeſi-
mum deſiit, ut novos ſubindè progreſſus
faciens, *velut Iſaac*, magnus tandem fiat, *Gen.* XXVI. 13.
de virtute in virtutem ambulans, & can- *Pſ.* LXXXIII.
tica graduum canens, atque *aſcenſiones in* 6. & 8.
D *corde ſuo ponens?*

[d] ς. Ζητῶ τὸν καρπὸν [d] πλεονάζοντα εἰς VI. Quæro enim fructum abundantem Abundantes fructus à grege poſtulat.
λόγον ὑμῶν. ὑμέτερον γὰρ, οὐκ ἐμὸν τὸ in rationem veſtram. Veſtrum enim lucrum
κέρδος· εἰ δὲ καὶ ἡμέτερον, ὅτι ὑμέτερον, eſt, non meum: quanquam meum quoque,
ἀντιστρεφούσης τῆς ὠφελείας ἀφ' ὑμῶν εἰς quoniam veſtrum, cùm utilitas à vobis
ἡμᾶς, ὥσπερ ἐν ταῖς αὐγαῖς τῶν ἀνταναν- ad nos, ut in radiorum ſolarium refle-
κλάσεων. εἰ ἐπλωχοτροφήσατε; εἰ ἐξενοδο- xione accidere videmus, ſeſe reflectat.
χήσατε; εἰ ἁγίων πόδας ἐνίψατε; εἰ τρυφῶν- Num pauperes aluiſtis? Num *hoſpitio ex-* *I. Tim.* V. 10.
τες τῇ καταργουμένῃ γαστρὶ, δεδόσθω γὰρ, *cepiſtis?* Num *ſanctorum pedes abluiſtis?*
καὶ ὑφ' τῶν ἐντολῶν ἐτρυφήσατε; ὡς οὐκ ἔστι Num *ventris, qui deſtruitur*, voluptati- *I. Cor.* VI. 13.
E taύτης τρυφή τις ἀμείνων, οὐδὲ μονιμωτέρα bus indulgentes,(detur hoc enim,) id etiam
[e] τοῖς τρυφᾶν ἐθέλουσιν. εἰ [e] τινας τῶν λει- egiſtis, ut in mandatis divinis delicias po-
τουργούντων τῷ θυσιαστηρίῳ καὶ καλῶς πε- ſitas haberetis? Nam profectò nec deliciæ
νομένων, δότε γάρ μοι καὶ τοῦτο εἰπεῖν, εἰς ullæ his meliores ſunt, nec diuturniores &
[f] δύναμιν ἀνεπαύσατε, ἵν' [f] ἀθρόισπάστως ſtabiliores iis,qui in deliciis vitam tranſigere
[g] μᾶλλον τῷ θυσιαστηρίῳ [g] παρεδρεύωσι, καὶ volunt. Num quoſdam ex his, qui altari mi-
niſtrant, & pulchrè inopes ſunt, (liceat
enim mihi hoc dicere,) pro viribus recreaſ-
tis, ut, animis minùs diſtractis, altari magis

(a) Διδάσκαλος. Or. 1. addit, ὑμῶν.
(b) Ὑμῖν. Reg. a. ἡμῖν.
(c) Τὰς ᾠδὰς τῶν ἀναβαθμῶν. *Graduum cantica. Sic dicuntur*, inquit Elias, *Pſalmi numero quindecim, pares gradibus illis qui erant in templo Jeroſolymitano, in quos aſcendentes illi, qui ad cantandos Hymnos erant ordinati, hæc ipſa cantica concinebant. Hæc autem cantica tractant de aſcenſu & reditu Judæorum è Babylone in Jeruſalem. Undè myſtico ſenſu ii dicuntur graduum cantica concinere, qui virtute proficiunt.*
(d) Πλεονάζοντα. Or. 1. πλεῖον.
(e) Τίνας. Duo Regg. τίνα.
(f) Ἀπερισπάστως. Or. 1. ἀπερισπάτως.
(g) Παρεδρεύωσι. Duo Regg. & Or. 1. προσεδρεύωσι.

assideant, ac bonorum vestrorum participes facti, sua quoque vicissim vobis conferant? Turpe sanè est, hæc, & nos exposcere, & vos non elargiri. Nec verò ideò hanc admonitionem habui, ut ita in me fiat; (*melius enim est mihi mori, quàm ut gloriatio mea evacuetur,* ac mihi prædicati Evangelii merces pereat, si hîc laborum messem fecero. Evangelii enim prædicatio necessitatis est: munificentia autem & laus in eo sita est, *ut gratis hoc munus obeamus;*) verùm eò hæc Oratio spectat, ut de Christo benè mereri discatis: quod quidem vobis contin-
B get, si vel in *unum ex parvis* & abjectis hominibus benignitatis aliquid conferatis. Quemadmodùm enim ille salutis meæ causâ, omnia, quæcunque sum ego, peccato excepto, factus est, ita vel minima mea officia in se recipit; sive tecto pauperem donaveris, sive in vincula conjectum inviseris, sive ægrotantem adieris; sive denique, quod vilissimum est, hominis siti oppressi linguam solo frigidæ poculo refrigeraveris, quod à *paupere Lazaro* exposcebat dives ille, qui in flamma torquebatur, ac pro hujus vitæ voluptatibus &
C deliciis, Lazaríque esurientis & ulcerosi contemptu, hanc mercedem referebat, ut illic Lazarum rogaret, nec tamen ejus opem impetraret.

Evangelii munus gratis obeundum. *I. Cor.* IX. 15. *Ibid.* IX. 18. *Matth.* XXV. 40. *Luc.* XVI. 24.

VII. Hæc quidem sunt, quæ à vobis exigimus; ac pro certo habeo, minimè id vobis pudori esse, quòd vitæ rationes à vobis reposcamus, nec etiam fore, cùm eas extremo illo die referendas habebitis, ad quem omnia nostra colliguntur, quemadmodùm his verbis Scriptura testatur: *Et ego venio, ut consilia vestra & actiones congregem.* Et *ecce homo, & opus ejus, & merces ejus cum eo.* Jam nostra exponamus, atque ea, quæ à solitudine vobis af-
D ferimus. Nam & *Elias* libenter in Carmelo philosophatur, & *Joannes* in deserto, & *Jesus ipse*, ut actiones multitudini hominúmque frequentiæ, ita preces quieti locísque ab hominum commercio semotis ferè tribuebat. Quid hinc, velut latâ lege, statuit? Nempè nobis quoque, ut opinor, nonnihil quiescendum esse, ut animo minimè turbido cum Deo versemur, mentémque ab erroneis hisce re-
E bus paululùm reducamus. Neque enim ipsi secessione opus erat, (non enim habebat quo se contraheret, cùm Deus esset, & omnia impleret;) verùm ut, & actionis, & sublimioris occupationis tempus esse disceremus. Quis ergo solitudinis nos-

Gregorius ipse rationem reddit de iis, quæ absens secum philosophatus est. *Isai.* LXVI. 18. *Ibid.* XL. 10. *III. Reg.* XVIII. 19. *Luc.* I. 80. *Ibid.* V. 16.

A μεταλαμβάνοντες τῶν ὑμετέρων, τὰ παρ' ἑαυτῶν ἀντεισφέρωσιν; ὡς αἰσχρὸν ταῦτα καὶ ἡμᾶς ἀπαιτεῖν, καὶ μὴ παρέχειν ὑμᾶς. οὐκ ἐκουθέτησα δὲ ταῦτα, ἵνα οὕτως ἐν ἐμοὶ γένηται· καλὸν γάρ μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ κενωθῆναί μου τὸ καύχημα, καὶ ἀμισθόν μοι γενέσθαι τὸ Εὐαγγέλιον ἐνταῦθα καρπωσαμένῳ. τὸ μὲν γὰρ [a] Εὐαγ- a
γελίσασθαι, τῆς ἀνάγκης· ἡ φιλοτιμία δὲ, τὸ ἀδάπανον· ἀλλ' ἵν' ὑμεῖς μάθητε Χριστὸν
B εὖ ποιεῖν, δι' ἃ τοῦ καὶ τῶν μικρῶν τινὰ εὖ ποιεῖν· ἐπειδὴ, ὡς πάντα ὅσα ἐγὼ, πλὴν ἁμαρτίας, ἐγένετο δι' ἐμὲ, οὕτω καὶ τὰ ἐλάχιστα τῶν ἐμῶν εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχεται· κἂν [b] στέγης μεταδῷς, κἂν ἐνδύματος, b
κἂν ἐν φυλακῇ ἐπισκέψῃ, κἂν ἀῤῥωστοῦντα ἴδῃς· τὸ φαυλότατον, κἂν ποτηρίῳ ψυχροῦ μόνῳ καταψύξῃς γλῶσσαν [c] πιεζομένου, c
ὥσπερ ἐδεῖτο Λαζάρου τοῦ πένητος ὁ κάμνων ἐν τῇ φλογὶ πλούσιος, [d] καί τι d
C τῆς ἐνταῦθα τρυφῆς ἀντιλαβὼν, καὶ τοῦ θεριορᾶν Λάζαρον πεινῶντα καὶ ἠλκωμένον, τὸ [e] ἐκεῖθεν δεῖσθαι Λαζάρου, καὶ e
μὴ τυγχάνειν.

ζ. Α μὲν οὖν ὑμᾶς ἀπαιτοῦμεν, ταῦτά ἐστι· καὶ οἶδ' ὅτι οὐκ αἰσχύνεσθε, οὔτε παρ' [f] ἡμῶν ἀπαιτούμενοι λόγον, [g] οὔτε ὥδε ἐν f g
τῆς τελευταίας ἡμέρας, εἰς ἣν πάντα συνάγεται τὰ ἡμέτερα, κατὰ τὸ εἰρημένον· κἀγὼ ἔρχομαι τὰ βουλεύματα καὶ τὰς
D πράξεις ὑμῶν συναγαγεῖν. καὶ ἰδοὺ [h] ἄν- h
θρωπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ. τὰ δὲ ἡμέτερα, καὶ ἃ παρὰ τῆς ἐρημίας ὑμῖν κομίζομεν. ἐπειδὴ καὶ Ἠλίας ἡδέως ἐνεφιλοσόφει τῷ Καρμήλῳ, καὶ Ἰωάννης τῇ ἐρήμῳ, καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς, τὰς μὲν πράξεις τοῖς ὄχλοις, τὰς εὐχὰς δὲ τῇ σχολῇ, καὶ ταῖς ἐρημίαις, ὡς τὰ πολλὰ, προσένεμεν. τί νομοθετῶν; ὡς οἶμαι, τὸ χρῆναί τι καὶ ἡσυχάζειν,
E ὥστε ἀθολότως προσομιλεῖν τῷ Θεῷ, καὶ μικρὸν ἐπανάγειν τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν πλανωμένων. οὐ γὰρ αὐτὸς ἐδεῖτο ἀναχωρήσεως, οὐδὲ γὰρ εἶχεν εἰς ὅ τι συσταλῇ, Θεὸς ὢν, καὶ πάντα πληρῶν, ἀλλ' ἵν' ἡμεῖς μάθωμεν καὶ πράξεως καιρὸν, καὶ

(a) Εὐαγελίσασθαι. Duo Colb. εὐαγγελίσεσθαι.
(b) Στέγης. Coisl. 1. addit, τινι. *Sive tecto aliquem exceperis, sive vestimento donaveris.*
(c) Πιεζομένου. Coisl. 1. & Sav. πιεζομένην. *Arentem siti linguam refrigeraveris.*
(d) Καί τι. Sic quinque Colb. Coisl. 1. & Comb. In Ed. καί τις.
(e) Ἐκεῖθεν δεῖσθαι &c. Bill. *ut illic Lazaro opus haberet.*
(f) Ἡμῶν. Sic Reg. bm. & quinque Colb. In Ed. ὑμῶν.
(g) Οὔτε παρά. Sic septem Regg. In Ed. ἃ παρά.
(h) Ἄνθρωπος. Sacer textus, Κύριος. Vulgata, *Dominus.*

ἀσχολίας

[a] ἀσχολίας ὑψηλοτέρας. τίνα οὖν τὰ τῆς [a] ἐμῆς A
ἐρημίας; βούλομαι γὰρ, ὡς ἀγαθὸς ἔμπορος
καὶ πανταχόθεν κερδαίνων, κἀντεῦθέν τι
προσενεγκεῖν ὑμῖν ἀγώγιμον.

træ fructus extitit? Libet enim, inſtar boni negotiatoris & quæſtum undecunque factitantis, ut hinc quoque vobis nonnihil mercium offeram.

η. Ἐβάδιζον οὕτω κατ' ἐμαυτὸν, ἤδη κλινούσης ἡμέρας. ἀκτὴ δὲ ἦν ὁ περίπατος· καὶ γάρ πως εἴωθα τοὺς πόνους ἀεὶ ταῖς τοιαύταις διαλύειν ἀνέσεσιν· ἐπεὶ μηδὲ νευρὰ φέρει τὸ σύντονον ἀεὶ τεινομένη, καὶ δεῖταί [b] τι μικρὸν τῶν [b] γλυφίδων ἐπλύεσθαι, εἰ μέλλοι ταθήσεσθαι πάλιν, καὶ μὴ ἄχρηστος ἔσεσθαι πρὸς τοξότῃ, μηδὲ ἀνόνητος ἐν B καιρῷ χρήσεως. ἐβάδιζον οὖν, καὶ οἱ μὲν πόδες ἐφέροντο, ἡ δὲ ὄψις εἶχε τὴν θάλασσαν. ἦ δὲ ἦν θέαμα οὐχ ἡδύ, καί τοί γε ἄλλως ἥδιστον οὖσα, ὅταν γαλήνῃ πορφύρηται, καὶ προσπαίζῃ ταῖς ἀκταῖς ἡδύ τι καὶ ἥμερον. [c] ἀλλὰ τί τότε; [c] φθέγγομαι γὰρ ἡδέως [d] [d] καὶ τὰ ῥήματα τῆς γραφῆς, ἀνέμου μεγάλου πνέοντος, διηγείρετό τε καὶ ἐπῳρύετο· τῶν δὲ κυμάτων, ὃ φιλεῖ συμβαίνειν ἐν τοῖς [e] τοιούτοις [e] κινήμασι, τὰ μὲν πόρρωθεν C ἀνιστάμενα, καὶ κατὰ μικρὸν κορυφούμενα, [f] εἶτ' ἐλατ[ο]ύμενα, πρὸς ταῖς ἀκταῖς [f] ἐλύετο· τὰ δὲ ταῖς γείτοσι πέτραις προσπαίοντα καὶ ἀποκρουόμενα, εἰς ἀχνὴν ἀφρώδη καὶ [g] [g] ψιλὴν ἐσκορπίζετο. ἔνθα κάχληκες μὲν, καὶ φυκία, καὶ κήρυκες, καὶ τῶν ὀστρέων τὰ ἐλαφρότατα ἐξωθεῖτο καὶ ἀπεφύετο· ἔστι δὲ ἃ καὶ ἡρπάζετο πάλιν, ἀναχωροῦντος τοῦ κύματος. αἱ δὲ ἦσαν ἄσειστοι καὶ ἀτίναχτοι, οὐδέν γε ἧττον ἢ διοχλοῦντος D οὐδενὸς, πλὴν ὅσον τοῖς κύμασι βάλλεσθαι.

VIII. Inambulabam ego ſolus, vergente jam in occaſum Sole. Locus porrò in quo ſpatiabar, maris ripa erat. Semper enim ſoleo hujuſmodi oblectamentis labores diſſolvere & relaxare; quandoquidem nec perpetuam contentionem nervus ferre poteſt, ſed laxari nonnunquam arcûs cornua oportet, ſi quidem rursùs intendendus ſit, ac non ſagittario inutilis tum futurus, cùm eo utendum erit. Inambulabam igitur, atque ita pedibus ferebar, ut oculi maris aſpectu fruerentur. Nec verò ſpectaculum illud lætum ac jucundum erat, quanquam alioqui jucundiſſimum eſſe ſoleat, cùm tranquillitate purpuraſcit, ac littoribus blandum quiddam & ſuave alludit. Sed quid tum? *Mare*, (libenter enim utor Scripturæ verbis,) *vento magno flante, excitabatur* & infremebat; fluctus autem, ut in talibus rebus fieri conſuevit, modò procul exſurgentes, ſeſéque paulatim in ſummam altitudinem efferentes, ac poſteà decreſcentes ad ripam ſolvebantur; modò in propinquas petras incidentes, atque indè repulſi, in ſpumoſam ac tenuem aſperginem dilabebantur. Hîc & lapilli, & algæ; & murices, & leviſſima oſtrea extrudebantur & quaſi expuebantur; nonnulla etiam undâ recedente rursùs abripiebantur. Petræ autem interim non minùs immotæ & inconcuſſæ remanebant, quàm ſi nulla omninò vis ipſis admoveretur, niſi quòd fluctuum ictibus verberabantur.

Elegans ac perutilis deſcriptio maris.

Maris fluctus vento valido excitati & infrementes. *Joan.* VI. 18.

θ. Ἐντεῦθεν οἶδά τι πρὸς φιλοσοφίαν [h] ὠφεληθείς, ἦ, οἷος ἐγὼ πάντα [h] συντείνων πρὸς ἐμαυτὸν, καὶ μάλιστα εἴ τύχοιμι πρός τι τῶν συμβαινόντων ἰλιγγιάσας, ὃ καὶ νῦν πέπονθα, οὐ παρέργως ἐδεξάμην τὸ ὁρώμενον· καί μοι τὸ θέαμα παίδευμα γίνεται. ἦ γὰρ οὐκ, ἔφην ἐγὼ, θάλασσα μὲν, ὁ ἡμέτερος βίος, καὶ τὰ ἀνθρώπινα; πολὺ γὰρ κἂν τούτῳ τὸ ἁλμυρὸν καὶ ἄστατον. E πνεύματα δὲ, οἱ πρόσπλοντες πειρασμοὶ, καὶ ὅσα τῶν ἀδοκήτων; ὅ μοι δοκεῖ καὶ ὁ θαυμασιώτατος Δαβὶδ κατανοήσας, σῶσόν με, Κύριε, λέγειν, ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. καὶ, ῥῦσαί με ἐκ τῶν

IX. Ex hoc ſpectaculo nonnihil utilitatis ad philoſophiam percepiſſe me ſenſi, &, (ut omnia ad meipſum referre atque dirigere ſoleo, ac potiſſimùm ſi ad aliquem rerum eventum animus meus æſtuet, & tanquam vertigine afficiatur, ut mihi nunc accidit,) non obiter & negligenter id, quod oculis obverſabatur, accepi; & in doctrinam mihi hoc ſpectaculum ceſſit. An non enim, inquiebam, mare, vita hæc noſtra eſt, & res humanæ? Nam hîc quoque multùm eſt amaritudinis & inſtabilitatis. An non venti, tentationes ingruentes, & inopinati rerum eventus? Quod mihi animadvertiſſe videtur David, cùm diceret: *Salvum me fac, Domine, quoniam intraverunt aquæ uſque ad ani-*

Maris turgidi ſpectaculum multùm utilitatis ad doctrinam confert.

Res humanæ mari turgido comparatæ.

Pſ. LXVIII. 2.

(*a*) Ἐμῆς. Deeſt in duobus Regg. quatuor Colb. & Or. 1.
(*b*) Γλυφίδων. *Arcûs cornua*, id eſt, *crenas*, ſeu *inciſuras* in extrema arcûs parte, quibus nervus inſeritur.
(*c*) Φθέγγομαι. Reg. bm. φθέγξομαι.
(*d*) Καί. Deeſt in Reg. a.
(*e*) Κινήμασι. Deeſt in pluribus Regg. & Or. 1. Nec Billius agnoſcit.
(*f*) Ελύετο In quibuſdam, διελύετο.
(*g*) Ψιλήν. Sic plerique Codd. & Baſ. Mendosè in Ed. ὑψηλήν.
(*h*) Συντείνων. Or. 1. cum aliis pluribus, συντείνω.

Ps. LXVIII. 15. *mam meam.* Et, *Libera me, de profundis aquarum.* Et rursùs, *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Porrò eorum, qui tentantur, alii mihi, velut leviſſima quædam corpora & ſpiritûs expertia, abripi diſtrahíque videbantur, ac ne tantillum quidem adverſarum rerum impetum ſuſtinere; nec enim robur & firmitatem habent, neque pondus prudentis & cordatæ rationis, quæ fortuitis caſibus obluc-

Ibid. 3.

I. Cor. x. 4. tetur: alii autem petræ inſtar eſſe, ac *petrâ illâ*, ſupra quam ſtamus, & quam colimus, digni, quicunque nimirùm philoſophicâ ratione utuntur, ac ſupra vulgi humilitatem evecti, humana omnia immoto & firmo animo ferunt, atque eos quidem, qui talibus rebus quatiuntur, irrident, vel miſerantur; (illud ob philoſophici animi generoſitatem, hoc propter humanitatem & commiſerationem;) ipſi autem turpe eſſe ſtatuunt, res graves & acerbas, cùm abſunt, contemnere, ac ne graves quidem illas exiſtimare, cùm autem adſunt, ſuccumbere, perindè ſcilicet atque eæ, non fluxæ, ſed firmæ ac ſtabiles ſint; atque extra tempus quidem philoſophari, cùm autem opus eſt, philoſophiæ expertes apparere: quemadmodùm ſi quis athletarum omnium præſtantiſſimum ſe eſſe cenſeret, ne in arenam quidem deſcendens; aut probum & nobilem gubernatorem, in tranquillitate quidem artem ſuam magnificè jactans, coortâ autem tempeſtate gubernacula de manibus ponens.

Turpe Philoſopho, adverſâ, cùm abſunt, contemnere, & cùm adſunt, ſuccumbere.

Fabula arboris, quæ ſecta floret, & morte vivit.

X. Quoniam porrò in hos ſermones ſemel incidi, alteram mihi quoque imaginem, præſentibus rebus admodùm congruentem, propoſui. Forſan me, velut delirantem ſenem ac fabulatorem habebitis, ſi hanc etiam vobis expoſuero: exponam tamen, quandoquidem & Scriptura plerumque ad res dilucidiùs explicandas hujuſmodi exemplis uti conſuevit. Eſt quædam in fabulis arbor, quæ cùm cæditur, viret, & adversùs ferrum certat; ac, ſi de re nova novo more loquendum eſt, morte vivit, & ſectione pullulat, atque, cùm abſumitur, creſcit. Habetis fabulam, jure ſuo quidvis liberè confingentem. Mihi verò hujuſmodi quiddam planè eſſe vir philoſophus videtur. Floret enim inter cruciatus, ac

Imago veri Philoſophi.

βαθέων τῶν ὑδάτων. ἦλθον δὲ εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. τῶν δὲ πειραζομένων, οἱ μὲν ἐδόκουν μοι ὡς τὰ κουφότατα καὶ ἄπνοα ῥᾳδίως αἴρεσθαι, καὶ οὐδὲ μικρὸν ἀντέχειν πρὸς τὰς ἐπηρείας· οὐδὲ γὰρ ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς σθερρότητα, καὶ βάρος λογισμοῦ ζώφρονος, καὶ τοῖς πρόσ-
ωθεν ἐπιβαίνουσι· οἱ δὲ εἶναι πέτρα, τῆς πέτρας ἐκείνης ἄξιοι, ἐφ' ἧς βεβήκαμεν, καὶ ᾗ λατρεύομεν, ὅσοι φιλοσόφῳ χρώμενοι
λόγῳ, καὶ ὑπεραναβεβηκότες τὴν τῶν πολλῶν ταπεινότητα, πάντα φέρουσιν ἀσείστως καὶ ἀτινάκτως, καὶ [a] διαγελῶσι μὲν, ἢ ἐλεοῦσι τοὺς σειομένους· τὸ μὲν ὑπὸ φιλοσοφίας, τὸ δὲ ὑπὸ φιλανθρωπίας· αὐτοὶ δὲ τῶν αἰσχρῶν τίθενται, ἀπόντα μὲν τὰ δεινὰ περιφρονεῖν, μᾶλλον δὲ μηδὲ δεινὰ οἴεσθαι, παρόντων δὲ ἠτιᾶσθαι, καὶ ταῦτα, τίνων; [b] τῶν παρερχομένων, ὡς ἱσταμένων· καὶ τοῦ καιροῦ μὲν ἔξω φιλοσοφεῖν, ἐν δὲ ταῖς χρείαις ἀφιλοσόφους φαίνεσθαι· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἄριστον ἑαυτὸν [c] νομίζοι τῶν ἀθλητῶν, μηδὲ καταβαίνων [d] εἰς στάδιον· ἢ κυβερνήτην τῶν εὐδοκίμων, ἐν μὲν ταῖς εὐδίαις τῇ τέχνῃ [e] μέγα φρονοῦντα, ἐν δὲ ταῖς ζάλαις μεθιέντα τοὺς οἴακας.

a

b

c

d

e

1. Ἐπεὶ δὲ ἅπαξ εἰς τούτους κατέστην τοὺς [f] λόγους, καὶ πρὸς ἑτέραν ἦλθον εἰκόνα, σφόδρα τοῖς παροῦσι συμβαίνουσαν. τάχα με γέροντα καὶ μυθολόγον [g] νομίσετε, ἂν καὶ ὑμῖν [h] ταύτην γνωρίσω· γνωριστέον δ' οὖν, ἐπεὶ καὶ τὴν γραφὴν οἶδα πολλάκις τοιούτοις χρωμένην εἰς ζαφεστέραν [i] διήγησιν. [k] ἔστί τι μύθῳ φυτὸν, ὃ θάλλει τεμνόμενον, καὶ πρὸς τὸν σίδηρον ἀγωνίζεται· καὶ εἰ δεῖ παραδόξως εἰπεῖν περὶ παραδόξου πράγματος, θανάτῳ ζῇ, καὶ τομῇ φεύται, καὶ αὔξεται δαπανώμενον. [l] ταῦτα μὲν οὖν ὁ μῦθος, καὶ [m] ἡ αὐτονομία τοῦ πλάσματος. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ [n] ζαφῶς τοιοῦτον εἶναί τι ὁ φιλόσοφος. [o] εὐδοκιμεῖ τοῖς πάθεσι, καὶ

f

g

h

i

k

l

m

n

o

(a) Διαγελῶσι μέν. Reg. a. & Or. 1. διαγελάσι μᾶλλον.

(b) Τῶν παρερχομένων ὡς ἱσταμένων. Elias: *tanquam durabilibus, cùm tranſeant, nec in eodem ſtatu permaneant.* Leuv. *Præſertim quæ tranſeant, ac minimè fixæ ſint.*

(c) Νομίζοι. Coisl. 1. ὑπολαμβάνοι.

(d) Εἰς στάδιον. In nonnullis, εἰς τὸ στάδιον.

(e) Μέγα φρονοῦντα. Reg. b. Coisl. 1. & Or. 1. μεγαλοφρονοῦντα.

(f) Λόγους. Ruf. λογισμούς.

(g) Νομίσετε ἄν. Sic tres Regg. tres Colb. Or. 1. &c. In Coisl. 1. νομίσητ' ἄν. In Ed. νομίσαντες ἄν.

(h) Ταύτην γνωρίσω. In quibuſdam, ταῦτα γνωρίζω.

(i) Διήγησιν. Duo Regg. Coisl. 1. Or. 1. δήλωσιν. Alludit hîc ad Parabolas, quæ in ſacris Scripturis reperiuntur.

(k) Ἐστί τι μύθῳ. Reg. bm. ἔστι τι παρὰ μύθῳ. Huc referri poteſt quod de Ilice Horatius lib. 4. Ode 3. ſcripſit:

Duris ut Ilex tonſa bipennibus,
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes animumque ferro.

(l) Ταῦτα μὲν οὖν. Hæc deſunt in Or. 1.

(m) Ἡ αὐτονομία τοῦ πλάσματος. Sic Or. 1. In Ed. αὐτονομία πλάσματος.

(n) Ζαφῶς. Sic plures Regg. & Colb. In Ed. σαφῶς. Deeſt in Reg. bm.

(o) Εὐδοκιμεῖ. Duo Regg. Coisl. 1. & Comb. ἐνευδοκιμεῖ.

ὕλην ἀρετῆς ποιεῖται τὰ λυπηρὰ, καὶ τοῖς ἐναντίοις ἐγκαλλωπίζεται· μήτε τοῖς δεξιοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης αἰρόμενος, μήτε τοῖς ἀριστεροῖς καμπτόμενος· ἀλλ' ὁ αὐτὸς οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ διαμένων, ἢ καὶ δοκιμώτερος, ὥσπερ ἐν καμίνῳ χρυσὸς, εὑρισκόμενος. σκοπῶμεν δὲ οὕτως. [a] εὐπατρίδης ἐστίν; [a] ἀντεπιδείξεται τὴν εὐτροπίαν πῷ αἵματι, ὥστε διχόθεν [b] εὐδοκιμεῖν, καὶ [b] γενεαλογούμενος, καὶ ὁρώμενος. δυσγενὴς τὸν ἀνδρίαντα καὶ τὸν πηλόν; εἴπερ τι μέγα πηλὸς πηλοῦ διαφέρει· ἀντεισοίσει τὴν νοουμένην εὐγένειαν, καὶ ἣν ἕκαστος ἑαυτὸν διαπλάττει πρὸς [c] τὸ χεῖρον ἢ [c] βέλτιον· τὴν δὲ ἄλλην παραγράψεται, ὅση σπείρεται ἢ γράφεται, ὡς οὐδενὸς ἀξίαν καὶ κίβδηλον. ἔστι γάρ τι γένος τρισσόν. τὸ μὲν ἄνωθεν ἠργμένον, ὃ [d] πάντες ἐσμὲν εὐγενεῖς [d] ἐπ' ἴσης, ἐπεὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγόναμεν. τὸ δὲ ἀπὸ σαρκὸς [e] ἐρχόμενον, οὐκ οἶδ' εἴ τις εὐγενὴς, τοῦτο φθορᾷ συνιστάμενον. τὸ δὲ ἀπὸ κακίας, ἢ ἀρετῆς γνωριζόμενον, οὗ μᾶλλον καὶ ἧττον μεταλαμβάνομεν, ὅσον ἂν οἶμαι, ἢ τηρήσωμεν τὴν εἰκόνα, ἢ διαφ- [f] θείρωμεν. [f] ταύτην ἀγαπήσει τὴν εὐγένειαν ὅ γε ἀληθῶς σοφὸς καὶ φιλόσοφος. τὸ γὰρ τέταρτον γένος, τότε ἀξιώσω λόγου, τὸ ἐν γράμμασι καὶ προστάγμασιν, ὅταν καὶ [g] [g] κάλλος ἀποδέξωμαι τὸ ἐν χρώμασι, καὶ πίθηκον αἰδέσθῃ λέοντα εἶναι κεκελευσμένον.

A vitæ moleſtias velut virtutis ſegetem exiſtimat, atque in adverſis geſtit & gloriatur: nec ob dextra juſtitiæ arma effertur, nec ob ſiniſtra inflectitur; ſed in diverſis rebus idem ſemper ſuíque ſimilis permanet, atque adeò probatior, tanquam aurum in fornace, reperitur. Quod ut perſpicuum fiat, ita rem expendamus. Nobili loco natus eſt? Probitatem morum generis ſplendori opponet, atque ex adverſo ſpectandam producet. Ita duplici nomine clarus erit; nempè, & majorum imaginibus, & propriâ virtute inſpectus. Obſcuro & ignobili genere ortus eſt, quantùm ad ſtatuam & lutum attinet? (Si quid tamen magni inter lutum ac lutum intereſt.) At ſpiritualem nobilitatem illius loco afferet, & quam ſibi quiſque, vel in melius, vel in deterius effingit: reliquas autem nobilitates, quæ vel ſeruntur, vel Principum diplomatibus comparantur, ut viles & adulterinas, nullóque in pretio habendas, procul ſubmovebit. Eſt enim triplex genus. Unum, quod ſupernè originem traxit, quod quidem ſi conſideremus, omnes peræquè nobiles ſumus, quippè *ad imaginem Dei creati*. Alterum, quod à ſanguine proficiſcitur; cujus ratione haud quidem ſcio, an quiſquam nobilis dici poſſit, cùm corruptione conſtet. Tertium à virtute aut vitio agnoſcitur, cujus vel uberiùs vel exiliùs participes efficimur, prout, opinor, divinam imaginem vel integram ſervaverimus, vel corruperimus. Atque hanc demùm nobilitatem amplectetur, quiſquis verè ſapiens ac Philoſophus fuerit. Nam quartum illud nobilitatis genus, quod in Principum diplomatibus & edictis conſiſtit, tum ullo loco ac pretio habebo, cùm ſitam in coloribus pulchritudinem amplexus fuero, ſimiamque ob id venerari cœpero, quòd leo eſſe juſſa ſit.

Ærumnis clareſcit.

Rebus adverſis ornatur.

Proſperis non extollitur.

Generis ſplendorem vincit morum nobilitate.

Triplex nobilitatis genus.

Nobilitas à Deo. *Gen.* 1. 27.

A ſanguine.

A virtute aut vitio.

Nobilitas ab edictis aut diplomatibus Principum.

ια. Νέος ἐστί; κατὰ τῶν παθῶν ἀνδρισθήσεται, καὶ τοῦτο ἀπολαύσει τῆς νεότητος, τὸ μὴ τὰ νέων παθεῖν, ἀλλὰ δεῖξαι πρεσβυτικὴν φρόνησιν ἐν ἀκμαίῳ πῷ σώματι, καὶ χαιρήσει τῇ νίκῃ πλέον, ἢ οἱ ἐν Ολυμπίᾳ στεφανούμενοι. νικήσει γὰρ ἐν κοινῷ θεάτρῳ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ νίκην ἄπρατον. νεύει πρὸς γῆρας; ἀλλ' οὐχὶ γηράσει καὶ τὴν ψυχήν· δέξεται τὴν δῴλυσιν, ὡς προθεσμίαν ἀναγκαίας [h] ἐλευθερίας· [h] ἡδέως πρὸς τὰ ἐξῆς μεταβήσεται, ἔνθα οὐκ ἔστιν ἄωρος, οὐδὲ

XI. Juvenis eſt? Adversùs vitioſos animi motus viriliter ſe geret, atque hoc commodi ex juvenili ætate percipiet, ut iis affectibus, quibus hæc ætas obnoxia eſt, non indulgeat, ſed in vigenti corpore ſenilem prudentiam exhibeat, majorémque ex hac victoria voluptatis ſenſum capiet, quàm qui coronam in Olympiis adipiſcuntur. Victoriam enim feret in communi orbis terræ theatro, & quidem victoriam minimè vænalem. Ad ſenectutem vergit? At non animo quoque ſeneſcet: diſſolutionem, ut præſtitutum neceſſariæ libertatis tempus, accipiet: libens ad ea, quæ hanc vitam ſequuntur, migrabit, ubi nemo eſt immatu-

Vitioſi animi affectus à Philoſopho juvene refrænantur.

Philoſophus animo nunquam ſeneſcit.

(*a*) Αντεπιδείξεται &c. *Probitatem morum ex adverſo generis claritati reſpondentem oſtendet.*

(*b*) Γενεαλογούμενος &c. *Tum majorum, tum per ſe & propriâ virtute conſpicuus.*

(*c*) Βέλτιον. Plures Regg. & Or. 1. addunt: ταύτην ἀγαπήσει τὴν εὐγένειαν ὅ γε ἀληθῶς σοφὸς καὶ φιλόσοφος. *Illam nobilitatem diliget ille verè ſapiens & Philoſophus.*

(*d*) Επ' ἴσης. Or. 1. conjunctim ἐπίσης.

(*e*) Ερχόμενον. Or. 1. ἀρχόμενον.

(*f*) Ταύτην ἀγαπήσει &c. Hæc, uſque ad τὸ γάρ, deſunt in quibuſdam Regg. & Or. 1.

(*g*) Κάλλος &c. Bill. *Cùm pictam quoque pulchritudinem laudandam duxero.*

(*h*) Ηδέως. Regg. a. b. & Coisl. 1. ἡλίως.

rus, nemo ſenex, ſed omnes in ſpirituali ætate perfecti. Pulcher eſt? Id aget, ut pulchritudo animæ corporis pulchritudini ex adverſo refulgeat. Inoffenſus flos præteriit? In ſeipſum vergit, ac ne ſpectari quidem ſe novit. Deformis eſt quantùm ad id quod in aſpectum cadit? At eâ parte formoſus & elegans, quæ oculorum aciem fugit; roſæ non abſimilis, quæ in bacca nec florida, nec odore grata, florida tamen ipſa eſt ſuaviſſimúmque odorem efflat. *Ps.* XLIV. 3. *Specioſus formâ præ filiis hominum?* Ne ſpatium quidem, id, quod externum eſt, aſpiciendi concedit, quippè qui ſpectatorem ad internum hominem convertit. Probâ valetudine eſt? Ad optima quæque ſanitate utetur: admonebit, increpabit, verborum aculeis punget, inſomnes noctes ducet, in nuda humo dormiet, corporis molem extenuabit, terrena & cæleſtia ſpeculabitur, ſummo ſtudio mortem meditabitur. Morbo laborat? Pugnabit. Quòd ſi victus fuerit, vincet, hoc ſcilicet aſſecutus, ut non jam ampliùs pugnet. Dives eſt? Id ſtudio habebit, ut opibus minuatur: pauperem bonorum ſuorum participem faciet, tanquam alienorum diſpenſator, ut, & ille hâc perceptione juvetur, & ipſe ad Deum colligatur, nihil præter crucem & corpus habens. Pauper eſt? Pro divitiis Deum habebit, & divites irridebit, ut qui, licèt facultates ſuas quotidiè augeant, ſemper tamen pauperes ſint, quia pluribus indigent, bibúntque, ut majori ſiti inflamentur.

Illius animæ pulchritudo, corporis pulchritudine præſtantior.

Sanus, ad optima quæque valetudine utetur.

Morbo laborans, pugnabit.

Dives, egentes ditabit.

Pauper, Deum poſſidebit.

XII. Fame vexatur? Cum avibus aletur, quibus victus ſationis & arationis expers eſt: cum Elia apud Sarephthanam vivet: *lecythus olei non deficiet, & hydria farinæ non minuetur.* Ille, fontis inſtar, ſemper ſcaturiet; hæc fructum copioſè proferet, ut vidua hoſpitum ſtudioſa honoretur, ac nutrix nutriatur. Siti angitur? Fontes ei & flumina potum ſuppeditabunt, & quidem potum non inebriantem, nec dimenſum. Quòd ſi omnia propter nimiam ſiccitatem deficiant, torrentis aquâ fortaſsè ſitim ſedabit. Algebit? Idem quoque *Paulo* accidit: ſed quandiù? Eſt & quoddam petræ indumentum; fidem tibi Job faciat, his verbis utens: *Eò quòd veſte carerent, petrâ induti ſunt.* Jam, quæ perfectiora ſunt, conſidera. Maledictis lacerabitur? Vincet non regerendo maledicta. Perſecutionem patietur? Suſtinebit. Blaſphemabitur? Obſecrabit. Calumniis premetur?

Fame vexatus, Providentiæ adhærebit. *III. Reg.* XVII. 9. 14.

Sitiens, aquam bibet.

II. Cor. XI. 27.

Nudus, petrâ induetur. *Job.* XXIV. 8.

προσβύτης, ἀλλὰ πάντες τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν τέλειοι. ὥρας ἔλαχεν; ἀντιστίλψει τὸ κάλλος τῷ κάλλει, τὸ τῆς ψυχῆς τῷ τοῦ σώματος. παρῆλθε τὸ ἄνθος ἀνεπηρέαστον; νεύει πρὸς ἑαυτὸν, οὐδὲ οἶδεν ὁρώμενος. [a] αἰσχρὸς τὸ φαινόμενον; a
ἀλλ' εὐφυὴς τὸ κρυπτόμενον, ὥσπερ ἐν κάλυκι ῥόδον ἀνθηρὸν οὐκ ἀνθηρᾷ καὶ ἀνόσμῳ τὸ εὐωδέστατον. ὡραῖος κάλλει πρὸ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων; οὐδὲ
καιρὸν δίδωσι τὸ ἐντὸς καθορᾶσθαι, μεταστρέφων τὸν θεατὴν πρὸς τὸν [b] ἐντὸς b
ἄνθρωπον. εὐεκτεῖ; χρήσεται τῇ ὑγιείᾳ πρὸς τὸ βέλτιστον· νουθετήσει, πλήξει, λόγῳ παῤῥησιάσεται, ἀγρυπνήσει, χαμευνήσει, νηστεύσει, κενώσει τὴν ὕλην, θεωρήσει τὰ ἐπίγεια καὶ τὰ οὐράνια, κατὰ πᾶσαν σπουδὴν μελετήσει τὸν θάνατον. ἀῤῥωστήσει; μαχήσεται. ἂν δὲ ἡττηθῇ, νικήσει λαβὼν τὸ μηκέτι μάχεσθαι. πλούσιός
ἐστι; φιλοσοφήσει τὸ ἀποπλουτεῖν, μεταδώσει τῷ δεομένῳ τῶν ὄντων, ὡς οἰκονόμος τῶν ἀλλοτρίων, ἵν' ἐκεῖνός τε εὖ πάθῃ τῇ μεταλήψει, καὶ αὐτὸς πρὸς Θεὸν συναχθῇ, μηδὲν ἔχων πλὴν τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ σώματος. πένεται; πλουτήσει Θεὸν, καὶ τὸ καταγελᾶν τῶν ἐχόντων, ὡς ἀεὶ μὲν κτωμένων, ἀεὶ δὲ πενομένων, τῷ δεῖσθαι τοῦ πλείονος,
καὶ πινόντων, ἵνα [c] πλέον διψήσωσιν. c

ιϛ. Πεινᾷ; [d] μετὰ τῶν ὀρνέων τραφήσεται, d
οἷς ὁ βίος ἄσπορος καὶ ἀνήροτος· μετὰ D
Ηλιοῦ ζήσεται πρὸ τῆ Σαραφθίᾳ· ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου οὐκ ἐκλείψει, καὶ ἡ ὑδρία τοῦ ἀλεύρου οὐκ ἐλαττονήσει· ὁ μὲν ἀεὶ πηγάσει, ἡ δὲ γεωργήσει πλουσίως, ἵνα τιμηθῇ χήρα φιλόξενος, [e] καὶ τρέφῃ e
τὸν τρέφοντα. διψήσει; κρῆναι τούτῳ καὶ ποταμοὶ τὸ ποτὸν, ποτὸν οὐ μεθύσκον, οὐδὲ μετρούμενον· ἂν πάντα [f] ἐπιλίπῃ δι' f
ἀνομβρίαν, χειμάῤῥῳ τυχὸν ποτισθήσεται.
ῥιγώσει; τοῦτο καὶ Παῦλος· [g] ἀλλ' ἐπὶ g E
ποσόν; ἔστί τι καὶ πέτρας ἔνδυμα· πειθέτω σὲ ὁ Ἰὼβ λέγων, πρὸ τὸ μὴ ἔχειν [h] αὐτοὺς h
σκέπην, πέτραν περιεβάλοντο. σκόπει μοι καὶ τὰ τελεώτερα. λοιδορηθήσεται; νικήσει τῷ μὴ ἀντιλοιδορεῖσθαι. διωχθήσεται;

(a) Αἰσχρός. In quibuſdam additur, ἐστί.
(b) Εντός. Sic Reg. bm. quinque Colb. Coisl. 1. &c. Malè in Ed. ἐκτός.
(c) Πλέον. In nonnullis, πλεῖον.
(d) Μετὰ τῶν ὀρνέων &c. Alludit Gregorius ad verba Matth. VI. 26. *Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea.*
(e) Καὶ τρέφῃ τὸν τρέφοντα. *Nutrientem nutriat*, nempè, *Eliam Prophetam.*
(f) Επιλίπῃ. Reg. bm. & Combef. ἐπιλείπῃ.
(g) Ἀλλ' ἐπὶ ποσόν; *Sed algebit aliquandiù?* Legendum ſine interrogatione cenſet Combef. Ita etiam legit Leuv.
(h) Αὐτούς. Deeſt in Reg. a.

ἀνέξεται.

ἀνέξεται. βλασφημηθήσεται; παρακαλέσει, A δυσβληθήσεται; φεύξεται. τὴν δεξιὰν
a ῥαπισθήσεται [a] σιαγόνα; παρέξει καὶ τὴν
b [b] ἑτέραν· εἰ τρίτην εἶχε, καὶ ταύτην ἂν
προεβάλετο, ἵνα μᾶλλον διδάξῃ μακροθυμεῖν
τὸν παίοντα, ἔργῳ παιδεύων, ἃ μὴ λόγῳ
δυνατὸς ἦν. ὀνειδισθήσεται; τοῦτο καὶ ὁ
Χριστός· τιμηθήσεται τῇ κοινωνίᾳ τοῦ πάθους.
κἂν Σαμαρείτης ἀκούσῃ, κἂν δαιμονᾷν
ἐγκληθῇ, μετὰ Θεοῦ πάντα δέξεται.
πολλὰ ἔτι λείψει, κἂν πολλὰ πάθῃ, ὄξος,
χολή, στέφανος ἀκάνθινος, σκῆπτρον κα- B
λάμινον, χλαμὺς κοκκίνη, σταυρὸς, ἥλοι,
λῃσταὶ συσταυρούμενοι, παριόντες ὑβρίζοντες.
c [c] δεῖ γὰρ πλέον ἔχειν Θεὸν, ἐν τῷ πλεῖον
φέρειν ἀτιμαζόμενον.

ιγ. Οὐδὲν ἀναλωτότερον φιλοσοφίας, οὐδὲν ἀληπτότερον. πάντα ἐνδώσει πρότερον, ἢ φιλόσοφος. ὄνος ἐστὶν ἄγριος ἐν ἐρήμῳ, φησὶν ὁ Ἰὼβ, ἄνετος καὶ ἐλεύθερος, καταγελῶν πολυοχλίας πόλεως, μέμψιν φορολόγου μὴ ἀκούων. μονόκερως ἐστι, ζῶον C
d αὐτόνομον. [d] εἰ βουλήσεταί σοι δουλεῦσαι; εἰδήσεις αὐτὸν ἐπὶ φάτνης; εἰ ὑπὸ ζυγὸν ἀχθήσεται; ὅταν πάντων ἐξείργηται τῶν ἐπὶ γῆς, κατεσκεύασται αὐτῷ πτέρυγες ὥσπερ ἀετοῦ, ἐπιστρέψει εἰς τὸν οἶκον
e [e] τοῦ προεστηκότος αὐτοῦ, πρὸς Θεὸν ἀναπτήσεται. εἶπω τὶ κεφάλαιον, δύο ταῦτα δυσκράτητα, Θεὸς καὶ Ἄγγελος· καὶ τὸ τρίτον φιλόσοφος, ἄϋλος ἐν ὕλῃ, ἐν σώματι ἀπερίγραπτος, ἐπὶ γῆς οὐράνιος, D ἐν πάθεσιν ἀπαθὴς, πάντα ἡττώμενος πλὴν φρονήματος, νικῶν τῷ νικᾶσθαι τοὺς κρατεῖν νομίζοντας. ἐπεὶ δὲ τὸν φιλόσοφον ἡμῖν ὁ λόγος ἔγραψεν, ὅθεν εἶπον, ἁρξάμενος, φέρε, πρὸς τοῦτον τὰ ἡμέτερα θεωρήσωμεν·
f δοκῶ γὰρ [f] κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν, καὶ εἴ τινι τούτων τρωτὸς ἐγὼ καὶ ἁλώσιμος· ἵν' εἰ μὲν ἡττώμενον εὑρίσκοιεν οἱ μισοῦντες καὶ πολεμοῦντες, συγγινώσκοιντο γοῦν τῆς ἐγχειρήσεως, εἰ καὶ μὴ τῆς προαιρέσεως· E εἰ δὲ κρεῖττονα τῶν πολεμούντων καὶ ὑψηλότερον, ἢ τῆς κακίας ἀπαλλαγεῖεν, ἢ καινοτέραν ὁδὸν τῆς ἀδικίας ἐπινοήσαιεν, ὡς τῆς παρούσης καταφρονουμένης, καὶ μὴ πρὸς τῇ κακίᾳ καὶ ἄνοιαν ἐγκαλοῖντο, ὡς

Orabit. Percutietur in dextram maxillam? Præbebit & alteram; tertiam etiam, si haberet, objecturus, quò magis ad lenitatem percussorem erudiat, opere docens, quæ sermone non potest. Probris impetetur? Et Christus quoque: afflictionis societate ornabitur. Quamvis etiam *Samaritanus* vocetur, quamvis ei objiciatur, quòd *Dæmonium habeat*, cum Deo omnia suscipiet. Et licèt multa toleraverit, multa adhuc ipsi supererunt, quæ perferat, acetum nempè, fel, corona spinea, sceptrum arundineum, chlamys coccinea, crux, clavi, latrones simul cruci affixi, prætereuntium contumeliæ. Primas enim Deum habere par est, quòd plus ignominiæ pertulerit.

Maledictis, calumniis, probris lacessitus, Christũ imitabitur.

Joan. VIII. 48.

Matth. XXVI. & XXVII.

XIII. Nihil philosophiâ fortius est, inexpugnabilius nihil. Omnia priùs cedent, quàm ut manus det Philosophus. *Onager est in deserto*, ut cum Job loquar, *solutus & liber, urbis tumultus ridens, exactoris clamorem non audiens. Unicornis est, animal suis legibus vivens. Num tibi servire volet? Num ligabis eum ad præsepe? Num sub jugum ducetur?* Si omnibus terræ commodis prohibeatur, paratæ sunt ipsi alæ sicut aquilæ; ad patroni sui domum se conferet; ad Deum convolabit. Ut in summa dicam, duo hæc superari nequeunt, Deus & Angelus; tertium est Philosophus, in materia materiæ expers, in corpore incircumscriptus, in terra cœlestis, in passionibus impatibilis, omnibus rebus vinci se facilè ferens, præterquàm animi magnitudine, eo ipso quòd vinci se patitur, devincens eos, qui superiores sibi esse videntur. Quoniam autem Philosophum nobis depinxit Oratio, undè dixi, exorsa, age, jam ad ejus normam res nostras expendamus; (nam *ipse quoque Spiritum Dei habere videor*, etsi me cuipiam eorum, quæ dixi, ad vulnus patere, ab eóque superari non diffitear;) ut si me quidem inferiorem inveniant, qui mihi infesti sunt, ac bellum inferunt, etsi non pravæ voluntatis, at certè conatûs sui veniam consequantur: sin autem iis, qui me bello lacessendum duxerunt, præstantiorem ac sublimiorem; aut ab improbitate sua discedant, aut novam certè, (nam præsentem contemnimus,) lædendi viam excogitent, ne alioqui præter improbitatem, amentiæ etiam & stoliditatis notam subeant, velut iniquitatem frustrà perpe-

Nihil Philosophiâ fortius.

Job. XXXIX. 5. & *seq.*

Tria vinci nequeunt; Deus, Angelus & Philosophus.

I. *Cor.* VII. 40.

(*a*) Σιαγόνα; Deest in pluribus Codd.
(*b*) Ετέραν. In nonnullis, ἀριστέραν, *sinistram.*
(*c*) Δεῖ γάρ &c. Billius: *Superiora enim Deum habere oportet, eo nomine in contemptum venientem, quòd plures cruciatus ferat.*
(*d*) Εἰ βουλήσεται.... ἀχθήσεται. Totus hic locus in Billii & Leuvenklaii interpretatione depravatus legitur. Sic vertit Bill. *Si tibi servire animum induxerit, videbis eum in præsepi: si sub jugum ducatur: si* &c.
(*e*) Τῷ προεστηκότος. Sic duo Regg. & Or. 1. Deest τῷ in Ed.
(*f*) Κἀγώ. Deest in Or. 1.

trantes, ac ne injuriam quidem inferre ſcientes, cùm in id ſummo ſtudio incumbant.

Gregorius omni ex parte ab adverſariis tentatus.

XIV. Quid enim me, obſecro, lædere queant, cùm omnia tentarint? Singula, in quibus homo ab hominibus injuriam accipere poteſt, inſpiciamus. Indoctum nominabunt? Unam hanc ſapientiam ſcio, quæ in timore Dei ſita eſt. Nam & *principium ſapientiæ, timor Domini: & finis ſermonis, omnia audi, Deum time.* Hæc ſapientiſſimi illius Salomonis verba ſunt. Probent me timoris expertem eſſe, & vicerint. Reliquam autem ſapientiam atque doctrinam, partim præterii, partim aſſumere opto, atque etiam, Spiritûs ſancti ope fretus, in ſpe habeo. Paupertatem objicient, meas ſcilicet opes, & copias? Atque utinam & pannos hoſce exuere poſſem, ut hujus vitæ ſpinas nudus percurrerem: utinam & gravem hanc tunicam quàm celerrimè abjicerem, vel leviorem acciperem. Exulem vocabunt? Quàm demiſsè de nobis ſentiunt homines verè contumelioſi, & peregrinorum inimici. Eſt ne enim mihi, ô viri, circumſcripta patria, cui & omnis terra, & nulla terra patria eſt? Tu verò an non hoſpes es, & advena? Equidem habitationem tuam haud laudo, ſi ita animo afficeris, ne à vera patria excidas, ad quam omnis vitæ converſatio referenda eſt. Nonne ſenectutem & valetudinis infirmitatem mihi ut probrum objicies? Ut autem arcanorum meorum quidpiam intelligas, non eſt hoc totum carneæ hujus molis & naturæ opus; quiddam etiam ratio abſumpſit, libet enim paululùm aliquid gloriari. Ne tu quidem mihi jucundum ſpectaculum præbes, ita vegetus & corpulentus. Atque utinam tibi quoque canitiei & palloris quidpiam affuſum eſſet, ut fidem ſaltem & exiſtimationem prudentiæ ac philoſophiæ colligeres.

Prov. I. 7.
Eccle. XII. 13.
In Dei timore perſeverans.
In paupertate dives.
In exilio, totius terræ civis.
In ſenectute & infirmitate potens.

Ab Epiſcopali ſede alienus.

XV. Quid prætereà? Epiſcopatum abrogabunt, ac thronis dejicient? Et quos tandem, aut nunc, aut anteà, prompto atque hilari animo conſcendi? An verò eos, qui aſcendunt, beatos prædicare ſoleo? Tune mihi eos ſuaves & jucundos reddis, ita indignè conſcendens? Quid? Ne hæc quidem quæ nuper acciderunt, animi mei ſententiam vobis declararunt? An illa quoque deliciæ quædam & jocus erant, atque veſtri erga me amoris & deſiderii exploratio? Vafri homines facilè adducuntur, ut vitia ſua de aliis, partim ſuſpicentur,

A ἀνομοῦντες δ᾽ἀκεινῆς, καὶ οὐδὲ [a] εἰδότες a
ἀδικεῖν ὃ σπουδάζουσιν.

ι δ. [b] Τί γὰρ δὴ καὶ λυπήσουσιν ἐπὶ b
πάντα ἐλθόντες; ἴδωμεν ὅσα ἂν ἀδικηθείη
πρὸς ἀνθρώπων ἄνθρωπος. ἀπαίδευτον ὀνο-
μάσουσιν; μίαν Σοφίαν οἶδα, τὸ φοβεῖσθαι
Θεόν. ἀρχή τε γὰρ σοφίας, φόβος Κυρίου·
καὶ τέλος λόγου, τὸ πᾶν ἄκουε, τὸν Θεὸν
φοβοῦ. ταῦτα Σολομῶν ὁ Σοφώτατος. δει-
ξάτωσαν οὖν ἄφοβον, καὶ [c] νικησάτωσαν. c
B τῆς δὲ ἄλλης Σοφίας, τὴν μὲν παρέδραμον,
τὴν δὲ προσλαβεῖν εὔχομαι, καὶ ἐλπίζω
θαῤῥῶν τῷ Πνεύματι. πενίαν ἐγκαλέσουσι,
τὴν ἐμὴν περιουσίαν; [d] εἴθε γὰρ ἀποδυ- d
σαίμην καὶ τὰ ῥάκια ταῦτα, ἵνα γυμνὸς
δραδράμω τὰς ἀκάνθας τοῦ βίου· [e] εἴθε e
καὶ τὸν βαρὺν χιτῶνα τοῦτον ὡς τάχιστα,
ἵνα λάβω κουφότερον. φυγόπατριν ἀποκαλέ-
σουσιν; ὡς μικρὰ φρονοῦσι περὶ ἡμῶν, ὄν-
τως ὑβρισταὶ καὶ μισόξενοι. ἔστι γάρ μοι
C Πατρὶς, ᾧ οὗτοι, περιγραπτὸς, ᾧ πᾶσα
Πατρὶς, καὶ οὐδὲ μία; σὺ δὲ οὐ ξένος
καὶ παρεπίδημος; οὐκ ἐπαινῶ σου τὴν
κατοικίαν, ἂν οὕτως ἔχῃς, μὴ τῆς ἀλη-
θινῆς πατρίδος ἐκπέσῃς, εἰς ἣν ἀποτίθε-
σθαι χρὴ τὸ πολίτευμα. [f] γῆρας δὲ οὐκ f
ὀνειδίσαις ἡμῖν καὶ τὸ νοσῶδες; οὐχ ὅλον
τοῦτο τῆς ὕλης καὶ τῆς φύσεως, ἵνα εἰδῇς
τι τῶν ἐμῶν ἀπορῥήτων· ἔστιν ὃ καὶ ὁ
λογισμὸς ἐδαπάνησεν, ἵνα μικρόν τι καυ-
D χήσωμαι. [g] οὐδὲ σὺ σφριγῶν μοι καὶ σαρκο- g
τροφῶν [h] ἡδὺ θέαμα. εἴθέ τι καὶ πολιᾶς h
ἐπήνθει σοι καὶ ὠχρότητος, ἵνα πιστευθῇς
γοῦν εἶναι συνετὸς καὶ φιλόσοφος.

ιε. Τί ἔτι; θρόνων καθαιρήσουσιν; τίνων
ἆρ᾽ ὧν ἡδέως ἐπέβην, ἢ νῦν, ἢ πρότερον;
μακαρίζω δὲ τοὺς ἐπιβαίνοντας; σὺ δέ μοι
τούτους [i] ἡδεῖς ποιεῖς, οὕτως ἐπιβαίνων i
ἀναξίως; οὐδὲ τὰ πρόσθεν συμβάντα τὴν
E ἐμὴν γνώμην ὑμῖν ἐδήλωσεν; ἢ κἀκεῖνα
θρύψις τις ἦν, καὶ τοῦ πόθου δοκιμασία;
πάντα ἂν οἱ τεχνικοὶ περὶ ἄλλων τὰ ἑαυτῶν,
τὰ μὲν ὑπονοήσαιεν, τὰ δὲ εἴποιεν. τί
δαὶ [k] ἡ συντριβή; τί δαὶ αἱ χραὶ, ἃς k
δημοσίᾳ καθ᾽ ἡμῶν αὐτῶν πεποιήμεθα;

(a) Εἰδότες. Reg. a. addit, ἐκκαλεῖν καί.
(b) Τί γάρ &c. *Ecqua enim nos in parte læſuri ſunt videamus, ſingula percurrentes, in quibus homo ab hominibus lædi poteſt.*
(c) Νικησάτωσαν. In nonnullis, νικάτωσαν.
(d) Εἴθε γάρ. Quinque Colb. Or. I. aliique, εἰ γάρ.
(e) Εἴθε καὶ τὸν βαρύν &c. Reg. bm. Coisl. I. Or. I. aliique optimæ notæ Codd. εἰ γὰρ καὶ τὸν βαρὺν ἀπέθεμεν χιτῶνα. *Si enim eſſet poſſibile, grave corporis iſtius indumentum citiùs deponerem.* In Ed. εἴτε καὶ τὸν βραχύν, *ſive hanc etiam brevem, exiguam tunicam* &c.
(f) Γῆρας. Plerique Codd. τὸ γῆρας.
(g) Οὐδὲ σύ. Reg. a. σὺ δὲ ὦ.
(h) Ἡδὺ θέαμα. In nonnullis, μίγα θέαμα.
(i) Ἡδεῖς. Plures Regg. & Colb. &c. ἡδίως.
(k) Ἡ συντριβή; Colb. I. αἱ συντριβαί;

τί δαὶ τὰ δάκρυα, καὶ τὸ ἐλεεινοὺς γενέσθαι ὑμῖν μικρόν, καὶ μισουμένους διὰ τὴν ἔνστασιν; πρωτεδρίας ἀποστερήσουσιν; ἦν πότε καὶ τίς τῶν εὖ φρονούντων ἐθαύμασε; νῦν δὲ καὶ τὸ φεύγειν, ὡς γοῦν ἐμοὶ δοκεῖ, πρῶτον συνέσεως. δι' ἣν πάντα δονεῖται καὶ σείεται τὰ ἡμέτερα· δι' ἣν τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐν ὑποψίᾳ, καὶ πολέμῳ κωφῷ τινὶ, καὶ οὐδὲ ὄνομα ἔχοντι· δι' ἣν κινδυνεύομεν ἀνθρώπων εἶναι, πρὸ Θεοῦ γεγονότες, καὶ τὸ μέγα καὶ καινὸν ἀποβαλεῖν ὄνομα. ὡς ὄφελόν γε μηδὲ ἦν πρωτεδρία, μηδέ τις τόπου πρωτίμησις, καὶ τυραννικὴ πρωνομία, ἵν' ἐξ ἀρετῆς μόνης [a] ἐγινωσκώμεθα. νῦν δὲ τὸ δεξιὸν τοῦτο, καὶ τὸ ἀριστερὸν, καὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ ὑψηλότερον, καὶ τὸ χθαμαλώτερον, καὶ τὸ πρωβαδίζειν ἢ συμβαδίζειν, πολλὰ πεποίηκε τὰ συντρίμματα ἡμῶν διακενῆς, καὶ πολλοὺς εἰς βόθρον ὦσε, καὶ εἰς τὴν τῶν ἐρίφων χώραν ἀπήγαγεν· οὐ τῶν κάτω μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ποιμένων, οἳ διδάσκαλοι τοῦ Ισραὴλ ὄντες, ταῦτα ἠγνόησαν.

A partim loquantur. Quid verò illa oppreſſio? Quid illæ imprecationes, quas adversùs nosipſos publicè concepimus? Quid illæ lacrymæ, quæ vos etiam ad miſericordiam moverunt, quamvis alioqui propter obluctationem odio penè eſſemus? Primariæ ſedis dignitatem nobis eripient? Quis unquam mente præditus hanc admiratus eſt? Nunc autem etiam, ut mihi quidem videtur, prudentiſſimus eſt, quiſquis eam fugit. Propter hanc enim, res omnes noſtræ jactantur ac concutiuntur: propter B hanc, fines orbis terræ ſuſpicione & bello flagrant, eóque obſcuro & ignobili: propter hanc, periculum eſt, ne, qui à Deo creati ſumus, hominibus ſubjiciamur, ac magnum illud, & novum nomen amittamus. Utinam potiùs ne ullus quidem ſedis principatus eſſet, nec ulla loci prælatio, & tyrannica prærogativa, ut ex ſola virtute cognoſceremur. Nunc autem dextrum hoc, & ſiniſtrum, ac medium latus, & ſublimior atque inferior gradus, & præcedere, & ſimul incedere, C multas nobis colliſiones incaſsùm pepererunt, ac multos in foveam impulerunt, atque ad hircorum regionem abduxerunt; non plebeiorum tantùm, ſed etiam Paſtorum, qui, *cùm magiſtri Iſraëlis eſſent*, hæc ignoraverunt. *Joan.* III. 10.

Ambitio; omnium malorum origo.

XVI. Quid poſteà? Ab altaribus arcebunt? At altare aliud ſcio, cujus figuræ ſunt ea, quæ nunc oculis cernimus: *ſuper quod nec aſcia*, nec manus aſcendit, nec ferrum, nec ullum artificum inſtrumentum auditum eſt, ſed mentis totum hoc opus eſt, eóque per contemplationem ſubvehimur. Huic aſtabo, ſuper illud grata immolabo, ſacrificium nempè, & oblationem, & D holocauſta, tantò iis, quæ nunc offeruntur, excellentiora, quantò veritas umbræ antecellit. De quo mihi quoque David philoſophari videtur, cùm ait: *Et introibo ad altare Dei, qui ſpiritualem meam juventutem lætificat.* Ab hoc altari me non abſtrahet, quiſquis volet. E civitate ejicient? Verùm non ita ex ea, quæ in cœlo ſita eſt. Hoc ſi efficere poſſent ii, qui nos inviſos habent, verè bellum inferrent. Quandiù autem minimè potuerint, guttuE lis aquæ me petunt, aut ventis feriunt, aut in ſomnis ludunt. Sic enim eorum bellum interpretor. Pecunias eripient? Quas tandem? Si meas quidem, ipſi eâdem operâ pennas etiam, quibus minimè indutus ſum, abſcindant. Si autem Eccleſiæ; illud quippè eſt, pro quo bellum omne geritur. Ob pecunias *fur ille zelotypiâ erga crumenam æſtuat, ac Deum prodit*, &, quod graviſſimum eſt, *triginta argenteis vendit.* *Joan.* XII. 6.

Parùm curat Gregorius ab altaribus arceri. *III. Reg.* VI. 7.

Pſ. XLII. 4.

E civitate ejici.

Pecuniis ſpoliari.

15. Θυσιαστηρίων εἴρξουσιν; ἀλλ' οἶδα [b] καὶ ἄλλο θυσιαστήριον, οὗ τύποι τὰ νῦν ὁρώμενα· ἐφ' ὃ λαξευτήριον οὐκ ἀναβέβηκεν, οὐδὲ χεὶρ, οὐδὲ ἠκούσθη σίδηρος, [c] ἤ τι τῶν τεχνιτῶν καὶ ποικίλων, ἀλλ' [d] ὅλον τοῦ νοῦ τὸ ἔργον, καὶ διὰ θεωρίας [e] ἡ ἀνάβασις. τούτῳ παραστήσομαι, τούτῳ θύσω δεκτὰ, θυσίαν, καὶ προσφορὰν, καὶ ὁλοκαυτώματα, κρεῖττονα τῶν νῦν προσαγομένων, ὅσῳ κρεῖττον σκιᾶς ἀλήθεια. περὶ οὗ μοι δοκεῖ καὶ Δαβὶδ ὁ μέγας φιλοσοφεῖν λέγων· καὶ εἰσελεύσομαι πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ, τοῦ εὐφραίνοντος τὴν πνευματικήν μου νεότητα. τούτου μὲν οὐκ ἀπάξει με τοῦ θυσιαστηρίου πᾶς ὁ βουλόμενος. πόλεως ἀπελάσουσιν; ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῆς ἄνω κειμένης. τοῦτο δυνηθήτωσαν οἱ μισοῦντες ἡμᾶς, καὶ F [f] ὄντως πεπολεμήκασιν. ἕως δ' ἂν [f] μὴ τοῦτο δύνωνται, ῥανίσι βάλλουσιν, ἢ αὔραις παίουσιν, ἢ παίζουσιν ἐνύπνια. οὕτως αὐτῶν ἐγὼ βλέπω τὸν πόλεμον. χρημάτων περιαιρήσουσιν; τίνων; εἰ μὲν τῶν ἐμῶν, καὶ τῶν πλερύγων περικοπλέτωσαν, ὧν οὐκ ἐπιβέβλημαι. εἰ δὲ τῶν τῆς Ἐκκλησίας·

(a) Εγινωσκώμεθα. Savil. ἐπιγινωσκώμεθα.
(b) Καὶ ἄλλο. Deeſt καί in Reg. bm.
(c) Η τι. Plures Regg. & Colb. ἤτε τι.
(d) Ολον. Sic Reg. bm. & Or. 1. In Ed. ὅλων.
(e) Η ἀνάβασις. Deeſt in Or. 1. In Ed. ἡ ἀνάβασις.
(f) Μὴ τοῦτο. Sic Reg. bm. Deeſt τοῦτο in Ed.

Hoc enim pretio dignus erat, non qui prodebatur, ſed qui prodebat.

τοῦτό ἐστιν ὑπὲρ οὗ πᾶς ὁ πόλεμος. δι' ἃ [a] ζηλοτυπεῖ τὸ γλωσσόκομον ὁ κλέπτης, καὶ τὸν Θεὸν προδίδωσι τριάκοντα ἀργυρίων, τὸ δεινότατον. [b] τοσοῦτου γὰρ, οὐχ ὁ προδιδόμενος, ἀλλ' ὁ προδιδοὺς ἄξιος.

Domo excludi & amicis privari.

XVII. At domo excludent? Delicias reſecabunt? Amicorum animos à nobis avertent? Permultos videlicet gravavimus, quamvis ab ipſis invitati, (non enim ingrati animi vitio laborabimus.) Quòd ſi gravavimus, id parcendo potiùs, quàm accipiendo fuit. Hujus rei ſi cauſam quæritis, domus quædam pia Deíque amore flagrans, non ſecus atque *Eliſæum Sunamitidis domus*, nos refocillavit, domus, inquam, hominum, qui tum corporis, tum ſpiritûs cognatione mecum conjuncti ſunt, ac ſingulari liberalitate prædíti, apud quos hic quoque populus compactus eſt, cùm exagitatam & vexatam fidei pietatem adhuc ſurriperet, nequaquàm liberè, nec ſine periculo. Rependat illi Dominus in die retributionis. Delicias autem ſi conſectamur, efferantur adverſum nos, qui nobis inimicitias indixerunt: nec enim gravius aliud quidquam mihi imprecabor. Quod autem ad amicos attinet, alii, ſat ſcio, ne læſi quidem, nos fugient; (nam ii demùm doloris ſocios ſe præbent, qui injuriâ ſimul afficiuntur:) aliorum autem arrogantiam noſtríque contemptum æquo animo ferre diuturno jam uſu didicimus. Ex amicis enim & proximis meis, alii haud obſcurè *adverſum me appropinquaverunt & ſteterunt:* alii, & quidem ii, qui humaniſſimè mecum egerunt, *à longè ſteterunt, & in nocte hac omnes ſcandalum paſſi ſunt.* Nihil propius factum eſt, quàm ut Petrus etiam me abjuraret: ac nequaquàm fortaſsè flet amarè, ut peccato medeatur.

Iv. Reg. IV. 8.

Pſ. XXXVII. 12.

Matth. XXVI. 31.

ιζ. Οἰκίας ἀποκλείσουσι; [c] τρυφὰς προσκόψουσι; φίλους ἀλλοτριώσουσι; πάνυ γὰρ, ὡς ὁρᾷς, [d] πλείστων κατεναρκήσαμεν, καί τοί γε [e] προκαλουμένων· ὃ γὰρ ἀχαριστήσομεν. εἰ δὲ μὴ κατεναρκήσαμεν, πῶς φείδεσθαι μᾶλλον, ἢ πῶς προσίεσθαι. τὸ δὲ αἴτιον, οἶκός τις ἀνέπαυσεν ἡμᾶς εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος, καὶ οἷος τὸν Ελισσαῖον ὁ τῆς Σουναμίτιδος, συγγενῶν τὸ σῶμα, συγγενῶν τὸ πνεῦμα, πάντα φιλότιμος, παρ' οἷς καὶ ὁ λαὸς οὗτος ἐπάγη, κλέπτων ἔτι τὴν διωκομένην εὐσέβειαν, οὐκ ἀδεῶς, ὐδὲ ἀκινδύνως. ἀντιμετρήσαι αὐτῷ Κύριος ἐν ἡμέρᾳ ἀνταποδόσεως. τρυφὴν δὲ [f] εἰ διώκομεν, τρυφήσαιεν καθ' ἡμῶν οἱ μισοῦντες ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἄλλό τι μεῖζον ἐμαυτῷ καταράσομαι. φίλων δὲ, οἱ μὲν οὐδὲ πάσχοντες κακῶς, εὖ οἶδα, φεύξονται ἡμᾶς· τὸ γὰρ συναδικεῖσθαι καὶ συναλγεῖν πεποίηκε· τῶν δὲ, ἤδη γεγυμνάσμεθα καὶ ὑπεροράμενοι φέρειν τὴν ὑπεροψίαν. τῶν γὰρ [g] φίλων καὶ τῶν πλησίον, οἱ μὲν καὶ φανερῶς [h] ἐξ ἐναντίας ἦγισαν καὶ ἔστησαν· οἱ δὲ, τὸ φιλανθρωπότατον, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν, καὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ πάντες ἐσκανδαλίσθησαν. μικρῶ καὶ [i] Πέτρος ἠρνήσατό με· καὶ τυχὸν οὐδὲ κλαίει πικρῶς, ἵνα θεραπεύσῃ τὴν ἁμαρτίαν.

Gregorius adverſa conſtanter tolerat.

XVIII. Unus ego audax, ut apparet, ac temeritatis plenus, unus in rebus horrendis ſpe bonâ ſubnixus, unus conſtanter adverſa tolerans, & publicè propoſitus, & privatim contemptus, & ex bellis, quæ mihi inferuntur, Orienti & Occidenti notus. O inſignem audaciam! *Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum. Si exſurgat adverſum me prælium, in hoc ego ſperabo.* Ac tantùm abeſt, ut quidquam humanarum & præſentium rerum acerbum & formidoloſum exiſtimem, ut meipſum miſſum faciens, eos lugeam, qui mihi moleſtiam exhibuerunt. O membra olim Chriſti, membra mihi cara, etſi nunc corrupta,

Pſ. XXVI. 2. *& ſeq.*

Chriſti ac veritatis proditores luget, & ad unitatem revocat.

ιη. Μόνος τολμηρὸς ἐγὼ, καὶ θράσους γέμων, ὡς ἔοικε, μόνος εὔελπις ἐν τοῖς φοβεροῖς, μόνος καρτερικὸς, καὶ δημοσίᾳ προτιθέμενος, καὶ ἰδίᾳ καταφρονούμενος, καὶ ἀνατολῇ καὶ δύσει τῷ πολεμεῖσθαι γνωριζόμενος. τῆς ἀπονοίας· ἐὰν παραλάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου· ἐὰν ἐπανασταθῇ ἐπ' ἐμὲ πόλεμος, ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπίζω. τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ φοβερὸν ἡγεῖσθαί τι τῶν παρόντων, ὥστε τὸ κατ' ἐμαυτὸν ἀφεὶς, θρηνῶ τοὺς λυπήσαντας. [k] μέλη Χριστοῦ ποτὲ, μέλη τίμια ἐμοὶ, [l] εἰ καὶ νῦν διεφθαρμένα,

(a) Ζηλοτυπεῖ. Hìc Maximum deſignare videtur.
(b) Τοσούτου. Sic Reg. bm. & Coisl. 1. In Ed. τοσοῦτον.
(c) Τρυφάς. Coisl. 1. τροφάς, *alimenta.*
(d) Πλείστων. Reg. a. πλείστον.
(e) Προκαλουμένων. In nonnullis, προσκαλουμένων.
(f) Εἰ διώκομεν. Reg. bm. εἰ ἐδιώκομεν.
(g) Φίλων καὶ τῶν πλησίον. Duo Regg. & Or. 1. φίλων μου καὶ τῶν πλησίων.
(h) Ἐξ ἐναντίας. Reg. a. addit, μου.
(i) Πέτρος. Alludit forſan ad Petrum Alexandrinum Præſulem, qui aliquandiù Maximo favere viſus eſt. Elias id refert ad quendam è diſcipulis ſibi familariſſimum.
(k) Μέλη Χριστοῦ. *Membra Chriſti.* Hìc deſignat eos, qui cùm ab eo nihil læſi fuiſſent, partes Maximi ſecuti erant, atque eum Pontificem creaverant, altari adversùs altare erecto.
(l) Εἰ καί. Sic Reg. bm. In Ed. καὶ εἰ.

διεφθαρμένα,

διεφθαρμένα, μέλη τῆς ποίμνης ταύτης, ἣν προδεδώκατε μικροῦ, καὶ πρὶν συναχθῆναι.
a πῶς διεσπάσθητε καὶ διεσπάσατε, ὡς [a] βοΐδια ἐκ δεσμῶν ἀνείμενα; πῶς θυσιαστήριῳ θυσιαστήριον ἀντηγείρατε; πῶς ἐχθρέσθε εἰς ἐρήμωσιν ἐξάπινα; πῶς καὶ αὐτοὶ νενέκρωσθε
b τῇ τομῇ, καὶ ἡμᾶς ἀλγεῖν πεποιήκατε; [b] πῶς ἁπλότητι ποιμένων εἰς ποίμνης δῄλυσιν κατεχρήσασθε; οὐδὲ γὰρ ἐκείνους μέμψομαι τῆς ἀπειρίας, ἀλλ' ὑμᾶς αἰτιάσομαι τῆς κακίας. τῇ διαφθορᾷ σε, Ισραὴλ, τίς βο-
c ηθήσει; τί φάρμακον [c] εὕρωμαι συνουλωτικόν; ποῖον ἐπίδεσμον; πῶς συνάψω τὰ διεσπῶτα; τίσι δάκρυσι, τίσι λόγοις, τίσιν εὐχαῖς θεραπεύσω τὸ σύντριμμα; ἢ τάχα τὸν τοῦτον τρόπον;

membra hujus gregis, quem priùs etiam ferè, quàm collecti essetis, prodidistis. Quomodò distracti estis, ac distraxistis, quasi tenelli boves vinculis soluti? Quomodò altare adversùs altare erexistis? Quomodò repentè *in desolationem* ac vastitatem *facti estis?* Quomodò, & ipsi per hanc sectionem morte affecti estis, & nobis dolorem inussistis? Quomodò Pastorum simplicitate ad gregis dissolutionem & exitium abusi estis? Non enim eos ob imperitiam reprehendam, sed vestram improbitatem accusabo. *Corruptelæ tuæ, Israël, quis succurret?* Quod medicamentum nanciscar, cicatricis obducendæ vim habens? Quâ fasciâ vulnus obligabo? Quomodò disjuncta connectam? Quibus lacrymis, quibus verbis, quibus precibus huic calamitati medebor? An hoc fortassè modo? Ps. LXXII. 19. Osee. XIII. 9.

ιθ. Τριὰς ἁγία, καὶ προσκυνητὴ, καὶ τελεία, καὶ καλῶς ὑφ' ἡμῶν συναγομένη τε καὶ σεβομένη, σὸν τὸ ἔργον, σὸν τὸ κατόρθωμα. σὺ τούτους τε πάλιν ἀποκατάστησαις ἡμῖν, τοσοῦτον διαστάντας, ὅσον παιδευθῆναι τῷ
C χωρισμῷ πρὸς ὁμόνοιαν· καὶ ἡμῖν τῶν ἐντεῦθεν μόχθων ἀντιδοίης τὰ ἐπουράνιά τε
d καὶ ἀσφάλεια. τῶν δέ ἐστι [d] τὸ πρῶτον καὶ μέ-
e γιστον, ἐλλαμφθῆναί σοι [e] τελεώτερόν τε καὶ καθαρώτερον, πῶς ἡ αὐτὴ, καὶ μονὰς νοῇ, καὶ Τριὰς εὑρίσκῃ· πῶς τὸ ἀγέννητον, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ προϊὸν, μία φύσις, τρεῖς ἰδιότητες, εἷς Θεὸς, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάν-
f των, καὶ ἐν πᾶσιν· [f] οὔτε ὑπερτιθέμενος, ἔτε μεταθέμενος, οὔτε μειούμενος, οὔτε τεμ-
D νόμενος· τὸ μὲν ἄρτι καταλαμβανόμενος, τὸ δὲ ζητούμενος, ποτὲ δὲ ὅσον εἶ τυχὸν καg ταληφθησόμενος, τοῖς ἐνταῦθα καλῶς [g] ζητήσασι, διὰ βίου καὶ θεωρίας· ᾧ πᾶσα δόξα, τιμὴ, κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας· Αμήν.

XIX. Trinitas sancta, & adoranda, & perfecta, & quæ rectè à nobis conjungeris atque religiosè coleris, tuum hoc opus est, tua conficiendi hujus negotii laus. Utinam tu hos nobis restituas, hactenùs à nobis diremptos, ut per ipsam disjunctionem ad concordiam & pacis studium erudiantur: ac nobis pro hujus vitæ laboribus & ærumnis cœlestia bona, & ab omni dissidio immunia, rependas. Horum autem primarium illud est, & maximum, ut puriùs pleniúsque à te illuminati, sciamus, quomodò eadem, & unitas intelligeris, & Trinitas reperiris; quomodò Ingenitus, Genitus, & Procedens, una sit natura, tres proprietates, *unus Deus, qui es super omnia, & per omnia, & in omnibus:* qui nec superiori nec inferiori gradu collocaris, nec decrescis, nec sectionem admittis; ac partim quidem jam comprehenderis, partim inquireris, aliquandò autem fortassè, quantus es, percipieris, nimirùm ab iis, qui per vitæ probitatem & contemplationem te in hoc sæculo rectè quæsiverint: cui omnis gloria, honor & Imperium in sæcula. Amen. Pro dissidentibus adorandam Trinitatem invocat. Eph. IV. 6.

(a) Βοΐδια. *Buculi.*
(b) Πῶς ἁπλότητι ποιμένων. Si Eliæ fides, Gregorius hîc de se plurali numero loquitur. Verùm hæc interpretatio cum sequentibus minimè congruit.
(c) Εὕρωμαι. Reg. b. εὕρομαι.
(d) Τὸ πρῶτον. Deest τὸ in Or. I.
(e) Τελεώτερόν τε. Sic duo Regg. & tres Colb. Deest τε in Ed.
(f) Οὔτε ὑπερτιθέμενος &c. Bill. *Qui nec superponeris, nec transponeris.*
(g) Ζητήσασι. Reg. a. ἐκζητήσασι.

MONITUM

IN QUINQUE SEQUENTES THEOLOGICAS ORATIONES.

Proœmium. I. *DEVENIMUS tandem ad celebres illas Gregorii* de Theologia *Orationes, quæ ipsi meritò quidem egregium* Theologi *cognomen compararunt. In dies enim, ut jam vidimus, increbrescebat Constantinopoli linguarum prurigo; ac timendum erat, ne effrænata impietatis & erroris audacia venerandam fidei ac Trinitatis doctrinam penitùs extingueret. Dudùm autem desiderabatur vir, qui morum integritate, ingenii vi & acumine, pietatis & doctrinæ excellentiâ, cæcutientem populum ab errorum tenebris ad veritatis lumen benignè revocaret. Ad tale tamque arduum opus nemo Gregorio aptior, præstantior nemo; quippè qui, in sacrarum litterarum studio apprimè versatus, abstrusiora quæque circa res divinas mirâ ingenii facilitate interpretari ac enucleare posset. Jam enim, ex quo Constantinopolitanæ Ecclesiæ regimen susceperat, plurima sanè præbuerat tum doctrinæ tum pietatis argumenta; atque totus in id unum incubuerat, ut, profligatâ Hæresi, labefactatam Trinitatis doctrinam instauraret. Idcircò nunquam in omnibus quas Constantinopoli habuit Orationibus, aliquid de Trinitate intexere destitit, nec à labore & inito cum Hæreticis prælio conquievit. At ne id quidem satis. Ipsi etiam cominùs & apertâ fronte cum hoste dimicandum erat; & quas anno præcedenti*

Or. XXIII. n. 14. *promiserat* de Theologia *Orationes, nunc in lucem profert. Tanta fuit illarum vis, ut Hæresis, valido prostrata ictu, nusquàm exindè caput erigere potuerit.*

Theologicarum Orationum argumentum. II. *Inter Hæreticos, quibuscum certamen inierat Gregorius, audaciores se præbebant Eunomiani. Eò enim impietatis ac stultitiæ proruperant, ut* se scire omnia, etiam profunda Dei, eaque docere *profiterentur. Præterea,*

Or. XXVII. n. 2. *ornatè dicendi cupiditate flagrantes, tum rerum novitate, tum verborum lenocinio, sibi elegantiæ laudem ambitiosè affectabant. Eos primùm oppu-*

Ibid. n. 2. *gnat Gregorius, atque hortatur, ut,* frænatâ, si modò queant, aliquandiù linguâ, *sibi aures præbeant. Tum in tota Orationis serie unicè docet, qualem esse oporteat rei Theologicæ doctorem ac magistrum; atque assignat,*

Ibid. n. 3. quandò, & apud quos, & de quibus, & quousque *de Deo differendum sit, ne intempestivè loquentes, & ipsi & nobis injuriam inferamus. Hæc est prior* de Theologia *Oratio, quæ, juxta eruditos, velut cæterarum proœ-*

Or. XXVIII. *mium, seu præfatio habenda est. In altera verò, invocatâ Trinitate, de Deo ipso, licèt trepidans, sermonem aggreditur. Dei existentiam invictissimè statuit, quamvis ipsius naturam, nullis quidem verbis explicari, multò minùs intellectu comprehendi posse fateatur. Deindè transit ad Idololatriæ originem, quâ cæci homines, omnia ad sensus referentes, sibi terrestres, cœlestes ac subterraneos Deos stultè ac stolidè finxerunt, cùm Deus, solâ rerum naturalium contemplatione, cognosci possit. Tertia*

Or. XXIX. *Theologica* de Filio *inscribitur. Quæcumque ad Christi divinitatem &*

humanitatem pertinent, fusè ac nervosè tractantur. Idem argumentum in quarta prosequitur Gregorius, ac plurima excutiens scripturæ testimonia, quæ ad Christum referuntur, singulaque enumerans nomina, quæ Christo, tum ut Verbo, tum ut homini conveniunt, ea omnia, eorumque causas piè ac eruditè exponit. In quinta denique sancti Spiritûs divinitatem ac processionem contra Arianos, Eunomianos, & præcipuè Macedonianos fortiter asserit; idque sapienter observat, non ideò plurima, ex quibus sancti Spiritûs divinitas apertissimè colligi possit, rejicienda esse, quòd ipsa, certas ob causas, non ita expressè sacrarum litterarum monumentis consignata sit, nec anxiè de nominum sono litigandum, cùm res ipsas scripturæ auctoritate comprobatas esse constet. Or. XXX. Or. XXXI.

III. *Analyticam istarum Orationum synopsim paucis quidem attigimus, ne fusiori sermone illarum aciem, si ita loqui fas est, obtunderemus. Consentiunt eruditi eas Constantinopoli habitas fuisse anno 380. Gregorius ipse nobis hujus rei argumenta suppeditat. In Oratione enim quadragesima secunda, sequenti anno pronuntiata, de scripturæ testimoniis, quæ à Catholicis in Hæreticos, vel ab istis in Orthodoxos torquebantur, agens, sic loquitur:* Et quidem scripturæ testimonia, quæ cæcutientibus molestiam exhibent, aliis relinquimus, cùm à multis jam sæpè, tum etiam à nobis haud perfunctoriè & negligenter litteris mandata fuerint. *Quæ verba, juxta Interpretes, non solùm Theologicas Orationes designant, verùm eas etiam jam scriptas, summaque cum cura elaboratas indicant. Conjici quoque potest, singulas quidem ipsas, primò pro concione habitas, posteà verò maturiùs digestas, ab ipso Gregorio fuisse litteris consignatas. Hinc illæ Orationes non immeritò visæ sunt Hieronymo libri formam referre. Scribit enim hac de re:* Adversus Eunomium liber unus, de Spiritu sancto liber unus. *Ex quibus manifestum est, quatuor saltem priores, utpotè quæ secum arctissimè cohæreant, unicâ tantùm Oratione, seu libro, à sancto Doctore comprehendi. Hanc etiam ob causam, neque vulgatum earum ordinem mutare, neque aliam ab alia separare voluimus, licèt aliæ interim Orationes dictæ & interjectæ videri meritò possint.* Quo tempore habitæ Theologicæ Orationes. Or. XLII. n. 18. Hier. de Script. Eccl. Bas. ed. pag. 149.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

[a]ΚΑΤΑ ΕΥΝΟΜΙΑΝΩΝ ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

ΛΟΓΟΣ ΚΖ.

α. ΠΡΟΣ τοὺς ἐν λόγῳ κομψοὺς ὁ λόγος. καὶ ἵνα ἀπὸ τῆς γραφῆς ἄρξωμαι· [b] ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ τὴν ὑβρίστριαν, [b] ἢ παίδευσιν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν. εἰσὶ γὰρ, εἰσί τινες, οἱ τὴν ἀκοὴν προσπνώμενοι καὶ τὴν γλῶσσαν,

THEOLOGICA PRIMA.

ADVERSUS EUNOMIANOS PRÆVIA DISSERTATIO.

ORATIO VIGESIMA-SEPTIMA.

Alias 33: quæ autem 27. erat, nunc 36.

Habita anno 380.

I. AD eos, qui ornatè dicendi cupiditate flagrant, mihi sermo erit. Et ut Scripturæ verbis exordiar: *Ecce ego adversum te contumeliosam*, tam in docendo, quàm in audiendo, & cogitando. Sunt enim, sunt quidam, quibus non

In ornatè dicendi cupidos invehitur Gregorius. *Jer.* L. 31.

(a) Κατὰ Εὐνομιάνων. Reg. a. Colb. 3. Ruf. πρὸς Εὐνομιάνους προδιάλεξις, ἐ ὅτι ὲ παντὸς τὸ περὶ Θεῦ διαλέγισθαι, ἢ πάντοτε. Prævia in Eunomianos dissertatio, & quòd nec continuò, nec omnibus modis de Deo disserendum sit. Reg. bm. πρὸς Εὐνομιάνους. Combef. κατὰ Εὐνομιάνων, καὶ περὶ Θεολογίας προδιάλεξις, contra Eunomianos, & de Theologia prædissertatio. Sic inscribitur, ait Leuv. propterea quòd in ea quarumdam rerum expositio quasi præmittatur. Addunt nonnulli, ἐρρέθη ἐν Κωνσταντινουπόλει. Constantinopoli dicta.

(b) Καὶ παίδευσιν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν. Hæc desunt in plerisque Codd. Nec ea esse Gregorii putat Billius. Agnoscit tamen Elias.

II. Tim. IV. 3. *aures* duntaxat, ſed etiam lingua, atque adeò manus quoque ipſæ, ut video, ad ſermones noſtros *pruriunt*, quique *inanibus verbis*, & *contentionibus* falsò nominatæ ſcientiæ, ac *diſputationum pugnis*, quæ nullam utilitatem afferunt, oblectantur. Sic enim, quidquid in verbis, vel ſupervacaneum, vel curioſum eſt, vocat Paulus, ille *breviati Verbi* præco & aſſertor, ille Piſcatorum diſcipulus, ac præceptor. Hi verò de quibus Orationem habemus, utinam, quemadmodùm linguam volubilem habent, atque nobilioribus & probatioribus verbis inſectandis acrem & vehementem, ſic etiam in agendo eandem operam collocarent. Parùm igitur, & minùs fortaſsè cavillatores eſſent, ſi id facerent, nec tam abſurdè atque inſolenter in verbis, perindè atque in aleæ ludo, verſarentur, ut ridiculè de re ridicula loquar.

II. Tim. II. 4. Rom. IX. 28.

Hæretici circulatoribus comparati.

II. Quoniam autem, omni pietatis viâ ſublatâ & deletâ, hoc unum ſibi proponunt, ut quæſtiones vel ſtringant, vel ſolvant; (quemadmodùm, qui in theatris vulgi oculis certamina oſtentant, & quidem ejuſmodi certaminum genera, quæ non juxta palæſtræ leges victoriam comparant, ſed imperitorum duntaxat oculos perſtringunt, ac laudem à ſpectatoribus captant;) & res huc redit, ut horum diſputationibus, & forum omne circumſtrepat, & convivia omnia hujuſmodi nugarum tædio obtundantur, & feſtum omne infeſtivum ſit ac mœſtitiæ plenum, & luctus omnis majori calamitate, hoc eſt, quæſtionum argutiis, mitigetur, ac denique gynæcea omnia, ſimplicitatis alumna, turbentur, & pudoris flos præcipiti hâc contendendi libidine compiletur; quoniam, inquam, hæc ita ſe habent, adeóque intoleranda eſt vis hujus mali, ut periculum ſit, ne magnum fidei noſtræ myſterium exigua quædam articula eſſe videatur: age, nos paternis viſceribus incitatos, atque, ut Jeremiæ verbis utar, *ſenſoriis diſtortos* & laniatos, exploratores iſti hactenùs perferant, ut, quæ de his rebus dicturi ſumus, æquo animo excipiant; ac linguâ, ſi modò queant, aliquandiù frænatâ, nobis aures præbeant. In qua re nihil profectò eſt, cur damni quidquid metuatis. Aut enim ego *in aures audientium loquar*, atque ita fructum aliquem, hoc eſt, utilitatem veſtram,

Jer. IV. 19.

Eccli. XXV. 12.

ἤδη δὲ, ὡς ὁρῶ, [a]καὶ τὴν χεῖρα [b]τοῖς a B
ἡμετέροις λόγοις, καὶ χαίροντες ταῖς
βεβήλοις κενοφωνίαις, καὶ ἀντιθέσεσι τῆς
ψευδωνύμου γνώσεως, καὶ ταῖς εἰς οὐδὲν
χρήσιμον φερούσαις λογομαχίαις. οὕτω γὰρ
ὁ Παῦλος καλεῖ πᾶν τὸ ἐν λόγῳ περιττὸν
καὶ περίεργον, ὁ τοῦ [c]συντετμημένου c
λόγου κῆρυξ καὶ βεβαιωτὴς, ὁ τῶν ἁλιέων
μαθητὴς καὶ διδάσκαλος. οὗτοι δὲ, περὶ
ὧν ὁ λόγος, εἴθε μὲν, ὥσπερ τὴν γλῶσσαν
εὔστροφον ἔχουσι, καὶ δεινὴν ἐπιθέσθαι
λόγοις εὐγενεστέροις τε καὶ δοκιμωτέροις,
οὕτω τὶ καὶ περὶ τὰς πράξεις ἠσχολοῦντο.
μικρὸν οὖν, καὶ ἴσως ἧττον ἂν ἦσαν Σο-
φισταὶ καὶ [d]κυβισταὶ λόγων ἄτοποι καὶ d
παράδοξοι, ἵν' εἴπω τὶ καὶ γελοίως περὶ
γελοίου πράγματος.

β. Ἐπεὶ δὲ πᾶσαν εὐσεβείας ὁδὸν
καταλύσαντες, πρὸς ἓν τοῦτο βλέπουσι
μόνον, ὅ τι [e]δήσουσιν ἢ λύσουσι τῶν e
C προβαλλομένων· καθάπερ ἐν τοῖς θεάτροις
οἱ τὰ παλαίσματα δημοσιεύοντες, καὶ τῶν
παλαισμάτων οὐχ ὅσα πρὸς νίκην φέρει
κατὰ νόμους ἀθλήσεως, ἀλλ' ὅσα τὴν ὄψιν
κλέπτει τῶν ἀμαθῶν τὰ τοιαῦτα, καὶ
συναρπάζει τὸν ἐπαινέτην· καὶ δεῖ πᾶσαν
μὲν ἀγορὰν περιβομβεῖσθαι τοῖς τούτων
λόγοις, πᾶν δὲ συμπόσιον ἀποκναίεσθαι
φλυαρίᾳ καὶ ἀηδίᾳ, πᾶσαν δὲ ἑορτὴν καὶ
πένθος ἅπαν, τὴν μὲν ἀνέορτον εἶναι καὶ
D μεστὴν κατηφείας, τὸ δὲ [f]παραμυθεῖσθαι f
συμφορᾷ μείζονι τοῖς ζητήμασι, πᾶσαν
δὲ διοχλεῖσθαι γυναικωνίτιν ἁπλότητι
σύντροφον, καὶ τὸ τῆς αἰδοῦς ἄνθος
ἀποσυλᾶσθαι τῇ περὶ λόγον ταχυτῆτι·
ἐπειδὴ ταῦτα οὕτω, καὶ τὸ κακὸν ἄσχετον,
καὶ ἀφόρητον, καὶ κινδυνεύει [g]τεχνύδριον g
εἶναι τὸ μέγα ἡμῶν μυστήριον· φέρε, τοσοῦτον
γοῦν ἡμῶν ἀνασχέσθωσαν οἱ [h]κατάσκοποι h
σωλάγχνοις πατρικοῖς κινουμένων, καὶ ὃ
E φησιν ὁ θεῖος Ἱερεμίας, σπαρασσομένων
τὰ αἰσθητήρια, ὅσον μὴ τραχέως τὸν
περὶ τούτων δέξασθαι λόγον, καὶ τὴν
γλῶσσαν μικρὸν ἐπισχόντες, ἂν ἄρα [i]καὶ i

(a) Καὶ τὴν χεῖρα. Deſignat hîc Gregorius Eunomianorum improbitatem, qui, cùm impares eſſent Gregorio, ipſum tamen malè mulctandi cupiditate ardebant.

(b) Τοῖς ἡμετέροις λόγοις, καὶ χαίροντες. Hæc deſunt in Reg. a. & Or. 2.

(c) Συντετμημένου. Hîc alludit ad hunc locum Rom. IX. 28. in quo Paulus Evangelium nominat, *breviatum Verbum*, quòd res maximas paucis verbis complectatur.

(d) Κυβισταὶ λόγων. *Sermonum urinatores*, id eſt, *qui ſe in ſermones præcipites devolvunt*. Sic deſignantur Eunomiani, qui, urinatorum inſtar, ſurſùm ac deorsùm argutando ferantur. In nonnullis, κυβευταί, *aleatores*.

(e) Δήσουσιν ἢ λύσουσι. In quibuſdam, δήσωσιν ἢ λύσωσι.

(f) Παραμυθεῖσθαι συμφορᾷ μείζονι. Id eſt, βαρύνεσθαι, *gravior, oneroſior efficiatur*. Sic enim Job. XVI. 2. *oneroſos conſolatores* amicos appellat.

(g) Τεχνύδριον. Billius in prima ed. *argutatricem quandam artem*.

(h) Κατάσκοποι. Eo nomine falſos Epiſcopos ſignificat.

(i) Καί. Deeſt in Regg. a. bm. & Or. 2.

δύνωνται,

δύνωνται, τὴν ἀκοὴν ἡμῖν ὑποθέτωσαν. πάντως δὲ οὐδὲν ζημιωθήσεσθε. ἢ γὰρ εἰς ὕστα ἐλαλήσαμεν ἀκουόντων, καὶ τίνα καρπὸν ἔσχεν ὁ λόγος, τὴν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν· ἐπειδὴ σπείρει μὲν ὁ σπείρων τὸν λόγον ἐπὶ πᾶσαν διάνοιαν, καρποφορεῖ δὲ ἡ καλή τε καὶ γόνιμος· ἢ ἀπήλθετε καὶ [a] τοῦτο ἡμῶν διαπλύσαντες, καὶ πλείονα λαβόντες ὕλην ἀντιλογίας τε καὶ τῆς καθ' ἡμῶν λοιδορίας, ἵνα καὶ μᾶλλον ὑμᾶς αὐτοὺς ἑστιάσητε. μὴ θαυμάσητε δὲ, εἰ παράδοξον ἐρῶ λόγον, καὶ παρὰ τὸν ὑμέτερον νόμον, οἳ πάντα εἰδέναι τε καὶ διδάσκειν ὑπισχνεῖσθε λίαν νεανικῶς καὶ γενναίως, ἵνα μὴ λυπῶ λέγων ἀμαθῶς καὶ θρασέως.

γ. Οὐ παντὸς, ὦ οὗτοι, τὸ περὶ Θεοῦ φιλοσοφεῖν, οὐ παντός· οὐχ οὕτω τὸ πρᾶγμα εὔωνον, καὶ τῶν χαμαὶ ἑρπόντων. προσθήσω δὲ, οὐδὲ πάντοτε, οὐδὲ πᾶσιν, οὐδὲ πάντα, ἀλλ' ἔστιν ὅτε, [b] καὶ οἷς, καὶ ἐφ' ὅσον. οὐ πάντων μὲν, ὅτι τῶν ἐξητασμένων καὶ διαβεβηκότων ἐν θεωρίᾳ, καὶ πρὸ τούτων, καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα κεκαθαρμένων, ἢ καθαιρομένων, τὸ μετριώτατον. μὴ καθαρῷ γὰρ ἅπτεσθαι καθαροῦ τυχὸν οὐδὲ ἀσφαλὲς, ὥσπερ οὐδὲ ὄψει ζαθρᾷ ἡλιακῆς ἀκτῖνος. ὅτε δέ; ἡνίκα ἂν [c] σχολὴν ἄγωμεν ἀπὸ τῆς [c] ἔξωθεν ἰλύος καὶ ταραχῆς, καὶ μὴ τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν [d] συγχέηται τοῖς [d] μοχθηροῖς τύποις καὶ πλανωμένοις, οἷον γράμμασι πονηροῖς ἀναμιγνύντων κάλλη γραμμάτων, ἢ βορβόρῳ μύρων εὐῳδίαν. δεῖ γὰρ τῷ ὄντι σχολάσαι, [e] καὶ γνῶναι Θεόν· καὶ ὅταν [f] λάβωμεν καιρὸν, κρίνειν θεολογίας εὐθύτητα. τίσι δέ; οἷς τὸ πρᾶγμα διὰ σπουδῆς, καὶ οὐχ ὡς ἕν τι τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο φλυαρεῖται ἡδέως, μετὰ τοὺς ἱππικοὺς, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὰ ἄσματα, καὶ τὴν γαστέρα, καὶ τὰ ὑπὸ γαστέρα· οἷς καὶ τοῦτο μέρος τρυφῆς, ἡ περὶ ταῦτα ἐρεσχελία καὶ κομψεία τῶν ἀντιθέσεων. τίνα δὲ φιλοσοφητέον, καὶ ἐπὶ πόσον; ὅσα ἡμῖν ἐφικτὰ, καὶ ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ ἀκούοντος ἕξις [g] ἐφικνεῖται καὶ δύναμις· ἵνα μὴ καθάπερ αἱ ὑπερβάλλουσαι τῶν φωνῶν, ἢ τῶν τροφῶν, [h] τὴν ἀκοὴν [h] βλάπτωσιν ἢ τὰ ζώματα· εἰ

A Oratio allatura est; (quanquam enim is qui *verbum Dei seminat*, in animos omnes seminat, tamen probi duntaxat atque fœcundi fructum ferunt;) aut ita discesseritis, ut hunc quoque sermonem nostrum explodatis, uberioremque contradicendi, nobisque convitiandi materiam nanciscamini, quò pleniùs etiam animos vestros pascatis. Nec verò mirum vobis videatur, si quid à vestra opinione, ac lege vestra alienum dixero, qui scire vos omnia & docere profitemini, perquàm fortiter ac generosè, B non enim dicam stultè & temerè, ne quid animos vestros offendam.

Matth. XIII. 4.

III. Non cujusvis est, ô viri, de Deo differere, non, inquam, cujusvis; non adeò vilis ac protrita hæc res est, & eorum, qui humi adhuc reptant. Addam etiam non cujusvis temporis, nec apud quosvis, nec de quibusvis; sed certo tempore, & apud C certos homines, & aliquousque hoc faciendum est. Non cujuslibet quidem, quoniam hoc muneris his duntaxat incumbit, qui exactissimè explorati sunt, ac contemplando longè processerunt, priúsque etiam, & corpus, & animum à vitiorum sordibus purgarunt, aut, ut parcissimè loquar, jam hoc agunt, ut se à vitiorum labe purgent. Impuro enim rem puram attingere, ne periculo quidem fortassè caret, quemadmodùm nec ægris oculis Solis radios intueri. Quandò autem? Tum videlicet, D cùm ab externo luto ac tumultu quietem agimus, nec princeps nostrî pars improbis vagisque simulacris confunditur, dum velut deformibus litteris elegantes litteras, cœnóque unguentum admiscemus. Vacare enim hauddubiè oportet, & Deum cognoscere: cúmque tempus acceperimus, id agendum est, ut divinæ doctrinæ rectitudinem judicemus. Apud quos porrò? Nempè apud eos, qui rem hujusmodi studiosè ac seriò amplectuntur, quique non ut quippiam aliud, sic hoc quoque ineptâ nugacitate prosequuntur, post Circenses ludos & E spectacula, post cantiones, post denique quàm ventri, & iis, quæ sub ventre sunt, indulserint; qui quidem ita perditè affecti sunt, ut hoc quoque in oblectamentorum parte numerent, nimirùm de divinis rebus nugari, atque argutâ disputatione concertare. Jam de quibus, & quousque disputandum? De his solùm, quæ ingenii nos-

De Deo differere, opus difficillimum.

Quandò de Deo differendum.

Apud quos.

De quibus; & quousque.

(a) Τῦτο. Or. 1. τῦτον.
(b) Καί οἷς. Coisl. 1. καὶ ἐφ' οἷς.
(c) Ἐξωθεν ἰλύος. *Ab externo luto.* Id est, *à carnis studio & terrestris negotiis.*
(d) Μοχθηροῖς. *Laboris ac molestiæ plenis.*
(e) Καὶ γνῶναι Θεόν. Billius, *ut ad Dei cognitionem perveniamus.*
(f) Λάβωμεν καιρόν &c. Alludit ad hæc verba Psal. LXXIV. 3. *Cùm accepero tempus, ego justitias judicabo.*
(g) Ἐφικνεῖται. Coisl. 1. Or. 1. &c. ἐξικνεῖται.
(h) Βλάπτωσι. Reg. bm. βλάπτωσι.

tri modulum, atque auditoris captum non excedunt : ne alioqui, ut nimia vocis intentio atque immodicus cibus, aures & corpora labefactat ; aut, ſi mavis, ſarcinæ viribus graviores bajulorum humeros, ac crebriores pluviæ terram opprimunt ; ita etiam auditores quæſtionibus gravioribus ac durioribus oppreſſi atque confecti, priſtinas quoque vires amittant.

Deus perpetuâ memoriâ colendus eſt.

IV. Neque verò hæc quiſquam ita accipiat, quaſi Deum perpetuâ memoriâ colendum eſſe negem, ne rursùs adverſum nos irruant, qui omnia facilè ac ſtatim in calumniam trahunt. Nec enim tam ſæpè ſpiritum ducere, quàm Dei meminiſſe debemus : imò, ſi hoc etiam dici poteſt, nihil aliud quàm hoc faciendum. Nam & ego inter eos nomen meum profiteor, qui verbum illud probant, quod nos *die ac nocte* jubet *meditari*, *veſpere*, *& mane*, *& meridie narrare*, ac denique *benedicere Dominum in omni tempore ;* ſive, ut verbis Moyſis utar, *dormiamus*, ſive *conſurgamus*, ſive *iter faciamus*, ſive quid aliud agamus, atque hâc ipsâ recordatione ad puritatem informari. Quocircà, ne quis perpetuò Deum memoriâ teneat, haud veto, ſed ne de Deo diſputet : imò nec hoc prohibeo, ne de Deo diſputet, velut quid impium, ſed ne intempeſtivè : nec hoc ago, ut docendi munus explodam, ſed ne mediocritatis fines tranſiliat. An verò, cùm *mellis* quoque ipſius, quantumvis dulcis, ſatietas vomitum moveat, ſuumque *cuique negotio deſtinatum ſit tempus*, ut ego cum Salomone cenſeo ; cúmque ea, quæ per ſe bona ſunt, niſi benè tractentur, boni gratiam perdant, (non aliter atque hyeme intempeſtivi ſunt flores, nec mulieribus virilis, nec viris muliebris ornatus convenit, nec luctui geometria, nec convivio lacrymæ,) hîc ſolùm nullam temporis rationem habebimus, ubi maxima ejus ratio habenda eſt ?

Pſ. I. 1.
Pſ. LIV. 18.
Pſ. XXXIII. 2.
Deut. VI. 7.
Non intempeſtivè de Deo diſputandum.
Prov. XXV. 27.
Eccle. III. 1.

Non apud quoſvis homines de Deo loquendum.

V. Abſit, ô amici ac Fratres ; fratres enim adhuc vos appello, tametſi parùm fraterno erga nos animo ſitis ; abſit ut ita ſentiamus, ac velut equi feroces & indomiti, ratione, quaſi ſeſſore, excuſsâ, religiosâque gravitate, quâ præclarè compeſcimur, repudiatâ, procul extra metam curramus ; verùm finibus noſtris diſputationes noſtras coërceamus, nec in Ægyptum præcipites feramur, nec ad Aſſyrios pertrahamur, nec *canticum Domini in terra aliena cantemus*, hoc eſt, apud quoſvis auditores, tam noſtrates quàm extraneos, tam hoſtes quàm amicos, tam benignos quàm malignos ac

Pſ. CXXXVI. 4.

βούλει δὲ, τῶν φορτίων τὰ ὑπὲρ δύναμιν τοὺς [a] ὑποβαίνοντας, ἢ τὴν γῆν τῶν ὑετῶν οἱ σφοδρότεροι, οὕτω δὴ καὶ οὗτοι τοῖς στερρόις, ἵν' οὕτως εἴπω, τῶν λόγων καταπιεσθέντες καὶ βαρυνθέντες, ζημιωθεῖεν καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν δύναμιν. a

δ. Καὶ οὐ λέγω τοῦτο μὴ δεῖν πάντοτε μεμνῆσθαι Θεοῦ, μὴ πάλιν ἐπιφυεσθῶσαν ἡμῖν οἱ πάντα εὔκολοι καὶ ταχεῖς. μνημονευτέον γὰρ Θεοῦ μᾶλλον ἢ ἀναπνευστέον· καὶ, εἰ οἷόν τε [b] τοῦτο εἰπεῖν, μηδὲ ἄλλό τι ἢ τοῦτο πρακτέον. κἀγὼ τῶν ἐπαινούντων εἰμὶ τὸν [c] λόγον, ὃς μελετᾷν ἡμέρας καὶ νυκτὸς διακελεύεται, καὶ ἑσπέρας, καὶ πρωΐ, καὶ μεσημβρίας διηγεῖσθαι, καὶ εὐλογεῖν τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ· εἰ δεῖ καὶ τὸ Μωϋσέως εἰπεῖν, κοιταζόμενον, διανιστάμενον, ὁδοιποροῦντα, ὅ τι οὖν ἄλλο πράττοντα, καὶ τῇ μνήμῃ τυποῦσθαι πρὸς καθαρότητα. ὥστε οὐ τὸ μεμνῆσθαι διηνεκῶς κωλύω, τὸ θεολογεῖν δέ· οὐδὲ τὴν θεολογίαν, [d] ὥσπερ ἀσεβὲς, ἀλλὰ τὴν ἀκαιρίαν· οὐδὲ τὴν διδασκαλίαν, ἀλλὰ τὴν ἀμετρίαν. ἢ μέλιτος μὲν πλησμονὴ καὶ κόρος ἔμετον ἐργάζεται, καί πέρ ὄντος μέλιτος, καὶ καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι, ὡς Σολομῶντι κἀμοὶ δοκεῖ, καὶ τὸ καλὸν οὐ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γίνηται, ὥσπερ ἄνθος ἐν χειμῶνι παντελῶς ἄωρον, καὶ γυναιξὶ κόσμος ἀνδρεῖος, ἢ γυναικεῖος ἀνδράσι, καὶ πένθει γεωμετρία, καὶ πότῳ δάκρυον, ἐνταῦθα δὲ μόνον τὸν καιρὸν ἀτιμάσομεν, οὗ μάλιστα τιμητέον τὸ εὔκαιρον ;

ε. Μηδαμῶς, ὦ φίλοι καὶ ἀδελφοί· ἀδελφοὺς γὰρ ὑμᾶς ἔτι καλῶ, καί πέρ οὐκ ἀδελφικῶς ἔχοντας· μὴ οὕτω διανοώμεθα, μηδὲ καθάπερ ἵπποι [e] οἱ θερμοὶ [f] καὶ δυσκάθεκτοι, τὸν ἐπιβάτην λογισμὸν ἀποῤῥίψαντες, καὶ τὴν καλῶς ἄγχουσαν εὐλάβειαν ἀποπλύσαντες, πόῤῥω τῆς νύσσης θέωμεν· ἀλλ' εἴσω τῶν ἡμετέρων ὅρων φιλοσοφῶμεν, καὶ μὴ [g] εἰς Αἴγυπτον ἐκφερώμεθα, μηδὲ εἰς Ασσυρίους κατασυρώμεθα, μηδὲ ᾄδωμεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου

(a) Ὑποβαίνοντας. Reg. bm. ὑπερβαίνοντας.
(b) Τοῦτο. Deeſt in Reg. bm. & Or. 1.
(c) Λόγον. Duo Colb. νόμον, *legem.*
(d) Ὡσπερ ἀσεβές. Reg. bm. duo Colb. Coisl. 3. Or. 1. ὅπερ εὐσεβές. *Quod pium eſt.* Sic etiam legit Billius.

(e) Οἱ θερμοί. Deeſt οἱ in Regg. a. bm. Coisl. 3. & Or. 1.
(f) Καὶ δυσκάθεκτοι. Sic Reg. bm. Coisl. 3. & Or. 1. In Editis, καὶ δυσκάθετος.
(g) Εἰς Αἴγυπτον. *In Ægyptum.* Id eſt, *ne aliena dogmata ſectemur.*

ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, πάσης ἀκοῆς λέγω, A
[a] ξενῆς τε καὶ ἡμετέρας, ἐχθρᾶς καὶ [a] φιλίας,
[b] [b] εὐγνώμονος καὶ ἀγνώμονος, ἢ λίαν ἐπιμελῶς
τηρεῖ τὰ ἡμέτερα, καὶ βούλοιτο ἂν τὸν
σωινθῆρα, τῶν ἐν ἡμῖν κακῶν γενέσθαι
φλόγα, ἐξάπλει τε καὶ ἀναῤῥιπίζει, καὶ
[c] εἰς οὐρανὸν αἴρει ταῖς παρ' [c] ἑαυτῆς αὔραις
λανθάνουσα, καὶ ποιεῖ τῆς Βαβυλωνίας
φλογὸς τὰ κύκλῳ καταφλεγούσης ὑψηλο-
τέραν. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς ἑαυτῶν δόγ-
μασιν ἔχουσι τὴν ἰσχὺν, ἐν τοῖς ἡμετέροις B
ζαθροῖς ταύτην θηρεύουσι, καὶ διὰ τοῦτο,
ὥσπερ αἱ μυῖαι τοῖς θραύμασιν, οὕτω τοῖς
ἡμετέροις ἐπιτίθενται, εἴτε ἀτυχήμασι χρὴ
λέγειν, εἴτε ἁμαρτήμασιν. ἀλλ' ἡμεῖς γε
μὴ ἐπὶ πλεῖον ἡμᾶς αὐτοὺς ἀγνοήσωμεν,
μηδὲ τὸ περὶ ταῦτα κόσμιον ἀτιμάσωμεν.
ἀλλ' εἰ μὴ τὴν ἔχθραν καταλύσασθαι
[d] δυνατὸν, [d] ἐκεῖνό γε συμβῶμεν ἀλλήλοις,
μυστικῶς τὰ μυστικὰ φθέγγεσθαι, καὶ
ἁγίως τὰ ἅγια, καὶ μὴ ῥίπτειν εἰς βεβήλους C
ἀκοὰς τὰ μὴ ἔκφορα, μηδὲ σεμνοτέρους
ἡμῶν ἀποφαίνωμεν τοὺς περισκυνοῦντας τοῖς
δαιμονίοις, καὶ τῶν αἰσχρῶν μύθων καὶ
πραγμάτων θεραπευτὰς, οἱ θᾶττον ἂν τοῦ
αἵματος, ἢ λόγων ἔστιν ὧν μεταδοῖεν τοῖς
ἀμυήτοις. ἀλλ' εἰδῶμεν, ὥσπερ ἐσθῆτος,
καὶ διαίτης, καὶ γέλωτος, καὶ βαδίσματος
[e] οὕτω καὶ λόγου [e] κοσμότητα, οὕτω καὶ λόγου
καὶ σιωπῆς, ὅτι καὶ Λόγον περσεβεύομεν μετὰ
τοῦ ἄλλων τῷ Θεῷ περσηγοριῶν, καὶ δυνάμεων· D
[f] ἔστω καὶ τὸ [f] φιλόνεικον ἡμῶν ἔννομον.

præpoſteros, qui ſummo ſtudio res noſtras explorant, nihilque avidiùs expetunt, quàm ut malorum noſtrorum ſcintilla in flammam ſurgat, quam etiam furtim exſuſcitant, atque accendunt, auræque ſuæ afflatu in cœlum attollunt, & *Babylonicâ flammâ*, in orbem omnia populante, ſublimiorem reddunt. Quoniam enim in ſuis dogmatibus nihil ſibi præſidii roboríſque conſtitutum vident, hoc in noſtrarum rerum imbecillitate venantur. Ac proindè, quemadmodùm muſcæ vulneribus, ita noſtris calamitatibus, aut, ſi mavis, erratis imminent. At nos quidem noſmetipſos diutiùs ne ignoremus, nec moderationem, quæ in his rebus tenenda eſt, aſpernemur. Quòd ſi inimicitias atque odia extinguere non poſſumus, illud ſaltem inter nos conveniat, ut myſtica myſticè, & ſancta ſanctè proloquamur, nec in profanas aures, quæ in vulgus efferri nefas eſt, projiciamus, nec patiamur religioſiores quàm nos videri eos, qui Dæmones adorant, & turpium fabularum ac rerum cultum profitentur; quippè qui iis, qui non iiſdem ſacris initiati ſunt, cruorem potiùs ſuum impertirentur, quàm ſermones, quibus myſteria ſua detegerent. Agnoſcamus, ut in veſtitu, victu, riſu, atque inceſſu, ſic in ſermone ac ſilentio modum quendam ac decorum tenendum eſſe, præſertim cùm inter tot Dei virtutes ac nomina λόγον quoque, hoc eſt, Verbum, colamus; atque contingat, ut ipſa etiam contentio noſtra legitima ſit.

Dan. III. 22.

Hæretici dogmatum ſuorum robur in noſtra imbecillitate quærunt.

ς. Τί [g] γέννησιν ἀκούει Θεοῦ καὶ κτίσιν, καὶ Θεὸν ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τομὴν, καὶ διαίρεσιν, καὶ ἀνάλυσιν, ὁ πικρὸς τῶν
[h] λεγομένων [h] ἀκροατής; τί δικαστὰς τοὺς καθηγόρους καθίζομεν; τί τὰ ξίφη τοῖς ἐχθροῖς ἐγχειρίζομεν; πῶς, οἶει, δέξεται τὸν περὶ τούτων λόγον, ἢ μεθ' οἵας τῆς διανοίας, ὁ τὰς μοιχείας ἐπαινῶν καὶ τὰς παιδοφθορίας, καὶ περισκυνῶν τὰ πάθη, E καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὸ σῶμα διανοηθῆναι δυνάμενος, ὁ χθὲς καὶ πρώην ἑαυτῷ σήσας Θεοὺς, καὶ τούτους ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις γνωριζομένους; οὐχ ὑλικῶς; οὐκ αἰσχρῶς;

VI. Cur Dei generationem & creationem, atque Deum ex nihilo ortum, cur ſectiones, & diviſiones, ac reſolutiones ille audit, qui ſævo atque infenſo animo hujuſmodi ſermones expendit? Cur accuſatores ipſos judices conſtituimus? Cur hoſtibus in perniciem noſtram gladios porrigimus? Quo pacto, quóve animo, eos hujuſmodi ſermonem accepturos cenſes, qui adulteria, & puerorum ſtupra laudibus efferunt, qui vitia adorant, nec quidquam ſupra corpus cogitare poſſunt, qui heri & nudius tertius Deos ſibi condiderunt, eóſque turpiſſimis facinoribus claros & nobiles? An non craſsè? Non fœdè? Non ineptè? Non ſuo denique more? Nonne Deorum ſuorum ac vitiorum

De fide non diſputandum coram Ethnicis.

(a) Φιλίας. Duo Coisl. φίλης.
(b) Εὐγνώμονος καὶ ἀγνώμονος. Elias vertit, *rectè ratiocinantem, & judicii expertem.*
(c) Ἑαυτῆς. Or. I. ἑαυτοῖς.
(d) Ἐκεῖνο. In nonnullis, ἐκείνῳ.
(e) Κοσμότητα. Duo Reg. κοσμιότητα.
(f) Φιλόνεικον. Billius ad marginem Baſ. ſcripſit, τὸ φιλότιμον. Sic etiam legunt Elias & Leuv. Combef. verò, φιλονεικεῖν ἡμῖν. *Ipſum hoc quod contendimus, ſit nobis legitimum.*

(g) Γέννησιν &c. Gregorius hîc perſtringit Eunomianos, qui, apud Gentiles, quibus non licebat talia audire, de Deo arroganter & cum oſtentatione diſſerebant, cùm ipſi in Deorum ſuorum patrocinium ſermones etiam adhibere poſſent. Nam Eunomiani creatum eſſe Filium Dei, ortumque de nihilo contendebant, ſicque eundem à Patre quaſi diſſecatum ſeparabant.
(h) Ἀκροατής. *Auditor.* Coisl. I. ἐξεταστής, *indagator.* Sic etiam legit Billius.

patrocinium à Theologia tua haurient ? Nam cùm his vocibus ipsi per summam calumniam utamur, quo tandem modo illos adducere queamus, ut philosophiam nostram amplectantur ? Cúmque per se ipsi in commiscendis malis solertes sint, quandò tandem ab oblatis abstinebunt ? Hæc nobis bellum civile atque intestinum attulit. Hæc illi, qui pro Verbo acriùs, quàm Verbo ipsi gratum sit, depugnant : nec hominibus furore correptis dissimiles sunt, qui suas domos incendunt, vel liberos dilacerant, vel parentes protrudunt, utpotè qui pro alienis eos habeant.

A οὐκ ἀμαθῶς ; οὐχ ὡς εἴωθεν ; οὐ συνήγορον τῶν οἰκείων Θεων καὶ παθῶν τὴν σὴν Θεολογίαν ποιήσεται ; [a] εἰ γὰρ αὐτοὶ ταῖς φωναῖς ταύταις ἐπηρεάζομεν, σχολῇ γ' ἂν ἐκείνους πείσαιμεν φιλοσοφεῖν ἐν τοῖς ἡμετέροις ; καὶ εἰ παρ' ἑαυτῶν εἰσὶν ἐφευρεταὶ κακῶν, ποτὲ ἂν τῶν διδομένων ἀπόσχοιντο ; ταῦτα ἡμῖν ὁ πρὸς ἀλλήλους πόλεμος. ταῦτα οἱ πλεῖον ὑπὲρ τοῦ Λόγου μαχόμενοι, ἢ ὅσον ἀρέσκει τῷ Λόγῳ· καὶ ταυτὸν B πάσχοντες τοῖς μαινομένοις, οἱ τοὺς ἰδίους οἴκους ἀνάπλουσιν, ἢ τοὺς παῖδας σπαράττουσιν, ἢ τοὺς γονέας προιωθοῦσιν, ὡς ἀλλοτρίους νομίζοντες.

Qualis debeat esse rei Theologicæ magister.

Luc. VIII. 30. *& seq.*

VII. Jam verò posteaquàm eos, qui à nobis alieni sunt, à divinarum rerum auscultatione submovimus, atque *in porcorum gregem numerosam legionem in profundum ruentem* ablegavimus, sequitur jam, ut nosmetipsos inspiciamus, ac, statuæ cujusdam instar, Theologum ad omnem elegantiam expoliamus. Illud verò priùs expendendum est, quæ hæc tanta disputandi cupiditas, ac linguæ prurigo ? Quis novus hic morbus, aviditásque inexplebilis ? Cur manibus vinctis linguam armavimus ? Non hospitalitatem, non fraternam caritatem, non mutuum conjugii amorem, non virginitatem laudamus ? Non pauperum alendorum curam, non Psalmorum cantum, non nocturnam stationem, non lacrymas admiramur ? Non corpus jejuniis premimus ? Non per orationem ad Deum peregrinamur ? Non, ut eos facere par est, qui justos se humano temperamento judices præbent, deteriorem partem præstantiori, hoc est, pulverem spiritui, subjicimus ? Non præsentem hanc vitam mortis meditationem facimus ? Non, nobilitatis divinitùs inditæ memores, imperium in animi perturbationes arripimus ? Non iram intumescentem ac sævientem cicuramus, non dejicientem superbiam, non mœrorem inconsideratum, non stolidam voluptatem, non procacem & meretricium risum, non præcipitem aspectum, non inexplebilem audiendi, non immodicam loquendi libidinem, non absurdas cogitationes, non denique quidquam eorum quæ à nobis contra nos perversus ille hostis accipit, *per fenestras*, ut Scriptura loquitur, hoc est, per sensuum organa, mortem introducens ? Imò contrà omninò facimus, atque

Jer. IX. 21.

ζ. Επεὶ δὲ ἀπεσκευασάμεθα τοῦ λόγου τὸ ἀλλότριον, καὶ εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων ἀπεπεμψάμεθα τὸν πολὺν λεγεῶνα κατὰ βυθῶν χωρήσαντα, [b] ὃ δεύτερόν ἐστι, b πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἴδωμεν, καὶ ξέσωμεν εἰς κάλλος, ὥσπερ ἀνδριάντα, τὸν Θεολόγον. C ἐκεῖνο δὲ [c] πρῶτον λογισώμεθα, τίς ἡ c τοσαύτη περὶ τὸν λόγον φιλοτιμία, καὶ γλωσσαλγία ; τίς ἡ καινὴ νόσος αὕτη καὶ ἀπληστία ; τί τὰς χεῖρας δήσαντες, τὰς γλώσσας ὡπλίσαμεν ; οὐ φιλοξενίαν ἐπαινοῦμεν ; οὐ φιλαδελφίαν, οὐ φιλανδρίαν, οὐ παρθενίαν, οὐ πολυχοτροφίαν θαυμάζομεν ; οὐ ψαλμῳδίαν, οὐ πάννυχον στάσιν, οὐ δάκρυον ; οὐ τὸ σῶμα νηστείαις ὑποπιέζομεν ; οὐ δι' εὐχῆς πρὸς Θεὸν ἐκδημοῦμεν ; D οὐ τῷ κρείττονι τὸ χεῖρον ὑποζεύγνυμεν, τὸν νοῦν λέγω τῷ πνεύματι, [d] ὡς ἂν οἱ τῷ d κράματι δικαίως δικάζοντες ; οὐ μελέτην θανάτου τὸν βίον ποιούμεθα ; οὐ τῶν παθῶν δεσπόται καθιστάμεθα, μεμνημένοι [e] τῆς e ἄνωθεν εὐγενείας ; οὐ θυμὸν τιθασεύομεν ἐξοιδοῦντα καὶ ἀγριαίνοντα ; οὐκ ἔπαρσιν [f] καταβάλλουσαν, οὐ λύπην ἀλόγιστον, f οὐχ ἡδονὴν ἀπαίδευτον, οὐ γέλωτα πορνικὸν, οὐκ ὄψιν ἄτακτον, οὐκ ἀκοὴν ἄπληστον, E οὐ λόγον ἄμετρον, οὐ διάνοιαν ἔκτοπον, οὐχ ὅσα παρ' ἡμῶν ὁ πονηρὸς καθ' ἡμῶν λαμβάνει, τὸν διὰ τῶν θυρίδων, ὡς ἡ γραφή φησιν, εἴτουν αἰσθητηρίων, εἰσάγων θάνατον ; πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον, καὶ τοῖς ἄλλων πάθεσιν ἐλευθερίαν δεδώκαμεν,

(*a*) Εἰ γὰρ αὐτοί &c. Eunomiani, audito *generationis* Filii vocabulo, eam modo naturali & corporeo factam esse objiciebant, ac proindè Christum creatum esse contendebant. Quod disputandi genus plurimùm favebat Gentilium erroribus, ipsisque scandalum erat, quominùs Catholicam fidem amplexarentur.

(*b*) Ο δεύτερόν ἐστι. Coisl. 1. addit, τοῦτο ποιήσωμεν. *Quod secundum est, id faciamus.*

(*c*) Πρῶτον. Regg. a. bm. πρότερον.

(*d*) Ως ἂν οἱ τῷ κράματι &c. Leuv. *Sicuti debent, qui justam de temperamento, quod est in homine, sententiam ferunt.*

(*e*) Τῆς ἄνωθεν. *Nobilitatis quam è cœlo trahimus.*

(*f*) Καταβάλλουσαν. Leuvenk. legit, καταβάλλομεν. Alludit forsan Gregorius ad hæc verba Psal. LXXII. 18. *Dejecisti eos dum allevarentur.*

ὥσπερ

a ὥσπερ οἱ βασιλεῖς τὰς ἐπινικίους [a]ἀφέσεις, A
b μόνον ἂν σφῶν ἡμᾶς [b]νεύσωσι, καὶ κατὰ
d c Θεοῦ [c]φέρωνται θρασύτερον, ἢ [d]ἀσεβέστερον· καὶ κακὸν οὐ καλοῦ πράγματος μισθὸν ἀντιδίδομεν, τῆς ἀσεβείας τὴν παῤῥησίαν.

aliorum vitiis libertatem damus, (non secùs ac partâ victoriâ Reges militibus suis vacationes concedunt,) hâc duntaxat lege & conditione, ut in nostras partes propendeant, atque adversus Deum majori cum audacia & impietate ruant; ac malam non bonæ rei mercedem ipsis pendimus, pro impietate nimirùm peccandi licentiam ipsis persolventes.

η. Καί τοί γε, ὦ διαλεκτικὲ καὶ λάλε, ἐρωτήσω σέ τι μικρόν· σὺ δὲ ἀπόκριναι, φησὶ πρὸς Ἰὼβ ὁ διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν χρηματίζων. πότερον [c]πολλαὶ μοναὶ παρὰ B Θεῷ, ὥσπερ ἀκούεις, ἢ μία; πολλαὶ δόσεις δηλαδή, καὶ οὐ μία. πότερον δὲ πληρωθῆναι δεῖ πάσας, ἢ τὰς μὲν, τὰς δὲ οὔ, ὡς εἶναι κενὰς, καὶ μάτην ἡτοιμασμένας; ναὶ πάσας. οὐδὲν γὰρ εἰκῇ τῶν παρὰ Θεοῦ γενομένων. ταύτην δὲ, ὅτι ποτὲ θήσεις τὴν μονὴν, ἔχοις ἂν εἰπεῖν; ἆρα τὴν ἐκεῖθεν ἀνάπαυσίν τε καὶ δόξαν τὴν ἀποκειμένην
f τοῖς [f]μακαρίοις, ἢ ἄλλό τι; οὐκ ἄλλό τι,
g ἢ τοῦτο. [g]ἐπειδὴ τοῦθ' ὡμολογήσαμεν, C κἀκεῖνο σκεψεξετάσωμεν. ἔστί τι τὸ ταύτας σκεξενοῦν τὰς μονὰς, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, ἢ οὐδέν; ἔστι πάντως. τί τοῦτο; τὸ διαφόρους εἶναι πολιτείας καὶ σκαιρέσεις, καὶ ἄλλην ἀλλαχοῦ φέρειν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ὅπερ καὶ ὁδοὺς ὀνομάζομεν. πάσας οὖν ὁδευτέον, ἢ τινὰς τῶν ὁδῶν τούτων;
h εἰ μὲν οἷόν τε τὸν αὐτὸν, [h]πάσας· εἰ δὲ μὴ, ὅτι πλείστας· εἰ δὲ μὴ, τινάς. εἰ δὲ μηδὲ τοῦτο, μέγα κἂν εἰ μίαν διαφερόντως, ὡς D γέ μοι φαίνεται. ὀρθῶς τοῦτο ὑπολαμβάνεις. τί οὖν; ὅταν ἀκούσῃς μίαν ὁδὸν εἶναι, καὶ ταύτην στενὴν, τί σοι φαίνεται δηλοῦν ὁ λόγος; μίαν μὲν, διὰ τὴν ἀρετήν· μία γὰρ, κἂν εἰς πολλὰ σχίζηται· στενὴν δὲ, διὰ τοὺς ἱδρῶτας, καὶ τὸ μὴ πολλοῖς εἶναι βατὴν, ὡς πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, καὶ ὅσοι διὰ τῆς κακίας ὁδεύουσιν. οὕτω κἀμοὶ δοκεῖ. τί οὖν, ὦ βέλτιστε, εἴπερ τοῦτο οὕτως ἔχει, ὥσπέρ τινα πενίαν, E καταγνῶντες τοῦ ἡμετέρου λόγου, πάσας τὰς ἄλλας ὁδοὺς ἀφέντες, πρὸς μίαν ταύτην φέρεσθε καὶ ὠθεῖσθε τὴν διὰ λόγου καὶ

VIII. Atqui, ô Dialectice & loquax, nonnihil *te interrogabo; tu verò respondè*, ut inquiebat ille, qui ad Job per turbinem ac nubes oracula edebat. Multæne *apud Deum mansiones sunt*, quemadmodùm Scriptura docet, an una tantùm? Multæ, inquies, non una. Rectè. Age verò, eásne omnes impleri, an quasdam quidem, cæteras autem minimè, ut inanes & frustrà paratas? Utique omnes. Neque enim à Deo quidquam temerè atque incassùm factum est. An porrò hoc quoque dicere queas, quid tandem sit hæc mansio? Num requies & gloria, quæ beatis in cœlo recondita est, an quid aliud? Nihil aliud, quàm hoc, inquies. De hoc igitur quandò inter nos constat, illud insuper expendamus: Estne aliquid, quod nobis mansiones has conciliet, ut mea est sententia, an omninò nihil? Est sanè, inquis. Quidnam hoc? Hoc nimirùm, quòd diversa sint vivendi genera & instituta, ita tamen ut omnia sint fidei consentanea, quodque nos *vias* appellamus. Quid ergo? Hisne omnibus incedere necesse est, an quibusdam solùm? Omnibus, siquidem unus atque idem hoc possit; sin minùs, compluribus; aut certè quibusdam. Quòd si ne hoc quidem concedatur, amplum tamen, ut mihi videtur, fuerit, vel unicâ duntaxat eximiè incedere. Rectè hoc existimas. Quid igitur? Cùm audis *viam unam esse, eámque perangustam*, quid iis verbis significari putas? Unam sanè esse, si virtutem spectes; hæc enim unica est, licèt in multas partes secetur; verùm angustam propter sudores, & quia non à multis teritur, siquidem multitudinem eorum cogites, qui contrario itinere per vitium gradiuntur. Ita mihi quoque videtur. Quid ergo causæ est, vir optime, cùm ita se res habeant, quòd, cæteras omnes vias repudiantes, tanquam pauperiem, explosâ nostrâ agendi ratione, ferimini ac protrudimini omnes ad hanc unam, quæ per disputationes ac speculationes, ut ipsi putatis, ut

In Cœlo mansiones multæ, omnesque implebuntur. *Joh.* XXXVIII. 3. *Joan.* XIV. 2.

Nihil frustrà Deus facit.

Via ad vitam ducens; una est & anguста. *Matth.* VII. 13.

(a) Ἀφέσεις. *Vacationes.* Id est, inquit Elias, *quietem à laboribus militiæ, & liberationem ab omni servitute.*
(b) Νεύσωσι. Sic Reg. bm. Bas. & Comb. In Ed. νεύσει.
(c) Φέρωνται. Sic Coisl. 1. Bas. In Ed. φέρονται.
(d) Ἀσεβέστερον. Deest in Reg. a. duobus Colb. & Or. 1. Nec Billius vertit.
(e) Πολλαὶ μοναί. *Mansiones multæ; non propter locorum discrimina*, inquit Elias, *sed propter domorum ordinem. Nam ut si unam domum una tantùm lucerna splendore suo collustret, quilibet seorsim lucem peculiarem percipit, quamquam lumen in multas faces non dividatur. Sic in futuro sæculo universi homines justi recipientur eodem loco & non separatim, singulis pro suo modo, & eodem lumine spirituali splendorem haurientibus, rationeque sibi conveniente gaudium ac lætitiam capientibus.*
(f) Μακαρίοις. Reg. bm. δικαίοις, *justis.*
(g) Ἐπειδὴ τοῦθ'. Reg. bm. & Or. 1. ἐπειδὴ τοῦτο.
(h) Πάσας. Reg. bm. & Or. 1. ἅπασας.

autem ego, nugas & præſtigias, teritur? Objurget vos Paulus, poſt gratiarum enumerationem acriter his verbis invehens: *Num omnes Apoſtoli? Num omnes Prophetæ?* Et quæ ſequuntur.

1. Cor. XII. 29.

Vehemens in Hæreticos objurgatio.

IX. Eſto autem: ſis ipſe altus & ſublimis, & ſublimibus ſublimior, atque ipſis etiam nubibus, ſi ita lubet, altior, rerum, quæ oculorum aſpectum ſuperent, ſpectator, & *arcanorum verborum auditor*, poſt Eliam *in ſublime raptus*, poſt Moyſen *Dei conſpectione* donatus, poſt Paulum *in cœlum evectus*: quid tandem eſt, quòd alios quoque unius diei momento ſanctos fingis, & Theologos creas, eruditionémque ipſis velut inſpiras, & multa imperitè doctorum conciliabula facis? Cur aranearum telis infirmiores illaqueas, ex eóque tibi ſcitum aliquid ac præclarum facere videris? Cur adversùs fidem crabrones excitas? Cur Dialecticorum agmen nobis ex tempore producis, non aliter ac fabulæ olim, Gigantes? Cur leviſſimos quoſque viros, ac virorum nomine indignos, velut colluviem quandam, in unam voraginem cogens, ac verborum illecebris magis ac magis effeminans, novam ex ipſis impietatis officinam condidiſti, aſtutè interim eorum amentiâ ad utilitatem tuam abutens, atque ex ea meſſem faciens? Num his refragaris? Num alia pro nihilo reputas? Num linguam tuam omninò dominari neceſſe eſt, nec tu parturientem ſermonem reprimere potes? Habes etiam alia multa & honorifica diſputationis argumenta. Morbum hunc ad hæc utiliter converte.

II. Cor. XII. 4. IV. Reg. II. 11. Exod. XXXIII. 22. II. Cor. XII. 4.

Chriſtianus Ethnicorum fabulas refellere debet.

X. Pythagoræ ſilentium, & fabas illas Orphicas inſectare, recentémque horum verborum arrogantiam: *Ipſe dixit.* Platonis Ideas impete, animorumque noſtrorum in alia atque alia corpora migrationes & circuitiones, & reminiſcentias, ac denique non pulchros amores per pulchra corpora in animum ſubeuntes. Epicuri impium numinis contemptum, & atomos, atque alienam Philoſopho voluptatem exagita; Ariſtotelis præparcam & anguſtis finibus cir-

Θεωρίας, [a]ὡς αὐτοὶ οἴεσθε, ὡς ἐγὼ φημι, ἀδολεσχίας καὶ τερατείας; ἐπιτιμᾷ Παῦλος ὑμῖν, τοῦτο πικρῶς ὀνειδίζων μετὰ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν χαρισμάτων, ἐν οἷς φησίν· μὴ πάντες Ἀπόστολοι; μὴ πάντες Προφῆται; καὶ τὰ ἑξῆς. a

θ. Ἐστω δὲ, ὑψηλὸς σὺ, καὶ ὑψηλῶν ὑπέρα, καὶ ὑπὲρ τὰς νεφέλας, εἰ βούλει, ὁ τῶν ἀθεάτων θεατὴς, ὁ τῶν ἀῤῥήτων ἀκροατὴς, ὁ μετὰ Ἠλίαν μετάρσιος, καὶ ὁ μετὰ Μωϋσέα θεοφανείας ἠξιωμένος, καὶ μετὰ Παῦλον οὐράνιος· τί καὶ τοὺς ἄλλους αὐθήμερον πλάττεις ἁγίους, καὶ χειροτονεῖς Θεολόγους, καὶ οἷον ἐμπνεῖς τὴν παίδευσιν, καὶ πεποίηκας λογίων ἀμαθῶν πολλὰ συνέδρια; τί τοῖς ἀραχνείοις [b]ὑφάσμασι ἐνδεσμεῖς τοὺς ἀσθενεστέρους, ὡς δή τι ζοφὸν καὶ μέγα; τί [c]σφηκίας ἐγείρεις κατὰ τῆς πίστεως; τί σχεδιάζεις ἡμῖν διαλεκτικῶν ἀνάδοσιν, ὥσπερ οἱ μῦθοι πάλαι τοὺς γίγαντας; τί τῶν ἀνδρῶν ὅσον κοῦφον, καὶ ἄνανδρον, ὥσπέρ τινα συρφετὸν, εἰς μίαν χαράδραν συναγαγὼν, καὶ κολακείᾳ πλέον θηλύνας, καινὸν [d]ἐργασήριον ἐδημιούργησας, οὐκ ἀσόφως τὴν ἄνοιαν αὐτῶν ἐκκαρπούμενος; ἀντιλέγεις καὶ τούτοις; καὶ οὐδαμοῦ ζῇ τἆλλα; καὶ τὴν γλῶσαν δεῖ δυναστεύειν πάντως, καὶ οὐ κατέχεις τὴν ὠδῖνα τοῦ λόγου; [e]ἔχεις καὶ ἄλλας ὑποθέσεις πολλάς τε καὶ φιλοτίμους. ἐκεῖ τρέφον μετὰ τοῦ χρησίμου [f]τὴν νόσον. b c d e f

ι. Βάλλε μοι [g]Πυθαγόρου τὴν σιωπὴν, καὶ τοὺς κυάμους τοὺς Ὀρφικοὺς, καὶ τὴν αὖθις τὸ, Αὐτὸς ἔφα, καινοτέραν ἀλαζονείαν. βάλλε μοι [h]Πλάτωνος τὰς ἰδέας, καὶ τὰς μετενσωματώσεις, καὶ παλιόδους τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ τὰς ἀναμνήσεις, καὶ τοὺς οὐ καλοὺς διὰ τῶν καλῶν σωμάτων ἐπὶ ψυχὴν ἔρωτας. [i]Ἐπικούρου τὴν ἀθεΐαν, καὶ τὰς ἀτόμους, καὶ τὴν ἀφιλόσοφον ἡδονήν· [k]Ἀριστοτέλους g h i k

(a) Ὡς αὐτοὶ οἴεσθε. Hæc deſunt in duobus Regg.

(b) Ὑφάσμασι. Deeſt in duobus Regg. duobus Colb. & Or. 1.

(c) Σφηκίας. *Crabrones*, id eſt, *Ethnicos*.

(d) Ἐργασήριον. Coisl. 1. & Or. 1. addunt, ἀσεβείας, *impietatis*. Sic legit Billius.

(e) Ἔχεις &c. Oſtendit Gregorius Eunomianis, plura alia ac honorifica eſſe argumenta, ea ſcilicet quæ ex Gentilium ſcriptis depromi poſſunt, tum ut loquendi prurigini ſatisfaciant, tum ut ſibi doctrinæ & eloquentiæ nomen comparent.

(f) Τὴν νόσον. *Morbum hunc*; loquendi ſcilicet ac contradicendi pruritum.

(g) Πυθαγόρου &c. Pythagoras diſcipulis ſuis ſilentium per quinquennium & à fabis abſtinentiam præſcribebat. Cùm autem interrogarentur de quodam ipſius doctrinæ dogmate, nihil aliud reſpondebant, quàm, *Ipſe dixit*.

(h) Πλάτωνος τὰς ἰδέας. *Platonis ideas*. Id eſt, inquit Billius, *rerum quæ fiunt exemplaria*, ſeu, *exemplares rerum formas*. In hoc erravit Plato, quòd ideas extra Deum ſtatuebat, aiebatque Deum, in hæc quaſi exempla reſpicientem, res ſenſibiles condidiſſe. Præterea docebat idem Philoſophus noſtrum ſcire, nihil aliud eſſe, quàm reminiſci, quaſi animus noſter imbutus eſſet hujuſmodi cognitione ac ſcientiâ, antequam in corpus immigraret. Vulgavit etiam animarum in alia ex aliis corporibus migrationem. Hoc autem dogma à Pythagora acceperat Plato.

(i) Ἐπικούρου τὴν ἀθεΐαν. *Epicuri atheiſmum*. Deum negavit Epicurus. Summum bonum in voluptate ponebat, id eſt, in abſentia omnium dolorum. Providentiam è rebus humanis ſuſtulit.

(k) Ἀριστοτέλους τὴν μικρολόγον πρόνοιαν. Ariſtoteles docuit cœleſtia ſola à Deo gubernari, non autem humana, utpotè quæ ſint parvi momenti. Tradidit etiam animam non eſſe immortalem.

τὴν μικρολόγον προνοιαν, καὶ τὸ ἔντεχνον, καὶ τοὺς θνητοὺς περὶ ψυχῆς λόγους, καὶ
a τὸ ἀνθρωπικὸν τῶν δογμάτων. [a]τῆς Στοᾶς
b τὴν ὀφρῦν, [b]τῶν Κυνῶν τὸ λίχνον τε καὶ
ἀγοραῖον. βάλλε μοι τὸ κενὸν, τὸ πλῆρες
c τῶν ληρημάτων, ὅσα περὶ Θεῶν [c]ἢ θυσιῶν,
d περὶ εἰδώλων, περὶ δαιμόνων [d]ἀγαθοποιῶν
τε καὶ κακοποιῶν, ὅσα περὶ μαντείας,
θεαγωγίας, ψυχαγωγίας, ἄστρων δυνάμεως,
τερατεύονται. εἰ δὲ σὺ ταῦτα μὲν ἀπαξιοῖς
λόγου, ὡς μικρά τε καὶ πολλάκις ἐλήλεγ-
μένα, περὶ δὲ τὰ σὰ στρέφῃ, καὶ ζητεῖς
f e τὸ [e]ἐν τούτοις φιλότιμον· ἐγώ σοι [f]κἀνταῦθα
παρέξομαι πλατείας ὁδούς. φιλοσόφει μοι
περὶ κόσμου ἢ κόσμων, περὶ ὕλης, περὶ
g ψυχῆς, περὶ λογικῶν φύσεων [g]βελτιόνων
τε καὶ χειρόνων, περὶ ἀναστάσεως, κρίσεως,
ἀνταποδόσεως, Χριστοῦ παθημάτων. ἐν
τούτοις γὰρ καὶ τὸ ἐπιτυγχάνειν οὐκ ἄχρηστον,
h καὶ [h]τὸ διαμαρτάνειν ἀκίνδυνον. Θεῷ δὲ
ἐντευξόμεθα, νῦν μὲν ὀλίγα, μικρὸν δὲ
ὕστερον ἴσως τελεώτερον, ἐν αὐτῷ Χριστῷ
i Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς [i]αἰῶνας· Ἀμήν.

cumscriptam Providentiam, & artificium, mortales de anima sermones, atque humana dogmata confuta. Stoicorum supercilium, Cynicorum ingluviem & circumforaneam levitatem incesse. Vacuum item, & plenum, ac quæcunque illi de Diis, de sacrificiis, de simulacris, de Dæmonibus, tum beneficis, tum maleficis, quæcumque de divinatione, de Deorum, & animarum evocatione, ac postremò de vi & facultate siderum vanissimè disputant. Quòd si tu quidem de his rebus, ut parvis, ac sæpè confutatis, disputationem instituere recusas, in tuis verò versari gestis, iisque gloriam ac nominis celebritatem affectas; hîc ego quoque latissimum tibi campum aperiam. De mundo, vel mundis philosophare, de materia, de anima, de naturis ratione præditis, tam bonis, quàm malis, de resurrectione, de judicio, de præmiis ac pœnis, de Christi cruciatibus. In his enim argumentis, & scopum assequi utile est, & aberrare minimè periculosum. At verò cum Deo, in hac quidem vita parciùs, aliquantò pòst autem fortassè pleniùs, commercium habebimus, in ipso Christo Jesu Domino nostro, cui sit gloria in sæcula. Amen.

(a) Τῆς Στοᾶς. Athenis erat *porticus*, in qua Zeno Philosophus discipulos docebat. Undè Philosophi *Stoici* nuncupati sunt, qui anteà à Zenone magistro *Zenoni* dicebantur.

(b) Τῶν Κυνῶν. Antisthenes primus novum hoc philosophiæ genus introduxit. Dicti sunt *Cynici*, sive à Cynosarge gymnasio, in quo Antisthenes profitebatur, sive à canina mordacitate, quâ in hominum vitas nullo discrimine invehebantur.

(c) Ἢ θυσιῶν. Or. 1. καὶ θυσιῶν. Comb. περὶ θυσιῶν.

(d) Ἀγαθοποιῶν τε. Reg. bm. & duo Colb. ἀγαθῶν τε, *bonis & malis*.

(e) Ἐν τούτοις. Or. 1. ἐν λόγοις.

(f) Κἀνταῦθα. Reg. bm. καὶ ἐντεῦθεν.

(g) Βελτιόνων τε καὶ χειρόνων. Elias id *de bonis & malis Angelis* exponit.

(h) Τὸ διαμαρτάνειν &c. Scholium Regii Codicis sic habet: Ἄξιον ἀπορῆσαι, πῶς περὶ Χριστιάνων ζητημάτων εἶπεν εἶναι ἀκίνδυνον περὶ ταῦτα διαμαρτεῖν· τὰ γὰρ πολλὰ τῶν ζητημάτων πρὸς τὰς αἱρετικὰς περὶ τούτων ἡμῶν. *Mirandum sanè, cur dixerit Gregorius periculosum non esse, si quis, in his quæstionibus, quæ inter Christianos versantur, à scopo aberret. Illæ enim controversiæ sunt ut plurimùm inter Catholicos & Hæreticos.* Conjicimus tamen difficultatis nodum solvi posse, si vox διαμαρτάνειν accipiatur, non pro *à scopo, à recta via aberrare*, circa quæstiones, quæ in controversiam vocantur, quod semper periculosum est; sed pro *spe frustrari*, circa eos quibuscum disputationes aggredimur, qui in erroribus obstinatè perseverant, licèt tum verbo, tum scriptis illorum error invictè confutetur. Sic enim rectè dicitur *minimè periculosum*. Leuvenklaius hunc contextum sic reddidit: *Nam ut in his est utile præstare quod cupias, sic expectationi votoque animi non satisfacere, periculo caret.*

(i) Αἰῶνας. Reg. bm. & Or. 1. addunt, τῶν αἰώνων, *sæculorum*.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

[a]ΠΕΡΙ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ κη.

THEOLOGICA SECUNDA.

DE THEOLOGIA.

ORATIO VIGESIMA-OCTAVA.

Aliàs 34. *quæ autem* 28. *erat, nunc* 26.

Habita anno 380. Qui purus est, de Deo differat.

a

b α. [b]ΕΠΕΙΔΗ ἀνεκαθήραμεν τῷ λόγῳ τὸν Θεολόγον, οἷόν τε εἶναι χρὴ διελθόντες, καὶ οἷς τισι φιλοσοφητέον, καὶ ἡνίκα, καὶ
c ὅσον· ὅτι ὡς οἷόν τε [c]καθαρὸν, ἵνα φωτὶ καταλαμβάνηται φῶς, καὶ τοῖς ἐπιμελεστέροις, ἵνα μὴ ἄγονος ᾖ εἰς ἄγονον χώραν

A I. QUONIAM sermone Theologum repurgavimus, cùm illud expositimus, & qualem eum esse, & apud quos, & quandò, & quatenùs philosophari oporteat; nam & eum quàm maximè purum esse necesse est, ut luce lucem percipiat, & apud studiosos, & diligentes auditores Orationem habere,

(a) Περὶ Θεολογίας. Sic Editi. Eâdem inscriptione gaudet in plerisque Codicibus.

(b) Ἐπειδή. Or. 1. ἐπειδέ.

(c) Καθαρόν. Coisl. 1. Or. 1. &c. καθαροῖς. Combefisius utramque vocem simul admittendam putat, quâ admissâ sic reddit: *ut purus puris auribus sermonem infundat.* Utrique enim, Oratori & Auditori, puritas necessaria est, *ut lux luce* percipiatur, ab iis scilicet *qui majorem curam attulerint*, τοῖς ἐπιμελεστέροις.

Matth. XIII. 5. *& ſeq.*

ne alioqui *in ſterilem terram ſermo incidens,* ſterilis quoque ipſe ſit; & tum demùm, cùm ab externarum rerum jactatione tranquillum animum habuerimus, ne, quod ſingultientibus accidere ſolet, ſpiritus nobis interrumpatur; ac denique hactenùs diſſerendum, quatenùs vel ipſi concepimus, vel ab alienis concipimur. Quoniam, inquam, hæc ita ſe habent, ac, ne *ſuper ſpinas ſeramus, nobis divina novalia novavimus, terræque ſuperficiem complanavimus*, ſcripturâ videlicet ſacrâ, tum ipſi informati, tum alios informantes: age, jam ad Theologiæ ſermones accedamus, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, de quibus dicere inſtituimus, Orationi noſtræ præficientes; ut & Pater propensâ erga nos voluntate ſit, & Filius adjutricem manum porrigat, & Spiritus vim ſuam affletus; vel, ut rectiùs loquar, unus ab una eademque divinitate ortus fulgor nos illuſtret, conjunctim diſtinctus, ac diſtinctim conjunctus, id quod valdè mirandum eſt.

Matth. XIII. 7. *Jer.* IV. 3. *Iſai.* XXVIII. 25.

Trinitatis invocatio.

II. Mihi porrò *in montem alacriter aſcendenti*, aut, ut veriùs dicam, aſcendere proponenti ſimul ac trepidanti, illud propter ſpem, hoc propter imbecillitatem, ut nubem penetrem, ac cum Deo commercium habeam; Deus enim ita jubet: ſi quis Aaron eſt, comitem ſe aſcensûs præbeat, atque in propinquo ſtet, etiam ſi extra nubem ſibi manendum ſit, æqui bonique conſulens. Si autem Nadab quiſpiam, aut Abiud, aut ex Seniorum ordine, aſcendat ille quidem, verùm procul inſiſtat, pro purgationis ſuæ merito ac dignitate. Si verò quiſpiam è vulgo, atque hujuſmodi ſublimitate ac ſpeculatione indignus, ſi quidem omninò impurus ac profanus ſit, nullo modo accedat, neque enim ea res periculi expers eſt: ſi autem ſaltem ad horæ tempus purgatus, infrà ſubſiſtat, ac ſolam vocem & buccinam, hoc eſt, nuda pietatis verba audiat. Montem etiam fumo circumfuſum ac corruſcantem cernat, terrore ſimul eos & admiratione afficientem, quibus aſcendere minimè licet. Quòd ſi quis mala & ſæva beſtia eſt, nec ſpeculationis & Theologiæ ullo modo capax, ne, velut in ſylvis, verſutè ac malitiosè latitet, ut impetu repentè facto verbum aliquod, vel dogma rapiat, atque obtrectationibus & calumniis ſaluberrimam doctrinam diſcerpat, verùm longiùs adhuc conſiſtat, atque à monte recedat: alioqui lapidibus oppriметur, & obteretur, *malúſque malè per-*

Allegoria aſcensûs Moyſis ac ſeniorum in montem.

Exod. XIX. 24.

Moyſes in montem aſcendit.

Aaron in propinquo ſtat.

Seniores procul inſiſtunt.

Vulgus purgatum infrà ſubſiſtit, & fumo circumfuſum montem cernit.

Mala beſtia à monte recedit, aut lapidibus obruitur.

Matth. XXI. 41.

A ἐμπίπλων ὁ λόγος· καὶ ὅταν γαλήνην ἔχωμεν ἔνδον ἀπὸ τῆς ἔξω περιφορᾶς, ὥστε μὴ, καθάπερ [a] οἱ λυτλῶντες, τῷ πνεύματι a διακόπτεσθαι, καὶ ὅσον ἐχωρήσαμεν, ἢ χωρούμεθα· ἐπειδὴ ταῦτα οὕτω, καὶ ἀνεώσαμεν ἑαυτοῖς [b] θεῖα νεώματα, ὥστε b μὴ σπείρειν ἐπ' ἀκάνθαις, καὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ὠμαλίσαμεν, τῇ γραφῇ τυπωθέντες τε καὶ τυπώσαντες· φέρε, τοῖς τῆς Θεολογίας ἤδη προσβῶμεν λόγοις, προστησάμενοι τοῦ B λόγου τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, περὶ ὧν ὁ λόγος, ὥστε τὸν μὲν εὐδοκεῖν, τὸν δὲ συνεργεῖν, τὸ δὲ ἐμπνεῖν· μᾶλλον δὲ μίαν ἐκ τῆς μιᾶς θεότητος γενέσθαι τὴν ἔλλαμψιν [c] ἑνικῶς c διαιρουμένην, καὶ συναπλομένην διαιρετῶς, ὃ καὶ παράδοξον.

β. Ἀνιόντι δέ μοι προθύμως ἐπὶ τὸ ὄρος, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, προθυμουμένῳ C τε ἅμα καὶ ἀγωνιῶντι, τὸ μὲν διὰ τὴν ἐλπίδα, τὸ δὲ διὰ τὴν [d] ἀσθένειαν, ἵνα τῆς d νεφέλης εἴσω [e] γένωμαι, καὶ Θεῷ συγγένωμαι· e τοῦτο γὰρ κελεύει Θεός· εἰ μέν τις Ααρὼν, συνανίτω, καὶ σηκέτω πλησίον, κἂν ἔξω μένειν τῆς νεφέλης δέῃ, τοῦτο δεχόμενος. εἰ δέ τις Ναδὰβ, ἢ Ἀβιοὺδ, ἢ τῆς γερουσίας, ἀνίτω μὲν, ἀλλὰ σηκέτω πόρρωθεν, κατὰ τὴν ἀξίαν τῆς καθάρσεως. εἰ δέ τις τῶν πολλῶν καὶ ἀναξίων ὕψους τοιούτου καὶ θεωρίας, εἰ D μὲν ἁγνος πάντῃ, μηδὲ [f] προσίτω, ἁ γὰρ f ἀσφαλές· εἰ δὲ [g] πρόσκαιρα γοῦν ἡγνισμένος, g κάτω μενέτω, καὶ μόνης ἀκουέτω τῆς φωνῆς καὶ τῆς σάλπιγγος, τῶν ψιλῶν τῆς εὐσεβείας ῥημάτων· καπνιζόμενόν τε τὸ ὄρος [h] βλεπέτω h καὶ κατασταφυλόμβρον, ἀπειλήν τε ὁμοῦ καὶ θαῦμα τοῖς ἀνιέναι μὴ δυναμένοις. εἰ δέ τις θηριόν ἐστι πονηρὸν καὶ ἀνήμερον, καὶ ἀνεπίδεκτον πάντῃ [i] λόγων θεωρίας καὶ Θεολο- i γίας, μὴ ἐμφωλευέτω ταῖς ὕλαις κακούργως E καὶ κακοήθως, ἵνα τινὸς λάβηται δόγματος ἢ ῥήματος, [k] ἀθρόως προσπηδῆσαν, καὶ k σπαράξῃ τοὺς ὑγιαίνοντας λόγους ταῖς ἐπηρείαις, ἀλλ' ἔτι πόρρωθεν σηκέτω, καὶ ἀποχωρείτω τῶν ὀρέων· ἢ λιθοβοληθήσεται, καὶ

(a) Οἱ λυτλῶντες. Baſ. *οἱ λύζοντες.*

(b) Θεῖα νεώματα. Alludit profectò ad hæc Jerem. verba IV. 3. *Novate vobis novale, & nolite ſerere ſuper ſpinas.* Alludit etiam ad hæc Iſaiæ XXVIII. 25. *Nonne cùm adæquaverit faciem ejus, ſeret* &c.

(c) Ἑνικῶς διαιρεμένην &c. *Conjunctim diſtinctus, ac diſtinctim conjunctus*, id eſt, *ſicut unus permanet, etiamſi diſtinguatur, ita quodammodò diſtinguitur, etſi cohæreat.*

(d) Ἀσθένειαν. Or. I. ἀλήθειαν, *veritatem*, & ad Marg. ἀσθένειαν.

(e) Γένωμαι. Reg. a. γενώμενος.

(f) Προσίτω, ἁ γάρ. Or. I. προσιτέτω, ἐδὲ γάρ.

(g) Πρόσκαιρα γοῦν. *Saltem ad horæ tempus.* Hâc voce ſignificat Gregorius tempus & horam, quibus lex à certis immunditiis abſtinere jubebat. Bill. *leviter ſaltem.*

(h) Βλεπέτω. In nonnullis, βλέπων.

(i) Λόγων. Comb. λόγοις.

(k) Ἀθρόως. Comb. καὶ ἀθρόως.

συντριβήσεται,

συντριβήσεται, καὶ ἀπολεῖται κακῶς κακός· A detur. (Lapides enim sunt belluinis homi- Hæretici
λίθοι γὰρ τοῖς θηριώδεσιν, οἱ ἀληθεῖς λό- nibus veri ac solidi sermones). Sive *pardus* belluis com-
γοι καὶ σληρροί. εἴτε πάρδαλις εἴη, συναπο- *sit, simul cum variis suis notis & maculis* parati.
θνησκέτω τοῖς ποικίλμασιν· εἴτε λέων ἁρ- moriatur: sive *leo rapiens & rugiens*, ac *Ier.* XIII.
πάζων καὶ ὠρυόμενος, καὶ ζητῶν ἥν τινα βρῶ- quærens quamnam animarum aut dictio- 23.
σιν ποιήσεται τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἢ λέξεων· num nostrarum devoret: sive *porcus*, *I. Petr.* v. 8.
εἴτε σῦς καταπατῶν τοὺς καλούς τε καὶ διαυ- *egregias & pellucidas veritatis margaritas* *Matth.* VII.
a γεῖς μαργαρίτας τῆς ἀληθείας· εἴτε [a] λύκος *conculcans*; sive *lupus Arabicus* & pere- 6.
Ἀραβικὸς καὶ ἀλλόφυλος, ἢ καὶ τούτων ὀξύτε- grinus, aut etiam his, quoad sophismata & *Habac.* I. 8.
ρος τοῖς σοφίσμασιν· εἴτε ἀλώπηξ, δολερά τις captiosas disputationes, acutior; sive *vul-* *Cant.* II. 15.
ψυχὴ καὶ ἄπιστος, καὶ ἄλλοτε ἄλλη τοῖς καιρο- B *pes*, hoc est, versuta quædam anima, fidéque ancipiti prædita, & pro temporum varietate alia atque alia, novámque subindè, ut id rebus suis conducere arbitratur, formam assumens, quam mortua & fœtida corpora nutriunt, aut humiles vineæ, cùm ad altas aspirare nequeat; sive denique aliud quoddam crudivorum animal, legísque edicto rejectaneum, nec purum, ut iis & vesci & frui liceat. Vult enim nostra doctrina ab his abscedere, atque ita solidis & lapideis tabulis inscribi, idque utrinque, quòd nimirùm lex partim perspicua sit, partim abdita & abstrusa: illud quidem pleríque ad radices montis subsistentibus, hoc autem paucis in montem ascendentibus.

ῖς, καὶ ταῖς χρείαις συμμορφουμένη, ἥν νεκρὰ τρέφει καὶ ὀδωδότα σώματα, ἢ ἀμπελῶνες μικροὶ, τῶν μεγάλων διαπεφευγότων· εἴτέ τι ἄλλο τῶν ὠμοβόρων, καὶ ἀποβλήτων τῷ νόμῳ, καὶ οὐ καθαρῶν εἰς βρῶσίν τε καὶ πόλαυσιν. βούλεται γὰρ τούτων ἀποχωρήσας ὁ λόγος, οὕτω πλαξὶ σληρραῖς καὶ λιθίναις ἐγγράφεσθαι, καὶ ταύταις ἀμφοτέρωθεν, διά τε τὸ φαινόμενον τοῦ
b νόμου, καὶ τὸ κρυπτόμενον· [b] τὸ μὲν τοῖς C πολλοῖς καὶ κάτω μένουσι, τὸ δὲ τοῖς ὀλίγοις καὶ ἄνω φθάνουσιν.

γ. Τί τοῦτο ἔπαθον, ὦ φίλοι, καὶ μύσ-
c ται, καὶ τῆς ἀληθείας συνεράσται; [c] ἔτρεχον μὲν, ὡς Θεὸν καταληψόμενος, καὶ οὕτως ἀνῆλθον ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ τὴν νεφέλην διέσχον εἴσω γενόμενος ἀπὸ τῆς ὕλης καὶ τῶν ὑλικῶν, καὶ εἰς ἐμαυτὸν, ὡς οἷόν τε, συσταφείς. ἐπεὶ δὲ προσέβλεψα, μόλις εἶδον Θεοῦ
d d [d] τὰ ὀπίσθια· καὶ τοῦτο, τῇ πέτρᾳ σκεπα- D *Dei posteriora cernerem*, idque petrâ, hoc *Exod.* XXXIII.
e θεὶς, τῷ σαρκωθέντι δι' ἡμᾶς [e] Λόγῳ. καὶ est, Verbo nostræ salutis causâ incarnato, 23.
μικρὸν διακύψας, οὐ τὴν ἄφατον τε καὶ contectus. Atque aliquantùm prospiciens, non primam illam & purissimam naturam, sibique ipsi, id est, Trinitati, notam, quæque primo velo obtecta manet, & à Cherubim obtegitur, conspicatus sum, verùm postremam atque ad nos pertingentem. Ea autem est, ut quidem ipse cognitione assequor, majestas illa, vel, ut David appellat, *magnificentia*, quæ in rebus ab eo creatis productísque & gubernatis elucet. Dei quippè posteriora sunt ea, quæ post eum extiterunt, nobísque ipsius numen declarant, non secùs videlicet ac Solis in aquis umbræ atque simulacra infirmis oculis Solem repræsentant, quandoquidem eum obtueri non possumus, utpotè qui lucis puritate

ἀπόρατον φύσιν, καὶ ἑαυτῇ, λέγω δὴ τῇ Τριάδι, γινωσκομένην, καὶ ὅση τῷ ἀφάτου καταπετάσματος εἴσω μένει, καὶ ὑπὸ τῶν
f Χερουβὶμ [f] συγκαλύπτεται, ἀλλ' ὅση τε- Quid per Dei posteriora intelligatur.
λευταία καὶ εἰς ἡμᾶς φθάνουσα. ἥ δέ ἐστιν, *Ps.* VIII. 2.
g [g] ὅσα ἐμὲ γινώσκειν, ἢ ἐν τοῖς κτίσμασι, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προβεβλημένοις καὶ διοικουμένοις μεγαλειότης, ἢ, ὡς ὁ θεῖος Δαβὶδ E ὀνομάζει, μεγαλοπρέπεια. ταῦτα γὰρ Θεοῦ
h h [h] τὰ ὀπίσθια, ὅσα μετ' ἐκεῖνον ἐκείνου γνωρίσματα, ὥσπερ αἱ καθ' ὑδάτων ἡλίου σκιαὶ καὶ εἰκόνες ταῖς σαθραῖς ὄψεσι φαδειπ-

(*a*) Λύκος Ἀραβικός. Alludit ad hæc verba Habacuc I. 8. *velociores lupis vespertinis.* In Septuaginta legitur: *lupis Arabiæ*, qui cæteris robore & proceritate sunt crudeliores.

(*b*) Τὸ μὲν τοῖς πολλοῖς &c. Bill. *Illud plerisque, & humi manentibus, hoc paucis, sursúmque tendentibus.*

(*c*) Ετρεχον. Reg. a. tres Colb. & Or. 1. εἶχον. Sic etiam videtur legisse Leuv. qui vertit: *Animus erat Deum comprehendre* &c.

(*d*) Τὰ ὀπίσθια. Schol. οἰκονόμιαν, *Incarnationem.*

(*e*) Λόγῳ. Reg. a. Θεῷ Λόγῳ.

(*f*) Συγκαλύπτεται. Hoc Propitiatorii velamen de quo Exod. XXVI. 31. significat in sensu Gregorii prohibitionem contemplationis summæ illius naturæ.

(*g*) Οσα. Reg. a. ὡς.

(*h*) Τὰ ὀπίσθια. Quemadmodùm *facies Dei* substantiam & deitatem, mundi creatione priorem, sic *posteriora* creationem & Providentiam indicant.

III. Verùm quid mihi accidit, ô amici, ac iisdem sacris initiati, ejusdemque veritatis studiosi? Currebam hoc animo, quasi Deum percepturus, sicque in montem ascendi, ac nubem penetravi, à materia rebúsque materiâ constantibus reductus, atque in me ipsum, quoad ejus fieri poterat, collectus. Ut autem oculorum aciem adjeci, vix hoc etiam sum consecutus, ut Gregorius, ut Moyses, Dei posteriora vidit.

Theologus, quamlibet perspicax & eruditus, Deum obscurè cognoscit.

Exod. VII. 1. *II. Cor.* XII. 2.

senſum omnem ſuperat. Ad hunc itaque modum Theologi munus obibis, quamvis etiam Moyſes ſis, Deúſque Pharaonis, quamvis ad tertium uſque cœlum, inſtar Pauli, abreptus fueris, atque arcana verba audiveris; quamvis etiam ſupra illos evectus, angelicam quandam aut archangelicam ſedem & ordinem ſis conſecutus. Creatum enim omne, ſive cœleſte ſive ſupercœleſte, licèt ſublimiori quàm nos naturâ præditum, Deóque vicinius, longiori tamen intervallo à Deo, ac plenâ illâ & abſolutâ cognitione diſtat, quàm quo compoſitam hanc noſtram, & abjectam atque humi vergentem maſſam ſuperat.

A νῦσαι τὸν ἥλιον, ἐπεὶ μὴ αὐτὸν [a] προσβλέπειν οἷόν τε, πῷ ἀπραιφνεῖ τοῦ φωτὸς νικῶντα τὴν αἴσθησιν. οὕτως οὖν θεολογήσεις, κἂν ᾖς Μωσῆς καὶ Φαραὼ Θεὸς, κἂν μέχρι [b] τρίτου κατὰ τὸν Παῦλον οὐρανοῦ φθάσῃς, καὶ ἀκούσῃς ἀῤῥητα ῥήματα· κἂν ὑπὲρ [c] ἐκείνους γένῃ, ἀγγελικῆς τινὸς ἢ ἀρχαγγελικῆς σλάσεώς τε καὶ τάξεως ἠξιωμένος. [d] κἂν γὰρ οὐράνιον ἅπαν, κἂν ὑπερβράνιόν τι, καὶ πολὺ τὴν φύσιν ὑψηλότερον ἡμῶν ᾖ, καὶ ἐγγυτέρω Θεοῦ, πλέον ἀπέχει Θεοῦ καὶ τῆς τελείας καταλήψεως, ἢ ὅσον ἡμῶν ὑπεραίρει τοῦ συνθέτου, καὶ ταπεινοῦ, καὶ κάτω βρίθοντος κράματος.

a
b
c
d

Dei natura, nec verbis explicari, nec mente comprehendi poteſt.

IV. Eſto igitur hoc alterum Orationis exordium. Deum intellectu percipere difficile eſt; eloqui autem impoſſibile, ut prophanorum Theologorum quidam docuit, meo quidem judicio, non incallidè, nempè ut ex eo quòd intellectu difficilem affirmat, opinionem hominibus afferat, ſe eum cognitione percepiſſe; ex eo autem quòd nullis verbis eum explicari poſſe ait, hoc agat, ne inſcitia ſua prodi atque convinci queat. Ego verò ita potiùs dicendum cenſeo, Dei naturam nullis quidem verbis explicari poſſe; animo autem atque intellectu comprehendi multò minùs poſſe. Nam quod quis animo & ratione complexus fuerit, id quoque fortaſsè ſermone declarare queat, ſi ne mediocriter quidem, at ſaltem obſcurè, modò auditorem nactus ſit non omninò ſurdum, tardique & ſtupidi ingenii. At rem tantam animo comprehendere, omninò impoſſibile eſt, non modò ignavis & languidis, deorſúmque vergentibus, ſed magnis etiam & excelſis viris Deíque amore præditis, ac mortalibus peræquè omnibus, quibus ad veri cognitionem caligo hæc & carnis craſſities tenebras offundit. Atque haud ſcio, an hoc quoque ſublimioribus illis & intelligentibus naturis, negatum non ſit; quæ quia Deo propiùs junctæ ſunt, ac toto illo ſplendore collucent, cernere utique fortaſsè queant, ſi non prorsùs, ac certè pleniùs quàm nos & ſolidiùs, atque aliæ aliis, pro cujuſque ordine, vel uberiùs, vel parciùs.

δ. Ἀρκτέον οὖν οὕτω πάλιν. Θεὸν νοῆσαι μὲν, χαλεπόν· φράσαι δὲ, ἀδύνατον, [e] ὥς τις τῶν παρ' Ἕλλησι Θεολόγων ἐφιλοσόφησεν, οὐκ ἀτέχνως ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα καὶ κατειληφέναι δόξῃ, τὸ χαλεπὸν εἰπεῖν, καὶ διαφύγῃ πῷ ἀνεκφράσῳ τὸν ἔλεγχον· ἀλλὰ φράσαι μὲν, ἀδύνατον, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, νοῆσαι δὲ, ἀδυνατώτερον. τὸ μὲν γὰρ νοηθὲν τάχα ἂν λόγος δηλώσειεν, εἰ καὶ μὴ μετρίως, ἀλλ' ἀμυδρῶς γε πῷ μὴ πάντῃ τὰ ὦτα διεφθαρμένῳ, μὴ νωθρῷ τὴν διάνοιαν. τὸ δὲ [f] τοσοῦτο πρᾶγμα τῇ διανοίᾳ περιλαβεῖν πάντως ἀδύνατον καὶ ἀμήχανον, μὴ ὅτι τοῖς [g] καταβεβλακευμένοις καὶ κάτω νεύουσιν, ἀλλὰ μὴ τοῖς λίαν ὑψηλοῖς τε καὶ φιλοθέοις, καὶ ὁμοίως πάσῃ [h] γεννητῇ φύσει, μὴ οἷς ὁ ζόφος οὗτος ἐπιπροσθεῖ, μὴ τὸ παχὺ τοῦτο σαρκίον περὶς τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατανόησιν. οὐκ [i] οἶδα δὲ, εἰ μὴ μὴ ταῖς ἀνωτέρω μὴ νοεραῖς φύσεσιν, αἳ δὴ τὸ πλησίον εἶναι Θεοῦ, καὶ ὅλῳ πῷ φωτὶ καταλάμπεσθαι, τυχὸν ἂν καὶ τραφεῖντο, εἰ καὶ μὴ πάντῃ, ἀλλ' ἡμῶν γε τελεώτερόν τε καὶ ἐκτυπώτερον, καὶ ἄλλων ἄλλαι πλεῖον ἢ ἔλαττον, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς τάξεως.

e
f
g
h

Angeli uberiùs quàm nos Deum cognoſcunt.

Deus cognoſci non poteſt, ſicuti eſt.

Philip. IV. 7.

V. Sed de hac re hîc ſit finis. Quod autem ad nos attinet, non *pax* tantummodò *Dei exſuperat omnem mentem & cognitionem*, nec quæcunque iis, qui juſtitiam co-

ε. Τοῦτο μὲν οὖν ἐνταῦθα κείσθω· τὸ δὲ ἡμέτερον, οὐχ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ μόνον ὑπερέχει πάντα νοῦν καὶ κατάληψιν, οὐδὲ ὅσα

(a) Προσβλέπειν. Reg. a. Βλέπειν.
(b) Τρίτου. Comb. τῦ τρίτου.
(c) Ἐκείνους. Reg. bm. duo Colb. & Or. 1. ἐκεῖνον.
(d) Κἂν γὰρ ἐράνιον. &c. Id intelligit Elias de *Cælo*, & de *Angelis*, qui ſuper cœlos ſunt.
(e) Ὡς τις τῶν &c. Plato hîc intelligitur, qui in Timæo ita habet : τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τῦδε παντὸς εὑρεῖν τὸ ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Quod Tullius lib. de Univerſitate ſic reddit : *Illum quidem quaſi parentem hujus Univerſitatis invenire difficile eſt, &, cùm jam inveneris, indicare in vulgus nefas.*
(f) Τοσοῦτο. Regg. a. bm. & Or. 1. τοιοῦτο, *talem.*
(g) Καταβεβλακευμένοις. Duo Colb. Or. 1. & Bud. κατεβλακευμένοις.
(h) Γεννητῇ. Reg. a. & Or. 1. γενητῇ.
(i) Οἶδα δέ. Sic Regii & Colbertini plures. Deeſt δέ in Ed. Nullum certè eſt dubium, quin Angeli Deum videant, eumque viſuri ſint homines, cùm æternam beatitudinem adipiſcentur.

τοῖς δικαίοις ἐστὶν ἐν ἐπαγγελίαις ὑποκεί- A
[a] μενα, [a] τὰ μήτε ὀφθαλμοῖς ὁρατὰ, μήτε ὠσὶν ἀκουστὰ, μήτε διανοίᾳ θεωρητὰ, κατὰ μικρὸν γοῦν, οὐδὲ ἡ τῆς κτίσεως ἀκριβὴς καταγόησις· καὶ γὰρ καὶ ταύτης πείθῃτι τὰς σκιὰς ἔχειν μόνον, ὅταν ἀκούσῃς· ὄψομαι τὸς οὐρανούς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, Σελήνην καὶ ἀστέρας, & τὸν ἐν αὐτοῖς πάγιον λόγον· ὡς οὐχὶ νῦν ὁρῶν, ὀψόμενος δὲ ἔστιν ὅτε· ἀλλὰ πολὺ πρὸ τούτων, ἡ ὑπὲρ ταῦτα, καὶ ἐξ ἧς ταῦτα, φύσις ἄληπτός τε καὶ B
[b] ἀπερίληπτος· λέγω δὲ, οὐχ ὅτι ἐστὶν, ἀλλ' ἥ τις ἐστίν. οὐ γὰρ [b] κενὸν τὸ κήρυγμα ἡμῶν, οὐδὲ ματαία ἡ πίστις ἡμῶν, οὐδὲ τοῦτό ἐστιν ὃ δογματίζομεν, μὴ πάλιν τὴν εὐγνωμοσύνην ἡμῶν ἀθείας λάβῃς ἀρχὴν καὶ
[c] συκοφαντίας, [c] καὶ κατεπαρθῇς ὡς ὁμολογούντων τὴν ἄγνοιαν. πλεῖστον γὰρ διαφέρει τὸ εἶναί τι πεπεῖσθαι, τὸ τί ποτέ ἐστι τοῦτο εἰδέναι.

luerint, in divinis pollicitationibus recondita sunt, quæ *nec oculis cerni, nec auribus excipi, nec animo cogitari ac perspici,* I. Cor. II. 9.
nisi tenuissimè, possunt, nec exacta & absoluta rerum creatarum cognitio; (nam harum quoque te solas umbras tenere haud dubites, cùm Scripturam ad hunc modum loquentem audieris: *Videbo cælos,* Ps. VIII. 4.
opera digitorum tuorum, lunam & stellas, eámque, quæ ipsis inest, firmam & stabilem rationem, perindè scilicet atque in hac vita ea minimè videns, sed aliquandò perspecturus;) sed multò magis natura illa his sublimior, & ex qua hæc originem traxerunt, captum omnem & comprehensionem superat. Nec verò hæc verba ita accipi velim, quasi percipi non posse dicam, quod sit Deus, sed quid, & quale sit. Neque enim *inanis est prædicatio nostra*, nec *vana fides nostra;* nec id est, quod astruimus; (ne rursùs id quod probè candidéque diximus, in impietatis & calumniæ argumentum trahas, ac nobis, ut ignorantiam confitentibus, arroganter insultes.) Plurimùm namque interest, certò tibi persuadeas aliquid esse, an, quid tandem illud sit, compertum habeas.

Quod sit Deus, percipi potest; quid & quale sit, percipi non potest.
I. Cor. XV. 14.

C

ς. Τοῦ μὲν γὰρ εἶναι Θεὸν, καὶ τὴν πάντων ποιητικήν τε καὶ συνεκτικὴν αἰτίαν, καὶ ὄψις διδάσκαλος, καὶ ὁ φυσικὸς νόμος· ἡ μὲν τοῖς ὁρωμένοις προσβάλλουσα, καὶ πεπηγόσι καλῶς, καὶ ὁδεύουσι, καὶ ἀκινήτως, ἵνα οὕτως εἴπω, κινουμένοις καὶ φερομένοις· ὁ δὲ, διὰ τῶν ὁρωμένων καὶ τεταγμένων, τὸν ἀρχηγὸν τούτων συλλογιζόμενος. πῶς γὰρ ἂν καὶ ὑπέστη τόδε τὸ πᾶν, ἢ συνέστη, μὴ Θεοῦ τὰ D
πάντα καὶ οὐσιώσαντος, καὶ συνέχοντος; οὐδὲ γὰρ κιθάραν τις ὁρῶν κάλλιστα ἠσκημένην, καὶ τὴν ταύτην εὐαρμοστίαν καὶ εὐταξίαν, ἢ τῆς κιθαρῳδίας αὐτῆς ἀκούων, ἄλλό τι ἢ τὸν τῆς κιθάρας δημιουργὸν, καὶ τὸν κιθαρῳδὸν ἐννοήσει, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναδραμεῖται τῇ διανοίᾳ, κἂν ἀγνοῶν τύχῃ ταῖς ὄψεσιν· οὕτω καὶ ἡμῖν τὸ ποιητικὸν δῆλον, καὶ τὸ κινοῦν, καὶ τηροῦν τὰ πεποιημένα, κἂν μὴ διανοίᾳ E
περιλαμβάνηται· καὶ λίαν ἀγνώμων, ὁ μὴ μέχρι τούτων προϊὼν ἐκουσίως, καὶ ταῖς φυσικαῖς ἑπόμενος ἀποδείξεσιν· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο εἶναι Θεὸν, ὅπερ ἐφαντάσθημεν, ἢ
[d] ἀνετυπωσάμεθα, ἢ [d] λόγος ὑπέγραψεν.
[e] εἰ δέ τις ἐν περινοίᾳ τούτου [e] ποτὲ κἂν

VI. Etenim quòd Deus sit, ac princeps quædam causa, quæ res omnes procreavit, atque conservet, tum oculi ipsi, tum lex naturalis docent; illi, dum rebus in aspectum cadentibus aciem affigunt, eásque & pulchrè fixas & stabiles esse, & progredi, atque immotè, ut ita dicam, moveri volvique perspiciunt; hæc autem, dum per res oculis subjectas, ac recto ordine collocatas, authorem earum certò quidem ratiocinando assequitur. Quonam enim modo universa hæc rerum moles vel producta unquam fuisset, vel consisteret, nisi Deus omnia in rerum naturam protulisset, atque conservaret? Quemadmodùm enim quispiam citharam pulcherrimè confectam & elaboratam conspiciens, ejusque concinnitatem & constitutionem, aut etiam ipsius citharæ cantum audiens, nihil aliud quàm ipsum citharæ conditorem & citharœdum mente reputat, atque ad eum cogitatione fertur, etiamsi de facie ignotum: eodem quoque modo nobis, is, qui res effecit, effectásque movet atque conservat, manifestus est, etiamsi mente minimè comprehendatur. Ac nimis profectò hebes & stolidus est, quisquis non huc usque sponte suâ progreditur, naturaliúmque demonstrationum vestigiis insistit: atque adeò hoc sibi persuadet, ne id quidem Deum esse, quod vel imagine quâdam animi concepimus, vel informavimus, vel Ora-

Oculi & lex naturalis Deũ esse docent.

Deus per effectus cognoscitur.

(a) Τὰ μήτε ὀφθαλμοῖς &c. Observat Elias Cretensis hæc Apostoli verba mutuata fuisse ex apocrypho libro, qui ab Elia Propheta scriptus dicitur. Quidni potiùs desumpta ex Isaia. LXIV. 4. *oculus non vidit* &c.

(b) Κενὸν. Par. καίνον, *nova.*

(c) Καὶ καταπαρθῇς ὡς &c. Id est, *& adversum nos insurgas, quasi nos profiteamur ignorare, an sit Deus.*

(d) Λόγος. Hîc Elias *rationem*, non *sermonem* intelligit.

(e) Ποτέ. Deest in Or. 1.

Nemo, ne quidem cogitatione, Deum comprehendit.

tionis penicillo utcunque deſcripſimus. Quòd ſi quis unquam cogitatione Deum quoquo modo comprehendit, quonam, obſecro, argumento id probabit? Ecquis enim eò ſapientiæ pervenit? Ecquis unquam tantam gratiam divinitùs conſecutus eſt? Ecquis *os mentis ita aperuit, ac Spiritum attraxit*, ut *Spiritûs, omnia perſcrutantis, atque etiam Dei profunda cognoſcentis* ope atque adjumento, Dei naturam comprehenderit, nec jam ulteriùs progredi neceſſe habeat, utpotè qui extremum illud appetendum jam habeat, ad quod omnis ſublimium virorum, & vita & cogitatio contendit?

Pſ. CXVIII. 131.

I. Cor. II. 10.

Deus corpus non eſt.

VII. Quid enim tandem Deum eſſe cenſebis, ſi argumentis à ratione petitis fidem omninò habes? Aut quò tandem te ſubvehet hæc diſputatio, ſi accuratiùs examinetur? Te, inquam, appello, qui Philoſophiæ ac Theologiæ principatum tibi vindicas, atque in immenſum gloriaris. An corpus eum eſſe dices? Quonam ergo modo immenſus, infinitus, figuræ expers eſt, ac denique ejuſmodi, ut nec tangi, nec oculis cerni queat? An hæc quoque in corpora cadunt? O licentiam! Non enim hæc corporum natura eſt. An corpus quidem eſſe ſtatues, immenſum verò, atque infinitum, cæteráque hujus generis eſſe negabis? O craſſitiem! ut nullâ re Deus nobis præſtet. Quid enim afferri poteſt, cur colatur atque adoretur, ſi circumſcriptus eſt? Aut quid cauſæ eſſe dicemus, quin ex elementis conflatus ſit, atque in eadem denuò redigatur, aut etiam prorsùs intereat? Compoſitio quippè pugnæ initium eſt, pugna autem diſſidii, diſſidium ſolutionis: ſolutio porrò nullo modo in Deum ac primam illam naturam cadit. Quocirca nullum diſſidium admittendum eſt, ne ſolutio conſequatur: nec pugna, ne diſſidium oriatur: nec compoſitio, ne pugna exiſtat. Ac proindè ne corpus quidem eſt, ne alioqui compoſitum quidem eum neceſſe ſit. Sic ab extremis ad prima recurrens Oratio inſiſtit.

Non circumſcribitur.

Quomodò Deus omnia penetrat & implet.

Jer. XXIII. 24.

Sap. I. 7.

VIII. Jam verò quomodò illud tueri poterimus, quod ait Scriptura, Deum omnia pervadere atque implere, juxta illud: *Nonne cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?* Et, *Spiritus Domini replevit orbem terrarum;* ſi Deus partim circumſcribat, partim circumſcribatur? Aut enim per vacuam Univerſitatem graſſabitur, & res omnes nobis peribunt, ut ſic Deus contumeliâ afficiatur, nimirùm & qui corpus ſit, & iis, quæ procreavit careat: aut corpus in corporibus erit, id quod fieri non poteſt: aut implicabitur, & opponetur, quemadmodùm ea, quæ liquiditate prædita ſunt,

ἐπὶ ποσὸν ἐγένετο, τίς ἡ ἀπόδειξις; τίς οὕτως εἰς ἔσχατον Ϛοφίας ἀφίκετο; τίς τοσούτου χαρίσματος ἠξιώθη ποτέ; τίς οὕτω τὸ στόμα τῆς διανοίας ἤνοιξε, καὶ εἵλκυσε Πνεῦμα, ἵνα πῶ τὰ πάντα ἐρευνῶντι καὶ γινώσκοντι, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, Πνεύματι, Θεὸν καταλάβῃ, καὶ μηκέτι τοῦ πρόσω δέηται, τὸ ἔσχατον ὀρεκτὸν ἔχων ἤδη, καὶ εἰς ὃ πᾶσα σπεύδει καὶ πολιτεία τοῦ ὑψηλοῦ καὶ διάνοια;

ζ. Τί γάρ ποτε ὑπολήψῃ τὸ θεῖον, εἴπερ [a] ὅλαις ταῖς λογικαῖς πιστεύεις [b] ἐφόδοις; ἢ πρὸς τί σε ὁ λόγος ἀνάξει [c] βασανιζόμενος, ὦ φιλοσοφώτατε σὺ, καὶ Θεολογικώτατε, καὶ καυχώμενε εἰς τὰ ἄμετρα. πότερον σῶμα; καὶ πῶς τὸ ἄπειρον, καὶ ἀόριστον, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀναφὲς, καὶ ἀόρατον; ἢ καὶ ταῦτα ζώματα; [d] ὦ τῆς ἐξουσίας· οὐ γὰρ αὕτη φύσις ζωμάτων. ἢ σῶμα μὲν, οὐχὶ ταῦτα δέ; ὦ τῆς παχύτητος· ἵνα μηδὲν πλέον ἡμῶν ἔχῃ τὸ θεῖον. [e] πῶς γὰρ σπαστὸν, εἰ περιγραπτόν; ἢ πῶς φεύξεται τὸ ἐκ στοιχείων συγκεῖσθαι, καὶ εἰς αὐτὰ πάλιν ἀναλύεσθαι, ἢ καὶ ὅλως λύεσθαι; σύνθεσις γὰρ, ἀρχὴ μάχης· μάχη δὲ, διαστάσεως· ἡ δὲ, λύσεως· λύσις δὲ ἀλλότριον πάντῃ Θεοῦ, καὶ τῆς πρώτης φύσεως. οὐκ οὖν διάστασις, ἵνα μὴ λύσις· οὐδὲ μάχη, ἵνα μὴ διάστασις· οὐδὲ σύνθεσις, ἵνα μὴ μάχη· διὰ τοῦτο οὐδὲ σῶμα, ἵνα μὴ σύνθεσις. ἐκ τῶν τελευταίων ἐπὶ τὰ πρῶτα ὁ λόγος ἀνίων, οὕτως ἵσταται.

η. Πῶς δὲ καὶ ζωθήσεται τὸ διὰ πάντων διήκειν, καὶ πληροῦν τὰ πάντα Θεὸν, κατὰ τό· οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; καὶ, Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην, εἰ τὸ μὲν [f] περιγράφοι, τὸ δὲ περιγράφοιτο; ἢ γὰρ διὰ κενοῦ χωρήσει τοῦ παντὸς, καὶ τὰ πάντα οἰχήσεται ἡμῖν, ἵν' ὑβρισθῇ Θεὸς, καὶ σῶμα γενόμενος, καὶ οὐκ ἔχων ὅσα πεποίηκεν· ἢ σῶμα ἐν σώμασιν ἔσται, ὅπερ ἀδύνατον· ἢ πλακήσεται καὶ ἀντιπαρατεθήσεται,

(a) Ολαις. Coisl. 3. & Or. 1. ὅλως, *omninò.*
(b) Εφόδοις. Coisl. 1. ὁρμαῖς.
(c) Βασανιζόμενος. Coisl. 2. βιαζόμενος.
(d) Ω τῆς ἐξουσίας, . . . ὦ τῆς παχύτητος. Sic Coisl. 1. Deeſt ὦ in Ed.

(e) Πῶς γὰρ σπαστὸν &c. *Quomodò enim eum colamus, ſi circumſcribi poteſt? Aut quomodò concedere detrectabimus, eum ex elementis conflatum eſſe, atque in eadem denuò redigendum, denique prorsùs interiturum.*
(f) Περιγράφοι. Reg. a. περιγράφοι.

παρατεθήσεται, [a] ὥσπερ ὅσα τῶν ὑγρῶν μίγνυται· καὶ τὸ μὲν τέμνει, ὑπὸ δὲ τοῦ τμηθήσεται, ὃ καὶ τῶν Επικουρείων ἀτόμων [b] ἀτοπώτερόν τε καὶ [b] γραωδέστερον· καὶ οὕτω διαπεσεῖται ἡμῖν, καὶ σῶμα οὐχ ἕξει, οὐδὲ [c] πῆξίν τινα [c] ὁ περὶ τοῦ Ζώματος λόγος. εἰ δὲ ἄϋλον φήσομεν, εἰ μὲν τὸ πέμπτον, [d] [d] ὡς τισιν ἔδοξε, καὶ τὴν κύκλῳ φορὰν φερόμενον; ἕστω μὲν ἄϋλόν τι καὶ πέμπτον σῶμα, εἰ βούλονται δὲ, καὶ ἀσώματον, κατὰ τὴν αὐτόνομον αὐτῶν τοῦ λόγου φορὰν καὶ ἀνάπλασιν· οὐδὲν γὰρ νῦν περὶ τούτου [e] [e] διοίσομαι. κατὰ τὶ δὲ τῶν κινουμένων ἔσται καὶ φερομένων, ἵνα μὴ λέγω τὴν ὕβριν, εἰ τὰ αὐτὰ τοῖς πεποιημένοις ὁ πεποιηκὼς κινηθήσεται, καὶ τοῖς φερομένοις [f] ὁ φέρων, εἴ γε καὶ τοῦτο δώσουσι; [f] τί δαὶ τὸ τοῦτο πάλιν κινοῦν; τί δὲ τὸ πᾶν κινοῦν; κἀκεῖνο τί; καὶ τί πάλιν ἐκεῖνο; καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον. πῶς δαὶ οὐκ ἐν τόπῳ πάντως, εἴ γε φερόμενον; εἰ δὲ ἄλλό τι παρὰ τὸ πέμπτον φήσουσιν, εἰ μὲν ἀγγελικὸν, [g] πόθεν ὅτι [g] Αγγελοι Ζώματα, καὶ τίνα [h] ταῦτα; καὶ [h] πόσον ὑπὲρ Αγγελον εἴη Θεὸς, οὗ λειτουργὸς Αγγελος; εἰ δὲ ὑπὲρ ταῦτα, πάλιν εἰσήχθη Ζωμάτων ἐσμὸς ἀλόγιστος, καὶ φλυαρίας βυθὸς, οὐδαμοῦ στῆναι δυνάμενος.

inter se miscentur; atque alia secabit, & ab aliis rursùs secabitur, quod ipsis etiam Epicuri atomis absurdius & anilius est; sicque nobis collabetur, nec corpus, nec solidi quidquam habebit hæc disputatio, quâ corpus Deo tribuere conamur. Quòd si eum corpus materiæ expers esse contenderint, si quidem quintum illud, ut nonnulli censuerunt, & in orbem volubile? Sit sanè corpus quoddam quintum, & à materia semotum, atque etiam, si ipsis ita collibuerit, incorporeum; quandoquidem ita sermone comparati sunt, ut pro arbitrio in omnem partem sese versent, ac quidvis effingant; nihil enim hac de re in præsentia cum illis altercabor. Cæterùm quo tandem in genere erit earum rerum, quæ motu cientur & agitantur, ut interim taceam, quàm gravis sit contumeliæ, afferere, Creatorem eodem, quo res ab eo creatas, motu incitari, atque eum, cujus vi ac numine res conditæ volvuntur, si tamen hoc etiam daturi sunt, eodem modo cum iis volvi ac circumferri? Quæro etiam, quidnam sit quod Universum hoc moveat? Quidnam verò quod vicissim illud moveat, ac rursùm à quo illud moveatur? Eodémque modo in infinitum progrediar. Quî etiam fieri potest, ut omninò non sit in loco, si quidem fertur, ac motu incitatur? Jam si aliud quoddam corpus, præter quintum illud, Deum esse statuant, siquidem angelicum, undè probabunt Angelos corpore constare, & quo tandem corpore? Quantùm autem, si res ita se habeat, Deus Angelum, quo ministro utitur, antecellet? Si corpus quoddam his sublimius esse dixerint, rursùs corporum examen rationis expers inducetur, ac nugarum gurges adeò profundus, ut nusquam pes figi possit.

Deus, rerum creatarũ more, non movetur.

θ. Οὕτω μὲν [i] οὖν οὐ σῶμα ἡμῖν ὁ Θεός. οὐδὲ γὰρ ἤδη τὶς τοῦτο τῶν θεοπνεύστων, ἢ εἶπεν, ἢ παρεδέξατο, [k] οὐδὲ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ὁ λόγος· λείπεται δὴ ἀσώματον ὑπολαμβάνειν. ἀλλ' εἰ ἀσώματον, οὔπω μὲν οὐδὲ τοῦτο τῆς οὐσίας παραστατικόν τε καὶ [l] περιεκτικὸν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀγέννητον, καὶ τὸ ἄναρχον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον, καὶ τὸ ἄφθαρτον, καὶ ὅσα περὶ Θεοῦ, ἢ περὶ Θεὸν εἶναι λέγεται. [m] τί γὰρ

IX. Atque hinc constat, Deum corpus non esse. Neque enim adhuc quisquam eorum, qui divinitùs afflati sunt, hoc vel dixit, vel ab aliis dictum comprobavit, nec nostri ovilis est hæc doctrina. Superest igitur, ut incorporeum esse Deum existimemus. Verùm, utcunque incorporeum dicamus, nondùm tamen hoc naturam illius essentiamque complectitur & declarat; quemadmodùm nec ingenitum, nec anarchum, id est, *principii expers*, nec immutabile, nec incorruptibile, cæteráque om-

Deus incorporeus est.

Quæ de Deo, vel circa Deum dicuntur, ipsius essentiam non indicant.

(a) Ωσπερ. Sic duo Regg. tres Colb. Coisl. 1. Or. 1. &c. In Ed. ἢ ὥσπερ.

(b) Γραωδέστερον. Coisl. 1. addit, ὡς οἱ περὶ ταῦτα ἐσχολακότες ἐλήρησαν. *Anilius etiam iis deliramentis, quæ homines in hac disciplina versati finxerunt.* Hæc tamen desunt in plerisque Codd. & Ed. Elias autem agnoscit.

(c) Ω περὶ τῦ σώματος λόγος. Hæc jungit Leuv. cum his superioribus verbis, καὶ οὕτω διαπεσεῖται ἡμῖν, sicque reddit: *Atque hoc modo ratio, quæ Deo corpus attribuit, subsistere nobis nequit; adeoque nec corpus, nec compagem ullam habebit.*

(d) Ως τισιν ἔδοξε. Ex his fuit Aristoteles, qui præter quatuor rerum principia, seu elementa, quæ sunt *aqua, terra, ignis & aer*, quintum, nempè, *cælum*, è materia quadam efformatum, admittebat.

(e) Διοίσομαι. Reg. a. διοίσομεν.

(f) Τί δαὶ τό &c. Reg. bm. & Or. 1. τί δὲ τό. Totum hunc locum sic vertit Leuv. *At enim, obsecro, quodnam erit à quo Universum hoc movebitur? Quidnam illud vicissim movebit? Quid item illud? Idque adeò in infinitum.* Sic Græca videtur legisse: τί δὲ πᾶν κινῦν; τί δὲ τῦτο πάλιν κινῦν; κὴ τί πάλιν ἐκεῖνο; κὴ τῦτο τί; ἄπειρον.

(g) Αγγελοι. Reg. a. οἱ Αγγελοι.

(h) Πόσον. Duo Colb. & Or. 1. addunt, ἄν.

(i) Οὖν. Deest in Reg. bm. & Or. 1.

(k) Οὐδὲ τῆς ἡμετέρας &c. Bill. *Atque ab hujusmodi sermone fides Ecclesiæ abhorret.*

(l) Περιεκτικόν. Deest in nonnullis Codd.

(m) Τί γὰρ ὄντι &c. Bill. *Primùm enim, huic quidem certè, qui Dei mentem verè habeat, atque in contemplatione perfectior sit, considerandum & expendendum occurrit, quid Deus naturâ suâ & substantiâ sit: ac posteà hoc adji-*

nia, quæ de Deo, vel circa Deum, prædicantur. Quid enim prodeſt ad indicandam ipſius naturam & ſubſiſtentiam, quâ exiſtit, ſi dicas eum initium non habere, nec à ſe unquam diſciſcere, nec ullis terminis includi? Verùm totam ejus eſſentiam ediſſerendam & inquirendam huic relinquimus, qui verè Dei notitiam habet, atque in contemplando perfectior eſt. Ut enim non ſatis eſt corpus dicere, aut procreatum eſſe, ad hoc vel illud, cui hæc adjacent, exprimendum & indicandum, ſed quid ipſa quoque res ſubjecta ſit, dicendum eſt, ſi modò volumus, id quod cogitamus, plenè atque abundè repræſentare; (poteſt enim vel homo, vel bos, vel equus eſſe, hoc quod corporeum ac procreatum & corruptibile eſſe pronunciamus;) ad eundem modum qui Dei naturam curioſiùs inquirendam duxerit, non hîc conquieſcet, ut dicat, quid non ſit Deus, ſed hoc quoque ipſi adjiciendum erit, ut, quid ſit, exponat; idque eò magis, quòd minùs difficile eſt unum quidpiam animo complecti, quàm omnia ſigillatim inficiando removere, ut rejectis iis, quæ non eſt, & conſtituto eo, quod ſit, comprehendatur id quod cogitamus. Qui verò ita, quid res aliqua non ſit, pronunciat, ut interim, quid ſit, taceat, non abſimilis eſt ei qui rogatus, Bis quinque quot ſint, reſpondeat quidem ea nec duo eſſe, nec tria, nec quatuor, nec quinque, nec viginti, nec triginta, nec, ut brevi complectar, ullum numerum citrà vel ultrà denarium; cæterùm quòd decem ſint, non dicat, nec mentem ejus, à quo interrogatur, ad id quod quæſitum eſt, affigat. Multò enim facilius & compendioſius eſt, ex eo, quod, quid ſit, dixeris, quidquid non ſit declarare, quàm ex eorum, quæ non eſt, ablatione atque inficiatione, quid ſit, demonſtrare; quemadmodùm cuivis perſpicuum eſſe arbitror.

Exponendum, quid ſit Deus, ut ejus natura dignoſcatur.

X. Quoniam igitur Deum corpore vacare nobis eſt exploratum, aliquantò ulteriùs in inquirendo progrediamur. Nuſquam-ne ille eſt, an alicubi? Si enim nuſquam, quæret fortaſsè aliquis ex iis qui inquirendi ac diſputandi ſubtilitate impenſiùs gaudent, quomodò eſſe quoque poſſit. Nam ſi id quod non eſt, nuſquam eſt: id quoque quod nuſquam eſt, ne quidem fortaſsè eſt. Quòd ſi alicubi eſſe dixeris, proculdubiò, quandoquidem eſt, vel in Univerſo eſt, vel ſupra Univerſum. Si in Univerſo; vel in quadam ejus parte eſt, vel

Deus loco non continetur.

ὄντι αὐτῷ κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑποστασιν ὑπάρχει, τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχειν, μηδὲ ἐξίστασθαι, μηδὲ περατοῦσθαι; ἀλλ' ὅλον τὸ εἶναι περιλαμβάνειν λείπεται περὶ φιλοσοφεῖν τε καὶ περισεξετάζειν τῷ γε νῦν [a] Θεοῦ ἀληθῶς ἔχοντι, καὶ τελεωτέρῳ τὴν θεωρίαν. ὡς γὰρ οὐκ ἀρκεῖ τὸ σῶμα εἰπεῖν, ἢ τὸ γεγεννῆσθαι, πρὸς τὸ καὶ τὸ, περὶ ὃ ταῦτα παραστῆσαί τε καὶ δηλῶσαι, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ ὑποκείμενον τούτοις εἰπεῖν, εἰ [b] μέλλοι τελείως καὶ ἀποχρώντως τὸ νοούμενον παραστήσεσθαι· ἢ γὰρ ἄνθρωπος, ἢ βοῦς, ἢ ἵππος τοῦτο τὸ ἐνσώματον, καὶ γεννώμενον, καὶ φθειρόμενον· οὕτως οὐδὲ ἐκεῖ στήσεται μέχρι τοῦ εἰπεῖν ἃ μή ἐστιν, ὁ τὴν τοῦ ὄντος πολυπραγμονῶν φύσιν, ἀλλὰ δεῖ πρὸς [c] τῷ εἰπεῖν ἃ μή ἐστι, καὶ ὅ ἐστιν εἰπεῖν· ὅσῳ καὶ ῥᾷον ἕν τι περιλαβεῖν, ἢ τὰ πάντα καθ' ἕκαστον ἀπειπεῖν, ἵνα [d] ἐκ τε τῆς ἀναιρέσεως ὧν οὐκ ἔστι, καὶ τῆς οὗ ἐστι θέσεως, περιληφθῇ τὸ νοούμενον. ὁ δὲ, ἃ μὲν οὐκ ἔστι λέγων, σιωπῶν δὲ ὅ ἐστι, ποιεῖ πλησίον, [e] ὥσπερ ἂν εἰ τὰ πέντε δὶς ὅσα ἐστὶν ἐρωτώμενος, ὅτι μὲν [f] οὐ δύο λέγοι, οὐδὲ τρία, οὐδὲ τέσσαρα, οὐδὲ πέντε, οὐδὲ εἴκοσιν, οὐδὲ τριάκοντα, οὐδὲ τινα, ἵνα συνελὼν εἴπω, τῶν ἐντὸς δεκάδος, ἢ δεκαδικῶν ἀριθμῶν· ὅτι δὲ εἴη δέκα μὴ λέγοι, μηδὲ ἐρείδοι τὸν νοῦν τοῦ ἐρωτῶντος εἰς τὸ ζητούμενον. πολλῷ γὰρ ῥᾷον καὶ συντομώτερον ἐκ τοῦ ὅ ἐστιν ὅσα οὐκ ἔστι δηλῶσαι, ἢ ἐκ τοῦ ἀνελεῖν ἃ μή ἐστιν, ὅ ἐστιν ἐνδείξασθαι· ἢ τοῦτο μὲν παντὶ δῆλον.

1. Ἐπεὶ δέ ἐστιν ἀσώματον ἡμῖν τὸ θεῖον, μικρόν τι περισεξετάσωμεν. πότερον οὐδαμοῦ τοῦτο, ἢ ἔστιν ὅπου; εἰ μὲν γὰρ οὐδαμοῦ, ζητήσαι τὶς ἂν [g] τῶν ἄγαν ἐξεταστικῶν, πῶς ἂν καὶ εἴη. εἰ γὰρ τὸ μὴ ὄν, οὐδαμοῦ, τὸ μηδαμοῦ, τυχὸν οὐδὲ ὄν. εἰ δέ ἐστί που, πάντως ἐπείπερ ἐστὶν, ἢ ἐν τῷ παντὶ, ἢ ὑπὲρ τὸ πᾶν. ἀλλ' εἰ μὲν ἐν τῷ παντὶ, ἢ τινὶ, ἢ πανταχοῦ. καὶ εἰ μὲν ἔν τινι, ὑπ' ἐλάττονος περιγραφήσεται τοῦ τινός. [h] εἰ δὲ πανταχοῦ, ὑπὸ πλείονος καὶ ἄλλου

ciendum ſupereſt, eum nec initium habere, nec à ſe unquam deſciſcere, nec fine ullo circumſcribi ac definiri, ſed, quidquid in rerum natura eſt, ambitu ſuo complecti atque coërcere.

(a) Θεῦ. Deeſt in Or. 1.
(b) Μέλλοι. Reg. a. μέλλει.
(c) Τῷ. Coisl. 1. τό.
(d) Ἐκ τε. Deeſt τε in Reg. bm.
(e) Ὥσπερ ἄν. Deeſt ἄν in Or. 1.
(f) Οὐ δύο λέγοι &c. Regg. a. bm. tres Colb. & Or. 1. ἢ δύο λέγει, ἢδὲ τρεῖς, ἢδὲ τέσσαρες.
(g) Τῶν ἄγαν ἐξεταστικῶν. *Qui ſcire ac inveſtigare omnia cupiunt.*
(h) Εἰ δὲ πανταχοῦ &c. Bill. *Sin ubique, ergo ab alio*

πολλοῦ, λέγω δὲ, τὸ περιεχόμενον τοῦ περιέχοντος. εἰ τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ παντὸς
a μέλλει περισχεθήσεσθαι, καὶ μηδένα τόπον
b εἶναι περιγραφῆς ἐλεύθερον. ταῦτα μὲν, εἰ ἐν τῷ παντί. καὶ ποῦ, πρὶν γενέσθαι τὸ πᾶν; οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν εἰς ἀπορίαν. εἰ δὲ ὑπὲρ τὸ πᾶν, ἆρ' οὐδὲν ἦν τὸ διορίζον αὐτὸ τοῦ παντός; ποῦ δὲ τὸ ὑπὲρ τοῦτο; καὶ πῶς ἐνοήθη τὸ ὑπεραῖρον καὶ ὑπεραιρόμενον, οὐκ ὄντος ὅρου τινὸς τοῦ τέμνοντος ταῦτα καὶ διορίζοντος; ἢ χρὴ πάντως εἶναι τὸ μέσον, ᾧ ὧν περατοῦται τὸ πᾶν, ᾧ τὸ ὑπὲρ τὸ πᾶν; καὶ τί ἄλλο τοῦτο, ἢ τόπος ἐστὶν, ὅνπερ ἐφύγομεν; καὶ οὔπω λέγω τὸ περιγραπτὸν πάντως
c εἶναι τὸ Θεῖον, καὶ εἰ διανοίᾳ καταληπτόν· ἓν γὰρ περιγραφῆς εἶδος καὶ ἡ κατάληψις.

ια. Τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα διῆλθον, καὶ περιεργότερον ἴσως, ἢ κατὰ τὰς τῶν
d πολλῶν ἀκοὰς, καὶ κατὰ τὸν νῦν κεκρατηκότα τύπον τῶν λόγων, ὃς τὸ γενναῖον καὶ ἁπλοῦν ἀτιμάσας, τὸ σκολιὸν καὶ
e γριφοειδὲς ἐπεισήγαγεν· ὡς ἐκ τῶν καρπῶν τὸ δένδρον γινώσκεσθαι, λέγω δὲ τὸ ἐνεργοῦν τὰ τοιαῦτα δόγματα σκότος ἐκ τοῦ ζόφου τῶν λεγομένων; οὐ γὰρ ἵνα καὶ αὐτὸς παράδοξα λέγειν δόξω, καὶ περιττὸς φαίνωμαι τὴν Σοφίαν, πλέκων
f συνδέσμους, καὶ δακτύλων κρατούμενα· τοῦτο δὴ τὸ μέγα θαῦμα τοῦ Δανιήλ· ἀλλ' ἵν' ἐκεῖνο δηλώσαιμι, ὅ μοι λέγειν ὁ
h g λόγος ἀπ' ἀρχῆς ὥρμησεν· τοῦτο δέ τί ἦν; τὸ μὴ ληπτὸν εἶναι ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ τὸ Θεῖον, μηδὲ ὅλον ὅσον ἐστὶ φαντάζεσθαι· καὶ τοῦτο οὔτε διὰ φθόνον, μακρὰν γὰρ τῆς θείας φύσεως φθόνος, τῆς γε ἀπαθοῦς, καὶ μόνης ἀγαθῆς, καὶ κυρίας, καὶ μάλιστα
i τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων περὶ τὸ τιμιώτατον. τί γὰρ Λόγῳ περὶ τῶν λογικῶν; ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ ὑποστῆναι τῆς ἄκρας ἀγαθότητος·

A ubique. Si quadam in parte, ergo à minori hac parte circumſcribetur. Sin ubique, ab ampliore alioque multò majore, id eſt, à continente continebitur. Hæc ſi dederimus, futurum eſt, ut Univerſum Univerſi complexu teneatur, nec ullus à circumſcriptione liber exſtet locus. In has abſurditates incidant neceſſe eſt, qui eum in Univerſo eſſe dixerint. Ac præterea, ubinam erat, antequam univerſa hæc rerum machina extitiſſet? Nam hoc quoque non levem difficultatem affert. Quòd ſi eum B ſupra Univerſum eſſe dixerint, quid? Nihil ne erat, quod eum ab Univerſo dirimeret? Ubinam porrò erat, quod ſupra Univerſum erat? Aut quomodò internoſci poterat id, quod ſublimius erat, ab eo, quod inferius, cùm nullus limes eſſet, qui hæc ſecerneret ac diſtingueret? Annon omninò neceſſe eſt medium quoddam eſſe, quo, velut termino, dirimatur Univerſum ab eo, quod ſupra Univerſum eſt? Quid autem aliud hoc fuerit, quàm locus, quem jam antè excluſimus? Nondùm enim commemoro, fieri omninò non poſſe, quin circumſcriptus ſit Deus, ſi animo & cogitatione comprehendi poteſt. Unum quippè circumſcriptionis genus comprehenſio quoque ipſa eſt.

Ubi Deus ante mundum conditum.

C

XI. Quorsùm autem hæc diſſerui, curioſiúſque fortaſsè, quàm vulgi aures ferant, ac pro ea, quæ hâc tempeſtate viget, diſputandi ratione, quæ, ſimplici atque ingenuâ rerum divinarum pertractatione contemptâ & pro nihilo habitâ, ſubdolum atque involutum dicendi genus invexit; ut nimirùm *ex fructibus arbor,* hoc eſt, ater ille ac tenebroſus ſpiritus, hujuſmodi dogmatum afflator ex hac diſputationis caligine D agnoſcatur? Non enim hoc eò à me factum eſt, ut ipſe quoque nova & ab hominum ſenſibus aliena proferre, atque *eximiâ quâdam & excellenti ſapientiâ ornatus eſſe* videar, nodos nectens, atque aſtricta diſſolvens; quod quidem magnum Danielis miraculum fuit; verùm ut illud oſtendam, quod Orationis principio dicere inſtituebam, nimirùm Deum extra humani ingenii captum eſſe, nec totum, quantus eſt, cogitari atque animo informari poſſe; ídque non ob invidiam; longè enim abeſt à divina natura invidiæ livor, utpotè quæ omni perturbatione vacat, ſoláque bona & domina eſt, ac præſertim erga id, quod ex omnibus rebus à ſe conditis maximo in pretio habet. Quid enim apud Verbum priore loco ac numero eſt, quàm quæ rationem ac ſermo-

Cur Deus nequit intellectu humano comprehendi.

Matth. VII. 20.

Dan. V. 11. *& ſeq.*

multò majore continebitur: ſi quidem futurum eſt, ut Deus totus Univerſi complexu teneatur, nec ulla ex parte circumſcriptionis expers ſit.

(*a*) Μέλλει. Reg. bm. tres Colb. & Comb. μέλλοι.

(*b*) Ταῦτα μέν &c. *Hæc quidem conſequentur, ſi in hac Univerſitate Deus conſtituatur.*

(*c*) Καὶ εἰ. Deeſt εἰ in Reg. Cypr.

(*d*) Τὸν νῦν. Sic Codd. In Ed. τὸν νῶν.

(*e*) Γριφοειδές. Sic Reg. bm. & Coisl. 1. In quibuſdam, γριφῶδες. In Ed. τρυφοειδές. Schol. αἰνιγματωδές, *ænigmaticè, obſcurè.* Notat hîc Gregorius Eunomianos, ac præcipuè Aetium Eunomii magiſtrum.

(*f*) Συνδέσμους. Vulgata verſio Dan. v. 12. habet, *obſcura interpretari, & ligata diſſolvere.*

(*g*) Ὥρμησεν. In nonnullis, ὥρμητο.

(*h*) Τοῦτο δὲ τί ἦν. Deeſt τί in Or. 1.

(*i*) Τιμιώτατον. Comb. præfert, οἰκειότατον. *Maximâ ſibi neceſſitudine conjunctum, familiariſſimum.*

nis facultatem acceperunt? Quandoquidem hoc quoque ipsum, quòd procreata sunt, summæ cujusdam divinæ bonitatis argumentum est; nec ut indè ipsius, qui plenus est, honori gloriæque quidquam accederet, ut videlicet ex eo quòd ad ejus cognitionem mortales pervenire nequeunt, major ad ipsum honor ac veneratio redeat. Sophisticum enim planè, atque alienum est, non dicam à Deo, sed ab homine, mediocri saltem probitate candoréque prædito, atque ingenuæ cujusdam honestatis sibi conscio, prohibendis aliis principatum sibi arrogare.

Variæ causæ, cur Deus humano intellectu comprehendi nequeat. *Rom.* XI. 33. *Job.* XXXVIII. 16.

XII. Verùm aliásne etiam quasdam ob causas, viderint ii, qui Deo propinquiores conjunctiorésque sunt, atque *imperveſtigabilium ipsius judiciorum* inspectores & contemplatores, si qui tamen sunt ad eam virtutis magnitudinem evecti, atque *in abyssi vestigiis deambulantes*, ut proverbio dici solet. Quantùm tamen nos, qui exiguis modulis ea, quæ ad contemplandum difficilia sunt, metimur, conjecturâ assequi possumus, tres hujus rei causæ afferri queant.

Prima causa.

Prima forsan, ne, ob adispiscendi facilitatem, facilis quoque rei quæsitæ jactura sit. Fit enim ferè, ut quod non sine labore atque industria partum est, arctiùs quoque teneatur: quod autem nullo negotio comparatum est, citissimè vilescat, & abjiciatur, utpotè quod recuperari possit; atque ita in beneficium cedit non obvia illa beneficentia, apud eos saltem, qui

Secunda causa. *Isai.* XIV. 12.

prudentes sunt. Altera, ne idem nobis, quod *Lucifero illi prolapso*, accidat; hoc est, ne toto illo fulgore perfusi cervicem adversùs Dominum omnipotentem attollamus, atque ob elationem corruamus, casu omnium miserrimo & calamitosissimo.

Tertia causa.

Postrema, ut pro industriæ suæ illustrísque vitæ præmio uberius aliquid habeant, qui hîc sese à vitiorum labe perpurgarint, ac rem adamatam & expetitam patientibus animis expectarint. Idcircò media inter nos ac Deum corporea hæc caligo interjecta est,

Exod. XIV. 20.

non secùs ac *nubes illa* olim inter Ægyptios & Hebræos. Ac fortasse huc spectat illud

Ps. XVII. 12.

Scripturæ, *Posuit tenebras latibulum sibi*, hoc est, crassitiem nostram, quâ fit, ut pauci omninò, iíque parùm admodùm transpiciant. Sed de hac re accuratiùs philosophentur, altissiméque consideratione provehantur, quibus id studio & curæ fuerit.

Thren. III. 34.

Nobis utique, qui *terræ vinculis astricti tenemur*, ut Jeremiæ verbis utar, crassâque hâc carne obtegimur, hoc perspicuum est, quod quemadmodùm nullâ ratione fieri

οὔτε εἰς τιμὴν ἑαυτοῦ καὶ δόξαν [a] τοῦ πλήρους, ἵνα τῷ ἀνεφίκτῳ τὸ τίμιον ἔχῃ καὶ τὸ σεβάσμιον. τοῦτο γὰρ [b] πάντως σοφιστικὸν καὶ ἀλλότριον, μὴ ὅτι Θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπου μετρίως ἐπιεικοῦς, καί τι δεξιὸν ἑαυτῷ συνειδότος, ἐκ τοῦ κωλύειν ἑτέρους τὸ πρωτεῖον πορίζεσθαι.

ιβ. Αλλ' εἰ μὲν καὶ δι' ἄλλας αἰτίας, εἰδεῖεν ἂν οἱ ἐγγυτέρω Θεοῦ, καὶ τῶν ἀνεξιχνιάστων αὐτοῦ κριμάτων ἐπόπται καὶ θεωροὶ, εἴπερ εἰσί τινες τοσοῦτοι τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐν ἴχνεσιν ἀβύσσου πρωτοπατοῦντες, τὸ δὴ λεγόμενον. ὅσον δ' οὖν ἡμεῖς κατειλήφαμεν, μικροῖς μέτροις μετροῦντες τὰ δυσθεώρητα. τάχα μὲν, ἵνα μὴ τῷ ῥᾳδίῳ τῆς κτήσεως, ῥᾳστη γίνηται καὶ ἡ τοῦ κτηθέντος ἀποβολή· φιλεῖ γὰρ τὸ μὲν πόνῳ κτηθὲν μᾶλλον κρατεῖσθαι· τὸ δὲ ῥᾳδίως κτηθὲν, καὶ [c] ἀποπλύεσθαι τάχιστα, ὡς πάλιν ληφθῆναι δυνάμενον· [d] καὶ οὕτως εὐεργεσία καθίσταται τὸ μὴ πρόχειρον τῆς εὐεργεσίας, τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. τάχα δ', ὡς μὴ ταυτὸν ἡμᾶς τῷ πεσόντι ἐωσφόρῳ [e] πάσχειν, ἐκ τοῦ τὸ φῶς ὅλον χωρῆσαι κατέναντι Κυρίου παντοκράτορος τραχηλιᾶν, καὶ πίπτειν ἐκ τῆς ἐπάρσεως, πῶμα πάντων ἐλεεινότατον. τυχὸν δὲ, ἵν' ᾖ τι πλέον ἐκεῖθεν ἆθλον φιλοπονίας καὶ λαμπροῦ βίου τοῖς ἐνταῦθα κεκαθαρμένοις, καὶ μακροθυμοῦσι πρὸς τὸ ποθούμενον. ἀλλὰ τοῦτο μέσος ἡμῶν τε καὶ Θεοῦ ὁ σωματικὸς οὗτος ἵσταται γνόφος, ὥσπερ ἡ [f] νεφέλη τοπάλαι τῶν Αἰγυπτίων καὶ τῶν Εβραίων. καὶ τοῦτό ἐστιν ἴσως, ὃ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτῷ, τὴν ἡμετέραν παχύτητα, δι' ἣν ὀλίγοι καὶ μικρὸν διακύπτουσιν. τοῦτο μὲν οὖν φιλοσοφείτωσαν οἷς ἐπιμελὲς, καὶ ἀνίτωσαν ἐπὶ πλεῖστον τῆς διασκέψεως. ἡμῖν δ' οὖν ἐκεῖνο γνώριμον τοῖς δεσμίοις τῆς γῆς, ὃ φησιν ὁ θεῖος Ιερεμίας, καὶ τὸ παχὺ τοῦτο σαρκίον [g] προβεβλημένοις· ὅτι ὥσπερ [h] ἀδύνατον ὑπερβῆναι τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν, καὶ τῷ λίαν ἐπειγομένῳ, φθάνει γὰρ ἀεὶ τοσοῦτον, ὅσον

καταλαμβάνεται,

(a) Τῷ πλήρες. Alludit ad hæc Isaiæ verba I. 11. *Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus: plenus sum* &c.

(b) Πάντως. Comb. πάντη.

(c) Αποπλύεσθαι. Or. I. ἀποπλύεται.

(d) Καὶ οὕτως &c. Id est, *ac sic ipsam beneficii comparandi difficultatem pro beneficio habent cordati homines.*

(e) Πάσχειν. Comb. παθεῖν.

(f) Νεφέλη. Schol. Νεφέλην λέγει τὸ ἐπίπροσθεν τῇ ψυχῇ σῶμα. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἡ ψυχὴ, ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα. *Nubem appellat corpus quod animæ objectum est. Nos enim anima sumus, corpus verò nostrum est.*

(g) Προβεβλημένοις. Colb. 3. περιβεβλημένοις.

(h) Αδύνατον ὑπερβῆναι. Reg. Cypr. ἀδύνατόν ἐστιν ὑπερβαίνειν.

καταλαμβάνεται, ἢ τοῖς ὁρατοῖς πλησιάσαι τὴν ὄψιν, δίχα τοῦ ἐν μέσῳ φωτὸς καὶ ἀέρος, ἢ τῶν ὑδάτων ἔξω τὴν νηκτὴν φύσιν διολισθαίνειν· οὕτως ἀμήχανον τοῖς ἐν a a ζώματι, δίχα τῶν ζωματικῶν, πάντη γενέσθαι μετὰ τῶν νοουμένων. ἀεὶ γάρ τι παρεμπεσεῖται τῶν ἡμετέρων, κἂν ὅτι μάλιστα χωρίσας ἑαυτὸν τῶν ὁρωμένων ὁ νοῦς, καὶ καθ' ἑαυτὸν γενόμενος, προσβάλλειν ἐπιχειρῇ τοῖς συγγενέσι καὶ ἀοράτοις. γνώσῃ δὲ οὕτως.

A potest, ut quispiam, quamlibet gressum urgeat, umbram suam prætereat, (quantùm enim eam assequeris, tantùm etiam illa semper antevertit;) aut oculus rebus in aspectum cadentibus citra intermediam lucem & aërem conjungatur, aut pisces extra aquas natent; ita etiam impossibile est iis, qui corporibus inclusi sunt, sine corporearum ac sensibilium rerum adminiculo, rebus iis, quæ animo ac ratione intelliguntur, omninò conjungi. Semper enim obiter sensibile aliquid rerum nostrarum incidit, quantumvis maximè nostra mens ab iis rebus, B quæ in aspectum cadunt, abstracta, atque in seipsam collecta, res cognatas, & oculorum aciem fugientes assequi ac percipere contenderit. Quod quidem ita tibi clarum ac dilucidum erit.

Sensibilibus rebus, mens ad intellectuales evehitur.

ιγ. Οὐ πνεῦμα, καὶ πῦρ, καὶ φῶς, ἀγάπη τε καὶ ζοφία, καὶ δικαιοσύνη, b καὶ νοῦς, καὶ λόγος, b καὶ τὰ τοιαῦτα, αἱ προσηγορίαι τῆς προτης φύσεως; τί οὖν; ἢ πνεῦμα νοήσεις δίχα φορᾶς ⁊ χύσεως; ἢ πῦρ ἔξω τῆς ὕλης, καὶ τῆς ἄνω φορᾶς, καὶ τοῦ ἰδίου χρώματός τε καὶ σχήματος; ἢ φῶς οὐκ ἀέρι σύγκρατόν τε καὶ ἄφετον τοῦ οἷον γεννῶντός τε καὶ φωτίζοντος; νοῦν δὲ τίνα; μὴ τὸν ἐν ἄλλῳ, καὶ οὗ κινήματα τὰ διανοήματα, ἠρεμοῦντα, ἢ προβαλλόμενα; λόγον δὲ, τίνα ὧδε τὸν ἡσυχάζοντα ἐν ἡμῖν, ἢ χεόμενον; οὐκοῦν γὰρ εἰπεῖν, λυόμενον. εἰ δὲ καὶ ζοφίαν, τίνα c ὧδε τὴν ἕξιν, ἢ τὴν c ἐν τοῖς θεωρήμασιν, εἴτε θείοις, εἴτε καὶ ἀνθρωπίνοις; δικαιοσύνην τε καὶ ἀγάπην, οὐ διαθέσεις ἐπαινουμένας; καὶ τὴν μὲν τῆς ἀδικίας, τὴν δὲ τοῦ μίσους ἀντίπαλον, ἐπιτεινομένας d τε καὶ d ἀνιεμένας, προσγινομένας τε καὶ ἀπογινομένας, καὶ ὅλως ποιούσας ἡμᾶς καὶ ἀλλοιούσας, ὥσπερ αἱ χρόαι τὰ ζώματα; ἢ δεῖ τούτων ἀποστάντας e ἡμᾶς, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ e θεῖον ἰδεῖν, ὡς οἷόν τε, μερικήν τινα φαντασίαν ἐκ τῶν εἰκασμάτων συλλεγομένους; τίς οὖν f ἡ f μηχανὴ ἐκ τούτων τε, καὶ μὴ ταῦτα; ἢ πῶς ταῦτα πάντα, καὶ τελείως ἕκαστον, g g τὸ ἓν τῇ φύσει ἀσύνθετον καὶ ἀνείκαστον; οὕτω κάμνει ἐκβῆναι τὰ ζωματικὰ ὁ ἡμέτερος νοῦς, καὶ γυμνοῖς ὁμιλῆσαι τοῖς ἀσωμάτοις, ἕως σκοπεῖ μετὰ τῆς ἰδίας

XIII. Nonne Spiritus, & Ignis, & Lux, & Charitas, & Sapientia, & Justitia, & Mens, & Verbum, atque similia, principis illius naturæ sunt nomina? Quid igitur? An spiritum animo concipies, qui motûs ac diffusionis expers sit? An ignem, qui C materiâ careat, sursúmque non feratur, nec proprio colore ac figurâ præditus sit? An lucem nullo aëre permixtam, atque à suo quasi parente eamque effundente segregatam? Jam mentem, quam tandem intelliges? An non eam, quæ in alio est, cujusque motus cogitationes sunt, vel tacitæ, vel sese proferentes? Quod item verbum? An non illud, quod vel in nobis quiescit, vel diffunditur? Vereor enim dicere, solvitur. Quam porrò sapientiam, præter eam, quæ habitus est, atque, vel in divinis, vel in humanis rebus contemplandis versatur? Quam porrò justitiam & charitatem? Nonne præclaras & cum laude D conjunctas affectiones, (quarum altera injustitiæ, altera odio adversetur,) nunc sese intendentes, nunc remittentes; nunc accedentes, nunc decedentes, ac certâ omninò qualitate nos afficientes, & immutantes, haud secùs ac colores corpora? An potiùs nobis faciendum est, ut ab his abscedamus, ac numen ipsum sejunctim, quoad ejus fieri potest, perspiciamus, particularem quandam speciem ex simulacris colligentes? E Quænam igitur est hæc molitio, quæ & ex his velut confletur, & tamen hæc non sit? Aut quomodò id, quod unum est, ac suaptè naturâ compositionis expers, nec ullis rerum simulacris adumbrari potest, hæc omnia & horum unumquodque perfectè fuerit? Ita mens nostra languet ac fatiscit, dùm è corporeis & sensibilibus rebus excedere,

Allegorica Dei nomina.

Languet humana mens, cùm ad incorporea absque adminiculo sese efferre studet.

(a) Σώματι. Reg. bm. σώμασι.

(b) Καὶ τὰ τοιαῦτα &c. Bill. *Atque aliis natura nuncupatur?* In prima autem ed. *Atque hujusmodi nominibus divina natura appellatur?*

(c) Ἐν τοῖς θεωρήμασιν. Reg. a. ἐν τοῖς νοήμασι καὶ θεωρήμασιν, *in cogitationibus & contemplationibus.*

(d) Ἀνιεμένας. Coisl. 1. aliique, ἀνειμένας.

(e) Θεῖον. Duo Regg. tres Colb. Coisl. 1. & Or. 1. addunt, ἐκ τέτων.

(f) Μηχανή. Schol. ἐκ τέτων μὲν φανταζόμεθα τὴν θείαν φύσιν, ἃ ταῦτα δὲ ἐστὶν ἡ θεία φύσις. *Ex his divinam naturam effingimus, quæ tamen divina natura minimè sit.*

(g) Τὸ ἕν. Sic Reg. bm. Sic etiam legit Billius. In Ed. τὸ ἐν.

atque incorporeis citra ullius rei interventum jungi ſtudet, quandiù cum ſua infirmitate, ea, quæ ipſius vires ſuperant, ſpeculatur. Etenim Deum, ac principem illam cauſam, natura quidem omnis rationis particeps appetit; ut autem eam aſſequatur, ob eas, quas dixi, cauſas, vires deficiunt. Languens autem deſiderio, ac malè omninò affecta, ægerriméque hoc damnum ferens, ſecundam, ut dici ſolet, navigationem init, ut ſcilicet, vel ad res eas, quæ ſub oculorum ſenſum cadunt, oculos flectat, ac quampiam earum pro numine colat, peſſimo utique conſilio labens; (quid enim in omnibus rebus, quæ oculis cernuntur, eo, à quo cernuntur, excelſius & divinius eſt, ut illud adoretur, hoc verò adoret?) Vel per aſpectabilium rerum pulchritudinem & ordinem, Dei cognitionem aſſequatur, atque ad ea percipienda, quæ oculorum obtutum fugiunt, ducibus oculis utatur, non autem per earum rerum, quæ oculis ſubjectæ ſunt, magnificentiam, Dei jacturam faciat.

Natura omnis ratione prædita Deum appetit.

Idololatriæ origo.

ἀσθενείας τὰ ὑπὲρ δύναμιν. ἐπεὶ ἐφίεται μὲν πᾶσα λογικὴ φύσις Θεοῦ, καὶ τῆς πρώτης αἰτίας· καταλαβεῖν δὲ ἀδυνατεῖ, δι' ἃς εἶπον αἰτίας. κάμνουσα δὲ τῷ πόθῳ, καὶ οἷον [a]σφαδάζουσα, καὶ τὴν ζημίαν οὐ [a] φέρουσα, [b]δεύτερον ποιεῖται πλοῦν, ἢ [b] πρὸς τὰ ὁρώμενα βλέψαι, καὶ τούτων τι ποιῆσαι Θεὸν, κακῶς εἰδυῖα· τί γὰρ τῶν ὁρατῶν τοῦ ὁρῶντος, καὶ πόσον ἐστὶν ὑψηλότερόν τε καὶ θεοειδέστερον, ἵν' ᾖ τὸ μὲν προσκυνοῦν, τὸ δὲ προσκυνούμενον; [c]ἢ διὰ τοῦ κάλλους τῶν ὁρωμένων καὶ τῆς [c] εὐταξίας, Θεὸν γνωρίσαι, καὶ ὁδηγῷ τῇ ὄψει, τῶν ὑπὲρ τὴν ὄψιν χρήσασθαι, ἀλλὰ μὴ ζημιωθῆναι Θεὸν διὰ τῆς μεγαλοπρεπείας τῶν ὁρωμένων.

Alii coluerunt ſolem, lunam, ſtellas, cœlum ipſum.

Alii, terram, aquam, aërem, ignem.

Alii, pulcherrima quæque.

Alii, imagines propinquorum, aut etiam alienorum.

Alii ſummam poteſtatem, corporis robur, ac formæ venuſtatem.

XIV. Hinc alii Solem, alii Lunam, alii ſiderum multitudinem, alii cœlum quoque ipſum unà cum illis, quibus pro motûs qualitate vel quantitate mundi gubernationem adminiſtrationémque tribuerunt; alii rursùs propter neceſſarium uſum, terram, aquam, aërem, ignem, quòd his ſublatis humanæ vitæ incolumitas conſtare non poſſit; alii denique quidquid ex rebus aſpectabilibus temerè ipſis occurrit, coluerunt, pulcherrima quæque eorum, quæ cernebant, pro Diis ſibi conſtituentes. Nec defuerunt, qui ſtatuas ac figmenta divinis honoribus affecerint, primùm quidem propinquorum & neceſſariorum, ii videlicet, qui vehementiori luctu afflictabantur, corporeíſque rebus addictiores erant, atque homines vitâ functos monumentorum honore proſequebantur: pòſt autem alienorum quoque, nempè ii, qui multis poſt eos ſæculis extiterunt, ignoratione videlicet primæ illius naturæ, ac ſerie per manus ipſis à majoribus traditi cultûs, quaſi juſti & neceſſarii. Conſuetudo enim, temporis longinquitate confimata, pro lege habita eſt. Nonnullos etiam fuiſſe arbitror, qui ſummam alicujus poteſtatem omni obſervantiâ colentes, & corporis robur laudibus efferentes, ac formæ venuſtatem admirantes, eum tandem, quem honorabant, in Deorum numerum adſcripſerint, ad hujuſmodi impoſturæ ſubſidium & patrocinium, fabulas quaſdam aſſumentes.

ιδ'. Ἐντεῦθεν οἱ μὲν Ἥλιον, οἱ δὲ Σελήνην, οἱ δὲ ἀστέρων πλῆθος, οἱ δὲ οὐρανὸν αὐτὸν ἅμα τούτοις, οἷς καὶ τὸ πᾶν ἄγειν δεδώκασι κατὰ τὸ ποιὸν ἢ ποσὸν τῆς κινήσεως· οἱ δὲ τὰ στοιχεῖα, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ, διὰ τὸ χρειώδες, ὧν ἄνευ οὐδὲ συστῆναι δυνατὸν τὸν ἀνθρώπινον βίον· οἱ δὲ ὅτι τύχοιεν ἕκαστος τῶν ὁρατῶν ἐσεβάσθησαν, ὧν ἑώρων τὰ κάλλιστα Θεοὺς προστησάμενοι. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ εἰκόνας, καὶ πλάσματα, προῶτα μὲν τῶν οἰκείων, οἵ γε περιπαθέστεροι, καὶ σωματικώτεροι, καὶ τιμῶντες τοὺς ἀπελθόντας τοῖς ὑπομνήμασιν· ἔπειτα καὶ τῶν ξένων, οἱ μετ' ἐκείνους, καὶ μακρὰν ἀπ' ἐκείνων, ἀγνοίᾳ τῆς πρώτης φύσεως, καὶ ἀκολουθίᾳ τῆς παραδοθείσης τιμῆς, ὡς ἐννόμου καὶ ἀναγκαίας. ἐπειδὴ χρόνῳ τὸ ἔθος βεβαιωθὲν, [d]ἐνομίσθη νόμος. οἶμαι [d] δὲ καὶ [e]δυναστείαν τινὲς θεραπεύοντες, [e] καὶ ῥώμην ἐπαινέσαντες, καὶ κάλλος θαυμάσαντες, Θεὸν ἐποίησαν τῷ χρόνῳ τὸν τιμώμενον, [f]προσλαβόμενοί τινα καὶ [f] μῦθον τῆς [g]ἐξαπάτης ἐπίκουρον. [g]

(a) Σφαδάζουσα. Schol. *χαλεπῶς φέρουσα. Deſiderio acriùs ſtimulata, & ſui impos, quaſi exæſtuans.* Coisl. 1. παναργεύουσα.

(b) Δεύτερον ποιεῖται πλοῦν. *Secundam navigationem init.* Id proverbio dicitur, cùm quis ad ſumma pertingere non valens, proxima conſectatur. *Quemadmodùm*, inquit Billius, *qui mari iter faciunt, cùm eum, quem maximè optant, nequeunt, proximum illi tamen, quanquam non adeò commodum, curſum tenere conantur.*

(c) Ἢ διὰ τοῦ κάλλους &c. Id eſt, *ob eximiam pulchritudinem elegantiſſimumque rerum ſenſibilium ordinem, divinitatem rebus ipſis ſenſibilibus tribuat, ac ita Deum amittat.*

(d) Ἐνομίσθη νόμος. Comb. νόμος ἐγένετο.

(e) Δυναστείαν. Sic duo Regg. tres Colb. Coisl. 1. Or. 1. & Par. In Ed. δυνασλείας.

(f) Προσλαβόμενοι. Comb. προσλαβόντες.

(g) Ἐξαπάτης. Coisl. 1. ἐξαπατήσεως.

ις. Οἱ ἐμπαθέστεροι δὲ αὐτῶν καὶ τὰ A
[a] πάθη Θεοὺς ἐνόμισαν, ἢ [a] Θεοὺς ἐτίμησαν,
θυμὸν, καὶ μιαιφονίαν, καὶ ἀσέλγειαν, καὶ
μέθην, καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι ἄλλο τῶν τούτοις
ὡδαπλησίων, οὐ καλὴν, οὐδὲ δικαίαν
ταύτην ἀπολογίαν εὑράμενοι τῶν οἰκείων
[b] ἁμαρτημάτων. [b] καὶ τοὺς μὲν ἀφῆκαν κάτω,
[c] τοὺς δὲ ὑπὸ γῆν [c] ἔκρυψαν, τοῦτο συνετῶς
[d] μόνον, τοὺς δὲ ἀνήγαγον εἰς [d] τὸν οὐρανόν.
ὦ τῆς γελοίας κληροδοσίας· εἶτα ἑκάστῳ
τῶν πλασμάτων ὄνομά τι Θεῶν ἢ δαιμόνων B
ἐπιφημίσαντες, κατὰ τὴν ἐξουσίαν καὶ
αὐτονομίαν τῆς πλάνης, καὶ ἀγάλματα
ἱδρυσάμενοι, ὧν καὶ τὸ πολυτελὲς δέλεαρ.
[e] αἵμασί τε καὶ κνίσαις, [e] ἔστι δὲ οἵ γε, ᾗ
φαύλοις λίαν αἰσχραῖς, μανίαις τε καὶ
[f] ἀνθρωποκτονίαις [f] τιμᾷν τούτους ἐνόμισαν.
τοιαύτας γὰρ ἔπρεπεν εἶναι Θεῶν τοιούτων
[g] καὶ τὰς τιμάς. ἤδη δὲ καὶ [g] κνωδάλοις, ᾗ
τετραπόδοις, ᾗ ἑρπετοῖς, καὶ τούτων τοῖς
αἰσχίστοις τε καὶ γελοιοτάτοις ἑαυτοὺς C
καθύβρισαν, καὶ τούτοις φέροντες τὴν τοῦ
Θεοῦ δόξαν πεπλήθηκαν· ὡς μὴ ῥᾴδιον εἶναι
[h] κρῖναι, [h] πότερον δεῖ καταφρονεῖν μᾶλλον,
τῶν προσκυνούντων, ἢ τῶν προσκυνουμένων.
τάχα δὲ καὶ πολὺ πλέον τῶν λατρευόντων,
ὅτι λογικῆς ὄντες φύσεως, καὶ χάριν
Θεοῦ δεξάμενοι, τὸ χεῖρον ὡς ἄμεινον
[i] [i] προεστήσαντο. καὶ τοῦτο τοῦ πονηροῦ τὸ
σόφισμα τῷ καλῷ καταχρησαμένου πρὸς
τὸ κακὸν, οἷα τὰ πολλὰ τῶν ἐκείνου D
κακουργημάτων. παραλαβὼν γὰρ αὐτῶν τὸν
[k] πόθον [k] πλανώμενον κατὰ Θεοῦ ζήτησιν,
[l] ἵν' [l] εἰς ἑαυτὸν περισπάσῃ τὸ κράτος, καὶ
κλέψῃ τὴν ἔφεσιν, ὥσπερ τυφλὸν χειραγωγῶν ὁδοῦ τινος ἐφιέμενον, ἄλλους ἀλλαχοῦ
κατεκρήμνισε, καὶ διέσπειρεν εἰς ἕν τι
[m] θανάτου καὶ [m] ἀπολείας βάραθρον.

XV. Jam vitioſiſſimi quique vitia ipſa fœdóſque affectus Deos eſſe cenſuerunt, aut certè ſub Deorum nomine coluerunt, iram nimirùm, cædem, libidinem, temulentiam, & cætera ejus generis, non æquam, nec honeſtam hanc ſcelerum ſuorum excuſationem nacti. Atque eos partim in terra reliquerunt, partim infra terram occultarunt, hoc unum ſatis conſultè, partim in cœlum evexerunt: ô ridiculam hæreditatis partitionem! Ac deindè pro erroris libertate & licentia, figmento cuique nomen aliquod, vel Deorum, vel Dæmonum indiderunt, ſtatuáſque inſuper erexerunt, eáſque adeò magnificas & excellentes, ut pretio ipſo vulgi animos ineſcarent. Ad hæc per cruores, & carnium nidores, quidam etiam per actiones inprimis fœdas, hoc eſt, furores ac cædes, hujuſmodi numina ritè coli exiſtimarunt. Tales quippè talibus Diis honores haberi conveniebat. Eò etiam amentiæ quidam proruperunt, ut *colendis avibus, & quadrupedibus, & reptilibus*, atque horum turpiſſimis quibúſque maximéque ridiculis, ſeipſos contumeliâ afficerent, iíſque Dei gloriam attribuerunt: ut non ſit facile conſtituere, utri magis contemnendi ſint, iíne qui adorabant, an qui adorabantur. Fortaſsè verò multò majori contemptu atque ignominiâ digni erant, qui res hujuſmodi adorabant; quoniam, cùm naturâ ratione præditâ ornati eſſent, Deique gratiam accepiſſent, deterius meliori prætulerunt. Atque hæc fuit pravi illius calliditas & impoſtura, re bonâ ad malum abutentis; qualia ſunt pleráque illius verſuta facinora. Nam cùm eorum cupiditatem ad Dei conquiſitionem oberrantem accepiſſet, ut principatum ad ſe transferret, ac deſiderium eorum eluderet, quaſi cœcum viæ cujuſdam cupiditate flagrantem manuducens, alios aliò præcipites egit, atque in unum quoddam mortis exitiique barathrum diſperſit.

Vitia ipſa pro Diis habita.

Fœda Gentilium ſacrificia.

Rom. 1. 23.

ις. Οὗτοι μὲν δὴ ταῦτα· ἡμᾶς δὲ
ὁ λόγος δεξάμενος ἐφιεμένους Θεοῦ, καὶ
μὴ ἀνεχομένους τὸ ἀνηγεμόνευτόν τε καὶ E
[n] ἀκυβέρνητον, εἶτα τοῖς ὁρωμένοις [n] προσβάλλων, καὶ τοῖς ἀπαρχῆς ἐντυγχάνων,
οὔτε μέχρι τούτων ἔστησεν. οὐ γὰρ ἦν
λόγου δοῦναι τὴν ἡγεμονίαν τοῖς ὁμοτί-

XVI. Atque hæc quidem illi. Nos autem Dei deſiderio flagrantes, atque animis ita comparatos, ut Univerſitatem hanc duce atque gubernatore carere nullo modo admittere queamus, ratio excipiens, ac deindè in res oculis ſubjectas intuens, atque adeò ea, quæ ab initio condita ſunt, conſiderans, ne hîc qui-

Deus, per ea quæ facta ſunt, cognoſci poteſt.

(a) Θεὸς. Deeſt in Or. 1. In Ed. Θεοῖς.
(b) Καὶ τοὺς μὲν ἀφῆκαν κάτω &c. Alludit Gregorius ad fabuloſam partitionem, quâ cœlum Jovi, mare Neptuno, inferorum regnum Plutoni in ſortem ceſſiſſe finxit antiquitas.
(c) Ἔκρυψαν. Reg. Cypr. ἀπέῤῥιψαν, *abjecerunt.*
(d) Τὸν οὐρανόν. Deeſt τόν in Or. 1.
(e) Ἔστι δὲ οἵ γε. Colb. 1. & Comb. ἔσθι δὲ ὅτε.
(f) Τιμᾷν τούτους. Sic Reg. Cypr. In Ed. τοῦτο τιμᾷν.
(g) Κνωδάλοις. Elias *aves* intelligit. Budæus, *feras* tam terreſtres, quàm aquaticas & aërias.
(h) Πότερον. Coisl. 1. & tres Colb. ποτέραν.
(i) Προεστήσαντο. Reg. Cypr. προετιμήσαντο.
(k) Πλανώμενον. Coisl. 1. πλαναμένων.
(l) Εἰς ἑαυτόν. Sic duo Regg. tres Colb. Coisl. 1. & 3. Comb. In Ed. εἰς ἑαυτήν.
(m) Ἀπολείας. Colb. 1. & Or. 1. ἀπωλείας.
(n) Προσβάλλων. Reg. a. & Or. 1. προβαλών.

dem gradum fixit. Neque enim rationis erat, iis, quæ, quantùm ad ſenſum, pari nobiſcum conditione ſunt, principatum dare. Quin potiùs eorum ope atque adjumento nos ad id, quod his ſuperius eſt, cujuſque beneficio hæc ſunt, ducit. Quid enim tandem illud eſt, quod cœleſtia & terreſtria, quæque, vel per aërem, vel per aquam feruntur, vel potiùs ea, quæ his priora ſunt, cœlum, terram, aërem, aquam certo ordine collocavit? Quis hæc miſcuit ac ſejunxit? Quæ mutua horum ſocietas naturæque cognatio & conſpiratio? Hoc enim dictum, licèt hominis à religione noſtra alieni, mihi magnoperè probatur: *Quis motum his attulit, ac perpetuo minimèque impedito curſu ea moderatur?* An non eorum artifex, & qui rebus omnibus rationem eam indidit, quâ Univerſum fertur & gubernatur? Quis porrò horum artifex? An non is, qui hæc procreavit, atque in rerum naturam produxit? Neque enim proculdubiò caſui fortunæque hæc vis & facultas adſcribenda eſt. Ut enim hoc demus, caſu omnia extitiſſe, cui tandem eorum conſtitutio ac diſpoſitio tribuenda erit? Atque ut hoc quoque ipſum, ſi ita lubet, caſui concedamus, cujuſnam, quæſo, fuerit, hæc, juxta eas rationes, quibus primùm creata ſunt, tueri atque conſervare? Alteriúſne cujuſpiam, an casûs? Alterius profectò, non casûs. Hoc autem quid tandem aliud eſſe queat, quàm Deus? Sic ratio, quæ ex Deo eſt, & cunctis inſita, & prima in pectoribus noſtris condita lex, cunctíſque mortalibus innexa, nos ab iis rebus, quæ oculis cernuntur, ad Deum ſubvexit. Ac proindè hoc pacto rursùs exordiamur.

Plato.

Deus cunctarum rerum artifex.

Dei naturam & eſſentiam nemo novit.

XVII. Quid tandem Deus naturâ ſuâ & eſſentiâ ſit, nec hominum quiſquam unquam invenit, nec invenire poteſt. An verò aliquandò ſit inventurus, quærat hoc qui volet, ac perſcrutetur. Meâ quidem ſententiâ, tum demùm hoc inveniet, cùm deiforme hoc atque divinum, id eſt, mens noſtra, & ratio cum natura cognata conjuncta fuerit, & imago ad exemplar illud ſuum, cujus nunc deſiderio tangitur, aſcenderit. Atque illud mihi eſſe videtur, quod primarium philoſophiæ caput eſt, nempè nos aliquandò *tantùm cognituros, quantùm cogniti ſumus.* At in hac mortali vita quidquid ad nos uſque pertingit, aliud nihil eſt, quàm exiguus quidam rivulus, ac velut

I. Cor. XIII. 12.

μοις [a] κατὰ τὴν αἴσθησιν. καὶ δὴ τού- a
των ἄγει πρὸς τὸ ὑπὲρ ταῦτα, καὶ
[b] δι' οὗ τούτοις τὸ εἶναι περίεστιν. τί b
γὰρ τὸ τάξαν τὰ [c] οὐράνιά τε καὶ τὰ c
ἐπίγεια, ὅσα τε δι' ἀέρος, καὶ ὅσα καθ'
ὕδατος, μᾶλλον δὲ τὰ πρὸ τούτων,
οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, καὶ φύσιν
ὕδατος; τίς ταῦτα ἔμιξε καὶ ἐμέρισεν;
[d] τίς κοινωνία τούτων πρὸς ἄλληλα, καὶ d
συμφυΐα, καὶ σύμπνοια; ἐπαινῶ γὰρ [e] τὸν e
εἰρηκότα, κἂν ἀλλότριος ᾖ. [f] τί τὸ ταῦτα f
κεκινηκὸς, [g] καὶ ἄγον τὴν ἄληκτον φορὰν g
καὶ ἀκώλυτον; ἆρ' οὐχ ὁ τεχνίτης τούτων,
καὶ πᾶσι λόγον ἐνθεὶς, καθ' ὃν τὸ πᾶν
φέρεταί τε καὶ διεξάγεται; τίς δὲ ὁ
τεχνίτης τούτων; ἆρ' οὐχ [h] ὁ πεποιηκὼς h
ταῦτα, καὶ [i] εἰς τὸ εἶναι παραγαγών; οὐ i
γὰρ δὴ τῷ αὐτομάτῳ δοτέον τοσαύτην
δύναμιν. ἔστω γὰρ τὸ γενέσθαι τοῦ αὐ-
τομάτου, τίνος τὸ τάξαι; καὶ τοῦτο,
εἰ δοκεῖ, δῶμεν, τίνος τὸ τηρῆσαι καὶ
φυλάξαι καθ' οὓς πρῶτον ὑπέστη λόγους;
ἑτέρου τινὸς, ἢ τοῦ αὐτομάτου; ἑτέρου
δηλαδὴ πρὸ τὸ αὐτόματον. τοῦτο δὲ τί
ποτε ἄλλο πλὴν Θεός; οὕτως ὁ ἐκ Θεοῦ
λόγος καὶ πᾶσι σύμφυτος, καὶ πρῶτος [k] ἐν k
ἡμῖν νόμος καὶ πᾶσι συνημμένος, ἐπὶ Θεὸν
ἡμᾶς ἀνήγαγεν ἐκ τῶν ὁρωμένων. καὶ δὴ
[l] λέγωμεν δεξάμενοι πάλιν. l

D

ιζ. Θεὸν, ὅτι ποτε μέν ἐστι τὴν φύσιν
καὶ τὴν οὐσίαν, οὔτέ τις εὗρεν ἀνθρώπων
πώποτε, [m] οὔτε μὴν εὑρῇ. ἀλλ' εἰ μὲν m
εὑρήσει ποτὲ, ζητείσθω τοῦτο, καὶ φιλοσο-
φείσθω πρὸς τῶν βουλομένων. εὑρήσει
δὲ, [n] ὡς ἐμὸς λόγος, ἐπειδὰν τὸ θεοειδὲς n
τοῦτο καὶ θεῖον, λέγω δὲ τὸν ἡμέτερον
νοῦν τε καὶ λόγον, πρὸς [o] οἰκείῳ προσμίξῃ, o
καὶ ἡ εἰκὼν ἀνέλθῃ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον,
οὗ νῦν ἔχει τὴν ἔφεσιν. καὶ τοῦτο εἶναί μοι E
δοκεῖ τὸ πάνυ φιλοσοφούμενον, ἐπιγνώσε-
σθαί ποτε ἡμᾶς, ὅσον ἐγνώσμεθα. [p] τὸ P
δὲ νῦν εἶναι βραχεῖα τις ἀπορροὴ, πᾶν

(a) Κατὰ τὴν αἴσθησιν. *Quantùm ad ſenſum.* Schol. ἢ κατὰ τὸν νῶν. *Non quantùm ad mentem.*
(b) Δι' ἧς. *Cujus.* Schol. τῇ Θεῷ, *Dei.*
(c) Οὐράνιά τε. Deeſt τε in duobus Regg. & Or. 1.
(d) Τίς. Duo Regg. addunt ἡ.
(e) Τὸν εἰρηκότα. Schol. τὸν Πλάτωνα, *Platonem.* Quod veriſimilius quidem dictum videtur de iſto Philoſopho, quàm de Oppiano, ut vult Billius in notis.
(f) Τί τὸ ταῦτα... καὶ ἀκώλυτον. Hæc in Coisl. 3. ad marg. adſcribuntur Platoni.
(g) Καὶ ἄγον &c. Reg. Cypr. habet: καὶ ὑπὸ τὴν ἄληκτον φορὰν καὶ ἀκώλυτον ἄγαγον.
(h) Ο πεποιηκώς. Sic tres Colb. Or. 1. & Par. in Ed. ὁ πεποιηκός.
(i) Εἰς τὸ εἶναι. Par. εἰς τὸ ἓν.
(k) Εν ἡμῖν. Sic Or. 1. In Ed. ἐν ὑμῖν.
(l) Λέγωμεν. Sic Comb. In Ed. λέγομεν.
(m) Οὔτε μήν. Reg. bm. Or. 1. Baſ. ὥστε μή.
(n) Ως ἐμὸς. Duo Regg. & Or. 1. ὡς ὁ ἐμός.
(o) Οἰκείῳ. Sic Reg. bm. Coisl. 3. &c. *cum Deo.* Etenim homo, cùm ſit ad imaginem Dei creatus, Deo quodam cognationis jure eſt conjunctus. In Ed. οἰσίᾳ.
(p) Τὸ δὲ νῦν εἶναι. Coisl. 3. & tres Colb. τὸ δὲ νῦν γνῶναι. *Quod autem nunc cognoſcimus* &c.

τὸ εἰς

τὸ εἰς ἡμᾶς φθάνον, καὶ οἷον μεγάλου A φωτὸς μικρὸν ἀπαύγασμα. ὥστε καὶ εἴ τις ἔγνω Θεὸν, ἢ ἐγνωκέναι μεμαρτύρηται, τοσοῦτον ἔγνω, ὅσον ἄλλου μὴ τὸ ἴσον ἑλλαμφθέντος φανῆναι φωτοειδέστερος. καὶ τὸ ὑπερβάλλον, τέλειον ἐνομίσθη, οὐ τῇ ἀληθείᾳ, τῇ δὲ τοῦ πλησίον δυνάμει συμμετρούμενον.

parvus magnæ lucis radius. Quamobrem ſi quis Deum cognovit, aut, Scripturâ teſte, cognoviſſe dicitur, eatenùs cognoviſſe cenſendus eſt, quatenùs uberioris ſplendoris particeps ſit, quàm qui minùs luminis divinitùs accepit. Ita exſuperantia hæc, perfecta cognitio exiſtimata eſt, non ad rei ipſius veritatem, ſed ad aliorum modulum & facultatem perpenſa. Modus quo Patriarchæ Deum cognoverunt.

ιη. Διὰ τοῦτο Ενὼς μὲν ἤλπισεν [a]ἐπικαλεῖσθαι τὸν Κύριον· ἐλπὶς τὸ κατορθούμενον ἦν, καὶ τοῦτο οὐ γνώσεως, ἀλλ' ἐπικλήσεως. B Ενὼχ δὲ μετετέθη μὲν, οὔπω δὲ δῆλον, εἰ Θεοῦ φύσιν περιλαβὼν, ἢ περιληφόμενος. τοῦ δὲ Νῶε, καλὸν ἡ εὐαρέστησις, τοῦ καὶ κόσμον ὅλον ἐξ ὑδάτων διασώσασθαι πιστευθέντος, ἢ κόσμου σπέρματα, ξύλῳ b μικρῷ [b]φεύγοντι τὴν ἐπίκλυσιν. Αβραὰμ δὲ ἐδικαιώθη μὲν ἐκ πίστεως, ὁ μέγας Πατριάρχης, καὶ θύει θυσίαν ξένην, καὶ τῆς μεγάλης ἀντίτυπον· Θεὸν δὲ οὐχ ὡς Θεὸν εἶδεν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον ἔθρεψε, C καὶ ἐπηνέθη, σεβασθεὶς ὅσον κατέλαβεν. Ιακὼβ δὲ κλίμακα μὲν ὑψηλὴν ἐφαντάσθη τινὰ, καὶ Αγγέλων ἄνοδον, καὶ στήλην ἀλείφει μυστικῶς, ἴσως ἵνα τὸν ὑπὲρ c ἡμῶν ἀλειφέντα λίθον παραδηλώσῃ, [c]καὶ οἶκος Θεοῦ τόπῳ τινὶ προσηγορίαν δίδωσιν, εἰς τιμὴν τοῦ ὀφθέντος, καὶ ὡς ἀνθρώπῳ τῷ Θεῷ προσπαλαίει, ἤ τίς ποτε ἐστὶν ἢ πάλη Θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον, ἢ τάχα τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς πρὸς Θεὸν ἀντέξ- D έτασις, καὶ σύμβολα τῆς πάλης ἐπὶ τοῦ σώματος φέρει, τὴν ἧτταν παραδεικνύντα d τῆς [d]γεννητῆς φύσεως, καὶ ἆθλον εὐσεβείας τὴν μεταβολὴν τῆς προσηγορίας λαμβάνει, μετονομασθεὶς, ἀντὶ Ιακὼβ, Ισραὴλ, τοῦτο δὴ τὸ μέγα καὶ τίμιον ὄνομα· ἐκεῖνο δὲ, οὔτε αὐτὸς, οὔτέ τις ὑπὲρ αὐτὸν μέχρι σήμερον ἐκαυχήσατο τῶν δώδεκα φυλῶν, ὧν Πατὴρ ἦν, ὅτι Θεοῦ φύσιν, ἢ e ὄψιν ὅλην [e]ἐχώρησεν. E

XVIII. Quocirca Enos quidem ſpem habuit fore ut *Dominum invocaret :* ubi vides ſpem duntaxat in eo laudari, eámque non cognitionis, ſed invocationis. Enoch autem, quamvis *tranſlatus fuerit*, nondùm tamen conſtat, an Dei naturam comprehenderit, aut comprehenſurus ſit. Jam Noë, cui *orbis univerſi ab aquarum periculo conſervandi cura* credita eſt, vel potiùs orbis ſemina commiſſa, exiguo ligno diluvium fugientia, hinc ſolùm laudem conſecutus eſt, quòd Deo gratus & acceptus fuiſſet. Magnus porrò ille Patriarcha Abraham, *ex fide quidem juſtificatus eſt*, ac novam & inauditam victimam, magnæque illius figuram gerentem, obtulit : at Deum non ut Deum conſpexit, ſed ut hominem aluit ; ac proindè laudatus eſt, quòd, quantùm percepit, tantùm quoque veneratus eſt. Nam quid de Jacob dicam, qui licèt *ſublimem quandam ſcalam, & aſcendentes Angelos in ſomnis conſpicatus ſit*, ac columnam non ſine myſterio quodam unxerit, (fortaſsè ut lapidem ſalutis noſtræ causâ unctum ſignificaret,) atque in ejus, quem conſpexerat, honorem, loco cuidam *domus Dei* cognomentum impoſuerit, ac cum Deo quaſi cum homine luctam inierit, quæcunque tandem illa Dei cum homine lucta eſſe queat. His enim verbis fortaſsè nihil aliud indicatur, quàm humanæ virtutis cum divina comparatio, luctæque ſigna, quæ creatam naturam victam eſſe oſtenderent, in corpore tulerit, ac denique pro pietatis præmio nominis commutationem acceperit, pro Jacob nimirùm, magno illo & eximio Iſraëlis nomine nuncupatus ; hoc tamen nec ipſe, nec quiſquam eo ſublimior, ad hunc uſque diem in omnibus duodecim tribubus, quarum pater extitit, gloriari magnificéque prædicare potuit, ſe totam Dei naturam animo percepiſſe. Enos. Gen. IV. 26. Enoch. Gen. V. 24. Noë. Gen. VI. 8. Abraham. Gen. XV. 6. Rom. IV. 3. Gen. XVIII. 2. & ſeq. Jacob. Gen. XXVIII. 12.

ιθ. Ηλίᾳ δὲ, οὔτε πνεῦμα βίαιον, οὔτε πῦρ, οὔτε συσεισμὸς, ὡς τῆς ἱστορίας

XIX. Nec verò Eliæ, vel *ſpiritus vehemens*, vel *ignis*, vel *terræ concuſſio*, ut Elias.

(a) Επικαλεῖσθαι. Vocem hanc in activa ſignificatione accepit Billius. Alii, poſt Theodoretum, in paſſiva accipiunt, & vertunt : *Speravit fore ut Dominus invocaretur.*

(b) Φεύγοντι. Savil. & Comb. διαφυγόντα. In aliis, διαφύγοντι.

(c) Καὶ οἶκος Θεοῦ. *Domus Dei.* Regg. a. bm. duo Colb. & Or. 1. εἶδος Θεοῦ, *facies Dei.* Fatetur Billius in notis ſe in priori editione ſic vertiſſe auctoritate codicum; neque hanc lectionem improbandam judicat. Sed in ſecunda ed. prætulit cum Elia, οἶκος Θεοῦ, *domus Dei*, quòd *Gregorii verba, de loci nuncupatione, Jacobi cum Angelo luctam præcedant.* Si lectionem οἶκος Θεοῦ prætuleris, lege Gen. XXVIII. 12. 17. & 19. Sin alteram εἶδος Θεοῦ, lege Gen. XXXII. 24. 30. Si aperiendum ſit quid hac de re ſentiamus, aptior nobis videtur lectio *facies Dei*, quàm *domus Dei*, quia hîc præcipuè de viſione Dei diſputatur.

(d) Γεννητῆς. Reg. Cypr. γενητῆς.

(e) Εχώρησεν. Non benè Bill. *oculis uſurpaſſe ;* nec meliùs Leuv. *aſpiciendo* percepiſſe, quaſi natura divina res eſſet *oculis* & *aſpectui* ſubjecta.

historiæ sacræ monumentis proditum est, sed *aura quædam tenuis* Dei præsentiam, non autem naturam ipsam, adumbravit. Ipsum Eliam dico, quem *igneus quoque currus* in cœlum evexit, significans, ut opinor, singularem quandam hominis virtutem, atque humanum fastigium excedentem. Quid? Non te judex ille Manue, ac Petrus Apostolus, admiratione afficiunt? Quorum alter ne conspectum quidem Dei, per imaginem ipsi obversantis, ferre poterat, ac proindè dicebat: *Periimus, uxor, Deum vidimus,* tanquam videlicet homines, ne divini quidem in imagine conspectûs, nedùm naturæ ipsius, capaces sint: alter conspicuum etiam Christum *in naviculam* admittere recusabat, atque ablegabat. Quod eò quoque mirabilius videri debet, quòd idem ad Christi agnitionem animi ardore alios anteibat, eóque nomine *beatus prædicatus est*, resque maximas in fidem accepit. Quid Isaiam, & Ezechielem rerum maximarum spectatorem, reliquosque Prophetas commemorem? Quorum alter *Dominum Sabbaoth* in gloriæ throno sedentem vidit, eúmque à Seraphim senis alis præditis in orbem cinctum ac laudatum & tectum, seque ipsum carbone perpurgatum, atque ad obeundum prophetiæ munus adornatum. Alter *vehiculum quoque Dei*, hoc est, Cherubinos describit, thronúmque ipsis excelsiorem, eóque sublimius firmamentum, atque insuper eum, qui in firmamento sese utcunque conspicandum præbebat, voceseque etiam quasdam, & impetus, atque actiones; idque, sive diurnum quoddam hoc spectrum, solis sanctissimis viris spectabile, sive minimè fallax noctis visio, sive prævia quædam mentis impressio, futura tanquam præsentia exhibens, sive arcanum quoddam aliud prophetiæ genus, dicere nequeo; novit hoc Prophetarum Deus, & qui hujusmodi afflatibus agitantur. Cæterùm neque hi, de quibus loquor, neque quisquam alius ejusdem ordinis, *in substantia* & essentia Domini, ut Scriptura loquitur, stetit, nec Dei naturam, aut vidit, aut aliis prodidit & patefecit.

III. Reg. XIX. 11. *& seq.*

IV. Reg. II. 11.

Manue judex, Petrus Apostolus.

Judic. XIII. 22.

Luc. V. 8.

Matth. XVI. 17.

Isaias & Ezechiel.

Isai. VI. 1.

Ezech. I. 4. *& seq.*

Jer. XXIII. 18.

XX. Quòd si Paulo ea, quæ *tertium cœlum*, atque ad illud usque progressio, vel ascensio, vel assumptio, exhibuit, mortalibus evulgare licuisset, ampliùs quid-

Paulus. *II. Cor.* XII. 2.

ἀκούεις, ἀλλ' ἡ αὔρα τὶς ὀλίγη τὴν τοῦ Θεοῦ παρουσίαν, καὶ ταῦτα, οὐ φύσιν ἐσκιαγράφησεν. Ἡλίᾳ τίνι, ὃν καὶ ἅρμα πυρὸς ἀνάγει πρὸς οὐρανὸν, δηλοῦν τοῦ δικαίου τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον. Μανωὲ δὲ τὸν κριτὴν πρότερον, καὶ Πέτρον τὸν μαθητὴν ὕστερον, πῶς οὐ τεθαύμακας; τὸν μὲν οὐδὲ ὄψιν φέροντα τοῦ φαντασθέντος Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο, ἀπολώλαμεν, ὦ γύναι, λέγοντα, Θεὸν ἑωράκαμεν, ὡς οὐ χωρητῆς οὔσης ἀνθρώποις, B ἐδὲ φαντασίας θείας, μὴ ὅτι γε φύσεως· τὸν δὲ καὶ τὸν φαινόμενον Χριστὸν τῷ πλοίῳ μὴ προσιέμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀποπεμπόμενον. καί τοί γε θερμότερος τῶν ἄλλων εἰς ἐπίγνωσιν Χριστοῦ Πέτρος, καὶ διὰ τοῦτο μακαριζόμενος, καὶ τὰ μέγιστα πιστευόμενος. τί δ' ἂν εἴποις περὶ Ησαΐου, καὶ Ιεζεχιὴλ τοῦ τῶν μεγίστων ἐπόπτου, καὶ τῶν λοιπῶν Προφητῶν; ὧν ὁ μὲν τὸν Κύριον [a] Σαββαὼθ εἶδε καθήμενον ἐπὶ a C θρόνου δόξης, καὶ τοῦτον ὑπὸ τῶν ἑξαπτερύγων Σεραφὶμ κυκλούμενον, ᾠ αἰνούμενον, καὶ [b] ἀποκρυπτόμενον, ἑαυτόν τε πῷ ἄνθρακι b καθαιρόμενον, καὶ πρὸς τὴν προφητείαν καταρτιζόμενον· ὁ δὲ καὶ τὸ ὄχημα τοῦ Θεοῦ, τὰ Χερουβὶμ διαγράφει, καὶ τὸν [c] ὑπὲρ αὐτῶν θρόνον, καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ c στερέωμα, καὶ τὸν ἐν τῷ στερεώματι φανταζόμενον, καὶ φωνάς δή τινας, καὶ ὁρμὰς, καὶ [d] πράξεις, καὶ ταῦτα, εἴτε d D φαντασία τὶς ἦν ἡμερινὴ, μόνοις θεωρητὴ τοῖς ἁγίοις, εἴτε νυκτὸς ἀψευδὴς ὄψις, εἴτε τοῦ ἡγεμονικοῦ τύπωσις [e] συγγενομένη e τοῖς μέλλουσιν ὡς παροῦσιν, εἴτέ τι ἄλλο προφητείας εἶδος ἀπόῤῥητον, ὐκ ἔχω λέγειν· ἀλλ' οἶδεν ὁ τῶν Προφητῶν Θεὸς, καὶ οἱ τὰ τοιαῦτα ἐνεργούμενοι. πλὴν οὔτε οὗτοι πρὸς ὧν ὁ λόγος, οὔτε τὶς ἄλλος τῶν [f] κατ' f αὐτοὺς, ἔστη [g] ἐν ὑποστήματι καὶ οὐσίᾳ g Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οὐδὲ Θεοῦ E φύσιν ἢ εἶδεν, ἢ ἐξηγόρευσεν.

κ. Παύλῳ δὲ, εἰ μὲν ἐκφορὰ ἦν ἅπερ [h] ἔσχεν ὁ τρίτος οὐρανὸς, καὶ ἡ μέχρις h ἐκείνου πρόοδος, ἢ ἀνάβασις, ἢ ἀνάληψις,

(a) Σαββαώθ. Reg. bm. & Or. 1. Σαβαώθ.

(b) Αποκρυπτόμενον. Colb. 1. & Or. 1. κρυπτόμενον.

(c) Υπὲρ αὐτῶν. Reg. Cypr. ὑπὲρ αὐτᾶ. Combef. putat legendum, ὑπὲρ αὐτό, nempè, ὄχημα, sicut & mox pro τὸ ὑπὲρ αὐτᾶ, censet scribendum, ὑπὲρ αὐτόν, scilicet, θρονον.

(d) Πράξεις. Par. τάξεις, *ordines.*

(e) Συγγενομένη. Or. 1. συγγενομένης.

(f) Κατ' αὐτούς. Duo Regg. & Or. 1. κατὰ τέτους.

(g) Εν ὑποστήματι. Vox est Jeremiæ XXIII. 18. cui subjungit Gregorius, καὶ οὐσίᾳ, explicationis causâ, quasi vox illa *essentiam*, sive *naturam Dei* significet; quod à vero sensu longiùs abest. Vox enim Hebræa Jeremiæ *consilium* sonat. Hinc Vulgata rectè reddit: *Quis enim adfuit consilio Domini?* Septuaginta & Theodotion interpretantur, *substantiam*, seu *substistentiam*; Aquila, *secretum*, & Symmachus, *sermonem.* Verùm voces ὑπόστημα & ὑπόστασις rectè verti possunt, *statio* & *confessus*, sicque propiùs accederent ad genuinum Hebraicæ vocis sensum.

(h) Εσχεν. Coisl. 3. πάρεσχεν, *exhibuit, suppeditavit.* Bill. *continet.*

τάχα ἄν τι θεοῦ πλέον ἔγνωμεν, εἴπερ τοῦτο ἦν τὸ τῆς ἁρπαγῆς μυστήριον. ἐπεὶ δὲ ἄρρητα ἦν, καὶ ἡμῖν σιωπῇ τιμάσθω. τοσοῦτον δὲ ἀκούσωμεν αὐτοῦ Παύλου λέγοντος· ὅτι ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν. ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁμολογεῖ ὁ μὴ ἰδιώτης τὴν γνῶσιν, ὁ δοκιμὴν ἀπειλῶν τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὁ μέγας τῆς ἀληθείας προ-
a ταγωνιστὴς, καὶ διδάσκαλος. [a] διὸ καὶ πᾶσαν τὴν κάτω γνῶσιν οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ἔσοπτρα καὶ
B τὰ αἰνίγματα τίθεται, ὡς ἐν μικροῖς τῆς ἀληθείας ἰσαμένην ἐνδάλμασιν. εἰ δὲ μὴ λίαν δοκῶ τισὶ φειτλὸς καὶ φείεργος τὰ τοιαῦτα ἐξετάζων, οὐδὲ ἄλλά τινα τυχὸν ἢ ταῦτα ἦν, ἃ μὴ δύνασθαι νῦν βασταχθῆναι, ὁ
b Λόγος αὐτὸς ὑπωνίασετο, [b] ὡς ποτε βασταχ-
c θησόμενα καὶ τρανωθησόμενα· [c] καὶ ἅπερ
d μηδ' ἂν αὐτὸν δυνηθῆναι χωρῆσαι [d] τὸν κόσμον,
e Ἰωάννης ὁ τοῦ Λόγου [e] πρόδρομος, ἡ μεγάλη τῆς ἀληθείας φωνὴ, διωρίζετο.

κα. Πᾶσα μὲν οὖν ἀλήθεια, καὶ πᾶς λόγος δυσλέκμαρτός τε καὶ δυσθεώρητος· καὶ οἷον ὀργάνῳ μικρῷ μεγάλα δημιουργοῦμεν, τῇ ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν
f θηρεύοντες, [f] καὶ τοῖς νοητοῖς προσβάλλοντες μετὰ τῶν αἰσθήσεων· ἢ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεων, ὑφ' ὧν περιφερόμεθα καὶ πλανώμεθα, καὶ ἐκ ἔχομεν γυμνῷ τῷ νοῒ γυμνοῖς τοῖς πράγμασιν ἐντυγχάνοντες, μᾶλλόν τι προσιέναι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὸν νοῦν τυποῦσθαι ταῖς D
καταλήψεσιν. ὁ δὲ περὶ Θεοῦ λόγος, ὅσῳ τελεώτερος, τοσούτῳ δυσεφικτότερος, καὶ πλείους τὰς ἀντιλήψεις ἔχων καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας. πᾶν γὰρ τὸ ἐνισταμένον, κἂν βραχύτατον ᾖ, τὸν τοῦ λόγου δρόμον ἐπέσχε καὶ διεκώλυσε, καὶ τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν διέκοψεν· ὥσπερ οἱ τοὺς ἵππους τοῖς ῥυτῆρσιν ἀθρόως μεθέλκοντες φερομέ-
g νους, καὶ τῷ ἀδοκήτῳ τοῦ τινάγμου φεύ- E
γοντας. οὕτω g Σολομὼν μὲν ὁ σοφισάμενος φείσατο, ὑπὲρ πάντας τοὺς ἡμῶν ἐμπροσθεν, καὶ καθ' ἑαυτόν, ᾧ τὸ τῆς καρδίας πλάτος δῶρον Θεοῦ, καὶ ἡ ψάμμου δασυλεστέρα χύσις τῆς θεωρίας,

dam fortaſsè de Deo cognoviſſemus, ſi modò arcana hæc cauſa erat, cur in cœlum raperetur. Quoniam autem hæc ei in vulgus efferre nefas erat, faciamus nos quoque, ut ea ſilentio commendemus. Atque hoc dumtaxat Paulum dicentem audiamus: *Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus.* Hæc, atque ejuſmodi fateri non dubitat ille ſcientiâ nequaquàm imperitus, ille experimentum ſe daturum minitans loquentis in ſe Chriſti, magnus, inquam, ille veritatis propugnator, & doctor. Eóque nomine omnem quoque humanam ac terrenam ſcientiam nihil ſupra *ſpecula & ænigmata* eſſe ſtatuit, utpotè quæ ultra exigua veritatis ſimulacra minimè ſeſe porrigat. Quòd niſi me quiſpiam in hujus generis rebus exquirendis nimis curiosè & ſupervacaneè verſari exiſtimet, dicere quoque non verear, nec alia quidem fortaſsè, quàm hæc, ea eſſe, quæ Chriſtus ipſe *portari in hac vita poſſe* negavit, velut aliquandò portanda, & declaranda; & quæ ille Verbi Præcurſor Joannes, & magna Veritatis vox, *ne à mundo quidem capi poſſe* pronuntiavit.

I. Cor. XIII. 9.

I. Cor. XIII. 12.

Joan. XVI. 12.

Joan. XXI. 25.

XXI. Verùm enim verò cùm veritas omnis & diſputatio plurimùm difficultatis atque obſcuritatis habeat; ac nos velut parvo quodam inſtrumento res magnas efficere moliamur, humanæ videlicet ſapientiæ adjumento rerum cognitionem aucupantes, ac res, quæ animi tantùm intelligentiâ comprehenduntur, per ſenſus cognoſcere aggredimur; aut certè non ſine ſenſibus, quibus undique jactamur & in errorem pertrahimur, nec nudâ mente cum nudis rebus verſari, atque indè ad veritatem propiùs accedere, rebúſque perceptis ac comprehenſis mentem informare poſſumus. Tum verò diſputatio ea, quæ de Deo ſuſcipitur, quò perfectior, eò quoque difficilior eſt, pluribúſque objectationibus patet, in iſque diluendis ac diſſolvendis plus negotii faceſſit. Nihil enim tam levis exiguíque ponderis nobis adverſari poteſt, quòd non diſputationis curſum interrumpat atque comprimat, impediátque quominùs ultrà progrediamur. Quemadmodùm qui equos ad curſum incitatos repentè fræno retrahunt, ac per inopinatam & repentinam excuſſionem retrorsùm agunt. Sic nimirùm Salomon, qui omnibus, cùm ſuæ, tum ſuperioris memoriæ hominibus *ſapientiæ laude* præſtitit, & cordis latitudinem Dei beneficio

Dei natura, abyſſus multa.

Quò perfectior de Deo diſputatio, eò difficilior.

III. Reg. III. 12.

(a) Διὸ καί. Reg. a. & duo Colb. ὁ καί.

(b) Ὡς. Reg. Cypr. ἴσως. Reg. bm. Coisl. 1. & Or. 1. ἅπερ.

(c) Καὶ ἅπερ. Plures Regg. & Colb. καὶ ἃ μηδέ.

(d) Τὸν κόσμον. Duo Regg. tres Colb. & Or. 1. τὸν κάτω κόσμον. Sic legit Leuv. qui vertit, *mundum hunc inferum.*

(e) Πρόδρομος. Mirum videri poteſt Joannem Evangeliſtam, Verbi Præcurſorem à Gregorio appellari. Elias hanc, inter alias, affert cauſam, nempè, *quòd & Interpres fuerit doctrinæ de Deo.* Billius verò putat Gregorium hîc *memoriæ lapſu erraſſe, quòd eum Verbi Præcurſorem, & veritatis vocem appellet, quem tonitrui potiùs filium vocare debuerat.* Addit etiam ita ſenſiſſe Maximum.

(f) Καὶ τοῖς νοητοῖς &c. Billius: *Ac rebus intellectilibus animum unà cum ſenſibus admoventis.*

(g) Σολομὼν μὲν ὁ. Comb. Σολομὼν ὁ.

II. Par. 1. 12. accepit, ac *tantam contemplationis copiam & ubertatem*, ut arenæ numerum excederet, quò altiùs in has profunditates penetrat, hoc magis æstuat, ac finem quendam

Eccle. VII. 24. & VIII. 17. sapientiæ constituit, nimirùm *quòd invenisset, quantùm ea à se fugeret.* Consimili

Inscrutabilia Dei judicia. quoque modo Paulus, non dicam Dei naturam, hoc enim prorsùs supra humanas vires esse perspectum habebat, sed Dei solùm judicia cognitione assequi conatur. Quoniam autem nec exitum ullum, nec quò ascensum figere ac stabilire posset, reperiebat, nec perspicuo ullo fine curiosa ipsius animi perscrutatio claudebatur, quòd videlicet subindè semper aliquid reliqui esse perspiceret: ô rem miram ac stupendam! (ut ipse quoque eodem affectu commovear,) Orationem admiratione circumscribit, ídque *Dei opes ac profundum* appellat,

Rom. XI. 33. ac *Dei judicia* nullius ingenio percipi & comprehendi posse ingenuè fatetur, iisdem propemodùm verbis cum Davide utens,

Ps. XXXV. 7. qui nunc judicia Dei *abyssum multam* vocat, cujus fundum, nec mensurâ, nec

Ps. CXXXVIII. 6. sensu capi queat; nunc *mirabilem factam esse scientiam ex seipso* suíque ipsius constitutione pronunciat, atque adeò robustam, ut viribus nostris eam capere & complecti nequeamus.

Humana natura incomprehensibilis. XXII. Ut enim missa alia faciens, inquit, meipsum omnemque humanam naturam & compagem intuear, quæ hæc mixtio nostra est? Quis motus? Quomodò id, quod immortale est, cum mortali copulatum est? Quomodò deorsùm fluo, & sursùm feror?

Quis novit corporis cum anima copulationem. Quomodò anima circumscribitur? Quomodò vitam impertitur, & affectuum fit particeps? Quomodò mens simul & circumscripta est, & nullis terminis inclusa, in nobis manet, & motûs fluxionísque celeritate omnia perlustrat? Quomodò sermonis operâ percipitur vicissim, & communicatur, ac per aërem grassatur, & cum rebus

Varias mentis ac sensuum operationes, & proprietates. ipsis ingreditur? Quomodò cum sensibus consuetudinem habet, ac rursùs seorsim à sensibus sese colligit? Atque ut, quæ priora sunt, dicam, quæ prima nostri effictio & constitutio in naturæ officina? Quæ etiam postrema formatio ac perfectio? Quæ cibi appetitio ac distributio? Quis nos sponte ad primos illos fontes ac vitæ causas duxit? Quomodò corpus cibis, animus contrà sermone ac doctrinâ pascitur? Quæ est illa naturæ vis mutuáque inter parentes & liberos affectio, ut quasi quodam philtro

Species stabiles, & notis contineantur? Quomodò firmæ ac stabiles sunt species, & interim notis inter se dis-

A ὅσῳ πλέον ἐμβατεύει τοῖς βάθεσι, τοσούτῳ πλέον ἰλιγγιᾷ, καὶ τέλος τι ποιεῖται Σοφίας εὑρεῖν [a] ὅσον διέφυγεν. Παῦλος δὲ πειρᾶται a
μὲν ἐφικέσθαι, οὔπω λέγω τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως, τοῦτο γὰρ ἤδει παντελῶς ἀδύνατον ὂν, ἀλλὰ μόνον τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων. ἐπεὶ δὲ οὐχ εὑρίσκει διέξοδον, οὐδὲ στάσιν
τῆς ἀναβάσεως, [b] οὐδὲ εἴς τι φανερὸν τελευ- b
τᾷ πέρας ἡ πολυπραγμοσύνη τῆς διανοίας, ἀεί τινος ὑποφαινομένου τοῦ λείποντος· ὦ τοῦ
B θαύματος· ἵνα καὶ αὐτὸς πάθω τὸ ἴσον, ἐκπλήξει ψευγράφει τὸν λόγον, καὶ πλοῦτον Θεοῦ, καὶ βάθος τὸ τοιοῦτο καλεῖ, καὶ ὁμολογεῖ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων τὸ ἀκατάληπτον, μονονουχὶ τὰ αὐτὰ τῷ Δαβὶδ φθεγγόμενος, ποτὲ μὲν ἄβυσσον πολλὴν ὀνομάζοντι τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, ἧς οὐκ ἔστι τὴν ἔδραν ἢ μέτρῳ, ἢ αἰσθήσει λαβεῖν, ποτὲ δὲ τεθαυμασμῶσθαι τὴν γνῶσιν ἐξ ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ [c] συστάσεως λέγοντι, c
C κεκραταιῶσθαί τε πλέον, ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν καὶ ψεύδραξιν.

κβ. Ἵνα γὰρ τἆλλα ἐάσας, φησὶ, πρὸς ἐμαυτὸν βλέψω, καὶ πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν καὶ [d] σύμπηξιν, τίς ἡ μίξις ἡμῶν; τίς d
ἡ κίνησις; πῶς τὸ ἀθάνατον τῷ θνητῷ συνεκράθη; πῶς κάτω ῥέω, καὶ ἄνω φέρομαι; πῶς ψυχὴ [e] ψεύγραφεται; πῶς ζωὴν δίδωσι, e
καὶ πάθους μεταλαμβάνει; πῶς ὁ νοῦς καὶ
D ψεύγραπτος καὶ [f] ἀόριστος, ἐν ἡμῖν μένων, f
καὶ πάντα ἐφοδεύων τάχει φορᾶς καὶ [g] ῥεύσεως; πῶς μεταλαμβάνεται λόγῳ καὶ μεταδίδοται, καὶ δι' ἀέρος χωρεῖ, καὶ μετὰ τῶν πραγμάτων εἰσέρχεται; πῶς αἰσθήσει κοινωνεῖ, καὶ συλλέλλεται ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων; καὶ ἔτι πρὸ τούτων, τίς ἡ πρώτη πλάσις ἡμῶν, καὶ σύστασις [h] ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐρ- h
γαστηρίῳ; καὶ τίς ἡ τελευταία μόρφωσις καὶ τελείωσις; τίς ἡ τῆς τροφῆς ἔφεσις καὶ διά-
E δοσις; καὶ τίς ἤγαγεν ἐπὶ τὰς πρώτας [i] πη- i
γὰς, καὶ τοῦ ζῆν ἀφορμὰς αὐτομάτως; πῶς σιτίοις μὲν σῶμα, λόγῳ δὲ ψυχὴ τρέφεται; τίς ἡ τῆς φύσεως ὁλκὴ, καὶ πρὸς ἄλληλα σχέσις τοῖς γεννῶσι καὶ τοῖς γεννωμένοις, ἵνα τῷ φίλτρῳ συνέχηται; πῶς ἑστηκότα

(a) Οσον διέφυγεν. Billius: *Quantùm ea à se effugiet.*
(b) Οὐδὲ εἴς τι &c. *Nec ullam perspicuam curiosæ animi perscrutationis metam habebat.*
(c) Συστάσεως. Billius: *creatione.*
(d) Σύμπηξιν. Billius: *constitutionem.*
(e) Περιγράφεται. *Circumscribitur.* Sic Coisl. 1. aliique optimæ notæ Codd. Hanc lectionem postulant mox opposita, περιγραπτὸς & ἀόριστος. In Ed. περιφέρεται, *circumfertur.*
(f) Ἀόριστος. Sic Regg. a. bm. Coisl. 1. & Or. 2. In Ed. ἀόρατος, *invisibilis.*
(g) Ῥεύσεως. Reg. Cypr. & Or. 1. ῥύσεως.
(h) Ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ. Id est, *alvo maternâ.*
(i) Πηγάς. Elias, *fontes lactis.*

τε τὰ

τε τὰ εἴδη, καὶ τοῖς χαρακτῆρσι διεσῃκότα, A ὧν τοσούτων ὄντων, αἱ ἰδιότητες ἀνέφικτοι; ὡς τὸ αὐτὸ ζῶον θνητὸν καὶ ἀθάνατον,
a [a] τὸ μὲν τῇ μετασάσει, τὸ δὲ τῇ γεννήσει; τὸ μὲν γὰρ ὑπεξῄλθε, τὸ δὲ ἀντεισῆλθεν, ὥσπερ ἐν ὅλῳ ποταμοῦ μὴ ἑσῶτος καὶ
b μένοντος. πολλὰ δ' ἂν ἔτι [b] φιλοσοφήσαις περὶ μελῶν καὶ μερῶν, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα τούτων εὐαρμοσίας, πρὸς χρείαν τε ὁμοῦ καὶ κάλλος συνεσῶτων τε καὶ διεστώτων, περιεχόντων τε καὶ προεχομένων, B ἐνουμένων τε καὶ σχιζομένων, περιεχόντων τε καὶ περιεχομένων νόμῳ καὶ λόγῳ φύσεως. πολλὰ περὶ φωνῶν καὶ ἀκοῶν· πῶς αἱ μὲν φέρονται διὰ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων, αἱ δὲ
c [c] ὑποδέχονται, διὰ τῆς ἐν μέσῳ τῷ ἀέρος πληγῆς καὶ τυπώσεως ἀλλήλαις ἐπιμιγνύμεναι. πολλὰ περὶ ὄψεως ἀῤῥήτως κοινωνούσης τοῖς ὁρατοῖς, ἢ μόνῳ τῷ βούλεσθαι, ἢ
d ὁμοῦ κινουμένης ς καὶ [d] ταυτὸ τῷ νοὶ παρασχούσης. μετὰ γὰρ τοῦ ἴσου τάχους, ἐκεῖνός C τε μίγνυται τοῖς νοουμένοις, καὶ αὕτη τοῖς ὁρωμένοις. πολλὰ περὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, αἳ παραδοχαί τινες εἰσι [e] τῶν ἔξωθεν,
e λόγῳ μὴ θεωρούμεναι. πολλὰ περὶ τῆς ἐν ὕπνοις ἀναπαύσεως, ἢ τῆς δι' ὀνειράτων ἀναπλάσεως, μνήμης τε καὶ ἀναμνήσεως, λογισμοῦ τε καὶ θυμοῦ, καὶ ἐφέσεως, καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὅσοις ὁ μικρὸς οὗτος κόσμος διοικεῖται, ὁ ἄνθρωπος.

tinctæ, quarum proprietates, cùm tanto numero sint, assequi non possumus? Quomodò idem animal mortale simul & immortale est; mortale quidem ratione migrationis, immortale autem ratione procreationis? Ut enim aliud morte subducitur, ita rursùs ipsi aliud subrogatur, non secùs atque in fluminis tractu, quod simul fluxum est & stabile. Multa de hominis membris & partibus adhuc commemorare possis, ac de mutua earum concinnitate; quippè quæ naturæ lege ac ratione, non minùs ad elegantiam, quàm ad utilitatem, conjungantur simul & distinguantur, præcellant & dignitate inferiores sint, uniantur & distrahantur, contineant & contineantur. Multa etiam de vocibus & auditu: nimirùm quomodò illæ per vocalia instrumenta deferantur, hic verò eas excipiat, ac per intermedii aëris percussionem atque impressionem inter se jungantur. Multa item de oculis, qui modo quodam ineffabili cum iis rebus, quas cernimus, commercium habent, ac solâ voluntate, simul etiam cum ea moventur, eodémque modo cum mente afficiuntur. Pari enim celeritate, & hæc intellectilibus, & illi visibilibus rebus junguntur. Multa prætereà de reliquis sensibus, qui velut admittendis externis rebus destinati sunt, nec ratione percipiuntur. Multa denique de ea, quâ in somnis fruimur, quiete atque insomniorum figmentis, de memoria & reminiscentia, de ratione, & ira, & cupiditate, reliquisque, ut uno verbo complectar, quibus parvus hic mundus, id est, homo, D gubernatur.

inter se distinctas.

Membrorũ functiones.

Vocis, auditûs & oculorum proprietates.

XXIII. Visne aliorum quoque animantium discrimina, quibus, tum à nobis, tum inter se differunt, naturas etiam & ortus, & educationes, & regiones, & mores, ac velut in Republica vitæ officia enumerem? Quonam modo alia societate delectantur, alia solivaga sunt? Alia herbis, alia carnibus nutriuntur? Alia sæva & truculenta sunt, alia mansueta? Alia cum hominibus versari atque ali solent, alia indomita & libera sunt? Alia ad rationem & disciplinam

Admirabilis animantium varietas.

κγ. Βούλει σοι καὶ τὰς τῶν ἄλλων
f ζώων [f] διαφορὰς πρός τε ἡμᾶς καὶ πρὸς ἄλληλα, φύσεις τε καὶ γενέσεις, καὶ ἀνατροφὰς, καὶ χώρας, καὶ ἤθη, καὶ οἷον πολιτείας καταριθμήσωμαι; ὡς τὰ μὲν ἀγελαῖα, τὰ δὲ μοναδικά; τὰ μὲν ποηφάγα, τὰ δὲ σαρκοβόρα; τὰ μὲν θυμοειδῆ, τὰ δὲ ἥμερα; τὰ μὲν φιλάνθρωπα καὶ σύντροφα, τὰ δὲ ἀτίθασα καὶ ἐλεύθερα; καὶ τὰ μὲν

(a) Τὸ μὲν τῇ μεταβάσει &c. Reg. Cypr. τὸ μὲν τῇ μεταποιήσει &c. *Mortale quidem ratione migrationis*, seu *immutationis* aut *interitûs*; *immortale autem ratione procreationis*, seu, *generationis*. Sic optimè locum istum interpretantur Billius & Leuvenklaius; quamvis aliter sentiat Combefisius. Vertit enim vir doctus: *Mortale nativitate, immortale migratione*. Forsan ad hanc interpretationem adductus est auctoritate hujus Schol. τῇ μὲν γεννήσει θνητὸν, τῇ δὲ μεταβάσει ἀθάνατον. *Generatione quidem mortale, migratione autem*, seu, *ratione discessûs è vita, immortale*. Fatetur tamen Billii interpretationem *veram esse de animalibus in genere, quòd, uno se subducente, ejus loco subintrat aliud*; sed addit, *illud in homine singulare miraculum esse, quòd sit mortali & immortali mixtus, terrena substantia & immortalis, nascens mortalis & migrans immortalis*. Verùm, ipsius pace dixerim, non satis attendit ad Theologi mentem. Gregorius enim eò loci hominem respicit, non quatenùs ex anima & corpore compositus est, sed tantùm quatenùs est animal, aut, juxta id quod cum cæteris animalibus commune habet. Porrò ea ex parte, seu, habitâ tantummodò corporis ratione, homo, ad Gregorii mentem, *interitu mortalis est, immortalis verò procreatione*; quia videlicet, deficiente uno corpore, aliud nascendo succedit, ita ut nunquam desinat esse corpus humanum, *non secùs atque*, ut ait ipse Gregorius, *in fluminis tractu, quod simul fluxum est & stabile*. Undè immortalitas hîc à Gregorio sumitur pro speciei perpetuitate, id est, pro perpetua morientium & nascentium hominum successione.

(b) Φιλοσοφήσαις. Coisl. 2. σπερμολογήσαις, *nugare, blaterare possis*.

(c) Ὑποδέχονται. Coisl. 1. & Comb. ὑπηχοῦνται, *insonant*, seu, *resonant*.

(d) Ταυτό. Reg. bm. duo Colb. & Or. 1. ταυτόν.

(e) Τῶν ἔξωθεν λόγῳ &c. Reg. Cypr. τῶν ἔξωθεν λόγων. *Vera lectio*, inquit Comb. quâ admissâ, sic vertit: *De reliquis sensibus, qui sunt quædam admissiones rationum, quæ extrà in rebus sunt, cùm minimè oculis conspiciantur*; vel, *qui* (sensus) *veluti fenestræ quædam sunt, excipiendis iis rationibus, quæ extrinsecùs adveniunt, & quas ratione conspicimus, destinati*.

(f) Διαφοράς. Reg. a. ἀναστροφάς.

propiùs accedunt, alia à ratione & disciplinâ prorsùs abhorrent? Alia pluribus sensibus, alia paucioribus prædita sunt? Alia motu carent, alia gradiendi facultatem habent? Alia celerrima, alia tardissima sunt? Alia magnitudine, & pulchritudine, aut alterutro horum excellunt, alia autem perexigua sunt, aut deformissima, aut etiam utroque vitio laborant? Alia strenua sunt, alia imbecilla? Alia injuriam aperto impetu propulsant, alia suspecta & insidiosa sunt? Alia cauta, alia incauta? Alia industriæ reique familiaris administrandæ laude florent, alia prorsùs inertia sunt & improvida? Quódque priùs dicendum erat, quî fit, ut alia humi serpant, alia corpore recto sint? Alia certâ sede acquiescant, alia in utroque elemento degant? Alia elegantiæ studiosa sint, alia cultum omnem respuant? Alia conjugata sint, alia à conjugio abhorreant? Alia pudica sint, alia libidini dedita? Alia fœcundissima, alia parùm fœcunda? Alia diuturnæ vitæ, alia brevis? Deficiet me sermo, si sigillatim omnia persequi tentem.

A οἷον ἐγγύτερα λόγου τε καὶ μαθήσεως, τὰ δὲ παντελῶς ἄλογα καὶ [a] ἀμαθέστατα; τὰ a
μὲν πλειόνων αἰσθήσεων, τὰ δὲ ἐλαττόνων;
τὰ μὲν ἀκίνητα, τὰ δὲ μεταβατικά; [b] τὰ b
μὲν ταχύτατα, τὰ δὲ παχύτατα; τὰ μὲν
ὑπερβάλλοντα μεγέθει, καὶ κάλλει, ἢ τῷ
ἑτέρῳ τούτων, τὰ δὲ βραχύτατα, ἢ δυσειδέστατα, ἢ καὶ ἀμφότερα; τὰ μὲν ἄλκιμα, τὰ δὲ ἀσθενῆ; τὰ μὲν ἀμυντικὰ,
τὰ δὲ ὑποπτα καὶ ἐπίβουλα; [c] τὰ μὲν c
B φύλακτα, τὰ δὲ ἀφύλακτα; τὰ μὲν φίλεργα καὶ οἰκονομικὰ, τὰ δὲ παντάπασιν ἀργὰ καὶ ἀπρονόητα; καὶ ἔτι πρὸ τούτων, πῶς τὰ μὲν [d] ἑρπυστικὰ, τὰ δὲ ὄρθια; d
τὰ μὲν φιλόχωρα, τὰ δὲ ἀμφίβια; τὰ μὲν
φιλόκαλα, τὰ δὲ ἀκαλλώπιστα; συζυγῆ
τε καὶ ἀζυγῆ; σώφρονά τε καὶ ἀκόλαστα;
πολύγονά τε καὶ οὐ πολύγονα; μακρόβιά τε
καὶ ὀλιγόβια; κάμνοι ἂν ἡμῖν ὁ λόγος τοῖς
κατὰ μέρος ἐπεξιών.

Pisces.

XXIV. Age piscium quoque naturam mihi considera, per aquas labentium, & per liquidum elementum, ut ita dicam, volantium, ac proprium quidem aërem tutò haurientium, in nostro autem periclitantium, quemadmodùm nos quoque in aquis solemus: mores etiam eorum, & affectus, & coitus, & generationes, & magnitudines, & pulchritudines, certas item mansiones & oberrationes, congressus ac secessiones & proprietates terrestribus animantibus penè consimiles, nonnullorum etiam societates, & contrarias, tam in formis quàm in nominibus, proprietates. Ad hæc greges avium tecum reputa, quámque variâ & multiplici figurâ sint, variisque coloribus: quî fiat, ut alia muta sint, alia canora; quæque horum suavissimi cantûs sit ratio, & à quo hanc facultatem acceperint? Quis lyram cicadis in pectore dedit, & cantus illos atque garritus, quos, cùm meridiano Solis æstu ad Musicam incitantur, in arborum ramis fundunt, ac nemora sono implent, & viatorem vocibus prosequuntur? Quis cantum illum cum cygno contexit, quo tempore pennis in auram expansis ejusmodi sibilum edit, qui carminis instar sit? Mitto enim illas vi expressas voces, & quidquid artes adversus veritatem ingeniosè comminiscuntur. Quî fit ut arrogans ille & Medicus pavo elegantiam gloriámque adeò affectet, ut quoties aliquem propiùs acce-

Aves.

Cicadæ.

Cygni cantus.

Pavonis elegantia.

C καὶ δὴ. Σκέψαι μοι καὶ νηκτὴν φύσιν τῶν ὑδάτων διολισθαίνουσαν, καὶ οἷον ἁπλαμένην κατὰ τῆς ὑγρᾶς φύσεως, καὶ τὸ μὲν ἰδίᾳ σπῶσαν ἀέρος, τῷ ἡμετέρῳ δὲ κινδυνεύουσαν, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς ὕδασιν· ἤθη τε καὶ πάθη, καὶ μίξεις, καὶ γονὰς, καὶ μεγέθη, καὶ κάλλη, φιλοχωρίας τε καὶ πλάνας, συνόδους τε καὶ ἀποχωρήσεις, καὶ ἰδιότητας μικροῦ τοῖς ἐπιγείοις ἁπλησίας, ἔστι δὲ ὧν καὶ κοινωνίας, καὶ
D ἰδιότητας ἀντιθέτους, ἔν τε εἴδεσι καὶ ὀνόμασιν. σκέψαι μοι καὶ [e] ὀρνέων ἀγέλας e
καὶ ποικιλίας, ἔν τε σχήμασι καὶ χρώμασι, τῶν τε ἀλάλων, καὶ τῶν ᾠδικῶν· καὶ τίς τῆς τούτων μελῳδίας ὁ λόγος, καὶ ᾠδὰ τίνος; τίς ὁ δοὺς τέττιγι τὴν ἐπὶ στήθους
f μαγάδα, καὶ τὰ ἐπὶ τῶν κλάδων ᾄσματά f
τε καὶ τερετίσματα, ὅταν Ἡλίῳ κινῶνται τὰ μεσημβρινὰ μουσουργοῦντες, καὶ καταφωνῶσι τὰ ἄλση, καὶ ὁδοιπόρον ταῖς
E φωναῖς ᾠδαπέμπωσι; τίς ὁ κύκνῳ συνυφαίνων τὴν ᾠδὴν, ὅταν ἐκπετάσῃ τὸ πτερὸν ταῖς αὔραις, καὶ ποιῇ μέλος τὸ σύριγμα; ἐῶ γὰρ λέγειν τὰς βιαίους φωνὰς, καὶ ὅσα τέχναι ζοφίζονται κατὰ τῆς ἀληθείας. πόθεν ταὼς, ὁ ἀλαζὼν ὄρνις καὶ [g] Μηδικὸς, οὕτω g

(a) Ἀμαθέστατα. In quibusdam, ἀμετάθετα, *immutabilia*.

(b) Τὰ μὲν ταχύτατα, τὰ δὲ παχύτατα. Sic legit Leuvenklaius, & ita legendum putamus. In Ed. legitur tantùm τὰ δὲ ταχύτατα. Cætera desunt.

(c) Τὰ μὲν φύλακτα. Hæc desunt in Ed. Sic tamen legendum arbitramur, quamvis deficiat hac in re Codicum auctoritas. Antithesis series id postulare videtur.

(d) Ερπυστικά. Colb. 3. & Or. 1. ἑρπητικά.

(e) Ορνέων. Or. 1. ὀρνίθων.

(f) Μαγάδα. Schol. Μαγὰς κυρίως, ἡ τῆς κιθάρας καὶ τῆς λύρας ἡ τὰς νεύρας βαστάζουσα σανίς. *Propriè est tabulatum cytharæ vel testudinis cordas sustinens.*

(g) Μηδικός. Sic pavo appellatur, quod è Medorum regione sit allatus.

φιλόκαλος καὶ φιλότιμος, ὥστε, καὶ γὰρ αἰσθάνεται τοῦ οἰκείου κάλλους, ὅταν ἴδῃ τινὰ πλησιάζοντα, ἢ ταῖς θηλείαις, ὡς φασι, καλλωπίζεται, τὸν αὐχένα δι᾽ ἄρας, καὶ τὸ πτερὸν κυκλοτερῶς περιστήσας τὸ
a χρυσαυγὲς καὶ κατάστερον, [a] θεατρίζει τὸ κάλλος τοῖς ἐρασταῖς, μετὰ ζοβαροῦ τοῦ βαδίσματος; ἡ μὲν οὖν θεία γραφὴ καὶ γυναικῶν θαυμάζει σοφίαν τὴν ἐν ὑφάσμασιν, τίς ἔδωκε, λέγουσα, γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν καὶ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην; ζώου λογικοῦ τοῦτο, καὶ περιττοῦ τὴν σοφίαν, ᾗ
b μέχρι τῶν [b] οὐρανίων ὁδεύοντος.

κε. Σὺ δὲ μοι θαύμασον καὶ ἀλόγων
d c φυσικὴν [c] σύνεσιν, καὶ τοὺς λόγους, [d] εἰ δύνασαι, φράσησον. πῶς μὲν ὄρνισι καλιαὶ, πέτραι τε καὶ δένδρα, καὶ ὄροφοι, εἰς ἀσφάλειάν τε ὁμοῦ καὶ κάλλος ἐξησκημέναι, καὶ τοῖς τρεφομένοις ἐπιτηδείως; πόθεν δὲ μελίσσαις τε καὶ ἀράχναις τὸ φιλεργὸν καὶ φιλότεχνον, ἵνα ταῖς μὲν τὰ κηρία πλέκηται, καὶ συνέχηται δι᾽ ἐξαγώνων συρίγγων καὶ ἀντιστρόφων, καὶ τὸ ἕδραῖον αὐταῖς, διὰ τοῦ μέσου διατειχίσματος καὶ ἀλλαγῆς ἐπιπλεκομένων ταῖς εὐθείαις τῶν γωνιῶν, φαγματεύηται, καὶ ταῦτα ἐν ζοφεροῖς οὕτω
e τοῖς σίμβλοις ᾗ ἀοράτοις τοῖς [e] πλάσμασιν·
f [f] αἱ δὲ διὰ λεπτῶν οὕτω καὶ ἀερίων σχεδὸν τῶν νημάτων πολυειδῶς διατεταμένων,
g πολυπλόκους τοὺς ἱστοὺς [g] ἐξυφαίνουσι, καὶ ταῦτα ἐξ ἀφανῶν τῶν ἀρχῶν, οἰκησίν
h τε ὁμοῦ τιμίαν, καὶ θήραν τῶν [h] ἀσθενῶν,
i εἰς [i] τροφῆς ἀπόλαυσιν; ποῖος Εὐκλείδης
k ἐμιμήσατο ταῦτα, [k] γραμμαῖς ἐμφιλοσοφῶν ταῖς οὐκ οὔσαις, καὶ κάμνων ἐν ταῖς ἀπο-
l δείξεσιν; τίνος [l] Παλαμήδους τακτικὰ κινήματά τε καὶ σχήματα γεράνων, ὥς φασι, ᾗ ταῦτα παιδεύματα κινουμένων ἐν τάξει, καὶ μετὰ ποικίλης τῆς πλήσεως; ποῖοι
m [m] Φειδίαι, καὶ Ζεύξιδες, καὶ Πολύγνωτοι, Παρράσιοί τέ τινες καὶ Αγλαοφῶντες, κάλλη μεθ᾽ ὑπερβολῆς γράφειν καὶ πλάττειν

dentem viderit, aut etiam feminis, ut aiunt, ſeſe oſtentare voluerit, (nec enim pulchritudinis ſuæ ignarus eſt,) confeſtim elatâ cervice, atque alis, quæ aureum quendam fulgorem referunt, ac ſiderum ſplendorem imitantur, in orbem concinnatis, corporis ſui pulchritudinem amaſiis ſuis cum ſuperbo quodam inceſſu, velut in theatro, ſpectandam proponat? Ac Scriptura quidem ſacra mulierum in contexendis telis ſolertiam his verbis admiratur: *Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam, rerumque variandarum ſcientiam?* Eſt enim hoc animantis ratione præditi, eximiâque ſapientiâ inſtructi, atque ad cœleſtia uſque graſſantis. *Job.* XXXVIII. 36.

XXV. Tu verò mihi naturalem quoque animantium rationis expertium ſolertiam ſuſpice, rationéſque, ſi potes, declara. Quomodò volucres in petris, & arboribus, ac tectis, non minùs elegantes, quàm tutos, & alendis pullis accommodatos nidos elaborant? Undè apibus & araneis tantus laboris atque induſtriæ amor, ut illæ quidem favos conſtruant, ac ſexangularum fiſtularum, ſibíque invicem ex adverſo reſpondentium, adjumento contineant, & per intermedium parietem, atque angulos rectis lateribus alternatim innexos domicilium ſuum fulciant, ídque in tam caliginoſis alvearibus obſcuríſque figmentis: iſtæ autem rursùs per uſque adeò tenuia & ſubtilia ſtamina multipliciter intenſa ſinuoſas telas contexant, (& quidem ex tam exiguis initiis, ut vix ullâ oculorum acie pervideri poſſint,) quæ ipſis & pro eximio quodam domicilio ſint, & venandis alimoniæ causâ imbecillioribus animantibus inſerviant? Ecquis Euclides hoc artificium unquam imitando expreſſit, de lineis pertractans nuſquam exſtantibus, atque in demonſtrationibus anxio labore deſudans? Ecquis Palamedes, qui etiam aciei inſtruendæ artem, ac motus & figuras, nullis aliis præceptoribus quàm gruibus, uſus didiciſſe fertur, cùm videlicet eas ordine ac multiplici volatûs genere moveri perſpexiſſet? Quinam Phidiæ, & Zeuxides, & Polygnoti, Parrhaſii etiam & Aglaophontes, qui incredibili quâdam elegantium formarum pingendarum & ſculpendarum peritiâ claruerunt? Quis Gnoſſius

Avium in elaborandis nidis ſolertia.

Apum & Aranearum labor & induſtria.

Euclides.

Palamedes.

Phidias; Zeuxis.

(a) Θεατρίζει. Sic Coisl. 1. Or. 1. &c. In Ed. θεατρίζειν.
(b) Οὐρανίων. In quibuſdam, οὐρανῶν, *ad cœlos tendentis.*
(c) Σύνεσιν. Tres Colb. Coisl. 1. & Comb. κίνησιν, *motum.*
(d) Εἰ δύνασαι. Deeſt in pluribus Codd.
(e) Πλάσμασι. Legendum videtur, πλέγμασι, *textis calathis.* Alveariorum enim hæc eſt deſcriptio.
(f) Αἱ δέ. Or. 1. οἱ δέ.
(g) Ἐξυφαίνουσι. Or. 1. ἐξυφαίνωσι.
(h) Ἀσθενῶν. Reg. bm. & Or. 1. ἀσθενεστέρων.
(i) Τροφῆς. In quibuſdam, τρυφῆς, *deliciarum.*
(k) Γραμμαῖς...οὐκ οὔσαις. *Lineis nuſquam exſtantibus: vel quòd*, inquit Elias, *in animi conſideratione non hæreant, poſtquam earum quaſi ſimulacra evanuerint; vel quòd*, addit Billius, *oculis cerni nequeant.* Quidni potiùs, addemus, quòd non exſtent in rerum natura; quippè quæ à Mathematicis ſolâ longitudinis dimenſione conſiderantur, nullâ habitâ ratione latitudinis & profunditatis.
(l) Παλαμήδους. Primus Palamedes fertur, gruum compoſitos motus obſervando, figuras, ſecundum quas inſtruuntur acies, inveniſſe. Quid de gruibus ſcripſit Plinius, lege lib. x. c. 24.
(m) Φειδίαι καὶ Ζεύξιδες &c. *Phidias* Athenienſis, nobilis ſtatuarius, qui in ebore ſcalpendo citra æmulum claruit. *Zeuxis* Heracleotes pictor ſuâ ætate maximus. *Polygnotus*, patriâ Thaſius, & pictor, nonageſimâ Olympiade floruit. *Parrhaſius*, pictor inſignis, qui primus ſymetriam picturæ dedit. *Aglaophon* pictor nobiliſſimus, cujus meminit Plinius l. XXXV. c. 9.

Dædali chorus. Dædali chorus ad Muſicos numeros ſeſe movens, in puellæ gratiam ad omnem artis pulchritudinem confectus & expolitus ? Labyrinthus. Quis Cretenſis labyrinthus, ut poëtarum more loquar, difficiles exitus & ambages habens, identidémque in ſeſe per artis induſtriam incurrens ? Taceo formicarum penuaria, eorúmque cuſtodes, & alimenti aggeſtionem, tempori reſpondentem, ac cætera ea quæ, & de earum viis ac ducibus, & eo ordine, quem in operibus ſervant, hiſtoriarum monumentis conſignata ſunt.

A εἰδότες ; τίς [a] Κνώσιος Δαιδάλου χορὸς ἐναρμόνιος, νύμφῃ πονηθεὶς εἰς κάλλους ϖϱοῦσίαν ; ἢ λαβύϱινθος Κϱητικὸς δυσδιέξοδος καὶ δυσέλικτος, ποιητικῶς εἰπεῖν, [b] καὶ πολλάκις ἀπαντῶν ἑαυτῷ τοῖς τῆς τέχνης ζοφίσμασιν ; καὶ σιωπῶ μυϱμήκων [c] ταμεῖα τε καὶ ταμίας, καὶ θησαυϱισμὸν τϱοφῆς τῷ καιϱῷ σύμμετϱον, τἄλλά τε ὅσα ϖϱὸς ὁδῶν καὶ [d] ϖϱὸς ἡγουμένων, καὶ τῆς ἐν τοῖς ἔϱγοις εὐταξίας ἔγνωμεν ἱστοϱούμενα.

Varia plantarum genera, utilitas & pulchritudo. XXVI. Quòd ſi horum omnium rationes aſſequeris, ac prudentiam eam, quâ gubernantur, cognitam & exploratam habes, confer jam animum ad varia ſtirpium genera, artificiúmque etiam illud expende, quod foliis ipſis ineſt, ſimúlque & maximam oculis voluptatem, & fructibus utilitatem affert. Conſidera, quæſo, & fructuum varietatem, & uberrimam copiam, ac præſertim eorum, quæ ad vitam degendam maximè neceſſaria ſunt, ſummam pulchritudinem. Cogita etiam ſtirpium & ſuccorum, & florum, atque odorum, non modò ſuaviſſimorum, verùm etiam ad corporis ſanitatem aptiſſimorum, vires & facultates, colorum etiam elegantiam & qualitates, atque inſuper gemmarum eximia pretia & ſplendores ; quandoquidem omnia, tam quæ ad neceſſarios vitæ uſus, quàm quæ ad delicias ſpectant, velut in communi convivio natura propoſuit ; ut, ſi nihil aliud, ex ipſis ſaltem beneficiis Deum cognoſcas, atque ob penuriam quâ laboras, teipſo prudentior efficiaris. Hinc mihi facito, ut terræ, communis omnium parentis latitudinem longitudinémque percurras, & maris ſinus, tum mutuo nexu, tum etiam cum terra velut vinculis quibuſdam conſtrictos, & nemorum pulchritudines, & fluvios, & fontes uberes ac perennes, non modò gelidarum & potabilium aquarum, quæque in terra ſunt, ſed earum etiam, quæ infra terram fluentes, & ſpecus quoſdam ſubeuntes, ac deindè violento aliquo flatu impulſæ atque repercuſſæ, poſteà per conflictus hujuſce atque obluctationis vehementiam inflammatæ, quaquà fors tulerit, paulatim erumpunt, híncque calidorum balneorum uſum nobis pleriſque terræ locis, & cum contraria facultate, ſuppeditant, gratuitam ſcilicet medicinam ac

Fructus.

Flores.

Deus beneficiis agnoſcēdus.

Terra, mare, fluvii, fontes, nemora.

Aquæ calidæ.

B κϛ. Εἰ τούτων ἐφικτὸς ὁ λόγος σοι, καὶ τὴν ϖϱὸς ταῦτα σύνεσιν ἔγνως, σκέψαι καὶ φυτῶν διαφοϱὰς, μέχϱι καὶ τῆς ἐν φύλλοις φιλοτεχνίας, ϖϱὸς τὸ ἡδιστόν τε ἅμα ταῖς ὄψεσι, καὶ τοῖς καϱποῖς χϱησιμώτατον. σκέψαι μοι καὶ καϱπῶν ϖοικιλίαν καὶ ἀφθονίαν, καὶ μάλιστα τῶν ἀναγκαιοτάτων τὸ κάλλιστον. καὶ σκέψαι μοι καὶ δυιάμεις ῥιζῶν, καὶ χυμῶν, καὶ ἀνθέων, ϗ ὀδμῶν, οὐχ ἡδίστων μόνον, ἀλλὰ καὶ ϖϱὸς ὑγίειαν C ἐπιτηδείων, καὶ χϱωμάτων χάϱιτας καὶ ϖοιότητας, ἔτι δὲ λίθων ϖολυτελείας καὶ διαυγείας· ἐπειδή ζοι ϖάντα ϖεϱυθμηκεν, ὥσϖεϱ ἐν ϖανδαισίᾳ κοινῇ, ὅσα τε ἀναγκαῖα, καὶ ὅσα ϖϱὸς ἀϖόλαυσιν, ἡ φύσις· ἵν', εἰ μή τι ἄλλο, ἐξ ὧν εὐεϱγετῇ, γνωϱίσῃς Θεὸν, καὶ τῷ δεῖσθαι, γένῃ σεαυτοῦ συνετώτεϱος. ἐντεῦθεν ἔϖελθέ μοι γῆς ϖλάτη καὶ μήκη, τῆς κοινῆς ϖάντων μητϱὸς, καὶ κόλϖους θαλατ7ίους, ἀλλήλοις τε καὶ τῇ D γῇ [e] συνδεδεμένους, καὶ ἀλσῶν κάλλη, καὶ ϖοταμοὺς, καὶ ϖηγὰς δαψιλεῖς τε καὶ ἀενναόους, οὐ μόνον ψυχϱῶν καὶ ϖοτίμων ὑδάτων, [f] καὶ τῶν ὑϖὲϱ γῆς, ἀλλὰ καὶ ὅσαι ὑϖὸ γῆν ῥέουσαι, καὶ [g] σήϱαγγάς τινας ὑϖοτϱέχουσαι, εἶτ' ἐξωθούμεναι βιαίῳ τῷ ϖνεύματι καὶ ἀντιτυϖούμεναι, εἶτ' ἐκϖυϱούμεναι τῷ σφοδϱῷ τῆς ϖάλης καὶ τῆς ἀντιθέσεως, ὅϖη ϖαϱείκοι κατὰ μικϱὸν ἀναῤῥήγνυνται, καὶ τὴν τῶν θεϱμῶν E λουτϱῶν χϱείαν ἐντεῦθεν ἡμῖν χαϱίζονται, ϖολλαχοῦ τῆς γῆς, καὶ [h] μετὰ τῆς ἐναντίας δυνάμεως, ἰατϱείαν ἄμισθον καὶ αὐτόματον.

(a) Κνώσιος &c. *Gnoſſus* urbs Cretæ clariſſima, Minois regia, olim *Ceratus* appellata à vicino ejuſdem nominis fluvio. Ea fuit apud veteres de Dædalo opinio, quòd ſtatuis immobilibus oculos induxerit, atque effecerit, abditis quibuſdam nervis, ut huc atque illuc moverentur, adeò ſcitè, ut ſpectantibus vivere viderentur. Vide Diodorum Siculum lib. v. &c. Idem Dædalus labyrinthum in Creta conſtruxit, multiplici intricatâ viarum perplexitate irremeabilem. Vide Virgil. Æn. 5. & Ovid. Metam. 8.

(b) Καὶ ϖολλάκις &c. *Atque artificiosâ fraude multotiès reciprocatus ?*

(c) Ταμεῖα. Combef. *ταμιεῖα.*

(d) Πεϱί. Deeſt in tribus Colb. & Or. 1.

(e) Συνδεδεμένους. Sic. Reg. a. In Ed. *συνδεομένους.*

(f) Καὶ τῶν ὑϖὲϱ γῆς &c. *Quæque ſuper terram, & quæ ſubtus terram.* Fortè ſignificat Gregorius aquas calidas, & eas quæ ex metallis medicaminum vim hauriunt.

(g) Σήϱαγγας. In quibuſdam, *σύϱιγγας.*

(h) Μετὰ τῆς ἐναντίας. *Cum aquis frigidis.* Plerumque enim ſcaturiunt è propinquo aquæ calidæ cum frigidis.

εἰϖὲ

εἰπὲ πῶς καὶ πόθεν ταῦτα; τί τὸ μέγα A
a τοῦτο καὶ [a] ἄτεχνον ὕφασμα; οὐχ ἧττον
b ἐπαινετὰ [b] τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως, ἢ
καθ' ἕκαστον θεωρούμενα. πῶς γῆ μὲν
ἕστηκε παγία καὶ ἀκλινής; ἐπὶ τίνος
ὀχουμένη; καὶ τίνος ὄντος τοῦ ὑπερείδοντος;
καὶ τίνος ἐκείνο πάλιν; οὐδὲ γὰρ ὁ λόγος
ἔχει, ἐφ' ὃ ἐρεισθῇ, πλὴν τοῦ θείου
θελήματος. καὶ πῶς ἡ μὲν εἰς ὀρῶν κορυφὰς
ἀνηγμένη, ἡ δὲ εἰς πεδία καθεζομένη, καὶ
τοῦτο πολυειδῶς καὶ ποικίλως, καὶ ταῖς B
κατ' ὀλίγον ἐναλλαγαῖς μεθισταμένη, πρός
τε τὴν χρείαν ἐστὶν εὐφθονωτέρα, καὶ τῷ
ποικίλῳ χαριεστέρα; καὶ ἡ μὲν εἰς οἰκήσεις
νενεμημένη, ἡ δὲ ἀοίκητος, ὅσην αἱ ὑπερ-
βολαὶ τῶν ὀρῶν ἀποτέμνονται, καὶ ἄλλη πρὸς
ἄλλό τι πέρας σχιζομένη καὶ ἀποβαίνουσα,
τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλουργίας ἐναργέστατόν
ἐστι γνώρισμα;

κζ. Θαλάττης δὲ, εἰ μὲν μὴ τὸ μέγεθος
εἶχον θαυμάζειν, ἐθαύμασα ἂν τὸ ἥμερον, C
καὶ πῶς ἵσταται λελυμένη τῶν ἰδίων ὅρων
ἐντός· εἰ δὲ μὴ τὸ ἥμερον, πάντως τὸ
μέγεθος. ἐπεὶ δὲ ἀμφότερα, τὴν ἐν ἀμ-
φοτέροις δύναμιν ἐπαινέσομαι. τί τὸ συ-
ναγαγόν; τί τὸ δῆσαν; πῶς ἐπαίρεταί
τε καὶ ἵσταται, ὥσπερ αἰδουμένη τὴν
γείτονα γῆν; πῶς καὶ δέχεται ποταμοὺς
c [c] πάντας, καὶ ἡ αὐτὴ διαμένει διὰ πλήθους
d εὐπορίαν, [d] ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι χρὴ λέγειν;
πῶς ψάμμος ὅριον αὐτῇ, τηλικούτῳ στοι- D
χείῳ; ἔχουσί τι λέγειν οἱ φυσικοὶ, καὶ
e ζοφοὶ τὰ μάταια, καὶ κυάθῳ [e] μετροῦντες
ὄντως τὴν θάλασσαν, τὰ τηλικαῦτα ταῖς
ἑαυτῶν ἐπινοίαις; ἢ συντόμως ἐγὼ διὰ
τῆς γραφῆς τοῦτο φιλοσοφήσω, καὶ τῶν
μακρῶν λόγων πιθανώτερόν τε καὶ ἀληθέ-
στερον; πρόσταγμα ἐγύρωσεν ἐπὶ πρόσωπον
ὕδατος. τοῦτο τῆς ὑγρᾶς φύσεως ὁ δεσμός.
f πῶς δὲ τὸν [f] χερσαῖον ναυτίλον ἄγει ξύλῳ
μικρῷ καὶ πνεύματι; τοῦτο οὐ θαυμάζεις E
ὁρῶν; οὐδὶ ἐξίσταταί σου ἡ διάνοια; ἵνα
γῆ καὶ θάλασσα δεθῶσι ταῖς χρείαις καὶ
g ταῖς ἐπιμιξίαις, καὶ εἰς ἓν [g] ἔλθῃ πρὸς
ἄνθρωπον τὰ τοσοῦτον ἀλλήλων διεστηκότα

sponte promanantem. Dic obsecro quomodò & undè hæc? Quænam magna hæc atque artis expers textura? Nec enim ob mutuam eam affectionem, quam inter se habent, minùs laudis merentur, quàm si seorsim unumquodque consideretur. Quo pacto terra firma & immota constitit? Quidnam pro vehiculo habet? Cujus rei adminiculo fulcitur? Quídque rursùs futuram illam sustinet? Neque enim rationi quidquam, cui innitatur, occurrit, si divinam voluntatem exceperis. Quo pacto ea, partim in montium vertices assurgens, partim in campos subsidens, ídque variè & multipliciter, ac denique paulatim alternando commutata, tum ad hominum usus uberior, tum varietate ipsâ jucundior? Quî fit, ut partim in domicilia divisa sit, partim inculta & inhabitabilis relinquatur, quantùm nimirùm excelsissimi quique montes ab ea abscindunt, atque alia ad alium quemdam orbis finem dissecta porrectáque divini opificii magnificentiam luculentissimo argumento declarat?

Terra, solâ Dei voluntate, firma & immota.

XXVII. Jam verò mare, si non magnitudine suâ mirabile mihi occurreret, lenitatem utique & placiditatem admirarer, simulque quo pacto fiat, ut, quamvis liberum ac solutum, finibus tamen suis consistat: quòd si non lenitatem, magnitudinem certè suspicerem. Quoniam autem utrâque laude excellit, utramque vim & facultatem prædicabo. Quis tantam aquarum molem conjunxit? Quis quasi vinculis quibusdam astrinxit? Quî fit, ut attolatur, & tamen loco suo se contineat, perindè ac vicinam terram reverita? Quî fit, ut cùm fluvios omnes excipiat, ob exuberantes tamen opes & copias, aut quo verbo id appellandum sit, nescio, nullam amplitudinis accessionem faciat, sed eadem semper suíque similis maneat? Quî fit, ut tantum elementum *arenam pro termino* habeat? Possunt ne hoc expedire Physici, atque inanis eruditionis laude celebres, ac verè cyatho mare, hoc est, res tantas ingenio suo metientes? An faciam ipse, ut pauciissimis verbis hoc ex Scriptura sacra explicem, ídque probabiliùs ac veriùs, quàm ipsi cum prolixis suis disputationibus? *Præceptum circumdedit super faciem aquæ.* Hoc humidæ naturæ vinculum est. Jam quomodò terrestrem nautilum exiguo ligno ac vento ducit? (Hoc tu cùm cernis, non admiratione defigeris? Non mens extra se rapitur?) Idque ut mare ac terra commoditatibus & commerciis inter se vinciantur,

Admiranda maris magnitudo.

Mare pro termino arenam habet. *Jer.* v. 22.

Job. xxvi. 10.

Homo exiguo ligno ac vento mare peragrat.

(a) Ἄτεχνον. Hoc Universum dicitur *artis expers*, quòd nullis sit fabricatum manibus, sed divinitùs contextum. Scholium verò sic exponit: ὕφασμα, vel, ὑφασμὸν τὴν σύμπηξιν τῶν στοιχείων καλεῖ, καὶ πρὸς ἄλληλα νεῦσιν. *Texturam appellat elementorum compagem, & mutuam in se propensionem.*

(b) Τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως. Leuv. *Non minùs laudis merentur collata inter se.*

(c) Πάντας. Regg. a. bm. & Or. 1. ἅπαντας.

(d) Ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι &c. Leuv. *Equidem aut nihil habeo quod dicam, aut summam ob vastitatem maris, hoc fieri statuo.*

(e) Μετρῶντες. Combef. συμμετρῶντες.

(f) Χερσαῖον ναυτίλον. *Terrestrem nautilum.* Sic hominem eleganter appellat Gregorius. *Nautilus* piscis est sic dictus, quòd navis speciem præferat.

(g) Ἔλθῃ Combef. συνέλθῃ.

ac ea, quæ naturâ adeò inter se dissident, ad hominis usum conjungantur? Qui porrò fontium primi fontes, quæras velim, ô homo, si quid horum investigare aut invenire potes: tum quis fluviis campos & montes dissecuit, ac liberum cursum eis concessit? Quo etiam pacto ex contrariis rebus miraculum existat, dum nec mare unquam regurgitat, nec fluvii subsistunt? Ad hæc quæ aquarum alimonia, quódque hujus discrimen, quippè res quædam sunt, quæ desuper rigantur, quædam rursùs, quibus potus per radices suas suppeditatur, ut ipse quoque delicioso dicendi genere utar, dum Dei delicias Oratione complector?

Mare nunquam regurgitat.

Aër.

XXVIII. Sed jam missâ factâ terrâ rebúsque terrenis, indutis animi pennis in aërem convola, ut recto ordine progrediatur Oratio: ac deindè te illinc ad cœlestia, cœlúmque adeò ipsum, & quæ cœlo superiora sunt, eveham. Quanquam ad ea, quæ deinceps sequuntur, accedere refugit quidem ac reformidat Oratio; sed tamen quantùm licebit, accedet. Quis aërem fudit, uberem, inquam, hunc & copiosum thesaurum, non pro cujusque dignitate atque fortunis variè dimensum, non finibus ullis inclusum ac circumscriptum, non pro ætatum ratione distributum, verùm, quod olim *in manna contigit*, quantùm cuique sat sit, impertitum, atque æquabilitatis honore decoratum? Quis, inquam, hoc avium vehiculum, hanc ventorum sedem, hoc elementum, quo & anni partes temperantur, & animantur animantia, vel anima potiùs cum corpore conservatur, in quo corpora, & cujus ope atque adjumento loquimur, in quo lumen, & res lumine perfusæ, atque ipse etiam aspectus per eum fluens? Volve jam animo ea quæ sequuntur: nec enim mihi fas est aëri universum earum rerum imperium largiri, quæ aëris esse censentur. Quæ ventorum promptuaria? Qui nivis thesauri? *Quis roris stillas*, ut cum Scriptura loquar, *peperit? E cujus utero glacies egressa est? Quis aquam in nubibus alligat*, eámque, (ô rem admirandam!) partim in nubibus figit verbo compressam, tametsi naturâ suâ fluxam & labilem, partim in totius terræ faciem effundit, ac tempestivè & æquali modo spargit: ac neque humidam omnem substantiam liberam & solutam relinquit; (sufficit enim purgatio illa, quæ tempore Noë contigit, *pactique sui* memoriam haudquaquàm is abjecit, qui ab omni mendacio est alienissimus;) nec rursùs omninò inhibet, ne iterùm Elia quodam opus habeamus, qui *sic-*

Exod. XVI. 18.

Venti, nix, ros, pluvia.

Job. XXXVIII. 28. & 29.

Ps. CXXXIV. 7.

Gen. IX. 12.

κατὰ τὴν φύσιν; τίνες δὲ πηγῶν αἱ πρῶται πηγαὶ, ζήτησον, ἄνθρωπε, εἴ τί σοι τούτων ἐξιχνεῦσαι, ἢ εὑρεῖν δυνατόν; καὶ τίς ὁ [a]ποταμοῖς σχίσας καὶ πεδία, καὶ ὄρη, καὶ δοὺς τὸν δρόμον ἀκώλυτον; καὶ πῶς ἐκ τῶν ἐναντίων τὸ θαῦμα, μήτε θαλάσσης ἐπεξιούσης, μήτε ποταμῶν ἱσταμένων; τίς δὲ ἡ τῶν ὑδάτων [b]τροφὴ, καὶ τί τὸ ταύτης διάφορον, τῶν μὲν ἄνωθεν ἀρδομένων, τῶν δὲ ταῖς ῥίζαις ποτιζομένων, ἵνα τι καὶ αὐτὸς κατατρυφήσω τοῦ λόγου, Θεοῦ τὴν τρυφὴν ἐξηγούμενος;

κη. Ἄγε δὴ γῆν ἄφεις, καὶ τὰ περὶ γῆν, πρὸς τὸν ἀέρα κουφίσθητι τοῖς τῆς διανοίας πτεροῖς, ἵνα σοι καθ' ὁδὸν ὁ λόγος πρέπῃ· κἀκεῖθεν ἀνάξω σε πρὸς τὰ οὐράνια, καὶ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν, καὶ τὰ ὑπὲρ οὐρανόν. καὶ τοῖς ἑξῆς, ὀκνεῖ μὲν πρησβῆναι ὁ λόγος, πρεσβήσεται δὲ ὅμως ὁπόσον ἔξεστιν. τίς ὁ χέας ἀέρα, τὸν πολὺν τοῦτον πλοῦτον καὶ ἄφθονον, οὐκ ἀξίαις, οὐ τύχαις μετρούμενον, οὐχ ὅροις κρατούμενον, οὐχ ἡλικίαις μεριζόμενον, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ μάννα διανομὴν, αὐταρκείᾳ πρειλαμβανόμενον, καὶ ἰσομοιρίᾳ τιμώμενον; τὸ τῆς πλησῆς φύσεως ὄχημα, τὴν ἀνέμων ἕδραν, τὴν ὡρῶν εὐκαιρίαν, τὴν ζώων ψύχωσιν, μᾶλλον δὲ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα συντήρησιν, ἐν ᾧ ζῶματα, καὶ μεθ' οὗ λόγος, ἐν ᾧ φῶς καὶ τὸ φωτιζόμενον, καὶ ἡ ὄψις, ἡ δι' αὐτοῦ ῥέουσα; σκόπει δέ μοι καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ γὰρ συγχωροῦμαι πρὸ ἀέρι δοῦναι τὴν ἅπασαν δυναστείαν τῶν τοῦ ἀέρος εἶναι νομιζομένων. τίνα μὲν ἀνέμων ταμεῖα; τίνες θησαυροὶ χιόνος; τίς δὲ ὁ τετοκὼς [c]βώλους δρόσου, κατὰ τὸ γεγραμμένον; ἐκ γαστρὸς δέ τινος ἐκπορεύεται κρύσταλλος; τίς ὁ δεσμεύων ὕδωρ ἐν νεφέλαις, καὶ τὸ μὲν, ἱστὰς ἐπὶ τῶν νεφελῶν, ὦ τοῦ θαύματος· λόγῳ κρατουμένην [d]φύσιν τὴν ῥέουσαν, τὸ δὲ, [e]ἐκχέων ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ σπείρων καιρίως, καὶ ὁμοτίμως, καὶ οὐδὲ ἀφιεὶς [f]ἅπασαν τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἐλευθέραν καὶ ἄσχετον· ἀρκεῖ γὰρ ἡ ἐπὶ Νῶε κάθαρσις, καὶ τῆς ἑαυτοῦ διαθήκης οὐκ ἐπιλήσμων ὁ ἀψευδέστατος· οὔτε ἀνέχων παντάπασιν,

(a) Ποταμοῖς. Sic Codd. In Ed. ποταμούς.
(b) Τροφή. *Alimonia*, non quâ alantur aquæ, sed quâ res alias ipsæ aquæ alunt.
(c) Βώλους. Sic LXX. & Or. 1. In Ed. βόλους.
(d) Φύσιν. Reg. Cypr. τὴν φύσιν.
(e) Ἐκχέων. Sic duo Regg. Or. 1. & Comb. In Ed. ἐκχέον.
(f) Ἅπασαν. Reg. Cypr. ἅπασι, quasi, παντάπασι, *omninò, prorsùs.*

ἵνα μὴ πάλιν Ηλίου τινὸς δεηθῶμεν, τὴν ξηρότητα λύοντος; ἐὰν κλείσῃ, φησὶ, τὸν οὐρανὸν, τίς ἀνοίξει; ἐὰν δὲ ἀνοίξῃ τοὺς καταράκτας, τίς συνέξει; τίς οἴσει τὴν ἐπ' ἀμφότερα τοῦ ὑετίζοντος ἀμετρίαν, ἐὰν μὴ τοῖς ἑαυτοῦ μέτροις καὶ σταθμοῖς, a [a] διεξαγάγῃ τὰ σύμπαντα; τί μοι φιλοσοφήσεις περὶ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν, ὦ βροντῶν ἀπὸ γῆς σὺ, καὶ οὐδὲ μικροῖς σφιγθῆρσι τῆς ἀληθείας λαμπόμενε; τίνας b ἀτμοὺς [b] ἀπὸ γῆς αἰτιάσῃ νέφους δημιουργοὺς, ἢ ἀέρος πύκνωσίν τινα, ἢ νεφῶν τῶν μανωτάτων θλῖψιν, ἢ σύῤῥηξιν, ἵνα ἡ μὲν θλῖψις σοι τὴν ἀστραπὴν, ἡ δὲ ῥῆξις τὴν βροντὴν ἀπεργάσηται; ποῖον δὲ πνεῦμα στενοχωρούμενον, εἶτα οὐκ ἔχον διέξοδον, ἵνα ἀστράψῃ θλιβόμενον, καὶ βροντήσῃ ῥηγνύμενον; εἰ τὸν ἀέρα διῆλθες τῷ λογισμῷ, ἢ ὅσα περὶ ἀέρα, φαῦσον ἤδη σὺν ἐμοὶ καὶ οὐρανοῦ, καὶ τῶν οὐρανίων. πίστις δὲ ἀγέτω πλέον ἡμᾶς ἢ λόγος, C εἴπερ ἔμαθες τὸ ἀσθενὲς ἐν τοῖς ἐγγυτέρω, καὶ λόγον ἔγνως, τῷ γνῶναι τὰ ὑπὲρ λόγον, ἵνα μὴ παντελῶς ἐπίγειος ᾖς, ἢ περίγειος, ἀγνοῶν καὶ αὐτὸ τοῦτο, τὴν ἄγνοιαν.

citatem depellat? Si *clauſerit cælum*, inquit Scriptura, quis aperiet? Si autem *cataractas aperuerit*, quis continebit? Quis enim immodicam, vel pluviam, vel pluviæ retentionem ferret, niſi ille *pluviæ parens* menſuris ſuis ac bilancibus omnia regeret ac gubernaret? Quam verò rationem afferes de fulgetris ac tonitruis, tu, inquam, qui è terra tonas, ac ne tenuiſſimis quidem veritatis igniculis fulges? In quos vapores à terra excitatos hujus rei cauſam conferes, eóſque nebularum parentes & velut architectos eſſe contendes, aut etiam aëris condenſationem quandam, vel rariſſimarum nubium compreſſionem & fragorem, ut compreſſio quidem illa fulgur, fragor autem tonitruum tibi pariat? Quemnam etiam flatum aſtrictum atque compreſſum, ac poſteà exitu carentem, ut & compreſſione ipsâ fulgur, & perruptione tonitruum edat? Quòd ſi aërem aëreáque omnia cogitatione peragraſti, mecum jam cœlum quoque ac cœleſtia contige. Cæterùm ducem potiùs fidem, quàm rationem ſequamur, ſi modò ingenii tui imbecillitatem in propinquioribus didiciſti, rationiſque id eſſe cognoviſti, ut, quænam ſunt ea, quæ rationis humanæ captum excedant, cognoſcas; ne alioqui prorsùs terrenus ſis, rebúſque terrenis immerſus, ipſam quoque ignorantiam tuam ignorans.

III. Reg. XVIII. 44. *Deut.* XI. 17. *Gen.* VII. 11. *Job.* XXXVIII. 28.

Fulgura & tonitrua.

Fides potiùs quàm ratio ſequenda.

κθ. Τίς περιήγαγεν οὐρανὸν, ἔταξεν c ἀστέρας; [c] μᾶλλον δὲ, τί περὶ τούτων οὐρανὸς καὶ ἀστέρες, ἔχοις ἂν εἰπεῖν, ὁ μετέωρος, ὁ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν, καὶ οὐδὲ σεαυτὸν μετρῆσαι δυνάμενος, τὰ δὲ ὑπὲρ τὴν σὴν φύσιν πολυπραγμονῶν, καὶ πεχηνὼς D εἰς τὰ ἄμετρα; ἔστω γάρ σε κύκλους, καὶ περιόδους, καὶ πλησιασμοὺς, καὶ d [d] ἀποχωρήσεις καταλαμβάνειν, ἐπιτολὰς, καὶ ἀνατολὰς, καὶ μοίρας τινὰς, καὶ λεπτότητας, καὶ ὅσοις σὺ τὴν θαυμασίαν σου ταύτην ἐπιστήμην ἀποσεμνύνεις· οὔπω τοῦτο κατάληψις τῶν ὄντων ἐστὶν, ἀλλὰ κινήσεώς τινος ἐπιτήρησις, ἢ πλείονι γυμνασίᾳ βεβαιωθεῖσα, καὶ εἰς ἓν ἀγαγοῦσα τὰ τηρηθέντα πλείοσιν, εἶτα λό- E γον ἐπινοήσασα, ἐπιστήμη περισηγορεύθη· e ὥσπερ [e] τὰ περὶ Σελήνην παθήματα, γνώριμα γέγονε τοῖς πολλοῖς, τὴν ὄψιν ἀρχὴν λαβόντα τῆς γνώσεως. σὺ δὲ, εἰ λίαν ἐπιστήμων εἶ τούτων, καὶ δικαίως ζητεῖς θαυμάζεσθαι, εἶπε τίς ἡ τῆς

XXIX. Quis cœlum circumegit ac tornavit? Quis ſtellas ordine collocavit? Imò verò, ut, quæ priora ſunt, dicam, quid cœlum ipſum eſt? Quid ſtellæ? An dicere hoc potes, ô ſublimis diſputator; qui, cùm ea, quæ ante pedes tuos ſunt, ignores, ac ne te ipſum quidem metiri queas, ea tamen, quæ naturam tuam ſuperant, curiosè perſcrutaris, hiantíque ore in ea, quæ menſuram omnem excedunt, incumbis? Ut enim tibi concedam, te orbes ac converſiones, acceſſiones etiam & receſſiones, perceptas habere, Solis etiam & ſiderum exortus, gradúſque quoſdam,& minutias, cæteráque omnia, quibus tu eximiam tuam ſcientiam magnificè effers; nondùm tamen hoc certa rerum comprehenſio eſt, ſed motûs cujuſdam obſervatio, quæ diuturniori exercitatione confirmata, poſteaquàm ea, quæ à pluribus obſervata ſunt, in unum collegit, ac deindè rationem eorum excogitavit, ita demùm ſcientiæ nomen eſt conſecuta; quemadmodùm Lunæ affectiones, in multorum notitiam venere, qui ſcientiæ principium ab oculis acceperunt. At verò ſi inſigni harum rerum cognitione inſtructus es, atque optimo jure in admiratione eſſe ſtudes,

Cœlum & ſtellæ.

Undè & quomodò nata Aſtronomia.

Luna.

(a) Διεξαγάγῃ. Reg. a. & Or. 1. διεξάγῃ.
(b) Ἀπὸ γῆς. Or. 1. ἐπὶ γῆς.
(c) Μᾶλλον δέ. Schol. τὸ ὑπέρβατον ἔτως, μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων ἔχοις ἂν εἰπεῖν, τί οὐρανὸς, ἢ ἀστέρες; *Imò verò dicere habeas, quid cœlum, quid ſtellæ &c.*
(d) Ἀποχωρήσεις. Baſ. ὑποχωρήσεις.
(e) Τὰ περὶ Σελήνην παθήματα. *Lunæ affectiones*, id eſt, *accretiones, diminutiones & defectus.*

dic quæ ordinis hujus motûſque cauſa ſit? Undè hoc habeat Sol, ut orbi univerſo, ac omnium oculis, tanquam chori cujuſdam coryphæus, præluceat, ſidera alia ſplendore ſuo magis obſcurans, atque occultans, quàm quædam illorum ab aliis obducantur? Cujus rei hoc argumentum eſt, quòd cùm ea velut certatim fulgeant, ipſe tamen ſplendidiùs fulget, nec, quòd unà cùm eo oriantur, cognoſci ſinat, pulcher *ut ſponſus*, magnus ac celer *ut gigas;* (neque enim facere poſſum, ut aliundè, quàm ex meis libris, eum coornem ac celebrem;) tantam vim & facultatem habens, ut ab aliis extremis alia extrema calore ſuo complectatur, nec res ulla ejus ſenſum effugiat: quin potiùs, & oculus omnis luce, & corporea natura calore compleatur; ac leni quidem ſuâ temperie, motúque ordinato calefaciens omnia, non urens, omnibus præſto eſt, & omnia æquè comprehendit.

Sol aliis ſideribus præſtantior.

Pſ. XVIII. 6. *& ſeq.*

XXX. Illud autem quantùm tibi videtur, ſiquidem animadvertiſti? *Idem in ſenſibilibus eſt Sol, quòd Deus in intellectilibus*, inquit profanus quiſpiam. Ut enim hic mentem, ita ille oculos illuſtrat: atque ut hic res eas omnes, quæ animo & ratione intelliguntur, pulchritudine vincit, ita etiam ille eas, quæ oculorum ſenſu percipiuntur. Sed quid tandem illi motum initio dedit? Quid eum perpetuo motu agitat ac circumducit, cùm interim ratione ſtabilis ſit & motûs expers, verè infatigabilis, vitæ dator, animantium pater, & quibuſcunque laudum titulis eum non immeritò Poëtæ proſequuntur, ac neque motui unquam ſuo, nec beneficiis finem conſtituens? Quomodò diem procreat, cùm ſupra terram eſt, ac noctem, cùm ſub terra? Quibus verbis utendum ſit, neſcio, cùm Solem intueor. Quodnam hoc dierum ac noctium incrementum, & viciſſim quæ diminutio? Quæ inæqualitatis æqualitas, ut novum aliquid & inſolens dicam? Quomodò anni partes efficit, & ita dividit, ut certis & conſtitutis vicibus accedant, & recedant, ac veluti in chorea, complexu quodam inter ſe hæreant, ſimúlque diſtinguantur, (illud amicitiæ lege, hoc ordinis præſcripto,) ſenſimque intermiſceantur, ac vicinitate ipſâ, perindè atque in diebus ac noctibus fieri videmus, furtim quodammodò

Sicut oculis Sol, ita Deus menti lucem largitur.

Plato.

Undè dierum & noctium incrementum, diminutio & æqualitas.

τάξεως αἰτία καὶ τῆς κινήσεως; πόθεν Ηλιος φρυκτωρεῖ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ πάσαις ὄψεσιν, ὥσπερ χοροῦ τινος κορυφαῖος, πλέον τοὺς ἄλλους ἀστέρας ἀποκρύπτων φαιδρότητι, ἢ τινες ἐκείνων ἑτέρους; ἀπόδειξις δὲ, οἱ μὲν ἀντιλάμπουσιν, ὁ δὲ ὑπερλάμπει, καὶ οὐδὲ ὅτι συναΐσχουσιν ἐᾷ γνωρίζεσθαι, καλὸς ὡς νυμφίος, ταχὺς ὡς γίγας καὶ μέγας· οὐδὲ γὰρ ἀνέχομαι ἄλλοθεν, ἢ τοῖς ἐμοῖς τεῦτον ἀποσεμνύνειν· τοσῶτος τὴν δύναμιν, ὥστε ἀπ' ἄλλων ἄκρων ἄλλα τῇ θερμότητι καταλαμβάνειν, καὶ μηδὲν διαφεύγειν αὐτοῦ τὴν αἴσθησιν· ἀλλὰ πᾶσαν πληροῦσθαι καὶ ὄψιν φωτὸς, καὶ σωματικὴν φύσιν θερμότητος· [a] θέροντος, ἀλλ' ὑ φλέγοντος, εὐκρασίας ἡμερότητι καὶ τάξει κινήσεως, ὡς πᾶσι παρόντος, καὶ πάντα ἐπίσης [b] ἀναλαμβάνοντος.

λ. [c] Ἐκεῖνο δέ σοι πηλίκον, εἰ κατενόησας; τεῦτο ἐν αἰσθητοῖς Ηλιος, ὅπερ ἐν νοητοῖς Θεὸς, ἔφη [d] τις τῶν ἀλλοτρίων. αὐτὸς γὰρ ὄψιν φωτίζων, ὥσπερ ἐκεῖνος νοῦν· αὐτὸς καὶ τῶν ὁρωμένων ἐστὶ τὸ κάλλιστον, ὥσπερ ἐκεῖνος τῶν νοουμένων. ἀλλὰ τί· τὸ κινῆσαν αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς; [e] τί δαὶ τὸ ἀεὶ κινοῦν καὶ περιάγον ἑστῶτα λόγῳ, καὶ μὴ κινούμενον, ὄντως ἀκάμαντα, καὶ φερέσβιον, καὶ φυσίζωον, καὶ ὅσα ποιηταῖς ὕμνηται κατὰ λόγον, καὶ [f] μήτε τῆς ἑαυτοῦ φορᾶς ποτὲ, μήτε τῶν εὐεργεσιῶν ἱστάμενον; πῶς ἡμέρας δημιουργὸς ὑπὲρ γῆς, καὶ νυκτὸς ὑπὸ γῆν; ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι χρὴ λέγειν Ηλίῳ προσβλέψαντα. [g] τίς ἡ τούτων πρόσληψίς τε καὶ ἀνθυφαίρεσις; καὶ ἡ τῆς ἀνισότητος ἰσότης, ἵν' εἴπω τὶ καὶ ᾠδάδοξον; πῶς δὲ ὡρῶν ποιητής τε καὶ μεριστὴς, [h] εὐτάκτως ἐπιγινομένων τε καὶ ἀπογινομένων, καὶ ὥσπερ ἐν χορῷ συμπλεκομένων ἀλλήλαις καὶ διϊσταμένων· τὸ μὲν φιλίας νόμῳ, τὸ δὲ εὐταξίας· καὶ κατὰ μικρὸν κιρναμένων, καὶ ταῖς ἐγγύτησι κλεπτομένων ταυτὸν ἡμέραις τε καὶ νυξὶν, ἵνα μὴ [i] τῇ ἀληθείᾳ λυπήσωσιν. ἀλλ' ἴτω μὲν Ηλιος· σὺ δὲ ἔγνως Σελήνης [k] φύσιν, καὶ πάθη, καὶ μέτρα

(*a*) Θέροντος. Elias, θάλποντος, *calore foveatur*, quod ſequitur Leuv.

(*b*) Περιλαμβάνοντος. Tres Colb. & Coisl. 1. περιλάμποντος, *colluſtrat*.

(*c*) Ἐκεῖνο δέ σοι &c. Billius. *Illud verò neſcio an abs te animadverſum, quanti tandem æſtimandum eſt, quod profanus quidem author ſcribit, idem in ſenſilibus ſolem eſſe, quod Deum in intellectilibus?*

(*d*) Τὶς τῶν ἀλλοτρίων. *Profanus quiſpiam*, id eſt, *Plato*. Hinc Schol. Colb. maximi: Πλάτωνος φασὶ τεῦτο, ὡς ἀνεγνωκότος τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, καὶ ἐκ τέτε λαβόντος τὴν περὶ τέτε Θεολογίαν, καὶ ἕτερα πολλά. *Hoc Platonis eſſe aiunt, ut qui legem Moyſis legerit, atque indè ſuam ea de re Theologiam, aliaque plurima hauſerit.*

(*e*) Τί δαί. Duo Regg. & Or. 1. τί δέ.

(*f*) Μήτε. In quibuſdam, μήποτε.

(*g*) Τίς ἡ τέτων &c. Bill. *Quæ dierum ac noctium aſſumptio? Quæ detractio?*

(*h*) Εὐτάκτως. *Compoſitè ac ordine.*

(*i*) Τῇ ἀληθείᾳ. Par. aliique non pauci, τῇ ἀληθείᾳ. Hanc lectionem agnoſcit Elias, quem ſequitur Leuv. *Ne ſi palàm ac verè hæc fierent, nonnihil moleſtiæ nobis crearetur.*

(*k*) Φύσιν. Reg. Cypr. λύσιν, *ſolutionem*, quòd ſemper mutetur.

φωτὸς,

φωτὸς, καὶ δρόμους; καὶ πῶς ὁ μὲν ἡμέρας ἔχει τὴν δυνασλείαν, ἡ δὲ νυκτὸς προκαθέζεται; καὶ ἡ μὲν θηρίοις δίδωσι παῤῥησίαν, ὁ δὲ ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ ἔργον ἀνίσλησιν, ἢ ὑφούμενος, ἢ ταπεινούμενος πρὸς τὸ χρησιμώτατον; συνῆκας δὲ δεσμὸν Πλειάδος, ἢ φραγμὸν Ωρίωνος, ὡς ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄσλρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, καὶ δόξης ἑκάσλου διαφορὰν, καὶ τάξιν κινήσεως, ἵνα σοι πισλεύσω διὰ τούτων πλέκοντι τὰ ἡμέτερα, καὶ κατὰ τοῦ κτίσλου τὴν κτίσιν ὁπλίζοντι;

A irrepant, ac se proripiant. Quod quidem idcircò fit, ne ob insuetudinem molestiam afferant. Sed cursum suum sanè Sol obeat. Quid? Num Lunæ naturam & affectiones, & luminis mensuram ac cursus pernosti? Et quomodò, ut Sol diei principatum tenet, sic Luna quoque nocti præsideat? Atque, ut hæc feris audaciam affert, ita vicissim ille hominem ad laborem excitet, dum appositissimè ad hominum utilitatem, vel sese attollit, vel deprimit? An tu *Pleiadis vinculum*, aut *Orionis maceriam*, instar illius, *qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat*, intelligis, ac cujusque gloriæ discrimen perspectum habes, motûsque ordinem, ut sit causa, cur tibi fidem habeam, qui, per eas humana contexens, creaturam adversus Creatorem armas?

Luna nocti præsidet, ut Sol diei. *Job.* XXXVIII. 31. B *Ps.* CXLVI. 4.

λα. Τί λέγεις; ἐνταῦθα σλησόμεθα τοῦ λόγου, μέχρι τῆς ὕλης καὶ τῶν ὁρωμένων; ἢ ἐπειδὴ τοῦ κόσμου παντὸς ἀντίτυπον τὴν Μωσέως σκηνὴν οἶδεν ὁ λόγος, τοῦ ἐξ ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων λέγω συσλήματος, τὸ θεῖον καταπέτασμα διαχόντες, καὶ C [a] ὑπερβάντες τὴν αἴσθησιν, εἰς τὰ ἅγια [a] παρακύψωμεν, τὴν νοητὴν φύσιν καὶ [b] ἐπουράνιον; οὐκ ἔχομεν οὐδὲ ταύτην ἀσωμάτως ἰδεῖν, εἰ καὶ ἀσώματος, πῦρ καὶ πνεῦμα προσαγορευομένην, ἢ γινομένην. ποιεῖν γὰρ λέγεται τοὺς Αγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· εἰ μὴ ποιεῖν μέν ἐσλι, τὸ συντηρεῖν τῷ λόγῳ, καθ' ὃν ἐγένοντο. πνεῦμα δὲ ἀκύει καὶ πῦρ· τὸ μὲν ὡς νοητὴ φύσις, τὸ δὲ D [d] [c] ὡς [c] καθάρσιος· [d] ἐπεὶ καὶ τῆς θείας οὐσίας τὰς αὐτὰς οἶδα κλήσεις. πλὴν ἡμῖν γε ἀσώματος ἔσλω, ἢ ὅτι ἐγγύτατα. ὁρᾷς ὅπως ἰλιγιῶμεν θεῖα τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἔχομεν οἷ προέλθωμεν, ἢ τοσοῦτον ὅσον εἰδέναι Αγγέλους τινὰς καὶ Αρχαγγέλους, θρόνους, κυριότητας, ἀρχὰς, ἐξουσίας, λαμπρότητας, ἀναβάσεις, νοερὰς δυνάμεις, ἢ νόας, καθαρὰς φύσεις καὶ ἀκινδήλους, ἀκινήτους [e] πρὸς τὸ χεῖρον, [e] ἢ δυσκινήτους θεῖ τὸ E θεῖον αἴτιον ἀεὶ χορευούσας· ἢ πῶς ἄν τις αὐτὰς ἀνυμνήσειεν, ἐκεῖθεν ἐλλαμπομένας τὴν καθαρωτάτην ἔλλαμψιν, ἢ ἄλλως ἄλλην κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς φύσεως καὶ τῆς [f] τάξεως· [f] τοσοῦτον τῷ καλῷ μορφουμένας καὶ τυπουμένας, ὥσλε ἄλλα γίνεσθαι φῶτα,

XXXI. Quid ais? Hîc dicendi finem faciemus, nec ultra res eas, quæ materiâ constant, oculísque corporis cernuntur, Orationem diffundemus? An potiùs, quoniam Mosaicum illud tabernaculum, mundi totius *figuram & imaginem* extitisse docet Scriptura, (mundus porrò ex visibilibus & invisibilibus constat,) idcircò penetrato primo velo, transcensísque rebus illis, quæ sensum movent, in Sancta prospiciemus, hoc est, in supercœlestem naturam, quæque non nisi ratione atque intelligentiâ percipitur? Sed ne hanc quidem, tametsi corporis expertem, incorporeo modo cernere possumus, quippè quæ ignis, & Spiritus appelletur, aut efficiatur. Deus enim, ut litteris sacris proditum est, *Angelos suos Spiritus facit, & ministros suos flammam ignis*; nisi fortè hoc loco. *facere* nihil aliud significet, quàm eâdem, quâ primùm procreati sunt, ratione tueri & conservare. Spiritus porrò atque ignis Angelus appellatur: illud, quia intellectili naturâ est præditus, hoc, quia purgandis animis nostris adhibetur; quandoquidem primaria quoque illa essentia iisdem nominibus in Scriptura nuncupatur. Sed sint sanè nobis illi incorporei, aut quàm proximè ad hoc accedentes. Vides enim quomodò circa hujusmodi sermonem æstuemus, nec, quò progrediamur, habeamus; aut certè non ultrà progredi possimus, quàm quòd Angelos quosdam & Archangelos scimus, Thronos, Potestates, Principatus, Dominationes, splendores, ascensus, intelligentes virtutes, vel mentes potiùs, puras naturas, miniméque adulterinas, ad malum immobiles, vel certè non facilè mobiles, perpetuos choros circa principem illam causam agitantes;

Tabernaculum Moysis figura mundi. *Hebr.* IX. 24.

De Angelis dissertatio. *Ps.* CIII. 4.

(a) Παρακύψωμεν. Combefisius censet legendum, παρακύψομεν.
(b) Επουράνιον. *Cœlestem*, id est, *quæ in cœlo versetur.*
(c) Καθάρσιος. In quibusdam, καθάρσις.
(d) Επεί. Reg. a. ἐπειδή.
(e) Η δυσκινήτους. *Vel certè non facilè mobiles.* Id refertur ad Luciferi lapsum. Nunc enim ad malum immobiles sunt Angeli per concessam ipsis constantiæ ac perseverantiæ gratiam.
(f) Τοσοῦτον τῷ καλῷ &c. *Quibus tanta pulchritudinis*

aut, (ſi quid aptiùs quiſquam earum laudibus decantandis afferre queat,) puriſſimo ſplendore illinc perfuſas, aut pro naturæ & ordinis cujuſque proportione, alias alio modo colluſtratas; quæ à ſumma illa pulchritudine adeò informantur & imprimuntur, ut ipſæ alia quoque lumina efficiantur, ac per primi luminis influxiones & communicationes alios illuminare poſſint; quæ, cùm *divinæ voluntatis miniſtræ* ſint, roboréque non modò naturali, ſed etiam adventitio polleant, loca omnia peragrant, omnibus ubique impigrè adſunt, tum ob miniſterii promptitudinem, tum ob naturæ levitatem; aliæ etiam aliam quandam orbis partem complectuntur, aut certè aliis quædam pars commiſſa eſt, ut novit, qui hæc ordinavit ac diſtinxit; ad unum rerum omnium Conditoris nutum omnia in unum jungunt; divinæ majeſtatis laudes canunt, ac ſempiternam illam gloriam ſempiternè intuentur, non ut indè gloriæ Dei aliquid accreſcat; (nihil enim eſt, quod ei, qui plenus eſt, aliiſque bonorum author, accreſcere queat;) ſed ne etiam primæ illæ poſt Deum naturæ beneficio affici deſinant. Hæc ſi pro rei dignitate à nobis prædicata ſunt, Trinitati, atque uni in tribus Perſonis divinitati gratia habenda eſt; ſin autem cupiditati minùs ſatis factum eſt, ſic quoque Orationi palma parata eſt. In hoc enim, omni dicendi contentione, incubuimus, ut oſtenderemus, ne ipſam quidem ſecundarum rerum naturam, hominis mente atque ingenio comprehendi poſſe, nedùm primam illam ac ſolam, vereor enim dicere, omnibus rebus excelſiorem.

Varia Angelorum miniſteria.

Hebr. I. 14.

Quidquid in hac Oratione bonum eſt, id totum ad Trinitatem refertur.

καὶ ἄλλους φωτίζειν δύνασθαι ταῖς τοῦ πρώτου φωτὸς ἐπιῤῥοαῖς τε καὶ διαδόσεσιν· λειτουργοὺς θείου θελήματος, δυνατὰς ἰσχύϊ φυσικῇ τε καὶ [a] ἐπικτήτῳ, πάντα ἐπιπορευομένας, πᾶσι πανταχοῦ παρούσας ἑτοίμως, προθυμίᾳ τε λειτουργίας, καὶ κουφότητι φύσεως· ἄλλας ἄλλό τι τῆς οἰκουμένης μέρος διειληφυίας, [b] ἢ ἄλλῳ τινὶ τοῦ παντὸς ἐπιτεταγμένας, ὡς οἶδεν ὁ ταῦτα [c] τάξας καὶ διορίσας· πάντα εἰς ἓν ἀγούσας, πρὸς μίαν σύννευσιν τοῦ τὰ πάντα δημιουργήσαντος· ὑμνῳδοῦς θείας μεγαλειότητος, θεωροὺς δόξης ἀϊδίου καὶ ἀϊδίως, οὐχ ἵνα δοξασθῇ Θεός· οὐ γάρ ἐστιν ὃ προστεθήσεται πρὸ πλήρει, πρὸ καὶ τοῖς ἄλλοις χορηγῷ τῶν καλῶν· ἀλλ' ἵνα μὴ λείπῃ τὸ εὐεργετεῖσθαι καὶ ταῖς πρώταις μετὰ Θεὸν φύσεσι. ταῦτα εἰ μὲν πρὸς ἀξίαν ὕμνηται, τῆς Τριάδος ἡ χάρις, καὶ τῆς μιᾶς ἐν τοῖς τρισὶ θεότητος· εἰ δὲ τῆς [d] ἐπιθυμίας ἐνδεέστερον, ἔχει τὸ νικᾶν καὶ οὕτως ὁ λόγος. τοῦτο γὰρ ἠγωνίζετο πρᾶσθαι, ὅτι νοῦ κρείττων, κἀ ἡ τῶν δευτέρων φύσις, μὴ ὅτι τῆς πρώτης καὶ μόνης, [e] ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν, ὑπὲρ [f] ἅπαντα.

a

b

c

d

e

f

copia ſit impreſſa, ut ſecundaria quædam lumina ſint, ac, per primi luminis rivos & ſcaturigines ad ſe manantes, alios illuſtrare poſſint.

(*a*) Επικτήτῳ. *Adventitio robore*, id eſt, *Dei auxilio & gratiâ, quibus natura perficitur. Adventitium etiam dici poteſt*, inquit Combefiſius, *quòd Angeli ſuperiores illuminant ſubjectos, quòd illi ipſi à Deo illuminantur, & fiunt robuſtiores ad cognoſcendas certas veritates.*

(*b*) Η ἄλλῳ τινί &c. *Sive alii cuipiam rerum Univerſi præpoſitas*; cujuſmodi ſunt Angeli cuſtodes, quod Billius non ſatis diſtinxit.

(*c*) Τάξας. Comb. ἐπιτάξας.

(*d*) Επιθυμίας. *Meæ* ſcilicet *cupiditati*, vel *aliorum*. Utroque modo Elias id intelligit.

(*e*) Οκνῶ γάρ. Elias hunc locum ex aliorum ſententia ſic exponit: *Vult quidem Gregorius dicere naturam divinam exiſtere ſupra Univerſa; ſed, ne comparationem inſtituiſſe videri poſſit, veretur. Nam in comparationibus ea eſt lex, ut ea ſolùm inter ſe conferantur, quæ ſunt ejuſdem generis. At increati ad creatum nulla inſtitui poteſt comparatio, neque Creatoris ad creata. Quapropter ait, metu ſe impediri, quominùs dicat naturam divinam ſupra Univerſa exiſtere, quanquam alioqui hoc verum ſit; ne videlicet eum comparare cum aliis videri poſſit, qui extra comparationem omnem eſt poſitus.* Billius verò putat, ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν, idem hic eſſe, ac ſi dixiſſet, ἵνα μὴ εἴπω, *ne dicam*.

(*f*) Απαντα. Reg. Cypr. ἅπαντας.

THEOLOGICA TERTIA.

DE FILIO.

ORATIO VIGESIMA-NONA.

Aliàs 35. *quæ autem* 29. *erat, nunc* 20.

Habita anno 380.

Præceps in ſacris diſputationibus celeritas, perniciosa.

I. HÆC quidem ſunt, quæ quiſpiam, ad compeſcendam eorum diſputandi promptitudinem, præcipitémque celeritatem, cùm in omnibus rebus, tum maximè in iis diſputationibus, quæ de Deo habentur, periculoſam, afferre poſſit. Quoniam autem objurgare haud magnum eſt; perfacile quippè, & cujuſlibet hominis: ſententiam verò ſuam ſubrogare, pii viri eſt ac mente præditi; age, Spiritûs ſancti, quem nos

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

ΠΕΡΙ ΥΙΟΥ.

ΛΟΓΟΣ κθ.

α. ΑΜΕΝ οὖν εἴποι τις ἂν ἐπικόπλων τὴν πρὸς [a] τὸν λόγον αὐτῶν ἑτοιμότητα, κἀ ταχυτῆτα, κἀ τὸ τοῦ τάχους ἐπισφαλὲς, ἐν πᾶσι μὲν πράγμασι, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις, ταῦτά ἐστιν. ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ἐπιτιμᾶν, οὐ μέγα· ῥᾷστον γὰρ καὶ τοῦ βουλομένου παντός· τὸ δὲ ἀντεισάγειν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἀνδρὸς εὐσεβοῦς καὶ νοῦν

(*a*) Τὸν λόγον. Coisl. I. τῶν λόγων.

ἔχοντος· φέρε, πῷ ἁγίῳ θαῤῥήσαντες Πνεύματι, πῷ παρ' αὐτῶν μὲν ἀτιμαζο-
a μένῳ, παρ' [a] ἡμῶν δὲ σεβασμιουμένῳ, τὰς
b ἡμετέρας περὶ τῆς θεότητος [b] ὑπολήψεις,
αἵ τινές ποτε εἰσὶν, ὥσπερ τινα τόκον
εὐγενῆ τε καὶ ὥριμον, εἰς φῶς σεσενέγκωμεν.
οὐδὲ ἄλλοτε μὲν σιωπήσαντες, τοῦτο γὰρ
μόνον ἡμεῖς νεανικοί τε καὶ μεγαλόφρονες,
νῦν δὲ καὶ μᾶλλον παῤῥησιαζόμενοι τὴν
c ἀλήθειαν· ἵνα μὴ [c] τῇ ὑποστολῇ, καθὼς
d γέγραπται, τὸ μὴ [d] εὐδοκεῖσθαι κατακρι-
e θῶμεν. [e] διτλοῦ δὲ ὄντος λόγου παντὸς,
τοῦ μὲν τὸ οἰκεῖον κατασκευάζοντος, τοῦ
f δὲ τὸ ἀντίπαλον [f] ἀνατρέποντος· καὶ ἡμεῖς
τὸν οἰκεῖον ἐνθέμενοι πρότερον, οὕτω τὰ
τῶν ἐναντίων ἀνατρέψαι πειρασόμεθα· καὶ
ἀμφότερα, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχέων, ἵν'
g [g] εὐσύνοπτα γένηται τὰ λεγόμενα, ὥσπερ
ὃν αὐτοὶ λόγον εἰσαγωγικὸν ἐπενόησαν πρὸς
ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων ἢ εὐηθεστέρων,
h καὶ μὴ πῷ μήκει τοῦ λόγου [h] διαχεθῇ τὰ
νοούμενα, καθάπερ ὕδωρ οὐ ζωλῆνι σφιγ-
γόμενον, ἀλλὰ κατὰ πεδίου χεόμενον καὶ
λυόμενον.

quidem adoramus, illi verò contemnunt ac A
pro nihilo habent, numine atque auxilio
freti ſubnixíque, noſtram de divinitate
fidem, quæcunque tandem illa eſt, per-
indè ac generoſum quendam & maturum
fœtum in lucem producamus. Non quòd
aliàs unquam tacuerimus, (hac enim una
duntaxat in re fortes & magnanimi ſumus,)
ſed quòd nunc majori quoque libertate ac
fiduciâ veritatem profiteamur: ne alioqui
ob timiditatem, ut Scripturæ verbo utar, *Hebr.* x. 38.
hâc pœnâ mulctemur, ut *Deo minimè pla-*
ceamus. Porrò cùm omnis ſermo duplex B Duplex diſ-
ſit, alter, quo dogmata noſtra confirmamus, putationis ge-
alter, quo adverſaria ſubvertimus: nos quo- nus.
que, poſteaquàm doctrinam noſtram potiùs
expoſuerimus, ita demùm adverſariorum
placita, confutare ac profligare conabimur:
& quidem utrumque, quàm fieri poterit,
breviſſimè, ut, quæ à nobis dicentur, quaſi
uno quodam obtutu perſpici facilè poſſint,
(quemadmodùm quem illi Iſagogicum libel-
lum, ad ſimpliciorum, vel ſtolidiorum po-
tiùs, fraudem excogitarunt,) ac non ob ſer-
monis prolixitatem ſenſa dilabantur, haud
ſecùs atque aqua, quæ non canali coërcetur, C
ſed per campos diffunditur, ac ſolvitur.

β. Τρεῖς αἱ ἀνωτάτω δόξαι περὶ Θεοῦ,
i [i] Ἀναρχία, καὶ Πολυαρχία, καὶ Μοναρχία.
k αἱ μὲν οὖν δύο παισὶν Ἑλλήνων [k] ἐπαίχ-
θησαν, καὶ παίζεσθωσαν. τό τε γὰρ
ἄναρχον, ἄτακτον· τό τε πολύαρχον,
στασιῶδες, καὶ οὕτως ἄναρχον, καὶ οὕτως
ἄτακτον. εἰς ταυτὸν γὰρ ἀμφότερα φέρει D
τὴν ἀταξίαν, ἡ δὲ εἰς λύσιν· ἀταξία γὰρ
μελέτη λύσεως. ἡμῖν δὲ μοναρχία, τὸ
τιμώμενον· μοναρχία δὲ, οὐχ ἣν ἓν περι-
γράφει πρόσωπον· ἔστι γὰρ καὶ τὸ ἓν
στασιάζον πρὸς ἑαυτὸ, πολλὰ καθίστασ-
θαι· ἀλλ' ἣν φύσεως ὁμοτιμία συνίστησι,
l καὶ γνώμης σύμπνοια, καὶ [l] ταυτότης

II. Ut igitur ad rem accedamus, tres Quænam
antiquiſſimæ de Deo ſententiæ ſunt, Anar- fuere veterum
chia, Polyarchia, & Monarchia. Ac duæ de Deo ſen-
quidem priores ab ethnicis luſæ ſunt, & ſanè tentiæ.
ludantur. Nam, & quod nullius imperio
gubernatur, confuſum eſt ac perturbatum: &
quod à pluribus dominis & principibus ad-
miniſtratur, factionibus diſſidiiſque obno-
xium eſt, ac proindè nec à quoquam gube-
rnatur, nec ordine ullo & diſciplinâ conti-
netur. Ambo etiam iſta eodem tendunt,
nimirùm ad ordinis perturbationem, hæc
autem ad ſolutionem; perturbatio quippè
ſolutionis meditatio eſt. At nos unius prin-
cipatum colimus; unius autem principa- Catholica
tum dico, non quem Perſona una cir- fides unum
cumſcribit; (fieri enim poteſt ut quod unum Deum credit
& confitetur.

(*a*) Ἡμῶν. Or. 1. ad marg. ἡμῖν.

(*b*) Ὑπολήψεις. Vocem hanc pleriſque in locis, pro *fide certâ & perſuaſione* uſurpat Gregorius. Quare non benè Leuvenk. *conjecturas*.

(*c*) Τῇ ὑποστολῇ. Schol. τὸ ὑποστέλλεσθαι δέει καὶ φόβῳ. *Quòd metu ac timore nos ſubducimus*. Ubi autem Vulgata habet, Hebr. x. 38. *Quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ*, Græci legunt, ἐὰν ὑποστείληται, id eſt, ut exponit Gregorius: *Si in pietatis cauſa prævaricatorem egerit, nec in ejus deffenſionem incubuerit* &c.

(*d*) Εὐδοκεῖσθαι Coisl. 1. εὐδοκιμεῖσθαι.

(*e*) Διτλοῦ δὲ ὄντος λόγου. Similia leguntur apud Athenagoram lib. de Reſurrectione mortuorum, ad calcem operum S. Juſtini novæ Ed. p. 315. n. 1. ὅθεν, οἶμαι δεῖν τοῖς περὶ ταῦτα πονημένοις λόγων διτλῶν, τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας· καὶ τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας, ἢ τοὺς ἀμφισβάλλοντας· τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας, πρὸς τοὺς εὐγνωμονοῦντας, καὶ μετ' εὐνοίας δεχομένους τὴν ἀλήθειαν. *Hinc iis, qui operam in res hujuſmodi inſumunt, duplici arbitror opus eſſe ſermone, altero pro veritate, altero de veritate; pro veritate quidem adverſus incredulos, aut dubitantes; de veritate autem ad eos, qui æquo ſunt animo, & veritatem libenter ſuſcipiunt.* Itaque Gregorius cum Athenagora duplicem ſecernit diſputationem, quæ duplicem poſtulat ſermonem. In primo diſputationis genere, dogmata credentibus explicantur; in altero verò veritatis deffenſio ſuſcipitur, dogmata propugnantur, anticipatæ evelluntur opiniones, & adverſariorum tricis occurritur. Inter utramque diſputationem iſtud eſt diſcrimen, ut cum eodem Athenagora loquar, quòd in altera *mendacium refellitur*, in altera *veritas ſtabilitur*.

(*f*) Ἀνατρέποντος. Gloſſ. ἀνασκευάζοντος, *confutamus*.

(*g*) Εὐσύνοπτα γένηται. Reg. Cypr. εὐσύνοπτα γένωνται. Gloſſ. εὔδηλα, καὶ γνώριμα, καὶ σαφῆ γίνηται, *manifeſta, & nota, & perſpicua fiant*. Mox, εἰσαγωγικόν, *introductorium*.

(*h*) Διαχεθῇ τὰ νοούμενα. Reg. Cypr. διαχυθῇ τὰ λεγόμενα.

(*i*) Ἀναρχία &c. *Nullius*, vel *plurium*, vel *unius imperium*.

(*k*) Ἐπαίχθησαν. *Luſæ ſunt. Hoc verbo utitur Gregorius*, inquit Elias, *quòd à rebus ludicris nihil differrent ea, quæ ipſi introducerent, atque in Deorum numerum referrent; vel quod omninò digna ſint, quibus illudatur.*

(*l*) Ταυτότης κινήσεως. *Motum appellat potentiam & efficacitatem*, inquit Elias.

eſt, ſi à ſeipſo diſſideat, ſecumque diſcordet, multa fiat,) ſed quem æqualis naturæ dignitas conſtituit, & voluntatis conſenſio, motûſque identitas, atque ad unum, eorum, quæ ex ipſo ſunt, conſpiratio, (id quod in rebus procreatis fieri nequit,) ita ut, etiamſi numero differant, eſſentiâ tamen & naturâ minimè diſtinguantur. Quocirca unitas, principio in binarium mota, in Trinitate conſtitit. Atque hoc nobis eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus; Pater quidem genitor, & productor, citra tamen ullam paſſionem, ac tempus, atque incorporeo modo: horum autem, alter ſoboles, alter proceſſio, aut quibus verbis hæc quiſpiam vocare queat, neſcio, ab iis prorsùs abſtrahens, quæ ſub aſpectum cadunt. Neque enim bonitatis ſuperfuſionem dicere audebimus, (tametſi quiſpiam eorum, qui apud Ethnicos philoſophiæ laude floruerunt, hoc vocabulo uti non dubitarit, cùm de prima & ſecunda cauſa diſſereret, perſpicuis verbis ita loquens: *Velut poculum quoddam ſuperfluxit;*) ne coactam quandam generationem, ac velut naturalem quandam ſuperfluitatem quæ retineri nequeat, miniméque divinitati congruat, invehamus. Proindè finibus noſtris noſmet continentes, Ingenitum & Genitum inducimus, & *ex Patre Procedentem*, ut quodam loco Deus ipſe ac Verbum pronunciavit.

Pater genitor, Filius genitus, Spiritus procedens.

Plato.

Joan. xv. 26.

III. Sed quandò hæc, inquient? Nimirùm hæc ſupra *quandò* ſunt. Quòd ſi etiam audaciuſculè aliquid dicendum eſt, tum hæc erant, cùm Pater erat. Quandò autem Pater? Nunquam non fuit. Idem de Filio, idem de Spiritu ſancto promptum eſt dicere. Quòd ſi rursùs me interroges, rursùs tibi reſpondebo. Quandò Filius genitus eſt? Cùm Pater genitus non eſt. Quandò Spiritus proceſſit? Tum cùm Filius non proceſſit, ſed citra tempus ullum, ac ſupra omnem rationis humanæ captum genitus eſt: etiam ſi id quod ſupra tempus eſt, declarare cupientes, temporalem ſpeciem ac ſignificationem fugere nequeamus. Etenim hæ voces, *quandò*, *antehac*, *poſthac*, *à principio*, temporis neutiquam expertes ſunt, quamcunque vim illis inferamus; niſi fortè ævum accipiamus, hoc eſt, intervallum illud, quod ſimul cum rebus æternis extenditur, nec ullo motu, aut Solis curſu, (quod quidem tempus eſt,) definitur. Quid

Trium Perſonarum in Deo æternitas.

κινήσεως, καὶ πρὸς τὸ ἓν τῶν ἐξ αὐτοῦ A
σύννευσις, ὅπερ ἀμήχανον ἐπὶ τῆς [a]γεννητῆς a
φύσεως, ὥστε κἂν ἀριθμῷ διαφέρῃ, [b]τῇ γε b
οὐσίᾳ μὴ τέμνεσθαι. διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ'
ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα, μέχρι Τριάδος
ἔστη. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ
Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνευμα· ὁ μὲν γεννήτωρ
καὶ προβολεὺς, λέγω δὲ ἀπαθῶς, καὶ
ἀχρόνως, καὶ ἀσωμάτως· τῶν δὲ, τὸ μὲν
γέννημα, τὸ δὲ πρόβλημα, ἢ οὐκ οἶδ' ὅπως
ἄν τις ταῦτα καλέσειεν, ἀφελὼν πάντῃ B
τῶν ὁρωμένων. οὐ γὰρ δὴ ὑπερέχυσιν ἀγαθό-
τητος εἰπεῖν θαρρήσομεν, ὃ τῶν παρ'
Ελλησι φιλοσοφησάντων εἰπεῖν τις ἐτόλ-
μησεν, οἷον κρατήρ τις [c]ὑπερρύη, ζαφῶς c
οὑτωσὶ λέγων, ἐν οἷς [d]περὶ πρώτου αἰτίου d
καὶ δευτέρου φιλοσοφεῖ· μή ποτε ἀκούσιον
τὴν γέννησιν [e]εἰσαγάγωμέν, ὃ οἷον πρόβλημά e
τι φυσικὸν καὶ δυσκάθεκτον, ἥκιστα ταῖς
περὶ θεότητος [f]ὑπονοίαις πρέπον διὰ τοῦτο f
ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ὅρων ἱστάμενοι, τὸ C
ἀγέννητον εἰσάγομεν, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ
τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, ὥς που
φησὶν αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος.

γ. [g]Πότε οὖν ταῦτα; ὑπὲρ τὸ πότε g
ταῦτα. εἰ δὲ δεῖ τι καὶ [h]νεανικώτερον h
εἰπεῖν, ὅτε ὁ Πατήρ. πότε δὲ ὁ Πατήρ;
οὐκ ἦν ὅτε οὐκ ἦν. τοῦτο οὖν καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ
τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. πάλιν ἐρώτα με,
καὶ πάλιν ἀποκρινοῦμαί σοι. πότε ὁ Υἱὸς D
γεγέννηται; ὅτε ὁ Πατὴρ οὐ γεγέννηται.
πότε δὲ τὸ [i]Πνεῦμα ἐκπεπόρευται; ὅτε i
ὁ Υἱὸς οὐκ ἐκπεπόρευται, ἀλλὰ γεγέννη-
ται ἀχρόνως, καὶ ὑπὲρ λόγον· εἰ καὶ μὴ
δυνάμεθα τὸ ὑπὲρ χρόνον διαστῆσαι,
θέλοντες χρονικὴν ἐκφυγεῖν ἔμφασιν. τὸ
γὰρ ὅτε, καὶ πρὸ τοῦδε, καὶ μετὰ
ταῦτα, καὶ [k]ἀπαρχῆς, οὐκ ἄχρονα, k
κἂν ὅτι μάλιστα βιαζώμεθα· πλὴν [l]εἰ τὸ l
E [m]παρεκτεινόμενον τοῖς αἰδίοις διάστημα m
τὸν αἰῶνα λαμβάνοιμεν, τὸ μὴ κινήσει
τινὶ, μηδὲ Ηλίου φορᾷ μετριζόμενον καὶ

(a) Γεννητῆς. Reg. bm. & Or. 1. γενητῆς.

(b) Τῇ γε οὐσίᾳ. Sic Coisl. 1. & 3. aliique melioris notæ Codd. Quæ lectio profectò melior eſt, quàm ἐξουσίᾳ, *potentiâ*, quæ in Editis reperitur. Nam Nicæni Patres, ὁμούσιον, *ejuſdem naturæ* ſeu *eſſentiæ*, non ὁμοεξούσιον, *ejuſdem potentiæ*, Patri Filium eſſe definierunt.

(c) Υπερρύη. Duo Regg. quinque Colb. Coisl. 1. & Or. 1. ὑπερεῤῥύη.

(d) Περὶ πρώτου &c. Plato, primam cauſam, τὸ ἕν, *Unum* ſtatuit; alteram verò, τὸ ὄν, *Ens*.

(e) Εἰσαγάγωμεν. Nicet. εἰσάγομεν.

(f) Υπονοίαις. *Cogitationibus*, ſeu, *ideis de divinitate minimè congruentem.*

(g) Πότε ἦν &c. Interrogantibus Eunomianis, ut deſignaretur tempus, in quo, vel *quandò* genitus ſit Filius, ac proceſſerit Spiritus ſanctus, acutè reſpondet Gregorius, genitum fuiſſe Filium, & proceſſiſſe Spiritum ſanctum ante ipſorum *quandò*. Sive, ut in prima editione interpretatur Billius: *priuſquam tempus ullum extitiſſet.*

(h) Νεανικώτερον. Tres Regg. ſex Colb. & Or. 1. νεανικῶς.

(i) Πνεῦμα. Colb. 1. addit, τὸ ἅγιον, *ſanctus.*

(k) Απαρχῆς. Or. 1. diviſim, ἀπ' ἀρχῆς, *à principio.*

(l) Εἰ τό. Coisl. 3. εἰ μὴ τό.

(m) Παρεκτεινόμενον. Reg. Cypr. συμπαρεκτεινόμενον.

μετρούμενον,

μετρούμενον, ὅπερ ὁ χρόνος. πῶς οὖν οὐ συνάναρχα, εἰ συναΐδια; ὅτι ἐκεῖθεν, εἰ
a καὶ μὴ μετ' [a]ἐκεῖνον. τὸ μὲν γὰρ ἄναρχον, καὶ ἀΐδιον· τὸ δὲ ἀΐδιον, οὐ πάντως ἄναρχον, ἕως ἂν εἰς ἀρχὴν ἀναφέρηται τὸν Πατέρα. οὐκ ἄναρχα οὖν τῷ αἰτίῳ· δῆλον δὲ τὸ αἴτιον, ὡς οὐ πάντως πρεσβύτερον τῶν
b ὧν [b]ἐστιν αἴτιον· οὐδὲ γὰρ τοῦ φωτὸς, ἥλιος. καὶ ἄναρχά πως τῷ χρόνῳ, κἂν σὺ μορμολύττῃ τοὺς ἁπλουστέρους· οὐ γὰρ ὑπὸ χρόνον τὰ ἐξ ὧν ὁ χρόνος.

ergo, inquies, si Filius & Spiritus sanctus Patri coæterni sunt, quid afferri potest, quin principii quoque, quemadmodùm & ille, sint expertes? Quia ab ipso sunt, licèt non post ipsum. Quod enim principio caret, æternum quoque est: quod autem æternum est, non protinùs quoque principio vacat, quandiù ad Patrem, velut ad principium & originem, refertur. Ergo illi, quantùm ad causam, principio minimè carent. Perspicuum autem est, causam non continuò antiquiorem esse iis, quorum causa est; neque enim Sol lucem tempore antecedit. Quantùm autem ad tempus, principii expertes sunt, licèt tu verborum larvis simpliciores animos territes. Nec enim tempori subsunt ea, ex quibus tempus originem sumpsit. Prima Eunomianorum objectio.

δ. Πῶς οὖν οὐκ ἐμπαθὴς ἡ γέννησις; ὅτι ἀσώματος. εἰ γὰρ ἡ ἐνσώματος ἐμπαθὴς, ἀπαθὴς ἡ ἀσώματος. ἐγὼ δέ σε ἀντερήσομαι· πῶς Θεὸς, εἰ κτίσμα; οὐ γὰρ Θεὸς τὸ κτιζόμενον· ἵνα μὴ λέγω, ὅτι κἀνταῦθα πάθος, ἂν ζωματικῶς λαμβάνηται, οἷον χρόνος, ἔφεσις, ἀνατύπωσις, φροντὶς,
c ἐλπὶς, λύπη, κίνδυνος, ἀποτυχία, διόρθωσις· ἃ πάντα καὶ πλείω τούτων [c]ᾠδὲ τὴν κτίσιν, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. θαυμάζω δὲ, ὅτι μὴ καὶ τοῦτο τολμᾷς, συνδυασμούς
d τινας [d]ἐννοεῖν, καὶ χρόνους κυήσεως, καὶ κινδύνους ἀμβλώσεως, ὡς οὐδὲ γενναῖν ἐγχωροῦν, εἰ μὴ οὕτω γεγέννηκεν· ἢ πάλιν πωλῃνῶν τινὰς, καὶ χερσαίων καὶ ἐνύδρων
e γεννήσεις ἀπαριθμούμενος, [e]τούτων τινὶ τῶν γεννήσεων ὑπάγειν τὴν θείαν καὶ
f ἀνεκλάλητον, ἢ καὶ τὸν Υἱὸν [f]ἀναίρειν ἐκ
g τῆς [g]καινῆς σοῦ ὑποθέσεως. καὶ οὐδ' ἐκεῖνο δύνασαι συνιδεῖν, ὅτι ᾧ διάφορος
h [h]ἡ κατὰ σάρκα γέννησις, ποῦ γὰρ ἐν τοῖς σοῖς ἔγνως Θεοτόκον παρθένον, τούτῳ καὶ ἡ πνευματικὴ γέννησις ἐξαλλάττουσα· μᾶλλον δὲ, ᾧ τὸ εἶναι μὴ ταυτὸν, τούτῳ καὶ τὸ γεννᾶν διάφορον.

IV. Quomodò ergo à passione immunis est hæc generatio? Quia incorporea. Si enim corporea generatio passionem conjunctam habet, expers utique passionis erit incorporea generandi ratio. Atque ego ex te vicissim quæram: Quomodò Deus erit, si creatura est? Non enim Deus esse potest, quod creatur; ne dicam, quòd hîc quoque passio sit, si corporeo modo id accipiatur, hoc est, tempus, cupiditas, informatio, cura, spes, mœror, periculum, spei frustratio, correctio: quæ omnia, atque his plura, circa creaturam accidere nemo est qui non facilè perspiciat. Demiror autem, quin tu eò quoque audaciæ prorumpas, ut coitus quosdam, & prægnationis tempora, & abortûs pericula cogites, perindè ac non aliter gignere potuerit Pater, si non ita genuerit: aut rursùs avium quarundam, aliorúmque animalium, quæ vel in terra, vel in aquis degunt, generationes enumeres, ac cuipiam harum generationum divinam illam, & ineffabilem subjicias, aut etiam Filium per hanc novam hypothesim de medio tollas. Ac ne illud quidem perspicere potes, cujus diversa sit carnalis generatio, (alicubi enim apud homines Dei-param Virginem nosti,) hujus diversam quoque atque ab aliis discrepantem esse spiritualem generationem: vel, ut rectiùs dicam, cujus esse ipsum minimè idem sit, ejus diversam quoque esse generandi rationem. Secunda objectio.

ε. Τίς οὖν ἐστι Πατὴρ οὐκ ἠργμένος; ὃς
i τις οὐδὲ [i]τοῦ εἶναι ἤρξατο· ᾧ δὲ τὸ εἶναι
k l [k]ἤρξατο, τούτῳ καὶ τὸ εἶναι [l]Πατρί. οὐκοῦν Πατὴρ ὕστερον, οὐ γὰρ ἤρξατο·

V. Quisnam ergo est Pater ille principii expers? Is nempè, cujus ne ulla quidem ipsius essentiæ origo reperiri potest. Qui autem aliquandò esse cœpit, hic quoque paternitatis suæ principium habuit. Tertia objectio.

(a) Ἐκεῖνον. Or. 1. aliique non pauci, ἐκεῖνο.
(b) Ἐστίν. Deest in pluribus.
(c) Περὶ τὴν κτίσιν. *Circa creaturam.* Cùm scilicet *gignitur aut parturit.* Billius, *circa creationem.*
(d) Ἐννοεῖν. Reg. Cypr. aliique, ἐκνοεῖν.
(e) Τούτων. Or. 1. addit, δέ.
(f) Ἀναίρειν. Reg. Cypr. ἐναιρεῖν.
(g) Καινῆς. Reg. Cypr. aliique plures, κενῆς, *vanam.*
(h) Ἡ κατὰ σάρκα γέννησις. Elias, ἡ κάτω γέννησις, *terrena generatio.*
(i) Τοῦ εἶναι. Sic Coisl. 2. sex Colb. Par. &c. In quibusdam, τὸ εἶναι. In Ed. τῶν εἶναι.
(k) Ἤρξατο. Coisl. 1. ἐκ ἤρξατο. *Cui, ut esset, nulla fuit origo, huic nec ut Pater esset.*
(l) Πατρί. Reg. a. & Coisl. 1. Πατήρ. Sed in Reg. a, emendatum.

Non igitur Pater poſteà extitit, quando-
quidem nec eſſe aliquandò cœpit : &
Pater propriè eſt, quia non etiam filius :
quemadmodùm viciſſim Filius propriè filius,
quia non etiam Pater. Nam quod ad nos
attinet, neutro nomine propriè appellari
poſſumus, quoniam utrunque ſumus ; ne-
que hoc potiùs, quàm illud; nec ex uno,
ſed ex utroque parente naſcimur, ac pro-
indè dividimur, paulatimque homines effi-
cimur; imò ne homines quidem fortaſsè, &
quales noluimus, tum dimittentes, tum
dimiſſi, adeò ut ſolæ relationes rebus ipſis
Quarta objectio. orbæ relinquantur. At, inquies, ipſum hoc, *genuit*, & *genitus eſt*, quid aliud quàm generationis principium inducit ? Ego verò ita reſpondeo : Quid ſi ne hoc quidem dixerimus, ſed, à principio genitus erat, ut curioſas ipſas ac temporis amicas objectiones nullo negotio fugiamus? An tu crimen nobis inferes, quaſi Scripturæ ac veritatis aliquid adulteremur ? Nonne cuivis perſpicuum eſt, ac præſertim in Scripturæ uſu poſitum, ut pleráque ex his, quæ temporaliter dicuntur, inversâ temporum ratione proferantur, nec ea ſolùm, quæ præteriti temporis ſunt, aut præſentis, ſed etiam quæ futuri ſignificationem habent ? Quo
Pſ. II. 1. in genere illud eſt : *Quare fremuerunt gentes?* (Nondùm enim *fremuerant.*) Et, *in*
Pſ. LXV. 6. *flumine pertranſibunt pede*, id eſt, *pertranſierunt.* Nimis longum foret omnes hujuſmodi voces recenſere, quæ à ſtudioſis obſervatæ ſunt.

Quinta objectio, Eunomianorum dilemma. VI. Atque ad hunc modum ſe habet hæc illorum objectio. Jam quale illud eorum eſt, cujuſque rixandi libidinis & impudentiæ? Vel volens, inquiunt, Filium genuit, vel nolens. Ac deindè nexibus, ut quidem ipſi putant, utrinque adverſarios illigant, non tamen firmis, ſed perquàm etiam imbecillis. Si enim nolens, inquiunt, vis ergo ei allata eſt. Et quiſnam eſt qui vim intulit ? Et rursùs, quomodò, cui vis allata eſt, Deus eſſe poteſt ? Si autem volens, ergo Filius, voluntatis eſt Filius. Quo igitur modo ex Patre progenitus eſt ? Ita novam quandam matrem, voluntatem, patris loco comminiſcuntur. In hoc quidem argumento, primùm hoc ſcitum ac lepidum eſt, quòd à paſſione illa, quam tantoperè urgebant, abſcedentes, ad voluntatem confugiunt; non enim paſſio eſt voluntas. Deindè

A καὶ Πατὴρ κυρίως, ὅτι μὴ καὶ Υἱός· ὥσπερ καὶ Υἱὸς κυρίως, ὅτι μὴ καὶ Πατήρ. τὰ γὰρ ἡμέτερα, οὐ κυρίως, ὅτι καὶ [a] ἄμφω· οὐ γὰρ τόδε μᾶλλον, ἢ a
τόδε· καὶ ἐξ ἀμφοῖν ἡμεῖς, οὐχ ἑνός, ὥστε [b] μερίζεσθαι, καὶ κατ' ὀλίγον ἄνθρωποι· b
[c] καὶ ἴσως οὐδὲ ἄνθρωποι, καὶ οἷοι μὴ τεθε- c
λήμεθα, καὶ ἀφιέντες, καὶ ἀφιέμενοι, ὡς
μόνας τὰς σχέσεις λείπεσθαι ὀρφανὰς τῶν
πραγμάτων. ἀλλὰ τὸ ἐγέννησε, φησὶν, αὐτὸ,
B καὶ τὸ γεγέννηται, τί ἄλλο, ἢ ἀρχὴν
εἰσάγει γεννήσεως; τί οὖν ἂν μηδὲ τοῦτο
λέγωμεν, ἀλλ' ἦν ἀπ' ἀρχῆς γεγεννημένος,
ἵνα σου ῥᾳδίως φύγωμεν τὰς περιέργους
ἐνστάσεις, καὶ φιλοχρόνους; ἆρα γραφὴν
ἀποίσεις καθ' ἡμῶν, ὡς παραχαρατ τόντων
τὶ τῆς γραφῆς καὶ τῆς ἀληθείας; ἢ πᾶσιν
εὔδηλον, ὅτι πολλὰ τῶν χρονικῶς λεγο-
μένων, ἐναλλαγμένως τοῖς χρόνοις πεφέρε-
ται, καὶ μάλιστα παρὰ [d] τὴν συνηθείαν τῆς d
C θείας γραφῆς, οὐχ ὅσα τοῦ παρελθυθότος
χρόνου μόνον ἐστὶν, ἢ τοῦ παρόντος, ἀλλὰ
καὶ ὅσα τοῦ μέλλοντος; ὡς τό· ἵνα τί
ἐφρύαξαν ἔθνη; οὔπω γὰρ ἐφρυάξαντο·
καὶ, ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί· ὅπερ
ἐστὶ, διαβεβήκασιν. καὶ μακρὸν ἂν εἴη πάσας
ἀπαριθμεῖν τὰς τοιαύτας φωνὰς, αἳ τοῖς
φιλοπόνοις τετήρηνται.

5. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. οἷον δὲ
αὐτῶν κἀκεῖνο, ὡς λίαν δύσερι καὶ ἀναί-
D σχυντον; βουληθείς, φασι, γεγέννηκε
τὸν Υἱὸν, ἢ μὴ βουλόμενος. εἶτα δεσ-
μοῦσιν, [e] ὡς οἴονται, ἀμφοτέρωθεν ἄμ- e
μασιν, οὐκ ἰσχυροῖς, ἀλλὰ καὶ λίαν ῥαθροῖς.
εἰ μὲν γὰρ οὐ θέλων, φασὶ, τετυράννηται.
καὶ τίς ὁ τυραννήσας; καὶ πῶς ὁ τυραννη-
θεὶς, Θεός; εἰ δὲ θέλων, θελήσεως Υἱὸς,
ὁ Υἱός· πῶς οὖν ἐκ τοῦ Πατρός; καὶ [f] καί- f
νήν τινα μητέρα τὴν θέλησιν ἀντὶ τοῦ πα-
τρὸς ἀναπλάττουσιν. ἓν μὲν οὖν τοῦτο χά-
E ριεν αὐτῶν ἂν τοῦτο λέγωσιν, ὅτι τοῦ πά-
θους ἀποστάντες, ἐπὶ τὴν βούλησιν κατα-
φεύγουσιν· οὐ γὰρ [g] πάθος ἡ βούλησις. g
δεύτερον δὲ, ἴδωμεν τὸ ἰσχυρὸν αὐτῶν, ὅ τι

(a) Ἄμφω. *Utrumque ſumus*, id eſt, *filii*, *quia ab aliis gignimur, & parentes, quia alios gignimus.*

(b) Μερίζεσθαι. Id eſt, *ita ut dividamur in filiationem & paternitatem, in ſemen paternum & maternum.*

(c) Καὶ ἴσως οὐδὲ ἄνθρωποι. *Ne homines quidem* &c. *Quia nimirùm*, inquit Elias, *abortus, vel monſtra quandoque fiunt.* Mox, καὶ ἀφιέντες &c. Idem Elias ſic exponit : *Tum dimittentes, tum dimiſſi, cùm ſcilicet, parentes filios deſerunt, aut ab eis deſeruntur ; vel etiam, quandò parentes, aut filii moriuntur.*

(d) Τῇ συνηθείᾳ. Heinſius lib. exercitationum ſacrarum pag. 15. legit, τῇ συνεχείᾳ, ſicque locum hunc interpretatur : *An verò notum omnibus multa, quæ de temporibus dicuntur, cum mutatione temporum efferri, in ipſa præſertim ſacrarum Scripturarum ſerie, non ea, quæ præteriti tantùm ſunt temporis, aut præſentis, ſed & quæ futuri ? Ut cùm dicitur : Quare fremuerunt gentes ? Nondùm enim tum fremuerant. Et, in flumine pertranſibunt pede, id eſt, tranſierant.*

(e) Ὡς οἴονται Duo Colb. & Baſ. ὡς οἷον τε. *Quantùm poſſunt.*

(f) Καινήν. Reg. Cypr. κενήν, *vanam.*

(g) Πάθος. Sic tres Regg. ſex Colb. Or. 1. Par. In Ed. πάθως, *paſſionis.*

λέγουσιν. ἄριστον δὲ αὐτοῖς συμπλακῆναι A videamus, obsecro, quam vim habeat quod
πρότερον ἐγγυτέρω. σὺ δὲ αὐτὸς ὁ λέγων dicunt. Optimum autem fuerit, priùs cum
a εὐχερῶς ὅ τι ἂν [a] θέλῃς· ἐκ θέλοντος ipsis pedem propiùs conferre. Dic ergo ipse, quisquis es, qui temerè, quidquid libido tua tulerit, effutis. Ex volente patre tuo procreatus es, an nolente? Si ex nolente, vis ergo ei allata est. O indignum facinus! Et quis tandem ei vim attulit? Non enim profectò naturam dixeris. Nam ei quoque sua constat castitas. Si autem ex volente patre, pater tibi propter paucas syllabas periit. Voluntatis siquidem filius, ac non patris extitisti. Sed ad Deum & creaturas transeo, ac tuammet quæstionem sapientiæ tuæ admoveo. Volénsne Deus universam hanc rerum molem condidit, an nolens & coactus? Si coactus, hîc quoque vis adhibita, & quidam qui vim adhibuit. Si autem volens, orbantur Deo, tum aliæ creaturæ, tum tu præ cæteris, qui tales ratiocinationes, talésque verborum captiones excogitas. Intermediâ quippè voluntate à Creatore disjungentur. Verùm aliud, ni fallor, est volens, aliud voluntas: aliud gignens, aliud generatio: aliud qui loquitur, aliud sermo, nisi fortè temulentissimus. Horum enim alterum est, is qui movet, alterum velut motus ipse. Non ergo voluntatis est, volitum; (neque enim hoc prorsùs sequitur;) nec generationis, quod genitum est, nec locutionis, quod auditum est, sed volentis, & gignentis, & loquentis. At quæ in Deo considerantur, supra hæc quoque omnia sunt, utpotè cui generatio fortassè sit ipsa gignendi voluntas; verùm nihil est intermedium, si modò hoc quoque omninò admittimus, ac non potiùs statuimus generationem hanc voluntate sublimiorem & præstantiorem esse.

Gregorii dilemma.

Alterum Gregorii dilemma.

Objectionis Eunomianorũ solutio.

ἐπὶ τὸν Θεὸν μέτειμι καὶ τὰ κτίσματα, B
c καὶ τὸ σὸν ἐρώτημα προσάγω [c] τῇ σῇ
d σοφίᾳ. θέλων ὑπέστησεν [d] ὁ Θεὸς τὰ πάντα, ἢ βιαθείς; εἰ μὲν βιαθείς, κἀνταῦθα
ἡ τυραννὶς, καὶ ὁ τυραννήσας. εἰ δὲ βουλόμενος, ἐστέρηται τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ κτί-
e ματα, καὶ σὺ μὲν [e] πρὸ τῶν ἄλλων, ὁ τοιούτους ἀνευρίσκων λογισμοὺς, καὶ τοι-
f αῦτα σοφιζόμενος. [f] θελήσει γὰρ μέσῃ τῇ
g κτίστου διατειχίζεται. ἀλλ' [g] ἕτερον, οἶμαι, θέλων ἐστὶ καὶ θέλησις, γεννῶν καὶ γέννησις, C
λέγων καὶ λόγος, εἰ μὴ μεθύομεν. τὰ μὲν
h [h] ὁ κινούμενος, τὰ δὲ οἷον ἡ κίνησις. οὐκοῦν
i θελήσεως, [i] τὸ θεληθέν· οὐδὲ γὰρ ἕπεται πάντως, οὐδὲ τὸ γνωσθὲν, γνώσεως, οὐδὲ
τὸ ἀκουσθὲν, ἐκφωνήσεως, ἀλλὰ τοῦ θέλον-
k τος, καὶ τῷ [k] γνωῶντος, καὶ τοῦ λέγοντος.
τὰ τῷ Θεοῦ δὲ καὶ ὑπὲρ ταῦτα πάντα, D
ᾧ γνώσις ἐστὶν ἴσως ἡ τοῦ γνῶναι θέλησις·
l ἀλλ' οὐδὲν μέσον, εἴ γε καὶ τοῦτο [l] δεξώμεθα ὅλως, ἀλλὰ μὴ καὶ θελήσεως κρείττων
ἡ γνῶσις.

VII. Vísne in Patrem quoque ipsum cavillis nonnihil ludam? Tu mihi ansam talia audendi præbes. Pater itaque vel volens Deus est, vel nolens. Ac vide quâ tandem ratione scitum illud tuum & acutum argumentum effugies. Si volens, quandò velle cœpit? Non enim priusquam esset. Neque enim priùs quidquam erat. An partim in eo quiddam fuit quod voluit, partim quiddam quod in voluntatem cecidit? Divisibilis igitur erit. Quid autem afferri poterit, quin juxta tuam argumentandi rationem, ipse quoque voluntatis fœtus sit? Quòd si nolens, quis eum coëgit, ut esset? Quo etiam modo Deus, si coactus est; & coactus quidem non ad aliud quidquam, quàm ad

Urget Eunomianos.

ζ. Βούλει τὶ προσπαίξω καὶ τὸν Πατέρα; ὅθεν σοὶ γὰρ ἔχω τὰ τοιαῦτα τολμᾶν. θέλων Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἢ μὴ θέλων.
καὶ ὅπως ἀποφεύξῃ τὸ σὸν περιδέξιον. εἰ μὲν δὴ θέλων, πότε τοῦ θέλειν ἠρξμένος;
οὐ γὰρ πρὶν εἶναι· οὐδὲ γὰρ ἦν τι πρότερον. ἢ τὸ μὲν αὐτοῦ θελῆσαν, τὸ δὲ θεληθέν; μερισὸς οὖν. πῶς δὲ οὐ θελήσεως
καὶ οὗτος, κατὰ σὲ, πρόβλημα; εἰ δὲ οὐ θέλων, τί τὸ βιασάμενον εἰς τὸ εἶναι; καὶ
πῶς Θεὸς, εἰ βεβίασται, καὶ ταῦτα οὐκ ἄλλό τι, ἢ αὐτὸ τὸ εἶναι Θεός; πῶς οὖν,
m [m] φησὶ, γεγέννηται; πῶς ἔκτισται; εἴπερ ἔκ-

(a) Θέλῃς. Quinque Colb. ἐθέλῃς.
(b) Θελήσεως. Tres Regg. quatuor Colb. & Or. 1. θελήματος.
(c) Τῇ σῇ σοφίᾳ. Hæc ironicè dicta.
(d) Ο Θεός. Deest ὁ in pluribus Codd.
(e) Πρὸ τῶν ἄλλων. Sic tres Regg. & sex Colb. Deest πρὸ in Ed.
(f) Θελήσει. Coisl. 1. θέλησις.
(g) Ετερον, οἶμαι, θέλων ἐστί. Sic tres Regg. & Or. 1. In Ed. ἕτερόν ἐστιν, οἶμαι, θέλων.
(h) Ο κινέμενος. Sic omnes Codd. In Ed. ὁ κινούμενος.
(i) Τὸ θεληθέν. *Volitum.* Hâc voce utuntur Scholastici, ad significandum voluntatis objectum. Bill. *Id quod in voluntatem cecidit.*
(k) Γεννῶντος. Sic Reg. a. aliique. In Ed. γεννήσοντος.
(l) Δεξώμεθα. Or. 1. Bas. &c. δεξόμεθα.
(m) Φησί. Deest in pluribus Regg. & Or. 1.

hoc, ut Deus esset? Quomodò, inquis, Filius genitus est? Verùm, tu quoque responde, quomodò creatus est? Siquidem, ut ipse asseris, creatus est. Nam id quoque eâdem difficultate laborat. Dices fortassè, voluntate & sermone. At nondùm rem totam expedis. Quomodò enim operis vim voluntas & sermo habuerint? Hoc explicandum adhuc tibi supereſt. Neque enim homo ita fabricatur.

Filii generatio incomprehensibilis.

VIII. Quomodò ergo, inquies, genitus est? Haud magna esset hæc generatio, si à te percipi posset, quippè qui ne tuam quidem noris, aut certè exiguam quandam partem percepisti, quantúmque te dicere pudeat. Et posteà eam plenè tibi cognitam esse censes? Magnus tibi labor priùs subeundus est, quàm ut rationes eas invenias, quibus constitutus, formatus, ac manifestatus fueris, quibus etiam anima cum corpore, mens cum anima, ratio cum mente quasi vinculis quibusdam astringatur: tum quomodò corpus moveatur, & augeatur, atque alimentum ipsi assimiletur: ad hæc quæ sit sensuum ratio, quæ memoriæ, quæ reminiscentiæ, rerúmque cæterarum, ex quibus constas: ac prætereà quæ conjunctim utriusque partis sint, quæ divisa & separata, quæ rursùs à se invicem accipiant. Quæ enim temporis progressu perfectionem suam consequuntur, eorum certè rationes ipsæ simul cum generatione extiterunt. Dicas, velim, quæ sint hæ rationes; sed ne tum quidem de Dei generatione pertracta. Nec enim id periculo vacat. Si enim tuam cognoscis, non protinùs sequitur, Dei quoque generationem tibi cognitam & exploratam esse. Si autem tua tibi ignota est, quo tandem modo Dei generatio tibi nota erit? Quantò enim difficilius est Dei naturam, quàm hominis, indagare, tantò quoque difficilius percipi potest superna illa & divina generatio, quàm tua. Quòd si, quia eam cognitione assequi nequis, idcircò ne genitum quidem esse contendis, tempus jam tibi fuerit, multa, quæ tu minimè percepisti, atque ante omnia Deum quoque ipsum, è rerum natura delere atque obliterare. Neque enim, quid tandem sit, explicare potes, quamlibet audax sis, atque in supervacaneis rebus strenuus, & magnanimus. Tuas illas fluxiones, & divisiones, & sectiones priùs abjice, ac de incorporea illa natura, quasi de corporea, disputare desine; atque ita fortassè dignum aliquid generatione divinâ concipere animo queas. Quomodò genitus est? Idem enim indignabundus re-

Hominis generatio ignota, quantò magis Dei generatio.

A τισθαι κατὰ σέ· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς αὐτῆς ἀπορίας. τάχα ἂν εἴποις, [a] ὅτι βουλήσει καὶ λόγῳ. ἀλλ᾽ οὔπω λέγεις τὸ πᾶν. πῶς γὰρ ἔργου δύναμιν ἔσχεν ἡ βούλησις καὶ ὁ λόγος; [b] ἔτι λείπεται λέγειν. οὐ γὰρ οὕτως ἄνθρωπος.

η. Πῶς οὖν γεχθύνηται; οὐκ ἂν ἦν μεγάλη ἡ γέννησις, εἰ σοὶ κατελαμβάνετο, ὃς οὐδὲ τὴν ἰδίαν ἐπίσῃ γέννησιν, ἢ μικρόν τι B ταύτης κατείληφας, καὶ ὅσον αἰσχύνῃ λέγειν· ἔπειτα οἴει τὸ πᾶν γινῶσκειν; πολλὰ ἂν κάμοις πρότερον, ἢ εὕροις λόγους συμπήξεως, μορφώσεως, φανερώσεως, ψυχῆς πρὸς σῶμα δεσμὸν, νοῦ πρὸς ψυχὴν, λόγου πρὸς νοῦν, κίνησιν, αὔξησιν, τροφῆς ἐξομοίωσιν, αἴσθησιν, μνήμην, ἀνάμνησιν, τἆλλα ἐξ ὧν συνέσηκας· καὶ τίνα μὲν τοῦ συναμφοτέρου ψυχῆς καὶ σώματος, τίνα δὲ τὰ μεμερισμένα, τίνα δὲ ἃ παρ᾽ ἀλ- C λήλων λαμβάνουσιν· ὧν γὰρ ὕστερον, ἡ τελείωσις, τούτων οἱ λόγοι μετὰ τῆς γεννήσεως· εἰπὲ τίνες· καὶ μηδὲ τότε [c] φιλοσοφήσῃς Θεοῦ γέννησιν· οὐ γὰρ ἀσφαλές. εἰ μὲν γὰρ τὴν σὴν γινώσκεις, οὐ πάντως καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ μηδὲ τὴν σὴν, πῶς τὴν τοῦ Θεοῦ; ὅσῳ γὰρ Θεὸς ἀνθρώπου [d] δυστεκμαρτότερος, d τοσούτῳ καὶ τῆς σῆς γεννήσεως, ἀληθοτέρα ἡ ἄνω γέννησις. εἰ δὲ ὅτι μή D σοι κατείληπται, διὰ τοῦτο [e] οὐδὲ γε- e γέννηται, ὥρα σοι πολλὰ διαγράφειν τῶν ὄντων, ἃ μὴ κατείληφας, καὶ πρό γε [f] πάντων τὸν Θεὸν αὐτόν· [g] οὐ γὰρ f g ὅτί ποτέ ἐστιν εἰπεῖν ἔχεις, καὶ εἰ λίαν τολμηρὸς εἶ, καὶ τὰ θεῖα μεγαλόψυχος. κατάβαλέ σου τὰς ῥεύσεις, καὶ τὰς διαιρέσεις, καὶ τὰς τομὰς, καὶ τὸ ὡς θεὶ σώματος διανοεῖσθαι τῆς ἀσωμάτου φύσεως· καὶ τάχα ἂν ἄξιόν τι διανοηθείης E [h] Θεοῦ γεννήσεως. πῶς γεγέννηται; πάλιν h γὰρ τὸ αὐτὸ φθέγξομαι δυσχεραίνων· Θεοῦ γέννησις σιωπῇ τιμάσθω. μέγα σοι τὸ μαθεῖν, ὅτι γεγέννηται. τὸ δὲ πῶς; ὐδὲ Αγγέλοις μὴ ὅτι γέ σοι ἐννοεῖν [i] συγχωρήσωμεν. i

(a) Οτι. Deest in Or. 1. aliisque pluribus.
(b) Ετι. Sic tres Regg. quinque Colb. Or. 1. & Comb. In Ed. ἔν τι.
(c) Φιλοσοφήσῃς. Reg. bm. φιλοσοφήσεις. Or. 1. φιλοσοφήσοις.
(d) Δυστεκμαρτότερος. *Quantò enim difficilius est Deum per quasdam conjecturas, quàm hominem comprehendere* &c.
(e) Οὐδὲ γεγέννηται. Nempè, *Filius.*
(f) Πάντων. Reg. a. & quinque Colb. ἀπάντων.
(g) Οὐ γάρ. Plures Codd. ὐδὲ γάρ.
(h) Θεῖ. Comb. περὶ Θεῦ.
(i) Συγχωρήσωμεν. Duo Regg. Or. 1. & Comb. συγχωρήσομεν. Locus iste in Or. 1. aliisque pluribus sic legitur: ὐδὲ Αγγέλοις ἐννοεῖν, μὴ ὅτι γέ σοι νοεῖν συγχωρήσομεν.

Βούλει

βουλει παραστήσω τὸ πῶς; ὡς οἶδεν ὁ γεννήσας Πατὴρ, καὶ ὁ γεννηθεὶς Υἱός. τὸ δὲ ὑπὲρ ταῦτα, νέφει κρύπτεται, τὴν σὴν δμαφεῦγον ἀμβλυωπίαν.

peto. Dei generatio ſilentii honore decoretur. Abundè magnum tibi eſt ſcire, eum genitum eſſe. Quo autem modo genitus ſit, ne ipſis quidem Angelis, nedùm tibi intelligere conceſſerim. Vis declarem quomodò? Ut ſcit Pater, qui genuit, & Filius qui genitus eſt. Quod ſupra hæc eſt, nube obtegitur, animique tui hebetudinem fugit.

θ. Ὀντα οὖν γεγέννηκεν, ἢ οὐκ ὄντα. τῶν λημμάτων· φεῦ ἐμὲ καὶ σὲ ταῦτα, οἳ τὸ μέν τι ἦμεν, ὥσπερ ἐν τῇ ὀσφύι τοῦ Ἀβραὰμ, ὁ Λευΐ, τὸ δὲ γεγόναμεν· ὥστε ἐξ ὄντων, τρόπον τινὰ τὸ ἡμέτερον, καὶ οὐκ ὄντων· ἐναντίως φεὶ τὴν ἀρχέγονον ὕλην ὑποστᾶσαν
b a ζαφῶς ἐξ οὐκ ὄντων, καΐ [a] τινες [b] ἀγέννητον
c ἀναπλάττωσιν. ἐνταῦθα δὲ σύνδρομον [c] πῷ εἶναι τὸ γεγεννῆσθαι, καὶ ἀπ' ἀρχῆς· ὥστε
d ποῦ [d] θήσεις τὸ ἀμφίλημμον τοῦτο ἐρώτημα; τί γὰρ τοῦ ἀπ' ἀρχῆς πρεσβύτερον, ἵν' ἐκεῖ θῶμεν τὸ εἶναί ποτε τοῦ Υἱοῦ, ἢ τὸ μὴ εἶναι; ἀμφοτέρως γὰρ τὸ, ἀπ' ἀρχῆς, λυθήσεται· εἰ μή ζοι καὶ ὁ Πατὴρ, πάλιν ἐρωτώντων ἡμῶν, ἐξ ὄντων, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων, κινδυνεύσειεν ἢ δὶς εἶναι, ὁ μὲν πρὸ, ὁ δὲ ὤν, ἢ ταυτὸν πῷ Υἱῷ παθεῖν, ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι, δμὰ τὰ σὰ τῶν ἐρωτημάτων
e παίγνια, καὶ τὰς ἐκ [e] ψάμμων οἰκοδομὰς, αἳ μηδὲ αὔραις ἵστανται. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδέτερον τούτων δέχομαι, καὶ τὴν ἐρώτησιν φημὶ τὸ ἄτοπον ἔχειν, οὐχὶ τὸ ἄπορον τὴν
f ἀπάντησιν. [f] εἰ δέ ζοι φαίνεται ἀναγκαῖον εἶναι τὸ ἕτερον ἀληθεύειν ἐπὶ παντὸς, κατὰ τὰς σὰς δμαλεκτικὰς ὑπολήψεις, δέξαι μου τὶ μικρὸν ἐρώτημα. ὁ χρόνος ἐν χρόνῳ, ἢ οὐκ ἐν χρόνῳ; εἰ μὲν οὖν ἐν χρόνῳ, τίνι τούτῳ; καὶ τί παρὰ τοῦτον ὄντι; καὶ πῶς περιέχοντι; εἰ δὲ οὐκ ἐν χρόνῳ, τίς ἡ περιτὴ Σοφία χρόνον εἰσάγειν ἄχρονον; τοῦ δὲ, νῦν ἐγὼ ψεύδομαι, δὸς τὸ ἕτερον,
g g ἢ ἀληθεύεσθαι μόνον, ἢ ψεύδεσθαι· οὐ γὰρ ἀμφότερα δώσομεν. ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται. ἢ γὰρ ψευδόμενος ἀληθεύσει, ἢ ἀληθεύων ψεύσεται· πᾶσα ἀνάγκη. τί οὖν θαυμαστὸν, ὥσπερ ἐνταῦθα συμβαίνει τὰ ἐναντία, οὕτως ἐκεῖσε ἀμφότερα ψεύδεσθαι, καὶ οὕτω Σοι τὸ Σοφὸν ἠλίθιον ἀναφανήσεται; ἓν ἔτι μοι λῦσον τῶν αἰνιγμάτων· σεαυτῷ δὲ γεννωμένῳ παρῆς; πάρει δὲ νῦν; ἢ οὐδέτερον; εἰ μὲν γὰρ καὶ παρῆς, καὶ πάρει,

IX. Sed argutari pergunt. Exiſtentem, vel non exiſtentem genuit Pater. O futiles nugas! Hæc enim mihi ac tibi conveniunt, qui partim eramus, *ut Levi ille, in lumbis Abrahæ*, partim procreati ſumus: ac proindè partim ex entibus, partim ex non entibus ſumus: contrà quàm in primigena illa materia accidit, quæ haud dubiè ex non ente procreata eſt, utcunque eam nonnulli æternam eſſe confingant. At hîc generatio cum eſſentia ipſa concurrit, atque à principio extitit. Ubi ergo anceps illud tuum, atque utrinque præceps argumentum pones? Quid enim eo, quod à principio erat, antiquius eſſe poteſt, ut illic tempus collocemus, vel quo erat Filius, vel quo non erat? Utroque enim modo illud, *à principio*, diſſolvetur & evertetur; niſi fortè tibi quoque Pater, percunctantibus rursùs nobis, ex entibúſne, an ex non entibus ſit, bis eſſe periclitetur, alter nimirùm præexiſtens, alter exiſtens; aut certè propter ludicras tuas interrogationes, atque ex arena conſtructas domos, quæ ne levibus quidem ventis reſiſtere poſſunt, idem ei, quod Filio, accidat, hoc eſt, ex non ente ſit. Ego quidem neutrum horum admitto, quæſtionémque hanc tuam abſurditatis multùm, difficultatis nihil habere aio. Quòd ſi tu juxta tuas dialecticas ſententias in omni argumento alterutram disjunctionum veram eſſe oportere exiſtimas, parvam quandam interrogatiunculam à me accipe. Tempus eſtne in tempore, annon? Si in tempore, quo tandem? Quidque ſupra hoc exiſtente? Ac quomodò hoc continente? Si autem non in tempore, quæ hæc eximia ſapientia, tempus temporis expers inducere? Age, hujus ſermonis, *Nunc ego mentior*, da alterum, aut duntaxat verum eſſe, aut falſum; non enim utrumque dabimus. Atqui nullo modo hoc fieri poteſt. Vel enim mentiens verum dicet, vel mentietur verum dicens. Ita prorsùs neceſſe eſt. Quid igitur mirum, ſi quemadmodùm hîc contraria concurrunt, ita etiam illic utraque pars à vero aberret, atque ita ſcitum illud & eruditum tuum argumentum ſtultum atque ineptum appareat? Ac velim mihi hoc etiam ænigma ſolvas. Aderáſne tibi cùm gignereris? Adeſne etiam nunc tibi? An neu-

Sexta objectio.

Hebr. VII. 9. & *ſeq.*

Gregorii reſponſio.

(*a*) Τινες. Plato in Timæo, & Ariſtoteles hîc deſignantur.
(*b*) Αγέννητον. Or. 1 ἀγένητον.
(*c*) Τῷ εἶναι τὸ γεγεννῆσθαι. Reg. a. τὸ εἶναι τῷ γεγεννῆσθαι.
(*d*) Θήσεις. Or. 1. θέσεις.
(*e*) Ψάμμων. Comb. ψάμμ.
(*f*) Εἰ δέ σοι &c. *Si tibi neceſſarium eſſe videtur alterum ubique verum* &c.
(*g*) Η ἀληθεύεσθαι. Deeſt ἤ in duobus Regg.

trum horum? Si enim aderas, & ades, quisnam tandem, & cui? Et quomodò unus duo effectus es? Si autem neutrum horum quæ diximus, quomodò à te ipso disjungeris? Et quæ disjunctionis hujusce causa? Sed ineptum est, inquies, cùm de uno disputatur, adsit ne sibi, necne, curiosiùs inquirere. Hæc enim de aliis, non de se ipso dicuntur. Ineptius, mihi crede, est, id, quod à principio erat, utrùm ante generationem erat, necne, in quæstionem vocare. Hæc enim disputatio iis demùm convenit, quæ tempore dividi possunt.

Septima Eunomianorum objectio.

X. At enim, inquiunt, non idem sunt genitum & ingenitum; ac proindè, nec Filius cum Patre idem est. Quid opus est dicere, hoc argumento vel Patrem, vel Filium à Divinitate manifestè submoveri? Si enim ingenitum essentia Dei est, profectò genitum essentia non erit: aut si hoc, proculdubiò non illud. Quis enim est qui contrarium disputando tueri queat? Quamobrem, utram è duabus impietatibus malis, elige, ô nove Theologe, siquidem impiam doctrinam omninò amplecti tibi propositum est. Deindè, quomodò ingenitum & genitum non idem esse dicis? Si per hæc verba nihil aliud intelligis, quàm id quod increatum & quod creatum, in eadem ipse quoque sum sententia. Neque enim naturâ idem est quod principio caret, & quod procreatum est. Sin autem his verbis eum, qui genuit, & eum, qui genitus est, accipis, haudquaquàm rectè id abs te dicitur. Idem enim omninò esse necesse est. Hæc quippè geniti natura est, ut idem, si naturam spectes, sit cum eo qui genuit. Vel ad hunc rursùs modum agamus: Quid per ingenitum ac genitum intelligis? Si ipsam ingeniti & geniti proprietatem, non idem sunt. Sin autem ea, quibus hæc insunt, quid vetat quominùs idem sint? Quandoquidem quod insipiens est, & sapiens, inter se quidem non idem sunt; verùm circa eundem hominem considerantur: nec substantias scindunt, sed circa eandem substantiam scinduntur. Quid? An etiam immortalitas, & innocentia, & immutabilitas, essentia Dei sunt? At si ita est, multæ Dei essentiæ erunt, non una: aut certè compositus ex his Deus erit. Neque enim hæc citra compositionem esse queunt, si modò essentiæ sunt.

Gregorii responsio.

XI. Hæc quidem haud dicunt. Communia quippè aliorum quoque sunt. Quod autem solius Dei est, ipsique propriè

Quod soli Deo propriè convenit, Dei essentia est.

ὡς τίς, καὶ τίνι; καὶ πῶς ὁ εἷς ἄμφω γεγόνατε; εἰ δὲ μηδέτερον τῶν εἰρημένων, πῶς [a] σεαυτοῦ χωρίζῃ; καὶ τίς ἡ αἰτία [b] τῆς διαζεύξεως; ἀλλ' ἀπαίδευτον [c] τὸ περὶ τοῦ ἑνὸς, εἰ ἑαυτῷ πάρεσιν, ἢ μὴ, πολυπραγμονεῖν. ταῦτα γὰρ ἐπ' ἄλλων, οὐχ ἑαυτῶ λέγεται. ἀπαιδευτότερον, εὖ ἴσθι, τὸ ἀπ' ἀρχῆς [d] γεγωνημένον, εἰ ἦν περὶ τῆς γωνήσεως, ἢ οὐκ ἦν, διευθύνεσθαι. οὗτος γὰρ περὶ τῶν χρόνῳ διαιρετῶν ὁ λόγος.

B

1. Ἀλλ' οὐ ταυτόν, φησι, τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γωνητόν. [e] εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ ταυτόν· ὅτι μὲν φανερῶς ὁ λόγος ὅτος ἐκβάλλει τὸν Υἱὸν τῆς θεότητος, ἢ τὸν Πατέρα, τί χρὴ λέγειν; εἰ γὰρ τὸ ἀγέννητον οὐσία Θεοῦ, τὸ γεννητὸν οὐκ οὐσία· εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἐκεῖνο. τίς ἀντερεῖ λόγος; ἑλοῦ τοίνυν τῶν ἀσεβειῶν ὁποτέραν βούλει, ὦ [f] καινὲ Θεολόγε, εἴπερ ἀσεβεῖν πάντως

C ἐσπούδακας. ἔπειτα, πῶς [g] οὐ ταυτὸν λέγεις τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητόν; εἰ μὲν τὸ μὴ ἐκτισμένον, καὶ ἐκτισμένον, κἀγὼ δέχομαι. οὐ γὰρ ταυτὸν τῇ φύσει τὸ ἄναρχον καὶ τὸ κτιζόμενον. εἰ δὲ τὸ γεγεννηκὸς, καὶ τὸ γεγεννημένον, οὐ ταυτὸν λέγεις, οὐκ ὀρθῶς λέγεται. ταυτὸν γὰρ εἶναι πᾶσα ἀνάγκη. [h] αὕτη γὰρ φύσις γεννήτορος καὶ γεννήματος, ταυτὸν εἶναι τῷ γεγεννηκότι κατὰ τὴν φύσιν [i] τὸ γέννημα. ἢ οὕτω πάλιν· πῶς

D λέγεις τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητόν; εἰ μὲν [k] γὰρ τὴν ἀγεννησίαν αὐτὴν, καὶ τὴν γέννησιν, [l] ταυτόν· εἰ δὲ οἷς ὑπάρχει ταῦτα, πῶς ταυτόν; ἐπεὶ καὶ τὸ ἄσοφον, καὶ τὸ σοφὸν, ἀλλήλοις μὲν οὐ ταῦτα, πρὸς ταυτὸν δὲ τὸν ἄνθρωπον· καὶ οὐκ οὐσίας τέμνει, πρὸς δὲ τὴν αὐτὴν οὐσίαν τέμνεται. ἢ καὶ τὸ ἀθάνατον, καὶ τὸ ἄκακον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον οὐσία Θεοῦ; ἀλλ' εἰ τοῦτο, πολλαὶ οὐσίαι Θεοῦ, καὶ οὐ μία. ἢ σύνθετον ἐκ τούτων τὸ

E θεῖον. οὐ γὰρ ἀσυνθέτως ταῦτα, εἴπερ οὐσίαι.

ια. Ταῦτα μὲν οὐ φασι. [m] κοινὰ γὰρ καὶ ἄλλων. ὃ δὲ μόνου Θεοῦ καὶ ἴδιον, τοῦτο

(a) Σεαυτῆ. In nonnullis, ἑαυτῆ.
(b) Τῆς διαζεύξεως. Sic plures Regg. & Or. 1. Deest τῆς in Ed.
(c) Τό. Deest in pluribus Codd.
(d) Γεγεννημένον. *Quod genitum erat.*
(e) Εἰ δὲ τοῦτο. *Quod si ita est.*
(f) Καινέ. Tres Colb. Coisl. 1. & Or. 1. κένε, *vane.*
(g) Οὐ ταυτὸν λέγεις. Hæc desunt in pluribus Regg. & Colb. ac in Or. 1.
(h) Αὕτη γὰρ φύσις γεννήτορος καὶ γεννήματος. *Hæc quippè gignentis & prolis natura est, ut idem per naturam cum gignente sit:* quòd natura scilicet, ratione generationis, utrique communis sit. Deest γεννήτορος in tribus Regg. quinque Colb. & Or. 1. nec Billius agnoscit.
(i) Τὸ γέννημα. Deest in duobus Regg. & quinque Colb.
(k) Γάρ. Deest in duobus Regg. & Or. 1.
(l) Ταυτόν. Comb. τὸ αὐτόν.
(m) Κοινὰ γὰρ καὶ ἄλλων. *Hæc quippè aliis etiam communia sunt*, nimirùm, Angelis, quibus conveniunt quoque immortalitas, innocentia & immutabilitas.

οὐσία. οὐκ ἂν μὲν συγχωρήσαιεν εἶναι μόνου A convenit, hoc ipsi essentia est. Atqui solius
a Θεοῦ τὸ ἀγέννητον, [a] οἱ καὶ τὴν ὕλην, καὶ τὴν Dei ingenitum esse, minimè illi concesse-
ἰδέαν συνεισάγοντες, ὡς ἀγέννητα. τὸ γὰρ rint, qui materiam quoque & formam, ut in-
b Μανιχαίων πορρωτέρω [b] ῥίψωμεν σκότος. genitas, induxerunt. Manichæorum enim
πλὴν ἔσλω μόνου Θεοῦ. τί δὲ ὁ Ἀδάμ; οὐ tenebras longiùs adhuc projiciamus. Sed sit
μόνος πλάσμα Θεοῦ; καὶ πάνυ, φήσεις. ἆρ' sanè solius Dei ingenitum. Quid Adam?
οὖν καὶ μόνος ἄνθρωπος; οὐδαμῶς. τί δή Nónne solus à Deo effictus est? Maximè,
c ποτε; ὅτι [c] μὴ ἀνθρωπότης ἡ πλάσις. καὶ inquies. Utrùm ergo solus quoque homo?
γὰρ τὸ γενόμενον, ἄνθρωπος. οὕτως οὐδὲ τὸ Minimè. Quare? Quia effictio humanitas
ἀγέννητον μόνου Θεὸς, εἰ καὶ μόνου Πατρός. non est. Nam is quoque, qui progenitus
ἀλλὰ δέξαι καὶ τὸ γεννητὸν εἶναι Θεόν. ἐκ B est, homo est. Eodem modo nec ingenitum
Θεοῦ γὰρ, εἰ μὴ λίαν εἶ φιλαγέννητος. ἔπειτα, solum Deus est, etsi solius Patris. Verùm
πῶς οὐσίαν Θεοῦ λέγεις, οὐ τὴν τοῦ ὄντος admitte etiam eum qui genitus est, Deum
θέσιν, ἀλλὰ τὴν τοῦ μὴ ὄντος ἀναίρεσιν; esse. Ex Deo quippè est, quamlibet tu in-
τὸ γὰρ μὴ ὑπάρχειν αὐτῷ γέννησιν, ὁ λόγος genito faveas. Ad hæc quomodò Dei essen-
δηλοῖ, οὐχ ὃ τὴν φύσιν ἐστὶ παρίστησιν, tiam dicis, non ejus, quod est, positionem,
d [d] οὐδ' ὃ ὑπάρχει τὸ μὴ ἔχον γέννησιν. τίς sed ejus, quod non est, detractionem? Vox
οὖν οὐσία Θεοῦ; τῆς σῆς ἀπονοίας τοῦτο Ingeniti significatio.
λέγειν, ὃς πολυπραγμονεῖς καὶ τὴν γέννη-
f e σιν. ἡμῖν δὲ μέγα, [e] κἂν εἰπότε, [f] καὶ εἰς enim *ingeniti* significat, eum quidem gene-
ὕστερον τοῦτο μάθοιμεν, λυθέντος ἡμῖν τοῦ rationis expertem esse, non autem declarat
g ζόφου καὶ τῆς παχύτητος, [g] ὡς ἡ τῆ ἀψευ- quidnam naturâ suâ sit id quod generatione
δοῦς ὑπόσχεσις. τοῦτο μὲν οὖν καὶ νοείσθω, caret. Quænam ergo est Dei essentia? Tuæ
καὶ ἐλπιζέσθω τοῖς ἐπὶ τούτῳ καθαιρο- est dementiæ hoc dicere, qui generationem
h μένοις. ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν [h] θαῤῥήσω- quoque ipsam anxiè perscrutaris: nobis au-
μεν, ὅτι εἰ καὶ μέγα τῷ Πατρὶ, τὸ μηδα- tem abundè magnum atque amplum fuerit,
μόθεν ὡρμῆσθαι, οὐκ ἔλαττον τῷ Υἱῷ, τὸ *si in posterum quoque discamus*, solutâ vi- *1. Joan.* III. 2.
ἐκ τοιούτου Πατρός. τῆς τε γὰρ τῆ ἀναιτίᾳ C delicet hâc caligine & crassitie, ut pollici-
δόξης μετέχοι ἂν, ὅτι ἐκ τῆ ἀναιτίου, καὶ tus est is, *qui non mentitur*. Ergo hoc ab *Tit.* I. 2.
πρόσεστι τὸ τῆς γεννήσεως πρᾶγμα τοσοῦ- his, qui ad eam rem sese perpurgant, co-
i τον, καὶ οὕτω [k] σεβάσμιον τοῖς μὴ πάντῃ D gitetur, ac speretur. Nos autem hoc dun-
k [i] χαμαιπετέσι καὶ ὑλικοῖς τὴν διάνοιαν. taxat dicere non dubitabimus, si magnum
Patri est à nullo profectum esse, non minùs
illustre Filio esse, ex tali Patre prodiisse.
Nam præterquàm quòd gloriæ illius, qui
causam à nullo habet, particeps est, quia ex
eo est, accedit etiam generationis decus,
res tanta, támque veneranda, iis utique,
qui non omninò humi provoluti sunt, cras-
sóque animo prædíti.

1 ιβ. Αλλ' εἰ ταυτόν, φασι, ὁ Υἱὸς [l] τῷ XII. Sed si Filius, inquiunt, essentiæ Octava ob-
Πατρὶ κατ' οὐσίαν, ἀγέννητος δὲ ὁ Πατὴρ, ratione idem cum Patre est, profectò, cùm jectio.
ἔσται τοῦτο καὶ ὁ Υἱος. καλῶς, εἴπερ οὐ- ingenitus sit Pater, ingenitus quoque Filius
σία Θεοῦ τὸ ἀγέννητον, ἵν' ᾖ τις καινὴ μί- erit. Rectè, si ingenitum essentia Dei esset,
m ξις, [m] γεννητοαγέννητον. εἰ δ' ὡδὶ οὐσίαν ἡ ut sic nova quædam mixtio esset genito-in-
διαφορὰ, τί τοῦτο, ὡς ἰσχυρὸν, λέγεις; ἢ κὴ genitum. Cùm autem hoc discrimen circa
σὺ πατὴρ τῆ πατρὸς, ἵνα μηδενὶ λείπῃ τῆ essentiam consideretur, quid tu hoc quasi
σοῦ πατρὸς, ἐπειδὴ ταυτὸν εἶ κατ' ἐσίαν; firmum quiddam profers? An tu quoque
n ἢ δῆλον ὅτι, τῆς [n] ἰδιότητος ἀκινήτου με- E patris pater es, ut nullâ re à patre tuo su-
νούσης, ζητήσομεν οὐσίαν Θεοῦ, ἥ τίς ποτέ pereris, quandoquidem essentiâ idem cum
ἐστιν, εἴπερ ζητήσομεν; ὅτι δὲ οὐ ταυτὸν eo es? Nónne perspicuum est, proprietate
ἀγέννητον καὶ Θεὸς, ὧδε ἂν μάθοις. εἰ fixâ & stabili permanente, quærendum no-
ταυτὸν ἦν, ἔδει πάντως, ἐπειδὴ τινῶν bis esse quæ sit Dei essentia, si tamen ea
ullo modo quærenda est? Quòd autem in-
genitum & Deus idem non sint, hinc ferè
intelliges. Si enim idem essent, prorsùs

(a) Οἱ τὴν ὕλην. Platonem carpit.
(b) Ῥίψωμεν σκότος. Or. 1. secundâ manu, ῥίψομεν. Manichæi, juxta Eliam, *tenebras ingenitas* agnoscebant.
(c) Μὴ ἀνθρωπότης &c. *Humanitas in hoc sita non est, ut quis effictus sit.*
(d) Οὐδ' ὃ ὑπάρχει. Sic duo Regg. Coisl. 1. Or. 1. &c. Deest ὃ in Ed.
(e) Κἂν. A Combefisio rejicitur.
(f) Καὶ εἰς. Deest εἰς in Reg. a.
(g) Ὡς ἡ τῆ. Coisl. 1. ὡς, φησιν, ἡ τῆ.
(h) Θαῤῥήσωμεν. Duo Regg. Or. 1. & Comb. θαῤῥήσομεν.
(i) Σεβάσμιον. Reg. a. σεμνόν.
(k) Χαμαιπετέσι. Coisl. 1. χαμερπέσι.
(l) Τῷ Πατρί. Deest in Reg. bm.
(m) Γεννητοαγέννητον. Bill. ad marg. γέννητα γέννητον.
(n) Ἰδιότητος. Par. ἀϊδιότητος.

oporteret, quoniam Deus quorundam Deus est, quorundam quoque ingenitum esse : aut contrà, quoniam ingenitum nullius est, nec Deum quoque quorundam esse. Nam quæ omninò eadem sunt, similiter etiam efferuntur. At ingenitum non quorumdam est, (quorum enim?) Deus verò quorumdam Deus est, (omnium quippè.) Quo ergo modo idem erunt Deus & ingenitum? Ac rursùs, quoniam ingenitum & genitum inter se opponuntur, ut habitus & privatio, substantias quoque inter se oppositas induci necesse est, quod nemo concesserit. Aut rursùs, quoniam habitus privationibus priores sunt, ac privationes habitus ipsos extinguunt, non solùm antiquior erit Filii essentia, quàm Patris, sed etiam, juxta hypotheses tuas, à Patre extinguetur, ac de medio tolletur.

Ingenitum & genitum opponuntur, ut habitus & privatio.

A Θεὸς ὁ Θεὸς, τινῶν εἶναι καὶ τὸ ἀγέννητον· ἢ ἐπεὶ μηδενὸς τὸ ἀγέννητον, μηδὲ τὸν Θεὸν εἶναι τινῶν. τὰ γὰρ πάντῃ ταυτὰ, καὶ ὁμοίως ἐκφέρεται. ἀλλὰ μὴν οὐ τινῶν τὸ ἀγέννητον, τίνων γάρ; καὶ τινῶν Θεὸς ὁ Θεὸς, πάντων γάρ. πῶς οὖν ἂν εἴη ταυτὸν Θεὸς & ἀγέννητον; καὶ πάλιν, ἐπειδὴ τὸ ἀγέννητον, καὶ τὸ γεννητὸν ἀντίκειται ἀλλήλοις, ὡς ἕξις καὶ στέρησις, αὐάγκη καὶ οὐσίας [a] εἰσαχθῆ- a
ναι ἀντικειμένας ἀλλήλαις, ὅπερ οὐ δέδοται.
B ἢ ἐπειδὴ πάλιν αἱ ἕξεις τῶν στερήσεων πρεσβύτεραι, καὶ ἀναιρετικαὶ τῶν ἕξεων αἱ στερήσεις, μὴ μόνον πρεσβυτέραν εἶναι τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας τὴν τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀναιρεμένην ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, ὅσον ἐπὶ ταῖς σαῖς ὑποθέσεσι.

Nona objectio.

XIII. Quid adhuc supereſt ex ineluctabilibus ipsorum, ut putant, argumentis? Fortassè ad illud postremum confugient. Si Deus gignendi finem non fecit, imperfecta est generatio. Et quandò finem facturus est? Si autem gignere cessavit, omninò quoque cœpit. Sic rursùs crassi & corporis rebus affixi homines corporeas ratiocinationes afferunt. Ego verò sic respondeo : Sempiternúmne sit Filio nasci, nécne, nondùm dico, quoadusque illud Scripturæ : *Ante omnes colles gignit me*, accuratiùs expendero. Illud autem non video, quàm necessarium sit hoc eorum argumentum. Si enim, ut ipsi aiunt, aliquandò id cœpit, quod finem habiturum est, profectò id non cœpit, quod finem non est habiturum. Quid ergo de anima vel de angelica natura pronunciabunt? Si principium habuit, finem quoque habebit : si autem fine carebit, secundum eos utique principio quoque hanc caruisse constat. Atqui & principium habuit, nec unquam esse desinet. Falsum est itaque quod aiunt, id, quod finem habiturum est, principium quoque habuisse. Enimverò doctrina nostra hæc est : ut equi, & bovis, & hominis, ac denique uniuscujusque earum rerum, quæ sub idem genus cadunt, eadem est definitio; ac quidquid definitionis hujusce particeps est, hoc etiam propriè dicitur; quidquid autem particeps non est, hoc vel non dicitur, vel certè impropriè dicitur : eodem modo unam quoque Dei essentiam, & naturam, & appellationem esse, tametsi per cogitationes quasdam distinctas, nomina quoque simul distinguantur : & quod quidem propriè dicitur, id etiam Deum esse; & rursùs quod naturâ suâ sit, hoc quoque propriè nuncupari : si quidem

Prov. VIII. 25.

Rationalis anima cœpit esse, sed nunquam desinet esse.

ιγ. Τίς ἔτι λόγος αὐτοῖς τῶν ἀφύκτων; τάχα ἂν ἐπ' ἐκεῖνο καταφύγοιεν τελευταῖον· ὡς εἰ μὲν οὐ πέπαυται τοῦ γεννᾶν ὁ Θεὸς, ἀτελὴς ἡ γέννησις· καὶ πότε παύσεται;
C εἰ δὲ πέπαυται, πάντως καὶ ἤρξατο· πάλιν [b] οἱ σωματικοὶ τὰ σωματικά. ἐγὼ δὲ, b
εἰ μὲν ἀΐδιον αὐτῷ τὸ γεννᾶσθαι, ἢ μὴ, οὔπω λέγω, ἕως ἂν τὸ, πρὸ πάντων βουνῶν γεννᾷ με, [c] ἀκριβέστερον ἐπισκέψω- c
μαι. οὐχ ὁρῶ δὲ, τίς ἡ ἀνάγκη τοῦ λόγου. εἰ γὰρ ἧρκται κατ' αὐτοὺς τὸ παυσόμενον, οὐκ ἧρκται πάντως τὸ μὴ παυσόμενον. τί τοίνυν ἀποφαινοῦνται περὶ ψυχῆς, ἢ τῆς ἀγγελικῆς φύσεως; εἰ μὲν ἧρκται, καὶ παύ-
D σεται· εἰ δὲ οὐ παύσεται, δῆλον ὅτι κατ' αὐτοὺς οὐδὲ ἧρκται. ἀλλὰ μὴν καὶ ἧρκται, καὶ οὐ παύσεται. οὐκ ἄρα ἧρκται κατ' αὐτοὺς τὸ παυσόμενον. ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος λόγος· ὥσπερ ἵππου, καὶ βοὸς, καὶ ἀνθρώπου, καὶ ἑκάστου τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος, εἷς [d] λόγος ἐστίν· κἂν ὁ μὲν ἂν μετέχῃ d
τοῦ λόγου, τοῦτο κἂν κυρίως [e] λέγεσθαι· ὁ δ' e
ἂν μὴ μετέχῃ τοῦτο, ἢ μὴ λέγεσθαι, ἢ μὴ κυρίως λέγεσθαι· οὕτω δὲ κἂν Θεοῦ μίαν οὐσίαν
E εἶναι, κἂν φύσιν, κἂν κλῆσιν, κἂν ἐπινοίαις τισὶ διαιρουμέναις συνδιαιρῆται καὶ τὰ ὀνόματα· καὶ ὃ μὲν ἂν κυρίως λέγηται, τοῦτο καὶ εἶναι Θεόν· ὃ δ' ἂν ᾖ κατὰ φύσιν, τοῦτο καὶ ἀληθῶς ὀνομάζεσθαι· εἴπερ μὴ ἐν ὀνόμασιν, ἀλλ' ἐν πράγμασίν ἐστιν ἡμῖν ἡ ἀλήθεια. οἱ δὲ, ὥσπερ δεδοικότες, μὴ πάντα κινεῖν κατὰ τῆς ἀληθείας, Θεὸν μὲν

(a) Εἰσαχθῆναι. Comb. ἀντεισαχθῆναι.
(b) Οἱ σωματικοὶ τὰ σωματικά. Corporei corporea.
(c) Ακριβέστερον. Reg. bm. quatuor Colb. & Or. 1. ἀκριβῶς.
(d) Λόγος. Tres Colb. ὅρος, *definitio*. Rectè quidem; atque hîc etiam λόγος eandem significationem habere debet.
(e) Λέγεσθαι. Bas. ed. λέγεται.

εἶναι

εἶναι τὸν Υἱὸν ὁμολογοῦσιν, ὅταν βιασ- A non in nudis nominibus, ſed in rebus no-
a θῶσι τῷ [a] λόγῳ καὶ ταῖς μαρτυρίαις· bis veritas ſita eſt. At iſti perindè ac perti-
ὁμώνυμον δὲ καὶ μόνης κοινωνοῦντα τῆς meſcant, ne quid adverſus veritatem im-
κλήσεως. motum relinquant, Deum quidem Filium
eſſe fatentur, cùm Scripturæ ac auctorita-
tum teſtimoniis opprimantur; ſed æquivocè
Deum dici, ac nominis ſolius participem
eſſe contendunt.

b id. Ὅταν δὲ ἀνθυποφέρωμεν αὐτοῖς· [b] τί XIV. Cùm autem hanc ipſis objectionem Filius, non æquivocè, ſed realiter & propriè Deus eſt.
ſubjicimus: Quid ergo? Non propriè
Deus eſt Filius, quemadmodùm id quod
pictum eſt, non eſt animal? Quomodò ergo
οὖν; ὃ κυρίως Θεὸς ὁ Υἱὸς, ὥσπερ ὃδὲ ζῶον B Deus, ſi Deus propriè non eſt? Reſpondent:
τὸ γεγραμμένον; πῶς οὖν Θεὸς, εἰ μὴ Quid prohibet, quominùs, & hæc æquivoca
κυρίως Θεός; τί γὰρ κωλύει, φασὶ, καὶ ſint, & propriè utrumque dicatur? Ac nobis,
ὁμώνυμα ταῦτα εἶναι, καὶ κυρίως ἀμφότερα & terreſtrem, & marinum canem proferent,
λέγεσθαι; καὶ προσοίσουσιν ἡμῖν τὸν κύνα, qui cùm ſub eodem nomine diverſam ſigni-
τὸν χερσαῖον, καὶ τὸν θαλάττιον, ὁμώνυμά ficationem habeant, propriè tamen dicun-
c τε [c] ὄντα, καὶ κυρίως λεγόμενα. ἔστι γάρ τι tur. (Eſt enim hujuſmodi quoque ſpecies
καὶ τοιοῦτον εἶδος ἐν τοῖς ὁμωνύμοις· καὶ quædam inter æquivoca; & ſi quid aliud,
d εἴτέ τι ἄλλο τῇ αὐτῇ [d] προσχρῆται προσ- quod eâdem appellatione utatur, ejuſque
ηγορίᾳ, καὶ μετέχει ταύτης ἐπίσης, τῇ peræquè particeps ſit, cùm interim naturæ
φύσει διεστηκός. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν, ὦ βέλτιστε, ratione diſſideat.) At, vir optime, cùm il-
δύο φύσεις τιθεὶς ὑπὸ τὴν αὐτὴν προσ- lic duas naturas ſub eadem appellatione
ηγορίαν, οὐδὲν ἀμείνω τὴν ἑτέραν τῆς ἑτέ- C collocas, neutram alterâ præſtantiorem in-
ρας εἰσάγεις, οὐδὲ τὴν μὲν πρότερον, τὴν troducis; nec alteram priorem, alteram po-
δὲ ὕστερον, οὐδὲ τὴν μὲν μᾶλλον, τὴν ſteriorem; nec denique alteram quæ magis,
δὲ ἧττον οὖσαν τοῦθ' ὅπερ λέγεται. οὐδὲ alteram quæ minùs ſit id quod eſſe dicitur.
γάρ τι συνέζευκται τὸ ταύτην παρέχον Neque enim quidquam conjunctum eſt,
αὐταῖς τὴν ἀνάγκην. οὐ γὰρ ὁ μὲν μᾶλ- quod hanc ipſis neceſſitatem afferat. Non
λον κύων, ὁ δὲ ἧττον τοῦ ἑτέρου κύνος, enim hic canis magis canis eſt, quàm ille
οἷον ὁ θαλάττιος τοῦ χερσαίου, ἢ ὁ χερ- canis, hoc eſt, marinus magis quàm ter-
σαῖος ἔμπαλιν τοῦ θαλαττίου· διὰ τί γὰρ, reſtris, vel contrà, terreſtris magis quàm
ἢ κατὰ τίνα λόγον; ἀλλ' ἐν ὁμοτίμοις marinus; cur enim, aut quâ ratione? Sed
πράγμασι καὶ διαφόροις, ἡ κοινωνία τῆς in rebus, diverſis quidem illis, verùm pari
κλήσεως. ἐνταῦθα δὲ τῷ Θεῷ προσζευγνὺς honore præditis communis eſt appellatio.
τὸ σεβάσμιον, καὶ τὸ ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν Hîc verò, cùm Deo venerationem adjun- Eunomianorum fraudes.
εἶναι καὶ φύσιν, ὃ μόνου Θεοῦ καὶ οἱονεὶ D gas, eúmque ſupra omnem eſſentiam &
φύσις θεότητος, εἶτα τῷ Πατρὶ μὲν τοῦτο naturam eſſe dicas, (quod Dei ſolius eſt,
διδοὺς, τὸν Υἱὸν δὲ ἀποστερῶν καὶ ὑποτι- & velut divinitatis natura,) ac deindè Pa-
θεὶς, καὶ τὰ δεύτερα νέμων αὐτῷ τῆς τι- tri quidem hoc tribuas, Filium autem pri-
μῆς καὶ τῆς προσκυνήσεως, κἂν ταῖς συλ- ves, atque ſubjicias, ſecundáſque illi ho-
λαβαῖς χαρίζῃ τὸ ὅμοιον, τῷ πράγματι τὴν noris & adorationis partes aſſignes, quam-
θεότητα περικόπτεις, καὶ μεταβαίνεις πα- vis verborum ſyllabis æqualitatem ipſi lar-
κούργως ἀπὸ τῆς τὸ ἴσον ἐχούσης ὁμωνυ- giaris, re ipsâ tamen divinitatem ei ampu-
μίας, ἐπὶ τὴν τὰ μὴ ἴσα συνδέουσαν· ὥστε tas, ac veteratoriè ab hoc homonymiæ ge-
ὁ γραπτός σοι, καὶ ὁ ζῶν ἄνθρωπος μᾶλ- nere, quod æqualitatem complectitur, ad
λον, ἢ οἱ τοῦ ὑποδείγματος κύνες τῇ θεό- E genus illud tranſis, quod res æquales mi-
e τητι πλησιάζουσιν. [e] ἢ δὸς ἀμφοτέροις, ὥσ- nimè connectit. Ac proindè, ut quidem
περ τὴν κοινωνίαν τῆς κλήσεως, οὕτω δὲ καὶ argumentari inſtituis, pictus ille ac vivus
f τὴν ὁμοτιμίαν τῶν [f] φύσεων, εἰ καὶ δια- homo, ad divinitatem adumbrandam pro-
piùs accedunt, quàm canes, quos exempli
cauſâ propoſuiſti. Alioqui utrique, ut no-
men commune, ſic etiam parem naturæ
dignitatem tribue, etiamſi diverſas eas in-
ducis; atque ita canes illos tuos deleveris,
quos ad probandam Patris ac Filii inæqua-

(a) Λόγῳ καὶ ταῖς μαρτυρίαις. *Ex ſcriptura & auctoritatibus.* Putamus hîc *Scripturam ſacram* per vocem λόγῳ ſignificari; non autem *rationem*, ut vertit Bill. quæ profectò ad aſſerendam Verbi divinitatem non eſt idonea.

(b) Τί οὖν; ὃ. Sic Reg. b. Comb. &c. In Ed. τί οὖν ὁ.

(c) Ὄντα, καὶ κυρίως. Sic Or. 1. aliique Codd. In Ed. τὰ ὄντα κυρίως.

(d) Προσχρῆται Comb. προσκεχρῆται.

(e) Ἢ δὸς &c. *Vel largire utrique æqualem naturæ dignitatem* &c. Nempè, ex ſuppoſitione Eunomianorum, & exemplo canum quod afferebant.

(f) Φύσεων. Par. aliique nonnulli Codices, & Baſ. ed. τῆς φύσεως.

litatem excogitasti. Quis enim homonymiæ fructus, si dignitate pares sint, qui à te dividuntur? Nec enim, ut eos honore æquales, sed ut dispares ostenderes, ad homonymiam illam, & canes confugisti. Quonam modo quispiam magis convinci queat, & secum ipse, & cum divinitate pugnare?

Eunomianorum paralogismus.

XV. Jam si dicentibus nobis, Patrem, quantùm ad causam, Filio majorem esse, ipsi hanc propositionem assumant: At causa naturâ; posteáque conclusionem hanc subnectant: Ergo major naturâ; haud scio, seipsósne potiùs, an eos, cum quibus disputant, captiosâ hâc argumentatione circumveniant. Neque enim simpliciter, quæcunque de aliquo dicuntur, etiam de eo, quod ipsi subjectum est, dicuntur; sed perspicuum est de quo, & quænam dicantur. Alioqui quid prohibet, quominùs ipse quoque allatâ hâc propositione: Pater major naturâ est; ac deindè assumptâ alterâ: Naturâ autem non omninò major, neque Pater; ita postremò concludam: Majus igitur non omninò majus; vel, Pater non omninò Pater. Aut si mavis, ad hunc modum agam: Deus est essentia: Essentia non omninò est Deus; quod sequitur ipse conclude: Ergo Deus non omninò Deus. Verùm, ni fallor, ab eo, quod secundum rationem quandam dicitur, ad id quod simpliciter dicitur, captiosè progreditur hæc argumentatio, quod artis hujus studiosis usitatum est & familiare. Nam cùm nos hanc vocem, *majus*, causæ naturæ tribuamus, inferunt ipsi, causam naturâ majorem esse. Quod perindè est, ac si dicentibus nobis: Hîc mortuus homo; inferrent ipsi: Ergo homo.

Alia objectio.

XVI. Quomodò autem istud, quod certè non minori admiratione dignum est, quàm quæ superiùs dicta sunt, prætermittemus? Pater, inquiunt, vel essentiæ, vel actionis nomen est: sic enim nos utrinque ita astrictos putant, ut nullâ ratione ex eorum vinculis elabi possimus. Si enim essentiæ nomen esse dixerimus, assentiemur, ut existimant, Filium diversam à Patre essentiam habere: quandoquidem una sit Dei essentia, quam Pater, ut censent, jam antè occuparit. Sin autem actionis, creatum esse fatebimur,

A φόρους ταύτας εἰσάγεις· καὶ καταλέλυκάς σου τοὺς κύνας, οὓς ἐξεῦρες κατὰ τῆς ἀνισότητος. τί γὰρ ὄφελος τῆς ὁμωνυμίας, [a] εἰ τὸ ἰσότιμον μὴ ἔχοιεν οἱ πρὸς σοῦ διαιρούμενοι; [b] ἀ γὰρ, ἵν' ἰσότιμα δείξῃς, ἀλλ' ἵνα ἀνισότιμα, πρὸς τὴν ὁμωνυμίαν, ᾗ τοὺς κύνας κατέφυγες. πῶς ἄν τις ἐλεγχθείη μᾶλλον, καὶ ἑαυτῷ μαχόμενος, καὶ θεότητι;

ιε. Ἐὰν δὲ λεγόντων ἡμῶν, ὅτι τῷ αἰτίῳ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, προσλαβόντες τὴν, τὸ [c] δὲ αἴτιον φύσει, πρότασιν· ἔπειτα, τὸ μεῖζον τῇ φύσει, συνάγωσιν· οὐκ οἶδα πότερον ἑαυτοὺς παραλογίζονται, ἢ τοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος. [d] οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅσα κατά τινος λέγεται, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου τούτῳ ῥηθήσεται· ἀλλὰ δῆλον κατὰ τίνος, καὶ τίνα. ἐπεὶ τί κωλύει κἀμὲ ταύτην πρότασιν ποιησάμενον, τὴν, ὅτι ὁ Πατὴρ μείζων τῇ φύσει, ἔπειτα προσλαβόντα τὸ, φύσει δὲ οὐ πάντως μείζων οὐδὲ Πατήρ· ἐντεῦθεν συναγαγεῖν· τὸ μεῖζον οὐ πάντως μεῖζον· ἢ, ὁ Πατὴρ οὐ πάντως Πατήρ. εἰ βούλει δὲ οὕτως· ὁ Θεὸς, οὐσία· ἡ οὐσία δὲ, οὐ πάντως Θεός· τὸ ἑξῆς αὐτὸς [e] συνάγαγε· ὁ Θεὸς, οὐ πάντως Θεός. ἀλλ' οἶμαι, [f] παρὰ τὸ πῇ καὶ ἁπλῶς ὁ παραλογισμὸς οὗτος, ὡς τοῖς πρὸ ταῦτα τεχνολογεῖν σύνηθες. ἡμῶν γὰρ τὸ μεῖζον τῇ τοῦ αἰτίου φύσει διδόντων, αὐτοὶ τὸ τῇ φύσει μεῖζον ἐπάγουσιν· [g] ὥσπερ ἂν εἰ μὴ λεγόντων ἡμῶν, ὅτι ὁ δεῖνα νεκρὸς ἄνθρωπος, ἁπλῶς ἐπῆγον αὐτοὶ τὸν ἄνθρωπον.

ις. Ἐκεῖνο δὲ πῶς παραδράμωμεν, οὐδενὸς ἧττον τῶν εἰρημένων ὂν ἀξιάγαστον; ὁ Πατὴρ, φησὶν, οὐσίας, ἢ ἐνεργείας ὄνομα· ὡς ἀμφοτέρωθεν ἡμᾶς δήσοντες. εἰ μὲν οὐσίας φήσομεν, συνθησομένους ἑτεροούσιον εἶναι τὸν Υἱόν· ἐπειδὴ μία μὲν οὐσία Θεοῦ, ταύτην δὲ, ὡς οὗτοι, προκατείληφεν ὁ Πατήρ· εἰ δὲ ἐνεργείας, ποίημα ζαφῶς ὁμολογήσοντας, ἀλλ' οὐ γέννημα. οὗ γὰρ ὁ ἐνεργῶν, ἐκεῖ πάντως καὶ τὸ

(a) Εἰ τὸ ἰσότιμον μὴ ἔχοιεν. *Delenda est*, inquit Billius, *particula negativa μή, quæ exstat in Hervagiano Codice.* Combefisius primùm repugnavit, sed deindè consensit. Nos verò negativam hanc particulam minimè delendam censemus. Gregorius enim Eunomianos refellens, ostendit propositum ab ipsis ὁμωνυμίας exemplum, ad æqualitatem quandam specie tenùs in Personis servandam, ineptum esse; &, quidquid nugentur, parem non habere honoris dignitatem, id quod ita dividunt; nec denique eo animo canum ὁμωνυμίαν ab ipsis inductam esse, ut pari dignitate esse Personas ostenderent, sed ut impares probarent.

(b) Οὐ γὰρ ἵν'. Sic Coisl. 1. & 3. Or. 1. Par. &c. Deest ἵνα in Ed.

(c) Δέ. Deest in nonnullis.

(d) Οὐ γὰρ ἁπλῶς &c. Schol. οὐ γὰρ ὅσα κατὰ τῆς αἰτίας λέγεται, καὶ κατὰ τῆς φύσεως. *Non enim quæcunque de causa dicuntur, de eo etiam quod est naturâ dicuntur.*

(e) Συνάγαγε. Duo Reg. & Or. 1. σύναγε.

(f) Παρὰ τὸ πῇ. Reg. a. παρατροπῇ. Coisl. 1. παράτροπήν.

(g) Ὥσπερ ἄν &c. Sic exponit Elias: *Perindè scilicet faciebant,* (Eunomiani,) *ac si dicerent, hic vel ille homo mortuus non respirat; ergo omnis homo non respirat. Vel, Æthiops albus est dentibus; ergo totus albus est.*

ἐνεργούμενον. καὶ πῶς τῷ πεποιηκότι ταυ- A τὸν τὸ πεποιημένον, θαυμάζειν φήσουσιν. σφόδρα ἂν ἠδέσθην ὑμῶν καὶ αὐτὸς τὴν διαίρεσιν, εἰ τῶν δύο τὸ ἕτερον δέξασθαι ἦν ἀναγκαῖον, ἀλλὰ μὴ τὰ δύο διαφυγόντα, τρίτον εἰπεῖν ἀληθέστερον· ὅτι οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ Πατὴρ, ὦ Σοφώτατοι, οὔτε ἐνεργείας· σχέσεως δὲ καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα. ὡς γὰρ παρ' ἡμῖν αἱ κλήσεις αὗται τὸ γνήσιον καὶ οἰκεῖον γνωρίζουσιν, οὕτω B καὶ ἐκεῖ τὴν τοῦ γεγεννημένου πρὸς τὸ γεννητικὸς ὁμοφυΐαν σημαίνουσιν. ἔστω δὲ, ὑμῶν
a χάριν, καὶ [a] οὐσίας τὶς ὁ Πατήρ· συνεισάξει
b τὸν Υἱὸν, οὐκ ἀλλοτριώσει, [b] κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας, καὶ τὴν τῶν κλήσεων τούτων δύναμιν. ἔστω καὶ ἐνεργείας, εἰ τοῦτο δοκεῖ·
d c οὐδὲ οὕτω ἡμᾶς [c] αἱρήσετε. [d] αὐτὸ δὲ τοῦτο
c ἐνηργηκὼς ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον, [e] ἢ καὶ ἄτοπος ἄλλως ἡ τῆς περὶ τοῦτο ἐνεργείας ὑπόληψις. ὁρᾶς ὅπως ὑμῶν, καὶ κακομαχεῖν C ἐθελόντων, τὰς στροφὰς διαφεύγομεν; ἐπεὶ δέ σου τὸ ἐν τοῖς λογισμοῖς καὶ ταῖς στροφαῖς ἄμαχον ἔγνωμεν, ἴδωμέν σου καὶ τὴν ἐκ τῶν Θείων λογίων ἰσχὺν, ἂν ἄρα δέξῃ κἀντεῦθεν πείθειν ἡμᾶς.

non genitum. Ubi enim eſt agens, illic quoque omninò id quod agitur eſſe neceſſe eſt. Ac mirari ſe dicent, quo pacto factum cum factore idem eſſe queat. Me quoque ipſum vehementer hæc diſtinctio veſtra permoveret, ſi mihi duorum alterutrum neceſſariò admittendum eſſet, ac non potiùs, utrâque disjunctionis parte vitatâ, tertium aliquid verius dicere liceret. Nec enim eſſentiæ nomen eſt Pater, ô viri acutiſſimi, nec actionis; ſed relationem eam indicat, quam Pater erga Filium habet, vel Filius erga Patrem. Ut enim apud nos hæc nomina germanam quandam conjunctionem & neceſſitudinem declarant: ad eundem modum illic quoque Genitorem ac Genitum eandem naturam habere ſignificant. Sed ſit ſanè, in veſtri gratiam, Pater eſſentiæ nomen: Filium utique ſimul introducet, non autem removebit, & alienabit, ut & communes notiones ferunt, & ipſa horum nominum vis ac facultas. Sit etiam actionis, ſi ita videtur: nec ſic quidem cauſam obtinebitis. Eodem enim modo dicemus hoc ipſum egiſſe Patrem, ut conſubſtantialis ipſi Filius eſſet; etſi alioqui abſurditate non caret hujuſmodi actionis opinio. Vidéſne quo pacto, quamlibet improbè ac malignè pugnare ſtudeatis, captiones tamen veſtras effugiamus? Quoniam autem invictum illud tuum in ratiocinationibus & argutiis robur cognovimus, videamus jam quam vim in divinis oraculis poſitam habeas, ſi modò hinc quoque nobis dogma tuum perſuadere non grave ducas.

Reſponſio.

Quid indicat nomen Patris.

ιζ. Ἡμεῖς μὲν γὰρ, ἐκ μεγάλων καὶ ὑψηλῶν τῶν φωνῶν, τὸ Υἱοῦ τὴν θεότητα καὶ κατειλήφαμεν, καὶ κηρύσσομεν. τίνων τούτων; τῆς Θεὸς, τῆς Λόγος, ὁ ἐν ἀρχῇ, ὁ μετὰ τῆς ἀρχῆς, ἡ ἀρχή· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· καὶ, μετά σου ἡ ἀρχή· f καὶ, [f] ὁ καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχήν. ἐπειδὴ Υἱὸς μονογενής· ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. ὁδὸς, ἀλήθεια, ζωὴ, φῶς· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή· καὶ, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Σοφία, δύναμις· Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ Σοφία. ἀπαύγασμα, χαρακτὴρ, εἰκὼν, σφραγίς· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης· καὶ,

XVII. Nos quippè ex magnis & excelſis vocibus Filii divinitatem percepimus, ac D prædicamus. Quibus tandem? His nimirùm, Deus, Verbum, quod in principio erat, & cum principio, & principium: ut in his locis: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum:* Et, *Tecum principium:* Et, *Qui vocat eam à generationibus principium.* Ad hæc Filius unigenitus dicitur: *Unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit.* Via, Veritas, Vita, Lux: *Ego ſum via, veritas & vita:* Et, *Ego ſum lux mundi.* Sapientia, Potentia: *Chriſtus* E *Dei potentia & Dei ſapientia.* Splendor, Character, Imago, Sigillum, ut in his verbis: *Qui cùm ſit ſplendor gloriæ:* Et, *character ſubſtantiæ ipſius:* Et, *Imago bonitatis:* Et alio loco: *Quem Pater ſignavit Deus.* Dominus, Rex, Ens, Omnipotens: *Pluit*

Filii divinitas Scripturarum teſtimonio demonſtratur.

Joan. I. 1.

Pſ. CIX. 3. *Iſai.* XLI. 4.

Joan. I. 18.

Ib. XIV. 4. & VII. 12.

I. Cor. I. 24.

Hebr. I. 3.

Sap. VII. 26.

Joan. VI. 27.

Gen. XIX. 24.

(*a*) Οὐσίας. *Eſto, Pater ſit eſſentiæ nomen.* Sic Reg. Cypr. Sic etiam legendum ſuadent, quæ ſequuntur, ἴσῳ καὶ ἐνεργείας. In Ed. οὐσία. Bill. *Eſſentia quædam.*

(*b*) Κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας. *Quis enim,* inquit Elias, *tam fatuus, ut cogitet Filium alterius eſſe quàm Patris naturæ.*

(*c*) Αἱρήσετε. Sic plures Regg. & Colb. Or. 2. & Comb. In Ed. ἀναιρήσετε.

(*d*) Αὐτὸ δέ. Reg. Cypr. aliique Regg. & Colb. αὐτὸ γάρ.

(*e*) Η καί. Tres Regg. & Or. 1. εἰ καί.

(*f*) Ο καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχήν. In LXX. legitur, ἀπὸ γενεῶν ἀρχῆς. *Qui vocat eam,* nempè, δικαιοσύνην, *juſtitiam, à generationum principio.* Vulgata verò ſic habet: *vocans generationes ab exordio.* Annotat Elias, inquit Billius, *in pluribus exemplaribus* ἀρχῆς *legi, non* ἀρχήν, *ut idem ſit, quòd à generationibus ſempiternis. Porrò in ed. Baſ. inſeruntur ſex lineæ quæ in nullis aliis Codd. reperiuntur; & ſanè Interpretem potiùs quàm Gregorium ipſum redolent.*

Pſ. XLIV. 7. *Dominus ignem à Domino:* Et, *Virga directionis virga regni tui:* Et, *Qui erat, qui eſt, & qui venturus eſt, omnipotens ille.* Quæ perſpicuè de Filio dicuntur, ſicut & alia plura, quæ eandem vim habent, quorum nihil aſcititium eſt, nec Filio, aut Spiritui ſancto poſteriùs acceſſit, quemadmodùm nec Patri. Neque enim ex acceſſione perfectio ipſis comparata eſt. Non enim Pater Verbi unquam expers fuit; nec unquam fuit quin Pater eſſet; nec denique unquam veritate, ſapientiâ, viribus, vitâ, ſplendore, aut bonitate caruit.

A χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· καὶ, εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος· καὶ, τοῦτον γὰρ ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός. Κύριος, βασιλεὺς, ὁ ὢν, ὁ παντοκράτωρ· ἔβρεξε Κύριος πῦρ παρὰ Κυρίου· καὶ, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· καὶ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ὁ παντοκράτωρ. Ταῦτα μὲν περὶ τοῦ Υἱοῦ λεγόμενα, καὶ ὅσα τῆς αὐτῆς τούτοις ἐστὶ δυνάμεως, ὧν οὐδὲν ἐπίκτητον, οὐδὲ ὕστερον τῷ Υἱῷ παρεσγενόμενον,
B ἢ τῷ Πνεύματι, ὥσπερ οὐδὲ αὐτῷ τῷ Πατρί. [a] οὐ γὰρ ἦν ποτε ἀτελές. οὐ γὰρ ἦν, ὅτε ἄλογος ἦν, οὐδὲ ἦν, ὅτε οὐ Πατὴρ, οὐδὲ ἦν, ὅτε οὐκ ἀληθὴς, ἢ ἄσοφος, ἢ ἀδύνατος, ἢ ζωῆς ἐνδεὴς, ἢ λαμπρότητος, ἢ ἀγαθότητος.

Scripturæ teſtimonia ab Eunomianis adverſus Filium Dei prolata.

XVIII. Tu mihi contrà, illas ingrati animi tui voces enumera, has videlicet: *Deus meus & Deus veſter, Major, Creavit, Fecit, Sanctificavit. Servum etiam,* ſi ita lubet, & *Obedientem* adjunge; atque hæc etiam, *Dedit, Didicit, Mandatum eſt, Miſſus eſt:* illud etiam, Quòd *à ſeipſo quidquam facere non poſſit*, aut *loqui*, aut *judicare*, aut *donare*, aut *velle.* Huc adde ignorationem, ſubjectionem, precem, interrogationem, profectum, conſummationem. Adde etiam, ſi ita placet, quæ his adhuc abjectiora ſunt: *Dormire, Eſurire, Fatigari, Lacrymari, mortis pavore affici, ac dejecto animo eſſe.* Fortaſsè etiam probri causâ crucem quoque ipſam & mortem objicies. Reſurrectionem enim, ipſiúſque in cœlum aſcenſionem, conſultò mihi præ-
D termiſſurus videris: quoniam in his quidpiam, quod cauſæ noſtræ faveat, reperitur. Multa etiam alia congerere queas, ſi componere velis æquivocum illum de tua ſententia & aſcriptitium Deum, ut autem ipſi ſtatuimus, verum, Patríque honore æqualem. Horum enim unumquodque ſigillatim perſequi, pióque ſenſu explicare minimè difficile eſt, atque offendiculum illud, quod in litteris exiſtit, repurgare & eximere, ſi modò verè offendis, ac non potiùs de induſtria peccas. Ut autem

Joan. XX. 17. & XIV. 28. *Prov.* VIII. 22. *Act.* II. 36. *Joan.* X. 36. *Iſai.* XLII. 1. *Phil.* II. 8. *Joan.* XVIII. 9. *Matth.* XX. 23. *I. Cor.* XV. 28. *Matth.* VIII. 24. *Ibid.* IV. 2. *Joan.* IV. 6. *Ibid.* XI. 35. *Marc.* XIV. 33.

Filius Patri æqualis.

ιη. Σὺ δέ μοι καταρίθμει πρὸς ταῦτα, τὰ τῆς [b] ἀγνωμοσύνης ῥήματα, τὸ Θεός B μου, καὶ Θεὸς ὑμῶν, τὸ μείζων, τὸ ἔκτισε, τὸ ἐποίησε, τὸ ἡγίασεν. εἰ βούλει δὲ, καὶ
C τὸ δοῦλον, καὶ τὸ ὑπήκοον· τὸ δέδωκε, τὸ ἔμαθε, τὸ [c] ἐντέταλται, τὸ ἀπέσταλται, c τὸ μὴ δύνασθαι ἀφ' ἑαυτοῦ τι ποιεῖν, ἢ λέγειν, ἢ κρίνειν, ἢ δωρεῖσθαι, ἢ βούλεσθαι. ἔτι δὲ καὶ ταῦτα, τὴν ἄγνοιαν, τὴν ὑποταγὴν, τὴν εὐχὴν, τὴν ἐρώτησιν, τὴν προκοπὴν, τὴν τελείωσιν. πρόσθες, εἰ βούλει, καὶ ὅσα τούτων ταπεινότερα, τὸ ὑπνοῦν, τὸ πεινῆν, τὸ κοπιᾶν, τὸ δακρύειν,
[d] τὸ ἀγωνιᾶν, τὸ ὑποδύεσθαι. τάχα δ' ἂν d
D ὀνειδίσαις καὶ τὸν σταυρὸν, καὶ τὸν θάνατον. τὴν γὰρ ἔγερσιν, καὶ τὴν ἀνάληψιν παρήσειν μοι δοκεῖς, ἐπειδή τι καὶ πρὸς ἡμῶν ἐν τούτοις εὑρίσκεται. πολλὰ δ' ἂν ἔτι πρὸς τούτοις σπερμολογήσαις, εἰ βούλοιο συντιθέναι τὸν ὁμώνυμόν [e] σοι Θεὸν καὶ παρέγ- e
γραπτον, ἡμῖν δὲ ἀληθινὸν, καὶ ὁμότιμον [f] τῷ f
Πατρί. [g] τούτων γὰρ ἕκαστον, οὐ χαλεπὸν g μὲν, καὶ κατὰ μέρος ἐπεξιόντα ἐξηγεῖσθαί σοι πρὸς τὸ εὐσεβέστατον, καὶ ἀνακαθαίρειν τὸ ἐν τοῖς γράμμασι πρόσκομμα, εἴ γε

(a) Οὐ γὰρ ἐκ προσθήκης τὸ τέλειον. *Neque enim*, inquit Elias, *Pater & Filius per acceſſionem & incrementum, ſed naturâ, & ab initio, perfectionem ſuam habent.*

(b) Ἀγνωμοσύνης. Unus Codex, εὐγνωμοσύνης, *grati animi;* ſed perperàm, niſi ironicè dictum.

(c) Ἐντέταλται. Coisl. 1. ἐντετάλκει.

(d) Τὸ ἀγωνιᾶν, τὸ ὑποδύεσθαι. *Angi, dejecto eſſe animo.* Sic plures Regg. Par. & Comb. In Ed. ὑποδέεσθαι. Bill. *ac velut tergiverſari.*

(e) Σοι. Tres Regg. Coisl. 2. & Comb. σε.

(f) Τῷ Πατρί. Hæc deſunt in pluribus Codd.

(g) Τούτων γάρ &c. Præclara ſunt in eam rem verba S. Leonis, Serm. 45. de Quadrageſima, pag. 228. *Duplicis in Chriſto formæ una eſt Perſona, & filius Dei, idemque filius hominis. ... Cùm itaque, dilectiſſimi, legentes, vel audientes Evangelium, quædam in Domino noſtro Jeſu Chriſto cognoſcitis ſubjecta injuriis, quædam illuſtrata miraculis; ita ut in eodem nunc humana appareant, nunc divina reſplendeant; nolite quidquam adſcribere falſitati, tanquam in Chriſto aut ſola ſit humanitas, aut ſola divinitas, ſed utrumque fideliter credite, utrumque humiliter adorate.... Da homini, quòd de muliere puer naſcitur: da Deo, quòd nec conceptu læditur virginitas materna, nec partu. Formam ſervi obvolutam pannis, jacentem in præſepio cognoſce; ſed annuntiatam ab Angelis, declaratam ab elementis, adoratam à Magis formam Domini confitere.... Noſtra tibi innoteſcat affectio, cùm mortuo amico fletus impenditur; divina potentia ſentiatur, cùm idem poſt quatriduanam jam fœtidus ſepulturam, ſolo vocis imperio vivificatus erigitur... Veri eſt hominis, fatigationem corpoream ſomni quiete relevare; ſed veri Dei eſt, vim ſævientium procellarum præcepti increpatione compeſcere &c.*

πρόσθαλείεις

προσπαλαίεις ὄντως, ἀλλὰ μὴ ἑκὼν κακουργεῖς. ἑνὶ δὲ κεφαλαίῳ, τὰ μὲν ὑψηλότερα προσαγε τῇ θεότητι, ᾗ τῇ κρείττονι φύσει παθῶν καὶ σώματος· τὰ δὲ ταπεινότερα τῷ συνθέτῳ, καὶ τῷ δι' σὲ κενωθέντι καὶ σαρκωθέντι, οὐδὲν δὲ χεῖρον εἰπεῖν, καὶ ἀνθρωπισθέντι, εἶτα καὶ ὑψωθέντι, ἵνα σὺ τὸ τῶν δογμάτων σου σαρκικὸν καὶ
a a χαμερπὲς καταλύσας, μάθῃς ὑψηλότερος εἶναι, καὶ συνανιέναι θεότητι, καὶ μὴ τοῖς ὁρωμένοις ἐναπομένοις, ἀλλὰ συνεπαίρῃ τοῖς B
b b νοουμένοις, & b γινώσκῃς, c τὶς μὲν φύσεως λόγος, τὶς δὲ λόγος οἰκονομίας.

rem ſummatim contraham, hoc tibi faciendum eſt, ut ſublimiores voces divinitati, ac illi naturæ, paſſionibus & corpore præſtantiori, attribuas: humiliores verò, compoſito, & tuâ causâ inanito atque incarnato, imò etiam, (non enim minùs commodè hoc à me dicetur,) humanato, ac deindè exaltato, ut tu videlicet, abjectâ hâc dogmatum humilitate & craſſitie, ſublimior eſſe, ſimúlque cum divinitate aſcendere, non autem rebus in aſpectum cadentibus inhæreſcere, condiſcas, imò potiùs cum intellectilibus rebus aſſurgas, atque intelligas, quæ naturæ ratio, quæ ratio Incarnationis.

ιθ. Οὗτος γὰρ ὁ νῦν σοι καταφρονούμενος, ἦν ὅτε καὶ ὑπὲρ σὲ ἦν· ὁ νῦν ἄνθρωπος, ᾗ ἀσύνθετος ἦν. ὃ μὲν ἦν, διέμεινεν· ὃ δὲ οὐκ
d ἦν, προσέλαβεν. ἐν ἀρχῇ ἦν d ἀναιτίως· τὶς γὰρ αἰτία Θεοῦ; ἀλλὰ καὶ ὕστερον γέγονε δι' αἰτίαν. ἣ δὲ ἦν, τὸ σὲ σωθῆναι τὸν ὑβριστὴν, ὃς διὰ τοῦτο προφρονεῖς θεότητα, ὅτι τὴν σὴν παχύτητα κατεδέξατο, διὰ μέσου νοὸς C
e ὁμιλήσας σαρκὶ, καὶ γενόμενος e ἄνθρωπος ὁ κάτω, Θεὸς, ἐπειδὴ συνανεκράθη Θεῷ,
f f καὶ γέγονεν εἷς, τῷ κρείττονος ἐνικήσαντος,
g g ἵνα γένωμαι τοσοῦτον Θεὸς, ὅσον ἐκεῖνος ἄνθρωπος. ἐγεννήθη μὲν, ἀλλὰ μὴ ἐγεγέννητο· ἐκ γυναικὸς μὲν, ἀλλὰ καὶ παρθένου. τοῦτο ἀνθρώπινον, ἐκεῖνο θεῖον. ἀπάτωρ ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ ἀμήτωρ ἐκεῖθεν. ὅλον τοῦτο θεότητος. ἐκυοφορήθη μὲν, ἀλλ' ἐγνώσθη Προφήτῃ, ᾗ αὐτῷ κυοφορουμένῳ, καὶ προ- D σκιρτῶντι τοῦ Λόγου, δι' ὃν ἐγένετο. ἐσπαργανώθη μὲν, ἀλλ' ἀποσπαργανοῦται τὰ τῆς ταφῆς ἀνιστάμενος. ἐν φάτνῃ μὲν ἀνεκλίθη, ἀλλ' ὑπ' Ἀγγέλων ἐδοξάσθη, ᾗ ὑπὸ ἀστέρος ἐμηνύθη, καὶ ὑπὸ Μάγων προσεκυνήθη. πῶς σὺ προσπαλαίεις τῷ βλεπομένῳ, μὴ σκοπῶν τὸ νοούμενον; ἐφυγαδεύθη μὲν εἰς Αἴγυπτον, ἀλλὰ ἐφυγάδευσε τὰ Αἰγυπτίων. ἐκ εἶχεν εἶδος, ἐδὲ κάλλος πρὸς Ἰουδαίους, ἀλλὰ τῷ Δαβὶδ, ὡραῖος ἦν E κάλλει πρὸς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀστράπτει, ᾗ ἡλίου φωτοειδέστερος γίνεται, τὸ μέλλον μυσταγωγῶν.

XIX. Hic enim, quem nunc aſpernaris, quondam erat, & ſupra te erat: qui nunc homo eſt, compoſitionis expers erat. Quod erat, permanſit: quod non erat, aſſumpſit. In principio ſine cauſa erat. Quæ enim Dei cauſa afferri queat? At poſteà quoque certa de cauſa natus eſt. Ea autem erat, ut tu, inſolens ac proterve, ſalutem conſequereris, qui deitatem idcircò contemnis, quia craſſitiem tuam ſuſcepit, per intermediam mentem cum carne conjunctus, atque inferior hic homo Deus effectus, poſteaquàm cum Deo coaluit, præſtantioríque parte ſuperante, unus factus eſt, ut ipſe quoque tantùm Deus efficiar, quantùm ille homo. Natus quidem eſt, ſed etiam genitus erat: ex muliere quidem, ſed etiam virgine. Illud humanum, hoc divinum. Patris expers hîc, matris expers illic. Utrumque horum divinitatis eſt. Materno quidem utero geſtatus eſt, verùm *à Propheta* cognitus eſt, & quidem in utero adhuc exiſtente, atque coram Verbo, cujus causâ procreatus fuerat, exultante. *Pannis* quidem *involutus eſt*, at ſepulturæ faſcias redivivus excuſſit. *In præſepio* quidem *reclinatus eſt*, cæterùm ab Angelis celebratus eſt, & *à ſtella* indicatus, & *à Magis* adoratus. Cur tu ad id, quod oculis cernitur, offendis, dum non id ſpectas, quod animo & intelligentiâ percipitur? *In Ægyptum* quidem pulſus eſt: verùm Ægyptiorum errores in fugam vertit. *Non erat illi ſpecies neque decor* apud Judæos: ſed apud Davidem, *ſpecioſus erat formâ præ filiis hominum*, atque etiam in monte, fulguris inſtar, lucet, ac Sole clarior efficitur, futurum videlicet ſplendorem adumbrans.

Filius Dei, quod erat, permanſit, quod non erat, aſſumpſit.

Deus homo effectus eſt, ut nos Dii efficeremur.

Luc. I. 41.

Luc. II. 7.

Matth. II. 2. & 13.

Pulſus in Ægyptum Jeſus, errores Ægyptiorum fugavit.

Iſai. LIII. 2.

Pſ. XLIV. 3.

(a) Χαμερπὲς. Plures Codd. χαμαιπετὲς.
(b) Γινώσκῃς. Sic tres Regg. duo Colb. & Coisl. 2. In Ed. γινώσκεις.
(c) Τὶς μὲν φύσεως &c. *Quæ naturæ ratio, quæ ratio diſpenſationis.* Videtur Gregorius idem hîc ſignificare, quod poſteà Cyrillus, cùm *unam Dei Verbi naturam incarnatam* dixit. Per *naturam* enim intelligit id, quo eſt ſimpliciter & æqualis Patri; per *diſpenſationem* verò, carnem quâ ſimilis nobis homo extitit.
(d) Ἀναιτίως. Par. ἀναίτιος. *Sine cauſa, propter quam eſſet.*
(e) Ἄνθρωπος ὁ κάτω &c. *Homo terrenus factus eſt Deus:* non quòd homo, in propria Perſona jam ſubſiſtens, divinitatem ſit conſecutus, ut à Neſtorio poſteà dictum eſt; ſed quia Verbum humanam naturam aſſumpſit, eamque in unitatem Perſonæ ſibi conjunxit. Sic enim locutiones iſtas: *Homo Deus effectus: Homo aſſumptus*, interpretantur Theologi. Vide Eſtium lib. III. diſt. V. §. 4.
(f) Καὶ γέγονεν εἷς. *Et factus eſt unus;* id eſt, *unus Deus-homo.*
(g) Ἵνα γένωμαι. Reg. Cypr. γενώμεθα. *Ut nos Dii efficiamur.*

Jesus baptizatus, tentatus, esuriens, sitiens, fatigatus, somno depressus.

XX. *Baptizatus* quidem est ut homo : sed peccata sustulit ut Deus ; non quòd lustrationibus indigeret, sed ut aquis ipsis sanctitatem afferret. *Tentatus* est ut homo : at victoriam adeptus est ut Deus ; verùm confidere nos jubet, ut qui mundum vicerit. *Fame affectus est :* sed *multa hominum millia aluit*, ipséque *panis est vivificus ac cœlestis. Siti laboravit*, sed clamavit : *Si quis sitit, veniat ad me & bibat :* atque etiam facturum se pollicitus est, ut qui fide præditi sunt, fontis instar, scaturiant. *Fatigatus est :* sed eorum, qui fatigantur, atque onerati sunt, est requies. *Somno depressus est :* sed *in mari levis* incedit, *ac ventos increpat, Petrúmque, cùm jam mergeretur, sublevat.* Vectigal pendit, sed *ex pisce*, sed exigentium Rex est. *Samaritanus* vocatur & *Dæmoniacus :* at ei, qui *ab Jerusalem descendens*, in latrones inciderat, salutem affert, atque *à Dæmonibus agnoscitur*, & *Dæmones fugat, & spirituum legiones in mare præcipites agit*, principemque Dæmonum, *quasi fulgur, cadentem videt. Lapidibus petitur*, sed non arripitur. *Orat*, sed alios orantes exaudit. *Collachrymat*, sed lachrymas sedat. Quærit *ubi positus sit Lazarus*, homo enim erat ; sed Lazarum à morte ad vitam excitat, Deus enim erat. *Venditur*, & quidem vili pretio, nempè *triginta argenteis :* sed interim mundum *pretio magno*, hoc est, cruore suo redemit. *Ut ovis ad occisionem ducitur :* verùm Israëlem pascit, nunc autem universum quoque terrarum orbem. *Ut agnus mutus est*, sed idem Verbum est, illius *in deserto clamantis voce* annunciatum. *Languore affectus* ac *vulneratus est*, verùm morbum omnem & languorem pellit. *In lignum* tollitur, illícque affigitur, sed nos vitæ ligno restituit, sed *latronem etiam simul pendentem* salute afficit, sed id omne, quod cernitur, obtenebrat. *Aceto potatur*, ac *felle pascitur :* sed quis ? Is nempè, qui *aquam in vinum commutavit*, atque amarulentum illum gustum sustulit, ipsamet, inquam, *dulcedo, totusque desiderium. Animam tradit :* sed ejus rursùs *accipiendæ potestatem habet ;* sed *velum rumpitur ;* (supera enim patefiunt ;) sed *petræ scinduntur ;* sed *mortui resurgunt. Moritur*, sed vitam impertitur, ac morte suâ mortem extinguit. *Sepulturâ afficitur*, sed resurgit. *In infernum descendit*, sed animas sursùm ducit, atque *in cœlos ascendit*, venturúsque est ad judicandos vivos & mortuos, & expendendos hujusmodi sermones. Quòd si illa tibi er-

Matth. III. 16.
Ib. IV. 1.
Ib. IV. 2.
Ib. XIV. 21.
Joan. V. 41.
Ib. XIX. 28.
Ib. VII. 37.
Ib. IV. 6.
Matt. XI. 28.
Ib. VIII. 24.
Ib. XIV. 25. & seqq.
Matth. XVII. 23. & seq.

Samaritanus & Dæmoniacus vocatus.

Joan. VIII. 48.
Luc. X. 33.
Ib. X. 18.
Joan. XI. 24. & seq.
Matth. XXVI. 15.

Christus vili pretio venditus, totum mundum magno pretio redemit.

I. Pet. I. 19.
I. Cor. VI. 20.
Isai. LIII. 7.
Ps. LXXVII. 71.
Joan. I. 23.
Isai. LIII. 4. 5.
Matth. IX. 35.
Luc. XXIII. 33. & seqq.
Joan. II. 7.
Cant. V. 16.
Joan. X. 18.
Matth. XXVII. 51. & seqq.

κ. Ἐβαπτίσθη μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἁμαρτίας ἔλυσεν ὡς Θεός· ὁ καθαρσίων αὐτὸς δεόμενος, ἀλλ' ἵν' ἁγιάσῃ τὰ ὕδατα. ἐπειράσθη ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐνίκησεν ὡς Θεός· ἀλλὰ θαῤῥεῖν διακελεύεται, ὡς κόσμον νενικηκώς. [a] ἐπείνησεν, ἀλλ' ἔθρεψε χιλιάδας, ἀλλ' ἄρτος ἐστὶ ζωτικὸς καὶ οὐράνιος. ἐδίψησεν, ἀλλ' ἐβόησεν· ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω· ἀλλὰ καὶ πηγάζειν ὑπέσχετο τοὺς πιστεύοντας. ἐκοπίασεν, ἀλλὰ τῶν κοπιώντων καὶ πεφορτισμένων ἐστὶν ἀνάπαυσις. [b] ἐβαρύνθη μὲν ὕπνῳ, ἀλλ' ἐπὶ πελάγους κραδφίζεται, ἀλλ' ἐπιτιμᾷ Πνεύμασιν, ἀλλὰ Πέτρον καθίζει βαπτιζόμενον. δίδωσι τέλος, ἀλλ' ἐξ ἰχθύος, ἀλλὰ βασιλεύει τῶν ἀπαιτούντων. Σαμαρείτης ἀκούει καὶ δαιμονῶν, πλὴν ζώζει τὸν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καταβαίνοντα, καὶ λῃσταῖς περιπεσόντα, πλὴν ὑπὸ δαιμόνων ἐπιγινώσκεται, καὶ ἀπελαύνει δαίμονας, καὶ [c] λεγεῶνας Πνευμάτων βυθίζει, καὶ ὡς ἀστραπὴν ὁρᾷ πίπτοντα τὸν ἀρχηγὸν τῶν δαιμόνων. λιθάζεται, ἀλλ' οὐχ ἁλίσκεται. προσεύχεται, ἀλλ' ἐπακούει. δακρύει, ἀλλὰ παύει δάκρυον. ἐρωτᾷ πῦ τέθειται Λάζαρος, ἄνθρωπος γὰρ ἦν· ἀλλ' ἐγείρει Λάζαρον, Θεὸς γὰρ ἦν. πωλεῖται καὶ λίαν εὐώνως, τριάκοντα γὰρ ἀργυρίων, ἀλλ' ἐξαγοράζει [d] κόσμον, καὶ μεγάλης τιμῆς, τῷ ἰδίῳ γὰρ αἵματος. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἄγεται, ἀλλὰ ποιμαίνει τὸν Ἰσραὴλ, νῦν δὲ καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ὡς ἀμνὸς ἄφωνος, ἀλλὰ Λόγος ἐστὶ, [e] φωνῇ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ καταγγελλόμενος. μεμαλάκισται, καὶ τετραυμάτισται, ἀλλὰ θεραπεύει πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν. ἐπὶ τὸ ξύλον ἀνάγεται, προσπήγνυται, ἀλλὰ τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς ἀποκαθίστησιν, ἀλλὰ ζώζει καὶ λῃστὴν συσταυρούμενον, ἀλλὰ σκοτίζει πᾶν τὸ ὁρώμενον. ὄξος ποτίζεται, χολὴν βρωματίζεται· τίς; ὁ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλὼν, ὁ τῆς πικρᾶς γεύσεως καταλυτὴς, ὁ γλυκασμὸς, καὶ ὅλος ἐπιθυμία. παραδίδωσι τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἐξουσίαν ἔχει πάλιν λαβεῖν αὐτὴν, ἀλλὰ καταπέτασμα ῥήγνυται, τὰ γὰρ ἄνω προδείκνυται, ἀλλὰ πέτραι σχίζονται, ἀλλὰ νεκροὶ [f] ἐγείρονται. ἀποθνήσκει, ζωοποιεῖ δὲ, καὶ καταλύει τῷ θανάτῳ τὸν θάνατον. θάπτεται, ἀλλ' ἀνίσταται. εἰς ᾅδου κάτεισιν, ἀλλ' ἀνάγει ψυχὰς, ἀλλ' εἰς οὐρανὸς

(a) Επείνησεν. In Matth. IV. 2. ἐπείνασεν, *esuriit.*
(b) Εβαρύνθη. Tres Regg. & quatuor Colb. ἐβαρήθη.
(c) Λεγεῶνας. Tres Regg. totidemque Colb. Λεγεῶνα.
(d) Κόσμον. Duo Regg. τὸν κόσμον.
(e) Φωνῇ. Sic Codd. In Ed. φωνή, *vox.*

(f) Εγείρονται. Sic optimæ notæ Reg. Cypr. Hanc hujus Codicis lectionem prætulimus, quamvis Editi, ac plerique Codices habeant, προεγείρονται, quia sacro textui, ut videre est apud Matth. XI. 5. aut XXVII. 53. concinit. Billius legit προεγείρονται, ac reddidit : *priùs*

ἄνεισιν, ἀλλ᾽ ἥξει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ τοὺς τοιούτους βασανίσαι λόγους. εἰ ταῦτα ἐμποιεῖ σοι τῆς πλάνης τὴν ἀφορμὴν, ἐκεῖνά σου [a] λυείτω τὴν πλάνην.

roris anſam afferunt, hæc errorem tuum diſcutiant.

κα. Ταῦτα τοῖς [b] αἰνιγματισταῖς παρ᾽ ἡμῶν, οὐχ ἑκόντων μέν· οὐ γὰρ ἡδὺ τοῖς πίστοις ἀδολεσχία καὶ λόγων ἀντίθεσις, ἀρκεῖ γὰρ καὶ [c] εἷς ἀντικείμενος· πλὴν ἀναγκαίως διὰ τοὺς ἐμπίπλοντας, ἐπεὶ καὶ διὰ τὰς νόσους τὰ φάρμακα, ἵν᾽ εἰδῶσι μὴ πάντα ὄντες ζοφοὶ, μηδὲ ἀήττητοι τὰ περιττὰ, καὶ κενοῦντα τὸ Εὐαγγέλιον. ὅταν γὰρ τὸ τοῦ λόγου δυνατὸν περιβαλλώμεθα, τὸ πιστεύειν ἀφέντες, καὶ τὸ τοῦ Πνεύματος ἀξιόπιστον ταῖς ζητήσεσι λύσωμεν, εἶτα ἡττηθῇ τοῦ μεγέθους τῶν πραγμάτων ὁ λόγος, ἡττηθήσεται δὲ πάντως, ἀπὸ ἀσθενοῦς ὀργάνου τῆς ἡμετέρας διανοίας ὁρμώμενος, τί γίνεται; τὸ ἀσθενὲς τοῦ λόγου, τοῦ μυστηρίου φαίνεται· καὶ οὕτω κένωσις τοῦ σταυροῦ, τὸ τοῦ λόγου κομψὸν ἀναδείκνυται, ὡς καὶ Παύλῳ δοκεῖ. ἡ γὰρ πίστις, τοῦ καθ᾽ [d] ἡμᾶς λόγου πλήρωσις. ὁ δὲ [d] ἀναγγέλλων συνδέσμους, καὶ λύων κρατούμενα, ὁ καὶ ἡμῖν ἐπὶ νοῦν ἀγαγὼν, διαλῦσαι στραγγαλιὰς [e] βιαίων [f] δογμάτων, μάλιστα μὲν καὶ τούτους [g] μεταβαλὼν [g] ποιήσειεν πιστοὺς ἀντὶ τεχνολόγων, καὶ Χριστιανοὺς [h] ἀνθ᾽ ὧν νῦν ὀνομάζονται. τοῦτο δὴ καὶ παρακαλοῦμεν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ· καταλλάγητε τῷ Θεῷ, καὶ τὸ Πνεῦμα μὴ σβέννυτε· μᾶλλον δὲ, καταλλαγείη Χριστὸς ὑμῖν, καὶ τὸ Πνεῦμα ὀψὲ γοῦν ἀναλάμψειεν. εἰ δὲ λίαν [i] ἔχοιτε φιλονείκως, ἀλλ᾽ ἡμεῖς γε ζώζοιμεν ἡμῖν αὐτοῖς τὴν Τριάδα, καὶ ὑπὸ τῆς Τριάδος ζωζοίμεθα, μένοντες εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι, μέχρις ἀναδείξεως τελεωτέρας τῶν ποθουμένων, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· Ἀμήν.

XXI. Atque hæc ad ænigmatum ſtudioſos à nobis dicta ſint, non lubenter quidem; (nec enim piis hominibus jucunda eſt inepta loquacitas, verborúmque contentio; ſatis enim ſupérque eſt unus adverſarius;) cæterùm neceſſariò, propter eos, qui in hæc incidunt, (quandoquidem ob morbos quoque medicamenta comparantur,) ut intelligant ſe non uſquequaque ſapientes & acutos eſſe, nec in ſupervacaneis diſputationibus atque Evangelium evacuantibus invicto quodam robore præſtare. Cùm enim relictâ fide, vim facultatémque differendi prætendimus, Spiritûſque certam auctoritatem per quæſtiones delemus, ac poſteà Oratio rerum magnitudini cedit, (cedet autem omninò, utpotè ab infimo organo, id eſt, animo noſtro proficiſcens,) quid efficitur? Orationis nimirùm imbecillitas religioni noſtræ adſcribitur; atque ita ſermonis ornatu & elegantiâ *crucis evacuatio declaratur*, quemadmodùm ipſi quoque Paulo videtur. Fides quippè, doctrinæ noſtræ complementum eſt. Qui autem ligata exponit, & nexus diſſolvit, ac nobis in mentem induxit, ut violentorum dogmatum obliquitates ſolveremus, maximè quidem optarim, ut hos immutet, ac pro argutatoribus pios, & pro iis, qui nunc appellantur, Chriſtianos efficiat. Hoc autem, rogamus, ac pro Chriſto obſecramus: Reconciliamini Deo, ac Spiritum nolite extinguere; vel potiùs, vobiſcum Chriſtus in gratiam redeat, & Spiritus aliquandò tandem vobis illuceſcat. Quòd ſi nimiâ contendendi libidine flagratis, at nos certè Trinitatem nobisipſis ſervemus, atque à Trinitate ſervemur, manentes puri & inoffenſi uſque ad perfectiorem eorum, quæ cupimus, oſtenſionem, in ipſo Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula. Amen.

Crucis myſterium diſputationibus evacuatur.

I. Cor. I. 17.

Pro Eunomianis orat.

ad vitam revocantur; ſed in notis ait: *id eſt, ante Chriſtum reſurgunt*; quod quidem ſanctus Thomas & Theologi negant. Nam juxta Apoſt. ad Coloſſ. I. 18. Chriſtus eſt *primogenitus ex mortuis*. Illi ergo dicendi ſunt revocati ad vitam *ante communem mortuorum reſurrectionem*; ſed non ante Chriſtum, qui primus ex mortuis ſurrexit, & iſtos excitavit, ut ſibi comites eſſent reſurgenti.

(a) Λυείτω. Reg. bm. λύει, *diſſolvunt*.

(b) Αἰνιγματισταῖς. Schol. ὑμῖν, *ad vos ænigmatum ſtudioſos*.

(c) Εἷς ἀντικείμενος. Schol. λόγος δηλονότι, *ſermo ſcilicet*. Bill. in notis, *Sathan*.

(d) Ἀναγγέλλων. *Qui annuntiat*, nimirùm, *Deus*.

(e) Βιαίων. Reg. bm. τῶν βιαίων.

(f) Δογμάτων. Coisl. 1. & Par. συναλλαγμάτων.

(g) Ποιήσειεν. Sic plures Regg. Coisl. 1. & Par. In Coisl. 2. ποιήσειε. In Ed. ποιήσεις.

(h) Ἀνθ᾽ ὧν. *Pro iis*, nempè, *Eunomianis*.

(i) Ἔχοιτε. In nonnullis, ἴχετε.

THEOLOGICA QUARTA.

DE FILIO.

Aliàs 36. *quæ autem* 30. *erat, nunc* 13.

Habita anno 380. Hæretici ſacras Scripturas ad ſuum ſenſum detorquent.

Oratio trigesima.

I. QUONIAM tibi ratiocinationum verſutias nexúſque vi Spiritûs abundè diſcuſſimus, eas autem à divinis Scripturis petitas objectiones, quibus illi, litteræ ſacrilegi, ac Scripturæ ſenſum ſuffurantes, pleróſque ad ſuas partes trahunt, ac veritatis viam turbant, ſummatim quidem, perſpicuéque, ut candidiſſimo cuique viſum iri perſuaſum habeo, diſſolvimus: (dum videlicet ſublimiores voces, & quæ Deo magis conveniunt, divinitati attribuimus, humiliores autem, & quæ hominis naturæ magis congruunt, novo illi noſtrâ causâ Adamo, ac Deo adverſus peccatum patibili:) cæterùm, feſtinante oratione, ſigillatim eas haudquaquàm proſecuti ſumus: ac tu earum quoque ſolutiones breviter à nobis afferri poſtulas, ne ſpecioſis & ad perſuadendum accommodatis ſermonibus in errorem abſtraharis: idcircò nos has quoque brevi complectemur, atque, ut faciliùs memoriæ hæreant, numeris diſtinguemus.

Prima objectio. *Prov.* VIII. 22.

II. Illud quidem unum ipſis ferè in promptu eſt: *Dominus creavit me principium viarum ſuarum ad opera ſua.* Cui argumento quo tandem modo occurremus? Num Salomonem accuſabimus? Num priſtina ipſius dicta ob poſtremum ipſius lapſum abrogabimus? Num ipſiusmet ſapientiæ, ac velut ſcientiæ, artificíſque rationis, ſecundùm quam omnia condita ſunt, hunc ſermonem eſſe dicemus? Pleraque enim ex his, quæ animâ carent, Scriptura per Proſopopœiam loquentia inducere conſuevit, juxta illud: *Mare hæc, atque illa dixit.* Et, *Abyſſus dixit: Non eſt in me.* Et, *Cœli enarrant gloriam Dei.* Et rursùs, *frameæ* aliquid imperatur, & *montes ac colles exultationis* cauſam expoſcuntur. Horum nihil proferre libet, etiamſi alioqui à nonnullis eorum, qui ante nos extiterunt, pro firmis & validis allata ſunt. Sed demus hoc ſanè Salvatoris ipſius, hoc eſt, veræ Sapientiæ, hæc verba eſſe. Illud verò aliquantiſper unà conſideremus. Quid eſt ex omnibus rebus quod cauſæ ſit expers? Divinitas. Nemo enim eſt, qui Dei cauſam di-

Proſopopœia Scripturæ familiaris. *Job.* XXVIII. 14. *Pſ.* XVIII. 1. *Zach.* XIII. 17. *Pſ.* CXIII. 4.

(a) Τῇ δυνάμει. Reg. a. ἐν τῇ δυνάμει.
(b) Ενσ́ασεις τε καὶ ἀντιθ́εσεις. *Pugnaces inſtantias & oppoſitiones*, ſeu, *objectiones*.
(c) Θεῷ παθητῷ. *Deo patibili.* Humana Chriſti natura hîc intelligitur.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

ΠΕΡΙ ΥΙΟΥ.

ΛΟΓΟΣ Λ.

α. ΕΠΕΙΔΗ σοι τὰς μὲν ἐκ τῶν λογισμῶν στροφὰς καὶ πλοκὰς ἱκανῶς διεσείσαμεν [a] τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, τὰς δὲ ῥᾳδίᾳ τῶν θείων γραφῶν [b] ἐνστάσεις τε καὶ ἀντιθέσεις, αἷς οἱ τοῦ γράμματος ἱερόσυλοι, καὶ τὸν νοῦν τῶν γεγραμμένων κλέπτοντες, τοὺς πολλοὺς σφετερίζονται, καὶ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας ταράσσουσι, συλλήβδην μὲν ἤδη λελύκαμεν, καὶ οὐκ ἀμυδρῶς, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, τοῖς εὐγνωμονεστέροις· τὰς μὲν ὑψηλοτέρας καὶ θεοπρεπεστέρας φωνὰς θεσπεσίμαντες τῇ θεότητι, τὰς δὲ ταπεινοτέρας καὶ ἀνθρωπικωτέρας τῷ νέῳ δι' ἡμᾶς Ἀδὰμ, καὶ [c] Θεῷ παθητῷ κατὰ τῆς ἁμαρτίας· τοῖς δὲ καθ' ἕκαστον οὐκ ἐπεξεληλύθαμεν, ἐπειγομένου τοῦ λόγου· σὺ δὲ καὶ τούτων ἐπιζητεῖς [d] ἐν βραχεῖ τὰς λύσεις, τοῦ μὴ παρασύρεσθαι λόγοις πιθανότητος, [e] ἡμεῖς καὶ ταύτας κεφαλαιώσομεν εἰς ἀριθμοὺς διελόντες δι' τὸ εὐμνημόνευτον.

β. Εστι γὰρ ἐν μὲν αὐτοῖς ἐκεῖνο καὶ λίαν προχειρον τό· Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. πρὸς ὃ πῶς ἀπαντησόμεθα; οὐ Σολομῶντος κατηγορήσομεν; οὐ τὰ πρὶν ἀθετήσομεν, δι' τὴν τελευταίαν παράπτωσιν; οὐχὶ τῆς Σοφίας αὐτῆς ἐροῦμεν εἶναι τὸν λόγον, τῆς οἷον ἐπιστήμης καὶ τοῦ [f] τεχνίτου λόγου, καθ' ὃν τὰ πάντα συνέστη; πολλὰ γὰρ ἡ γραφὴ προσωποποιεῖν οἶδε καὶ τῶν ἀψύχων, ὡς τό· ἡ θάλασσα εἶπε τάδε καὶ τάδε. καὶ, ἡ ἄβυσσος εἶπεν, οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί. καὶ, οἱ οὐρανοὶ [g] διηγούμενοι δόξαν Θεοῦ. καὶ πάλιν, ῥομφαία τὶ διαπελεύσεται, καὶ ὄρη καὶ βουνοὶ λόγους ἐρωτῶνται σκιρτήσεως. τούτων οὐδὲν φαμὲν, εἰ καί τισι τῶν πρὸ ἡμῶν ὡς ἰσχυρὰ τέθειται. ἀλλ' ἔστω τοῦ Σωτῆρος αὐτοῦ, τῆς ἀληθινῆς Σοφίας, ὁ λόγος. μικρὸν δὲ συνδιασκεψώμεθα. τί τῶν ὄντων ἀναίτιον; θεότης. οὐδεὶς γὰρ αἰτίαν εἰπεῖν ἔχει Θεοῦ· ἢ τοῦτο ἂν εἴη Θεοῦ πρεσβύτερον.

(d) Εν βραχεῖ. Duo Regg. ἐν βραχέσι.
(e) Ημεῖς καί. In nonnullis, ἡμεῖς δὲ καί.
(f) Τεχνίτου. Sic Coisl. 1. & Baſ. In Ed. τεχνικῆ.
(g) Διηγούμενοι. Coisl. 1. διηγοῦνται.

πρεσβύτερον. τίς δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, ἢν A
δι' ἡμᾶς ὑπέστη Θεὸς, αἰτία; τὸ ζωθῆναι
a [a] πάντως ἡμᾶς. τί γὰρ ἕτερον; ἐπειδὴ τοίνυν
ἐνταῦθα, καὶ τὸ ἔκτισε, καὶ τὸ γεννᾷ με,
ζαφῶς εὑρίσκομεν, ἁπλοῦς ὁ λόγος. ὃ μὲν
ἂν μετὰ τῆς αἰτίας εὑρίσκωμεν, πρσθῶμεν
τῇ ἀνθρωπότητι· ὃ δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀναίτιον,
τῇ θεότητι λογισώμεθα. ἆρ οὖν οὐ τὸ μὲν
ἔκτισεν εἴρηται μετὰ τῆς αἰτίας; ἔκτισε
γάρ με, φησὶν, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα
αὐτοῦ. ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ, ἀλήθεια καὶ B
κρίσις, ὧν ἕνεκεν ἐχρίσθη θεότητι. χρίσις
γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος. τὸ δὲ γεννᾷ
b με, [b] χωρὶς αἰτίας· ἢ δεῖξόν τι τούτῳ
πρσκείμενον. τίς οὖν ἀντερεῖ λόγος,
κτίσμα μὲν λέγεσθαι τὴν Σοφίαν, κατὰ
τὴν κάτω γέννησιν, γέννημα δὲ, κατὰ τὴν
πρώτην καὶ πλέον ἄληπτον;

γ. Τούτῳ δὲ ἕπεται, καὶ τό· δοῦλον
ἀκούειν εὖ δουλεύοντα πολλοῖς. καὶ τό·
c μέγα εἶναι αὐτῷ κληθῆναι [c] παῖδα Θεοῦ. τῷ C
ὄντι γὰρ ἐδούλευσε σαρκὶ, καὶ γενέσει,
καὶ πάθεσι τοῖς ἡμετέροις, δι' ἣν τὴν ἡμετέραν
ἐλευθερίαν, καὶ πᾶσιν οἷς σέσωκεν ὑπὸ
d τῆς ἁμαρτίας [d] κατεχομένοις. τί δὲ μεῖζον
ἀνθρώπου ταπεινότητι, ἢ Θεῷ πλακῆναι,
καὶ γενέσθαι Θεὸν ἐκ τῆς μίξεως, καὶ
τοσοῦτον ἐπισκεφθῆναι ἀνατολῇ ἐξ ὕψους,
ὥστε καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον Υἱὸν ὑψίστου
e κληθῆναι, καὶ χαρισθῆναι αὐτῷ [e] ὄνομα τὸ
ὑπὲρ πᾶν ὄνομα; τοῦτο δὲ τί ποτε ἄλλό D
ἐστιν ἢ Θεός; καὶ τό· πᾶν γόνυ κάμψαι τῷ
κενωθέντι δι' ἡμᾶς, καὶ τὴν θείαν εἰκόνα
δουλικῇ μορφῇ συγκεράσαντι, καὶ γνῶναι
πάντα οἶκον Ισραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον αὐτὸν
καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησεν. γέγονε γὰρ
ταῦτα, ἐνεργείᾳ μὲν τοῦ γεννήματος,
εὐδοκίᾳ δὲ τοῦ γεννήτορος.

δ. Δεύτερον δὲ τί τῶν μεγίστων αὐτοῖς
καὶ ἀμάχων; δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρι
τοῦδε, καὶ ὑπ' οὐρανοῦ δεχθῆναι ἄχρι E
χρόνων ἀποκαταστάσεως, καὶ τὴν ἐκδεξιῶν
καθέδραν ἔχειν, ἕως τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπικρα-
τήσεως. τὸ μετὰ τοῦτο δὲ τί; λῆξαι τῆς
f βασιλείας, ἢ τῶν οὐρανῶν [f] ἀποστῆναι; τίνος
g παύσοντος; ἢ δι' ἣν τινα [g] τὴν αἰτίαν; ὡς
h τολμηρὸς [h] ἐξηγητὴς σὺ, καὶ λίαν ἀβασίλευτος.

cere queat: alioqui id Deo antiquius esset. Quæ autem humanitatis à Deo propter nos susceptæ causa extitit? Profectò ut nobis salus pareretur. Quid enim aliud causæ afferri possit? Ergo quoniam hîc apertè, & *Creavit*, & *Gignit me*, reperimus, hoc simpliciter dictum censeamus. Quod enim cum causa conjunctum invenimus, id humanitati assignandum est; quod autem simplex causæque expers, divinitati adscribendum. Age igitur, an non illud, *Creavit*, adnexam causam habet? *Creavit* enim *me*, inquit, *principium viarum suarum ad opera sua.* Opera autem ipsius, *veritas & judicium*, quorum causâ divinitate delibutus est. Hæc enim humanitatis unctio est. At illud, *Gignit me*, causam non habet. Alioqui ostende quidnam ipsi adjunctum sit. Quis igitur inficias ibit, quin sapientia, secundum inferiorem quidem generationem, creata, secundum autem primam illam magísque incomprehensibilem, genita dicatur?

Causa Dei nulla est, causa humanitatis assumptæ in Christo, hominum salus.

Prov. VIII. 17.

Ps. CX. 7.

III. Huic velut consectarium est, quòd etiam *Servus* dicitur, & *Multis* benè serviens; illúdque item, quòd magnum atque amplum ipsi sit *filium Dei vocari.* Haud dubiè quippè carni, & generationi, & affectionibus nostris, libertatis nostræ causâ servivit, ac denique omnibus illis, per quæ eos, qui à peccato detinebantur, in salutem asseruit. Quid autem május & honorificentius hominis humilitati contingere queat, quàm Deo copulari, atque ex illa mixtione Deum effici, tantúmque *ab Oriente ex alto visitari*, ut illud etiam *sanctum*, quod gignebatur, *Altissimi Filius* vocaretur, eoque nomine donaretur, *quod est super omne nomen?* Quod porrò aliud nomen illud est, quàm Deus? Atque istud, *omne genu ante eum flectatur*, qui nostrâ causâ exinanitus est, ac divinam imaginem servili formæ conjunxit, *sciatque omnis domus Israël, quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus.* Hæc enim factus est, operâ quidem ejus, qui genitus est, bonâ autem voluntate genitoris.

Filius Dei propter nos servus.

Isai. XLIX. 6.
Isai. LIII. 11.
Luc. I. 35.
Luc. I. 78.
Luc. I. 32.
Philip. II. 9.
Philip. II. 10.
Act. II. 36.

IV. Quid secundo loco, tanquam maximi atque invicti cujusdam roboris, opponunt? *Oportet* enim *illum regnare* huc usque, & *à cælo susci pi usque ad restitutionis tempora*, & *à dextris sedere*, donec hostes in potestatem redegerit. Quid verò posteà? Regnandi finem facere, aut è cœlis expelli? Et quisnam, obsecro, eum è regno ejiciet? Aut quam ob causam? Quàm audax enarrator es, nimiúmque à regio jugo abhorrens! At *regni illius nullum finem*

Secunda objectio.

I. Cor. XV. 25.
Act. III. 21.
Ps. CIX. 1.
Luc. I. 32.

(a) Πάντως. Sic duo Regg. tres Colb. & Coisl. 1. In Ed. πάντας.
(b) Χωρὶς αἰτίας. Bill. *sine causa dictum est.*
(c) Παῖδα Θεοῦ. Vulgata, *servum Dei.* Nobilius, *puerum Dei*, sed eodem sensu.
(d) Κατεχομένοις. Reg. bm. Coisl. 1. Par. Bas. κατεχομένους. Mox τί δέ. in quibusdam τί δαί.
(e) Ονομα. Duo Regg. & tres Colb. τὸ ὄνομα.
(f) Αποστῆναι Duo Regg. ἀποσθῆναι.
(g) Τὴν αἰτίαν. Deest τήν in tribus Regg.
(h) Ἐξηγητής. Comb. addit, εἶ.

fore audis. Verùm hæc tibi erroris causa est, quòd non intelligis hanc vocem, ἕως, (id est, *usque*,) non semper futuro tempori opponi, sed ita interjectum tempus statuere, ut interim sequens tempus non excludat. Nam nisi ita res se habeat, quonam modo illud, ut alia præteream, intelliges: *Ero vobiscum usque ad consummationem sæculi?* An quasi posteà minimè futurus sit? Et quæ hæc ratio esset? Nec verò hac solùm de causa in errorem incidis, sed etiam quia significationes ipsas non distinguis. *Regnare* enim duplici modo dicitur, uno, ut Omnipotens, ac volentium nolentiumque Rex: altero, ut subjectionem in nobis gignens, & sub imperium suum ac ditionem nos redigens, utpotè qui lubenter ipsius regno colla submittimus. Quod ergo ad priorem significationem attinet, Regni ipsius finis nullus erit. Quod autem ad secundam, quis erit finis? Ut nos subjectos teneat, servétque. Quid enim opus erit subjectionem in nobis moliri, cùm jam ipsi subjecti fuerimus? Quod postquam effecerit, surrecturus est ad judicium de terra ferendum, & secernendos eos, qui salutem consequuntur, ab iis qui pereunt; *stabitque Deus in medio Deorum*, hoc est, beatorum hominum, ut dijudicet ac distinguat, quo quisque honoris gradu, quâque mansione dignus sit.

Matth. XXVIII. 20.

Ps. LXXXI. 1.

καὶ μὴν ἀκούεις τῆς βασιλείας αὐτοῦ μὴ εἶναι πέρας. ἀλλὰ τοῦτο πάσχεις, ὥσθ' ὃ μὴ γινώσκειν, ὅτι τὸ, ἕως, οὐ πάντως ἀντιδιαιρεῖται τῷ μέλλοντι, ἀλλὰ τὸ [a] μέχρι τοῦδε μὲν, τίθησι· [b] τὸ ὑπὲρ τοῦτο δὲ, οὐκ ἀναίνεται. ἢ πῶς νοήσεις, ἵνα μὴ τἄλλα λέγω, τό· ἔσομαι μεθ' ὑμῶν ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος; ἆρ' ὡς μετὰ [c] τοῦτο οὐκ ἔτι ἐσομένου; καὶ τίς ὁ λόγος; οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὥσθ' ὃ μὴ διαιρεῖν τὰ σημαινόμενα. βασιλεύειν γὰρ λέγεται, καθ' ἓν μὲν, ὡς παντοκράτωρ, καὶ θελόντων, καὶ μὴ, βασιλεύς· καθ' ἕτερον δὲ, [d] ὡς ἐνεργῶν τὴν ὑποταγὴν, καὶ ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν τιθεὶς ἡμᾶς, ἑκόντας δεχομένους τὸ βασιλεύεσθαι. τῆς μὲν οὖν ἐκείνως νοουμένης βασιλείας οὐκ ἔσται πέρας. τῆς δευτέρας δὲ, [e] τί; τὸ [f] λαβεῖν ἡμᾶς ὑπὸ χεῖρα ζωζομένους. τί γὰρ δεῖ τὴν ὑποταγὴν ἐνεργεῖν ὑποτεταγμένων; μεθ' ἣν ἀνίσταται κρίνων τὴν γῆν, καὶ διαιρῶν τὸ ζωζόμενον, καὶ τὸ ἀπολλύμενον· μεθ' ἣν ἵσταται Θεὸς ἐν μέσῳ Θεῶν, τῶν ζωζομένων, διακρίνων καὶ διαστέλλων, τίνος ἕκαστος τιμῆς καὶ μονῆς ἄξιος.

Christi subjectio, paternæ voluntatis adimpletio.

1. Cor. XV. 28.

Gal. III. 13.

II. Cor. V. 21.

I. Cor. XV. 45.

V. Huic subjectionem quoque istam adjunge, quâ Filium Patri subjicis. Quid ais, *quasi jam nunc subjectus non sit?* Aut etiam omninò opus est, ut Deo subjiciatur, qui & ipse Deus est? Ergo quasi de latrone quodam, aut Dei hoste, verba facis. Verùm ita rem expende. Quemadmodùm salutis meæ causâ *maledictum* vocatus est, qui maledictionem meam solvit; & *peccatum*, qui mundi peccatum delet; ac pro veteri Adamo, *novus Adamus* efficitur: ad eundem quoque modum contumaciam & rebellionem meam sibi asciscit, ut totius corporis caput. Proindè quandiù inobediens ipse sum ac turbulentus, tum per Dei abnegationem, tum per vitiosas animi permotiones, tandiù inobediens quoque, quantùm ad me attinet, Christus dicitur. Cùm autem ei omnia subjecta fuerint, (subjicientur autem, & per agnitionem, & per immutationem,) tum ipse quoque subjectionem impleverit, adducens me, salutem consecutum. Nec enim quidquam aliud est, meâ quidem sententiâ, Christi subjectio, quàm paternæ voluntatis expletio. Subjicit

ε. Τούτῳ σύναπτε καὶ τὴν ὑποταγὴν, ἣν ὑποτάσεις τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν. τί λέγεις, ὡς νῦν οὐχ ὑποτεταγμένου; [g] δεῖται δὲ ὅλως ὑποταγῆναι Θεῷ Θεὸς ὤν; ὡς περὶ λῃστοῦ τινὸς, ἢ ἀντιθέου, ποιῇ τὸν λόγον. ἀλλ' ἅτω σκόπει· ὅτι ὥσπερ κατάρα ἦκουσε δι' ἐμὲ, ὁ τὴν ἐμὴν λύων κατάραν· καὶ ἁμαρτία, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ Ἀδὰμ ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ γίνεται νέος· οὕτω καὶ τὸ ἐμὸν ἀνυπόκτακτον ἑαυτοῦ ποιεῖται, ὡς κεφαλὴ τοῦ παντὸς σώματος. ἕως μὲν οὖν ἀνυπόκτακτος ἐγὼ καὶ σασιώδης, τῇ τε ἀρνήσει τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς πάθεσιν, [h] ἀνυπόκτακτος τὸ κατ' ἐμὲ ἡ [i] ὁ Χριστὸς λέγεται. ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, ὑποταγήσεται δὲ καὶ τῇ ἐπιγνώσει, καὶ τῇ μεταποιήσει, τότε καὶ αὐτὸς τὴν ὑποταγὴν πεπλήρωκε, προσάγων ἐμὲ τὸν σεσωσμένον. τοῦτο γὰρ ἡ ὑποταγὴ Χριστοῦ, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, ἡ τοῦ πατρικοῦ θελήματος

(a) Μέχρι μὲν τοῦδε. Sic tres Regg. In Ed. μέχρι τοῦδε μέν.

(b) Τὸ ὑπὲρ τοῦτο. Plures Regg. & Colb. τὸ μετὰ τοῦτο.

(c) Τοῦτο ἐκ ἔτι. Deest ἔτι in tribus Regg. & Cypr. qui habet, τοῦτο μή.

(d) Ὡς ἐνεργῶν τὴν ὑποταγήν. Leuvenk. Sic vertit: *Quod subjectionem præstet, nosque sub regnum suum ponat, quotquot volentes ipsius imperium admitt imus.*

(e) Τί. Deest in quatuor Colb.

(f) Λαβεῖν ἡμᾶς ὑπὸ χεῖρα. Quatuor Colb. addunt, καί, quod commodè reddit Leuvenk. *Ut nos scilicet ei subjiciamur, & servemur.*

(g) Δεῖται &c. Hæc per interrogationem legenda, etsi aliter exponat Elias.

(h) Ανυπόκτακτος. Carpebant Monothelitæ hæc Gregorii verba, quasi Christum divideret, ut ex sexta Synodo perspicuum est; sed audiendi non sunt.

(i) Ο Χριστός. Deest ὁ in nonnullis.

πλήρωσις. ὑποτάσσει δὲ καὶ Υἱὸς Πατρὶ, καὶ Υἱῷ Πατήρ· ὁ μὲν ἐνεργῶν, ὁ δὲ εὐδοκῶν, ὃ καὶ πρότερον εἴπομεν. καὶ οὕτω τὸ ὑποτεταγμένον ὁ ὑποτάξας Θεῷ παρίστησιν, ἑαυτοῦ ποιούμενος τὸ ἡμέτερον. τοιοῦτον εἶναί μοι φαίνεται καὶ τό· ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; οὐ γὰρ αὐτὸς ἐγκαταλέλειπται, ἢ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, ἢ ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος, ὃ δοκεῖ τισὶν, ὡς ἂν φοβουμένης τὸ πάθος, καὶ διὰ τοῦτο συστελλομένης ἀπὸ τοῦ πάσχοντος. τίς γὰρ ἢ γεννηθῆναι κάτω τὴν ἀρχὴν, ἢ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνελθεῖν ἠνάγκασεν; ἐν ἑαυτῷ δὲ, ὅπερ εἶπον, τυποῖ τὸ ἡμέτερον. ἡμεῖς γὰρ ἦμεν οἱ ἐγκαταλελειμμένοι καὶ παρεωραμένοι πρότερον, εἶτα νῦν προσειλημμένοι καὶ σεσωσμένοι τοῖς τοῦ ἀπαθοῦς πάθεσιν· ὥσπερ καὶ τὴν ἀφροσύνην ἡμῶν, καὶ τὸ πλημμελὲς οἰκειούμενος, τὰ ἑξῆς διὰ τῶν ψαλμῶν φησίν· ἐπειδὴ προδήλως εἰς Χριστὸν ὁ εἰκοστὸς πρῶτος ψαλμὸς ἀναφέρεται.

5. Τῆς δὲ αὐτῆς ἔχεται θεωρίας, καὶ τὸ μαθεῖν αὐτὸν τὴν ὑπακοὴν ἐξ ὧν ἔπαθεν· ἥ τε κραυγὴ, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ τὸ ἱκετεῦσαι, καὶ τὸ εἰσακουσθῆναι, καὶ τὸ εὐλαβές· [a] ἃ δραματουργεῖται καὶ πλέκεται θαυμασίως [b] ὑπὲρ ἡμῶν. ὡς μὲν γὰρ Λόγος, ἅτε ὑπήκοος ἦν, οὔτε ἀνήκοος. τῶν γὰρ ὑπὸ χεῖρα ταῦτα, καὶ τῷ δευτέρων. τὸ μὲν τῷ εὐγνωμονεστέρων, τὸ δὲ τῶν ἀξίων κολάσεως. ὡς δὲ δούλου μορφὴ, συγκαταβαίνει τοῖς ὁμοδούλοις καὶ δούλοις, καὶ μορφοῦται τὸ ἀλλότριον, ὅλον [c] ἐν ἑαυτῷ ἐμὲ φέρων [c] μετὰ τῶν ἐμῶν, ἵνα ἐν [d] ἑαυτῷ δαπανήσῃ [d] τὸ χεῖρον, ὡς κηρὸν πῦρ, ἢ ὡς ἀτμίδα γῆς ἥλιος, κἀγὼ μεταλάβω τῶν ἐκείνου διὰ τὴν σύγκρασιν. διὰ τοῦτο [e] ἔργῳ τιμᾷ τὴν ὑπακοὴν, καὶ [e] πειρᾶται ταύτης, ἐκ τοῦ παθεῖν. οὐ γὰρ ἱκανὸν ἡ διάθεσις, ὥσπερ οὐδὲ ἡμῖν, εἰ μὴ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων χωρήσαιμεν. ἔργον γὰρ, ἀπόδειξις διαθέσεως. οὐ χεῖρον δὲ ἴσως κἀκεῖνο ὑπολαβεῖν, ὅτι δοκιμάζει τὴν [f] ἡμετέραν ὑπακοὴν, [f] καὶ πάντα μετρεῖ [g] τοῖς ἑαυτοῦ πάθεσι [h] τέχνῃ φιλανθρωπίας· ὥστε ἔχειν εἰδέναι τοῖς ἑαυτοῦ τὰ ἡμέτερα, καὶ πόσον μὲν ἀπαιτούμεθα, πόσον δὲ συγχωρούμεθα, λογιζομένης μετὰ τοῦ

A autem, & Filius Patri, & viciſſim Filio Pater: ille operâ ſuâ, hic beneplacito, quemadmodùm antè à nobis dictum eſt. Atque ita eos, qui ſubjecti ſunt, Deo ſiſtit ac repræſentat is, qui ſubjecit, noſtra videlicet ſibi vindicans. Eodem in genere mihi illud quoque eſſe videtur: *Deus, Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti?* Neque enim, quod quidam opinantur, ipſe, vel à Patre, vel à ſua divinitate, quaſi paſſionem extimuiſſet, ac propterea ſeſe à perpetiente corpore collegiſſet, derelictus eſt. (Quis enim eum, vel primùm humanitùs gigni, B vel in crucem aſcendere coëgit?) Verùm in ſeipſo, ut dictum eſt, noſtra repræſentavit. Nos enim eramus derelicti illi priùs atque contempti; nunc verò per impatibilis illius paſſiones, aſſumpti ac ſervati ſumus; quemadmodùm noſtram quoque inſipientiam ac peccatum ſibi arrogavit, ut ea, quæ deinceps in Pſalmo ſequuntur, pronunciant. Siquidem vigeſimus primus Pſalmus manifeſtè ad Chriſtum refertur.

Chriſtus in cruce, quomodò à Patre derelictus. *Pſ.* XXI. 1.

C

VI. Ejuſdem ſpeculationis illud etiam eſt, quòd *ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam didicit;* quòd *cum clamore & lacrymis ſupplicarit; quòd exauditus ſit pro ſua reverentia;* quæ omnia nomine noſtro mirabiliter efficiuntur & contexuntur. Nam, ut Verbum, nec obediens erat, nec inobediens. Hæc namque iis, qui aliorum imperio tenentur, quique ſecundæ claſſis ſunt, conveniunt; illud ſcilicet, probis atque honeſtis, iſtud verò, improbis ac D ſupplicio dignis. Ut autem ſervi forma, ad conſervos, imò ad ſervos ſeſe demittit, atque alienam formam ſuſcipit, totum me ſimul, cum iis quæ mea ſunt, in ſeipſo ferens, ut, quod deterius eſt, in ſeipſo abſumat, & conficiat, non ſecùs ac ceram ignis, aut terræ vaporem Solis radius, atque ipſe ob hujuſmodi conjunctionem bonorum illius particeps fiam. Quocirca re ipsâ obedientiam honore afficit, eámque perpetiendis doloribus experitur. Neque enim ſufficiebat animi affectio, quemadmodùm nec nobis, niſi manum quoque operibus admo- E veamus. Opus enim, affectionis animi declaratio eſt. Nec fortè pejus fuerit exiſtimare, quòd obedientiam noſtram exploret, paſſionibúſque ſuis omnia metiatur, arte quâdam humanitatis & benevolentiæ erga genus noſtrum: ita ut ex ſuis noſtra æſtimare queat, quantúmque, & à nobis exigi, & condonari debeat, expensâ nimirùm

Chriſtus ſupplicans, pro ſua reverentia exauditus eſt. *Hebr.* V. 8. 7.

Affectio animi operibus declaratur.

(a) A δραματουργεῖται &c. Comb. *Quæ nobis quaſi in ſcena productis, noſtroque nomine ac perſonâ mirabiliter geruntur ac nectuntur*, partim ſcilicet verè, partim οἰκειώσει & attributione.

(b) Ὑπὲρ ἡμῶν. Sic Coisl. 1. &c. In Ed. ὑπὲρ ὑμῶν.

(c) Μετὰ τῶν ἐμῶν. Bill. *Cum infirmitatibus meis.*

(d) Τὸ χεῖρον. *Quod deterius eſt*, id eſt, *peccatum.*

(e) Πειρᾶται ταύτης. *Ejuſque periculum patiendo facit.*

(f) Καὶ πάντα μετρεῖ &c. Leuvenk. *Atque omnia metiatur ex ſuis paſſionibus ars illa benignitatis.*

(g) Τοῖς ἑαυτοῦ. Coisl. 1. τοῖς οἰκείοις.

(h) Τέχνῃ. Hervag. τέχνη, *ars.*

cum paſſionibus virium noſtrarum imbecillitate. Nam cùm lucem illam, propter corporis tegumentum, in tenebris, hoc eſt, in hac vita, lucentem, tenebræ aliæ, hoc eſt, pravus ille ac tentator infectatus ſit; quantò magis tenebras ipſas, utpotè infirmiores? Et quid mirum, ſi cùm ille hoſtiles laqueos omninò effugerit, nos quadamtenùs ſaltem comprehendamur? Majus quippè illi eſt, quòd hoſtis eum perſecutus ſit, quàm nobis, quòd nos aſſequatur atque comprehendat, apud eos utique, qui hæc rectâ ratione perpendunt. Addam illud quoque iis quæ dicta ſunt, locum hunc mecum reputans: *In quo enim paſſus eſt, ipſe tentatus, poteſt iis, qui tentantur, auxiliari*, quod perſpicuè ad eundem ſenſum tendit. Sicut etiam: *Erit autem Deus omnia in omnibus* illo reſtitutionis tempore; non utique Pater, reſoluto videlicet in ipſum Filio, non ſecùs ac ſi fax aliqua ad aliquod tempus ab ingenti rogo abſtracta, in eum rursùs adjungatur, (neque enim Sabelliani his verbis abutantur,) ſed totus Deus; tum nempè, cùm jam non multi erimus, ſicut nunc ſumus ratione motuum & affectionum, nihil omninò Dei geſtantes in nobis, aut ſaltem parùm, ſed toti deiformes, totiuſque ac ſolius Dei capaces. Hæc enim ea perfectio eſt, ad quam omni celeritate properamus; quod quidem Paulus ipſe maximè conjicit. Quod enim hîc de Deo indefinitè ait, alio loco apertiſſimis verbis Chriſto ſigillatim attribuit. Quibus verbis? *Ubi non eſt Græcus, non Judæus, circumciſio & præputium, barbarus & Scytha, ſervus & liber: ſed omnia & in omnibus Chriſtus.*

Poſt judicium erit Deus omnia in omnibus.

Hebr. II. 18.
I. Cor, XV. 28.

Gal. III. 28.

VII. Tertio loco vocem hanc, *Major,* numerant: quarto item, *Deum meum & Deum veſtrum.* Sanè, ſi *major* quidem diceretur, non item *æqualis*, fortaſsè vim aliquam haberet quod afferunt. Cùm autem utrumque inveniri liquidò conſtet, quid tandem generoſi homines dicent? Quid roboris habebunt? Quomodò convenient, quæ convenire nequeunt? Idem enim ſeipſo majus, pariterque ſibi ipſi æquale, fieri non poteſt. Nonne ergo perſpicuum eſt *majoris* vocem ad cauſam, *æqualis* autem ad naturam referendam eſſe? Ac nos iſtud ingenuè admodùm & candidè confitemur. Fortaſsè autem dixerit alius quiſpiam, ſermonem

Tertia & quarta objectio.

Joan. XIV. 28.
Ib. XX. 17.

A πάσχειν καὶ τῆς ἀσθενείας. εἰ γὰρ τὸ φῶς ἐδιώχθη διὰ τὸ σκέπασμα φαῖνον ἐν τῇ σκοτίᾳ, τῷ βίῳ τούτῳ, ὑπὸ τῆς ἄλλης σκοτίας, τοῦ πονηροῦ λέγω καὶ τοῦ πειραστοῦ, τὸ σκότος πόσον, ὡς ἀσθενέστερον; καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐκείνου διαφυγόντος παντάπασιν, ἡμεῖς [a] ποσῶς γε καταληφ- a
θείημεν; μεῖζον γὰρ ἐκείνῳ τὸ διωχθῆναι, ἢπερ ἡμῖν τὸ καταληφθῆναι, ὥσπερ καὶ τοῖς
B ὀρθῶς ταῦτα λογιζομένοις. ἔτι δὲ σκεπτέον τοῖς εἰρημένοις ἐκεῖνο, ἐνθυμητέον τό· ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν, αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι, ταφῶς πρὸς τὴν αὐτὴν φέρον διάνοιαν. ἔσται δὲ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς [b] ἀποκα- b
ταστάσεως· οὐχ ὁ Πατὴρ, πάντως εἰς αὐτὸν ἀναλυθέντος τοῦ Υἱοῦ, ὥσπερ εἰς πυρὰν μεγάλην λαμπάδος πρὸς καιρὸν ἀποσπασθείσης, εἶτα συναφθείσης, μηδὲ γὰρ Σαβέλ-
C λιοι τῷ ῥητῷ τούτῳ [c] παραφθειρέσθωσαν, c
ἀλλ' ὅλος Θεὸς, ὅταν μηκέτι πολλὰ ὦμεν, [d] ὥσπερ νῦν τοῖς κινήμασι καὶ τοῖς πάθεσιν, d
οὐδὲν ὅλως Θεοῦ, ἢ ὀλίγον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς φέροντες, ἀλλ' ὅλοι θεοειδεῖς, ὅλου Θεοῦ χωρητικοὶ καὶ μόνου. τοῦτο γὰρ ἡ τελείωσις, πρὸς ἣν σπεύδομεν· τεκμηριοῖ δὲ μάλιστα Παῦλος αὐτός. ὃ γὰρ ἐνταῦθα περὶ Θεοῦ
D φησὶν ἀορίστως, ἀλλαχοῦ ταφῶς περιορίζει Χριστῷ. τί λέγων; ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην, οὐδὲ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, βάρβαρος, Σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθερος· ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός.

ζ. Τρίτον, ἀριθμεῖ τό· [e] μεῖζον· τέταρτον, e
τό· Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. εἰ μὲν οὖν
[f] μείζων μὲν ἐλέγετο, μὴ [g] ἴσος δὲ, τάχα f g
ἂν ἦν τι τοῦτο αὐτοῖς· εἰ δὲ ἀμφότερα ταφῶς
εὑρίσκομεν, τί φήσουσιν οἱ γενναῖοι; τί τὸ ἰσχυρὸν αὐτοῖς; πῶς συμβήσεται τὰ ἀσύμβατα; τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως μεῖζον
E καὶ ἴσον εἶναι τῶν ἀδυνάτων· ἢ δῆλον ὅτι τὸ μεῖζον μέν ἐστι τῆς αἰτίας, τὸ δὲ ἴσον, τῆς φύσεως; ᾗ τοῦτο ὑπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ὁμολογοῦμεν ἡμεῖς. τάχα δ' ἂν εἴποι τις
[h] ἄλλος τῷ [i] ἡμετέρῳ λόγῳ [k] προσφιλονεικῶν, h i k

(a) Ποσῶς γε. Duo Regg. quinque Colb. ποσῶς καί.
(b) Ἀποκαταστάσεως. *Reſtitutionis*, id eſt, *reſurrectionis*, cùm videlicet animæ ſuis corporibus reſtituentur.
(c) Παραφθειρέσθωσαν. Sav. aliique plures, παρεισφθειρέσθωσαν.
(d) Ὥσπερ νῦν . . . φέροντες. Hæc à Billio, aut Typographo omiſſa.
(e) Μεῖζον. Par. μείζων.
(f) Μείζων. Tres Regg. & tres Colb. μεῖζον.
(g) Ἴσος. Tres Regg. totidemque Colb. ἶσον.

(h) Ἄλλος. Unus Reg. & Oxon. ἄλλο.
(i) Ἡμετέρῳ. Sic Coisl. 1. Sav. & Comb. In Ed. ὑμετέρῳ.
(k) Προσφιλονεικῶν. *Vox iſta*, inquit Billius, *non ſignificat eum, qui Gregorii rationem oppugnaret, ſed qui acriùs in eandem cauſam incumberet, Filiique divinitatem tueretur. Nam quòd Gregorius fateatur Filium, ratione duntaxat cauſæ, minorem eſſe Patre, contenderet fortaſsè aliquis in eandem Filii defenſionem acriùs incumbens, ne in hac quidem ratione minorem eum eſſe dicendum; quod non ſatis animadvertiſſe videtur Elias.*

μὴ ἔλαττον

μὴ ἔλαττον εἶναι τὸ ἐκ τοιαύτης αἰτίας εἶναι τοῦ [a] ἀναιτίου. τῆς τε γὰρ τοῦ ἀνάρχου δόξης μετέχοι ἂν, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνάρχου· καὶ [b] πρόσεστιν ἡ γέννησις, πρᾶγμα [b] τοσοῦτο, [c] τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, καὶ [c] οὕτω σεβάσμιον. τὸ γὰρ δὴ λέγειν, ὅτι τῷ κατὰ τὸν ἄνθρωπον [d] νοουμένου [d] μείζων, ἀληθὲς μὲν, οὐ μέγα δέ. τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ μείζων ἀνθρώπου [e] Θεός; ταῦτα μὲν [e] οὖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς τὸ μεῖζον κομπάζοντας.

noſtrum acriori animi contentione proſequens, inferius habendum non eſſe, ab hujuſmodi cauſa, cauſæ omnis experte, proficiſci. Nam & quia ab eo, qui principio caret, originem trahit, ejus quoque gloriæ partem ſibi vindicat: & accedit inſuper generationis prærogativa, res tanta, támque veneranda, iis quidem certè, qui mente præditi ſunt. Nam, quòd ratione humanitatis Pater Filio major intelligendus ſit, verè quidem dici poteſt, ſed non perindè honorificè. Quid enim mirum, Deum homine majorem eſſe? Atque hæc mihi dicta ſint adverſus eos, qui *Majoris* vocem inſolentiùs jactant.

η. Θεὸς δὲ λέγοιτο ἂν, οὐ τοῦ Λόγου, τοῦ ὁρωμένου δέ· πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦ κυρίως Θεοῦ Θεός; ὥσπερ καὶ Πατὴρ, οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ Λόγου δέ. καὶ γὰρ [f] ἦν διπλοῦς· ὥστε τὸ μὲν κυρίως [f] ἐπ' ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως, ἐναντίως ἢ ἐφ' ἡμῶν [g] ἔχει. ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν Θεὸς [g] ὁ Θεὸς, οὐ κυρίως δὲ Πατήρ. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ ποιεῖ τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην, ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις, ἐπαλλαττομένων τῶν ὀνομάτων διὰ τὴν σύγκρασιν. σημεῖον δὲ, [h] ἡνίκα [h] αἱ φύσεις διίστανται ταῖς ἐπινοίαις, ζυνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀνόματα. Παύλου λέγοντος ἄκουσον· ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης. Χριστοῦ μὲν Θεὸς, τῆς δὲ δόξης Πατήρ. εἰ γὰρ καὶ τὸ συναμφότερον [i] ἕν· ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ τούτων. τί ἂν γένοιτο γνωριμώτερον,

VIII. Quod autem ad alteram partem attinet, *Deus* dicitur, non ratione Verbi, ſed partis quæ in oculorum ſenſum cadit; (quo enim modo illius, qui propriè Deus eſt, Deus dici queat?) Quemadmodùm Pater, non humanitatis, ſed Verbi reſpectu. Duplici quippè naturâ conſtabat; quò fit, ut alterum de eo propriè dicatur, alterum impropriè: contrà quàm in nobis ſe res habet. Deus enim propriè Deus noſter eſt, non autem propriè Pater. Atque hoc eſt quod Hæreticos in errorem inducit, nempè nominum horum conjunctio, permutatis videlicet inter ſe nominibus propter utriuſque naturæ connexionem. Argumento eſt, quòd cùm naturæ animo & cogitatione diſtinguntur, ſimul quoque nomina dividuntur. Audi Paulum his verbis loquentem: *Ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater ille gloriæ.* Vides quomodò Chriſti quidem Deus, gloriæ autem Pater dicatur. Quamvis enim hæc duo unum efficiant; id tamen non naturâ fit, ſed eorum coitione. Quid his apertius & manifeſtius eſſe queat?

Reſponſio ad quartam objectionem.

Eph. I. 17.

ϑ. Πέμπτον λεγέσθω τό· λαμβάνειν αὐτὸν ζωὴν, ἢ κρίσιν, ἢ κληρονομίαν ἐθνῶν, ἢ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἢ δόξαν, ἢ [k] μαθητὰς, ἢ ὅσα λέγεται, καὶ [k] τοῦτο τῆς [l] ἀνθρωποτήτος. εἰ δὲ καὶ τῷ Θεῷ [l] δοίης, οὐκ ἄτοπον. οὐ γὰρ ὡς ἐπίκτητα δώσεις, ἀλλ' ὡς ἀπ' ἀρχῆς [m] συνυπάρχοντα, καὶ λόγῳ φύσεως, ἀλλ' οὐ χάριτος.

IX. Quintum numeretur, quòd *vitam*, aut *judicium*, aut *Gentium hæreditatem*, aut *carnis omnis poteſtatem*, aut *gloriam*, aut diſcipulos, cæteráque ejuſdem generis, accipere dicitur; hoc quoque ad humanitatem ſpectat. Quamquam ut hæc etiam Deo tribuamus, nulla indè abſurditas conſequetur. Non enim velut aſcititia ei tribuemus, ſed velut quæ à principio unà cum ipſo extiterint, non ratione gratiæ, ſed naturæ.

Quinta objectio.

Joan. V. 21. *& ſeq.* *Pſ.* II. 8. *Joan.* XVII. 2. *Apoc.* V. 12.

ι. Ἕκτον τιθέσθω τό· μὴ δύνασθαι τὸν Υἱὸν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν [n] μηδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα. τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν· οὐ τῶν καθ' ἕνα τρόπον λεγομένων, τὸ δύνασθαι, ἢ μὴ δύνασθαι·

X. Sexto loco ponatur, quòd *Non poteſt Filius á ſeipſo facere quidquam, niſi id viderit Patrem facientem.* Quæ verba ejuſmodi ſenſu explicanda ſunt: *Poſſe*, vel *non poſſe*, non uno modo dicitur; variam enim ac multiplicem ſignificationem habet. Non-

Sexta objectio.

Joan. V. 19.

(a) Ἀναιτίου. Sic tres Regg. Duo Coisl. Par. Comb. &c. Sic etiam legit Billius, licèt Editi habeant, ἐναντίου.
(b) Τοσοῦτο Tres Regg. τοσοῦτον.
(c) Οὕτω. Reg. bm. ἕτως.
(d) Μείζων. Duo Regg. μεῖζον. Sic etiam in ſequenti μείζων.
(e) Οὖν. Reg. bm. Coisl. 1. &c. addunt, ἡμῖν.
(f) Ἐπ' ἀμφοῖν. *De utroque*, id eſt, de Verbo, quatenùs eſt Deus, vel quatenùs eſt homo.
(g) Ὁ Θεός. Deeſt ὁ in quatuor Regg. tribus Colb. &c.
(h) Αἱ φύσεις. Sic tres Regg. Deeſt αἱ in Ed.
(i) Ἕν. Bill. *Perſonam unam.*
(k) Τοῦτο. Comb. ταῦτα.
(l) Δοίης. Reg. b. δῴης, *tribuas.*
(m) Συνυπάρχοντα. Bill. *Ipſi ſimul cum Patre adfuerint.* Non rectè quidem; cùm hîc Filii dotes, non cum Patris, ſed cum ipſamet Filii exiſtentia, ſunt componendæ. Filius enim, non gratiæ dono, ſed à nativitate, ipſaque vi naturæ, quòd genitus ſit, à Patre accepit.
(n) Μηδὲν. Reg. a. οὐδέν.

nunquam enim ſecundùm virium defectum dicitur, & certi temporis ac perſonæ ratione habitâ: ut quòd puer luctari non poſſit, aut catulus cernere, aut cum aliquo dimicare. Luctabitur enim fortaſsè aliquandò, & cernet, & cum hoc dimicabit, etiamſi cum altero nequeat. Interdùm de eo dicitur, quod ſæpenumerò contingit, ut
Matth. v. 14. illud: *Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita.* Fieri enim poteſt, ut quædam civitas abſcondatur, majori nimirùm aliquo monte ipſius aſpectum impediente. Impoſſibile etiam dicitur, quod minimè æquum eſt, rationíque conſentaneum; cu-
Matth. ix. 15. jus generis eſt illud: *Non poſſunt filii ſponſi jejunare, quandiù præſens eſt ſponſus;* ſive eum intelligas, qui corporeis oculis cernitur, (neque enim ærumnæ atque afflictionis tempus erat illud tempus, quo Chriſtus cum diſcipulis verſabatur,) ſive eum ut Verbum ſpectes. Quid enim eos corporeo modo jejunare neceſſe eſt, qui à Verbo purgantur? Quartâ ſignificatione hoc fieri non poſſe dicitur, à quo noſtra voluntas abhorret; cu-
Matth. xiii. 58. juſmodi eſt illud: *Non poterat illic ſigna facere propter incredulitatem eorum*, qui ea excipiebant. Quoniam enim ad morborum depulſiones utrumque accedere neceſſe eſt, nempè ut & ægroti fidem, & medici vim & facultatem medendi afferant, idcircò alterum, deficiente altero, minimè contingebat. Haud ſcio autem, an hoc quoque non adjungendum ſit, ad id quod rationi conſentaneum eſt. Neque enim iis medicinam afferre conveniebat, quibus incredulitas detrimentum allatura erat. Quo etiam in or-
Joan. vii. 7. dine ponendum eſt illud: *Non poteſt mun-*
Matth. xii. 34. *dus odiſſe vos.* Et, *Quomodò poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali?* Quo enim pacto quidquam horum impoſſibile eſt, niſi quia voluntas repugnat? Jam illud quoque impoſſibile dicitur, quod naturâ quidem impoſſibile eſt, Deo autem volenti poſſibile.
Joan. iii. 4. Quo in genere eſt illud: *Eundem hominem*
Matth. xix. 24. *bis naſci non poſſe*, nec *acu camelum* admitti. Quid enim prohibeat quominùs hæc fiant, ſi Dei voluntas ita tulerit?

Quæ facit Pater, facit Filius.

XI. Præter hos omnes modos impoſſibile dicitur quod nullâ omninò ratione fieri poteſt, ut quod nunc exquirimus. Ut enim impoſſibile eſſe dicimus Deum malum eſſe, aut omninò non eſſe; (hoc enim Dei impotentiam potiùs atque imbecillitatem, quàm potentiam arguerit;) aut ut ſit, quod non eſt, aut ut bis duo ſimul & quatuor

πολύσημον δέ. τὸ μὲν γάρ τι λέγεται κατὰ δυνάμεως ἔλλειψιν, καὶ ποτὲ, καὶ πρός τι, ὡς τό· μὴ δύνασθαι τὸ παιδίον ἀθλεῖν, ἢ τὸ σκυλάκιον βλέπειν, ἢ πρὸς τόνδε διαγωνίζεσθαι. ἀθλήσει γὰρ ἴσως ποτὲ, καὶ ὄψεται, καὶ διαγωνιεῖται πρὸς τόνδε, κἂν πρὸς ἕτερον ἀδυνάτως ἔχῃ. τὸ δὲ, ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ὡς τό· οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπ' ἄνω ὄρους κειμένη. τάχα γὰρ ἂν καὶ κρυφθείη τίς, ἐπιπροσθοῦντος μείζονος. τὸ δὲ, ὡς οὐκ εὔλογον, ὡς τό· οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἐφ' ὅσον ἔνδημος ὁ νυμφίος· εἴτε ὁ ζωματικῶς ὁρώμενος· οὐ γὰρ κακοπαθείας, ἀλλ' εὐφροσύνης καιρὸς ὁ τῆς ἐπιδημίας· εἴτε ὡς ὁ Λόγος νοούμενος. τί γὰρ δεῖ νηστεύειν σωματικῶς [a] τοὺς Λόγῳ καθαιρομένους; τὸ δὲ, ὡς ἀβούλητον, ὡς τό· μὴ δύνασθαι ὑπεῖ σημεῖα ποιῆσαι, διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν δεχομένων. ἐπειδὴ γὰρ τοῦ συναμφοτέρου χρεία πρὸς τὰς ἰάσεις, καὶ τῆς τῶν θεραπευομένων πίστεως, καὶ τῆς [b] τοῦ θεραπευτοῦ δυνάμεως, οὐκ ἐνεδέχετο τὸ ἕτερον τοῦ συζύγου ἐλλείποντος. [c] οὐκ οἶδα δὲ, εἰ μὴ καὶ τοῦτο τῷ εὐλόγῳ προσθετέον· οὐ γὰρ εὔλογος ἴασις τοῖς βλαβησομένοις ἐξ ἀπιστίας. τοῦ δὲ αὐτοῦ λόγου, καὶ τό· οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς. καὶ, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν, πονηροὶ ὄντες; πῶς γὰρ ἀδύνατόν τι τούτων, ἢ ὅτι ἀβούλητον; ἔστι δέ τι καὶ τοιοῦτον ἐν τοῖς λεγομένοις, [d] ὃ τῇ φύσει μὲν ἀδύνατον, Θεῷ δὲ δυνατὸν βουληθέντι, ὡς τό· μὴ δύνασθαι τὸν αὐτὸν γεννηθῆναι δεύτερον. καὶ, ῥαφὶς οὐκ εἰσδεχομένη κάμηλον. τί γὰρ ἂν καὶ κωλύσειε γενέσθαι ταῦτα Θεοῦ θελήσαντος;

ια. Τούτων δὲ πάντων ἑκτὸς, τὸ παντελῶς ἀδύνατον καὶ ἀνεπίδεκτον, ὡς ὃ νῦν ἐξετάζομεν. ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν, πονηρὸν εἶναι Θεὸν, ἢ μὴ εἶναι· τοῦτο γὰρ ἀδυναμίας ἂν εἴη μᾶλλον Θεοῦ, ἤπερ δύναμεως· ἢ τὸ μὴ ὂν εἶναι, ἢ τὰ δὶς δύο [e] καὶ τέσσαρα εἶναι καὶ δέκα· οὕτως

(a) Τῷ Λόγῳ καθαιρομένους. Bill. *Qui ſermone purgantur.* Addit etiàm in notis, Gregorium alludere ad hæc Chriſti verba, Joan. xv. 3. *Jam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis.* Fatetur tamen Eliam per Λόγον, Filium Dei intelligere; cujus ſententia nobis etiam magis arridet.

(b) Τῆ θεραπευτῆ. De Chriſto enim ſingulariter hîc ſermo eſt, non universè de iis quæ ad morborum depulſiones ex parte ægrotorum ac medicorum requiruntur.

(c) Οὐκ οἶδα &c. Bill. *Quanquam haud ſcio, an hoc quoque genus tertio adjungendum ſit, quo impoſſibile nihil aliud ſignificat, quàm quòd minimè rationi conſentaneum eſt.* Senſit Billius legendum eſſe, ἐκ εὐλόγῳ, *rationi minimè conſentaneum*, quod nobis quoque viſum eſt. Cùm verò particula negans, ἐκ, ab omnibus Codd. tum exaratis, tum Mſſ. abſit, religioni fuit eam in textum introducere.

(d) Ο τῇ. Sic tres Regg. & quatuor Colb. In Ed. ὅτι.

(e) Καὶ τέσσαρα εἶναι καὶ δέκα. Reg. Cypr. τέσσαρες καὶ δέκα εἶναι. *Bis duo, quatuordecim eſſe.*

ἀδύνατον καὶ ἀνεγχώρητον ποιεῖν τι τὸν Υἱὸν, ὧν οὐ ποιεῖ ὁ Πατήρ. πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ ἐστιν· ὡς ἔμπαλιν τὰ τοῦ Υἱοῦ, τοῦ Πατρός. ἀδὲν οὖν ἴδιον, ὅτι κοινά. ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι κοινὸν καὶ ὁμότιμον, εἰ μὴ τῷ Υἱῷ ἀπὸ τοῦ Πατρός. καθ' ὃ καὶ λέγεται καὶ τό· ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα· οὐχ ὡς ἐκεῖθεν αὐτῷ τοῦ ζῆν, καὶ τοῦ εἶναι συνεχομένου, ἀλλ' ὡς ἐκεῖθεν ὑπάρχοντος ἀχρόνως καὶ ἀναιτίως. βλέπει δὲ τὸν Πατέρα ποιοῦντα πῶς, καὶ οὕτω ποιεῖ; ἆρα ὡς οἱ τὰς μορφὰς γράφοντες, καὶ τὰ γράμματα, διὰ τὸ μὴ εἶναι τῆς ἀληθείας ἄλλως ἐπιτυχεῖν, εἰ μὴ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον
a a βλέποντας, κἀκεῖθεν χειραγωγουμένους; καὶ πῶς ἡ σοφία δεῖται τοῦ διδάξοντος; ἢ οὐ ποιήσει τι μὴ διδασκομένη; ποιεῖ δὲ πῶς ὁ πατὴρ, ἢ πεποίηκεν; ἆρα ἄλλον προυπέσησε κόσμον ἀντὶ τοῦ παρόντος, καὶ ὑποσήσει τὸν μέλλοντα, καὶ πρὸς ἐκεῖνα βλέπων ὁ Υἱὸς, τὸν μὲν ὑπέσησε, τὸν δὲ ὑποσήσει;
b τέσσαρες οὖν b κόσμοι κατὰ τὸν λόγον τοῦτον,
c οἱ μὲν Πατρὸς, οἱ δὲ Υἱοῦ ποιήματα. c ὦ τῆς ἀλογίας· καθαίρει δὲ λέπρας, καὶ δαιμόνων,
d καὶ νόσων d ἀπαλλάττει, καὶ ζωοποιεῖ νεκρὺς, καὶ ὑπὲρ θαλάσσης ὁδεύει, καὶ τἆλλα ποιεῖ ὅσα πεποίηκεν, ἐπί τίνος, ἢ πότε τῷ Πατρὸς ταῦτα προενεργήσαντος; ἢ δῆλον ὅτι τῶν αὐτῶν πραγμάτων τοὺς τύπους ἐνσημαίνεται μὲν ὁ Πατὴρ, ἐπιτελεῖ δὲ ὁ Λόγος, οὐ δουλικῶς, οὐδὲ ἀμαθῶς, ἀλλ' ἐπιστημονικῶς τε καὶ δεσποτικῶς, καὶ οἰκειότερον εἰπεῖν, πατρικῶς; ἕτω γὰρ ἐγὼ δέχομαι τό· ἅπερ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς γίνεται, ταῦτα καὶ τὸν Υἱὸν ὁμοίως ποιεῖν· οὐ κατὰ τὴν τῶν
e γινομένων ὁμοίωσιν, ἀλλὰ e κατὰ τὴν τῆς ἐξουσίας ὁμοτιμίαν. καὶ τοῦτο ἂν εἴη τό· ἕως ἄρτι καὶ τὸν Πατέρα ἐργάζεσθαι, καὶ τὸν Υἱόν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὴν, ὧν
f f πεποίηκεν, οἰκονομίαν τε καὶ συντήρησιν, ὡς δηλοῖ τό· ποιεῖσθαι τὰς Ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα· καὶ, θεμελιοῦσθαι τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς· ἅπαξ ἡδρασμένα τε καὶ γενόμενα. καὶ στερεοῦσθαι βροντὴν, καὶ κτίζεσθαι πνεῦμα, ὧν ἅπαξ μὲν ὁ λόγος ὑπέστη, συνεχὴς δὲ καὶ νῦν ἡ ἐνέργεια.

16. Ἑβδομον λεγέσθω τό· καταβεβηκέναι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν Υἱὸν, οὐχ ἵνα ποιῇ τὸ

sint & decem: ita nec fieri ullo modo poteſt, ut Filius aliquid faciat, quod Pater non faciat. *Omnia enim quæ Pater habet, ſunt Filii:* quemadmodùm rursùs omnia, quæ Filius, Patris. Nihil ergo peculiare, quia communia omnia. Quandoquidem ipſum quoque eſſe, commune atque æquale eſt ipſi cum Patre, licèt alioqui hoc à Patre Filius habeat. Quo etiam ſenſu dictum eſt: *Ego vivo propter Patrem;* non quòd ab illo ipſius vita atque eſſentia ſuſtineatur, verùm quòd ex illo citra tempus ullum atque cauſam exiſtat. Sed quomodò illud accipiendum, quòd *Patrem facientem videre* dicitur, *atque ita facere?* An ut qui formas ac litteras pingunt, eò quòd veritatem aliter aſſequi nequeant, niſi exemplar ſuum intueantur, atque indè velut manu ducantur? Quî verò quadrat, ut Sapientia magiſtro opus habeat? Nihílne efficiet, niſi edocta? Quid? Patérne aliquid facit, aut fecit? Utrùm tandem alium Mundum ante hunc coagmentavit, atque alium rursùs in poſterum coagmentabit, quos Filius ſibi ante oculos proponens, alterum quidem jam procreaverit, alterum autem procreaturus ſit? Quatuor ergo hâc ratione Mundi erunt, duo à Patre, duo à Filio effecti? O ſupinam væcordiam! Age, cùm lepras purgat, Dæmones & morbos profligat, mortuos ad vitam revocat, mare pedibus peragrat, aliáque omnia facit, in quo tandem, aut quandò Pater hæc antè fecit? Nónne perſpicuum eſt, earundem rerum formas à Patre quidem velut deſignari, à Filio autem peragi, non ſerviliter atque indoctè, ſed peritè & heriliter, atque, ut aptiùs loquar, paternè? In hunc quippè ſenſum verba hæc accipio: *Quæcunque Pater facit, eadem & Filius ſimiliter facit;* non quòd ſimilia ſint utriuſque opera, ſed quòd par ſit utriuſque poteſtas atque auctoritas. Atque hoc fortaſsè eſſe queat, quòd & *Pater uſque modo operari* dicitur, & Filius; non autem hoc duntaxat nomine, ſed etiam ratione gubernationis & conſervationis eorum, quæ facta ſunt, ut indicat illud: *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus.* Et, *Qui fundat terram ſuper ſtabilitatem:* cùm ſemel & hæc firmata atque ſtabilita ſit, & illi procreati. Quô etiam pertinet: quòd *firmare tonitru* dicitur, & *ventum creare:* quorum ipſa quidem ratio ſemel condita eſt, cæterùm nunc quoque perpetua vis eſt ac facultas.

Joan. XVI. 15.

Joan. VI. 58.

Joan. V. 19.

Quo ſenſu dicatur Filius facere quæ facit Pater.

Joan. V. 19.

Joan. V. 17.

Pſ. CIII. 4. & ſeq.

Job. XXXVIII. 25.

Amos. IV. 13.

XII. Septimum proferatur, quòd Filius *è cælo deſcendiſſe* dicitur, *non ut voluntatem*

Septima objectio.

Joan. VI. 38.

(a) Βλέποντας . . . χειραγωγεμένους. Reg. Cypr. βλέποντες . . . χειραγωγέμενοι.
(b) Κόσμοι. Reg. a. οἱ κόσμοι.
(c) Ω τῆς ἀλογίας. *O amentiam ſingularem!* Sic Reg. a. & Combefiſius. Deeſt ὦ in Editis.
(d) Απαλλάττει. Deeſt in Reg. a.
(e) Κατὰ τήν. Deeſt κατά in Reg. a.
(f) Πεποίηκεν. Duo Regg. πεποιηκασιν.

ſuam faciat, ſed ejus à quo miſſus eſt. Sanè niſi ab illo ipſo, qui deſcendit, hic ſermo haberetur, dicere poſſemus, hæc verba velut ab homine exprimi, non qui de Salvatore intelligatur; (illius enim voluntas, cùm tota deificata ſit, Deo proculdubiò non adverſatur;) ſed qui noſtræ conditionis ſit. Humana quippè voluntas divinam non continuò ſequitur, verùm ut plurimùm ei reſiſtit atque obluctatur. Nam illud quoque eodem modo intelligimus: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte; verumtamen non mea, ſed tua voluntas vincat.* Neque enim, poſſibile eſſet, necne, ipſum ignoraſſe veriſimile eſt, nec voluntati voluntatem oppoſuiſſe. Sed quoniam partis illius, quæ aſſumpſit, (hoc enim eſt, quod deſcendit,) non autem partis aſſumptæ, hic ſermo eſt, ad hunc modum reſpondebimus: hæc non ita dici, quaſi propriam voluntatem Filius habeat, atque à Patris voluntate ſeparatam, ſed potiùs quòd non habeat; ut, quod colligitur, ſit hujuſmodi: *Non ut faciam voluntatem meam:* nec enim voluntas mea à tua disjuncta eſt, ſed communis utriuſque noſtrûm, quorum, ut una eſt deitas, ita una quoque voluntas. Permulta enim ex his, quæ ita dicuntur, à communi dicuntur, nec affirmationis modo, ſed inficiationis, ut illud: *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum.* Neque enim dat, nec menſurâ definitum: nec enim Deus Deum metitur. Ut item illud: *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum.* Non enim, quòd in eo peccatum ſit, hoc ſermone utitur, ſed quòd non ſit. Ac rursùs: *Non propter juſtitias noſtras, quas fecimus.* Neque enim fecimus. Quod etiam perſpicuè colligi poteſt ex his quæ ſequuntur. *Quæ eſt enim,* inquit, *voluntas Patris mei? Ut omnis qui credit in eum, ſalutem conſequatur,* ac poſtremæ reſurrectionis, compos fiat. An igitur Patris quidem hæc eſt voluntas, Filii autem minimè? An invitus Evangelium prædicat, fidémque apud homines nanciſcitur? Quis verò hoc credat? Quandoquidem illud quoque, quod ait Filius, *ſermonem,* qui ab auditoribus excipiatur, *ſuum non eſſe, ſed Patris,* eandem omninò vim habet. Quomodò enim hoc cujuſquam proprium, aut ſolius eſſe queat, quod commune eſt, licèt diù, multúmque mecum conſiderem, perſpicere nequeo, ac ne alius quidem quiſquam, niſi mea me opinio fal-

Matth. XXVI. 39.

Joan. VI. 38.

Joan. III. 34.

Pſ. LVIII. 5.

Dan. IX. 18.

Joan. VI. 40.

Joan. XIV. 24.

θέλημα τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ [a] τὸ τῶ πέμψαντος. εἰ μὲν οὖν μὴ ϖϱὸς τοῦ κατεληλυθότος αὐτοῦ ταῦτα ἐλέγετο, εἴπομεν ἂν ὡς ϖϱὸς τοῦ ἀνθρώπου τυποῦσθαι τὸν λόγον, οὐ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου, τὸ γὰϱ ἐκείνου θέλειν οὐδὲ ὑπεναντίον Θεῷ, θεωθὲν ὅλον, ἀλλὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς. ὡς τοῦ [b] ἀνθρωπίνου θελήματος οὐ πάντως ἑπομένου τῷ θείῳ, ἀλλ' ἀντιπίπτοντος, ὡς τὰ πολλὰ, ἢ ἀντιπαλαίοντος. καὶ γὰϱ ἐκεῖνο οὕτως ἐνοήσαμεν τό· Πάτεϱ, εἰ δυνατὸν, παϱελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήϱιον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τὸ σὸν ἰσχυέτω θέλημα. οὔτε γὰϱ, εἰ δυνατὸν, ἢ μὴ, τοῦτο ἀγνοεῖν ἐκεῖνον εἰκὸς, οὔτε τῷ θελήματι ἀντεισφέϱειν τὸ θέλημα. [c] ἐπεὶ δὲ, ὡς ϖϱὸς τοῦ ϖϱοσλαβόντος ὁ λόγος, τοῦτο γὰϱ τὸ κατεληλυθὸς, οὐ τοῦ ϖϱοσλήμματος, οὕτως ἀπαντησόμεθα· οὐχ ὡς ὄντος [d] ἰδίᾳ τοῦ Υἱοῦ θελήματος ϖϱὸς τὸ τοῦ Πατϱὸς, ἀλλ' ὡς οὐκ ὄντος ὁ λόγος· [e] ἵν' ᾖ τε τοιοῦτον τὸ συναγόμενον· οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν· οὐδὲ γάϱ ἐστι τὸ ἐμὸν τοῦ σοῦ κεχωϱισμένον, ἀλλὰ τὸ κοινὸν ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, ὧν ὡς μία θέοτης, οὕτω καὶ βούλησις. πολλὰ γὰϱ τῶν οὕτω λεγομένων [f] ἀϖὸ κοινοῦ λέγεται, καὶ οὐ θετικῶς, ἀϱνητικῶς δὲ, ὡς τό· [g] οὐ γὰϱ ἐκ μέτϱου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα. ὅτε γὰϱ δίδωσιν, οὔτε μεμετϱημένον, οὐ γὰϱ μετϱεῖται ϖϱὸς Θεοῦ Θεός. καὶ τό· οὔτε ἡ ἁμαϱτία μου, οὔτε ἡ ἀνομία μου. οὐ γὰϱ ὡς οὔσης ὁ λόγος, ἀλλ' ὡς οὐκ οὔσης. καὶ πάλιν τό· οὐ διὰ τὰς δικαιοσύνας ἡμῶν, ἃς ἐϖοιήσαμεν. οὐ γὰϱ ἐϖοιήσαμεν. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· τί γάϱ, φησι, τὸ θέλημα τοῦ Πατϱός; ἵνα ϖᾶς ὁ ϖιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν ζώζηται, καὶ τυγχάνῃ τῆς τελευταίας [h] ἀναστάσεως. ἆϱ' οὖν τῷ Πατϱὸς μὲν τοῦτο θέλημα, τοῦ Υἱοῦ δὲ οὐδαμῶς; ἢ ἅπεϱ εὐαγγελίζεται καὶ ϖιστεύεται; καὶ τίς ἂν τοῦτο ϖιστεύσειεν; ἐπεὶ καὶ τό· τὸν λόγον τὸν ἀκουόμενον μὴ εἶναι τοῦ Υἱοῦ, τοῦ Πατϱὸς δὲ, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν. ϖῶς γὰϱ ἴδιόν τινος τὸ κοινὸν, ἢ μόνου, τοῦτο

(a) Τὸ τῷ. Sic plures Regg. plures Colb. & Or. 1. Deeſt τό in Ed.

(b) Ἀνθϱωπίνου. Comb. ἀνθϱωπίκου.

(c) Ἐπεί δέ &c. *Sed quoniam hæc tanquam ab eo, qui aſſumpſit, (is enim eſt qui deſcendit,) non autem ab aſſumpto dicuntur* &c.

(d) Ἰδίᾳ τῷ Υἱῷ. Reg. b. Or. 1. & Baſ. ἰδίᾳ τῷ Υἱῷ. *Tanquam peculiaris ſit voluntas Filio, à Patris voluntate diſtincta.*

(e) Ἵν' ᾖ. Sic tres Regg. quatuor Colb. Or. 1. & Comb. In Ed. ἵν' ἦτε.

(f) Ἀπὸ κοινοῦ λέγεται. Elias, *Ratione illius quod colligitur & intelligitur.*

(g) Οὐ γάϱ &c. *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum*, nempè, *Filio.* Spiritus enim ſemper adeſt Filio. Non ergo ipſi datur tanquam non habenti; quippè qui ejuſdem eſt naturæ ac Pater: neque etiam Spiritus *ſecundum menſuram* datur ei, qui menſuram capere nequit, cùm ſit ipſe Deus & infinitus.

(h) Ἀναστάσεως. Duo Regg. Coisl. 2. Or. 1. & Comb. addunt, εἴτ' οὖν ἀποκαταστάσεως, *ſive in integrum reſtitutionis.* Sic etiam legit Billius.

συνιδεῖν

συνιδεῖν οὐκ ἔχω, πολλὰ σκοπῶν· οἶμαι δὲ, οὐδὲ ἄλλος τις. ἂν οὕτω [a] διανοῇς περὶ τοῦ θέλειν, ὀρθῶς [b] νοήσεις καὶ λίαν εὐσεβῶς, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, καὶ παντὸς τοῦ εὐγνώμονος.

lit. Si hoc modo voluntatem intelligis, rectè intelligis piéque admodùm & orthodoxè, ut quidem mea est sententia, imò etiam cujusvis, modò recto judicio præditus sit.

ιγ. Ογδοόν ἐστιν αὐτοῖς τό· Ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ τό· οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. τοῦτο δὲ ᾗ πάντῃ ῥᾴστην ἔχειν τὴν λύσιν μοι φαίνεται. εἰ γὰρ τὸ μόνον ἀληθινὸν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς θήσεις, ποῦ θήσεις τὴν αὐτοαλήθειαν; καὶ γὰρ εἰ τῷ μόνῳ σοφῷ Θεῷ, ἢ τῷ μόνῳ ἔχοντι ἀθανασίαν, φῶς οἰκοῦντι ἀπρόσιτον, ἢ [c] βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, [c] καὶ μόνῳ σοφῷ Θεῷ νοήσεις οὕτως, οἰχήσεταί σοι θάνατον καταμηθεὶς ὁ Υἱὸς, ἢ σκότος, ἢ τὸ μὴ σοφὸς εἶναι, μηδὲ βασιλεὺς, μηδὲ ἀόρατος, μηδὲ ὅλως Θεὸς, ὃ τῶν εἰρημένων [d] κεφάλαιον. [d] πῶς δαὶ οὐκ ἀπολεῖ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὴν ἀγαθότητα, ἢ μάλιστα μόνου Θεοῦ; ἀλλ' οἶμαι, τὸ μέν· Ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, ἐπ' ἀναιρέσει λέγεσθαι τῶν οὐκ ὄντων μὲν Θεῶν, λεγομένων δέ. οὐ γὰρ ἂν προσέκειτο· [e] καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν, εἰ [e] πρὸς ἐκεῖνον ἀντιδιῄρητο τὸ, μόνον ἀληθινὸν, ἀλλὰ μὴ κατὰ κοινοῦ τῆς θεότητος ἦν ὁ λόγος. τὸ δὲ, οὐδεὶς ἀγαθὸς, ἀπάντησιν ἔχει πρὸς τὸν πειράζοντα νομικὸν, ὡς ἀνθρώπῳ, τὴν ἀγαθότητα μαρτυρήσαντα. [f] τὸ γὰρ ἄκρως ἀγαθὸν, [f] φησι, μόνου Θεοῦ, [g] κἂν τοῦτο καὶ ἄνθρωπος [g] ὀνομάζηται, ὡς τό· ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ προβάλλει τὸ ἀγαθόν. καὶ, δώσω τὴν βασιλείαν τῷ ἀγαθῷ ὑπὲρ σὲ, τοῦ [h] Θεοῦ [h] λόγος πρὸς τὸν Σαοὺλ περὶ τοῦ Δαβὶδ λέγοντος. καὶ τό· ἀγάθυνον, Κύριε, τοῖς ἀγαθοῖς· ᾗ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα λέγεται περὶ τῶν ἐν ἡμῖν ἐπαινουμένων, ἐφ' οὓς ἡ ἀπόῤῥοια τοῦ προφήτου καλοῦ, καὶ κατὰ [i] δεύτερον λόγον ἔφθασεν. εἰ μὲν οὖν [i] πείθοιμεν τοῦτο, ἄριστον· εἰ δὲ μὴ, τί φήσεις πρὸς τοὺς λέγοντας ἑτέρωθι, τὸν Υἱὸν μόνον εἰρῆσθαι Θεὸν, κατὰ τὰς σὰς ὑποθέσεις. [k] ἐν τίσι τοῖς ῥήμασιν; ἐν ἐκείνοις· [k] οὗτός σε Θεὸς, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν.

XIII. Octavo illud afferunt: *Ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum.* Et, *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Cujus argumenti perfacilis mihi videtur esse solutio. Si enim hæc verba, *Solum verum*, Patri duntaxat tribueris, ubi tandem Veritatem ipsam collocabis? Etenim si illud, *Soli sapienti Deo;* aut illud, *Soli immortalitatem habenti, lucémque inaccessibilem habitanti;* aut illud denique, *Regi sæculorum immortali, invisibili, soli sapienti Deo*, ad hunc modum intellexeris, peribit utique tibi Filius, vel morte, vel tenebris mulctatus, vel in hoc condemnatus, ut nec sapiens sit, nec Rex, nec invisibilis, imò nec omninò Deus, quod caput est eorum, quæ diximus. Quid autem afferri poterit, quin simul cum cæteris rebus, bonitatis quoque, quæ maximè solius Dei est, jacturam faciat? Verùm hæc verba: *Ut cognoscant te solum verum Deum*, ad eorum, qui, quanquam falsò, Dii tamen appellantur, sublationem dici existimo. Neque enim adjectum fuisset: *Et quem misisti, Jesum Christum*, si, ad eum oppositâ distinctione submovendum, illa, *Solum verum*, pertinerent, ac non de communi utriusque divinitate sermo esset. Illa autem Christi verba, *Nemo bonus*, eò spectabant, ut tentatori legisperito, qui bonitatem ipsi, tanquam homini, tribuebat, occurreret. *Summè enim bonum esse*, inquit, *solius Dei est:* tametsi hoc quoque nomine homo nuncupetur, ut illud: *Bonus homo de bono thesauro, profert bonum.* Et Deus, ad Saulem de Davide verba faciens: *Dabo regnum tuum meliori te.* Tum illud: *Benefac, Domine, bonis;* ac denique ea id genus omnia, quæ de his dicuntur, qui hominum laude ac prædicatione florent, ad quos primi illius boni rivus secundario cursu dimanavit. Hæc si tibi persuasimus, commodissimè se res habet. Sin minùs, quid dicturus es ad eos, qui ex altera parte, juxta id, quod pro causæ tuæ fundamento posuisti, Filium solum Deum dictum esse contendunt. In quibus autem verbis? In istis nimirùm: *Hic Deus tuus, & non æstimabitur alius præter eum.* Et paucis interjectis: *Post hæc in terra visus est, & cum hominibus conversatus est.* Nam

Octava objectio.
Joan. XVII. 3. *Luc.* XVIII. 19.
I. Tim. VI. 16.
I. Tim. I. 17.
Baruch. III. 36.
Ib. III. 38.

(a) Διανοῇς. Plures Regg. & Colb. Or. 1. &c. νοῇς.
(b) Νοήσεις. Or. 1. νοεῖς.
(c) Καὶ. Deest in quinque Regg. Or. 1. & Comb.
(d) Πῶς δαὶ οὐκ. Reg. bm. πῶς δ' ἐκ. *Quî non simul amittet* &c. Mox ἢ. Sic Codd. In Ed. ἤ.
(e) Πρὸς ἐκεῖνον. Coisl. 1. πρὸς τοῦτον.
(f) Φησὶ. Comb. φύσει. *Naturâ summè bonum esse, solius Dei est.*
(g) Ονομάζηται. Comb. ὀνομάζεται.
(h) Λόγος. Deest in tribus Regg. quatuor Colb. Or. 1. &c.
(i) Πείθοιμεν. Duo Regg. quatuor Colb. Or. 1. &c. πείθομεν.
(k) Οὗτός σε Θεός. Duo Regg. ἕτος ὁ Θεός.

quòd, non de Patre, ſed de Filio, ſermo habeatur, adjectio hæc apertè declarat. Hic enim eſt, qui corpoream nobiſcum conſuetudinem habuit, terreniſque rebus conjunctus eſt. Quòd ſi illud obtineatur, hæc verba, *Et non æſtimabitur alius*, adversùs Patrem dici, non adversùs eos, qui falsâ mortalium opinione Dii habentur, quod ad Patrem attinet, per ea utique victi ſumus, quibus adversùs Filium obnixè contendimus. Quâ victoriâ quid calamitoſius & perniciosius eſſe queat?

καὶ μετ' ὀλίγα· μετὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη. ὅτι μὲν γὰρ οὐ περὶ τοῦ Πατρὸς, [a] ἀλλὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ λεγόμενον, ἡ προσθήκη σαφῶς παρίστησιν. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ σωματικῶς ὁμιλήσας ἡμῖν, καὶ μετὰ τῶν κάτω γενόμενος. εἰ δὲ νικήσειε, κατὰ τοῦ Πατρὸς λέγεσθαι τοῦτο, μὴ τῶν νομιζομένων Θεῶν, ἡττήμεθα τὸν Πατέρα, [b] δι' ὧν τοῦ Υἱοῦ κατεσπουδάσαμεν. [c] καὶ τί ἂν τῆς νίκης ταύτης γένοιτο ἀθλιώτερον ἢ ζημιωδέστερον;

Nona objectio.

Heb. VII. 25.

XIV. Nono illud producent: *Semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Optimè ſanè ac perquàm myſticè & benignè. Interpellatio namque non, vulgi more, id ſonat, quod eſt vindictam quærere; (hoc enim humilitatis quodammodò eſſet;) ſed idem ſignificat, quòd, pro nobis, mediationis ratione, ſupplicare; quemadmodùm & Spiritus pro nobis intercedere dicitur. *I. Tim.* II. 5. *Unus enim Deus, unus etiam mediator Dei & hominum, homo Jeſus-Chriſtus.* Intercedit enim nunc quoque, ut homo, pro mea ſalute; quoniam cum eo corpore eſt, quod aſſumpſit, donec me, aſſumptæ humanitatis virtute, Deum effecerit, tametſi non jam ſecundùm carnem cognoſcatur, hoc eſt, ſecundùm carnales affectiones, ac, citra peccatum, noſtras. Eodem modo *I. Joan.* II. 1. *advocatum* quoque *habemus Jeſum Chriſtum*, non ut noſtrâ causâ ſeſe ad Patris pedes advolventem, ſervilíque modo abjicientem. Procul ſit iſta ſervilis ſanè ſuppicio, Spiritúque indigna. Neque enim Patris eſt hoc expoſcere, aut Filii pati: nec de Deo hoc cogitare pium atque æquum eſt. Sed ex his, quæ humanitùs perpeſſus eſt, ad tolerantiam me, ut Verbum & exhortator, inducit. Sic ego advocationem hanc intelligendam arbitror.

ιδ. Ἔννατον ἐκεῖνο φήσουσι τό· πάντοτε ζῶν, εἰς [d] τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ ἡμῶν. εὖ γε καὶ λίαν μυστικῶς τε καὶ φιλανθρώπως. τὸ γὰρ ἐντυγχάνειν, οὐχ, ὡς ἡ τῶν πολλῶν ξυνήθεια, τὸ ζητεῖν ἐκδίκησιν ἔχει· τοῦτο γάρ πως, καὶ [e] ταπεινότητος· ἀλλὰ τὸ προσβεύειν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ λόγῳ τῆς μεσιτείας· ὡς καὶ τὸ Πνεῦμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνειν λέγεται. εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστός. πρεσβεύει γὰρ ἔτι καὶ νῦν, ὡς ἄνθρωπος, ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ξωτηρίας, ὅτι μετὰ τοῦ ξώματός ἐστιν, οὗ προσέλαβεν, ἕως ἂν ἐμὲ ποιήσῃ Θεὸν τῇ δυνάμει τῆς [f] ἐνανθρωπήσεως, κἂν μηκέτι κατὰ ξάρκα γινώσκηται, τὰ ξαρκικὰ λέγω πάθη, καὶ, χωρὶς τῆς ἁμαρτίας, ἡμέτερα. οὕτω δὲ καὶ προξάκλητον ἔχομεν [g] Ἰησοῦν Χριστὸν, οὐχ ὡς ὑπὲρ ἡμῶν προκαλινδούμενον τῷ Πατρὸς, καὶ προσπίπτοντα δουλικῶς. ἄπαγε τὴν δούλην ὄντως ὑπόνοιαν, καὶ ἀναξίαν τοῦ Πνεύματος. οὔτε γὰρ τοῦ Πατρὸς τοῦτο ἐπιζητεῖν, οὔτε τοῦ Υἱοῦ πάσχειν, [h] ἢ ὡς περὶ Θεοῦ δόξαν εἰσθαι δίκαιον· ἀλλ' οἷς πέπονθεν, ὡς ἄνθρωπος, πείθει καρτερεῖν, ὡς Λόγος καὶ προξαινέτης. τοῦτο νοεῖταί μοι ἡ προξάκλησις.

Decima objectio.

Marc. XIII. 32.

I. Cor. II. 11.

XV. Decimo loco ignorantiam ponunt, illudque, quòd *extremum diem atque horam nemo cognoſcat, ac ne Filius quidem ipſe, ſed ſolus Pater.* At quî fieri poteſt, ut Sapientia quidquam eorum, quæ ſunt, ignoret, ille, inquam, ſæculorum factor, ille conſummator atque immutator, ille eorum, quæ facta ſunt finis? Quíque ea, *quæ Dei ſunt*,

ιε. Δέκατον αὐτοῖς ἐστὶν ἡ ἄγνοια, καὶ τό· μηδένα γινώσκειν τὴν τελευταίαν ἡμέραν, ἢ ὥραν, μηδὲ τὸν Υἱὸν αὐτὸν, εἰ μὴ τὸν Πατέρα. καί τοι πῶς ἀγνοεῖ τι τῶν ὄντων ἡ σοφία, [i] ὁ ποιητὴς τῶν αἰώνων, ὁ συντελεστὴς καὶ μεταποιητὴς, τὸ πέρας τῶν γενομένων; [k] ὁ οὕτω τὰ τοῦ Θεοῦ γινώσκων,

(*a*) Ἀλλὰ τοῦ. In nonnullis, ἀλλὰ περὶ τοῦ.

(*b*) Δι' ὧν τοῦ &c. Luvenklaius: *Quibus ad oppugnandum Filium utebamur.* Combefiſius verò: *Quibus Filio impensè ſtuduimus.* Putat enim vir doctus, Gregorium hîc, non in Filium iſtud retorquere argumentum, ſed in Patrem pro Filio, ut hâc ſimilitudine, ſeu, in ſimili, Hæreticorum cavillationem elidat.

(*c*) Καί. Deeſt in Or. 1. aliiſque pluribus.

(*d*) Τὸ ἐντυγχάνειν. *Ad interpellandum.* Sic Vulgata & Eraſmus. Bill. *Ad intercedendum.*

(*e*) Ταπεινότητος. *Humilitatis.* Id eſt, ut ait Elias, *imbecillitatis eſt auxilium quærere.*

(*f*) Ἐνανθρωπήσεως. Sic tres Regg. quinque Colb. Or. 1. &c. In Ed. ἀνθρωπήσεως.

(*g*) Ἰησοῦν Χριστόν. Sic Or. 1. Deeſt Χριστόν in Ed.

(*h*) Ἢ ὡς. Duo Regg. & quatuor Colb. εἰ ὡς. Comb. ἐδ' ὡς.

(*i*) Ὁ ποιήτης.... τῶν γενομένων. Hæc & interjecta rejicit Combefiſius; atque in iis vertendis malè Billium deſudaſſe pronunciat.

(*k*) Ὁ οὕτω τὰ τοῦ Θεοῦ. Hæc de Spiritu ſancto, non de Filio ſunt dicta.

a ὡς τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου [a] τὰ ἐν αὐτῷ; τί γὰρ ταύτης τῆς γνώσεως τελεώτερον; b [b] πῶς δαὶ τὰ μὲν περὶ τῆς ὥρας ἀκριβῶς ἐπίσταται, καὶ τὰ οἷον ἐν χρόνῳ τοῦ τέλους, c αὐτὴν δὲ [c] ἀγνοεῖ τὴν ὥραν; αἰνίγματι γὰρ τὸ πρᾶγμα ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις τὰ μὲν πρὸ τοῦ τείχους ἀκριβῶς ἐπίστασθαι λέγοι, αὐτὸ δὲ ἀγνοεῖν τὸ τεῖχος· ἢ τὸ τῆς ἡμέρας τέλος εὖ ἐπιστάμενος, τὴν ἀρχὴν τῆς νυκτὸς μὴ γινώσκειν· ἔνθα ἡ τοῦ ἑτέρου γνῶσις, ἀναγκαίως συνεισάγει τὸ ἕτερον. ἢ πᾶσιν εὔδηλον, ὅτι γινώσκει μὲν, ὡς Θεὸς, ἀγνοεῖν δέ φησιν, ὡς ἄνθρωπος, ἄν τις τὸ φαινόμενον χωρίσῃ τοῦ νοουμένου; τὸ γὰρ ἀπόλυτον εἶναι d τοῦ Υἱοῦ τὴν προσηγορίαν καὶ [d] ἄσχετον, οὐ e προσκειμένου τῷ Υἱῷ [e] τοῦ τινὸς, ταύτην ἡμῖν δίδωσι τὴν ὑπόνοιαν, ὥστε τὴν ἄγνοιαν ὑπολαμβάνειν ἐπὶ τὸ εὐσεβέστερον, τῷ ἀνθρωπίνῳ, μὴ τῷ θείῳ ταύτην λογιζομένους.

A perindè novit, ac ſpiritus hominis ea, quæ in ipſo ſunt? Quid enim hâc cognitione plenius ac perfectius? Quî verò conſtat, ipſum, ea quidem, quæ horam illam antecedunt, ac quæ velut in ipſo finis articulo ſunt, exactiſſimè ſcire, ipſam autem horam ignorare? Ænigmati quippè res hæc ſimilis eſt: perindè videlicet ac ſi quis ea, quæ ante murum ſunt, certiſſimè ſe noſſe affirmet, murum autem ipſum ignorare ſe fateatur: aut diei finem probè ſciens, noctis principium minimè cognoſcat: ubi alterius cognitio alterum neceſſariò ſecum ducit. Eccui igitur dubium eſſe poteſt, quin horam quidem, ut Deus, cognitam habeat, ignoret autem ut homo, ſi quis partem aſpectabilem ab ea disjungat, quæ mente ſolâ perſpici poteſt? Nam quia abſolutè hoc loco ac ſine relatione, Filii nomen ponitur, nec adjungitur, cujus, idcircò hinc nobis anſa porrigitur ita exiſtimandi, ut ignorantiam hanc ſenſu maximè pio interpretemur, eamque humanitati, non divinitati adſcribamus.

ις. Εἰ μὲν οὖν οὗτος αὐτάρκης ὁ λόγος, f [f] ἐνταῦθα σταθησόμεθα, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητήσομεν· εἰ δὲ μή, τό γε δεύτερον, g ὥσπερ τῶν ἄλλων ἕκαστον, οὕτω [g] δὴ καὶ ἡ γνῶσις τῶν μεγίστων, ἐπὶ τὴν αἰτίαν ἀναφερέσθω τιμῇ τοῦ γεννήτορος. δοκεῖ δέ μοι τοῖς, μηδ' ἂν ἐκείνως ἀναγνοὺς, ὡς h τῶν καθ' ἡμᾶς [h] φιλολόγων τις, μικρὸν ἐννοῆσαι, ὅτι οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἄλλως οἶδε τὴν i ἡμέραν, ἢ τὴν ὥραν, ἢ ὡς [i] ὅτι ὁ Πατήρ. τὸ γὰρ συναγόμενον, ὁποῖον; ἐπειδὴ ὁ Πατὴρ γινώσκει, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Υἱὸς, ὡς δῆλον, ὅτι μηδενὶ γνωστὸν τοῦτο, μηδὲ λῃστὸν, πλὴν τῆς πρώτης φύσεως. ἐλείπετο περὶ τῶν· ἐντετάλθαι, καὶ τετηρηκέναι τὰς ἐντολὰς, καὶ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ πάντοτε πεποιηκέναι, διαλαβεῖν ἡμᾶς· ἔτι δὲ τελειώσεως, καὶ ὑψώσεως, καὶ τοῦ μαθεῖν, ἐξ ὧν ἔπαθε, τὴν ὑπακοὴν, καὶ ἀρχιερωσύνης τε καὶ προσ- k φορᾶς, καὶ [k] παραδόσεως, καὶ δεήσεως τῆς πρὸς τὸν δυνάμενον ζώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, καὶ ἀγωνίας, καὶ θρόμβων, καὶ προσευχῆς, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον· εἰ μὴ πᾶσι πρόδηλον l ἦν, ὅτι [l] περὶ τὸ πάσχον τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων, οὐ περὶ τὴν ἄτρεπτον φύσιν, καὶ τοῦ πάσχειν ὑψηλοτέραν. ὁ μὲν οὖν περὶ τῶν

XVI. Si igitur hæc ratio adverſariis ſatisfacit, hîc pedem figemus, nec quidquam ampliùs à nobis inquiratur. Sin ſecùs, hanc ſecundam expoſitionem afferemus; quòd quemadmodùm ſingula alia, ita rerum quoque maximarum cognitio in Genitoris honorem ad cauſam ipſam referenda eſt. Quin ne exiguum quidem mihi intellecturus videtur, qui ſic legerit, ut noſtræ memoriæ vir quidam litterarum ſtudioſus, nempè Filium non aliter diem illum vel horam noſſe, quàm ut Pater. Quid enim hinc colligitur? Quoniam Pater cognoſcit, ideò etiam Filius: tanquam videlicet nemo hoc cognoſcere ac percipere queat, præter principem illam naturam. Supererat jam de hoc verbo: *Mandatum eſt*, de eo etiam, quòd *Patris mandata ſervaſſe*, &, *quæ placita ſunt ei, ſemper feciſſe* dicitur; ac inſuper *de conſummatione & exaltatione*, ac de eo, quòd *ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam didiciſſe* ſcribitur, *de ſacerdotio* item, & *oblatione*, & *traditione*, & *oratione* ad eum qui à morte ſalvum eum facere poterat; ad hæc de *agonia*, & *ſanguineo ſudore*, atque *oratione*, & ſi quid aliud ejuſdem eſt generis, pertractare: niſi cuivis exploratum eſſet, hujuſmodi nomina perpetienti humanitati attribuenda eſſe, non autem immutabili illi naturæ, atque omni dolore & cruciatu ſublimiori. Hæc habui, quæ ad diluendas ad-

Urget iterùm adverſarios Gregorius.

Joan. x. 18. xv. 10. viii. 29.

Hebr. v. 9. *& ſeq.*

Rom. iv. 25.

Gal. ii. 20.

Luc. xxii. 44. *& ſeq.*

(*a*) Τὰ. Or. 1. τό.
(*b*) Πῶς δαί. Tres Regg. & Or. 1. πῶς δέ.
(*c*) Αγνοεῖ. Coisl. 3. ἀγνοεῖν.
(*d*) Ασχετον. *Abſque relatione, nullâ illius, cujus eſt Filius, factâ mentione.*
(*e*) Τῷ τινός. Deeſt in Or. 1.
(*f*) Ενταῦθα σταθησόμεθα. Comb. σταθησόμεθα. *Hîc pedem figamus.*
(*g*) Δή. Tres Regg. & Or. 1. δέ.
(*h*) Φιλολόγων τις. Putat Elias hîc *Baſilium magnum* intelligi.
(*i*) Οτι. Deeſt in duobus Regg. & duobus Colb.
(*k*) Παραδόσεως. Alludit ad hæc Apoſtoli verba, Rom. iv. 25. *Traditus eſt propter delicta noſtra.*
(*l*) Περί. Deeſt in pluribus Regg. & Colb.

versariorum objectiones afferrem, ut, velut radicis cujusdam, ac submonitionis instar, iis sint, qui majori inquirendi solertiâ præditi sunt, ad eandem materiem pleniùs exactiúsque pertractandam. Operæ pretium autem fortasse, miniméque ab iis, quæ prius diximus, alienum fuerit, cùm multa sint Filii nomina, & multis, quæ de eo intelligantur, imposita, hæc sine speculatione non præterire; verùm quid quæque appellatio sibi velit, declarare, ac mysticam vim nominum explicare.

Deus nullo nomine exprimi potest.

XVII. Hinc porrò initium ducendum erit. Deus nullo nomine exprimi potest; idque declarant, non modò ratiocinationes, sed Hebræorum doctissimi atque antiquissimi quique, quantùm quidem nobis conjiciendum dederunt. Nam qui propriis notis summum illud nomen honorandum duxerunt, ac ne iisdem quidem litteris aliud quiddam eorum, quæ post Deum sunt, ac Deum ipsum, scribi sustinuerunt, (tanquam scilicet Deum huc etiam usque à rerum nostrarum commercio distinctum esse oporteat,) ecquandò tandem solutili voce naturam illam insolutilem, nec cum aliis communem explicari paterentur? Quemadmodùm enim nemo est, qui aërem totum unquam hauserit; ita Dei naturam, nec mens unquam ulla prorsùs concepit, nec vox ulla complexa est. Verùm ipsum ex his, quæ in ipso sunt, adumbrantes, obscuram quandam & imbecillem, atque aliam ex alio speciem colligimus. Ac præstantissimus hic apud nos Theologus censetur, non qui in totum, quid Deus sit, invenerit; nec enim vinculum capere hoc totum potest; sed qui ampliorem ipsius speciem mente conceperit, ampliúsque veritatis simulacrum, vel adumbrationem, vel quocunque tandem alio vocabulo uti quis malit, in seipso collegerit.

Ens & Deus, præcipua ac propriora essentiæ Dei nomina.

XVIII. Quantùm ergo nobis assequi concessum est, *Ens*, & *Deus*, magis quodammodò essentiæ nomina sunt; ex iisque etiam vox, *Ens*, ad eam indicandam aptior est; non hoc solùm nomine, quòd ipse, cùm Moysi in monte oraculum ederet, quærerétque ille, quo nomine vocaretur, ita seipsum appellavit, edicens videlicet ei, ut ad populum his verbis uteretur: *Qui est, misit me*; sed etiam quia nomen illud magis proprium esse comperimus. Quamvis

Exod. III. 14.

A ἀντιθέτων λόγος, τοσοῦτον, ὅσον ῥίζα τὶς εἶναι καὶ [a] ὑπόμνημα τοῖς ἐξεταστικωτέροις a
τῆς τελεωτέρας ἐξεργασίας. ἄξιον δὲ ἴσως,
καὶ τοῖς προειρημένοις ἀκόλουθον, μηδὲ τὰς
προσηγορίας τοῦ Υἱοῦ παρελθεῖν ἀθεωρήτως,
[b] πολλάς τε οὔσας, κ᾽ κατὰ πολλῶν κειμένας b
τῶν περὶ αὐτὸν νοουμένων· ἀλλ᾽ ἑκάστην αὐτῶν,
ὅτι ποτε βούλεται, φράσῃσαι, κ᾽ δεῖξαι τὸ
τῶν ὀνομάτων μυστήριον.

B ιζ. Ἀρκτέον δὲ ἡμῖν ἐντεῦθεν. τὸ θεῖον
ἀκατονόμαστον· κ᾽ τοῦτο δηλοῦσιν, οὐχ οἱ
λογισμοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἑβραίων οἱ
Σοφώτατοι καὶ παλαιότατοι, ὅσον εἰκάζειν
[c] ἔδωκαν. οἱ γὰρ χαρακτῆρσιν ἰδίοις τὸ θεῖον c
τιμήσαντες, καὶ οὐδὲ [d] γράμμασιν ἀνασχό- d
μενοι τοῖς αὐτοῖς ἄλλο τι γράφεσθαι τῶν
μετὰ Θεὸν, καὶ Θεὸν, ὡς δέον ἀκοινώνητον
εἶναι καὶ μέχρι τούτου τὸ θεῖον τοῖς ἡμε-
τέροις, πότε ἂν δέξαιντο [e] λυομένῃ φωνῇ e
C δηλοῦσθαι τὴν ἄλυτον φύσιν καὶ ἰδιάζουσαν;
οὔτε γὰρ ἀέρα τὶς ἔπνευσεν ὅλον πώποτε,
οὔτε οὐσίαν Θεοῦ παντελῶς, ἢ νοῦς [f] ἐχώρη- f
σεν, ἢ φωνὴ περιέλαβεν. ἀλλ᾽ ἐκ τῶν περὶ
αὐτὸν σκιαγραφοῦντες τὰ κατ᾽ αὐτὸν,
ἀμυδράν τινα καὶ ἀσθενῆ, καὶ [g] ἄλλην ἀπ᾽ g
ἄλλου φαντασίαν συλλέγομεν. καὶ οὗτος
ἄριστος ἡμῖν Θεολόγος, οὐχ ὃς εὗρε τὸ
πᾶν, οὐδὲ γὰρ δέχεται τὸ πᾶν ὁ [h] δεσμὸς, h
ἀλλ᾽ [i] ὃς ἂν ἄλλου φαντασθῇ πλέον, καὶ i
D πλεῖον ἐν ἑαυτῷ συναγάγῃ τὸ τῆς ἀληθείας
ἴνδαλμα, ἢ ἀποσκίασμα, ἢ ὅ τι καὶ
[k] ὀνομάσομεν. k

ιη. Ὅσον δ᾽ οὖν ἐκ τῶν ἡμῖν ἐφικτῶν, ὁ
μὲν ὤν, καὶ ὁ Θεὸς, μᾶλλόν πως τῆς οὐσίας
ὀνόματα· κ᾽ τούτων μᾶλλον, ὁ ὤν· οὐ μόνον
ὅτι τῷ Μωϋσεῖ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους,
καὶ τὴν κλῆσιν ἀπαιτούμενος, [l] ἤ τίς ποτε I
εἴη, τοῦτο προσεῖπεν ἑαυτὸν, ὁ ὢν ἀπέσ-
E ταλκέ με, τῷ λαῷ κελεύσας εἰπεῖν· ἀλλ᾽
ὅτι καὶ κυριωτέραν ταύτην εὑρίσκομεν. ἡ
μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ, κἂν ἀπὸ τοῦ θέειν, ἢ

(a) Ὑπόμνημα. *Commonitorium.*
(b) Πολλάς τε ὔσας &c. Bill. *Ne ipsa quidem Filii nomina, quæ & multa & multis rebus, quæ mente atque intelligentiâ percipimus, imposita sunt* &c.
(c) Εδωκαν. Sic Codd. Mendosè in Ed. ἔδοκα.
(d) Γράμμασιν. Hîc יהוה, id est, *Jehova*, intelligitur. Nomen istud *tetragrammaton*, seu *quatuor litteris constans*, vocatur. Significat *Ens*, vel *existens ab æterno & in æternum.* Tanta erat apud Hebræos istius nominis reverentia, ut ab ejus pronunciatione abstinentes, pro eo legebant אדני, *Adonai.* Hunc locum sic reddit Leuvenklaius: *Ac ne quidem permiserit, ut aliquid eorum, quæ sunt secundum Deum, iisdem litteris scriberetur, quibus Dei nomen.*
(e) Λυομένῃ. *Vox*, inquit Elias, *dissolvitur in syllabas, vel elementa, vel in aërem spargitur.*
(f) Εχώρησεν. Plures Regg. & Colb. χεχώρηκεν.
(g) Ἄλλην ἀπ᾽ ἄλλου. Coisl. 1. ἄλλην ἀπ᾽ ἄλλης, *aliam ex alia.*
(h) Δεσμός. *Vinculum*, id est, *Corpus*, inquit Elias, *cui animus quasi quodam vinculo est copulatus.*
(i) Ος ἄν. Tres Regg. ac tres Colb. ὃς ἐάν.
(k) Ονομάσομεν. Tres Regg. ὀνομάσωμεν.
(l) Η. Unus Reg. εἰ.

αἴθειν, ἠτυμολόγηται τοῖς περὶ ταῦτα κομ- A
ψοῖς, διὰ τὸ ἀεικίνητον καὶ δαπανητικὸν τῶν
μοχθηρῶν ἕξεων, καὶ γὰρ πῦρ καταν-
αλίσκον ἐντεῦθεν λέγεται, ἀλλ' οὖν τῶν
πρός τι λεγομένων ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄφετος·
ὥσπερ καὶ ἡ Κύριος φωνὴ, ὄνομα εἶναι
Θεοῦ καὶ αὐτὴ λεγομένη· ἐγὼ γάρ, φησι,
[a] Κύριος, ὁ Θεός σου· [a] τοῦτό μου ἐστὶν
ὄνομα. καὶ, Κύριος ὄνομα αὐτῷ. ἡμεῖς δὲ
[b] φύσιν ἐπιζητοῦμεν, [b] ἢ τὸ εἶναι καθ' ἑαυτὸ, B
[c] καὶ οὐκ ἄλλῳ συνδεδεμένον· [c] τὸ δὲ ὂν,
ἴδιον ὄντως Θεοῦ, καὶ ὅλον, μήτε πρὸ περὶ
αὐτῦ, μήτε πρὸ μετ' αὐτὸν, ἐ γὰρ ἦν, ἢ
ἔσται, περατούμενον ἢ περικοπτόμενον.

Deum vox, vel à verbo Θέειν, vel ab Αἴθειν, ut putant qui in hoc genere ſibi ſciti atque arguti videntur, hoc eſt, à *currendo*, vel ab *urendo*, rationem originis ſuæ ducat, propter motûs perpetuitatem, & quòd vitioſos habitus conſumat, (nam hinc quoque *ignis conſumens* dicitur,) ex eorum tamen numero eſt, quæ ad aliquid referuntur, nec libera & abſoluta eſt; quemadmodùm nec vox iſta, *Dominus*, quæ *Dei* quoque nomen eſſe dicitur. *Ego enim*, inquit, *Dominus Deus tuus: hoc meum nomen eſt.* Et, *Dominus nomen ipſi.* At nos naturam ejuſmodi exquirimus, quæ ipſum eſſe per ſe habeat, ac non cum alio quopiam copuletur. Ens verò, proprium ſanè eſt Dei, ac totum, nec priore aliquâ re, nec poſteriore, (nec enim erat, aut erit,) definitum ac circumciſum.

Deut. IV. 24. *Iſai.* XLII. 8. *Amos.* IX. 6. *Pſ.* LXVII. 5.

ιθ. Τῶν δ' ἄλλων περισηγοριῶν, αἱ μὲν
τῆς ἐξουσίας εἰσὶ περφανῶς, αἱ δὲ τῆς
[d] [d] οἰκονομίας, καὶ ταύτης διττῆς· τῆς μὲν ὑπὲρ
τὸ σῶμα, τῆς δὲ ἐν σώματι· οἷον ὁ μὲν παν-
τοκράτωρ, καὶ ὁ βασιλεὺς, ἢ τῆς δόξης, ἢ
[e] τῶν αἰώνων, ἢ τῶν δυνάμεων, ἢ [e] τῦ ἀγαπη- C
[f] τοῦ, ἢ τῶν βασιλευόντων· καὶ ὁ [f] Κύριος, ἢ
Σαβαώθ, ὅπερ ἐστὶ στρατιῶν, ἢ τῶν δυνάμεων,
ἢ τῶν κυριευόντων. ταῦτα μὲν σαφῶς τῆς
ἐξουσίας· ὁ δὲ Θεὸς, ἢ τῦ σώζειν, ἢ ἐκδικη-
[g] σεων, ἢ εἰρήνης, ἢ δικαιοσύνης, ἢ Ἀβραὰμ, [g] καὶ
Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ παντὸς Ἰσραὴλ τοῦ
πνευματικῦ, καὶ ὁρῶντος Θεόν· ταῦτα δὲ τῆς
οἰκονομίας. ἐπειδὴ γὰρ τρισὶ τούτοις διοικού-
μεθα, δέει τε τιμωρίας, καὶ σωτηρίας ἐλπίδι,
πρὸς δὲ καὶ δόξης, καὶ ἀσκήσει τῶν ἀρετῶν, D
ἐξ ὧν ταῦτα· τὸ μὲν τῶν ἐκδικήσεων ὄνομα
οἰκονομεῖ τὸν φόβον· τὸ δὲ τῶν σωτηριῶν, τὴν
ἐλπίδα· τὸ δὲ τῶν ἀρετῶν, τὴν ἄσκησιν· ἵν'
ὡς τὸν Θεὸν ἐν ἑαυτῷ φέρων, ὁ τούτων τι κα-
τορθῶν, μᾶλλον ἐπείγηται πρὸς τὸ τέλειον,
καὶ τὴν ἐξ ἀρετῶν οἰκείωσιν. ταῦτα μὲν οὖν
[h] [h] ἐστὶ κοιναὶ θεότητος τὰ ὀνόματα. ἴδιον δὲ τῦ
μὲν ἀνάρχυ, Πατήρ· τῦ δὲ ἀνάρχως γεννηθέν-
[i] τος, Υἱός· τῦ δὲ ἀγεννήτως [i] προελθόντος, ἢ E
προϊόντος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀλλ' ἐπὶ τὰς
τῦ Υἱῦ κλήσεις ἐλθωμεν, ὅπερ ὡρμήθη λέ-
γειν ὁ λόγος.

XIX. Alia autem nomina partim poteſtatis eſſe conſtat, partim œconomiæ, & quidem duplicis; alterius nimirùm corpore ſublimioris, alterius cum corpore conjunctæ. Exempli causâ, *Omnipotens*, & *Rex*, vel *gloriæ*, vel *ſæculorum*, vel *virtutum*, vel *dilecti*, vel *regnantium*. Item *Dominus*, vel *Sabaoth*, hoc eſt, *exercituum*, vel *virtutum*, vel *dominantium*. Hæc ſine ulla dubitatione potentiam Dei oſtendunt. *Deus* rursùs, vel *ſalvos faciendi*, vel *ultionum*, vel *pacis*, vel *juſtitiæ*, vel *Abrahæ*, *Iſaac*, & *Jacob*, univérſique ſpiritualis Iſraëlis, ac Deum videntis. Hæc utique œconomiæ ſunt nomina. Quoniam enim tribus his rebus gubernamur, nempè & ſupplicii metu, & ſalutis gloriæque ſpe, & cultu virtutum, quibus hæc comparantur; ultionum quidem nomine, metus procuratur; ſalutis autem, ſpes; virtutum denique, probitatis ſtudium: ut qui aliquid horum aſſequitur, perindè ac Deum in ſeipſo gerens, ad perfectionem & familiaritatem eam atque cognationem, quâ nos virtus ipſi conciliat, majori celeritate feſtinet. Atque hæc vocabula Deitati communia ſunt. Proprium autem ejus, qui principii expers eſt, nomen, *Pater:* ejus autem, qui citra ullum principium genitus eſt, *Filius:* illius denique, qui citra generationem proceſſit, aut progreditur, *Spiritus ſanctus.* Verùm ad Filii nomina, de quibus nobis dicere propoſitum erat, accedamus.

Nomina Deitati communia.

Nomina unicuique Perſonæ propria.

κ. Δοκεῖ γάρ μοι λέγεσθαι, Υἱὸς μὲν,
ὅτι ταυτόν ἐστι πρὸ Πατρὶ κατ' οὐσίαν· καὶ
οὐκ ἐκεῖνο μόνον, ἀλλὰ κἀκεῖθεν. Μονογενὴς

XX. Primùm ergo *Filius* mihi dici videtur, quia eſſentiâ idem eſt cum Patre: neque id ſolùm, ſed quia etiam ex illo eſt.

Propria Filii nomina. Cur Filius. *Matth.* XVII. 5.

(a) Τοῦτό μου. Reg. Cyp. τοῦτό μοι.
(b) H. Sic Codd. In Ed. ἤ.
(c) Τὸ δὲ ὄν. Comb. τὸ δὲ ἄν.
(d) Οἰκονομίας &c. *Providentiæ*, id eſt, adminiſtrationis rerum humanarum, *quæ duplex eſt*, inquit Bill. *alia ante, alia poſt Incarnationem.*
(e) Τῦ. Deeſt in quatuor Regg. & Or. 1.
(f) Κύριος, ἢ Σαβαώθ &c. Sic plures Regg. & Colb. In Ed. Κύριος Σαβαὼθ, ἢ ὅπερ &c.
(g) Καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ &c. Comb. ἢ Ἰσαὰκ, ἢ Ἰακὼβ, ἢ &c.
(h) Ἐστὶ. Sic Par. & Baſ. In Ed. ἔτι.
(i) Προελθόντος &c. *Proceſſit, aut progreditur.* Hoc ſic intelligendum eſt, inquit Elias, *quòd non ſemel proceſſerit, ac jam ſpatio quodam diſtet ab illo, ex quo proceſſit; ſed quòd ei ſemper adſit.*

Cur Unigenitus. *Joan.* I. 18. *Unigenitus* autem, non quia ſolus ex ſolo, & ſolùm; ſed etiam quia unico modo, ac non ut corpora. *Verbum* porrò, quia ita ſe habet ad Patrem, ut ſermo ad mentem, non modò propter generationem paſſionis omnis expertem, verùm etiam propter conjunctionem ipſius cum Patre, vimque enunciatricem. Fortaſsè etiam quis dixerit, eodem modo ſe ad Patrem habere, quo definitio ad definitum, quoniam definitio quoque Λόγος dicitur. *Qui enim Filium cognovit,* ait Chriſtus, (hoc enim idem ſignificat, ac, *Vidit,*) *Patrem quoque cognovit:* ac brevis, & compendioſa facilíſque paternæ naturæ declaratio eſt Filius. Omne enim quod genitum eſt, genitorem ſuum tacitâ quâdam voce definit. Quòd ſi quis etiam, quia rebus omnibus inſit, Λόγον vocari contendat, à ratione non aberrabit. Quid enim eſt, quod non Verbo conditum ſit? *Sapientia* verò, ut rerum divinarum & humanarum ſcientia. Quî enim fieri poteſt, ut conditor rerum à ſe conditarum rationes ignoret? *Potentia*, ut rerum creatarum conſervator, vimque iis ſuppeditans ut contineantur. *Veritas*, ut naturâ unum, non multa. Verum quippè unum eſt; mendacium multiplex: atque etiam ut purum Patris ſigillum, miniméque mendax caracter. *Imago*, ut *ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ*, & quia ex illo eſt, non autem ex hoc Pater. Hæc ſiquidem imaginis natura eſt, ut ſit imitatio exemplaris, cujus imago dicitur; quanquam hîc imago exemplar ſuum expreſſiùs refert. Illic enim rei vivæ ac motu præditæ mortua & motûs expers imago eſt: hîc autem vivi exemplaris viva quoque eſt effigies, multóque minùs à Patre differens, quàm *Seth ab Adamo*, filiúſque omnis à parente ſuo. Hujuſmodi namque ſimplicium rerum natura eſt, ut non partim inter ſe ſimiles ſint, partim diſſimiles, ſed totæ totas repræſentent, eædémque potiùs ſint, quàm ſimiles.

Joan. XIV. 7. & 9.

Sapientia. 1. Cor. I. 30.

Potentia. Eph. V. 19.

Veritas. Joan. XIV. 6.

Patris ſigillum, character & imago. Hebr. I. 3. Coloſ. I. 15.

Gen. IV. 25.

Lux. Joan. VIII. 12. *Lux* etiam dicitur, ut animorum ſplendor, qui & vitâ & ſermone purgantur. Nam ſi ignorantia & peccatum tenebræ ſunt, lux profectò erit ſcientia, & vita divina.

Vita. Joan. XIV. 6. Act. XVII. 28. Gen. II. 7. *Vita*, quia lux, totiúſque ratione præditæ naturæ coagmentatio, & procreatio. *In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus*, ſecundùm duplicem illam *inſpirationis* facultatem. Nam & illinc omnes vitalem ſpiri-

δὲ, οὐχ ὅτι μόνος ἐκ μόνου καὶ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μονοτρόπως, οὐχ ὡς τὰ σώματα. Λόγος δὲ, ὅτι ἕτως ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, [a] ὡς πρὸς νοῦν λόγος· ὁ μόνον διὰ τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως, ἀλλὰ καὶ τὸ συναφὲς, καί τὸ [b] ἐξαγγελτικόν. τάχα δ' ἂν εἴποι τις, ὅτι καὶ ὡς ὅρος πρὸς τὸ ὁριζόμενον, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο λέγεται λόγος. ὁ γὰρ νενοηκώς, φησι, τὸν Υἱὸν, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἑωρακὼς, νενόηκε τὸν Πατέρα· καὶ σύντομος ἀπόδειξις καὶ ῥᾳδία τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως, ὁ Υἱός. γέννημα γὰρ ἅπαν τοῦ γεγεννηκότος, σιωπῶν λόγος. εἰ δὲ καὶ διὰ τὸ ἐνυπάρχειν τοῖς οὖσι λέγοι τις, οὐχ ἁμαρτήσεται τοῦ λόγου. τί γάρ ἐστιν, ὃ μὴ Λόγῳ συνέστηκεν; Σοφία δὲ, ὡς ἐπιστήμη θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. πῶς γὰρ οἷόν τε τὸν πεποιηκότα, τοὺς λόγους ἀγνοεῖν, ὧν πεποίηκεν; Δύναμις δὲ, ὡς συντηρητικὸς τῶν γενομένων, καὶ τὴν τοῦ συνέχεσθαι ταῦτα χορηγῶν δύναμιν. Ἀλήθεια δὲ, ὡς ἓν, καὶ πολλὰ τῇ φύσει. τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς, ἕν· τὸ δὲ ψεῦδος, πολυσχιδές· καὶ ὡς καθαρὰ τοῦ Πατρὸς σφραγὶς, καὶ χαρακτὴρ ἀψευδέστατος. [c] Εἰκὼν δὲ, ὡς ὁμοούσιον, καὶ ὅτι τοῦτο ἐκεῖθεν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου Πατήρ. αὕτη γὰρ εἰκόνος φύσις, [d] μίμημα εἶναι τοῦ ἀρχετύπου, καὶ ἃ λέγεται· πλὴν ὅτι καὶ [e] πλέον ἐνταῦθα. [f] ἐκεῖ μὲν γὰρ, ἀκίνητος κινουμένου· ἐνταῦθα δὲ, ζῶντος καὶ ζῶσα, καὶ [g] πλέον ἔχουσα τὸ ἀπαθὲς ἀλλαχοῦ, [h] ἢ τοῦ Ἀδὰμ ὁ Σὴθ, καὶ τοῦ γεννῶντος παντὸς τὸ γεννώμενον. τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν ἁπλῶν φύσις, μὴ τῷ μὲν ἐοικέναι, τῷ δὲ ἀπεοικέναι, ἀλλ' ὅλον ὅλου τύπον εἶναι, καὶ ταυτὸν μᾶλλον, ἢ ἀφομοίωμα. Φῶς δὲ, ὡς λαμπρότης ψυχῶν καὶ λόγῳ καὶ βίῳ καθαιρομένων. εἰ γὰρ σκότος ἡ ἄγνοια καὶ ἡ ἁμαρτία, φῶς ἂν εἴη ἡ γνῶσις, [i] καὶ ὁ βίος ὁ ἔνθεος. Ζωὴ δὲ, ὅτι φῶς, καὶ πάσης λογικῆς φύσεως σύστασις καὶ [k] ἐσίωσις. ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν, κατὰ τὴν [l] διπλῆν τοῦ ἐμφυσήματος δύναμιν, καὶ πνοήν· [m] ἐκεῖθεν ἐμφυσώμενοι

(a) Ὡς πρὸς νοῦν λόγος. *Ut ſermo ad mentem;* quia Verbum eſt Patris imago naturalis, quæ totum Patrem, ſicut ſermo totam cogitationem, repræſentat.

(b) Ἐξαγγελτικόν. Id eſt, juxta Eliam, *propter interpretationem & enunciationem paternæ voluntatis.*

(c) Εἰκὼν δέ. *Imago.* Verè Chriſtus eſt Patris *imago*, non imitatrix, ſed naturalis.

(d) Μίμημα &c. Billius: *Ut exemplar ſuum imitando referat.*

(e) Πλέον. Duo Regg. & Or. I. πλεῖον.

(f) Ἐκεῖ μὲν γάρ &c. Iſte locus in Coisl. I. ſic legitur: Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀκινήτως νουμένου, ἐνταῦθα δέ &c.

(g) Πλέον. Tres Regg. & Or. I. πλεῖον.

(h) Ἢ τοῦ Ἀδὰμ ὁ Σήθ. Quamvis enim Adam & Seth naturæ humanæ participes fuerint, uterque tamen ſibi propriam, & ab alio diſtinctam eſſentiam & ſubſtantiam habebant; ita ut non unus homo, ſed duo homines eſſent: contrà in divinis, Pater & Filius unius ejuſdemque numero ſubſtantiæ ſunt, ita ut, non duo Dii, ſed verè ac propriè unus Deus ſint.

(i) Καὶ ὁ βίος. Sic plures Regg. & Colb. Deeſt ὁ in Ed.

(k) Οὐσίωσις. *Eſſentiatio*, vel *ſubſtantiatio.*

(l) Διπλῆν. *Duplicem* &c. Deus primo homini ſpiraculum vitæ inſpiravit. Deindè Chriſtus poſt Reſurrectionem Diſcipulos afflavit, eiſque Spiritum ſanctum largitus eſt.

(m) Ἐκεῖθεν. Deeſt in pluribus Codd.

πάντες, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ὅσοι χωρητικοὶ, καὶ τοσοῦτον, καθ' ὅσον ἂν τὸ στόμα τῆς διανοίας ἀνοίξωμεν. Δικαιοσύνη δὲ, ὅτι τῷ πρὸς ἀξίαν διαιρέτης, καὶ διαιτῶν δικαίως τοῖς ὑπὸ νόμον, καὶ τοῖς ὑπὸ χάριν, ψυχῇ καὶ σώματι, ὥστε τὸ μὲν ἄρχειν, τὸ δὲ ἄρχεσθαι, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχειν τὸ κρεῖττον κατὰ τοῦ χείρονος, ὡς μὴ τὸ χεῖρον ἐπανίστασθαι τῷ βελτίονι. Ἁγιασμὸς δὲ, ὡς καθαρότης, ἵνα χωρῆται τὸ καθαρὸν καθαρότητι. Ἀπολύτρωσις δὲ, ὡς ἐλευθερῶν ἡμᾶς, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κατεχομένους, καὶ λύτρον ἑαυτὸν ἀντιδιδοὺς ἡμῶν τῆς οἰκουμένης καθάρσιον. [a] Ἀνάστασις δὲ, ὡς ἐντεῦθεν ἡμᾶς [a] ἀπανιστῶν, καὶ πρὸς τὴν ζωὴν ἐπανάγων νενεκρωμένους [b] ὑπὸ τῆς [b] ἁμαρτίας.

A tum accipimus, & Spiritum ſanctum, quotquot ipſius capaces ſumus, & quatenùs os mentis aperuerimus. *Juſtitia*, quia pro merito præmia & pœnas diſtribuit, æquúmque judicem ſe præbet his, qui ſub lege ſunt, & his, qui ſub gratia; corporíque item & animæ, ut illud pareat, hæc præſit atque imperet, præſtantiórque pars principatum adversùs inferiorem teneat, nec id quod deterius eſt, adversùs id, quod melius eſt, inſurgat. *Sanctificatio*, quia puritas, ut purum illud numen per puritatem capiatur. *Redemptio*, quia nos à peccato detentos B in libertatem aſſerit, ſeſéque pro nobis, ut orbis terrarum expietur, liberationis pretium dat. *Reſurrectio*, ut nos hinc abductos ſuſcitans, & à peccato morte affectos ad vitam reducens.

Juſtitia. *I. Cor.* 1. 30.

Sanctificatio. *I. Cor.* 1. 30.

Redemptio. *I. Cor.* 1. 30.

Reſurrectio. *Joan.* XI. 25.

κα. Ταῦτα μὲν οὖν ἔτι κοινὰ τῷ τε [c] ὑπὲρ ἡμᾶς, & τῷ [c] δι' ἡμᾶς· ἃ δὲ ἰδίως [d] ἡμέτερα, καὶ τῆς ἐντεῦθεν [d] προσλήψεως. Ἄνθρωπος μὲν, οὐχ ἵνα χωρηθῇ μόνον διὰ σώματος σώμασιν, ἄλλως οὐκ ἂν χωρηθεὶς [e] διὰ τὸ τῆς φύσεως [e] ἀληπτον· ἀλλ' ἵνα καὶ ἁγιάσῃ δι' ἑαυτοῦ τὸν ἄνθρωπον, ὥσπερ [f f] ζύμη γενόμενος τῷ παντὶ φυράματι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἑνώσας τὸ κατακριθὲν, ὅλον λύσῃ τοῦ καλακρίματος, πάντα ὑπὲρ πάντων γενόμενος, ὅσα ἡμεῖς, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, [g] σῶμα, ψυχὴ, νοῦς, [g] δι' ὅσον ὁ θάνατος· τὸ [h] κοινὸν ἐκ τούτων, ἄνθρωπος, Θεὸς [h] ὡρώμενος, [i i] διὰ τὸ νοούμενον. Υἱὸς δὲ ἀνθρώπου, καὶ διὰ τὸν Ἀδὰμ, καὶ διὰ τὴν Παρθένον, ἐξ ὧν D [k] ἐγένετο· τῷ μὲν, ὡς πατρὸς, τῆς δὲ, [k] ὡς μητρὸς νόμῳ, καὶ ἐ νόμῳ γεννήσεως. Χριστὸς δὲ, διὰ τὴν θεότητα· χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος, οὐκ ἐνεργείᾳ κατὰ τοὺς [l] ἄλλους Χριστοὺς ἁγιάζουσα, παρουσίᾳ δὲ ὅλου τοῦ [m] χρίοντος· ἧς ἔργον, [m] ἄνθρωπον ἀκοῦσαι τὸ χρίον, καὶ ποιῆσαι Θεὸν τὸ χριόμενον. Ὁδὸς δὲ, ὡς δι' ἑαυτοῦ φέρων ἡμᾶς. Θύρα δὲ, ὡς εἰσαγωγεύς. Ποιμὴν δὲ, ὡς εἰς τόπον χλόης καλασκηνῶν, καὶ ἐκτρέφων ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως, καὶ ἐντεῦθεν ὁδηγῶν, καὶ προπολεμῶν κατὰ τῶν θηρίων· τὸ πλανώμενον E

XXI. Atque hæc adhuc communia ſunt, tam ei qui ſupra nos eſt, quàm qui propter nos. Nunc ad ea veniamus, quæ propriè noſtra ſunt, humanitatíſque aſſumptæ. *Homo* itaque dicitur, non ſolùm ut per C corpus à corporibus capiatur, qui alioqui ob incomprehenſibilem naturam ſuam capi non poterat; ſed etiam ut per ſe hominem ſanctitate afficiat, fermentíque inſtar univerſæ maſſæ ſit, ſibíque uniens quod condemnatum fuerat, totum illud à condemnatione liberet, omnia pro nobis, quæ nos ſumus, excepto peccato, factus, corpus, anima, mens, (per quæ videlicet mors pervaſerat;) &, quod ex his commune eſt, homo, viſibilis Deus, propter id quod animo atque intellectu comprehendebatur. *Filius hominis*, propter Adamum, ac Virginem, ex quibus extitit, illo nimirùm ut generis authore, hâc autem ut matre, juxta matris legem, & non juxta legem generationis. *Chriſtus*, propter divinitatem. Ea enim humanitatis unctio eſt, non operatione, ut in aliis Chriſtis, ſed totius ungentis præſentiâ ſanctificans. Cujus hic effectus eſt, ut id, quod ungit, homo vocetur, &, quod ungitur, Deus fiat. *Via*, ut per ſe nos ducens. *Oſtium*, ut introductor. *Paſtor*, ut nos *in loco paſcuæ collocans, & aquâ refectionis educans*, atque hinc nobis itineris ducem ſe præbens, necnon adversùs belluas pro nobis dimicans: tum etiam, ut errantes revocans, &

Propria Filii nomina, ut homo.

Cur Homo. *Joan.* IX. 11.

Filius hominis. *Matth.* XXIV. 27. & 44.

Chriſtus. *Matth.* I. 16.

Via. *Joan.* XIV. 6.

Oſtium. *Joan.* X. 9.

Paſtor. *Joan.* X. 11.

Pſ. XXII. 2.

(a) Ἀπανιστῶν. Tres Regg. ἀπανιστὰς. Oxon. ἐπανιστὰς.
(b) Ἁμαρτίας. Coisl. 1. γεύσεως.
(c) Δι' ἡμᾶς. Reg. Cypr. καθ' ἡμᾶς, *quàm qui nobis ſimilis.*
(d) Προσλήψεως. Reg. bm. προλήψεως.
(e) Ἀληπτον. Bill. *Imperceptibilem.*
(f) Ζύμη. Divinitas intelligitur, quæ in Chriſto, *inſtar frumenti*, humanitati juncta eſt.
(g) Δι' ὅσον. Coisl. 2. quatuor Colb. & Or. 1. δι' ὅσων.
(h) Ὡρώμενος. Or. 1. ὁρώμενος.
(i) Διὰ τὸ νοούμενον. *Propter id* &c. Ratione divinitatis.

(k) Ὡς μητρὸς νόμῳ, καὶ &c. Bill. legit, ὡς μητρὸς, νόμῳ καὶ &c. *Ut matre, & juxta legem, & ſupra legem generationis.*
(l) Ἄλλους Χριστούς. *Aliis Chriſtis*, id eſt, *Regibus & Pontificibus*, qui unctionis conſortes, *uncti* dicuntur, juxta illud Pſ. XLIV. *Unxit te Deus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Verùm iſti non niſi per gratiam ſanctificantur, cùm unctionem ſacram accipiunt; *in Chriſto autem*, ut ait Billius, *ipſiſſima divinitatis præſentia locum unctionis tenebat.*
(m) Ἄνθρωπον ἀκοῦσαι. Ob unionem divinæ ac humanæ naturæ in una Perſona, & *homo* vocatur *Deus*, & *Deus* appellatur *homo.*

perditos reducens, & confractos obligans, & infirmos roborans, & firmos ac validos cuſtodiens, atque ad futuræ vitæ caulam, per paſtoralis ſcientiæ rationes, colligens. *Ovis* porrò, ut victima. *Agnus*, ut perfectus. *Pontifex*, ut oblator. *Melchiſedech*, ut matris expers, quod ad naturam illam noſtrâ excelſiorem attinet, patre autem carens, quantùm ad noſtram: tum etiam quia ſublimitùs abſque genealogia eſt, *Generationem enim illius*, inquit, *quis enarrabit?*) Ac prætereà, ut *Rex Salem*, hoc eſt, *pacis, & Rex Juſtitiæ*, ac denique ut à Patriarchis adverſùs peſtiferas poteſtates ſtrenuè rem gerentibus, decimas accipiens. Habes Filii appellationes. Per eas incede; per eas, inquam, omnes, quæ ſublimes ſunt, divinè, per corporeas autem, humanè: imò verò prorsùs divinè, ut ex imis hiſce aſcendens, fias Deus propter eum, qui propter nos de ſupernis deſcendit. Præter omnia, & ante omnia, illud ſerva: nec aut in ſublimioribus, aut abjectioribus nominibus errabis. Jeſus-Chriſtus, heri & hodiè corporaliter, idémque ſpiritualiter, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ovis. *Iſai.* LIII. 7. Agnus. *Joan.* I. 29. Pontifex. *Hebr.* VI. 20. *Ib.* VII. 1. *Iſai.* LIII. 8. *Hebr.* VII. 2.

A ἐπισ⟨ρέφων, τὸ ἀπολωλὸς ἐπανάγων, τὸ συντετριμμένον καλαδεσμῶν, τὸ ἰσχυρὸν φυλάσσων, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν μάνδραν συνάγων λόγοις ποιμαντικῆς ἐπισ⟨ήμης. Πρόβατον δὲ, ὡς σφάγιον. Ἀμνὸς δὲ, ὡς τέλειον. [a]Ἀρχιερεὺς δὲ, ὡς προσαγωγεύς. Μελχισεδὲκ δὲ, ὡς ἀμήτωρ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ ἀπάτωρ τὸ καθ' ἡμᾶς· καὶ ὡς [b]ἀγενεαλόγητος τὸ ἄνω· τὴν γὰρ γενεὰν αὐτῆ, φησι, τίς διηγήσεται; καὶ ὡς βασιλεὺς Σαλὴμ, εἰρήνη δὲ τοῦτο, καὶ ὡς B βασιλεὺς δικαιωσύνης, καὶ ὡς ἀποδεκατῶν Πατριάρχας κατὰ τῶν πονηρῶν δυνάμεων ἐφισ⟨εύοντας. ἔχεις τὰς τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας. βάδιζε δι' αὐτῶν· ὅσαι τε ὑψηλαὶ, [c]θεϊκῶς, καὶ ὅσαι σωματικαὶ, συμπαθῶς· μᾶλλον δὲ ὅλον θεϊκῶς, ἵνα γένῃ Θεὸς κάτωθεν ἀνελθὼν, διὰ τὸν κατελθόντα δι' ἡμᾶς ἄνωθεν. ἐπὶ πᾶσι, καὶ πρὸ πάντων, ἐκεῖνο τήρει· καὶ οὐκ ἂν σφαλείης ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις ἢ ταπεινοτέροις ὀνόμασιν. Ἰησοῦς Χριστὸς, χθὲς καὶ σήμερον σωματικῶς, ὁ αὐτὸς πνευματικῶς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

(a) Ἀρχιερεύς &c. Talis eſt Pontifex noſter Chriſtus, qui nos Patri conciliat, *per quem*, ut ait Apoſtolus Rom. v. 2. *habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus* &c.

(b) Ἀγενεαλόγητος &c. *Cujus divina generatio eſt ineffabilis.*

(c) Θεϊκῶς. *Divinè*, id eſt, *ratione Deo conſentaneâ.*

THEOLOGICA QUINTA.

DE SPIRITU SANCTO.

Alids 37. *quæ autem* 31. *erat, nunc* 37.

Habita anno 380.

Impia Hæreticorum de Spiritu ſancto aſſertio.

Exod. XIX. 12.

ORATIO TRIGESIMA-PRIMA.

I. AC de Filio quidem, talis eſt noſtra A Oratio: atque ad hunc modum lapidantium impetum effugit, per medium ipſorum tranſiens. Oratio quippè non lapidatur: verùm lapides ipſa, cùm lubet, jacit, ac *belluas*, hoc eſt, ſermones, malè *ad montem aſcendentes*, fundâ inſectatur. Sed de Spiritu ſancto, inquiunt, quid dixeris? Undè nobis peregrinum Deum, nullóque Scripturæ loco proditum introducis? Atque hoc illi quoque objiciunt, qui de Filio moderatiùs ſentiunt. Nam quod in viis & fluviis reperire eſt, ut à ſe invicem ſecentur, B ac rursùs inter ſe coëant; idem hîc quoque, (tanta eſt impietatis ubertas & copia,) uſu venit, ut, qui in aliis rebus inter ſe diſſident, in quibuſdam rursùs conſentiant, ita ut ne planè quidem intelligi ac perſpici poſſit, vel qua in re conſentiant, vel in qua contendant.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ.

ΛΟΓΟΣ λα.

α. Ο ΜΕΝ δὴ περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγος, [a]τοιοῦτος· καὶ οὕτω διαπέφευγε τοὺς λιθάζοντας, διελθὼν [b]διὰ μέσου αὐτῶν. ὁ λόγος γὰρ οὐ λιθάζεται, λιθοβολεῖ δὲ, ὅταν ἐθέλῃ, καὶ σφενδονᾷ θηρία, λόγους κακῶς τῷ ὄρει [c]προσβαίνοντας. τί δ' ἂν εἴποις, φασὶ, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; πόθεν ἡμῖν ἐπεισάγεις ξένον Θεὸν καὶ ἄγραφον; τοῦτο ἤδη καὶ οἱ περὶ τὸν Υἱὸν μετριάζοντες. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ὁδῶν εὑρεῖν ἐστι καὶ τῶν ποταμῶν, σχίζονταί τε ἀπ' ἀλλήλων, καὶ εἰς ἄλληλα συνάγονται· τοῦτο κἀνταῦθα συμβαίνει, διὰ τὸν πλοῦτον τῆς ἀσεβείας, καὶ τοὺς τὰ ἄλλα διεστῶτας ἐν ἄλλοις συμφέρεσθαι, ὥστε μηδὲ γινώσκειν καθαρῶς δύνασθαι τὸ συμφέρον, ἢ τὸ μαχόμενον.

(a) Τοιοῦτος. Or. I. τοσοῦτος.

(b) Διὰ μέσου. Alludit ad hæc Lucæ verba, IV. 30. *Per medium illorum ibat.*

(c) Προσβαίνοντας. Vulgata verſio, *accedentes.*

β. Ἔχει

β. Ἔχει μὲν οὖν τι καὶ δυσχερὲς ὁ περὶ τοῦ Πνεύματος λόγος, οὐ μόνον ὅτι ἐν τοῖς περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγοις ἀποκαμόντες οἱ ἄνθρωποι, θερμότερον τῷ Πνεύματι προσπαλαίουσι· χρὴ γάρ τι πάντως αὐτοὺς ἀσεβεῖν, ἢ οὐδὲ βιωτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ βίος· ἀλλ' ὅτι καὶ ἡμεῖς τῷ πλήθει τῶν ζητημάτων [a] ἀποκναισθέντες, [b] ταυτὸν πάσχομεν τοῖς νοσοῦσι. οἱ ἐπειδὰν πρός τι τῶν βρωμάτων ἀηδισθῶσι, πρὸς πάντα λόγον ὁμοίως, ὥσπερ ἐκεῖνοι πρὸς τροφήν, δυσχεραίνομεν. ὅμως δίδοτω τὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ λόγος δραμεῖται, καὶ ὁ Θεὸς δοξασθήσεται. τὸ μὲν οὖν ἐπιμελῶς ἐξετάζειν καὶ διαιρεῖσθαι, ποσαχῶς ἢ [c] τὸ Πνεῦμα, ἢ [d] τὸ ἅγιον, παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ νοεῖται καὶ λέγεται, [e] μετὰ τῶν προσφόρων τῇ θεωρίᾳ μαρτυριῶν, καὶ ὅτι παρὰ ταῦτα ἰδιοτρόπως τὸ ἐξ ἀμφοῖν συνημμένον, λέγω δὲ τὸ [f] Πνεῦμα τὸ ἅγιον, [f] ἑτέροις παρήσομεν, οἷς καὶ ἑαυτοῖς, καὶ ἡμῖν ταῦτα πεφιλοσόφηκασιν, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς [g] ταῦτα ἐκείνοις. αὐτοὶ δὲ πρὸς τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου τρεψόμεθα.

γ. Οἱ μὲν οὖν, ὡς ξένον τινὰ Θεὸν καὶ παρέγγραπτον εἰσαγόντων ἡμῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δυσχεραίνοντες, καὶ σφόδρα προπολεμοῦντες τοῦ γράμματος, ἵστωσαν ἐκεῖ φοβούμενοι φόβον, οὗ μή ἐστι φόβος, καὶ ζαφῶς γινωσκέτωσαν, ὅτι ἔνδυμα τῆς ἀσεβείας ἐστὶν αὐτοῖς ἡ φιλία τοῦ γράμματος, ὡς δειχθήσεται μικρὸν ὕστερον, ἐπειδὰν τὰς ἐνστάσεις αὐτῶν εἰς δύναμιν διελέγξωμεν. ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον θαῤῥοῦμεν τῇ θεότητι τοῦ Πνεύματος, [h] ὃ προσβεύομεν, ὥστε καὶ τῆς θεολογίας ἐντεῦθεν [i] ἀρξόμεθα, τὰς αὐτὰς τῇ Τριάδι φωνὰς ἐφαρμόζοντες, κἂν τισι δοκῇ τολμηρότερον. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ Πατήρ. ἦν τὸ

II. Et quidem in hac de Spiritu ſancto diſputatione, nonnihil ineſt difficultatis & moleſtiæ, non hoc ſolùm nomine, quòd homines in ſermonibus de Filio fracti ac debilitati, acrioribus animis adversùs Spiritum luctantur; (omninò enim eos aliqua in re impios ſe præbere neceſſe eſt, aut ne vitalis quidem, ut dici ſolet, ipſis vita eſt,) verùm etiam quia nos quoque, quæſtionum multitudine fatigati & enecti, ſimiles ſumus iis, qui ciborum faſtidio laborant. Quemadmodùm enim illi, poſtquam alicujus cibi faſtidium contraxerunt, omnes quoque cibos averſantur, eodem quoque modo nos ex unius diſputationis tædio ad omnes diſputationes æquè nauſeamus. Det tamen Spiritus; & Oratio curret, Deíque gloria celebrabitur. Enimverò quot modis, vel *Spiritus*, vel *Sanctus*, apud Scripturam ſacram intelligatur & dicatur, accuratè excutere atque diſtinguere, commodúmque cuique ſpeculationi teſtimonium adhibere, quódque etiam peculiari quodammodò id, quod ex utroque connexum eſt, nimirùm Spiritus ſanctus, accipiatur, dicere ſuperſedebimus, aliíſque, qui hæc & ſibiipſis, & nobis, quemadmodùm nos quoque iſta ipſis, pertractarunt, hoc muneris relinquemus. Nos autem ad ea, quæ deinceps ſequuntur, Orationem convertemus.

Cur difficilis ſit de Spiritu ſancto diſputatio.

Spiritûs ſancti invocatio.

III. Atque illi quidem, qui perindè ac ſi nos peregrinum quendam & aſcriptitium Deum invehamus, animo diſcruciantur, acritérque pro littera contendunt, ſciant ſe illic timere, *ubi non eſt timor*, ſtudiúmque erga litteram ſuum nihil aliud, quàm impietatis obtentum eſſe apertè cognoſcant, ut paulò pòſt oſtendetur, cùm objectiones eorum pro virili noſtra refutaverimus. Nos verò tantâ deitatis Spiritûs ſancti, quem colimus, fiduciâ nitimur, ut hinc etiam à Deitate Orationis initium ducturi ſimus, eaſdem Trinitati voces accommodantes, etſi id audacius fortaſsè nonnullis videri queat. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum*, Pater. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum*, Filius. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum*, alius Paracletus.

Spiritus ſantus, verus Deus.

Pſ. XIII. 5.

Pater, Filius & Paraclitus, lux vera, lux una, Deus unus.

Joan. I. 9.

(a) Ἀποκναισθέντες. Budæus, *enecti, vexati, gravati.*
(b) Ταυτόν. Duo Reg. τ' αὐτό.
(c) Τὸ Πνεῦμα. Hunc locum ſic exponit Elias: *Spiritus vocatur & ipſe Pater, ut cùm dicitur, Joan.* IV. 24. Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare. *Spiritus etiam Filius, ut Thren.* IV. 20. Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus. *At maximè propriè* Spiritus *vocatur, ſanctus ille Spiritus, de quo Joan.* XV. 26. Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit. *Sumitur etiam hoc vocabulum pro* dono, *juxta illud Pauli, Rom.* VIII. 15. Accepiſtis Spiritum adoptionis. *Angeli etiam* Spiritus *dicuntur, ut Pſ.* CIII. 4. Qui facis Angelos tuos Spiritus. *Animus quoque* Spiritus *vocatur, ut Pſ.* XXX. 6. In manus tuas commendo Spiritum meum. *Uſurpatur item pro vento, ut Pſ.* CXLVII. 7. Flabit Spiritus tuus, & fluent aquæ. Spiritus *item dicitur id quod litteræ opponitur, ut in hoc Apoſt. loco,* II. Cor. III. 6. Littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. *Diabolus quoque* Spiritus *vocatur, ut Matth.* XII. 43. Cùm autem immundus Spiritus exierit ab homine &c.
(d) Τὸ ἅγιον. *Spiritus à Patre procedens*, inquit Elias, *propriè dicitur* Sanctus, *utpotè qui ſanctificet, ac ſanctitatis fons ſit. Per abuſum verò, & Angelis, & Sanctis tribuitur, itemque omnibus, quæ per Spiritûs ſancti participationem ſanctificantur. Id quoque* Sanctum *dicitur, quod ſegregatum eſt, ut in iſto loco Exodi* XIX. 6. Vos eritis mihi gens ſancta &c.
(e) Μετὰ τῶν &c. *Adhibitis convenientibus huic diſputationi teſtimoniis.*
(f) Ετέροις. Baſilium & Gregorium intelligit Elias.
(g) Ταῦτα ἐκείνοις. Hanc lectionem tuetur Billius. Savilius autem legendum contendit, ταυτά, *eadem*, & ſubintelligit, φιλοσοφῆμεν.
(h) Ο προσβεύομεν. Reg. a. & Or. 1. ᾧ προσεύομεν.
(i) Αρξόμεθα. Comb. ἀρχόμεθα.

Erat, & erat, & erat : ſed unum erat. Lux, & lux, & lux : ſed lux una, Deus unus. Atque hoc illud eſt, quod David quoque ipſe antè animo informavit, cùm diceret : *Pſ.* XXXV. 10. *In lumine tuo videbimus lumen.* Nunc autem nos, & perſpeximus, & prædicamus, ex luce Patre, lucem Filium, in luce Spiritu ſancto percipientes, quæ eſt compendiaria ac ſimplex divinæ Trinitatis confeſſio. Qui rejicit, rejiciat; *qui iniquè agit, iniquè agat;* nos, quod intelleximus, prædicamus. *Iſai.* XXI. 2. *Ibid.* XL. 9. *In montem excelſum aſcendemus*, & clamabimus, ſi quidem ex inferiori loco minùs audiamur. Spiritum efferemus, non metuemus. Quòd ſi etiam metuemus, id ita erit, ut quieſcere, non prædicare, metuamus.

A φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄν-
θρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ Υἱός.
ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα
ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ ἄλλος
ὡδάκλητος. ἦν, καὶ ἦν, καὶ ἦν· ἀλλ' ἓν ἦν.
φῶς, καὶ φῶς, καὶ φῶς· ἀλλ' ἓν φῶς, εἷς
Θεός. τοῦτό ἐστιν ὃ καὶ Δαβὶδ πρότερον
ἐφαντάσθη, λέγων· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα
φῶς. καὶ νῦν ἡμεῖς καὶ τεθεάμεθα, καὶ
κηρύσσομεν, ἐκ φωτὸς τοῦ Πατρὸς, φῶς
B καταλαμβάνοντες τὸν Υἱὸν, ἐν φωτὶ τῷ
Πνεύματι, σύντομον κὴ ἀπέριτλον τῆς Τριάδος
[a] θεολογίαν. ὁ ἀθετῶν ἀθετείτω, ὁ ἀνομῶν a
ἀνομείτω· ἡμεῖς ὃ νενοήκαμεν, [b] κηρύσσομεν. b
ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀναβησόμεθα κὴ βοήσομεν,
εἰ μὴ κάτωθεν ἀκουσόμεθα. ὑψώσομεν τὸ
Πνεῦμα, οὐ φοβηθησόμεθα. εἰ δὲ καὶ φοβη-
θησόμεθα, ἡσυχάζοντες, οὐ κηρύσσοντες.

Pater, Filius & Spiritus ſanctus, perfecta Deitas.

IV. Si fuit tempus, cùm non eſſet Pater, fuit quoque, cùm non eſſet Filius. Si fuit tempus, cùm non eſſet Filius, fuit quoque, cùm ne Spiritus quidem eſſet. Si unum à principio erat, utique & tria. Si unum dejicis, audax hoc dicam, ne duo quidem ſuperiore loco colloces. Quæ enim imperfectæ Deitatis utilitas? Imò quæ Deitas, ſi imperfecta? Perfecta autem quomodò erit, in qua ad perfectionem aliquid deſideretur? Deſideratur enim, ſi ſanctitate careat. Hanc porrò quomodò habere queat, ni Spiritum habeat? Si enim alia quædam præter illum ſanctitas eſt, quæ tandem illa intelligenda ſit, dicat quiſpiam: aut, ſi quidem eadem hæc eſt, quid afferri poteſt, quamobrem non jam indè à principio fuerit? Quaſi verò præſtiterit Deo, aliquandò imperfectum extitiſſe, ac Spiritûs expertem. Si à principio non erat, meæ claſſis atque ordinis eſt, etiamſi me nonnihil antecedat. Temporis enim interſtitio à Deo dirimimur. Porrò ſi ejuſdem mecum claſſis eſt, quo pacto me Deum efficit? Aut quo pacto cum Deitate conjungit?

δ. Εἰ ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Πατὴρ, ἦν ὅτε
οὐκ ἦν ὁ Υἱός. εἰ ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς, ἦν
C ὅτε οὐδὲ τὸ Πνεῦμα [c] τὸ ἅγιον. εἰ τὸ ἓν ἦν c
ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τὰ τρία [d] ἦν. εἰ τὸ ἓν κάτω d
βάλλεις, τολμῶ, καὶ λέγω, μηδὲ τὰ δύο
θῇς [e] ἄνω. τίς γὰρ ἀτελοῦς θεότητος ὄνη- e
σις; μᾶλλον δὲ [f] τίς θεότης, εἰ μὴ τελεία; f
τελεία δὲ πῶς, ἢ λείπει τι πρὸς τελείωσιν;
λείπει δὲ πῶς, μὴ ἐχούσῃ τὸ ἅγιον· ἔχοι
δ' ἂν πῶς, μὴ τοῦτο ἔχουσα; [g] εἰ γὰρ ἄλλη g
τις ἐστὶ τοῦτο ἡ ἁγιότης, καὶ ἥ τις αὐτὴ
νοεῖται, λεγέτω τίς· ἢ εἴπερ ἡ αὐτὴ, πῶς
D οὐκ ἀπ' ἀρχῆς; [h] ὥσπερ ἄμεινον ὂν τῷ Θεῷ, h
εἶναί ποτε ἀτελεῖ, κὴ δίχα τοῦ Πνεύματος.
εἰ μὴ ἀπ' ἀρχῆς ἦν, μετ' ἐμοῦ τέτακται,
καὶ εἰ μικρὸν πρὸ ἐμοῦ. χρόνῳ γὰρ [i] ἀπὸ i
Θεοῦ τεμνόμεθα. εἰ τέτακται μετ' ἐμοῦ,
πῶς ἐμὲ ποιεῖ Θεόν; ἢ πῶς συνάπτει
θεότητι;

Variæ de Spiritu ſancto opiniones.

V. Sed operæ pretium facturum me puto, ſi de eo altiùs aliquantò diſputationem repetam. Nam de Trinitate priùs jam à E nobis eſt pertractatum. Spiritum ſanctum Sadducæi penitùs non eſſe cenſuerunt; quemadmodùm nec Angelos, nec reſurrectionem: quibus haud ſcio quid acciderit, ut tot ac tanta de eo in inſtrumento veteri teſtimonia pro nihilo haberent. Qui autem apud Ethnicos Theologiæ laude magis ex-

ε. Μᾶλλον δὲ φιλοσοφήσω σοι περὶ
αὐτοῦ μικρὸν ἄνωθεν. περὶ Τριάδος γὰρ
καὶ πρότερον διειλήφαμεν. τὸ Πνεῦμα τὸ
ἅγιον, Σαδδουκαίοις μὲν οὐδὲ εἶναι τὸ
παράπαν ἐνόμισαν· οὐδὲ γὰρ Ἀγγέλους,
οὐδὲ ἀνάστασιν· ἐκ οἶδ' ὅθεν τὰς τοσαύτας
περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας ἐν τῇ παλαιᾷ διαπλύσαντες. Ἑλλήνων δὲ οἱ θεολογικώτεροι,

(a) Θεολογίαν. *Theologia.* Coisl. 1. ὁμολογίαν, *confeſſio.* Sic legit Billius.
(b) Κηρύσσομεν. Plures Codices præmittunt, καί.
(c) Τὸ ἅγιον. Deeſt in duobus Regg. & Or. 1.
(d) Ην. Deeſt in duobus Regg. quinque Colb. Comb. & Baſ.
(e) Ανω. Par. ed. addit, λέγειν, quod auctoritate melioris notæ Codicum eraſimus.
(f) Τίς θεότης, εἰ μὴ τελεία; Coisl. 1. habet, τίς θεότητος ἡμιτελεία; *Quæ deitatis imperfectio?*
(g) Εἰ γάρ. Plures Regg. quinque Colb. & Comb. ἢ γάρ. *Aut enim eſt alia quædam ſanctitas.*
(h) Ωσπερ. Sic Codd. Mendosè in Ed. ὅσπερ.
(i) Απὸ Θεῦ. Duo Colb. ἀπὸ τῦ Θεῦ.

καὶ μᾶλλον ἡμῖν προσεγγίσαντες, ἐφαντάσ- A
θησαν μὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ· περὶ δὲ τὴν
κλῆσιν διενέχθησαν, νοῦν τοῦ πάντος, καὶ
τὸν θύραθεν νοῦν, καὶ τὰ τοιαῦτα προσα-
a γορεύσαντες. [a] τῶν δὲ καθ' ἡμᾶς Σοφῶν,
οἱ μὲν ἐνέργειαν τοῦτο ὑπέλαβον, οἱ δὲ
κτίσμα, οἱ δὲ Θεὸν, οἱ δὲ οὐκ ἔγνωσαν
b ὁπότερον τούτων, [b] αἰδοῖ τῆς γραφῆς, ὥς
c φασιν, ὡς [c] οὐδὲν ἕτερον Σαφῶς δηλωσάσης.
ἢ δι' ἃ τοῦτο, οὔτε σέβουσιν, οὔτε ἀτιμά-
ζουσι, μέσως πῶς περὶ αὐτοῦ διακείμενοι, B
μᾶλλον δὲ καὶ λίαν ἀθλίως. καὶ τῶν Θεὸν
ὑπειληφότων, οἱ μὲν ἄχρι διανοίας εἰσὶν
εὐσεβεῖς, οἱ δὲ τολμῶσιν εὐσεβεῖν καὶ
τοῖς χείλεσιν. ἄλλων δὲ ἤκουσα μετρούντων
d θεότητα [d] Σοφωτέρων, οἳ τρία μὲν εἶναι
καθ' ἡμᾶς ὁμολογοῦσι τὰ νοούμενα, το-
σοῦτον δὲ ἀλλήλων διέστησαν, ὡς τὸ μὲν,
καὶ οὐσίᾳ καὶ δυνάμει ποιεῖν ἀόριστον· τὸ
δὲ, δυνάμει μὲν, οὐκ οὐσίᾳ δέ· τὸ δὲ
ἀμφοτέροις περιγραπτόν· ἄλλον τρόπον C
μιμούμενοι, τοὺς δημιουργὸν, ἢ συνεργὸν,
καὶ λειτουργὸν ὀνομάζοντας, καὶ τὴν ἐν τοῖς
e ὀνόμασι τάξιν καὶ χάριν, [e] τῶν πραγμάτων
f ἀκολουθίαν εἶναι [f] νομίζοντας.

celluerunt, propiúſque ad nos acceſſerunt, per imaginem quandam ipſum, meo quidem judicio, conceperunt, tametſi in nomine diſſenſerint, Univerſitatis nempè mentem, & extrinſecam mentem, aliiſque id genus nominibus eum appellantes. Noſtrates verò ſapientes, partim vim quandam & facultatem ipſum exiſtimarunt, partim creaturam, partim Deum, partim, utro potiùs nomine vocandus eſſet, minimè certum & exploratum habuerunt, eâ, ut aiunt, ratione ducti, quòd Scriptura neutrum horum planè apertéque demonſtraſſet. Ac proindè nec ipſum venerantur, nec contemnunt, ſed medio quodam modo, vel potiùs miſerè perditéque erga eum afficiuntur. Ex his porrò qui Deum ipſum credunt, alii animo tenus pii atque Orthodoxi ſunt: alii labiis quoque ipſis pietatem profiteri non verentur. Alios etiam quoſdam ſapientiores audivi, qui divinitatem metiuntur, ac tria quidem, perindè ac nos, intelligi confitentur, ſed ea ita inter ſe disjungunt, ut unum eorum & eſſentiâ & poteſtate infinitum ſtatuant, alterum poteſtate, non item eſſentiâ, poſtremum utroque circumſcriptum. Sic alio quodam modo eos imitantur, qui opificem, & cooperarium, & miniſtrum nominant, atque ordinem & gratiam, quæ nominibus ineſt, rerum quoque ſeriem eſſe arbitrantur.

Spiritus ſanctus ſub diverſo reſpectu conſideratus.

VI. Nos verò, nec cum iis, qui ne Spiritum quidem eſſe cenſent, nec cum nugatoribus Ethnicis verba ulla commutabimus. Abſit enim ut *peccatorum oleo ſermonem noſtrum impinguemus.* Cum cæteris autem ad hunc modum diſputabimus: Spiritus ſanctus, vel ex eorum numero, quæ per ſe ſubſiſtunt, omninò ſtatuendus eſt, vel inter ea collocandus, quæ in alio conſiderantur; quorum alterum ſubſtantiam, alterum accidens vocant, qui harum rerum ſcientiam callent. Ac ſi quidem accidens, vis utique & facultas quædam Dei fuerit. Quid enim aliud, aut cujus? Hoc profectò magis conſentaneum, compoſitioníſque expers. Si vis & facultas, agetur haud dubiè, non aget: ſimúlque, ut actus fuerit, deſinet. Ejuſmodi quippè eſt actûs natura. Quî fit ergo, ut agat ipſe, atque hæc & illa dicat, & *ſegreget*, & *contriſtetur*, & ad iram incitetur, & quæcumque rei motu agitatæ perſpicuè ſunt, non autem motionis ipſius? Sin autem ſubſtantia eſt, non accidens, vel creatura cenſebitur, vel Deus. Medium enim aliquid inter hæc, aut quod neutrius particeps ſit, aut ex utroque com- *Pſ.* CXL. 5. *Act.* XIII. 2. *Eph.* IV. 30.

5. Ἡμῖν δὲ πρὸς μὲν τοὺς οὐδὲ εἶναι
g ὑπειληφότας, [g] οὐδεὶς λόγος, ἢ τοὺς λη-
ροῦντας ἐν Ελλησιν. μηδὲ γὰρ ἁμαρτωλῶν
ἐλαίῳ πιανθείημεν εἰς τὸν λόγον. πρὸς δὲ
h τοὺς ἄλλους οὕτω [h] διαλεξόμεθα· τὸ Πνεῦμα
i τὸ ἅγιον, ἢ τῶν [i] καθ' ἑαυτὸ ὑφεστηκότων, D
πάντως ὑποθετέον, ἢ τῶν ἐν ἑτέρῳ θεω-
ρουμένων· ὧν τὸ μὲν, οὐσίαν καλοῦσιν οἱ
περὶ ταῦτα δεινοὶ, τὸ δὲ, συμβεβηκός. εἰ
μὲν οὖν συμβέβηκεν, ἐνέργεια τοῦτο ἂν εἴη
Θεοῦ. τί γὰρ ἕτερον, ἢ τίνος; τοῦτο γάρ
πως μᾶλλον, καὶ φεύγει σύνθεσιν. καὶ εἰ
k ἐνέργεια, ἐνεργηθήσεται [k] δηλονότι, οὐκ
ἐνεργήσει, καὶ ὁμοῦ τῷ ἐνεργηθῆναι,
παύσεται. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἐνέργεια. πῶς οὖν
ἐνεργεῖ, καὶ τάδε λέγει, καὶ ἀφορίζει, E
καὶ λυπεῖται, καὶ παροξύνεται, καὶ ὅσα
κινουμένου Σαφῶς ἐστιν, οὐ κινήσεως; εἰ δὲ
οὐσία τις, οὐ τῶν περὶ τὴν οὐσίαν, ἤτοι
l κτίσμα [l] ὑπολη<u>φ</u>θήσεται, ἢ Θεός. μέσον
γάρ τι τούτων, ἤτοι μηδετέρου μετέχον,

(a) Τῶν δὲ καθ' ἡμᾶς σοφῶν. *Noſtrates ſapientes.* Bill. *noſtræ ætatis.* Gregorius hîc Ethnicis opponit ſapientes, qui, etſi Chriſtianam Religionem profiteantur, erroribus tamen circa Trinitatem imbuuntur; non autem priſcæ ætatis ſapientes.
(b) Αἰδοῖ τῆς γραφῆς. *Ob ſacræ Scripturæ reverentiam.*
(c) Οὐδὲν ἕτερον. Reg. b. & quinque Colb. ἀδ' ἕτερον.
(d) Σοφωτέρων. In nonnullis, σοφώτερον, *ſapientiùs.*
(e) Τῶν πραγμάτων. *Per res* ſignificat Gregorius *naturarum diſcrimen.*
(f) Νομίζοντας. Comb. νομίζοντες.
(g) Οὐδείς. Duo Regg. ἀδεὶ εἷς.
(h) Διαλεξόμεθα. Comb. διαλεξώμεθα.
(i) Καθ' ἑαυτό. Comb. καθ' ἑαυτά.
(k) Δηλονότι Comb. μᾶλλον, *potiùs.*
(l) Υπολη<u>φ</u>θήσεται. Or. I. ὑπολειφθήσεται.

positum atque conflatum, ne ii quidem, A qui Tragelaphos confinxerunt, intelligere queant. Si creatura, quomodò in eum credimus, aut in eo perficimur? Neque enim idem est, credere in aliquid, & credere de aliquo. Illud enim divinitati convenit, hoc cuilibet rei. Si autem Deus, certè nec creatura est, nec factura, nec conservus, nec denique ullum aliud humile atque abjectum nomen.

ἢ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον, οὐδ' ἂν οἱ τοὺς τραγελάφους πλάτ]οντες ἐννοήσαιεν. ἀλλ' εἰ μὲν κτίσμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιστεύομεν, ἢ ἐν αὐτῷ τελειούμεθα; οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι πιστεύειν εἴς τι, καὶ ⟨ϖ⟩ρὸς αὐτὸ πιστεύειν. τὸ μὲν γάρ ἐστι θεότητος, τὸ δὲ παντὸς ⟨ϖ⟩ράγματος. εἰ δὲ Θεὸς, ἀλλ' οὐ κτίσμα, οὐδὲ ποίημα, οὐδὲ σύνδουλον, οὐδ' ὅλως τι τῶν ταπεινῶν ὀνομάτων.

Hæreticorum argumenta.

VII. Jam lingua tua ad disputandum prosiliat, fundæ jactentur, argumenta B nectantur. Aut ingenitus omninò est, inquis, aut genitus. Si ingenitus, ergo duo erunt principii expertes. Si autem genitus, rursùs subdividis; aut ex Patre genitus est, aut ex Filio. Si ex Patre, duo igitur sunt Filii ac fratres. Gemellos etiam finge, si lubet, aut alterum natu majorem, alterum minorem; cùm ita corporeis rebus immersus es. Si autem ex Filio, jam nobis, inquies, nepos Deus extitit. Quo quid absurdius fingi possit? Hæc homines *ad malefaciendum sapientes* & ingenioso, bona autem scribere recusantes. Ego verò, si divisionem hanc necessariam viderem, res ipsas profectò excepissem, nomina nihil veritus. Non enim, quia secundùm excelsiorem quandam relationem Filius est Filius, (quod videlicet aliter, quàm hoc modo, indicare nequeamus id quod ex Deo est, essentiâque idem cum ipso,) idcircò terrena quoque omnia cognationisque nostræ nomina ad Deum necessariò transferenda esse putandum est. Alioqui, quid impedit, quominùs eâdem ratione masculum, Deum nostrum existimes, quoniam Deus & Pater nominatur? Ac femineum D quiddam, Deitatem, quantùm quidem ex vocis genere æstimari potest? Et denique Spiritum, neutrum, quoniam nihil gignit? Quòd si juxta veteres fabulas & nugas hoc quoque modo luseris, ut dicas, Deum cum voluntate sua congressum Filium genuisse, Marcionis quidem ac Valentini, qui novos Æonas commentus est, Hermaphroditum quendam Deum induxeris.

Jer. IV. 22.

Gregorii responsio.

ζ. Ενταῦθα σὸς ὁ λόγος, αἱ σφενδόναι πεμπέσθωσαν, οἱ συλλογισμοὶ πλεκέσθωσαν. ἢ ἀγέννητον πάντως, ἢ γεννητόν. καὶ εἰ μὲν ἀγέννητον, δύο τὰ ἄναρχα. εἰ δὲ γεννητὸν, [a]ὑ⟨ϖ⟩οδιαίρει πάλιν· ἢ ἐκ τοῦ Πατρὸς τοῦτο, a ἢ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. καὶ εἰ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, Υἱοὶ δύο καὶ ἀδελφοί. σὺ δέ μοι πλάτ]ε καὶ διδύμους, εἰ βούλει, ἢ τὸν μὲν ⟨ϖ⟩ρεσβύτερον, τὸν δὲ νεώτερον· ἐπειδὴ λίαν εἶ φιλοσώματος. εἰ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, πέφηνέ, φησι, καὶ υἱωνὸς ἡμῖν Θεός· οὔ τί ἂν γένοιτο ⟨ϖ⟩αδοξότερον; ταῦτα μὲν οὖν οἱ σοφοὶ τοδ κακοποιῆσαι, τὰ δὲ ἀγαθὰ γράφειν οὐ θέλοντες. ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἑώρων ἀναγκαίαν τὴν διαίρεσιν, ἐδεξάμην ἂν τὰ ⟨ϖ⟩ράγματα, οὐ φοβηθεὶς τὰ ὀνόματα. οὐ γὰρ, ἐπειδὴ κατά τινα σχέσιν ὑψηλοτέραν Υἱὸς [b]ὁ Υἱὸς, b οὐ δυνηθέντων ἡμῶν ἄλλως, ἢ οὕτως ἐνδείξασθαι τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ ὁμοούσιον, ἤδη καὶ πάσας οἰητέον ἀναγκαῖον εἶναι τὰς κάτω κλήσεις, ἢ τῆς ἡμετέρας [c]συγγενείας, c μεταφέρειν ἐπὶ τὸ θεῖον. ἢ τάχα ἂν σύ γε καὶ ἄῤῥενα τὸν Θεὸν ἡμῖν ὑ⟨ϖ⟩ολάβοις, κατὰ τὸν λόγον τοῦτον, ὅτι Θεὸς ὀνομάζεται, καὶ Πατήρ; καὶ θῆλύ [d]τι τὴν θεότητα, ὅσον ἐπὶ d [e]ταῖς κλήσεσι; ἢ τὸ Πνεῦμα οὐδέτερον, ὅτι e μὴ γεννητικόν; εἰ δέ σοι ἢ τοῦτο παιχθείη, τῇ ἑαυτῆ θελήσει τὸν Θεὸν συ]γενόμενον, κατὰ τοὺς παλαιοὺς λήρους καὶ μύθους, γεννήσασθαι τὸν Υἱὸν, εἰσήχθη τις ἡμῖν καὶ Μαρκίωνος, καὶ [f]Βαλεντίνου Θεὸς ἀῤῥενόθηλυς, τοῦ τοὺς f καινοὺς αἰῶνας ἀνατυπώσαντος.

Hæreticos urget Gregorius.

VIII. Quoniam porrò divisionem tuam primam, quâ inter ingenitum & genitum E nihil medium esse arbitraris, haudquaquàm admittimus, protinùs tibi cum præclara tua divisione fratres illi & nepotes peribunt, ut qui, primo illo disputationis tuæ capite, quasi multiplicis cujusdam nexûs initio primo soluto, simul quoque soluti ac dilapsi

η. Επεὶ δέ σου τὴν ⟨ϖ⟩ρώτην διαίρεσιν οὐ δεχόμεθα, τὴν μηδὲν ἀγεννήτου καὶ γεννητοδ μέσον ὑ⟨ϖ⟩ολαμβάνουσαν, αὐτίκα οἰχήσονταί σοι μετὰ τῆς σεμνῆς διαιρέσεως οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ υἱωνοὶ, ὥσ⟨ϖ⟩ερ τινος δεσμοῦ πολυπλόκου τῆς ⟨ϖ⟩ρώτης λ]χῆς [g]διαλυθείσης, συνδιαλυ- g θέντες, καὶ τῆς θεολογίας ὑ⟨ϖ⟩οχωρήσαντες.

(*a*) Υποδιαίρει. Reg. Cypr. *ὑποδιαιρήσει.*
(*b*) Ο Υἱός. Montac. addit, *λέγεται.*
(*c*) Συγγενείας. *Cognationis nostræ nomina*, ut sunt vocabula *fratris & nepotis.*
(*d*) Τί. Deest in Reg. a.
(*e*) Ταῖς. Coisl. 1. addit, *σαῖς.*
(*f*) Βαλεντίνου. Coisl. 1. *Οὐαλεντίνου.*
(*g*) Διαλυθείσης. Plures Codd. *λυθείσης.*

ποῦ γὰρ θήσεις τὸ ἐκπορευτὸν, εἰπέ μοι, A
a μέσον ἀναφανὲν [a] τῆς σῆς διαιρέσεως, καὶ
ὧδὰ κρείασονος, ἢ κατὰ σὲ, Θεολόγε, τοῦ
b Σωτῆρος ἡμῶν, [b] εἰσαγόμενον; εἰ μὴ τὴν
φωνὴν ἐκείνην τῶν σῶν ἐξεῖλες Εὐαγγελίων,
διὰ τὴν τρίτην σου διαθήκην, τὸ Πνεῦμα τὸ
ἅγιον, ὃ ὧδὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· ὃ
καθ' ὅσον μὲν ἐκεῖθεν ἐκπορεύεται, κτίσμα·
καθ' ὅσον δὲ οὐ γεννητὸν, οὐχ Υἱός· καθ'
ὅσον δὲ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ μέσον,
c Θεός. καὶ [c] οὕτω σου τὰς τῶν συλλογισμῶν B
d ἄρκυς [d] διαφυγὼν, Θεὸς ἀναπέφηνε, τῶν
e σῶν διαιρέσεων [e] ἰσχυρότερος. τίς οὖν ἡ ἐκ-
πόρευσις; εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ
Πατρὸς, κἀγὼ τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ
φυσιολογήσω, καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ
f Πνεύματος, καὶ [f] παραπλησιώμεθα ἀμφω
εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντες· καὶ
ταῦτα τίνες; οἱ μηδὲ τὰ ἐν ποσὶν εἰδέναι
δυνάμενοι, μηδὲ ψάμμον θαλασσῶν, καὶ
σταγόνας ὑετοῦ, καὶ ἡμέρας αἰῶνος ἐξαριθ- C
μεῖσθαι, μὴ ὅτι γε Θεῷ βάθεσιν ἐμβατεύειν,
καὶ λόγον ὑφέχειν τῆς οὕτως ἀῤῥήτου καὶ
ὑπὲρ λόγον φύσεως.

sint, atque à divinitatis doctrina sese subduxerint. Ubi enim, quæso, pones id, quod procedit, quod quidem inter duas divisionis tuæ partes interjectum esse constat, atque à Theologo, multò te præstantiori, nimirùm à Salvatore nostro, introducitur? Nisi fortè, propter tertium tuum Testamentum, vocem illam ex Evangeliis sustuleris, *Spiritus sanctus, qui à Patre procedit;* qui, quatenùs ab illo procedit, creatura non est: quatenùs rursùs genitus non est, Filius non est: quatenùs autem inter ingenitum & genitum medius est, Deus est. Atque ita vitatis syllogismorum tuorum laqueis, Deus manifestè apparuit, divisionibus tuis firmior & valentior. Quæ ergo est hæc Processio, inquies? Dic tu quæ Patris ingenitura sit, & ego Filii Generationem, & Spiritûs Processionem explicare aggrediar, quo fiet ut ambo deliremus, in Dei mysteria oculos injicientes: idque qui tandem? Nempè qui ne ea quidem, quæ ante pedes sunt, scire, nec arenam maris, aut pluviæ guttas, & dies sæculi enumerare possumus, nedùm in Dei profunda penetrare, naturæque adeò arcanæ, atque omnem Orationis facultatem usqueadeò superantis rationes reddere.

Joan. xv. 26.

Ineffabilis Spiritûs sancti Processio.

θ. Τί οὖν ἐστί, φησιν, ὃ λείπει τῷ
g Πνεύματι, πρὸς τὸ εἶναι [g] Υἱόν; εἰ γὰρ
μὴ λεῖπον τι ἦν, Υἱὸς ἂν ἦν. οὐ λείπειν
h φαμέν· οὐδὲ γὰρ [h] ἐλλειπὴς Θεός· τὸ δὲ
i τῆς [i] ἐκφάνσεως, ἵν' οὕτως εἴπω, ἢ τῆς πρὸς
ἄλληλα σχέσεως διάφορον, διάφορον αὐτῶν
καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκεν. οὐδὲ γὰρ τῷ Υἱῷ D
k [k] λείπει τι πρὸς τὸ εἶναι Πατέρα, οὐδὲ γὰρ
ἔλλειψις ἡ υἱότης, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο
l Πατήρ. ἢ οὕτω γε καὶ τῷ Πατρὶ [l] λείπει τι
πρὸς τὸ εἶναι Υἱόν· οὐ γὰρ Υἱὸς ὁ Πατήρ.
ἀλλ' οὐκ ἐλλείψεως ταῦτα πόθεν, οὐδὲ τῆς
κατὰ τὴν οὐσίαν ὑφέσεως· αὐτὸ δὲ, τὸ μὴ
m γεγενῆσθαι, καὶ τὸ [m] γεγενῆσθαι, καὶ τὸ
ἐκπορεύεσθαι, τὸν μὲν Πατέρα, τὸν δὲ
n Υἱὸν, [n] τὸ δὲ, τὸθ' ὅπερ λέγεται, Πνεῦμα
ἅγιον προσηγόρευσεν, ἵνα τὸ ἀσύγχυτον E
ζώζηται τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐν τῇ μιᾷ
φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τῆς θεότητος. οὔτε γὰρ
ὁ Υἱὸς Πατὴρ, εἷς γὰρ Πατὴρ, ἀλλ' ὅπερ

IX. Quid ergo est, inquiunt, quod Spiritui deest, ad hoc ut sit Filius? Nisi enim aliquid deesset, Filius esset. Deesse nihil dicimus. Non enim Deo quidquam deest. Verùm manifestationis, ut ita dicam, mutuæque eorum relationis differentia, diversa quoque ipsis nomina procreavit. Neque enim Filio aliquid deest, ad hoc ut sit Pater, (nec enim defectus est filiatio,) nec propterea tamen Pater est. Alioqui eâdem ratione Patri aliquid deerit, ad hoc ut sit Filius. Nec enim Pater Filius est. Sed hæc defectum proculdubiò undequaque non arguunt, nec essentiæ summissionem: quin potiùs ex his verbis: *Quòd genitus non sit, & quòd genitus, & quòd procedat,* hoc effectum est, ut alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus appelletur, atque ita inconfusa trium Personarum distinctio in una divinitatis natura & dignitate conservetur. Neque enim Filius est Pater, (unus enim est Pater,) sed est id quod Pater: nec Spiritus est Filius, quia ex Deo est, (unus enim Unigenitus,) sed est id quod Filius: tria hæc unum, si divinita-

Cur Spiritus sanctus non vocatur Filius.

(a) Τῆς σῆς. Sic quatuor Regg. quatuor Colb. duo Coisl. & Or. 1. Deest σῆς in Ed.
(b) Εἰσαγόμενον. Sic omnes Codices. Mendosè in Par. ed. εἰσαγόμενοι.
(c) Οὕτω. Reg. bm. ἕτως.
(d) Διαφυγών. Colb. 5. & Or. 1. διαφυγόν.
(e) Ισχυρότερος. Tres Colb. ὑψηλότερος.
(f) Παραπληκτίσομεν. Tres Regg. & Coisl. 2. παραπληκτίσωμεν.
(g) Υἱόν. Coisl. 1. Υἱῷ.
(h) Ελλειπής. Coisl. 1. ἐλλιπής.
(i) Εκφάνσεως. *Locutionis, enunciationis.*
(k) Λείπει τι. Sic tres Regg. quinque Colb. & Or. 1. In Ed. deest τι.
(l) Λείπει ... Υἱόν. Reg. bm. Coisl. 1. Or. 1. & Basil. λείψει .... Υἱῷ.
(m) Γεγενῆσθαι. Reg. a. γεγεννῆσθαι. Mox ἐκπορεύεσθαι. Reg. Cypr. ἐκπεπορεῦσθαι.
(n) Το δὲ. Sic Reg. bm. Reg. Cypr. & quatuor Colb. In Ed. τὸν δὲ.

tem ſpectes, & unum tria, ſi proprietatum rationem habeas : ut nec Unum Sabellio faveat, nec Tria peſtiferæ diviſioni, quæ hâc tempeſtate viget.

Spiritus ſanctus, Deus conſubſtantialis.

X. Quid ergo? Spiritus ſanctus eſt Deus? Maximè. Conſubſtantialis igitur? Prorsùs, ſiquidem Deus. Da igitur mihi, inquis, ex eodem aliud eſſe Filium, aliud, quod Filius non ſit, & tamen ejuſdem cum illo ſubſtantiæ, ac Deum, & Deum admittam. Da tu quoque mihi Deum alium, Deíque naturam, & tibi eandem Trinitatem cum iiſdem nominibus ac rebus dabo. Cùm verò Deus unus, atque una ſuprema natura ſit, undè tandem ſimilitudinem tibi repræſentabo? An rursùs poſtulas ex terrenis & humanis rebus eam duci? Valdè profectò turpe eſt, nec turpe modò, ſed etiam valdè ſtultum & inane, ex humilibus rebus, ſuperarum cœleſtiúmque ſimulacrum ſumere, rerúmque certarum atque conſtantium ex fluxa fragilíque natura, quodque Iſaias ait, *viventia in mortuis requirere*. Et tamen adnitar, quandò ita vis, hinc quoque nonnullam Orationi noſtræ opem afferre. Atque alia quidem prætermittenda duco, etſi multa de animalium hiſtoria commemorare queam, partim nobis nota, partim paucis cognita, quæ circa animantium ortus ac generationes natura miro artificio edidit. Gigni etenim dicuntur, non modò ex iiſdem eadem, atque ex diverſis diverſa; ſed etiam eadem ex diverſis, ac diverſa ex iiſdem. Quòd ſi etiam cuiquam fidem facit hic ſermo, alius eſt generationis modus, ut idem animal à ſeipſo conſumatur & procreetur. Sunt etiam quæ, velut quâdam naturæ magnificentiâ, à ſeipſis quodammodò deſciſcant, atque ex aliis animalibus in alia tranſeant atque immutentur. Quinetiam idem animal, partim non genitum, partim genitum, & tamen ejuſdem ſubſtantiæ reperire eſt: quod quidem ad præſentis quæſtionis ſimilitudinem propiùs accedit. Unum quiddam ex noſtris ubi commemoravero, quod etiam nemini ignotum eſt, aliò poſteà tranſibit Oratio.

Iſai. VIII. 19.

Similitudo ex Adamo, Eva & Seth deſumpta.

XI. Quid tandem Adamus erat? Dei figmentum. Quid Eva? Figmenti ſegmentum. Quid Seth? Utriuſque ſoboles. Idémne porrò tibi eſſe videntur, figmentum, ſegmentum, & ſoboles? Quidni? Age, ejuſdémne hæc eſſentiæ inter ſe ſunt, an

A ὁ Πατήρ· ὅτε τὸ Πνεῦμα [a] Υἱὸς, ὅτι ἐκ τοῦ a
Θεοῦ, εἷς γὰρ ὁ μονογενὴς, ἀλλ' ὅπερ ὁ Υἱός·
ἓν τὰ τρία τῇ θεότητι, καὶ τὸ ἓν τρία ταῖς
ἰδιότησιν· ἵνα μήτε τὸ ἓν Σαβέλλιον ᾖ,
μήτε τὰ τρία [b] τῆς πονηρᾶς νῦν διαιρέσεως. b

1. Τί οὖν; Θεὸς τὸ Πνεῦμα; πάνυ γε.
τί οὖν, ὁμοούσιον; εἴπερ Θεός. δὸς ἓν μοι,
φησὶν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ, τὸ μὲν Υἱὸν, τὸ δὲ
οὐχ Υἱὸν, εἶτα ὁμοούσια, [c] καὶ δέχομαι Θεὸν, c
καὶ Θεόν. δός μοι καὶ σὺ ἄλλον Θεὸν, καὶ
B φύσιν Θεοῦ, [d] καὶ δώσω σοι τὴν αὐτὴν d
Τριάδα μετὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων τε καὶ
πραγμάτων. εἰ δὲ, εἷς [e] ὁ Θεός τε καὶ μία e
φύσις ἡ ἀνωτάτω, πόθεν σοι ἀστήσω
τὴν ὁμοίωσιν; [f] ἢ ζητεῖς πάλιν ἐκ τῶν κάτω f
καὶ τῶν περὶ σέ; λίαν μὲν αἰσχρὸν, καὶ οὐκ
αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ μάταιον ἐπιεικῶς,
ἐκ τῶν κάτω τοῦ ἄνω τὴν εἰκασίαν λαμβάνειν,
καὶ τῶν ἀκινήτων ἐκ τῆς ῥευστῆς φύσεως,
καὶ, ὅ φησιν Ησαΐας, ἐκζητεῖσθαι [g] τὰ ζῶντα g
C ἐν τοῖς νεκροῖς· ὅμως δὲ πειράσομαι, σὴν
χάριν, κἀντεῦθεν δοῦναί τινα [h] τῷ λόγῳ h
βοήθειαν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα παρήσειν μοι
δοκῶ, πολλὰ ἂν ἔχων ἐκ τῆς περὶ ζώων
ἱστορίας εἰπεῖν, τὰ μὲν ἡμῖν γνώριμα, τὰ
δὲ τοῖς ὀλίγοις· ὅσα περὶ τὰς τῶν ζώων
γενέσεις ἡ φύσις ἐφιλοτεχνήσατο. γεννᾶσθαι
γὰρ λέγεται, οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ
μόνον, οὐδὲ [i] ἐξ ἑτέρων ἕτερα, ἀλλὰ καὶ ἐξ i
ἑτέρων τὰ αὐτὰ, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν ἕτερα.
D [k] εἰ δέ τῳ πιστὸς ὁ λόγος, καὶ ἄλλος ἐστὶ k
τρόπος γεννήσεως, αὐτό τι ὑφ' ἑαυτοῦ
δαπανώμενον καὶ τικτόμενον. ἔστι δὲ ἃ καὶ
ἐξίσταταί πως ἑαυτῶν, ἐξ ἄλλων ζώων
εἰς ἄλλα μεθιζάμενά τε καὶ μεταποιούμενα,
φιλοτιμίᾳ φύσεως. ἤδη δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ,
τὸ μὲν οὐ γέννημα, τὸ δὲ γέννημα,
πλὴν ὁμοούσια· ὃ καὶ τῷ παρόντί πως
μᾶλλον προσέοικεν. ἓν δέ τι τῶν ἡμετέρων
εἰπὼν, ὃ καὶ πᾶσι γνώριμον, ἐφ' ἕτερον
μεταβήσομαι λόγον.

E ια. Ο Αδὰμ τί ποτε ἦν; πλάσμα Θεοῦ.
τί δαὶ ἡ Εὔα; τμῆμα τοῦ πλάσματος. τί
δαὶ ὁ Σήθ; ἀμφοτέρων γέννημα. ἆρ' οὖν [l] ταυ- l
τόν σοι φαίνεται πλάσμα, καὶ τμῆμα, καὶ
γλύμμα; πῶς οὖ; ὁμοούσια δὲ ταῦτα, ἢ τί;

(a) Υἱός. Reg. bm. ὁ Υἱός.
(b) Τῆς πονηρᾶς νῦν. Reg. Cypr. τῆς πονηρᾶς σοῦ νῦν. Alii, detracto νῦν, habent ut in Reg. Cypr.
(c) Καὶ δέχομαι &c. *Ac Deum & Deum admittam.* Id eſt, *tam illum, quàm hunc, Deum admittam.*
(d) Καὶ δώσω &c. *Et dabo tibi eandem Trinitatem, quæ iis ſcilicet nominibus rebuſque reſpondeat.*
(e) Ο Θεός τε καί. Plures Regg. & Colb. Θεὸς καί, abjectis ὁ & τε. Reg. Cypr. ὁ Θεὸς καί.
(f) Η ζητεῖς. Reg. Cypr. εἰ δὲ ζητεῖς. *Quòd ſi rursùs* &c.
(g) Τὰ ζῶντα. Or. I. τὸν ὄντα.
(h) Τῷ λόγῳ. *Orationi*, id eſt, *doctrinæ fidei.*
(i) Ἐξ ἑτέρων ἕτερα. *Ex diverſis diverſa*, ut ex aſino & equa, muli generantur.
(k) Εἰ δέ τῳ &c. Sic plures Codd. In Ed. εἰδέτω. Hîc Gregorius ad *Phœnicem* alludit.
(l) Ταυτόν. Regg. a. bm. & Par. ταῦτα.

a πῶς δή; ὁμολόγηται οὖν ἢ τὰ [a] διαφόρως A ὑποσταντα τῆς αὐτῆς εἶναι οὐσίας ἐνδέχεσθαι. λέγω δὲ ταῦτα, οὐκ ἐπὶ τὴν θεότητα φέρων τὴν πλάσιν, ἢ τὴν τομὴν, ἤ τι τῶν ὅσα σώματος, μή μοι τὶς ἐπιφυέσθω πάλιν τῶν λογομάχων, ἐπὶ δὲ τούτων θεωρῶν, ὡς ἐπὶ σκηνῆς, τὰ νοούμενα. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τῶν εἰκαζομένων οὐδὲν πῇ πᾶσαν ἐξικνεῖσθαι καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν. καὶ τί ταῦτα, φασίν; οὐ γὰρ τοῦ ἑνὸς, τὸ μὲν γέννημα, τὸ δὲ ἄλλό τι. τί οὖν; ἡ Εὔα καὶ ὁ Σὴθ, ἐχὶ B τοῦ αὐτοῦ τῷ Ἀδάμ; τίνος γὰρ ἄλλου; ἢ ἢ ἀμφότεροι γεννήματα; οὐδαμῶς. ἀλλὰ τί; τὸ μὲν τμῆμα, τὸ δὲ γέννημα· καὶ μὴν ἀμφότεροι ταυτὸν ἀλλήλοις· ἄνθρωποι γάρ·
c b οὐδεὶς ἀντερεῖ. [b] παύσῃ οὖν [c] διαμαχόμενος πῇ τὸ Πνεῦμα, ὡς ἢ γέννημα πάντως, ἢ μὴ ὁμοούσιον, μηδὲ Θεὸν, καὶ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων τὸ δυνατὸν λαβὼν τῆς ἡμετέρας
d ὑπολήψεως; ἐγὼ μὲν [d] οἶμαί σοι καλῶς ἔχειν, εἰ μὴ λίαν ἔγνωκας φιλονεικεῖν, καὶ πρὸς C τὰ δῆλα μάχεσθαι.

Nulla imago, rei veritatem assequi potest.

diversæ? Ejusdem. In confesso igitur est, ut, quæ variè existunt, eandem tamen essentiam habeant. Nec verò hæc eò à me dicuntur, quòd fictionem, aut sectionem, aut aliquid aliud ex his, quæ corporis natura fert, in divinitatem conferam, (nec enim mihi rursùs pugnax quispiam argutator insidiosè immineat,) sed ut in his rebus ea, velut in scena, spectem, quæ non nisi intellectu percipiuntur. Neque enim fieri potest, ut imago ulla & similitudo, rei veritatem planè perfectéque assequatur. Sed dicunt, quorsùm hæc? Nec enim unius ejusdémque, alter Filius, alter aliud quidquam. Quid igitur? Eva & Seth, nónne ex eodem Adamo sunt? Ex quo enim alio? Utrùm autem ambo ex eo geniti sunt? Minimè. Quid ergo? Altera segmentum est, alter Filius: atqui ambo inter se idem sunt: homines enim: nemo est qui inficietur. Desinesne igitur adversùs Spiritum dimicare, quasi videlicet aut genitus omninò sit, aut consubstantialis non sit, nec Deus, præsertim cùm ex humana quoque similitudine sententiam nostram haudquaquàm impossibilem esse intellexeris? Equidem tibi jam bellè esse existimo, nisi pervicaciter admodùm contendere, manifestísque rebus obluctari decreveris.

ιϐ. Ἀλλὰ τίς προσεκύνησε τῷ Πνεύματι, φησίν; τίς ἢ τῶν παλαιῶν, ἢ τῶν νέων; e τίς δὲ προσηύξατο; [e] ποῦ δαὶ τὸ χρῆναι προσκυνεῖν, ἢ προσεύχεσθαι γέγραπται; ⁊ πόθεν τοῦτο λαβὼν ἔχεις; τὴν μὲν τελεωτέραν αἰτίαν ἀποδώσομεν ὕστερον, ἡνίκα ἂν περὶ τοῦ ἀγράφου διαλεγώμεθα. νῦν δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν ἐξαρκέσει· τὸ Πνεῦμα ἐστὶν, D ἐν ᾧ προσκυνοῦμεν, καὶ δι' οὗ προσευχόμεθα. Πνεῦμα γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. καὶ πάλιν· τὸ γὰρ τί προσευξόμεθα, καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν,
f ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα [f] ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. καὶ, προσεύξομαι τῷ Πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν νοΐ καὶ Πνεύματι. τὸ οὖν προσκυνεῖν τῷ Πνεύματι, ἢ προσεύχεσθαι, E οὐδὲν ἄλλο εἶναί μοι φαίνεται, ἢ αὐτὸ ἑαυτῷ τὴν εὐχὴν προσάγειν καὶ τὴν προσκύνησιν. ὃ τίς οὐκ ἂν ἐπαινέσειε τῶν ἐνθέων, καὶ τῶν εὐ εἰδότων, ὅτι καὶ ἡ τοῦ ἑνὸς προσκύνησις, τῶν τριῶν ἐστὶ προσκύνησις, διὰ τὸ ἐν τοῖς τρισὶν ὁμότιμον τῆς ἀξίας, καὶ τῆς θεό-

Probatur ex Scripturis, Spiritum sanctum adorandum esse & orandum.

XII. Sed quis, inquies, Spiritum adoravit? Quis, vel veterum, vel recentium? Quis eum oravit? Quo Scripturæ loco eum adorandum aut orandum esse proditum est? Undè hoc hausisti? Nos hujus rei pleniorem causam posteà reddemus, cùm de non scriptis dogmatibus differemus. Nunc verò hoc dicere sufficiet. Spiritus est, in quo adoramus, & per quem oramus. *Spiritus enim*, inquit, *est Deus: atque eos, qui ipsum adorant, in Spiritu & veritate oportet adorare.* Ac rursùs, *Quid enim oremus, quemadmodùm oportet, nescimus. Sed Spiritus ipse interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Et alio loco: *Orabo Spiritu, orabo & mente*, id est, in mente & Spiritu. Ergo *Spiritu adorare*, vel *orare*, mihi nihil aliud esse videtur, quàm ipsum sibiipsi orationem vel adorationem offerre. Eámque sententiam quis est, qui non comprobaturus sit, de magnis ac divinis viris loquor, quíque probè norunt, unius adorationem trium adorationem esse, propter æqualem trium Personarum dignitatem ac divinitatem? Sed ne illud quidem extimescam, quòd *omnia per Filium facta esse* dicuntur, tanquam in rerum universitatem Spiritus quoque sanctus aggregandus sit. *Omnia* enim, *quæcunque facta sunt*, dicit

Joan. IV. 24.

Rom. VIII. 26.

1. Cor. XIV. 15.

Joan. I. 3.

Ibid. I. 3.

(a) Διαφόρως ὑποστάντα. *Quæ diversimodè nata*, vel, *producta extiterunt* &c.
(b) Παύσῃ. Or. I. παῦσαι.
(c) Ἀπομαχόμενος. Sav. ἀντιμαχόμενος.
(d) Οἶμαί σοι. Quinque Regg. οἶμαί σε. *Te benè*, vel *rectè affectum puto.*
(e) Πῇ δαί. In nonnullis, πῇ δή.
(f) Ὑπερεντυγχάνει. Sic textus sacer. In Ed. ὑποεντυγχάνει.

Evangeliſta, non omnia ſimpliciter. Nam ne ipſe quidem Pater, nec omnia ea, quæ facta non ſunt. Proba ergo Spiritum factum ac procreatum eſſe, ac tum Filio eum da, & in creaturarum numero colloca. Quamdiù autem id probare atque oſtendere nequiveris, nihil tibi ad impietatem adjumenti complexio illa allatura eſt. Si enim factus eſt, per Chriſtum utique: ne ipſe quidem inficias ivero. Si autem factus non eſt, quomodò, aut rerum univerſarum numero includetur, aut per Chriſtum factus erit? Proindè deſine, & Patrem, in Filii contumeliam malè honorare, (malus enim honor eſt, Patrem Filio privare, utcunque eum præſtantiorem creaturam eſſe conceſſeris,) & Filium in Spiritûs ſancti ignominiam. Non enim conſervi opifex eſt, ſed cum eo, qui pari dignitate eſt, glorificatur. Nihil Trinitati ex teipſo tribue, ne à Trinitate excidas. Nullo modo unam illam naturam ac peræquè venerandam trunca. Alioqui ſi quid ex tribus everteris, totum everteris, imò à toto excideris. Præſtat exiguum quoddam unionis illius ſimulacrum capere, quàm profligatâ quâdam audaciâ in omnem impietatem prorumpere.

τητος; ἢ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο [a] φοβηθήσομαι τό· ἃ πάντα δι' τοῦ Υἱοῦ γεγονέναι λέγεσθαι· ὡς ἑνὸς τῶν πάντων ὄντος καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. πάντα γὰρ ὅσα γέγονεν, εἴρηται, οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα. οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ, οὐδ' ὅσα μὴ γέγονεν. [b] δεῖξον οὖν ὅτι γέγονε, καὶ τότε τῷ Υἱῷ δὸς, καὶ τοῖς κτίσμασι συναρίθμησον. ἕως δ' ἂν μὴ τοῦτο [c] δεικνύεις, οὐδὲν τῷ φιλοπλουτικῷ βοηθῇ πρὸς ἀσέβειαν. εἰ μὲν γὰρ γέγονε, διὰ Χριστοῦ πάντως· οὐδὲ αὐτὸς [d] ἀρνήσομαι. εἰ δὲ οὐ γέγονε, πῶς ἢ τῶν πάντων ἓν, ἢ δι' Χριστοῦ; παῦσαι οὖν καὶ τὸν Πατέρα κακῶς τιμῶν κατὰ τοῦ μονογενοῦς, κακὴ δὲ τιμὴ κτίσμα διδόντα τὸ τιμιώτερον ὑποσερεῖν Υἱὸν, καὶ τὸν Υἱὸν κατὰ τοῦ Πνεύματος. οὐ γὰρ ὁμοδούλῳ δημιουργὸς, ἀλλ' ὁμοτίμῳ συνδοξαζόμενος. μηδὲν μετὰ σεαυτὸν θῇς τῆς Τριάδος, μὴ τῆς Τριάδος ἐκπέσῃς. μηδενὶ φιλονόφῃς τὴν [e] μίαν φύσιν ἢ ὁμοίως σεβάσμιον. ὡς ὅτι ἂν τῶν τριῶν καθέλῃς, τὸ πᾶν ἔσῃ καθῃρηκώς, μᾶλλον δὲ τὸν παντὸς ἐκπεπλωκώς. βέλτιον μικρὰν τῆς ἑνώσεως φαντασίαν λαβεῖν, ἢ παντελῆ τολμῆσαι δυσσέβειαν.

Præcipua Hæreticorum objectio.

XIII. Venit jam ad præcipuum diſputationis caput Oratio; ac quæſtionem quidem, quæ jampridem oppreſſa eſt & extincta, atque fidei ceſſit, hoc tempore renovari doleo & ingemiſco: adversùs rabulas tamen ſtare neceſſe eſt, ac providere, ne velut deſertâ causâ vincamur, qui Verbum habemus, Spiritûſque patrocinium ſuſcipimus. Si Deus, inquiunt, & Deus, & Deus, quid cauſæ eſſe poteſt, quin tres ſint Dii, aut quin plurium Deorum principatum colamus? Quinam hæc? Hi nempè, qui perfectiores in impietate ſunt, aut etiam qui ſecundas partes tenent, hoc eſt, qui de Filio rectiùs ſentiunt. Sermo enim mihi, partim adversùs ambos communis eſt, partim adversùs hos proprius & peculiaris. Ac cum his quidem ad hunc modum agemus. Quid Trideitis nobis dicitis, qui Filium colitis, etſi à Spiritu deſciviſtis? Vos autem non Bideitæ? Nam ſi Unigeniti quoque cultum & adorationem abjuratis, haud dubiè ab adverſariorum partibus ſtatis: ac proindè quid eſt, quamobrem leniùs humaniúſque vobiſcum agamus, tanquam non omninò mortuis & extinctis? Si autem colitis, at-

ιγ. Ἥκει δὲ ἡμῖν ὁ λόγος ἐπ' αὐτὸ τὸ κεφάλαιον· καί σίγνω μὲν, ὅτι πάλαι τεθνηκὸς ζήτημα, καὶ τῇ πίστει παραχωρῆσαν, νῦν ἀναπαινίζεται· σιγῆναι δὲ ὅμως ἀναγκαῖον πρὸς τοὺς λογολέσχας, καὶ μὴ ἐρήμην ἁλῶναι, Λόγον ἔχοντας, ᾧ συννηρούντας Πνεύματι. εἰ Θεός, [f] φασι, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς, πῶς οὐχὶ τρεῖς Θεοί; ἢ πῶς οὐ πολυαρχία τὸ δοξαζόμενον; ταῦτα τίνες; [g] οἱ τελεώτεροι τὴν ἀσέβειαν, ἢ καὶ [h] οἱ τῆς δευτέρας μερίδος, λέγω δὲ τοὺς περὶ τὸν Υἱὸν πως εὐγνώμονας. ὁ μὲν γὰρ κοινός μοι πρὸς ἀμφοτέρους λόγος, ὁ δὲ πρὸς τούτους, ἴδιος. ὁ μὲν οὖν πρὸς τούτους, τοιοῦτος· τί φατε τοῖς [i] Τριθείταις ἡμῖν, οἱ τὸν Υἱὸν σέβοντες, εἰ καὶ τοῦ Πνεύματος ἀφεστήκατε; ὑμεῖς δὲ οὐ [k] Διθείται; εἰ μὲν γὰρ ἀρνεῖσθε καὶ τὸ μονογενοῦς τὴν προσκύνησιν, σαφῶς τέταχθε μετὰ τῶν ἐναντίων· καὶ τί φιλανθρωπευόμεθα πρὸς ὑμᾶς, ὡς οὐ πάντῃ νενεκρωμένους;

(a) Φοβηθήσομαι. Sic duo Regg. Or. 1. Baſ. Comb. &c. In Ed. φοβήσομαι.
(b) Δεῖξον. Quatuor Regg. quatuor Colb. Or. 1. &c. δείξας. *Cùm demonſtraveris.*
(c) Δεικνύεις. Tres Regg. & Or. 1. δεικνύης.
(d) Ἀρνήσομαι. Reg. bm. & alii duo, ἀρνήσομαι.
(e) Μίαν. Sic quatuor Regg. totidem Colb. Or. 1. Par. &c. In Ed. θείαν, *divinam.*
(f) Φασι. Duo Regg. quinque Colb. &c. φησι.
(g) Οἱ τελεώτεροι &c. *Perfectiores in impietate.* Deſignat hîc Gregorius Arianos & Eunomianos, qui in Filium & in Spiritum ſanctum impii erant.
(h) Οἱ τῆς δευτέρας &c. *Secundas partes tenebant* Semiariani & Macedoniani, qui tantùm in Spiritum ſanctum blaſphemi erant.
(i) Τριθείταις. *Trideitis*, id eſt, *trium Deorum cultoribus.*
(k) Διθείται. *Duorum Deorum cultores.*

Gregorii reſponſio.

νενεκρωμένους ; εἰ δὲ σέβεσθε, καὶ μέχρι τούτου [a] διάκεισθε ζωτηρίως, ὑμᾶς ἐρωτήσομεν· τίς ὁ λόγος τῆς Διθεΐας ὑμῖν, ἂν τοῦτο ἐγκαλῆσθε ; εἰ ἔστι λόγος συνέσεως, ἀποκρίθητε, δότε καὶ ἡμῖν ὁδὸν ἀποκρίσεως. οἷς γὰρ ἂν ὑμεῖς τὴν Διθεΐαν ἀποκρούσησθε λόγοις, οὗτοι καὶ ἡμῖν κατὰ τῆς Τριθεΐας ἐρκέσουσιν. καὶ οὕτω νικῶμεν, ὑμῖν τοῖς κατηγόροις, συνηγόροις χρώμενοι· οὗ τί γενναιότερον ;

a

A que hactenùs saltem salubriter affecti estis, ex vobis quæremus : quâ ratione à Bideitatis crimine vosmet vindicare queatis, si quis eam vobis objiciat ? Si est vobis sermo prudentiæ, respondete, nobísque etiam respondendi ansam præbete. Illæ enim rationes, quibus Bideitatis crimen propulsabitis, eædem quoque nobis ad Trideitatis crimen propellendum sufficient. Atque ita causam obtinebimus, vos, qui accusatores estis, patronos habituri. Quo quid fortius & generosius ?

ι δ. Ὁ δὲ κοινὸς ἡμῖν πρὸς ἀμφοτέρους τίς ἀγών τε καὶ [b] λόγος ; ἡμῖν εἷς Θεὸς, ὅτι μία θεότης· καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει, κἂν τρία πιστεύηται. [c] οὐ γὰρ, τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον Θεός· οὐδὲ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον· οὐδὲ βουλήσει τέμνεται, οὐδὲ δυνάμει μερίζεται, οὐδέ τι τῶν ὅσα τοῖς [d] μεριστοῖς ὑπάρχει, κἀνταῦθα λαβεῖν ἐστίν· ἀλλὰ [e] ἀμέριστος ἐν μεμερισμένοις, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἡ θεότης· καὶ οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων, μία τοῦ φωτὸς σύγκρασις. ὅταν μὲν οὖν πρὸς τὴν θεότητα βλέψωμεν, καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν, καὶ τὴν μοναρχίαν, ἓν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον· ὅταν δὲ πρὸς τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, καὶ τὰ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀχρόνως ἐκεῖθεν ὄντα, καὶ ὁμοδόξως, τρία τὰ προσκυνούμενα.

b

c

d

e

XIV. At verò quodnam nobis est cum utrísque certamen, & quænam Oratio ? Nobis Deus unus est, quoniam una Deitas ; atque ad unum, ea quæ ex eo sunt, referuntur, etiamsi tres Personas credamus. Neque enim hoc magis, illud minùs est Deus ; nec hoc prius, illud posterius. Nec voluntate scinduntur, nec potentiâ dividuntur, nec denique quidquam eorum, quæ dividuis rebus contingunt, hîc quoque reperitur. Sed individua in dividuis, ut uno verbo dicam, est divinitas, ac velut in tribus Solibus inter se cohærentibus una lucis commixtio & temperatio. Cùm ergo ad divinitatem, primámque illam causam, uniúsque principatum & imperium respexerimus, unum est quod mentis nostræ oculis obversatur. Cùm rursùs ad ea, in quibus est divinitas, & quæ ex prima illa causa, citra ullam temporis intercapedinem, ac pari gloriâ sunt, tria sunt quæ adorantur.

Responsio ad Arianos & Macedonianos.

Deus, in tribus Personis unus est.

ι ε. Τί δαὶ, οὐχὶ καὶ παρ' Ελλησι, φαῖεν ἄν, μία θεότης, ὡς οἱ τὰ τελεώτερα παρ' ἐκείνοις φιλοσοφοῦντες, καὶ παρ' ἡμῖν ἀνθρωπότης μία, τὸ γένος ἅπαν ; ἀλλ' ὅμως Θεοὶ πολλοὶ, καὶ οὐχ εἷς, ὡς δὴ καὶ ἄνθρωποι ; ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἡ κοινότης τὸ ἓν ἔχει μόνον [f] ἐπινοίᾳ θεωρητόν· τὰ δὲ καθ' ἕκαστον πλεῖστον ἀλλήλων, καὶ τῷ χρόνῳ, καὶ τοῖς πάθεσι, καὶ τῇ δυνάμει μεμερισμένα. ἡμεῖς τε γὰρ οὐ σύνθετοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀντίθετοι, καὶ ἀλλήλοις, καὶ ἡμῖν

e

XV. Quid autem, dixerint fortasse, nonne apud Ethnicos quoque Deitas una est, ut docent qui pleniùs apud illos perfectiúsque philosophantur, atque apud nos genus universum, humanitas una ? Et tamen plures sunt Dii, & non unus, sicut etiam multi homines ? At illic communitas unitatem habet, quæ cogitatione solâ considerari possit : singularia autem, & tempore, & affectionibus, atque adeò potentiâ & facultate plurimùm inter se divisa sunt. Nam nos, non solùm compositi sumus, sed etiam, tum inter nos mutuò, tum nobis etiam ipsis oppositi ; ut qui ne

Apud sapientiores Ethnicos, Deitas una fuit.

(a) Διάκεισθε σωτερίως. Bill. *Incolumi salute estis.*

(b) Λόγος. Coisl. 1. addit, ἰσοῖ.

(c) Οὐ γὰρ τὸ μὲν μᾶλλον &c. S. Leo Serm. 8. in Nativ. Christi ait : *Gradus in vera divinitate esse non possunt. Quidquid Deo minus est, Deus non est.*

(d) Μεριστοῖς. *Dividuis.* Sic tres Regg. quinque Colb. Or. 1. Par. Comb. In Ed. μεριστοῖς, *partitoribus.*

(e) Ἀμέριστος. Vide Damascen. de Orthodoxa fide. Cap. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. *De sancta Trinitate.*

(f) Ἐπινοίᾳ θεωρητόν. *Aliud est*, inquit Billius ex Elia, *re quidpiam considerari, aliud ratione & cogitatione. Atque in omnibus quidem rebus creatis, Personarum divisio re consideratur. Nam re Petrus à Paulo separatus consideratur. Communitas autem, & conjunctio, & unitas considerantur ratione duntaxat & cogitatione. Nam mente intelligimus Petrum & Paulum ejusdem esse naturæ. Uterque enim animal est rationale, mortale &c. Personæ autem in se invicem non sunt, sed quælibet earum peculiaris est, hoc est, separatim existit, & habet plurima, quæ eam ab alia distinguant. Nam & loco distant, & differunt tempore, voluntate, potestate, temperamento &c. Eò fit ut duo vel tres homines dicantur & multi, (sicut fit etiam in Græcorum Diis,) quòd divisi sint, tempore, loco, judicii sententiâ, potestate &c. At in Trinitate contrario modo res se habet. Nam in ea, quod est commune, re consideratur, propter coæternitatem & identitatem essentiæ, propter etiam efficacitatis, voluntatis & sententiæ conspirationem, & potentiæ identitatem. Quod verò in eadem discrimen habet, id cogitatione intelligitur. Nam Deum unum agnoscimus, atque in solis proprietatibus Paternitatis, Filiationis & Processionis discrimen intelligimus. Nec enim distantiam localem in Deitate statuere possumus. Personæ enim sunt in se invicem ; non quòd confundantur, sed quòd cohæreant, juxta illud* Joan. x. 38. Ego in Patre, & Pater in me est. *Non item statuere possumus in Trinitate, vel voluntatis, vel sententiæ, vel efficacitatis aut potentiæ diversitatem, vel cujusquam aliûs rei, quæcumque realem ac totalem in nobis divisionem gignunt. Itaque nec tres Deos dicimus, sed unum, sacro-sanctam Trinitatem.*

unius quidem diei ſpatio, nedum toto vitæ curriculo, planè iidem maneamus, verùm, & corporibus, & animis, perpetuò diffluamus & immutemur. Atque haud ſcio, num idem quoque in Angelis locum habeat, ac in omni illa cœleſti natura, & Trinitati proximâ; tametſi alioqui ſimplici quâdam naturâ præditi ſint, atque ob vicinitatem eam, quam ad ſummum bonum habent, in bonum firmiùs defixi.

Ethnicorum Dii fœdis affectionibus obnoxii.

XVI. Jam Deos illos, quos Ethnici colunt, ac Dæmones, ut ipſimet vocant, nihil à nobis accuſari neceſſe eſt, cùm à ſuismet Theologis convincantur, quàm fœdis affectibus obnoxii, quàm turbulenti ſint, quot malis ſcateant, quot mutationes ſubeant, atque non mutuò ſolùm inter ſe, ſed etiam primis illis cauſis adverſentur, quos Oceanos, & Tethidas, & Phanetas, & neſcio quo alio nomine appellant; ac poſtremò Deum quendam ob principatûs amorem liberis ſuis infeſtum, atque alios omnes præ inexplebili cupiditate devorantem, ut & hominum omnium Pater ſit, & Deorum, quos miſerè comederit, & evomuerit. Quòd ſi hæc ipſi, ut ſermonis turpitudinem fugiant, fabuloſa, atque allegorico ſenſu interpretanda eſſe contenderint, quid tandem ad illud dicent, *trifariàm omnia diviſa eſſe*, aliúmque alii cuipiam orbis parti præeſſe, atque, & materiis, & dignitatibus diſtinctos eſſe? At noſtræ doctrinæ non eadem eſt ratio; *nec pars hæc Jacob*, ut inquit meus Theologus. Sed horum quodlibet unitatem habet, non minùs ejus, cum quo conjungitur, quàm ſui ipſius reſpectu, propter eſſentiæ & potentiæ identitatem. Atque hæc unionis hujus ratio eſt, quantùm quidem ipſi percipimus. Ac ſi quidem firma eſt hæc ratio, Deo ob hujuſmodi ſpeculationem gratias ago: ſin minùs, firmiorem aliam conquiremus.

Homer. Iliad. XIV. *verſ.* 189.

Jer. X. 16.

Objectio.

XVII. Tua porrò argumenta, quibus noſtram illam unionem evertere conaris, ſtatuere nequeo, ludentíſne potiùs, an ſeriò agentis eſſe dicamus. Quodnam enim eſt hoc argumentum? Ea, quæ ejuſdem eſſentiæ ſunt, connumerantur, inquis, (connumerationem videlicet appellans in nu-

αὐτοῖς, οὐδὲ ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ καθαρῶς μένοντες, μὴ ὅτι τὸν ἅπαντα βίον, ἀλλὰ καὶ σώμασι, καὶ ψυχαῖς ἀεὶ ῥέοντές τε καὶ μεταπίπτοντες. οὐκ οἶδα δὲ, εἰ μὴ [a] καὶ Ἄγγελοι, καὶ πᾶσα φύσις ἡ ἄνω, [b] καὶ μετὰ τὴν Τριάδα, κἂν ἁπλοῖ τινες ὦσι, κἀ πρὸς τὸ καλὸν παγιώτεροι, τῇ πρὸς τὸ ἄκρον καλὸν ἐγγύτητι.

ις. Οἵ τε παρ' Ἑλλήνων σεβόμενοι Θεοί τε κἀ Δαίμονες, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, οὐδὲν ἡμῶν δέονται κατηγόρων, ἀλλὰ τοῖς σφῶν αὐτῶν ἁλίσκονται [c] Θεολόγοις, ὡς μὲν ἐμπαθεῖς, ὡς δὲ στασιώδεις, ὅσων δὲ κακῶς γέμοντες, καὶ μεταβολῶν, καὶ οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς πρώτας αἰτίας ἀντιθέτως ἔχοντες, [d] οὓς δὴ καὶ [e] Ὠκεανοὺς, καὶ Τηθύας, καὶ Φάνητας, καὶ οὐκ οἶδα οὕς τινας ὀνομάζουσι· καὶ τελευταῖόν [f] τινα Θεὸν μισότεκνον δι' φιλαρχίαν, πάντας καταπίνοντα τοὺς ἄλλους ἐξ ἀπληστίας, ἵνα γένηται πάντων ἀνδρῶν τε Θεῶν τε Πατὴρ, δυστυχῶς ἐσθιομένων καὶ ἐμουμένων. εἰ δὲ ταῦτα μῦθοι, καὶ ὑπόνοιαί τινες, ὡς αὐτοί φασι, τὸ αἰσχρὸν τοῦ λόγου διαδιδράσκοντες, τί φήσουσι πρὸς τὸ, τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται; κἀ τὸ, ἄλλον ἄλλῳ τινὶ τῶν ὄντων ἐπιστατεῖν, διηρημένους καὶ ταῖς [g] ὕλαις, καὶ τοῖς ἀξιώμασι; τὸ δὲ ἡμέτερον, οὐ τοιοῦτον· οὐδὲ αὕτη [h] μερὶς πρὸ Ἰακώβ, φησὶν ὁ ἐμὸς Θεολόγος· ἀλλὰ τὸ ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἔχει πρὸς τὸ συγκείμενον, οὐχ ἧττον, ἢ πρὸς ἑαυτὸ, τῷ ταυτῷ τῆς οὐσίας κἀ τῆς δυνάμεως. καὶ οὗτος ὁ τῆς ἑνώσεως λόγος, ὅσον [i] ἐφ' οἷς ἡμεῖς κατειλήφαμεν. εἰ μὲν οὖν ἰσχυρὸς οὗτος ὁ λόγος, τῷ Θεῷ χάρις τῆς θεωρίας· εἰ δὲ μὴ, ζητῶμεν τὸν ἰσχυρότερον.

ιζ. Τοὺς δὲ σοὺς λόγους, οὐκ οἶδα πότερον, παίζοντος εἶναι [k] φήσομεν, ἢ σπουδάζοντος, οἷς ἀναιρεῖς ἡμῶν τὴν ἕνωσιν. τίς γὰρ δὴ καὶ ὁ λόγος; τὰ ὁμοούσια [l] συναριθμεῖται, φής· συναρίθμησιν λέγων τὴν εἰς ἀριθμὸν ἕνα συναίρεσιν· οὐ συναριθμεῖται

(a) Καὶ Ἀγγελοι. *Angeli*, inquit Billius, *ratione arbitrii, naturâ ſuâ mutari poſſunt. Verùm per gratiam id ſunt aſſecuti, ut jam ne mutari quidem poſſint.*

(b) Καί. Deeſt in tribus Regg. & quinque Colb.

(c) Θεολόγοις. *Græcorum Theologi*, inquit Elias, *ſunt Hermes, Orpheus, Homerus, Plato & Ariſtoteles. Maximi tamen inter eos numerantur Plato & Ariſtoteles.*

(d) Οὓς δή. Sic Reg. bm. Baſ. aliique plures. In Ed. deeſt δή.

(e) Ὠκεανὸς .... Τηθύας .... Φάνητας. Per *Oceanos, Thethidas & Phanetas*, intelligit Gregorius Deos, qui, juxta Poëtas, *mari, terræ vitalique facultati* præſidere finguntur.

(f) Τινα Θεόν &c. Hic deſignatur Saturnus. Dicitur *filios devorans*; quòd ſaxum faſciis involutum pro Jove devoraſſe fingitur.

(g) Ὕλαις. *Materiis*, id eſt, *Elementis.*

(h) Μερὶς τῷ Ἰακώβ. *Pars hæc Jacob.* Verba ſunt Jeremiæ x. 16. quem Gregorius ſuum appellat Theologum, eumque Græcorum Theologis opponit. *Pars Jacob*, juxta Eliam, deſignat *doctrinam eorum, qui rectè & orthodoxè ſentiunt.*

(i) Ἐφ' οἷς. Baſ. ἐν οἷς.

(k) Φήσομεν. Coisl. 1. φήσαιμεν.

(l) Συναριθμεῖται. Hoc argumentum cæteraque omnia, Sanctus Baſilius, in libro de Spiritu ſancto, pleniſſimè refellit.

δὲ τὰ μὴ ὁμοούσια· ὥστε ὑμεῖς μὲν οὐ φεύξεσθε τὸ λέγειν τρεῖς Θεοὺς κατὰ τὸν λόγον τοῦτον· ἡμῖν δὲ οὐδὲ εἷς κίνδυνος· οὐ γὰρ ὁμοούσια λέγομεν. σὺ μὲν οὖν ἀπήλλαξας σεαυτὸν πραγμάτων μιᾷ φωνῇ, καὶ τὴν κακὴν νίκην νενίκηκας· ὅμοιόν τι ποιήσας τοῖς δι' θανάτου φόβον ἀπαγχομένοις. ἵνα γὰρ μὴ κάμῃς τῇ μοναρχίᾳ συνιστάμενος, ἠρνήσω θεότητα, καὶ προδέδωκας τοῖς ἐχθροῖς τὸ ζητούμενον. ἐγὼ δὲ κἂν τι δέῃ καμεῖν, οὐ προήσομαι τὸ προσκυνούμενον. ἐνταῦθα δὲ, οὐδὲ ὁρῶ τίς ὁ πόνος.

merum unum contractionem,) quæ autem disparem substantiam habent, minimè connumerantur. Undè vos quidem ex eo elabi non potestis, quin juxta hanc rationem, tres Deos asseratis. Nobis autem nullum tale periculum imminet. Non enim ea consubstantialia esse profitemur. Respondeo: Unicâ voce teipsum negotio ac molestiâ liberasti, malamque victoriam adeptus es: idémque tibi accidit, quòd iis, qui mortis metu, sibiipsis laqueo vitam adimunt. Etenim, ne in defendendo unius principatu desudes, Deitatem negasti, hostibúsque id, quod quærebant, prodidisti. Ego verò, etiam si quid laboris subeundum sit, non tamen prodam id quod adoratur. Quanquam ne hîc quidem video, quis labor suscipiendus sit. Responsio.

ιη. Συναριθμεῖται, φῄς, τὰ ὁμοούσια· τὰ δὲ [a] οὐχ οὕτως ἔχοντα, μοναδικὴν ἔχει τὴν δήλωσιν. πόθεν σοι τοῦτο, καὶ παρὰ τίνων δογματιστῶν, [b] καὶ μυθολόγων; ἢ ἀγνοεῖς, ὅτι πᾶς ἀριθμὸς, τῆς ποσότητος τῶν ὑποκειμένων ἐστὶ δηλωτικὸς, οὐ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων; ἐγὼ δὲ οὕτως ἀφελαίως ἔχω, μᾶλλον δὲ ἀμαθῶς, ὥστε τρία μὲν ὀνομάζω τὰ τοσαῦτα τῷ ἀριθμῷ, κἂν διέσῃηκε τὴν φύσιν· ἓν δὲ, κἂν ἕν, καὶ ἕν, ἄλλως τὰς τοσαύτας μονάδας, κἂν τῇ οὐσίᾳ συνάπτωνται, οὐ πρὸς τὰ πράγματα μᾶλλον ἀφορῶν, ἢ τὸ ποσὸν τῶν πραγμάτων, καθ' ὧν [c] ἡ ἀρίθμησις. ἐπεὶ δὲ λίαν περιέχῃ τῷ γράμματος, καί τοί γε πολεμῶν τῷ [d] γράμματι, ἐκεῖθέν μοι λάβε τὰς ἀποδείξεις. τρία ἐν ταῖς παροιμίαις ἐστὶν, ἃ εὐόδως πορεύεται, λέων, καὶ τράγος, καὶ ἀλεκτρυών· καὶ βασιλεὺς [e] δημηγορῶν ἐν ἔθνει, τὸ τέταρτον· ἵνα μὴ λέγω τὰς ἄλλας ἐκεῖ τετράδας ἀριθμουμένας, τῇ δὲ φύσει διῃρημένας. καὶ δύο τῷ Μωσεῖ [f] Χερουβὶμ εὑρίσκω μοναδικῶς ἀριθμούμενα. πῶς οὖν, ἢ ἐκεῖνα τρία, κατὰ τὴν σὴν τεχνολογίαν, τοσοῦτον ἀλλήλων ἀπερρηγμένα ταῖς φύσεσιν· ἢ ταῦτα μοναδικὰ, τοσοῦτον ἀλλήλοις ὁμοφυῆ καὶ συγκείμενα; εἰ γὰρ λέγοιμι Θεὸν καὶ μαμωνᾶν δύο κυρίους εἰς ἓν ἀριθμουμένους, τοσούτῳ μακρὰν ὄντας ἀλλήλων, τάχα ἂν καὶ μᾶλλον γελασθείην τῆς συναριθμήσεως.

XVIII. Connumerantur, inquis, ea, quæ eandem substantiam habent: quæ autem substantiâ inter se differunt, singularem indicationem habent. Undè hoc, & à quibus doctoribus aut fabulatoribus accepisti? Illudne te fugit, numerum omnem hanc vim habere, ut subjectorum quantitatem, non item rerum naturam, explicet? Ego verò ita simplex, vel imperitus potiùs sum, ut tria quidem ea nominem, quæ totidem numero sunt, etiamsi substantiâ differant: unum autem, & unum, & unum, totidem unitates, etiamsi substantiâ conjungantur, non magis videlicet res ipsas intuens, quàm rerum quantitatem, juxta quam enumeratio ipsa sit. Quoniam autem mordicus litteram retines, etsi alioqui litteræ bellum inferens, illinc mihi probationes hasce accipe. *Tria* in Proverbiis *sunt, quæ rectè incedunt, leo, hircus, & gallus:* & quarto loco, *Rex apud populares suos concionem habens;* ut reliquas illas naturâ distinctas quaternitates, quæ illic recensentur, silentio præteream. *Duos* etiam *Cherubim* apud Moysem invenio, qui separatim numerantur. Quomodò ergo, vel illa tria sunt, sicut ars tua præscribit, cùm naturâ atque substantiâ adeò inter se discrepent: aut hæc singularia, quæ naturâ inter se adeò æqualia sunt, & copulata? Nam si dominos illos duos *Deum & Mammonam* commemorare velim, qui numero uno efferuntur, cùm usqueadeò inter se disjuncti sint, magis quoque fortassè me ob hanc connumerationem ridendum propinarem. Numerus; non rerum naturam, sed subjectorum quantitatem explicat. Scripturis Arianos urget. *Prov.* xxx. 29. *& seq.* *Exod.* xxxvii. 7. *& seq.* *Matth.* vi. 24.

ιθ. Ἀλλ' ἐμοί, φησιν, ἐκεῖνα συναριθμούμενα λέγεται, κὴ τῆς αὐτῆς οὐσίας, οἷς

XIX. At, inquis, ea connumerari dicuntur, ejusdémque essentiæ esse, quibus nomina ipsa respondent, cùm efferuntur: Hæreticorum argumenta in ipsos

(a) Οὐχ. Duo Regg. μή.
(b) Καί. Reg. a. ἤ.
(c) Ἡ ἀρίθμησις. Coisl. 1. Par. & Comb. ἢ ἀπαρίθμησις.
(d) Γράμματι. Coisl. 1. πράγματι.
(e) Δημηγορῶν ἐν ἔθνει. Sic plerique Codd. & Bas. Mendosè in Par. Ed. δημιουργῶν ἔθνει.
(f) Χερουβίμ. Reg. bm. Χερουβείμ.

Hæreticos retorquet.

ut homines tres, & Dii tres, non autem tria hæc, aut illa. Quæ enim eſt hæc relata reſponſio? Nimirùm hoc jam hominis eſt legem nominibus præſcribentis, non verum dicere inſtituentis. Alioqui mihi quoque pari eâdem ratione Petrus, & Paulus, & Joannes non tres erunt, nec conſubſtantiales, quandiù non tres Petri, aut tres Pauli, aut totidem Joannes non dicentur. Quod enim tu in generalibus nominibus retinuiſti, hoc nos quoque juxta commentum tuum in ſpecialibus poſtulamus. Injuſtè enim feceris, niſi, quod accepiſti, dederis. Quid Joannes? Cùm in Catholicis epiſtolis ſuis *tres eſſe* ait, *qui teſtimonium dant, Spiritum, aquam, & ſanguinem*, videtúrne tibi delirare? Primùm, quia res ſubſtantiâ diverſas connumerare auſus eſt, quod tu conſubſtantialibus tantùm tribuis. Quis enim hæc unius ejuſdémque ſubſtantiæ eſſe dixerit? Alterum, quia modo minimè congruenti voces ſequentes ſubjunxerit; ſed cùm tres maſculino genere propoſuiſſet, tria neutro genere ſubjunxit, contrà quàm tuæ, atque ipſius etiam Grammaticæ leges ferant. Verùm quid intereſt, aut cùm tres maſculino genere præpoſueris, unum, & unum, & unum ſubjicere: aut cùm unum, & unum, & unum dixeris, non tres, ſed tria appellare? Id quod tu in Deitate admittere gravaris. Jam, quid tibi Cancer, qui & animal eſt, & organum, & ſidus? Quid Canis, qui terreſtris eſt, & marinus, & cœleſtis? Nonne tres cancri, aut canes tibi dici videntur? Ita profectò. An ergo proindè quoque conſubſtantiales ſunt? Quis ſanus hoc dixerit? Videſne quomodò tibi hoc connumerationis argumentum, tot tantíſque rationibus confutatum, corruerit? Nam cùm nec conſubſtantialia ſemper connumerentur, & quæ diſparis eſſentiæ ſunt, interdùm connumerentur, & tamen in utriſque nomina ſimul efferri perſpiciamus, ex tuis dogmatibus quid tibi acceſſit?

1. Joan. v. 8.

Eſſentia rerum non pendet ex numerorum ordine.

Ridiculum eſt res eaſdem, & ejuſdem, & diverſæ eſſentiæ eſſe.

XX. Quin illud etiam expendo, nec fortaſsè temerè atque abſurdè. Unum & unum, nonne compoſita duo conſtituunt? Duo rursùs, nonne in unum & unum reſolvuntur? Ita ſanè. Si ergo conſubſtantialia quidem ſunt, quæ componuntur, ut ipſe argutaris, diverſæ autem ſubſtantiæ ſunt, quæ ſecantur, quid ex eo conſequetur? Nimirùm res eaſdem, & ejuſdem, & diverſæ eſſentiæ eſſe. Nec verò facere poſ-

A συνεκφωνεῖται καταλλήλως, καὶ τὰ ὀνόματα· οἷον, ἄνθρωποι τρεῖς, καὶ Θεοὶ τρεῖς, οὐχὶ [a] τρία τὰ δὲ, καὶ τὰ δέ. τίς γὰρ ἡ [b] ἀντί- a b
δοσις; τοῦτο νομοθετοῦντός ἐστι τοῖς ὀνόμασιν, οὐκ ἀληθεύοντος. ἐπεὶ κἀμοὶ Πέτρος, καὶ Παῦλος, καὶ Ἰωάννης, οὐ τρεῖς, οὐδὲ ὁμοούσιοι, ἕως ἂν μὴ τρεῖς Πέτροι, &
B τρεῖς Παῦλοι, καὶ Ἰωάνναι τοσοῦτοι [c] λέγον- c
ται. ὃ γὰρ σὺ τετήρηκας ἐπὶ τῶν γενικωτέρων ὀνομάτων, τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἀπαιτήσομεν ἐπὶ τῶν [d] εἰδικωτέρων κατὰ τὴν σὴν d
ἀνάπλασιν. ἢ ἀδικήσεις, μὴ δίδους ὅπερ εἴληφας. τί δαὶ ὁ Ἰωάννης; τρεῖς εἶναι τοὺς μαρτυροῦντας λέγων ἐν ταῖς καθολικαῖς,
τὸ Πνεῦμα, [e] τὸ ὕδωρ, τὸ αἷμα, ἆρά σοι e
ληρεῖν φαίνεται; πρῶτον μὲν, ὅτι τὰ μὴ ὁμοούσια συναριθμῆσαι τετόλμηκεν, ὃ τοῖς ὁμοουσίοις σὺ δίδως. τίς γὰρ ἂν εἴποι ταῦτα
C μιᾶς οὐσίας; δεύτερον δὲ, ὅτι μὴ καταλλήλως ἔχων ἀπήντησεν, ἀλλὰ τὸ τρεῖς ἀρρενικῶς προσθεὶς, τὰ τρία οὐδετέρως ἐπήνεγκε, πρὸς τοὺς σὲς, καὶ [f] τῆς σῆς γραμ- f
ματικῆς ὅρους καὶ νόμους. καί τοι τί διαφέρει, ἢ τρεῖς προσθέντα, ἓν, καὶ ἓν, καὶ ἓν ἐπενεγκεῖν, ἢ ἕνα, καὶ ἕνα, καὶ ἕνα λέγοντα, μὴ
τρεῖς, ἀλλὰ τρία προσαγορεύειν; ὅπερ αὐτὸς ἀπαξιοῖς ἐπὶ τῆς θεότητος. τί δαί σοι ὁ καρκίνος, τό τε ζῶον, τό τε ὄργανον, ὅ τε
ἀστὴρ; τί δαὶ ὁ κύων, ὅ τε χερσαῖος, καὶ ὁ ἔνυδρος, καὶ ὁ οὐράνιος; οὐ τρεῖς λέγεσθαί σοι
D δοκοῦσι καρκῖνοι καὶ κύνες; πάντως γε. ἆρα οὖν πρὸς τοῦτο καὶ ὁμοούσιοι; τίς φήσει τῶν νοῦν ἐχόντων; ὁρᾷς ὅπως σοι διαπέπωκεν ὁ πρὸ τῆς συναριθμήσεως λόγος, τοσούτοις
ἐληλεγμένος; εἰ γὰρ μήτε τὰ ὁμοούσια πάντως συναριθμεῖται, καὶ συναριθμεῖται τὰ μὴ ὁμοούσια, [g] ἥ τε τῶν ὀνομάτων συνεκφώνησις ἐπ' g
ἀμφοῖν, τί σοι πλέον ὧν ἐδογμάτισας;

κ. Σκοπῶ δὲ κἀκεῖνο, καὶ ἴσως οὐκ ἔξω λόγου. τὸ ἓν, καὶ τὸ ἓν, ἆρ' εἰς δύο συντίθεται;
E τὰ δύο δὲ, ἆρ' εἰς ἓν, καὶ ἓν ἀναλύεται; [h] δῆ- h
λον ὅτι. εἰ οὖν ὁμοούσια μὲν τὰ συντιθέμενα κατὰ τὸν σὸν λόγον, [i] ἑτερούσια δὲ τὰ ἰ
τεμνόμενα, τί συμβαίνει; τὰ αὐτὰ ὁμοούσιά τε εἶναι καὶ ἑτερούσια. γελῶ σου καὶ τὰς προσαριθμήσεις, καὶ τὰς ὑπαριθμήσεις, [k] αἷς k

(a) Τρία τὰ δὲ, καὶ τὰ δέ. Sic quatuor Regg. quinque Colb. Or. 1. &c. Deeſt καὶ τὰ δέ in Ed.
(b) Ἀντίδοσις. Billius in interpretatione, *redditio*; in notis, *congruentia*.
(c) Λέγονται. Duo Regg. & Or. 1. λέγωνται.
(d) Εἰδικωτέρων. Reg. a. & Comb. ἰδικωτέρων.
(e) Τὸ ὕδωρ, τὸ αἷμα. In nonnullis, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα.
(f) Τῆς σῆς. Sic Coisl. 1. *Contra tuas, & tuæ ipſius grammaticæ definitiones & leges.* Deeſt σῆς in Ed.
(g) Ἥ τε τῶν ὀνομάτων &c. *Et in utriſque vocabula ſimiliter enunciantur.*
(h) Δῆλον ὅτι. Sic plures Regg. & Colb. In Ed. conjunctim δηλονότι.
(i) Ἑτερούσια. Reg. bm. & Hervag. ἰτερούσια.
(k) Αἷς Comb. ἐν αἷς.

σὺ

σὺ μέγα φρονεῖς, ὥσπερ ἐν τῇ τάξει τῶν ὀνομάτων, κειμένων τῶν πραγμάτων. εἰ γὰρ τοῦτο, τί κωλύει κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ καὶ προαριθμεῖται, καὶ ὑπαριθμεῖται πῶς τῇ [a] θείᾳ γραφῇ, διὰ τὴν ἰσοτιμίαν τῆς φύσεως, αὐτὰ ἑαυτῶν εἶναι τιμιώτερά τε καὶ ἀτιμότερα; ὁ δὲ αὐτός μοι, καὶ περὶ τῆς Θεὸς φωνῆς καὶ Κύριος, λόγος· ἔτι δὲ τῶν προθέσεων, τῆς ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ, αἷς σὺ καταπεχνολογεῖς ἡμῖν τὸ θεῖον, τὴν μὲν τῷ Πατρὶ διδοὺς, τὴν δὲ τῷ Υἱῷ, τὴν δὲ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. τί γὰρ ἂν ἐποίησας, παγίως ἑκάστου τούτων ἑκάστῳ νενεμημένου· ὁπότε πάντων πᾶσι συντεταγμένων, ὡς δῆλον τοῖς φιλοπόνοις, τοσαύτην σὺ διὰ τούτων εἰσάγεις καὶ τῆς ἀξίας, καὶ τῆς φύσεως ἀνισότητα; ἀπόχρη [b] καὶ ταῦτα τοῖς μὴ λίαν ἀγνώμοσιν. [b] ἐπειδὴ δέ σε τῶν χαλεπῶν ἐστὶν, ἅπαξ ἐπιπηδήσαντα τῷ Πνεύματι, τῆς φορᾶς σχεθῆναι, ἀλλὰ μὴ, καθάπερ τῶν συῶν τοὺς θρασυτέρους, εἰς τέλος φιλονεικεῖν, καὶ πρὸς τὸ ξίφος ὠθίζεσθαι, μέχρις ἂν πᾶσαν εἴσω τὴν πληγὴν ὑπολάβῃς· φέρε, σκεψώμεθα τὶς ἔτι σοι λείπεται λόγος.

sum, quin tuas prænumerationes ac subnumerationes rideam, quibus tu perindè gloriaris, ac si res ipsæ in vocabulorum ordine sitæ sint. Nam si ita est, quid impedit, quominùs eâdem ratione, quoniam eadem, propter æqualem naturæ præstantiam, in sacra Scriptura nunc priori, nunc posteriori loco numerentur, sint quoque ipsa seipsis, tum excellentiora, tum abjectiora? Quod idem dicendum etiam habeo de his vocibus, *Deus* & *Dominus*; atque insuper de his præpositionibus, *Ex quo*, *Per quem*, & *In quo*, quibus tu divinum illud nomen ad artis præscriptum exigis, primam scilicet Patri, alteram Filio, tertiam Spiritui sancto assignans. Quid enim fecisses, si quælibet ex his præpositionibus unicuique Personæ constanter tribueretur; cùm, tametsi omnes cum omnibus promiscuè construantur, ut studiosis & accuratis lectoribus perspicuum est, tantam ipse per eas, & dignitatis, & naturæ diversitatem inducas? Sufficiunt hæc quidem hominibus non nimis iniquis ac præposteris. Sed quia tibi difficile est, cùm semel in Spiritum sanctum insilieris, impetum comprimere, ac non potiùs, ferociorum aprorum instar, ad extremum usque pertinaciter contendere, téque in gladium ipsum impellere, quoad totum vulnus pectore exceperis: age, quæ tibi ratio supersit, videamus. Rom. XI. 36.

κα. Πάλιν καὶ πολλάκις [c] ἀνακυκλεῖς ἡμῖν τὸ ἄγραφον. ὅτι μὲν οὖν οὐ ξένον τοῦτο, οὐδὲ παρείσακτον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πάλαι, καὶ τοῖς νῦν γνωριζόμενον, καὶ παραγυμνούμενον, δέδεικται μὲν ἤδη πολλοῖς τῶν περὶ τούτου διειλεγμένων, ὅσοι μὴ ῥαθύμως, [d] μηδὲ παρέργως ταῖς θείαις γραφαῖς [d] ἐντυχόντες, ἀλλὰ διασχόντες τὸ γράμμα, καὶ ἴσως παρακύψαντες, τὸ ἀπόθετον κάλλος ἰδεῖν ἠξιώθησαν, καὶ τῷ φωτισμῷ τῆς [e] γνώσεως κατηυγάσθησαν· [e] δηλώσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς ἐξ ἐπιδρομῆς, ὅσον ἐνδέχεται, τοῦ μὴ δοκεῖν εἶναι περιττοί τινες, μηδὲ [f] φιλοτιμότεροι τῶν δέοντος, [f] ἐποικοδομοῦντες ἐπὶ θεμέλιον ἀλλότριον. εἰ δὲ τὸ μὴ λίαν ζαφῶς γεγράφθαι Θεὸν, μηδὲ πολλάκις ὀνομαστὶ, ὥσπερ τὸν Πατέρα πρότερον, καὶ τὸν Υἱὸν ὕστερον, αἴτιόν σοι γίνεται βλασφημίας, καὶ τῆς περιττῆς ταύτης γλωσσαλγίας καὶ ἀσεβείας, ἡμεῖς σοὶ λύσομεν ταύτην τὴν βλάβην, μικρὰ πρὸ πραγμάτων καὶ ὀνομάτων, καὶ μάλιστα πρὸς τῇ τῆς γραφῆς συνηθείᾳ φιλοσοφήσαντες.

Spiritûs sancti divinitas Scripturarum ac Theologorum testimonio comprobata.

XXI. Identidem sæpiúsque nobis inculcas, Spiritûs sancti divinitatem nullo Scripturæ loco proditam haberi. Enimverò quòd nec novus ac peregrinus, nec introductitius ipse sit, verùm & à prisci, & hujus ætatis hominibus agnitus, ac patefactus, quanquam à compluribus jam ostensum est, qui de hac re differuerunt, atque in divinis Scripturis, nec ignavè, nec perfunctoriè versati sunt, sed litteram penetrantes, atque intrò prospicientes, reconditam pulchritudinem divino beneficio viderunt, scientiæque luce collustrati sunt: tamen nos quoque cursim, quantùm res patitur, ostendemus; ne alioqui supervacaneam quandam operam sumere, ac plus æquo ambitioni indulgere videamur, super fundamentum alienum ædificantes. Quòd si, quia non admodùm dilucidè in Scriptura, nec sæpè nominatim Deus appelletur, quemadmodùm Pater priùs, & posteà Filius, blasphemiæ, ac supervacaneæ hujus loquacitatis & impietatis ansam præbet; nos tibi hoc incommodum depellemus, posteaquàm de rebus & nominibus, ac potissimùm de Scripturæ more atque usu nonnihil dixerimus.

(a) Θείᾳ. Deest in quibusdam.
(b) Επειδὴ δέ. Duo Regg. & Comb. ἐπεὶ δέ.
(c) Ανακυκλεῖς. Reg. b. ἀνακύκλοις.
(d) Εντυχόντες. Colb. 3. & Comb. ἐντυχάνοντες.
(e) Δηλώσομεν. Reg. b. & Comb. δηλώσομεν.
(f) Επιποκοδομοῦντες. Reg. b. Colb. 5. οἰκοδομοῦντες.

Primum rerum genus, quæ non ſunt, & dicuntur.

XXII. Rerum ergo aliæ non ſunt, ſed dicuntur: aliæ cùm ſint, minimè dicuntur: aliæ nec ſunt, nec dicuntur: aliæ denique & ſunt & dicuntur. Horum probationes à me expoſcis? Impiger exhibebo. *Dormit* in Scriptura Deus, & *vigilat*, & *iraſcitur*, & *proficiſcitur*, & pro throno *Cherubinos* habet. Quid audio? Fuítne unquam ille affectionibus obnoxius? Quandò Deum eſſe corpus audiſti? Ergo hoc, cùm non ſit, effictum eſt. Ex noſtris enim rebus ea, quæ Dei ſunt, ut potuimus, nominavimus. Cùm ſeorſim quidem à nobis quieſcit, ac velut noſtrî curam, ob eas, quas ipſe perſpectas habet, cauſas, abjicit, *dormire* dicitur. Nam nos quoque, dum dormimus, omni agendi facultate caremus. Idem, cùm repentinâ mutatione beneficiis nos afficit, *vigilare* dicitur. Somni enim depulſio eſt vigilia, quemadmodùm averſationis viſitatio. Jam cùm in aliquem animadvertit, *iraſci* eum finximus. Sic enim nos irâ ad puniendum incitamur. Quòd autem nunc hîc, nunc illic operatur, *incedere* dicitur. Ab alio enim ad aliud tranſitus, profectio eſt. Quòd verò in ſanctis illis & cœleſtibus mentibus conquieſcat, ac velut libenter immoretur, *ſedere* atque in throno eſſe nuncupavimus; quod ipſum quoque noſtrum eſt. Deus enim nulla in re perindè ut in Sanctis, acquieſcit. Jam levitatem ejus motûſque celeritatem, volatum appellat Scriptura; viſitationem, vultum, largitionem etiam & acceptionem, manum; atque, ut in ſumma dicam, alia quædam Dei vis & facultas, aliud quidpiam rerum corporearum nobis depinxit.

Secundum rerum genus, quæ, cùm ſint, minimè dicuntur.

XXIII. Rursùm undenam tu arces illas tuas, *Ingenitum* aut *Anarchum*, (hoc eſt principii expers,) accepiſti, aut nos etiam *Immortalis* vocem? Hæc nominatim & expreſsè oſtende, ea vel rejiciemus, quia in Scriptura non exſtant, vel expungemus. Atque ita tuiſmet ipſe principiis oppreſſus interibis, everſis nimirùm tibi vocabulis illis, perfugiique mœnibus, in quibus confidebas. Nonne perſpicuum eſt, hæc de iis ſumpta eſſe, ex quibus colliguntur, tametſi minimè dicantur? Quibus tandem? *Ego ſum primus, & ego poſt hæc.* Et, *Ante me non eſt alius Deus, & poſt me non erit.* Totum enim illud *eſt*, meum eſt; nec principium habens, nec

Iſai. XLI. 4.
Ib. XLIII. 10.

κϛ. Τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν οὐκ ἔστι, λέγεται δέ· τὰ δὲ ὄντα, οὐ λέγεται· τὰ δὲ οὔτε ἔστιν, οὔτε λέγεται· τὰ δὲ ἄμφω, καὶ ἔστι, καὶ λέγεται. τούτων ἀπαιτεῖς με τὰς ἀποδείξεις; παρασχεῖν ἕτοιμος. ὑπνοῖ τῇ γραφῇ Θεὸς, καὶ γρηγορεῖ, καὶ ὀργίζεται, καὶ βαδίζει, καὶ θρόνον ἔχει τὰ Χερουβίμ· καί τοι, πότε γέγονεν ἐμπαθής; πότε δὲ σῶμα Θεὸν ἀκήκοας; τοῦτο οὐκ ὂν ἀνεπλάσθη. ὠνομάσαμεν γὰρ, ὡς ἡμῖν ἐφικτὸν, ἐκ τῶν ἡμετέρων τὰ τοῦ Θεοῦ. τὸ μὲν ἠρεμεῖν αὐτὸν ἀφ' ἡμῶν, καὶ οἷον ἀμελεῖν, δι' ἃς αὐτὸς οἶδεν αἰτίας, ὑπνεῖν. [a]τὸ γὰρ ἡμέτερον ὑπνοῦν τοιοῦτον, ἀνενέργητόν τε καὶ ἄπρακτον. τὸ δὲ ἀθρόως εὖ ποιεῖν ἐκ μεταβολῆς, γρηγορεῖν. ὕπνου γὰρ λύσις, ἐγρήγορσις, ὥσπερ ἀποστροφῆς, ἐπίσκεψις. τὸ δὲ κολάζειν, ὀργίζεσθαι πεποιήκαμεν· οὕτω γὰρ ἡμῖν ἐξ ὀργῆς ἡ κόλασις. [b]τὸ δὲ νῦν μὲν τῇδε, νῦν δὲ τῇδε ἐνεργεῖν, βαδίζειν. ἡ γὰρ ἀπ' ἄλλου πρὸς ἄλλο μετάβασις, βαδισμός. τὸ δὲ [c]ἀναπαύεσθαι ταῖς ἁγίαις δυνάμεσι, καὶ οἷον ἐμφιλοχωρεῖν, καθέζεσθαι καὶ θρονίζεσθαι, καὶ τοῦτο ἡμέτερον. οὐδενὶ γὰρ οὕτως, ὡς τοῖς ἁγίοις τὸ θεῖον [d]ἐναναπαύεται. τὸ δὲ ὀξυκίνητον, ὥλῆσιν· τὴν δὲ ἐπισκοπὴν, πρόσωπον· τὸ δὲ δοῦναι δὲ καὶ [e]προσίεσθαι, χεῖρα· καὶ ἄλλη τις ὅλως τῶν τοῦ Θεοῦ δυνάμεων ἢ ἐνεργειῶν, ἀλλό τι τῶν ζωματικῶν ἡμῖν ἀνεζωγράφησεν.

κγ. Πάλιν σὺ πόθεν τὸ ἀγέννητον λαβὼν ἔχεις, [f]ἢ τὸ ἄναρχον, τὰς σὰς ἀπροπόλεις, ἢ καὶ ἡμεῖς, τὸ ἀθάνατον; δεῖξον ταῦτα ὀνομαστὶ, [g]ἢ ἀθετήσομεν, ἐπειδὴ οὐ γέγραπται, ἢ διαγράψομεν. καὶ τέθνηκας ἐκ τῶν σῶν ὑποθέσεων, καθαιρεθέντων σοι τῶν ὀνομάτων, καὶ τοῦ τείχους τῆς καταφυγῆς [h]ἐφ' ᾧ ἐπεποίθεις. ἢ δῆλον, ὅτι ἐκ τῶν ταῦτα συναγόντων, κἂν μὴ ταῦτα λέγηται; τίνων τούτων; ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα. καὶ, πρὸ ἐμοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλος Θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔσται. ὅλον γὰρ τὸ ἔστιν, ἐμόν· οὔτε ἠργμένον,

(a) Τὸ γὰρ ἡμέτερον &c. *Talis eſt enim ſomnus noſter, iners ac operationis expers.*

(b) Τὸ δὲ νῦν μὲν &c. *Quòd autem nunc hîc, nunc illic operatur* &c. Non benè Billius, *nunc hoc modo, nunc alio.* Nec enim de *modo* agitur; ſed de *inceſſu. Inceſſus* verò *eſt ab uno ad aliud tranſitus.*

(c) Ἀναπαύεσθαι. Reg. bm. & Or. 1. ἀναπαύεται.

(d) Ἐναναπαύεται. Or. 1. ἐπαναπαύεται.

(e) Προσίεσθαι. Comb. & Sav. προΐεσθαι. *Erogare, tribuere, largiri*, & quaſi *projicere*; vox ritè adjuncta voci δοῦναι, ejuſque vim augens, quod Gregorio familiarè eſt. Sic *manus* Dei, id eſt, *munificentia, largitionem* rectè repræſentat.

(f) Ἢ τό. Sic plerique Codd. & Baſ. Deeſt ἤ in Ed.

(g) Ἢ ἀθετήσομεν, ἐπειδὴ οὐ γέγραπται. Sic in Ed. Par. 1609. & ſic legendum putamus, licèt plures Editi, cum Elia, verbis illis præponant particulam, καί. Totum hoc membrum ex Elia refert Billius, & addit: *Quæ lectio mihi non admodùm probatur. Etenim nullo modo quadrat copulativa, καί, cum his quæ præcedunt, & περιτλολογίαν quandam redolent hæ duæ disjunctivæ.* Billii conjecturæ favet Reg. bm. optimæ notæ, in quo deſunt hæc verba: καὶ ἢ ἀθετήσομεν, ἐπειδὴ οὐ γέγραπται.

(h) Ἐφ' ᾧ Reg. bm. ἐφ' ὅ.

οὔτε παυσόμενον. ταῦτα λαβὼν, τὸ μὲν, μὴ εἶναί τι πρὸ αὐτοῦ, μηδὲ προσβυτέραν αἰτίαν ἔχειν, ἄναρχον προσηγόρευσας, καὶ ἀγέννητον· τὸ δὲ, μὴ στήσεσθαι τοῦ εἶναι, ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. αἱ μὲν δὴ πρῶται συζυγίαι, τοιαῦται, καὶ οὕτως ἔχουσαι. τίνα δὲ οὔτε ἐστὶν, οὔτε λέγεται; πονηρὸν τὸν θεῖον, ἢ σφαῖρα τετράγωνος, τὸ παρελθὸν
a ἐνέστηκεν, οὐ σύνθετον ὁ [a]ἄνθρωπος. τίνα γὰρ εἰς τοσοῦτον ἐμπληξίας ποτὲ ἀφικόμενον ἔγνως, ὥστέ τι τοιοῦτον, ἢ ἐννοῆσαι τολ- B μῆσαι, ἢ ἀποφήνασθαι; λείπεται δεῖξαι τίνα καὶ ἔστι, ἃ λέγεται· Θεὸς, ἄνθρωπος,
b Ἄγγελος, κρίσις, [b]ματαιότης, οἱ τοιοῦτοι συλλογισμοὶ, καὶ τῆς πίστεως ἀνατροπὴ, καὶ τοῦ μυστηρίου κένωσις.

κδ. Τοσαύτης οὖν οὔσης διαφορᾶς ἐν τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς πράγμασι, πῶς οὕτω συλλίαν δουλεύεις τῷ γράμματι, καὶ γίνῃ μετὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς Σοφίας, καὶ συλλαβαῖς ἀπολουθεῖς, ἀφεὶς τὰ πράγματα; εἰ δὲ σοῦ C τὰ δὶς πέντε λέγοντος, ἢ τὰ δὶς ἑπτὰ, τὰ δέκα συνῆγον, ἢ τέσσαρες καὶ δέκα ἐκ τῶν
c λεγομένων· ἢ ἐκ τοῦ, [c]ζῶον λογικὸν, θνητὸν, τὸν ἄνθρωπον, ἆρα ἄν σοι ληρεῖν ἐνομίσθην; καὶ πῶς, τὰ σὰ λέγων; οὐ γὰρ τοῦ λέγοντος μᾶλλον οἱ λόγοι, ἢ τοῦ λέγειν συναναγκά- ζοντος. ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα οὐκ ἂν τὰ λε- γόμενα μᾶλλον ἐσκόπουν, ἢ τὰ νοούμενα·
d οὕτως [d]οὐδὲ, εἴ τι ἄλλο τῶν μὴ λεγομένων,
e ἢ μὴ Σαφῶς ἐκ τῆς γραφῆς [e]νοούμενον D
f εὕρισκον, [f]ἔφυγον ἂν τὴν ἐκφώνησιν, φοβού- μενος σὲ τὸν συκοφάντην τῶν ὀνομάτων. οὕτω μὲν οὖν στησόμεθα πρὸς τοὺς ἐξ ἡμισείας εὐγνώμονας. σοὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἔξεστι λέγειν. ὁ γὰρ τὰς τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας, οὕτως ἐναργεῖς οὔσας καὶ τοσαύτας ἀρνού- μενος, οὐδ' ἂν ταύτας ἠδέσθης δηλονότι, καὶ εἰ πολλῷ Σαφεστέρας καὶ πλείους ἐγί- νωσκες. ἤδη δὲ καὶ τὴν αἰτίαν δηλώσω τῆς πάσης ἐπικρύψεως, καί περ Σοφοῖς ὄσιν E ὑμῖν, βραχύ τι τὸν λόγον ἀναγαγών.

κε. Δύο γεγόνασι μεταθέσεις βίων ἐπι- φανεῖς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος, αἳ καὶ δύο διαθῆκαι καλοῦνται, καὶ σεισμοὶ γῆς,

finem habiturum. His à Scriptura acceptis, illud quidem, quòd ante eum nihil ſit, nec antiquiorem ullam ipſe cauſam habeat, Anarchum & Ingenitum appellaſti: quòd autem nunquam eſſe deſiturus ſit, Immortale, atque interitûs expers. Ac duo prima rerum genera ad hunc modum ſe habent. Quænam autem, nec ſunt, nec dicuntur? Improbus Deus, quadrata ſphæra, præteritum tempus præſens eſt, homo compoſitus non eſt. Ecquem enim unquam eò ſtuporis progreſſum cognoviſti, ut aliquid tale, vel cogitare, vel pronunciare auſus ſit? Reliquum eſt ut oſtendam, quæ ſint ea, quæ & ſunt, & dicuntur. Deus, homo, Angelus, judicium, vanitas, quâ hujuſmodi argumenta conficiuntur, fideíque ſubverſio, & myſterii evacuatio.

Tertium rerum genus, quæ nec ſunt, nec dicuntur.

Quartum rerum genus, quæ & ſunt, & dicuntur.

XXIV. Cùm ergo in nominibus & rebus tantum diſcrimen reperiatur, quid cauſæ eſt, cur litteræ tantoperè ſervias, Judaicæque ſapientiæ teipſum adjungas, relictíſque rebus ſyllabas conſecteris? Quòd ſi te bis quinque, aut bis ſeptem dicente, decem aut quatuordecim ex verbis tuis colligerem; aut ex eo, quòd animal ratione præditum & mortale diceres, hominem eſſe concluderem, an tibi nugari viderer? Et quo pacto id fieri poſſet, cùm tua dicam? Neque enim verba magis ſunt ejus qui loquitur, quàm illius qui loquendi neceſſitatem affert. Quemadmodùm igitur hîc, non ea magis quæ dicuntur, quàm quæ intelliguntur, reſpicerem; eodem modo nec, ſi quid aliud eorum, quæ vel nullo modo, vel certè non ſatis apertè dicuntur, ex Scriptura tamen intelligi colligíque reperirem, adeò te vocabulorum ſycophantam pertimeſcerem, ut ab enunciatione ipſa refugerem. Atque ad hunc modum adverſus eos ſtabimus, qui dimidia ex parte rectè ſentiunt. Tibi enim, qui Filio quoque bellum indicis, ne hoc quidem dicere liceat. Nam qui tot tamque perſpicuas ipſius appellationes abnegas, ne his quidem proculdubiò movereris, etiam ſi multò plures apertioréſque cognoſceres. Sed jam altiùs aliquantò ſermonem repetens, vobis, tametſi ſapientibus & eruditis, omnis ænigmatici ſermonis cauſam explicabo.

Relictis rebus, ſyllabæ non ſunt conſectandæ.

XXV. Duæ ex omni ævo illuſtres vitarum mutationes extiterunt, quæ etiam duo Teſtamenta, atque, ob rei celebritatem, *terræ motus* appellantur: altera à ſi-

Vetus ac novum teſtamentum ſunt veluti duo terræ motus,

(a) Ἄνθρωπος. Deeſt in Or. 1.
(b) Ματαιότης. Reg. Cypr. ἀνταπόδοσις, *retributio.* Vult Gregorius *vanitatem* verè eſſe & dici, eas ratiocinationes, quibus Hæretici Spiritûs ſancti divinitatem impugnabant.
(c) Ζῶον. Sic Coisl. 1. & 2. Par. &c. In Ed. ζῶν.
(d) Οὐδὲ εἴ τι. Or. 1. οὐδ' εἰ μή τι.
(e) Νοούμενον. Sic quatuor Colb. Sic etiam Bill. & Leuvenk. In Ed. νοημένων.
(f) Ἔφυγον ἂν τὴν ἐκφώνησιν &c. *Non defugerem id ipſum efferre, te vocabulorum ſycophantam pertimeſcens.* Id eſt, non abſtinerem Spiritum ſanctum Deum apertè prædicare, etiamſi alioqui non ita fortaſsè dilucidè in Scripturis Spiritus ſanctus dicatur Deus, ut Pater & Filius; quandoquidem id pluribus Scripturæ locis colligi poſſit.

quibus & tertius additur.

mulacrorum cultu ad Legem, altera à Lege ad Evangelium. Ac tertium etiam *terræ motum* Scriptura nobis annunciat, nempè migrationem ab hac vita ad alteram illam motûs omnis & jactationis expertem. Idem porrò duobus Teſtamentis accidit. Quid illud? Non ſubitò, nec ad primam aggreſſionis impulſionem commutata ſunt. Quamobrem? (Id enim ſcire operæ prætium eſt.) Ut ne vi pertraheremur, ſed perſuaſione adduceremur. Quod enim voluntarium non eſt, ne diuturnum quidem eſt; quemadmodùm nec fluenta, aut ſtirpes, quæ per vim retinentur. Quod autem voluntarium eſt, tum diuturnius eſt, tum certius. Atque alterum ejus eſt, qui vim intulit: alterum noſtrum. Alterum divinæ benignitatis: alterum tyrannicæ poteſtatis. Quocirca Deus minimè faciendum ſibi duxit, ut invitos beneficiis afficeret, ſed ut de volentibus benè mereretur. Ac proindè prædagogi cujuſdam & medici more patrios ritus, partim ſubſtrahit, partim conceſſit, nonnihil videlicet eorum voluptati indulgens, quemadmodùm medici ægrotantibus, ut medicamentum, ſuaviоribus rebus arte temperatum & edulcatum, admittant. Neque enim facile eſt ab iis, quæ longo uſu & diuturno tempore in honore ac pretio fuerunt, ad alia tranſilire. Ergo prima Lex ſublatis idolis ſacrificia permiſit. Secunda ſubmotis ſacrificiis, circumciſionem minimè prohibuit. Ac poſteà, ut ſemel ſubtrahi ſibi aliquid æquo animo tulerunt homines, rebus etiam ſibi conceſſis, hoc eſt, illi ſacrificiis, hi circumciſione, abſtinuerunt, atque, ut ex Ethnicis Judæi, ita ex Judæis Chriſtiani facti ſunt, per mutationes quaſi furtim ad Evangelium perducti. Hujus rei tibi fidem faciat Paulus, qui ex eo quòd *circumcidebat*, ac *purificabatur*, eò tandem progreſſus eſt, ut diceret: *Ego autem, Fratres, ſi circumciſionem prædico, quid adhuc perſecutionem patior?* Illud diſpenſationis erat; hoc perfectionis.

Heb. XII. 26.

Act. XVI. 3.
Ibid. XXI. 26.
Gal. V. 11.

Deus, non invitis, ſed volentibus benefacit.

Patèr, Filius & Spiritus ſanctus per gradus prædicati.

XXVI. Huic exemplo divinitatis doctrina comparari poteſt, niſi quod contrario modo res procedit. Illic enim ex ſubtractione mutatio fiebat: hîc autem ex acceſſione atque incremento ad perfectionem ventum eſt. Sic enim ſe res habet: Vetus Teſtamentum Patrem apertè prædicabat, Filium obſcuriùs. Novum autem nobis Filium perſpicuè oſtendit, & Spiritûs divinitatem ſubobſcurè quodammodò indicavit. Nunc verò Spiritus ipſe nobiſcum ver-

A διὰ τὸ τοῦ [a] πράγματος περιϐόητον· ἡ μὲν a
ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐπὶ τὸν νόμον, ἡ δὲ ἀπὸ
τοῦ νόμου πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον. καὶ [b] τρίτον b
σεισμὸν εὐαγγελιζόμεθα, τὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ
τὰ ἐκεῖσε μετάστασιν, τὰ μηκέτι κινούμενα,
[c] μηδὲ ϛαλευόμενα. ταυτὸν δὲ αἱ δύο διά- c
θῆκαι πεπόνθασιν. τί τοῦτο; οὐκ ἀθρόως
μετεκινήθησαν, οὐδὲ ὁμοῦ τῇ πρώτῃ κινήσει
τῆς ἐγχειρήσεως. τίνος [d] ἕνεκα; εἰδέναι γὰρ d
ἀναγκαῖον· ἵνα μὴ βιασθῶμεν, ἀλλὰ πειϲ-
B θῶμεν. τὸ μὲν γὰρ ἀκούσιον, οὐδὲ μόνιμον·
ὥσπερ ἃ βίᾳ κατέχεται τῶν ῥευμάτων, ἢ
τῶν φυτῶν. τὸ δὲ ἑκούσιον, μονιμώτερόν τε
καὶ ἀσφαλέστερον. καὶ τὸ μὲν τοῦ βιασα-
μένου, τὸ δὲ ἡμέτερον· ᾗ τὸ μὲν ἐπιεικείας
Θεοῦ, τὸ δὲ τυραννικῆς ἐξουσίας. οὐκοῦν
ᾤετο δεῖν ἄκοντας εὖ ποιεῖν, ἀλλ' ἑκόντας
εὐεργετεῖν. διὰ τοῦτο παιδαγωγικῶς τε καὶ
ἰατρικῶς, τὸ μὲν ὑφαιρεῖ τῶν πατρίων,
τὸ δὲ συγχωρεῖ, μικρόν τι τῶν πρὸς ἡδονὴν
C ἐνδιδούς· ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τοῖς ἀῤῥωστοῦσιν,
ἵνα ἡ φαρμακεία παραδεχθῇ διὰ τῆς τέχνης
φαρματομένη τοῖς χρηστοτέροις. οὐ γὰρ
ῥᾴστη τῶν ἐν ἔθει καὶ [e] τῷ μακρῷ χρόνῳ e
τετιμημένων ἡ μετάθεσις. λέγω δὲ τί; ἡ
πρώτη τὰ εἴδωλα περικόψασα, τὰς θυσίας
συνεχώρησεν· ἡ δευτέρα τὰς θυσίας περιε-
λοῦσα, τὴν περιτομὴν οὐκ ἐκώλυσεν· εἶτα
ὡς ἅπαξ ἐδέξαντο τὴν ὑφαίρεσιν, καὶ τὸ
συγχωρηθὲν συνεχώρησαν· οἱ μὲν τὰς θυσίας,
D οἱ δὲ τὴν περιτομήν· καὶ γεγόνασιν, ἀντὶ μὲν
ἐθνῶν, Ἰουδαῖοι· ἀντὶ δὲ τούτων, Χριστιανοὶ,
ταῖς κατὰ μέρος μεταθέσεσι κλαπέντες ἐπὶ
τὸ Εὐαγγέλιον. πειθέτω σὲ τοῦτο Παῦλος,
ἐκ τοῦ [f] περιτέμνειν καὶ ἁγνίζεσθαι προσελ- f
θὼν ἐπὶ τὸ λέγειν· ἐγὼ δὲ, ἀδελφοὶ, εἰ
περιτομὴν κηρύσσω, τί ἔτι διώκομαι; ἐκεῖνο
τῆς οἰκονομίας, τοῦτο τῆς τελειότητος.

κς. Τούτῳ τὸ τῆς θεολογίας εἰκάζειν
ἔχω, πλὴν ὅσον ἐκ τῶν ἐναντίων. ἐκεῖ μὲν
E γὰρ ἐκ τῶν ὑφαιρέσεων ἡ μετάθεσις·
ἐνταῦθα δὲ διὰ τῶν προσθηκῶν ἡ τελείωσις.
ἔχει γὰρ οὕτως· ἐκήρυσσε φανερῶς ἡ παλαιὰ
τὸν Πατέρα, τὸν Υἱὸν ἀμυδρότερον. ἐφανέ-
ρωσεν ἡ καινὴ τὸν Υἱὸν, ὑπέδειξε τοῦ
Πνεύματος τὴν θεότητα. ἐμπολιτεύεται νῦν
τὸ Πνεῦμα, ϛαφεσϛέραν ἡμῖν παρέχον τὴν

(a) Πράγματος. Sic tres Regg. quatuor Colb. duo Coisl. &c. In Ed. γράμματος.

(b) Τρίτον σεισμόν. Primus terræ motus fuit in monte Sina, cùm Lex Moyſi data eſt: *Exod.* XIX. 18. & *ſeqq.* Secundus, cùm, Chriſto moriente, Lex gratiæ ceſſit: *Matth.* XXVII. 51. Tertius denique & poſtremus in fine mundi futurus eſt, de quo Apoſt. *Hebr.* XII. 26.

(c) Μηδὲ. Duo Regg. μήτε.

(d) Ενεκα. Tres Regg. quatuor Colb. & Or. 1. ἕνεκεν.

(e) Τῷ. Deeſt in tribus Regg. & Or. 1.

(f) Περιτέμνειν. Comb. περιτεμεῖν.

ἑαυτοῦ

ἑαυτοῦ δήλωσιν. οὐ γὰρ ἦν ἀσφαλὲς, μήπω τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ὁμολογηθείσης, τὸν Υἱὸν ἐκδήλως κηρύττεσθαι· μηδὲ τῆς τοῦ Υἱοῦ παραδεχθείσης, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵν' εἴπω τι καὶ τολμηρότερον, ἐπιφορτίζεσθαι· μὴ καθάπερ τροφῇ, τῇ [a] ὑπὲρ δύναμιν, [a] βαρηθέντες, καὶ ἡλιακῷ [b] φωτὶ ζαθροτέραν ἔτι [b] προσβαλόντες τὴν ὄψιν, καὶ εἰς τὸ κατὰ δύναμιν κινδυνεύσωσιν· ταῖς δὲ κατὰ μέρος προσθήκαις, καὶ, ὡς εἶπε Δαβὶδ, ἀναβάσεσι, καὶ ἐν δόξης εἰς δόξαν προόδοις καὶ προκοπαῖς, τὸ τῆς [c] Τριάδος φῶς [c] ἐκλάμψῃ τοῖς λαμπροτέροις. διὰ ταύτην, οἶμαι, τὴν αἰτίαν, καὶ τοῖς μαθηταῖς κατὰ μέρος ἐπιδημεῖ, τῇ τῶν δεχομένων δυνάμει παραμετρούμενον, ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, μετὰ τὸ πάθος; μετὰ τὴν ἄνοδον, τὰς δυνάμεις ἐπιτελοῦν, ἐμφυσώμενον, ἐν γλώσσαις πυρίναις φαινόμενον. καὶ [d] ὑπὸ Ἰησοῦ κατ' ὀλίγον [e] ἐκφαίνεται, ὡς [f] ἐπιστήσεις καὶ αὐτὸς ἐντυγχάνων ἐπιμελέστερον· ἐρωτήσω, φησὶ, τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον πέμψει ὑμῖν, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας· ἵνα μὴ ἀντίθεος εἶναι δόξῃ τις, καὶ ὡς ἀπὸ ἄλλης τινὸς ἐξουσίας ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. εἶτα, πέμψει μὲν, ἐν δὲ τῷ ὀνόματί μου. τὸ ἐρωτήσω παρείς, τὸ πέμψει τετήρηκεν· εἶτα, πέμψω, τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα· εἶτα, ἥξει, ἡ τοῦ Πνεύματος ἐξουσία.

fatur, seséque nobis apertiùs declarat. Neque enim tutum erat, Patris divinitate nondùm confessâ, Filium apertè prædicari: nec, Filii divinitate nondùm admissâ, Spiritum sanctum, velut graviorem quandam, si ita loqui fas est, sarcinam nobis ingeri: ne alioqui, velut cibis ultra vires gravati, ac Solis radiis hebetes oculos adjicientes, iis quoque, quibus præditi eramus, viribus periclitaremur: quin tacitis potiùs accessionibus, &, ut David loquitur, *ascensionibus*, atque è claritate in claritatem progressionibus & incrementis, Trinitatis lumen splendidioribus illuceret. Ob hanc causam, ut opinor, ad discipulos quoque sigillatim se confert, ad excipientium videlicet captum modulúmque sese impertiens; nimirùm in Evangelii principio *virtutes* perficiens, post Christi passionem *insufflatus*, post ascensum in *igneis linguis* apparens. Quinetiam ab ipso Jesu paulatim declaratur, ut ipse quoque comperies, si animum diligentiùs adverteris. *Rogabo* enim *Patrem*, inquit, & *alium Paracletum mittet vobis, Spiritum veritatis*. Quæ quidem verba eò dixit, ne adversarius quispiam Dei esse, aut quasi de alia quadam potestate sermonem facere videretur. Posteà, *mittet* quidem, cæterùm *in nomine meo*. Hîc, omissâ voce, *rogabo*,, vocem, *mittet*, retinuit. Mox, *mittam*: ut propriam auctoritatem ostendat. Tum denique, *veniet*: quo verbo Spiritûs potestas indicatur.

Pſ. LXXXIII. 6.

Luc. IX. 1. *Joan.* XX. 22. *Act.* II. 3. *Joan.* XIV. 16. *Ibid.* XIV. 26. *Ibid.* XVI. 7. *Ibid.* XVI. 8.

κζ. Ὁρᾷς φωτισμοὺς κατὰ μέρος ἡμῖν ἐλλάμποντας, καὶ τάξιν Θεολογίας, ἣν καὶ ἡμᾶς τηρεῖν ἄμεινον, μήτε ἀθρόως ἐκφαίνοντας, μήτε εἰς τέλος κρύπτοντας. [g] τὸ μὲν γὰρ ἄτεχνον, τὸ δὲ ἄθεον· καὶ τὸ μὲν τοὺς ἀλλοτρίους πλῆξαι δυνάμενον, τὸ δὲ [h] ἀλλοτριῶσαι τοὺς ἡμετέρους. [h] ὃ δὲ ἴσως μὲν ἦλθεν ἤδη τισὶν ἐπὶ νοῦν καὶ τῶν ἄλλων, [i] ἐγὼ δὲ [i] τῆς ἐμαυτοῦ διανοίας ὑπολαμβάνω καρπὸν, προσθήσω τοῖς εἰρημένοις. ἦν τινα πρὸς Ζωτῆρι, καὶ εἰ πολλῶν ἐνεπίμπλαντο μαθημάτων, ἃ μὴ δύνασθαι τότε βασταχθῆναι τοῖς μαθηταῖς ἐλέγετο, δι' ἃς εἶπον ἴσως αἰτίας, καὶ διὰ τοῦτο παρεκαλύπτετο. [k] πάλιν, πάντα διδαχθήσεσθαι ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐνδημήσαντος. [k] τούτων ἓν

XXVII. Vides illuminationes paulatim nobis affulgentes, Theologiæque ordinem, quem nobis quoque tenere præstiterit, ut nec repentè atque confertim omnia in lucem efferamus, nec in finem usque occultemus. Illud enim inconsultum atque ab arte alienum fuerit, hoc impium: illud alienos offendere ac vulnerare queat, hoc nostros à nobis abalienare. Enimverò id, quod quibusdam quoque aliis fortassè in mentem venit, ego tamen animi mei fœtum esse existimo, superioribus adjungam. Habebat quædam Salvator, quæ à Discipulis, licèt alioqui multiplici doctrinâ implerentur, tunc tamen *portari posse* negabat, ob eas fortassè, quas attuli, causas, atque idcircò ea ipsis occultabat. Ac rursùs dicebat fore, ut ab adveniente *Spiritu omnia edocerentur*. Ergo unum ex eorum numero esse censeo, ipsam Spiritûs sancti

Theologiæ tractandæ ratio.

Spiritûs sancti Divinitas post ascensionem Christi apertius edocta. *Joan.* XVI. 12. *Joan.* XIV. 26.

(a) Βαρηθέντες. Hœsch. βαρυνθέντες.
(b) Προσβαλόντες. Or. 1. προβαλόντες. In quibusdam, προσβαλλόντες.
(c) Ἐκλάμψῃ. Reg. Cypr. σαφῶς ἐκλάμπειν. Comb. ἐκλάμπειν, vel, ἐκλάμψαι. *Splendidioribus lucis suæ radiis coruscaret.*
(d) Ὑπὸ Ἰησοῦ. Reg. Cypr. ὑπὸ Χριστοῦ. Coisl. 2. & sex Colb. ὑπὸ Υἱοῦ.
(e) Ἐκφαίνεται. Sav. ἐμφαίνεται.
(f) Ἐπιστήσεις. Comb. ἐπιστήσῃ.
(g) Τὸ μὲν γὰρ ἄτεχνον, τὸ δὲ ἄθεον. Hæc desunt in Coisl. 1.
(h) Ὃ δὲ ἴσως μὲν ἦλθεν ἤδη τισὶν ἦλθεν. Tres Regg. & Or. 1. ὃ δ' ἴσως μὲν ἤδη τισὶν ἦλθεν.
(i) Τῆς ἐμαυτοῦ. In nonnullis, τῆς ἐμῆς.
(k) Τέτων. Reg. bm. τοῦτον.

Deitatem, in posterum apertiùs declarandam, tum videlicet, cùm jam post Salvatoris in integrum restitutionem, matura & perceptibilis esset ipsius cognitio, utpotè cui ob tam insigne miraculum fides non jam abrogaretur. Quid enim hoc majus, vel ille polliceri, vel Spiritus docere potuisset? Si modò magnum aliquid existimandum est, Deíque magnificentiâ dignum, quod promittebatur, vel quod docebatur.

A εἶναι νομίζω, καὶ αὐτὴν τοῦ Πνεύματος τὴν θεότητα τρανουμένην [a] εἰς ὕστερον, ὡς τηνικαῦτα ὡρίμου καὶ χωρητῆς ἤδη τυγχανούσης τῆς γνώσεως, μετὰ τὴν τοῦ Ζωτῆρος ἀποκατάσασιν, οὐκέτι [b] ἀπιστουμένου τῷ θαύματι. τί γὰρ ἂν τούτου μεῖζον, ἢ ἐκεῖνος ὑπέσχετο, ἢ τὸ Πνεῦμα ἐδίδαξεν; εἴπέρ τι μέγα οἴεσθαι χρὴ, καὶ Θεοῦ μεγαλοπρεπείας ἄξιον, τὸ ὑπισχνούμενον, ἢ τὸ διδασκόμενον.

a

b

Spiritus sanctus, utpotè Deus, colendus & adorandus.

XXVIII. Ac de his ita sentio, utinámque sentiam, & quisquis mihi amicus est, colamúsque Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, tres proprietates, unam divinitatem, nec gloriâ, nec honore, nec essentiâ, nec regno divisam, ut quispiam, divino numine afflatus, non ita pridem philosophatus est. Nec *Luciferum exorientem* videat, ut cum Scriptura loquar, nec cœlestis splendoris gloriam, quisquis aliter sentit, aut tempori obsequitur, aliam aliámque subindè formam assumens, putidúmque de maximis rebus consilium capiens. Si enim Spiritus adorandus non est, quomodò me Deum *per Baptismum* effecit? Si autem adorandus, an non colendus, & venerandus? Si porrò venerandus, an non Deus? Unum uni cohæret, ac verè aurea quædam & salutaris est hæc catena. Et quidem à Spiritu regenerationem habemus, à regeneratione instaurationem, ab instauratione cognitionem dignitatis illius, à quo instaurati sumus.

Job. XI. 17.

Matth. XXVIII. 19.

B κ η. Ἐχω μὲν οὕτω περὶ τούτων, καὶ ἔχοιμι, καὶ ὅς τις ἐμοὶ φίλος, σέβειν Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρεῖς ἰδιότητας, θεότητα μίαν, δόξῃ, καὶ τιμῇ, καὶ οὐσίᾳ, καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένην, [c] ὥς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν· ἢ μὴ ἴδοι ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα, ὥς φησιν ἡ γραφὴ, μηδὲ δόξαν τῆς ἐκεῖθεν λαμπρότητος, ὅς τις οὐχ οὕτως ἔχει, ἢ συμφέρεται C τοῖς καιροῖς, ἄλλό τε ἄλλος γινόμενος, καὶ περὶ τῶν μεγίστων ζαθρῶς βεβλευόμενος. εἰ μὲν γὰρ [d] οὐ προσκυνητὸν, πῶς ἐμὲ θεοῖ διὰ τοῦ βαπτίσματος; εἰ δὲ προσκυνητὸν, πῶς οὐ σεπτόν; εἰ δὲ σεπτὸν, πῶς οὐ Θεός; ἓν ἥρτηται τοῦ ἑνὸς, ἡ [e] χρυσῆ τις ὄντως σειρὰ καὶ Ζωτήριος. καὶ πρῶτά μὲν τοῦ Πνεύματος ἡμῖν, ἡ ἀναγέννησις· πρῶτα δὲ τῆς ἀναγεννήσεως, ἡ ἀνάπλασις· πρῶτα δὲ τῆς ἀναπλάσεως, ἡ ἐπίγνωσις τῆς ἀξίας τοῦ D ἀναπλάσαντος.

c

d

e

Scripturarum testimonia, quibus sancti Spiritûs divinitas probatur.

XXIX. Hæc quidem sunt, quæ ab eo afferri queant, qui Spiritûs divinitatem nullo Scripturæ loco niti concesserit. Jam verò tibi auctoritatum examen prodibit, ex quibus Scripturæ testimonio admodùm confirmatam esse Spiritûs divinitatem ostendetur, iis quidem certè, qui non nimis stolidi & obtusi fuerint, atque à Spiritu aversi. Sic autem expende: *Nascitur* Christus: *præcurrit* Spiritus. *Baptizatur* ille: hic *testimonium affert*. *Tentatur* ille, hic *abducit*. *Miracula edit* ille, hic *comitatur*. *Ascendit* ille: hic *succedit*. Quid enim adeò magnum & divinum est, quod non ipse possit? Quod tam divinum nomen est, quo non, excepto Ingeniti & Geniti nomine, appelletur? Patris enim & Filii proprietates incolumes atque integras ipsis manere conveniebat, ne alioqui apud divinitatem, quæ

Luc. II. 7.
Luc. I. 35.
Ibid. III. 21. *& seq.*
Ibid. IV. 1. *&* 18.
Act. I. 9.
Ibid. II. 4.

κ θ. Ταῦτα μὲν οὖν εἴποι τὶς ἂν τὸ ἄγραφον [f] ὑποθέμενος· ἤδη δὲ ἥξει ζοι καὶ ὁ τῶν μαρτυριῶν ἐσμὸς, ἐξ ὧν, ὅτι καὶ λίαν ἔγγραφος, ἡ τοῦ Πνεύματος θεότης ἐπιδειχθήσεται τοῖς μὴ λίαν σκαιοῖς, μηδὲ ἀλλοτρίοις τοῦ Πνεύματος. σκόπει δὲ οὕτως· [g] γεννᾶται Χριστὸς, προτρέχει· βαπτίζεται, μαρτυρεῖ· πειράζεται, [h] ἀνάγει· δυνάμεις ἐπιτελεῖ, συμπαρομαρτεῖ· ἀνέρχεται, διαδέχεται. τί γὰρ οὐ δύναται τῶν μεγάλων, καὶ ὢν Θεός; τί δαὶ οὐ προσαγορεύεται ὢν Θεὸς, πλὴν ἀγεννησίας καὶ γεννήσεως; ἔδει γὰρ τὰς ἰδιότητας μεῖναι Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἵνα μὴ σύγχυσις ᾖ πρὸς τῇ θεότητι, τῇ καὶ τἄλλα εἰς τάξιν ἀγούσῃ καὶ [i] εὐκοσμίαν.

f

g

h

i

E

(a) Εἰς ὕστερον. Reg. Cypr. εἰς τοῖς ὕστερον.
(b) Απισθεμένου. Reg. a. ἀπισθομένην.
(c) Ὡς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν. Tres Colb. ὅς τις τῶν μικρὸν ἔμπροσθεν. Juxta Eliam, Gregorius-Thaumaturgus hîc designatur, qui in sua Apocalysi his verbis utitur.
(d) Οὐ. Or. I. ἐδέ.
(e) Χρυσῆ τις. Reg. bm. χρυσῆτις.

(f) Ὑποθέμενος. Reg. a. ὑποτιθέμενος.
(g) Γεννᾶται. *Generatur, concipitur.* Nam legitur, Luc. I. 35. *Spiritus sanctus superveniet in te* &c.
(h) Ἀνάγει. Par. ἁγιάζει, *sanctificat.*
(i) Εὐκοσμίαν. Sic tres Regg. Coisl. I. Or. I. &c. In Ed. ἀκοσμίαν. Sic legit Billius, & vertit: *Quæ alia quoque, atque adeò confusionem ipsam, in ordinem adducit, confusio existeret.*

ἐγὼ μὲν φρίττω τὸν πλοῦτον ἐννοῶν τῶν A
κλήσεων, καὶ καθ' ὅσων ὀνομάτων ἀναισ-
χυντοῦσιν οἱ τῷ Πνεύματι ἀντιπίπτοντες.
Πνεῦμα Θεοῦ λέγεται, Πνεῦμα Χριστοῦ,
νοῦς Χριστοῦ, Πνεῦμα Κυρίου, αὐτὸ
Κύριος, Πνεῦμα υἱοθεσίας, ἀληθείας,
ἐλευθερίας· Πνεῦμα Σοφίας, συνέσεως,
βουλῆς, ἰσχύος, γνώσεως, εὐσεβείας, φόβου
Θεοῦ· καὶ γὰρ ποιητικὸν τούτων ἁπάν-
των, πάντα τῇ οὐσίᾳ πληροῦν, πάντα
a συνέχον, [a] πληρωτικὸν κόσμου κατὰ τὴν B
οὐσίαν, ἀχώρητον κόσμῳ κατὰ τὴν δύναμιν,
ἁγαθὸν, εὐθὲς, ἡγεμονικὸν, φύσει οὐ θέσει
ἁγιάζον, οὐχ ἁγιαζόμενον, μετροῦν, οὐ
μετρούμενον, μετεχόμενον, οὐ μετέχον,
πληροῦν, οὐ πληρούμενον, συνέχον, οὐ
συνεχόμενον, κληρονομούμενον, δοξαζόμενον,
συναριθμούμενον, ἐπαπειλούμενον, δάκτυλος
Θεοῦ, πῦρ ὡς Θεὸς, εἰς ἔμφασιν, οἶμαι, τοῦ
ὁμοουσίου· Πνεῦμα τὸ ποιῆσαν, τὸ ἀνα-
κτίζον διὰ βαπτίσματος, δι' ἀναστάσεως· C
Πνεῦμα τὸ γινῶσκον ἅπαντα, τὸ διδάσκον,
τὸ πνέον ὅπου θέλει καὶ ὅσον, ὁδηγοῦν,
λαλοῦν, ἀποστέλλον, ἀφορίζον, παροξυνό-
μενον, πειραζόμενον, ἀποκαλυπτικὸν, φω-
τιστικὸν, ζωτικόν· μᾶλλον δὲ, αὐτοφῶς &
ζωὴ, ναοποιοῦν, θεοποιοῦν, τελειοῦν· ὥστε
b καὶ προλαμβάνειν τὸ βάπτισμα, [b] ἐπιζητεῖ-
σθαι μετὰ τὸ βάπτισμα· ἐνεργοῦν ὅσα Θεὸς,
μεριζόμενον ἐν γλώσσαις πυρίναις, διαιροῦν
χαρίσματα, ποιοῦν Ἀποστόλους, Προφήτας, D
Εὐαγγελιστὰς, ποιμένας, καὶ διδασκάλους,
νοερὸν, πολυμερὲς, σαφὲς, τρανὸν, ἀμόλυν-
d c τον, ἀκώλυτον· [c] ὅπερ ἴσον δύναται, [d] τὸ
σοφώτατον καὶ πολύτροπον ταῖς ἐνεργείαις,
καὶ σαφηνιστικὸν πάντων, καὶ τρανωτικὸν,
e καὶ [e] αὐτεξούσιον, καὶ ἀναλλοίωτον· παντο-
δύναμον, παντεπίσκοπον, διὰ πάντων
χωροῦν πνευμάτων, νοερῶν, καθαρῶν, λεπ-
τοτάτων, Ἀγγελικῶν, οἶμαι, δυνάμεων,
ὥσπερ καὶ Προφητικῶν καὶ Ἀποστολικῶν, E
f κατὰ [f] ταυτὸν, καὶ οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς
τόποις, ἄλλων δὲ ἀλλαχοῦ γενεμημένων,
ᾧ δηλοῦται τὸ ἀπερίγραπτον.

alia quoque in ordinem & concinnitatem adducit, confusio existeret. Equidem ipse ad tantam nominum copiam, adversùs quam frontem perfricant, qui Spiritui adversantur, totus cohorresco. *Spiritus Dei* dicitur, *Spiritus Christi*, *mens Christi*, *Spiritus Domini*, ac *Dominus ipse*, *Spiritus adoptionis*, *veritatis*, *libertatis*; *Spiritus sapientiæ*, *prudentiæ*, *consilii*, *fortitudinis*, *scientiæ*, *pietatis*, *timoris Dei*, *utpotè horum omnium efficiens*, *omnia essentiâ suâ implens*, *omnia continens*, *mundum quantùm ad essentiam implens*, *interim ipse major quàm ut mundus vim illius & potentiam capere possit*: *bonus*, *rectus*, *principalis*, *naturâ non gratiâ sanctificans*, *non sanctificatus*, *metiens non dimensus*, *impertiens*, *non particeps*, *implens*, *non impletus*, *continens*, *non contentus*, *hæreditate acceptus*, *glorificatus*, *Patri & Filio connumeratus*, *minaciter denunciatus*, *Dei digitus*, *ignis tanquam Deus*, ad ostendendum, ut opinor, quod *ejusdem essentiæ sit*: *Spiritus qui condidit*, *qui per baptismum & resurrectionem denuò creat*: *Spiritus omnia cognoscens*, *docens*, *ubi vult*, & *quantùm vult spirans*, *ducatum præbens*, *loquens*, *mittens*, *segregans*: *Spiritus qui ad iram incitatur*, *qui tentatur*, *qui revelat*, *qui lucem ac vitam affert*; *imò qui ipsamet lux & vita est*: *qui templa efficit*, *deificat*, *perficit*, *ita ut*, & *baptismum antevertat*, & *post baptismum requiratur*: *qui omnia efficit*, *quæcunque Deus ipse*, *qui in igneis linguis dividitur*, *qui dona distribuit*, *qui Apostolos*, *Prophetas*, *Evangelistas*, *Pastores & Doctores facit*: *Spiritus intelligens*, *multiplex*, *apertus*, *clarus*, *incontaminatus*, *miniméque impeditus*, (quod idem valet ac si dicerem, sapientissimus, agendíque facultate varius ac multiplex, omnia explicans ac declarans, arbitrii libertate præditus, & immutabilis,) *Omnipotens*, *omnia lustrans*, *per omnes spiritus penetrans*, *intelligentes*, *puros*, *tenuissimos*, (hoc est, per Angelicas, ut opinor, virtutes,) quemadmodùm & per Propheticos & Apostolicos, eodem temporis momento, nec tamen in iisdem locis, (alii enim eorum alibi fusi ac sparsi erant,) quod quidem perspicuè ostendit, eum nullius loci circumscriptione coërceri.

Varia Spiritûs sancti nomina, & operationes.
I. Cor. II. 11.
Sap. I. 7.
Rom. VIII. 9. & seqq.
Isai. XI. 2. & seq.
I. Cor. II. 4. & seq.
Isai. LXI. 1.
Joan. XIV. 17.
II. Cor. III. 15.
Ps. LXIII. 10.
Ps. L. 12. 14.
Matth. XII. 30.
Joan. III. 8.
Act. XIII. 2.
Ibid. II. 3.
Ibid. XIX. 5. 6.
Sap. VII. 22.
I. Cor. II. 10.

(a) Πληρωτικὸν κόσμου κατὰ τὴν οὐσίαν. Schol. Ὅρα μὴ ἐναλλάξει τὸ ῥητὸν κατὰ δύναμιν καὶ οὐσίαν. καὶ γὰρ ὁ Βασίλειος ἐν τῷ θ. τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τοῦ Πνεύματος οὕτω φησίν· πάντα μὲν πληροῖ τῇ δυνάμει, μόνοις δὲ οἷς ἄξιοις. καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος τάδε αὐταῖς λέξεσι λέγει· ἐκτὸς μέν ἐστι τοῦ παντὸς κατ' οὐσίαν, ἐν πᾶσι δὲ ἐστι ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσι. *Vide ne immutatis vocibus scriptum sit, quantùm ad potentiam & essentiam. Etenim Basilius Cap. 9. ad Amphilochium, de Spiritu sancto sic ait: Omnia virtute implens ac potentiâ, sed ab iis solùm, qui digni sunt, percipi potest. Sanctus etiam Athanasius iisdem verbis loquitur: Extra hanc rerum universitatem est, si essentiam spectes; in omnibus autem est, suâ ipsius potestate.*

(b) Ἐπιζητεῖσθαι. Sic Regg. & Colb. plures. Coisl. 1. Or. 1. &c. In Ed. ἐπιζητεῖται.

(c) Ὅπερ. Sic plures Regg. duo Coisl. Par. Comb. &c. In Ed. ὥπερ.

(d) Τό. Duo Regg. τῷ.

(e) Αὐτεξούσιον. *Liber*, vel etiam, *cujus voluntati nihil resistit.*

(f) Ταυτόν. Or. 1. τοῦτο. In nonnullis, ταυτό.

Nemo, nisi procul à Spiritu sancto remotus, ipsius divinitatem negare potest.

XXX. Qui hæc dicunt, ac docent, atque insuper *Paracletum alium*, velut alium Deum, nominant, qui *blasphemiam* solam adversus eum prolatam *inexpiabilem* esse sciunt, qui denique *Ananiæ & Saphiræ, postquam Spiritui sancto mentiti essent*, perindè ac Deo, non homini, mentiti essent, tam horribilem infamiæ notam inusserunt; quid tandem tibi videntur, Spiritum-ne Deum prædicare, an aliud quid? Quàm crassi es ingenii, atque à Spiritu procul remoti, si de hac re dubitas, ac doctore opus habes! Ac tot nominibus, tam vivis, & expressis, in Scriptura Spiritus appellatur. Quid enim testimonia ipsa tibi ad verbum producere attinet? Quæcunque autem hîc quoque humiliùs dicuntur, velut quòd *detur, mittatur, distribuatur, charisma etiam, donum, insufflatio, pollicitatio, intercessio*, ac si quid aliud hujusmodi, ne singula commemorem, ad primam causam referri debent, ut, ex quo sit, ostendatur, ac non tria principia divisa, proindéque plures Dii admittantur. Paris enim impietatis est, vel Sabellii more Personas connectere, vel Arii instar naturas distinguere ac separare.

Matth. XII. 31. *Act.* V. 3. *Luc.* XI. 13. *Joan.* XVI. 7. *Heb.* II. 4. *1. Cor.* XII. 30. *Act.* II. 38. *Joan.* XX. 22. *Gal.* III. 14. *Rom.* VIII. 26.

Natura divina nulli creatæ rei comparari potest.

XXXI. Enimverò cùm mentis curiositate multùm diúque mecum considerassem, atque Orationem undecunque exploràssem, rei tantæ imaginem quandam exquirens, cui tandem rerum inferarum divina illa natura comparanda sit, reperire non potui. Quamvis enim exiguam aliquam similitudinem invenerim, major tamen me pars fugit, humíque me cum meo exemplo relinquit. Oculum quendam, & fontem, & fluvium mihi proposui, quemadmodùm alii quoque, ut viderem, num Pater cum oculo, Filius cum fonte, Spiritus cum fluvio proportione quâdam conveniret. Hæc enim, nec tempore distinguuntur, nec ob continuitatem à se invicem abrumpuntur: ac tribus insuper proprietatibus quodammodò scindi videntur. Sed subiit me timor, primùm ne fluxio quædam divinitatis stabilitatis expers admittatur. Deindè ne per hanc similitudinem unum numero introducatur. Oculus enim, & fons, & fluvius unum sunt numero, variè efformata.

Trinitatis

XXXII. Solem rursùs, & radium, & lu-

λ. Οἱ ταῦτα λέγοντες καὶ διδάσκοντες, καὶ [a] πρός γε ἄλλον παράκλητον, οἷον ἄλλον Θεὸν, ὀνομάζοντες, οἱ τὴν [b] εἰς αὐτὸν βλασφημίαν μόνην εἰδότες ἀσυγχώρητον, οἱ τὸν Ανανίαν καὶ τὴν Σάπφειραν οὕτω φοβερῶς συλιτεύσαντες, ἐπειδὴ ἐψεύσαντο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς Θεὸν ψευσαμένους, οὐκ ἀνθρωπον· οὗτοι τί σοι δοκοῦσι, πότερον Θεὸν τὸ Πνεῦμα [c] κηρύσσειν, ἢ ἄλλό τι; ὡς λίαν ὄντως παχύς τις εἶ, καὶ πόρρω τῆ Πνεύματος, εἰ τοῦτο ἀπορεῖς, καὶ δέη τοῦ [d] διδάξοντος. αἱ μὲν οὖν κλήσεις, τοσαῦται, καὶ οὕτως ἔμψυχοι. τί γὰρ δεῖ σοι [e] τὰς ἐπὶ τῶν ῥημάτων μαρτυρίας παρατίθεσθαι; ὅσα δὲ καὶνταῦθα λέγεται ταπεινότερον, τὸ δίδοσθαι, τὸ ἀποστέλλεσθαι, τὸ μερίζεσθαι, τὸ χάρισμα, τὸ δώρημα, τὸ ἐμφύσημα, ἡ ἐπαγγελία, ἡ ὑπερέντευξις, εἴτέ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἵνα [f] μὴ καθ' ἕκαστον λέγω, ἐπὶ τὴν πρώτην αἰτίαν ἀνενεκτέον, ἵνα τὸ ἐξ οὗ δειχθῇ, μὴ μὴ τρεῖς ἀρχαὶ μεμερισμέναι πολυθέως [g] παραδέχθῶσιν. ἴσον γὰρ εἰς ἀσέβειαν, καὶ Σαβελλίως συνάψαι, καὶ Αρειανῶς διασῆσαι, [h] τὸ μὲν τῷ προσώπῳ, τὸ δὲ ταῖς φύσεσιν.

λα. Ως ἔγωγε πολλὰ διασκεψάμενος [i] πρὸς ἐμαυτὸν τῇ φιλοπραγμοσύνῃ τοῦ νῦ, καὶ πανταχόθεν τὸν λόγον εὐθύνας, καὶ ζητῶν εἰκόνα τινὰ τοῦ τοσούτου πράγματος, οὐκ ἔσχον ᾧ τινι [k] χρὴ τῶν κάτω τὴν θείαν φύσιν παραβαλεῖν. κἂν γὰρ μικρά τις ὁμοίωσις εὑρεθῇ, [l] φεύγει με τὸ πλέον, ἀφὲν κάτω μετὰ τοῦ ὑποδείγματος. ὀφθαλμόν τινα, καὶ πηγὴν, καὶ ποταμὸν ἐνενόησα, καὶ γὰρ [m] καὶ ἄλλοι, μὴ τῷ μὲν ὁ Πατὴρ, [n] τῷ δὲ ὁ Υἱὸς, τῷ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναλόγως [o] ἔχῃ. ταῦτα γὰρ οὔτε χρόνῳ διέστηκεν, οὔτε ἀλλήλων ἀπέρρηκται τῇ συνεχείᾳ· [p] κἂν δοκεῖ πως τρισὶν ἰδιότησι τέμνεσθαι. ἀλλ' ἔδεισα, πρῶτον μὲν ῥύσιν τινὰ θεότητος παραδέξασθαι φάσιν οὐκ ἔχουσαν· δεύτερον δὲ μὴ τὸ ἓν τῷ ἀριθμῷ διὰ τῆς εἰκασίας ταύτης εἰσάγηται. [q] ὀφθαλμὸς γὰρ, καὶ πηγὴ, καὶ ποταμὸς ἕν ἐστιν ἀριθμῷ, διαφόρως σχηματιζόμενα.

λβ. [r] Πάλιν [s] ἥλιον ἐνεθυμήθην, καὶ ἀκτῖνα, καὶ φῶς.

(a) Πρός γε. Reg. a. πρὸς ἔτι. Coisl. 1. πρὸς ἔτι γε.
(b) Εἰς αὐτόν. Coisl. 1. aliique plures, εἰς αὐτό.
(c) Κηρύσσειν. Reg. a. & Coisl. 1. κηρύττεσι.
(d) Διδάξοντος. Reg. Cypr. δικάζοντος, *quasi qui ejus juris causam disceptet.*
(e) Τὰς ἐπὶ τῶν. Reg. Cypr. τὰς ἐκ τῶν.
(f) Μὴ καθ' ἕκαστον. Comb. μὴ τὰ καθ' ἕκαστον.
(g) Παραδεχθῶσιν. Reg. Cypr. παραδειχθῶσιν.
(h) Τὸ μέν.... τὸ δέ. Tres Colb. τῷ μέν... τῷ δέ.
(i) Πρὸς ἐμαυτόν. Deest in Reg. a.
(k) Χρὴ τῶν κάτω. Sic tres Regg. & tres Colb. In Ed. deest τῶν.
(l) Φεύγει με τὸ πλέον ἀφὲν κάτω. Plerique Codd. φεύγει τὸ πλεῖον ἀφέν με κάτω.
(m) Καὶ ἄλλοι. Deest καί in Or. 1.
(n) Τῷ δέ. Duo Reg. & Coisl. 1. τῇ δέ.
(o) Ἔχῃ. Regg. a. b. ἔχει.
(p) Κἂν δοκεῖ. Reg. a. κἂν δοκῇ. Tres Colb. Bas. Bill. & Leuvenk. καὶ δοκεῖ.
(q) Ὀφθαλμός. *Hoc loco*, inquit Bill. ex Elia, *significat principium fontis, è quo, tanquam ab oculo lux, promanat è terra prorumpens.*
(r) Πάλιν. Tres Regg. & Comb. ἢ πάλιν.
(s) Ηλιον. Sic Codd. Pravè in Ed. ἥλιος.

similitudo cum Sole, radio & luce.

ἢ φῶς. ἀλλὰ καὶνταῦθα δέος, πρῶτον μὲν, μὴ σύνθεσίς τις ἐπινοῆται τῆς ἀσυνθέτου φύσεως, ὥσπερ ἡλίου ἢ τοῦ ἐν ἡλίῳ· δεύτερον δὲ, μὴ τὸν Πατέρα μὲν ἀσιώσωμεν, τἆλλα δὲ μὴ ὑποστήσωμεν, ἀλλὰ δυνάμεις Θεοῦ ποιήσωμεν ἐνυπαρχούσας, οὐχ ὑφεστώσας. οὔτε γὰρ ἀκτὶς, οὔτε φῶς, ἄλλος ἥλιος, ἀλλ' ἡλιακαί τινες ἀπόῤῥοιαι, καὶ ποιότητες οὐσιώδεις. καὶ ἅμα τὸ εἶναι, καὶ τὸ μὴ εἶναι, τῷ Θεῷ δῶμεν ἐν τούτοις, ὅσον ἐκ τοῦ ὑποδείγματος, ὃ ἢ τοῦ εἰρημένων ἀτοπώτερον. ἤκουσα δέ τινος τοιοῦτον ὑπογράφοντος λόγον. μαρμαρυγήν τινα ἡλιακὴν τοίχῳ προσαράπτουσαν, ἢ περιτρέμουσαν ἐξ ὑδάτων κινήσεως, ἣν ἡ ἀκτὶς ὑπολαβοῦσα δι' οὗ ἐν μέσῳ ἀέρος, εἶτα σχεθεῖσα πρὸς ἀντιτύπῳ, παλμὸς ἐγένετο καὶ ἀθρόα δόξος. ἄτρεμεῖ γὰρ πολλαῖς ἢ πυκναῖς ταῖς κινήσεσιν, οὐχ ἓν οὖσα μᾶλλον, ἢ πολλὰ, οὐδὲ πολλὰ μᾶλλον, ἢ ἕν, πρὸς τάχει τῆς συνόδου καὶ τῆς διασάσεως, πρὶν ὄφει κρατηθῆναι, διαδιδράσκουσα.

A cem cogitavi. Verùm hîc quoque metuendum eſt; primùm, ne incompoſitæ naturæ compoſitio quædam excogitetur, quemadmodùm Solis, & eorum, quæ Soli inſunt; deindè, ne Patri quidem eſſentiam tribuamus, reliquos autem ſubſiſtere negemus, ſed facultates quaſdam Dei conſtituamus, quæ ipſi quidem inſint, non autem per ſe ſubſiſtant. Neque enim radius, aut lux, alii Soles ſunt, ſed Solis velut rivi quidam, & ſubſtantiales qualitates. Ac prætereà, ne ſimul, & eſſe, & non eſſe, B Deo in his demus, (quantùm ex hoc exemplo colligi poteſt,) id quod ſuperioribus etiam abſurdius fuerit. Quinetiam aliquem audivi hujuſmodi ſimilitudinem adumbrantem. Fingebat ſplendorem quendam ſolarem parieti affulgentem, atque ex aquarum motu tremiſcentem, quem, cùm radius per intermedium aërem ſuſceperit, poſteà ſolido ac renitente corpore repreſſus, mirabilis quædam ſubſultatio exiſtit. Multis enim crebríſque agitationibus ſubſilit, ita ut non magis unum ſit, quam multa, nec rursùs magis multa, quàm unum; ac tantâ ce- C leritate coit viciſſim, & diſſociatur, ut priùs, quàm oculis teneatur, fugâ ſe proripiat.

Remotis imaginibus circa ſanctiſſimam Trinitatem, ſola fides retinenda eſt.

λγ. Αλλ' οὐδὲ τοῦτο θέσθαι δυνατὸν ἐμοὶ, δι' ἓν μὲν, ὅτι τὴν μὲν τὸ κινῆσαν καὶ πάνυ δῆλον· Θεοῦ δὲ οὐδὲν πρεσβύτερον, ἵν' ᾖ τι τὸ τοῦτον κεκινηκός. αὐτὸς μὲν γὰρ πάντων αἰτία, αἰτίαν δὲ πρεσβυτέραν οὐκ ἔχει. δεύτερον δὲ, ὅτι καὶνταῦθα τῷ αὐτῶν ὑπόνοια, συνθέσεως, χύσεως, ἀσάτου καὶ οὐ παγίας φύσεως, ὧν οὐδὲν ἐννοητέον περὶ θεότητος. καὶ ὅλως οὐδέν ἐστιν ὅ μοι τὴν διάνοιαν ἵστησιν ἐπὶ τῶν ὑποδειγμάτων θεωροῦντι τὸ φανταζόμενον, πλὴν εἴ τις ἕν τι λαβὼν τῆς εἰκόνος, ὑπ' εὐγνωμοσύνης, τὰ λοιπὰ ῥίψειεν. τέλος οὖν ἔδοξέ μοι κράτιστον εἶναι, τὰς μὲν εἰκόνας χαίρειν ἐᾶσαι, καὶ τὰς σκιὰς, ὡς ἀπατηλὰς, καὶ τῆς ἀληθείας πλεῖσον ἀποδεούσας, αὐτὸν δὲ τῆς εὐσεβεστέρας ἐννοίας ἐχόμενον, ἐπ' ὀλίγων ῥημάτων ἑσάμενον, ὁδηγῷ τῷ Πνεύματι χρώμενον, ἣν ἐντεῦθεν ἔλλαμψιν ἐδεξάμην, ταύτην εἰς τέλος διαφυλάσοντα, ὡς γνησίαν D ma nihil eſt in quo mens mea gradum figere queat, dum, quod imaginor, in exemplis conſidero; ni fortè quiſpiam eâ animi æquitate ſit, ut, cùm unum aliquid ex propoſita imagine acceperit, reliqua projiciat. Poſtremò itaque hoc mihi conſultiſſimum viſum eſt, ut, miſſis factis imaginibus illis, atque umbris, ut fallacibus, plurimúmque à veritate remotis, piam ipſe cogitationem fidémque mordaciùs retineam, atque in paucis verbis inſiſtens, ducéque Spiritu ſancto utens, quemque hîc ſplendorem accepi, hunc ad extremum uſque, tanquam fidum ſocium & congerronem, cuſtodiens, ævum hoc trajiciam, alióſque pro viribus adducam, ut Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum adorent, unam divinitatem ac potentiam: quoniam ipſi omnis gloria, honor, imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

κοινωνὸν καὶ συνόμιλον, τὸν αἰῶνα τοῦτον διαπορεύεσθαι διατέμνοντα, καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν εἰς δύναμιν, προσκυνεῖν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, τὴν μίαν θεότητά τε καὶ δύναμιν· ὅτι αὐτῷ πᾶσα δόξα, τιμὴ, κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Αμήν.

(a) Τῷ Θεῷ. Duo Coisl. addunt μόνῳ. & Reg. a. μόνῳ τῷ Πατρί.
(b) Εἰρημένων. Duo Coisl. προειρημένων.
(c) Σχεθεῖσα. Elias. χεθεῖσα, *diffuſa.*
(d) Αντιτύπῳ. Coisl. 1. ἀντιτοίχῳ, *pariete.*
(e) Εγένετο καί. Comb. ἐγένετό τις. Sic etiam legit Bill.
(f) Ατρεῖ. Sic duo Coisl. Par. Comb. &c. In Ed. ἄπλει.
(g) Τοῦτο. Tres Colb. τόπῳ.
(h) Τὸ κινῆσαν. *Quid hunc ſplendorem moveat,* (nempè ventus,) *notum eſt.*
(i) Κοινωνόν. Sic Codd. Mendosè in Ed. κοινανῶν.
(k) Διατέμνοντα. Deeſt in tribus Colb.
(l) Καὶ δύναμιν. Reg. a. καὶ βασίλειαν, καὶ δύναμιν, *& regnum, & potentiam.*

MONITUM

IN ORATIONEM TRIGESIMAM-SECUNDAM.

Orationis argumentum.

I. THEOLOGICIS *Orationibus egregiam*, de moderatione in disputationibus servanda, *subjungimus Orationem. Hæc siquidem ad Theologicas, & argumento, & tempore proximè accedit. Dudùm enim, ut jam sæpè in præcedentibus monitis vidimus, Hæreticorum furor varios ac ingentes Constantinopoli tumultus excitarat. Sacra & pretiosa Christi tunica undequaque sacrilegis impiorum manibus dilacerabatur; atque adeò tristis & calamitosa erat his temporibus Ecclesiæ facies, ut confusa omnia & perturbata viderentur. Cùm igitur Gregorius in Theologicis Orationibus dilucidè ac invictissimè Trinitatis doctrinam propugnasset, ac sæpè sæpiùs totis viribus linguarum pruritum penitùs compescere tentasset, nunc demùm de moderatione, quæ in disputationibus servanda est, tractare aggreditur. Ac primò quidem tumultuum & dissentionum originem ducit ab animorum*

Or. XXXII. n. 3. *petulantia, & à temeritate, quam* insciliæ filiam *nominat. Ex his enim fontibus dimanat quidquid, tum in doctrina, tum in disputationibus vitiosum est. Idcircò ex rerum creatarum ordine, Pastores simul & gregem ad justitiæ ordinisque leges amanter invitat; atque ex eleganti corporis cum membris similitudine, ostendit diversos esse in Ecclesia ordinis gradus, &*

Ibid. n. 11. *diversa membrorum officia.* Alii, *inquit*, dominantur & præsunt, alii parent ac reguntur; & quemadmodùm inter eos qui subsunt permagnum reperitur discrimen, ita etiam inter Præfectos non parva differentia est.

I. Cor. XII. 28. *Quod quidem probat ex Apostolo, qui ait:* Quosdam posuit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores &c.

Argumenti series.

II. *Deindè silentii donum eò magis extollit, quòd nos ab ampliori & graviori periculo retrahat. Arduum quippè est ac perdifficile, non solùm res divinas mente consequi, & verbis explicare, verùm etiam purgatas aures nanscisci. Non indè tamen ad omne disputationis genus aditum occludendum putat; sed jubet à pertinaci contentione abstinere, ac præter legem & ordinem docere omninò vetat. Quemadmodùm enim nimia in divinis rebus tarditas, ita nimia etiam festinatio eodem periculo laborat. Bona quidem spiritualia, quæ tum in veteri, tum in nova lege reconduntur, sunt omnibus hominibus communia. Ex his unusquisque pro modulo haurire debet; sed maximè cavendum, ne quis animi elatione novitatem affectans, & ad cœlum ascendere cupiens, præceps in abyssum corruat.*

Prov. XIX. 1. Melior est *enim* pauper ambulans in simplicitate sua, *quàm fatuus labiisque perversus, qui contentionibus & argumentis ineptè atque imperitè confidit. Nam si quis linguam fræno coërcere non potest, ipsi certè furere ac insanire continget. Hinc omnes, & Prælatos & subditos, ad humilitatis virtutem cohortatur, eosque stimulat, ut, in omnibus de doctrina disputationibus, Christi veri Pastoris mansuetudinem ac benignitatem imi-*

Joan. XIV. 2. *tentur; & sicut* in domo Patris mansiones multæ sunt, *ita unusquisque*

per viam ſibi propriam ac peculiarem gradiatur. Alia plura eruditè pertractat, quæ utinam omnium animis & cordibus eſſent inſcripta, ac præcipuè eorum, qui Philoſophiæ artificia & apparatus, velut Ægyptiacas plagas, *ut ait Theologus*, in Eccleſiam inferunt. *Tunc namque contentiones, Schiſmata & Hæreſes procul faceſſerent, ac pura veritas puris mentibus ab omnibus tractaretur.* Or. XXXII. n. 25.

III. *Inconcuſſum videri debet, hanc Orationem Conſtantinopoli, in frequenti hominum cœtu habitam fuiſſe. Hac in re conſentiunt eruditi. Verùm non ita perſpicuum eſt, utrùm anno 380. aut ſequenti; utrùm-ne etiam in Anaſtaſia, in qua primùm conciones habuit Gregorius, aut in majori Conſtantinopolitanæ urbis Eccleſia, poſt redditas Catholicis Eccleſias, ut conjectant nonnulli, pronuntiata fuerit. Hanc ultimam ſententiam, ut veriſimiliorem, ſecuti ſunt Hermant & Tillemontius. Idcircò Orationem iſtam ad annum 381. referendam arbitrantur. Elias verò aliter ſenſiſſe videtur. Nam de hac Oratione loquens, ait :* Hæretici Eccleſias omnes Conſtantinopoli occupatas tenebant, ubi Gregorium hanc Orationem pronunciaſſe tradunt. *Hinc ſi rem æquâ lance perpendere volumus, Eliæ opinioni ultrò accedendum fatebimur. Id enim ſuadent hæc iſtius Orationis verba :* Exiguus & pauper ſum Paſtor, Paſtoribuſque aliis, ut parcè dicam, nondùm gratus & acceptus; quod, rectone judicio, an animi malevolentiâ fiat, neſcio. *Quæ profectò non dixiſſet Gregorius, ſi, expulſis Hæreticis, Eccleſiæ jam à Theodoſio Magno traditæ Catholicis fuiſſent. Magnum argumentum eſt hac in re Theologi ſilentium. Prætereà idem prorsùs in iſta Oratione, ac in Theologica prima ſcopus declaratur. Gregorius enim utrobique oſtendit, nec cujuſvis hominis, nec cujuſvis temporis eſſe de Deo diſputare; ſed quâ moderatione id faciendum ſit, in hac præcipuè, tum ſuo ipſius, tum aliorum exemplo ac ratione demonſtrat. Undè nobis veriſimilius videtur hanc Orationem, unam eſſe ex iis, quas in præcedenti monito* inter Theologicas, dictas & interjectas *monuimus; ac proindè Conſtantinopoli, in Anaſtaſia, circa medium annum 380. habitam fuiſſe putamus.* Quo tempore, quove in loco dicta hæc Oratio. Or. XXXII. n. 1. Monit. ad Theol. Or. n. 3.

[a] ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΔΙΑΛΕΞΕΣΙΝ ΕΥΤΑΞΙΑΣ, ΚΑΙ ΟΤΙ ΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ, ΟΥΤΕ ΠΑΝΤΟΣ ΚΑΙΡΟΥ ΤΟ ΠΕΡΙ ΘΕΟΥ ΔΙΑΛΕΓΕΣΘΑΙ.

DE MODERATIONE *in diſputationibus ſervanda, & quòd non ſit cujuſvis hominis, nec cujuſvis temporis de Deo diſputare.*

ΛΟΓΟΣ ΛΒ.

ORATIO TRIGESIMA-SECUNDA.

Aliàs 26. quæ autem 32. erat, nunc 42.

Habita anno 380. Feſtorum ſolemnitas, piæ negotiationis tempus.

[a] ΕΠΕΙΔΗ συνελήλυθατε προθύμως, [b] καὶ πολυάνθρωπος [b] ἡ πανήγυρις, καὶ δι' [c] τοῦτο μάλιστα [c] καιρὸς ἐργασίας, φέρε, τι δῶμεν ὑμῖν ἐμπόρευμα, εἰ καὶ μὴ τῆς προθυμίας ἄξιον τῆς κοινῆς, ἀλλά γε

A I. QUONIAM prompto animo conveniſtis, ac dies hic feſtus maximâ hominum frequentiâ celebratur, ob idque potiſſimùm negotiandi occaſio ſe offert, age, merces quaſdam vobis offeramus, ſi minùs communi huic veſtræ animorum alacritati

(*a*) Περὶ τῆς &c. Or. 2. aliique nonnulli Codices habent tantùm : Περὶ τῆς εὐταξίας ἐν ταῖς διαλέξεσιν. *De moderatione in diſputationibus.* In quibuſdam : Περὶ Θεότητος. *De Divinitate.*

(*b*) Η πανήγυρις. *Dies feſtus.* Hæc Oratio pronunciata eſt in feſto quopiam Martyrum. Sed, quinam fuerint iſti Martyres, ignoratur. Eos enim nullibi in toto iſtius Orationis decurſu nominat Theologus.

(*c*) Καιρὸς ἐργασίας. *Negotiandi tempus. Mos eſt*, inquit Elias, *apud homines, in celebritatibus ac mercatibus publicis, quædam inter ſe mercimonia contrahere, de quibus aliquod ipſis lucrum accedit.*

pares, viribus certè noſtris haudquaquàm inferiores. Illa enim majora poſtulat, hæ autem mediocria ſolùm præſtant atque afferunt. Porrò ſatiùs eſt, id, quod per facultates licet, afferre, quàm officio prorsùs deeſſe. Non enim qui hujuſmodi res non potuit, in judicium vocandus eſt; ſed, qui noluit, in culpa hæret, ſive de divinis, ſive de humanis loquamur. Atque ipſe quidem exiguus & pauper ſum paſtor, paſtoribúſque aliis, ut parcè dicam, nondùm gratus atque acceptus; quod rectóne judicio ac ratione, an animi malevolentiâ & contentionis ſtudio fiat, neſcio: *Deus ſcit*, inquit Apoſtolus, *ídque revelationis dies perſpicuè declarabit, igníſque ille poſtremus*, quo noſtra omnia expendentur, aut purgabuntur. Enitar tamen, quantùm potero, dabóque operam, ne gratiam divinitùs acceptam premam atque occultem, ac *lucernam ſub modio ponam*, *talentúmque in terra defodiam*, (hæc enim à vobis ſæpè audivi, cùm mihi ceſſationem atque deſidiam probro verteretis, ac ſilentium noſtrum graviter & iniquo animo ferretis,) verùm ut veritatis doctrinâ vos erudiam, ac per Spiritum concordes reddam.

II. Cor. XII. 2. *I. Cor.* III. 13. *Matth.* V. 15. *Ib.* XXV. 18.

Pax utilis, diſcordia turpis ac perniciosa.

II. Undè igitur vos inſtruere incipiam, Fratres mei? Aut quâ Oratione Athletas, quorum eſt præſens hæc celebritas, ornabo? Quid primum dicam, aut quid maximum? Quid animabus veſtris maximè profuturum? Aut quid huic tempori commodiſſimum? Id verò hâc demùm ratione perſpiciemus. Quidnam in noſtra doctrina præſtantiſſimum eſt? Pax. Addam etiam, utiliſſimum. Contrà, quid turpiſſimum ac perniciosiſſimum? Diſcordia. Quoniam autem hanc quæſtionem propoſui, eíque reſpondi, quod ſecundum eſt, inſuper ſciſcitabor. Quidnam præcipuè illam ſuſtulit, & hanc invexit? Ut, quemadmodùm in corporum morbis, cauſis priùs circumciſis, ac turbulentarum animi permotionum fontibus obſtructis aut exſiccatis, ita demùm profluentes hinc rivulos effectúſque ſimul amputemus. Neque enim fieri poteſt, ut, principiis non rectè conſideratis, quidquam de fine præclarè cognoſcamus. Vultis igitur vos ipſi utriuſque rei cauſam proferre ac declarare? An mihi potiùs, medici munere fungenti, eam indicandam & corrigendam relinquitis? Ego enim, &

Quid pacem arceat; quid diſcordiam inducat.

A τῆς δυνάμεως τῆς ἡμετέρας μὴ ἐνδεέσ]ερον. ἡ μὲν γὰρ ἀπαιτεῖ τὰ μείζω, ἡ δὲ εἰσφέρει τὰ μέτρια· κ) κρεῖασον τὸ κατὰ δύναμιν εἰσενεγκεῖν, ἢ τὸ πᾶν [a] ἐλλείπειν. ὁ γὰρ a
ὁ μὴ δυνηθεὶς τὰ τοιαῦτα ὑπεύθυνος, ἀλλ' ὁ μὴ βουληθεὶς ὑπαίτιος, κἂν τοῖς θείοις ὁμοίως, κἂν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν. εἰμὶ μὲν ποιμὴν ὀλίγος καὶ πένης, κ) ὅπω τοῖς ἄλλοις ἀρέσκων ποιμέσιν· οὕτω
γὰρ εἰπεῖν μέτριον, [b] εἴτε τὴν εὐδοκίαν καὶ b
B τὸν ὀρθὸν λόγον, εἴτε δι' μικροψυχίαν καὶ ἔριν, οὐκ οἶδα τοῦτο· ὁ Θεὸς οἶδε, φησὶν ὁ θεῖος Απόσ]ολος, καὶ δηλώσει σαφῶς ἡ τῆς ἀποκαλύψεως ἡμέρα, καὶ τὸ τελευταῖον πῦρ, ᾧ πάντα κρίνεται ἢ καθαίρεται τὰ ἡμέτερα. πειράσομαι δ' ὅμως εἰς δύναμιν μὴ κατακρύπ]ειν τὸ χάρισμα, μηδ' ὑπὸ τὸν μόδιον τι.έναι τὸν λύχνον, μηδὲ καταχωννύειν τὸ τάλαντον, ἃ πολλάκις ἤκουσα παρ' ὑμῶν τὴν ἀργίαν ὀνειδιζόντων,
C καὶ δυσχεραινόντων [c] τὴν σιωπὴν, ἀλλὰ λό- c
γοις ἀληθείας ἐκπαιδεύειν [d] ὑμᾶς καὶ συν- d
αρμόζειν τῷ Πνεύματι.

β. Πόθεν οὖν ἄρξομαι καταρτίζειν ὑμᾶς, ἀδελφοί; καὶ τίσι λόγοις τιμήσω τοὺς [e] ἀθλητὰς, ὧν ἡ παροῦσα πανήγυρις; τί e
πρῶτον [f] εἶπω, ἢ τί μέγι]ον; τί μά- f
λι]α συμφέρον ταῖς [g] ὑμετέραις ψυχαῖς; ἢ g
τί τῷ παρόντι καιρῷ χρησιμώτατον; γνοίημεν δ' ἂν οὕτω. [h] τί τοῦ ἡμετέρου λόγου τὸ h
κάλλι]ον; ἡ εἰρήνη. προσθήσω δ' ὅτι καὶ D
τὸ λυσιτελέ]ατον. τί δαὶ τὸ αἴσχι]ον καὶ τὸ βλαβερώτατον; ἡ [i] διχόνοια. ἐπεὶ δὲ i
τοῦτο ἠρώτησα, κἀγὼ ἀπεκρινάμην, προσερήσομαι καὶ τὸ δεύτερον. τί τὸ μάλι]α λῦσαν ἐκείνην; καὶ τί τὸ ταύτην εἰσαγαγόν; ἵν', ὥσπερ ἐν τοῖς νοσήμασι, τὰ αἴτια φευκόψαντες, καὶ τὰς πηγὰς τῶν παθῶν ἐμφράξαντες ἢ ἀποξηράναντες, οὕτω καὶ τὰ ἐκεῖθεν ῥεύματα καὶ ἀποτελέσματα συνεκ-
E κόψωμεν. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε γνῶναί [k] τι περὶ k
τῆς τελευτῆς καλῶς, μὴ φεὶ τῆς ἀρχῆς ὀρθῶς σκεψαμένους. βούλεσθε οὖν ὑμεῖς τὴν
[l] αἰτίαν εἰπεῖν καὶ γνωρίσαι; ἢ ἐμοὶ τῷ θε- l

(a) Ελλείπειν. In nonnullis, ἐκλιπεῖν, *quàm prorsùs deficere.*

(b) Εἴτε τὴν εὐδοκίαν &c. Or. I. εἴτι δι' εὐδοκίαν. Aptior Combefiſio videtur vox εὐδοξίαν, *ob celebritatem.* Ego verò crediderim, Gregorium alludere ad hæc verba Apoſtoli, Philip. I. 15. τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν· τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν. *Quidam quidem & propter invidiam & contentionem; quidam autem propter bonam voluntatem* &c. Undè hæc verba, εἴτε τὴν εὐδοκίαν καὶ ὀρθὸν λόγον, ſic reddenda cenſemus: *ſive propter bonam voluntatem rectamque doctrinam.*

(c) Τὴν σιωπήν. Coisl. I. & Comb. τῇ σιωπῇ.

(d) Ὑμᾶς. Sic duo Regg. & Or. I. In Ed. ἡμᾶς.

(e) Αθλητάς. *Martyres*, quorum dies feſtus celebrabatur magno populorum concurſu.

(f) Εἶπω. Or. I. εἰπών.

(g) Ὑμετεραῖς. Or. I. ἡμετεραῖς.

(h) Τί τῇ ἡμετέρᾳ &c. *Quid in Chriſtiana profeſſione pulcherrimum? Pax.*

(i) Διχόνοια. Bill. *Voluntatum disjunctio.*

(k) Τι. Deeſt in duobus Regg. & Or. I.

(l) Αἰτίαν. *Utriuſque rei cauſam*, id eſt, *pacis ablatæ; & diſcordiæ inductæ.* Nam Gregorius hîc utrumque quærit. Billius: *contentionis hujuſce cauſam.*

ραπευτῇ

ραπευτῇ παραχωρεῖτε, καὶ δηλῶσαι ταύ- A
την, καὶ διορθώσασθαι; καὶ γὰρ εἰπεῖν
βουλομένων ἕτοιμος, καὶ ἀκούειν λεγόντων
ἑτοιμότερος. παραχωρεῖτε μὲν, εὖ οἶδ', ὅτι·
καὶ γὰρ οὐ φαύλους ἰατροὺς ἡμᾶς τῶν τοιού-
[a] των ἴσως ὑπολαμβάνετε, [a] οὐδ' ἀμαθεῖς
θεραπείας ψυχῶν· εἴτε οὖν φαύλως, εἴτε
ὀρθῶς τοῦτο ὑπολαμβάνοντες. μὴ θαυμάσητε
δὲ, εἰ παράδοξον ἐρῶ λόγον· καὶ γάρ ἐστι
παράδοξος μὲν, ἀληθὴς δὲ, ὡς ἔγωγέ φημι,
[b] καὶ ὑμεῖς συμφήσετε, [b] ἂν δι' τέλους B
μαθεῖν ἀναμείνητε, ἀλλὰ μὴ, ὃ ἐγκαλῶ,
πάθητε, καὶ παροξυναστῆτε τοῦ λόγου
δι' θερμότητα.

γ. Φύσεις θερμαὶ καὶ μεγάλαι, τῆς
[c] ταραχῆς ταύτης [c] αἴτιον, οὔτι γε ἁπλῶς
δι' πυροὶ καὶ μεγάλαι· μήπω γὰρ κατα-
γινώσκωμεν τῆς θερμότητος, ἧς δίχα μέγα
τι κατορθωθῆναι πρὸς εὐσέβειαν ἢ ἀρετὴν
ἄλλην ἀμήχανον· ἀλλὰ γενναῖαι σὺν ἀλογίᾳ, C
καὶ ἀμαθίᾳ, καὶ, τῷ ταύτης ἐπιγόνῳ κακῷ,
[d] θράσει· [d] θράσος γὰρ ἀμαθίας ἔκγονον. αἱ
μὲν γὰρ ἀσθενεῖς, καὶ πρὸς ἀρετὴν καὶ
[e] πρὸς κακίαν [e] ὁμοίως νωθεῖς καὶ δυσκίνητοι,
καὶ οὐδ' ἑτέρωσε μέγα νεύουσαι, οἷα τὰ
τῶν ναρκώντων κινήματα. αἱ γενναῖαι δὲ,
λόγου μὲν αὐτὰς παιδαγωγοῦντος καὶ δευ-
θύνοντος, μέγα τι χρῆμα πρὸς ἀρετήν·
ἐπιλειπούσης δὲ ἐπιστήμης καὶ λόγου, τὸ
ἴσον εἰς κακίαν εὑρίσκονται. ἐπεὶ καὶ ἵππον D
θυμοειδῆ μὲν εἶναι χρὴ καὶ γενναῖον, τὸν
[f] ἐσόμενον νικηφόρον, εἴτε [f] πολεμιστήριον,
[g] εἴτε ἀμιλλητήριον· εἶη δ' ἂν ὁ αὐτὸς [g] οὐδὲν
ἀγαθὸς, μὴ χαλινῷ παιδευθεὶς, καὶ
γυμνασίᾳ φιλοπονωτέρᾳ μαθὼν ἡμερότητα.

δ. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον,
ὃ διέσπασε μέλη, διέστησεν ἀδελφοὺς,
πόλεις ἐτάραξε, δήμους ἐξέμηνεν, ὥπλισεν
ἔθνη, βασιλεῖς ἐπανέστησεν, ἱερεῖς λαῷ
καὶ ἀλλήλοις, λαὸν ἑαυτῷ καὶ ἱερεῦσι,
γονεῖς τέκνοις, τέκνα γονεῦσιν, ἄνδρας
γυναιξὶ, γυναῖκας ἀνδράσι. πάντα τὰ τῆς
εὐνοίας ὀνόματα, δούλους καὶ δεσπότας
[h] [h] ἀλλήλους, ἀλλήλους διδασκάλους καὶ

dicere paratus sum, si ita voluntas vestra ferat, & dicentes audire paratior. Sed nihil dubito, quin dicendi munus mihi concedatis; quem non omninò imperitum & contemnendum morborum hujusmodi medicum, aut in curandis animis ignarum fortassè existimatis: sive id rectè, sive secùs arbitremini. Nec verò mirum vobis videatur, si novam, & ab animorum vestrorum sensibus alienam Orationem attulero. Quanquam enim ab expectatione & opinione vestrâ, non tamen à veritate discrepabit, ut quidem ipse affirmo, ac vos assentiemini, si ad extremum usque audire sustinueritis, ac non ipsum, quod objicio, vobis usu veniat, nimirùm ut præ animorum fervore, antequàm ad calcem Oratio pervenerit, exsurgatis.

III. Ingenia magna & ferventia tumultus istos, in quibus versamur, excitarunt, non illa quidem simpliciter magna & ferventia; (nec enim ii sumus, qui animorum acrimoniam in vitio ponamus, sine qua nemo magnum aliquod pietatis aut cujusquam alius virtutis munus exequi potest;) sed quæ cum generositate imprudentiam, & insciti am, &, qui malus ipsius fœtus est, temeritatem conjunctam habeant; siquidem insciti æ fœtus, est temeritas. Infirmi enim & imbecilles animi, tam ad virtutem, quàm ad vitium segnes & tardi sunt, neque in alterutram partem magnoperè inclinantur: non secùs scilicet atque hominum torpore laborantium incessus. At fortes & generosi, quemadmodùm si ratione gubernentur & coërceantur, magnum ad virtutem pondus afferunt; ita, si à scientia & ratione deserantur, non minùs momenti ad vitium habituri sunt. Sic nimirùm equum acris esse ac generosæ naturæ necesse est, qui quidem, sive in bellis atque acie, sive in ludicro cursu & certamine victor sit discessurus: at idem tamen nullum unquam egregium sui usum præbuerit, nisi fræno eruditus, & accuratiori exercitatione domitus & cicuratus fuerit.

Animorum petulantia, & temeritas, insciti æ fœtus, Schismata generant.

Elegans equi similitudo.

IV. Atque hoc, ut plurimùm, est, quod membra laceravit & distraxit, fratres divulsit, urbes perturbavit, populos in furorem præcipites egit, gentes armavit, Reges in mutuum exitium concitavit, Sacerdotes cum plebe, & secum etiam ipsos, plebem rursùs non minùs ipsam secum, quàm cum Sacerdotibus commisit, parentes cum liberis, liberos cum parentibus, viros cum uxoribus, uxores cum viris. Hoc omnia benevolentiæ nomina permiscuit, atque confu-

Amarulenti Schismatum fructus.

(a) Οὐδ'. Or. 1. ἀδέ. In quibusdam, ἔτε.
(b) Αν. Reg. b. ἐάν.
(c) Αἴτιον. Duo Regg. & Or. 1. τὸ αἴτιον, *hujus perturbationis causa.*
(d) Θράσος γάρ. Or. 1. θράσος δέ.
(e) Ομοίως νωθεῖς. In quibusdam, ὁμοίως εἰσὶ νωθεῖς.
(f) Πολεμιστήριον. Or. 1. πολεμητήριον.
(g) Οὐδέν. Reg. b. Or. 1. & Comb. μηδέν. In aliis, μηδένος.
(h) Αλλήλους. Duo Regg. & Or. 1. ἀλλήλοις. Mox iterùm, ἀλλήλοις, pro ἀλλήλους.

dit, ſervos & dominos, diſcipulos & præceptores, ſenes & juvenes: convulsâque & proculcatâ pudoris lege, quo nullum majus adjumentum ad virtutem excogitari poteſt, contumaciæ arrogantiæque legem induxit: factique ſumus, non jam tribus ac tribus ſeparatim, quod olim Iſraëli objectabatur; nec Iſraël & Juda, duo, inquam, illa unius ejuſque peranguſtæ gentis ſegmenta; verùm per domos & familias, & neceſſaria ſodalitia, velutque in ſe quiſque, diviſi ſumus, univerſus orbis terrarum, univerſum hominum genus, quod Dei verbum fideique doctrina peragravit; multorúmque imperium in effrænem quandam atque imperii expertem licentiam recidit, atque *oſſa noſtra ſecus infernum diſſipata ſunt;* quaſi verò neceſſum eſſet, nos, exteris hoſtibus domitis, mutuò alios ab aliis opprimi, & furentium ritu in proprias carnes ſævire, ac ne id quidem ſentire, verùm majorem ex hoc malo, quàm alii ex pace & concordia, voluptatem capere, calamitatémque lucro ducere, atque exiſtimare per everſionem noſtram *obſequium Deo præſtari*, ac dividi & incendi, non rectâ & laudabili diviſione, ſed turpi & vituperandâ, nec incendio illo, quo animæ labes expiantur, ſed funeſto & exitiali. Non enim *acutus ille ſermo*, hoc eſt, Chriſti gladius, pios ab impiis dividit, nec *ignis jacitur & accenditur*, hoc eſt, fides, & Spiritûs fervor, id quod terrenum eſt abſumens ac devorans: ſed contrario planè, ac priùs, modo, ſcindimur & conſumimur.

Pſ. CXL. 7.

Joan. XVI. 2.

Hebr. IV. 12.

Luc. XII. 49.

Schiſmata Eccleſiam in multas partes dilacerant.

V. Hoc nimirùm eſt, quod Eccleſiam, quæ una eſt, in multas partes diſcidit atque disjunxit, non in unum *Paulum*, aut *Cepham*, aut *Apollo*, aut aliquem plantatorem, vel rigatorem, ſed in multos Paulos, & Cephas, & Apollones, à quibus jam ipſi, non ab eximio illo & novo Chriſti nomine, appellamur, & eorum eſſe dicimur. Atque utinam mihi hoc ſolùm dicere liceret. Verùm, & multos Chriſtos, (horreſco referens,) pro uno produxit, genitum, creatum, à Maria incipientem, eò, undè in ortum prodiit, relabentem, hominem mentis expertem, reverà exiſtentem, & ſpecie tenus adumbratum. Conſimili modo multos quoque Spiritus, increatum, & creatum, & honore parem, & vim atque facultatem, & ſimplex ac nudum Spiritûs nomen. At unum Deum Patrem

I. Cor. III. 4.

Multos Chriſtos ac Spiritus finguntHæretici.

Vera Tri-

μαθητὰς, πρεσβύτας καὶ νέους, καὶ τὸν τῆς αἰδοῦς ἀτιμάσαν νόμον, τοῦ μεγίστου πρὸς ἀρετὴν βοηθήματος, τὸν τῆς αὐθαδείας εἰσήνεγκεν· καὶ γεγόναμεν οὐ φυλὴ, καὶ φυλὴ καθ' ἑαυτὴν, ὃ πάλαι ὁ Ισραὴλ ὠνειδίζετο· οὐδὲ Ισραὴλ καὶ Ιούδας, τὰ δύο καὶ ἑνὸς ἔθνους καὶ μικροῦ τούτου τμήματα, κατ' οἴκους δὲ καὶ συζυγίας τὰς ἀναγκαίας, καὶ οἷον πρὸς ἑαυτὸν ἕκαστος, ἐμερίσθημεν, ἡ οἰκουμένη πᾶσα, καὶ γένος ἅπαν ἀνθρώπων, ὅσον ὁ θεῖος λόγος ἐπέδραμεν· καὶ γέγονεν ἀναρχία ἡ πολυαρχία, καὶ διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν πρὸς τὸν ᾅδην· καὶ [a]ἐχρῆν, ἐπειδὴ τῶν ἐκτὸς ἐχθρῶν [b]ἐκρατήσαμεν, ὑπ' ἀλλήλων ἡμᾶς καταλυθῆναι, καὶ, καθάπερ τοὺς μαινομένους, τῶν ἰδίων σαρκῶν ἁπτομένους, μηδὲ αἰσθάνεσθαι, [c]ἀλλὰ καὶ χαίρειν τῷ κακῷ πλέον, ἢ εἰρηνεύοντες ἕτεροι, καὶ κέρδος ποιεῖσθαι τὴν συμφορὰν, καὶ ἡγεῖσθαι λατρείαν [d]εἰσφέρειν τῷ Θεῷ τὴν κατάλυσιν, καὶ διαιρεθῆναι, καὶ ἐμπρησθῆναι, οὐ τὴν ἐπαινετὴν διαίρεσιν, ἀλλὰ τὴν ψεκτὴν, οὐδὲ τὸν καθάρσιον ἐμπρησμὸν, ἀλλὰ τὸν ὀλέθριον. οὐ γὰρ ὁ τομὸς διαιρεῖ λόγος, ἡ Χριστοῦ μάχαιρα, τοὺς πιστεύοντας ἀπὸ τῶν ἀπίστων, οὐδὲ πῦρ βάλλεται, καὶ ἀνάπτεται, ἡ δαπανῶσα τὴν ὕλην καὶ ἐσθίουσα πίστις, [e]ἢ ἡ ζέσις τοῦ Πνεύματος· ἀλλ' ἐναντίως ἢ πρότερον, δαπανώμεθα καὶ τεμνόμεθα.

ε. Τοῦτό ἐστιν ὃ πολλὰ εἶναι μέρη τὴν μίαν Ἐκκλησίαν πεποίηκε, καὶ διέστησεν, οὐκ εἰς ἕνα Παῦλον, ἢ Κηφᾶν, ἢ Απολλὼ, ἢ τὸν δεῖνα φυτευτὴν, ἢ τὸν δεῖνα [f]ποτιστήν· πολλοὺς δὲ ἀνέδειξε Παύλους, καὶ Απολλὼς, καὶ Κηφὰς, ἀφ' ὧν ἀντὶ Χριστοῦ καλούμεθα, τὸ μέγα καὶ [g]καινὸν ὄνομα, καὶ ὧν εἶναι λεγόμεθα· καὶ εἴθε τοσοῦτον εἶχον εἰπεῖν· ἀλλὰ μὴ πολλοὺς, ὃ φρίττω λέγων, Χριστοὺς ἀνθ' ἑνὸς, τὸν γεννώμενον, τὸν κτιζόμενον, καὶ τὸν ἀπὸ Μαρίας ἐρχόμενον, καὶ τὸν ἀναλύοντα ὅθεν εἰς τὸ εἶναι πρόσηλθε, καὶ τὸν ἄνουν ἄνθρωπον, καὶ τὸν ὄντα, καὶ τὸν φαινόμενον. ὡς δὲ καὶ πολλὰ Πνεύματα, τὸ [h]ἄκτιστον, καὶ τὸ κτίσμα, καὶ τὸ

(a) Εχρῆν. Or. 1. χρῆν.
(b) Εκρατήσαμεν. Or. 1. κεκρατήκαμεν.
(c) Αλλὰ καί. Sic Or. 1. Deeſt ἀλλά in Ed.
(d) Εἰσφέρειν τῷ Θεῷ. Sic Or. 1. In Ed. προσφέρειν Θεῷ.
(e) Καὶ ἡ ζέσις. Or. 1. & Bill. ad marg. Edit. Baſ. καὶ ζέσις.
(f) Ποτιστήν. Reg. bm. Or. 1. aliique nonnulli addunt, ἢ τὸν δεῖνα, *aut alium quemdam.*
(g) Καινόν. Sic plures optimæ notæ Codd. & Ed. Regius tamen bm. & Or. 1. habent, κοινόν, *commune;* ſed ad Marg. ſcribitur καινόν, *novum.* Hanc ultimam lectionem præfert Combefiſius, utpotè ab Iſaia LXII. 2. expreſſam. Eâ ratione ab Elia probata fuerat, ut à Billio adnotatur. Ipſe tamen Billius, κοινόν, prætulit, & vertit: *communi Chriſti nomine.*
(h) Ακτιστον, καὶ τὸ κτίσμα, καὶ τὸ ὁμότιμον, καὶ τὸ ἐνέργημα. Sic Reg. bm. & Or. 1. In Ed. ἀκτιστον, καὶ τὸ ὁμότιμον, καὶ τὸ κτίσμα, καὶ τὸ ἐνέργημα.

ὁμότιμον, καὶ τὸ ἐνέργημα, καὶ τὸ ψιλὸν ὄνομα. δέον ἕνα Θεὸν Πατέρα γινώσκειν, ἄναρχον, καὶ ἀγέννητον, καὶ Υἱὸν ἕνα γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα ἓν ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ἀδιαχωρεῦν Πατρὶ μὲν ἀγεννησίας, Υἱῷ δὲ γεννήσεως· τὰ δὲ ἄλλα συμφυὲς, καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ ὁμότιμον· ταῦτα εἰδέναι, ταῦτα ὁμολογεῖν, μέχρι τούτων ἵστασθαι, τὴν δὲ πολλὴν φλυαρίαν, καὶ τὰς βεβήλους κενοφωνίας τῶν λόγων, τοῖς σχολὴν ἄγουσιν
a ἀποπέμπεσθαι. τί τὸ ταῦτα πάντα κεκινηκός; θερμότης χωρὶς λόγου καὶ ἐπιστήμης ἄσχετος, καὶ πίστεως πλοῦς ἀκυβέρνητος.

A agnoscere oportebat principii expertem & ingenitum, & unum Filium ex Patre genitum, & unum Spiritum ex Deo substantiam habentem, concedentem Patri Ingeniti proprietatem, Filio vero generationem; de cætero autem ejusdem omninò naturæ, dignitatis, honoris, gloriæ. Hæc, inquam, agnoscere oportebat, hæc confiteri, hîc gradum figere, prolixas autem nugas ac profanas verborum novitates ad otiosos homines amandare. Quid hæc omnia excitavit? Animorum fervor, qui sine B ratione ac scientia cohiberi nequit, fideique navigium gubernatore carens.

nitatis confessio.

5. Τοῦτο οὖν εἰδότες, ἀδελφοὶ, μήτε νωθεῖς ὦμεν πρὸς τὸ καλὸν, ἀλλὰ τῷ Πνεύματι ζέωμεν, μή ποτε ὑπνώσωμεν κατ' ὀλίγον εἰς θάνατον, ἢ, καθεύδουσιν ἡμῖν, ἐπισπείρῃ τὰ πονηρὰ σπέρματα ὁ ἐχθρός·
b νωθεῖα γὰρ [b]ὕπνῳ σύζυγος· μήτε δι' ἀκρυροι σὺν ἀλογίᾳ καὶ φιλαυτίᾳ, ἵνα μὴ ἐκφερώ- C μεθα, μηδὲ τῆς ὁδοῦ τῆς βασιλικῆς ἔξω πίπτωμεν· ἓν γέ τι πλαίοντες πάντως, ἢ κέντρων δεόμενοι διὰ τὴν νωθείαν, ἢ κρημνιζόμενοι διὰ τὴν θερμότητα. ἀμφοτέρων δὲ ὅσον χρήσιμόν ἐστι λαβόντες, τῆς μὲν τὸ πρᾶον, τῆς δὲ τὸν ζῆλον· ἀμφοτέρων ὅσον ἐστὶ βλαβερὸν διαφύγωμεν, τῆς μὲν τὸν ὄκνον, τῆς δὲ τὸ θράσος· ἵνα μήτε τῷ ἐλλείποντι ὦμεν ἄκαρποι, μήτε τῷ περιττεύοντι κινδυνεύωμεν. ὁμοίως γὰρ ἄχρηστα, D καὶ νωθρότης ἄπρακτος, καὶ θερμότης ἀπαίδευτος· ἡ μὲν οὐκ ἐγγίζουσα τῷ καλῷ, ἡ δὲ ὑπερπίπτουσα, καὶ τοῦ δεξιοῦ ποιουμένη τι δεξιώτερον. ὅπερ καὶ ὁ θεῖος Σολομὼν
c [c]καλῶς ἐπιστάμενος· μὴ ἐκκλίνῃς, φησὶν, εἰς τὰ δεξιὰ, μηδ' εἰς τὰ ἀριστερά· μηδὲ
d διὰ τῶν ἐναντίων εἰς κακὸν ἴσον [d]ἐμπέσῃς, τὴν ἁμαρτίαν. καί τοί γε τὸ φύσει δεξιὸν ἐπαινῶν· ὁδοὺς γάρ, φησι, τὰς ἐκ δεξιῶν οἶδεν ὁ Θεός· διεστραμμέναι δὲ εἰσὶν αἱ ἐξ E ἀριστερῶν. πῶς οὖν ἐπαινεῖ τὸ δεξιὸν, καὶ
e [e]ἀπάγει πάλιν τοῦ δεξιοῦ; τούτου δηλαδὴ τοῦ φαινομένου δεξιοῦ, καὶ οὐκ ὄντος. πρὸς ὃ βλέπων ἐτέρωθι· μὴ γίνου δίκαιος πολὺ, φησὶ, μηδὲ σοφίζου περισσά· τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ περὶ δικαιοσύνην, καὶ περὶ σοφίαν πάθος, θερμότης περὶ πραξιν καὶ λόγον,

VI. Quod cùm perspectum habeamus, Fratres, demus operam, ut nec ad bonum pigri simus, sed Spiritu ferveamus, ne alioqui paulatim in mortem obdormiamus, aut, *dormientibus nobis*, *prava zizania hostis superserat*; pigritia enim somno conjuncta est: nec rursùs cum temeritate & cæco nostrî amore acres ac fervidi, ne alioqui in transversum abripiamur, viâque regiâ excidamus; atque in horum alterum necessariò incidamus, ut vel calcaribus propter tarditatem opus habeamus, vel propter animorum fervorem in præceps ruamus. Quin potiùs, cùm ex utroque, id, quod utile ac fructuosum est, collegerimus, hoc est, ex illa mansuetudinem, ex hoc autem zelum; quod in utroque noxium ac perniciosum est, fugiamus, illius nempè pigritiam, hujus verò temeritatem; ut nec ob defectum steriles & infrugiferi simus, nec ob excessum periclitemur. Æquè enim inutiles sunt, iners ac supina segnities, & imperitus fervor: illa ad bonum minimè accedens, hic autem ulteriùs cadens, ac dextro dexterius aliquid efficiens. Atque id probè cognitum & exploratum habens divinus Salomon: *Ne declines*, inquit, *ad dexteram*, *neque ad sinistram*: nec per contraria in æquale malum, hoc est, in peccatum, incidas. Quanquam alioqui, quod naturâ dextrum est, his verbis laudat: *Vias enim, quæ à dextris sunt, novit Deus; perversæ autem sunt, quæ à sinistris sunt.* Quî fit igitur, ut qui dextrum laudat, idem rursùm à dextro nos abducat? Intelligit profectò quod dextri speciem habet, cùm reverà tale non sit. Quod etiam spectans alio loco inquit: *Ne magnoperè justus sis, nec supra modum sapiens.* Par etenim justitiæ atque sapientiæ detrimentum affert acris, tam in

Nemo ignaviæ indulgeat, aut cæco impetu abripiatur.

Matth. XIII. 25.

Defectus steriles, excessus periculosi.

Prov. IV. 27.

Ib. IV. 27.

Eccle. VII. 17.

(a) Ἀποπέμπεσθαι. Bas. & Comb. ἀποτίθεσθαι.
(b) Ὑπνῳ. Coisl. 1. & Comb. ὕπνε.
(c) Καλῶς. Deest in Or. 1.
(d) Ἐμπέσῃς. Duo Regg. πέσῃς.
(e) Ἀπάγει πάλιν τοῦ δεξιοῦ; Sic Reg. b. & Or. 1. In Ed. ἀπάγει τῷ δεξιῷ πάλιν.

action, quàm in ſermone, animi impetus, à bono nempè & à virtute propter exceſſum excidens. Hanc enim defectus, & exceſſus, peræquè labefactant, non ſecùs ac regulam additio aliqua aut ſubtractio.

Ordinis excellentia.

VII. Nemo igitur ſapientior ſit, quàm conveniat, nec lege exactior, nec luce ſplendidior, nec normâ rectior, nec præcepto ſublimior. Id verò quâ tandem ratione conſequemur? Nempè ſi ordinem noverimus, & naturæ leges comprobemus, & rationem ducem ſequamur, & diſciplinam non aſpernemur. *Reſpicite in cælum ſursùm, & in terram deorsùm*, atque animadvertite, quo pacto tota hæc rerum moles conſtructa & coagmentata fuerit, undè originem habuerit, quid ante earum concinnitatem erat, & quo jam nomine Univerſum appelletur. Ordine omnia concinnata & diſtincta ſunt, & quidem concinnatore Verbo: non quòd, ut una res, ita omnes ſimul produci non poſſent; (nam qui ea, quæ non erant, in ortum produxit, productíſque formam & ſpeciem dedit, idem profectò nequaquàm infirmitate prohibebatur, quominùs omnia ſimul in lucem ederet & exornaret;) verùm ob hanc cauſam, aliud primum, aliud ſecundum, aliud tertium numeratur, ac ſic deinceps, ut ſimul cum rebus creatis ordo ſtatim ingrediatur.

Iſai. LI. 6.

Creata omnia ordine ſervantur.

VIII. Ordo itaque omnia conſtituit, & colligavit. Ordo cœleſtia & terreſtria continet. Ordo in iis, quæ ratione & animo intelliguntur, locum habet: ordo in iis, quæ ſenſibus percipiuntur: ordo in Angelis; ordo in aſtrorum motu, magnitudine, mutuâ relatione, & ſplendore. *Alia enim Solis claritas eſt, alia Lunæ, alia ſtellarum. Stella enim à ſtella claritate differt.* Ordo in anni partibus & temporibus, aptè & diſtinctè, tum progredientibus, & recedentibus, ac per mediocritatem aſperitatem mitigantibus. Ordo in diei & noctis menſuris & intervallis. Ordo in elementis, ex quibus corpora conſtant. Ordo cœlum in orbem duxit, aërem exporrexit, terram ſuppoſuit, aut etiam ſuperpoſuit, humidam naturam fudit, atque in unum locum contraxit, ventos emiſit, ſed non ad hominum perniciem immiſit, aquas in nubibus aſtrinxit, ſed non retinuit, verùm in totius terræ faciem aptè & æquabiliter ſparſit: ídque non ad exiguum tempus, vel

I. *Cor.* XV. 41.

A ἔξω τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς [a] δι' ὑπερβολὴν πίπτουσα. ἢ καὶ τὸ ἐνδέον ἢ τὸ ὑπερβάλλον ὁμοίως λυμαίνεται, ὥσπερ καὶ πρὸς κανόνι προσθέσις ἢ [b] ὑφαίρεσις.

ζ. Μηδεὶς οὖν ἔστω πλέον ἢ καλῶς ἔχει σοφὸς, μηδὲ τοῦ νόμου νομιμώτερος, [c] μηδὲ λαμπροτέρος τοῦ φωτὸς, μηδὲ τοῦ κανόνος εὐθύτερος, μηδὲ τῆς ἐντολῆς ὑψηλότερος. ἔσται δὲ τοῦτο πῶς; [d] ἐὰν εἰδῶμεν κόσμον, καὶ ἐπαινῶμεν φύσεως νόμον, καὶ ἐπώμεθα

B λόγῳ, καὶ μὴ ἀτιμάζωμεν εὐταξίαν. ἐμβλέψατε εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ εἰς τὴν γῆν κάτω, καὶ ἐννοήσατε πῶς συνέστη τὸ πᾶν, καὶ ὅθεν, καὶ τί πρὸ τῆς διακοσμήσεως ἦν, καὶ τί νῦν ὄνομα τῷ παντί. τάξει τὰ πάντα διεκοσμήθη, καὶ ὁ διακοσμήσας Λόγος· καίτοί γε ὡς ἓν τὰ πάντα ἢ ἀθρόως ὑποστῆναι δυνατὸν ἦν· [e] ὁ γὰρ τοῖς οὐκ οὖσι τὸ εἶναι δοὺς, καὶ τοῖς ἠρεμοῦσι τὰς ἰδέας

C καὶ τὰ σχήματα, οὐδὲν ὁμοῦ τὸ πᾶν ἀναδεῖξαι καὶ διακοσμῆσαι ἀσθενὴς ἦν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο πρῶτόν τι, καὶ δεύτερον ἀριθμεῖται, καὶ τρίτον, καὶ τὰ ἑξῆς, ἵνα τάξις εὐθὺς συνεισέλθῃ τοῖς κτίσμασι.

η. [f] Τάξις ἓν τὸ πᾶν συνεστήσατο. τάξις συνέχει καὶ τὰ ἐπουράνια καὶ τὰ ἐπίγεια· τάξις ἐν νοητοῖς· τάξις ἐν αἰσθητοῖς· τάξις ἐν Ἀγγέλοις· τάξις ἐν ἄστροις, [g] ἢ κινήσει, καὶ μεγέθει, καὶ σχέσει τῇ πρὸς ἄλληλα, ἢ λαμπρότητι. ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη

D δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. τάξις ἐν ὥραις καὶ καιροῖς, [h] ἐν κόσμῳ περιέουσί τε καὶ ὑπαπιοῦσι, καὶ διὰ τῆς μεσότητος τὸ αὐστηρὸν τιθασεύουσι. τάξις ἐν ἡμέρας ἢ νυκτὸς μέτροις, [i] καὶ διαστήμασι. τάξις ἐν στοιχείοις, ἐξ ὧν τὰ σώματα. τάξις περιήγαγεν οὐρανὸν, ἵπλωσεν ἀέρα, γῆν ὑπέθηκεν, ἢ ἢ ὑπερέθηκε, φύσιν ὑγρὰν ἔχει καὶ συνήγα-

E γεν, ἀνέμους ἀφῆκε, [k] καὶ οὐκ ἐπαφῆκεν, ὕδωρ ἔδησεν ἐν νεφέλαις, καὶ ἃ κατέσχεν, ἀλλ' [l] ἔσπειρεν ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, εὐτάκτως καὶ ὁμοτίμως· καὶ ταῦτα οὐκ ἐπ'

(a) Δι' ὑπερβολήν. Regg. b. & bm. δι' ὑπερβολῆς. Mox, ἢ καί. Baſ. ἢ καί.

(b) Υφαίρεσις. Reg. b. ἀφαίρεσις.

(c) Μηδὲ λαμπρότερος τῆς φωτός. Hæc deſunt in duobus Regg.

(d) Ἐὰν εἰδῶμεν κόσμον. Bill. *Si modeſti & compoſiti eſſe curemus.*

(e) Ο γάρ. Sic Or. 1. In Ed. ὁ γάρ.

(f) Τάξις συνέχει &c. Reg. b. & Or. 1. τάξις ἓν ἔχει καὶ τὰ ἐρανία.

(g) Καί. Deeſt in Or. 1.

(h) Ἐν κόσμῳ. In nonnullis, εὐκοσμίως.

(i) Καὶ διαστήμασι. Sic duo Regg. Or. 1. Comb. In Edit. deeſt καί.

(k) Καὶ οὐκ ἐπαφῆκεν. Hæc deſunt in Or. 1. Sic hunc locum exponit Elias: *Laxavit ventos, ut ſpirent utiliter, ſed non ità laxavit, ut eis facta ſit copia ſupra modum flandi.*

(l) Εσπειρεν. Schol. πηγὰς καὶ ποταμοὺς, ἴσως καὶ τῶν θαλάσσων τὰ πελάγη. *Sparſit fontes & fluvios, fortaſſis & marium æquora.*

ὀλίγον,

ὀλίγον, οὐδὲ εἰς ἕνα καιρὸν ἢ χρόνον, ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος, τὴν αὐτὴν ὁδὸν εὐθυνόμενα καὶ περιπορευόμενα, πεπηγότα τε [a] καὶ κινούμενα, [a] τὸ μὲν τῷ Λόγῳ, τὸ δὲ τῇ ῥεύσει· ἔστησεν αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται. τοῦτο τῆς πήξεως· καὶ εἴ τι [c b] γέγονεν, [b] ἢ γεννήσεται, τοῦτο τοῦ [c] ῥεύματος. καὶ τάξεως μὲν ἐπικρατούσης, κόσμος, τὸ πᾶν, καὶ τὸ κάλλος ἀκίνητον. ἀταξία δὲ καὶ ἀκοσμία, ἐν μὲν ἀέρι τοὺς σκηπτοὺς, ἐν δὲ γῇ τοὺς σεισμοὺς, ἐν δὲ θαλάσσῃ [d] τὰς [d] ἐπικλύσεις, ἐν δὲ πόλεσι καὶ οἴκοις πολέμους, ἐν δὲ τοῖς σώμασι τὰς ἀῤῥωστίας, ἐν δὲ ταῖς ψυχαῖς τὰς ἁμαρτίας, [e e] ἐκαινοτόμησεν. ταῦτα πάντα οὐ τάξεως, οὐδὲ εἰρήνης, ἀλλὰ ταραχῆς καὶ ἀταξίας [f] ὀνόματα. καὶ τὴν θρυλλουμένην [f] δὲ φθορὰν [g] καὶ περισκοπουμένην, μὴ ἄλλό τι, ἀδελφοὶ, ἢ πλεονασμὸν ἀταξίας εἶναι νομίζωμεν· συνδεῖ μὲν γὰρ τάξις, λύει δὲ ἀταξία, ὅταν λῦσαι τὸ πᾶν ἢ μεταποιῆσαι παρασχῇ τῷ συνδήσαντι.

unum aliquem temporis articulum, verùm ab ipſis mundi primordiis in finem uſque, eandem viam recto curſu tenentia, & circumeuntia, fixáque ſimul & motu agitata; illud vi Verbi & facultate, hoc rei fluxæ & caducæ naturâ. *Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit, & non præteribit.* Illud fixionis & ſoliditatis: at ſi quid ortum habuit, aut habiturum eſt, hoc fluxionis. Atque vigente quidem ordine, ſtat mundus, id eſt, Univerſum hoc; ac ejus pulchritudo, certa & ſtabilis eſt. Contrà autem, perturbatio & confuſio, in aëre procellas, in terra motus, in mari exundationes, in urbibus domibúſque bella & diſſidia, in corporibus morbos, in animis peccata, procreavit. Hæc enim omnia, non pacis nec ordinis, ſed confuſionis & perturbationis nomina ſunt. Quin celebrem quoque illam, atque omnium ſermone tritam, & in expectatione poſitam labem & corruptionem, haud quidquam, Fratres, aliud eſſe exiſtimemus, quàm profuſam quandam & redundantem omnium rerum confuſionem; ut enim ordo conſtringit, ita perturbatio ſolvit, ac diſſipat; cùm videlicet, totam hanc rerum machinam diſſolvere, aut in præſtantiorem ſtatum commutare, ei viſum fuerit, à quo conjuncta, & tanquam vinculis quibuſdam conſtricta eſt.

P∫. CXLVIII. 6.

Pravi perturbationis ac confuſionis effectus.

θ. Τάξις καὶ τοῖς ζώοις ἅπασι γένεσιν, [h] καὶ τροφὴν, καὶ τὰς καταλλήλους [h] ἑκάστῳ χώρας ἐνομοθέτησε. καὶ οὔτε δελφῖνα τὶς εἶδεν αὔλακα τέμνοντα, οὔτε βοῦν δι' ὕδατος ὀλισθαίνοντα· ὥσπερ οὐδ' ἥλιον ἐν νυκτὶ μειούμενον, ἢ πληρούμενον, οὔτε σελήνην ἐν ἡμέρᾳ πυρσεύουσαν· ὄρη τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις, πέτρα καταφυγὴ τοῖς [i] λαγωοῖς. ἐποίησε σελήνην εἰς καιρούς· ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ· νὺξ, καὶ ἄνθρωπος ὕπνῳ συστέλλεται, καὶ τὰ θηρία παῤῥησιάζεται, καὶ ζητεῖ τροφὴν ἕκαστον τὴν διδομένην παρὰ τοῦ κτίσαντος· ἡμέρα, καὶ τὰ θηρία συνάγεται, καὶ ἄνθρωπος ἐπὶ τὴν ἐργασίαν [k] ἐπείγεται· καὶ ἀλλήλοις ὑποχωροῦμεν [k] ἐν τάξει, νόμῳ καὶ λόγῳ φύσεως. προσθήσω [m l] τὸ [l] μέγιστόν τε καὶ οἰκειότατον. τάξις [m] ἐκ λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου κράματος, τὸν ἄνθρωπον, ζῶον λογικὸν, συνεστήσατο· καὶ [n] συνέδησε [n] μυστικῶς τε καὶ ἀῤῥήτως τὸν

IX. Ordo cunctis animantibus ortum, & alimentum, ac ſedes unicuique aptas & congruentes indixit, & quaſi latâ lege præſcripſit. Ac nec delphinum quiſquam arva ſulcantem vidit, nec bovem per aquas lubricum iter carpentem; quemadmodùm nec Solem noctu decreſcentem vel augeſcentem, nec rursùs Lunam mortalibus interdiù prælucentem. *Montes excelſi cervis: petra refugium herinaciis. Fecit Lunam in tempora: Sol cognovit occaſum ſuum.* Simul atque nox terram caligine obduxit, ſtatim homo ſomno contrahitur, feræ autem liberè vagantur, ac pabulum à Creatore conceſſum quærunt: ſimul atque dies illuxit, ſtatim beſtiæ congregantur, atque homo ad opus properat. Ita ordine, & juxta naturæ legem atque rationem, nobis invicem cedimus. Addam, quod maximum eſt, maximéque proprium. Ordo ex mixtura, partim ratione præditâ, partim rationis experte, hominem, ratione utens animal, conſtruxit; atque arcano modo, & qui nullis verbis explicari queat, terram cum mente, mentem cum ſpiritu vinxit. Quin, ut mirabilius

Creator ordinem præſcripſit cunctis animantibus.

Soli.

Lunæ.

P∫. CIII. 18. & ſeq.

Nocti.

Diei.

Homini.

(a) Τὸ μὲν τῷ Λόγῳ, τὸ δέ. Sic Reg. b. Coisl. 2. & Or. 1. In Ed. τῷ μὲν τῷ Λόγῳ, τῷ δὲ &c. Schol. τῷ Λόγῳ τῆς ὐσίας. *Ratione eſſentiæ, fixa; ratione fluxionis, ſeu ortûs & interitûs, mota.*

(b) Ἢ γεννήσεται. Or. 1. καὶ γενήσεται.

(c) Ῥεύματος. Coisl. 1. ῥήματος.

(d) Επικλύσεις. Bill. *Naufragia.*

(e) Εκαινοτόμησε. *Quaſi res novas moliendo introduxit.*

(f) Δέ. Deeſt in duobus Regg. & Or. 1.

(g) Καί. Duo Regg. ἤ.

(h) Ἑκάστῳ. In quibuſdam, ἑκάστοις.

(i) Λαγωοῖς. *Leporibus.*

(k) Εν τάξει. Comb. rejicit ἐν, & vertit: *Ordini, naturæ legi & rationi cedimus.*

(l) Μέγιστόν τε. Deeſt τε in Or. 1.

(m) Εκ λογικῆ τε καὶ ἀλόγε κράματος, τὸν ἄνθρωπον. Hæc deſunt in duobus Regg. & Or. 1.

(n) Μυστικῶς τε. Deeſt τε in duobus Regg. & Or. 1.

aliquid in figmento ſuo atque opere patraret, idem ipſum & conſervavit, & diſſolvit. Alterum enim ſuperinduxit, alterum ſubduxit, non ſecùs atque in aquarum fluxu, corporíque mortali immortalitatem per diſſolutionem comparavit. Ordo nos à mutis animantibus diſtinxit, civitates condidit, leges inſtituit, virtutem honoribus, vitium pœnâ affecit, artes excogitavit, matrimonia copulavit, ac, per acrem erga ſuſceptos liberos amorem, feram & agreſtem vitam ad humanitatem excoluit, &, quod terreno hoc & carnali amore majus eſt, divinum amorem animis noſtris infixit.

Ordo hominem à mutis animantibus ſecernit.

X. Quid autem ſingula commemorare attinet? Ordo, omnium rerum pater & præſidium eſt; iſtudque Verbi, rerum omnium conditoris & architecti, ſolùs rectè dicere queat, ſi quidem vocem acceperit: *Cùm mundus à Deo crearetur ac produceretur, cum eo eram cuncta componens: cùm adornaret thronum ſuum ſupra ventos, ac ſupernas nubes roboraret: cùm fundamenta terræ jaceret, & velut firmos & tutos fontes, qui ſub cælo ſunt, ſtatueret, ac Spiritu oris ſui virtutem omnem illis largiretur.* Verùm, (ut ad rem ipſam, cujus causâ hæc omnia diſſerui, & ad quam jampridem Oratio noſtra feſtinat, veniamus,) ordo in Eccleſiis quoque conſtituit, ut alii oves ſint, alii Paſtores, alii præſint, alii ſubſint ac pareant; alius velut caput ſit, alius pes, alius manus, alius oculi, alius aliud quoddam corporis membrum, ad totius Eccleſiæ concinnitatem & utilitatem, vel inferius, vel præſtantius. Et quemadmodùm in corporibus, nec membra inter ſe divulſa ſunt, verùm cuncta unum corpus ſunt ex diverſis membris conflatum; nec rursùm idem omnium munus eſt, tametſi alioqui ad benevolentiæ concordiæque neceſſitatem, honoríſque parem in diſparibus rationem, alia aliorum operâ ex æquo indigeant; neque enim oculus ambulat, ſed viam commonſtrat: nec pes proſpicit, ſed progreditur ac loca permutat: nec lingua voces accipit, id enim aurium eſt: nec rursùs auris loquitur, quod linguæ officium eſt: & naſus quidem eſt odoratûs organum; *guttur autem*, ut ait Job, *cibos deguſtat:* manus porrò dandi atque accipiendi inſtrumentum eſt: mens denique omnibus præeſt atque impe-

Ordo, omnium rerum pater & præſidium.

Prov. VIII. 27. *& ſeqq.*

Pſ. XXXII. 6.

Ordo in Eccleſia neceſſarius.

Job. XXXIV. 3.

χοῦν τῷ νοΐ, & τὸν νοῦν τῷ πνεύματι. καὶ ἵνα θαυματουργήσῃ τὶ μεῖζον ἐν τῷ ἑαυτοῦ πλάσματι, τὸ αὐτὸ καὶ διεσώσατο, καὶ διέλυσε. τὸ μὲν γὰρ [a] ἐπεισήγαγε, τὸ δὲ [b] ὑπεξήγαγεν, ὥσπερ ἐν ῥεύματι, καὶ τῷ θνητῷ τὴν ἀθανασίαν ἐωραγματεύσατο [c] διὰ λύσεως. αὕτη καὶ τῶν ἀλόγων ἡμᾶς διέστησε, καὶ πόλεις ᾤκισε, καὶ νόμους ἔθετο, καὶ ἀρετὴν ἐτίμησε, καὶ κακίαν ἐκόλασε, καὶ τέχνας εὕρετο, καὶ [d] συζυγίαν ἡρμόσατο, καὶ τῷ περὶ τὰ γεννώμενα φίλτρῳ τὸν βίον ἡμέρωσε, καὶ μεῖζόν τι τῶν κάτω πόθου καὶ [e] τοῦ ζαρκικοῦ, τὸν περὶ Θεὸν ἐνιδρύσατο.

ι. Καὶ τί δεῖ καθ' ἕκασλον λέγειν; τάξις, τῶν ὄντων ἐσλὶ μήτηρ, καὶ ἀσφάλεια· καὶ τὸ τῶ Λόγῳ, μόνῃ καλῶς ἂν εἴποι, τῷ πάντα δημιουργήσαντος, [f] εἴ γε λάβοι φωνήν· ὅτε τὸ πᾶν οὐσιοῦτο τῷ Θεῷ καὶ ὑφίσλατο, ἐγὼ ἦμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα· ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων, καὶ ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ ἄνω νέφη· ἡνίκα ἐθεμελίῳ τὴν γῆν, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει [g] πηγὰς τὰς ὑπ' οὐρανόν, καὶ τῷ Πνεύματι τῷ στόματος αὐτοῦ πᾶσαν δύναμιν ἐχαρίσατο. ἀλλ', οὗ χάριν ταῦτα πάντα διῆλθον, καὶ πρὸς ὃ πάλαι ὁ λόγος ἠπείγετο, τάξις κἂν ταῖς Ἐκκλησίαις, τὸ μὲν εἶναί τι ποίμνιον, τὸ δὲ ποιμένας διώρισε· καὶ τὸ μὲν ἄρχειν, τὸ δὲ ἄρχεσθαι· καὶ τὸ μὲν οἷον εἶναι κεφαλήν, τὸ δὲ πόδας, τὸ δὲ χεῖρας, τὸ δὲ ὀφθαλμὸν, τὸ δὲ ἄλλό τι τῶν μελῶν τοῦ ζώματος, πρὸς τὴν τοῦ παντὸς εὐαρμοστίαν καὶ τὸ συμφέρον, ἢ προεχομένων, ἢ προεχόντων· καὶ, ὥσπερ ἐν τοῖς ζώμασιν, οὔτε ἀπέρρηκται ἀλλήλων τὰ μέλη, ἀλλ' ἓν σῶμα τὸ πᾶν ἐστιν ἐκ διαφόρων συγκείμενον· οὔτε [h] ταυτὸ πάντων ἐνέργημα, εἰ καὶ ταυτὸ [i] τὸ χρήζειν ἀλλήλων εἰς ἀνάγκην εὐνοίας τε καὶ [k] συννεύσεως· καὶ οὔτε ὀφθαλμὸς βαδίζει, ἀλλ' ὁδηγεῖ· οὔτε ποὺς προβλέπει, ἀλλὰ [l] μεταβαίνει, καὶ μετατίθησιν· οὔτε γλῶσσα δέχεται φωνὰς, ἀκοῆς γάρ· οὔτε ἀκοὴ φθέγγεται, γλώσσης γάρ· καὶ χὶς μὲν, [m] ὀδμῶν αἰσθητήριον· λάρυγξ δὲ σῖτα γεύεται, φησὶν ὁ Ἰώβ· χεὶρ δὲ τοῦ

(a) Επεισήγαγε. Schol. τῇ γεννήσει. *Generatione, ortu.*
(b) Υπεξήγαγεν. Schol. τῇ μεταστάσει, *migratione*, ſeu, *morte.*
(c) Διὰ λύσεως. Schol. ὡς ὁδῷ ὥσης τῆς λύσεως ἐπὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀθανασίαν. *Quòd diſſolutio via ſit ad Reſurrectionem, & ad ipſam, quæ ex illa eſt, immortalitatem.*
(d) Συζυγίαν. Duo Regg. συζυγίας.
(e) Τῷ. Deeſt in duobus Regg.
(f) Εἴ γε. Sic plerique Codd. Deeſt γε in Ed.
(g) Πηγὰς τὰς ὑπ' οὐρανόν. Billius: *Supercæleſtes fontes;* quod certè à Græco, & à Gregorii mente alienum eſt.
(h) Ταυτό. Reg. b. τ' αὐτόν.
(i) Το χρήζειν. Sic Reg. bm. Coisl. 1. & 2. &c. Deeſt τό in Ed.
(k) Συννεύσεως. Coisl. 1. addit, καὶ ἰσοτιμίας ἐν τοῖς ἀνίσοις. *Et parem honoris in diſparibus rationem.* Id eſt, *ad æqualitatem ſervandam in iis rebus quæ diſpares ſunt.*
(l) Μεταβαίνει. Bill. *ingreditur.*
(m) Οδμῶν. Reg. b. & Comb. ὀσμῶν.

διδόναι καὶ τοῦ λαμβάνειν ὄργανον· νοῦς δὲ τοῖς πᾶσιν ἡγεμών, παρ' οὗ τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ εἰς ὃν ἡ αἴσθησις. οὕτω καὶ παρ' ἡμῖν, τῷ κοινῷ Χριστοῦ ζώματι.

ια. Οἱ γὰρ πάντες ἓν σῶμα ἐσμὲν ἐν Χριστῷ· οἱ δὲ καθ' ἕνα Χριστοῦ, καὶ ἀλλήλων μέλη. τὸ μὲν γὰρ ἄρχει καὶ προηγεῖται, τὸ δὲ ἄγεται καὶ εὐθύνεται, καὶ οὔτε ταυτὸν ἀμφότερα ἐνεργεῖ, εἴπερ μὴ ταυτὸν ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι· καὶ γίνεται ἀμφότερα ἓν εἰς ἕνα Χριστὸν, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ συναρμολογούμενα, καὶ συντιθέμενα Πνεύματος. κἂν τοῖς ἐρχομένοις πάλιν, ὅσον τὸ μέσον καὶ παιδεύσει, καὶ ἀσκήσει, καὶ ἡλικίᾳ διεστηκόσι· κἂν τοῖς ἄγουσι τὸ διάφορον ὅσον· καὶ Πνεύματα Προφητῶν Προφήταις ὑποτάσσεται, Παύλου λέγοντος, a μὴ ἀμφίβαλλε· ἢ οὓς μὲν ἔθετο, [a] φησὶν, ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον Ἀποστόλους, b δεύτερον Προφήτας, τρίτον [b] ποιμένας καὶ διδασκάλους· πρῶτον διὰ τὴν ἀλήθειαν, δεύτερον διὰ τὴν σκιὰν, τρίτον διὰ τὸ μέτρον τῆς ὠφελείας, καὶ τῆς ἐλλάμψεως. καὶ τὸ μὲν Πνεῦμα ἓν, τὰ χαρίσματα δὲ οὐχ ἴσα, ὅτι μηδὲ τὰ δοχεῖα τοῦ Πνεύμα- c τος. [c] ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται d λόγος Σοφίας [d] καὶ θεωρίας, ἄλλῳ δὲ λόγος e γνώσεως, ἢ ἀποκαλύψεως, [e] ἄλλῳ πίστις βεβαία καὶ ἀνενδοίαστος, ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων καὶ θαυμάτων ὑψηλοτέρων, ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, εἴτουν προστασίαι, κυβερνήσεις, εἴτουν παιδαγωγίαι σαρκὸς, γένη γλωσσῶν, ἑρμηνεῖαι γλωσσῶν, τὰ μείζω χαρίσματα, καὶ τὰ δεύτερα, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως.

ιβ. Ταύτην αἰδώμεθα τὴν τάξιν, ἀδελφοὶ, ταύτην φυλάττωμεν. ὁ μὲν ἔστω τις ἀκοὴ, ὁ f δὲ γλῶττα, ὁ δὲ χεὶρ, [f] ὁ δὲ ἄλλό τι τούτων. ὁ μὲν διδασκέτω, ὁ δὲ μανθανέτω· ὁ δὲ ἐργαζέσθω τὸ ἀγαθὸν ταῖς ἰδίαις χερσὶν εἰς μετάδοσιν τοῦ δεομένου καὶ χρήζοντος. ὁ μὲν E ἐρχέτω καὶ προβεβλήσθω· ὁ δὲ δικαιούσθω διὰ τῆς ὑπουργίας· καὶ ὁ διδάσκων ἐγκόσμως. Προφῆται γὰρ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ ἀνὰ μέρος, καὶ εἷς διερμηνευέτω. ἄλλου δὲ τρανωθέντος, ὁ πρῶτος ὑποχωρείτω. καὶ ὁ μανθάνων, ἐν εὐπειθείᾳ· καὶ ὁ χορηγῶν, ἐν ἱλαρότητι· καὶ ὁ ὑπουργῶν, ἐν προθυμίᾳ.

rat, nimirùm à qua vis ſentiendi proficiſcitur, & ad quam ſenſus omnes referuntur. Ad eundem quoque modum apud nos, hoc eſt, in communi Chriſti corpore, res ſe habet.

XI. Omnes enim *corpus unum in Chriſto ſumus, ſinguli autem Chriſti, atque alii aliorum membra.* Alii enim dominantur & præſunt: alii parent ac reguntur. Et quamvis non eadem ſit utrorúmque actio, ſiquidem imperare, & imperio regi, non eſt idem; fiunt tamen utraque unum in unum Chriſtum, ab eodem Spiritu conſtructa atque compacta. Ac rursùs, quemadmodùm inter eos, qui ſubſunt, permagnum diſcrimen reperitur, ut qui, & doctrinâ, & uſu atque exercitatione, & ætate inter ſe differant: eodem modo inter Præfectos quoque non parva differentia eſt; ac *Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjici,* cùm Paulus ipſe affirmet, non eſt cur de ea re dubites. Et *quoſdam quidem,* inquit, *poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Paſtores & Doctores:* primum propter veritatem, alterum propter umbram, poſtremum propter utilitatis & illuminationis divinæ menſuram. Et Spiritus quidem unus eſt, non autem pares gratiæ: quandoquidem nec paria Spiritûs conceptacula. *Alii enim per Spiritum datur ſermo ſapientiæ & ſpeculationis, alii ſermo ſcientiæ & revelationis, alii fides certa miniméque dubia, alii virtutum ſublimiúmque miraculorum operationes, alii gratiæ curationum, opitulationes,* hoc eſt, defenſiones & patrocinia; *gubernationes,* hoc eſt, carnis caſtigationes, *genera linguarum, interpretationes linguarum,* aliis denique præſtantiores, aliis inferiores gratiæ, pro fidei nimirùm ratione & proportione.

Corpus unum in Chriſto ſunt Chriſtiani. *Rom.* XII. 5.

I. Cor. XIV. 32.

Ib. XII. 28.

I. Cor. XII. 8. *& ſeqq.*

XII. Hunc ordinem revereamur, ô Fratres, hunc tueamur & conſervemus. Alius auris ſit, alius lingua, alius manus, alius aliud quiddam. Alius doceat, alius diſcat; *alius propriis manibus bonum operetur, ut habeat quod egentibus impertiatur:* alius præſit ac plebem moderetur: alius juſtitiæ laudem per miniſterium conſequatur. Qui docet, in modeſtia doceat. *Prophetæ enim duo aut tres loquantur, idque viciſſim, atque unus interpretetur. Quod ſi alii revelatum fuerit, primus loco ipſi cedat. Et qui diſcit, in obedientia: & qui tribuit, in hilaritate: & qui miniſtrat, in alacritate.* Ne linguæ munere, quod omnium promptiſſimum & paratiſſimum eſt, omnes fun-

Ordini in Eccleſia conſtituto magna debetur reverentia.

Eph. IV. 28.

I. Cor. XIV. 29. *& ſeq.*

Rom. XII. 8.

(*a*) Φησὶν. Deeſt in duobus Regg.
(*b*) Ποίμενας. Deeſt in Or. 1.
(*c*) Ω μὲν. Sic Sacer textus, Coisl. 1. Or. 1. Comb. &c. Pravè in Ed. ὁ.
(*d*) Καὶ θεωρίας. Reg. b. ἢ θεωρίας.
(*e*) Ἄλλῳ. Reg. bm. addit, δέ.
(*f*) Ὁ δὲ ἄλλό τι τούτων. Sic Reg. b. In Ed. legitur tantùm, ἄλλό τι.

Non omnes Apoſtoli, nec Prophetæ, nec Interpretes.

gamur : nec *omnes Apoſtoli ſimus*, nec *omnes Prophetæ*, nec *omnes Interpretes*. Amplum & præclarum eſt de Deo verba facere ? At præclarius eſt ſeipſum Deo purgare ; *quoniam in malevolam animam non introibit ſapientia*. Atque *ad juſtitiam ſeminare, & vitæ fructum metere jubemur*, ut ſcientiæ lumine perfundamur. Ac Paulus ipſe *nos per Domini amorem* à Domino cognoſci vult, per cognitionem autem doceri : atque hanc ad cognitionem viam, meliorem eſſe cenſet, quàm opinionem eam, quæ inflat.

I. Cor. XII. 29.
Sap. I. 4.
Oſee. X. 12.
I. Cor. VIII. 3.

Docere in Eccleſia præclarum eſt, ſed periculoſum.

XIII. Magnum & præclarum eſt docere ? At diſcere periculo vacat. Quid Paſtoris munus tibi arrogas, cùm ovis ſis ? Quid caput efficeris, cùm pes ſis ? Quid exercitum ducere aggrederis, in militum ordinem adſcriptus ? Quid magna quidem illa, ſed incerta & periculoſa maris lucra conſectaris, cùm terram ſine periculo colere liceat, etiamſi minore cum quæſtu ? Si vir ſecundùm Chriſtum es, & *ſenſus exercitatos habes*, ac ſplendido ſcientiæ lumine præditus es, *Dei ſapientiam loquere, quæ apud perfectos* prædicatur, & quæ in myſterio abſcondita eſt ; ídque ita demùm, ſi commodum tempus nactus fueris, eámque fidei tuæ commiſſam habueris. *Quid enim à teipſo habes, quod tibi datum non fuerit, & quod non acceperis ?* Sin autem ætate adhuc tenerâ es, atque humili & abjecto animo, viribúſque infirmioribus, quàm ut ad ſublimiora progredi poſſis, Corinthius eſto, ſatis tibi ſit *lacte nutriri*. Quid ſolidiorem cibum expetis, quem membra præ imbecillitate conficere, atque in alimentum vertere nequeant ? Loquere ſanè, ſi quid ſilentio melius & excellentius habes ; (neque enim te fugit laudi duci, ſi quis *ordinem labiis adhibeat ;*) at ubi ſilere præſtat, quàm loqui, ſilentium complectere. Atque alia dicere ames, alia audire ; alia laudibus evehere, alia, non tamen acerbè, ablegare ac rejicere.

Heb. V. 14.
I. Cor. II. 6.
Ib. IV. 7.
Ib. III. 2.
Prov. X. 19.

Multùm laboris & periculi Paſtoribus incumbit.

XIV. Neſcitis, Fratres, quâ difficultate premamur, nos, inquam, qui hîc cum pompa & faſtu præſidemus, atque hæc vobis, qui è plebe eſtis, quaſi latâ lege promulgamus. Ac fortaſsè nec noſtrûm plerique, (quod etiam deplorandum eſt,) intelligunt, quomodò apud Deum, & cogitatio omnis, & ſermo, & actio velut ad lancem expendatur : nec apud Deum duntaxat, verùm & apud omnes fermè homines ; qui, cùm rerum ſuarum tardi ſint

μὴ πάντες ὦμεν γλῶσσα, τὸ ἑτοιμότατον· A
μὴ πάντες Ἀπόστολοι, μὴ πάντες Προφῆται,
μὴ πάντες διερμηνεύωμεν. μέγα τὸ περὶ
Θεοῦ λαλεῖν ; ἀλλὰ μεῖζον τὸ ἑαυτὸν κα-
θαίρειν Θεῷ· ἐπειδὴ [a] εἰς κακότεχνον ψυχὴν a
ζοφία οὐκ εἰσελεύσεται. καὶ σπείρειν ἐκελεύσ-
θημεν εἰς δικαιοσύνην, καὶ τρυγᾶν καρπὸν
ζωῆς, [b] ἵνα καὶ φωτισθῶμεν τῷ φωτὶ τῆς b
γνώσεως. καὶ Παῦλος, διὰ τοῦ ἀγαπᾶν ἡμᾶς
τὸν Κύριον, ὑπὸ Κυρίου γινώσκεσθαι βούλεται,
B διὰ δὲ τοῦ γιγνώσκεσθαι, τὸ διδάσκεσθαι, ἡγ
ταύτην ὁδὸν βελτίονα οἶδεν εἰς γνῶσιν, τῆς
φυσιούσης οἰήσεως.

ιγ. Μέγα τὸ διδάσκειν ; ἀλλὰ τὸ μαν-
θάνειν ἀκίνδυνον. τί σεαυτὸν ποιεῖς ποιμένα,
πρόβατον ὤν ; τί γίνῃ κεφαλή, πρὸς τυγ-
χάνων ; τί στρατηγεῖν ἐπιχειρεῖς, τεταγμένος
ἐν στρατιώταις ; τί τὰ μεγάλα, ἡγ οὐκ
ἀσφαλῆ κέρδη τῆς θαλάσσης [c] ἐπιδιώκεις, c
ἐνὸν ἀκινδύνως γεωργεῖν γῆν, [d] εἰ ἡγ κερδαίνοις d
C ἐλάσσονα ; καὶ εἰ μὲν ἀνὴρ εἶ κατὰ Χριστὸν,
καὶ γεγύμνασταί σοι τὰ αἰσθητήρια, καὶ
λαμπρόν σοι τὸ φῶς τῆς γνώσεως, λαλεῖ
Θεοῦ ζοφίαν τὴν λαλουμένην ἐν τοῖς τελείοις,
καὶ τὴν ἀποκεκρυμμένην ἐν μυστηρίῳ· καὶ
ταύτην, ὅταν καιρὸν λάβῃς, καὶ πιστευθῇς.
τί γὰρ ἔχεις πρὸς σεαυτοῦ, ὃ μὴ δέδοται,
μηδὲ εἴληφας ; [e] εἰ δὲ ἔτι νήπιος εἶ, καὶ e
χαμερπὴς τὴν διάνοιαν, καὶ τοῖς ὑψηλοτέροις
προσβαίνειν οὐχ ἱκανὸς, γενοῦ Κορίνθιος,
D [f] γάλακτι τράφητι. τί χρήζεις στερεωτέρας f
τροφῆς, ἣν οὐκ ἀναλίσκει τὰ μέλη, καὶ
ποιεῖ τροφὴν δι' ἀσθένειαν ; φθέγγου μὲν,
εἴ τι κρεῖττον σιωπῆς ἔχεις· καὶ γὰρ τὸ
τάξιν στείλασθαι χείλεσιν ἐπαινούμενον,
ἔγνως· ἀγάπα δὲ ἡσυχίαν, ἔνθα κρεῖττον
λόγου τὸ σιωπᾶν· καὶ τὰ μὲν εἰπεῖν, τὰ
δὲ ἀκοῦσαι· καὶ τὰ μὲν ἐπαινέσαι, τὰ δὲ μὴ
πικρῶς ἀποπέμψασθαι.

ιδ. Οὐκ ἴστε τὸν ἀγῶνα τὸν ἡμέτερον,
ἀδελφοὶ, τῶν ζοβαρῶς ἐνταῦθα προσηδεζο-
μένων, καὶ ταῦτα νομοθετούντων ὑμῖν τοῖς
πολλοῖς. τάχα δὲ οὐδὲ ἡμῶν αὐτῶν οἱ
πλείους γιγνώσκομεν, ὃ καὶ δακρύειν ἄξιον,
ὅπως πρὸς Θεῷ ταλαντεύεται καὶ νόημα
πᾶν, καὶ λόγος, καὶ πρᾶξις· καὶ οὐ πρὸς
Θεῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων τοῖς
πλείστοις· οἱ βραδεῖς μέν εἰσι τῶν ἰδίων

(a) Εἰς κακότεχνον. Sic quatuor Regg. & Or. I. In Ed. ὡς κακότεχνον.
(b) Ἵνα. Reg. b. & Or I. addunt, καί.
(c) Ἐπιδιώκεις. Reg. bm. & Or. I. διώκεις.
(d) Εἰ καί. Or. I. ad marg. καὶ εἰ καί.
(e) Εἰ δὲ ἔτι νήπιος εἶ. Sic Codd. Pravè in Ed. εἰ δὲ ἔσθι νήπιος, εἰ &c.
(f) Γάλακτι τράφητι. Lac cibum adhibe.

κριταὶ,

a κριταὶ, [a]ταχεῖς δὲ τῶν ἀλλοτρίων ἐξετασταὶ, καὶ ῥᾷον ἂν ἄλλοις τὰ μέγιστα, ἢ τὰ ἐλά-
b χιστα ἡμῖν [b]συγχωρήσαιεν· κἂν ὦσιν ἀμαθέστεροι, θᾶττον ἂν ἡμῶν ἀσέβειαν κατα-
γνοῖεν, ἢ μετρίαν ἑαυτῶν ἄγνοιαν. οὐκ ἴστε,
c πηλίκον ἐκ Θεοῦ δῶρον ἡ σιωπὴ, [c]καὶ τὸ
μὴ ἀνάγκην ἔχειν λόγου παντὸς, ὥστε κατ'
d ἐξουσίαν, [d]τὸν μὲν αἱρεῖσθαι, τὸν δὲ ἀποδιδράσκειν, καὶ ταμιεύειν ἑαυτῷ καὶ λόγον
e καὶ σιωπήν. φύσει μὲν [e]γὰρ ἅπας λόγος σαθρὸς καὶ εὐκίνητος, καὶ δυσὶ τὸν ἀντιμαχόμενον λόγον ἐλευθερίαν οὐκ ἔχων· ὁ δὲ περὶ Θεοῦ, τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ μεῖζον τὸ ὑποκείμενον, καὶ ὁ ζῆλος πλείων, καὶ ὁ κίνδυνος χαλεπώτερος. καὶ τί φοβηθέντες, τί θαῤῥήσομεν; νοῦν, ἢ λόγον, ἢ ἀκοὴν, ἐν τρισὶ
f τούτοις τοῦ κινδύνου σαλεύοντος; [f]καὶ γὰρ νοῆσαι χαλεπὸν, καὶ ἑρμηνεῦσαι ἀμήχανον,
g καὶ ἀκοῆς κεκαθαρμένης [g]ἐπιτυχεῖν ἐργωδέστερον.

A judices, alienarum autem expediti ſunt exploratores, citiúſque aliis graviſſima errata, quàm nobis leviſſima, conceſſerint; ac, ſi imperitiores ſint, nobis impietatis crimen potiùs impegerint, quàm ut mediocrem ſuam inſcitiam accuſent. Neſcitis, quantum Dei donum ſit ſilentium, ac loquendi neceſſitate minimè conſtrictum eſſe, ita ut pro arbitratu alterum eligere, alterum fugere liceat, ſibíque, & ſermonis, & ſilentii, velut diſpenſatorem eſſe. Nam cùm omnis Oratio ſuâpte naturâ imbellis ſit, B faciléque percellatur, ac propter repugnantem ſermonem libertate careat; tum verò ea, quæ de Deo ſuſcipitur, tantò plus habet difficultatis, quantò ſubjectum majus eſt, & zelus amplior, & periculum gravius. Quid autem metuemus? Aut quid erit ex quo fiduciam concipiemus? Ménſne, an ſermo, an auditus, cùm in tribus his rebus periculum verſetur? Nam & res divinas mente conſequi arduum, & verbis explicare perdifficile, & purgatas aures nanciſci majoris laboris & difficultatis eſt.

Quantum ſilentii donum.

ιε. Φῶς μὲν ὁ Θεὸς, καὶ φῶς τὸ C
h ἀκρότατον, ἕ βραχεῖά τις ἀποῤῥοὴ, καὶ [h]ἀπαύγασμα κάτω φθάνον, φῶς ἅπαν, κἂν ὑπέρ-
i λαμπρον φαίνηται· ἀλλ' [i]ὁρᾷς, γνόφον πατεῖ τὸν ἡμέτερον, καὶ ἔθετο σκότος ἀπο-
k κρυφὴν αὐτοῦ, μέσον [k]αὐτοῦ τε καὶ ἡμῶν θεὶς, ὥσπερ καὶ Μωϋσῆς πάλαι τὸ κάλυμμα ἑαυτοῦ τε καὶ τῆς πωρώσεως Ισραὴλ, ἵνα μὴ ῥᾳδίως ἴδῃ σκοτεινὴ φύσις τὸ ἀποθετον κάλλος, καὶ ὀλίγων ἄξιον, μηδὲ ῥᾳ-
l δίως [l]ἐπιτυχὸν, ῥᾳδίως καὶ ἀποβάλῃ δι' D
m τὴν εὐκολίαν τῆς κτήσεως· [m]φῶς δὲ ὁμιλήσῃ φωτὶ, ἀεὶ πρὸς τὸ ὕψος ἕλκοντι διὰ τῆς ἐφέσεως, καὶ νοῦς πλησιάσῃ τῷ καθαρωτάτῳ κεκαθαρμένος, & τὸ μὲν ἄρτι φανῇ, τὸ δὲ ὕστερον, ἆθλον ἀρετῆς καὶ τῆς ἐν-
n τεῦθεν πρὸς [n]αὐτὸ νεύσεως, εἴτουν ἐξομοιώσεως. βλέπομεν γὰρ ἄρτι, φησὶ, δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ

XV. Deus quidem lux eſt, atque adeò lux omnium ſublimiſſima, cujus perexiguus quidam rivus, ac radius ad inferiora pertingens, eſt lumen id omne quod cernimus, quantumvis ſplendidum videatur; ſed, ut vides, caliginem noſtram calcat, *ac tenebras latibulum ſuum poſuit*, eaſque inter ſe ac nos, quemadmodùm olim Moyſes *velamen* inter ſe & obduratos Iſraëlitas, interjecit, ne ſepoſitam ac reconditam pulchritudinem, quâ pauci digni ſunt, caliginoſa natura facilè videat, faciléque hujuſmodi aſpectûs compos effecta, facilè quoque propter adipiſcendi facilitatem amittat: verùm lumen cum lumine, ſemper in ſublime per appetitionem trahente, verſetur, ac mens, vitiorum maculis repurgata, puriſſimæ mentī jungatur, partímque nunc nobis aliquid appareat, partim autem poſteà, hoc ſcilicet virtutis, propenſioríſque in Deum animi, ſeu expreſſæ illius ſimilitudinis præmium ferens. *Videmus enim nunc*, inquit, *per ſpeculum & in ænigmate: tunc autem*

Deus lux omnium ſublimiſſima.

Pſ. XVII. 12.

Exod. XXXIV. 33.

A paucis cernitur.

I. Cor. XIII. 12.

(a) Ταχεῖς δὲ τῶν &c. Bill. *In alienis tamen cenſoriam virgulam celerrimè arripiunt.*

(b) Συγχωρήσαιεν. Sic tres Regg. Or. 1. & Comb. In Ed. συγχωρήσειεν.

(c) Καὶ τὸ μὴ ἀνάγκην &c. *Nec cujuſvis ſermonis neceſſitate conſtringi, ita ut liberam habeat facultatem, quem maluerit, eligendi aut cavendi, ſibique & ſermonis, & ſilentii, velut diſpenſatorem eſſe.* De illo namque loquitur Gregorius, qui non ſedet in magiſtri Cathedra, cui incumbit de rebus divinis ſermonem habere, & fidem explicare.

(d) Τὸν μέν ... τὸν δέ. Sic tres Regg. Or. 1. & Comb. In Ed. τὸ μέν ... τὸ δέ.

(e) Γάρ. Deeſt in Reg. b. & Or. 1.

(f) Καὶ γὰρ νοῆσαι &c. Plato in *Timæo*, & Cicero *de Univerſitate*, eandem ſententiam habent.

(g) Ἐπιτυχεῖν. Plures Regg. & Or. 1. τυχεῖν.

(h) Ἀπαύγασμα κάτω. Sic Reg. bm. Coisl 1. & 2. Or. 1. &c. Deeſt κάτω in Ed.

(i) Ὁρᾷς, γνόφον πατεῖ. Sic Reg. bm. & Coisl. 2. In Or. 1. ὁρᾷ, *aſpice.* In aliis, ὁρᾷς; *videſne?* In Ed. ὁρᾷς, γνόφον πατεῖν. Schol. γνόφον, τυτέστι, τὴν ἡμετέραν ἀσθενείαν, *Caliginem, id eſt, infirmitatem noſtram.*

(k) Αὐτοῦ. Duo Regg. ἑαυτοῦ.

(l) Ἐπιτυχόν. Reg hu. Coisl. 1. & Baſ. ἐπιτυχέσαι.

(m) Φῶς. Schol. τυτέστι, νοῦς καθαρὸς καὶ ἅγιος τῷ ἀληθινῷ φωτὶ πλησιάσῃ. σκοτεινὴν δὲ φύσιν λέγει τὴν ἁμαρτητικὴν κατάστασιν. σκοτεινὴν γὰρ ἀνθρώπου φύσιν τὸν Θεὸν ποιῆσαι ἀμήχανον· ἀγαθὸς γὰρ ὢν, καλὰ λίαν πάντα ἐποίησεν. *Id eſt, mens pura & ſancta vero lumini appropinquet. Caliginoſam autem appellat naturam, propenſionem ad peccatum. Caliginoſam enim conditam fuiſſe à Deo hominis naturam, dicere fas non eſt; quippè qui bonus cùm ſit, omnia valdè bona creavit.*

(n) Αὐτό. Reg. bm. & Sav. αὐτόν.

facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte : tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Quanta eſt vilitas noſtra & abjectio ! Quanta rursùs pollicitatio ! Deum perindè cognoſcere, ut cogniti ſumus. Hæc Paulus magnus ille *veritatis præco, gentium in fide magiſter*, qui *ampliſſimum orbem Evangelio implevit ;* qui nulli alii, quàm *Chriſto, vixit*, qui *uſque ad tertium cælum* penetravit, qui *Paradiſi ſpectator fuit*, qui denique perfectionis causâ *diſſolutionis deſiderio* flagrabat.

II. Tim. I. 11. *Rom.* XV. 19. *Gal.* II. 20. *II. Cor.* XII. 2. *Philip.* I. 23.

Moyſes hanc lucem vix per petram conſpexit.

XVI. Ac Moyſes quidem *Dei poſteriora per petram* vix conſpexit, (quæcumque tandem poſteriora illa erant, & quæcunque petra,) idque cùm multùm precatus eſſet, ac promiſſi compos factus : niſi quòd non tantùm, quantùm exoptabat, vidit, plúſque illud fuit, quod eum fugit, quàm quod ipſius oculis ſeſe objecit ; Moyſes, inquam, qui Pharaonis Deus erat, qui tantam hominum multitudinem ductabat, qui tantam miraculorum vim demonſtrarat. Tu verò, quoſnam uſquam cœlitùs aluiſti ? Quam aquam è petra extudiſti ? Quod mare virgâ dirupiſti ? Quem populum per aquas, tanquam per aridam, tranſmiſiſti ? Quos hoſtes fluctibus obruiſti ? Quos per ignis & nubis columnam deduxiſti ? Quos Amalecitas per orationem, & manuum extenſionem, ac crucem tantò antè myſticè adumbratam, fudiſti & profligaſti, ut miſerè tecum & calamitosè agi putes, quòd plenè ac perfectè Deum non comprehendas, atque idcircò omnia tibi moveri, ac ſursùm deorſúmque jactari videantur ? At quoniam Moyſis mentionem feci, nonne hinc gratiæ divinæ ſeriem, ordiníſque legem didiciſti ? Si Moyſes es, *nubem quoque ipſam ingredere, & Deum alloquere, & vocem audi, & legem accipe, ac leges ſtatue.* Si autem Aaron, *ſimul quidem aſcende : verùm extra nubem in propinquo conſiſte.* Si verò Ithamar quiſpiam, aut Eleazar, atque à Moyſe tertius, ordiníſque Senatorii & ex Septuaginta unus, *longiùs adhuc gradum fige*, quamvis ordine tertius. Quod ſi plebeius quiſpiam, infimíque ordinis, *mons minimè te admittit ;* quippè quem etiam ſi beſtia tetigerit, lapidibus opprimetur. Infrà remane, vocémque ſolam audi, ídque etiam poſtquam teipſum, ut juſſus es, expiaveris ac perpurgaveris.

Exod. XXXIII. 22. *& ſeqq.* *Exod.* XVII. 6. *Ibid.* XIV. 16. *& ſeqq.* *Ibid.* XIII. 21. *Ibid.* XVII. 10. *& ſeqq.* *Exod.* XIX. 3. *& ſeqq.* *Ib.* XXIV. 1. *& ſeqq.*

Ordo Sacerdotii, in vetere lege.

XVII. Atque ut uberius te inſtruam, quis Sacerdotum manus conſecrabat ? *Moyſes.* Quis eorum, qui conſecrabantur, primus erat ? *Aaron.* Quis autem, quod antè à nobis dictum oportuit, ea, quæ ad Deum

Exod. XXVIII. 1. *& ſeqq.*

μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. καὶ τὸ ταπεινὸν ἡμῶν ὅσον· καὶ ἡ ἐπαγγελία πηλίκη· γνῶναι Θεὸν τοσοῦτον, ὅσον ἐγνώσμεθα. ταῦτα Παῦλος ὁ μέγας κῆρυξ τῆς ἀληθείας, ὁ τῶν ἐθνῶν ἐν πίστει διδάσκαλος, ὁ τὸν πολὺν κύκλον τοῦ Εὐαγγελίου πληρώσας, ὁ μὴ ἄλλῳ τινὶ ζῶν, ἢ Χριστῷ, ὁ μέχρι οὐρανῶν τρίτου φθάσας, ὁ τοῦ παραδείσου θεατὴς, ὁ ποθῶν διὰ τὴν τελειότητα τὴν ἀνάλυσιν.

A

15. Καὶ Μωϋσῆς [a] μὲν μόλις εἶδε Θεοῦ τὰ ὀπίσθια διὰ τῆς πέτρας, ἅ τινα ταῦτά ἐστι, καὶ ἥ τις ἡ πέτρα, ἢ ταῦτα πολλὰ δεηθεὶς, καὶ τυχὼν ὑποσχέσεως· πλὴν ὅτι μὴ, ὅσον ἐπόθησεν, εἶδεν, ἀλλὰ [b] πλέον τοῦ φαντασθέντος ἦν ὃ διέφυγεν· Μωϋσῆς, ὁ τῷ Φαραὼ Θεὸς, ὁ τοσοῦτον ἄγων λαὸν, ὁ τηλικαύτην σημείων ἐπιδειξάμενος δύναμιν. σὺ δὲ, τίνας ἕλκυσας ἐξ οὐρανοῦ ; ποῖον ὕδωρ ἐκ πέτρας [c] δέδωκας ; ποίαν ἔρρηξας θάλασσαν ῥάβδῳ ; τίνα λαὸν διήγαγες ὡς διὰ ξηρᾶς τῆς ὑγρᾶς ; τίνας ἐχθροὺς κατεπόντισας ; τίνας στύλῳ πυρὸς καὶ νεφέλης ὡδήγησας ; τίνα κατεπολέμησας Ἀμαλὴκ εὐχῇ, καὶ χειρῶν ἐκτάσει, ἢ πρὸ σταυρῷ προτυπουμένῳ πόρρωθεν μυστικῶς, ἵν' ᾖ σοι συμφορὰ τὸ μὴ τελείως [d] καταλαβεῖν Θεὸν, ᾧ διὰ τοῦτο πάντα [e] δονῆται, καὶ ἄνω καὶ κάτω φέρηται ; ἐπεὶ δὲ Μωϋσέως ἐμνήσθην, οὐκ ἔμαθες ἐντεῦθεν χαρίσματος ἀπολουθίαν καὶ νόμον τάξεως ; εἰ μὲν εἶ Μωϋσῆς, καὶ τῆς νεφέλης εἴσω χώρησον, καὶ λάλει Θεῷ, καὶ φωνῆς ἄκουε, καὶ δέξαι νόμον, καὶ νομοθέτησον. εἰ δὲ Ἀαρὼν, συνανάβητι μὲν, ἀλλὰ τῆς νεφέλης ἔξω στῆθι πλησίον. εἰ δὲ Ἰθάμαρ τὶς, ἢ Ἐλεάζαρ, καὶ τρίτος ἀπὸ Μωϋσέως, ἢ τῆς γερουσίας τὶς καὶ τῶν ἑβδομήκοντα, ἔτι πόρρωθεν στῆθι, [f] κἂν τῇ στάσει τὸ τρίτον ἔχων. εἰ δὲ τὸ λαοῦ καὶ τῶν πολλῶν εἷς, οὐ φείσεταί σε τὸ ὄρος, οὗ κἂν θηρίον θίγῃ, λιθοβοληθήσεται. κάτω μεῖνον, ᾧ μόνης ἄκουε τῆς φωνῆς, ἧ ταύτης, ἁγνίσας σεαυτὸν καὶ [g] καθάρας, ὡς διατέταξαι.

B C D E

a

b

c

d

e

f

g

17. Καὶ ἵνα σε παιδεύσω διὰ πλειόνων, τίς τῶν ἱερέων ἐτελείου τὰς χεῖρας ; Μωϋσῆς. τίς τῶν τελειουμένων ὁ πρῶτος ; Ἀαρών. καὶ ἔτι πρὸ τούτων, τίς τὰ πρὸς

(a) Μέν. Deeſt in duobus Regg. & Or. 1.
(b) Πλεῖον. Or. 1. πλεῖον.
(c) Δέδωκας. Duo Regg. & Or. 1. ἔδωκας.
(d) Καταλαβεῖν. Duo Regg. & Or. 1. καταλαμβάνειν.
(e) Δονῆται . . . φέρηται. Reg. bm. & Comb. δονεῖται . . . φέρεται.
(f) Κἂν τῇ στάσει &c. Bill. ſedeque tertiâ acquieſce.
(g) Καθάρας. Duo Regg. & Or. 1. καθήρας.

Θεὸν ἦν; καὶ τίς ἀντὶ φωνῆς τοῦ λαῷ; εἰς δὲ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσήει τίς, πλὴν ἑνός; ἀεὶ δὲ οὗτος; οὐδαμῶς· ἀλλ' ἅπαξ τῷ ἐνιαυτοῦ, καὶ ἦν ὅτε. ἔφερον δὲ τὴν σκηνὴν τίνες, πλὴν τῶν Λευιτῶν; καὶ ἕτοι, καθὼς διετέταχτο, οἱ μὲν τὰ τιμιώτερα ταύτης, οἱ δὲ τὰ δεύτερα, καθὼς ἡ τῶν φερόντων ἀξία; ἐπεὶ δὲ καὶ φυλάσεσθαι ταύτην ἔδει, ἐφύλασσον τίνες, καὶ πῶς;

a οἱ μὲν τόδε [a] τὸ κλίτος, οἱ δὲ τόδε· καὶ
b [b] οὐδὲ ἀόρισλον, οὐδὲ ἄτακτον, οὐδὲ τῶν ἐλαχίσλων. ἡμεῖς δὲ ἂν μικροῦ δοξαρίου τύχωμεν, ἢ οὐδὲ τούτου πολλάκις, ἀλλ' ὡς
c ἔτυχεν, [c] ἢ δύο, ἢ τρία ῥήματα τῆς γραφῆς ἐμελετήσωμεν, καὶ ταῦτα περικεκομμένως καὶ ἀνοήτως· τοῦτο ἐκεῖνο, ἡ αὐθημερινὴ
d σοφία, καὶ ὁ ἐν [d] Χαλάνῃ πύργος, ὃς καλῶς τὰς γλώσσας ἐμέρισεν· καὶ ἀπονοηθῆναι δεῖ κατὰ Μωϋσέως, καὶ γενέσθαι Δαθὰν καὶ Αβειρὼν τοὺς ὑβριστὰς καὶ ἀθέους· ὧν φύγωμεν τὴν αὐθάδειαν, καὶ μηδὲ τὴν ἀπόνοιαν μιμησώμεθα, μηδὲ τὸ τέλος δεξώμεθα.

ιη. Βούλει δὲ καὶ ἄλλην σοι παραστήσω τάξιν, καὶ ταύτην ἐπαινετὴν, καὶ ταύτην ἀξίαν τῆς εἰς τὸ παρὸν μνήμης, καὶ νουθεσίας; ὁρᾷς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν, πάντων ὄντων ὑψηλῶν, καὶ τῆς ἐκλογῆς ἀξίων, ὁ μὲν πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς Ἐκκλησίας πιστεύεται, ὁ δὲ ἀγαπᾶται πλέον,
e καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος [e] τοῦ Ἰησοῦ ἀναπαύεται, καὶ φέρουσιν οἱ λοιποὶ τὴν παρατίμησιν. ἀναβῆναι δὲ εἰς τὸ ὄρος δεῆσαν, ἵνα τῇ μορφῇ λάμψῃ, καὶ τὴν θεότητα ἀποδείξῃ, καὶ γυμνώσῃ τὸν ἐν τῇ σαρκὶ κρυπτόμενον, τίνες συναναβαίνουσιν; οὐ γὰρ πάντες ἐπόπται τοῦ θαύματος· Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, οἱ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ὄντες ἐν ἀριθμούμενοι· παρεῖναι δὲ ἀγωνιῶντι, ἢ ἀναχωροῦντι μικρὸν μετὰ τοῦ πάθους, καὶ εὐχομένῳ, τίνες; οἱ αὐτοὶ πάλιν. αὕτη μὲν
E ἡ τοῦ Χριστοῦ παρατίμησις. ἡ λοιπὴ δὲ εὐκοσμία καὶ τάξις, ὅση; τὸ μὲν Πέτρος ἐρωτᾷ, τὸ δὲ Φίλιππος, τὸ δὲ Ἰούδας, τὸ δὲ Θωμᾶς, τὸ δὲ ἄλλός τις, καὶ οὐδὲ τὸ αὐτὸ πάντες, οὐδὲ τὰ πάντα εἷς, ἀλλ'
f [f] ἕκαστος ἐν μέρει, καὶ καθ' ἕν· [f] οὕτερ ἕκαστος ἔχρηζεν, εἴποις ἄν; ἀλλ' ἐκεῖνό γε,

A spectabant, curabat? Quis rursùs populo vocis instar erat? Jam, *in sancta Sanctorum* cui, præterquàm uni, aditus patebat? Semperne autem illi patebat? Nequaquàm; sed semel per annum, & statuto tempore. Quinam porrò arcam gestabant, nisi Levitæ? Et ex iis, ut constitutum erat, alii quidem præstantiores ejus partes, alii autem inferiores minorísque pretii, prout cujusque dignitas ferebat? Et quoniam eam quoque custodiri oportebat, quinam eam, & quo pacto custodiebant? Alii videlicet aliud latus, alii aliud: nec quidquam non distinctum & ordinatum erat, ne minimarum quidem rerum. At nos si exiguam quandam gloriolam assecuti fuerimus, ac ne hanc quidem persæpè, verùm temerè duo aut tria Scripturæ verba, eáque imperitè & concisè perdidicerimus; (illa videlicet sapientia est uno die parta, & Chalanæ turris, quâ linguæ præclarè divisæ sunt;) jam & contumaciter atque insanè adversùs Moysem insurgendum est, & Dathani & Abironis contumelia & impietas imitanda. Quorum arrogantiam & amentiam, quæso, fugiamus, ne iísdem pœnis opprimamur.

Levit. XVI. 2. *Hebr.* IX. 7.

B

C

XVIII. Vis aliud quoque ordinis & disciplinæ exemplum in medium proferam, ídque præclarum & laudabile, ac præsenti commemoratione atque admonitione inprimis dignum? Vides quemadmodùm ex Christi discipulis, magnis utique omnibus & excelsis, atque electione dignis, hic *Petra* vocetur, atque Ecclesiæ fundamenta in fidem suam accipiat, ille impensiùs ametur, & *supra pectus Jesu* requiescat, ac reliqui discipuli eos sibi præferri æquo animo ferant. Jam, cùm in montem ascendendum fuisset, ut Christus *corporeâ formâ splenderet*, & divinitatem suam patefaceret, eúmque, qui carne tegebatur, nudaret, atque aperiret, quinam simul ascendunt? (Nec enim omnes ad hujus miraculi spectaculum admittuntur;) Petrus, Joannes & Jacobus, qui ante alios, & erant, & numerabantur. Rursùs cùm *in supremo agone versanti*, & paulò *ante passionem secedenti*, ac precibus operam danti quosdam adesse oporteret, quinam ad eam rem asciti sunt? Iidem illi. Atque hæc Christi prælatio & electio fuit. Cæteroqui verò quanta concinnitas, & disciplina? Aliud *Petrus* interrogat, aliud *Philippus*, aliud *Judas*, aliud *Thomas*, aliud alius quispiam, neque aut idem omnes, aut omnia unus, sed vicissim quisque, ac sigillatim. Dicesne hîc fortassè, hoc singulos quæsiviisse, quod cuique opus erat?

Matth. XVI. 18. *Joan.* XIII. 25. *Matth.* XVII. 1. *Matth.* XXVI. 37.

Ordo Sacerdotii in nova lege.

Apostolorum moderatio ordinisque disciplina. *Joan.* XIII. 6. *Ib.* XIV. 5. 8. 22.

(*a*) Τὸ κλίτος. Schol. τὸ μέρος. *Alii hanc, alii illam partem.*
(*b*) Οὐδέ. Reg. bm. & Bas. ἐδέν.
(*c*) Η δύο. Sic Codd. deest ἤ in Ed.
(*d*) Χαλάνῃ. Duo Regg. & Or. 1. Χαλάννῃ. *Chalanæ turris*, id est, *turris Babel.*
(*e*) Τῦ. Deest in tribus Regg. & Or. 1.
(*f*) Οὕτερ. Editi habent καὶ οὕτερ, quod καὶ delevimus auctoritate melioris notæ Codicum.

Joan. XII. 22. Iſtud autem, quale tibi videtur? *Philippus* quiddam dicere geſtit, nec ſolus audet, verùm Andream quoque adhibet. *Petrus* aliquid percunctari cupit, & Joanni rem *Ibid.* XIII. 24. *capitis nutu* proponit. Ubi hîc moroſitas? Ubi dominandi libido? Ecquod illuſtrius argumentum edere potuiſſent, ſe Chriſti *Matth.* XI. 29. diſcipulos eſſe, *mitis*, inquam, *illius & humilis corde*, & ſervi propter nos, ipſius ſervos, atque omnem in omnibus rebus gloriam ad Patrem tranſmittentis, ut nobis moderationis exemplum & diſciplinæ præberet? Quam tamen tantùm abeſt, ut colamus & amplectamur, ut benè nobiſcum actum iri putemus, ſi non omnes homines audaciâ & arrogantiâ ſuperemus, utpotè qui hanc de maximis & in maximis rebus oſtentemus.

A τί σοι φαίνεται; βούλεταί τι Φίλιππος εἰπεῖν, καὶ οὐ θαῤῥεῖ μόνος, ἀλλὰ καὶ Ανδρέαν προσλαμβάνει. χρήζει πυθέσθαι τι Πέτρος, καὶ Ιωάννην προβάλλεται δι' πνεύματος. ποῦ τὸ αὐστηρὸν ἐνταῦθα; ποῦ δὲ τὸ φίλαρχον; πῶς ἂν μᾶλλον ἔδειξαν ὄντες μαθηταὶ Χριστοῦ, τοῦ πραέος καὶ ταπεινοῦ τὴν καρδίαν, καὶ δούλου δι' ἡμᾶς τοὺς αὐτοῦ δούλους, καὶ πᾶσαν τῷ Πατρὶ τὴν δόξαν ἐν πᾶσιν ἀναπέμποντος, ἵν' ἡμῖν B δῶ τύπον εὐταξίας καὶ μετριότητος; ἣν τοσοῦτον τιμᾶν ἀπέχομεν, ὥστε ἀγαπώην ἄν, εἰ μὴ καὶ θρασύτεροι πάντων εἴημεν, οἵ γε περὶ μεγίστων, κἂν τοῖς μεγίστοις ταύτην ἐπιδεικνύμεθα.

Verè humilis, qui de Deo parcè loquitur.

XIX. An te fugit, humilitatem, non tam in parvis rebus leviſque momenti, (fieri enim poſſit, ut eam oſtentatio, fictáque & adumbrata virtutis ſpecies pariat,) quàm in majoribus & gravioribus explorari? Ego certè humilitatis ac modeſtiæ laudem huic demùm tribuerim, non qui de ſeipſo pauca, C (ídque apud paucos, & rarò commemorat,) nec qui inferiorem humiliter affatur, ſed qui parcè ac moderatè de Deo loquitur; ac quædam proloqui, quædam premere & retinere, quorundam etiam inſcitiam fateri novit, atque ei ſermone cedit, cui loquendi munus commiſſum eſt, ac nonnullos uberiori Spiritûs gratiâ prædítos, & contemplatione altiùs provectos eſſe æquo animo patitur. Turpe enim eſt profectò, in veſte ac victûs ratione, non ſublimiorem, ſed viliorem eligere, ac genuum callo, D lacrymarum fontibus, jejuniis, vigiliis, chameuniis, labore, atque omni corporis maceratione humilitatem præ ſe ferre, ac propriam imbecillitatem agnoſcere; in divinis autem diſputationibus principatum & tyrannidem ſibi vindicare, nec cuiquam omninò cedere, verùm ſupra omnes legis doctores ſupercilium efferre; cùm ibi humilitas, non ſolùm gloriam, ſed etiam ſecuritatem habeat.

ιθ. Οὐκ οἶσθα, ὅτι τὸ ταπεινὸν, ἐκ ἐν τοῖς μικροῖς κρίνεται τοσοῦτον, γένοιτο γὰρ ἂν ☪ δι' ἔνδειξιν ☪ ψευδῆ μόρφωσιν ἀρετῆς, ὅσον ἐν τοῖς μείζοσι δοκιμάζεται; καὶ ταπεινόφρων ἐμοὶ, οὐχ ὅς τις περὶ ἑαυτοῦ μικρὰ διαλέγεται, καὶ τοῦτο πρὸς ὀλίγους, καὶ ὀλιγάκις, οὐδ' ὅστις ταπεινῶς προσαγορεύει τὸν ἀτιμότερον, ἀλλ' ὅστις μετρίως περὶ Θεοῦ φθέγγεται· καὶ τὰ μὲν εἰπεῖν οἶδε, τὰ δὲ κατέχειν, τῶν δὲ [a] ὁμολογεῖν τὴν ἄγνοιαν, καὶ [b] παραχωρεῖ τοῦ a b λόγου τῷ πιστευθέντι, καὶ εἶναί τινα πνευματικώτερον δέχεται, καὶ διαβεβηκότα μᾶλλον ἐν θεωρίᾳ. [c] αἰσχρὸν γὰρ ἐσθῆτος c μὲν ☪ διαίτης, μὴ τὴν ὑψηλοτέραν αἱρεῖσθαι, ἀλλὰ τὴν εὐτελεστέραν, ☪ τύλοις γονάτων, ☪ δακρύων πηγαῖς, ἔτι δὲ, νηστείαις, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ χαμευνίαις, κόπῳ καὶ πᾶσιν [d] ὑποπιασμοῖς τὸ ταπεινὸν [e] ἐπιδείκνυσθαι, d e καὶ τὴν τῆς ἰδίας ἀσθενείας συναίσθησιν· αὐτοκράτορα δὲ εἶναι καὶ τύραννον ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις, καὶ μηδενὶ τὸ παράπαν ὑφίεσθαι, καὶ τὴν ὀφρῦν αἴρειν ὑπὲρ πάντα νομοδιδάσκαλον· ἔνθα τὸ ταπεινὸν μετὰ τῆς εὐδοξίας ἔχει καὶ τὴν ἀσφάλειαν.

Utrùm de Deo tacendum.

XX. Quid igitur, (interpellabit quiſpiam ex iis, qui ferventioris animi ſunt,) an de Deo tacebimus, ídque nobis indicis? Et de qua tandem re potiùs, quàm de ipſo loquemur? Aut quo loco illud ponemus: *Pſ.* XXXIII. 2. *Semper laus ejus in ore meo:* &, *Prov.* VIII. 7. *Benedicam Dominum in omni tempore:* &, *Pſ.* XXXIX. 10. *Veritatem meditabitur guttur meum:* &, *Ecce labia mea non prohibebo:* & alia quæ in eandem ſententiam meditata ac definita

κ. Τί οὖν, σιωπησόμεθα περὶ Θεοῦ, μὴ τοῦτο κελεύεις; [f] ὑπέκρουέ τις τῶν θερ- f μοτέρων· καὶ περὶ τίνος μᾶλλον, ἢ τούτου φθεγξόμεθα; καὶ ποῦ θήσομεν τό· διὰ παντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου· μὴ, εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ· ☪, [g] ἀλήθειαν μελετήσει ὁ λάρυγξ μου· ☪, g ἰδοὺ, τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω· καὶ

(a) Ομολογεῖν. Duo Regg. & Or. 1. ὁμολόγησαι.
(b) Παραχωρεῖ. Coisl. 1. παραχωρεῖν.
(c) Αἰσχρὸν γάρ. Sic Reg. bm. Deeſt γάρ in Ed.
(d) Υποπιασμοῖς. Comb. ὑποπιεσμοῖς.
(e) Επιδείκνυσθαι. Or. 1. ὑποδείκνυσθαι.

(f) Υπέκρυε. Duo Regg. Coisl. 1. & Or. 1. ὑπέκρυστ. Gloſſ. ἀντέπεισε.
(g) Αλήθειαν μελετήσει ὁ λάρυγξ μυ. Hæc deſunt in duobus Regg. & Or. 1.

τοιαῦτα

τοιαῦτα ἐρεῖ μεμελετημένα, καὶ ὡρισμένα ῥήματα; πρὸς ὃν δεῖ πρᾴως καὶ μὴ χαλεπῶς
a ἀπαντῆσαι τοῖς λόγοις, [a] ἐντεῦθεν διδάσκοντας εὐταξίαν. οὐ σιωπᾷν διακελεύομαι, ὦ
Σοφώτατε, ἀλλὰ μὴ φιλονείκως ἵστασθαι· οὐ κρύπτειν τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ μὴ διδάσ-
b κειν [b] παρὰ τὸν νόμον. ἐγὼ πρῶτος τῶν ἐπαινούντων εἰμὶ σοφίαν, κἂν τοῖς θείοις
λόγοις ἀσχολουμένων, ἢ ἀσχολεῖσθαί γε βουλομένων· καὶ μή ποτε πρὸ ταύτης τὶ
θεῖον τῆς ἀσχολίας, μηδὲ ταλαίπωρος ὑπ' αὐτῆς ἀκούσαιμι τῆς σοφίας, ὡς σοφίαν καὶ
παιδείαν ἐξουθενῶν. φεύγω δ' ὅμως τὸ
c ἄμετρον, καὶ [c] κολάζω τὴν ἀπληστίαν· καὶ ἀργὸς εἶναι μᾶλλον τοῦ δέοντος, ἢ περίεργος
δέχομαι, ἂν μὴ ἀμφότερα διαφεύγειν ἐξῇ,
d καὶ [d] τοῦ μετρίου τυγχάνειν· καὶ δειλότερος μᾶλλον τοῦ δέοντος, ἢ θρασύτερος. σὺ δὲ
ποιεῖς παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἰ κωλύοντά με τροφῆς ἀμετρίαν, καὶ καθόλου τροφὴν
κωλύειν κατηγορῶ· ἢ καὶ τυφλότητα ἐπαινεῖν, Σωφρόνως ὁρᾶν εἰσηγούμενον.

e κα. [e] Εἰ ἔστί σοι λόγος συνέσεως, ἀποκρίθητί, φησι, καὶ οὐδεὶς ὁ κωλύσων· εἰ δὲ
μὴ, δεσμὸς κείσθω σοῖς χείλεσι. πόσῳ μᾶλλον ἁρμόζει τοῦτο τοῖς εἰς τὸ διδάσκειν
ἑτοίμοις; εἰ μὲν ἔστι σοι καιρὸς, δίδαξον· εἰ δὲ μὴ, τὴν γλῶσσαν πεδήσας, λύσον τὴν
ἀκοήν. μελέτα μὲν ἐν τοῖς θείοις, ἀλλ'
εἴσω τῶν ὅρων μένων. φθέγγου μὲν τὰ τοῦ
f Πνεύματος, καὶ, εἰ δυνατὸν, [f] μηδ' ἄλλό
τι· καὶ φθέγγου μᾶλλον, ἢ ἀνάπνει· καλὸν
g γὰρ τοῦτο κἀν ἔνθεον, τῇ μνήμῃ τῶν [g] θείων, ἀεὶ κεντρίζεσθαι πρὸς Θεόν· ἀλλ' ἃ προ-
στετάχθης, διανοούμενος. μὴ περιεργάζου
i h [h] Πατρὸς φύσιν, [i] Υἱοῦ μονογενοῦς οὐσίωσιν,
Πνεύματος δόξαν καὶ δύναμιν, τὴν μίαν ἐν τοῖς τρισὶ θεότητα καὶ λαμπρότητα, τὴν
ἀμέριστον καὶ φύσιν, καὶ ὁμολογίαν, καὶ
δόξαν, καὶ τῶν πεπιστευκότων ἐλπίδα.
ἔχου τῶν συντρόφων ῥημάτων· ὁ λόγος ἔστω
τῶν Σοφωτέρων. ἀρκεῖ σοι τὸν θεμέλιον
ἔχειν· ἐποικοδομείτω δὲ ὁ τεχνίτης. ἀρκεῖ
τῷ ἄρτῳ τὴν καρδίαν στηρίζεσθαι· τὰ ὄψα

A testimonia producet? Cui leniter & ſine acerbitate, ut hinc quoque animi moderationem doceamus, occurrendum eſt. Non te tacere jubeo, vir ſapientiſſime, ſed à pertinaci contentione abſtinere: non veritatem occultare, ſed præter legem non docere. Nam & ipſe vel primus inter eos nomen profiteor, qui ſapientiam & doctrinam laudibus efferunt, atque in divinis ſermonibus ſacríſque ſtudiis tempus atque operam ponunt, aut certè ponere cupiunt: ac Deus faxit, ne quid unquam huic occupationi prævertendum ducam, ne alioqui ab ipſa Sapientia *miſer* appeller, ut *ſapientiam & eruditionem ſpernens*, ac pro nihilo ducens. Interim tamen exceſſum vito, & inexplebilem cupiditatem coërceo; malimque, ſi mihi utrumque fugere, ac mediocritatem aſſequi non liceat, nimis ignavus eſſe, quàm nimis curioſus; ac nimis timidus, quàm nimis audax, & temerarius. At tu idem omninò mihi facere videris, ac ſi me, immodico cibo tibi interdicentem, eo nomine accuſares, quaſi ab omni universùm alimento tibi abſtinendum eſſe præſcriberem; aut ad caſtè pudicéque cernendum hortantem, perindè criminareris, quaſi cæcitatem laudibus efferrem.

Non omninò de Deo tacendum; ſed à pertinaci contentione abſtinendum.

Sap. III. 11.

XXI. *Si eſt tibi ſermo prudentiæ*, inquit ille, *reſponde: nec quiſquam prohibebit: ſin minus, hæreat vinculum labiis tuis.* Quantò commodiùs hoc in eos, qui ad docendum prompti ac parati ſunt, adhiberi queat? Si tibi tempus eſt, doce; ſin minus, revinctâ linguâ, aures ſolve. Meditare tu quidem, atque animo verſare in rebus divinis, cæterùm intra fines te continens. Loquere tu quidem ea quæ ſunt Spiritûs, ac, ſi fieri poteſt, ne aliud quidem quidquam loquere; imò etiam crebriùs loquere, quàm reſpires; (pulchrum enim ac divinum eſt per divinarum rerum commemorationem ad Dei amorem perpetuò exſtimulari;) ſed ita, ut ea, quæ tibi imperata ſunt, cogites. Ne Patris naturam anxiè inquiras, Unigeniti ortum, Spiritûs ſancti gloriam & potentiam; unam, inquam, & eandem in tribus perſonis Deitatem & claritatem, individuam illam naturam, ac confeſſionem, & gloriam, & credentium ſpem. Verba ea, quibus ſimul cum lacte imbutus es, mordicùs retine: ſermonis autem & diſputationis curam eruditioribus manda. Satis ſupérque tibi eſt fundamentum habere: ſuperſtruat ar-

In tempore de divinis rebus loquendum.

Eccli. V. 14.

Sermonis ac diſputationis cura doctioribus relinquenda.

(a) Ἐντεῦθεν διδάσκοντας. Coisl. 1. ἐνταῦθα. In quibuſdam, διδάσκοντες.
(b) Παρὰ τὸν νόμον. Or. 1. ὑπὲρ τὸν νόμον.
(c) Κολάζω. Sic Reg. bm. Coisl. 1. Or. 1. Baſ. Comb. &c. In Ed. σχολάζω, otior.
(d) Τοῦ μετρίου. Sic tres Regg. & Or. 1. Deeſt τοῦ in Ed.
(e) Εἰ. Or. 1. addit, μέν.
(f) Μηδ'. Reg. hu. μηδέν.
(g) Θείων, ἀεί. Sic duo Regg. Or. 1. & Comb. Deeſt ἀεί in Ed.
(h) Πατρὸς φύσιν. Schol. ἰδὲ φύσιν ἐκάλεσε τὴν τοῦ Πατρὸς μίαν ὑπόστασιν. *Ecce naturam appellavit unam Patris ſubſiſtentiam, ſeu, Perſonam.*
(i) Υἱοῦ. Deeſt in tribus Regg. & Or. 1.

chitectus. Sufficit tibi cor pane fulcire : obsonia copiosis & locupletibus relinque. Nemo sanus ac prudens te accusabit, si splendidè ac magnificè cœnam non instruxeris : verùm si, vel Christi discipulo, vel cuipiam alii panem non apposueris, aut aquæ poculum non porrexeris, cùm id tibi per facultates tuas liceat, tum demùm jure ac meritò condemnaberis. *Noli celer esse in verbis*, admonet Sapiens ; nec inopiâ laborans, te cum locuplete compara, nec sapientibus sapientior esse affecta. Sapientiæ quoque genus est, seipsum nosse, ac non immodicè efferri, eodémque modo, quo voces, affici, quæ, si vehementiùs contendantur, propter excessum omninò deficiunt. Præstat, cùm doctus sis, ob mansuetudinem & animi æquitatem consultè cedere, quàm, cùm eruditione careas, per insolentiam ac temeritatem altiùs efferri. Celeritas tua usque ad fidei confessionem progrediatur, si quandò à te poscitur ; ultra eam autem timidiorem te esse velim. Nam ut illic tarditas, ita hîc festinatio periculosa est.

Ecclé. v. 1.

Seipsum nosse, sapientia est.

δὲ τοῖς πλουσίοις συγχώρησον. οὐδεὶς κρίνει σε μὴ τρέφοντα πολυτελῶς, τῶν νοῦν ἐχόντων· ἀλλ' ἐὰν μὴ ϖαραθῇς ἄρτον, μηδὲ ποτίσῃς ὕδωρ, [a] εἴτεν μαθητὴν Χριστοῦ, εἴτε ἄλλόν τινα μέχρι τούτων δυνάμενος. μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν λόγοις, ἡ σοφία δέ σε κελεύεταί σοι· μὴ συμπαρεκτείνε, πένης ὢν, πλουσίῳ, μηδὲ ζητεῖ τῶν σοφῶν εἶναι σοφώτερος. σοφία, τὸ γινώσκειν ἑαυτὸν, ἀλλὰ μὴ ὑπεραίρεσθαι, μηδὲ ταυτὸν ταῖς φωναῖς πάσχειν, αἳ παντελῶς ἐκλείπουσιν, ἐὰν ὑϖερφωνῶνται δι' ἀμετρίαν. κρεῖττον ὄντα σοφὸν, ὑφίεσθαι δι' ἐπιείκειαν, ἢ ἀμαθῶς ἔχοντα δρᾷ θράσος ὑϖερεκτείνεσθαι. τὸ τάχος ἔστω σοι μέχρι τῆς ὁμολογίας, [b] εἰ ποτε ταύτην ἀπαιτηθείης· τὸ δὲ ὑϖὲρ ταύτην εἶναι δειλότερος. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἡ βραδυτὴς, ἐνταῦθα δὲ ἡ ταχυτὴς ἔχει τὸν κίνδυνον.

Sunt alii aliis doctiores ac sapientiores.

XXII. Quid autem est, quamobrem grave & acerbum putes, si non in omni disputatione domineris, atque in omni problemate aut quæstione primariam sedem obtineas, verùm alii te, vel doctiores, vel audaciores inveniantur ? Deo gratiæ habeantur, quòd, ut eximia largitur, ita per communia saluti hominum consulere norit. Atque hoc miraculum non in doctrina tantùm ac disputationibus, sed in ipsa quoque mundi effectione locum habere comperies, si animum adverteris. Neque enim in rebus creatis excellentissima quæque nonnullorum duntaxat, sed omnium sunt, atque ad unum idémque creaturarum genus communis Dei gratia dimanat : neque in fidei ratione, ea, quæ salutem afferunt, potentiorum sunt, sed volentium. Quid pulchrius aëre, igne, aquâ, terrâ, pluviis, fructibus, sativis juxtà & agrestibus, tecto, indumentis ? Atqui hæc sunt ejusmodi, ut omnes iis communiter utantur; partim quidem omninò communiter, partim ad quandam mediocritatem : nec quisquam adeò tyrannus est, ut communi beneficio solus fruatur. Deus enim *Solem suum æquè omnibus oriri facit*, divitibus ac pauperibus pluit : communis diei noctísque alternatio & vicissitudo, commune donum sanitas, communis vitæ terminus, communis mensura & gratia corporis, communis sensuum vis & facultas ; ac fortassè hoc nomine, meliori quoque conditione pauper est, quòd pro his beneficiis

Deus ex æquo dona hominibus largitur.

Matth. v. 45.

κϛ. Τί σοι δεινὸν, ἐὰν μὴ πᾶσι λόγοις ἐνδυναστεύσῃς, καὶ τὴν ϖρωτεδρίαν ἔχῃς ἐπὶ ϖαντὸς ϖροβλήματος, ἢ ζητήματος, ἀλλ' ἕτεροί σου φανῶσιν, ἢ σοφώτεροι, ἢ θρασύτεροι ; ϖῶ Θεῷ χάρις, ὅτι καὶ τὰ ἐξαίρετα δίδωσι, καὶ δι' ἃ τῶν κοινῶν, ζώζειν ἐπίσταται. καὶ τοῦτο οὐ ϖρὸς [c] λόγους μόνον τὸ θαῦμα, ἀλλὰ καὶ ϖερὶ τὴν δημιουργίαν αὐτὴν, εἴ ποτε κατενόησας. οὔτε ἐν τοῖς κτίσμασι [d] τὰ ϖρωτεῖα τινῶν ἐστιν, ἀλλὰ ϖάντων, καὶ κοινὴ χάρις τοῦ ἑνὸς πλάσματος· οὔτε ἐν τῇ πίστει τὰ ζώζοντα τῶν δυνατωτέρων, ἀλλὰ τῶν βουλομένων. τί κάλλιον ἀέρος, ϖυρὸς, ὕδατος, γῆς, ὑετῶν, καρπῶν ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων, στέγης, ἐνδύματος ; τούτων ἡ μετουσία κοινὴ, τῶν μὲν καὶ ϖαντάϖασι, τῶν δὲ μετρίως· καὶ οὐδεὶς οὕτω τύραννος, ὥστε μόνος ἀϖολαῦσαι τῆς κοινῆς χάριτος. ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ὁμοτίμως, βρέχει ϖλουσίοις καὶ ϖένησι· κοινὴ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐναλλαγὴ, κοινὸν δῶρον ὑγίεια, [e] κοινὸς ὅρος ζωῆς, κοινὸν μέτρον καὶ χάρις ζώματος, κοινὸν αἰσθήσεων δύναμις· τάχα δὲ καὶ [f] ϖλεῖον ὁ ϖένης ἔχει, τὸ ἐπὶ τούτοις ϖλεῖον εὐχαριστεῖν, καὶ ἀϖολαύειν ἥδιον τῶν κοινῶν, ἢ τῶν ἐκ ϖεριουσίας οἱ δυνατώτεροι. ταῦτα μὲν οὖν κοινὰ, καὶ

(a) Εἴτεν μαθήτην Χριστοῦ. Duo Regg. εἰτ' ἓν Χριστῷ μαθητήν.
(b) Εἰ ποτε. Reg. bm. ὅποτε.
(c) Λόγους μόνον. Duo Regg. λόγον τὸ θαῦμα μόνον.
(d) Τὰ ϖρωτεῖα. Or. 1. τὰ ϖρῶτα.
(e) Κοινὸς ὅρος. Reg. b. κοινὸν ὅρος. Hoc dicit, inquit Elias, respectu necessitatis moriendi.
(f) Πλεῖον. Reg. b. πλέον.

ὁμότιμα, καὶ Θεοῦ δικαιοσύνης γνωρίσματα· ὁ χρυσὸς δὲ, καὶ οἱ διαφανεῖς λίθοι καὶ ἀγαπώμενοι, καὶ τῆς ἐσθῆτος ὅση μαλακὴ καὶ περίεργος, [a] καὶ ἡ φλεγμαίνουσα καὶ ἐκμαίνουσα τράπεζα, καὶ τὰ περιττὰ τῆς κτήσεως, ὁ [b] πόνος τῶν κεκτημένων, ὀλίγων ἐστὶν ἐγκαλλωπίσματα.

ampliores Deo gratias agat, jucundiúsque communibus, quàm potentiores superfluis miniméque ad vitam necessariis, fruatur. Atque hæc quidem communia, omnibúsque exposita sunt, Deíque justitiam perspicuo argumento testantur. At aurum, & pellucidi ac deamati lapides, & molles ac nimis exquisitæ vestes, & mensa deliciis turgens ac libidinem accendens, & redundantes opes, quæ dominos labore conficiunt, paucorum hominum ornamenta sunt.

κγ. Τοῦτο καὶ περὶ τὴν πίστιν ἐγὼ θεωρῶ. κοιναὶ, νόμος, Προφῆται, διαθῆκαι, λόγια διαθηκῶν, [c] χάρις, παιδαγωγία, τελείωσις, πάθη Χριστοῦ, καινὴ κτίσις, Ἀπόστολοι, Εὐαγγέλια, διανομὴ Πνεύματος, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη εἰς Θεόν τε καὶ ἐκ Θεοῦ, καὶ οὐ πρὸς μέτρον, ὡς ἡ τοῦ μάννα ποτὲ δωρεὰ τῷ ἀχαρίστῳ Ἰσραὴλ καὶ ἀγνώμονι, ἀλλὰ καθ' ὅσον ἕκαστος βούλεται, ἀνάβασις, ἔλλαμψις, ὀλίγη μὲν ἡ ἐντεῦθεν, [d] τρανοτέρα δὲ [d] ἡ ἐλπιζομένη· τὸ μέγιστον, ἡ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐπίγνωσις, καὶ ὁμολογία τῆς πρώτης ἡμῶν ἐλπίδος. τούτων τί μεῖζον; τί δὲ κοινότερον; τὰ δὲ ὑπὲρ ταῦτα, κἂν τῷ σφανίῳ τὸ τιμιώτερον ἔχῃ, ἀλλὰ τῷ γε ἀναγκαίῳ [e] τὸ δεύτερον· ὧν γὰρ ἄνευ [e] τὸ εἶναι Χρισιανὸν οὐχ οἷόν τε, ταῦτα τῶν ὀλίγοις ἐφικτῶν χρησιμώτερα.

XXIII. Hoc autem etiam circa fidem ipse animadverto. Communia sunt, Lex, Prophetæ, Testamenta, Testamentorum oracula, gratia, puerilis institutio, perfectio, Christi passiones, nova creatio, Apostoli, Evangelia, Spiritûs distributio, fides, spes, charitas, eáque tum erga Deum, tum ex Deo, nec ea ad mensuram data, quemadmodùm olim *manna* illud ingrato & improbo Israëli donatum, sed ad uniuscujusque voluntatem, ascensus item, illuminatio, subobscura quidem hæc, quæ in hac vita contingit, clarior autem illa, quam spe conceptam habemus; denique, quod maximum est, Patris, & Filii, & Spiritûs sancti agnitio, ac primariæ nostræ spei confessio. Quid his majus ac sublimius? Quid rursùs communius? At quæ ultra hæc sunt, tametsi ob raritatem præstantiora sint, tamen, si necessitatem spectemus, posteriores partes tenent. Nam ea, sine quibus nullus potest esse Christianus, iis utiliora sunt, quæ à paucis duntaxat attingi atque percipi possunt.

Communia sunt omnibus, Lex, Prophetæ, testamenta &c.

Exod. XVI. 16.

κδ. Ὁ μέν τις πλουτεῖ θεωρίᾳ, καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς αἴρεται, καὶ πνευματικὰ [f] συγκρίνει πνευματικοῖς, καὶ [f] ἀπογράφεται [g] τρισσῶς, ἐπὶ [g] τὸ πλάτος τῆς καρδίας, τὸν πάντας οἰκοδομοῦντα λόγον, καὶ τὸν πολλοὺς, καὶ τὸν τινὰς ἀντὶ πλειόνων ἢ πάντων, καὶ οὐκ ἀνέχεται πένης ὤν, [h] καὶ ἐμβατεύει τοῖς βάθεσιν. ἀνίτω, καὶ ὁδηγείσθω, καὶ ὑπὸ τοῦ νοῦ φερέσθω, καὶ, εἰ βούλεται, μέχρις οὐρανοῦ τρίτου κατὰ τὸν Παῦλον· μόνον σὺν λόγῳ καὶ ἐπιστήμῃ, καὶ μὴ καταπιπλέτω διὰ τὴν ἔπαρσιν, μηδὲ πλεορρυείτω διὰ τὸ ὕψος τῆς πλήσεως. τίς φθόνος ἐπαινετῆς ἀναβάσεως; καὶ τί πῶμα τοιοῦτο, οἷον ἐπάρσει [i] περιπαρῆναι, καὶ μὴ γνῶναι τῆς ἀνθρωπίνης [k] ἀνανεύσεως τὴν ταπείνωσιν, καὶ ὅσον ἔτι λείπεται τοῦ ἀληθινοῦ ὕψους, ὃ πάντων ἀνώτατος;

XXIV. Enimverò alius contemplationis opibus affluit, ac supra vulgus assurgit, & spiritualia cum spiritualibus comparat, atque *in cordis latitudine tripliciter describit*, nimirùm, & eam doctrinam, quæ omnes instruat, & eam quæ multos, & eam quæ non omnes, nec multos, sed paucos duntaxat; nec pauper esse sustinet, verùm in altissima & abstrusissima quæque penetrat. Ascendat verò ille, ac viæ ducem se præbeat, atque à mente feratur, vel *ad tertium usque cœlum*, si ita libeat, quemadmodùm Paulo contigit: cæterùm cum ratione & scientia, ne propter animi elationem cadat, pennísque propter volatûs sublimitatem liquefactis, miserè corruat. Quid enim ob laudabilem ascensum cuiquam invidia confletur? Quæ rursùs fœdior prolapsio, quàm ejus hominis, qui animi elatione transfixus est, nec humanæ mentis, quæ ad cœlestia erigitur, humilitatem intelligit, quantúmque adhuc à vero fastigio absit, qui mortales omnes sublimitate antecedit?

Alius triplici doctrinæ genere instructus.

Prov. XXII. 20.

II. Cor. XII. 2.

(a) Καὶ ἡ φλεγμαίνουσα. Sic duo Regg. Coisl. 1. & Comb. Desunt in Ed. καὶ ἡ.

(b) Πόνος. Coisl. 2. Comb. &c. κόπος.

(c) Χάρις. *Gratia*, inquit Elias, *quæ à Deo proficiscitur, quam dii idit in puerilem institutionem à lege profectam, & in perfectionem, quæ fit per Evangelium.*

(d) Ἡ ἐλπιζομένη. Reg. bm. & Or. 1. ἣν ἐλπίζομεν.

(e) Τό. Deest in Reg. bm.

(f) Ἀπογράφεται τρισσῶς. *Trifariàm describit.* Elias intelligit de triplici Scripturæ sensu, *historico* scilicet, *morali* & *anagogito*, id est, *mystico.*

(g) Τὸ πλάτος τῆς καρδίας. Duo Regg. & Or. 1. πλάτος καρδίας.

(h) Καί. Reg. hu. & Or. 1. ἀλλά.

(i) Περιπαρῆναι. In nonnullis, περιπαρεῖναι.

(k) Ἀνανεύσεως. In quibusdam, ἀναβάσεως.

Alius exiguo ingenio est, & linguâ pauper.

XXV. Alius contrà exiguo ingenio est, & linguâ pauper, nec verborum flexus & captiones novit, nec sapientûm dicta & ænigmata, nec Pyrrhonis instantias, aut assensûs retentiones, aut oppositiones, nec syllogismorum Chrysippi solutiones, aut pravum artium Aristotelis artificium, aut Platonis facundiæ præstigias; qui velut Ægyptiacæ quædam plagæ in Ecclesiam nostram irrepserunt. At hic quoque habet, undè salutem consequatur. Quibus tandem verbis? O mirificas divinæ gratiæ opes! Nihil, inquit, tibi necesse est *in cœlum ascendere, ut Christum illinc trahas: nec in abyssum descendere*, ut hinc eum à mortuis extrahas, nimirùm, vel primam ipsius naturam curiosiùs investigans, vel postremam carnis assumptæ dispensationem. *Prope te*, inquit, *verbum est:* mens & lingua thesaurum hunc habent; illa videlicet credendo, hæc confitendo. Quid his divitiis compendiosius? Quid hoc beneficio facilius & expromptius? Confitere Jesum Christum, eúmque à morte ad vitam rediisse crede, & salutem consequêris. Etenim justitia quidem est, vel solùm credere: at perfecta salus in eo sita est, ut etiam confiteamur, ac cognitioni dicendi libertatem adjungamus. Tu majus aliquid salute quæris, nempè alterius vitæ gloriam & splendorem: mihi verò salutem consequi maximum est, & futuras pœnas vitare. Tu viam minimè tritam & inaccessam ingrederis: ego tritam atque calcatam, & quâ multi ad salutem pervenerunt.

Rom. x. 6. 7.

Ibid. x. 8.

Ille verè dives, qui corde credit, & ore confitetur.

Nihil fide iniquius, si tantùm in eruditos cadetet.

Omnes beneficiis afficere, id Deo maximè proprium est.

κε. Ὁ δὲ ὀλίγος ἐστὶ τὴν διάνοιαν, καὶ πένης τὴν γλῶτταν, καὶ οὐκ οἶδε λόγων σοφὰς, ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα, καὶ τὰς Πύῤῥωνος ἐνστάσεις, ἢ ἐφέξεις, ἢ ἀντιθέσεις, καὶ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν τὰς διαλύσεις, ἢ τῶν Ἀριστοτέλους τεχνῶν τὴν κακοτεχνίαν, ἢ τῆς Πλάτωνος [a]εὐγλωττίας τὰ γοητεύματα, οἱ κακῶς εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἡμῶν [b]εἰσέφησαν, ὥσπερ Αἰγυπτιακαί τινες μάστιγες. ἔχει καὶ οὗτος ὅθεν ζωθῇ. καὶ διὰ τίνων ῥημάτων; [c]οὐδὲν τῆς χάριτος πλουσιώτερον. οὐδὲν δεῖ σοί, φησιν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν, ἵν' ἐκεῖθεν ἑλκύσῃς Χριστόν· οὐδὲ εἰς τὴν ἄβυσσον κατελθεῖν, ἵν' ἐντεῦθεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν [d]ἀνασώσῃς, ἢ τὴν πρώτην πολυπραγμονῶν φύσιν, ἢ τὴν τελευταίαν οἰκονομίαν. ἐγγύς σου, φησὶ, τὸ ῥῆμά ἐστιν· ἡ διάνοια τοῦτον ἔχει τὸν θησαυρὸν, καὶ ἡ γλῶσσα· ἡ μὲν πιστεύουσα, ἡ δὲ ὁμολογοῦσα. τί τούτου συντομώτερον τοῦ πλούτου; τί [e]ταύτης τῆς δωρεᾶς εὐκολώτερον; ὁμολόγησον [f]Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ πίστευσον, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, καὶ ζωθήσῃ. δικαιοσύνη μὲν γὰρ, καὶ τὸ πιστεῦσαι μόνον· σωτηρία δὲ [g]παντελὴς, τὸ καὶ ὁμολογῆσαι, καὶ πεφθεῖναι τῇ ἐπιγνώσει τὴν παῤῥησίαν. [h]σὺ μεῖζόν τι σωτηρίας ζητεῖς, τὴν ἐκεῖθεν δόξαν τε καὶ λαμπρότητα· ἐμοὶ καὶ τὸ ζωθῆναι μέγιστον, καὶ τὰς ἐκεῖθεν φυγεῖν βασάνους. σὺ βαδίζεις τὴν ἀτριβῆ καὶ ἀπρόσιτον· ἐγὼ τὴν τετριμμένην, καὶ ἣ πολλοὺς ἔσωσεν.

Nihil fide nostrâ, Fratres, iniquius fingi posset, si in eruditos tantùm dicendíque facultate ac logicis demonstrationibus præstantiores caderet; popularis autem multitudo, ut auro & argento, aliisque omnibus rebus, quæ hîc in pretio habentur, atque à plerisque avidissimè expetuntur, sic hâc quoque frustraretur; ac Deus id, quod altum & excelsum est, atque ad paucos pertingit, gratum acceptúmque haberet; contrà, quod propinquius est, nec vulgi captum superat, aspernaretur & rejiceret. Nam ne in moderatiores quidem homines hoc cadit, ut non quales ipsis haberi honores possunt, exigant, sed excellentibus tantùm eximiisque delectentur, nedum in Deum; qui, cùm multis nominibus admi-

κς. Οὐδὲν ἂν ἦν τῆς πίστεως ἡμῶν, ἀδελφοὶ, ἀδικώτερον, εἴ γε εἰς τοὺς ζοφοὺς ἔπιπτε [i]μόνον, καὶ τοὺς περιττοὺς ἐν λόγῳ, καὶ ταῖς λογικαῖς ἀποδείξεσιν· τὸ δὲ πολλοὺς δὲ ἔδει, καθάπερ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ τῶν ἄλλων, ὁπόσα τίμια κάτω, καὶ περισπούδαστα τοῖς πολλοῖς, οὕτω [k]δὴ καὶ ταύτης ἀποτυγχάνειν· καὶ τὸ μὲν ὑψηλόν τε καὶ εἰς ὀλίγους φθάνον, φίλον ἦν Θεῷ καὶ οἰκεῖον· τὸ δὲ ἐγγυτέρω, καὶ τοῖς πολλοῖς ἐφικτὸν, ἀπόπλυτον καὶ ἀπόβλητον. οὐδὲ γὰρ τῶν ἀνθρώπων οἱ μετριώτεροι τοῦτο πάθοιεν ἄν, ὥστε μὴ τὰς κατὰ δύναμιν ἀπαιτεῖν τιμὰς, ἀλλὰ χαίρειν μόνον ταῖς παρεχούσαις, μή τί γε δὴ Θεός· οὗ πολλῶν ὄντων ἐφ' οἷς θαυ-

(a) Εὐγλωττίας. Reg. Cypr. εὐτεχνίας. *Sapientiæ & eruditionis.*

(b) Εἰσέφησαν. Or. 1. aliique, εἰσιφθάρησαν. Quod interpretatur Scholiastes: *certâ pernicie irrepsere.*

(c) Οὐδὲν τῆς χάριτος &c. *Nihil gratiâ ditius.*

(d) Ἀνασπάσῃς. Or. 1. & Comb. ἀνασθήσῃς.

(e) Ταύτης. Deest in duobus Regg. & Or. 1.

(f) Ἰησοῦν Χριστόν. Hæc desunt in duobus Regg. & Or. 1.

(g) Παντελὴς. Or. 1. παντελῶς.

(h) Σὺ μεῖζόν τι σωτηρίας ζητεῖς. Sic plerique Codd. In Ed. σὺ τί μεῖζον σωτηρίας ζητεῖς;

(i) Μόνον. Coisl. 1. μόνως.

(k) Δή. Deest in Or. 1.

μάζεται,

μάζεται, οὐδὲν οὕτως, ὡς τὸ πάντας εὐεργετεῖν, ἰδιώτατον. μὴ ἀτίμαζε τὸ εἰωθὸς, μὴ θήρευε [a] τὸ καινὸν, ἵν' [b] εὐδοκιμήσῃς ἐν [c] τοῖς πλείοσι. [c] κρείασων μικρὰ μερὶς μετὰ ἀσφαλείας, ἢ μεγάλη μετὰ σαθρότητος, παιδευέτω σε τῇ συμβουλῇ Σολομών. καὶ, [d] κρείασων ἄπορος πορευόμενος ἐν [d] ἁπλότητι αὐτοῦ, μία καὶ αὕτη τῶν παροιμιῶν σοφῶς ἔχουσα, ὁ πένης ἐν λόγῳ καὶ γνώσει, καὶ τοῖς ἁπλοῖς ῥήμασιν ἐπερειδόμενος, καὶ ἐπὶ τούτων, ὥσπερ ἐπὶ λεπτῆς σχεδίας, διασωζόμενος, ὑπὲρ σπερβλόχειλον ἄφρονα, τὸν ἀποδείξει λόγου θαῤῥοῦντα σὺν ἀμαθίᾳ, καὶ [e] κενοῦντα τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, σεσῶγμά τι λόγε κρεῖττον, διὰ τῆς ἐν λόγοις δυνάμεως, ἔνθα τὸ ἀσθενὲς τῆς ἀποδείξεως, τῆς ἀληθείας ἐστὶν ἐλάττωσις.

κζ. Τί σεὸς οὐρανὸν ἀνίπτασαι, πεζὸς ὤν; τί πύργον οἰκοδομεῖς, τὰ σεὸς ἀπαρτισμὸν οὐκ ἔχων; τί καὶ σὺ μετρεῖς τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακὶ, στοιχεῖα μεγάλα, καὶ μόνῳ μετρητὰ τῷ ποιήσαντι; γνῶθι σαυτὸν σεῶτον· τὰ ἐν χερσὶ κατανόησον· τίς εἶ, ἢ πῶς ἐπλάσθης, καὶ πῶς συνέστης, ἵν' εἰκὼν [f] ἧς Θεοῦ, καὶ τῷ χείρονι συνδεθῇς, καὶ τί τὸ κινῆσαν σε, τίς ἡ σεὶ σὲ σοφία, καὶ τί τῆς φύσεως τὸ μυστήριον· πῶς μετρῇ τόπῳ, καὶ νοῦς [g] οὐχ ὁρίζεται, ἀλλ' ἐν ταυτῷ μένων πάντα ἐπέρχεται· πῶς ὄψις ὀλίγη, καὶ ἐπιπλεῖστον φθάνουσα, καὶ πότερον σεσδοχή τίς ἐστι τοῦ ὀφθέντος, ἢ σεὸς ἐκεῖνο διάβασις· πῶς τὸ αὐτὸ [h] ⟨καὶ⟩ κινεῖ καὶ κινεῖται, διὰ βελήσεως κυβερνώμενον· τίς δαὶ παῦλα κινήσεως, τίς ὁ τῶν αἰσθήσεων μερισμὸς, ἢ πῶς διὰ τούτων [i] ὁ νοῦς ὁμιλεῖ τοῖς ἔξω, ἢ τὰ ἔξωθεν σεδέχεται· πῶς ἀναλαμβάνει τὰ εἴδη· καὶ τίς ἡ τήρησις τοῦ ἀναληφθέντος, ἢ μνήμη· καὶ τίς ἡ τῶ ἀπελθόντος ἀνάληψις, ἢ ἀνάμνησις· πῶς λόγος νοὸς ῥύημα, καὶ ῥυτὸν λόγον ἐν ἄλλῳ νοΐ, καὶ πῶς λόγῳ νόημα [k] διαδίδοται· πῶς [l] τρέφεται διὰ ψυχῆς σῶμα, καὶ πῶς ψυχὴ διὰ σώματος κοινωνεῖ πάθους· πῶς πήγνυσι φόβος, καὶ λύει [m] θάρσος, καὶ συστέλλει λύπη, καὶ

A rabilis nobis & ſuſpiciendus occurrat, nihil tamen tam proprium habet, quàm omnes beneficiis afficere. Uſitata ne ſpernas, novitatem ne captes, ut nominis ſplendorem tibi apud vulgus concilies. Erudiat te conſilio Salomon: *Melior eſt*, inquit, *exigua pars cum ſecuritate, quàm magna cum infirmitate & incertitudine.* Et, *Melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua*, (nam inſignis quoque & erudita eſt hæc paroemia,) & qui ſermonis ac ſcientiæ inopiâ laborat, ſimplicibuſque verbis B innititur, atque in illis, tanquam in parva & tenui rate, ſalutem aſſequitur, quàm fatuus labiiſque perverſus, qui diſputationibus & argumentis ineptè atque imperitè confidit, ac Chriſti crucem, rem omni ſermone ſublimiorem, per differendi facultatem evacuat, ubi probationis & argumentorum infirmitas veritatem imminuit & labefactat.

Prov. XVI. 8.

Ib. XIX. 1.

XXVII. Quid in cœlum provolas, cùm pedes ſis? Quid *turrim extruis*, cùm iis rebus careas, quæ ad eam perficiendam requiruntur? Quid ipſe quoque *manu aquam* C *metiris*, & *cœlum palmo*, terrámque omnem pugillo, elementa magna, & ejuſmodi, ut ea Creator ſolus dimetiri poſſit? Primùm teipſum cognoſce: quæ in manibus ſunt, intellectu aſſequere: quis ſis, & quomodò effictus, ita ut ſimul & imago Dei ſis, & deteriori aſtringaris; quid illud ſit, quod tibi motum attulit, quæ in te ſapientia eluceat, quod naturæ arcanum: quomodò loco circumſcriberis, ac mens nullo limite includitur, ſed in eodem loco manens, omnia luſtrat ac pervagatur. Quo-D modò, cùm tantillus ſit oculus, tam longè pertingit; utrùm quòd rem viſam admittat, an potiùs quòd ad eam tranſeat: quomodò idem & movet & movetur, ac per voluntatem gubernatur: quæ motûs quies, quæ ſenſuum partitio, quomodò mens eorum operâ cum externis verſatur, atque externa excipit: quomodò formas recipit: quæ aſſumptæ rei conſervatio, vel memoria: quæ elapſæ recuperatio, vel reminiſcentia: quomodò ſermo mentis fœtus eſt, atque in alia mente ſermonem procreat, & quomodò cogitatio ſermone diſtribuitur: quomodò corpus per animam alitur, & quomodò anima per corpus affectuum particeps fit: quomodò eam timor conſtringit, præſidentia ſolvit, mœror contrahit, lætitia diffundit, livor tabe af-

Non ſapere plus quàm oportet ſapere.

Luc. XIV. 28.

Iſai. XL. 12.

Varia Creatoris dona.

Mens.

Viſus.

Memoria.

Sermo.

Animæ & corporis affectiones.

(a) Τὸ καινόν. Coisl. 1. τὸ κενόν.
(b) Εὐδοκιμήσῃς. Or. 1. & Comb. εὐδοκιμῇς.
(c) Κρείσσων. Sic duo Regg. In Ed. κρεῖσσον.
(d) Ἁπλότητι. In quibuſdam, ταπεινότητι, *humilitate.*
(e) Κενοῦντα. Schol. κίνωσις τῷ σταυρῷ, τὸ δυνατὸν τῷ λόγῳ. *Crucis evacuatio, verbi potentia.* Alludit Gregorius ad hæc Apoſt. verba I. Cor. 1. 17. *Non in Sapientia verbi, ut non evacuetur crux Chriſti.*
(f) Ης. Sic Cod. In Ed. ἧς. Mox, κινῆσαν. Or. 1, νικῆσαν.
(g) Οὐχ ὁρίζεται. Sic plerique Codd. In Ed. ἐ χωρίζεται.
(h) Καὶ κινεῖ. Deeſt καί in Reg. bm.
(i) Ο νοῦς ὁμιλεῖ. Sic duo Regg. Coisl. 1. & 2. Or. 1. & Comb. In Ed. deeſt ὁ νοῦς.
(k) Διαδίδοται. Duo Regg. δίδοται.
(l) Τρέφεται. In nonnullis, στρέφεται, *vertitur, movetur.*
(m) Θάρσος. Reg. bm. & Comb. θράσος.

ficit, ſuperbia effert, ſpes erigit: quomodò iracundia eam in furorem agit, & pudor rubore ſuffundit; hæc quidem, ebulliente ſanguine, hic verò, recedente: quomodò perturbationum ſigna corporibus imprimuntur: quomodò ratio præſidet, quomodò hæc omnia regit, & moderatur, affectuúmque motus lenit ac ſedat: quomodò à ſanguine & ſpiratione, id, quod corpore vacat, tenetur: quomodò horum defectio, animæ diſceſſio eſt. Hæc, aut horum aliquid, ô homo, cognitione comprehende: (nondùm enim cœli naturam aut motum, nec ſiderum ordinem, nec elementorum permixtionem, nec animantium diſcrimina, nec cœleſtium virtutum inferiores gradus & ſublimiores, atque omnia, in quæ artifex ratio diſtribuitur, nec denique providentiæ gubernationíſque rationes commemoro:) ac tum nondùm dicam, aude; verùm adhuc time ad ea, quæ ſublimiora ſunt, viréſque tuas magis ſuperant, accedere.

Ratio omnium affectuum moderatrix.

XXVIII. Ac maximè quidem, ita comparatum eſt, ut omnis ſermo contentioſus & cum ambitione conjunctus, exercitatio quædam ſit, quâ ad contendendum de rebus gravioris momenti provehamur. Proindè nobis curæ eſſe debet, ut quemadmodùm pueros in primis moribus & prima inſtitutione fingimus, ut inſequentis ætatis improbitatem fugiant; ita nos quoque ne in levibus quidem parvíque momenti diſputationibus, audaciæ atque ineptiæ ſignificationem præbeamus, ne eâ tandem diuturnâ conſuetudine in majoribus abutamur. Minoris enim laboris eſt primùm improbitati non cedere, ac eam accedentem fugere, quàm progreſſam exſcindere, ſeque eâ ſuperiorem præbere: non ſecùs videlicet ac facilius eſt petram initio firmare & retinere, quàm ruentem ſursùm retrahere. Sin autem tam immodico & inexplebili diſputandi ſtudio flagras, nec morbum ſiſtere ac reprimere potes, hæc meditare, in his eſto: ambitionem iſtam in iis rebus, in quibus periculi nihil ſubeſt, effunde.

Sermonis contentioli pericula.

XXIX. Quòd ſi hoc repudias, nec linguam fræno coërcere, animíque impetum frangere ac comprimere potes, ſed tibi furere atque inſanire certum eſt, ac primis poteſtatibus minimè cedere, (niſi tamen iis quoque cognitionis modus eſt,) al-

Lingua fræno coërcenda.

A διαχεῖ ἡδονὴ, καὶ τήκει φθόνος, καὶ μετεωρίζει τῦφος, καὶ κουφίζει ἐλπίς· πῶς ἐκμαίνει θυμὸς, καὶ αἰδὼς ἐρυθραίνει δι' αἵματος, ὁ μὲν ζέσαντος, ἡ δὲ ἀναχωρήσαντος· καὶ πῶς οἱ χαρακτῆρες τῶν παθῶν ἐν τοῖς σώμασι· τίς ἡ τοῦ λογισμοῦ πεδρία, καὶ πῶς πᾶσι τούτοις ἐπισατεῖ καὶ ἡμεροῖ τὰ τῶν παθῶν κινήματα· πῶς αἵματι κρατεῖται καὶ πνοῇ τὸ ἀσώματον· καὶ πῶς ἡ τούτων ἔκλειψις, ψυχῆς ἐστιν ἀναB χώρησις. ταῦτα, ἢ τούτων τὶ κατανόησον, ὦ ἄνθρωπε· οὔπω γὰρ λέγω φύσιν, ἢ κίνησιν οὐρανοῦ, καὶ τάξιν ἀστέρων, καὶ μίξιν στοιχείων, καὶ ζώων διαφορὰς, καὶ δυνάμεων οὐρανίων [a] ὑποβάσεις καὶ ὑπερθέσεις, a καὶ πάντα εἰς ὅσα ὁ [b] δημιουργικὸς λόγος κα- b ταμερίζεται, καὶ λόγους θεωνοίας καὶ διοικήσεως· καὶ τότε οὔπω λέγω, θάῤῥησον· ἀλλ' ἔτι φοβήθητι θεσβῆναι τοῖς ὑψηλοτέροις, καὶ τοῖς μᾶλλον ὑπὲρ τὴν σὴν δύναμιν.

C κη. Μάλιστα μὲν [c] γὰρ, γυμνασία τῆς c θεῖ τὰ μείζω φιλονεικίας, ἅπας λόγος δύσερις καὶ [d] φιλότιμος· καὶ δεῖ, καθάπερ τὰς d παῖδας πλάττομεν ἐν τοῖς θεφτοις ἤθεσιν, ἵνα τὴν ὕστερον μοχθηρίαν φύγωσιν· οὕτω δὴ [e] καὶ πρὸ λόγῳ, μηδὲ περὶ τὰ μικρὰ φαι- e νεσθαι θρασὺν καὶ ἀπαίδευτον, ἵνα μὴ θεῖ τὰ μείζω τῇ μελέτῃ καταχρησώμεθα. ῥᾴον γὰρ ἀπ' ἀρχῆς μὴ ἐνδοῦναι κακίᾳ, καὶ θεσσιοῦσαν διαφυγεῖν, ἢ θεβαίνουσαν ἀνακόψαι καὶ φανῆναι ταύτης ἀνώτερον· ὥσπερ καὶ D f πέτραν ἀπ' ἀρχῆς ἐρεῖσαι καὶ κατασχεῖν, f ἢ φερομένην g ἀνώσασθαι. εἰ δὲ ἀπλησότε- g ρος εἶ, καὶ κατέχειν τὴν νόσον ἀδυνατεῖς, ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι· κενούσθω h σοι τὸ φιλότιμον ἐν τοῖς ἀκινδύνοις. h

E κθ. Οὐ δέχη τοῦτο, οὐδὲ ἡ γλῶσσα σε χαλινὸν ἔχει, οὐδὲ κρείττων εἶ τῆς φορᾶς, δεῖ δὲ ἀπονοεῖσθαι πάντως, καὶ ταῖς θεφταις δυνάμεσι μὴ ὑφίεσθαι, [i] εἴπερ μὴ κἀ- i κείναις μέτρον ἐστὶ τῆς γνώσεως, ἢ [k] πλέον k

(a) Ὑποβάσεις. Sic plerique Codd. In Ed. ὑποβάσεις.
(b) Δημιεργικός. Reg. b. δημιεργός.
(c) Γάρ. Deeſt in tribus Regg. & Or. 1.
(d) Φιλότιμος. Or. 1. ad marg. φιλόνεικος, *contentioſus.*
(e) Καί. Reg. b. Gabr. & Comb. κἄν, *quamvis.*
(f) Πέτραν. Sic plures Regg. Coisl. 1. & Or. 1. In Ed. πέτραις.
(g) Ἀνώσασθαι. Coisl. 1. ἀπώσασθαι.
(h) Σοί. Reg. b. & Or. 1. σοῦ.
(i) Εἴπερ μὴ κἀκείναις &c. Deeſt μή in Coisl. 1. aliiſque nonnullis. Id fatetur Billius; ſed vulgatam lectionem præfert. Elias verò cenſet Gregorium hîc affirmanter pronunciare, & εἴπερ idem ſonare, ac ἐπειδήπερ, *quandoquidem.* Hinc, ſi expungatur particula negativa, μή, locus iſte ſic verti poteſt: *ſiquidem illæ* (poteſtates) *certam cognitionis menſuram habent.*
(k) Πλέον. Duo Regg. πλεῖον.

a εἶναι μέγαν, ἢ ὅσον [a] συμφέρον· σὺ δὲ μὴ A κατακρίνῃς τὸν ἀδελφὸν, μηδὲ τὴν δειλίαν ἀσέβειαν ὀνομάσῃς, μηδὲ ἀπέλθῃς προπετῶς b καταγνοὺς, [b] ἢ ἀπογνοὺς, ὁ τὴν ἐπιείκειαν ὑφισχνούμενος. ἀλλ' ἐνταῦθά μοι φάνηθι ταπεινὸς, ἕως ἔξεσῖιν· ἐνταῦθα τὸν ἀδελφὸν προτίμησον, μὴ μετὰ τῆς σεαυτοῦ βλάβης, ἔνθα τὸ καταπρῖναι καὶ ἀτιμάσαι, ὀκβαλεῖν ἐσῖι Χρισοῦ καὶ τῆς μόνης ἐλπίδος, καὶ τὸν λανθάνοντα σῖτον, καὶ σῖτον ἴσως σου τιμιώτερον, συνεκκόψαι τοῖς ζιζανίοις. ἀλλὰ B τὸ μὲν, ἐκεῖνον διορθωσαι, καὶ τοῦτο πράως καὶ φιλανθρώπως, μὴ ὡς ἐχθρὸς, c μηδὲ ὡς ἀπότομος ἰατρὸς, [c] μηδὲ ὡς ἐν τέτο μόνον εἰδὼς τὴν καῦσιν καὶ τὴν τομήν· τὸ δὲ, σεαυτοῦ κατάγνωθι, καὶ τῆς ἀσθενείας d τῆς σῆς. τί γὰρ εἰ λημῶν, [d] ἢ ἄλλό τι πάσχων τὰς ὄψεις, ἀμυδρὸν βλέπεις τὸν ἥλιον; τί δαὶ εἰ σῖρέφεσθαί σοι τὸ πᾶν δοκεῖ, ναυτιῶντι τυχὸν, ἢ μεθύοντι, καὶ τὴν σὴν ἄγνοιαν ἑτέρων ὑπολαμβάνεις; πολλὰ C δεῖ γραφῆναι καὶ παθεῖν, πρὶν ἄλλου καταγνῶναι δυσέβειαν.

λ. Οὐκ ἔστιν ἴσον φυτὸν ἐκτεμεῖν, ἢ ἄνθος τι τῶν προσκαίρων, καὶ ἄνθρωπον. εἰκὼν εἶ Θεοῦ, καὶ εἰκόνι Θεοῦ δῃλέγῃ, e [e] καὶ κρίνῃ αὐτὸς ὁ κρίνων· καὶ κρίνεις ἀλλότριον οἰκέτην, καὶ ὃν ὁ ἄλλος οἰκονομεῖ. οὕτω δοκίμαζε τὸν ἀδελφόν σου, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῖς μέτροις κρινόμενος. δῃὰ τοῦτο μὴ ταχέως τέμῃς, μηδὲ ἀλλοτριώσῃς τὸ D f μέλος, ἄδηλον, εἰ μὴ δῃὰ τούτου [f] προσλυμανῇ τι τῷ ὑγιαίνοντι· ἀλλὰ νουθέτησον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον. ἔχεις ἰατρείας g [g] κανόνα. Χριστοῦ μαθητὴς εἶ, τοῦ πράου καὶ φιλανθρώπου, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βασάσαντος. κἂν τὸ πρῶτον ἀντιβῇ, μακροθύμησον· κἂν τὸ δεύτερον, μὴ ἀπελπίσῃς, ἔτι καιρὸς θεραπείας· κἂν τὸ τρίτον, γενοῦ φιλάνθρωπος γεωργός· ἔτι τοῦ δεσπότου δεήθητι, μὴ ἐκκόψαι, μηδὲ μισῆσαι τὴν E h ἄκαρπον συκῆν ☞ ἀνόητον, ἀλλ' [h] ἐπισρέψαι, καὶ θεραπεῦσαι, καὶ περιβαλεῖν κόπρια, τὴν, δι' ἐξαγορεύσεως, καὶ τῆς εἰς τὸ φανερὸν i αἰσχύνης, καὶ ἀτιμοτέρας ἀγωγῆς, [i] ἐπανόρ-

tiúsque omninò assurgere, quàm ex utilitate tua sit: at illud saltem tibi impera, ut fratrem non condemnes, nec timiditati impietatis nomen imponas, nec temerè ac præcipiti judicio eum condemnes, aut salutem ejus pro desperata habens discedas, qui animi facilitatem ac morum suavitatem profiteris. Quin potiùs, hîc humilem te præbe, dum licet: hîc nullo cum tuo detrimento fratrem tibi antepone, ubi condemnare & contemnere, nihil aliud est, quàm à Christo, ac solâ spe ejicere, atque exturbare, occultúmque triticum, & quidem triticum fortassè te præstantius, *una cum zizaniis* exscindere. Hanc rationem tene, ut illum quidem corrigas, ídque leniter & humanè, non ut hostis, nec ut durus & rigidus medicus, nec ut sectionibus tantùm & cauteriis adversùs morbum grassari sciens; te ipsum autem, ac tuam infirmitatem agnoscas. Quid enim si lippientibus oculis, aut alio quopiam morbo laborantibus, obscurum Solem aspicias? Quid si omnia verti ac sursùm deorsúmque ferri putes, ipse nauseâ correptus, aut vino obrutus, ignorantiámque tuam aliis attribuas? Multùm diúque antè versandus atque contorquendus est animus, multa ferenda, quàm ut alium impietatis damnemus.

Præcipua caritatis officia.

Neminem præcipiti judicio condemnare, atque erga omnes humilem se præbere.

XXX. Non idem est stirpem, aut brevem quendam & caducum florem evellere, atque hominem exscindere. Imago Dei es, & imaginem quoque Dei alloqueris, *tuque qui judicas, ipse judicaberis;* & quidem *alienum servum judicas*, & quem alius moderatur. Sic fratrem tuum explora, quasi ipse ad eandem mensuram expendendus. Quocirca, ne citò ac temerè membrum feces ac projicias, cùm incertum sit, an hâc ratione partes quoque sanæ perniciem aliquam contracturæ sint. Verùm *argue, increpa, obsecra.* Habes medicinæ regulam. Christi discipulus es, *mitis ac benigni, & qui nostras infirmitates portavit.* Si primùm obluctetur, leniter expecta: si secundò, ne spem abjicias; nondùm enim curationis tempus effluxit: si tertiò, benignum illum & humanitate præditum agricolam imitare, cum Domino adhuc age, ne *inutilem & infructuosam ficum exscindat,* atque odio habeat, verùm emendet & curet, ac stercus injiciat, hoc est, eam correctionem, quæ per confessionem ac publicam ignominiam, contemptiorémque victûs rationem efficitur. Quis scit, an mutabitur, ac fructum feret, Je-

Nec citò, nec temerè membrum judicandum aut secandum.

Matth. VII. 1.

Rom. XIV. 4.

II. Tim. IV. 2.

Erga delinquentes triplex medicinæ regula.

Matth. XI. 29.

Isai. LIII. 4.

I. Petr. II. 24.

Luc. XIII. 8.

Publica confessio & correctio.

(a) Συμφέρον. Duo Regg. Coisl. 1. & 2. aliique συμφέρει.
(b) Η ἀπογνούς. Tres Regg. & Or. 1. καὶ ἀπογνούς.
(c) Μηδὲ ὡς. Sic Reg. bm. In Ed. μὴ ὡς.
(d) Η ἄλλο. Sic tres Regg. & Or. 1. In Ed. εἰ ἄλλο.
(e) Καὶ κρίνῃ αὐτός. Sic plures Codd. In Ed. κρίνῃ ᾗ αὐτός.
(f) Προσλυμανῇ τι. Duo Regg. Or. 1. &c. προσλυμανεῖται.
(g) Κανόνα. Reg. bm. κανόνας.
(h) Επισρέψαι, καὶ θεραπεῦσαι, καί &c. Sic Reg. bm. & Or. 1. In Ed. ἐπισρέψαι, καὶ περιβαλεῖν κοπρία, θεραπεῦσαι τὴν &c.
(i) Επανόρθωσιν. Sic Reg. bm. Coisl. 1. & 2. &c. In Ed. ἐπανόρθωσον.

ſumque à Bethania redeuntem paſcet?

Fraternus fœtor ſpirituali odore curandus.

XXXI. Tu, qui ſpirituali illo unguento arte unguentariâ confecto delibutus es, fraterni fœtoris nonnihil perfer, ſive verus ſit fœtor ille, ſive ita tibi videatur: ut ipſe viciſſim boni tui odoris illi aliquid impertiaris. Viperæ virus non eſt improbitas, ut ſimul atque ictus fueris, doloribus crucieris, aut etiam intereas, ob eámque cauſam tibi, beſtiam fugienti, vel interimenti, venia parata ſit. Verùm, ſi quidem à te fieri poteſt, eum quoque morbo libera; ſin minùs, ipſe certè ita demùm in tuto verſaberis, ſi improbitatis illius particeps nequaquàm factus fueris. Inſuavis quidam odor eſt illius morbus, quem fortaſsè fragrantia tua vincet atque depellet. Libenter ſcilicet ac promptè hujuſmodi quiddam conſervi & cognati tui causâ ſuſciperes, quale Paulus ille zelo & æmulatione flagrans, præ commiſeratione, non modo cogitare, ſed etiam dicere auſus eſt; nimirùm ut, ſi fieri poſſet, *Iſraël, in ipſius locum ſubrogatus, ad Chriſtum introduceretur;* cùm ſolâ plerumque ſuſpicione ductus, fratrem præſcindas. Quem fortaſsè lucrari benignitate potuiſſes, eum audaciâ tuâ perimis, *membrum tuum, pro quo Chriſtus mortem oppetiit.* Proindè, ſi firmus ac robuſtus es, ait Paulus *de cibis diſſerens*, atque ob doctrinam fideíque firmitatem confidis; fratrem quoque ut ædifices, cura. Noli cibo tuo eum, quem Chriſtus communi paſſione honeſtavit, evertere. Etſi enim res diverſa eſt, conſilii tamen admoniioíſque ratio peræquè utilis eſt.

Fratrem lenitate ac benignitate lucrari.

Rom. IX. 3.

I. Cor. VIII. 12.

Rom. XIV. 15.

Non quibuslibet, nec ſemper de fide diſputandum.

XXXII. Ac profectò legem quoque apud nos conſtitutam eſſe oportebat, quæ juberet, ut, quemadmodùm olim apud ſapientes Hebræos, à quibuſdam Scripturæ ſacræ libris juvenes arcebantur, utpotè tenerioribus adhuc miniméque firmis animis haudquaquàm profuturis; eodem quoque modo, non quibuslibet, nec ſemper, ſed certo tempore, ac certis hominibus, de fide diſputandi poteſtas fieret, iis nimirùm, qui nec ingenio ſunt omninò ſegni & ignavo; nec rursùm iis, qui inexplebili quâdam aviditate laborant, gloriæque ſtudio ducuntur, atque in pie-

A θωσιν. τίς οἶδεν, εἰ μεταβαλεῖ, καὶ καρποφορήσει, καὶ θρέψει τὸν Ιησοῦν ἀπὸ Βηθανίας ἐπανερχόμενον;

λα. Ενεγκέ τι τῆς τοῦ ἀδελφοῦ δυσωδίας, ἢ οὔσης, ἢ δοκούσης, ὁ τῷ πνευματικῷ μύρῳ συγκεχρισμένος, τῷ συντεθειμένῳ τέχνῃ μυρεψικῇ, ἵνα μεταδῶς τούτῳ τῆς σῆς εὐωδίας. οὐκ ἔστιν [a]ἐχίδνης ἰὸς ἡ κακία, ἵν' ὁμοῦ τῷ πληγῆναι θεριβληθῇς ὀδύναις, ἢ καὶ διαφθαρῇς, καὶ διὰ τοῦτο B ᾗ σοι συγγνώμη [b]φεύγοντι τὸ θηρίον, ἢ ἀποκτείνοντι. ἀλλ' εἰ μὲν εἶ δυνατὸς, κἀκεῖνον θεράπευσον· εἰ δὲ μὴ, τό γε ἀσφαλὲς ἔχεις, ἐν τῷ μηδὲν [c]αὐτὸς τῆς μοχθηρίας C μεταλαβεῖν. ὁσμὴ τίς ἐστιν ἀηδὴς τὸ ἐκείνου πάθος, ἣν ἀπελάσει τυχὸν τὸ σὸν εὐῶδες ὑπερνικῆσαν. ταχὺ ἂν ἐδέξω τι τοιοῦτον ὑπὲρ τοῦ ὁμοδούλου καὶ συγγενοῦς, οἷον Παῦλος ὁ ζηλωτὴς, καὶ διαγονηθῆναι, καὶ εἰπεῖν ἐτόλμησεν, ἑαυτοῦ, εἰ οἷόν τε, τὸν Ισραὴλ ἀντεισαχθῆναι Χριστῷ, διὰ τὸ συμπαθές· ὅς γε καὶ ἐξ ὑπονοίας πολλάκις μόνης, ἀποτέμνεις τὸν ἀδελφόν. ὃν ἴσως ἐκέρδανας ἂν τῇ χρηστότητι, τοῦτον [d]ἀπολλύεις τῇ θρασύτητι, τὸ σὸν μέλος, D ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανεν. εἰ τοίνυν καὶ ἰσχυρὸς εἶ, φησὶν ὁ Παῦλος περὶ βρωμάτων διαλεγόμενος, καὶ θαῤῥεῖς τῷ λόγῳ καὶ τῷ γενναίῳ τῆς πίστεως, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν οἰκοδόμησον. μὴ τῷ βρώματί σου κατάλυε τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ τῷ κοινῷ πάθει τετιμημένον. καὶ γὰρ εἰ τὸ φάγμα ἕτερον, ἀλλ' ὅ γε τῆς παραινέσεως λόγος ὁμοίως χρήσιμος.

λβ. [e]Χρῆν δὲ καὶ νόμον κεῖσθαι παρ' E ἡμῖν, καθάπερ τοῖς πάλαι σοφοῖς Εβραίων, ἔστιν ἃς τῶν ἱερῶν βίβλων μὴ ἀνεῖσθαι τοῖς νέοις, ὡς οὐ λυσιτελούσας ταῖς ἀστηρίκτοις ἔτι καὶ ἀπαλωτέραις ψυχαῖς· [f]ὅτω καὶ μηδὲ παντὶ, μηδὲ πάντοτε, ἀλλ' ἔστιν ὅτε, καὶ οἷς, τὸν περὶ πίστεως συγχωρεῖσθαι λόγον, τοῖς μὴ παντελῶς [g]ὀλιγώροις λέγω, καὶ νωθροῖς τὴν διάνοιαν, ἢ τοῖς μὴ λίαν ἁπλήστοις, ἢ [h]φιλοτίμοις, ἢ θερμοτέροις τοῦ δέοντος εἰς εὐσέβειαν· καὶ τοὺς μὲν τάττειν

(a) Εχίδνης ἰὸς &c. *Viperæ virus non eſt improbitas.* Hinc Elias: *Frater tuus non eſt bellua venenoſa, ut præ metu, ne quid mali tibi ab eo accidat, vel fugiendus ſit, vel occidendus, quod certè fieret, ſi eum à pietate, aut ab Eccleſia, tanquam alienum excluderes.*

(b) Φεύγοντι. Plures Codd. φεύγοντι καὶ ἀποκτείναντι.

(c) Αὐτὸς. Sic tres Regg. Coisl. 1. Comb. &c. In Ed. αὐτόν.

(d) Απολλύεις. Unus Reg. & duo Colb. ἀπολλύς.

(e) Χρῆν. Sic plures Regg. & Colb. Coisl. 2. & Or. 1. Billius autem ad marg. Baſ. edit. ſcripſit χρῆναι. quod ſecutus eſt Morellus. Par. ed.

(f) Οὕτω καὶ μηδὲ παντί. Sic tres Regg. Coisl. 1. Or. 1. &c. Pravè in Ed. ἐ τῷ μὴ παντί.

(g) Ολιγώροις. Gloſſ. ἀσθενεσθέροις, *imbecillioribus.*

(h) Φιλοτίμοις. Gloſſ. ἤτοι φιλοδόξοις.

ἐνταῦθα,

ἐνταῦθα, οὗ μήτε ἑαυτοὺς [a]βλάψωσι, μήτε ἄλλους τατ̣ὸμενοι· καὶ τὴν ἐν λόγοις ἐλευθερίαν ἔχειν τοὺς μετρίους ἐν λόγῳ, καὶ ὡς ἀληθῶς κοσμίους καὶ σώφρονας· τοὺς πολλοὺς δὲ [b]ἀπάγειν τῆς ὁδοῦ ταύτης, καὶ τῆς νῦν [c]κατεχούσης φιλολαλιᾶς καὶ ἀῤῥωστίας, [c]καὶ ἐπ' ἄλλό τι τρέπειν ἀρετῆς εἶδος ἀκινδυνότερον, ἔνθα καὶ τὸ ὀλίγωρον ἧττον βλαβερὸν, καὶ τὸ ἄπληστον εὐσεβέστερον.

tate ferventiores sunt, quàm par sit: atque hi quidem illic collocarentur, ubi nec sibi-ipsis, nec aliis noxii essent; iis autem, qui in disputationibus modesti, ac verè compositi & temperantes essent, libera disputandi facultas daretur: promiscua verò multitudo ab hac via, & loquacitatis morbo hâc tempestate vigente, abducta & aversa, ad aliud virtutis genus minùs periculosum traduceretur, ubi & segnities minorem labem ac detrimentum afferret, & insaturabilis aviditas pietatis laudem mereretur.

λγ. Εἰ μὲν γὰρ, ὥσπερ εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Θεὸς, ὁ Πατὴρ πάντων, ἡ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν, οὕτω καὶ μία τις ἦν σωτηρίας ὁδὸς, ἡ διὰ λόγου καὶ θεωρίας, καὶ ταύτης ἐκπεσόντας, ἔδει τοῦ [d]παντὸς ἁμαρτεῖν, καὶ [d]ἀποῤῥιφῆναι Θεοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐλπίδος, οὐδὲν ἂν ἦν, οὔτε τοῦ συμβουλεύειν τὰ τοιαῦτα, οὔτε τοῦ πείθεσθαι σφαλερώτερον· εἰ δὲ, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις, πολλαὶ διαφοραὶ βίων καὶ προαιρέσεων, μειζόνων τε καὶ ἡττόνων, [e]λαμπροτέρων καὶ ἀφανεστέρων, οὕτω κἂν τοῖς θείοις, οὐχ ἕν τι τὸ σῶζόν ἐστιν, οὐδὲ [f]μία τῆς ἀρετῆς ὁδὸς, ἀλλὰ πλείονες, [f]καὶ [g]τῶ, πολλὰς εἶναι μονὰς παρὰ τῷ Θεῷ, [g]τούτου δὲ τοῦ θρυλλουμένου, κἂν ταῖς πάντων κειμένου γλώσσαις, οὐκ ἄλλό τι ἢ τοῦτο αἴτιον, τὸ πολλὰς εἶναι τὰς ἐκεῖσε φερούσας ὁδοὺς, τὰς μὲν ἐπικινδυνοτέρας τε καὶ λαμπροτέρας, τὰς δὲ ταπεινοτέρας τε καὶ ἀσφαλεστέρας· τί τὰς ἀσφαλεστέρας ἀφέντες, ἐπὶ μίαν ταύτην τρεπόμεθα, τὴν οὕτως ἐπισφαλῆ καὶ [h]ὀλισθηρὰν, καὶ οὐκ οἶδ' [h]ὅποι φέρουσαν; ἢ τροφὴ μὲν οὐχ ἡ αὐτὴ πᾶσι κατάλληλος, [i]ἄλλῳ δὲ ἄλλη κατὰ τὴν διαφορὰν [i]καὶ τῶν ἡλικιῶν καὶ τῶν ἕξεων· βίος δὲ ὁ αὐτὸς πᾶσι συμφέρων, ἢ λόγος; οὐκ ἔγωγε τοῦτο [k]εἴποιμ' ἄν, οὐδὲ πεισθείμην τοῖς λέγουσιν. εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε νέοι καὶ γέροντες, [l]ἄρχοντες [l]λαῶν καὶ ἀρχόμενοι, μοναστὰι καὶ μιγάδες, τὰς μὲν περιττὰς καὶ ἀχρήστους φιλοτιμίας χαίρειν ἐάσατε· αὐτοὶ δὲ διὰ βίου, καὶ πολιτείας, καὶ λόγων τῶν ἀκινδυνοτέρων [m]τῷ Θεῷ [m]πλησιάζοντες, τεύξεσθε τῆς ἐκεῖθεν ἀληθείας καὶ θεωρίας, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, [n]ᾧ ἡ δόξα εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

XXXIII. Etenim si, ut *unus Dominus, una Fides, unum Baptisma, unus Deus, Pater omnium, & per omnia, & in omnibus*, ita una quædam esset per disputationem & contemplationem ad salutem via, ut qui ab ea exciderent, iidem à toto quoque aberrarent, atque à Deo, ac spe salutis æternæ præcipites ejicerentur, nihil sanè periculosius esset, quàm vel hujusmodi consilium dare, vel huic parere. At si, ut in rebus humanis, multa & diversa sunt vitarum genera & instituta, alia majora, alia minora, alia illustriora, alia obscuriora, sic in divinis quoque, non una salutis ratio est, nec una quædam virtutis via; sed plures; atque hujus pervulgati dicti omniúmque linguis celebrati, nimirùm, *multas apud Deum mansiones esse*, nulla alia causa est, quàm quòd multæ sint viæ eò ferentes, quarum aliæ periculosiores & splendidiores sint, aliæ abjectiores & tutiores; cur, tutioribus relictis, ad unam hanc nos convertimus, adeò lubricam & periculosam, ac nescio quô ferentem? An idem quidem cibus non omnibus congruet, sed alius alii, pro diversa ætatum & constitutionum ratione; eadem autem vita, aut disputatio cunctis conducet? Hoc ipse quidem non dixerim, nec dicentibus assentiar. Quare si mihi obtemperandum duxeritis, juvenes & senes, præfecti & subditi, monachi & qui in sodalitio vivitis, supervacaneas & inutiles ostentationes valere jubebitis; atque id potiùs curabitis, ut per morum probitatem, & honestam vitæ rationem, ac sermones periculo vacuos ad Deum appropinquantes, ad alterius sæculi veritatem & contemplationem perveniatis, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A ιγ. Οὕτω μὲν οὖν κὴ δὴ ταῦτα, ἐπέστην ὑμῖν ὁ μικρὸς ἐγὼ καὶ κακόπατρις, καὶ τοῦτο, οὐχ ἑκὼν, ἀλλ' αὐτεπάγγελτος, κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν ἐπιπηδώντων ταῖς προστασίαις, ἀλλὰ κληθεὶς, καὶ βιασθεὶς, καὶ κατακολουθήσας φόβῳ καὶ Πνεύματι. ἢ μακρότερα πολεμηθείην ἐνταῦθα δηκενῆς, καὶ μηδένα τῆς πλάνης ἐλευθερώσαιμι, ἀλλ' οἱ ἀτεκνίαν τῆς ἐμῆς κατευχόμενοι ψυχῆς ἐπιτύχοιεν, εἰ ψευδὴς ὁ λόγος. ἐπεὶ
B δὲ ἦλθον, καὶ ἴσως οὐ μετὰ φαύλης τῆς ἐξουσίας, ἵνα μικρόν τι καυχήσωμαι τῶν τῆς ἀφροσύνης, τίνα τῶν ἀπλήστων ἐμιμησάμην; τί τοῦ καιροῦ παρεζήλωσα, καί τοί γε τοιαῦτα ἔχων τὰ ὑποδείγματα, ὧν καὶ δίκα, [a] μὴ κακὸν εἶναι τῶν χαλεπῶν a
καὶ σωτηρίων; τίνων Ἐκκλησιῶν ὑμῖν ἠμφισβητήσαμεν; ποίων χρημάτων, καί τοί γε τοῖς ἀμφότερα πλουτοῦσιν ὑπὲρ τὴν χρείαν, οἱ δὲ ἐνδεεῖς ἀμφότερα; ποῖον
C βασιλικὸν [b] δόγμα δηαπτυσθὲν ἐζηλοτυπήσαμεν; τίνας ἐρχόντων ἐθεραπεύσαμεν καθ' ὑμῶν; τίνων θρασύτητα κατεμηνύσαμεν; [c] τὰ δὲ εἰς ἐμὲ, τίνα; Κύριε, μὴ c
στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, καὶ τότε εἶπον· ἐμνήσθην γὰρ ἐν καιρῷ τῶν Στεφάνου ῥημάτων· καὶ νῦν προσεύχομαι. λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα· βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν.

Gregorii manſuetudo pro amentia habita.

XIV. Quòd ſi propterea injuriam facio, quia tyrannide preſſus, æquo animo id fero, hanc injuriam mihi velim condonetis, nam etiam ab aliis tyrannicè vexatus, patienti animo id tuli. Ac ſanè gratiam vobis habeo, quòd manſuetudinem & facilitatem mihi tanquam amentiam objeciſtis. Sic enim, excelſiùs multò quàm pro veſtro more, mecum reputo. Quota tandem pars hæc ſunt ſputorum & alaparum Chriſti, pro quo, & ob quem, pericula ſubeuntur? Omnia enimverò, unicâ ſpineâ coronâ, quæ victori noſtro coronam detraxit, & per quam me quoque vitæ aſperitate velut coronâ quâdam redimiri ſentio, minoris duco: unicâ arundine, per quam infirmum & imbecille imperium ſublatum eſt: unico felle, atque unico aceto, per

D ιδ. [d] Εἰ δὲ, ὅτι τυραννούμενος φέρω, d
τοῦτο ἀδικῶ, χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην, καὶ ὑπ' ἄλλων ἠνεγκα τυραννούμενος· [e] καὶ χάρις, ὅτι τὴν ἐπιείκειαν e
ἐνεκλήθην, ὡς ἄνοιαν. λογίζομαι γὰρ οὕτω, λίαν ὑψηλοτέροις ἢ [f] καθ' ὑμᾶς λογισμοῖς f
χρώμενος. [g] πόσον μέρος ταῦτα τῶν ἐμπτυσμάτων Χριστοῦ καὶ ῥαπισμάτων, ὑπὲρ g
οὗ, καὶ δι' ὃν οἱ κίνδυνοι; ἑνὸς οὐ τιμῶμαι πάντα τοῦ ἀνανδίνου στεφάνου, ὃς τὸν
E νικητὴν ἡμῶν [h] ἀπεστεφάνωσε, [i] δι' οὗ καὶ h i
μανθάνω τῇ τοῦ βίου τραχύτητι στεφανούμενος· ἑνὸς τοῦ καλάμου, δι' οὗ τὸ σαθρὸν κράτος ἐπαύσατο· μιᾶς τῆς χολῆς, ἑνὸς ὄξους, δι' ὧν τὴν πικρὰν [k] γεῦσιν ἐθεραπεύθημεν· k

(*a*) Μὴ κακόν. Sic plures Regg. Coisl 1. Or. 2. Jeſ. &c. In Ed. μὴ κακῶν.

(*b*) Δόγμα. In nonnullis, γράμμα, *ſcriptura.*

(*c*) Τὰ δὲ εἰς &c. Billius: *Quid autem ego?*

(*d*) Εἰ δὲ ὅτι τυραννούμενος &c. Arbitratur Elias hæc Gregorii verba dirigi ad Catholicos, qui forſan Theologo objiciebant, quòd, cùm facultatem ulciſcendi ſe haberet, imperante Theodoſio, eâ non uteretur.

(*e*) Καὶ χάρις &c. *Gratiaſque Deo, quòd lenitas & moderatio mihi, tanquam amentia, crimini data eſt.*

(*f*) Καθ' ὑμᾶς. Or. 1. καθ' ἡμᾶς.

(*g*) Πόσον. Tres Regg. & Comb. πόσλον.

(*h*) Ἀπεστεφάνωσε. Comb. ἐσλεφάνωσε. *Victorem meum coronavit.* Elias tamen legit, ἀπεσλεφάνωσε, ac interpretatur: *Omnia .... tametſi multa ſint, non arbitror uni æquiparanda eſſe coronæ ſpineæ, quâ Chriſtus Diabolum noſtri generis victorem ſuâ coronâ ſpoliavit.*

(*i*) Δι' οὗ καὶ μανθάνω &c. *Per quam, vitæ auſterioris paleſtrâ, adipiſci me coronam intelligam.*

(*k*) Γεῦσιν. Sic duo Regg. Coisl. 1. aliique plures. In Ed. ῥεῦσιν, *fluxionem.*

μιᾶς

μιᾶς τῆς ἐν τῷ πάθει μακροθυμίας. ἂν
a φιλήματι [a] προδοθῇ, ἐλέγχει μὲν, οὐ
πλήττει δέ· ἂν ἄφνω συλληφθῇ, ὀνειδίζει
b μὲν, ἕπεται δέ· κἂν [b] μαχαίρᾳ Μάλχου
c [c] τέμνῃς τὸ ὠτίον δι' ἕλκος, ἀγανακτήσει,
d καὶ ἀποκαταστήσει· κἂν [d] ἐν σινδόνι τὶς
φεύγῃ, περιστελεῖ· κἂν πῦρ αἰτήσῃς Σο-
δομιτικὸν ἐπὶ τοὺς ἄγοντας, οὐκ ἐπικλύ-
σει· κἂν λῃστὴν λάβῃ δι' ἀκίαν κρεμάμενον,
εἰς τὸν παράδεισον εἰσάξει δι' χρηστότητα.
πάντα ἔστω τὰ τοῦ φιλανθρώπου φιλάν-
e θρωπα, ὡς δὲ καὶ τῶν Χριστοῦ [e] παθημά-
των, οἷς τί τῶν μειζόνων ἂν δοίημεν, εἰ Θεοῦ
καὶ θανατωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, αὐτοὶ τοῖς
f ὁμοίοις μηδὲ τὰ [f] σμικρὰ συγχωρήσαιμεν;

ιε. Πρὸς δὲ καὶ ταῦτα ἐλογιζόμην τε
καὶ λογίζομαι, καὶ σκοπεῖτε, εἰ μὴ καὶ λίαν
ὀρθῶς, ἃ καὶ πολλάκις ὑμῖν ἐφιλοσόφησα.
ἔχουσιν οὗτοι τοὺς οἴκους, ἡμεῖς τὸν ἔνοικον·
οὗτοι τοὺς ναοὺς, ἡμεῖς τὸν Θεόν· καὶ τὸ
ναοὶ γενέσθαι Θεοῦ ζῶντος καὶ ζῶντες,
ἱερεῖα ἔμψυχα, ὁλοκαυτώματα λογικὰ,
g θύματα τέλεια, [g] Θεοῦ δι' Τριάδος πρ-
κυνουμένης. οὗτοι δήμους, ἡμεῖς Ἀγγέλους·
οὗτοι θράσος, πίστιν ἡμεῖς· οὗτοι τὸ
h ἀπειλεῖν, ἡμεῖς τὸ [h] προσεύχεσθαι· οὗτοι
τὸ βάλλειν, ἡμεῖς τὸ φέρειν· οὗτοι χρυσὸν
καὶ ἄργυρον, ἡμεῖς λόγον κεκαθαρμένον.
ἐποίησας σεαυτῷ διώροφα καὶ τριώροφα,
γνῶθι τὰ ῥήματα τῆς γραφῆς, οἶκον ῥιπισθὸν,
διεσταλμένον θυρίσιν; ἀλλ' οὔπω ταῦτα τῆς
i ἐμῆς πίστεως ὑψηλότερα, καὶ τῶν [i] οὐρανῶν
πρὸς οὓς φέρομαι. μικρόν μοι τὸ ποίμνιον;
k ἀλλ' οὐκ [k] ἐπὶ κριμνῶν φερόμενον. στενή μοι
ἡ μάνδρα; πλὴν λύκοις ἀνεπίβατος, πλὴν
οὐ παραδεχομένη λῃστὴν, οὐδὲ ὑπερβαινο-
μένη κλέπταις καὶ ξένοις. ὄψομαι ταύτην, εὖ
οἶδα, καὶ πλατυτέραν. πολλοὺς καὶ τῶν νῦν
λύκων, ἐν προβάτοις ἀριθμῆσαι με δεῖ, ἐ
τυχὸν καὶ ποιμέσιν. τοῦτο εὐαγγελίζεταί
μοι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, δι' ὃν ἐγὼ τίθημι
τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων. οὐ φοβοῦμαι
τὸ μικρὸν ποίμνιον, εὐσύνοπτον γάρ· ὅτι
γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν

A quæ amarulenta noſtra deguſtatio ſanata eſt : unicâ in perferendo cruciatu animi æquitate ac lenitate. Si *oſculo prodatur*, coarguit quidem, ſed non percutit : ſi ſubitò *comprehendatur*, ita exprobrat, ut tamen ſequatur : ſi zelo inflammatus *Malchi aurem gladio præcideris*, indignè feret, eámque loco ſuo reſtituet : ſi quis *ſindone amictus profugiat*, eum conteget : ſi *ignem Sodomiticum* adversùs eos, à quibus abigitur, popoſceris, haudquaquàm profundet : ſi *latronem* ob ſcelus in crucem ſu- B blatum paſſus fuerit, eum pro ſua benignitate in Paradiſum introducet. Benigni denique benigna ſint omnia, itidémque Chriſti paſſiones, quibus quidnam tandem aliud majus ac præſtantius daremus, ſi, cùm Deus mortem ipſam noſtræ ſalutis causâ pertulerit, nos contrà, ne leves quidem offenſas & injurias æqualibus noſtris remittamus ?

Matth. XXVI. 49.

Joan. XVIII. 10.

Marc. XIV. 51. *& ſeq.* *Luc.* IX. 54.

Ib. XXIII. 43.

XV. Quin hæc quoque mecum cogitabam, atque etiamnum cogito, (quàm rectè, ipſi videte,) de quibus etiam ipſis apud vos ſæpè differui. Hi domos habent, nos hoſpitem : hi templa, nos Deum : idque prætereà, quòd viva viventis Dei templa ſumus, victimæ vivæ, holocauſta ratione prædita, ſacrificia perfecta, Dii denique, Trinitatis adoratæ beneficio. Hi populos habent, nos Angelos : hi temeritatem & audaciam, nos fidem : hi minas, nos orationes : hi quòd percutiunt, nos quòd ferimus : hi aurum & argentum, nos repurgatam doctrinam. Feciſti tibi *duplices* *Jer.* XXII. 14. *& triplices contignationes*, (agnoſce Scripturæ verba,) *domum perflatilem, feneſtris diſtinctam ?* At hæc nondùm fide meâ ſublimiora ſunt, nec cœlis, ad quos tendo. At mihi grex exiguus ? Sed in præcipitia non fertur. At anguſta mihi caula ? Sed quæ lupis non pateat, ſed quæ latronem non admittat, nec à furibus, & exteris tranſcendatur. Eam, pulchrè ſcio, eam latiorem videbo. Multos enim ex his, qui nunc in luporum numero ſunt, inter oves, ac fortaſsè etiam inter Paſtores, recenſendos habeo. Hoc mihi fauſtè nunciat Paſtor ille bonus, ob quem E *ego animam meam pro ovibus pono.* Exiguus grex timorem mihi non injicit, utpotè facilè conſpicuus ; quoniam *oves meas cognoſco, & à meis viciſſim cognoſcor.* Tales ſunt, quæ Deum cognoſcunt, & à Deo cognoſcuntur. *Oves meæ vocem meam audiunt*, quam à divinis oraculis audivi,

Catholici in paupertate, Hæreticis ditiores.

Propheticus Gregorii Spiritus.

Exigui gregis prærogativæ.

Joan. X. 11.

Ibid. X. 14.

Ibid. X. 27.

(a) Προδοθῇ. Sic quatuor Regg. Or. 1. Baſ. In Ed. προσδοθῇ.
(b) Μαχαίρᾳ. Deeſt in Or. 1.
(c) Τέμνῃς. Reg. bm. τεμῇς.
(d) Ἐν σινδόνι &c. *Sindone amictus.* Sic interpretantur Elias & Billius. Notandum tamen eſt, quòd in ſacro textu Marc. XIV. 52. dicitur, Adoleſcentem, *relictâ Sindone, nudum profugiſſe.*
(e) Παθημάτων. Reg. a. Coisl. 2. Or. 1. & Elias ; μαθητῶν, *diſcipulorum.*
(f) Σμικρά. Reg. bm. & Or. 1. μικρά.
(g) Θεοῦ. Reg. a. Θεῷ.
(h) Προσεύχεσθαι. Duo Regg. εὔχεσθαι.
(i) Οὐρανῶν. Reg. b. ἐρανίων, *cæleſtibus.*
(k) Ἐπὶ κριμνῶν. Tres Regg. aliique, ἐπίκριμνον.

quam à ſanctis Patribus didici, quam per omnem vitæ curſum eodem modo docui, (nequaquàm pro tempore aliam atque aliam ſubindè formam aſſumens,) nec unquam docere deſinam, cum qua natus ſum, & cum qua hinc diſcedam.

ἐμῶν. τοιαῦτα τὰ Θεὸν γινώσκοντα, καὶ Θεῷ γινωσκόμενα. τὰ προβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, ἧς ἤκουσα παρὰ τῶν θείων λογίων, ἣν ἐδιδάχθην παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, ἣν [a]ἐδίδαξα κατὰ πάντα καιρὸν ὁμοίως, οὐ [b]συμμορφούμενος τοῖς καιροῖς, καὶ διδάσκων οὐ [c]παύσομαι, μεθ' ἧς ἐγεννήθην, καὶ ᾗ συναπέρχομαι.

Paſtor exigui gregis oves nominatim vocat.

Joan. x. 3.

Pſ. xxii. 2.

XVI. *Eas nominatim voco*, (nec enim nomine carent, quemadmodùm nec ſydera, quæ numero comprehenduntur, ac ſuo quæque nomine appellantur,) & me ſequuntur, utpotè à quo ſuper *aquam refectionis* educantur: quemvis etiam alium ſimilem Paſtorem ſequuntur, cujus vocem quanta cum voluptate audiverint, videtis: alienum autem minimè ſequentur, verùm ab eo diffugient, quandoquidem ad eum jam habitum pervenerunt, ut familiarem vocem ab aliena internoſcant. Valentini unius in duo ſectionem fugient, rerum opificem à bono diverſum minimè eſſe credentes. Bythum inſuper & Sigen, & fabuloſos Æones fugient, res ſanè profundo gurgite ac ſilentio dignas. Marcionis quoque conflatum ex elementis & numeris Deum fugient: Montani pravum & muliebrem ſpiritum: Manis, unà cum tenebris materiam: Novati arrogantiam, & ſitam in verbis puritatem: Sabellii reſolutionem & confuſionem, atque, ut ita loquar, abſorptionem, tres Perſonas in unam contrahentis, ac non unam in tribus Perſonis eſſentiam conſtituentis: Arii, & eorum, qui Ario ſubſunt, naturarum diverſitatem, ac novum Judaiſmum, ſolo videlicet Ingenito divinitatem circumſcribentis: Photini terrenum Chriſtum, atque à Maria ortûs initium trahentem. Ipſi verò Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum adorabunt, Deitatem unam; Deum Patrem, Deum Filium, Deum, (niſi hoc tibi ſtomachum movet,) Spiritum ſanctum, unam naturam in tribus proprietatibus, intelligentibus, perfectis, per ſe ac ſeparatim ſubſiſtentibus, numero quidem diſtinctis, Divinitate autem non item.

Dogma Valentini.

Marcionis.

Montani.

Manis.

Novati.

Sabellii.

Arii.

Photini.

Vera Trinitatis confeſſio.

ις. Ταῦτα καλῶ κατ' ὄνομα, οὐκ ἀνώνυμα γὰρ, ὥσπερ οὐδὲ ἀστέρες ἀριθμούμενοι καὶ ὀνομαζόμενοι, καὶ ἀκολουθοῦσι μοι, ἐκτρέφω γὰρ ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως· [d]ἀκολουθοῦσι δὲ καὶ παντὶ τοιούτῳ ποιμένι, οὗ τὴν φωνὴν ὁρᾶτε, ὅπως ἡδέως ἤκουσαν· ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξονται ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι διαγνωστικὴν ἕξιν ἔχουσιν ἤδη φωνῆς οἰκείας καὶ [e]ἀλλοτρίας. φεύξονται Οὐαλεντίνου τὴν τῶ ἑνὸς εἰς δύο κατατομὴν, [f]οὐκ ἄλλον τοῦ ἀγαθοῦ τὸν δημιουργὸν πιστεύοντες. καὶ τὸν Βυθὸν, καὶ τὴν Σιγὴν, καὶ τοὺς μυθικοὺς Αἰῶνας, τὰ βυθοῦ καὶ σιγῆς ὄντως ἄξια. φεύξονται Μαρκίωνος [g]τὸν ἐκ στοιχείων καὶ ἀριθμῶν Θεόν· Μοντανοῦ τὸ πονηρὸν πνεῦμα καὶ γυναικεῖον· Μάνου τὴν ὕλην μετὰ τοῦ σκότους· Ναυάτου τὴν ἀλαζονείαν, καὶ τὴν ἐν ῥήμασι καθαρότητα· Σαβελλίου τὴν ἀνάλυσιν καὶ τὴν σύγχυσιν, ἢ τὴν, ἵν' οὕτως εἴπω, κατάποσιν, τὰ τρία [h]εἰς ἓν συναιροῦντος, ἀλλ' οὐκ ἐν τρισὶν ὑφεστῶσι τὸ ἓν ὁρίζοντος· Ἀρείου, καὶ τῶν ὑπ' Ἀρείῳ τὴν τῶν φύσεων ἀλλοτρίωσιν, καὶ τὸν καινὸν Ἰουδαϊσμὸν, μόνῳ πρ᾽ ἀγεννήτῳ τὴν θεότητα περιγράφοντος· [i]Φωτεινῆ τὸν κάτω Χριστὸν, ἢ ἀπὸ Μαρίας ἐρχόμενον. αὐτοὶ δὲ προσκυνοῦσι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, μίαν θεότητα· Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν, εἰ μὴ τραχύνῃ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μίαν φύσιν ἐν τρισὶν ἰδιότησι, νοεραῖς, τελείαις, καθ' ἑαυτὰς ὑφεστώσαις, ἀριθμῷ διαιρεταῖς, καὶ [k]οὐ διαιρεταῖς θεότητι.

Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, unus Deus.

XVII. Has voces mihi concedat quiſquis mihi hodiè minitatur: alias autem, qui volent, ſibi vendicent. Pater Filio privari non ſuſtinet, nec Filius Spiritu

ιζ. Τούτων παραχωρείτω μοι τῶν φωνῶν πᾶς ὁ ἀπειλῶν σήμερον· τῶν δὲ ἄλλων μεταποιείσθωσαν οἱ βουλόμενοι.

(*a*) Ἐδίδαξα. Sic Codd. Mendosè in Ed. ἐδίξασα.

(*b*) Συμμορφέμενος. Reg. b. συμμορφιζόμενος, & ad marg. ut in Ed.

(*c*) Παύσομαι. Or. 1. παύομαι.

(*d*) Ακολεθῦσι. Or. 1. ἀκολεθήσεσι.

(*e*) Αλλοτρίας. In Editis ſequitur ἄλλον, quod eraſimus auctoritate plurimorum Codicum.

(*f*) Οὐκ ἄλλον. Sic duo Regg. Comb. &c. In Ed. ἐκ ἄλλε. Sectio unius in duo, quam hìc Valentino tribuit Gregorius, dogma fuit Marcionis. De Valentini Æonibus, legenda diſſertatio noviſſimæ S. Irænei operum Editioni prævia. Cæterùm Valentini & aliorum dogmata Epiph. & Aug. accuratè exponunt.

(*g*) Τὸν ἐκ στοιχείων &c. *Conflatum ex elementis & numeris Deum.* Errorem hunc, non Marcioni, ſed Marco tribuunt Irenæus & Epiphanius.

(*h*) Εἰς ἓν συναιρῦντος. Sic tres Regg. Or. 1. & Comb. In Ed. συναιρῦντος εἰς ἕν.

(*i*) Φωτεινῆ. Reg. a. Φωτινῆ. Photinus Sirmii Epiſcopus, ab Arianis ſimul & Catholicis ob hæreſim ſuâ damnatus.

(*k*) Οὐ διαιρεταῖς θεότητι. Sic tres Regg. Or. 1. Jeſ. Comb. &c. Deeſt διαιρεταῖς in Ed.

[a] οὐκ ἀνέχεται Πατὴρ Υἱὸν ζημιούμενος, [b] οὐδὲ A
Υἱὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ζημιοῦται δὲ,
[c] εἰ ποτὲ, καὶ [c] εἰ κτίσματα. οὐ γὰρ Θεὸς τὸ
κτιζόμενον. οὐ φέρω ζημιούμενος, οὐδὲ ἐγὼ
τὴν τελείωσιν. εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν
βάπτισμα. εἰ τοῦτο ἀκυρωθείη μοι, ᾧδῳ
[d] τίνος ἔξω τὸ δεύτερον; τί φατὲ, οἱ [d] κατα-
βαπτίζοντες, ἢ ἀναβαπτίζοντες; ἔστιν εἶναι
πνευματικὸν δίχα Πνεύματος; μετέχει δὲ
Πνεύματος, ὁ μὴ τιμῶν τὸ Πνεῦμα; τιμᾷ
δὲ ὁ εἰς κτίσμα καὶ ὁμόδουλον βαπτιζό- B
[e] μενος; [e] οὐκ ἔστιν, οὐχ οὕτω, πολλὰ ἐρεῖς.
οὐ ψεύσομαί σε, Πάτερ ἄναρχε· οὐ ψεύσομαί
σε, μονογενὲς Λόγε· οὐ ψεύσομαί σε, τὸ Πνεῦμα
[f] τὸ ἅγιον. [f] οἶδα τίνι ὡμολόγησα, καὶ τίνι
ἀπεταξάμην, καὶ τίνι συνεταξάμην. οὐ
δέχομαι τὰς πιστοῦ φωνὰς διδαχθῆναι, καὶ
[g] μαθεῖν [g] ἀπίστους· ὁμολογῆσαι ἀλήθειαν,
[h] καὶ γενέσθαι μετὰ [h] τοῦ ψεύδους· ὡς
[i] [i] τελειούμενος κατελθεῖν, καὶ ἀνελθεῖν ἀτε-
[k] λέστερος· ὡς ζησόμενος βάπτισθῆναι, [k] καὶ C
ἐννεκρωθῆναι τῷ ὕδατι, καθάπερ τὰ ταῖς
ὠδῖσιν ἐναποθανόντα κυήματα, καὶ σύν-
δρομον λαβόντα τῇ γεννήσει τὸν θάνατον.
τί με ποιεῖς μακάριον ἐν ταυτῷ καὶ ἄθλιον,
νεοφώτιστον καὶ ἀφώτιστον, Θεῖον καὶ
ἄθεον, ἵνα ναυαγήσω καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς
ἀναπλάσεως; βραχὺς ὁ λόγος· μνήσθητι τῆς
ὁμολογίας. εἰς τί ἐβαπτίσθης; εἰς Πατέρα;
[l] καλῶς· πλὴν, [l] Ἰουδαϊκὸν ἔτι. εἰς Υἱόν; κα-
λῶς· οὐκ ἔτι μὲν Ἰουδαϊκὸν, οὔπω δὲ τέλειον. D
[m] εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα; ὑπέρευγε· [m] τοῦτο
τέλειον. ἆρ' οὖν ἁπλῶς εἰς ταῦτα, ἢ καί τι
κοινὸν τούτων ὄνομα; ναὶ κοινόν. τί τοῦτο; δη-
λαδὴ τὸ τοῦ Θεοῦ. εἰς τοῦτο τὸ κοινὸν ὄνομα
[n] πίστευε, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, καὶ [n] με-
ταβήσῃ ἐντεῦθεν, εἰς τὴν ἐκεῖθεν μακαριότη-
[o] τα. ἡ δέ ἐστιν, ὡς ἐμοί [o] γε δοκεῖ, ἡ τούτων
αὐτῶν ἐκτυπωτέρα κατάληψις· εἰς ἣν φθά-
[p] σαιμεν καὶ ἡμεῖς, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ [p] Θεῷ
[q] ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ [q] κράτος, σὺν τῷ ἀνάρχῳ E
Πατρὶ, καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ,
καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

sanctо. Id autem contingat necesse est, si tempori subjiciantur, & si creati sunt. Neque enim Deus est, quod creatur. Ne ipse quidem perfectionis detrimento affici sustineo. *Unus Dominus, una Fides, unum Baptisma.* Hoc si mihi irritum reddatur, à quo tandem alterum habiturus sum? Quid ad hæc dicitis, qui submergitis, vel remergitis? An quisquam sine Spiritu spiritualis esse potest? An Spiritûs particeps est, qui Spiritum non honorat? An honorat, qui in creatum & conservum baptizatur? Minimè profectò; nec id, multa verba profundens, persuadere poteris. Fidem tibi datam non fallam, Pater, principii expers: fidem non fallam, Verbum unigenitum: fidem non fallam, Spiritus sancte. Scio quid professus fuerim, cui renunciarim, & cui me adjunxerim. Non patior, cùm fidelis hominis vocibus imbutus sim, ut infidelis sim, discere; cùm veritatem confessus sim, mendacio jungi; cùm perfectionis adipiscendæ causâ descenderim, imperfectior ascendere; cùm, ut victurus, baptizatus sim, in aquis emori, quemadmodùm fœtus qui inter ipsos partûs dolores extinguntur, eodémque momento, quo nati sunt, morte opprimuntur. Quid me simul beatum & miserum, recenti luce perfusum & lucis expertem, divinum & Deo orbatum facis, ut regenerationis quoque spem quasi naufragio amittam? Breviter dicam: Confessionem tuam memoriâ tene. In cujus nomine baptizatus es? Patris? Rectè: verùm id adhuc Judaicum. Filii? Præclarè: hoc jam minimè Judaicum, sed nondùm tamen plenum ac perfectum. Spiritûs sancti? Optimè: numeris omnibus absolutus est hic baptismus. Verùm, heus tu, an simpliciter in hæc tria, an quoddam etiam nomen est, quod tribus his communiter quadret? Maximè. Quodnam hoc? Nimirùm Dei nomen. In hoc igitur commune nomen crede, & *prosperè incede*, & *regna*, atque hinc ad alterius vitæ beatitudinem transibis. Ea porrò, ut mihi quidem videtur, in expressiore horum cognitione ac comprehensione sita est: ad quam utinam ipsi quoque perveniamus, in ipso Christo Deo nostro, cui gloria & imperium cum Patre principii experte, & vivifico Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Ephes. IV. 5.

Spiritûs non est particeps, qui Spiritum non honorat.

Ex forma Baptismi Hæreticos confutat.

Ps. XLIV. 5.

In quo sita vera beatitudo.

(*a*) Οὐκ ἀνέχεται. Sic plures Regg. & Colb. Coisl. 1. Or. 1. Par. &c. In Ed. οὐ δέχεται.

(*b*) Οὐδὲ Υἱός. Reg. bm. οὐδ' ὁ Υἱός.

(*c*) Εἰ κτίσματα. Sic Reg. bm. In Ed. εἰ κτίσμα.

(*d*) Καταβαπτίζοντες. Combefisius, ut vim vocis reddat, sic vertit: *In malam rem tingitis: certo exitio baptizaris* &c. His verbis insectatur Eunomium, qui, teste Epiphanio, baptizatos iterùm baptizabat, in nomine Dei increati, & in nomine Filii creati, & in nomine Spiritûs à creato Filio creati.

(*e*) Οὐκ ἔστιν, ἐχ ὕτω, πολλὰ ἐρεῖς. Comb. *Non est, non ita, idemidem dices.* Nicetas: ἐκ ἔστιν, ἐχ ὕτω, κἂν πολλὰ διαιρῇς. *Non est, non ita, quamvis multa dividas.*

(*f*) Οἶδα τίνι ὡμολόγησα &c. *Scio cui professus sum, cui spopondi, cui pactus sum.* Coisl. 2. & Or. 1. οἶδα τι &c.

(*g*) Ἀπίστους. Tres Regg. Coisl. 2. Par. Jes. &c. ἄπιστος.

(*h*) Τῶ ψεύδους. Sic tres Regg. Deest τῶ in Ed.

(*i*) Τελειόμενος. Sic Reg. bm. Or. 2. & Comb. In Ed. τελειώμενος.

(*k*) Καὶ ἐννεκρωθῆναι τῷ ὕδατι. Sic quatuor Regg. Coisl. 1. & 2. Par. &c. Deest καὶ ἐννεκρωθῆναι in Ed.

(*l*) Ἰουδαϊκὸν ἔτι. Sic quatuor Regg. Or. 1. Par. & Comb. Deest ἔτι in Ed.

(*m*) Τοῦτο. Sequitur in Ed. τό, quod auctoritate quatuor Regg. Codicum delevimus.

(*n*) Μεταβήσῃ. Reg. bm. μετέβης.

(*o*) Γε. Deest in duobus Regg.

(*p*) Θεῷ. Reg. bm. & Or. 1. Κυρίῳ, *Domino.*

(*q*) Κράτος σὺν τῷ &c. In Regg. a. b. & Or. 1. sic desinit hæc Oratio: κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας· Ἀμήν.

MONITUM

IN ORATIONEM TRIGESIMAM-QUARTAM.

Orationis argumentum.

I. *Ex Ægypto numerosa classis, debitum, uti mos erat, Imperatori frumentum advehens, Constantinopolim summo cum apparatu, appulsa fuerat. Cùm autem nautæ, seu classis gubernatores, Cæsari, quæ Cæsaris erant, persolvissent, spretis ac posthabitis Arianorum Ecclesiis, ut, quæ Dei sunt, Deo redderent, Gregorium adeunt. Ipse caritatis amans, ac veteris injuriæ immemor, eos benignè excepit, ac subindè in eorum laudem hanc publicam Orationem habuit. Illis primùm gratulatur Orator, quòd, devitatis Hæreticorum scopulis, ad Catholicorum Ecclesiam, velut ad tutissimum portum feliciter appulerint. Ægypti, Nilo exundante, fertilitatem & uberrimos fructus prædicat, atque illius incolas laudibus effert, quòd, ob nativam benignitatem, non solùm corporeis cibis alias civitates nutriant, sed spiritualibus etiam alimentis universum propè terrarum orbem repleant. Hinc magni Athanasii laudes celebrat, qui, ut alter Joseph, Ægypto & omnibus penè terrarum regionibus spiritualem cibum subministrarat. Deindè Petrum ipsius in Episcopali sede successorem laudibus exornat; & ad Ægyptios Orationem convertens :* Vos estis, *inquit*, alumni & soboles illorum præstantium veritatis Doctorum, quos nec tempus, nec Princeps, nec invidia, nec metus, nec minæ, nec exilia multa, nec denique aliud quidquam terrenum adducere potuit, ut aliquid de Trinitate proderent. *Tum veteres ac fœdissimas Ægyptiorum impietates recensens, eas à Christo debellatas ac fugatas pronunciat.* Quocirca, *addit*, te complector & saluto, Populorum optime Christique amantissime, populе meus; meum enim appello, qui eadem, ac ego, sentit, quique eandem fidem profitetur. Populе meus &c. *Ac sæpè sæpiùs repetitâ hâc compellatione, prosequitur :* Ut autem vos haud frustrà ad nos accurrisse, neque ut ad externos & alienos, sed ad vestros portus appulisse, præclarumque itineris vestri ducem Spiritum sanctum extitisse cognoscatis, pauca de Deo ad vos differemus. *Quod quidem, ut in præcedentibus Orationibus, summâ ingenii vi, sublimitate & eloquentiâ exequitur.*

Or. xxxiv. n. 4.

Ibid. n. 6.

Ibid. n. 7.

Quo tempore habita hæc Oratio.

II. *Verisimilius sanè nobis videtur cum Tillemontio, hanc Orationem habitam fuisse post excitatos à Maximo tumultus, eamque ad annum 380. mense Septembri, vel Octobri referendam putamus. Nec intelligere possumus, quibus argumentis ducti, Elias, Baronius, Billius & Bollandistæ istam Orationem coram Episcopis, qui ex Ægypto Constantinopolim Maximum consecraturi venerant, pronunciatam contenderint. Ut cæteros omittamus, Baronium fusiùs hac de re loquentem audiamus :* Petrus, *inquit*, favens Maximo adversùs Gregorium, nisus est, ut idem Maximus ordinaretur ejus sedis Antistes : ad quod perficiendum septem legavit Episcopos, aliâ tamen occasione prætensâ, nempè ut frumentum debitum Imperatori, navigiis

Tillem. tom. IX. not. 35. & 36. p. 713.

Baron. an. 379. n. 25. p. 480.

navigiis impoſitum, portarent Conſtantinopolim. Erant hæc Epiſcoporum nomina, Ammon, Apamon, Harpocras, Stippas, Rhodon, Anubis & Hermanubis. Hi verò, quòd Catholici eſſent, declinantes in urbe communionem Demophili Arianorum Epiſcopi, Gregorio adhæſerunt, à quo & benignè ſuſcepti ſunt, & ab eo laudati publicâ concione, cujus eſt Exordium : Eos qui ab Ægypto venerunt &c. *Sic rem narrat Baronius. Verùm, illius pace dixerim, ſi ad hanc Orationem ſeriùs attendiſſet vir doctus, ſi ſingula, ut ita dicam, perpendiſſet verba, ſi quæ demùm Gregorius carmine de vita ſua ſcripſit, ſtudioſiùs animadvertiſſet, nunquam profectò talem ſententiam protuliſſet. Quæ quidem ut refellatur, ſatis erit ea referre, quæ in hanc rem annotavit doctiſſimus Pagius.* Baronius, *inquit eruditus ille artis criticæ magiſter*, Baronius ait Petrum Alexandrinum ſeptem Epiſcopos Ægypti, ad perficiendam Maximi ordinationem, miſiſſe : citatque hanc Orationem Gregorii in Ægyptiorum adventum. Verùm, qui in ea nominantur, non Epiſcopi erant, ſed nautæ, ſeu potiùs, gubernatores claſſis Alexandrinæ, qui frumentum ex Ægypto Conſtantinopolim advexerant. Quo maximè argumento, convincitur eos Epiſcopos non fuiſſe; neque enim Epiſcopali dignitati convenit frumenti advectio. Deindè in tota illa Oratione eos nunquam Epiſcopos, ſemper verò Laicos Nazianzenus appellat, cùm dicit toties, *Populus meus, Populus Dei &c.* Demùm hæc verba Gregorii : *Poſteaquam Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, ut par erat, contuliſtis, Deo etiam, quæ Dei ſunt, tribuiſtis, illi nempè vectigal, huic timorem; & poſtquam cibis veſtris populum aluiſtis, ipſi quoque, ut à nobis alamini huc accediti :* hæc, inquam, verba apertè Laicos deſignant & nautas, qui frumentum, ſeu canonem urbis Conſtantinopolitanæ advexerant. Quæ obſervatio, *addit Criticus*, eſt Valeſii in notis ad lib. v. Theodoreti, c. 8.

Pagius. crit. in Bar. n. 24. & ſeqq. pag. 479. novâ Bar. ed.

Or. XXXIV. n. 7.

III. *Iiſdem argumentis Baronii ſententiam impugnant Hermant & Tillemontius ; nec ipſis poſſibile videtur, eam ad Gregorii Orationem accommodare. Ac meritò quidem, & Baronio & Bollandiſtis objiciunt, quòd non niſi unam Ægyptiorum turmam agnoverint, cùm Gregorius ipſe geminam agnoſcat ac diſtinguat. Primùm etenim, ut in carmine de vita ſua legitur, miſſi ſunt* Ammon, Apamon *&c. quos Theologus* miſeros nautas *appellat, &* cataſcopos, *id eſt*, exploratores, *qui venerant, ut res Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ obſervarent. Deindè*, non multò pòſt venerunt, qui priùs eos miſerant, *id eſt, Epiſcopi à Petro Alexandrino delegati, ut Maximum Epiſcopum conſecrarent. Illi à Gregorio* Paſtorum *nomine deſignantur; & quamvis certè, ut facinoris auctores & duces, prioribus multò nocentiores eſſent, ipſis tamen, ob debitam ſanè Epiſcopali dignitati reverentiam, parcere ſe profitetur Theologus. Cùm igitur tempora ab ipſo Gregorio tam præcisè ſecernantur, nemini dubium eſſe poteſt, quin neceſſariò duplex diſtinguenda ſit Ægyptiorum turma, quæ diverſis temporibus, non ad frumentum advehendum, (nullam enim de frumenti advectione mentionem facit Gregorius,) ſed ad Maximi ordinationem perficiendam, Conſtantinopolim appulſa eſt. Nec movere nos debet, quod à Bollandiſtis in medium profertur, ſcilicet,*

Paronii ſententia à Tillemontio refellitur. Till. t. IX. p. 713.

Carm. de vita ſua verſ. 834. & ſeqq.

Hermant. Greg. vita. t. 2. p. 188.

Hermant agnoſcere, nullum diſtinctionis veſtigium in verbis Gregorii reperiri. *Id enim, ut obſervat Tillemontius, ac cuique legenti per ſe patet, librariorum error eſt, qui proculdubiò* Gregorium *ſcripſerunt, ubi Hermant* Baronium *ſcripſerat. Hinc meritò conjici poteſt, primam Ægyptiorum turmam Conſtantinopolim adveniſſe, exeunte anno 379. vel ineunte 380. & alteram menſe Februario ejuſdem anni 380. ita ut Maximus conſecrari potuerit menſe Martio vel Aprili anni 380. Conſtat enim, ut vidimus in Monito in Orationem vigeſimam-ſextam, Maximum circa medium annum 380. è Conſtantinopoli ejectum fuiſſe. Ex quibus nihil vetat, quominùs menſem Auguſtum vel Septembrem anni 380. aſſignemus, in quo Alexandrina claſſis frumentum advehens, Conſtantinopolim appulſa fuerit, ac proindè in quo pronunciata fuerit hæc Oratio. Huic opinioni favet frumenti advehendi tempus, quod profectò meſſem & æſtatem antecedere non debuit.*

Refelluntur Bollandiſtæ.

Boll. Greg. vit. not. e. p. 406.

IV. *Nobis etiamnum ſupereſt, ut aliam Bollandiſtarum difficultatem ſolvamus. Sic enim de hac Oratione pronunciant.* Eſt ea Oratio XXIV. cui titulus : *In Ægyptiorum adventum :* quam cur aliqui velint poſt Maximi ordinationem dictam, nulla apparet ratio ; cùm abſurdiſſimum ſit vel cogitare, quod tam prolixa laudatio Petri potuerit ex Nazianzeni ore proficiſci, poſt tam inſignem injuriam ab eo illatam ſibi & Eccleſiæ. *Siccine debita Gregorii caritati laus perſolvitur ? Siccine Petri pœnitentiæ, quæ, fatentibus adverſariis, probabilis videtur, merces penditur ? Quàm longiſſimè à nobis diſtant, qui talia loquuntur ! Licèt enim dubium eſſet, utrùm Petrus Alexandrinus, publicâ reconciliatione, cum Gregorio in gratiam redierit, attamen tantùm abeſt, ut* prolixa Petri laudatio, *quæ adverſarios præcipuè movet, innuat tempus, quod Maximi ordinationem præceſſerit, ut contrà indè concludamus, eâ tempus ſubſequens deſignari. Conſtat enim Maximum Conſtantinopolitanæ ſedis ſpe dejectum, ipſum Petrum ex throno Alexandrino exturbare ac dejicere præſumſiſſe. Non igitur* abſurdum, *ut volunt Bollandiſtæ, imò potiùs veriſimile eſt, ac utriuſque Antiſtitis religione dignum, expulſo à Præfecto ex Alexandria Maximo, Petrum errorem agnoviſſe, & cum Gregorio in gratiam rediiſſe. Id meritò ex religioſa eorum, qui frumentum advexerant, agendi ratione conjicitur. Prætereà, quamvis incerta res eſſet, non indè ſequeretur, Petrum non potuiſſe à Gregorio laudari. Petrus enim, etſi in Maximi gratiam adversùs Gregorium peccaverit, magni tamen Athanaſii doctrinæ ſemper adhæſerat, ſemper Arianorum partes oppugnarat, ſemper integrum ac incolume fidei circa Trinitatem depoſitum ſervarat, atque ideò jure laudari potuit ac debuit. Et poſito, quòd ipſius cum Gregorio reconciliatio ignota, vel nulla fuerit, prædicandus eſt ipſe Gregorius, qui primus hâc Oratione ad*

Or. XXXIV. n. 6.

pacem & amicitiam aditum aperit. Populeus, *inquit ;* meus enim es, etiamſi hominibus invidiâ laborantibus aliter videatur ; atque ut magis feriantur, qui ita affecti ſunt, en dextras ſocietatis præbeo coram tot teſtibus, viſibilibus juxta & inviſibilibus, veteremque calumniam novâ

benignitate propello. *Quis non videat, præsertim ultimis verbis, perfectam reconciliationem*, ob veterem injuriam novâ benignitate propulsatam, *hîc exprimi. Neque enim necesse erat, ut mentem suam apertiùs declararet Theologus. Obstabant siquidem, tum ingens Gregorii caritas, tum debita Petro Alexandrino reverentia, tum denique solemnitatis ac lætitiæ dies, quem luctuosâ præteriti memoriâ turbare nullomodò consentaneum erat. Plura etiam, ad id confirmandum, colligenda supererent, tam ratione circunstantiarum, quàm ex Gregorii carminibus, ac eruditorum scriptis; sed ne longiùs, quàm par est, protrahatur hæc admonitio, hîc finem imponimus. Qui plura desideraverit, loca citata adeat.*

[a] ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΙΓΥΠΤΟΥ ἐπιδημήσαντας.

IN ÆGYPTIORUM *adventum.*

ΛΟΓΟΣ λδ.

ΟRATIO TRIGESIMA-QUARTA.

Aliàs 24. *quæ autem* 34. *erat, nunc* 28.

α. Τους ἀπ' Αἰγύπτου προσφθέγξομαι, A δίκαιον γάρ· ἐπειδὴ καὶ προθύμως συνελ-
b λύθασι, [b] τῷ ζήλῳ τὸν φθόνον νικήσαντες, Αἰγύπτου ταύτης, ἣν πλουτίζει μὲν ποτα-
c μὸς ἐκ γῆς ὕων, καὶ πελαγίζων [c] ὥρια· ἵνα καὶ αὐτὸς μικρόν τι μιμήσωμαι τοὺς πρὸ ταῦτα κομψούς· πλουτίζει δὲ Χριστὸς ὁ ἐμὸς, πρότερον μὲν εἰς Αἴγυπτον φυγαδευό-
d μενος, νυνὶ δὲ ἀπ' Αἰγύπτου [d] χορηγούμενος· τότε μὲν, ἐκ τῆς Ηρώδου παιδοφονίας, νῦν δὲ, ἐκ τῆς τῶν πατέρων φιλοτεκνίας· B Χριστὸς, ἡ καινὴ τροφὴ τῶν καλῶς πεινώντων, [e] ἢ μείζων σιτοδοσία πάσης τῆς ἱστορουμένης τε καὶ πιστευομένης· ὁ ἄρτος, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ, τὴν ἀνόλεθρόν τε καὶ ἀκατάλυτον, περὶ οὗ καὶ νῦν ἀκούειν δοκῶ μοι λέγοντος τοῦ Πατρός· ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου.

I. Eos, qui ex Ægypto venerunt, ut par est, salutabo, atque alloquar; quandoquidem, superatâ per zelum invidiâ, promptè & alacriter convenerunt, ex hac, inquam, Ægypto, quam & fluvius ditat, è terra pluens, ac tempestivè maris instar exundans; (ut eos quoque nonnihil imiter, qui in hujusmodi rebus sciti & lepidi sunt;) quamque item ditat Christus meus, qui anteà quidem *in Ægyptum fugabatur*, nunc autem ab Ægypto alitur; tum nempè ob Herodem pueris necem afferentem, nunc verò ob parentum erga filios charitatem: Christus, inquam, novus eorum, qui rectè esuriunt, cibus, annona illa, illa major omni eâ, quæ historiæ monimentis prodita est, ac creditur: *panis*, inquam, *ille de cœlo descendens*, vitámque finis omnis atque interitûs expertem mundo afferens; de quo nunc mihi quoque Patrem audire videor dicentem: *Ex Ægypto vocavi Filium meum.*

Habita Constantinopoli circa mensem Augusti anni 380.

Eos, qui ex Ægypto venerant, salutat & alloquitur Gregorius.

Matth. II. 13.

Joan. VI. 33.

Osee. XI. 1.

β. Αφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος εἰς πάντας ἀνθρώπους, ὑγιῶς πιστευόμενός τε C
f καὶ κηρυσσόμενος· καὶ ὑμεῖς [f] ἄριστοι καρποδόται πάντων, μάλιστα τῶν νῦν ὀρθῶς πιστευόντων, ὅσα ἐμὲ γινώσκειν, τὸν τῆς τοιαύτης τροφῆς, οὐκ ἐρασθὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ χορηγὸν, καὶ οὐκ ἔνδημον μόνον, ἀλλ'

II. A vobis enim sermo ad omnes homines dimanavit, tum sincerè creditus, tum prædicatus: ac vos omnium, & præsertim eorum, qui nunc rectâ fide præditi sunt, optimi largitores estis, quantùm quidem ipse cognosco, qui hujusmodi cibi, non modò sum amator, sed etiam subministrator; nec in patrio duntaxat solo, sed etiam in externo. Vos enim corporeis

Ægyptii, fide & Verbi prædicatione, per totum orbem celebertimi.

(a) Εἰς τὰς Αἰγύπτου &c. Colb. 1. Εἰς παρουσίαν τῶν Αἰγυπτίων σίτου καταπλευσάντων σιταγώγων. *In adventu Ægyptiorum, qui classe frumenta vehente navigaverant.* In quibusdam: Εἰς τὸν κατάπλουν τῶν Αἰγυπτίων. *In Ægyptiorum appulsu.* Alii addunt, Επισκόπων, *Episcoporum*; sed perperàm. Nihil enim in tota Oratione reperias, undè eos Episcopos fuisse colligi possit. Vide Monitum, n. 2.

(b) Τῷ. Coisl. 1. ἐν τῷ.

(c) Ωρια. Sic Regg. bm. hu. &c. Schol. κατὰ καιρὸν, καὶ πρὸς ὥραν. *Tempestivè & statutis temporibus.* In Ed. ὥρια, *fines implens.*

(d) Χορηγούμενος. Hîc indicare videtur Gregorius, frumenta illa ab Ægypto allata, cedere præsertim in usus Ecclesiarum & pauperum.

(e) Η μείζων. Sic Codd. In Ed. ἢ μείζων.

(f) Αριστοι καρποδόται. *Optimi fructuum largitores.* Sic appellat Ægyptios, quòd in Ægypto maximè ὁμοουσίου, id est, *consubstantialitatis* fides vigeret ac fructificaret.

quidem cibis populos & urbes alitis, quacunque ſe benignitas veſtra porrigit; ſpiritualibus autem, non certam quandam plebem, aut certam civitatem, anguſtis finibus circumſcriptas, quamlibet altè & ſplendidè de ſe ſentiant, verùm univerſum propè terrarum orbem alitis. Atque adeò, non panis famem, aut aquæ ſitim curatis, quibus nec premi admodùm grave eſt, & iiſdem mederi facilè; *ſed famem audiendi verbum Domini*, quam & pati miſerrimum, & curare hoc tempore perarduum & perdifficile: *quoniam abundavit iniquitas*, ac paucos reperio, qui verè ac bonâ fide huic fami medeantur.

Amos. VIII. 11.

Matth. XXIV. 12.

A ἤδη καὶ ὑπερόριον. ὑμεῖς γὰρ τρέφετε μὲν σωματικῶς δήμους καὶ πόλεις, ἐφ' ὅσον ἐξικνεῖται ὑμῶν τὸ φιλάνθρωπον· τρέφετε δὲ πνευματικῶς, οὐ τὸν δεῖνα δῆμον, οὐδὲ τήνδε, ἢ τήνδε τὴν πόλιν μικροῖς ὁρίοις [a] περιγραφομένην, καὶν φρονῶσιν ὑπέρλαμπρον, ἀλλὰ μικρὸν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. καὶ θεραπεύετε, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἃ καὶ λιμώττειν οὐ μέγα, καὶ μὴ λιμώττειν ῥᾴδιον· ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι [b] λόγου Κυρίου, ὃν κἂν πάσχειν ἐλεεινότατον, κἂν θεραπεύειν νῦν ἐργωδέστατον· ἐπειδὴ ἐπληθύνθη ἡ ἀνομία, καὶ ὀλίγους εὑρίσκω τοὺς γνησίους ταύτης θεραπευτάς.

B

Athanaſii, & Petri ejus in throno ſucceſſoris, laus.

III. Talis enimverò erat Joſeph, diſpenſator veſter, ac proindè & noſter, qui, & pro eximia ſua ſapientia famem proſpicere norat, & conſilio ac prudentiâ curare, perpulchris nimirùm & obeſis bobus, deformes ac macie confectas ſanans. Et quidem utrumvis Joſeph intelligere volueris, ſive illum immortalitatis amatorem, & effectorem, & nomen ferentem; ſive illius, & in throno, & in doctrina, & in canitie ſucceſſorem, novum, inquam, noſtrum Petrum, non minùs virtute, quàm nomine: à quibus, id quod medium fuit, exciſum & contritum eſt, tametſi paululùm adhuc & languidè, velut ſerpentis interciſi cauda, palpitet: quorum alter in bona ſenectute poſt multas dimicationes & palæſtras vitâ defunctus, nunc res noſtras, ut perſuaſum habeo, cœlitùs inſpicit, ac virtutis causâ laborantibus manum porrigit, eóque magis, quòd corporis vinculis liberatus eſt; alter verò ad eundem vitæ finem aut reſolutionem, poſt eadem certamina properat, & cœlitibus quidem jam propinquus eſt; cæterùm hactenùs adhuc in carne verſatur, ut fidei doctrinæ poſtremam opem ferat, ac cum ampliori & copioſiori viatico iter capeſſat.

C

D

γ. Τοιοῦτος Ἰωσὴφ ὁ ὑμέτερος [c] σιτομέτρης, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν καὶ ἡμέτερος, ὃς καὶ προβλέπειν ᾔδει λιμὸν ὑπὸ [d] σοφίας ὑπερβαλλούσης, καὶ θεραπεύειν λόγοις οἰκονομίας, ταῖς καλαῖς τῶν βοῶν καὶ πίοσι, τὰς αἰσχρὰς καὶ ἀτρόφους ἰώμενος. καὶ Ἰωσὴφ ὁπότερον βέλει λαμβάνειν, εἴτε τὸν τῆς ἀθανασίας [e] ἐραστὴν, καὶ δημιουργὸν, [f] καὶ ἐπώνυμον· εἴτε τὸν ἐκείνου καὶ θρόνῳ, καὶ λόγῳ, καὶ πολιᾷ δόξαν, τὸν νέον Πέτρον ἡμῖν, ἐκ ἧττον τὴν ἀρετὴν, ἢ τὴν κλῆσιν· ὑφ' ὧν τὸ μέσον ἐξεκόπη καὶ συνετρίβη, καὶν ἔτι [g] σπαίρῃ μικρά τε καὶ ἀσθενῆ, καθάπερ τὸ ἀραῖον δράκοντος τοῦ ὄφεως· ὧν ὁ μὲν ἐν γήρᾳ καλῷ καταλύσας τὸν βίον ἐπὶ πολλοῖς τοῖς ἀγωνίσμασι καὶ ἀθλήμασιν, ἄνωθεν ἐποπτεύει, εὖ οἶδα, νῦν τὰ ἡμέτερα, καὶ χεῖρα ὀρέγει τοῖς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ κάμνουσι, καὶ τόσῳ μᾶλλον, ὅσῳ τῶν δεσμῶν ἐστιν ἐλεύθερος· [h] ὁ δὲ ἐπὶ τὴν αὐτὴν κατάλυσιν, ἢ ἀνάλυσιν, [i] ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄθλοις ἐπείγεται, καὶ πλησιάζει μὲν ἤδη τοῖς ἄνω, τοσοῦτον δὲ μετὰ τῆς σαρκός ἐστιν ἔτι, ὅσον βοηθῆσαι πρὸς λόγῳ τὰ τελευταῖα, καὶ τῆς ὁδοῦ γενέσθαι μετὰ δαψιλεστέρων τῶν ἐφοδίων.

c d e f g

Athanaſius & Petrus, ex ipſis periculis pro fide ſuſceptis, robur collegerunt.

IV. Vos eſtis alumni & ſoboles illorum præſtantium veritatis doctorum, & propugnatorum, & victorum; quos non tempus, non Princeps, non ſermo, non invidia, non metus, non accuſator, non calumniator, non bellum apertè inferens, non clandeſtinas inſidias ſtruens, non in ſpeciem noſter, non alienus, non aurum, occultus ille tyrannus, per quem nunc

E

δ. Τούτων ὑμεῖς θρέμματα καὶ προβλήματα τῶν μεγάλων, καὶ δογματισθῶν, καὶ ἀγωνισῶν τῆς ἀληθείας, καὶ νικητῶν· οὓς οὐ καιρὸς, οὐ δυνασὴς, οὐ λόγος, οὐ φθόνος, οὐ φόβος, οὐ κατήγορος, οὐ συκοφάντης, οὐ φανερῶς πολεμῶν, οὐ λαθραίως ἐπιβουλεύων, οὐχ ἡμέτερος πρὸς δοκεῖν, οὐκ ἀλλότριος, οὐ χρυσὸς, ὁ ἀφα-

(a) Περιγεραφομένην. Duo Regg. & Coisl. 1. περιγραφόμενας.

(b) Λόγε. Reg. a. λόγον.

(c) Σιτομέτρης. Coisl. 1. σιτοδότης.

(d) Σοφίας ὑπερβαλλούσης. Sic Reg. hu. In Ed. σοφίας ὑπεβαλλούσης.

(e) Ερασλήν. Duo Regg. καὶ ἐραστήν.

(f) Καὶ ἐπώνυμον. *Et nomen ex ea ferentem.* Sic duo Regg. In Ed. deeſt, καί. Intelligit Athanaſium, cujus nomen ducitur ex Græco, ἀθανασία, *immortalitas.*

(g) Σπαίρῃ. Reg. bm. σκαίρῃ, *tripudiet, ſaliat.*

(h) Ο δὲ ἐπὶ τὴν αὐτὴν κατάλυσιν &c. *Alter verò ad eundem* &c. Sic reddiderat Billius in prima editione; rectiùs quidem, quàm in ſecunda, ubi ſic vertit: *Alter ad idem hoſpitium, vel ad ſupera migrationem poſt eadem certamina properat.*

(i) Επὶ τοῖς αὐτοῖς ἄθλοις. Sic Regg. bm. hu. & duo Coisl. In Ed. ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἄθλοις.

νὴς

νὴς τύραννος, ᾧ νῦν τὰ πολλὰ μεταῤῥίπτεται καὶ πετεύεται, οὐ θεραπεῖαι, οὐκ ἀπειλαὶ, οὐκ ἐξορίαι μακραί τε καὶ ἀριθμέμφαι, δημεύσει γὰρ οὐκ ἐγένοντο μόνον ἀλωτοὶ, διὰ τὸν μέγαν πλοῦτον, τὴν ἀκτημοσύνην, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀπόντων, ἢ τῶν παρόντων, ἢ τῶν προσδοκωμένων ἐπῆρεν, οὐδὲ ἀνέπεισε χεῖρας γνέσθαι, καὶ προδοῦναί τι τῆς Τριάδος, καὶ [a] ζημιωθῆναι θεότητα. τοὐναντίον μὲν οὖν ἐρρώσθησαν τοῖς κινδύνοις, καὶ φιλοτιμότεροι γεγόνασιν εἰς εὐσέβειαν. τοιοῦτο γὰρ τὸ παθεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ, τῷ φίλτρῳ προσλίθησι, καὶ οἷον ἀῤῥαβὼν γίνεται τῶν ἐξῆς ἄθλων τοῖς μεγαλόφροσι. τοιαῦτά σε, Αἴγυπτε, τὰ νῦν διηγήματά τε καὶ θαύματα.

A multa ſursùm deorſúmque, velut in talorum ludo, jactantur, non blanditiæ, non minæ, non exilia, & multa, & diuturna, (ſoli enim bonorum proſcriptioni in eos propter magnas illas divitias, hoc eſt, inopiam, nihil licuit,) non aliud quidpiam abſentium, aut præſentium, aut in expectatione poſitorum, extulit, aut adducere potuit, ut deteriores fierent, ac de Trinitate aliquid proderent, & Divinitatis jacturam facerent. Imò contrà, ex ipſis periculis robur collegerunt, atque ad pietatem ferventiores extiterunt. Talia enim pro Chriſto pati, amori cumulum affert, atque animi magnitudine præditis viris ad ſequentia certamina velut arrha exiſtit. Hæc ſunt, Ægypte, quæ de te modò narrantur miracula.

ε. Σὺ δέ μοι τοὺς τράγους ἐπῄνεις τοὺς Μενδησίους, καὶ τὸν Μεμφίτην Απιν, μόσχον σιτευτόν τινα καὶ πολύσαρκον, καὶ τὰς Ισιδος τελετὰς, καὶ τοὺς Οσίριδος σπαραγμοὺς, καὶ τὸν σεμνόν σε Σάραπιν, ξύλον προσκυνούμφον μετὰ μύθε, καὶ χρόνε, καὶ τῆς τῶν προσκυνούντων ἀνοίας, ὡς ὕλην ἄγνωστόν τινα καὶ οὐράνιον, πλὴν ὕλην, κἂν βοηθῆται τῷ ψεύδει· καὶ τὰ ἔτι τούτων αἰσχρότερα, κνωδάλων τινῶν καὶ ἑρπετῶν πολυειδῆ πλάσματα, ὧν πάντων ὑπερῆρε Χριστὸς, καὶ οἱ Χριστοῦ κήρυκες· ἄλλοι τε ἄλλως κατὰ τοὺς ἑαυτῶν ἕκασοι χρόνους ἐπλάμφαντες· καὶ δὴ καὶ οἱ νῦν μνημονευθέντες Πατέρες· ἀφ' ὧν σὺ γινώσκῃ μᾶλλον, ὦ θαυμασία, σήμερον, ἢ πάντων ὁμοῦ πάντες, καὶ παλαιῶν καὶ νέων διηγημάτων.

V. At tu anteà Mendeſios hircos laudibus efferebas, & Memphiticum Apim, vitulum quendam præpinguem & obeſum, & Iſidis ſacra, & Oſiridis lacerationes, & venerandum tuum Serapidem, lignum, fabulâ, & tempore, & adorantium amentiâ, adoratum, velut incognitam quandam & cœleſtem materiam, cæterùm materiam, quamlibet à mendacio adjuvetur: ac, quæ his etiam fœdiora & obſcœniora ſunt, varia quorundam animalium & reptilium figmenta, quæ omnia Chriſtus ſuperavit, & Chriſti præcones; tum alii omnes, qui ſuâ quiſque tempeſtate fulſerunt; tum hi etiam Patres, quos modò commemoravi; à quibus, ô admiranda regio, hodierno die magis agnoſceris, quàm omnes ab omnibus ſimul, tam priſcis, quàm recentibus hiſtoriis agnoſcantur.

Chriſtus veteres Ægyptiorum impietates ſuperavit.

ς. Διὰ ταῦτά σε περιπλύσομαι καὶ ἀσπάζομαι, λαῶν ἄριστε, καὶ φιλοχριστότατε; καὶ θερμότατε τὴν εὐσέβειαν, καὶ τῶν ἀγόντων ἄξιε· οὐ γὰρ ἔχω τι τούτου μεῖζον εἰπεῖν, οὐδὲ ᾧ μᾶλλον ἂν ὑμᾶς ξενίσαιμι· καὶ δεξιοῦμαι, ὀλίγα μὲν γλώσσῃ, τὰ πολλὰ δὲ διανοίας κινήμασι. λαὸς ἐμὸς, ἐμὸν γὰρ [b] ὀνομάζω, [b] τὸν ὁμόφρονα καὶ ὁμόδοξον, καὶ ᾧδε τῶν αὐτῶν Πατέρων, καὶ τῆς αὐτῆς Τριάδος προσκυνητήν. λαὸς ἐμὸς, ἐμὸς γὰρ, κἂν μὴ δοκῇ τοῖς βασκαίνουσι· καὶ, ἵνα πλιγῶσι μᾶλλον οἱ τᾶτο πάσχοντες, ἰδοὺ δίδωμι δεξιὰς κοινωνίας ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων· [c] καὶ ἀπωθῶμαι παλαιὰν διαβολὴν νέᾳ χρηστότητι. λαὸς [d] ἐμὸς, ἐμὸς γὰρ, εἰ καὶ τὸν μέγιστον ὁ μι-

VI. Quocirca te complector & ſaluto, populorum optime, Chriſtíque amantiſſime, ac pietate ferventiſſime, tuíſque ducibus digne; neque enim majus quidquam, quod dicam, occurrit, nec quo magis vos excipiam. Et verò excipio, parùm quidem linguâ, multùm autem animi affectibus. Populo mi, meum enim appello, eum, qui eadem, ac ego, ſentit, & eandem fidem profitetur, & ab iiſdem Patribus & doctoribus eruditus eſt, atque eandem Trinitatem adorat. Populo mi, meus enim es, etiamſi hominibus invidiâ laborantibus aliter videatur. Atque, ut magis adhuc feriantur, qui ita affecti ſunt, en dextras ſocietatis præbeo coram tot teſtibus, viſibilibus juxtà & inviſibilibus; veterémque calumniam novâ benignitate propello. Populo mi, meus enim es, etſi maximum minimus

Ægyptii; ob fidem & pietatem, Gregorio amantiſſimi.

(a) Ζημιωθῆναι θεότητα. Bill. *Divinitate mulctarentur.*
(b) Τὸν ὁμόφρονα &c. Bill. *Qui eodem, quo ego, modo afficitur, & eadem ſentit, & ab iiſdem Patribus &c.*
(c) Καὶ ἀπωθῶμαι &c. Schol. *Ἴσως διαβεβλημένοι ἦσαν αὐτῷ πρότερον οἱ Αἰγύπτιοι. Forſan apud ipſum calumniam priùs paſſi fuerant Ægyptii.* Alludit hîc, ni fallimur, ad Maximi ordinationem. Vide Monitum, n. 4.
(d) Εἰ καὶ τὸν. Comb. κἂν τὸν.

vendico. Talis enim Spiritûs gratia eſt : pares honore eos facit, qui idem ſentiunt. Populo mi, meus enim es, etſi procul à me disjunctus : quoniam divinitùs connectimur, alióque modo, quàm quæ craſſitie prædita ſunt. Corpora etenim loco conjunguntur, animæ autem Spiritu conglutinantur. Populo mi, qui priùs quidem pro Chriſto pati ſtudio habebas, nunc autem, ſi conſilio meo pareas, operam dabis, ne quid mali inferas, ſed lædendi poteſtatem
Joan. XVI. 2. ſatis magnum lucrum ducas, ac *te obſequium Chriſto offerre exiſtimes*, ut tum patientiam, ita nunc manſuetudinem animique facilitatem. Populo, *ad quem beneficiis ornandum accinctus eſt* Deus, quem-
Malach. I. 4. admodùm *ad malè mulctandos adverſarios.*
Zach. VIII. 15. Populo, *quem Deus ſibi elegit* ex omnibus
Pſ. XXXII. 12. quos accivit. Populo in manibus Domini
Iſai. LXII. 4. ſcripte, cui, *Tu enim es Voluntas mea*,
Ier. LIV. 12. *&* LX. 18. dicit Dominus : &, *Portæ tuæ ſculptura*, & quæcunque poſteà ad eos, qui ſalutem conſecuturi ſunt, referuntur. Populo, ac ne me, quæſo, tanquam immodicum, admiremini, ſi vos identidem compello; incredibilem enim ex vobis aſſiduâ hujuſmodi appellatione lætitiam capio, non ſecùs videlicet, atque qui ſpectaculis quibuſdam vel auditionibus inſatiabili quâdam aviditate fruuntur.

Ægyptii, magis fidei ac veritatis amore, quàm navali pompâ celebres.

VII: At, ô Dei populo, & noſter, pulchra quidem erat recens quoque illa veſtra celebritas, quam in mari ſtatutiſtis, &, ſi qua alia, oculis grata & jucunda, cùm mare arboribus ſtratum, & manufactâ nube obtectum vidi, & navium, velut ad pompam inſtructarum, elegantiam ac celeritatem, modicúmque ad puppim ventum, nantem in mari civitatem, tanquam deditâ operâ ſtipantem, atque ad urbem tranſmittentem; pulchrior tamen & magnificentior hæc, quam nunc cernimus. Nec enim vos ipſos multitudini admiſcuiſtis, nec hominum numero pietatem deſiniviſtis, nec inconditum potiùs vulgus eſſe ſuſtinuiſtis, quàm populus, Dei ver-
Matth. XXII. 21. bo perpurgatus : verùm, poſteaquam *Cæſari quæ ſunt Cæſaris*, quantùm officii ratio poſtulabat, contuliſtis, Deo etiam, quæ
Rom. XIII. 7. Dei ſunt, tribuiſtis; illi nempè *vectigal*, huic *timorem* : & poſtquam cibis veſtris populum aluiſtis, ipſi quoque, ut à nobis

Dei frumentum, pro terræ frumento accipiunt.

alamini, huc acceditis. Nam & nos etiam frumentum largimur, ac frumentum quidem veſtro nequaquàm fortaſsè deterius.
Prov. IX. 5. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis :* ad menſam meam vos cùm Sapientia invito. Cando-

κρότατος σφετερίζομαι. τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις· ὁμοτίμους ποιεῖ τοὺς ὁμόφρονας. λαὸς ἐμὸς, ἐμὸς γὰρ, εἰ καὶ πόρρωθεν· ὅτι θεϊκῶς συναπτόμεθα, καὶ τρόπον ἄλλον, ἢ ὃν αἱ παχύτητες. τὰ μὲν γὰρ σώματα τόπῳ συνάπτεται, ψυχαὶ δὲ Πνεύματι συναρμόζονται. [a] λαὸς ἐμὸς, ὁ πρότερον μὲν a
φιλοσοφῶν τὸ πάσχειν ὑπὲρ Χριστοῦ, νῦν δὲ τὸ μὴ ποιεῖν, ἐὰν ἐμοὶ πείθησθε, ἀλλ' αὐταρκες κέδρος τίθεσθαι τὴν τοῦ ποιεῖν ἐξουσίαν, καὶ ἡγεῖσθαι Χριστῷ λατρείαν εἰσφέρειν, ὥσπερ τότε τὴν καρτερίαν, ὅτως ἐν τῷ παρόντι τὴν ἐπιείκειαν. λαὸς, ἐφ' ὃν ὡδατέτακται ὁ Κύριος τοῦ εὖ ποιῆσαι, ὥσπερ τοῦ κακοποιῆσαι τοὺς ἐναντίους. λαὸς, ὃν ἐξελέξατο ἑαυτῷ Κύριος ἐκ πάντων ὧν προσεκαλέσατο. λαὸς, ὁ ἐπὶ τῶν χειρῶν Κυρίου ἐζωγραφημένος, ᾧ, σὺ γὰρ εἶ θέλημα ἐμὸν, λέγει Κύριος· καὶ, αἱ πύλαι σε γλύμμα· καὶ [b] ὅσα τοῖς σωζομένοις ὕστερον. λαὸς, καὶ μή b
με θαυμάσητε τῆς ἁπλοτητος, [c] εἰ πολλάκις ὑμᾶς ἀναστρέφω· κατατρυφῶ γὰρ ὑμῶν τῇ συνεχείᾳ τῆς κλήσεως, ὥσπερ οἱ θεαμάτων τινῶν, ἢ ἀκουσμάτων ἁπλήστως ἐμφορούμενοι.

ζ. Ἀλλ', ὦ Θεοῦ λαὸς, καὶ ἡμέτερος, καλὴ μὲν ὑμῶν [d] καὶ ἡ τοφὴν πανήγυρις, ἣν ἐπὶ d
τῆς θαλάσσης ἑστήσασθε, καὶ εἴπερ ἄλλη τις ὀφθαλμῶν χάρις, ἡνίκα εἶδον δενδρουμένην τὴν θάλασσαν, καὶ χειροποιήτῳ νέφει κεκαλυμμένην, καὶ κάλλος νηῶν, καὶ τάχος, ὥσπερ εἰς πομπὴν ἐσταλμένων, καὶ πνεῦμα μέτριον κατὰ πρύμναν ἱστάμενον, ὥσπερ δορυφοροῦν ἐξεπίτηδες, καὶ ὡδαπέμπον τῇ πόλει [e] πόλιν πελάγιον· καλλίων δὲ ἡ νῦν e
ὁρωμένη καὶ μεγαλοπρεπεστέρα. οὐ γὰρ τοῖς πολλοῖς φέροντες ὑμᾶς αὐτοὺς ἀνεμίξατε, οὐδὲ πλήθει τὴν εὐσέβειαν ἐμετρήσατε, οὐδὲ δῆμος γενέσθαι μᾶλλον ὀχλώδης ἠνέσχεσθε, ἢ λαὸς Θεοῦ λόγῳ κεκαθαρμένος· ἀλλ', ὅσον εἰκὸς, Καίσαρι τὰ τοῦ Καίσαρος εἰσενεγκόντες, τῷ Θεῷ τὰ τοῦ Θεοῦ προσενείματε· τῷ μὲν τὸ τέλος, τῷ δὲ τὸν φόβον· καὶ τὸν δῆμον τοῖς ὑμετέροις τρέφαντες, ἥκετε καὶ αὐτοὶ παρ' ἡμῶν τραφησόμενοι. σιτοδοτοῦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς, καὶ σιτοδοσίαν ἴσως τῆς ὑμετέρας οὐ φαυλοτέραν. δεῦτε, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον, ὃν κεκεράκα

(*a*) Λαὸς ἐμός. Deeſt ἐμός in pluribus Codd. & in Elia.

(*b*) Οσα τοῖς σωζομένοις ὕστερον. *Quæcumque poſteà* &c. Sic interpretatur Elias, & rectè quidem, ut liquet ex toto capite LX. Iſaiæ, undè iſta mutuatus eſt Gregorius. Billius verò jungit ὕστερον cum σωζομένοις, & vertit : *Quæcumque ad eos, qui ſalutem poſteà conſecuturi erant, referuntur.*

(*c*) Εἰ. Comb. εἰ καί.

(*d*) Καὶ ἡ πρώην. Comb. detracto ἡ, vertit : *Veſtra nudius tertius celebritas, ac conventus.*

(*e*) Πόλιν πελάγιον. Bill. *Marinam urbem.*

ὑμῖν· καλῶ μετὰ τῆς ζοφίας ὑμᾶς εἰς τὴν A rem enim veſtrum laudo, atque animi
ἐμὴν τράπεζαν. ἐπαινῶ γὰρ τῆς εὐγνωμο- promptitudine vobis occurro, quoniam
σύνης, καὶ προσλρέχω τῇ προθυμίᾳ, ὅτι ὡς ad nos, tanquam ad veſtrum portum appu-
ἐπὶ λιμένα ἴδιον ἡμᾶς κατηντήσατε, τῷ liſtis, ad ſimilem videlicet accurrentes,
ὁμοίῳ προσδραμόντες, καὶ τὸ συγχυὲς τῆς fideique cognationem honore proſecuti
πίσλεως ἐτιμήσατε, καὶ τῶν ἀτόπων ἐνομί- eſtis, abſurdúmque eſſe cenſuiſtis, cùm
a σατε, τοὺς μὲν [a] ὑβρισλὰς τῷ ἄνω συμφρο- ii, qui res ſuperas contumeliis inſectantur,
νεῖν ἀλλήλοις καὶ συναρμόζεσθαι, καὶ τὸ καθ' inter ſe conſentiant atque concordent, ac
b ἕκασλον σαθρὸν [b] οἴεσθαι διορθοῦσθαι τῷ κοινῷ privatam cujuſque imbecillitatem com-
τῆς συσλάσεως, καθάπερ τῷ σχοινίων τὰ munì conſenſu & conſpiratione, non ſe-
c τῇ πλοκῇ δυναμούμενα, [c] αὐτοὶ δὲ μὲ συν- B cùs ac funiculi illi, qui mutuo nexu ro-
ιέναι, μηδὲ συνδεῖσθαι τοῖς ὁμογνώμοσιν, borantur, ſuffulciri putent, vos autem non
d [d] οἷς γε εἰκὸς μᾶλλον, αὐτοὶ γὰρ συνάγομεν unà convenire, nec cum iis colligari,
καὶ θεότητα. καὶ ἵνα γε εἰδῆτε, μὴ μάτην qui ejuſdem ſententiæ ſunt, quibus ta-
προσδραμόντες ἡμῖν, μηδὲ ὡς ξένοις καὶ men multò æquius eſt, cùm ipſi Deita-
ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ἐν ὑμετέροις καταχθέντες, tem quoque conjungamus. Atque ut vos
καὶ καλῶς ὁδηγηθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, haud fruſtrà ad nos accurriſſe, neque ut
βραχέα ὡεὶ Θεοῦ φιλοσοφήσομεν ὑμῖν. καὶ ad externos & alienos, ſed ad veſtros
γνωρίσατε τὰ ὑμέτερα, ὥσπερ οἱ, τοῖς ἐπι- portus appuliſſe, præclarúmque itineris
σήμοις τῷ ὅπλων, τὸ οἰκεῖον διαγινώσκοντες. veſtri ducem Spiritum ſanctum extitiſſe
cognoſcatis, pauca de Deo ad vos diſſe-
remus. Ac facite, ut veſtra agnoſcatis,
quemadmodùm qui ſuos, ex armorum ſi-
gnis, agnoſcunt.

η. Δύο διαφορὰς ἐν τοῖς οὖσι γινώσκω τὰς C VIII. Duas ſummas in iis, quæ ſunt, Veræ fidei
ἀνωτάτω, δεσποτείαν τε καὶ δουλείαν· οὐχ differentias reperio, dominationem nempè circa Trinita-
ἃς παρ' ἡμῖν, ἢ τύραννις ἕτεμψ, ἢ πενία διέ- & ſervitutem: non quas apud nos, vel ty- tem expoſitio.
σλησεν, ἀλλ' ἃς φύσις διώρισεν, εἴ τῳ φί- rannis ſcidit, vel paupertas disjunxit; ſed
λον οὕτω καλεῖν. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, καὶ ὑπὲρ quas natura diſtinxit, ſi cui tamen hâc
τὴν φύσιν. τούτων δὲ, ἡ μὲν ποιητική τέ voce uti libeat. Nam quod primum eſt,
ἐσλι, καὶ ἀρχική, καὶ ἀκίνητος· ἡ δὲ πεποιη- ſupra naturam quoque eſt. Harum autem
μένη, καὶ ὑπὸ χεῖρα, καὶ μεταπίπλουσα. καὶ altera effectrix eſt, & princeps, ac motûs
ἔτι συντομώτερον εἰπεῖν, ἡ μὲν ὑπὲρ χρόνον, expers: altera effecta, & imperio ſub-
ἡ δὲ ὑπὸ χρόνον. καλεῖται δὲ ἡ μὲν, Θεὸς, jecta, & caduca. Atque, ut compendio-
καὶ ἐν τρισὶ τοῖς μεγίσλοις ἵσλαται, αἰτίῳ, D ſiùs adhuc loquar, altera ſupra tempus
καὶ δημιουργῷ, καὶ τελειοποιῷ· τῷ Πατρὶ eſt, altera tempori ſubeſt. Vocatur au-
λέγω, & τῷ Υἱῷ, & τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. ἃ tem illa quidem, *Deus*, & in tribus ma-
A κίας, ἢ θωπείας καὶ ἀνελευθερίας ἔγκλημα δέξασθαι· οἵ γε καὶ πρὸς τὲς λίαν ἀντεχομένους ἡμῶν ἔστιν ὅτε καὶ ὅπου φαινόμεθα τραχυνόμενοι, ἄν τι μὴ κατὰ λόγον ἡμῖν ποιεῖν νομίζωνται. καὶ τοῦτο ἔδειξεν ἡ πρώην γενομένη περὶ ἡμᾶς καινοτομία, ἡνίκα ζήλῳ καὶ θυμῷ ζέσαντες ὑμεῖς ὁ λαὸς, βοῶντάς τε καὶ ὀδυρομένους ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦτον ἐθήκατε, τὸν οὐκ οἶδ' εἴτε τυραννικὸν χρὴ λέγειν, εἴτε [a] ἀρχιερατικόν· a
B ἐθήκατε δ' οὖν, δι' ὃν τὸν πόθον παρανομήσαντες. ἔνθα τοσοῦτόν τισι τῶν θερμοτέρων ἐδυσχεράναμεν, [b] ὥστε ἀπεπήδησαν ἡμῶν, b τὸ φίλτρον εἰς ἔχθραν [c] τρέψαντες. οὐ γὰρ c ἐξ ὧν χαριούμεθα σκοποῦμεν μᾶλλον, ἢ ἐξ ὧν [d] ὠφελήσομεν. d

Cur populus erga Gregorium tanto amoris ſtudio ſit inflammatus.

III. Quæ igitur tanti erga nos ſermonéſque noſtros deſiderii & ſtudii cauſa ſit, vultíſne ipſi expromere, atque in medium proferre, animíque veſtri affectum indicare, an potiùs per nos hoc declarare, quemadmodùm & ad res alias C exponendas nobis non illibenter uti ſoletis? Mihi verò non eſt dubium, quin hanc mihi dicendi provinciam imponatis, quantùm quidem ex veſtro ſilentio judicare licet. Audite igitur, atque expendite, num malus hujuſmodi rerum ſim conjector. Primùm, quia nos ipſi acciviſtis, idcircò judicio veſtro opem ſubſidiúmque ferre, ac velut prædam veſtram fovere videmini. Eſt enim ita naturâ comparatum, ut ſuis quiſque, tam prædiis, quàm liberis ac ſermonibus faveat, D ſpontaneâque benevolentiâ in ſuos fœtus propendeat. Deindè, nullâ re perindè moveri, quàm quòd nos, nec præcipites & importunos, nec violentos, nec ad theatrorum & feſtivitatum oſtentationem compoſitos, ſed modeſtos & ſubmiſſos, atque in hominum frequentia & ſocietate, velut ab hominum commercio remotos ac ſingulares, &, ut breviùs adhuc loquar, philoſophos eſſe perſpicitis. Philoſophiam autem dico, non callidè, & politico artificio excogitatam atque accerſitam, ſed ſimpliciter ac ſpiritualiter cultam & obſervatam. E Non enim, ut quæramur, latebras petimus, nec ut præſtantiori honore digni appareamus, quemadmodùm qui eximias quaſdam formas paululùm oſtenſas ſtatim ex oculis ſubducunt; ſed ut per quietam & è medio reductam vitæ rationem, illud planum facia-

γ. Τίς οὖν ἡ αἰτία τοῦ τοσούτου περὶ ἡμᾶς πόθου, καὶ τοὺς λόγους τοὺς ἡμετέρους, αὐτοὶ βούλεσθε δηλῶσαι ταύτην καὶ παραστῆσαι, καὶ τὸ ὑμέτερον πάθος αὐτοὶ γνωρίσαι, ἢ δι' ἡμῶν τοῦτο δημοσιεῦσαι, [e] ὡς καὶ τῶν ἄλλων ἡμῖν χρῆσθε προθύμως e ἐξηγηταῖς; [f] ἡμέτερον οἶδ' ὅτι ποιεῖσθε τὸν f λόγον, ὅσον ἐκ τῆς ἡσυχίας τεκμαίρομαι. οὐκοῦν ἀκούσατε, καὶ σκοπεῖτε, μὴ φαῦλος ἐγὼ τῶν τοιούτων εἰκαστής. ἐμοὶ δοκεῖτε μάλιστα μὲν, ὡς αὐτοὶ καλέσαντες ἡμᾶς, οἰκείᾳ βοηθεῖν κρίσει, καὶ διὰ τοῦτο περιέπειν τὸ ὑμέτερον θήραμα. φύσις δὲ αὕτη πρὸς τὸ οἰκεῖον ἅπαν εὐμενῶς ἔχειν, D εἴτε κτῆμα, εἴτε γέννημα, εἴτε λόγον, καὶ δι' εὐνοίας ἑκουσίου χειροῦσθαι τοῖς ἑαυτῶν προβλήμασιν. δεύτερον δὲ, οὐδὲν οὕτως g αἰδεῖσθαι, ὡς τὸ μὴ ἰταμὸν ἡμῶν, μήτε g βίαιον, μήτε θεατρικόν τε καὶ πανηγυρικὸν, ἀλλ' ὑποχωρητικόν τε καὶ μέτριον, καὶ οἷον ἄκοινον ἐν τῷ κοινῷ, καὶ μονότροπον, καὶ, συντομώτερον [h] εἰπεῖν ἔτι, φιλόσοφον· h οὐδὲ αὐτὸ τεχνικῶς, καὶ πολιτικῶς ἡμῖν ἀνευρημένον, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ πνευματικῶς τετιμημένον. οὐ γὰρ, ἵνα ζητηθῶμεν, ἀποκρυπτόμεθα, οὐδ' ἵνα πλείονος ἄξιοι δόξωμεν τιμῆς, ὥσπερ οἱ τὰς ὥρας μικρὸν προφαίνοντες, εἶθ' ὑποστέλλοντες· [i] ἀλλ' i ἵνα τὸ φεύγειν τὰς προεδρίας, καὶ μὴ μεταποιεῖσθαι τῶν τοιούτων τιμῶν, τῷ

(a) Αρχιερατικόν. Billius, *Archiepiſcopalem*. Non rectè. Vox enim *Archiepiſcopalis* nondùm eâ ætate erat in uſu.

(b) Ωστε ἀπεπήδησαν. Leuvenklaius vertit: *à vobis diſceſſimus*; quod quidem à Gregorii mente & verbis prorsùs alienum eſt.

(c) Τρέψαντες. Duo Regg. ἐκτρέψαντες.

(d) Ωφελήσομεν. Reg. bm. ὠφελήσωμεν.

(e) Ως. In nonnullis, ὥσπερ.

(f) Ημέτερον οιδ'. Comb. ἡμέτερον εὖ οἶδα.

(g) Αιδεῖσθαι. Tres Regg. & quatuor Colb. αἰδεῖσθε.

(h) Εἰπεῖν ἔτι. Tres Regg. Or. 1. & Comb. εἰπεῖν τι.

(i) Αλλ' ἵνα. Sic Codd. Deeſt ἀλλά in Ed.

ἡσυχίῳ δείξωμεν. τρίτον, ὁρῶντες ἡμᾶς οἷα πάσχομεν ὑπό τε τῶν ἔξωθεν πολεμούντων, καὶ τῶν ἔνδοθεν ἐπιβουλευόντων· ἐπειδὴ, κατὰ τὸν Δανιὴλ, ἐξῆλθεν ἀνομία ἀπ πρεσβυτέρων ἀπ Βαβυλῶνος, οἱ ἐδόκουν κρίνειν τὸν Ισραήλ· σχετλιάζειν μὲν καὶ δυσ-
a χεραίνειν, καὶ οὐκ ἔχειν ὅπως [a] ἐπαμύνητε τυραννουμένῳ, μόνον δὲ ἀντὶ πάντων εἰσφέρειν τὸν ἔλεον. ὁ οὖν οἶκτος τῇ αἰδοῖ συγκραθεὶς φίλτρον ἐγένετο. καὶ τοῦτο τῆς περὶ ἐμὲ τιμῆς τὸ μυστήριον.

mus, nos à præfecturis ſacris abhorrere, nec hujuſmodi honores ambire atque aucupari. Tertiò, cùm, quibus malis, tum ab externis aperto nos bello laceſſentibus, tum ab internis & domeſticis inſidias molientibus, afficiamur, exploratum habeatis; (quandoquidem, juxta Danielem, *egreſſa eſt iniquitas à Senioribus Babylonicis, qui Iſraëlem regere exiſtimabantur;*) idcircò conqueri quidem atque animis angi videmini, nec, quonam modo opem iniquâ vi oppreſſo feratis, habere; ac proindè, quod unum licet, vicem noſtram fortunámque miſerari. Miſeratio porrò pudori conjuncta amorem procreavit. Atque has demùm honoris mihi habiti arcanas cauſas eſſe cenſeo.

Dan. XIII. 5.

δ. Ἐπεὶ δὲ οἱ λόγοι τὸ πολεμούμενον, καὶ ἡ περιτὴ καὶ ἐπίφθονος αὕτη γλῶττα, ἣν ἐν τοῖς ἔξωθεν παιδευθεῖσαν λόγοις,
b τοῖς θείοις [b] ἐξευγενίσαμεν, καὶ τὴν πικρὰν καὶ ἄποτον Μερρὰν τῷ τῆς ζωῆς ξύλῳ κατεγλυκάναμεν, πεπόνθατέ τι πάθος ἱκανῶς ἐλευθέριον· τοῦτο στέργετε, δι' ὃ
c πολεμούμεθα. [c] τί γὰρ οὐ τὴν κωφὴν ἠσπασάμεθα παίδευσιν; τί δὲ οὐ τὴν ξηράν τε καὶ κάτω βαίνουσαν; τί δαὶ ταύτῃ χαίροντας τοὺς πολλοὺς ὁρῶντες, ἐφιλοσοφοῦμεν ξένα καὶ ἔκφυλα, καὶ πρὸς τὰς ἀντιθέτους γλώσσας ἱστάμεθα; δέον θρασύτητι φεύγειν τοὺς λογισμοὺς, καὶ πίστιν ὀνομάζειν τὴν ἀλογίαν, ἣν ἠγάπησα ἂν καὶ αὐτὸς, εὖ ἴστε, ἁλιεὺς ὤν· ἐπειδὴ τοῦτο πρόχειρον τοῖς πολλοῖς εἰς ἀπολογίαν τῆς ἀμαθίας· εἰ λόγον εἶχον τῶν σημείων τὴν δύναμιν. ὡς ἀπόλοιτο ἐξ ἀνθρώπων ὁ φθόνος, ἡ δαπάνη τῶν ἐχόντων, ὁ τῶν πασχόντων ἰὸς, τὸ μόνον τῶν παθῶν ἀδικώτατόν τε ἅμα καὶ δικαιότατον· τὸ μὲν, ὅτι πᾶσι
d διοχλεῖ τοῖς καλοῖς· [d] τὸ δὲ, ὅτι τήκει
e τοὺς ἔχοντας. οὐ γὰρ τοῖς [e] πρώτοις ἐπαινέσασιν ἡμᾶς καταράσομαι· οὐ γὰρ ἤδεισαν τῶν ἐπαίνων τὸ τέλος· ὡς τάχα ἄν τι καὶ λοιδορίας προσέθηκαν, ἵνα τὸν φθόνον ἐπίσχωσιν.

IV. Quoniam autem non aliam ob rem bello petimur, quàm, propter eloquentiam, & ſupervacaneam hanc & invidioſam linguam, quam, in prophanis doctrinis eruditam, divinis poſteà nobilitavimus, *ſalſamque illam & amarulentam Maram* per vitæ lignum dulcem reddidimus, affectum ſanè animis ingenuis & liberalibus dignum induiſtis: hoc amatis, ob quod oppugnamur. Cur enim mutam eruditionem amplexi non ſumus? Cur non aridam & humi reptantem? Cur, cùm eâ pleróſque delectari conſpiceremus, in peregrina quædam & aliena ſtudia incubuimus, atque adverſariis linguis obſtitimus? Cùm contrà oportuerit ratiocinationes audacter defugere, ac mutæ inſcitiæ fidei nomen imponere, quam ipſe quoque, mihi credite, complexus eſſem, ut piſcator; (quandoquidem hoc multis ad inſcitiæ excuſationem in promptu eſt;) ſi ſermonis ac doctrinæ loco, ſignorum & miraculorum vim habuiſſem. Utinam ex hominum vita interiret livor, hæc invidorum tabes, hoc venenum eorum, qui eo laborant, ſolus ex omnibus affectibus iniquiſſimus ſimul & æquiſſimus: illud, quia bonis omnibus infeſtus eſt; hoc, quia eos, qui hoc vitio laborant, conficit. Non enim iis, qui nos laudibus primi extulerunt, mali quidquam imprecabor. Neque enim, quis laudum finis futurus eſſet, perſpectum habebant. Nam alioqui nonnihil quoque maledicentiæ adjunxiſſent, ut invidiam reprimerent.

Gregorius ob ſummam eloquentiam invidiæ & calumniis objectus.

Exod. XV. 23.

ε. Οὗτος, καὶ τὸν ἑωσφόρον ἐσκότισε, καταπεσόντα δι' ἔπαρσιν· οὐ γὰρ ἤνεγκε, θεῖος ὢν, μὴ καὶ Θεὸς νομισθῆναι· καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐξέβαλε τοῦ παραδείσου, δι' ἡδονῆς κλέψας καὶ γυναικός. ἐπείσθη γὰρ,

V. Hæc, & Luciferum obſcuravit, ob mentis elationem prolapſum; indignum enim atque intolerandum ducebat, ſe, cùm divinus eſſet, non Deum quoque exiſtimari; Adamum quoque, per voluptatem & mulierem circumventum, è Paradiſo ex-

Acerbi invidiæ fructus per enumerationem partium comprobantur.

Lucifer.

Adam.

(*a*) Ἐπαμύνητε. Coisl. 1. ἐπαμύνηται.

(*b*) Ἐξευγενίσαμεν. Tres Colb. & Comb. ἐξηυγενίσαμεν.

(*c*) Τί γὰρ ἐ τὴν κωφήν, &c. *Obſcuriſſima*, inquit Billius, *eſt hæc periodus. Hujus tamen ſenſum, niſi nos opinio fallit, expreſſimus. Obiter hîc eos notat Gregorius, qui, vel inſcitiæ ſuæ conſcientiâ, vel invidiæ metu, ab omni diſputationum contentione refugiebant, ac lupos impunè in Domini gregem impetum facere patiebantur, atque etiam turpiſſimam ſuam ignaviam honeſtiſſimo fidei pietatiſque nomine obvelabant.... Quòd ſi cui mirum videatur, quòd, ἀλογίαν, non* temeritatem, *ſed* inſcitiam *verterim, mirari profectò deſinet, ſi ſciat Gregorium aliis quoque nonnullis locis eâdem ſignificatione hanc vocem extuliſſe.*

(*d*) Τὸ δέ &c. Billius: *Hoc, quia dominos ſuos exeſt & conficit.*

(*e*) Πρώτοις. Unus Reg. πρώτοις. Hæc de uno è Presbyteris, qui ab ipſo defecerant, poſſunt intelligi.

pulit. Adductus est enim, ut Deitatem sibi invideri crederet, dum à scientiæ ligno
Cain. hactenùs arceretur. Hæc, & Cain ad inferendam fratri necem impulit, quòd purius sanctiúsque ejus sacrificium æquo animo
Diluvium. ferre non potuisset. Hæc, & mundum immundè atque incompositè se gerentem
Sodomitæ. aquis texit, & Sodomitas igne obruit. Hæc,
Dathan & Abiron. & Dathan, & Abiron, adversùs Moysen furore elatos, in terram defodit, & Mariam, quæ adversùs fratrem tantummodò murmuraverat, leprâ infecit. Hæc, & Prophetarum cruore terram contaminavit, &
Salomon. sapientissimum illum Salomonem per mulieres perculit. Hæc, & illum laqueo dignum
Judas. Judam, exiguâ pecuniâ illectum, proditorem exhibuit, & Herodem puerorum in-
Herodes. terfectorem, & Pilatum Christicidam effe-
Pilatus. cit. Hæc, & Israëlem ventilavit, ac dis-
Israëliticus populus. persit, ne nunc quidem adhuc è peccato
Julianus Apostata. suo emergentem. Hæc, & Apostatam tyrannum in nos excitavit, cujus carbones
Hæreses. adhuc molestiam inferunt, licèt flammam ipsam effugerimus. Hæc, & præclarum Ecclesiæ corpus discidit, in diversa & contraria studia dissectum. Hæc, & Jeroboam illum peccati servum in nos concitavit, & linguæ vinculum imponit. Disrumpitur enim splendescentem Trinitatem cernens, ac totâ divinitate collucentem, eósque, à quibus syncerè prædicatur, vobis charos reddentem. Utrùm tandem vobis nugari atque ineptire videmur, ita conjectantes? An verò perquàm egregiè vestri erga me amoris causas Orationis penicillo expressimus? Ac de his quidem rebus ita judico.

ὡς Θεὸς εἶναι βασκαίνεται, τοῦ τῆς γνώσεως ξύλου τέως εἰργόμενος. οὗτος, καὶ τὸν Κάϊν ἀδελφοκτόνον [a] ἐποίησεν, οὐκ ἐνεγκόντα θυσίαν ὁσιωτέραν. οὗτος, καὶ ὕδατι κόσμον ἐκάλυψεν ἀκοσμοῦντα, καὶ Σοδομίτας πυρὶ [b] κατέκλυσεν. οὗτος, καὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρῶν κατέχωσε κατὰ Μωσέως μανέντας, καὶ Μαριὰμ ἐλέπρωσε κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ μόνον γογγύσασαν. οὗτος, καὶ Προφητῶν αἵμασι τὴν γῆν ἐμίανε, καὶ Σολομῶντα γυναιξὶ κατέσεισε τὸν σοφώτατον. οὗτος, ἡ Ἰούδαν προδότην ἀνέδειξεν, ἀργυρίῳ μικρῷ κλαπέντα, τὸν ἀγχόνης ἄξιον· καὶ Ἡρώδην παιδοφόνον, καὶ χριστοκτόνον Πιλᾶτον ἐδημιούργησεν. οὗτος, ⊄ τὸν Ἰσραὴλ ἐλίκμησε καὶ διέσπειρεν, ἐξ ἧς οὔπω καὶ νῦν ἀνανεύουσιν ἁμαρτίας. οὗτος, καὶ τὸν ἀποστάτην ἡμῖν ἐπανέστησε τύραννον, οὗ καὶ νῦν ἔτι παραλυποῦσιν οἱ ἄνθρακες, εἰ καὶ τὴν φλόγα διαπεφεύγαμεν. οὗτος, ἡ τὸ καλὸν σῶμα τῆς Ἐκκλησίας κατέτεμεν, εἰς διαφόρους καὶ ἀντιπάλους σπουδὰς μερίσας. οὗτος, καὶ ἡμῖν [c] τὸν Ἱεροβοὰμ ἐπανέστησε τὸν δοῦλον τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῇ γλώσσῃ δεσμὸν ἐπιτίθησιν· οὐ γὰρ φέρει τὴν Τριάδα λαμπρυνομένην, καὶ ὅλῃ θεότητι λάμπουσαν, καὶ τιμίους ποιοῦσαν [d] ὑμῖν τοὺς γνησίους ἑαυτῆς κήρυκας. ἆρα φλυαρεῖν ὑμῖν δοκοῦμεν, οὕτως εἰκάζοντες; ἢ καὶ λίαν ὀρθῶς τοῦ πόθου τὰς αἰτίας ὁ γραφεὺς λόγος ἀνεζωγράφησεν; περὶ μὲν δὴ τούτων οὕτω γινώσκω.

Erubesceret Gregorius, si morbis & senectute fractus, Episcopalem Cathedram affectasset.

VI. Quoniam autem nonnullos contumelias quoque nobis inustas molesto animo ferre, atque ignominiam nostram, calamitatem suam ducere conspicio, age, de eo quoque paucis differamus. Etenim si humanum aliquid abjectúmque cogitans, atque hanc cathedram affectans, aut huc primùm cum senectute hac cana, & his membris, tum vitæ diuturnitate, tum morbo rugatis atque contractis venissem, aut nunc has ignominias ferrem, profectò
Deut. XXXII. 1. *cælum & terram*, (quæ veteribus *attestari* moris erat,) erubescerem: erubescerem etiam hanc cathedram, & sacrum hoc concilium, & sanctam hanc recénsque coagmentatam plebem, adversùs quam tot sceleratorum hominum copiæ aciem instruxe-

ς. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῖς ὕβρεσιν ὁρῶ τινὰς δυσχεραίνοντας, καὶ συμφορὰν ἑαυτῶν ποιουμένους, τὴν ἀτιμίαν [e] τὴν ἡμετέραν, φέρε, καὶ περὶ ταύτης βραχέα φιλοσοφήσωμεν. ἐγὼ γὰρ, εἰ μὲν ἀνθρώπινόν τι καὶ μικρὸν ἐνοοῦν, ἢ τῆς καθέδρας ταύτης μεταποιούμενος, [f] ἢ τὴν ἀρχὴν ἐπέστην ὑμῖν, μετὰ τῆς πολιᾶς ταύτης, καὶ τῶν ἐρρικνωμένων τούτων καὶ χρόνῳ καὶ νόσῳ μελῶν, ἢ νῦν ταύτας φέρω τὰς ἀτιμίας, αἰσχυνοίμην μὲν ἂν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἃ καὶ τοῖς παλαιοῖς ἔθος μαρτύρεσθαι· αἰσχυνοίμην δ' ἂν τὴν καθέδραν ταύτην, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο συνέδριον, καὶ τὸν ἅγιον τοῦτον καὶ νεοπαγῆ

(a) Ἐποίησεν. Reg. bm. duo Colb. & Comb. πεποίηκεν.

(b) Κατέκλυσεν. Combef. κατέκαυσεν.

(c) Τον Ιεροβοάμ Hæc de Maximo dicta censet Elias, quem sequitur Billius. Aliter tamen nobis videtur. Nullatenùs enim Maximo conveniunt, quæ narrat Gregorius, de isto Jeroboam, qui ferre non poterat, ut Trinitas splendesceret. Maximus quidem adversus Gregorium insurrexit; sed nunquam ei objectum est à Gregorio eum circa fidem errare. Credimus igitur per istum Jeroboam rectiùs intelligendum esse vel Demophilum, vel Eudoxium, qui tum Constantinopoli Arianorum erat Antistes, à quo Valens Imperator baptizatus & hæresi imbutus fuit.

(d) Ὑμῖν. Reg. bm. in textu, & Or. 1. ad marg. ἡμᾶς.

(e) Τὴν ἡμετέραν. Hæc desunt in Or. 1.

(f) H. Combefisius delendum putat.

λαὸν, ἐφ' ὃν τοσαύτη τῶν πονηρῶν δυνάμεων ἡ παράταξις, ἵνα πρὶν συστῆναι λυθῇ, καὶ πρὶν γεννηθῆναι νεκρωθῇ, κατὰ Χριστὸν ἤδη μορφούμενος. αἰσχυνοίμην δ' ἂν τοὺς ἐμοὺς καμάτους καὶ πόνους, καὶ τὸ ἔσθημα τοῦτο τὸ τρύχινον, καὶ τὴν ἐρημίαν καὶ τὴν ἀναχώρησιν ᾗ συνεζήσαμεν, καὶ τὸν ἄσηευον
a βίον, καὶ τὴν εὐτελῆ τράπεζαν, [a] μικρὸν τῶν πτηνῶν ἀποδέουσαν. ἀληθευέτωσαν δὲ
b καί τινες περὶ ἡμῶν, ὅτι [b] γυναικὸς ἀλλοτρίας ἐπεθυμήσαμεν, οἱ μηδὲ ἰδίαν ἔχειν
c θελήσαντες. [c] ἐχέτωσαν δὲ ἡμῶν καὶ Γα-
d βαωνῖται πλέον, οὓς οὐδὲ εἰς [d] ξυλοκόπους καὶ ὑδροφόρους οἶδ' ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παραδέχεται, μέχρις ἂν προσίωσι τοῖς ἱεροῖς μετὰ τοιούτων τοῦ βίου καὶ τοῦ λόγου στιγμάτων. εἰ δὲ τῷ λόγῳ συνηγορήσοντες ἥκομεν, καὶ τῇ χήρᾳ καὶ τῇ ἀνάνδρῳ τέως
e Ἐκκλησίᾳ [e] τὰ δυνατὰ συνεισοίσοντες, οἷόν τινες ἐπίτροποι καὶ κηδεμόνες, ἄλλῳ νυμφαγωγήσοντες, ὃς ἐὰν ἄξιος τοῦ κάλλους
f φανῇ, καὶ [f] πλείονα τὰ ἐξ ἀρετῆς ἔδνα προσενέγκῃ τῇ βασιλίδι, πότερον, ἐπαινετοὶ τῆς προθυμίας, ἢ ψεκτοὶ τῆς ὑφονοίας; ὅτι τοῖς ἀλλοτρίοις κρινόμεθα πάθεσιν. ὡς δὴ σύ γε, ὦ βέλτιστε, καὶ εἰ νηὶ χειμαζομένῃ
g χεῖρα [g] ὀρέγομεν, ἢ πολιορκουμένῃ πόλει, ἢ ὑπὸ πυρὸς οἰκίᾳ δαπανωμένῃ, ἢ σκάφεσι βοηθοῦντες, ἢ φάλαγξιν, ἢ σφεστηρίοις ὀργάνοις, πάντως ἂν ἢ καταποντιστὰς ἡμᾶς ὠνόμασας, ἢ τῆς πόλεως, ἢ τῆς
h οἰκίας [h] ἐραστὰς, ἀλλ' οὐ προστάτας καὶ κηδεμόνας..

runt, ut, priusquàm conjuncta sit, dissolvatur, & priusquàm in lucem prodeat, extinguatur, jam secundùm Christum formari incipiens. Ad hæc laborum meorum & ærumnarum me puderet, & asperæ hujus vestis, & secessûs ac solitudinis, quam familiarem semper habuimus, & vitæ facilis & expeditæ, & simplicis ac frugalis mensæ, avium vitâ haud multò inferioris. In gratiam porrò cum veritate redeant, qui nos alienam uxorem expetivisse aiunt, cùm ne propriam quidem habere voluerimus. Sint etiam meliores, quàm nos conditione Gabaonitæ, quos tamen ne ad id quidem munus Spiritus sanctus admissurus est, ut ligna & aquam portent, quandiù cum hujusmodi, & sermonis, & vitæ maculis ad sacra accesserint. Sin autem ea nobis huc veniendi causa fuit, ut fidei patrocinium susciperemus, Ecclesiæque viro interim orbatæ, haud secùs ac tutores quidam & curatores, operam pro virili nostra navaremus, alteri, qui præstanti ipsius formâ dignus videretur, ac plura virtutum tanquam sponsalia reginæ obtulisset, eam collocaturi, utrùm tandem nobis hujusmodi animi alacritas laudem, an hominum suspicio reprehensionem afferre debet? (Quandoquidem ex alienis affectibus judicamur.) Eodem igitur modo, vir optime, si navi tempestate jactatæ ac periclitanti, aut urbi obsidione cinctæ, aut ædibus flammæ ardore conflagrantibus manum porrexissemus, partim videlicet scaphis, partim exercitu, partim instrumentis ad extinguendam flammam accommodis opem ferentes, proculdubiò nos, aut prædones, aut urbis vel domûs amatores vocasses, non autem patronos & procuratores.

Gregorius Constantinopolim venit, ut fidei patrocinaretur.

i ζ. Αλλ' οὐχ οὕτω, φησὶ, [i] δοκεῖ τοῖς πολλοῖς. τί δέ μοι διαφέρει, ᾧ τοῦ εἶναι
k [k] πλεῖον ὁ λόγος, μᾶλλον δὲ πᾶς; τοῦτο γὰρ, ἢ κατέκρινεν, ἢ ἐδικαίωσεν· ἢ ἄθλιον πεποίηκεν, ἢ μακάριον. τὸ δὲ δοκεῖν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ οὐδὲ ὄναρ ἀλλότριον. οὐχ οὕτω, φησὶ, δοκεῖς τοῖς πολλοῖς, ἄνθρωπε. ἢ γῆ δὲ δοκεῖ τοῖς ἰλιγγιῶσιν ἑστάναι; τοῖς δὲ μεθύουσι νήφειν οἱ νήφοντες, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ κεφαλὴν βαδίζειν, ἢ περιτρέπεσθαι;

VII. At plerisque secùs videtur, inquies. Quid verò meâ interest, qui rei veritatem magis curo, imò solùm curo? Hoc enim vel me condemnaverit, vel absolverit: hoc vel miserum vel beatum reddiderit. At, quid aliis videatur, nihil ad nos, quemadmodùm nec alienum somnium. Non ita aliis videtur, ais. Quid verò? An iis, qui vertigine correpti sunt, terra fixa & stabilis esse videtur? An ebriis sobrii integrâ mente esse, ac non potiùs in caput incedere, ac sursùm deorsúmque mo-

Objectiones refellit.

(a) Μικρὸν &c. Sic loquitur Gregorius, quòd, ut aves semina colligunt, quibus pascantur, ipse quoque seminibus, leguminibus, & quibusvis cibis vesceretur.

(b) Γυναικὸς ἀλλοτρίας. Gregorius per *mulierem alienam* intelligit *Constantinopolitanam Ecclesiam*; & per *propriam*, *Sasima*.

(c) Ἐχέτωσαν &c. *Potior sit Gabaonitarum conditio, quàm nostra.* Hæreticos significat, qui licèt opibus & gratiâ florerent, ne quidem digni erant, qui vel minimum Sacerdotii munus obirent.

(d) Ξυλοκόπους. Sic LXX. & permulti Regg. Codd. *lignorum cæsores.* Leuvenklaius pro *lignatoribus* & *lixis* accipit. In Ed. ξυλοφόρους.

(e) Τὰ δυνατά. Or. I. κατὰ δύναμιν.

(f) Πλείονα. Duo Regg. & quinque Colb. addunt τά.

(g) Ὀρέγομεν. Duo Regg. ὠρέξαμεν. Or. I. ὀρέγομεν.

(h) Ἐραστάς. *Amatores, cupidos.* Leuvenklaius vertit, *eversores.* Fortè legit, ἰδαφιστάς, ut scripsit Billius ad marg. Ed. Bas. quamvis in interpretatione non sit secutus.

(i) Δοκεῖ. Reg. bm. aliique plures, δοκεῖς. *At enim, dicat aliquis, plerisque non videris.*

(k) Πλεῖον. Legendum videtur, πλείων. Sic scriptum reperimus in uno è Regiis Codicibus.

veri? An non quibuſdam interdùm hominibus mel amarum eſt, nempè morbo laborantibus, maléque affectis? At non propterea res ſic ſe habent, ut, qui ita affecti ſunt, arbitrantur. Quocirca oſtende priùs eos, qui de nobis ita ſentiunt, ſanos eſſe; ac tum nos admone, ut meliorem mentem induamus: aut condemna, ſi conſilio tuo non pareamus, ſed in eadem ſententia perſtemus. Non ita multis videor, at Deo ita: imò non videor, ſed perſpicuus atque manifeſtus ſum ei, qui *omnia, priuſquam oriantur, novit*, qui *corda noſtra ſigillatim fingit*, qui in omnia opera noſtra, omnes motus & cogitationes, quibuſcum res à nobis geruntur, intelligit, quem nihil eorum, quæ ſunt, latet, aut latere poteſt, qui aliter res noſtras intuetur, atque mortales ſolent. *Homo* enim *videt in faciem: Deus autem intuetur cor.* Audiſti Scripturam hæc dicentem: ac fidem adhibe. Cujus judicium cordatis hominibus pluris faciendum, magiſque curandum eſt, quàm omnium aliorum in unum coactorum. An tu, duos quidem homines, quorum alter acutior & ſagacior, alter imperitior & hebetior eſſet, de eodem negotio in conſilium adhibens, haud rectâ mente præditus eſſe videreris, ſi, relicto prudentis conſilio, judicium imperiti ſequereris? Neque enim *Roboam* ex eo laudem eſt conſecutus, *quòd, pro nihilo habitâ ſenum ſententiâ, juvenum conſiliis paruit.* Cùm autem Deus & homines inter ſe expendantur, judicia hominum potiora duces, quàm Dei? Nequaquàm certè id facies, ſi me audias, rectéque ſentias.

Deum veritatis teſtem appellat Gregorius.

Dan. XIII. 42. *Pſ.* XXXII. 15.

I. Reg. XVI. 7.

III. Reg. XII. 8. *& ſeqq.*

VIII. At, inquis, tuarum contumeliarum nos pudet. Me verò veſtrî, quos ob eam rem pudeſcat. Nam ſi hæc juſtè patimur, nobis potiùs ipſis, quàm vobis noſtrâ causâ, erubeſcendum eſt; non quia contemnimur, ſed quia contemptu & ignominiâ dignos nos præbemus: ſi autem iniquè, crimen eorum eſt, qui contumeliam inferunt; ac proindè illorum potiùs, quàm noſtrî causâ indignari & ſtomachari debetis, quoniam ii ſunt, quibuſcum malè agitur. Quòd ſi me, cùm malus eſſem, optimum virum exiſtimares, quid mihi faciendum eſſet? Improbior-ne ut eſſem, quò magis tibi placerem? Haudquaquàm ſanè id mihi conſilii dediſſem. Eodem modo nec ſi me, rectè & cum virtute incedentem, offendere ac labi putes, à

Non erubeſcendum, cùm maledicta patimur.

A τὸ μέλι δὲ, οὐ πικρὸν ἔστιν, ὅτε καὶ οἷς νομίζεται, νοσοῦσί τε καὶ [a] κακῶς διακειμένοις; ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο τὰ πράγματα οὕτως ἔχει, ὡς δοκεῖ τοῖς πάσχουσιν. δεῖξον οὖν ὑγιαίνοντας τοὺς οὕτως ὑπειληφότας, καὶ τότε ἡμῖν [b] παραίνεσον μετατίθεσθαι· ἢ καταγίνωσκε, μὴ πειθομένων, ἀλλ' ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἱσταμένων κρίσεως. οὐχ οὕτω δοκῶ τοῖς πολλοῖς, Θεῷ δὲ οὕτω· καὶ οὐ δοκῶ, πεφανέρωμαι B δὲ τῷ. εἰδότι [c] τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, τῷ [d] πλάσσοντι καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, τῷ συνιέντι εἰς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν, τὰ κινήματα, καὶ τὰ διανοήματα, μεθ' ὧν τὰ πραττόμενα, ὃν λανθάνει τῶν ὄντων οὐδέν, οὐδὲ λαθεῖν δύναται, ὃς ἑτέρως ὁρᾷ τὰ ἡμέτερα, ἢ ὡς ὁρῶσιν ἄνθρωποι. ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰς πρόσωπον, [e] ὁ δὲ Θεὸς εἰς καρδίαν. e ἤκουσας τῆς γραφῆς λεγούσης, καὶ πίστευε. C οὐ φροντιστέον μᾶλλον, ἢ πάντων ὁμοῦ τῶν ἄλλων, τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν. ἢ δύο μὲν ἀνθρώποις περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος συμβούλοις χρώμενος, συνετωτέρῳ τε καὶ ἀμαθεστέρῳ, οὐκ ἂν εὖ φρονεῖν ἔδοξας, εἰ τὸν συνετώτερον παρεὶς, τῷ ἀμαθεστέρῳ κατηκολούθησας; οὐδὲ γὰρ ὁ Ροβοὰμ ἐπῃνέθη, ὅτι τὴν βουλὴν τῶν πρεσβυτέρων ἀτιμάσας, τὴν τῶν νεωτέρων ἔστησε. Θεοῦ δὲ καὶ ἀνθρώπων ἐξεταζομένων, πρότι- D μήσεις τὰ τῶν ἀνθρώπων; οὐ σύ γε, ἂν ἐμοὶ πείθῃ, καὶ φρονῆς ἄμεινον.

η. Αλλ' αἰσχυνόμεθά σε, φησὶ, ταῖς ὕβρεσιν. ἐγὼ δὲ ὑμῖν, ὅτι αἰσχύνεσθε. εἰ μὲν γὰρ ὀρθῶς ταῦτα πάσχομεν, αἰσχυντέον ἡμῖν μᾶλλον, ἢ ὑμῖν ἐφ' ἡμῖν· [f] οὐχ ὅτι ἀτιμαζό- f μεθα μᾶλλον, ἢ ὅτι ἐσμὲν ἀτιμίας ἄξιοι· εἰ δὲ ἀδίκως, τῷ ὑβριζόντων τὸ ἔγκλημα, καὶ ὑπὲρ ἐκείνων μᾶλλον, ἢ ὑπὲρ ἡμῶν ἀγανακτητέον· ἐκεῖνοι γὰρ οἱ κακῶς πάσχοντες. εἰ δέ με E ὄντα κακὸν, ἄριστον ὑπελάμβανες, τί με ποιεῖν ἐχρῆν; εἶναι μᾶλλον κακὸν, ἵνα πλέον δρέσκω σοί; ἦ κἂν τοῦτο ἐμαυτῷ συνεβούλευσα. οὕτως οὐδὲ, εἰ κατορθοῦντά με πλαίειν g ὑπολαμβάνεις, τοῦ κατορθοῦν διὰ σὲ g h μεταθήσομαι. ζῶ γὰρ, οὐ σοὶ μᾶλλον, ἢ h ἐμαυτῷ· καὶ σύμβουλον ἔχω πρὸ πάντων

(a) Κακῶς. Savil. & Comb. πικρῶς.
(b) Παραίνεσον. Tres Codd. παραίνει.
(c) Τὰ πάντα. Sic tres Codd. Deeſt τά in Ed.
(d) Πλάσσοντι. Baſ. πλάσαντι. Sic in Pſ. XXXII. 15. ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν. *Qui finxit ſigillatim corda eorum.*

(e) Ο δὲ Θεός. Duo Regg. & Or. 1. Θεὸς δέ.
(f) Οὐχ ὅτι. Comb. οὐδ' ὅτι. *Non tam quia contemnimur, quàm &c.*
(g) Υπολαμβάνεις. Reg. bm. ὑπολαμβάνης.
(h) Μετάθήσομαι. Sic tres Regg. Or. 1. & Comb. In Ed. μεταθήσομαι.

τὸν

τὸν λόγον, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ δικαιώματα, ὑφ' ὧν ἁλίσκομαι μὲν πολλάκις, οὐδενὸς κατηγοροῦντος· ἀφίεμαι δὲ, πολλῶν κατακρινόντων. καὶ τοῦτο μόνον οὐκ ἔστι δραφυγεῖν, τὸ ἔνδον καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς δικαστήριον, πρὸς ὃ βλέποντας μόνον, τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἰτέον. τὸ δοκεῖν δὲ, ἂν μὲν a [a] ὑπάρχῃ, δεξόμεθα, ἵν' εἴπω τι καὶ ἀνθρώ- b πινον· ἂν δὲ ἀντιπίπτῃ, χαίρειν [b] ἐάσομεν, καὶ οὐδὲν τοῦ εἶναι δρᾷ τὸ δοκεῖν ἀφαιρήσομεν.

A recta vivendi ratione propter te desistam. Nec enim tibi magis, quàm mihi ipsi vivo: atque in omnibus rebus consiliarii loco, rationem, Deíque justificationes habeo, à quibus plerumque, etiam nullo accusante, convincor; & rursùm, condemnantibus multis, absolvor. Atque hoc unum tribunal nemo effugere potest, internum nempè atque in nobis situm, idque solum ob oculos propositum habentes, rectum vitæ iter tenere debemus. Quòd autem ad hominum de nobis existimationem attinet, ita animo comparati sumus, ut, siquidem ea contingat, non illibenter accepturi simus, ut humani etiam aliquid dicam; sin autem in contrarium cadat, valere jubebimus, nec quidquam de rei veritate propter hominum opinionem detrahemus.

θ. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει· ὁ μέν τινος ἕνεκεν τὸ καλὸν ἐπιτηδεύων, οὐ βέβαιος εἰς ἀρετήν. ὁμοῦ τε γὰρ παρῆλθεν ἐκεῖνο, καὶ τοῦ καλοῦ σβήσεται· ὥσπερ ὁ κέρδους ἕνεκεν πλέων, τοῦ πλεῖν, ἂν μὴ παρῇ τὸ κερδαίνειν. ὁ δὲ αὐτὸ δι' ἑαυτὸ τιμῶν τε καὶ ἀσπάζων, ἐπειδὴ τοῦ ἑστῶτος ἐρᾷ, ἑστῶσαν ἔχει καὶ τὴν περὶ αὐτὸ προθυμίαν· ὥστε θεῖόν τι πάσχων, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ δύνασθαι λέγειν· ἐγὼ δὲ, ὁ αὐτὸς εἰμὶ, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. οὐκοῦν μεταποιη- c θήσεται, οὐδὲ μετατεθήσεται, οὐδὲ [c] συμμεταπεσεῖται τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν, ἄλλοτε ἄλλος γινόμενος, καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χρόας, ὥσπερ τὰς ἀπὸ πετρῶν οἱ πολύποδες, αἷς ἂν ὁμιλήσωσι· μένει δὲ ὁ αὐτὸς ἀεὶ πάγιος ἐν οὐ πεπηγόσι, καὶ ἐν σαλευομένοις ἄσαλος· πέτρα τις, οἶμαι, πρὸς ἐμβολὰς ἀνέμων τε καὶ κυμάτων, οὔτε τιναασομένη, καὶ δαπανῶσα περὶ ἑαυτὴν τὰ προσπίπτοντα. ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον· οὐδὲ γάρ μοι σχολὴ ταῖς d γλώσσαις μάχεσθαι, καὶ [d] ταῦτα ἴσως πλείω τοῦ δέοντος.

IX. Sic enim comparatum est: qui honestum alicujus causâ studiosè sectatur, is profectò neutiquàm firmas in virtute radices egit. Simul enim atque res ea effluxerit, recti quoque studium deponet; quemadmodùm qui quæstûs causâ navigat, nisi lucrum præsto sit, navigare desistet. At qui bonum ipsum propter se colit & amplectitur, quoniam rem fixam & stabilem amat, certam quoque & constantem erga illud animi alacritatem habet; adeò ut divinum aliquid sentiens, his quoque Dei verbis uti possit: *Ego idem sum, & non mutor.* Quamobrem nec ab animo suo migrabit, nec immutabitur atque à se desciscet, nec cum temporibus ac rebus collabetur, aliàs alios mores induens, ac novos subindè colores assumens, non secùs ac polypi, petrarum, ad quas accesserint, colores referunt: verùm idem semper suíque similis permanebit, fixus in rebus minimè fixis, immotus in incertis & fluctuantibus, non aliter, opinor, ac rupes, quæ ventorum fluctuúmque impetu non modò non concutitur, sed etiam incursantes undas circa se frangit atque absumit. Verùm de his hactenùs: nec enim mihi vacat cum linguis pugnare; atque etiam fortassè plura diximus, quàm conveniret.

Virtus ob ipsam virtutem colenda.

Malach. III. 6.

ι. Ἡδή δέ μοι πρὸς ὑμᾶς ὁ λόγος, e τὸ ἐμὸν ποίμνιον. ὑμεῖς [e] γένεσθέ μοι, φησὶν ὁ Παῦλος, δόξα, καὶ χαρὰ, καὶ καυχήσεως στέφανος· ὑμεῖς ἀπολογία τοῖς ἐμὲ f ἀνακρίνουσιν· ἵν', ὥσπερ [f] τοῖς τεκτονικοῖς ἢ γραφικοῖς ἀπαιτουμένοις λόγον, ἐξαρκεῖ δείξασι τὸ τεκτονηθὲν ἢ γραφὲν ἀπηλλάχθαι πραγμάτων, ἔργον γὰρ λόγῳ, φησὶν, ἰσχυ- g ρότερον, [g] οὕτως κἀγὼ ὑμᾶς ἐπιδείξας,

X. Jam ad vos, ô mi Grex, se convertit Oratio. *Vos estote*, quemadmodùm ait Paulus, *gloria mea, & gaudium, & gloriæ corona*: vos estote defensio mea apud eos qui me judicant: ut, quemadmodùm iis, qui fabricandi aut pingendi artem profitentur, cùm artis rationem exposcuntur, fabrile aut pictorium opus ostendere sufficit, ut negotio omni ac molestiâ liberentur, (*opus enim*, inquit ille, *sermone fortius est,*) sic ipse quoque, vobis

Gloria Pastoris est Grex doctrinâ & fide imbutus. *I. Thes.* II. 19. *& seqq.*

Tit. III. 14.

(a) Ὑπάρχῃ. Comb. ὑπάρξῃ.
(b) Ἐάσομεν. Reg. bm. ἐάσωμεν.
(c) Συμμεταπεσεῖται. Reg. bm. συμπεσεῖται.
(d) Ταῦτα. Reg. bm. ταύταις.
(e) Γένεσθε. Reg. bm. γένεσθαι.
(f) Τοῖς τεκτονικοῖς. Regg. a. b. tres Colb. Coisl. 1. &c. τοῖς τεκτονικῆς ἢ γραφικῆς.
(g) Οὕτως. Or. 1. ἕτω.

in medium productis, obtrectatorum meorum maledicta superem. Quomodò autem ea superabo? Primùm, si Patris, & Filii, & Spiritûs sancti confessionem firmam & constantem retineatis, nihil uni Deitati addentes, nec detrahentes, nec imminuentes; (nam si quid imminutum fuerit, totum quoque simul imminuetur;) eos autem, qui aliud quiddam sentiunt, aut profitentur, aut per diversos naturarum gradus diversásque mensuras unitatem evertunt, aut dirimunt, tanquam Ecclesiæ labem & perniciem, ac veritatis virus ablegetis, non eos invisos habentes, sed eorum potiùs casum miserantes. Deindè, si vitam rectæ doctrinæ consentaneam præstetis, ut æquâ utriusque virtutis laude floreatis, ac non alterâ parte deficiatis.

A [a] ὑπερέξω τὰς λοιδορίας. ὑπερέξω δὲ πῶς; πρῶτον μὲν, ἐὰν τὴν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα ὁμολογίαν [b] ἀκλινῆ καὶ βεβαίαν φυλάττητε, μηδὲν προσιθέντες, μηδὲ ἀφαιροῦντες, μηδὲ σμικρύνοντες τῆς μιᾶς θεότητος· τὸ γὰρ ἐλαττωθὲν, τοῦ παντός ἐστιν ἐλάττωσις· τοὺς δὲ ἄλλό τι φρονοῦντας, ἢ λέγοντας, ἢ φύσεων μέτροις τὸ ἓν διαλύοντας, ἢ διατειχίζοντας, ὡς λύμην τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἀληθείας ἰὸν, B ἀποπέμποισθε, μὴ μισοῦντες, ἀλλ' ἐλεοῦντες τοῦ πλώματος. δεύτερον δὲ, εἰ τὴν πολιτείαν ἀκόλουθον τῷ ὀρθῷ λόγῳ παρέχοιτε, ἵν' ἦτε πρὸς δεξιοὶ τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ μὴ τῷ ἑτέρῳ λείποντες.

a

b

Gregorius monita salutis dat Imperatoribus.

XI. Imperatores, purpuram vereamini; nam sermo noster Legislatoribus quoque leges statuet. Cognoscite quantum id sit, quod vestræ fidei commissum est, quantúmque circa vos mysterium. Orbis universus sub manu vestra est, diademate parvo, atque exiguo panno coërcitus. Supera quidem, solius Dei sunt; infera autem, vestra etiam sunt. Subditis vestris Deos vos præbete, ut audacius aliquid dicam.

ια. Οἱ βασιλεῖς, αἰδεῖσθε τὴν ἁλουργίδα· νομοθετήσει γὰρ καὶ νομοθέταις ὁ λόγος. γινώσκετε ὅσον τὸ πιστευθὲν ὑμῖν, καὶ τί τὸ μέγα περὶ ὑμᾶς μυστήριον. κόσμος ὅλος ὑπὸ χεῖρα τὴν ὑμετέραν, διαδήC ματι μικρῷ καὶ βραχεῖ ῥακίῳ κρατούμενος. τὰ μὲν ἄνω, μόνου Θεοῦ· τὰ κάτω δὲ, καὶ ὑμῶν. Θεοὶ [c] γίνεσθε τοῖς ὑφ' ὑμᾶς, ἵν' εἴπω τι καὶ τολμηρότερον· καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ εἴρηται, καὶ πιστεύεται. ἐνταῦθα ἔστω τὸ κράτος ὑμῖν, ἀλλὰ μὴ τῷ χρυσῷ καὶ ταῖς φάλαγξιν. οἱ περὶ τὰ βασίλεια καὶ τοὺς θρόνους, μὴ σφόδρα ταῖς ἐξουσίαις ἐπαίρεσθε, μηδὲ ἀθάνατα φρονεῖτε περὶ θνητῶν οὐκ ἀθανάτων. πιστοὶ μένετε τοῖς βασιλεῦσι, Θεῷ δὲ πρότερον, δι' ὃν καὶ τούτοις οἷς ἐπιστεύτητε, καὶ οἷς προσεδέδοσθε. οἱ τὸ γένος κομπάζοντες, τὸν τρόπον ἐξευγχύσατε· ἢ φθέγξομαί τι θεῖον ἀηδῶν μὲν, εὐγχυῶν δέ· τότε γὰρ ἀληθὲς εὐγχύσατον ἦν ἄν τι τὸ ὑμέτερον, εἰ μὴ καὶ δέλτοι τοὺς δυσγχυεῖς ὑμῖν [d] ἐνέγραφον. d

c

Prov. xxi. 1.

Aulicis.

Sapientibus & Philosophis.

XII. Sapientes, & Philosophi, & barbâ ac pallio venerandi, vósque sophistæ & grammatistæ, publicíque plausûs captatores, haud scio quonam pacto sapientes appellari possitis, primario sermone ac doctrinâ carentes. Qui opibus studetis, audite Prophetam dicentem: *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere:* scitote vos re incertâ & fragili niti & confidere. Navem paululùm exonera, ut leviùs naviges. Hosti fortassè aliquid eripueris, ad quem facultates tuæ devolventur. Qui deliciis indulgetis, ali-

Ps. lxi. 11.

ιβ. Οἱ σοφοὶ, καὶ φιλόσοφοι, καὶ σεμνοὶ τὴν ὑπήνην καὶ τὸ τριβώνιον, οἱ σοφισταὶ, καὶ γραμματισταὶ, καὶ τῶν δημοσίων θητευE ταὶ κρότων, οὐκ οἶδα πῶς ἂν σοφοὶ [e] κληθείητε, [f] τὸν πρῶτον λόγον οὐκ ἔχοντες. οἱ περὶ τὸν πλοῦτον, ἀκούσατε τοῦ λέγοντος· πλούτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προσίθεσθε καρδίᾳ· ἵστε θαῤῥοῦντες ἀβεβαίῳ πράγματι. ἀποφόρτισαί τι τῆς νηὸς, ἵνα πλέῃς κουφότερος. ἐχθρῷ τι τυχὸν ὑφαιρήσεις, εἰς ὃν τὰ σὰ πρισθήσεται.

e

f

(a) Ὑπερέξω. Reg. bm. quatuor Colb. & Or. 1. ὑπέρσχω. Bas. ὑπέρεχω.

(b) Ακλινῆ καί. In nonnullis, ἀκλινῆ τε καί.

(c) Γίνεσθε. Or. 1. γίνεσθε.

(d) Ενέγραφον. Sic Reg. hu. Coisl. 1. & Comb. Sic etiam legit Billius. In Ed. ἔγραφον.

(e) Κληθείητε. Sic Codd. Mendosè in Par. ed. κληθείη τε.

(f) Τὸν πρῶτον λόγον. *Primarium sermonem*, id est, *veræ fidei doctrinam.*

οἱ θεὲ τὴν [a] τρυφὴν, ὑφέλετέ τι τῆς [b] γαστρὸς, δότε τῷ πνεύματι. ἐγγὺς ὁ πένης· τῇ νόσῳ βοήθησον· εἰς τοῦτον ἀπέρευξαί τι τῶν θειτ-ῶν. τί καὶ σὺ κάμνεις ἀπεπλῶν, καὶ οὗτος πεινῶν; καὶ σὺ κραιπαλῶν, καὶ οὗτος ὑδε-
c ριῶν; καὶ σὺ [c] κόρῳ κόρον βαρύνων, καὶ οὗτος θειτρεπόμενος νόσῳ; μὴ παρίδῃς τὸν σὸν Λάζαρον ἐνταῦθα, μή σε ποιήσῃ τὸν ἐκεῖ-
d θεν πλούσιον. ὑμεῖς ἡ [d] μεγάλη πόλις, οἱ
c θεῶτοι μετὰ τὴν θεώτην εὐθέως, [e] ἢ μηδὲ τοῦτο θαλαχωροῦντες, φάνητέ μοι θεῶτοι, μὴ τὴν κακίαν, ἀλλὰ τὴν ἀρετήν· μὴ τὴν ἔκλυσιν, ἀλλὰ τὴν εὐνομίαν. ὡς ἔστιν αἰ-σχρὸν, τῶν μὲν πόλεων κρατεῖν, τῶν δ' ἡδο-νῶν ἡττᾶσθαι· ἢ τὰ μὲν ἄλλα σωφρονεῖν, θεὲ δὲ τοὺς ἱππικοὺς, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὰ σκάμμα, καὶ τὰ κυνηγέσια τοσοῦτον με-μηνέναι, ὥστε ταῦτα ποιεῖσθαι βίον, καὶ πόλιν εἶναι παιζόντων τὴν θεώτην ἐν πό-λεσιν, ἣν καὶ ταῖς ἄλλαις τύπον εἶναι κα-
f λοῦ παντὸς θρεπωδέστερον. [f] ταῦτα δια-πλύοιτε, Θεοῦ πόλις εἶητε, ἐπὶ τῶν χειρῶν
g τοῦ Κυρίου ζωγραφηθείητε, καὶ [g] θαυσή-σαισθε σὺν ἡμῖν τῷ μεγάλῳ πολιστῇ λαμ-πρὸν λαμπρῶς ὕστερον. τοῦτο ὑμᾶς εὐαγγε-λίζομαι ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας· Αμήν.

quid genio & ventri ſubtrahite, ac Spiritui date. In propinquo eſt pauper : morbo ſuccurre : aliquid eorum, quæ tibi redundant, in hunc eructa & evome. Cur uterque veſtrûm premitur, tu cruditate, ille fame ? Tu crapulâ, ille aquâ intercute ? Tu ſaturitatem ſaturitate gravans, ille morbo vacillans ? Ne Lazarum tuum hîc aſperneris, ut ne te ipſe in futuro ævo diviti illi ſimilem reddat. Vos magnæ urbis cives, qui primi ſtatim poſt primam eſtis, aut ne id quidem ei conceditis, oſtendite vos mihi primos eſſe, non improbitate, ſed virtute; non morum diſſolutione ac mollitie, ſed optimis legibus. Turpe enim fuerit, ſi hæc urbs ita urbibus aliis præſtet, ut tamen voluptatibus cedat ; aut cæterà quidem gravis & moderata ſit, verùm circa ludos Circenſes, & ſpectacula, & curſus ac venationes adeò inſaniat, ut hæc pro vita & ſerio quodam inſtituto habeat, atque urbs, inter urbes principatum tenens, ludentium urbs ſit, quam aliis quoque virtutum omnium exempla præbere multò æquius erat & congruentius. Utinam hæc abjiciatis, utinam Dei civitas ſitis, atque in manibus Domini depingamini, ac tandem nobiſcum magno urbium Conditori ſplendidi ſplendidè adſtetis. Hunc vobis lætum nuncium affero, in ipſo Chriſto Domino noſtro, cui gloria, honor & imperium in ſæcula. Amen.

Omnibus civibus.

(*a*) Τρυφήν. Sic duo Regg. quinque Colb. Coisl. 1. Comb. &c. In Ed. τροφήν, *alimentis*.

(*b*) Γαστρός. Duo Regg. & Coisl. 1. σαρκός, *carnis*.

(*c*) Κόρῳ κόρον. Sic tres Regg. Coisl. 1. & Or. 1. Deeſt κόρον in Ed.

(*d*) Μεγάλη πόλις. Schol. μεγάλη καὶ πρώτη ἡ Κωνσ-ταντινούπολις, μετὰ τὴν πρώτην εὐθὺς, ἤτοι τὴν Ρώμην, ἡ διὰ τὸ εἰς αὐτὴν μεταθεῖναι τὰ βασίλεια, ἐδὲ τῇ Ρώμῃ τῶν πρω-τείων παρεχώρει· μᾶλλον δὲ καὶ τούτων ὡς προσηκόντων ἀντε-ποιεῖτο. *Magna primaque Conſtantinopolis, poſt primam ſtatim, id eſt, Romam, quæ, propterea quòd in eam imperii ſedes tranſlata erat, ne Romæ quidem primas concedebat ; imò eas ſibi quaſi ſui juris vindicabat.*

(*e*) Η μηδέ. Coisl. 1. οἱ μηδέ.

(*f*) Ταῦτα διαπλύοιτε. Coisl. 1. ταῦτα διατύποιτε. Comb. & Leuv. ἂν ταῦτα διαπλύοιτε. In aliis, ἂν ταῦτα δια-πράτοιτε.

(*g*) Παρασθήσαισθε. Duo Colb. παρασθήσεσθε. In non-nullis, παρασθήσεσθαι.

MONITUM

IN ORATIONEM TRIGESIMAM-SEPTIMAM.

Orationis argumentum.

I. *Hæc eſt unica Gregorii in Evangelicum textum Oratio, ſeu, Homilia. Conjectarunt eruditi, nullatenùs veriſimile eſſe, Theologum ex tam multis ad populum familiariter edocendum concionibus, hanc unam litteris mandaſſe. Imò Tillemontius exiſtimat, nullum eſſe dubium, quin plures hujus generis Orationes à Gregorio prolatæ fuerint. Iſta etiam, de qua agimus, ipſi videtur eſſe velut quædam ſeries, ſeu continuatio cujuſdam amplioris in Matthæi Evangelium expoſitionis. Dolendum prorsùs, quod tam pretioſa pietatis ac doctrinæ Theologi noſtri monumenta exciderint; vel potiùs, quàm maximè exoptandum, ut amiſſi, aut pulvere deliteſcentes tam excellentis ingenii fœtus, ad Eccleſiæ gloriam & ædificationem recuperentur, ac in lucem prodeant. In hac igitur Oratione aggreditur Gregorius interpretari quæquæ in Evangelico textu juxta Matthæum, à verſu primo Capitis decimi-noni, uſque ad duodecimum incluſivè continentur. Primùm, Evangelii verba refert, moxque ſingula pertractans, ea mirum in modum ac eruditè*
Matth. XIX. 3. *amplificat. Diutiùs autem immoratur in his Phariſæorum verbis:* Si licet homini quacumque ex cauſa dimittere uxorem ſuam. *Oſtendit quàm iniqua ſit Cæſarum lex, quæ mulierem adulterii piaculo conſtringit, dum vir, qui fidem uxori datam per adulterium violaverit, nulli*
Or. XXXVII. n. 6. *ſupplicio obnoxius eſt.* Hanc legem, *inquit*, haudquaquàm probo, hanc conſuetudinem minimè laudo. Viri erant, qui hanc legem ſanxerunt, ac propterea adversùs mulieres lata eſt. *Et ad virum paulò*
Ibid. n. 7. *poſt Orationem convertens, addit:* Quâ igitur fronte pudicitiam exigis, quam ipſe viciſſim non præſtas? Quomodò corpori, pari honore prædito, imparem legem ſtatuis? *Hinc divinam legem humanis legibus præſtantiorem exhibet, & virum ac mulierem ad æqualem conditionem revocat. Alia benè multa edocet, ex quibus conjugati plurimum fructum*
Matth. XIX. 11. *percipere poſſunt. Tum ad iſtud à Chriſto dictum:* Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt, *tranſit; quo quidem ſusè ac dilucidè pertractato, Trinitatis doctrinam breviter exponit, & omnibus ſalutaria monita tradit.*

Quo tempore, quove in loco dicta hæc Oratio.

II. *Viſum eſt Tillemontio, nec immeritò quidem, hanc Orationem Conſtantinopoli, poſt redditas Catholicis Eccleſias, coram Præfectis, & ingenti hominum frequentiâ habitam fuiſſe. Ad id probandum, citat*
Till. t. IX. art. 67. p. 463. & 464. *hæc Gregorii verba, qui de Chriſti divinitate locutus, ſic addit:* Rur-
Or. XXXVII. n. 4. sùs linguas incito ac provoco: rursùs adversùs Chriſtum quidam inſaniunt, vel adversùm me potiùs, qui dignus habitus ſum, ut Verbi præco fierem. Ut Joannes efficior, vox clamantis in deſerto, deſerto quidem priùs loco, nunc autem valdè habitabili & frequenti. *Verùm, niſi noſtra nos fallit opinio, adjicere potuiſſet vir doctus, Theodoſium huic*

huic Orationi interfuiſſe. Id enim colligi poteſt ex his Theologi verbis: Hæc præſcribo iis quibus imperium creditum eſt; *quæ tam Imperatorem quàm Præfectos deſignare videntur. Sed ad rem noſtram plurimùm valent ſequentia verba :* Non tantas vires ſermo meus habiturus eſt pro ſancta Trinitate bellum gerens, quantas edictum tuum, ſi perverſis dogmatibus imbutos compreſſeris, ſi perſecutione oppreſſis auxilium tuleris, ſi *&c. quibus, utpotè ſingulari numero prolatis, præſentem Imperatorem ſignificari conjicimus. Cùm enim, ob quædam monita Imperatoribus & Præfectis ſub finem trigeſimæ-ſextæ Orationis data, Tillemontio videatur, Orationem illam, coram Præfectis, imò & ipſo Imperatore præſente, habitam eſſe, quamvis ad plebem Conſtantinopolitanam plerumque dirigatur, quantò magis id de hac Oratione ex verbis citatis conjiciendum eſt. Prætereà, conſtat ex dictis, antè habitam eſſe Orationem, quàm edictum de reſtituendis Eccleſiis, fuerit ab Imperatore propoſitum. Demophilus ſiquidem Arianorum Antiſtes, cùm Nicænam fidem ratam habere noluiſſet, Eccleſiis excedere coactus eſt, ſexto Calendas Decembris 380. ut ait Socrates. Edictum verò non niſi decimo Januarii 381. ſancitum tradit Theodoſianus Codex. Veriſimile igitur videri poteſt, Gregorium hâc Oratione anſam præbuiſſe, ut tale edictum adversùs Hæreticos promulgaretur. Undè probabilius arbitramur, hanc Orationem Conſtantinopoli, præſente Imperatore, ac labente anno 380. pronunciatam fuiſſe.*

Or. XXXVII. n. 23.

Till. t. IX. art. 65. p. 461.

Socr. Hiſt. lib. V. cap. 7.

Theod. Cod. t. VI. lex. VI. p. 117.

ΕΙΣ ΤΟ ΡΗΤΟΝ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ· ΟΤΕ ΕΤΕΛΕΣΕΝ Ο ΙΗΣΟΥΣ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΤΟΥΤΟΥΣ, ΚΑΙ ΤΑ ΕΞΗΣ.

IN DICTUM EVANGELII: *Cùm conſummaſſet Jeſus hos ſermones, &c.*

Matth. XIX. 1.

ΛΟΓΟΣ ΛΖ.

ORATIO TRIGESIMA-SEPTIMA.

Aliàs 31. quæ autem 37. erat, nunc 31.

Habita Conſtantinopoli labente anno 380.

Cur Chriſtus docens, locum ſæpè mutaret.

I. Cor. IX. 20. & ſeqq.

α. Ο ΤΟΥΣ ἁλιεῖς προελόμενος Ιησοῦς, καὶ αὐτὸς σαγηνεύει, καὶ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβει· τίνος ἕνεκεν; οὐ μόνον ἵνα κερδάνῃ πλείονας τῶν φιλοθέων [a] διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως, ἀλλ' [b] ἐμοί γε δοκεῖ, ἵνα καὶ τόπους ἁγιάσῃ πλείονας. γίνεται τοῖς Ιουδαίοις, ὡς Ιουδαῖος, ἵνα Ιουδαίους κερδάνῃ· τοῖς ὑπὸ νόμον, [c] ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ· τοῖς ἀσθενέσιν, ὡς ἀσθενὴς, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς σώσῃ. γίνεται πάντα πᾶσιν, ἵνα τοὺς πάντας κερδάνῃ. τί δὲ λέγω, τοῖς πᾶσι πάντα; [d] ὃ μηδὲ Παῦλος περὶ [e] ἑαυτοῦ ἠνέσχετο εἰπεῖν, [f] τοῦτο εὑρίσκω, τὸν σωτῆρα πάσχοντα. οὐ γὰρ Ιουδαῖος γίνεται μόνον, οὐδ' ὅσα τῶν ἀτόπων

A I. JESUS, qui priùs Piſcatores elegerat, ipſe quoque piſcatur, ac loca ſubindè commutat: idque non eâ tantùm causâ, ut majorem piorum hominum multitudinem, ſuam ipſis præſentiam exhibendo, lucretur: ſed etiam, quemadmodùm mihi videtur, ut plura loca ſanctificet. *Fit Judæis, tanquam Judæus, ut Judæos lucrifaciat: his, qui ſub lege ſunt, tanquam legi ſubjectus, ut eos, qui ſub lege ſunt, redimat: infirmis, tanquam infirmus, ut infirmis ſalutem afferat. Omnia omnibus efficitur, ut* B *omnes lucrifaciat.* Quid dico, *omnibus omnia?* Imò verò, quod Paulus de ſeipſo dicere non ſuſtinuit, hoc Salvatori contigiſſe reperio. Non enim Judæus tantùm efficitur, nec quidquid abſurdorum & improborum nominum eſt, in ſe recepit: ſed, quod his

(a) Διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως. Duo Colb. τῇ ἐπιφοιτήσει.
(b) Ἐμοί γε δοκεῖ, ἵνα. Sic unus Regius Codex. Quæ lectio nobis plenior & planior videtur. In Ed. legitur tantùm, ἐμοὶ δοκεῖ.
(c) Ὡς ὑπὸ νόμον. Sic duo Regg. & Coisl. 3. Hæc deſunt in Ed.
(d) Ο μηδὲ Παῦλος. Coisl. 1. ὅπερ καὶ Παῦλος.
(e) Ἑαυτοῦ. Sic Reg. bm. Or. 1. & Comb. In Ed. αὐτοῦ.
(f) Τοῦτο εὑρίσκω. Coisl. 1. τοῦτο γὰρ πλέον εὑρίσκω, *pleniùs adhuc reperio.*

omnibus abſurdius eſt, ipſummet etiam *peccatum*, & ipſamet *maledictio*; non quòd peccatum ſit, ſed quòd ita nominetur. Quo enim modo peccatum eſſe queat, qui nos etiam *à peccati ſervitute* in libertatem aſſerit? Quomodò maledictio, qui *à legis maledicto nos redimit?* Nimirùm ut, tanto humilitatis edito argumento, nos ad animi ſummiſſionem, quæ ſublimitatem parit, inſtituat. Fit igitur, quemadmodùm dixi, piſcator, ad omnes ſe demittit, everriculo utitur, omnia perfert, ut piſcem è profundo extrahat, atque in altum efferat, hominem ſcilicet in inſtabilibus & falſis hujus vitæ fluctibus natantem.

Rom. VI. 18. 22. *Gal.* III. 13.

A καὶ μοχθηρῶν ὀνομάτων εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχεται, ἀλλὰ ἧ ὁ τούτων πάντων ἀτοπώτερον, καὶ αὐτοαμαρτία καὶ αὐτοκατάρα· [a] οὐκ ἔστι μὲν, ἀκούει δὲ· πῶς γὰρ ἁμαρτία, ὁ καὶ ἡμᾶς τῆς ἁμαρτίας ἐλευθερῶν; πῶς δὲ κατάρα, [b] ὁ ἐξαγοράζων ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου; ἀλλ' ἵνα καὶ μέχρι τούτων τὸ ταπεινὸν ἐπιδείξηται, τυπῶν ἡμᾶς εἰς ταπείνωσιν τὴν ὕψους ἀφόξενον. ὅπερ οὖν εἶπον, ἁλιεὺς γίνεται, πᾶσι συγκαταβαίνει, B [c] σαγηνεύει, πάντα στέγει, ἵν' ἐκ βάθους τὸν ἰχθῦν ἀνενέγκῃ τὸν νηχόμενον ἐν τοῖς ἀστάτοις καὶ ἁλμυροῖς τοῦ βίου κύμασιν ἄνθρωπον.

a b c

Cur Chriſtus varios pertuleritlabores. *Matth.* XIX. 1. *Iſai.* IX. 2.

II. Quocirca nunc quoque, *poſtquam conſummavit hos ſermones, migravit à Galilæa, & venit ad fines Judææ trans Jordanem.* In Galilæam ſe confert, ut *populus, qui ſedebat in tenebris, lucem magnam videat.* In Judæam migrat, quò illud nobis perſuadeat, ut à Littera exſurgamus, ac Spiritum ſequamur. Nunc *in monte docet*, nunc *in planis locis diſſerit*, nunc *in naviculam tranſit*, nunc *tempeſtatem increpat.* Quin hâc quoque fortaſsè ratione *ſomnum capit*, ut ſomnum benedicat: fortaſsè etiam *fatigatur*, ut fatigationem ſanctificet: fortaſsè etiam *lacrymas fundit*, ut lacrymas laudabiles reddat. Ex locis in loca tranſit, qui nullo loci ſpatio continetur, ille, inquam, temporis, & corporis, & circumſcriptionis expers. Idem, & erat & fit: & ſupra tempus erat, & ſub tempus venit; & inviſibilis erat, & videtur. *In principio erat, & apud Deum erat, & Deus erat.* Tertiò reperitur hoc verbum, *Erat*, ut numero ipſo confirmetur. Id, quod erat, exinanivit: id, quod non erat, aſſumpſit: non duo factus, ſed unum ex duplici natura fieri ſuſtinens. Ambo enim Deus, nimirùm, quod aſſumpſit, & quod aſſumptum eſt: duæ naturæ in unum concurrentes, non duo Filii: (ne falſi notâ prematur unitio.) Hic, qui tantus eſt, támque magnus: ſed quid ago? Rursùs in humana verba prolapſus ſum. Quo enim modo, quod ſimplex eſt, tantum eſſe poteſt? Quo item modo, quod quantitatem neſcit, tantæ magnitudinis? Sed dictis noſtris, quæſo, ignoſcite: organo exiguo de rebus maxi-

Matth. V. 1. *Luc.* VI. 17. *Marc.* IV. 38. *& ſeqq.* *Joan.* IV. 6. *Ibid.* XI. 35. *Joan.* I. 1.

In Chriſto duæ naturæ, non duo Filii.

β. [d] Διὰ τοῦτο καὶ νῦν, [e] ὅτε ἐτέλεσε τοὺς λόγους τούτους, [f] μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ιουδαίας πέραν τοῦ Ιορδάνου. Γαλιλαίας ἐπιδημεῖ καλῶς, ἵνα ὁ λαὸς, ὁ καθήμενος ἐν σκότει, ἴδῃ [g] φῶς μέγα. εἰς τὴν Ιουδαίαν C μεθίσταται, ἵνα πείσῃ τοῦ γράμματος ἐξαναστάντας, ἀκολουθῆσαι τῷ πνεύματι. νῦν μὲν ἐπ' ὄρους διδάσκει, νῦν δὲ ἐν πεδίοις διαλέγεται, νῦν δὲ εἰς πλοῖον μεταβαίνει, νῦν δὲ ἐπιτιμᾷ ζάλαις. τάχα καὶ ὕπνον δέχεται, ἵνα καὶ ὕπνον εὐλογήσῃ· τάχα καὶ κοπιᾷ, ἵνα καὶ τὸν κόπον ἁγιάσῃ· τάχα καὶ δακρύει, ἵνα τὸ δάκρυον ἐπαινετὸν ἀπεργάσηται. μεταβαίνει τόπον [h] ἐκ τόπου D ὁ μηδενὶ τόπῳ χωρούμενος, ὁ ἄχρονος, ὁ ἀσώματος, ὁ ἀπερίληπτος. ὁ αὐτὸς, ἧ ἦν, καὶ γίνεται· καὶ ὑπὲρ χρόνον ἦν, καὶ ὑπὸ χρόνον ἔρχεται· καὶ ἀόρατος ἦν, καὶ ὁρᾶται. ἐν ἀρχῇ ἦν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἦν, καὶ Θεὸς ἦν. τρίτον τὸ ἦν, τῷ ἀριθμῷ βεβαιούμενον. [i] ὃ ἦν ἐκένωσε, καὶ ὃ μὴ ἦν προσέλαβεν· [k] οὐ δύο γενόμενος, ἀλλ' ἓν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι ἀνασχόμενος. Θεὸς γὰρ ἀμφότερα, τό τε προσλαβὸν, καὶ τὸ προσληφθέν· δύο E φύσεις εἰς ἓν συνδραμοῦσαι, οὐχ Υἱοὶ δύο· [l] μὴ καταψευδέσθω ἡ σύγκρασις. οὗτος ὁ τηλικοῦτος, ὁ τοσοῦτος· ἀλλὰ τί πέπονθα; πάλιν ἐμπέπλωκα εἰς ἀνθρώπινα ῥήματα.

d e f g h i k l

(*a*) Οὐκ ἔστι μέν &c. Bill. *tametſi falsò, nominatur.* Probare non poſſumus hanc viri docti interpretationem. Chriſtus quidem nec peccatum fecit, nec facere potuit; ſed Deus illum pro nobis peccatum fecit. Metaphoricè igitur peccatum fuit Chriſtus, ſeu hoſtia pro peccato; quod excludere videtur Billius.

(*b*) Ο ἐξαγοράζων. Sic Reg. bm. Deeſt ὁ in Ed.

(*c*) Σαγηνεύει, πάντα στέγει, ἵν' &c. Coisl. 1. σαγηνεύει πάντας, ἵνα.

(*d*) Διὰ τοῦτο. Duo Coisl. quatuor Colb. Or. 1. &c. διὰ τοῦτον

(*e*) Οτε ἐτέλεσε. Sic plures Regg. & Colb. Or. 1. &c. Deeſt ὅτε in Ed.

(*f*) Μετῆρεν. Reg. bm. μετῆλθεν.

(*g*) Φῶς μέγα. Duo Coisl. & duo Colb. addunt, τῆς ἐπιγνώσεως, *magnam lucem notitiæ Dei ac fidei.*

(*h*) Εκ τόπου. Sic Coisl. 3. & Or. 1. In Ed. ἐκ τόπων.

(*i*) Ο ἦν ἐκένωσε. *Quod erat exinanivit.* Hujuſmodi locutionum explicationem vide in libello Leporii, Concil. tom. 11 pag. 1681. & in celeberrima S. Leonis ad Flavianum Epiſt. Cap. 3.

(*k*) Οὐ δύο γενόμενος &c. *Non duo factus*, quaſi ſeorſim & duo Filii. Verè etenim Chriſtus, cùm in ipſo duæ ſint naturæ, compoſitus eſt; ſed unus tantùm ex utriuſque naturæ compoſitione efficitur Chriſtus.

(*l*) Μὴ καταψευδέσθω ἡ σύγκρασις. *Ne falſi notâ prematur unitio.* Sic loqui maluere Theologi, poſt natum

πῶς γὰρ τὸ ἁπλοῦν, τοσοῦτον; πῶς δὲ τὸ ἄποσον, τηλικοῦτον; ἀλλὰ δότε συγγνώμην τῷ λόγῳ· ὀργάνῳ βραχεῖ περὶ τῶν μεγίστων φθέγγομαι. καὶ τοῦτο οἶσει ὁ πολὺς, ὁ μακρόθυμος, ἡ ἀνείδεος φύσις καὶ ἀσώματος, τοὺς ὡς περὶ σώματος καὶ τῆς ἀληθείας
a λόγους [a] ἀσθενεστέρους. εἰ γὰρ σάρκα ἐδέξατο,
b καὶ τὸν τοιοῦτον [b] φέρεται λόγον.

A mis loquor. Atque hoc feret multus ille & longanimis, natura illa formæ & corporis expers, quòd, velut de corpore loquens, infirmioribus verbis utar, quàm veritas ipsa postulet. Nam cùm carnem susceperit, utique & hujusmodi sermonem perferet.

c γ. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι [c] πολλοὶ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς ἐκεῖ, ἔνθα πλείων ἡ ἐρημία. εἰ ἐπὶ τῆς ἰδίας ἔμεινε περιωπῆς, εἰ μὴ συγκατέβη τῇ ἀσθενείᾳ, εἰ ὅπερ ἦν ἔμεινεν, ἀπρόσιτον ἑαυτὸν φυλάττων καὶ ἀπερίληπτον, ὀλίγοι ἂν ἠκολούθησαν τυχόν· οὐκ οἶδα δὲ, εἰ καὶ ὀλίγοι, τάχα μόνος Μωϋσῆς, καὶ οὗτος τοσοῦτον, ὥστε μόλις ἰδεῖν Θεοῦ τὰ ὀπίσθια. τὴν μὲν γὰρ νεφέλην διέσχεν, ἔξω τοῦ σωματικοῦ βάρους γενόμενος, ἢ συσταλεὶς ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων· Θεοῦ δὲ λεπτότητα, ἢ ἀσωματότητα, ἢ
d [d] οὐκ οἶδα ὅπως ἄν τις ὀνομάσειε, πῶς ἂν ἐθεάσατο σῶμά τε ὢν, καὶ αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς προσβάλλων; ἀλλ' ἐπειδὴ κενοῦται δι' ἡμᾶς, ἐπειδὴ κατέρχεται, κένωσιν δὲ λέγω τὴν τῆς δόξης οἷον ὕφεσίν τε καὶ ἐλάττωσιν, διὰ τοῦτο χωρητὸς γίνεται.

III. *Et secutæ sunt eum turbæ multæ, & curavit eos illic*, ubi vastior solitudo erat. Si in specula sua mansisset, si ad hominum infirmitatem minimè se demisisset, si, quod erat, mansisset, inaccessibilem seipsum & incomprehensibilem custodiens, pauci fortasse secuti fuissent: atque haud scio an pauci, fortasse Moyses solus; idque etiam hactenùs, ut *Dei posteriora* ægrè videret. Etenim *nubem quidem ille penetravit*, extra corporis pondus positus, aut à sensibus collectus ac reductus; Dei verò tenuitatem, aut à corpore vacuitatem, aut quocunque tandem alio nomine res ea appellanda sit, quo tandem modo perspicere potuisset, qui & corpus erat, & corporeis oculis cernebat? Verùm, quoniam nostrâ causâ exinanitur, quoniam descendit, (exinanitionem autem voco, quasi gloriæ submissionem & imminutionem,) idcircò perceptibilis & comprehensibilis efficitur.

Christus pro nobis exinanitus.

Matth. XIX. 2.

Exod. XXXIII. 23.

Ibid. XX. 21.

e δ. Δότε [e] δέ μοι συγγνώμην μεταξὺ, καὶ πάθος τὶ ἀνθρώπινον πάλιν πάσχοντι. θυμοῦ πληροῦμαι καὶ λύπης ἐπὶ τῷ ἐμῷ
f Χριστῷ, συμπάσχοιτε [f] δὲ καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδω διὰ τοῦτο ἀτιμαζόμενόν μου τὸν Χριστὸν, δι' ὃ μάλιστα τιμᾶσθαι δίκαιος ἦν. διὰ τοῦτο γὰρ ἄτιμος, εἰπέ μοι, ὅτι διὰ σὲ ταπεινός; διὰ τοῦτο κτίσμα, ὅτι τοῦ κτίσματος κήδεται; διὰ τοῦτο ὑπὸ χρόνον, ὅτι τοὺς ὑπὸ χρόνον ἐπισκέπτεται; πλὴν πάντα φέρει, πάντα δέχεται. καὶ τί θαυμαστόν; ῥαπίσματα ἤνεγκεν, ἐμπτυσμάτων ἠνέσχετο, χολῆς ἐγεύσατο διὰ τὴν ἐμὴν γεῦσιν. φέρει καὶ νῦν λιθαζόμενος, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἐπηρεαζόντων, ἀλλὰ καὶ ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν τῶν εὐσεβεῖν δοκούντων. τὸ γὰρ περὶ ἀσωμάτου διαλεγόμενον, σωμα-
g τικοῖς κεχρῆσθαι ὀνόμασι, τυχὸν [g] ἐπηρεαζόντων ἔστι καὶ λιθαζόντων· ἀλλὰ συγγνώμη, πάλιν λέγω, τῇ ἀσθενείᾳ. λιθάζομεν γὰρ οὐχ ἑκόντες, ἀλλὰ τὸ φθέγγεσθαι ἄλλως οὐκ ἔχοντες, ᾧ δὲ ἔχομεν χρώμενοι.

IV. Ac mihi velim ignoscatis, affectum quendam humanum rursùs sentienti. Irâ & mœrore impleor propter meum Christum, (utinam ipsi quoque simul doleatis,) cùm eum hac de causâ contemni ac pro nihilo haberi conspicio, propter quam eum maximè honorari par erat. An idcircò, dic mihi, humilis & abjectus est, quia propter te humilis? An ideò creatura, quia de creatura sollicitus est? An ideò tempori subest, quia eos, qui tempori subsunt, invisit? Verumtamen omnia fert, omnia excipit. Et quid mirum? *Alapas* tulit, *sputis* aspergi sustinuit, propter gustum meum *fel* gustavit. Nunc etiam se *lapidibus incessi* patitur, non modò ab obtrectantibus & vexantibus, sed à nobis etiam ipsis, qui fidei pietatem profitemur. Etenim de incorporeo disputantem, corporeis nominibus uti, vexantis fortasse fuerit, & lapidantis; sed infirmitati nostræ, iterùm dicam, venia concedatur. Lapidamus enim haud lubenter: sed quia aliter loqui non possumus, quibus possumus verbis utimur. Verbum dicens, & verbo omni superior es: lucem superas, & Lux nominaris: Ignis vocaris,

Luget Gregorius, quòd Christus contemnatur, quia exinanitus.

Marc. XIV. 65.

Joan. XIX. 29.

Ibid. X. 31.

Varia Filii Dei nomina.
Verbum.
Lux.
Ignis.

Eutichetis errorem, quàm συγκράσεως, id est, *commixtionis*, voce uti, licèt familiaris sit Gregorio.

(a) Ἀσθενεστέρους. Deest in Reg. b.

(b) Φέρεται. Comb. φερέτω.

(c) Πολλοί. Nonnulli addunt, φησί.

(d) Οὐκ οἶδα ὅπως. Sic tres Colb. In Ed. ἐκ οἶδα πῶς.

(e) Δέ. Deest in Or. 1.

(f) Δέ. Deest in Reg. b.

(g) Ἐπηρεαζόντων ἐστὶ καὶ λιθαζόντων. Sic duo Colb. & Comb. In Ed. ἐπηρεαζόντων, τυχὸν λιθαζόντων.

non quòd in ſenſum cadas, ſed quia levem & improbam materiam expurgas : Gladius, quia rectum à malo ſcindis : Ventilabrum, quia aream repurgas, ac, quidquid leve & ventoſum eſt, rejiciens, id omne, quod grave & plenum eſt, in ſuperna horrea recondis : Securis, quia diuturnâ patientiâ & lenitate uſus, infrugiferam ficum tandem exſcindis, quia improbitatis radices amputas : Oſtium, propter introductionem : Via, quia recto itinere gradimur : Ovis, quia victima : Pontifex, quia corpus offers : Filius, quia Patris. Rursùs linguas incito ac provoco : rursùs adversùs Chriſtum quidam inſaniunt, vel adversùm me potiùs, qui, ut Verbi fierem præco, dignus habitus ſum. Ut Joannes efficior : *Vox clamantis in deſerto*, deſerto quidem priùs loco, & ſiccitate laboranti, nunc autem valdè habitabili & frequenti.

Gladius. Ventilabrum. Securis. Oſtium. Via. Ovis. Pontifex. Filius. *Matth.* III. 3.

A Λόγος ἀκούεις, ἢ ὑπὲρ λόγον εἶ· ὑπὲρ φῶς εἶ, καὶ φῶς ὀνομάζῃ· πῦρ ἀκούεις, οὐκ αἰσθητὸς ὢν, ἀλλ' ὅτι τὴν κούφην καὶ μοχθηρὰν ἀνακαθαίρεις ὕλην· μάχαιρα, ὅτι τέμνεις τὸ χεῖρον ἀπὸ τῦ κρείττονος· πλύον, ὅτι ἀνακαθαίρεις τὴν ἅλω, καὶ ὅσον κοῦφόν τε καὶ ἀνεμιαῖον ἀποπεμπόμενος, [a] ὅσον βαρὺ καὶ πλῆρες ἐπὶ τὰς ἀποθήκας [b] τὰς ἄνω [c] ἐναποτίθεσαι· [d] ἀξίνη, ὅτι τὴν ἄκαρπον ἐκκόπτεις συκῆν ἐπὶ πολὺ μακροθυμήσας, B ὅτι τὰς ῥίζας ἐκτέμνεις τῆς πονηρίας· θῦρα, διὰ τὴν εἰσαγωγήν· ὁδὸς, ὅτι εὐθυποροῦμεν· πρόβατον, ὅτι θῦμα· ἱερεὺς, ὅτι προσφέρεις τὸ σῶμα· Υἱὸς, ὅτι Πατρός. πάλιν κινῶ τὰς γλώσσας· πάλιν κατὰ Χριστοῦ τινὲς μαίνονται, μᾶλλον δὲ, κατ' ἐμοῦ, ὃς ἠξιώθην τοῦ Λόγου γενέσθαι κῆρυξ. ὡς Ἰωάννης γίνομαι· φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐρήμῳ ποτὲ καὶ ἀνύδρῳ, νῦν δὲ καὶ λίαν οἰκουμένῃ.

Legis Doctores legem non intelligunt. *Matth.* XIX. 3.

V. Cæterùm, ut ad rem redeam, ſermonémque meum repetam, ideò ſequebantur eum turbæ multæ, quia ad infirmitatis noſtræ captum ſe demittit. Quid poſtea ? *Et acceſſerunt*, inquit, *ad eum Phariſæi, tentantes eum, & dicentes : Si licet homini quacumque ex cauſa dimittere uxorem ſuam?* Rursùs Phariſæi tentant : rursùs, qui legem legunt, legem non intelligunt : rursùs, qui ſe legis interpretes profitentur, magiſtris aliis opus habent. Parùm erat Sadducæos de Reſurrectione tentaſſe, Legiſperitos de perfectione interrogaſſe, Herodianos de cenſu, alios de poteſtate. Adhuc de matrimonio quiſpiam eum, qui tentari non poteſt, qui matrimonium creavit, qui ex prima cauſa univerſum hoc hominum genus condidit, percunctatur. Ipſe autem reſpondens, dixit eis : *Non legiſtis, quia is qui fecit hominem ab initio, maſculum & feminam fecit eos?* Chriſtus quaſdam quæſtiones ſolvere atque explicare ſolet, quaſdam velut obſtructo interrogantium ore comprimere. Cùm ex eo quæritur : *In qua poteſtate hæc facis?* Propter ingentem eorum qui interrogaverant, ineptiam, viciſſim ipſe quoque interrogat : *Baptiſmus Joannis de cœlo erat, an ex hominibus?*

Matth. XIX. 4.

Chriſtus quaſdam quæſtiones ſolvit, quaſdam comprimit. *Luc.* XX. 2.

Ibid. XX. 4.

C ε. Πλὴν ὅπερ ἔλεγον, ἵνα πρὸς τὸν ἐμὸν ἀναδράμω λόγον, διὰ τοῦτο [e] ἠκολούθουν e αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, ὅτι ταῖς ἀσθενείαις συγκαταβαίνει ταῖς ἡμετέραις. εἶτα τί; καὶ προσῆλθον αὐτῷ, φησὶν, οἱ Φαρισαῖοι, πειράζοντες αὐτὸν καὶ λέγοντες· εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ; πάλιν Φαρισαῖοι πειράζουσι· πάλιν οἱ τὸν νόμον ἀναγινώσκοντες, τὸν νόμον οὐ γινώσκουσι· πάλιν [f] οἱ ἐξηγηταὶ f D τοῦ νόμου τυγχάνοντες, ἄλλων διδασκάλων δέονται. [g] οὐκ ἤρκεσαν Σαδδουκαῖοι πειράζοντες περὶ ἀναστάσεως, καὶ Νομικοὶ πυνθανόμενοι περὶ τελειότητος, καὶ Ἡρῳδιανοὶ περὶ κήνσου, καὶ περὶ ἐξουσίας ἕτεροι. ἀλλὰ καὶ περὶ γάμου τὶς πάλιν [h] ἐρωτᾷ τὸν h ἀπείρασλον, τὸν κτίστην τῆς συζυγίας, [i] τὸν ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας τὸ πᾶν τῶν i ἀνθρώπων γένος τοῦτο συστησάμενον. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· οὐκ ἀνέγνωτε, ὅτι E ὁ ποιήσας ἐξ ἀρχῆς, ἄρρεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς; οἶδέ τινας μὲν τῶν ἐρωτήσεων διαλύειν, τινὰς δὲ ἐπιστομίζειν. ὅτε ἐρωτᾶται·

(a) Οσον βαρὺ καὶ πλῆρες. Sic nonnulli Codd. Deeſt πλῆρες in Ed.

(b) Τὰς ἄνω. Hæc deſunt in pluribus.

(c) Εναποτίθεσαι. Coisl. 3. ἀποτιθεμένος.

(d) Αξίνη, ὅτι. Sic Or. 1. Deeſt ὅτι, in Ed.

(e) Ηκολούθουν. Reg. bm. addit, μέν.

(f) Οἱ ἐξηγηταί. Deeſt in duobus Regg. & Or. 1.

(g) Οὐκ ἤρκεσαν Σαδδουκαῖοι. Hæc deſunt in duobus Regg. In duobus aliis hic locus ſic legitur : δέονται. καὶ οἱ πειράζοντες &c.

(h) Ερωτᾶ. Comb. legit, ἐρωτῶσι, *interrogant* ; eamque lectionem præfert, quæ Chriſti reſponſione confirmatur. Non uni ſiquidem, ſed pluribus reſpondet, cùm dicit : *Non legiſtis, quia is qui fecit hominem ab initio, maſculum & feminam fecit eos.*

(i) Τὸν ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας. Comb. legit : ἐκ γῆς πρῶτον τὸ πᾶν &c. *qui limo primùm univerſum hominum genus condidit.* Quæ lectio planiorem ſenſum efficit. Nam ex his verbis, *limo primùm*, Adamus intelligitur, qui limo formatus eſt, & ſic totius humani generis radix evaſit. Verba tamen quæ editi libri exhibent, intelligi poſſunt, quemadmodùm iſta Pauli, *Act.* XVII. 26. ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων &c. *Fecitque ex uno* (ſanguine) *omne genus hominum* &c.

ἐν

ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; ἀλλὰ τὸ ἄγαν ἀπαίδευτον τῶν ἐρωτησάντων, καὶ αὐτὸς ἀντερωτᾷ· τὸ βάπτισμα τὸ Ἰωάννου, ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; καὶ ἀμφοτέρωθεν συμποδίζει τοὺς ἐρωτῶντας· ὥστε δυνάμεθα καὶ ἡμεῖς μιμούμενοι Χριστὸν, ὅτε μὲν περὶ τοὺς περιέργως ἡμῖν διαλεγομένους ἐπιστομίζειν, καὶ ἀτοπωτέροις ἀντερωτήμασι λύειν τὴν ἀτοπίαν τῶν ἐρωτήσεων. ἐσμὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς σοφοὶ τὰ μάταια· ἔστιν ὅτε, ἵνα τὰ τῆς ἀφροσύνης καυχήσωμαι. ὅτε δὲ ἐρώτησιν ὁρᾷ λογισμοῦ δεομένην, τότε οὐκ ἀπαξιοῖ τοὺς ἐρωτῶντας συνετῶν ἀποκρίσεων.

A Atque utrinque interrogatores ſuos premit ac conſtringit. Undè etiam nobis nonnunquàm ad Chriſti imitationem eos, qui curiosâ diſputatione nos laceſſunt, comprimere, quæſtionúmque abſurditatem abſurdioribus interrogationibus ſolvere licet. Nam ipſi quoque interdùm in rebus vanis ſciti atque ingenioſi ſumus: ut in his, quæ ſunt inſipientiæ, glorier. At cùm quæſtionem ratiocinatione ac judicio indigentem videt, tum eos, à quibus interrogatur, prudenti reſponſo nequaquàm indignos cenſet.

5. Τὸ ἐρώτημα, ὃ ἐρωτήσας, τοῦτο σωφροσύνην τιμᾷν μοι δοκεῖ, καὶ ἀπόκρισιν ἀπαιτεῖν φιλάνθρωπον· σωφροσύνην, περὶ ἣν ὁρῶ τοὺς πολλοὺς κακῶς διακειμένους, καὶ τὸν νόμον αὐτῶν ἄνισον, καὶ ἀνώμαλον. τί δή ποτε γὰρ, τὸ μὲν θῆλυ ἐκόλασαν, τὸ δὲ ἄῤῥεν ἐπέτρεψαν; καὶ γυνὴ μὲν κακῶς βουλευσαμένη περὶ κοίτην ἀνδρὸς, μοιχᾶται, καὶ πικρὰ ἐντεῦθεν τὰ τῶν νόμων ἐπιτίμια· ἀνὴρ δὲ καταπορνεύων γυναικὸς, ἀνεύθυνος; οὐ δέχομαι ταύτην τὴν νομοθεσίαν, οὐκ ἐπαινῶ τὴν συνήθειαν. ἄνδρες ἦσαν οἱ νομοθετοῦντες, διὰ τοῦτο κατὰ γυναικῶν ἡ νομοθεσία· ἐπεὶ καὶ τοῖς πατράσιν ὑπὸ ἐξουσίαν δεδώκασι τὰ τέκνα, τὸ δὲ ἀσθενέστερον, ἀθεράπευτον εἴασαν. Θεὸς δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἥ τις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη, ἵνα εὖ σοι γένηται, ἐν ἐπαγγελίαις κειμένη. καὶ, ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. ὁμοίως καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐτίμησε, καὶ τὸ κακὸν ἐκόλασεν. καὶ, εὐλογία πατρὸς στηρίζει οἴκους τέκνων· κατάρα δὲ μητρὸς ἐκριζεῖ θεμέλια. ὁρᾶτε τὸ ἴσον τῆς νομοθεσίας. εἷς ποιητὴς ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, εἷς χοῦς ἀμφότεροι, εἰκὼν μία, νόμος εἷς, θάνατος εἷς, ἀνάστασις μία. ὁμοίως ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γεγόναμεν· ἓν χρέος πρὸς τῶν τέκνων τοῖς γονεῦσιν ὀφείλεται.

VI. Quæſtio hæc, inquit, quam propoſuiſti, ad pudicitiæ cultum & honorem ſpectare mihi videtur, reſponſionémque humanam & commodam poſtulare. Circa hanc enim pleróſque malè affectos cerno, ac legem eorum iniquam, nec ſibi conſtantem. Quid enim cauſæ fuit, cur mulierem coërcerent, marito contrà indulgerent, eúmque liberum relinquerent? Et mulier quidem, quæ improbum conſilium adversùs viri ſui cubile ſuſceperit, adulterii piaculo conſtringatur, acerbíſſimiſque legum pœnis excrucietur; vir autem, qui fidem uxori datam per adulterium violaverit, nulli ſupplicio obnoxius ſit? Hanc legem haudquaquàm probo, hanc conſuetudinem minimè laudo. Viri erant, qui hanc legem ſanxerunt, ac propterea adversùs mulieres lata eſt; quandoquidem & filios paternæ poteſtati ſubjecerunt, infirmiorem ſexum incultum atque incuratum reliquerunt. Ac Deus non ſic; verùm, *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut benè tibi ſit*, quod eſt primum mandatum, in pollicitationibus ſitum. Et, *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.* Æquè, & virtuti honorem ac præmia, & ſceleri pœnam conſtituit. Item alio loco: *Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Legis æquabilitatem videtis. Unus viri & mulieris Creator, pulvis unus uterque, imago una, lex una, mors una, reſurrectio una. Æquè ex viro & muliere procreati ſumus: unum idemque parentibus debitum filii perſolvendum habent.

Quo pacto matrimonii lex ſpectanda.

Apud Deum æqua viri ac mulieris conditio, non item apud homines.

Exod. xx. 12.

Exod. xxi. 17.

Eccli. iii. 11.

(a) Τὸ Ἰωάννου. Deeſt τό, in Or. 1.

(b) Ὅτε μὲν περὶ τούς. Duo Colb. ἔστιν ὅτε τοὺς &c. Quam lectionem ſequitur Combefiſius, & ipſe ſecutus videtur Billius.

(c) Ἀντερωτήμασι. Reg. b. & Or. 1. ἐρωτήμασι.

(d) Ἐκόλασαν... ἐπέτρεψαν. Sic Coisl. 1. In Ed. ἐκόλασε... ἐπέτρεψε. Hîc obſervandum, Gregorium loqui de civili Romanorum lege. Undè Hieroymus *Epiſt.* 30. ait: *Aliæ ſunt leges Cæſarum, aliæ Chriſti. Aliud Papinianus, aliud Chriſtus noſter præcipit. Apud illos viris impudicitiæ fræna laxantur; apud nos quod non licet feminis, æquè non licet viris, & eadem ſervitus pari conditione cenſetur.*

(e) Κοίτην. Coisl. 1. & Or. 1. κοιτῆς.

(f) Τὸ δὲ ἀσθενέστερον. Nonnulli, τὸ δ' ἀσθενές.

(g) Ἐν ἐπαγγελίαις. In quibuſdam, ἐν ἐπαγγελίᾳ.

(h) Ἐτίμησε. Duo Colb. & Coisl. 1. ἐπήνεσε, *laudes conſtituit.*

(i) Ἐκριζεῖ. Duo Regg. & Or. 1. ἐκριζοῖ.

(k) Ἀμφότεροι. Coisl. 1. ἀμφότεροις.

(l) Γονεῦσι. Or. 1. γενομένοις. In quibuſdam, γινομένοις, & γεννήσασι. In aliis ad marg. γεννησαμένοις.

Vir & mulier æqualem à Christo misericordiam consecuti.

VII. Quâ igitur fronte pudicitiam exigis, quam ipse vicissim non præstas? Quomodò, quod non das, petis? Quomodò corpori pari honore prædito, imparem legem statuis? Si deteriora expendis: *peccavit mulier;* eodem quoque modo *Adam peccavit.* Utrumque serpens decepit atque in fraudem impulit. Non altera infirmior inventa est, alter fortior. At meliora consideras? Utrumque Christus passione suâ salute donavit. Pro viro caro factus est? Pro muliere item. Pro viro mortem subiit? Ipsius item morte mulieri salus parta est. At *ex semine David* nominatur, atque hinc forsan viros honore præferri colligis? Audio, sed *ex Virgine* quoque nascitur, quod & pro mulieribus valet. *Erunt* igitur, inquit, *duo in carne una*: proindè caro, quæ una est, æqualem honorem habeat. Jam verò Paulus exemplo quoque castitatem velut lege præscribit. Quo tandem modo, & quâ ratione? *Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Pulchrum est mulieri Christum per virum revereri: pulchrum quoque viro Ecclesiam per uxorem non aspernari. *Mulier*, inquit, *ut virum timeat*, quippè & Christum. At vir etiam, *ut uxorem foveat atque complectatur;* nam & Christus Ecclesiam. Quin etiam hæc verba studiosiùs & accuratiùs expendamus.

Gen. III. 6.

Rom. I. 3.

Matth. I. 23.

Vir & mulier sunt una caro, ac ejusdem honoris particeps facti.

Gen. II. 24.

Eph. V. 32.

Ibid. V. 22. *& seqq.*

Quid de polygamia sentiendum.

Prov. XXX. 33.

VIII. *Mulge lac*, ait ille, *& erit butyrum:* sedulò exquire, & fortassè in iis succulentius aliquid invenies. Hoc enim sermone secundas nuptias mihi dissuadere videtur. Si enim duo Christi sunt; duo quoque viri sint, & duæ uxores: si autem unus Christus, unum Ecclesiæ caput; una etiam caro sit, secunda autem respuatur. Quòd si secundam prohibeat, de tertia quid dicendum est? Primum lex est, secundum venia & indulgentia, tertium iniquitas. Qui autem hunc numerum excedit, porcinus planè est, utpotè ne multa quidem vitii exempla habens. Enimverò Lex omnes ob causas libellum dat repudii. At Christus non ob omnes, sed ab impudica tantùm & adultera uxore viro separari permittit: reliquis autem omnibus in rebus animi æquitate ac patientiâ uti jubet. Ergo impudicam quidem, quia genus corrumpit & adulterat, expellamus: cætera autem omnia patienter & moderatè ac sapienter

Libellus repudii adversùs impudicas ac adulteras uxores à Christo permissus.

ζ. Πῶς οὖν σὺ ζωφροσύνην μὲν ἀπαιτεῖς, οὐκ ἀντεισφέρεις δέ; πῶς, ὃ μὴ δίδως, αἰτεῖς; πῶς ὁμότιμον σῶμα ὢν, [a] ἀνίσως νομοθετεῖς; εἰ δὲ τὰ χείρω σκοπεῖς· ἥμαρτεν ἡ γυνὴ, τοῦτο καὶ ὁ Ἀδάμ. ἀμφοτέρους ὁ ὄφις ἠπάτησεν. οὐ τὸ μὲν ἀσθενέστερον εὑρέθη, τὸ δὲ ἰσχυρότερον. ἀλλὰ τὰ βελτίω λογίζῃ; ἀμφοτέρους σώζει Χριστὸς τοῖς πάθεσιν. ὑπὲρ ἀνδρὸς σὰρξ ἐγένετο; τοῦτο καὶ ὑπὲρ γυναικός. ὑπὲρ ἀνδρὸς ἀπέθανε; καὶ ἡ γυνὴ τῷ θανάτῳ ζώζεται. ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ὀνομάζεται, τιμᾶσθαι ἴσως οἴει τὸν ἄνδρα; ἀλλὰ καὶ ἐκ παρθένου γεννᾶται, τοῦτο καὶ ὑπὲρ γυναικῶν. ἔσονται μὲν οὖν οἱ δύο, φησὶν, εἰς σάρκα μίαν· καὶ [b] ἡ μία σὰρξ ἐχέτω τὸ ὁμότιμον. Παῦλος δὲ καὶ τῷ ὑποδείγματι τὴν ζωφροσύνην νομοθετεῖ. πῶς, καὶ τίνα τρόπον; τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν [c] καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. καλὸν τῇ γυναικὶ Χριστὸν αἰδεῖσθαι διὰ τὸ ἀνδρός· καλὸν καὶ τῷ ἀνδρὶ τὴν Ἐκκλησίαν μὴ ἀτιμάζειν διὰ τῆς γυναικός. ἡ γυνή, φησιν, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα, καὶ Χριστὸν γάρ· ἀλλὰ καὶ ὁ ἀνὴρ, ἵνα περιέπῃ τὴν γυναῖκα· καὶ γὰρ Χριστὸς τὴν Ἐκκλησίαν. [d] μᾶλλον δὲ ἔτι καὶ προσφιλοπονήσωμεν τῷ ῥητῷ.

η. Ἀμελγε γάλα, καὶ ἔσται βούτυρον· ἐξέταζε, καὶ τυχὸν ἂν εὕροις τι ἐν αὐτῷ προφιμώτερον. [e] δοκεῖ μοι γὰρ παραιτεῖσθαι τὴν διγαμίαν ἐνταῦθα ὁ λόγος. εἰ μὲν γὰρ δύο Χριστοὶ, δύο καὶ ἄνδρες, δύο καὶ γυναῖκες· εἰ δὲ εἷς Χριστὸς, μία κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μία σὰρξ, ἡ δευτέρα δὲ ἀποπλυέσθω. τὸ δεύτερον δὲ ἂν κωλύσῃ, τοῦ τρίτου τίς λόγος; τὸ μὲν πρῶτον νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία. ὁ δὲ ὑπὲρ τοῦτο, [f] χοιρώδης, οἷος οὐδὲ πολλὰ ἔχων τῆς κακίας τὰ παραδείγματα. ὁ μὲν νόμος κατὰ πᾶσαν αἰτίαν τὸ ἀποστάσιον δίδωσι. Χριστὸς δὲ οὐ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, ἀλλὰ συγχωρεῖ μὲν μόνον χωρίζεσθαι τῆς πόρνης· τὰ δὲ ἄλλα πάντα φιλοσοφεῖν κελεύει. καὶ τὴν πόρνην, ὅτι νοθεύει τὸ γένος· τὰ δ' [g] ἄλλα πάντα καρτερῶμεν

(*a*) Ἀνίσως. Sic duo Regg. & Or. I. In Ed. ἀνίσῳ.

(*b*) Ἡ μία. Comb. legit, εἰ μία. *Si una caro, eundem sortiatur honorem.*

(*c*) Καὶ εἰς τήν. Sic facer textus, Reg. bm. Comb. &c. Deest εἰς in Ed.

(*d*) Μᾶλλον δ' ἔτι. Reg. b. Or. I. μᾶλλον δέ τι.

(*e*) Δοκεῖ μοι γάρ &c. Sic Coisl. I. Gabr. &c. Deest γάρ in Ed. Cæterùm ex hoc contextu nullatenùs concludendum, secundas nuptias à Gregorio prorsùs damnari. Quamvis enim Ecclesia Græca sese severiorem hac in re, quàm Latina, præbuerit, secundas tamen nuptias non omninò prohibuit. Quod quidem manifestum est ex his Chrysostomi verbis, *Homil.* XIV. in primam ad Timoth. Epist. *Cur incitat & admonet*, (Ecclesia,) *ne ad secundas nuptias transeant? Num rem hanc damnavit? Nequaquàm. Hoc enim Hæreticorum est.*

(*f*) Χοιρώδης. Nonnulli addunt, βίος, *vita porcina.*

(*g*) Ἄλλα πάντα. Sic Colb. I. Deest πάντα in Ed. quamvis à Billio expressum.

καὶ φιλοσοφῶμεν· μᾶλλον δὲ καρτερεῖτε καὶ φιλοσοφεῖτε, ὅσοι τὸν τοῦ γάμου ζυγὸν a ἐδέξασθε. a ἐὰν ἐπιγραφὰς ἴδῃς ἢ ὑπογραφὰς, ἀποκόσμησον· κἂν γλῶσσαν ᾠφετῇ, ζωφρόνισον· ἂν γέλωτα πορνικὸν, κατηφῆ b ποίησον· ἐὰν δαπάνην, ἢ ποτὸν b ἄμετρον, σύστειλον· ἐὰν ᾠροόδους ἀκαίρους, πέδησον· ἐὰν ὀφθαλμὸν μετέωρον, κόλασον. μὴ c τέμῃς δὲ ᾠροπετῶς, c μὴ χωρίσῃς. ἄδηλον d τί d κινδυνεύει, τὸ τέμνον, ἢ τὸ τεμνόμενον. ἡ πηγή, φησι, τοῦ ὕδατος ἔστω σοι B ἰδία, καὶ μηδεὶς ἀλλότριος μετασχέτω σοι. καὶ, πῶλος σῶν χαρίτων, καὶ ἔλαφος σῆς φιλίας, ὁμιλείτω σοι. σὺ τοίνυν, μὴ γίνου ποταμὸς ἀλλότριος, μηδὲ ἄλλαις ἀρέσκειν σπούδαζε μᾶλλον, ἢ τῇ σῇ γυ- e ναικί. εἰ δὲ ἀλλαχοῦ φέρῃ, e καὶ τῷ σῷ μέλει νομοθετεῖς τὴν ἀσέλγειαν. οὕτω μὲν ὁ Σωτήρ.

f θ. Τί δὲ οἱ Φαρισαῖοι; τραχὺς f τούτοις ὁ λόγος φαίνεται. καὶ γὰρ καὶ ἄλλα τῶν C καλῶς ἐχόντων ἀπαρέσκει, καὶ τοῖς τότε Φαρισαίοις, καὶ τοῖς νῦν Φαρισαίοις. Φαρισαῖον γὰρ, οὐ τὸ γένος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τρόπος ἐργάζεται. οὕτω καὶ Ασσύριον οἶδα, καὶ Αἰγύπτιον, τὸν τῇ προαιρέσει μετὰ τούτων τατλόμενον. τί οὖν οἱ Φαρισαῖοι; g εἰ οὕτω, g φασίν, ἐστὶν ἡ αἰτία μετὰ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι. νῦν δὲ τοῦτο καταμανθάνεις, ὦ Φαρισαῖε, τὸ, οὐ συμφέρει γαμῆσαι; πότερον δὲ οὐκ ἠπίσ- D τασο, ἡνίκα τὰς χηρείας ἑώρας, καὶ τὰς ὀρφανίας, καὶ τοὺς ἀώρους θανάτους, καὶ τὰ δόξαντα τῶν πρότων πένθη, καὶ τοὺς h ἐπὶ h τοῖς θαλάμοις τάφους, καὶ τὰς ἀτεκνίας, καὶ τὰς κακοτεκνίας, καὶ τοὺς ἀτελεῖς τόκους καὶ ἀμήτορας, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα κωμῳδίαν ἢ τραγῳδίαν; ἀμφότερα γὰρ εἰπεῖν οἰκειότατον. συμφέρει i γαμῆσαι; κἀγὼ δέχομαι· i τίμιος γὰρ ὁ k γάμος, k ἡ ἡ κοίτη ἀμίαντος· συμφέρει δὲ E τοῖς μετρίοις, οὐ τοῖς ἀπλήστοις, & πλέον ἢ δεῖ τὴν σάρκα τιμᾶν βουλομένοις. ὅταν τοῦτο l μόνον l ὁ γάμος ᾖ, ἢ γάμος, ἡ συζυγία, ἡ παίδων διαδοχῆς ἐπιθυμία, καλὸς ὁ γάμος.

feramus; aut, ut rectiùs loquar, sapienter & moderatè ferte, quicumque matrimonii jugum subiistis. Si illitos fuco & cerusâ colores & pigmenta perspexeris, eam hoc ornatu spolia: si procacem & petulantem linguam, coërce: si meretricium risum, verecundiam & gravitatem compone: si sumptum aut potum immodicum, contrahe: si intempestivos progressus, domi cohibe: si oculum elatum & vagum, reprime. At eam ne temerè à te divellas & abstrahas. Incertum est, utra pars in discrimine versetur, eáne, quæ secat, an ea quæ secatur. *Fons aquæ*, ait ille, *sit tibi proprius: nec ullus extraneus tecum sit particeps.* Et, *Pullus gratiarum tuarum, & cervus amicitiæ tuæ, consuetudinem vitæ tecum habeat.* Quocirca tibi cavendum est, ne fluvius alienus efficiaris; atque aliis potiùs, quàm uxori tuæ, placere studeas. Quòd si aliò fertur cupiditas tua, parti quoque tuæ libidinem præscribis. Atque ad hunc quidem modum Salvator locutus est.

Uxorum vitia benignè à viris corrigenda.

Prov. v. 17. *& seqq.*

IX. Quid autem Pharisæi? *Durus illis hic sermo* videtur. Nec mirum, cùm & aliis honestis & præclaris rebus offendantur, tum illius temporis Pharisæi, tum etiam nostrates. Pharisæum enim, non solùm genus, sed etiam morum vitæque ratio efficit. Sic Assyrium quoque & Ægyptium, eum censeo, qui animi instituto & voluntate ipsis adjungitur. Quid igitur Pharisæi? *Si ita est*, inquiunt, *causa hominis cum uxore, non expedit nubere.* Nunc demùm, ô Pharisæe, illud agnoscis: *non expedit nubere?* An priùs id nesciebas, cùm viduitates atque orbitates videres, & præmaturas mortes, & luctus plausibus succedentes, & funera thalamos excipientia, & sterilitates, & infelices liberorum procreationes, & imperfectos partus ac matris expertes, atque omnem hujusmodi rerum comœdiam sive tragœdiam? Utrumque enim appositissimè dici potest. *Expedit nubere?* Id ipse quoque probo; *honorabile enim connubium, & thorus immaculatus;* sed moderatis expedit, non petulantibus & libidine perditis, quique plus æquo carnem colere in animum inducunt. Cùm matrimonium nihil aliud est quàm matrimonium, & conjunctio, & prolis ac successionis cupiditas, tum bonum est matrimonium. Plures enim introducit, qui Deo placeant. At cùm carnis molem in-

Non genus tantùm; sed & mores Pharisæum efficiunt.

Joan. VI. 61.

Matth. XIX. 10.

Heb. XIII. 4.

(a) Ἐὰν ἐπιγραφὰς ἴδῃς, ἢ ὑπογραφάς. Sic legendum docet Combefisius. Illud probat ex Chrysost. *l. de Sacerdotio*, apud quem sic legitur: ὀφθαλμῶν ὑπογραφὰς, καὶ παρειῶν ἐπιγραφάς. *Fuci subtus oculis adhibiti, & genis impositi.* In Ed. ἐὰν ἀπογραφὰς ἴδῃς &c.

(b) Ἄμετρον. Reg. b. & Or. 1. ἀμίτρητον.

(c) Μή. Or. 1. μηδέ.

(d) Κινδυνεύει. In nonnullis, κινδυνεύσει.

(e) Καὶ τῷ σῷ μέλει &c. Coisl. 1. πῶς ἐχὶ τῷ σῷ μέλει. *Quomodò non uxori tuæ* &c.

(f) Τούτοις... φαίνεται. In quibusdam, αὐτοῖς... καταφαίνεται.

(g) Φασίν. Tres Regg. φησίν. Memoriâ lapsus est hîc Gregorius. Non enim Pharisæorum sunt hæc verba, sed Christi discipulorum.

(h) Τοῖς θαλάμοις. Reg. bm. τὲς θαλάμυς.

(i) Τίμιος. In nonnullis, τίμιον.

(k) Καὶ ἡ κοίτη. Sic duo Regg. Coisl. 2. & Comb. In Ed. καὶ οἱ κοίτη.

(l) Ο γάμος ᾖ, ἢ γάμος. Sic Coisl. 1. Deest ᾖ in Ed.

flammat, & ſpinis circumdat, vitiíque quaſi via invenitur, tum ipſe etiam dico: *Non expedit nubere.*

πλείονας γὰρ εἰσάγει τὰς εὐαρεσθέντας Θεῷ. ὅταν δὲ ὕλην ἐξάπλῃ, καὶ ταῖς ἀκάνθαις περιβάλλῃ, καὶ οἷον κακίας ὁδὸς εὑρίσκηται, τότε κἀγὼ φθέγγομαι· οὐ συμφέρει γαμῆσαι.

Virginitas matrimonio præſtantior.

X. Bonum eſt matrimonium: ſed, quòd virginitate præſtantius ſit, dicere non poſſum. Neque enim magnum aliquid eſſet virginitas, niſi re aliquâ bonâ melior & præclarior eſſet. Nolite hoc moleſtè ferre, quæ matrimonii jugo ſubjectæ eſtis. *Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.* Cæterùm facite, ut inter vos quaſi vinculo conſtringamini, & virgines & uxores, atque unum ſitis in Domino, mutuúmque aliæ aliarum ornamentum. Non eſſet cœlebs, niſi matrimonium eſſet. Undè enim in hanc vitam virgo prodiiſſet? Non eſſet honorificum & venerandum matrimonium, niſi virginem proferret, tum Deo, tum vitæ. Honora tu quoque matrem tuam, ex qua natus es. Honora etiam eam, quæ ex matre eſt, & mater. Non quidem mater eſt, ſed Chriſti ſponſa. Pulchritudo quidem ea, quæ in oculos cadit, non occultatur: quæ autem oculorum aciem fugit, à Deo perſpicitur. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis circumdata, variegata,* ſive actionibus, ſive etiam contemplationibus. Quæ ſub jugo eſt, aliqua ex parte Chriſti ſit: quæ virginitatem amplexa eſt, tota Chriſti ſit. Illa mundo non prorsùs alligetur: hæc nullo modo animum mundo addicat. Quod enim conjugatæ eſt pars, id virgini totum eſt. Angelorum vitam elegiſti? In eorum ordinem te aggregaſti, qui jugum neſciunt? Ne in carnem prolabaris, ne in materiam dejiciaris, ne cum materia matrimonio jungaris, etiamſi alioqui in cœlibatu perſtes. Oculus laſcivus & impudicus virginitatem minimè ſervat: lingua impudica diabolo miſcetur: pedes vacillantes, aut morbum, aut imminentis morbi periculum produnt. Virginitatem animus quoque ipſe colat: ne vagetur, ne oberret, ne meretriciarum rerum formas in ſeipſo ferat, (nam libidinis quoque pars, impreſſa in animo forma eſt,) ne odio infectanda rerum ſimulacra in anima effingat.

Act. v. 29.

Pſ. xliv. 14.

Virgo Angelorum vitam eligit.

ι. Καλὸν ὁ γάμος· ἀλλ' οὐκ ἔχω λέγειν, ὅτι καὶ ὑψηλότερον παρθενίας. οὐδὲ γὰρ [a]ἂν ἦν τι μέγα ἡ παρθενία, μὴ καλοῦ καλλίων τυγχάνουσα. [b]μὴ δὴ χαλεπαίνετε ὅσαι ὑπὸ ζυγόν. πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις. πλὴν ἀλλήλαις συνδεσμεῖσθε καὶ παρθένοι, καὶ γυναῖκες, καὶ ἓν ἐστὲ ἐν Κυρίῳ, καὶ ἀλλήλων καλλώπισμα. οὐκ ἂν ἦν ἄγαμος, εἰ μὴ γάμος. πόθεν γὰρ εἰς τοῦτον παρῆλθε τὸν βίον παρθένος; οὐκ ἂν ἦν γάμος σεμνὸς, εἰ μὴ παρθένον καρποφορῶν καὶ τῷ Θεῷ καὶ τῷ βίῳ. τίμησον καὶ σὺ τὴν μητέρα τὴν σὴν, ἐξ ἧς γέγονας. τίμησον καὶ σὺ τὴν ἐκ μητρὸς, [c]καὶ μητέρα. μήτηρ μὲν οὐκ ἔστι, Χριστοῦ δὲ νύμφη ἐστί. τὸ μὲν φαινόμενον κάλλος οὐ [d]κρύπτεται· τὸ δὲ ἀφανὲς Θεῷ βλέπεται. πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν, ἐν χρυσοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, εἴτ' οὖν πράξεσιν, εἴτε καὶ θεωρήμασιν. καὶ ἡ ὑπὸ ζυγὸν, ἔστω [e]τι Χριστοῦ· καὶ ἡ παρθένος ὅλη Χριστοῦ. ἡ μὲν μὴ παντελῶς ἐνδεσμείσθω [f]τῷ κόσμῳ. ἡ δὲ μηδ' ὅλως γινέσθω τοῦ κόσμου. ὃ γάρ ἐστι τῇ ὑπὸ ζυγὸν τὸ μέρος, τοῦτο παντελὲς τῇ παρθένῳ. Ἀγγέλων [g]ἐπανήρησαι πολιτείαν; μετὰ τῶν ἀζύγων ἐτάχθης; μὴ [h]κατενεχθῇς εἰς σάρκα, μὴ κατενεχθῇς [i]εἰς ὕλην, μὴ τῇ ὕλῃ γαμηθῇς, κἂν ἄλλως ἄγαμος μένῃς. ὀφθαλμὸς πορνεύων οὐ φυλάσσει τὴν παρθενίαν, γλῶττα πορνεύουσα τῷ πονηρῷ μίγνυται. [k]πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κίνδυνον. [l]παρθενευέτω καὶ ἡ διάνοια· μὴ ῥεμβέσθω, [m]μὴ πλανάσθω, μὴ τύπους ἐν [n]αὐτῇ φερέτω πονηρῶν θεαμάτων· καὶ ὁ τύπος μέρος πορνείας ἐστί· μὴ εἰδωλοποιείτω τῇ ψυχῇ τὰ μισούμενα.

(a) Αν. Deeſt in Reg. bm.

(b) Μὴ δή. Deeſt δή in Reg. bm.

(c) Καὶ μητέρα. Combefiſius legit, κἂν μὴ μητέρα, *tametſi mater non ſit.* Sic legendum cenſet vir doctus, ob hæc verba proximè ſequentia: μήτηρ μὲν οὐκ ἔστι, *non quidem mater eſt;* quòd ſcilicet Virgo Maria, de qua non hic ſermo eſt, ſola ab hac regula excepta ſit.

(d) Κρύπτεται. Combefiſius legit, θρύπτεται. *Conſpicuus oculis decor, nihil fractum, nihil molle & effeminatum præfert.*

(e) Τί. Deeſt in Or. 1.

(f) Τῷ κόσμῳ. Sic Reg. bm. Or. 1. & Comb. Deeſt τῷ in Ed

(g) Επανήρησαι. Sic Reg. bm. Baſ. & Comb. In Ed. ἤρησαι.

(h) Κατενεχθῇς. Duo Coisl. καταπίσῃς.

(i) Εἰς ὕλην. *In materiam*, id eſt *in carnales affectus, & quidquid virginem à Chriſto retrahit.*

(k) Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κίνδυνον. *Pedes inhoneſtè ambulantes, morbum, aut periculum indicant.* Sic Coisl. 1. aliique melioris notæ Codices. In nonnullis: πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κίνδυνον τῷ νῷ. *Mollis & fractus inceſſus morbum, aut periculi opinionem menti injicit.* In Ed πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κινοῦνται νόσῳ. Quod Billius ſic reddit: *Pedes temerè gradientes morbum accuſunt, aut morbo moventur.*

(l) Παρθενευέτω &c. Coisl. 1. Colb. 1. & Comb. τῷ νῷ παρθενευέτω, καὶ μὴ διανοίᾳ ῥεμβέσθω. *Mente ſit virgo, nec cogitatione vagetur.*

(m) Μή. In nonnullis, μηδέ. In quibuſdam, καί.

(n) Αὐτῇ. Duo Regg. ἑαυτῇ.

ια. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· οὐ πάντες χω- A ροῦσι τὸν λόγον, ἀλλ' οἷς δέδοται. ὁρᾶτε τῆ φαύματος τὸ ὑψηλόν; μικρὸν καὶ ἀχώρητον εὑρίσκεται. πῶς γὰρ οὐ κρεῖττον σαρκὸς, τὸ ἐκ σαρκὸς γινόμενον μὴ γενᾶν εἰς σάρκα; πῶς γὰρ οὐκ Ἀγγελικὸν τὸ, σαρκὶ συνδεδεμένην μὴ κατὰ σάρκα ζῆν, ἀλλ' εἶναι τῆς φύσεως ὑψηλοτέραν; ἡ σὰρξ τῷ κόσμῳ πεπρόσδησεν, ἀλλ' ὁ λογισμὸς πρὸς a Θεὸν ἀνήγαγεν· ἡ σὰρξ ἐβάρησεν, [a] ἀλλ' ὁ λογισμὸς ἐπλέρωσεν· ἡ σὰρξ ἔδησεν, ἀλλ' ὁ B πόθος ἔλυσεν. ὅλη τέτασο πρὸς Θεὸν, ὦ παρθένε, τῇ ψυχῇ· τοῦτο γὰρ αὐτὸ καὶ ἀν- b δράσι νομοθετῶ καὶ γυναιξί· [b] καὶ εἰ μὴ τὶ c σοὶ φανῇ τῶν ἄλλων [c] καλὸν, ὅσα τοῖς πολλοῖς· εἰ γένος, εἰ πλοῦτος, εἰ θρόνος, εἰ δυνασλεία, οὐ τὸ ἐν εὐχροίᾳ καὶ συνθέσει μελῶν φανταζόμενον κάλλος, χρόνε καὶ νόσε παίγνιον. εἰ ὅλην ἐκένωσας πρὸς Θεὸν τοῦ φίλτρε τὴν δύναμιν, εἰ μὴ δύο σοι εἴη τὰ ποθούμενα, καὶ τὸ ῥέον, καὶ τὸ μένον, καὶ C τὸ ὁρώμενον, καὶ τὸ ἀόρατον· ἆρα τοσοῦτον ἐτρώθης τῷ ἐκλεκτῷ βέλει, καὶ τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος κατέμαθες, ὥσλε καὶ δύνασθαι λέγειν ἐκ τοῦ νυμφικοῦ δράματός τε d καὶ ᾄσματος, ὅτι γλυκασμὸς εἶ, καὶ [d] ὅλος ἐπιθυμία.

ιβ. Ὁρᾶτε τὰ ἐμφιλαμβανόμενα τοῖς μολιβδίνοις ὀχετοῖς ῥεύματα, ὅτι τῷ λίαν σλενοχωρεῖσθαι, καὶ πρὸς ἓν φέρεσθαι, τοσοῦτον ἐκβαίνει τὴν ὕδατος πολλάκις φύσιν, D e ὥσλε καὶ πρὸς τὸ ἄνω χωρεῖν ἀεὶ [e] τὸ κατόπιν ὠθούμενον. οὕτως ἐὰν σφίγξῃς τὸν πό- g f θον, καὶ ὅλη Θεῷ [f] συναφθῇς, ἄνω [g] χωρίσῃς, οὐ μὴ κάτω πέσῃς, οὐ μὴ δλιχυθῇς, ὅλη Χρισλοῦ μενεῖς, μέχρις ἂν καὶ Χρισλὸν ἴδῃς τὸν σὸν νυμφίον. ἀπρόσιτον ἑαυτὴν φύλαλλε, καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ, καὶ βίῳ, καὶ δλενοήματι, καὶ κινήματι. παντακόθεν ὁ πονηρὸς πειρεργάζεταί σε, πάντα κατασκοπεῖ, ποῦ βάλῃ, ποῦ τρώσει, μή τι παραγυμνούμενον εὕρῃ καὶ πρὸς πληγὴν ἕτοιμον. ὅσῳ καθαρωτέραν ὁρᾷ, τοσούτῳ μᾶλλον σπιλῶσαι φιλονεικεῖ· ἢ γὰρ ἐθῆτος λαμπρᾶς οἱ σπίλοι πειφανέσλεροι. μὴ ὀφθαλμὸς ὀφθαλμὸν ἑλκέτω, μὴ γέλως γέλωτα, μὴ συνήθεια h h νυκτὰ, μὴ νὺξ ἀπώλειαν. τὸ γὰρ κατὰ

XI. At ille dixit eis: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Videtis rei hujus sublimitatem? Propemodùm etiam talis reperitur, ut ne concipi quidem & comprehendi queat. An non enim præstantius est, quàm pro carnis fragilitate, id, quod ex carne creatum sit, in carnem non gignere? An non planè Angelicum, eam, quæ carnis vinculis alligata sit, non secundùm carnem vivere, sed naturâ ipsâ excelsiorem esse? Caro mundo devinxit, sed ratio ad Deum subvexit. Caro depressit, sed ratio extulit, eique velut pennas addidit. Caro vinculis astrinxit, sed amor solvit. Totâ animâ, ô virgo, ad Deum intensa esto; (hoc autem ipsum & viris & mulieribus præscribo;) nec quidquam tibi ex omnibus aliis rebus pulchrum videatur, quæ vulgo videri solent: non generis splendor, non opes, non alta subsellia, non principatus & potentia, non pulchritudo ea, quæ in coloris elegantia & apta membrorum compositione animo fingitur, temporis utique & morbi ludibrium. Si vim totam amoris in Deum effudisti, si tu non duplicis rei amore flagras, fluxæ nimirùm, & immotæ, visibilis, & oculorum obtutum fugientis; profectò usque adeò electâ illâ sagittâ sauciata es, sponsique pulchritudinem cognovisti, ut illud quoque sponsalis dramatis & cantici dicere queas: *Dulcedo es, & totus desiderabilis.*

Angelicum est, in carne nullo carnis vinculo attringi. *Matth.* XIX. 11.

Salutaria virginibus monita.

Corporis pulchritudo, temporis ludibrium est.

Cantic. V. 16.

XII. Videtis-ne aquarum profluvia, plumbeis canalibus inclusa, quæ, propterea quòd nimiùm comprimuntur, atque ad unum feruntur, adeò plerumque aquæ naturam excedunt, ut, quod retrò impellitur, sursùm semper tendat? Consimili modo si amorem strinxeris, totáque Deo conjuncta fueris, sursùm tendes, nunquam humi prolabêris, nec difflues, tota Christi manebis, quousque Christum quoque sponsum tuum videas. Inaccessibilem teipsam custodi, & verbo, & opere, & vitâ, & cogitatione, & motu atque impulsione. Undequaque pravus ille te perscrutatur, atque explorat, ubi feriat, ubi vulneret, num nudum quid, & apertum plagæque E obvium reperiat. Quò puriorem cernit, eò enixiùs te commaculare atque inquinare contendit: splendidæ etiam vestis manifestiores sunt sordes. Ne oculus oculum trahat, ne risus risum, ne familiaritas noctem, ne nox interitum & exitium. Nam quod paulatim attrahitur, ac tanquam surripitur, tametsi eam ra-

Castus Christi amor virginem ad Deum evehit.

Diabolus undequaque scrutatur.

(*a*) Ἀλλ'. Deest in duobus Regg. & Or. 1.
(*b*) Καὶ ἐ μή. In nonnullis, ἢ μή.
(*c*) Καλόν. Reg. bm. καλῶν.
(*d*) Ὅλος. Duo Reg. ὅλον.
(*e*) Τὸ κατόπιν ὠθούμενον. Reg. bm. Coisl. 1. & Comb. τῷ κατόπιν ὠθούμενα.
(*f*) Συναφθῇς. Savil. συναφθεῖσα.
(*g*) Χωρίσῃς. Duo Regg. Or. 1. & Comb. χωρήσεις.
(*h*) Νυκτά. Or. 1. νυκτάς.

tionem habeat, ut damnum in præsenti minimè sentiatur, tamen in vitii summam occurrit.

Quomodò intelligendum sit hoc verbum : *quibus datum est.* *Matth.* XIX. 11.

XIII. *Non omnes*, inquit, *capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Cùm audis hoc, *Datum est*, nec hæretico ullo affectu tenearis, nec multiplices naturas introducas, nec terrenos, & spirituales, & medios. Sunt enim quidam ita malè affecti, ut alios omninò perditæ esse naturæ putent, alios salutem accepturæ, alios denique, ut eos vel ad virtutem vel ad vitium voluntas duxerit, ita se habere. At verò, aptitudinem quidem alios aliis, vel majorem, vel minorem habere, ipse quoque concedo : cæterùm ad adipiscendam perfectionem, aptitudinem solam minimè sufficere contendo ; rationem enim esse, quæ eam excitet, ut natura in opus prodeat, quemadmodùm silex ferro pulsatus, atque ita ignis excutitur. Cùm audieris : *Quibus datum est ;* adde : Vocatis datum est, atque iis, qui eâ animi propensione sunt. Etenim cùm illud audis : *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei ;* idem tibi existimandum censeo. Quoniam enim nonnulli sunt, qui ob rectè facta ita animis efferuntur, ut id totum sibi ipsis adscribant, nec quidquam Creatori, & sapientiæ eorum auctori, ac bonorum omnium suppeditatori acceptum ferant, his verbis eos docet Paulus, quòd ipsum etiam rectè velle, divino auxilio indigeat; imò, ut rectiùs loquar, voluntas quoque ipsa & electio eorum, quæ recta & cum officio conjuncta sunt, divinum quoddam beneficium est, atque à Dei benignitate manans. Quod enim salvamur, id & à nobis, & à Deo esse oportet. Idcircò ait, *Non volentis*, id est, non solùm volentis, nec *currentis* solùm, *sed etiam miserentis Dei.* Ita, quoniam velle quoque ipsum à Deo est, optimo jure totum Deo assignavit. Quantumlibet curras, quantumlibet certes, opus habes eo, qui det coronam. *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustrà vigilant, qui custodiunt eam.* Scio, inquit, quòd *nec velocium cursus est, nec fortium bellum, nec pugnantium victoria*, nec prosperè navigantium portus : sed Dei est,

Quomodò intelligenda hæc verba : *non est volentis, neque currentis* &c. *Rom.* IX. 16.

Solus Deus currentibus ac certantibus præmium & victoriam dat.

Ps. CXXVI. 1.

Eccle. IX. 11.

μέρος ὑφελκόμενον ἢ κλεπτόμενον, ἀνεπαίσθητον μὲν τὴν πρὸς τὸ παρὸν ἔχει βλάβην, εἰς τὸ κεφάλαιον δὲ τῆς κακίας ἅπαντᾷ.

ιγ. Οὐ πάντες, φησὶ, χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται. τὸ δέδοται, ὅταν ἀκούσῃς, μηδὲν αἱρετικὸν πάθῃς, μὴ τὰς φύσεις εἰσαγάγῃς, μὴ [a] τοὺς χοϊκοὺς, a
[b] καὶ τοὺς πνευματικοὺς, καὶ τοὺς μέσους. b
εἰσὶ γὰρ ὅτω τινὲς διακείμενοι κακῶς, ὥστε οἴεσθαι, τοὺς μὲν [c] πάντη ἀπολλυμένης εἶναι c
φύσεως, τοὺς δὲ σωζομένης, τοὺς δὲ ὅτως ἔχειν, ὅπως ἂν ἡ προαίρεσις ἄγῃ πρὸς τὸ χεῖρον, ἢ βέλτιον. ἐπιτηδειότητα μὲν γὰρ ἄλλον ἄλλου μᾶλλον, ἢ ἔλαττον ἔχειν, κἀγὼ δέχομαι· οὐκ ἀρκεῖν δὲ [d] μόνην τὴν ἐπιτηδειό- d
τητα πρὸς τελείωσιν· λογισμὸν δὲ εἶναι τὸν ταύτην ἐκκαλούμενον, ἵνα ἡ φύσις εἰς ἔργον προέλθῃ, καθάπερ λίθος πυρίτης σιδήρῳ κρουθείς, [e] ἢ οὕτω πῦρ γένηται. ὅταν ἀκούσῃς, οἷς δέ- e
δοται, πρόσθες, δέδοται μὲν τοῖς [f] καλουμένοις ἢ τοῖς ὅτω νεύσασι. ἢ γὰρ ὅταν ἀκούσῃς, ὑ τοῦ θέλοντος, ὑδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ, συμβουλεύω σοι ταυτὸν ὑπολαβεῖν. ἐπειδὴ γὰρ εἰσὶ τινὲς οἱ τοσοῦτον [g] μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν, g
ὥστε τὸ πᾶν ἑαυτοῖς διδόναι, ἢ μηδὲν τῷ ποιήσαντι, ἢ σοφίσαντι, ἢ χορηγῷ τῶν καλῶν, διδάσκει τούτους ὁ λόγος, ὅτι καὶ τὸ βούλεσθαι καλῶς, δεῖται τῆς ἄνωθεν Θεοῦ βοηθείας· μᾶλλον δὲ, [h] αὐτὸ τὸ προαιρεῖσθαι τὰ h
δέοντα, θεῖόν τι ἢ ἐκ Θεοῦ δῶρον φιλανθρωπίας· [i] δεῖ γὰρ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι, καὶ τὸ i
ἐκ Θεοῦ σώζεσθαι. διὰ τοῦτό, φησιν, οὐ τοῦ θέλοντος, τοῦτ' ἔστιν, ὑ μόνον τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. εἶτα, ἐπειδὴ καὶ τὸ βούλεσθαι ἄνωθεν Θεοῦ, τὸ πᾶν εἰκότως ἀνέθηκε τῷ Θεῷ. ὅσον ἂν δράμῃς, ὅσον ἂν ἀγωνίσῃ, [k] χρήζῃς τοῦ k
διδόντος τὸν στέφανον. ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν. ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησαν οἱ φυλάσσοντες αὐτήν. οἶδά, φησιν, ὅτι ὑ τοῖς κούφοις ὁ δρόμος, ὑδὲ τοῖς δυνατοῖς ὁ πόλεμος, [l] οὐδὲ τῶν μαχο- l

(*a*) Τοὺς χοϊκούς &c. Hìc Valentinianos intelligit, de quibus vide Irenæum lib. 1. adversùs Hæreses, cap. 1.

(*b*) Καὶ τοὺς πνευματικούς. Sic Or. 1. Deest τούς in Ed.

(*c*) Πάντη ἀπολλυμένης. Colb. 1. πάντως ἀπολελυμένης.

(*d*) Μόνην. Duo Regg. & Or. 1. μᾶλλον.

(*e*) Καὶ ὅτω πῦρ γένηται. Sic legendum censemus, quamvis hìc deficiat Codicum auctoritas. Editi habent : καὶ ὅτω σίδηρος γένηται, *atque ita ferrum fiat*, ut vertit Bill. Quæ lectio nec rationi, nec experientiæ consentanea est. Quis enim dixerit, lapidem, vel silicem ferro pulsatum, ferrum fieri ?

(*f*) Καλουμένοις. *Vocatis.* Duo Regg. duo Coisl. tres Colb. & Or. 1. habent βουλομένοις, *volentibus.* Sic etiam legit Billius.

(*g*) Μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ τοῖς. Tres Colb. μεγαφρονοῦντες τοῖς.

(*h*) Αὐτό. Reg. bm. καὶ αὐτό.

(*i*) Δεῖ γὰρ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι, καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ σώζεσθαι. Hæc à Billio aut Typographo omissa.

(*k*) Χρήζῃς. Or. 1. χρήζεις.

(*l*) Οὐδὲ. Reg. bm. ὅτι.

μένων ἡ νίκη, ὅτε τῶν εὐπλούντων οἱ λιμέ- A victoriam afferre, & incolumem ſcapham
a νες· [a] ἀλλὰ Θεῷ, καὶ νίκην ἀπεργάσασθαι, καὶ in portum perducere.
εἰς λιμένας ἀποσῶσαι τὸ σκάφος.

ιδ. Καὶ τοῦτο ἀλλαχοῦ λεγόμενον, καὶ XIV. Jam illud quoque, quod alio Matri filiorum Zebedæi ob vim amoris erga filios, ignoſcitur. *Matth.* xx. 20. *& ſeqq.*
νοούμενον, καὶ ἴσως ἀναγκαῖον προσθεῖναι loco dicitur, atque intelligitur, mihíque
καὶ τὸ ἐπελθὸν τοῖς εἰρημένοις, ἵνα τὸν in mentem venit, ſuperioribus adjungere
ἐμὸν πλοῦτον καὶ ὑμῖν χαρίσωμαι. ἠτήσεν ἡ fortaſsè neceſſarium fuerit, ut meas opes
b μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου φιλότεκνόν [b] τι vobis etiam largiar. Poſtulavit mater filiorum Zebedæi, materno quodam affectu
παθοῦσα, καὶ τὸ μέτρον ἀγνοοῦσα τῶν αἰ- impulſa, atque eorum, quæ petebat, mo-
τουμένων, πλὴν συγγνωσθὴ δι' ὑπερβολὴν dum ignorans, digna tamen, cui, propter
φίλτρου, καὶ ὀφειλομένην εὔνοιαν τέκνοις. οὐ- B immodicam vim amoris ac benevolentiam
δὲν γὰρ μητρὸς εὐσπλαγχνότερον· καὶ τοῦτο filiis debitam, ignoſceretur. Neque enim
c λέγω, [c] ἵνα τιμᾶσθαι νομοθετήσω τὰς μη- quidquam eſt materno affectu mollius:
τέρας. ἠτήσεν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἡ μήτηρ ἐκείνων, idque eò commemoro, ut matrum honori quaſi latâ lege conſulam. Poſtulavit
ἕνα ἐκ δεξιῶν καθίσαι, καὶ ἕνα ἐξ ἀριστε- ergo à Jeſu mater illorum, ut alterum
ρῶν. ἀλλὰ τί ὁ Σωτήρ; ἐρωτᾷ τὸ πρῶτον, ad dexteram, alterum ad ſiniſtram collo-
εἰ τὸ ποτήριον δύνανται πιεῖν, ὃ αὐτὸς πίνειν caret. Quid ad hæc Salvator? Primùm
ἤμελλεν. ὡς δὲ καὶ τοῦτο ὡμολογήθη, καὶ quærit, an calicem bibere queant, quem
d ὁ Σωτὴρ ἐδέξατο· [d] ᾔδει γὰρ κἀκείνους τῷ ipſe bibiturus erat. Ut autem id quoque
e αὐτῷ τελειουμένους, μᾶλλον δὲ, [e] τελεωθή- profeſſi ſunt, atque affirmarunt, ac Sal-
σεσθαι μέλλοντας· τί φησί; τὸ μὲν ποτήριον C vator ipſe aſſenſus eſt; (futurum enim no-
f πίονται, τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν [f] μου καὶ rat, ut illi quoque eundem calicem hau-
ἐξ ἀριστερῶν, οὐκ ἔστιν ἐμόν, φησι, τοῦτο rirent, ac martyrio perfungerentur;) quid
δοῦναι, ἀλλ' οἷς δέδοται. οὐδὲν οὖν ὁ ἡγεμὼν ſubjunxit? *Calicem quidem bibent: collo-* *Ibid.* xx. 23.
νοῦς; οὐδὲν ὁ πόνος; οὐδὲν ὁ λόγος; οὐδὲν *care autem eos ad dextram & ſiniſtram, non eſt meum hoc dare, ſed quibus datum eſt.* Nihil igitur mens dux & gubernatrix? Nihil labor? Nihil ratio? Nihil philoſophia? Nihil jejunaſſe? Nihil noctes inſom-
ἡ φιλοσοφία; οὐδὲν τὸ νηστεῦσαι; οὐδὲν nes duxiſſe? Nihil humum pro ſtrato habuiſſe? Fontes lacrymarum profudiſſe? Nihil quidquam horum profuerit, ſed ſorte quâdam ac lege fatali, & *Jeremias ſanctificatur*, & alii ab ipſa vulva rejiciuntur? *Jerem.* i. 5.
τὸ ἀγρυπνῆσαι; τὸ χαμευνῆσαι; τὸ πηγὰς
στάξαι δακρύων; τούτων οὐδὲν, ἀλλὰ
κατά τινα ἀποκλήρωσιν, καὶ Ἱερεμίας ἁγιά-
ζεται, καὶ ἄλλοι ἐκ μήτρας ἀλλοτριοῦνται;

ιε. Φοβοῦμαι μὴ καὶ ἄτοπός τις εἰσέλ- D XV. Vereor, ne abſurda etiam ac præ- Pythagoricum dogma de animabus refellitur.
g θῃ λογισμὸς, [g] ὡς τῆς ψυχῆς ἀλλαχοῦ poſtera cogitatio cuiquam obrepat, tan-
πολιτευσαμένης, εἶτα τῷ ζώματι τούτῳ quam anima alibi uſquam verſata ſit, ac
h ἐνδεθείσης· καὶ ἐκ τῆς [h] ἐκεῖθεν πολιτείας, deindè corpori huic aſtricta fuerit; atque,
τῶν μὲν λαβόντων τὴν προφητείαν, τῶν prout illic ſe geſſerit, alii prophetiam
δὲ κατακρινομένων, ὅσοι κακῶς βεβιώκασιν. accipiant, alii, qui improbè vixerunt,
ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ὑπολαβεῖν λίαν ἄτοπον, condemnentur. Sed quoniam hoc exiſtimare nimis ſtultum & abſurdum eſt, atque
καὶ οὐκ Ἐκκλησιαστικόν· ἄλλοι μὲν γὰρ ab Eccleſiaſtica fide & doctrina alienum;
i περὶ τῶν [i] τοιούτων δογμάτων παιζέτωσαν, (alii enim de hujuſmodi dogmatibus, ſi
ἡμῖν δὲ τὰ τοιαῦτα παίζειν οὐκ ἀσφαλές· velint, ludant; nobis autem hujuſmodi
κἀκεῖ πρῶ, καὶ οἷς δέδοται, προσθες τὸ, E ludis animos oblectare minimè tutum eſt;)
τοῖς οὖσιν ἀξίοις· οἳ τὸ εἶναι τοιοῦτοι, οὐ illic quoque his verbis, Et *quibus datum*
μόνον παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰλήφασιν, ἀλλὰ *eſt*, hoc adjunge, qui digni ſunt; quíque,
k καὶ [k] ἑαυτοῖς δεδώκασιν. ut tales ſint, non modò à Patre acceperunt, ſed ſibi ipſis etiam dederunt.

ις. Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, οἵ τινες ἐκ κοιλίας XVI. *Sunt enim Eunuchi, qui ex utero* Eunuchorum caſtimo-
μητρὸς εὐνουχίσθησαν, καὶ τὰ ἔξης. σφόδρα *matris caſtrati ſunt*, &c. Vehementer cu-

(*a*) Ἀλλά. Or. i. καί.
(*b*) Τι παθοῦσα. Comb. τι πάθος παθοῦσα.
(*c*) Ἵνα τιμᾶσθαι νομοθετήσω. Coisl. i. Colb. i. Comb. Ἵνα τιμᾶσθαι διδάξω, καὶ νομοθετήσω. *Ut matres colere doceam, & quaſi lege ſtatuam.*
(*d*) Ἤδει γὰρ &c. *Noverat enim illos conſummari, imò verò fore ut conſummarentur.*
(*e*) Τελεωθήσεσθαι. Or. i. τελειωθήσεσθαι.
(*f*) Mu. Deeſt in nonnullis.
(*g*) Ὡς τῆς ψυχῆς &c. Pytagoricum dogma de animabus hic carpit Gregorius.
(*h*) Ἐκεῖθεν. Tres Colb. & Or. i. ἐκεῖσε.
(*i*) Τοιούτων. Deeſt in Reg. b. Or. i & Comb.
(*k*) Ἑαυτοῖς δεδώκασιν. *Sibi ipſis dederunt*, nempè, gratiæ excitanti ac moventi liberè conſentiendo. Reg. bm. habet: ἑαυτὸς διδώκασιν, *ſe ipſos dederunt.*

nia laudem non meretur. *Matth.* XIX. 12.

perem virile aliquid de Eunuchis proloqui posse. Ne admodùm magnificè de vobis sentiatis, qui à natura Eunuchi estis. Fortasse enim pudicitia hæc minimè voluntaria est. Non enim explorata est, nec castimonia periculo facto comprobata. Bonum enim, quod à natura proficiscitur, laudem non meretur: quod autem à libera voluntate animíque instituto fluit, id laude dignum existimandum est. Quæ igni gratia est, quòd urit? Urere enim à natura habet. Quæ aquæ, quòd deorsùm fertur? Hoc enim à summo rerum omnium opifice habet. Quæ nivi gratia habenda est, quòd frigida sit? Aut Soli, quòd luceat? Lucebit enim etiam invitus. Hoc mihi largire, ut, quæ recta sunt, velis. Largieris autem, si caro factus, spiritualis efficiaris; si à plumbea carnis mole tractus atque depressus, à ratione in altum subleveris; si humilis creatus, cœlestis inveniaris; si carni quasi vinculis quibusdam astrictus, superior carne appareas.

Qualem pudicitiam ab Eunuchis postulet Gregorius.

XVII. Quoniam igitur corporea sapere, carnalibúsque affectibus duci, haudquaquàm laudabile est, aliud quiddam ab Eunuchis postulo. Ne circa divinitatem scortemini. Qui Christo conjuncti estis, Christum ne contemnatis. Qui à Spiritu perfectionem accipitis, ne parem vobis Spiritum faciatis. *Si adhuc hominibus placerem*, inquit Paulus, *Christi servus non essem.* Si creaturam colerem, Christianus utique non appellarer. Cur enim Christiani nomen venerabile est? An non quia Christus Deus? Nisi fortasse hoc humano more facio, amicitiâ nimirùm cum eo conglutinatus. At & Petrum honore prosequor, nec tamen Petrianus vocor: & Paulum, nec tamen Paulianus nominatus sum. Non fero me ab hominibus nomen ducere, qui à Deo sum creatus. Proindè si, quia Deum ipsum existimas, ideò Christianus vocaris: voceris sanè, & maneas in nomine, atque adeò in re. Sin autem non aliam ob causam à Christo nomen ducis, quàm quòd eum amore complecteris, nihil ampliùs ipsi tribuis, quàm aliis nominibus, quæ à studio quodam & instituto, aut re aliquâ constituuntur.

Christianus ostendat fide

XVIII. Videtis hos, qui in cursibus equestribus studium atque operam posue-

A ἐβουλόμην ἀνδρικόν τι [a] περὶ τῶν εὐνούχων a
ἔχειν εἰπεῖν. μὴ [b] μέγα φρονεῖτε οἱ ἐκ b
φύσεως εὐνοῦχοι. τὸ γὰρ τῆς Ϛωφροσύνης,
ἴσως ἀκούσιον. οὐ γὰρ ἦλθεν εἰς βάσανον,
οὐδὲ τὸ Ϛωφρονεῖν ἐδοκιμάσθη δι᾽ τῆς
πείρας. τὸ μὲν γὰρ ἐκ φύσεως ἀγαθὸν,
ἀδόκιμον· τὸ δ᾽ ἐκ προαιρέσεως, ἐπαινετόν.
τίς πυρὶ χάρις τοῦ καίειν; τὸ γὰρ καίειν
ἐκ φύσεως ἔχει. τίς [c] ὕδατι τοῦ κάτω c
φέρεσθαι; τοῦτο γὰρ ἔχει παρὰ τοῦ δημιουρ-
B γήσαντος. τίς χιόνι τῆς ψυχρότητος χάρις; ἢ
πῶ ἡλίῳ τοῦ φαίνειν; φαίνει γὰρ κἂν μὴ
βούληται. χαρίζου μοι τὸ βούλεσθαι τὰ
βελτίονα. χαρίζῃ δὲ, ἐὰν σὰρξ γενόμενος,
πνευματικὸς γένῃ· ἐὰν τῇ μολίβδι τῆς σαρκὸς
ἑλκόμενος, πεπερωθῇς ὑπὸ τοῦ λόγου· ἐὰν
οὐράνιος εὑρεθῇς, ταπεινὸς γεγονώς· ἐὰν
Ϛαρκὶ συνδεθεὶς, ὑπὲρ Ϛάρκα [d] φανῇς. d

ιζ. Ἐπειδὴ οὖν [e] τὸ Ϛωματικὰ φρονεῖν e
οὐκ ἐπαινετὸν, ἄλλό τι αἰτῶ τὰς εὐνούχους.
C μὴ πορνεύσητε περὶ θεότητα. Χριστῷ
Ϛυζευχθέντες, Χριστὸν μὴ ἀτιμάσητε. ὑπὸ
τοῦ Πνεύματος τελειούμενοι, μὴ ὁμότιμον
ἑαυτοῖς τὸ Πνεῦμα ποιήσητε. εἰ ἔτι ἀνθρώ-
ποις ἤρεσκον, ὁ Παῦλός φησι, Χριστοῦ
δοῦλος οὐκ ἂν ἦμην. εἰ κτίσματι ἐλάτρευον,
οὐκ ἂν Χριστιανὸς ὠνομαζόμην. [f] εἰς τί γὰρ f
ὁ Χριστιανὸς τίμιον; οὐχ ὅτι Θεὸς ὁ Χρις-
τὸς; εἰ μὴ τοῦτο [g] ὡς ἄνθρωπος πάθω, g
φιλίᾳ πρὸς αὐτὸν συγκεκραμένος. καί τοι
D καὶ Πέτρον τιμῶ, ἀλλ᾽ οὐκ ἀκούω Πε-
τριανός· κὴ Παῦλον, Παυλιανὸς δὲ ἐκ ἤκουσα.
οὐ δέχομαι παρὰ ἀνθρώπων ὀνομάζεσθαι,
παρὰ Θεοῦ γεγονώς. οὕτως εἰ μὲν, ὅτι Θεὸν
ὑπείληφας, διὰ τοῦτο καλῇ Χριστιανὸς, κὴ
καλοῖο, κὴ μένοις ἐν τῷ ὀνόματι, [h] ἢ τῷ h
πράγματι. εἰ δὲ, ὅτι στέργεις Χριστὸν, διὰ
τοῦτο ἐξ αὐτοῦ καλῇ, οὐδὲν πλέον [i] νέμεις i
αὐτῷ τῶν ἄλλων κλήσεων, αἳ ἀπό τινος
ἐπιτηδεύματος, ἢ πράγματος τίθενται.

E ιη. Ὁρᾶτε τοὺς περὶ τὰς ἱπποδρομίας
ἐσπουδακότας τούτους. [k] οἳ ἀπὸ τῶν χρωμά- k

(a) Περὶ τῶν εὐνούχων. *De Eunuchis.* Gregorius passim Eunuchos insectatur, utpotè qui maxima ex parte, Arianâ, vel Macedonianâ peste contaminarentur.

(b) Μέγα. Reg. bm. & Or. 1. addunt, τι.

(c) Ὕδατι. Colb. 1. addit, χάρις.

(d) Φανῇς. Reg. bm. φανείς.

(e) Τὸ σωματικὰ φρονεῖν. Coisl. 1. τὸ σωφρονεῖν. Quam lectionem optimam censet Combefisius. *Quandoquidem igitur laudem non meretur pudicitia, quæ sit à natura, non à libera voluntate.* Pudicitia enim in Eunuchis, non virtutis, sed necessitatis est. Hos ad aliam pudicitiam hortatur Gregorius, ad fidei scilicet integritatem, quâ laudem mereantur. Lectio vulgata, & Billii interpretatio, nec commodum efficiunt sensum, nec cum Gregorii proposito conveniunt. Crediderim scripsisse, σώματι σωφρονεῖν.

(f) Εἰς τί. Coisl. 1. διὰ τί.

(g) Ὡς ἄνθρωπος πάθω. Coisl. 1. Or. 1. Gabr. ὡς ἄνθρωπον ἀγαπῶν. Combefisius censet ex utraque lectione, sic farciendam esse litteram: ὡς ἄνθρωπος πάθω, ἄνθρωπον ἀγαπῶν. *Humano more afficior hominem diligens*, id est, *homo sum, hominem amo.*

(h) Ἢ τῷ. Comb. καὶ τῷ.

(i) Νέμεις αὐτῷ. Coisl. 1. νέμεις σαυτῷ. *Tibi tribuis.*

(k) Οἳ ἀπὸ τῶν χρωμάτων. In Circo quadrigarii pannos variis coloribus distinctos gestabant, alii albo,

των

των ὀνομάζονται, καὶ τῶν μερίδων, αἷς συνεστήκασιν. ὑμεῖς δὲ ἴστε τὰ ὀνόματα, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω. εἰ οὕτως ἀκούεις Χριστιανὸς, μικρὰ λίαν ἡ προσηγορία, κἂν ἐπ' αὐτῇ καλλωπίζῃ. εἰ δὲ, ὅτι καὶ Θεὸν ὑπείληφας, δεῖξον τοῖς ἔργοις ὡς ὑπείληφας.

a εἰ κτίσμα [a] ὁ Υἱὸς, ἔτι καὶ νῦν λατρεύεις
b τῇ κτίσει παρὰ τὸν [b] κτίστην. εἰ κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μάτην ἐβαπτίσθης,
c καὶ τοῖς μὲν [c] δυσὶ μέρεσιν ὑγιαίνεις, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐκείνοις· τρ δὲ ἑνὶ, παντελῶς κινδυνεύεις. ὑπόθου μαργαρίτην ἕνα εἶναι τὴν Τριάδα, πανταχόθεν ὅμοιον, καὶ
d ἴσον στίλβοντα. [d] ὅ τι ἂν πάθῃ τοῦ μαργαρίτου, ἡ πᾶσα τοῦ λίθου χάρις ἠφάνισται. οὕτως ὅταν ἀτιμάζῃς Υἱὸν, ἵνα τιμήσῃς Πατέρα, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμήν. ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ οὐ δοξάζεται. εἰ σοφὸς υἱὸς εὐφραίνει πατέρα,
e πόσῳ μᾶλλον [e] ἡ τοῦ Υἱοῦ τιμὴ, τιμὴ τοῦ
f Πατρὸς γένηται; [f] εἰ δὲ καὶ τοῦτο δέξῃ· τὸ τέκνον, μὴ δοξάζου ἐπ' ἀτιμίᾳ Πατρός· οὕτως οὐδὲ Πατὴρ ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ Υἱοῦ δοξάζεται. εἰ ἀτιμάζεις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμὴν ὁ Υἱός. εἰ γὰρ καὶ μὴ ὡς Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὖν ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πατρός. ἢ τὸ πᾶν τίμησον,
g ἢ τὸ ὅλον ἀτίμασον, ἵνα ἀκόλουθος [g] νοῦς
h σεαυτῷ τυγχάνῃς. οὐ δέχομαί σου [h] τὸ ἐξ ἡμισείας εὐσεβές. ὅλον εὐσεβῆ μὲν εἶναί σε βούλομαι, ἀλλὰ καθὼς βούλομαι. συγγνώθι τρ πάθει. ἀλγῶ καὶ ὑπὲρ τῶν μισούντων. μέλος ἦς ἐμὸν, καὶ εἰ νῦν ἀποτέμνῃ· μέλος καὶ γενήσῃ τυχόν· δι' ἃ τοῦτο καὶ φιλάνθρωπα φθέγγομαι. ταῦτα δι' τοὺς εὐνούχους, ἵνα περὶ θεότητα ζωφρονῶσιν.

runt. Illi à coloribus nominantur, atque ab iis partibus, cum quibus ſteterunt. Vos nomina ipſa tenetis, etiamſi non dixero. Si ad eundem modum Chriſtianus vocaris, parvum admodùm ac leve hoc cognomentum eſt, eo licèt glorieris, tibique placeas. Sin autem, quia Deum credis, rebus ipſis quòd credas, oſtende. Si Filius creatura eſt, nunc quoque creaturam colis præter Creatorem. Si Spiritus ſanctus creatura eſt, incaſsùm baptizatus es, ac duabus quidem partibus ſanus es, imò ne illis quidem : unâ autem omninò periclitaris. Finge Trinitatem eſſe margaritam quandam, undique ſibi ſimilem, atque æquè fulgentem. Quæcunque margaritæ pars fuerit oblæſa, tota lapidis gratia extincta fuerit. Eodem modo cùm Filium contemnis, ut Patrem honore afficias, tuum honorem non recipit. Ad contemptum Filii, Pater haudquaquàm glorificatur. Si *filius ſapiens lætificat patrem*, quantò magis Filii honor, Patris quoque honor fuerit ? Quòd ſi hoc etiam probas : *Fili, ne glorieris de ignominia Patris :* eodem modo nec Pater ob ignominiam Filii glorificatur. Si Spiritum ſanctum aſpernaris, honorem tuum Filius repudiat. Tametſi enim non eodem, quo Filius, modo ex Patre eſt, tamen ex eodem Patre eſt. Aut totum honore affice, aut totum contemne, ut ſaltem tibi ipſi conſtes. Dimidiatam iſtam pietatem improbo. Totum quidem te pium eſſe volo, ſed quemadmodùm volo. Ignoſce affectui. Eorum quoque vicem doleo, qui me oderunt. Membrum meum eras, etſi nunc abſcinderis : membrum quoque fortaſsè fies ; atque ob hanc cauſam humanè ac benignè loquor. Hæc Eunuchorum causâ nobis dicta ſint, ut circa divinitatem pudicè & caſtè ſe gerant.

& bonis operibus, ſe eſſe Ch...

Trinitatis cum margarita ſimilitudo.

Prov. x. 1.

Eccli. III. 12.

ι θ. [i] Οὐ γὰρ ἡ περὶ σῶμα μόνον ἁμαρτία, πορνεία καὶ μοιχεία λέγεται, ἀλλὰ καὶ ὁτιοῦν ἥμαρτες, καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὸ
k θεῖον παρανομία. πόθεν [k] παράσχωμεν,
l τοῦτο τυχὸν [l] ἀπαιτεῖς; ἐπόρνευσάν, φησιν, ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. ὁρᾷς καὶ
m θέαξιν [m] πορνείας ἀναίσχυντον; καὶ ἐμοιχῶντο, φησὶν, ἐν τρ ξύλῳ. ὁρᾷς καὶ θρησ-

XIX. Non enim peccatum illud ſolùm, quod in corpore admittitur, fornicatio & adulterium dicitur, ſed & quodvis aliud flagitium, ac præſertim ſcelus id, quod in divinum numen perpetratur. Undè id oſtendamus, fortaſsè quæris ? *Fornicati ſunt*, inquit, *in adinventionibus ſuis.* Videſne & impudens fornicationis facinus ? Et alio loco : *Adulterium committebant in ligno.* Videſne & adulterinum quendam

Caſtimonia, & corpore & animo æquè colenda.

Pſ. CV. 39.

Jerem. III. 6.

alii cœruleo &c. Plebs verò quæ circumſtabat, ſciſſa in contraria ſtudia, alia aliis coloribus favebat, ſuo quæque colori.

(*a*) Ὁ Υἱός. Sic legendum manifeſtum eſt ex ſequentibus, non verò, ὁ Θεός, ut mendosè in Editis legitur.

(*b*) Κτίσην. Duo Colb. κτίσαντα.

(*c*) Δυσί. Reg. bm. duo Colb. & Or. I. δύο.

(*d*) Ὅ τι ἂν πάθῃ. Sic Comb. In Ed. ὅτι ἄν τι πάθῃ.

(*e*) Ἡ τῷ Υἱῷ τιμὴ, τιμὴ τῷ Πατρός &c. Sic Coisl. I. & Or. I. ſed ſecundâ manu. Pravè in Ed. ἡ τῷ Υἱῷ τιμὴ, μὴ τῷ Πατρός.

(*f*) Εἰ δὲ καὶ τοῦτο δέξῃ. Comb. εἰ δὲ καὶ τοῦτο, δέξαι τό. *Quod ſi hoc etiam, illud probato.*

(*g*) Νοῦς. Hæc vox ſupervacanea videtur.

(*h*) Τὸ ἐξ ἡμισείας. Sic duo Regg. quorum auctoritate delevimus μή, quod ſic in Editis legitur : τὸ μὴ ἐξ ἡμισείας.

(*i*) Οὐ γὰρ ἡ. Sic Reg. b. tres Colb. & Or. I. Deeſt ἡ in Ed.

(*k*) Παράσχωμεν. In nonnullis, παράσχωμαι.

(*l*) Ἀπαιτεῖς. In quibuſdam, ἀπαιτήσεις.

(*m*) Πορνείας ἀναίσχυντον. Nonnulli habent, πόρνην ἀναίσχυντον. *Vides actionem impudens eſſe ſcortum ?*

cultum? Quocirca ne animo adulterium committas, corpore caſtitatem colens. Alioqui perſpicuum facies, te, quoad carnem attinet, invitè pudicum eſſe, quoniam in iis rebus, in quibus ſcortari tibi licet, pudicitiam non præſtas. Quid impietatem veſtram effeciſtis? Quid omnes in vitium præcipites ferimini, ut deinceps idem ſit, aut Eunuchum, aut impium vocari? Tandem aliquandò viris vos adjungite, virilem aliquem affectum habete, gynæcea fugite, ne ad nominis turpitudinem prædicationis turpitudo accedat. Vultis in hac Oratione nonnihil adhuc immoremur? An potiùs ſufficiunt, quæ diximus? Verùm per hæc, quæ ſequuntur, Eunuchi quoque honorentur. Laudabilis enim hic ſermo eſt.

κείαν τινὰ μοιχαλίδα; μὴ τοίνυν μοιχεύσῃς κατὰ ψυχὴν, ζωφρονῶν τῷ σώματι. [a] μὴ δείξεις τὸ ἀκουσίως τῇ σαρκὶ ζωφρονεῖν, ἐξ ὧν οὐ ζωφρονεῖς, ἐν οἷς πορνεύειν δυνατὸς εἶ. τί πεποιήκατε τὴν ἀσέβειαν ὑμετέραν; τί πάντες ἐπὶ τὸ χεῖρον φέρεσθε, ὡς ταυτὸν εἶναι λοιπὸν, ἢ εὐνοῦχον, ἢ ἀσεβῆ καλεῖσθαι; γένεσθε μετὰ τῶν ἀνδρῶν, ὀψὲ γοῦν ἀνδρικόν τι φρονήσατε, φύγετε τὰς γυναικωνίτιδας, μὴ προστεθήτω τῷ αἰσχρῷ τοῦ ὀνόματος, τὸ [b] αἰσχρὸν τοῦ κηρύγματος. βούλεσθε μικρὸν ἔτι τῷ λόγῳ [c] προσκαρτερήσωμεν; ἢ κόρον ἔχει τὰ εἰρημένα; πλὴν τιμηθήτωσαν καὶ οἱ εὐνοῦχοι τοῖς ἐξῆς. ἐπαινετὸς γὰρ ὁ λόγος.

Scriptura per corporum figuram ad ſublimiora evehit.

Matth. XIX. 12.

XX. *Sunt Eunuchi*, inquit, *qui ex utero matris ita nati ſunt: & ſunt Eunuchi, qui caſtrati ſunt ab hominibus: & ſunt Eunuchi, qui caſtraverunt ſeipſos propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere, capiat.* Videtur mihi Scriptura, à corporibus abducens, per corporum figuram ſublimiora ſignificare. Etenim, in corporeis quidem Eunuchis conſiſtere, atque Orationem figere, parvum fortaſsè, valdéque infirmum & Scripturæ majeſtate indignum fuerit. Decet autem nos quidpiam Scripturâ dignum excogitare. Alii quidem videntur naturæ indole ad virtutem tendere. Naturam porrò cùm dico, liberam voluntatem haudquaquàm ſperno, ſed utrumque ſtatuo, nimirùm & naturæ ad bonum facilitatem atque aptitudinem, & animi voluntatem, naturalem illam aptitudinem ad bonum ducentem. Quidam autem alii ſunt, quos doctrina expurgat, vitioſoſque animi affectus abſcindit. Hos eſſe exiſtimo, qui ab hominibus caſtrantur, cùm videlicet magiſtri præcepta & ſermones, virtutem à vitio diſtinguentes, atque alterum rejicientes, alterum præſcribentes, (juxta illud, *Declina à malo, & fac bonum*,) ſpiritualem pudicitiam effecerint. Quod etiam exſectionis genus probo, atque & doctores, & diſcipulos imprimis laudo, quoniam & illi pulchrè exſecuerunt, & hi pulchriùs exſecti ſunt.

Tria Eunuchorum ſpiritualium genera.

Eunuchi à natura.

Eunuchi à doctrina.

Pſ. XXXVI. 27.

κ. Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, φησὶν, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτως· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· καὶ [d] εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. δοκεῖ μοι τῶν ζωμάτων ἀποστὰς ὁ λόγος, τυποῦν διὰ [e] τῶν ζωμάτων τὰ ὑψηλότερα. τὸ μὲν γὰρ μέχρι τῶν ζωματικῶν εὐνούχων στῆσαι τὸν λόγον, τυχὸν μικρόν τε καὶ λίαν ἀσθενὲς καὶ ἀνάξιον λόγου· δεῖ δὲ ἡμᾶς ἐπινοῆσαί τι τοῦ Πνεύματος ἄξιον. δοκοῦσι τοίνυν οἱ μὲν ἐκ φύσεως νεύειν πρὸς τὸ ἀγαθόν. φύσεως δὲ ὅταν εἴπω, οὐκ ἀτιμάζω τὴν προαίρεσιν, ἀλλ' ἀμφότερα τίθημι, τήν τε πρὸς τὸ καλὸν ἐπιτηδειότητα, καὶ τὴν εἰς ἔργον ἄγουσαν τὸ ἐκ φύσεως ἐπιτήδειον. ἕτεροι δὲ εἰσί τινες, οὓς ὁ λόγος καθαίρει, τῶν παθῶν ἐκτέμνων. τούτους ἡγοῦμαι εἶναι, τοὺς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εὐνουχιζομένους, ὅταν ὁ διδασκαλικὸς λόγος διελὼν τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος, καὶ τὸ μὲν ἀποπεμψάμενος, τὸ δὲ νομοθετήσας, ὡς τὸ ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, κἀ ποίησον ἀγαθὸν, τὴν πνευματικὴν ζωφροσύνην δημιουργήσῃ. ἐπαινῶ καὶ τοῦτον τὸν εὐνουχισμὸν, κἀ λίαν ἐπαινῶ τούς τε διδασκάλους ὁμοίως καὶ τοὺς διδασκομένους, ὅτι οἱ μὲν καλῶς ἐξέτεμον, οἱ δὲ κάλλιον ἐξετμήθησαν.

Eunuchi à libero arbitrio.

XXI. *Et ſunt, qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum.* Alii, cùm nullos magiſtros nacti eſſent, probi ſibi ipſis magiſtri extiterunt. Non docuit te mater quid officii eſſet, non docuit te pater,

κα. Καὶ εἰσὶν, οἵτινες ἑαυτοὺς εὐνούχισαν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἄλλοι διδασκάλων μὲν οὐκ ἐπέτυχον, ἑαυτῶν δὲ γεγόνασιν ἐπαινετοὶ διδάσκαλοι. οὐκ ἐδίδαξέ

(a) Μὴ δείξεις. Reg. b. duo Colb. & Or. 1. μὴ δείξῃς, *ne perſpicuum facias.*

(b) Αἰσχρὸν τῷ κηρύγματος. His verbis Gregorius monet Eunuchos, ne nominis turpitudini, hæreſis quoque turpitudinem adjungant.

(c) Προσκαρτερήσωμεν. Sic Reg. b. & Or. 1. In Ed. προσκαρτερήσομεν.

(d) Εἰσὶν εὐνοῦχοι. Sic tres Colb. Deeſt in Ed. εὐνοῦχοι.

(e) Τῶν σωμάτων. Colb. 1. & Baſ. τῶν σωματικῶν.

σε μήτηρ τὸ δέον, οὐκ ἐδίδαξέ σε πατὴρ, οὐ Πρεσβύτερος, οὐκ Ἐπίσκοπος, οὐκ ἄλλός τις τῶν τὸ διδάσκειν πεπιστευμένων. ἀλλὰ
a τὸν ἐν σοὶ λόγον [a] κινήσας, ἀλλὰ τὸν σωτῆρα τῆ καλῆ δι' αἱρέσεως ἀνάψας, σαυτὸν εὐνουχίσας, τὴν ῥίζαν ἐξέτεμες, τὰ ὄργανα τῆς κακίας ἐξώρισας, τοσαύτην ἕξιν ἐκτήσω τῆς ἀρετῆς, ὥστε καὶ σχεδὸν ἀδύνατόν σοι γενέσθαι τὴν περὶ τὰ χείρω φοράν. διὰ τοῦτο ἐπαινῶ καὶ τοῦτον τὸν εὐνουχισμὸν, καὶ τυχὸν μᾶλλον τῶν ἄλλων. ὁ δυνάμενος B
χωρεῖν, χωρείτω. ἣν βούλει δέξαι μερίδα, ἢ ἐπακολούθησον τῷ διδασκάλῳ, ἢ γενοῦ σαυτοῦ διδάσκαλος. ἓν αἰσχρὸν μόνον, μὴ τμηθῆναι τὰ πάθη. περὶ δὲ τοῦ τμηθῆναι τὰ πάθη, μηδὲν διαφέρου. κἂν ὁ διδάσκων, πλάσμα Θεοῦ, καὶ σὺ γέγονας ἐκεῖθεν· κἄν τε ὁ διδάσκαλος ἁρπάσῃ τὴν χάριν, κἄν τε γένηται σὸν τὸ καλὸν, καλὸν ὁμοίως ἐστί.

κ β. Μόνον ἐκτέμνωμεν ἑαυτοὺς τῶν παθῶν, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα C
b [b] ἐνοχλῇ. μόνον ἀκολουθῶμεν τῇ εἰκόνι, μόνον αἰδώμεθα τὸ ἀρχέτυπον. ἔκτεμνε τὰ σωματικὰ πάθη, ἔκτεμνε καὶ τὰ ψυχικά. ὅσῳ γὰρ ψυχὴ τιμιώτερον σώματος, τοσούτῳ τιμιώτερον καθᾶραι ψυχὴν, ἢ σῶμα. εἰ δὲ ἡ τοῦ σώματος κάθαρσις τῶν ἐπαινετῶν, σκόπει μοι πόσον ἡ τῆς ψυχῆς μείζων
c τε καὶ ὑψηλοτέρα. ἔκτεμνε τὴν [c] Ἀρειανὴν ἀσέβειαν, ἔκτεμνε τὴν Σαβελλίου κακοδοξίαν. μήτε συνάψῃς πλέον, ἢ καλῶς ἔχει, D
μήτε διέλῃς κακῶς, μήτε εἰς ἓν πρόσωπον συνέλῃς τὰ τρία, μήτε ἐργάσῃ τρεῖς ἀλλοτριότητας φύσεων. καὶ τὸ ἓν ἐπαινετὸν, καλῶς νοούμενον, καὶ τὰ τρία καλῶς διαιρούμενα, ὅταν πρόσωπον, ἀλλὰ μὴ θεότητος, ἡ διαίρεσις ᾖ.

d κ γ. Ταῦτα καὶ λαϊκοῖς [d] νομοθετῶ, ταῦτα καὶ πρεσβυτέροις ἐντέλλομαι, ταῦτα καὶ τοῖς ἄρχειν πεπιστευμένοις. βοηθήσατε
e τῷ λόγῳ πάντες [e] ὅσοις τὸ δύνασθαι βοηθεῖν E
ἐκ Θεοῦ. μέγα φόνον ἐπισχεῖν, καὶ μοιχείαν
f κολάσαι, καὶ κλοπὴν [f] ζωφρονίσαι· πολλῷ μᾶλλον εὐσέβειαν νομοθετῆσαι, καὶ ὑγιῆ λόγον χαρίσασθαι. οὐ τοσοῦτον ὁ ἐμὸς λόγος δυνήσεται πολεμῶν ὑπὲρ τῆς ἁγίας Τριάδος, ὅσον τὸ πρόσταγμα, ἐὰν ἐπιστομίζῃς τοὺς κακῶς ἔχοντας, ἐὰν βοηθῇς τοῖς διωκομένοις,

non Presbyter, non Episcopus, non alius quispiam ex iis, quibus docendi cura commissa est. At tu, rationem tibi insitam movens, ac virtutis igniculum per arbitrii libertatem exsuscitans, teipsum exsecuisti, radicem excidisti, vitii instrumenta depulisti, tantum tibi virtutis habitum comparasti, ut jam ad vitium ferri propemodùm nequeas. Quamobrem hanc quoque exsectionem laudandam censeo, magísque etiam fortassè, quàm duas superiores. *Qui potest capere, capiat.* Quam libuerit partem accipe, aut magistrum sequere, aut tibi ipsi magister esto. Hoc unum turpe est, affectus exsectos non habere. De his autem exscindendis ne quid litis crees. Et qui docet, figmentum Dei est, & tu eundem ortum habuisti: sive præceptor gratiam hanc rapiat, sive hoc bonum tuum fiat, bonum perindè est.

XXII. Hoc tantùm nobis curæ sit, ut nosipsos ab animi perturbationibus abscindamus, *ne qua radix amarulentiæ sursùm germinans turbas moveat.* Hoc tantùm curemus, ut imaginis divinæ vestigiis insistamus, ut exemplar nostrum revereamur. Corporeos affectus amputa, amputa etiam spirituales. Quantò enim anima corpus antecellit, tantò præstantius est animam purgare, quàm corpus. Quòd si corporis purgatio laudabilis est, cogita, quæso, quantò major atque sublimior sit animæ purgatio. Exscinde Arianam impietatem, exscinde pravam Sabellii sententiam. Nec plus, quàm æquum est, conjungas, nec sceleratè dividas: nec in unam Personam tria contrahas, nec tres naturarum diversitates efficias. Et unum laudabile est, cùm rectè intelligitur: & tria, cùm rectè distinguuntur; nempè, cùm Personarum distinctio facta fuerit, non Divinitatis.

Anima, utpotè corpore præstantior, majori curâ purganda. *Hebr.* XII. 15.

XXIII. Hæc & Laicis præscribo, hæc & Presbyteris mando, hæc & iis, quibus imperium creditum est. Omnes rectæ doctrinæ opem ferte, qui, Dei beneficio, opem ferre potestis. Magnum est cædem comprimere, adulterium coërcere, furtum castigare; multò majus pietatem sancire, ac sanam doctrinam largiri. Non tantas vires sermo meus habiturus est, pro sancta Trinitate bellum gerens, quantas edictum tuum, si perversis dogmatibus imbutos compresseris, si persecutione oppressis auxilium tuleris, si interfe-

Principum edicta plus valent adversùs Hæreticos, quàm Pastorum pietas & doctrina.

(a) Κινήσας. Tres Colb. ἐκίνησας.
(b) Ἐνοχλῇ. Sic duo Regg. tres Colb. Or. 1. & Comb. In Ed. ἐνοχλεῖ.
(c) Ἀρειανὴν. Reg. bm. ἀριανεῖν.
(d) Νομοθετῶ. Reg. b. & Or. 1. νεθέτω.
(e) Ὅσοις. In quibusdam, οἷς.
(f) Σωφρονίσαι. Reg. bm. σωφρονῆσαι.

ctores repreſſeris, ſi interfici prohibueris. De corporea autem cæde non tantùm loquor, ſed etiam de ſpirituali. Omne enim peccatum, animæ mors eſt. Atque hic finem habeat Oratio.

Pro grege vota facit Gregorius.

XXIV. Reliquum eſt, ut pro iis, qui huc convenerunt, votum faciamus. Viri ſimul & uxores, Principes & ſubditi, ſenes & adoleſcentes ac virgines, omnes cujuſvis ætatis, diſpendium quidem ac detrimentum omne, tum in pecuniis & facultatibus, tum in corporibus æquo animo ferte: hoc autem unum nunquam patiamini, ut divinitatis jacturam faciatis. Adoro Patrem, adoro Filium, adoro Spiritum ſanctum; vel, ut rectiùs dicam, adoramus, ego, qui hæc loquor, & ante omnes, & poſt omnes, & cum omnibus, in ipſo Domino Chriſto noſtro, cui gloria & imperium in ſæcula. Amen.

A ἐὰν τοὺς φονευτὰς [a] ἐπέχῃς, ἐὰν κωλύῃς τὸ φονεύεσθαι. λέγω δὲ, οὐ τὸν [b] ζωματικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ψυχικόν. πᾶσα γὰρ ἁμαρτία, θάνατός ἐστι ψυχῆς. μέχρι τούτων ὁ λόγος στήτω. a b

κ δ. [c] Λοιπὸν δὲ ἔστω ὑπὲρ τῶν συνελθόντων εὐχή. ἄνδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες, ἐρχόμενοί τε καὶ ἄρχοντες, πρεσβύται καὶ νεανίσκοι μετὰ παρθένων, πᾶν γένος ἡλικίας, πᾶσαν μὲν φέρετε ζημίαν, τὴν B εἰς χρήματα, τὴν εἰς σώματα· ἓν δὲ μὴ δέξησθε μόνον, τὴν θεότητα ζημιούμενοι. προσκυνῶ Πατέρα, προσκυνῶ τὸν Υἱὸν, προσκυνῶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· μᾶλλον δὲ προσκυνοῦμεν, ἐγὼ καὶ πρὸ πάντων, ὁ ταῦτα λέγων, ἐγὼ καὶ μετὰ πάντας καὶ σὺν πᾶσιν, ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ [d] τῷ Χριστῷ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας· Ἀμήν. c d

(a) Ἐπέχῃς...κωλύῃς. In nonnullis, ἐπέχοις...κωλύοις.
(b) Σωματικὸν μόνον. Sic Reg. bm. & Comb. Sic etiam legit Billius. Gabrielius verò legit, λέγω δὲ φόνον, ἐ τὸν σωματικὸν μόνον. Deeſt μόνον in Ed.
(c) Λοιπόν. In quibuſdam, τὸ λοιπόν.
(d) Τῷ Χριστῷ. Reg. bm. addit, καὶ τῷ Θεῷ.

MONITUM

IN ORATIONEM TRIGESIMAM-OCTAVAM.

I. *Christi Nativitatem celebrat in hac Oratione Gregorius. Ac primò quidem, exultat ipse ob tam singulare beneficium à Deo hominibus concessum; atque ad eosdem lætitiæ motus cœlum & terram invitans, exclamat:* Lætentur cœli, & exultet terra....quoniam vetera transierunt, & nova facta sunt omnia. *Nam qui in sinu Patris sine matre erat, is in sinu Matris sine patre efficitur. Nec quemquam movere debet, quòd ex tanto tamque ineffabili mysterio, offendantur Judæi, Græci derideant, & linguarum prurigine afficiantur Hæretici. Arcet ab hac solemnitate quidquid profanæ Gentilitatis mores redolet. Idcircò vetat, ne ædium vestibula coronis cingantur, ne agitentur Chori, ac tantæ festivitatis dies in comessationibus & ebrietate transigatur. Puram & spiritualem lætitiam, ut decet sanctos, ab omnibus exigit; atque insanos risus & nefanda gaudia, Ethnicis, qui Deos sibi ipsis similes, ac pravis affectibus obnoxios venerantur, relinquenda suadet. Ipse verò in hac solemnitate, convivatoris munere perfungi delectatur. Epulas, id est, sermonem de Christi Incarnatione, in qua veræ reconduntur Christianorum deliciæ, ministrare gestit. Hinc sublimi volatu usque ad Dei Essentiam, ipsiusque Immensitatem,* quæ omnem, tum temporis, tum naturæ cogitationem superat, ac mente solâ, & quidem perexiguè, non ex iis quæ in ipso, sed quæ circa ipsum sunt, adumbrari potest, *evehitur. Tum de ipsius Æternitate,* quæ nec tempus est, nec in temporis mensuram cadit, *breviter eloquitur; undè ad Dei benignitatem transit,* cui nequaquàm satis fuit, suâ ipsius solùm contemplatione moveri; *sed, ut plura essent, quæ beneficio afficerentur, creata omnia excogitavit; quæ cogitatio opus fuit. Hinc Angelicarum Virtutum ac mundi hujus visibilis originem ducit. Hinc hominem ad Dei imaginem formatum, arbitrii libertate donatum, in Paradiso collocatum exhibet; atque, ut indè ad Christi Nativitatem progrediatur, eundem hominem Diaboli fraude deceptum, & à Paradisi deliciis non multò pòst, ob inobedientiam expulsum, flebili Oratione repræsentat. Hìc autem præsertim ostendit, quantæ sint divitiæ sapientiæ & scientiæ Dei; ac, quo pacto pœna ipsa in misericordiam cesserit, eleganter commonstrat. Percurrens denique præcipua, quæ Christi Nativitas hominibus contulit, beneficia, omnes hortatur, ut tantæ benignitatis memores, cum Christo vivant ac moriantur, ut simul cum ipso resurgere possint.*

Orationis argumentum.

Or. XXXVIII. n. 1. & 2.

Ibid. n. 7.

Ibid. n. 8.

Ibid. n. 9.

II. *Inscripta est hæc Oratio:* In Theophania, seu, Natalitia Salvatoris. *Undè nata hæc apud eruditos controversia, utrùm ista Oratio dicta sit 25. Decembris 380. an 6. Januarii 381. Qui nodus ut faciliùs solvatur, duo præcipuè notanda sunt: primùm, quid præcisè significet vox* Theophania, *& quo sensu fuerit à Græcis Patribus usurpata; deindè, utrùm ab omnibus Christianis hæc solemnitas uno eodemque die celebrata sit. Quod ad primum spectat, ex Interpretibus manifestum videtur, vocem*

Quo tempore dicta hæc Oratio.

Quid per vocem Theophania intelligendum.

Caſaub. Exercit. in Annal. Bar. p. 166. Suicer. voce Ἐπιφανία.

Theophania *nihil aliud ſignificaſſe, niſi* Divinitatis apparitionem, *quoquo tandem modo Deus aliquis præſentiæ ſuæ ſignum dediſſe crederetur. Plura hujus rei teſtimonia ex Gentilium ſcriptis referunt Caſaubonus & Suicerus, qui contendunt etiam è Paganorum ritibus in Eccleſiaſticam obſervationem, ut alia multa, ita quoque Theophaniorum appellationem derivatam eſſe. Eccleſiaſtici autem Scriptores, voce* Theophania, *ſeu*, Epiphania, (*quæ voces apud eos idem ſonant,*) *intelligunt præſertim* Chriſti in carne

Suidas. voce Ἐπιφανία. Epiph. Hær. 53.

apparitionem, *ſeu*, Nativitatem. Epiphania, *inquit Suidas*, eſt Salvatoris Jeſu Chriſti Incarnatio. *Et Epiphanius:* Dies Epiphaniorum eſt dies, quo natus eſt Chriſtus ſecundùm carnem. *Eadem in aliis reperias. Hæc ſiquidem communis fuit Græcorum Patrum ſententia de Theophaniorum, & Epiphaniorum appellatione. Gregorius quoque noſter in hac Oratione Chriſti Nativitatem,* Theophania, *ſeu*, Natalitia *appellat.* Utroque enim

Or. XXXVIII. n. 3.

modo, *inquit*, appellatur hæc celebritas, duobus ſcilicet nominibus uni eidemque rei impoſitis. Deus namque per Nativitatem hominibus apparuit. *Hieronymus verò intelligit Baptiſma, in quo aperti ſunt Chriſto cœli. Ait enim:* Epiphaniorum dies huc uſque venerabilis eſt, non,

Hieronym. lib. I. comm. in Ezechiel.

ut quidam putant, Natalis in carne; tunc enim abſconditus eſt, & non apparuit; quod huic tempori congruit, quandò dictum eſt: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. *Negat igitur Hieronymus Epiphania dici poſſe Nativitatis diem, quia tum Chriſtus latuerit; ac proindè* Gregorio præceptori ſuo, *ut cum Caſaubono loquar*, ex propoſito

Caſaub. Exercit. in Annal. Bar. p. 169.

contradicit. *Verùm, ut refellatur Hieronymi ſententia, ſatis eſt probaſſe ex Scriptoribus jam citatis, Theophaniorum & Epiphaniorum voces, pro Chriſti* in carne apparitione, *ſeu*, Nativitate, *paſſim à Græcis Patribus uſurpatas fuiſſe. Idem dicendum de Chryſoſtomo, qui, Homiliâ de Bap-*

Chryſ. t. II. novæ. Ed. p. 369. n. 2.

tiſmo Chriſti, ſic loquitur: Quî fit, ut non ea dies, quâ natus eſt, ſed ea, quâ baptizatus eſt, Epiphania, *ſeu*, apparitio appelletur? . . . Quia nimirùm non omnibus manifeſtus eſt redditus, cùm partu eſt editus,

Savil. t. V. p. 523.

ſed cùm eſt baptizatus. Nam ad hunc uſque diem vulgò erat ignotus. *At notandum, hanc Homiliam à Savilio aliiſque inter ſpuria Chryſoſtomi opera rejici.*

Utrùm Chriſti Nativitas uno eodemque die ab omnibus Chriſtianis celebrata ſit.

III. *Facili autem negotio ſolvi poteſt hæc altera quæſtio, utrùm ſcilicet Nativitatis Chriſti ſolemnitas uno eodemque die ab omnibus Chriſtianis celebrata ſit. Diverſus enim fuit, ut concors univerſorum ſententia eſt, Græcorum & Latinorum hujus feſti celebrandi ritus. Apud Latinos quidem eadem quæ nunc eſt, primitivis etiam temporibus fuit diei & temporis ratio; atque diſtinctis ſemper nominibus, feſto ac tempore, Natalis & Epiphania celebrata ſunt; illa 25. Decembris; iſta 6. Januarii. Præterea Latini, per vocem,* Epiphania, *numero plerumque ſingulari, quamvis à Græcis plurali numero expreſſam, deſignabant, & ſtellam, quæ in Oriente apparens, Magos ad Chriſti præſepe perduxit, & ejuſdem Baptiſma, in quo cœli aperti ſunt, ac Chriſtus cœleſti voce manifeſtatus, hominibus innotuit. Aliter autem ſe res habuit apud Græcos. Nam, ut ab Ægyptiis incipiamus, eos uno eodemque die, 6. ſcilicet Januarii, Natalis*

Caſſ. Collat. 10. c. 2.

ac Baptiſmi feſta celebraſſe, luculenter docet Caſſianus his verbis: Intra Ægypti regionem, mos iſte antiquâ traditione ſervatur, ut, peracto

Epiphaniorum die, quem Provinciæ illius Sacerdotes, vel Domini Baptiſmatis, vel ſecundùm carnem Nativitatis eſſe definiunt; & idcircò utriuſque Sacramenti ſolemnitatem, non bifariè, ut in occiduis Provinciis, ſed ſub una diei hujus feſtivitate concelebrant &c. *Hæc autem ſcribebat Caſſianus anno circiter 420. aut 425. Viguit etiam idem ritus apud reliquos Orientales, non quidem ad Caſſiani tempora, ſed tantùm ad medium circiter ſæculum quartum, in quo, ut ex Chryſoſtomo diſcimus*, ex occiduis regionibus *in Orientem invecta eſt conſuetudo illa celebrandi Natalem Domini die 25. Decembris. At ne quis fortè exiſtimet, Chryſoſtomum de Antiochena tantummodò Provincia locutum fuiſſe, quòd Antiochiæ Homiliam, in qua hæc leguntur, habuerit, Gregorii etiam Nyſſeni, noſtrique Gregorii teſtimonia referamus. Gregorius quidem Nyſſenus, in Cappadociæ Provincia Epiſcopus, de Natali Domini agens, ſic loquitur*: Nunc per totum orbem habitatum, (*modò tamen, ut ex Caſſiano vidimus, Ægypti regionem excipias*,) diem feſtum celebrantium concors ſonus auditur. *Quibus profectò, non anteà pari concordiâ celebratum, ſignificatur. Idem Nyſſenus, oratione de Baptiſmo*: Natus igitur eſt Chriſtus, *inquit*, velut ante paucos dies.... Baptizatur hodiè &c. *Hæc autem optimè conſonant cum his, quæ à Gregorio noſtro referuntur, tum in hac Oratione, tum in ea, quæ* in ſancta lumina *inſcribitur. In hac enim Oratione, de Chriſti naſcentis divinitate locutus, addit*: Et quidem paulò pòſt Jeſum purgationis meæ causâ in Jordane purgari videbis; vel potiùs, aquas purgatione ſuâ purificare. *In altera autem ait*: Chriſti quidem Nativitas congruâ ſolemnitate priùs, tum à me Feſti duce, tum à vobis... celebrata eſt. Cum ſtella cucurrimus, cum Magis adoravimus... Nunc verò alia Chriſti actio, aliudque myſterium ſequitur.... Chriſtus illuminatur, Chriſtus baptizatur &c. *Ex quibus non immeritò ſanè colligimus, jam Gregorii temporibus, Chriſti Nativitatem ab ejuſdem Baptiſmo apud pleroſque Orientales diſtinctam eſſe, atque ab univerſa ferè Eccleſia 25. Decembris celebratam; cum iſto tamen diſcrimine, quòd Magorum adoratio, quæ apud Latinos, unà cum Baptiſmate 6. Januarii celebratur, Natali Domini apud Græcos annexa ſit. Qui mos, ut obſervat Tillemontius*, etiamnum adhuc in his regionibus perſeverat. *Nobis igitur ex dictis concludendum videtur, Orationem iſtam Conſtantinopoli, 25. Decembris anni 380. pronunciatam fuiſſe.*

Chryſ. Hom. de Chriſti Nativitate t. II. novæ Ed. p. 352.

Greg. Nyſſ. t. III. p. 352.

Ibid. p. 368.

Or. XXXVIII. n. 16.

Or. XXXIX. n. 14.

Till. t. IX. Art. LXVI. p. 462.

---

a [a] ΕΙΣ ΤΑ ΘΕΟΦΑΝΙΑ,
εἴτ' οὖν, Γενέθλια τοῦ Σωτῆρος.

ΛΟΓΟΣ λη.

α. ΧΡΙΣΤΟΣ γεννᾶται, δοξάσατε· Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν, ἀπαντήσατε· Χριστὸς ἐπὶ γῆς, ὑψώθητε. ᾄσατε τῷ Κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ. καὶ, ἵν' ἀμφότερα συνελὼν εἴπω,

IN THEOPHANIA,
ſive, Natalitia Salvatoris.

ORATIO TRIGESIMA-OCTAVA.

Aliàs, & nunc 38.

I. CHRISTUS gignitur, glorificate; Chriſtus è cœlis, obviam prodite; Chriſtus in terra, ſubvehimini. *Cantate Domino omnis terra.* Atque, ut hæc duo in unum contraham: *Lætentur cœli, &*

Habita 25. Decembris anni 380. Naſcente Chriſto, cœli

(a) Εἰς τὰ Θεοφάνια Sic plures Codices. Regg. c. & ph. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν. *In ſanctam Chriſti Nativitatem.* Or. I. Εἰς τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In Nativitatem Domini, & Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ſecundùm carnem.*

& terra lætantur.

Pſ. XCV. 1. & 11.

exultet terra, propter cœleſtem, ac poſteà terreſtrem. Chriſtus in carne, tremore & gaudio exultate; tremore, propter peccatum; gaudio, propter ſpem. Chriſtus ex Virgine: mulieres virginitatem colite, ut Chriſti matres ſitis. Quis eum, qui à principio eſt, non adorat? Quis eum, qui poſtremus eſt, non laudat ac celebrat?

A εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, δι' τὸν ἐπουράνιον, εἶτα ἐπίγειον. Χριστὸς ἐν σαρκὶ, τρόμῳ καὶ χαρᾷ ἀγαλλιᾶσθε· τρόμῳ, δι' τὴν ἁμαρτίαν· χαρᾷ, δι' τὴν ἐλπίδα. Χριστὸς ἐκ παρθένου· γυναῖκες παρθενεύετε, ἵνα Χριστοῦ γένησθε μητέρες. τίς οὐ προσκυνεῖ τὸν ἀπ' ἀρχῆς; τίς οὐ δοξάζει τὸν τελευταῖον;

Lux veritatis mundum illuminat.

Exod. X. 21.

Ib. XIII. 21.

Iſai. IX. 2.

II. Cor. V. 17.

II. Rursùs tenebræ ſolvuntur, rursùs lux creatur, rursùs *Ægyptus tenebris vexatur*, rursùs *Iſraël per columnam illuminatur. Populus, qui in ignorantiæ tenebris ſedet*, magnam cognitionis & ſcientiæ lucem inſpiciat. *Vetera tranſierunt: ecce facta ſunt omnia nova.* Littera cedit, ſpiritus ſuperat, umbræ prætereunt, veritas ingreditur. Melchiſedech colligitur: qui ſine matre erat, ſine patre efficitur; priùs quidem ſine matre, pòſt autem ſine patre. Naturæ leges evertuntur. Supernum mundum impleri oportet. Chriſtus jubet: ne obſiſtamus. *Omnes gentes plaudite manibus*, quoniam *parvulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cujus principatus ſuper humerum ejus*, (cum cruce etenim extollitur,) *ac vocatur nomen ejus, magni conſilii*, hoc eſt, paterni, *Angelus*. Clamet Joannes: *Parate viam Domini*. Ego quoque diei hujus vim ac potentiam clamabo: Carnis expers incarnatur: Verbum craſſeſcit: inviſibilis cernitur: intactilis tangitur: tempore vacans initium ſumit: Dei Filius, hominis Filius efficitur, *Jeſus Chriſtus heri, & hodiè, ipſe & in ſæcula*. Judæi offendantur, Græci derideant, hæretici linguæ prurigine afficiantur. Tum credent, cùm in cœlum aſcendentem viderint: quòd ſi ne tum quidem; at certè cùm è cœlo deſcendentem, atque, ut judicem ſedentem aſpexerint.

Pſ. XLVI. 1.

Iſai. IX. 6.

Matth. III. 3.

Hebr. XIII. 8.

B C D

β. Πάλιν [a] τὸ σκότος λύεται, πάλιν τὸ φῶς ὑφίσταται, πάλιν Αἴγυπτος σκότῳ κολάζεται, πάλιν Ισραὴλ στύλῳ φωτίζεται. ὁ λαὸς, ὁ καθήμενος ἐν σκότει τῆς ἀγνοίας, [b] ἰδέτω φῶς μέγα τῆς ἐπιγνώσεως. τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. τὸ γράμμα ὑποχωρεῖ, τὸ πνεῦμα πλεονεκτεῖ, αἱ σκιαὶ παρατρέχουσιν, ἡ ἀλήθεια ἐπεισέρχεται. ὁ [c] Μελχισεδὲκ συνάγεται· ὁ ἀμήτωρ, ἀπάτωρ γίνεται· ἀμήτωρ τὸ πρότερον, ἀπάτωρ τὸ δεύτερον. νόμοι φύσεως καταλύονται. πληρωθῆναι δεῖ τὸν ἄνω κόσμον. [d] Χριστὸς κελεύει· μὴ ἀντιτείνωμεν. πάντα τὰ ἔθνη κροτήσατε χεῖρας, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, [e] υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, τῷ γὰρ σταυρῷ συνεπαίρεται, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς, τῆς τοῦ Πατρὸς, Ἄγγελος. Ἰωάννης βοάτω· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. [f] κἀγὼ βοήσομαι τῆς ἡμέρας τὴν δύναμιν· ὁ ἀσαρκος σαρκοῦται, ὁ Λόγος παχύνεται, ὁ ἀόρατος ὁρᾶται, ὁ ἀναφὴς ψηλαφᾶται, ὁ ἄχρονος ἄρχεται, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἀνθρώπου γίνεται, Ἰησοῦς Χριστὸς, χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἰουδαῖοι σκανδαλιζέσθωσαν, Ἕλληνες διαγελάτωσαν, αἱρετικοὶ γλωσσαλγείτωσαν. τότε [g] πιστεύσουσιν, ὅταν [h] ἴδωσιν εἰς οὐρανὸν ἀνερχόμενον· εἰ δὲ μὴ τότε, ἀλλ' ὅταν ἐξ οὐρανῶν ἐρχόμενον, καὶ ὡς κριτὴν καθεζόμενον.

a b c d e f g h

Duo hujus feſti nomina, ac duæ Incarnationis Verbi cauſæ.

III. Verùm hæc poſteriùs. Nunc autem Theophania, ſive, Natalitia, præſens celebritas: utróque enim modo appellatur, duobus ſcilicet nominibus uni eidémque rei impoſitis. Deus enim per Nativitatem hominibus apparuit, alterum quidem jam exiſtens, & quidem ſempi-

E

γ. Ταῦτα μὲν ὕστερον. τὰ δὲ νῦν Θεοφάνια, ἢ πανήγυρις, εἴτ' οὖν, Γενέθλια· λέγεται γὰρ ἀμφότερα, δύο κειμένων προσηγοριῶν ἑνὶ πράγματι. ἐφάνη γὰρ Θεὸς ἀνθρώποις δι' γεννήσεως· τὸ μὲν ὢν, καὶ ἀεὶ ὢν [i] ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος, ὑπὲρ αἰτίαν καὶ

i

(*a*) Τὸ σκότος. Per *tenebras* intelligit Gregorius *errorem* & *peccatum*; per *lucem* autem, *veram fidei doctrinam* & *virtutem*.

(*b*) Ἰδέτω &c. In Iſaia IX. 2. juxta LXX. legitur: ἴδε τὸ φῶς μέγα. *Vidit lucem magnam*.

(*c*) Μελχισεδέκ. Melchiſedech ſine patre & ſine matre fuit Chriſti typus. Quod quidem in Chriſti Nativitate completum eſt. Hinc Aug. Tract. 8. in Joan. ait: *Chriſtus ſingulariter natus de patre ſine matre, de matre ſine patre; ſine matre Deus, ſine patre homo* &c.

(*d*) Χριστός. Reg. c. Κύριος, *Dominus*.

(*e*) Υἱὸς καί &c. Sic LXX. & melioris notæ Codd. In Ed. Υἱὸς, καί. Quod ſic vertit Billius: *Parvulus natus eſt nobis filius, & datus eſt nobis*.

(*f*) Κἀγώ. Quinque Regg. ἐγώ.

(*g*) Πιστεύσουσιν. Sic ſex Regg. Coisl. 2. & Or. 2. In Ed. πιστεύσωσιν, *credunt*.

(*h*) Ἴδωσιν. Duo Colb. addunt, αὐτόν.

(*i*) Ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος. Hæc deſunt in nonnullis.

λόγος·

λόγον· οὐδὲ γὰρ ἦν τῷ Λόγῳ λόγος ἀνώτερος· τὸ δὲ δι' ἡμᾶς, γενόμενος ὕστερον, ἵν' ὁ τὸ εἶναι δοὺς, καὶ τὸ εὖ εἶναι χαρίσηται· μᾶλλον δὲ, ῥεύσαντας ἡμᾶς ἀπὸ τῷ εὖ εἶναι
a διὰ κακίαν, πρὸς [a] αὐτὸ πάλιν ἐπαναγάγῃ
b διὰ σαρκώσεως. ὄνομα δὲ, [b] τῷ φανῆναι μὲν, Θεοφάνια· τῷ δὲ γεννᾶσθαι, Γενέθλια.

ternè ex sempiterno, supra causam omnem ac rationem; (neque enim causa ulla Verbo superior erat;) alterum, nostræ salutis causâ, posteà factus, ut, qui vitam dederat, idem beatam quoque vitam largiretur; vel potiùs, ut nos per vitium à beata vita prolapsos, ad eandem rursùs per Incarnationem suam revocaret. Theophania igitur ob eam causam hoc festum appellatur, quòd apparuerit: Nativitas verò, quòd natus sit.

δ'. Τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ πανήγυρις, τοῦτο ἑορτάζομεν σήμερον, ἐπιδημίαν Θεοῦ πρὸς B
c ἀνθρώπους, ἵνα πρὸς Θεὸν [c] ἐνδημήσωμεν, ἢ ἐπανέλθωμεν, οὕτω γὰρ εἰπεῖν οἰκειότερον· ἵνα τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποθέμενοι, τὸν νέον ἐνδυσώμεθα· καὶ ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀπεθάνομεν, οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ ζήσωμεν,
d Χριστῷ καὶ [d] συγγεννώμενοι, καὶ συσταυρούμενοι, καὶ [e] συνθαπτόμενοι, καὶ συνανιστάμενοi. δεῖ γάρ με παθεῖν τὴν καλὴν ἀντίστροφήν· καὶ ὥσπερ ἐκ τῶν χρηστοτέρων, ἦλθε τὰ λυπηρὰ, οὕτως ἐκ τῶν λυπηρῶν, C ἐπανελθεῖν τὰ χρηστότερα. οὗ γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσευσεν ἡ χάρις· καὶ εἰ ἡ γεῦσις κατέκρινε, πόσῳ μᾶλλον τὸ Χριστὸν παθεῖν ἐδικαίωσεν; τοιγαροῦν ἑορτάζωμεν, μὴ πανηγυρικῶς, ἀλλὰ θεϊκῶς· μὴ κοσμικῶς, ἀλλ' ὑπερκοσμίως· μὴ τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ τὰ τοῦ ἡμετέρου, μᾶλλον δὲ, τὰ τῷ δεσπότου· μὴ τὰ τῆς ἀσθενείας, ἀλλὰ τὰ τῆς ἰατρείας· μὴ τὰ τῆς πλάσεως, ἀλλὰ τὰ τῆς ἀναπλάσεως. D

IV. Hoc festum nostrum est, hoc hodierno die celebramus, Dei nimirùm ad homines adventum, ut ad Deum accedamus, aut, (id enim aptiùs dicitur,) revertamur; ut, depositò veteri homine, novum induamus; & quemadmodùm in veteri Adamo mortui sumus, ita in Christo vivamus, dum nimirùm cum Christo, & nascimur, & cruci affigimur, & sepelimur, & resurgimus. Pulchra enim in contrarium mutatio mihi subeunda est, ut, quemadmodùm ex secundis rebus molestæ venerunt, sic etiam ex molestis lætæ & jucundæ redeant. *Ubi enim abundavit peccatum, superabundavit & gratia:* &, si gustus condemnavit, quantò magis Christi passio justificavit? Quocirca non ut in publicis festis fieri solet, sed divinè; non mundanè, sed supra mundanè; non quæ nostra sunt, sed ejus qui noster est, vel, ut rectiùs loquar, ejus qui Dominus est; non quæ infirmitatis sunt, sed quæ curationis; non quæ creationis, sed quæ regenerationis, celebremus.

Christi Nativitas, propria Christianorum festivitas.

Rom. v. 20.

ε'. Εσται δὲ τοῦτο πῶς; μὴ πρόθυρα στεφανώσωμεν, μὴ χορεὺς συστησώμεθα, μὴ κοσμήσωμεν ἀγυίας, μὴ ὀφθαλμὸν ἐστιάσωμεν, μὴ ἀκοὴν καταυλήσωμεν, μὴ ὄσφρησιν ἐκθηλύνωμεν, μὴ γεῦσιν καταπορνεύσωμεν, μὴ ἁφῇ χαρισώμεθα, ταῖς προχείροις εἰς κακίαν ὁδοῖς, καὶ εἰσόδοις τῆς ἁμαρτίας, μὴ ἐσθῆτι μαλακισθῶμεν, ἁπαλῇ τε καὶ περιῤῥεούσῃ, καὶ ἧς τὸ κάλλιστον ἀχρηστία, μὴ λίθων διαυγείαις, E μὴ χρυσοῦ περιλάμψεσι, μὴ χρωμάτων σοφίσμασι ψευδομένων τὸ φυσικὸν κάλλος, καὶ κατὰ τῆς εἰκόνος ἐξευρημένων· μὴ κώμοις καὶ μέθαις, οἷς κοίτας καὶ ἀσελγείας οἶδα συνεζευγμένας· ἐπειδὴ κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθήματα, μᾶλλον δὲ, πονηρῶν σπερμάτων πονηρὰ τὰ γεώργια. μὴ στιβάδας

V. Id autem quâ ratione consequemur? Nempè, si nec domûs vestibula coronis cingamus, nec choros agitemus, nec vicos ornemus, nec oculum pascamus, nec aurem cantu mulceamus, nec olfactum muliebriter deliniamus, nec gustui lenocinemur, nec tactui gratificemur, promptis, inquam, illis ad vitium viis, & peccati januis, nec delicatis & circumfluentibus vestibus emolliamur, quarum quod pulcherrimum est, nulli usui est, nec gemmarum splendoribus, nec auri fulgoribus, nec colorum artificiis nativam pulchritudinem ementientibus, atque adversùs divinam imaginem excogitatis; nec *comessationibus & ebrietatibus*, quibus cubilia & impudicitias adjuncta esse scio; quandoquidem malorum magistrorum malæ doctrinæ sunt, vel potiùs, malorum seminum malæ segetes. Ne altos è frondibus toros figamus, ventri umbracula

Non Ethnicorum more celebranda.

Rom. XIII. 13.

(a) Αὐτό. Reg. ph. sed recentiori manu, ἑαυτόν.
(b) Τῷ φανῆναι. Chrys. τὸ φανῆναι. Mox idem, τὸ δὲ γεννᾶσθαι.
(c) Ἐνδημήσωμεν. *Præsentes simus, accedamus.* Sic plerique Codd. In Ed. ἐκδημήσωμεν, *excedamus.*
(d) Συγγεννώμενοι. *Nascimur.* Sic Comb. Sic etiam legit Billius. In Ed. συγγενόμενοι, *Conversamur.*
(e) Συνθαπτόμενοι. Chrys. & Par. addunt, προθύμως, *alacriter.*

delicata fabricantes. Nec fragrantia vina, nec coquorum lenocinia, nec exquisitissima unguenta in pretio habeamus. Nec terra & & mare pretiosum nobis stercus dono offerant: (hoc enim honore delicias afficere soleo.) Nec alius alium intemperantiâ superare contendamus. Mihi enim intemperantia est, quidquid superfluum est, usúsque necessarios excedit; ídque esurientibus aliis, atque inopiâ laborantibus, iis, inquam, qui ex eodem luto & temperamento constant.

ὑφηλὰς πηξώμεθα σκηνοποιοῦντες τῇ γαστρὶ τὰ τῆς θρύψεως. μὴ τιμήσωμεν οἴνων τοὺς ἀνθοσμίας, ὀψοποιῶν μαγγανείας, μύρων πολυτελείας. μὴ γῆ καὶ θάλασσα τὴν τιμίαν ἡμῖν κόπρον δωροφορείτωσαν· οὕτω γὰρ ἐγὼ τιμᾶν οἶδα τρυφήν. μὴ ἄλλος ἄλλον ἀκρασίᾳ νικᾶν σπουδάζωμεν. ἀκρασία γὰρ ἐμοὶ, πᾶν τὸ περιττὸν, καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν· καὶ ταῦτα πεινώντων ἄλλων καὶ δεομένων, τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ τε καὶ κράματος.

Christianorum deliciæ, in Christi nascentis & ejusdem legis meditatione reconduntur.

VI. Verùm hæc Gentilibus, ac Gentilitiis pompis, festísque relinquamus: qui etiam iis, quos sacrificiorum nidor oblectat, Deorum nomen tribuunt, aptéque proindè divinum numen ventre colunt, mali utique malorum Dæmonum, & fictores, & sacerdotes, & cultores. At nos, à quibus Verbum adoratur, si quid deliciis dandum est, in sermone deliciemur, atque in lege divina, & narrationibus, cùm aliis, tum iis præsertim, quæ præsenti Festo consentaneæ sunt; ut aptæ, miniméque ab eo, à quo convocati sumus, alienæ sint deliciæ nostræ. An verò placet, ut, quandoquidem hodierno die convivatoris apud vos munere perfungor, vobis, præclaris convivis, sermonem de his rebus, quàm fieri poterit, lautissimum & copiosissimum apponam, ut noscatis, quàm bellè, & indigenas peregrinus, & urbanos rusticus, & deliciis operam dantes homo à deliciis alienus, & opibus claros pauper ac domo carens, alere queat? Hinc autem exordiar: ac vos, quæso, & mentem, & aures, & animum purgatum afferte, quicunque hujusmodi deliciis studetis; (quandoquidem quæ de Deo habetur, divina quoque ipsa est Oratio;) ut deliciis haudquaquàm evanescentibus reverà affecti discedatis. Erit autem eadem simul & pleniſſima, & maximè compendiosa; ut nec ob defectum molestiam, nec ob saturitatem tædium afferat.

ς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν Ἕλλησι παρῶμεν, καὶ Ἑλληνικοῖς κόμποις, καὶ πανηγύρεσιν· οἳ καὶ Θεοὺς [a] ὀνομάζουσι κνίσσαις χαίροντας, καὶ ἀπολούθως τὸ θεῖον τῇ γαστρὶ θεραπεύουσι, πονηροὶ πονηρῶν δαιμόνων, καὶ πλάσται, καὶ [b] μυσταγωγοὶ, καὶ μύσται τυγχάνοντες. ἡμεῖς δὲ, οἷς Λόγος τὸ προσκυνούμενον, κἂν τι [c] δέῃ τρυφᾶν, [d] ἐν λόγῳ τρυφήσωμεν, καὶ θείῳ νόμῳ, [e] καὶ διηγήμασι, τοῖς τε ἄλλοις, καὶ [f] ἐξ ὧν ἡ παροῦσα πανήγυρις· [g] ἵν' οἰκεῖον ᾖ τὸ τρυφᾶν, καὶ μὴ πόρρω τοῦ συγκαλέσαντος. ἢ βούλεσθε, καὶ γὰρ ἐγὼ σήμερον ἑστιάτωρ ὑμῖν, ἐγὼ τὸν περὶ τούτων παραθῶ λόγον τοῖς καλοῖς ὑμῖν δαιτυμόσιν, ὡς οἷόν τε δαψιλῶς τε καὶ φιλοτίμως, ἵν' εἰδῆτε, πῶς δύναται τρέφειν ὁ ξένος τοὺς ἐγχωρίους, καὶ τοὺς [h] ἀστικοὺς ὁ ἄγροικος, καὶ τοὺς τρυφῶντας ὁ μὴ τρυφῶν, καὶ τοὺς περιουσίᾳ λαμπροὺς, ὁ πένης τε καὶ ἀνέστιος; ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν· καί μοι καθήρασθε, καὶ νοῦν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν, ὅσοι τρυφᾶτε τὰ τοιαῦτα· ἐπειδὴ περὶ Θεοῦ, καὶ θεῖος ὁ λόγος· ἵν' ἀπέλθητε [i] τρυφήσαντες ὄντως τὰ μὴ κενούμενα. ἔσται δὲ ὁ αὐτὸς πλησέστατός τε ἅμα καὶ συντομώτατος· ὡς μήτε τῷ ἐνδεεῖ λυπεῖν, μήτε [k] ἀηδὴς εἶναι διὰ τὸν κόρον.

Deus semper est.

VII. Deus, & erat semper, & est, & erit: vel, ut rectiùs loquar, semper *Est*. Nam *Erat*, & *Erit*, nostri temporis, fluxæque naturæ segmenta sunt. Ille autem semper *Est*, atque hoc modo seipsum nominat, cùm in monte Moysi oraculum edit. Universum enim id, quod est, in se complectitur, nec principium habens, nec

Exod. III. 14.

ζ. Θεὸς ἦν μὲν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται· μᾶλλον δὲ, ἔστιν ἀεί. τὸ γὰρ ἦν, καὶ ἔσται, τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τμήματα, καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως· ὁ δὲ ὢν ἀεὶ, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει, τῷ Μωσεῖ [l] χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους. ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν, ἔχει τὸ εἶναι, μήτε

(a) Ονομάζουσι. Or. 1. νομίζουσι, *Deos arbitrantur nidore sacrificiorum delectari.*

(b) Μυσταγωγοὶ καὶ μύσται. *Erroris ac Dæmonum doctores & discipuli.*

(c) Δέῃ. Quatuor Regg. octo Colb. Chrys. δέοι.

(d) Ἐν λόγῳ. Coisl. 1. ἐν λόγοις.

(e) Καὶ διηγήμασι. Sic Regg. bm. ph. Chrys. &c. In Ed. καὶ διηγήματι.

(f) Ἐξ ὧν &c. *Ex quibus præsens solemnitas constat;* in qua scilicet agitur de homine creato, lapso & instaurando per mysterium Incarnationis.

(g) Ἵν' οἰκεῖον ᾖ. Sic Regg. b. c. d. bm. ph. Chrys. Coisl. 1. Or. 1. &c. In Ed. ἵν' οἰκείαν ᾖ.

(h) Ἀστικούς. Sic tres Regg. & totidem Colb. ac Or. 1. In Ed. ἀστυκούς.

(i) Τρυφήσαντες. Comb. τρυφήσοντες.

(k) Ἀηδὴς. Or. 1. ἀηδεῖς.

(l) Χρηματίζων. Sic Comb. ex duobus Codd. & Bas. In Ed. χηματίζων, *effingens.*

[a] [a]ἀρξάμενον, μήτε παυσόμενον, οἷόν τι πέ- A
λαγος οὐσίας ἄπειρον καὶ ἀόριστον, πᾶσαν
ὑπερεκπίπλον ἔννοιαν, καὶ χρόνου καὶ φύσεως·
[b] νῷ μόνῳ σκιαγραφούμενος, καὶ [b]τοῦτο λίαν
[c] ἀμυδρῶς καὶ μετρίως, [c]οὐκ ἐκ τῶν κατ'
αὐτὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, ἄλλης ἐξ
ἄλλου φαντασίας συλλεγομένης, εἰς ἕν τι
τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα, πρὶν κρατηθῆναι,
φεῦγον, καὶ πρὶν νοηθῆναι, δι' ἀφιδράσκον·
τοσαῦτα περιλάμπον ἡμῶν τὸ ἡγεμονικὸν,
καὶ ταῦτα κεκαθαρμένον, ὅσα καὶ ὀψὶν B
ἀστραπῆς τάχος οὐκ ἱσταμένης. ἐμοὶ δοκεῖν,
[d] ἵνα πρὸ ληπτῷ μὲν ἔλκῃ πρὸς [d]ἑαυτό· τὸ
γὰρ τελέως ἀληπτον, ἀνέλπιστον, καὶ
ἀνεπιχείρητον· πρὸ δὲ ἀλήπτῳ θαυμάζηται,
θαυμαζόμενον δὲ ποθῆται πλέον, πο-
θούμενον δὲ καθαίρῃ, καθαῖρον δὲ θεοει-
[e] δεῖς [e]ἀπεργάζηται, τοιούτοις δὲ γενομένοις,
ὡς οἰκείοις, ἤδη πρὸσομιλῇ, τολμᾷ τι
νεανικὸν ὁ λόγος, Θεὸς θεοῖς ἑνούμενός τε
καὶ γνωριζόμενος, καὶ τοσοῦτον ἴσως, ὅσον C
ἤδη γινώσκει τοὺς γινωσκομένους. ἄπειρον
οὖν τὸ θεῖον καὶ δυσθεώρητον· καὶ τοῦτο
πάντῃ καταληπτὸν αὐτοῦ μόνον, ἡ ἀπειρία·
[f] κἂν τις οἴηται [f]τῷ ἁπλῆς εἶναι φύσεως,
ἢ ὅλον ἀληπτον εἶναι, ἢ τελέως ληπτόν.
τί γὰρ ὂν ἁπλῆς ἐστὶ φύσεως, ἐπιζητήσω-
μεν. οὐ γὰρ δὴ τοῦτο φύσις αὐτῷ ἡ ἁπλότης·
εἴπερ μηδὲ τοῖς συνθέτοις, μόνον τὸ εἶναι
συνθέτοις.

finem habiturum, velut pelagus quoddam essentiæ immensum & interminatum, omnem, tum temporis, tum naturæ cogitationem superans; mente solâ adumbratus is, & quidem perexiguè ac perobscurè, non ex his quæ in ipso sunt, sed quæ circa ipsum: aliâ ex alio collectâ specie ad unum quoddam veritatis simulacrum, priusquàm teneatur, effugiens, & priusquàm intellectu percipiatur, se ipsum fugâ proripiens: tantùm principem nostrî partem, eámque à vitiorum labe purgatam, collustrans, quantùm oculorum aciem fulguris celeritas minimè consistentis. Hoc autem, meâ quidem sententiâ, idcircò fit, ut quatenùs comprehendi potest, nos ad se trahat; (quod enim percipi omninò nequit, id nec sperat quisquam, nec assequi conatur;) quatenùs autem capi non potest, admirationem sui excitet, atque ex ipsa admiratione vehementiùs expetatur, expetitus purget, purgans autem divinos efficiat, talésque cùm redditi sunt, cum iis jam, velut cum familiaribus, consuetudinem habeat, (metuo ne hoc audacius à me dictum videri possit,) Deus diis unitus & cognitus, ac tantùm fortassè, quantùm jam eos, qui ipsi noti sunt, cognoscit. Immensus igitur & infinitus est Deus, & ad contemplandum difficilis: atque hoc solùm omninò de ipso comprehendi potest, nempè quòd immensus, & infinitus sit: etsi quispiam existimet, eum, quia simplicis naturæ sit, rationem hanc habere, ut, vel prorsùs incomprehensibilis sit, vel prorsùs ac perfectè comprehendi queat. Quid enim ille sit, qui naturam simplicem habet, exquiramus. Neque enim simplicitas illi natura est: quandoquidem nec compositis sola compositio. D

Immensus & infinitus.

η. Διχῇ δὲ τοῦ ἀπείρου θεωρουμένου, κατά τε ἀρχὴν καὶ τέλος· τὸ γὰρ ὑπὲρ ταῦτα, καὶ μὴ ἐν τούτοις, ἄπειρον· ὅταν
[g] μὲν [g]εἰς τὸν ἄνω βυθὸν ὁ νοῦς ἀποβλέψῃ, οὐκ ἔχων ὅποι στῇ καὶ ἀπερείσηται ταῖς περὶ Θεοῦ φαντασίαις, τὸ ἐνταῦθα ἄπειρον καὶ ἀνέκβατον, ἄναρχον προσηγόρευσεν·
[h] ὅταν δὲ [h]εἰς τὰ κάτω καὶ τὰ ἑξῆς, ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον· ὅταν δὲ συνέλῃ τὸ πᾶν, αἰώνιον. αἰὼν γὰρ, οὔτε χρόνος, οὔτε E
χρόνου τι μέρος· οὐδὲ γὰρ μετρητόν·
[i] ἀλλ' [i]ὅπερ ἡμῖν ὁ χρόνος, ἡλίου φορᾷ μετρούμενος, τοῦτο τοῖς ἀϊδίοις, αἰὼν, τὸ συμπαρεκτεινόμενον τοῖς οὖσιν, οἷόν τι χρονικὸν κίνημα, καὶ διάστημα. ταῦτά μοι

VIII. Jam verò, cùm immensitas bifariam consideretur, nempè & principii, & finis ratione; (nam quod supra hæc est, ac non in his, immensum est;) cùm in superius profundum mens aspexit, non habens ubi consistat, formísque illis, quas de Deo concipit, innitatur, immensum hoc & inextricabile, anarchum, hoc est, principio carens, appellavit: cùm autem ad inferiora & posteriora, immortale atque interitûs expers: cùm verò utrumque contraxit & collegit, æternum. Æternitas enim, nec tempus, nec temporis pars ulla est; (nec enim in mensuram cadit;) sed quod nobis tempus est, Solis motu definitum, hoc æternis ævum est, nimirùm ille quasi temporalis quidam motus, & intervallum, quod simul cum æternis extenditur. Atque hæc nobis

Immensitas bifariam consideratur, ratione principii & ratione finis.

Quid Æternitate intelligatur.

(a) Ἀρξάμενον... παυσόμενον. Or. 1. ἀρξάμενος... παυσόμενος.
(b) Τῶτο. Sic Reg. ph. &c. In Ed. τότῳ.
(c) Οὐκ ἐκ τῶν &c. *Non ex iis quæ in ipso sunt, sed ex iis quæ sunt circa ipsum*, nempè, *ex creaturis.*
(d) Ἑαυτό. Reg. ph. ἐαυτόν.
(e) Ἀπεργάζηται. Tres Regg. ἐργάζηται.
(f) Τῷ ἁπλῆς. Sic tres Regg. & decem Colb. In Ed. τὸ ἁπλῆς.
(g) Εἰς τὸν ἄνω βυθόν. Gloss. εἰς τὰ παρελθόντα, *ad præterita.*
(h) Εἰς τὰ κάτω. Reg. ph. εἰς τὸν κάτω, nempè, βυθόν. Gloss. εἰς τὰ μέλλοντα, *ad futura.*
(i) Ὅπερ ἡμῖν. Reg. c. ὃ παρ' ἡμῖν.

in præsentia de Deo dicta sint. Neque enim plura differere hujus est temporis, quandoquidem nobis hoc loco, non de Divinitate, sed de œconomia instituta est Oratio. Deum porrò cùm dico, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum dico; nec ultra hæc diffusâ divinitate, ne Deorum turbam inducamus; nec rursùs infra hæc finitâ & restrictâ, ne Deitatis inopiâ premi judicemur, vel propter unius principatum in Judaïsmum, vel propter Deorum multitudinem in Gentilismum incidentes. Nam utrobique malum æquale est, tametsi in contrariis reperiatur. Sic nimirùm Sancta Sanctorum, quæ etiam *à Seraphinis* obteguntur, ac tribus sanctificationibus celebrantur, in unam dominationem ac Deitatem coëuntibus: quemadmodùm & alius quidam ante nos pulcherrimè & sublimissimè philosophatus est.

Tota Trinitas, unus Deus est.

Isai. VI. 2. *& seq.*

IX. Quoniam autem bonitati nequaquàm satis erat suâ ipsius solùm contemplatione moveri, sed bonum diffundi ac propagari oportebat, ut plura essent, quæ beneficio afficerentur, (id enim summæ bonitatis erat,) primùm Angelicas & cœlestes virtutes cogitavit: atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo conficiebatur, ac Spiritu explebatur. Atque ita secundi splendores procreati sunt, primi splendoris administri; sive intelligentes spiritus, sive ignem velut materiæ expertem & incorporeum, sive aliam quandam naturam, quàm proximè ad has accedentem, eas existimare oportet. Gestit quidem animus dicere ad malum immobiles, atque ad bonum duntaxat agitationem habentes, utpotè Deum circumstantes, ac primario Dei fulgore collucentes; (hæc enim inferiora secundariæ illuminationis sunt;) verùm ut non omninò immobiles, sed ægrè mobiles existimem ac dicam, mihi persuadet ille ob splendorem Lucifer, qui propter superbiam caligo, & effectus est, & nominatur, ac subjectæ ipsi rebelles potestates, quæ per boni fugam vitium effecerunt, illudque nobis contraxerunt.

Omnis creatura à Dei benignitate originem ducit.

Angelorum creatio.

X. Sic igitur, atque ob has causas, intellectilis mundus ab eo creatus est, quantùm quidem ipse de his rebus philosophari queo, exiguâ Oratione res magnas

Visibilis mundi creatio.

A περὶ Θεοῦ [a] περιλοσοφήσθω τανῦν. οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ ταῦτα καιρὸς, ὅτι μὴ θεολογία τὸ προκείμενον ἡμῖν, ἀλλ' οἰκονομία. Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, λέγω Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος· οὔτε ὑπὲρ ταῦτα τῆς θεότητος χεομένης, ἵνα μὴ δῆμον Θεῶν εἰσαγάγωμεν· οὔτε ἐντὸς τούτων ὁριζομένης, ἵνα μὴ πενίαν θεότητος κατακριθῶμεν, ἢ διὰ τὴν μοναρχίαν Ιουδαΐζοντες, ἢ διὰ τὴν ἀφθονίαν Ελληνίζοντες. τὸ γὰρ B κακὸν ἐν ἀμφοτέροις ὅμοιον, κἂν ἐν τοῖς ἐναντίοις [b] εὑρίσκηται. οὕτω μὲν οὖν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τοῖς Σεραφὶμ συγκαλύπτεται, καὶ δοξάζεται τρισὶν ἁγιασμοῖς, εἰς μίαν συνιοῦσι κυριότητα καὶ θεότητα· [c] ὃ καὶ ἄλλῳ τινὶ τῶν περὶ ἡμῶν περιλοσόφηται κάλλιστά τε καὶ ὑψηλότατα.

θ. Επεὶ δὲ οὐκ ἤρκει τῇ ἀγαθότητι τοῦτο, τὸ κινεῖσθαι μόνον τῇ ἑαυτῆς θεωρίᾳ, ἀλλ' ἔδει χεθῆναι τὸ ἀγαθὸν καὶ ὁδεῦσαι, C ὡς πλείονα εἶναι τὰ εὐεργετούμενα, τοῦτο γὰρ τῆς ἄκρας ἦν ἀγαθότητος, [d] περῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς Αγγελικὰς δυνάμεις καὶ οὐρανίους· καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, [e] Λόγῳ συμπληρούμενον, καὶ Πνεύματι τελειούμενον. καὶ οὕτως ὑπέστησαν λαμπρότητες δεύτεραι, λειτουργοὶ τῆς περῶτης λαμπρότητος· εἴτε νοεραὶ πνεύματα, εἴτε πῦρ οἷον ἄϋλον καὶ ἀσώματον, εἴτέ τινα φύσιν ἄλλην, ὅτι ἐγγυτάτω τῶν εἰρημένων, ταύτας ὑπολημπτέον. D βούλομαι μὲν εἰπεῖν, ὅτι ἀκινήτους περὸς τὸ κακὸν, καὶ μόνην ἐχούσας τὴν τοῦ καλοῦ κίνησιν, ἅ τε περὶ Θεὸν οὖσας, καὶ τὰ περῶτα ἐκ Θεοῦ λαμπομένας· τὰ γὰρ ἐνταῦθα, δευτέρας ἐλλάμψεως· πείθει δέ με, μὴ ἀκινήτους, ἀλλὰ δυσκινήτους, καὶ ὑπολαμβάνειν ταύτας, καὶ λέγειν, ὁ διὰ τὴν λαμπρότητα ἑωσφόρος, σκότος διὰ τὴν ἔπαρσιν ἢ γενόμενος, ἢ λεγόμενος, αἵ τε ὑπ' αὐτὸν ἀποστατικαὶ δυνάμεις, E δημιουργοὶ τῆς κακίας, τῇ τοῦ καλοῦ φυγῇ, καὶ ἡμῖν περόξενοι.

ι. Οὕτω μὲν οὖν ὁ νοητὸς αὐτῷ, καὶ διὰ ταῦτα ὑπέστη κόσμος, ὡς ἐμὲ γοῦν περὶ τούτων φιλοσοφῆσαι, μικρῷ λόγῳ τὰ μεγάλα

(*a*) Περιλοσοφήσθω. Reg. bm. περιλοσοφείσθω. Mox, οἰκονομία, œconomia, id est, *Incarnatio*, seu, *Nativitas*.

(*b*) Εὑρίσκηται. Comb. εὑρίσκεται.

(*c*) Ο καὶ ἄλλῳ τινί &c. Schol. Οἶμαι αὐτὸν Αθανάσιον λέγειν ἐν τῷ δ. πρὸς τὰς αἱρέσεις, εἴτουν κατὰ Αρειανῶν. *Credo Athanasium ab eo significari, in quarto adversùs Hæreses, seu, adversùs Arianos libro.* Nec aliter sentit Nicetas, quamvis locum non afferat. Budæus verò in commentariis, de quodam Dionysio sic interpretatur: *De hoc magno auctore Dionysio*, inquit, *quicumque ille fuerit, mihi locutus esse videtur Magnus Gregorius*, ἐν τῷ εἰς τὰ γενέθλια λόγῳ, his verbis: Θεῶ ὅταν εἴπω, λέγω Πατρὸς &c.

(*d*) Πρῶτον μὲν ἐννοεῖ &c. Schol. Οτι πρὸ παντὸς τοῦ ὁρωμένου τούτου τοῦ κόσμου, ταύτας ὑποκεῖσθαι φησί. *Ait cœlestes virtutes, ante hunc mundum oculis subjectum, fuisse conditas.* Hæc est communis omnium Græcorum opinio.

(*e*) Λόγῳ συμπληρούμενον. *Verbo completum, & Spiritu perfectum*; quod Nicetas, *sanctificatum*, exponit.

σεσημασμένον.

σκαθημώμενον. ἐπεὶ δὲ τὰ πρῶτα καλῶς εἶχεν αὐτῷ, δεύτερον ἐννοεῖ κόσμον ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον· καὶ οὗτός ἐστι τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημά τε καὶ σύγκριμα, ἐπαινετὸν μὲν τῆς καθ' ἕκαστον εὐφυίας, ἀξιεπαινετώτερον δὲ τῆς ἐξ ἁπάντων εὐαρμοσίας καὶ συμφωνίας, ἄλλου πρὸς ἄλλό τι καλῶς ἔχοντος, καὶ πάντων πρὸς ἅπαντα, εἰς ἑνὸς κόσμου συμπλήρωσιν· ἵνα δείξῃ, μὴ μόνον οἰκείαν ἑαυτῷ φύσιν, ἀλλὰ καὶ πάντῃ ξένην ὑποσπήσασθαι δυνατὸς ὤν. οἰκεῖον μὲν γὰρ θεότητος, αἱ
a νοεραὶ φύσεις, καὶ νῦν μόνῳ λαμπραί· [a] ξένον δὲ παντάπασιν, ὅσαι ὑπὸ τὴν αἴσθησιν, καὶ τούτων αὐτῶν ἔτι πορρωτέρω, ὅσαι παντελῶς ἄψυχοι καὶ ἀκίνητοι. ἀλλὰ τί τούτων ἡμῖν, τάχα ἂν εἴποι τις τῶν λίαν φιλεόρτων
b καὶ θερμοτέρων; [b] κέντει τὸν πῶλον πρὸς τὴν νύσσαν. τὰ τῆς ἑορτῆς ἡμῖν φιλοσόφει, καὶ οἷς προσκαθεζόμεθα σήμερον. τοῦτο δὴ καὶ
c ποιήσω, καὶ εἰ μικρὸν ἄνωθεν ἠρξάμην, [c] ἕτω τοῦ πόθου καὶ τοῦ λόγου βιασαμένων.

expendens. Posteaquàm autem primas creationis partes præclarè constitutas vidit, alterum mundum materiâ constantem & aspectabilem cogitavit; hanc nimirùm ex cœlo & terra, & his rebus, quæ eorum complexu continentur, coagmentationem & concretionem, laudandam illam quidem, ob singularum partium elegantiam, verùm laudabiliorem ob eam, quæ ex universis existit, concinnitatem atque concordiam, aliâ re videlicet cum alia quadam pulchrè quadrante, atque omnibus cum universis, ad unius mundi ornatum omnibus numeris absolvendum: ut illud ostenderet, se non modò sibiipsi cognatam & propinquam naturam, sed etiam omninò alienam posse procreare. Divinitatis enim propinquæ sunt naturæ mente præditæ, & quæ mente solâ percipi possunt: alienæ autem prorsùs, quæcunque sub sensus cadunt, hísque ipsis longiùs adhuc remotæ, quæ animâ prorsùs & motu carent. Sed quorsùm hæc ad nos, dixerit fortassè quispiam ex his, qui festis impensiùs delectantur, ac fervidiori animo sunt? Equum ad metam stimula. De iis, quæ ad festum attinent, & ob quæ hodiè assidemus, philosophare. Hoc equidem faciam, etsi paulò altiùs exorsus sum, cùm desiderium & Orationis series ad id cogant.

Naturæ mente præditæ Divinitatis propinquæ sunt; remotæ verò, quæ animâ & motu carent.

d ια. [d] Νοῦς μὲν οὖν ἤδη καὶ αἴσθησις, οὕτως ἀπ' ἀλλήλων διακριθέντα, τῷ ἰδίων ὅρων ἐντὸς εἰσπήκεισαν, καὶ τὸ τῶ δημιουργῶ Λόγω μεγαλεῖον ἐν ἑαυτοῖς ἔφερον, σιγῶντες ἐπαινέται τῆς μεγαλουργίας, καὶ διαφρύσιοι κήρυκες. ὕπω δὲ ἦν κρᾶμα ἐξ ἀμφοτέρων, οὐδέ τις μίξις τῷ ἐναντίων, Σοφίας μείζονος γνώρισμα, καὶ τῆς περὶ τὰς φύσεις πολυτελείας· οὐδὲ ὁ πᾶς πλοῦτος τῆς ἀγαθότητος γνώριμος. τοῦτο δὴ βουληθεὶς ὁ τεχνίτης ἐπιδείξασθαι Λόγος, καὶ ζῶον ἓν ἐξ ἀμφοτέρων, ἀοράτου τε λέγω καὶ ὁρατῆς φύσεως, δημιουργεῖ τὸν ἄνθρωπον· καὶ σῶμα μὲν τῆς ὕλης λαβὼν τὸ σῶμα ἤδη προϋποστάσης,
e παρ' ἑαυτοῦ δὲ [e] πνοὴν ἐνθεὶς, ὃ δὴ νοερὰν ψυχὴν καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος, οἷόν τινα κόσμον δεύτερον, ἐν μικρῷ μέγαν, ἐπὶ τῆς γῆς ἵστησιν, Ἄγγελον ἄλλον, προσκυνητὴν μικτὸν, ἐπόπτην τῆς ὁρατῆς κτίσεως, μύστην τῆς νοουμένης, βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς, βασιλευόμενον ἄνωθεν, ἐπίγειον & οὐράνιον, πρόσκαιρον

XI. Enimverò mens jam & sensus, sic inter se discreta, finibus suis se continebant, opificisque Verbi majestatem in seipsis ferebant, taciti laudatores insignis opificii, & celebres præcones. Nondùm autem utriusque temperatio ulla erat, aut contrariorum mixtura, quæ sublimioris sapientiæ ac circa naturarum creationem varietatis & excellentiæ specimen exhiberet; nec omnes bonitatis divitiæ notæ atque spectatæ erant. Cùm igitur artifici Verbo istud ostendere placuisset, animal unum ex utroque, hoc est, ex invisibili ac visibili natura hominem fabricatur; atque à materia, quæ priùs jam creata erat, corpus accipiens, à se autem spiraculum inserens, (quod quidem intellectualem animam, Deíque imaginem Scriptura vocat,) velut alterum quendam mundum, in parvo magnum, in terra collocat, Angelum alium, mixtum adoratorem, visibilis naturæ spectatorem, intellectilis mysten, eorum quidem, quæ in terra sunt, Regem, superis autem subditum, terrenum & cælestem, caducum & immortalem, visibilem & intelligibilem, medium

Hominis; ex visibili & invisibili natura, creatio.

Homo terrenus simul & cælestis.

(a) Ξένον δὲ παντάπασιν &c. Hæc sic exponit Nicetas: *Naturæ quæ in sensus cadunt, alienæ sunt à Deo ratione naturæ, eò quòd nullam cum eo similitudinis rationem habeant. Verùm, quantùm ad Creationis & Providentiæ rationem, nulla natura est à Deo aliena.*

(b) Κέντει τὸν πῶλον &c. Ruffinus proverbium istud sic vertit: *Quid hæc ad causam? Quid currus agis extra metam? Illa nobis, quæ ad solemnitatem pertinent, differe.*

(c) Οὕτω τῷ πόθῳ καὶ τῷ λόγῳ βιασαμένων. *Desiderio, & Orationis serie cogentibus.* Hæc à Billio omissa.

(d) Νοῦς... καὶ αἴσθησις. Gregorius, juxta Nicetam, per *mentem* intelligit *Angelos;* per *sensum* verò, *mundum*, qui sensu percipitur.

(e) Πνοήν. *Spiraculum.* Sic tres Regg. quatuor Colb. Coisl. 1. Chrys. Sic etiam legit Billius. In Ed. ζωήν, *vitam.*

inter magnitudinem & humilitatem; eundem, ſpiritum & carnem; ſpiritum, propter gratiam; carnem, ob ſuperbiam: illud, ut maneat, ac benefactoris gloriam prædicet; hoc, ut vexetur, ac per vexationes admoneatur, & ob magnitudinem glorians erudiatur atque caſtigetur; animal hîc gubernatum, atque aliò demigrans, &, quòd myſterii extremum eſt, per animi ad Deum propenſionem divinitatem conſequens. Eò enim mihi veritatis ille ſplendor, quem hîc exiguè haurimus, tendit, ut Dei claritatem, & videam, & ſentiam, dignam eo, qui, & conſtrinxit, & diſſolvet, ac rurſùm ſublimiùs colligabit.

A καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοούμενον, μέσον μεγέθους καὶ ταπεινότητος· τὸν αὐτὸν, πνεῦμα καὶ σάρκα· πνεῦμα διὰ τὴν χάριν, σάρκα διὰ τὴν ἔπαρσιν· τὸ μὲν, ἵνα μένῃ καὶ δοξάζῃ τὸν εὐεργέτην· τὸ δὲ, ἵνα πάσχῃ, καὶ [a] πάσχων ὑπομιμνήσκηται καὶ παιδεύηται τῷ μεγέθει [b] φιλοτιμούμενος· ζῶον ἐνταῦθα οἰκονομούμενον, καὶ ἀλλαχῆ μεθιστάμενον, καὶ πέρας τὸ μυστήριον τῇ πρὸς Θεὸν νεύσει θεούμενον. εἰς τοῦτο γὰρ ἐμοὶ φέρει τὸ μέτριον ἐνταῦθα φέγγος τῆς ἀλη- B θείας, λαμπρότητα Θεοῦ καὶ ἰδεῖν καὶ παθεῖν, ἀξίαν τοῦ καὶ συνδήσαντος, καὶ [c] λύσοντος, καὶ c αὖθις συνδήσοντος ὑψηλότερον.

Arbitrii libertate donatus.

XII. Hunc arbitrii libertate donatum, (ut bonum non minùs illius eſſet, qui elegiſſet, quàm ejus, qui ſemina præbuiſſet,) in Paradiſo, quicunque tandem erat Paradiſus ille, collocavit, plantarum immortalium cultorem, hoc eſt, fortaſsè divinarum cogitationum, tam ſimpliciorum, quàm perfectiorum, nudum, quantùm ad ſimplicitatem & vitam arte & fuco carentem, atque omnis integumenti & munimenti expertem. Talem enim eum eſſe conveniebat, qui primùm eſſet creatus. Ac legem, quaſi materiam, libero arbitrio tradit. Lex autem illa præceptum erat, quo præſcribebatur, tum quibus arboribus ei utendum eſſet, tum à qua manus abſtinendæ. Ea porrò erat ſcientiæ arbor, non illa quidem, aut malè à principio conſita, aut per invidiam interdicta, (ne illuc linguas ſuas Dei hoſtes injiciant, nec ſerpentem imitentur,) ſed bona quidem, tempeſtivè percepta; (contemplationis enim, ut ipſe contemplando aſſequor, hæc arbor erat, ad quam iis ſolis tutus eſt aſcenſus, qui animi habitu perfectiori ſunt;) haudquaquàm autem bona ſimplicioribus adhuc animis, atque appetitu avidiori præditis; quemadmodùm nec perfectus ac ſolidus cibus iis conducit, qui tenerâ adhuc ſunt ætate lactéque opus habent. Poſtquam autem Diaboli invidiâ, & mulieris injuriâ, quam & ut mollior paſſa eſt, & ut ad perſuadendum accommodatior, admovit; (ô infirmitatem meam! meam enim duco primi parentis infimitatem;) accepti mandati memoriam abjecit, & ab acerba eſca victus eſt: tum verò ſimul & à ligno vitæ, & à Paradiſo, & ab ipſo Deo propter peccatum expellitur, & pelliceas tunicas induit, hoc eſt, fortaſsè craſſiorem carnem, & mortalem ac renitentem; ſicque primùm ſuam fœditatem agnoſcit, Deoque ſe abſcondit. Il-

Primi parentis lapſus.

E Paradiſo expellitur.

ιβ. [d] Τοῦτον ἔθετο μὲν ἐν τῷ παραδείσῳ, d ὅς τίς ποτε ἦν ὁ παράδεισος οὗτος, τῷ αὐτεξουσίῳ τιμήσας, ἵν' ᾖ τοῦ ἑλομένου τὸ ἀγαθὸν ἐχ ἧττον, ἢ τοῦ παρασχόντος τὰ σωτήρματα, φυτῷ ἀθανάτων γεωργὸν, θείων ἐννοιῶν ἴσως, τῷ τε ἁπλουστέρων καὶ τῶν τελειοτέρων, γυμνὸν τῇ ἁπλότητι καὶ ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, C καὶ δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος. τοιοῦτον γὰρ ἔφρεπεν εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς. καὶ δίδωσι νόμον, ὕλην τῷ αὐτεξουσίῳ. ὁ δὲ νόμος ἦν ἐντολὴ, ὧν τε μεταληπτέον αὐτῷ φυτῷ, καὶ ὧν μὴ προσαπτέον. τὸ δὲ ἦν τὸ ξύλον τῆς γνώσεως, ὅτε φυτευθὲν ἀπ' ἀρχῆς κακῶς, ὅτε ἀπαγορευθὲν φθονερῶς· μὴ πεμπέτωσαν ἐκεῖ τὰς γλώσσας οἱ θεομάχοι, μηδὲ τὸν ὄφιν μιμείσθωσαν· ἀλλὰ καλὸν μὲν εὐκαίρως μεταλαμβανόμενον· θεωρία γὰρ ἦν τὸ φυτὸν, ὡς ἡ ἐμὴ θεωρία, ἧς μόνοις ἐπιβαίνειν ἀσφαλὲς τοῖς τὴν ἕξιν τελειοτέροις· ὰ καλὸν δὲ τοῖς ἁπλουστέροις ἔτι, καὶ τὴν ἕφεσιν λιχνοτέροις, ὥσπερ οὐδὲ τροφὴ τελεία λυσιτελὴς τοῖς ἁπαλοῖς ἔτι καὶ δεομένοις γάλακτος. ἐπεὶ δὲ φθόνῳ διαβόλου, καὶ γυναικὸς ἐπηρείᾳ, ἧν τε ἔπαθεν ὡς ἁπαλωτέρα, καὶ ἣν προσήγαγεν ὡς πιθανωτέρα· φεῦ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας· ἐμὴ γὰρ ἡ τοῦ προ- E πάτορος· τῆς μὲν ἐντολῆς ἐπελάθετο τῆς δοθείσης, καὶ ἠτιμάθη τῆς πικρᾶς γεύσεως· e ὁμοῦ δὲ τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου, καὶ τοῦ παραδείσου, καὶ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν κακίαν ἐξόριστος γίνεται, καὶ τοὺς δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας, ἴσως τὴν παχυτέραν σάρκα, καὶ θνητὴν, καὶ ἀντίτυπον· καὶ τοῦτο πρῶτον γινώσκει τὴν ἰδίαν αἰσχύνην, καὶ ἀπὸ Θεοῦ κρύπτεται. κερδαίνει [f] μέν τι κἀνταῦθα· τὸν f

Lex, quaſi materia, libero arbitrio tradita.

(a) Πάχων. Septem Colb. πάχον.
(b) Φιλοτιμούμενος. Reg. bm. Coisl. 1. Or. 1. Par. φιλοτιμούμενον.
(c) Λύσοντος. Sic plures Regg. & Colb. Par. Comb. &c. In Ed. λύσαντος.
(d) Τοῦτον. Sic tres Regg. novem Colb. Or. 1. Par. Comb. Mendosè in Ed. τοῦτο.
(e) Ομοῦ δέ. Sic quinque Regg. in Ed. ὁμοῦ τε.
(f) Μέν τι. Sic ſeptem Regg. tres Colb. Coisl. 1. &c. In Ed. μέν τοι.

θάνατον, καὶ τὸ διακοπῆναι τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακόν· καὶ γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία. οὕτω γὰρ [a] ἐγὼ πείθομαι κολάζειν Θεόν.

ιγ. Πολλοῖς δὲ παιδευθεὶς πρότερον, ἀντὶ πολλῶν τῶν ἁμαρτημάτων, ὧν ἡ τῆς κακίας ῥίζα ἐβλάστησε κατὰ διαφόρους αἰτίας καὶ χρόνους, [b] Λόγῳ, Νόμῳ, Προφήταις, εὐεργεσίαις, ἀπειλαῖς, πληγαῖς, ὕδασιν, ἐμπρησμοῖς, πολέμοις, νίκαις, ἥτταις, σημείοις ἐξ οὐρανοῦ, σημείοις ἐξ ἀέρος, ἐκ γῆς, ἐκ θαλάττης, ἀνδρῶν, πόλεων, ἐθνῶν ἀνελπίστοις [c] μεταβολαῖς, ὑφ' ὧν ἐκτριβῆναι τὴν κακίαν τὸ σωυδαζόμενον ἦν. τέλος ἰσχυροτέρᾳ δεῖται φαρμάκου ἐπὶ δεινοτέροις τοῖς ἀῤῥωστήμασιν, [d] ἀλληλοφονίαις, μοιχείαις, [e] ἐπιορκίαις, ἀνδρομανίαις, τὸ πάντων ἔσχατον τῶν κακῶν καὶ πρῶτον, εἰδωλολατρείαις, καὶ τῇ μεταθέσει τῆς προσκυνήσεως ἀπὸ τοῦ πεποιηκότος ἐπὶ τὰ κτίσματα. ταῦτα ἐπειδὴ μείζονος ἐδεῖτο τοῦ βοηθήματος, μείζονος καὶ τυγχάνει. τὸ δὲ ἦν αὐτὸς ὁ [f] τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ προαιώνιος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀσώματος, ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχή, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ ἀρχετύπου [g] κάλλους, ἡ μὴ κινουμένη σφραγὶς, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, ὁ τοῦ Πατρὸς ὅρος καὶ λόγος· ἐπὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα χωρεῖ, καὶ σάρκα φορεῖ διὰ τὴν σάρκα, καὶ ψυχὴ νοερᾷ διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν μίγνυται, πρὸς ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαθαίρων. καὶ πάντα [h] γίγνεται, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, ἄνθρωπος· κυηθεὶς μὲν ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα περικαθαρθείσης πρὸς Πνεύματι· ἔδει γὰρ καὶ γέννησιν τιμηθῆναι, καὶ [i] παρθενίαν περιτιμηθῆναι· προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς [k] προσλήψεως, ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, σαρκὸς καὶ Πνεύματος· ὧν, τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη. ὢ τῆς καινῆς μίξεως· ὢ τῆς παραδόξου πράσεως· ὁ ὢν γίνεται, καὶ ὁ ἄκτιστος κτίζεται, καὶ ὁ ἀχώρητος χωρεῖται, διὰ μέσης ψυχῆς νοερᾶς μεσιτευούσης θεότητι, καὶ σαρκὸς παχύτητι. καὶ ὁ πλουτίζων, πτωχεύει· πτωχεύει γὰρ τὴν ἐμὴν σάρκα, ἵν' ἐγὼ πλουτήσω τὴν αὐτοῦ θεότητα. καὶ ὁ πλήρης, κενοῦται· κενοῦται γὰρ τῆς ἑαυτοῦ δόξης

lic tamen aliquid elucratur; & ipſum aliquid, ipſa mors eſt, ac peccati præciſio, ne malum immortale eſſet. Ita pœna ipſa in miſericordiam ceſſit. Sic enim Deum ſupplicia inferre perſuaſum habeo.

XIII. Multis autem priùs modis, ob multa peccata, quæ ex vitii radice pullularunt, ſecundùm diverſas cauſas & tempora caſtigatus, Sermone, Lege, Prophetis, beneficiis, comminationibus, plagis, aquis, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, ſignis è cœlo, ſignis ex aëre, ex terra, ex mari, hominum, urbium, gentium inſperatis mutationibus; quæ omnia eò tendebant, ut malitia contereretur. Validiori tamen medicamento propter graviores morbos opus habere cœpit, nimirùm ob mutuas cædes, adulteria, periuria, furioſos maſculorum amores, &, quod omnium malorum extremum ac primum eſt, idolorum cultum, atque adorationis à Creatore ad creaturas tranſlationem. Quæ quoniam majus auxilium requirebant, majus etiam acceperunt. Iſtud autem erat ipſe Dei Filius, ille ſæculis antiquior, ille inviſibilis, ille incomprehenſibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ & immortalitatis, illa archetypi expreſſio, illud immotum ſigillum, illa per omnia ſimilis imago, ille Patris terminus & ratio; ille, inquam, ad imaginem ſuam ſe confert, & carnem ob carnem gerit, & cum intellectuali anima propter animam meam jungitur, ut ſimile per ſimile repurget. Atque *humana omnia excepto peccato* ſuſcipit; conceptus quidem ex Virgine, animo & corpore à Spiritu præpurgatâ; (nam & generationem honore affici, & virginitatem præferri oportebat;) progreſſus autem Deus cum humanitate, unum ex duobus inter ſe contrariis, carne nimirùm & Spiritu; quorum alterum deificavit, alterum deificatum eſt. O novam mixtionem! ô admirandam temperationem! Qui eſt, fit: qui creatus non eſt, creatur: qui nullo loco contineri poteſt, per interventum animæ intellectualis, inter divinitatem & carnis craſſitiem, continetur. Qui locupletes alios ditat, paupertate afficitur: carnis enim meæ paupertatem ſubit, ut ego divinitatis ipſius opes conſequar. Qui plenus eſt, exinanitur: ſuâ enim gloriâ non nihil exinanitur, ut ego plenitudinis ipſius particeps efficiar. Quænam hæ bonitatis divitiæ? Quodnam me circumſtat myſterium? Divinam imaginem accepi,

Homo, ob peccatum, lege, Prophetis caſtigatus, majori auxilio indigebat.

Majus illud auxilium fuit ipſe Dei Filius.

Dei Filius, è Virgine conceptus, humana omnia, excepto peccato, ſuſcipit. *Hebr.* IV. 15.

Nova mixtio, ac mirabilis temperatio in Chriſti Nativitate agnoſcenda.

(a) Ἐγώ. Deeſt in quinque Regg.
(b) Λόγῳ. *Sermone, alloquio, & inſitâ nobis ratione.* Sic exponit Nicetas.
(c) Μεταβολαῖς. Par. ἐπιβολαῖς.
(d) Ἀλληλοφονίαις. Sic Codd. in Ed. ἀλληλοφωνίαις.
(e) Ἐπιορκίαις. Sic Codd. Mendosè in Ed. ἐπιρκίαις.
(f) Τῦ Θεῦ Λόγος. *Dei Verbum.*
(g) Κάλλες. Deeſt in pluribus Codicibus.
(h) Γίγνεται. Tres Regg. γίνεται.
(i) Παρθενίαν. Or. I. παρθενείαν.
(k) Σαρκὸς καὶ Πνεύματος. *Humanitate & Deitate.*

nec cuſtodivi : ille carnis meæ particeps fit, ut, & imagini ſalutem, & carni immortalitatem afferat. Secundum conſortium nobiſcum init, & quidem priori longè admirabilius; tum enim id, quod præſtantius erat, nobis impertiit; at nunc ipſe ejus, quod deterius eſt, particeps efficitur. Hoc priori illo divinius; hoc apud cordatos & prudentes viros multò ſublimius.

A [a]ἐπὶ μικρὸν, ἵν' ἐγὼ τῆς ἐκείνε μεταλάβω a πληρώσεως. τίς ὁ πλῆτος τῆς ἀγαθότητος; τί τὸ ϖρὸς ἐμὲ [b]τοῦτο μυσ⟨ήριον; μετέλαβον b τῆς εἰκόνος, καὶ οὐκ ἐφύλαξα· μεταλαμβάνει τῆς ἐμῆς ⟨αρκὸς, ἵνα κ᾽ τὴν εἰκόνα σώσῃ, κ᾽τὴν σάρκα [c]ἀθανατίσῃ. δευτέραν κοινωνεῖ κοι- c νωνίαν, πολὺ τῆς προτέρας ϖροσδοξοτέραν· ὅσῳ τότε μὲν τὸ ῥεῖτ⟨ον μετέδωκε, νῦν δὲ μεταλαμβάνει τὸ χεῖρονος. τοῦτο τῷ προτέρῳ θεοειδέστερον· τοῦτο τοῖς νῷν ἔχουσιν ὑψηλότερον.

Verbi Incarnatio ab impiis ac deriſoribus ludibrio habita.

XIV. Quid ad hæc nobis ſycophantæ B dicunt, acerbi, inquam, iſti divinitatis expenſores, rerum laudandarum reprehenſores, circa lucem tenebroſi, circa ſapientiam imperiti, pro quibus Chriſtus gratis mortuus eſt, ingratæ creaturæ, Diaboli figmenta? Siccine Deo beneficium ut crimen objicis? An propterea parvus eſt, quia propter te humilis, quia bonus ille Paſtor, *qui animam ſuam pro ovibus ponit*, ad errantem ovem venit, ad montes & colles, in quibus ſacrificabas, & vagantem invenit, & *inventam iiſdem humeris*, quibus & crucis lignum, ſuſtulit, ſublatámque ad ſupernam vitam reduxit, reductamque eodem, quo eas quæ nunquam à grege aberrarunt, loco numeróque habuit? Quia lucernam, hoc eſt, carnem ſuam, accendit, & domum everrit, mundum ſcilicet à peccato repurgans, & drachmam, hoc eſt, regiam imaginem vitioſis affectibus obrutam, conquiſivit, atque Angelos amicos ſuos, eâ inventâ, convocat, lætitiæque participes facit, quos etiam œconomiæ ſuæ conſcios habuerat? Quia præviam lucernam ſplendidiſſima illa lux ſequitur, & vocem Verbum, & pronubum ſponſus, Domino peculiarem populum comparantem, ac per aquam ad Spiritum præpurgantem? Hæccine Deo objicis? Atque idcircò eum inferiorem eſſe cenſes, quia *linteo præcingitur, ac diſcipulorum pedes abluit*, optimúmque ad ſublimitatem iter humilitatem oſtendit? Quia propter humi inclinatam animam ſe dejicit, ut ob peccatum deorsùm vergentem ſecum erigat? Illud autem quin tu item reprehendis, quòd *cùm Publicanis, & apud Publicanos edit, & Publicanos in Diſcipulos convertit*, ut ipſe quoque aliquid lucretur? Quid tandem? Peccatorum ſalutem; niſi quis fortè eo nomine medicum accuſet, quòd ad morbos ſe inclinet, fœtorémque ſuſtineat, ut ſanitatem ægrotis donet: atque eum etiam, qui humanitatis & commiſe-

Joan. x. 11.

Luc. xv. 4. *& ſeqq.*

Incarnationis myſterium Angelos non latuit.

Joan. xiii. 4.

Luc. v. 27. *& ſeqq.*

ιδ. Πρὸς ταῦτα τί φασιν ἡμῖν οἱ συκο- B φάνται, οἱ ϖικροὶ τῆς θεότητος λογισ⟨αὶ, οἱ κατήγοροι τῶν ἐπαινεμένων, οἱ σκοτεινοὶ ϖρὸς τὸ φῶς, οἱ ϖρὸς τὴν σοφίαν ἀϖαίδευτοι, ὑϖὲρ ὧν Χρισ⟨ὸς δωρεὰν ἀϖέθανε, τὰ ἀχάρισ⟨α κτίσματα, τὰ τῆ ϖονηρᾷ ϖλάσματα; τοῦτο ἐγκαλεῖς Θεῷ, τὴν εὐεργεσίαν; διὰ τοῦτο μικρὸς, ὅτι διὰ σὲ ταπεινός; ὅτι ἐϖὶ τὸ ϖλανώμενον ἦλθεν ὁ ϖοιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑϖὲρ τῶν ϖροβάτων, ἐϖὶ τὰ C ὄρη κ᾽τὰς βαν⟨ὰς, ἐφ᾽ ὧν ἐθυσίαζες, κ᾽ ϖλανώμενον εὗρε· καὶ εὑρὼν, ἐϖὶ τῶν ὤμων ἀνέλαβεν, ἐφ᾽ ὧν κ᾽ τὸ ξύλον· κ᾽ λαβὼν, ἐϖανήγαγεν ἐϖὶ τὴν ἄνω ζωήν· καὶ ἀναγαγὼν, τοῖς μένουσι συνηρίθμησεν; ὅτι λύχνον ἧψε τὴν ἑαυτῆ ⟨αρκα, καὶ τὴν οἰκίαν ἐσάρωσε, τῆς ἁμαρτίας τὸν κόσμον ἀϖοκαθαίρων, καὶ τὴν δραχμὴν ἐζήτησε, τὴν βασιλικὴν εἰκόνα συγκεχωσμένην τοῖς ϖάθεσι, καὶ συγκαλεῖ τὰς [d]φίλας αὐτῷ δυνάμεις ἐϖὶ τῇ τῆς δραχ- d μῆς εὑρέσει, καὶ κοινωνὸς ϖοιεῖται τῆς εὐ- D φροσύνης, [e]ἃς καὶ τῆς οἰκονομίας μύσ⟨ιδας e ϖεϖοίητο; ὅτι τῷ ϖροδρόμῳ λύχνῳ τὸ φῶς ἀκολουθεῖ τὸ ὑϖέρλαμϖρον, κ᾽ τῇ φωνῇ ὁ Λόγος, κ᾽ τῷ νυμφαγωγῷ ὁ νυμφίος, κατασκευάζοντι Κυρίῳ λαὸν ϖερι⟨όσιον, καὶ ϖροκαθαίροντι ἐϖὶ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ ὕδατος; ταῦτα ἐγκαλεῖς [f]τῷ Θεῷ; διὰ ταῦτα ὑϖο- f λαμβάνεις χείρονα, ὅτι λεντίῳ διαζώννυται, καὶ νίϖ⟨ει τοὺς ϖόδας τῶν μαθητῶν, καὶ E δείκνυσιν ἀρί⟨ην ὁδὸν ὑψώσεως, τὴν ταϖεί- νωσιν; [g]ὅτι διὰ τὴν συγκύϖ⟨ουσαν χαμαὶ ψυ- g χὴν [h]ταϖεινοῦται, ἵνα κ᾽ συνανυψώσῃ τὸ κάτω h νεῦον ὑϖὸ τῆς ἁμαρτίας; ἐκεῖνο δὲ, ϖῶς ὁ κατηγορεῖς, ὅτι ⟨ετὰ τελωνῶν ἐσθίει, κ᾽ ϖῶ⟨ὰ τελώναις, κ᾽ μαθητεύει τελώνας, ἵνα κ᾽ αὐτός τι κερδάνῃ; τί τοῦτο; τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ⟨ωτηρίαν· εἰ μὴ κ᾽ τὸν ἰατρὸν αἰτιῶτο τις,

(a) Ἐπὶ μικρόν. Billius: *Ad breve tempus.*
(b) Τοῦτο. Non agnoſcit Combefiſius.
(c) Ἀθανατίσῃ. Reg. c. & Coisl. 1. ἀθανατήσῃ.
(d) Φίλας αὐτῷ δυνάμεις. *Amicas ſuas Virtutes.*
(e) Ἃς καὶ τῆς &c. Gabr. *Quas nec ipſum Incarnationis myſterium latuerat.*
(f) Τῷ Θεῷ. Deeſt τῷ in pluribus.
(g) Ὅτι διά. Sic tres Regg. tres Colb. Par. Comb. In Ed. τί διά.
(h) Ταπεινοῦται. Sic Codd. In Par. ed. ταπεινῶται.

ὅτι

ὅτι συσκύπλει ἐπὶ τὰ πάθη, καὶ δυσωδίας ἀνέχεται, ἵνα δῶ τὴν [a] ὑγίειαν τοῖς κάμνουσι· καὶ τὸν ἐπικλινόμενον βόθρῳ διὰ φιλανθρωπίαν, ἵνα τὸ ἐμπεπτωκὸς κτῆνος, κατὰ τὸν νόμον, ἀνασώσηται.

a

ιε. Ἀπεστάλη μὲν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος· διπλοὺς γὰρ ἦν· ἐπεὶ καὶ ἐκοπίασε, καὶ ἐπείνησε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἠγωνίασε, καὶ ἐδάκρυσε [b] νόμῳ σώματος· εἰ δὲ μὴ ὡς Θεὸς, τί τοῦτο; τὴν εὐδοκίαν τῶ Πατρὸς, ἀποστολὴν εἶναι νόμισον, ἐφ' ὃν ἀναφέρει τὰ ἑαυτῶ, καὶ ὡς ἀρχὴν τιμῶν ἄχρονον, καὶ τοῦ μὴ δοκεῖν εἶναι ἀντίθεος. ἐπεὶ καὶ ἀπεσταλθέσθαι λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν ἀπεσταλκέναι γέγραπται· μὴ ἐγηγέρθαι ἀπὸ τῶ Πατρὸς, καὶ ἀνειλῆφθαι, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν ἀνεστακέναι, μὴ ἀνεληλυθέναι πάλιν· ἐκεῖνα τῆς εὐδοκίας, ταῦτα τῆς ἐξουσίας. σὺ δὲ τὰ μὲν ἐλατλοῦντα λέγεις, τὰ ὑφοῦντα δὲ ἀπατρέχεις· καὶ ὅτι μὲν ἔπαθε, λογίζῃ· ὅτι δὲ ἑκὼν, οὐ [c] προσλίθης. οἷα πάσχει μὴ νῦν ὁ Λόγος. ὑπὸ μὲν τῶν, ὡς Θεὸς, τιμᾶται μὴ συναλείφεται· ὑπὸ δὲ τῶν, ὡς σὰρξ, ἀτιμάζεται καὶ χωρίζεται. τίσιν ὀργισθῇ πλέον; μᾶλλον δὲ, τίσιν ἀφῇ, τοῖς συναιρῦσι κακῶς, ἢ τοῖς τέμνουσι; καὶ γὰρ κἀκείνους διαιρεῖν ἔδει, καὶ τούτους συνάπτειν· τοὺς μὲν τῷ ἀριθμῷ, τοὺς δὲ τῇ θεότητι. προσκόπτεις τῇ σαρκί; τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι. ἢ καὶ Σαμαρείτην ἀποκαλεῖς; καὶ τὸ ἐξῆς σιωπήσομαι. ἀπιστεῖς τῇ θεότητι; τοῦτο οὐδὲ οἱ δαίμονες. [d] ὦ δαιμόνων ἀπιστότερε, καὶ Ἰουδαίων ἀγνωμονέστερε. ἐκεῖνοι τὴν τοῦ Υἱοῦ προσηγορίαν, ὁμοτιμίας φωνὴν ἐνόμισαν· οὗτοι τὸν ἐλαύνοντα Θεὸν ᾔδεσαν. ἐπείθοντο γὰρ ἐξ ὧν [e] ἔπασχον. σὺ δὲ, [e] οὐδὲ τὴν ἰσότητα δέχῃ, οὐδὲ ὁμολογεῖς τὴν θεότητα. κρεῖττον ἦν σοι περιτετμῆσθαι καὶ δαιμονᾶν, ἵν' εἴπω τι καὶ γελοίως, ἢ ἐν ἀπροβυστίᾳ καὶ ὑγιείᾳ διακεῖσθαι πονήρως καὶ ἀθέως.

b c d e

XV. Missus quidem est, verùm ut homo; (duplici enim naturâ erat;) siquidem, juxta corporis legem, & fatigatus est, & fame ac siti laboravit, & angore affectus est, & lacrymas fudit. Quòd si etiam ut Deus, quid propterea? Beneplacitum Patris missionem esse existima, cui sua quoque adscribit, tum ut principium temporis expers honore afficiat, tum ne Dei adversarius esse videatur. Quandoquidem ut traditus fuisse dicitur; ita seipsum quoque tradidisse scribitur: atque ut à Patre ad vitam revocatus, & ad supera susceptus fuisse; ita seipsum quoque à mortuis excitasse, rursúsque in cœlum ascendisse prædicatur. Illa beneplaciti, hæc potestatis. At tu ea quidem, quæ minuendi vim habent, profers; quæ autem efferendi, præteris: atque id quidem expendis, quòd passus sit; quòd autem spontè, non adjungis. Proh qualia etiamnum patitur Verbum! Ab aliis ut Deus honoratur atque contrahitur: ab aliis ut caro contemnitur, ac separatur. Utris tandem gravius irascetur? Vel potiùs, utris plus condonabit, iísne qui malè contrahunt, an qui scindunt? Nam & illos dividere, & hos conjungere oportebat: illos, inquam, numero, hos divinitate. Offendis ad carnem? Et Judæi etiam. Num *Samaritanum* quoque vocas? (Nam quod sequitur, tacebo.) Deitati fidem abrogas? Hoc ne Dæmones quidem ipsi fecerunt. O Dæmonibus incredulior, & Judæis insipientior! Isti quidem Filii nomen, æqualitatis vocem esse censebant: illi autem eum, à quo fugabantur, Deum norant. Illis enim ea, quæ patiebantur, fidem faciebant. At tu, nec æqualitatem admittis, nec divinitatem confiteris. Proindè satius tibi fuerat circumcisum esse, atque à Dæmone obsideri, ut ridiculè aliquid dicam, quàm in præputio & incolumi valetudine, tam pravè & impiè affici.

Duplex in Christo nascente natura.

Deut. XXII. 4.

Joan. VIII. 48.

f g h

ις. [f] Μικρὸν μὲν οὖν ὕστερον ὄψει καὶ καθαιρόμενον Ἰησοῦν [g] ἐν τῷ Ἰορδάνῃ τὴν ἐμὴν κάθαρσιν· μᾶλλον δὲ, ἁγνίζοντα τῇ καθάρσει τὰ ὕδατα· ὃ γὰρ δὴ αὐτὸς [h] ἐδεῖτο καθάρσεως, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ὑπὸ τῶ συγγενοῦς Πνεύματος μαρτυρούμενον, καὶ

XVI. Ac quidem paulò pòst, & Jesum, purgationis meæ causâ, *in Jordane* purgari videbis; vel potiùs, aquas purgatione suâ purificare; (neque enim ipse purgatione opus habebat, qui peccata mundi tollit;) & cœlos scindi, & cognati Spiritûs testimonio celebrari, & tentari, & victoriam referre, & Angelorum ministerio uti, & morbos omnes ac languo-

Verbi Incarnatio, omnium Christi mysteriorum fons & origo.

Matth. III. 13.

(a) Υγίειαν. Comb. ὑγείαν.
(b) Νόμῳ σώματος. Colb. b. νόμῳ φύσεως, *lege naturæ.*
(c) Προσλίθης. Reg. d. προσλίθεις.
(d) Ω δαιμόνων. Sic tres Regg. & tres Colb. In Ed. ὦ καὶ δαιμόνων.
(e) Οὐδέ. Regg. bm. ph. & plures Colb. ὅτε.
(f) Μικρόν. *Paulò pòst.* Id est, duodecimo à Christi nativitate die, in quo ejus Baptismi memoria celebratur.
(g) Ἐν. Deest in pluribus Regg. & Or. I.
(h) Ἐδεῖτο. Par. δεῖται.

res curare, & mortuos ad vitam lucémque revocare, (quemadmodùm utinam te quoque, fidei pravitate mortuum,) & Dæmones, partim per ſeipſum, partim etiam per Apoſtolos, in fugam agere, & paucis panibus multa hominum millia nutrire, & pedibus per mare iter facere, & prodi, & in crucem tolli, ac peccatum meum cruci ſecum affigere : ut agnum offerri, & ut Sacerdotem offerre, ut hominem ſepulturâ affici, & ut Deum reſurgere, ac poſteà in cœlum aſcendere, tandémque cum gloria ſua venturum eſſe. Papæ, quot mihi feſtos dies, hæc ſingula Chriſti myſteria ſuppeditant ! Quorum omnium unum hoc caput eſt, atque unus hic ſcopus, nimirùm mea perfectio & inſtauratio, atque ad primum illum Adamum reditus.

πειραζόμενον, [a] καὶ νικῶντα, καὶ ὑπὸ Ἀγγέλων ὑπηρετούμενον, καὶ θεραπεύοντα πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, καὶ ζωοποιοῦντα νεκρούς, ὡς ὄφελόν γε καὶ σὲ τῇ κακοδοξίᾳ νενεκρωμένον, καὶ δαίμονας ἀπελαύνοντα, τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὰ δὲ διὰ τῶν μαθητῶν, καὶ ἄρτοις ὀλίγοις τρέφοντα μυριάδας, καὶ πεζεύοντα πέλαγος, καὶ προδιδόμενον, καὶ σταυρούμενον, καὶ συσταυροῦντα τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν· ὡς ἀμνὸν προσαγόμενον, καὶ ὡς ἱερέα προσάγοντα, ὡς ἄνθρωπον θαπτόμενον, καὶ ὡς Θεὸν ἐγειρόμενον, εἶτα καὶ ἀνερχόμενον, καὶ ἥξοντα μετὰ τῆς ἑαυτοῦ δόξης. πόσαι μοι πανηγύρεις καθ' ἕκαστον τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων· ὧν ἁπάντων κεφάλαιον ἓν, ἡ ἐμὴ τελείωσις καὶ ἀνάπλασις, καὶ πρὸς τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ἐπάνοδος.

Chriſti Nativitas venerabilis & veneranda.

XVII. Nunc autem conceptum accipe, ac præſulta : ſi minùs ut Joannes ab utero, at certè ut David *ob requiem Arcæ*. Deſcriptionem reverere, propter quam in cœlis ipſe deſcriberis : & nativitatem celebra, ob quam nativitatis vinculis ſolutus es : & parvam illam Bethleem honora, quæ te in Paradiſum reduxit : & præſepe adora, propter quod, cùm rationis expers eſſes, à Verbo nutritus es. *Cognoſce, ut bos, poſſeſſorem tuum*, Iſaias te admonet, & *ut aſinus, præſepe domini ſui ;* ſive mundus quiſpiam ſis ac legi ſubjectus, rectámque doctrinam ruminans, atque ad ſacrificium idoneus ; ſive etiam adhuc immundus, ac cibo & ſacrificiis inutilis, ethnicæque partis. Cum ſtella curre, cum Magis dona offer, aurum, thus, & myrrham, ut regi, ut Deo, & ut tuâ causâ mortuo. Cum paſtoribus Deum laudibus celebra : cum Angelis hymnum dicito ; cum Archangelis choros ducito. Sit cœleſtium & terrenarum virtutum communis celebritas. Nam eas quoque hodierno die ſimul feſtum celebrare, ac lætitiâ geſtire confido : ſiquidem hominum Deique amore præditæ ſunt, quemadmodùm illæ, quas David inducit poſt paſſionem, cum Chriſto ſimul aſcendentes, ac ſimul occurrentes, ſéque invicem *ad portas attollendas* inhortantes.

Iſai. I. 3.

Pſ. XXIII. 7.

ιζ. Νυνὶ δὲ μοὶ δέξαι [b] τὴν κύησιν, καὶ προσκίρτησον· [c] εἰ μὴ ὡς Ἰωάννης ἀπὸ γαστρὸς, ἀλλ' ὡς Δαβὶδ ἐπὶ τῇ καταπαύσει τῆς κιβωτοῦ. καὶ τὴν ἀπογραφὴν αἰδέσθητι, δι' ἣν εἰς οὐρανοὺς [d] ἐγράφης· καὶ τὴν γέννησιν σεβάσθητι, δι' ἣν ἐλυθης τοῦ δεσμῶν τῆς [e] γυνήσεως· καὶ τὴν Βηθλεὲμ τίμησον τὴν μικρὰν, ἣ σε πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἐπανήγαγε· καὶ τὴν φάτνην προσκύνησον, δι' ἣν ἄλογος ὢν, ἐτράφης ὑπὸ τοῦ Λόγου. γνῶθι, ὡς βοῦς, τὸν κτησάμενον, Ἡσαΐας διακελεύεταί σοι, καὶ, ὡς ὄνος, τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· εἴτε τοῦ καθαρῶν τις εἶ, καὶ ὑπὸ τὸν νόμον, καὶ μηρυκισμὸν ἀναγόντων τοῦ λόγου, καὶ πρὸς θυσίαν ἐπιτηδείων· εἴτε τῶν ἀκαθάρτων τέως, καὶ ἀβρώτων, καὶ ἀθύτων, καὶ τῆς ἐθνικῆς μερίδος. μετὰ τοῦ ἀστέρος δράμε, καὶ μετὰ Μάγων δωροφόρησον, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν, ὡς βασιλεῖ, καὶ ὡς Θεῷ, καὶ ὡς διὰ σὲ νεκρῷ. μετὰ ποιμένων δόξασον, [f] μετὰ Ἀγγέλων ὕμνησον, μετὰ Ἀρχαγγέλων χόρευσον. ἔσω κοινὴ πανήγυρις οὐρανίων καὶ ἐπιγείων δυνάμεων. πείθομαι γὰρ κἀκείνας συναγάλλεσθαι καὶ συμπανηγυρίζειν σήμερον· εἴπερ εἰσὶ φιλάνθρωποι καὶ φιλόθεοι, ὥσπερ ἂς Δαβὶδ εἰσάγει μετὰ τὸ πάθος συνανιούσας Χριστῷ, καὶ [g] προσυπαντώσας, καὶ διακελευομένας ἀλλήλαις τὴν τῶν πυλῶν ἔπαρσιν.

Chriſtus naſcens, Chriſtum venerabilis & venerandus.

XVIII. Unum hoc duntaxat ex iis omnibus, quæ circa Chriſti nativitatem

ιη. Ἓν μίσησον τοῦ πρὸ τὴν Χριστοῦ γέννην, τὴν Ἡρώδου παιδοκτονίαν· μᾶλλον δὲ,

(a) Καὶ νικῶντα. Coisl. 1. Or. 1. Comb. addunt, τὸν πειράζοντα, & *de tentatore victoriam referre.*

(b) Τὴν κύησιν. *Conceptum, fœtum* in utero. Non enim partu effuſo, ſive Chriſto nato, exultavit Joannes, ſed priuſquam naſceretur. Bill. *partum.*

(c) Εἰ καί. Tres Regg. & Or. 1. εἴ τοι.

(d) Ἐγράφης. Quatuor Regg. & Or. 1. γράφῃ.

(e) Γενήσεως. Reg. c. ἁμαρτίας, *peccati.*

(f) Μετὰ Ἀγγέλων ὕμνησον· μετὰ Ἀρχαγγέλων χόρευσον. Sic tres Regg. decem Colb. Or. 1. Comb. Sic etiam legunt Nicetas & Ruffinus. In Ed. Μετὰ Ἀγγέλων χόρευσον· μετὰ Ἀρχαγγέλων ὕμνησον.

(g) Προσυπαντώσας. Sic quatuor Regg. & novem Colb. In Ed. προσαπαντώσας.

καὶ ταύτην αἰδέσθητι, τὴν ἡλικιῶτιν Χριστοῦ A
a θυσίαν, [a] τῷ καινοῦ σφαγίου προθυομένην.
ἂν εἰς Αἴγυπτον φεύγῃ, προθύμως συμφυ-
b γαδεύθητι. καλὸν τῷ Χριστῷ [b] συμφεύγειν
c διωκομένῳ. ἂν ἐν Αἰγύπτῳ βραδύνῃ, [c] κά-
λεσον αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, καλῶς ἐκεῖ προσ-
κυνούμενον. διὰ πασῶν ὁδευσον ἀμέμπτως
τὴν ἡλικιῶν Χριστοῦ & δυνάμεων, ὡς Χριστοῦ
μαθητής. ἁγνίσθητι, περιτμήθητι, ἀφελοῦ τὸ
ἀπὸ γηρέσεως κάλυμμα. μετὰ τοῦτο δίδαξον ἐν
τῷ ἱερῷ, τοὺς θεοκαπήλους ἀπέλασον· λι- B
d θάσθητι, ἂν τοῦτο [d] δέῃ παθεῖν· λήσῃ τοὺς
βαλλόντας, εὖ οἶδα, φεύξῃ καὶ διὰ μέσου
αὐτῶν, ὡς Θεός. ὁ Λόγος γὰρ οὐ λιθάζεται.
e ἂν [e] Ηρῴδῃ προσαχθῇς, μηδὲ ἀποκριθῇς τὰ
πλείω. αἰδεσθήσεταί σου καὶ τὴν σιωπὴν
f [f] πλέον, ἢ ἄλλων τοὺς μακροὺς λόγους. ἂν
g [g] φραγελλωθῇς, καὶ τὰ λειπόμενα ζήτη-
σον. γεῦσαι χολῆς, διὰ τὴν γεῦσιν· ὄξος πο-
τίσθητι, ζήτησον ἐμπλάσματα, δέξαι ῥα-
πίσματα, κολαφίσματα· ἀκάνθαις σκεφα- C
h νώθητι, τῷ τραχεῖ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου· [h] πε-
ριβαλοῦ τὸ κόκκινον, δέξαι κάλαμον, προσ-
κυνήθητι ὑπὸ τῶν παιζόντων τὴν ἀλή-
θειαν· τέλος συσταυρώθητι, συννεκρώθητι,
συντάφηθι προθύμως, ἵνα καὶ συνανασῇς,
καὶ συνδοξασθῇς, καὶ συμβασιλεύσῃς, Θεὸν
i ὁρῶν [i] ὅσον ἐστὶ, καὶ ὁρώμενος, τὸν ἐν Τριάδι
προσκυνούμενόν τε καὶ δοξαζόμενον, ὃν καὶ
k νῦν τρανῶσθαι [k] ἡμῖν εὐχόμεθα, ὅσον ἐφικτὸν
τοῖς δεσμίοις τῆς σαρκὸς, ἐν Χριστῷ Ιησοῦ τῷ
l Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς [l] αἰῶνας·
Αμήν.

contigerunt, odio habe, ac deteſtare, nimirùm puerorum cædem ab Herode perpetratam. Imò verò hanc quoque venerare, hanc, inquam, coætaneam Chriſto victimam, quæ pro nova victima mactata eſt. Si in Ægyptum profugiat, alacri animo te ipſi fugæ comitem adjunge. Præclarum eſt cum Chriſto perſecutionem patiente fugere. Si diuturniorem in Ægypto moram faciat, ex Ægypto eum voca, qui ritè illic adoratur & colitur. Per omnes Chriſti ætates ac virtutes, ut Chriſti diſcipulus, ſine reprehenſione incede. Purificare, circumcidere, velum à nativitate contractum abſcinde. Poſteà in templo doce, ſacrilegos nundinatores ejice: lapidibus, ſi ita neceſſe ſit, inceſſi te patere. Lapidatores, mihi crede, falles, ac per medium ipſorum, ut Deus, fugies. Verbum enim lapidibus non feritur. Si ad Herodem adductus fueris, plerumque ne verbum quidem unum reſpondeas. Silentium tuum magis venerabitur, quàm prolixos aliorum ſermones. Si flagello cæſus fueris, quæ ſuperſunt, expoſce. Fel guſta propter guſtum; aceto potare, ſputa require, alapas & colaphos accipe, fac ſpinis, hoc eſt, piæ vitæ aſperitate, coroneris. Coccinum induas, arundinem accipias, ab iis, qui veritatem ludibrio habent, adoreris. Denique prompto animo ſimul crucifigaris, ſimul moriare, ſimul ſepeliaris, ut ſimul quoque reſurgas, & gloriâ doneris ac regnes, Deum, quantus eſt, conſpiciens, viciſſimque conſpectus ab eo, qui in Trinitate adoratur, & glorificatur, quem nunc quoque nobis, quantùm carnis vinculo conſtrictis licet, declarari optamus, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula. Amen.

ſtianorum omnium ſolatium & exemplar.

(a) Τῷ καινῷ &c. *Pro nova victima.* Hoc profectò nomine Infantes Martyres celebrantur, quòd pro Chriſto victima cæſi ſunt. Hinc optimè Nicetas: ὅτι ἀνηρέθησαν, καὶ πρὸ αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ. *Quòd ante ipſum & pro ipſo ſublati ſunt.* Singularis namque Innocentium laus ea eſt, quòd odio Chriſti ab Herode occiſi ſint, qui, ipſis quidem mortem inferendo, ipſum Chriſtum è vivis tollere volebat. Innocentes igitur hîc à Gregorio præcipuè conſiderantur, quaſi occiſi *pro Chriſto*, non *ante Chriſtum*, ut vertit Billius. Sic ipſe Gregorius, Or. XV. n. 3. de Eleazaro loquens, vocem hanc προθυόμενος ſenſu jam expoſito accipit. Ait enim: πρότερον μὲν καὶ προθυόμενος τῷ λαῷ, καὶ προσευχόμενος. *Priùs quidem pro populo ſacrificia & preces adhibens.*

(b) Συμφεύγειν. Reg. ph. συμφύγειν.

(c) Κάλεσον αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, καλῶς ἐκεῖ προσκυνούμενον. *Voca eum ex Ægypto, ritè illic adoratum.* Sic optimè Gabr. Nam Gregorius hîc Ægyptiorum fidem commendat. Billius verò ſic vertit: *Ex Ægypto eum voca. Quod quidem fiet, ſi eum pulchrè atque honorificè illic adoraris.*

(d) Δέῃ. Tres Regg. & Or. I. δέοι.

(e) Ηρῴδῃ. Coisl. I. Πιλάτῳ, *Pilato.*

(f) Πλέον. Deeſt in Or. I.

(g) Φραγελλωθῇς. Sic Or. I. In Ed. φλαγελλωθῇς.

(h) Περιβαλοῦ. Sic duo Regg. & undecim Colb. In Ed. περιλαβοῦ.

(i) Οσον ἐστὶ. Coisl. I. tres Colb. & Comb. ὅσον ἐστὶν ἐφικτόν. *Quantùm poſſibile eſt.*

(k) Ημῖν. Sic plures Codd. In Ed. ὑμῖν.

(l) Αἰῶνας. Reg. c. & Comb. addunt, τῶν αἰώνων, *ſæculorum.*

MONITUM

IN ORATIONES TRIGESIMAM-NONAM ET QUADRAGESIMAM.

Utriusque Orationis argumentum.

I. NOVUM *mysterium, sacrum scilicet Christi Baptisma, in ista ac sequenti Oratione celebrat Gregorius. Quamvis autem prior* in sancta Lumina *inscribatur, non indè tamen concludendum putamus, ut quidam*

Pamelius in annot. in Cyp.

eruditi censuerunt, hanc Orationem ad Luminum, *seu* Purificationis

Gelas. in suo Martyrolog.

festum 2. Februarii in Ecclesia celebratum, referendam esse. Ne verbum quidem in ista Oratione reperire est, quod Mariæ Purificationem designet. Totus incumbit Orator in prædicando Christi Baptismate, à quo Luminum festivitas ortum habuit. Ac ne sit ullus hac de re erroris metus, Theologum sic loquentem audiamus: Sanctus Luminum dies ad

Or. XXXIX. n. 1.

quem pervenimus, quemque hodiè divino beneficio celebravimus, à Christi mei Baptismate originem ducit. *Prætereà, ut rectè observat Tille-*

Till. t. IX. art. LXV. p. 463.

montius, Baptismus apud Græcos Illuminatio *dicebatur, quòd nimirùm Cathecumeni per Baptismum à peccati & vitiorum caligine, ad justitiæ & veritatis lucem convolarent. Christus igitur in hac priori Oratione à Gregorio prædicatur, ut lux vera illuminans mundum, ac in tenebris etiam lucens. Undè primùm Cathecumenos hortatur, ut, abjectis tenebris, ad puram & perfectam regenerationis lucem per Baptismum accedant. Deindè mysterium istud, tam cum nefandis Ethnicorum mysteriis, quàm cum legalibus Judæorum institutis, ac impiis Hæreticorum dogmatibus conferens, illorum omnium doctrinam nostrâ longè inferiorem demonstrat. Nominatim demùm Novatianos exagitat, qui solam agnoscentes purgationem, quæ Baptismo comparatur, nequaquàm ampliùs semel post Baptismum lapsos ad pœnitentiam admitterent.*

Argumenti series, & quo tempore dictæ istæ Orationes.

II. *Quod autem ad alteram Orationem,* in sanctum Baptisma *inscriptam, attinet, nullum fermè potest esse dubium, quin paratus accesserit Gregorius, ut uno die, unâque conjunctim Oratione, totam hanc, tum de Christi, tum de Christianorum Baptismate disputationem absolveret.*

Or. XL. n. 1.

Exorditur enim: Quoniam heri splendidum Luminum diem celebravimus....hodiè de Baptismo breviter differemus; etenim hesternâ luce à nobis Oratio paucis expressa fuit, tum quia temporis angustiâ premebamur, tum quia sermo saturitatem ac fastidium fugiebat. *Hinc meritò quidem hæc Oratio, velut altera præcedentis Orationis pars haberi debet. In priori namque Christus Baptismum suscipiens, consideratur ut vera lux illuminans hominem venientem in hunc mundum; in ista verò consideratur homo, quatenùs est à Christo per Baptismum illuminatus. In pertractando autem tam ineffabili mysterio, tanta erat rerum copia, ut nequaquàm mirum videatur, si Gregorius, quamvis Orationis initio se* breviter dicturum *promiserit, fusè tamen de Baptismatis excellentia loquatur. Baptismi donum mirificè amplificans, ipsum*

ipſum creationis dono præſtantius declarat. Idcircò, modò blandè, modò fortiter Cathecumenos urget, ut prompto & alacri animo ad Baptiſmatis lavacrum accedant; & prolixiori ſermone oſtendens, quantum ſit in mora periculum, varia cunctantium ac procraſtinantium argumenta invictè refellit. Cæterùm, quamvis in iſtis Orationibus nonnulla ſint, quæ explicatione indigeant, de his tamen non hîc agemus. Satius enim de hujuſmodi quæſtionibus, in analytica & generali circa Gregorii doctrinam diſſertatione, pertractandum judicavimus. Ex his autem quæ, tum in præcedenti monito, tum in iſto argumento diximus, non malè nobis concludendum videtur, Orationem in ſancta Lumina *Conſtantinopoli habitam fuiſſe 6. Januarii 381. alteram verò* de Baptiſmate, *die ſequenti, id eſt, 7. Januarii ejuſdem anni.*

[a] ΕΙΣ ΤΑ ΑΓΙΑ ΦΩΤΑ.

IN SANCTA LUMINA.

ΛΟΓΟΣ λθ.

ORATIO TRIGESIMA-NONA.

Aliàs & nunc 39.

Habita Conſtantinopoli 6. Januarii ann. 381.

α. ΠΑΛΙΝ Ιησοῦς ὁ ἐμὸς, καὶ πάλιν μυστήριον· μυστήριον οὐκ ἀπατηλὸν, οὐδ' ἄκοσμον, οὐδὲ τῆς Ελληνικῆς πλάνης καὶ μέθης· οὕτω γὰρ ἐγὼ καλῶ τὰ ἐκείνων σεμνὰ, οἶμαι δὲ, καὶ τῶν εὐφρονούντων ἕκαστος· ἀλλὰ μυστήριον ὑψηλόν τε καὶ θεῖον, καὶ τῆς ἄνω λαμπρότητος ᾠδέξενον. ἡ γὰρ ἁγία τῶν φώτων ἡμέρα, εἰς ἣν ἀφίγμεθα, καὶ ἣν ἑορτάζειν ἠξιώμεθα σήμερον, ἀρχὴν μὲν τὸ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ βάπτισμα λαμβάνει, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς, τοῦ φωτίζοντος B πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ἐνεργεῖ δὲ τὴν ἐμὴν κάθαρσιν, καὶ βοηθεῖ τῷ φωτὶ, ὃ παρ' αὐτοῦ λαβόντες ἄνωθεν ἀπ' ἀρχῆς, ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἐζοφώσαμέν τε καὶ συνεχέαμεν.

AI. RURSUM Jeſus meus, & rursùm myſterium: myſterium non fallax, nec indecorum, nec Gentilitii erroris ac temulentiæ; (ſic enim veneranda illorum myſteria voco, atque etiam, ut arbitror, omnes mente præditi;) ſed myſterium excelſum & divinum, ac ſupernum ſplendorem concilians. Etenim ſanctus Luminum dies, ad quem pervenimus, quémque hodiè divino beneficio celebravimus, originem quidem à Chriſti mei Baptiſmate ducit; Chriſti, inquam, qui *eſt lux vera, illuminans omnem hominem venientem in mundum*: meam autem quoque purgationem operatur, ac lumini ei adjumentum affert, quod ab eo ſublimitùs ab initio acceptum, peccati caligine obduximus atque confudimus.

Joan. I. 9.

β. Τοιγαροῦν ἀκούσατε θείας φωνῆς, ἐμοὶ μὲν καὶ λίαν σφοδρῶς ἐνηχούσης, τῷ μύστῃ καὶ μυσταγωγῷ τῶν τοιούτων, εἴη δὲ καὶ ὑμῖν· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. καὶ διὰ τοῦτο, προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ, τῷ ἀληθινῷ φωτὶ σημειούμενα. καιρὸς b ἀναγεννήσεως· [b] γεννηθῶμεν ἄνωθεν. καιρὸς c ἀναπλάσεως· τὸν [c] πρῶτον Ἀδὰμ ἀναλάβωμεν. μὴ μείνωμεν ὅπερ ἐσμὲν, ἀλλ' ὅπερ ἦμεν

II. Quocirca divinam vocem audite, mihi quidem hujuſmodi rerum & diſcipulo & magiſtro, atque utinam etiam vobis, vehementer inſonantem: *Ego ſum lux mundi.* Ac proindè: *Accedite ad eum, C & illuminamini, & facies veſtræ*, vero lumine conſignatæ, *minimè confundentur.* Tempus regenerationis; naſcamur denuò. Tempus inſtaurationis; primum Adamum recipiamus. Ne in eo ſtatu, quo ſumus, maneamus; verùm ad priſtinum redeamus. *Lux in tenebris*, hoc

Lux vera illuminans mundum.

Joan. VIII. 12. *Pſ.* XXXIII. 6.

Lux in tenebris lucens.

Joan. I. 5.

(a) Εἰς τὰ ἅγια φωτά. Sic melioris notæ Codices. Reg. ph. Εἰς τὰ ἅγια Επιφάνια. In nonnullis, Θεοφάνια. Or. I. Λόγος εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ κατὰ δογμάτων Ελληνίκων. *Oratio in ſanctum Baptiſma, & adversùs Græcorum dogmata.* In Ed. Εἰς τὰ ἅγια φωτὰ τῶν Επιφανίων.

(b) Γεννηθῶμεν ἄνωθεν. *Naſcamur denuò.* Sic Joan. III. 3. Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν. *Niſi quis renatus fuerit denuò.* Sic etiam vertit Nicetas; & Budæus reprehendit eos, qui aliter interpretantur. Billius: *deſuper gignamur.*

(c) Πρῶτον Ἀδάμ. *Primum Adamum*, qui nimirùm in juſtitia conditus fuerat. *Adamum*, ante peccatum.

eſt, in hac vita & carne, *lucet;* ac tenebræ quidem eam perſequuntur, ſed non comprehendunt, adverſaria, inquam, poteſtas, quæ, dum pro ſua impudentia in viſibilem Adamum impetum facit, in Deum incurrit, ac ſuperatur; ut nos, abjectis tenebris, ad lucem accedamus, ac deindè lux quoque perfecta efficiamur, à perfecta luce prodeuntes. Videtisne hujus diei gratiam? Videtisne hujus myſterii vim & facultatem? An non à terra in altum ſublati eſtis? An non in cœlo perſpicuè poſiti, noſtrâ videlicet voce ac contemplatione in ſublime elati? Ac multò etiam magis collocati ac ſtabiliti eritis, cùm Verbum ſermoni noſtro proſperum curſum dederit.

A γενώμεθα. τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ [a] φαίνει, τῷ a
βίῳ τούτῳ, καὶ τῷ σαρκίῳ· καὶ ὑπὸ τῆς
σκοτίας διώκεται μὲν, οὐ καταλαμβάνεται
δὲ, τῆς ἀντικειμένης λέγω δυνάμεως, τῷ
φαινομένῳ μὲν Ἀδὰμ προσπηδώσης ἐξ ἀναι-
δείας, τῷ Θεῷ δὲ περιπλούσης καὶ ἡττω-
μένης· ἵν' ἡμεῖς τὸ σκότος ἀποθέμενοι, τῷ
φωτὶ [b] πλησιάζωμεν, εἶτα καὶ φῶς γενώμεθα b
τέλειον, τελείου φωτὸς γεννήματα. ὁρᾶτε
τῆς ἡμέρας τὴν χάριν; ὁρᾶτε τοῦ μυστηρίου
B τὴν δύναμιν; οὐκ ἀπὸ γῆς ἤρθητε; οὐκ
ἄνω τέθεισθε σαφῶς ὑψωθέντες ὑπὸ τῆς
ἡμετέρας φωνῆς καὶ [c] ἀναγωγῆς; καὶ ἔτι c
μᾶλλον τεθήσεσθε, ἐπειδὰν [d] εὐοδώσῃ τὸν d
λόγον ὁ Λόγος.

Gentilium myſteria, meræ nugæ à Dæmonibus inventæ.

III. Ecqua talis eſt legalis atque umbratilis purgatio, quæ per temporarias aſperſiones utilitatem affert, ac pollutos per vitulæ cinerem luſtrat? Ecquid ejuſmodi Gentiles celebrant? Quorum ego ceremonias omnes & myſteria, meras nugas eſſe cenſeo, tenebroſum Dæmonum inventum, ac perditæ mentis figmentum, temporis ope ac præſidio fultum, & fabulis furtim obtectum. Nam, quæ ut vera adorant, eadem ut fabuloſa obvolvunt & occultant. Oporteret potiùs, ſi quidem vera ſunt, quæ prædicant, non ea fabulas nuncupare, ſed oſtendere, quòd ab omni turpitudinis obſcœnitatiſque nota vindicentur: ſi autem falſa, non ea ſuſpicere, nec ita impudenter de una eadémque re maximè oppoſitas ſententias tenere; perindè ac ii, qui in cœtu puerorum ludunt, aut amentium prorsùs virorum, non autem cum ſapientibus viris, ac Verbi adoratoribus diſputant; tametſi artificioſum iſtud & ſpurcum verborum lenocinium aſpernentur.

γ. Μή τις τοιαύτη κάθαρσις νομικὴ καὶ
σκιώδης, περισκαίροις ῥαντίσμασιν ὠφελοῦσα,
καὶ σωδῷ δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς
κεκοινωμένους; μή τι τοιοῦτο μυσταγωγοῦσιν
Ἕλληνες; ὧν λῆρος ἐμοὶ πᾶσα τελετὴ καὶ
C μυστήριον, δαιμόνων [e] εὕρημα σκοτεινὸν, καὶ e
δόξης ἀνάπλασμα κακοδαίμονος, χρόνῳ
βοηθούμενον, καὶ [f] μύθῳ κλεπτόμενον. ἃ f
γὰρ ὡς ἀληθῆ περισκυνοῦσιν, ὡς μυθικὰ
συγκαλύπτουσιν. δέον, εἰ μὲν ἀληθῆ, μὴ
μύθους ὀνομάζεσθαι, ἀλλ' ὅτι μὴ αἰσχρὰ
δείκνυσθαι· εἰ δὲ ψευδῆ, μὴ θαυμάζεσθαι,
μηδ' οὕτως ἰταμῶς ἐναντιωτάτας ἔχειν
δόξας περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος· ὥσπερ
ἐν ἀγορᾷ μειρακίων παίζοντας, ἢ ἀνδρῶν
D κακοδαιμόνων ὡς ἀληθῶς, ἀλλ' οὐκ ἀνδράσι
διαλεγομένους νῦν ἔχουσι, καὶ Λόγῳ περι-
κυνηταῖς· κἂν τὴν ἔντεχνον ταύτην, καὶ
ῥυπαρὰν πιθανότητα διαπτύωσιν.

Impia ac indecora Gentilium myſteria enumerantur.

IV. Non hæc Jovis partus & furta, illius, inquam, Cretenſium tyranni, (moleſtè licèt hoc Gentiles ferant;) nec Curetum ſoni ac plauſus, armataque ſaltationes, Dei vagientis clamorem obruentes, ut crudelem patrem effugeret. Grave enim profectò atque indignum erat, eum, qui ut lapis devoratus fuerat, ut infantem ejulare. Nec Phrygum exſectiones, & tibiæ, atque Corybantes, & quæcunque

δ. Οὐ g Διὸς ταῦτα γοναὶ καὶ κλοπαὶ, g
τοῦ Κρητὸς τυράννου, κἂν Ἕλληνες h ἀπαρέσ- h
κωνται· οὐδὲ Κουρήτων ἦχοι, καὶ κρότοι,
καὶ [i] ὀρχήσεις ἔνοπλοι, Θεοῦ κλαίοντος ἠχὴν i
συγκαλύπτουσαι, ἵνα πατέρα λάθῃ μισότεκ-
νον· δεινὸν γὰρ ἦν ὡς παιδίον κλαυθμυρί-
ζεσθαι, τὸν ὡς λίθον καταποθέντα· [k] οὐδὲ k
Φρυγῶν ἐκτομαὶ, καὶ αὐλοὶ, καὶ [l] Κορύβαν- l

Impia ac indecora Gentilium myſteria enumerantur.

Jovis ſurreptio.

Curetum plauſus ac ſaltationes.

Corybantes.

(*a*) Φαίνει. Coisl. 1. φαίνῃ.

(*b*) Πλησιάζωμεν. Duo Regg. & Coisl. 1. πλησιάσωμεν.

(*c*) Ἀναγωγῆς. *Meditatione, contemplatione.* Pro Θεωρίας enim ponitur. Bill. in prima Ed. *ſublimi Oratione.* In altera verò, *ſubvectione.* Agitur autem hîc de ſublimiori Myſterii expoſitione.

(*d*) Εὐοδώσῃ. Reg. ph. εὐοδώσει.

(*e*) Εὕρημα σκοτεινόν. Duo Regg. εὕρεμα σκοτεινῶν.

(*f*) Μύθῳ κλεπτόμενον. *Fabularum involucro ſenſim auctoritatem & fidem acquiſivit apud imprudentes.*

(*g*) Διὸς ταῦτα γοναί &c. Saturnus, Jovis pater, cùm ab oraculo didiciſſet, ut Græci fabulantur, fore ut ab uno filiorum ſuorum regno pelleretur, mares omnes, qui ipſi naſcebantur, devorabat. Cùm igitur Rhea Jovem peperiſſet, ejus pulchritudine permota, furtim ſublatum in Cretam miſit, eique Curetes quoſdam adjunxit, qui gravem ſonum atque armorum crepitum excitarent, ut tali ſtrepitu, infantis Dei vagitum & vaſtum ſonum tegere poſſent, ne fortè Saturnus è cœlo vagitum audiens, ipſum quoque devoraret. Lapidem autem faſciis involutum, nati loco, Saturno devorandum reliquit.

(*h*) Ἀπαρέσκωνται. Reg. bm. ἀπαρέσκονται.

(*i*) Ὀρχήσεις. Sic tres Regg. duodecim Colb. &c. In Ed. οἰχήσεις.

(*k*) Οὐδὲ Φρυγῶν &c. In Phrygia, Rheæ delubrum erat, in quo Phryges feſtum celebrantes genitali membro excidebantur.

(*l*) Κορύβαντες. *Corybantes.* Cybeles, ſeu Rheæ Sacerdotes, qui tympanis & ſaltationibus Deæ feſta agitabant.

τες, καὶ ὅσα περὶ τὴν Ρέαν ἄνθρωποι μαίνονται, τελοῦντες τῇ μητρὶ τῶν Θεῶν, καὶ τελούμενοι, ὅσα τῇ μητρὶ τῶν τοιούτων εἰκός· οὐδὲ κόρη τις ἡμῖν ἁρπάζεται, καὶ
a [a]Δημήτηρ πλανᾶται, καὶ Κελεούς τινας ἐπεισάγει, καὶ Τριπτολέμους, καὶ δράκοντας, καὶ τὰ μὲν ποιεῖ, τὰ δὲ πάσχει. αἰσχύνομαι
b γὰρ ἡμέρᾳ δοῦναι [b]τὴν νυκτὸς τελετὴν, καὶ ποιεῖν τὴν ἀσχημοσύνην μυστήριον. οἶδεν Ελευσὶς ταῦτα, καὶ οἱ τῶν σιωπωμένων, καὶ σιωπῆς ὄντως ἀξίων ἐπόπται. οὐδὲ
c Διόνυσος ταῦτα, καὶ [c]μηρὸς, ὠδίνων ἀτελὲς
d κύημα, ὥσπερ [d]ἄλλό τι κεφαλὴ πρότερον· καὶ Θεὸς ἀνδρόγυνος, καὶ χορὸς μεθυόντων, καὶ στρατὸς ἔκλυτος, καὶ Θηβαίων ἄνοια τοῦτον τιμῶσα, καὶ Σεμέλης κεραυνὸς περισκυνούμενος. οὐδὲ Αφροδίτης πορνικὰ μυστήρια, τῆς αἰσχρῶς, ὡς αὐτοὶ λέγουσι,
e καὶ [e]γεννωμένης καὶ τιμωμένης· οὐδὲ Φαλλοί τίνες καὶ Ιθύφαλλοι, αἰσχροὶ καὶ τοῖς σχή-
f μασι καὶ τοῖς περάγμασιν· [f]οὐδὲ Ταύρων
g ξενοκτονίαι, [g]καὶ Λακωνικῶν ἐφήβων ἐπιβώ-
h μιον αἷμα, [h]ξαινομένων ταῖς μάστιξι, καὶ τοῦτο μόνον κακῶς ἀνδριζομένων, οἷς τιμᾶται Θεὰ, ᾗ ταῦτα παρθένος. οἱ γὰρ αὐτοὶ, καὶ μαλακίαν ἐτίμησαν, καὶ θρασύτητα ἐσεβάσθησαν.

A circa Rheam homines furore capti peragunt, ejuſmodi ſacra Deorum matri obeuntes, atque ipſi viciſſim ita initiati, ut par eſt in talium Deorum parentis myſteriis. Nec puella quædam apud nos rapitur, nec Ceres vagatur, ac Celeos quoſdam, & Triptolemos, & dracones inducit, multáque alia & facit, & patitur. Pudet enim me nocturnum ſacrum in lucem proferre, ac turpitudinem myſterium facere. Novit hæc Eleuſis, atque illi tacitorum, ac profectò ſilentio dignorum ſacrorum ſpectatores. Nec Bacchus hæc noſtra myſteria B ſunt, nec femur, inchoatum fœtum parturiens, quemadmodùm caput alium quemdam fœtum priùs parturierat: nec ſemivir Deus, & ebriorum chorus, exercitúſque mollis & diſſolutus, & Thebanorum amentia, hunc colens, ac Semelæ tonitruum adoratum. Nec meretricia Veneris myſteria, turpiter, ut ipſi narrant, & procreatæ, & cultæ: nec Phalli quidem & Ityphalli, formis & actibus obſcœni. Nec atrox Taurorum in hoſpites feritas, nec aræ affuſus Spartanorum adoleſcentum cruor, flagris C ſeſe lacerantium, atque hac una in re malè viriles animos gerentium, à quibus Dea colitur, eáque virgo. Nam iidem, & mollitiem honori habuerunt, & audaciam venerati ſunt.

Ceres. Bacchus. Pallas. Venus. Diana.

i ε. Ποῦ δὲ θήσεις τὴν [i]Πέλοπος κρεουργίαν, πεινῶντας Θεοὺς ἑστιῶσαν, καὶ φιλο-
k ξενίαν πικρὰν καὶ ἀπάνθρωπον; [k]ποῦ δὲ Εκάτης τὰ φοβερὰ καὶ σκοτεινὰ φάσματα, D
l καὶ [l]Τροφωνίου κατὰ γῆς παίγνια καὶ μαν-
m τεύματα, ἢ [m]Δωδωναίας δρυὸς ληρήματα,
o n ἢ [n]τρίποδος Δελφικοῦ σοφίσματα, ἢ [o]Κασταλίας μαντικὸν πόμα; τοῦτο μόνον οὐ μαν-
p τευσάμενα, τὴν ἑαυτῶν σιωπήν. οὐδὲ [p]Μάγων

V. Jam Pelopis dilaniationem, eſurientes Deos ſatiantem, ac ſævam & inhumanam hoſpitalitatem, quo tandem loco pones? Quo item loco horrenda & caliginoſa Hecatæ ſpectra, Trophoniique ſubterranea ludicra & vaticinia, aut Dodonææ quercûs deliramenta, aut Delphicæ tripodis præſtigias, aut fatidicos Caſtalii fontis latices? Quæ omnia hoc unum vaticinari minimè potuerunt, nimirùm ſilentium ſuum. Nec Magorum

Inhumana Tantali hoſpitalitas. Hecatæ ſpectra. Trophonii ſubterranea vaticinia. Dodonææ quercûs deliramenta. Magorum

(a) Δημήτηρ. Sic Regg. bm. ph. Comb. In Ed. Διμήτηρ. Sic vocatur *Ceres*, *quæ puellam*, *ſeu Proſerpinam* filiam, à Plutone raptam, per totum orbem vagando conquiſivit. Eleuſina etiam cognominatur ab Eleuſis oppidi nomine, in quo Ceres à Rege Celeo Triptolemi patre liberaliſſimè hoſpitio excepta eſt. Quamobrem ei omnem agriculturæ rationem commonſtravit.

(b) Τήν. Reg. ph. τῆς.

(c) Μηρός. Sic tres Regg. & tres Colb. In Ed. μηρόν. Alludit ad fabulam Bacchi, qui ex Jovis femore natus fingitur.

(d) Ἄλλό τι κεφαλή. Minervam intelligit, è Jovis capite natam, juxta Poëtas.

(e) Γενναμένης. Tres Colb. & Sav. γεναμένης.

(f) Οὐδὲ Ταύρων &c. Apud Tauros in Scythia, erat delubrum Dianæ conſecratum, in quo omnes Græci, qui peregrinando ad ea loca divertebant, immolabantur.

(g) Καὶ Λακωνικῶν &c. Apud Lacædemonios in honorem Dianæ feſtum celebrabatur, in quo adoleſcentes verberibus corpus proſcindentes, aram ſanguine profundebant.

(h) Ξαινομένων. Nicetas, quem ſequitur Billius, legit, παρ' ἀλλήλων, *invicem*; quamvis deſit in Codicibus.

(i) Πέλοπος &c. Tantalus Deos quondam hoſpitio excepiſſe dicitur, filiumque Pelopem mactatum, ac ferventi aquâ coctum, iis appoſuiſſe.

(k) Ποῦ δὲ Εκάτης. Nonnulli per Hecaten, Lunam intelligunt. Alii Deam noctu obambulantem, leonum curru vectam, ac ſerpentibus & draconibus undique cinctam.

(l) Τροφωνίου &c. Trophonius gloriæ cupidus, & Deus apud homines haberi cupiens, in ſubterraneam quandam ſpecum ſe abdidit, ibique vitam finivit. Dæmon quidam in ea ſpecu ſibi domicilium conſtituens, ſeque Trophonium eſſe mentiens, Oraculis homines fallebat.

(m) Δωδωναίας δρυός. Dodona, Chaoniæ in Epiro civitas, juxta quam erat Dodonia ſylva, Jovi ſacra, & tota quercubus conſita, quæ vocales fuiſſe dicuntur & oracula reddidiſſe.

(n) Τρίποδος Δελφικοῦ. Delphis in Bœotia, juxta Parnaſſum montem, erat oraculum toto terrarum orbe celeberrimum, quod, nato Chriſto, prorsùs obmutuit.

(o) Κασταλίας. Fons ad Parnaſſi radicem, Apollini & Muſis ſacer.

(p) Μάγων. Magi, genere Medi ſunt. Hi autem animalia mactabant, atque ex jecoris fibris, ipſiuſque ſanguinis eruptione, futurorum conjecturam faciebant.

sacrificia. ars sacrificandi, atque ex victimarum incisione futurorum præsensio : nec Chaldæorum Astrologia & nativitatum obsservatio, res nostras eodem cum sideribus motu volvens, cùm tamen ipsi, nec quid sint, aut futuri sint, cognitum habere queant. Nec Thracum Orgia hæc sunt, à quibus & religionem natam esse aiunt : nec Orphei sacra & mysteria, quem Græci sapientiæ nomine adeò suspexerunt, ut etiam lyram, quæ fidium pulsibus omnia pertraheret, ipsi effinxerint. Nec Mithræ justum adversùs eos supplicium, qui hujusmodi sacris initiari sustinent. Nec Osiridis lacerationes, alia calamitas, quæ apud Ægyptios colitur. Nec Isidis infortunia, atque hirci Mendesiis ipsis venerabiliores; nec Apidis præsepe, hoc est, vituli, Memphitarum væcordiâ ad luxum abutentis. Nec omnes ii honores, quibus Nilum dedecorant, illum, inquam, frugum parentem, ut ipsi prædicant, spicísque copiosum & locupletem, atque ubertatem cubitis metientem.

Chaldæorum Astrologia.

Orgia Thracum.

Orphei mysteria.

Mithræ sacra.

Osiris.

Isis.

Apis.

VI. Mitto enim reptilium & vilium animalculorum honores, ac profusam obscœnitatem; quorum privatim quidem sua cuique sacra & festa erant, communiter tamen omnia ad horrendam perditámque impietatem tendebant; adeò ut, si quidem omninò eos impietate constringi, atque ad simulacra & artis opera manuúmque figmenta prolapsos, à Dei gloria dejici oportebat, nihil aliud ipsis cordati homines imprecari possent, quàm ut talia venerarentur, talibúsque honoribus afficerent, ut *erroris mercedem, quam decebat*, ut ait Paulus, per hujusmodi venerationem reciperent; non magis ea numina per seipsos honorantes, quàm ipsi per ea dedecus atque infamiam sibiipsis inurentes. Execrabiles quidem illi ob errorem, execrabiliores autem ob eorum, quæ venerantur atque adorant, vilitatem; ita ut iis etiam, quæ colunt, stupidiores se præbeant, tantúmque eâ dementiâ & stoliditate superent, quantùm ab iis, quæ adorant, vilitate superantur.

Rom. 1. 23. *& seqq.*

Gentiles omnes ad horrendam communemque impietatem animis concordes.

Dæmones, honorem soli Deo debitum,

VII. Atque hæc quidem ludant Gentiles, ac Dæmones, à quibus illi in hanc amentiam impelluntur, dum nimirùm Dei

Θυτικὴ, καὶ προγνωσις ἔντομος· καὶ [a] Χαλδαίων ἀστρονομία καὶ γενεθλιαλογία, τῇ τῶν οὐρανίων κινήσει [b] συμφέρουσα τὰ ἡμέτερα, τῶν μηδὲ ἑαυτοὺς ὅ, τί ποτέ εἰσιν, ἢ ἔσονται, γνῶναι δυναμένων· οὐδὲ [c] Θρακῶν ὄργια ταῦτα, παρ' ὧν καὶ τὸ θρησκεύειν, ὡς λόγος· οὐδὲ Ὀρφέως τελεταὶ καὶ μυςήρια, ὃν τοσοῦτον Ἕλληνες ἐπὶ σοφίᾳ ἐθαύμασαν, ὥςε καὶ λύραν αὐτῷ ποιῆσι, πάντα τοῖς κρούμασιν ἕλκουσαν· οὐδὲ [d] Μίθρου κόλασις ἔνδικος, κατὰ τῶν μυεῖσθαι τὰ τοιαῦτα ἀνεχομένων· οὐδὲ [e] Ὀσίριδος σπαραγμοὶ, ἄλλη συμφορὰ τιμωμένη παρ' Αἰγυπτίοις· οὐδὲ Ἰσιδος ἀτυχήματα, καὶ [f] τράγοι Μενδησίων αἰδεσιμώτεροι, καὶ Ἄπιδος φάτνη, μόσχου κατατρυφῶντος τῆς Μεμφιτῶν εὐηθείας· οὐδ' ὅσα τὸν Νεῖλον ταῖς τιμαῖς καθυβρίζουσι, τὸν καρποδότην, ὡς ἀνυμνοῦσιν αὐτοὶ, καὶ [g] εὔσταχυν, καὶ μετροῦντα τὴν εὐδαιμονίαν τοῖς πήχεσιν.

ς. Εὖ γὰρ λέγειν ἑρπετῶν καὶ κνωδάλων τιμὰς, καὶ τὸ τῆς ἀσχημοσύνης φιλότιμον· ὧν καθ' ἕκαστον ἰδία τὶς τελετὴ καὶ [h] πανήγυρις, καὶ κοινὸν τὸ τῆς κακοδαιμονίας ἐφ' ἅπασιν· ὡς εἴπερ ἀσεβεῖν αὐτοὺς ἔδει πάντως, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἀποπεσεῖν, εἰς εἴδωλα κατενεχθέντας, ἢ τέχνης ἔργα, καὶ χειρῶν πλάσματα, μὴ ἂν ἄλλό τι κατ' αὐτῶν εὔξασθαι τούς γε νοῦν ἔχοντας, ἢ τοιαῦτα σεβασθῆναι, καὶ οὕτω τιμῆσαι, ἵνα τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει τῆς πλάνης, ὥς φησι Παῦλος, ἀπολαμβάνωσιν, ἐν οἷς σέβονται· οὐ μᾶλλον [i] τιμῶντες, ἢ δι' ἐκείνων ἀτιμαζόμενοι. βδελυκτοὶ τῆς πλάνης, βδελυκτότεροι τῆς εὐτελείας τῶν προσκυνουμένων καὶ σεβομένων, ἵνα καὶ αὐτῶν τῶν τιμωμένων ὦσιν ἀναισθητότεροι, τοσοῦτον ὑπερβάλλοντες ἀνοίᾳ, ὅσον εὐτελείᾳ τὰ προσκυνούμενα.

ζ. Ταῦτα μὲν οὖν παιζέτωσαν Ἑλλήνων παῖδες, καὶ δαίμονες, παρ' ὧν ἐκείνοις ἡ ἄνοια, τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν εἰς ἑαυτοὺς μεθελκόντων,

(a) Χαλδαίων. Chaldæi celebres, utpotè qui ex astrorum contemplatione plurima obsservabant & conjectabant.

(b) Συμφέρουσα. Reg. c. Nicet. & Comb. συμπεριφέρουσα.

(c) Θρακῶν Ὄργια. Thraces primi fuerunt, qui Deos colere didicerunt. Undè Θρησκεία, *Religio*, à Thracibus nomen duxit. Ipsis etiam Thracibus *Orgia*, id est, mysteria & sacra festa tradidit Orpheus.

(d) Μίθρου. *Mithræ*, id est, *Solis*, qui præcipuè apud Chaldæos colebatur. Qui ejus sacris initiandi erant, per duodecim suppliciorum genera ducebantur, per famem scilicet, ignem, frigus, aliaque hujusmodi.

(e) Ὀσίριδος . . . Ἰσιδος. Isis Ægyptiorum Dea, priùs Io apud Poëtas vocabatur. Finxit fabula Isidem à Jove deamatam, in juvencam mutatam fuisse. Juno autem fraude cognitâ, œstro pellici immisso, summis eam doloribus exagitavit. Tandem pristinæ formæ restituta, in Ægyptum fugit, ubi Osiridi nupsit. Quibus mortuis, Isim & Osiridim inter Deos annumerarunt Ægyptii.

(f) Τράγοι Μενδησίων &c. Mendesium urbs est Ægypti, in qua hircus pro Deo habebatur.

(g) Εὔσταχυν. Sic plerique Codd. In Ed. ἄσταχυν.

(h) Πανήγυρις. Sic quatuor Regg. decem Colb. duo Coisl. Or. 1. &c. In Ed. μυσήριον.

(i) Τιμῶντες, ἢ δι' ἐκείνων. Quinque Regg. tres Colb. duo Coisl. τιμῶντες τὰ σεβάσματα, ἢ δι' ἑαυτῶν. Sic legit Billius.

μεθελκόντων, καὶ ἄλλους ἄλλως κατα- A
τεμνόντων εἰς αἰσχρὰς δόξας καὶ φαντασίας,
ἀφ' οὗ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἐκβαλόντες ἡμᾶς,
τῷ ξύλῳ τῆς γνώσεως οὐ κατὰ καιρὸν,
a οὐδ' ἐπιτηδείως [a] μεταληφθείσης, ὡς ἀσ-
θενεστέρους ἤδη κατέδραμον, τὸν ἡγεμόνα
νοῦν συναρπάσαντες, καὶ τοῖς πάθεσι
θύραν ἀνοίξαντες. οὐ γὰρ ἔφερον, φύσις
ὄντες φθονερὰ καὶ μισάνθρωπος, μᾶλλον
δὲ, ἀφ' τὴν ἑαυτῶν κακίαν γενόμενοι, τοὺς
κάτω τῶν ἄνω τυχεῖν, αὐτοὶ πεσόντες ἐπὶ B
γῆς ἄνωθεν, οὐδὲ τοσαύτην μετάστασιν
γενέσθαι τῆς δόξης, καὶ τῶν φεφύτων
φύσεων. τοῦτό ἐστιν ὁ διωγμὸς τοῦ πλάσ-
ματος· ἀφ' τοῦτο ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ καθυ-
βρίσθη· καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκιμάσαμεν
φυλάξαι τὴν ἐντολὴν, παρεδόθημεν τῇ
b [b] αὐτονομίᾳ τῆς πλάνης· καὶ καθὼς ἐπλανή-
θημεν, ἠτιμάσθημεν ἐν οἷς ἐσεβάσθημεν.
οὐ γὰρ τοῦτο μόνον δεινὸν, τὸ πεποιη-
c μένους [c] ἐπ' ἀγαθοῖς ἔργοις, εἰς δόξαν C
καὶ ἔπαινον τοῦ πεποιηκότος, καὶ Θεοῦ
μίμησιν, ὅσον ἐφικτὸν, ὁρμητήριον γενέσ-
θαι παντοίων παθῶν, βοσκομένων κακῶς
καὶ δαπανώντων τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον·
e d [d] ἀλλὰ τὸ καὶ Θεοὺς [e] στήσασθαι συνηγόρους
τοῖς πάθεσιν, ἵνα μὴ μόνον ἀνεύθυνον τὸ
ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ καὶ θεῖον νομίζηται,
εἰς τοιαύτην καταφεύγον ἀπολογίαν, τὰ
φεφυκυούμενα.

honorem ad seipsos detorquent, atque in turpes sententias, & rerum species, alios alio modo discindunt, ex quo nos, per scientiæ lignum minùs tempestivè & commodè perceptum, vitæ ligno exturbatos, velut jam infirmiores, exagitarunt, gubernatrice mente abreptâ, januâque vitiosis animi affectionibus patefactâ. Nec enim ferre poterant, cùm invidiâ atque odio adversùs hominem suâpte naturâ flagrarent, vel, ut rectiùs loquar, propter vitium suum in hunc habitum degeneràssent, terrenos homines supernis bonis frui, cùm ipsi è cœlo in terram corruissent, nec tantam gloriæ, pristinæque ipsorum naturæ mutationem fieri. Idcircò persecutio adversùs Dei figmentum excitata est: idcircò Dei imago probro & dedecore affecta. Et quemadmodùm mandato parere recusavimus, ita licentiæ erroris traditi sumus: & quemadmodùm aberravimus, ita vicissim in iis, quibus cultum & venerationem adhibuimus, probro & ignominiâ perfusi sumus. Nec enim hoc solum grave & indignum est, quòd, cùm ad bona opera, in opificis laudem & gloriam, Deíque, quantùm fas est, imitationem, creati essemus, omnis generis vitiorum, quæ intestinum hominem miserè depascunt atque consumunt, sedes & propugnaculum facti sumus; sed etiam quòd Deos vitiorum patronos effinximus, ut peccatum, non modò crimine careat, sed etiam divinum censeatur, ad ea videlicet, quæ pro Diis adorantur, defensionis causâ confugiens.

ad se detorquent.

Invidiâ & odio adversùs hominem flagrantes.

Homo, inobedientiâ, erroris licentiæ traditus.

η. Ἡμῖν δὲ ὥσπερ ἐχαρίσθη τὸ φυγοῦσι D
τὴν δεισιδαίμονα πλάνην, μετὰ τῆς ἀλη-
θείας γενέσθαι, καὶ δουλεύειν Θεῷ ζῶντι
καὶ ἀληθινῷ, καὶ τὴν κτίσιν ὑπεραναβῆναι,
πάντα περάσασιν, ὅσα ὑπὸ χρόνον καὶ
f φεφύτην κίνησιν· οὕτω καὶ [f] εἴδωμεν, καὶ
φιλοσοφήσωμεν τὰ φερὶ Θεοῦ καὶ τὰ θεῖα.
g φιλοσοφήσωμεν δὲ, [g] ἀρχόμενοι ὅθεν ἄρχεσθαι
ἄμεινον· ἄμεινον δὲ, ὅθεν Σολομὼν ἡμῖν
h ἐνομοθέτησεν· ἀρχὴ σοφίας, φησὶ, [h] κτῆσαι
Σοφίαν· τί τοῦτο λέγων ἀρχὴν σοφίας; τὸν E
φόβον. οὐ γὰρ ἀπὸ θεωρίας ἀρξαμένους,
εἰς φόβον χρὴ καταλήγειν· θεωρία γὰρ
ἀχαλίνωτος· τάχα ἂν καὶ κατὰ κρημνῶν
ὤσειεν· ἀλλὰ φόβῳ στοιχειουμένους, καὶ
καθαιρομένους, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, λεπ-
τυνομένους, εἰς ὕψος αἴρεσθαι. οὗ γὰρ

VIII. At verò, quemadmodùm nobis divino beneficio concessum est, ut, superstitioso errore fugâ relicto, à veritate stemus, ac Deo vivo & vero serviamus, & supra creaturam assurgamus, omnia, quæ tempori primæque motioni subjacent, trajicientes; ita etiam faciendum est, ut ea, quæ de Deo, ac divina sunt, cognoscamus, de iisque differamus. Differemus autem, hinc, undè satius est, initium ducentes. Hinc porrò satius est, undè Salomon nobis legem statuit. *Principium sapientiæ*, inquit, *posside sapientiam.* Quidnam hoc vocat principium sapientiæ? *Timorem.* Neque enim ea nobis ratio ineunda est, ut à contemplatione auspicantes, in timorem desinamus; (effrenata enim contemplatio in præcipitia quoque fortasse nos impulerit;) verùm ut timoris rudimentis imbuti, & purgati, atque, ut hoc verbo utar, attenuati, in altum eferamur. Ubi enim timor est, illic quoque

Supra creata omnia assurgendum, ut cognoscantur divina.

Timor, principium sapientiæ. *Prov.* IV. 7. *Eccli.* I. 16.

Ubi timor

(a) Μεταληφθείσης. Sic quinque Regg. octo Colb. Or. 1. & Bas. ed. Unus Colb. habet, μεταληφθέντι. Sic legit Bill. Pravè in Par. ed. μεταληφθέντος.
(b) Αὐτονομίᾳ τῆς πλάνης. Bill. *Erroris libertati.*
(c) Ἐπ' ἀγαθοῖς ἔργοις &c. Bill. *Propter bona opera, hoc est, ad opificis laudem* &c.
(d) Ἀλλὰ τό. Comb. ἀλλὰ καὶ τό.
(e) Στήσασθαι. *Constituimus.*
(f) Εἴδωμεν. Sic Regg. bm. ph. tres Colb. &c. In Ed. ἴδωμεν.
(g) Ἀρχόμενοι. Deest in duobus Regg. & Or. 1.
(h) Κτῆσαι. Bill. *collige.*

illic mandatorum obſervatio.

mandatorum obſervatio : ubi autem mandatorum obſervatio, illic etiam carnis, quæ, nubis cujuſdam inſtar, animæ lumen obſcurat, nec divini radii ſplendorem purè intueri ſinit, purgatio eſt. Porrò ubi purgatio, illic illuminatio; illuminatio autem, deſiderii ſumma eſt, iis utique qui maximarum rerum, vel potiùs maximæ rei, atque adeò magnitudinem omnem ſuperantis, cupiditate flagrant.

Solus purus cum Deo puro colloqui poteſt.

Exod. XXXIV. 30. *& ſeqq.*

IX. Quocirca ſe quemque priùs purgare oportet, atque ita demùm cum puro conſuetudinem habere; ne alioqui nobis idem, quod *Iſraëli*, accidat, vultûs Moſaici gloriam non ferenti, ac propterea velamine opus habenti : aut eodem, quo

Jud. XIII. 22.

Manue, modo afficiamur, ac dicamus : *Periimus, Mulier, Deum vidimus,* cùm videlicet Dei ſpecies ipſi objecta eſſet : aut,

Luc. V. 8.

Petri inſtar, *Jeſum à navicula* ſubmoveamus, utpotè tali præſentiâ indigni. (Petrum autem cùm dico, quem virum dico? Eum, qui ſuper fluctus ambulavit.) Aut oculorum ſenſu orbemur, quemadmodùm Paulo accidit, cùm, priuſquam à perſecutionibus expiatus eſſet, *colloquium cum eo, quem perſequebatur*, miſcuiſſet, vel potiùs, exiguo magni illius luminis ſplendore perſtrictus fuiſſet : aut denique, ut Centurio ille, medicinam ita requiramus, ut tamen laudabili timore perterriti, medicum *in ædes noſtras non admittamus.* Proindè dicat quoque ex nobis quiſpiam, quandiù nondùm purgatur, ſed adhuc Centurio eſt, in multos vitii principatum tenens, ac Cæſari, hoc eſt, mundi principi, eorúmque, qui humi volutantur, domino militat : *Non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum.* Cùm autem Jeſum conſpexerit, quamvis ſpirituali *ſtaturâ parvus*, ut Zachæus ille, ac ſuper ſycomorum evectus fuerit, *mortificatis* videlicet *membris, quæ ſuper terram ſunt*, atque humilitatis corpore ſuperato, tum verò Verbum excipiat, & audiat : *Hodiè ſalus huic domui*, ſalutémque accipiat, ac perfectiores fructus ferat, præclarè ſpargens & effundens, quæ ex telonii lucris malè collegerat.

Act. IX. 4. *& ſeqq.*

Timor Centurionis laudabilis.

Matth. VIII. 8.

Zachæi humilitas imitanda.

Luc. XIX. 2. *& ſeq.*

Coloſ. III. 5.

Luc. XIX. 9.

Dei Verbum indignis formidoloſum, dignis verò benignum.

X. Idem enim Verbum, & propter naturam ſuam indignis formidoloſum eſt, & propter benignitatem capi poteſt, iis quidem certè, qui in hunc modum fuerint præparati; qui, impuro ſpiritu depulſo, animas agnitione mundarint & exornarint, nec eas deſides & otioſas

A φόβος, ἐντολῶν τήρησις· οὗ δὲ ἐντολῶν τήρησις, ζαρκὸς κάθαρσις, τοῦ ἐπιπροσθοῦντος τῇ ψυχῇ νέφους, καὶ οὐκ ἐῶντος καθαρῶς ἰδεῖν τὴν θεῖαν ἀκτῖνα· οὗ δὲ κάθαρσις, ἔλλαμψις· ἔλλαμψις δὲ, πόθου a πλήρωσις, [a] τοῖς τῶν μεγίστων, ἢ τοῦ μεγίστου, ἢ ὑπὲρ τὸ μέγα ἐφιεμένοις.

θ. Διὰ τοῦτο καθαρτέον [b] ἑαυτὸν πρῶτον, b εἶτα πῷ καθαρῷ προσομιλητέον· εἴπερ μὴ B μέλλοιμεν τὸ τοῦ Ισραὴλ πείσεσθαι, μὴ φέροντος τὴν δόξαν τοῦ προσώπου Μωσέως, καὶ διὰ τοῦτο δεομένου καλύμματος· ἢ τὸ τοῦ Μανωὲ, καὶ πείσεσθαι, καὶ λέξειν· ἀπολώλαμεν, ὦ γύναι, Θεὸν ἑωράκαμεν, ἐν φαντασίᾳ Θεοῦ γενομένου· ἢ, ὡς Πέτρος, τοῦ πλοίου τὸν Ιησοῦν ἀποπέμψασθαι, ὡς οὐκ ἄξιοι τοιαύτης ἐπιδημίας. Πέτρον δὲ ὅταν εἴπω, τίνα λέγω; τὸν κατὰ κυμάτων πεζεύσαντα. ἢ, ὡς Παῦλος, τὴν ὄψιν πλη- C γήσεσθαι, πρὶν καθαρθῆναι τῶν διωγμῶν, πῷ διωκομένῳ προσομιλήσας, μᾶλλον δὲ, βραχείᾳ τοῦ [c] μεγάλου φωτὸς λαμπηδόνι· c ἢ, ὡς ὁ ἑκατόνταρχος, τὴν μὲν θεραπείαν ἐπιζητήσειν, τῇ [d] οἰκίᾳ δὲ τὸν θεραπευτὴν d οὐκ εἰσδέξασθαι διὰ δειλίαν ἐπαινουμένην. λεγέτω τις κἀ ἡμῶν, ἕως οὔπω [e] καθαίρεται, e ἀλλ' ἔστιν ἑκατόνταρχος ἔτι, πλειόνων ἐν κακίᾳ κρατῶν, καὶ στρατεύεται Καίσαρι, πῷ κοσμοκράτορι τῶν κάτω συρομένων· D οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς. ὅταν δὲ Ιησοῦν θεάσηται, καί τοι μικρὸς ὢν τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν, f [f] ὡς ὁ Ζακχαῖος ἐκεῖνος, καὶ ὑπὲρ τὴν συκομωραίαν ἀρθῇ, νεκρώσας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὑπεραναβὰς τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως, τότε καὶ εἰσδεχέσθω τὸν Λόγον, καὶ ἀκουέτω· σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ, καὶ λαμβανέτω τὴν σωτηρίαν, καὶ καρποφορείτω τὰ τελεώτερα, σκορπίζων E καὶ διαχέων καλῶς, ἃ κακῶς ἐτελώνησεν.

ι. Ο γὰρ αὐτὸς Λόγος, καὶ φοβερὸς τοῖς οὐκ ἀξίοις διὰ τὴν φύσιν, καὶ χωρητὸς διὰ φιλανθρωπίαν τοῖς οὕτως [g] νὴ τρεπισμένοις· g [h] ὅσοι τὸ ἀκάθαρτον καὶ ὑλικὸν πνεῦμα τῶν h ψυχῶν ἀπελάσαντες, καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς τῇ ἐπιγνώσει σαρώσαντες καὶ κοσμήσαντες,

(*a*) Τοῖς τῶν μειζόνων. Schol. *τὰς τρεῖς ὑποστάσεις διὰ τὸ κατ' οὐσίαν ἓν, καὶ ταυτὸν, καὶ μοναδικὸν τῆς θεότητος. Tres Perſonas ob eſſentiæ unitatem, eandemque ac ſingularem Deitatem.*

(*b*) Εαυτόν. Deeſt in Reg. ph. Or. 1. & aliis.

(*c*) Μεγάλου. Deeſt in duobus Regg.

(*d*) Οἰκίᾳ. Sic plures Regg. In Ed. *οἰκείᾳ.*

(*e*) Καθαίρεται. In nonnullis, *κεκάθαρται.*

(*f*) Ως ὁ. Sic ſeptem Regg. Deeſt ὁ in Ed.

(*g*) Νὴ τρεπισμένοις. Regg. bm. ph. & Colb. 5. *εὐτρεπισμένοις.*

(*h*) Οσοι. Plures Colb. *ὡς οἱ.*

μηδὲ ἀργὴν, μηδὲ ἄπρακτον εἶασαν, ὥστε A
μετὰ πλείονος τῆς παρασκευῆς, αὖθις
καταληφθῆναι ὑπὸ τῶν ἑπτὰ τῆς κακίας
πνευμάτων, ὅσα καὶ τῆς ἀρετῆς ἀπηρίθμη-
ται· τὸ γὰρ δυσμαχώτερον, περισσουδας-
a τότερον· ἀλλὰ [a] πρὸς τῷ φεύγειν τὴν κακίαν,
b καὶ τὴν ἀρετὴν ἐργάζονται, ὅλον [b] τὸν Χρις-
τὸν, ἢ ὅτι μάλιστα, ἑαυτοῖς εἰσοικίσαντες,
ὥστε μηδενὶ κενῷ τὴν πονηρὰν δύναμιν
ὁμιλήσασαν, ἑαυτῆς πάλιν πληρῶσαι, καὶ
γενέσθαι τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων, B
c διὰ τὸ τῆς καταδρομῆς σφοδρότερον, [c] καὶ
τὸ τῆς φρουρᾶς ἀσφαλέστερον καὶ δυσαλω-
τότερον. ὅταν δὲ πάσῃ φυλακῇ τηρήσαντες
τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν, καὶ ἀναβάσεις ἐν τῇ
καρδίᾳ διαθέμενοι, καὶ νεώσαντες ἑαυτοῖς
νεώματα, καὶ σπείραντες εἰς δικαιοσύνην,
ὡς Σολομῶντι, καὶ Δαβὶδ, καὶ Ιερεμίᾳ
δοκεῖ, φωτίσωμεν ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως·
τηνικαῦτα λαλῶμεν Θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ
τὴν ἀποκεκρυμμένην, καὶ τοῖς ἄλλοις C
d ἐκλάμπωμεν. τέως δὲ [d] καθαιρώμεθα καὶ
προτελώμεθα τῷ Λόγῳ, ἵν' ὅτι μάλιστα
αὐτοὺς ἡμᾶς εὐεργετῶμεν, θεοειδεῖς ἐργα-
ζόμενοι, & ἥκοντα τὸν Λόγον ὑποδεχόμενοι·
οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ κρατοῦντες, καὶ τοῖς
ἄλλοις προφαίνοντες.

reliquerint, ita ut cum majori apparatu à ſeptem vitii ſpiritibus, hoc eſt, totidem, quot virtutis numerati ſunt, rursùs occupetur; (quod enim difficiliùs expugnatur, ſtudioſiùs atque ardentiùs appetitur;) verùm ad vitii fugam virtutis cultum adjungunt, totum Chriſtum, vel certè quàm maximè, in animi domicilium admittentes, ne prava poteſtas, vacuum aliquid offendens, domum rursùs impleat, *ac noviſſima prioribus deteriora fiant*, tum propter acriorem ac vehementiorem incurſionem, tum propter majorem arcis firmitatem, ejuſque expugnandæ difficultatem. Poſteaquàm autem, *animâ noſtrâ omni cuſtodiâ ſervatâ*, atque *aſcenſionibus in corde diſpoſitis*, *novalibúſque in nobisipſis innovatis*, ac denique *ſemine ad juſtitiam ſparſo*, quemadmodùm, & Salomon, & David, & Jeremias admonent, ſcientiæ lumen nobis excitaverimus; tum demùm *in myſterio abſconditam Dei ſapientiam loquamur*, aliíſque præluceamus. Interim verò purgemur, ac Verbo antè initiemur, ut quàm præclariſſimè de nobis ipſis mereamur, Deo ſimiles nosipſos reddentes, ac Verbum veniens ſuſcipientes: nec ſolùm ſuſcipientes, verùm etiam retinentes, aliíſque præmonſtrantes.

Ad vitii fugam, addendus virtutis cultus.

Matt. XII. 45.

Prov. IV. 23.

Pſ. LXXXIII. 6.

Jerem. IV. 3.

I. Cor. II. 7.

ια. Επεὶ δὲ [e] ἀνεκαθήραμεν τῷ λόγῳ
τὸ θέατρον, φέρε, τι περὶ τῆς ἑορτῆς ἤδη
φιλοσοφήσωμεν, καὶ συνεορτάσωμεν ταῖς
φιλεόρτοις καὶ φιλοθέοις ψυχαῖς. ἐπεὶ
δὲ κεφάλαιον ἑορτῆς μνήμη Θεοῦ, Θεοῦ D
μνημονεύσωμεν. καὶ γὰρ τὸν ἐκεῖθεν τῶν
ἑορταζόντων ἦχον, ἔνθα εὐφραινομένων
f [f] πάντων ἡ κατοικία, οὐκ ἄλλό τι, ἢ τοῦτο
εἶναι νομίζω, Θεὸν ὑμνούμενόν τε καὶ δοξα-
ζόμενον τοῖς τῆς ἐκεῖσε πολιτείας ἠξιωμένοις.
εἰ δέ τι τῶν ἤδη προειρημένων ὁ νῦν ἕξει
λόγος, θαυμαζέτω μηδείς. οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ
g [g] καὶ φθέγξομαι μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν
h αὐτῶν, φρίττων καὶ γλῶσσαν, [h] καὶ νοῦν, καὶ
διάνοιαν, ὅταν περὶ Θεοῦ φθέγγωμαι· καὶ E
ὑμῖν ταυτὸ τοῦτο συνευχόμενος τὸ ἐπαινετὸν
πάθος καὶ μακάριον. Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω,
ἑνὶ φωτὶ περιαστράφητε καὶ τρισί· τρισὶ
i μὲν, κατὰ τὰς ἰδιότητας, [i] εἴτ' οὖν

XI. Quoniam autem ſermone theatrum repurgavimus, age, jam de feſto nonnihil diſſeramus, & cum piis animis feſtíque celebrandi ſtudioſis, diem hunc ſacrum celebremus. Et quoniam Dei memoria præcipuum feſti caput eſt, Deum memoriâ colamus. Nam nec ſonum eorum, qui in altero ſæculo, in quo *lætantium omnium habitatio eſt*, feſtum celebrant, quidquam aliud eſſe exiſtimo, quàm laudes eas, quibus Deus ab illis, qui in Rempublicam illam admiſſi ſunt, celebratur. Quòd ſi quid eorum, quæ jam à nobis dicta ſunt, hæc Oratio habitura eſt, id nemini mirum videatur. Neque enim eadem ſolùm proloquar, ſed de iiſdem quoque rebus, & quidem linguâ, & mente, & cogitatione horreſcens, quoties de Deo ſermonem habeo; quem etiam præclarum ac beatum affectum vobis ineſſe optarim. Deum porrò cùm dico, uno eodémque triplici lumine perſtringamini: triplici quidem, quantùm

Feſta inſtituta, ut divinæ laudes celebrentur.

Pſ. LXXXVI. 7.

Deus unus & trinus.

(a) Πρὸς τῷ. Or. 1. Jeſ. Par. πρὸς τό.
(b) Τόν. Deeſt in tribus Regg. & Or. 1.
(c) Καὶ τὸ τῆς. Sic ſex Regg. tres Colb. & Or. 1. Deeſt τό in Ed.
(d) Καθαιρώμεθα &c. Budæus: *Expiemus nos, puroſque & idoneos reddamus.*
(e) Ανεκαθήραμεν &c. Nicetas exponit: *Auditorum animas ſermone præparavimus.*
(f) Πάντων ἡ κατοικία. Sic ſex Regg. & Or. 1. Deeſt ἡ in Ed.
(g) Καί. Deeſt in Regg. bm. ph.
(h) Καὶ νοῦν. Hæc deſunt in quinque Regg. Alii autem, & quidem optimæ notæ, habent, καὶ ἀκοήν, *& aurem.*
(i) Εἴτ' οὖν. Sic tres Regg. ſex Colb. & Or. 1. In Ed. ἤ γοῦν.

ad proprietates, ſive Hypoſtaſes, ſi cui hoc verbum magis arridet, ſive Perſonas; (neque enim de vocabulis diſſidebimus, quandiù ſyllabæ ad eandem ſententiam ferent;) uno autem, quantùm ad ſubſtantiæ, hoc eſt, Divinitatis rationem. Diſtinguitur enim indiſtinctim, ut ſic loquar, & diſtinctim connectitur. Unum enim in tribus, Divinitas eſt, & tria unum; ea, inquam, in quibus, Divinitas eſt, vel, ut magis propriè dicam, quæ, Divinitas eſt. Exceſſus autem ac defectus miſſos faciamus, nec per unionem confuſionem, nec rursùs per diviſionem ſejunctionem efficientes. Æquo enim intervallo à nobis abſint, & Sabellii contractio, & Arii diviſio, mala ex diametro oppoſita, & impietate paria. Quid enim neceſſe eſt Deum vel malè contrahere, vel in inæqualitatem ſcindere?

Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus.

XII. *Nobis quippè unus Deus Pater, ex quo omnia, & unus Dominus Jeſus-Chriſtus, per quem omnia*, & unus Spiritus Sanctus, in quo omnia. In quibus hæ particulæ, *Ex quo*, *Per quem*, & *In quo*, non naturas ſecant; (alioqui enim propoſitiones iſtæ nominúmque ordines nunquam immutarentur;) verùm unius & inconfuſæ naturæ proprietates exprimunt. Idque ex eo perſpicuè conſtat, quòd rursùs in unum contrahuntur, ſi modò quis illud apud eundem Apoſtolum non neglectim atque oſcitanter legat: *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſæcula, Amen.* Pater pater eſt, & principii expers: neque enim ex ullo eſt. Filius filius eſt, ac non principii expers: ex Patre ſiquidem. Quòd ſi temporis principium accipis, principio etiam caret; neque enim temporum effector tempori ſubeſt. Spiritus ſanctus verè ſpiritus eſt, procedens quidem ex Patre, non tamen filiationis modo, ut nec generationis, verùm proceſſionis; liceat enim perſpicuitatis causâ nova nomina fingere. Neque enim Pater eò ingenitus eſſe deſtitit, quia genuit: nec Filius genitus eſſe deſinit, quia ex ingenito eſt. Quonam enim modo deſineret? Nec Spiritus idcircò, vel in Patrem, vel in Filium migrat, quia proceſſit, ac Deus eſt, etiam ſi impiis hominibus aliter videatur: proprietas enim moveri non poteſt. Nam alioqui quonam pacto proprietas maneret, ſi moveretur & mutaretur? Qui autem Ingenituram, & Generationem, Deorum homonymorum naturas eſſe ſtatuunt, iidem,

Rom. XI. 36.

I. Cor. VIII. 6.

ὑποστάσεις, εἴ τινι φίλον καλεῖν, εἴτε πρόσωπα· οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν· ἑνὶ δὲ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτ' οὖν θεότητος. διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵν' οὕτως εἴπω, καὶ συνάπτεται διηρημένως. [a] ἓν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἕν· τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης. τὰς δὲ ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις, [b] ἐλλείψωμεν· [c] οὔτε τὴν ἕνωσιν, σύγχυσιν ἐργαζόμενοι, οὔτε τὴν διαίρεσιν, ἀλλοτρίωσιν. ἀπέστω γὰρ ἡμῶν ἐξ ἴσου, κἡ ἡ Σαβελλίου συναίρεσις, καὶ ἡ Ἀρείου διαίρεσις, τὰ ἐκ διαμέτρου κακὰ, καὶ ὁμότιμα τὴν ἀσέβειαν· τί γὰρ δεῖ Θεὸν, ἢ συναλείφειν κακῶς, ἢ κατατέμνειν εἰς ἀνισότητα;

ιϐ. Ἡμῖν δὲ, εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα· τοῦ ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ, μὴ φύσεις τεμνόντων· οὐδὲ γὰρ ἂν μετέπιπτον αἱ προθέσεις, ἢ αἱ τάξεις τῶν ὀνομάτων· ἀλλὰ χαρακτηριζόντων μίας καὶ ἀσυγχύτου φύσεως ἰδιότητας. καὶ τοῦτο δῆλον, ἐξ ὧν εἰς ἓν συνάγονται πάλιν, εἴ τῳ μὴ παρέργως ἐκεῖνο [d] ἀναγινώσκεται τῷ αὐτῷ Ἀποστόλῳ· τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Πατὴρ ὁ πατὴρ, καὶ ἄναρχος· οὐ γὰρ ἔκ τινος. Υἱὸς ὁ υἱὸς, καὶ οὐκ ἄναρχος· ἐκ τοῦ Πατρὸς γάρ. εἰ δὲ τὴν ἀπὸ χρόνου λαμβάνοις ἀρχὴν, καὶ ἄναρχος· ποιητὴς γὰρ χρόνων, οὐχ ὑπὸ [e] χρόνον. Πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς τὸ πνεῦμα, προϊὸν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὐχ υἱκῶς δὲ, οὐδὲ γὰρ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς· εἰ δεῖ τι καὶ καινοτομῆσαι περὶ τὰ ὀνόματα Σαφηνείας ἕνεκεν. οὔτε τοῦ Πατρὸς ἑστάντος τῆς ἀγεννησίας, διότι γεγέννηκεν· οὔτε τοῦ Υἱοῦ τῆς γεννήσεως, ὅτι ἐκ τοῦ ἀγεννήτου. πῶς γάρ; οὔτε τοῦ Πνεύματος, ἢ εἰς Πατέρα μεταπίπτοντος, ἢ εἰς Υἱὸν, ὅτι ἐκπεπόρευται, καὶ ὅτι Θεὸς, κἂν μὴ δοκῇ τοῖς ἀθέοις· ἡ γὰρ ἰδιότης ἀκίνητος. ἢ πῶς ἂν ἰδιότης μένοι, κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα; οἱ δὲ τὴν ἀγεννησίαν, καὶ

(a) Ἓν γὰρ ἐν τρισίν. Obſervat hîc Scholiaſtes accuratam loquendi rationem Gregorii, qui nunquam Deum, τρία, vel τὸ ἓν τρία dixerit; ſed τὸ ἓν ἐν τρισὶ, καὶ τὰ τρία ἕν, id eſt, τὰ τρία τὴν θεότητα εἶναι, non è converſo, ἓν τὰ τρία.

(b) Ἐλλείψωμεν. Sic Reg. bm. tres Colb. &c. In Ed. ἐκλειψωμεν.

(c) Οὔτε τὴν ἕνωσιν &c. *Nec quod unius confundentes*, nimirùm, *Perſonas; nec*, diſtinguendo inter ſe Perſonas, *alienas inducamus naturas.*

(d) Ἀναγινώσκεται. Reg. ph. & Or. 1. ἀναγινώσκηται.

(e) Χρόνον. Reg. ph. χρόναν.

τὴν

τὴν γέννησιν φύσεις Θεῶν ὁμωνύμων τιθέ- A credo, Adamum quoque & Seth, (quo-
μενοι, τάχα ἂν καὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ τὸν niam ille, non ex carne, utpotè à Deo ef-
a Σήθ · [a] ὅτι ὁ μὲν οὐκ ἀπὸ Ϛαρκὸς, fictus, hic autem ab Adamo & Eva pro-
πλάσμα γὰρ, ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ καὶ creatus est,) diversâ naturâ præditos esse
τῆς Εὔας, ἀλλήλων κατὰ τὴν φύσιν ἀλλο- contendent. Unus igitur Deus in tribus, &
τριώσουσιν. εἷς οὖν Θεὸς ἐν τρισὶ, καὶ τὰ tria unum sunt, ut diximus.
τρία ἓν, ὥσπερ ἔφαμεν.

ιγ. Ἐπεὶ δὲ οὕτω ταῦτα, ἢ τοῦτο, XIII. Quæ cùm ita se habeant, imò Creatur
ἔδει δὲ μὴ τοῖς ἄνω μόνον τὴν προσκύνησιν cùm hoc ita se habeat, atque adorationem homo, ut sit
περιγράφεσθαι, ἀλλ' εἶναί τινας καὶ κάτω nequaquàm supernis tantùm Spiritibus de- super terram
προσκυνητὰς, ἵνα πληρωθῇ τὰ πάντα B finitam & circumscriptam esse conveni- Dei adorator.
δόξης Θεοῦ, ἐπεὶ καὶ Θεοῦ· καὶ δι' ret, sed & inferos quosdam adoratores
οὗτο κτίζεται ἄνθρωπος, χειρὶ Θεοῦ esse deceret, ut omnia Dei gloriâ, (quan-
τιμηθεὶς καὶ εἰκόνι. τοῦτον δὲ φθόνῳ δι- doquidem Dei omnia sunt,) implerentur;
βόλου, καὶ πικρᾷ γεύσει τῆς ἁμαρτίας, eam ob causam homo creatur, divinâ
b Θεοῦ τοῦ πεποιηκότος [b] ἐλεεινῶς χωριζόμενον manu & imagine ornatus. Hunc autem
παριδεῖν, οὐ Θεοῦ. τί γίνεται; καὶ τί τὸ invidiâ Diaboli, atque acerbo peccati
μέγα περὶ ἡμᾶς μυστήριον; καινοτομοῦνται gustu, à Deo conditore miserè sepa-
φύσεις, καὶ Θεὸς ἄνθρωπος γίνεται· καὶ ratum despicere, à Deo alienum erat.
ὁ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ Quid igitur fit? Quámque magnum circa
κατὰ ἀνατολὰς τῆς ἰδίας δόξης τε καὶ C nos mysterium designatur? Innovantur na- Deus homo
λαμπρότητος, ἐπὶ δυσμῶν δοξάζεται τῆς turæ, ac Deus homo efficitur: & qui *su-* efficitur.
ἡμετέρας εὐτελείας καὶ ταπεινότητος, καὶ *per cœlum cœli ad* gloriæ suæ & splendoris *Ps.* LXVII. 34.
ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ δέχεται καὶ υἱὸς ἀνθρώ- *Orientem ascendit*, in vilitatis & humili-
που γενέσθαι τε καὶ κληθῆναι· οὐχ' ὃ ἦν tatis nostræ Occasu celebratur, Deique
c μεταβαλὼν, [c] ἄτρεπτον γὰρ, ἀλλ' ὃ οὐκ Filius, hominis quoque filius, & esse, & vo-
ἦν προσλαβὼν, φιλάνθρωπος γὰρ, ἵνα cari sustinet; non, quod erat, immutans,
χωρηθῇ ὁ ἀχώρητος, διὰ μέσης Ϛαρκὸς, (neque enim mutatio in eum cadit,) sed
d ὁμιλήσας ἡμῖν, [d] ὡς παραπετάσματος· pro suo erga homines amore, id, quod
ἐπειδὴ καθαρὰν αὐτοῦ τὴν θεότητα φέ- non erat, assumens, ut qui naturâ suâ
ρειν, οὐ τῆς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ φύσεως. D comprehendi non potest, comprehenda-
διὰ τοῦτο τὰ ἄμικτα μίγνυται· οὐ γενέσει tur, intermediâ carne, tanquam velo quo-
μόνον Θεὸς, οὐδὲ σαρκὶ νοῦς, οὐδὲ χρόνῳ dam interjecto, nobiscum versans: quan-
τὸ ἄχρονον, οὐδὲ μέτρῳ τὸ ἀπερίγραπ- doquidem procreata natura & interitui ob-
τον· ἀλλὰ καὶ παρθενίᾳ γέννησις, καὶ noxia, imbecillior est, quàm ut puram ip-
ἀτιμία τῷ καὶ τιμῆς ἁπάσης ὑψηλοτέρῳ, sius divinitatem ferre queat. Idcircò ea, Miscentur
καὶ πάθει τὸ ἀπαθὲς, καὶ τῷ φθαρτῷ τὸ quæ à mixtione aliena erant, miscentur; quæ à mix-
ἀθάνατον. ἐπειδὴ γὰρ ᾤετο ἀήττητος εἶναι τῆς κακίας ὁ Ϛοφιστὴς, ac non modò Deus nativitati, & mens tione aliena
θεότητος ἐλπίδι δελεάσας ἡμᾶς, Ϛαρκὸς προ- carni, & temporis expers tempori, & id erant.
βλήματι δελεάζεται, ἵν', ὡς τῷ Ἀδὰμ quod circumscribi non potest, mensuræ
προσβαλὼν, τῷ Θεῷ περιπέσῃ, καὶ οὕ- jungitur; sed virginitati quoque procrea-
τως ὁ νέος Ἀδὰμ τὸν παλαιὸν ἀνασώσηται, tio; & ei, quod omni honore præstantius
καὶ λυθῇ τὸ κατάκριμα τῆς Ϛαρκὸς, est, ignominia; & affectibus, id, quod
Ϛαρκὶ τοῦ θανάτου θανατωθέντος. affectibus vacat; & corruptibili, id, quod
immortale est. Quoniam enim ille vitii Cur Diabolus
parens & effector, ideò se invicto quodam Christi Incar-
robore præditum esse existimabat, quia nos, natione de-
spe divinitatis objectâ tanquam illecebrâ ceptus.
quâdam, in fraudem induxerat; ideò ipse
E quoque carnis prætextu inescatur, ut dum
quasi in Adamum impetum facit, in Deum
incurrat, atque ita novus Adamus pristinæ
salutí & incolumitati veterem asserat, sen-
tentiáque adversùs carnem pronunciata re-
scindatur, morte nimirùm à carne oppressâ
& interemptâ.

e ιδ. [e] Τῇ μὲν οὖν γεννήσει τὰ εἰκότα XIV. Jam Christi quidem Nativitas Christi Nati-

(a) Οτι ὁ μέν. Sic quatuor Regg. novem Colb. Coisl. 1. Or. 1. &c. Deest ὅτι in Ed.
(b) Ελεεινῶς. Sic quatuor Regg. novem Colb. duo Coisl. & Or. 1. In Ed. ἐλεεινόν.
(c) Ατρεπτον. Tres Regg. Coisl. 1. & Or. 1. ἄτρεπτος.
(d) Ως. Reg. ph. sex Colb. & Or. 1. addunt ἐν.
(e) Τῇ μὲν ἓν &c. Billius in prima Editione, sic magis ad litteram reddiderat: *At Christi quidem Nativitatem congruenti solemnitate prosecuti sumus, tum ego festi dux & auspex, tum vos &c.*

vitas ab omnibus celebrata.

congruâ ſolemnitate priùs, tum à me feſti duce & auſpice, tum à vobis, atque adeò ab omnibus, tam qui in mundo verſantur, quàm qui mundo ſublimiores ſunt, celebrata eſt. Cum *Stella* cucurrimus, cum *Magis* adoravimus, cum *Paſtoribus* luce circumfuſi ſumus, cum *Angelis* divinam gloriam prædicavimus, cum *Simeone* in ulna accepimus, cum *Anna*, illa, inquam, vetula & caſta femina, confeſſi ſumus; ei quoque, qui ut alienus *in propria venit*, gratia habeatur, quòd exterum hominem & peregrinum gloriâ affecit. Nunc verò alia Chriſti actio, aliúdque myſterium ſequitur. Animi voluptatem tenere nequeo, divino furore corripior; propemodùm etiam, Joannis inſtar, fauſtum nuncium profero, non præcurſor quidem, ut ille, cæterùm à ſolitudine veniens. Chriſtus illuminatur, ſimul illuſtremur, *Chriſtus baptizatur*, ſimul deſcendamus, ut ſimul etiam aſcendamus. Jeſus baptizatur. Num id ſolùm ſpectandum eſt? Nonne & alia etiam ſedulò obſervare juvat? Nimirùm quis, & à quo, & quandò? Purus videlicet, & à Joanne, & tum, cùm ſignorum edendorum initium faceret? Quid ut indè diſcamus & doceamur? Nempè purgationem, animíque ſummiſſionem priùs adhibendam eſſe, nec concionandi provinciam, antè ſuſcipi debere, quàm ad ſpiritualis & corporeæ ætatis perfectionem ventum fuerit. Hoc ad eos dictum velim, qui ſubitò & temerè ad baptiſmum accedunt, nec ad eum præparantur, nec per animi conſtitutionem, ad virtutis habitum pervectam, id agunt, ut redemptio ipſis certa atque incolumis maneat. Quanquam enim hoc Gratia affert, ut præteritæ noxæ remittantur, (Gratia enim eſt,) hinc magis cavendum, ne ad eundem vomitum redeamus. Hoc quoque in eos valeat, qui adversùs myſterii diſpenſatores inſolentiùs efferuntur, ſi dignitate quâdam præſtent. Tertium ad eos ſpectat, qui juvenili ætate confidunt, atque quodvis tempus ad docendum, aut Antiſtitis munus obeundum, idoneum eſſe arbitrantur. Jeſus purgatur; & tu purgationem contemnis? A Joanne; & tu adversùs præconem tuum inſurgis? Trigeſimum annum agens; & tu ante lanuginem ſenes doces, aut docere te poſſe credis, nec ab ætate, nec à moribus fortaſsè, auctoritatem habens? Ac deindè hîc Daniel profertur, tùm iſte, tùm ille, in juvenili ætate Judices, & hæc exempla in ore verſantur. Quiſquis enim iniquè agit, ad ſui defenſionem promptus & paratus eſt.

Matth. II. 1. *& ſeqq.*

Luc. II. 7. *& ſeqq.*

Joan. I. 11.

Chriſti Baptiſma celebrandum.

Marc. I. 8. *& ſeqq.*

Quid ſignificet Baptiſmus à Chriſto ſuſceptus.

Non decet ſenes à junioribus doceri.

A [a] προεορτάσαμεν, ἐγώ τε ὁ τῆς ἑορτῆς ἔξαρχος, καὶ ὑμεῖς, καὶ πᾶν ὅσον ἐγκόσμιόν τε καὶ ὑπερκόσμιον. μετὰ ἀστέρος ἐδράμομεν, καὶ μετὰ Μάγων προσεκυνήσαμεν, [b] μετὰ ποιμένων περιελλάμφθημεν, καὶ μετὰ Αγγέλων ἐδοξάσαμεν, μετὰ Συμεὼν ἐνηγκαλισάμεθα, καὶ μετὰ Αννης [c] ἀνθομολογησάμεθα, τῆς γεραίας καὶ σώφρονος· καὶ χάρις τῷ εἰς τὰ ἴδια ἐλθόντι ἀλλοτρίως, ὅτι τὸν ξένον ἐδοξασεν. νυνὶ δὲ B πρᾶξις ἄλλη Χριστοῦ, καὶ ἄλλο μυστήριον. οὐ δύναμαι κατέχειν τὴν ἡδονὴν, [d] ἔνθεος γίνομαι, μικροῦ καὶ, ὡς Ιωάννης, εὐαγγελίζομαι, εἰ καὶ μὴ πρόδρομος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐρημίας. Χριστὸς φωτίζεται, [e] συναναστράψωμεν· Χριστὸς βαπτίζεται, συγκατέλθωμεν, ἵνα καὶ συνανέλθωμεν. βαπτίζεται Ιησοῦς· τοῦτο μόνον; [f] ἢ καὶ τὰ ἄλλα τηρεῖν ἐπιμελῶς ἀναγκαῖον; τίς ὢν; καὶ πρὸς τίνος; καὶ κατὰ πηνίκα; ὁ C καθαρὸς, καὶ παρὰ Ιωάννου, καὶ τῶν σημείων ἀρχόμενος; ἵνα τί μάθωμεν, καὶ τί παιδευθῶμεν; προκαθαίρεσθαι, καὶ ταπεινοφρονεῖν, καὶ κηρύσσειν ἐν τελειότητι, καὶ τῆς πνευματικῆς, καὶ τῆς σωματικῆς ἡλικίας. ἐκεῖνο πρὸς τοὺς τὸ βάπτισμα σχεδιάζοντας, καὶ μὴ προευτρεπιζομένους, μηδὲ τὸ ἀσφαλὲς τῇ λυτρώσει χαριζομένους, δρᾷ τῆς εἰς τὸ καλὸν ἕξεως. καὶ γὰρ εἰ ἄφεσιν ἔχει τῶν παρελθόντων D τὸ χάρισμα, χάρισμα γὰρ, ἀλλὰ τότε μᾶλλον εὐλαβείας ἄξιον, μὴ πρὸς τὸν αὐτὸν ἔμετον ἐπανέλθωμεν. τοῦτο πρὸς τοὺς ἐπαιρομένους κατὰ τῶν οἰκονόμων τοῦ μυστηρίου, ἂν ἀξίᾳ τινὶ προέχωσιν. τὸ τρίτον πρὸς τοὺς θαῤῥοῦντας νεότητι, καὶ πάντα καιρὸν οἰομένους εἶναι διδασκαλίας, ἢ προεδρίας. Ιησοῦς καθαίρεται· καὶ σὺ καταφρονεῖς τῆς καθάρσεως; ὑπὸ Ιωάννου· καὶ σὺ κατεξανίστασαι τοῦ σοῦ κήρυκος; τριακονταέτης ὤν· καὶ σὺ E πρὸ τῆς γενειάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας, [g] ἢ τὸ διδάσκειν πιστεύεις, οὔτε παρὰ τῆς ἡλικίας, οὔτε παρὰ τοῦ τρόπου τυχὸν ἔχων τὸ αἰδέσιμον; εἶτα ὁ Δανιὴλ ἐνταῦθα, κὴ ὁ δεῖνα, κὴ ὁ δεῖνα, νέοι κριταὶ, καὶ τὰ παραδείγματα ἐπὶ γλώσσης. πᾶς

(a) Προεορτάσαμεν. Or. I. προεωρτάσαμεν.
(b) Μετὰ ποιμένων. Plures Codd. καὶ μετὰ ποιμένων.
(c) Ανθομολογησάμεθα &c. *Cum Anna viciſſim & veluti ſuccinendo Simeoni confeſſi ſumus.* Vel etiam, ut exponit Nicetas, *pro acceptis beneficiis gratias egimus.*
(d) Ενθεος. Quinque Regg. & tres Colb. ἔνθεος.
(e) Συναναστράψωμεν. Plures optimæ notæ Codd. & Baſ. συναστράψωμεν.
(f) Η καὶ τὰ ἄλλα. Sic ſex Regg. Deeſt τά in Ed.
(g) Η τὸ διδάσκειν. Sic tres Regg. Chryſ. Par. &c. In Ed. ἢ τῷ διδάσκειν.

γὰρ ἀδικῶν εἰς ἀπολογίαν ἕτοιμος. ἀλλ' A
οὐ νόμος Ἐκκλησίας, τὸ σφάνιον· εἴπερ
μηδὲ μία χελιδὼν ἔαρ ποιεῖ, μηδὲ γραμμὴ
μία τὸν γεωμέτρην, ἢ πλοῦς εἰς τὸν
θαλάττιον.

Sed non habetur ut Eccleſiæ lex, quod rarò accidit : quandoquidem nec hirundo una ver efficit, nec Geometram una linea, nec denique nautam una navigatio.

ι ε. Πλὴν Ἰωάννης βαπτίζει, προσεισιν Ἰησοῦς· ἁγιάσων τυχὸν μὲν καὶ τὸν βαπτιστήν· τὸ δὲ πρόδηλον, πάντα τὸν παλαιὸν Ἀδὰμ, ἵν' ἐνθάψῃ τῷ ὕδατι· πρὸ δὲ
a τούτων καὶ [a] διὰ τούτους, τὸν Ἰορδάνην· ὥσπερ ἦν πνεῦμα καὶ σὰρξ, οὕτω Πνεύματι B
τελειῶν καὶ ὕδατι. οὐ δέχεται ὁ βαπτιστής· ὁ Ἰησοῦς ἀγωνίζεται· ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, ὁ λύχνος τῷ ἡλίῳ φησὶν, ἡ φωνὴ τῷ Λόγῳ, ὁ φίλος τῷ νυμφίῳ, ὁ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὑπὲρ ἅπαντας, τῷ προτοτόκῳ πάσης κτίσεως, ὁ προσκιρτήσας ἀπὸ γαστρὸς, τῷ
b ἐν γαστρὶ προσκυνηθέντι, [b] ὁ προδραμὼν καὶ προδραμούμενος, τῷ φανέντι καὶ φανησομένῳ. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι· προσθες, καὶ τὸ ὑπὲρ σοῦ. ἤδει γὰρ τῷ μαρτυρίῳ C
βαπτισθησόμενος· ἢ, ὡς Πέτρος, μὴ τὰς πόδας μόνον καθαρθησόμενος. καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; καὶ τοῦτο προφητικόν. ἤδει γὰρ ὡς μετὰ Ἡρῴδην, Πιλᾶτον μανησόμενον, οὕτως αὐτῷ προσελθόντι Χριστὸν ἐξόμενον. τί δὲ Ἰησοῦς; ἄφες ἄρτι· τοῦτο γὰρ ἡ οἰκονομία. ἤδει γὰρ μετ' ὀλίγον, αὐτὸς βαπτίσων τὸν βαπτιστήν. τί δὲ τὸ πλύον; ἡ κάθαρσις. τί δὲ τὸ πῦρ; ἡ τῶν κακῶν δαπάνη, καὶ ἡ ζέσις τοῦ Πνεύματος. τί δὲ ἡ ἀξίνη; τῆς ἀθεραπεύτου ψυχῆς D
ἡ ἐκτομὴ, καὶ μετὰ τὴν κόπρον. τί δὲ ἡ μάχαιρα; ἡ τομὴ τοῦ Λόγου, ἡ διαιροῦσα τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ κρείττονος, καὶ διχοτομοῦσα τὸν πιστὸν καὶ τὸν ἄπιστον, καὶ ἐπεγείρουσα τὸν υἱὸν, καὶ τὴν θυγατέρα, καὶ τὴν νύμφην, τῷ πατρὶ, καὶ τῇ μητρὶ, καὶ τῇ πενθερᾷ, τὰ νέα καὶ προσφατα, τοῖς παλαιοῖς καὶ σκιώδεσι. τί δὲ ὁ σφαιρωτὴρ τοῦ ὑποδήματος, οὗ οὐ λύεις ὁ βαπτίζων Ἰησοῦν, ὁ τῆς ἐρημίας καὶ ἄτροφος, ὁ νέος Ἠλίας, ὁ Προφήτου περισσό-
c τερος, [c] ὅσῳ καὶ τὸν προφητευόμενον εἶδες, ὁ E
παλαιᾶς καὶ νέας μεσίτης; τί τοῦτο; τυχὸν ὁ
d τῆς ἐπιδημίας λόγος, καὶ τῆς [d] σαρκὸς, οὗ
c μηδὲ τὸ ἀκρότατον εὐδιάλυτον, [e] μὴ ὅτι τοῖς σαρκικοῖς ἔτι, καὶ νηπίοις ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς κατὰ Ἰωάννην τῷ Πνεύματι.

XV. Cæterùm baptizat Joannes, Jeſus accedit; forſan quidem ut ipſum quoque, à quo baptizatur, ſanctitate afficiat; proculdubiò autem, ut totum veterem Adamum in aquis ſepeliat : ante hos verò, & propter hos, Jordanem ſanctificans; ut, quemadmodùm ſpiritus & caro erat, ſic etiam per Spiritum & aquam initiaret. Baptiſta non admittit : Jeſus certat. Tum : *Ego à te baptizari debeo*, inquit lucerna Soli, vox Verbo, amicus Sponſo, *major inter omnes natos mulierum, omnis creaturæ Primogenito*, is, qui à materno ventre præſultarat, ei, qui in ventre adoratus fuerat, præcurſor & præcurſurus, ei, qui apparuerat atque apparebit. *Ego à te baptizari debeo :* Adde, & pro te. Exploratum enim habebat fore, ut martyrio baptizaretur; aut, ut Petrus, non pedibus duntaxat purgaretur. *Et tu venis ad me ?* Hoc quoque propheticum. Futurum enim norat, ut quemadmodùm poſt Herodem Pilatus fureret, ita eum quoque priùs vitâ functum Chriſtus ſequeretur. Quid autem Jeſus ? *Sine nunc.* Hoc enim certo conſilio & diſpenſatione fit. Sciebat namque paulò pòſt futurum, ut ipſe Baptiſtam baptizaret. Jam, quid *ventilabrum* ſignificat ? Purgationem. Quid *ignis* ? Levitatis conſumptionem, & Spiritûs fervorem. Quid *ſecuris* ? Inſanabilis animi, etiam poſt adhibitum ſimum, exciſionem. Quid *gladius* ? Verbi divini ſectionem, bonum à malo dividentem, atque fidelem ab infideli ſecantem, *ac filium, & filiam, & nurum, adverſus patrem, & matrem, & ſocrum* excitantem, novâque & recentia, adversùs priſca & umbratica. Quid autem *calceamenti corrigia*, quam non ſolvis, qui Jeſum baptizas, tu, inquam, ſolitudinis alumne, ac nullius cibi homo, tu nove Elia, *plus quàm Propheta*, utpotè qui eum etiam, qui prædicebatur, vidiſti, tu inter vetus & novum teſtamentum interjecte ? Adventûs forſan & carnis rationem, cujus ne extrema quidem facilè ſolvi atque explicari poſſunt, non dicam ab iis, qui adhuc craſſi & carnales ſunt, atque in Chriſto parvuli, ſed ne ab iis quidem, qui Spiritu Joannem referunt.

Baptizatur Chriſtus, ut veterem hominem in aquis ſepeliat.

Matth. III. 14.

Ibid. XI. 11.

Ibid. III. 14.

Ibid. III. 14.

Matth. III. 15.

Quid ſignificent ventilabrum, ignis &c.

Matth. III. 12.

Ibid. III. 10.

Ibid. X. 34. & *ſeqq.*

Ibid. III. 11.

Ibid. XI. 9.

(*a*) Διὰ τούτους. Nicetas, διὰ τούτων. *Per hos* ſanctificans Jordanem; vim ſcilicet aquis impertiendo.

(*b*) Ὁ προδραμών. Sic ſex Regg. Deeſt ὁ in Ed. Schol. Προδραμὼν ἐν τῷ κόσμῳ, προδραμούμενος ἐν τῷ ἅδῃ τῷ φανέντι Χριστῷ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ φανέντι ἐν τῷ ἅδῃ. *Præcurſor in mundo, præcurſurus in inferno Chriſto, qui ſuam mundo præſentiam exhibuit, eamque etiam inferno erat exhibiturus.* Sic etiam concinit Elias.

(*c*) Ὅσῳ. Coisl. 2. ὅσον.

(*d*) Σαρκός. Reg. c. σαρκώσεως.

(*e*) Μὴ ὅτι τοῖς. Reg. c. μὴ ὅτι γε ἡμῖν τοῖς. *Non quidem à nobis, qui adhuc carnales ſumus* &c.

Cur, Baptizato Christo, Spiritus sanctus in columbæ specie apparuit.

XVI. At etiam Jesus ex aquis ascendit; mundum enim secum in altum effert, ac cœlos, quos Adamus, & sibi, & posteris, quemadmodùm & *flammeo gladio* Paradisum, clauserat, findi atque aperiri cernit. Ac Spiritus Deitatem testatur, nimirùm ad parem accurrens; *& vox cælitùs mittitur;* illinc enim is erat, cui testimonium dicebatur; & *ut columba*, corpus enim honore afficit, quandoquidem hoc etiam per deificationem Deus est, *corporeo modo conspecta.* Ac simul multis retrò sæculis *columba* diluvii finem nunciare consuevit. Quòd si mole ac pondere Deitatem æstimas, ac propterea Spiritum parvum esse censes, quia in columbæ forma cernitur, ô homo in maximis rebus minute ac jejune, jam tibi regnum quoque cœlorum contemnendum & pro nihilo putandum est, quia *sinapis grano* comparatur, ac majestati Jesu præferendus adversarius, quoniam hic quidem *mons magnus* vocatur, & *Leviathan*, & *Rex* eorum, quæ in aquis degunt: ille autem *agnus*, & *margarita*, & *gutta*, atque id genus nominibus appellatur.

Gen. III. 24. *Matth.* III. 17. *Luc.* III. 22. *Gen.* VIII. 10. *Matth.* XIII. 31. *Zach.* IV. 7. *Job.* XL. 2. *Matth.* III. 4. *Joan.* I. 29.

Multiplex Baptisma.

XVII. Quoniam autem Baptismi hoc festum est, pro eo qui nostrâ causâ formatus, & baptizatus, atque in crucem sublatus est, nonnihil ærumnæ sufferre convenit; age, de variis baptismorum generibus aliquid differamus, ut hinc purgati discedamus. Baptizavit Moyses, verùm in aqua, priúsque etiam *in nube & in mari.* Cæterùm hoc per figuram agebatur, quemadmodùm & Paulo placet. Mare enim aquam, nubes Spiritum, manna, panem illum vitæ, potio divinam potionem adumbrabat. Baptizavit etiam Joannes, non jam ille quidem Judaico more, non enim in aqua solùm, sed etiam ad pœnitentiam; nondùm tamen prorsùs spiritualiter, nec enim addit, in Spiritu. Baptizat quoque Jesus, sed in Spiritu. Quandoquidem perfectum numerisque omnibus absolutum baptismum reddit. Quid autem, ut paulò fidentiùs obiter aliquid dicam, afferri potest, quin ille Deus non sit, per quem tu Deus efficeris? Quartum etiam baptismi genus novi, nempè quod martyrio & sanguine comparatur, quo ipse quoque Christus baptizatus est, & quidem eò cæteris augustius, quòd nullis posteà sordibus contaminatur. Quintum locum lacrymarum baptismus tenet: verùm martyrio asperior & laboriosior est, utpotè

Baptisma Moysis. *Exod.* XIII. 23. *I. Cor.* X. 1. *& seq.*

Joannis.

Christi.

Martyrum.

Pœnitentiæ.

ις. Αλλὰ καὶ ἄνεισιν Ιησοῦς ἀπὸ τοῦ ὕδατος· συναναφέρει γὰρ ἑαυτῷ τὸν κόσμον, καὶ ὁρᾷ σχιζομένους τοὺς οὐρανούς, οὓς ὁ Αδὰμ ἔκλεισεν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν, ὥσπερ καὶ τῇ φλογίνῃ ῥομφαίᾳ τὸν παράδεισον. καὶ τὸ Πνεῦμα μαρτυρεῖ τὴν θεότητα· τῷ γὰρ ὁμοίῳ προσρέχει· καὶ ἡ ἐξ οὐρανῶν φωνή· ἐκεῖθεν γὰρ ὁ μαρτυρούμενος· καὶ ὡς θεῖσερὰ, τιμᾷ γὰρ τὸ σῶμα, ἐπεὶ καὶ τοῦτο τῇ θεώσει Θεὸς, σωματικῶς ὁρωμένη. καὶ ἅμα πόρρωθεν εἴθισαι θεῖσερὰ κατακλυσμοῦ λύσιν εὐαγγελίζεσθαι. εἰ δὲ ὄγκοις καὶ σταθμοῖς κρίνεις θεότητα, καὶ διὰ τοῦτο μικρόν σοι τὸ Πνεῦμα, ὅτι ἐν εἴδει θεισερᾶς, ὦ μικρόλογε θεὲ τὰ μέγιστα, ὥρα σοι καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἀτιμάζειν, ὅτι κόκκῳ σινάπεως ἀπεικάζεται· καὶ τῆς Ιησοῦ μεγαλειότητος ὑπεραίρειν τὸν ἀντικείμενον, ὅτι ὁ μὲν ὄρος μέγας καλεῖται, καὶ Λευιαθὰν, καὶ βασιλεὺς τῶν ἐν τοῖς ὕδασιν· ὁ δὲ ἀμνὸς, καὶ μαργαρίτης, καὶ σταγὼν, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύεται.

ιζ. Επεὶ δὲ βαπτίσματος ἡ πανήγυρις, καὶ δεῖ μικρόν τι [a] προσκακοπαθῆσαι τῷ δι' ἡμᾶς μορφωθέντι, καὶ βαπτισθέντι, καὶ σταυρωθέντι, φέρε, τι θεὲ διαφορᾶς βαπτισμάτων φιλοσοφήσωμεν, ἵν' ἀπέλθωμεν ἐντεῦθεν κεκαθαρμένοι. ἐβάπτισε Μωϋσῆς, ἀλλ' ἐν ὕδατι· καὶ πρὸ τούτου, ἐν νεφέλῃ καὶ [b] ἐν θαλάσσῃ. τυπικῶς δὲ τοῦτο ἦν, ὡς καὶ Παύλῳ δοκεῖ. ἡ θάλασσα, τοῦ ὕδατος· ἡ νεφέλη, τοῦ Πνεύματος· τὸ μάννα, τοῦ τῆς ζωῆς ἄρτου· τὸ πόμα, τοῦ θείου πόματος. ἐβάπτισε καὶ Ιωάννης, οὐκ ἔτι μὲν Ιουδαϊκῶς· οὐ γὰρ ἐν ὕδατι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς μετάνοιαν· ὅπου δὲ ὅλον πνευματικῶς· ἃ γὰρ προσλίθησι τὸ, ἐν Πνεύματι. βαπτίζει καὶ Ιησοῦς, ἀλλ' ἐν Πνεύματι. τοῦτο ἡ τελειότης. καὶ πῶς ὁ Θεὸς, ἵνα τι [c] παραθαῤῥήσω μικρὸν, ἐξ οὗ καὶ σὺ γίνῃ Θεός; οἶδα καὶ τέταρτον βάπτισμα, τὸ διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος, ὃ καὶ αὐτὸς Χριστὸς ἐβαπτίσατο, καὶ πολύ γε τῶν ἄλλων αἰδεσιμώτερον, ὅσῳ δευτέροις ῥύποις ὁ μολύνεται. οἶδα καὶ πέμπτον [d] ἔτι, τὸ τῶν δακρύων· ἀλλ' ἐπιπονώτερον, ὡς ὁ λούων καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην αὐτοῦ καὶ τὴν στρωμνὴν τοῖς δάκρυσιν,

(a) Προσκακοπαθῆσαι τῷ &c. Budæus in Comment. p. 73. sic interpretatur: *Est in contemplatione & commemoratione humanitatis à Christo Salvatore sumptæ, affici dolore, & macerari, & penè intabescere.* Undè sic verti potest hic locus: *Quoniam igitur Baptismi festum est, operæ pretium fuerit, ut in ejus contemplatione, qui nostrâ causâ humanam naturam assumpsit, & baptizatus ac crucifixus est, non nihil laboris atque ærumnarum patiamur &c.*

(b) Εν θαλάσσῃ. Deest ἐν in quinque Regg.

(c) Παραθαῤῥήσω. Plures Regg. plures Colb. duo Coisl. Oxon. &c. παραθεωρήσω. Sic etiam legit Billius, ac vertit: *ut obiter illud considerem.*

(d) Ετι τὸ τῶν. Sic quinque Regg. tres Colb. & Or. 1. Deest τό in Ed.

ῷ της

a ᾧ τῆς κακίας [a] ᾠροσώζεσαν καὶ οἱ μώλωπες· ὃς πενθῶν καὶ σκυθρωπάζων πορεύεται,
b [b] καὶ ὃς μιμεῖται τὴν ἐπιστροφὴν Μανασσῆ, καὶ
d c τὴν [c] τῶν Νινευιτῶν [d] ἠλεημένην ταπείνωσιν· ὃς φθέγγεται τὰς τῶ τελώνε φωνὰς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ δικαιῶται ᾧδε τὸν μεγάλαυχον Φαρισαῖον· ὃς συγκύπτει κατὰ τὴν Χαναναίαν, καὶ ζητεῖ φιλανθρωπίαν, καὶ ψίχας, κυνὸς τροφὴν ἄγαν λιμώττοντος.

c ιη. Ἐγὼ μὲν οὖν, ἄνθρωπος εἶναι [e] γὰρ ὁμολογῶ, ζῶον τρεπτὸν καὶ ῥευστῆς φύσεως, καὶ δέχομαι τοῦτο προθύμως, καὶ προσκυνῶ τὸν δεδωκότα, καὶ τοῖς ἄλλοις μεταδίδωμι, καὶ προεισφέρω τοῦ ἐλέε τὸν ἔλεον. οἶδα γὰρ καὶ αὐτὸς ἀσθένειαν ᾠκειόμην, καὶ ὡς ἂν μετρήσω, μετρηθησόμην. σὺ δὲ τί λέγεις; τί νομοθετεῖς, ὦ νέε Φαρισαῖε, καὶ καθαρὲ τὴν προσηγορίαν, οὐ τὴν προαίρεσιν, καὶ φυσῶν ἡμῖν τὰ Ναυάτε μετὰ τῆς αὐτῆς ἀσθενείας; ἃ δέχῃ μετά-
f νοιαν; ἃ δίδως ὀδυρμοῖς χώραν; [f] ἃ δακρύεις δάκρυον; μὴ σύ γε τοιούτε κριτῆ τύχοις. οὐκ αἰδῇ τὸ Ἰησοῦ φιλάνθρωπον, τοῦ τὰς
g ἀσθενείας ἡμῶν [g] λαβόντος, καὶ τὰς νόσους βαστάσαντος, τοῦ μὴ δικαίοις ἐλθόντος, ἀλλ' ἁμαρτωλοῖς εἰς μετάνοιαν, τοῦ ἔλεον θέλοντος μᾶλλον, ἢ θυσίαν, τοῦ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ συγχωροῦντος τὰ ἁμαρτήματα; ὡς μακάριόν σε τὸ ὑψηλὸν, εἰ καθαρότης ἦν, ἀλλὰ μὴ τύφος, νομοθετοῦν ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ λύων τῇ ἀπογνώσει τὴν ἐπανόρθωσιν. ὁμοίως γάρ ἐστι κακὸν, καὶ ἄνεσις ἀσωφρόνιστος, καὶ κατάγνωσις ἀσυγχώρητος· ἡ μὲν ὅλην ἐφιεῖσα τὴν ἡνίαν, ἡ δὲ τῷ σφοδρῷ καταίσχυσα. δεῖξόν μοι τὴν καθαρότητα, καὶ δέχομαί σου τὴν θρασύτητα. νῦν δὲ δέδοικα, μὴ
h βρύων ἕλκεσιν, εἰσάγῃς τὸ [h] ἀνιάτρευτον. ἀδὲ τὸν Δαβὶδ δέχῃ μετανοοῦντα, ᾧ καὶ τὸ προφητικὸν χάρισμα ἡ μετάνοια συνετήρησεν; οὐδὲ Πέτρον τὸν μέγαν παθόντά τι ἀνθρώπινον ᾠκειῶτο τὸ σωτήριον πάθος; Ἰησοῦς δὲ ἐδέξατο, καὶ τῷ τριπλῷ τῆς ἐρωτήσεως τὴν τῆς ὁμολογίας, τὸ τριπλοῦν τῆς ἀρνήσεως ἐθεράπευσεν. ἢ οὐδὲ τελειωθέντα δέχῃ δι' αἵ-
i ματος; ἔστι γὰρ [i] καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἀπονοίας.

A qui *per ſingulas noctes lectum ſuum ac ſtratum lachrymis lavat*, cui ipſæ quoque *vitii cicatrices fœtent*; qui *lugens & contriſtatus ingreditur*, & qui *Manaſſis reſipiſcentiam*, ac *Ninivitarum humilitatem*, cui miſericordia impertita eſt, imitatur; qui *Publicani verbis* in templo utitur, ac ſupra inſolentem & ſuperbum Phariſæum juſtificatur; qui denique, *Chananææ inſtar*, deprimitur, & miſericordiam implorat, ac micas, hoc canis vehementi fame correpti pabulum, expoſcit.

Pſ. VI. 7. Pſ. XXXVII. 6. & 7. II. Paral. XXXIII. 13. Jon. III. 5. Luc. XVIII. 13. Matth. XV. 22. & ſeqq.

B XVIII. Ipſe quidem, (nam hominem me eſſe fateor, animal mutabile, fluxæque & fragilis naturæ,) hunc quoque Baptiſmum libenter amplector, ejúſque datorem adoro, aliiſque tribuo, ac miſericordiam erogo, ut miſericordiam conſequar. Nam me quoque infirmitate circumdatum eſſe ſcio, illúdque fore, ut *quâ menſurâ menſus fuero*, eâdem quoque mihi viciſſim Deus remetiatur. Tu verò quid ais? Quam legem ſtatuis, ô nove Phariſæe, ac nomine, non autem animi propoſito, pure, ac Novati dogmata cum eadem infirmitate nobis efC flans? Pœnitentiam non admittis? Luctibus locum negas? Lacrymas lacrymis non proſequeris? Utinam talem tibi judicem experiri non contingat. Jeſu benignitate non moveris, qui *infirmitates noſtras ſuſcepit*, & *morbos noſtros portavit*, qui *non venit vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam*, qui *miſericordiam mavult, quàm ſacrificium*, qui *ſeptuagies ſepties* peccata condonat? Quàm beata eſſet ſublimitas tua, ſi puritas ea eſſet, non autem faſtus, leges ſupra hominis captum inſtituens, ac D morum correctionem per deſperationem tollens. In eodem enim vitio ſunt, indulgentia non corrigens, & ſeveritas non condonans: illa omnes habenas laxat, hæc ob vehementiam ſtrangulat. Puritatis ſpecimen ede, & tum audaciam tuam probabo. At nunc vereor, ne ipſe ulceribus ſcatens, medendi impoſſibilitatem inducas. Quid? Ne *pœnitentem quidem Davidem* admittis, cui propheticam quoque gratiam pœnitentia conſervavit? Nec *magnum illum Petrum*, qui circa Salvatoris paſſionem humani aliE quid perpeſſus eſt? At Jeſus eum ſuſcepit, ac *per triplicem interrogationem & confeſſionem*, triplicem abjurationem ſanavit. Quid? Ne martyrio quidem perfunctum admittis? (Nam id quoque tuæ arrogantiæ eſt.) Nec eum, qui *ſcelere ſeſe in Corintho devinxit?* At Paulus charitatem etiam erga eum fir-

Homo infirmitate circumdatus Baptiſmo indiget.

Matth. VII. 2.

Novatianos perſtringit, qui Catharos ſe appellabant.

Iſai. LIII. 4. Luc. V. 32. Oſee. VI. 6. Matth. XVIII. 22.

II. Reg. XII. 13. Matth. XXVI. 70. Joan. XXI. 15.

Pœnitentes non ſunt arcendi. I. Cor. V. 1. & ſeqq.

(a) Προσώζεσαν. Quinque Regg. duo Coisl. &c. προσόζεσι.
(b) Καὶ ὅς. Sic Regg. bm. ph. Or. 1. Nicet. & Comb. Deeſt καί in Ed.
(c) Τῶν. Deeſt in quinque Regg. & Or. 1.
(d) Ηλεημένην. Or. 1. ἠλεημένων.
(e) Γάρ. Deeſt in quatuor Regg.
(f) Οὐ δακρύεις &c. Nicet. *Non lachrymas lachrymis pœnitentium miſces, vicem eorum dolens?*
(g) Λαβόντος. Reg. c. ἀναλαβόντος.
(h) Ανιάτρευτον. Bill. *Medendi imbecillitatem.* Verterat tamen in prima editione: *Ne immedicabilis peccati doctrinam inducas.*
(i) Καὶ τοῦτο τῆς. Sic quinque Regg. Or. 1. &c. Deeſt τοῦτο in Ed.

mavit, ſimul atque eum ad meliorem vitæ frugem rediiſſe perſpexit; iſtamque cauſam
II. Cor. II. 7. affert: *Ne abundantiori triſtitiâ abſorbeatur, qui ejuſmodi eſt*, immodicâ objurgatione gravatus & oppreſſus. An ne juvenibus quidem viduis, propter ætatis lubricum, ineundi matrimonii poteſtatem facis? At Paulus hoc facere minimè dubitavit, cujus te ſcilicet magiſtrum profiteris, perindè atque ad quartum cœlum, aliúmque paradiſum perveneris, ac verba magis arcana audiveris, majorémque circulum Evangelio comprehenderis.

In dubiis ad benignitatem propendendum.

XIX. Verùm, inquis, hæc minimè poſt baptiſmum. Quo argumento id confirmas? Aut rem ita ſe habere proba: aut, ſi id nequis, ne condemnes. Quòd ſi res dubia eſt, vincat humanitas & facilitas. At Novatus, inquis, perſecutionis tempore lapſos non recepit. Quid hoc? Si quidem illi pœnitentiâ minimè ducebantur, optimo jure eos repulit; (nam ne ipſe quidem eos recipio, qui vel nullo modo, vel non ſatis deprimuntur, nec patrato crimini parem vitæ emendationem afferunt; cúmque recipio, convenientem ipſis locum aſſigno;) ſin autem lacrymis confectos, haudquaquàm iſtud imitabor. Quid autem Novati crudelitatem pro lege habeam, qui avaritiam quidem, *alterum*
Eph. v. 5. ſcilicet *idololatriæ genus*, nullâ pœnâ vindicavit; ſtuprum autem ita ſævè acerbéque condemnavit, quaſi ipſe carnis & corporis expers eſſet? Quid dicitis? An vos his verbis permovemus? Agedum, à nobis, hoc eſt, ab hominum partibus, ſtate. Dominum unà magnificemus. Ne quis veſtrûm, quamlibet virtute ſuâ fretus,
Iſai. LXV. 5. eò audaciæ prorumpat, ut dicat: *Noli me tangere; purus enim ſum*, & quis mihi par? Facite ut nos quoque in ſplendoris veſtri partem veniamus. At non flectimus? Lacrymas pro vobis fundemus. Atque hi quidem noſtrâ, ſi velint, atque adeò Chriſti, viâ, ſin minùs, ſuâ inſiſtant. In altero ævo igni fortaſsè baptizabuntur; qui poſtremus eſt baptiſmus, nec ſolùm acerbior, ſed & diuturnior, qui craſſam materiam inſtar fœni depaſcitur, ac omnis vitii levitatem abſumit.

Chriſti Baptiſma ſpiritualibus gaudiis celebrandum.

XX. Nos autem hodiè Chriſti Baptiſmum honore complectamur, ac feſtum honeſtè celebremus, non ventris deliciis operam dantes, ſed ſpiritualiter noſipſos oblectantes. Quonam autem modò deliciis
Iſai. I. 16. indulgebimus? *Lavamini, mundi eſtote.* Si

A οὐδὲ τὸν ἐν Κορίνθῳ [a] παρανομήσαντα; Παῦ- a
λος δὲ καὶ ἀγάπην ἐκύρωσεν, ἐπειδὴ τὴν
διόρθωσιν εἶδε· καὶ τὸ αἴτιον· ἵνα μὴ τῇ
περισσοτέρᾳ [b] λύπῃ καταποθῇ [c] ὁ τοιοῦτος, b c
βαρηθεὶς τῇ ἀμετρίᾳ τῆς ἐπιπλήξεως. οὐδὲ
τὰς νέας γαμίζεις χήρας, διὰ τὸ τῆς ἡλι-
κίας εὐάλωτον; Παῦλος δὲ τοῦτο ἐτόλμη-
σεν, οὗ σὺ δηλαδὴ διδάσκαλος, ὡς ἐπὶ
τέταρτον οὐρανὸν φθάσας, καὶ ἄλλον πα-
ράδεισον, καὶ ἀπορρητοτέρων [d] ἀκούσας ῥημάτων, d
B καὶ μείζονα κύκλον τῷ Εὐαγγελίῳ περιλαβών.

ιθ. Αλλ' ὁ μετὰ τὸ βάπτισμα [e] ταῦτα. e
τίς ἡ ἀπόδειξις; ἢ δεῖξον, ἢ μὴ κατάκρινε.
εἰ δὲ ἀμφίβολον, νικάτω τὸ φιλάνθρω-
πον. ἀλλὰ Ναυάτος, φησὶν, οὐκ ἐδέξατο
τοὺς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεσόντας. [f] τί f
τοῦτο; εἰ μὲν οὐ μεταγνόντας, δικαίως·
οὐδὲ ἐγὼ δέχομαι τοὺς, ἢ μὴ καμπτομένους,
ἢ μὴ ἀξίως, μηδὲ ἀντισηκοῦντας τῷ κακῷ
τὴν διόρθωσιν· καὶ ὅταν δέξωμαι, τὴν
C προσήκουσαν αὐτοῖς ἀπονέμω χώραν. εἰ δὲ
τοὺς ἐκτακέντας τοῖς δάκρυσιν, οὐ μιμή-
σομαι. καὶ τίς μοι νόμος ἡ Ναυάτου μισαν-
θρωπία, ὃς πλεονεξίαν μὲν οὐκ ἐκόλασε,
τὴν δευτέραν εἰδωλολατρείαν· πορνείαν δὲ
οὕτω πικρῶς κατεδίκασεν, ὡς ἄσαρκος καὶ
ἀσώματος; τί φατέ; πείθομεν ὑμᾶς τοῖς
λόγοις τούτοις; δεῦρο, σὺν ἡμῶν
τῶν ἀνθρώπων. μεγαλύνωμεν ἅμα τὸν Κύ-
ριον. μή τις ὑμῶν εἰπεῖν τολμήσῃ, μηδὲ εἰ
D λίαν ἑαυτῷ πεθάρρηκε· μή μου ἅπτου,
καθαρὸς γάρ εἰμι, καὶ τίς οὕτως ὥσπερ
ἐγώ; μετάδοτε καὶ ἡμῖν τῆς λαμπρότητος.
ἀλλ' οὐ πείθομεν; καὶ ὑπὲρ [g] ὑμῶν δακρύ- g
σομεν. οὗτοι μὲν οὖν, εἰ μὲν [h] βούλοιντο, h
τὴν ἡμετέραν ὁδὸν καὶ Χριστοῦ, εἰ δὲ μή,
τὴν ἑαυτῶν πορευέσθωσαν. τυχὸν ὀφεῖ τῷ
πυρὶ βαπτισθήσονται, τῷ τελευταίῳ βαπτί-
ματι, τῷ [i] ἐπιπονωτέρῳ τε καὶ μακροτέρῳ, i
ὃ ἐσθίει ὡς [k] χόρτον τὴν ὕλην, καὶ δαπανᾷ k
E πάσης κακίας κυφότητα.

κ. Ημεῖς δὲ τιμήσωμεν τὸ Χριστοῦ
βάπτισμα σήμερον, καὶ καλῶς ἑορτάσωμεν,
μὴ γαστρὶ τρυφῶντες, ἀλλὰ πνευματικῶς
εὐφραινόμενοι. [l] τρυφήσωμεν δὲ πῶς; λύσα- l
σθε, καθαροὶ γίνεσθε. εἰ μὲν φοινικικοὶ τὴν

(a) Παρανομήσαντα. Or. I. πεπορνευκότα.
(b) Λύπῃ. Plures Regg. & Colb. addunt, βαρηθείς.
(c) Ο τοιοῦτος. Deeſt in Regg. bm. ph.
(d) Ακούσας ῥημάτων. Sic Reg. ph. Deeſt ῥημάτων in Ed.
(e) Ταῦτα. Reg. c. & Or. I. addunt, φησί τις.
(f) Τί τοῦτο. Reg. c. & Comb. καὶ τί τοῦτο.
(g) Υμῶν. Plures Colb. ἡμῶν. Mox δακρύσομεν. Duo Regg. δακρύσωμεν.
(h) Βούλοιντο. Reg. bm. βόλονται.
(i) Επιπονωτέρῳ τε. Sic quatuor Regg. & duo Colb. Deeſt τε in Ed.
(k) Χόρτον τὴν ὕλην. Nicet. *terrenos & carnales affectus* intelligit.
(l) Τρυφήσωμεν. Tres Regg. τρυφήσομεν.

ἁμαρτίαν ἐστὲ, καὶ ἧττον αἱματώδεις, λευκάνθητε ὡς χίων· εἰ δὲ κόκκινοι καὶ ἄνδρες αἱμάτων τέλειοι, κἂν εἰς ἔριου λευκότητα φθάσατε. πάντως δὲ καθάρθητε καὶ καθαίρεσθε. ὡς ἑδενὶ τοσοῦτον χαίρει Θεὸς, ὅσον ἀνθρώπου διορθώσει καὶ Σωτηρίᾳ, ὑπὲρ ἧ λόγος ἅπας καὶ ἅπαν μυστήριον· ἵνα γένησθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, ζωτικὴ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις δύναμις, ἵνα φωτὶ τελείᾳ τῷ μεγάλῳ φωτὶ ὡδασταίντες, καὶ τὴν ἐκεῖσε μυηθῆτε φωταγωγίαν, ἐλλαμπόμενοι τῇ Τριάδι καθαρώτερον ἢ τρανότερον, ἧς νῦν
a μετρίως [a] ὑποδέδεχθε τὴν μίαν αὐγὴν ἐκ μιᾶς τῆς θεότητος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ
b Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, [b] καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A peccato rubri estis, minúsque sanguinei, *quasi nix dealbemini*: si autem coccinei ac perfecti viri sanguinum, etiam usque ad lanæ candorem pervenite. Omninò autem purgati sitis, ac purgemini. Nullâ enim re Deus perindè delectatur, ut hominis, pro quo omnis sermo & omnia mysteria, resipiscentiâ & salute; ut efficiamini, *sicut luminaria in mundo*, vis quædam vitalis reliquis hominibus, quò perfecta lumina magno illi lumini adstantes, ejus ipsius, quæ in cœlo est, lucis splendoribus imB buamini, puriùs & clariùs à Trinitate illuminati, cujus nunc radium unum ex una Deitate manantem minùs plenè accepistis, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Isai. I. 18.

Philip. II. 15.

(*a*) Ὑποδέδεχθε. Bas. *ὑποδεδέγμεθα*, *accepimus*.
(*b*) Καὶ τὸ κράτος. Sic Coisl. 2. & Or. 1. Sic etiam legit Billius. Hæc desunt in Ed.

ΕΙΣ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΒΑΠΤΙΣΜΑ. IN SANCTUM BAPTISMA.

ΛΟΓΟΣ μ. ORATIO QUADRAGESIMA.

Aliàs, & *nunc* 40.

Habita Constantinopoli 7. Januarii 381.

Christianorum solemnitates à mundi solemnitatibus longè dispares.

α. ΧΘΕΣ τῇ λαμπρᾷ τῶν φωτῶν ἡμέρᾳ πανηγυρίσαντες· καὶ γὰρ ἔπρεπε χαρμόσυνα θέσθαι τῆς Σωτηρίας τῆς
a ἡμετέρας, καὶ [a] πολλῷ μᾶλλον ἢ γαμήλια, καὶ γενέθλια, καὶ ὀνομαστήρια, τοῖς
c b Σαρκὸς φίλοις, [b] κουρόσυνά τε καὶ [c] κατοι-
d κέσια, καὶ [d] ἐτήσια, ὅσα τε ἄλλα πανηγυρίζουσιν ἄνθρωποι· σήμερον περὶ τοῦ
e βαπτίσματος βραχέα [e] διαλεξόμεθα, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἡμῖν ὑπαρχούσης εὐεργεσίας· εἰ καὶ χθὲς ἡμᾶς ὁ λόγος παρέδραμε, τῆς
B ὥρας κατεπειγούσης, καὶ ἅμα τοῦ λόγου
f τὸν κόρον φεύγοντος. [f] κόρος δὲ λόγου πολέμιος ἀκοαῖς, ὡς ὑπερβάλλουσα τροφὴ
g [g] σώμασι. προσέχειν δὲ ἄξιον τοῖς λεγομένοις, καὶ μὴ παρέργως, ἀλλὰ προθύμως τὸν περὶ τηλικούτων δέξασθαι λόγον· ἐπειδὴ καὶ τοῦτό ἐστι φωτισμὸς, τὸ γνῶναι τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν.

I. QUONIAM heri splendidum Luminum diem celebravimus; (salutem etenim nostram lætitiâ prosequi conveniebat, ac multò quidem magis, quàm carnis amici, qui dies eos quotannis celebrant, quibus vel nati, vel matrimonio juncti sunt, vel nomen acceperunt, vel certè inter juvenes censeri cœperunt, vel locum aliquem primùm incoluerunt, vel quacunque tandem alia de causa, quæ ab hominibus celebratur;) hodiè de Baptismo, ac beneficio hinc ad nos manante, breviter differemus: tametsi hesternâ luce nos Oratio effugerit, tum quia temporis angustiâ premebamur, tum quia sermo saturitatem ac fastidium fugiebat. Sermonis quippè saturitas non minùs auribus inimica est, quàm immodicus cibus corpori. Operæ pretium autem fuerit vos ad ea, quæ dicturi sumus, animum attentum afferre, atque Orationem de tantis rebus institutam, non perfunctoriè & oscitanter, sed promptè & alacriter excipere: quandoquidem hoc quoque splendor est, vim hujusce mysterii perspectam habere.

(*a*) Πολλῷ μᾶλλον. Quatuor Regg. Coisl. 2. Par. Oxon. &c. πολὺ πλεῖον. Reg. d. πολὺ πλέον.
(*b*) Κουρόσυνα. Schol. ὅτε τοὺς ὀδόντας ἐκφέρωσι τὰ νήπια, ἑορτὴν ἐπιτέλων. *Cùm infantes dentes efferunt, festum agebant.* Nicetas sic exponit: *Quandò, decursâ & exactâ adolescentiâ, in juvenum ordinem adscripti sunt*; aut, *quandò primùm ipsis coma in superfluum excrescens attonsa est.* Suidas interpretatur κουρόσυνον, *sacrificium olim pro comæ primitiis offerri solitum*, τὸ ὑπὲρ κουρᾶς θυόμενον. Gregorius forsan hâc voce, tam *barbæ* quàm *comæ* primitias significat. Barbatoriarum antiquitatum ritum, πωγωνοκουρίων, eruditè explicat Adrianus Valesius in suis ad Berengarii panegyricum notis, *pag.* 194. sed tamen primus non est habendus, qui, ut ipse sibi videtur, ritum hunc comam tondendi & dedicandi animadverterit.
(*c*) Κατοικέσια. Schol. τὰ τῇ οἴκῃ ἐγκαίνια. *Habitationis encænia, novæ domûs habitatio.*
(*d*) Ετήσια. *Quæ annuâ celebritate recurrunt.* Nonnulli etiam interpretantur de præludio, seu tyrocinio Consulatûs, militaris Præfecturæ &c. Nicetas id intelligit de die, quo quis maximum periculum effugit.
(*e*) Διαλεξόμεθα. Duo Regg. διαλεξώμεθα. Alii duo, φιλοσοφησόμεν.
(*f*) Κόρος δέ. Reg. ph. κόρος γάρ.
(*g*) Σώμασι. In nonnullis, σώματι.

Triplex nativitatis genus à Christo honoratum.

II. Triplex Nativitatis genus agnoscit Scriptura: primum ex corporibus, alterum ex baptismo, tertium ex resurrectione. Horum primum, nocturnum & servum est, ac cum libidine conjunctum: alterum, diurnum & liberum, ac depellendarum vitiosarum affectionum vim habens, omne, quod à nativitate contractum est, velamen amputans, & ad supernam vitam nos revocans: postremum, formidabilius ac brevius, omne hominum genus temporis momento in unum cogens, ut Creatori sistantur, suæque servitutis, & vitæ actæ rationem reddant, sive carnem solùm secutæ fuerint, sive sese unà cum Spiritu in altum evexerint, atque instaurationis gratiam coluerint. Has porrò cunctas Nativitates honore à Christo meo affectas fuisse constat; primam quidem, per primam illam & vitalem *Insufflationem*; secundam verò, per *Incarnationem* & *Baptismum*, quo ipse baptizatus est; tertiam denique, per *Resurrectionem*, quam ipse auspicatus est; nimirùm sicut *primogenitus in multis fratribus* extitit, ita *primogenitus quoque ex mortuis* fieri non dedignatus.

Gen. II. 7.
Luc. II. 7. & III. 21.
Marc. XVI. 6.
Rom. VIII. 29.
Colos. I. 18.

Baptismi effectus.

III. Ac de duabus quidem Nativitatibus, hoc est, de prima & ultima, non est nunc disputandi locus: verùm de media, & hoc tempore nobis necessaria, à qua Luminum dies nomen accepit, tractabimus. Baptismus igitur, splendor est animarum, vitæ in melius mutatio, *conscientiæ ad Deum interrogatio*. Baptismus, infirmitatis nostræ adjumentum. Baptismus, carnis est abjectio, Spiritûs assectatio, Verbi participatio, figmenti correctio, peccati diluvium, lucis communicatio, tenebrarum oppressio. Baptismus, vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Christo, fidei adminiculum, mentis perfectio, cœlestis regni clavis, vitæ commutatio, servitutis depulsio, vinculorum solutio, compositionis in meliorem statum conversio. Quid plura commemorare attinet? Baptismus, omnium Dei beneficiorum præclarissimum est, & præstantissimum. Etenim, ut quædam Sancta Sanctorum vocantur, & Cantica Canticorum; (quòd scilicet latiùs pateant ac plura complectantur, præcipuámque dignitatem habeant;) eodem modo Baptismus quoque Illuminatio dicitur, quòd omnes alias illuminationes sanctitate superet.

1. Petr. III. 21.

Baptisma, omnium Dei beneficiorum præstantissimum.

A β. Τρισσὴν γέννησιν ἡμῖν οἶδεν ὁ λόγος· τὴν ἐκ ζωμάτων, τὴν ἐκ βαπτίσματος, [a]καὶ τὴν ἐξ ἀναστάσεως. τούτων [b]δὲ, ἡ μὲν a b
νυκτερινή τέ ἐστι, καὶ δούλη, καὶ ἐμπαθής· ἡ δὲ ἡμερινὴ, καὶ ἐλευθέρα, καὶ
λυτικὴ παθῶν, πᾶν τὸ ἀπὸ γενέσεως
κάλυμμα περιτέμνουσα, καὶ πρὸς τὴν ἄνω
ζωὴν [c]ἐπανάγουσα· ἡ δὲ φοβερωτέρα καὶ c
συντομωτέρα, [d]πᾶν τὸ πλάσμα συνάγουσα d
ἐν βραχεῖ τῷ πλάστῃ παραστησόμενον, καὶ
B λόγον ὑφέξον τῆς ἐνταῦθα δουλείας, καὶ
πολιτείας, εἴτε τῇ σαρκὶ μόνον ἐπηκολούθησεν, εἴτε τῷ Πνεύματι [e]συνανῆλθε, καὶ e
τὴν χάριν ᾐδέσθη τῆς ἀναπλάσεως. ταύτας
δὴ τὰς γεννήσεις ἁπάσας παρ' ἑαυτοῦ
τιμήσας ὁ ἐμὸς Χριστὸς φαίνεται· τὴν μὲν,
[f]τῷ ἐμφυσήματι τῷ πρώτῳ καὶ ζωτικῷ· f
τὴν δὲ, τῇ σαρκώσει, καὶ τῷ βαπτίσματι,
ὅπερ αὐτὸς ἐβαπτίσατο· τὴν δὲ, τῇ ἀναστάσει, ἧς αὐτὸς ἀπήρξατο· ὡς ἐγένετο
C πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, οὕτω καὶ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γενέσθαι καταξιώσας.

γ. Περὶ μὲν δὴ τῶν δύο γεννήσεων, τῆς πρώτης τέ φημι, καὶ [g]τῆς τελευταίας, g
φιλοσοφεῖν, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ· περὶ δὲ τῆς μέσης, καὶ τῆς νῦν ἡμῖν ἀναγκαίας,
ἧς ἐπώνυμος ἡ τῶν φωτῶν ἡμέρα, [h]φιλοσο- h
φήσωμεν. τὸ φώτισμα, λαμπρότης ἐστὶ
ψυχῶν, βίου μετάθεσις, [i]ἐπερώτημα τῆς i
εἰς Θεὸν συνειδήσεως. τὸ φώτισμα, βοήθεια
D τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμετέρας. τὸ φώτισμα, σαρκὸς ἀπόθεσις, Πνεύματος ἀκολούθησις, Λόγου κοινωνία, πλάσματος ἐπανόρθωσις, κατακλυσμὸς ἁμαρτίας, φωτὸς μετουσία, σκότους κατάλυσις. τὸ φώτισμα, ὄχημα πρὸς Θεὸν, [k]συνεκδημία Χριστοῦ, ἔρεισμα k
πίστεως, νοῦ τελείωσις, κλεῖς οὐρανῶν βασιλείας, ζωῆς ἀμείψις, δουλείας ἀναίρεσις, δεσμῶν ἔκλυσις, [l]συνθέσεως μετα- l
E ποίησις. τὸ φώτισμα, τί δεῖ πλείω καταριθμεῖν; τῆς τοῦ Θεοῦ [m]δώρων τὸ κάλλιστον m
καὶ μεγαλοπρεπέστατον· [n]ὥσπερ γὰρ ἅγια n
ἁγίων καλεῖταί τινα, καὶ [o]ἄσματα ἀσμάτων· o
ἐμπεριεκτικώτερα γάρ ἐστι καὶ κυριώτερα· οὕτω καὶ αὐτὸ παντὸς ἄλλου τῶν παρ' ἡμῖν φωτισμῶν ὂν ἁγιώτερον.

(*a*) Καί. Deest in pluribus.
(*b*) Δέ. Deest in tribus Regg. & Or. 1.
(*c*) Επανάγεσα. Reg. c. παραπέμπουσα.
(*d*) Πᾶν τὸ πλάσμα. *Omnes homines, universum hominum genus.* Non rectè Bill. *res omnes creatas.* Homo singulariter πλάσμα vocatur, Dei manu formatus, soluíque Creatori anteactæ vitæ rationem in extremo die redditurus.
(*e*) Συνανῆλθε. Coisl. 1. Bas. Comb. συναπῆλθε.
(*f*) Τῷ ἐμφυσήματι. Gen. 2. 7. *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem.*
(*g*) Τῆς. Deest in duobus Codd.
(*h*) Φιλοσοφήσωμεν. Or. 1. φιλοσοφήσομεν.
(*i*) Επερώτημα. Reg. c. ἐπερώτησις.
(*k*) Συνεκδημία Χριστῦ. *Mors cum Christo.* Sic alibi Gregorius, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν, *post mortem.*
(*l*) Συνθέσεως μεταποίησις. *Totius hominis instauratio, in meliorem statum mutatio.*
(*m*) Δώρων. Plures Codd. δωρεῶν.
(*n*) Ωσπερ γάρ. Sic Reg. bm. Sic etiam legit Billius. Deest γάρ in Ed.
(*o*) Ασματα. Tres Regg. ᾆσμα.

δ. Καλεῖται,

δ. Καλεῖται δὲ, ὥσπερ Χριστὸς ὁ τούτου δοτὴρ, πολλοῖς καὶ διαφόροις ὀνόμασιν, οὕτω δὲ καὶ τὸ δώρημα· εἴτε διὰ τὸ περιχαρὲς τοῦ πράγματος τοῦτο παθόντων ἡμῶν· φιλοῦσι γὰρ οἱ σφόδρα περί τι ἐρωτικῶς διακείμενοι, ἡδέως συνεῖναι καὶ τοῖς ὀνόμασιν· εἴτε τοῦ πολυειδοῦς τῆς εὐεργεσίας [a] πολλὰς καὶ τὰς κλήσεις ἡμῖν [a] δημιουργήσαντος. δῶρον καλοῦμεν, χάρισμα, βάπτισμα, χρίσμα, φώτισμα, ἀφθαρσίας ἔνδυμα, λουτρὸν παλιγγενεσίας, σφραγῖδα, πᾶν ὅτι τίμιον. δῶρον μὲν, ὡς καὶ μηδὲν προεισενεγκοῦσι δεδόμενον. χάρισμα δὲ, ὡς καὶ [b] ὀφείλουσι. βάπτισμα δὲ, ὡς [c] συνθαπτομένης τῷ ὕδατι τῆς ἁμαρτίας. χρίσμα δὲ, [d] ὡς ἱερὸν καὶ βασιλικόν· [d] ταῦτα γὰρ ἦν, τὰ χριόμενα. φώτισμα δὲ, ὡς λαμπρότητα. [e] ἔνδυμα δὲ, ὡς αἰσχύνης [e] κάλυμμα. λουτρὸν δὲ, ὡς ἔκπλυσιν. σφραγῖδα δὲ, ὡς συντήρησιν, καὶ τῆς δεσποτείας σημείωσιν. τούτῳ συγχαίρουσιν οὐρανοί· τοῦτο δοξάζουσιν Ἄγγελοι, διὰ τὸ συγγενὲς τῆς λαμπρότητος· τοῦτο εἰκὼν τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος· τοῦτο ἡμεῖς ἐξυμνεῖν βουλόμεθα μὲν, οὐ δυνάμεθα δὲ ὅσον ἄξιον.

IV. Quemadmodùm autem Christus, hujus doni dator, multis ac diversis nominibus appellatur, ita ipsum quoque donum varia nomina sortitur: sive id nobis ob miram quandam rei lætitiam accidat; (fit enim ferè, ut qui rem aliquam impensissimè amant, nomina quoque ipsa libenter usurpent;) sive quòd multiplex hujus beneficii utilitas, multas quoque appellationes nobis pepererit. Donum vocamus, Gratiam, Baptismum, Unctionem, Illuminationem, incorruptionis Indumentum, regenerationis Lavacrum, Sigillum, ac denique excellentissimo quovis nomine appellamus. Donum dicitur, quia iis, qui nihil priùs contulerunt, datur. Gratia, quia etiam debentibus. Baptismus, quia peccatum in aqua sepelitur. Unctio, quia sacer & regius. (Hæc enim erant, quæ ungebantur.) Illuminatio, quia splendor & claritas. Indumentum, quia ignominiæ nostræ velamen est. Lavacrum, quia abluit. Sigillum, quia conservatio est, ac dominationis obsignatio. Huic gratulantur cœli: hunc Angeli propter splendoris cognationem celebrant: hic beatitudinis illius imaginem gerit: hunc laudibus quidem & hymnis celebrare volumus, verùm pro rei dignitate non possumus.

Varia Baptismatis nomina.

ε. Θεὸς μέν ἐστι φῶς τὸ ἀπρόσιτον, [f] καὶ ἀπρόσιτον, [f] καὶ ἄῤῥητον, οὔτε νῷ καταληπτὸν, οὔτε λόγῳ ῥητὸν, πάσης φωτιστικὸν λογικῆς φύσεως. τοῦτο ἐν νοητοῖς, ὅπερ ἐν αἰσθητοῖς ἥλιος· ὅσον ἂν καθαιρώμεθα, φανταζόμενον· καὶ ὅσον ἂν φανασθῶμεν, ἀγαπώμενον· καὶ ὅσον ἂν ἀγαπήσωμεν, αὖθις νοούμενον· αὐτὸ ἑαυτοῦ θεωρητικόν τε καὶ καταληπτικὸν, ὀλίγα τοῖς ἔξω χεόμενον. φῶς δὲ λέγω, τὸ ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι θεωρούμενον· ὧν πλοῦτος [g] ἐστὶν ἡ συμφυΐα, καὶ τὸ ἓν ἔξαλμα τῆς λαμπρότητος. δεύτερον δὲ φῶς Ἄγγελος, τοῦ πρώτου φωτὸς ἀπορρόή τις, ἢ μετουσία, τῇ πρὸς αὐτὸ νεύσει καὶ ὑπουργίᾳ τὸν φωτισμὸν ἔχουσα· οὐκ οἶδα, εἴτε τῇ τάξει τῆς στάσεως μεριζομένη τὸν φωτισμὸν, εἴτε τοῖς μέτροις τοῦ φωτισμοῦ τὴν τάξιν λαμβάνουσα. τρίτον φῶς ἄνθρωπος, ὃ καὶ τοῖς ἔξω δῆλόν ἐστι. φῶς γὰρ τὸν ἄνθρωπον ὀνομάζουσι, διὰ

V. Ac quidem Deus summum & inaccessibile ac ineffabile lumen est, quod nec mente percipi, nec verbis explicari potest, naturam omnem ratione præditam illuminans. Hoc in intelligibilibus, quod Sol in sensibilibus; eò se magis contemplandum nobis præbens, quò accuratiùs animos purgaverimus; eò rursùs magis amandum, quò magis contemplati fuerimus; eò denique magis cognoscendum, quò magis amaverimus, sese ipse speculans & comprehendens, ac perexiguè ad externa diffundens. Lumen porrò hoc dico, quod in Patre, & Filio, & Spiritu sancto consideratur: quorum opulentia, naturæ identitas est, atque una eadémque splendoris prosultatio. Secundum lumen est Angelus, primi illius luminis velut rivulus quidam aut participatio, per propensionem ad illud ac ministerium, illuminationem habens: de quo statuere nequeo, utrùm pro classis suæ ordinisque ratione splendor ei impertiatur, an potiùs pro divinæ illuminationis modo hanc vel illam sedem accipiat. Tertium lumen homo est, quod externis etiam perspicuum & manifestum est. Φῶς enim, id est, *Lumen*, homi-

Deus est summum, inaccessibile & ineffabile lumen.

Angelus, secundum lumen.

Homo, tertium lumen.

(a) Δημιουργήσαντος. Bas. δημιουργοῦντος.
(b) Ὀφείλουσι. Plerique Codd. ὄφλουσι.
(c) Συνθαπτομένης. Plures Regg. & Colb. Or. 1. &c. ἐνθαπτομένης.
(d) Ταῦτα. Sic quinque Regg. decem Colb. Or. 1. Bas. Comb. *Hæc erant*, &c. nempè Sacerdotes & Reges. *Sacerdotes enim & Reges*, inquit Nicetas, *juxta Moysis legem ungebantur.* In Ed. τοιαῦτα. Quod vertit Bill. *Hujusmodi enim ea erant* &c.
(e) Κάλυμμα. Tres Regg. συγκάλυμμα. In aliis συγκάλυμμα.
(f) Καὶ ἄῤῥητον. Deest in quinque Regg. octo Colb. Or. 1. & Combef. nec vertit Billius.
(g) Ἐστὶν. Deest in tribus Regg. & Or. 1.

nem vocant, propter rationis nobis insitæ vim & facultatem. Quo etiam rursùs nomine ii inter nos appellantur, qui Deo similiores sunt, propiúsque ad Deum accedunt. Aliud quoque lumen agnosco, nempè illud, quo primigenæ tenebræ depulsæ, aut certè intercisæ sunt, quod ante res eas omnes creatas, quæ aspectu sentiuntur, productum est; circularémque item illam siderum conversionem, & supernum splendorem, universum orbem illustrantem.

A τὴν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου δύναμιν· καὶ ἡμῶν αὐτῶν πάλιν οἱ θεοειδέστεροι, καὶ μᾶλλον Θεῷ πλησιάζοντες. οἶδα καὶ ἄλλο φῶς, ᾧ τὸ ἐρχέγονον ἠλάθη σκότος, ἢ διεκόπη, πρῶτον ὑποστὰν τῆς ὁρατῆς κτίσεως, τήν τε κυκλικὴν τῶν ἀστέρων περίοδον, καὶ τὴν ἄνωθεν φρυκτωρίαν, κόσμον ὅλον αὐγάζουσαν.

Alia lumina, Dei beneficio, hominibus concessa.

VI. Jam lumen etiam erat primigenum illud mandatum, quod primigeno homini datum est; (quandoquidem *legis mandatum lucerna & lumen* est: & rursùs, *Lumen præcepta tua in terra;*) tametsi invida illa caligo irrepens vitium procrearit. Lumen etiam typicum, atque ad modulum eorum, qui excipiebant, admensum, Lex scripta erat, veritatem adumbrans, ac magni illius luminis mysterium: quippè & Moysis vultus, eo perfusus, gloriâ afficitur. Atque, ut plura lumina Orationi demus, lumen igne conflatum id erat, quod Moysis oculos in monte perstrinxit, tum videlicet cùm *ignis flagrantem rubum* perurere atque absumere non poterat, ut, & naturam suam indicaret, & divinam potentiam declararet. Lumen prætereà id erat, quod *in ignis columna* Israëli præibat, ac deserti asperitatem mitigabat. Lumen item, quod Eliam *in igneo curru* rapuit, nec raptum exussit. Lumen insuper, quod tum *Pastores circumfulsit*, cùm lumen temporis expers temporali miscebatur. Lumen quoque pulchrum illud *sidus in Bethleem præcurrens*, ut & Magis viæ dux esset, & lumen illud nobis sublimius, ad nos demissum, nobísque conjunctum velut stiparet. Prætereà lumen erat Divinitas illa, *Discipulis in monte* velut per transennam ostensa, & quidem ita firma, ut vix eam oculorum acies ferre posset. Lumen item visio illa, quæ *Paulum fulgore circumfudit*, ac per oculorum plagam tenebris animæ medicinam attulit. Lumen etiam illius vitæ claritas, his utique, qui animos suos à peccati sordibus in hac vita perpurgarint: quo tempore nimirùm *justi fulgebunt sicut Sol*, quorum, utique Deorum ac Regum, in medio stat Deus, beatitudinis illius atque dignitatis gradus distinguens & dividens. Lumen postremò, præter hæc omnia, propiori & peculiari modo, est Baptismi splendor, de quo nunc Oratio nobis instituta est, quo magnum

Pſ. CXVIII. 105. — Prov. VI. 23. — Lex scripta. — Exod. III. 2. — Ibid. XIII. 21. — IV. Reg. II. 11. — Luc. II. 9. — Matth. II. 9. — Matth. XVII. 1. & seqq. — Act. IX. 3. — Sap. III. 7.

ς. Φῶς μὲν ἦν καὶ ἡ τῷ πρωτογόνῳ δοθεῖσα πρωτόγονος ἐντολή· ἐπειδὴ λύχνος ἐντολὴ νόμου καὶ φῶς· καὶ, [a] διότι φῶς τὰ [a] πρωστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς· εἰ καὶ τὸ φθονερὸν σκότος ἐπεισελθὸν τὴν κακίαν ἐδημιούργησεν. φῶς δὲ τυπικὸν καὶ σύμμετρον τοῖς ὑποδεχομένοις, ὁ γραπτὸς νόμος, [b] σκιαγραφῶν τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ τοῦ [b] μεγάλου φωτὸς μυστήριον. εἴπερ καὶ τὸ Μωϋσέως πρόσωπον τούτῳ δοξάζεται. καὶ ἵνα πλείονα φῶτα δῶμεν τῷ λόγῳ, φῶς μὲν ἦν ἐκ πυρὸς τῷ [c] Μωϋσεῖ φανταζόμενον, ἡνίκα τὴν βάτον ἔκαιε μὲν, οὐ κατέκαιε δὲ, ἵνα καὶ τὴν φύσιν παραδείξῃ, καὶ γνωρίσῃ τὴν δύναμιν. φῶς δὲ, τὸ ἐν στύλῳ πυρὸς ὁδηγῆσαν τὸν Ισραὴλ, καὶ ἡμερῶσαν τὴν ἔρημον. φῶς, τὸ Ηλίαν ἁρπάσαν ἐν τῷ τοῦ πυρὸς ἅρματι, καὶ μὴ συμφλέξαν τὸν ἁρπαζόμενον. φῶς, τὸ τοὺς ποιμένας περιαστράψαν, ἡνίκα τὸ ἄχρονον φῶς τῷ χρονικῷ [d] ἐμίγνυτο. φῶς, [d] τὸ τοῦ [e] προδραμόντος ἀστέρος ἐπὶ Βηθλεὲμ [f] κάλλος, ἵνα καὶ Μάγους ὁδηγήσῃ, καὶ [g] δορυφορήσῃ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς φῶς, μεθ' ἡμῶν γενόμενον. φῶς, ἡ παραδειχθεῖσα θεότης ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῖς μαθηταῖς, μικροῦ [h] στερρότερα δὲ ὄψεως. φῶς, ἡ Παῦλον περιαστράψασα φαντασία, καὶ [i] πληγῇ τῶν ὄψεων, τὸν σκότον τῆς ψυχῆς [k] θεραπεύσασα. φῶς, καὶ ἡ ἐκεῖθεν λαμπρότης, τοῖς ἐνταῦθα κεκαθαρμένοις· ἡνίκα ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος, ὧν ἵσταται ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ, Θεῶν ὄντων καὶ βασιλέων, διαστέλλων καὶ διαιρῶν τὰς ἀξίας τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος. [l] φῶς ὥσπερ ταῦτα ἰδιοτρόπως, ὁ τοῦ βαπτίσματος φωτισμὸς, περὶ οὗ νῦν

(a) Διότι. Reg. ph. δι' ὅτι.
(b) Σκιαγραφῶν. Reg. bm. & Or. 1. σκιογραφῶν.
(c) Μωϋσεῖ. Quatuor Regg. & Comb. Μωσῆ.
(d) Εμίγνυτο. Reg. b. ad marg. γρ. μίγνυται.
(e) Προδραμόντος. Sic Regg. bm. ph. &c. In Ed. τοῦ δραμόντος.
(f) Κάλλος Sic omnes Codd. & Nicet. Mendosè in Par. ed. καὶ ἄλλως.
(g) Δορυφορήσῃ. In nonnullis, δωρυφορήσῃ.
(h) Στερρότερα δέ. Regg. bm. ph. & Comb. σληρότερα καί.
(i) Πληγῇ. Plagâ. Sic tres Regg. Sic etiam legit Bill. In Ed. πληγή, plaga.
(k) Θερπεύσασα. Reg. ph. θεραπεύσασα.
(l) Φῶς. Gabrielius his luminibus addit aliud lumen à Gregorio omissum, nimirùm, *linguas igneas dispertitas Apostolis die Pentecostes.* Φῶς, inquit, τὸ τοῖς Αποστόλοις μεριζόμενον πυρίγλωσσον.

ἡμῖν ὁ λόγος, μέγα καὶ θαυμαστὸν τὸ τῆς A atque admirandum ſalutis noſtræ myſte-
a σωτηρίας ἡμῶν [a] περιέχων μυστήριον. rium continetur.

ζ. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι Θεοῦ, καὶ τῆς πρώτης καὶ ἀσυνθέτου φύσεως· ἁπλότης γὰρ εἰρηναία καὶ ἀστασίαστος· θαῤῥῶ δὲ εἰπεῖν, ὅτι & τῆς Ἀγγελικῆς, ἢ ὅτι ἐγγυτάτω τούτου, διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἐγγύτητα. τὸ δὲ ἁμαρτάνειν, ἀνθρώπινον, καὶ τῆς κάτω συνθέσεως· σύνθεσις γὰρ ἀρχὴ διαστάσεως· οὐκ ᾤετο δεῖν ἀβοήθητον τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα καταλι- B
b πεῖν ὁ δεσπότης, οὐδὲ περιϊδεῖν κινδυνεῦον τὴν ἀπ' αὐτοῦ [b] διάστασιν. ἀλλ' ὥσπερ οὐκ ὄντας ὑπέστησεν, οὕτως ὑποστάντας ἀνέπλασε, πλάσιν θειοτέραν τε καὶ τῆς πρώτης ὑψηλοτέραν· ἢ τοῖς μὲν ἀρχομένοις
c ἐστὶ σφραγὶς, [c] τοῖς δὲ τελειοτέροις, τὴν
d ἡλικίαν, καὶ χάρισμα, καὶ τῆς [d] πεσούσης εἰκόνος, διὰ τὴν κακίαν, ἐπανόρθωσις· ἵνα μὴ τῇ ἀπογνώσει χείρους γινόμενοι, καὶ ἀεὶ
e πρὸς τὸ χεῖρον καταφερόμενοι, [e] τελέως ἔξω C τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς δι' ἀπόγνωσιν πίπτωμεν· μηδὲ εἰς κακῶν βάθος ἐμπε-
f σόντες, [f] ὃ δὴ λέγεται, καταφρονῶμεν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ μακρὰν ὁδὸν τέμνοντες, κατα-
λύματι τοὺς πόνους διαναπαύσαντες, οὕτω τὸ ἐξῆς τῆς ὁδοῦ νεαροὶ καὶ πρόθυμοι διανύσωμεν. αὕτη μὲν ἡ τοῦ βαπτίσματος χάρις καὶ δύναμις, οὐ κόσμου κατακλυσμὸν ὡς πάλαι, τῆς δὲ τοῦ καθ' ἕκαστον ἁμαρτίας κάθαρσιν ἔχουσα, καὶ παντελῆ D
ῥύψιν τῶν ἀπὸ κακίας ἐπεισελθόντων ζυγχωσμάτων ἢ μολυσμάτων.

η. Διττῶν δὲ ὄντων ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, καὶ τῆς μὲν ὁρατῆς,
g τῆς δὲ ἀοράτου φύσεως· [g] διττὴ καὶ ἡ κάθαρσις, δι' ὕδατός τέ φημι καὶ Πνεύματος, τοῦ μὲν θεωρητῶς τε καὶ σωματικῶς λαμβανομένου, τοῦ δὲ ἀσωμάτως καὶ ἀθεωρήτως συντρέχοντος· καὶ τοῦ μὲν τυπικοῦ, τοῦ δὲ ἀληθινοῦ, τὰ βάθη καθαίροντος· E
ὃ τῆς πρώτης γενέσεως ἐπικουρία τυγχάνον, καινοὺς ἀντὶ παλαιῶν, καὶ θεοειδεῖς ἀντὶ
h τῶν νῦν ὄντων ἐργάζεται, [h] χωρὶς πυρὸς ἀναχωνεῦον, καὶ ἀνακτίζον δίχα συντρίψεως. εἰ γὰρ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, συνθήκας

VII. Quoniam enim omni peccati labe carere, Dei eſt, primæque & incompoſitæ naturæ; (ſimplicitas enim pacata eſt, atque ab omni diſſidio remota;) audacter etiam addam, & Angelicæ, quia profectò, ob propinquitatem quam ad Deum habet, ad id proximè accedit. Peccare autem, humanæ ac terrenæ compoſitionis; (compoſitio ſiquidem diſſidii origo eſt;) idcircò Dominus minimè ſibi faciendum putavit, ut figmentum ſuum auxilio deſtitutum relinqueret, & periclitans ab eo ſeparari, deſpiceret. Quin potiùs, quemadmodùm nos primùm creavit, ita creatos inſtauravit ac refinxit, & quidem figmento diviniori, primúmque figmentum ſuperanti; (quod, ut vitæ curſum ineuntibus ſignaculum eſt, ita iis, qui adultiori ætate ſunt, gratia etiam eſt, ac collapſæ imaginis erectio;) ne alioqui ob deſperationem pejores efficeremur, & in graviora quotidiè flagitia ruentes, penitùs tandem à ſummo bono, atque à virtute, propter deſperationem laberemur; ſicque *in profundum malorum*, ut Scripturæ verbis utar, *gurgitem prolapſi*, *contemneremus*: verùm potiùs, ut qui longum iter emetiuntur, in diverſoriis interquieſcunt, feſſaque labore membra recreant, ita nos, quod ſupereſt viæ, vegeti & impigri conficiamus. Atque hæc Baptiſmi gratia & facultas eſt, non orbem terrarum, ut olim, aquis obruens, ſed uniuſcujuſque hominis peccatum purgans, eáſque obſtructiones vel maculas, quæ vitio contrahuntur, prorsùs abſtergens.

Peccare; non Dei, neque Angelorum, ſed hominis eſt.

Regenerationis donum, dono creationis præſtantius.

Prov. XVIII. 3.

Baptiſmus, primum hominis lavacrum.

VIII. Quandoquidem autem duabus partibus, hoc eſt, animo & corpore, conſtamus, quarum altera in aſpectum cadit, altera oculorum ſenſum fugit: duabus quoque rebus conſtat Baptiſmus, aquâ ſcilicet & Spiritu, illâ viſibili & corporeo modo acceptâ, hoc verò incorporeo & inviſibili concurrente: illâ typicâ, hoc vero, & intimos animi fines purgante. Qui primæ nativitati opem & adjumentum ferens, ex veteribus novos, ex humanis divinos efficit, abſque igne nos rursùs conflat, & abſque confractione rursùs effingit. Nam ut compendio dicam, nihil aliud eſſe vim & facultatem Baptiſmi exiſtimare debemus, quàm ſecundæ vitæ ac purioris

Baptiſmus aquâ & Spiritu conſtat.

Baptiſmi natura & effectus.

(a) Περιέχων. Quatuor Regg. duo Coisl. & Comb. περίεχον.
(b) Διάστασιν. Baſ. ed. διάπλασιν, *formatio, figmentum.*
(c) Τοῖς δέ. Sic quinque Regg. & ſeptem Colb. Deeſt δέ in Ed.
(d) Πεσούσης. Plures Regg. ſeptem Colb. Coisl. 2. Or. 1. & Comb. παθούσης. *Vitii labe laborantis, læſæque imaginis inſtauratio.*
(e) Τελέως &c. Or. 1. τέλειον. *Ab honeſti & virtutis tramite.*
(f) Ὃ δὴ λέγεται. Alludit ad hæc Proverbiorum XVIII. 3. verba: *Impius, cùm in profundum malorum venerit, contemnit.*
(g) Διττὴ καὶ ἡ κάθαρσις. *Duplex quoque purgatio eſt, quæ ſcilicet per aquam, & quæ per Spiritum.* Undè Aug. *Corpus tangit, & animam abluit.*
(h) Χωρίς. Comb. δίχα.

vivendi rationis pactum cum Deo initum. Ac proindè vel maximo in metu omnes esse, atque *omni custodiâ* nostras animas servare debemus, ne mendacio fidem pactumque violasse comperiamur. Nam cùm ad mutua hominum pacta firmanda Deus medius adhiberi soleat, quantum, quæso, periculum est, ne fœdera cum Deo ipso contracta perfregisse reperiamur; ac, præter alia peccata, ipsius quoque mendacii apud Veritatis tribunal rei peragamur? Idque cùm nulla jam posthàc altera regeneratio sit, nec instauratio, nec in veterem statum restitutio, quamlibet maximè eam multis cum gemitibus & lacrymis requiramus: quibus licèt cicatrix ægrè tandem obducatur, ut quidem ipse statuo; (obducitur enim, idque persuasum habemus, ac præclarè mecum agi putarem, si ipsæ quoque vulnerum notæ delerentur, quandoquidem & ipse misericordiâ opus habeo;) præstat tamen secundâ purgatione minimè indigere, verùm in prima consistere, quæ omnibus communis est, & labore vacua, cunctisque ex æquo patet, tam servis, quàm heris, tam egentibus, quàm copiosis, tam abjectis, quàm sublimibus, tam genere claris, quàm ignobilibus & obscuris, tam ære alieno obstrictis, quàm iis qui nihil æris alieni conflarunt, non secùs atque aëris haustus, & lucis profusio, & temporum vicissitudines, & rerum creatarum, id est, magni illius omnibúsque communis oblectamenti, spectaculum, ac denique æqua fidei portio.

Prov. IV. 23.

Fides Deo in Baptismo data, nequaquàm violanda.

Pœnitentiâ, altero hominis lavacro, minimè indigere præstat.

IX. Grave enim est facilioris medicinæ loco, difficiliorem & molestiorem adhibere, ac, projectâ misericordiæ gratiâ, suppliciis seipsum obnoxium reddere, atque ex delicti ratione emendationem æquare. Quantam enim lacrymarum vim impendemus, ut ea cum Baptismi fonte exæquari possit? Quis autem sponsor erit, fore, ut vitæ finis curationem expectet, ac non potiùs adhuc ære alieno pressos, atque ignis illius ardore opus habentes, tribunal illud susciplat? Tu quidem fortassè, bone & humane agricola, dominum supplex rogabis, ut *ficulneæ adhuc parcat*, nec eam sterilitatis accusatam adhuc succidat, verùm tibi permittat, ut stercora undique in eam injicias, hoc est, lacrymas, gemitus, preces, chameunias, vigilias, animæ & corporis macerationem, ac denique correctionem eam, quæ ex peccati confessione, contemptio-

Pergrave est post Baptismum peccare.

Luc. XIII. 8.

πρὸς Θεὸν δευτέρου βίου καὶ πολιτείας καθαρωτέρας, ὑποληπτέον τὴν τοῦ βαπτίσματος δύναμιν. ὃ δὴ καὶ μάλιστα φοβητέον, καὶ [a] πάσῃ φυλακῇ τηρητέον τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἕκαστον, μὴ ψεῦσται τῆς ὁμολογίας ταύτης φαινώμεθα. εἰ γὰρ τὰς πρὸς ἀνθρώπους ὁμολογίας ἐμπεδοῖ Θεὸς μέσος παραληφθεὶς, πόσος ὁ κίνδυνος, ὧν πρὸς αὐτὸν ἐνθέμεθα τὸν Θεὸν συνθηκῶν, τούτων παραβάτας εὑρίσκεσθαι· καὶ μὴ μόνον τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ ψεύδους ὑποδίκους εἶναι τῇ ἀληθείᾳ; καὶ ταῦτα οὐκ οὔσης δευτέρας ἀναγεννήσεως, οὐδὲ ἀναπλάσεως, οὐδὲ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστάσεως, κἂν ὅτι μάλιστα ἐπιζητῶμεν ταύτην ἐν πολλοῖς σπεναγμοῖς τε καὶ δάκρυσιν, ἐξ ὧν συνούλωσις μὲν ἔρχεται μόγις κατά γε τὸν ἐμὸν ὅρον καὶ νόμον· ἔρχεται γὰρ καὶ πιστεύομεν, εἰ δὲ καὶ τὰς οὐλὰς [b] ἐξαλείφωμεν, ἀγαπῴην b
ἂν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς χρήζω φιλανθρωπίας· πλὴν μὴ δευτέρας δεηθῆναι καθάρσεως, ἀλλὰ στῆναι μέχρι τῆς πρώτης ἄμεινον, ἣν κοινὴν οἶδα πᾶσι καὶ ἄμοχθον καὶ ὁμότιμον, δούλοις, δεσπόταις, πένησι, πλουσίοις, ταπεινοῖς, ὑψηλοῖς, εὐγενεστέροις, ἀγενεστέροις, [c] ὀφείλουσιν, οὐκ ὀφείλουσιν, ὡς c
ἀέρος πνεῦσιν, καὶ φωτὸς χύσιν, καὶ ὡρῶν ἀλλαγὰς, καὶ κτίσεως θέαν, τοῦ μεγάλου καὶ κοινοῦ πᾶσιν ἡμῖν ἐντρυφήματος, καὶ
ἰσομοιρίαν [d] πίστεως. d

θ. Δεινὸν γὰρ ἀντὶ ἰατρείας ἀπονωτέρας, τὴν ἐπιπονωτέραν ἐργάσασθαι, καὶ ἀποῤῥίψαντας χάριν οἴκτου χρεωστεῖν κόλασιν, καὶ ἀντιμετρεῖν ἁμαρτίᾳ διόρθωσιν. πόσον γὰρ εἰσοίσομεν δάκρυον, ἵν' ἀντισωθῇ τῇ πηγῇ τοῦ βαπτίσματος; τίς δὲ ὁ ἐγγυητὴς, ὅτι μενεῖ τὴν θεραπείαν τὸ τέλος, ἀλλ' οὐκ ὀφείλοντας [e] ἡμᾶς ἔτι τὸ κριτήριον ὑποδέξε- e
ται, καὶ τῆς ἐκεῖσε δεομένους πυρώσεως; σὺ μὲν [f] δεήσῃ τοῦ δεσπότου τυχὸν, ὁ f
καλὸς καὶ φιλάνθρωπος γεωργὸς, ἔτι φείσασθαι τῆς συκῆς, καὶ μήπω ταύτην ἐκτεμεῖν ἐγκαλουμένην τὸ ἄκαρπον, ἀλλὰ συγχωρηθῆναι βαλεῖν κόπρια, δάκρυα, σπεναγμοὺς, [g] ἀνακλήσεις, χαμευνίας, ἀγρυπ- g
νίας, τῆξιν ψυχῆς καὶ σώματος, τὴν

(a) Πάσῃ φυλακῇ. In Prov. IV. 23. *Omni custodiâ serva cor tuum.*
(b) Ἐξαλείφωμεν. Reg. ph. Coisl. 1. & Comb. ἐξαλείψωμεν.
(c) Ὀφείλουσιν. Plerique Codd. ὄφλουσιν.
(d) Πίστεως. *Fidei.* Fortè, ut cum doctissimo Censore conjiciamus, φύσεως, *naturæ.*
(e) Ἡμᾶς. Deest in pluribus Regg. & Colb.
(f) Δεήσῃ. Reg. c. δεηθήσῃ.
(g) Ἀνακλήσεις. Coisl. 1, ἀνακλίσεις.

δι'

δι' ἐξαγορεύσεως, καὶ ἀτιμοτέρας ἀγωγῆς ἐπανόρθωσιν· ἄδηλον δὲ, εἰ φείσεται ταύτης ὁ δεσπότης, ὡς καταργούσης τὸν τόπον, a [a] ἄλλου δεομένου φιλανθρωπίας, καὶ γινομένου χείρονος ἐκ τῆς εἰς τοῦτον μακροθυμίας. συνταφῶμεν οὖν Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἵνα καὶ συναναστῶμεν· συγκατέλθωμεν, ἵνα καὶ συνυψωθῶμεν· συνανέλθωμεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν.

ríque vitæ genere exiſtit: at incertum eſt, an Dominus illi parcet, utpotè quæ etiam locum otiosè occupet, cùm interim alius miſericordiâ egeat, atque ob longanimitatem, quæ ipſi exhibetur, deterior fiat. Proindè, *cum Chriſto per Baptiſmum ſepeliamur, ut & cum eo reſurgamus:* cum eo deſcendamus, ut ſimul etiam extollamur: cum eo aſcendamus, ut ſimul quoque gloriâ afficiamur. *Rom.* VI. 4.

1. Ἐάν σοι προσβάλῃ μετὰ τὸ βάπτισμα ὁ τῆ φωτὸς διώκτης & πειραστής· προσβα- B b λεῖ δέ· & γὰρ, [b] ᾗ τῷ Λόγῳ, ᾗ Θεῷ μου προσέβαλε διὰ τὸ κάλυμμα, τῷ κρυπτῷ φωτὶ διὰ τὸ φαινόμενον· ἔχεις ᾧ νικήσεις· μὴ φοβηθῇς τὸν ἀγῶνα. προβαλῆ τὸ ὕδωρ, προ- c βαλῆ τὸ Πνεῦμα, ἐν ᾧ πάντα τὰ [c] βέλη τῆ πονηρῆ τὰ πεπυρωμένα σβεσθήσεται. Πνεῦμα μέν ἐστιν, ἀλλὰ διαλύον ὄρη. ὕδωρ μέν ἐστιν, d ἀλλὰ πυρὸς σβεστήριον. ἐὰν [d] προσβάλῃ τὴν χρείαν, & γὰρ κἀκείνῳ τετόλμηκε, ᾗ ζητῇ e τοὺς λίθους ἄρτους γενέσθαι, [e] τὸ πεινῆν C ἐπιθέμενος· μὴ ἀγνοήσῃς αὐτοῦ τὰ νοήματα. δίδαξον ἃ μὴ μεμάθηκε· τὸν λόγον ἀντίθες τὸν ζωτικὸν, ὃς ἐστιν ἐξ οὐρανοῦ πεμπόμενος ἄρτος, καὶ τῷ κόσμῳ τὸ ζῆν χαριζόg f μενος. [f] ἐὰν διὰ κενοδοξίας [g] ἐπιβουλεύῃ σοι· h [h] καὶ γὰρ ἐκείνῳ, ἀνάγων ἐπὶ τὸ τοῦ ἱεροῦ πτερύγιον, καὶ βάλε σεαυτὸν κάτω, λέγων, εἰς ἐπίδειξιν τῆς θεότητος· μὴ κατενεχθῇς i διὰ τῆς ἐπάρσεως. ἂν [i] τοῦτο λάβῃ, οὐ μέχρι τούτου στήσεται. ἄπληστός ἐστιν, εἰς πάντα D k ἐκφέρεται. σαίνει μὲν τῷ [k] χρηστῷ, τελευτᾷ δὲ εἰς πονηρόν. οὗτος αὐτοῦ τῆς μάχης ὁ τρόπος. ἀλλὰ καὶ γραφῶν ἔμπειρος ὁ λῃστής. ἐκεῖθεν τὸ γέγραπται, περὶ τοῦ ἄρτου· ἐντεῦθεν τὸ γέγραπται, περὶ τῶν Ἀγγέλων. γέγραπται γάρ, φησιν, ὅτι τοῖς Ἀγγέλοις αὐτῦ ἐντελεῖται περὶ σῦ, ᾗ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε. l [l] ὦ σοφιστὰ τῆς κακίας· πῶς τὸ ἐξῆς ὑπερπράm n τησας; [m] πάνυ γὰρ νοῶ τῦτο, κἂν αὐτὸς [n] ἀποσιωπήσῃς· ὅτι ἐπὶ τὴν ἀσπίδα σε ᾗ τὸν βα- E o σιλίσκον ἐπιβήσομαι, ᾗ [o] καταπατήσω ἐπάνω ὄφεων & σκορπίων, τῇ Τριάδι τετειχισμένος. ἐὰν ἐξ ἁπλησίας καταπαλαίῃ σε, πάσας ὑποδεικνύων τὰς βασιλείας, ὡς αὐτῷ διαφερούσας,

X. Si te luminis perſecutor & tentator poſt Baptiſmum adortus fuerit: (& certè adorietur; nam & Verbum, & Deum meum, propter carnis velamen oppugnare aggreſſus eſt, lumen, inquam, illud abſconditum, propter humanitatem quæ in aſpectum cadit;) habes quo eum ſuperes; ne certamen reformides. Aquam adversùs eum oppone, oppone Spiritum, *in quo ignita omnia pravi illius tela extinguentur.* Spiritus quidem eſt, verùm qui montes diſſolvat. Aqua quidem eſt, ſed quæ ignis extinguendi vim habeat. Si inopiam tibi propoſuerit, (nam hoc quoque Chriſto proponere non dubitavit,) ac famem ob oculos ponens, poſtularit, ut *lapides panes fiant;* ne illius cogitationes ignores. Doce quæ non didicit; oppone vitalem illum ſermonem, qui *panis eſt cælitùs miſſus, ac mundo vitam largitur.* Si tibi per inanem gloriam inſidias moliatur; (quemadmodùm & illi, cùm in templi pinnaculum eum ſuſtulit, ac dixit: *Projice te deorsùm*, ut divinitatis ſpecimen edas;) ne per animi elationem dejiciaris. Nam ſi hoc evicerit, nequaquàm hîc conſiſtet. Inexplebilis eſt, ad omnia graſſatur. Benignitatis quidem ſpecie lenocinatur, verùm in malum deſinit. Hæc eſt illius pugnandi ratio. Atque etiam Scripturarum peritus eſt hic latro. Hinc illud, *Scriptum eſt*, de pane: hinc iſtud, *Scriptum eſt*, de Angelis. *Scriptum eſt enim*, inquit, *quia Angelis ſuis mandavit de te, & in manibus portabunt te.* O vitii Sophiſta! Quomodò id, quod ſequitur, ſuppreſſiſti? (Hoc enim probè intelligo, etiamſi ipſe reticueris;) nimirùm, quòd ſuper aſpidem te & baſiliſcum aſcendam, & calcabo ſuper ſerpentes & ſcorpiones, Trinitate videlicet ſeptus & communitus. Si per avaritiam te oppugnet, uno temporis momento atque obtutu, regna omnia, velut ad ſe attinentia, oſtendens, atque adorationem à te

Baptiſmus, propugnaculum eſt adversùs hoſtiles tentatoris inſidias.

Matth. IV. 3.

Joan. VI. 33.

Matth. IV. 6.

Ibid. IV. 6.

(*a*) Ἄλλου. In quibuſdam, ἀλλ' ὁ.
(*b*) Καί. Deeſt in tribus Regg.
(*c*) Βέλη τῆ πονηρῆ. Sic quatuor Regg. novem Colb. duo Coisl. &c. Pravè in Ed. μέλη τῆ πονηρῆ.
(*d*) Προσβάλῃ. Regg. bm. ph. & Comb. προβάλῃ.
(*e*) Τὸ πεινῆν. Sic Reg. ph. & Coisl. 1. In Ed. τῷ πεινᾶν.
(*f*) Ἐάν. Or. 1. addit δέ.
(*g*) Ἐπιβουλεύῃ. In nonnullis, ἐπιβουλεύση.
(*h*) Καὶ γὰρ ἐκείνῳ. Sic plures Codd. Reg. c. κἀκείνῳ. Nonnulli, κἀκεῖνον. In Ed. καὶ γὰρ ἐκεῖνο.
(*i*) Τῆτο. Reg. ph. τότε.
(*k*) Χρηστῷ. Tres Colb. Χριστῷ.
(*l*) Ὦ σοφιστὰ τῆς κακίας. Sic plures Codd. Reg. bm. ὡς. In Ed. ὁ σοφιστὰ τῆς κακίας. Deeſt τῆς in duobus Regg.
(*m*) Πάνυ γὰρ νοῶ τῆτο. Codex Mazar. & Colb. maximus, πάνυ γὰρ ἀγνοῶ τῆτο. *Maximè & hoc ignoro.* Et ad marg. εἰρωνεία. *Ironicè dictum.*
(*n*) Ἀποσιωπήσῃς. In nonnullis, ἀπεσιώπησας.
(*o*) Καταπατήσω. Regg. bm. & ph. περιπατήσω.

exigens; ut pauperem contemne. Dic, ſignaculo fretus: Ipſe quoque Dei imago ſum: nondùm, ut tu, à ſuperna gloria propter ſuperbiam dejectus ſum: Chriſto indutus ſum: Chriſtum mihi per Baptiſmum vindicavi: tu me ipſe adora. His verbis, mihi crede, ut à Chriſto primo lumine, ita ab iis, qui ab ipſo illuminati ſunt, victus ac pudefactus recedet. Hæc beneficia lavacrum affert iis, qui ipſius vim agnoſcunt: has iis, qui laudabili fame laborant, epulas proponit.

ἐν μιᾷ καιροῦ τε ῥοπῇ καὶ ὄψεως, ἀπαιτῶν τὴν προσκύνησιν· ὡς πέννητος καταφρόνησον. εἰπὲ, τῇ σφραγῖδι θαῤῥήσας· εἰκών εἰμι καὶ αὐτὸς Θεοῦ· τῆς ἄνω δόξης ὕπω δι' ἔπαρσιν, ὥσπερ σὺ, καταβέβλημαι· Χριστὸν ἐνδέδυμαι· Χριστὸν μεταπεποίημαι τῷ βαπτίσματι· σύ με προσκύνησον. ἀπελεύσεται, [a] ζαφῶς οἶδα, τάτοις ἠτιμένος καὶ ἠσχυμένος, ὥσπερ ὑπὸ Χριστῷ τῷ προτε φωτὸς, ὅτω τῶν ἀπ' ἐκείνε περφωτισμένων. τοιαῦτα τὸ λυτρὸν τοῖς ἠσθημένοις αὐτοῦ χαρίζεται· τοιαύτην προτείνει τοῖς καλῶς πεινῶσι τὴν παιδαισίαν.

Aqua Baptiſmi, hyſſopo, legali ſanguine, & cinere vitulæ præſtantior & efficacior.

Hebr. x. 4.

XI. Baptizemur itaque, ut victoriam aſſequamur: luſtralium aquarum participes ſimus, quæ & hyſſopum extergendi facultate ſuperant, & *legalem ſanguinem* puritate, & vitulæ cinerem ſanctitate, inquinatos homines aſpergentis, ac brevem corporis purgationem afferentis, non autem peccatum prorsùs de medio tollentis. Quid enim purgatione iis opus eſſet, qui ſemel purgati fuiſſent? Baptizemur hodiè, ne cras vi aliquâ cogamur. Ne beneficium tanquam injuriam differamus; nec expectemus ut plura peccata congeramus, quò plura nobis condonentur; nec Chriſto, cauponum & negotiatorum ritu, abutamur; nec graviori ſarcinâ oneremur, quàm vires noſtræ ferre queant, ne ſimul cum ipſa navi demergamur, ac Gratiam naufragio amittamus; ſicque, dum plura ſpe atque animo concipimus, omnia perdamus. Ad donum accurre, quandiù mentis adhuc compos es: quandiù nondùm es & corpore & animo æger, vel certè ſic adſtantibus videris, etiamſi mente ſis integrâ: quandiù bonum tuum non in aliis ſitum eſt, verùm in tua ipſius poteſtate: quandiù lingua non titubat, nec frigore confecta eſt; nec, ut nihil ampliùs dicam, ſacræ initiationis pronunciandæ vim & facultatem amiſit: quandiù Fidelis effici potes, non hominum opinione & conjecturâ, ſed argumento certo & explorato; non miſerationem movens, ſed gratulationem: quandiù perſpicuum tibi donum eſt, non autem obſcurum & dubium; ac Gratia intimos animæ ſinus attingit, non autem corpus funebri aquâ abluitur: quandiù non circum te lacrymæ, diſceſsûs indices, ac fortaſsè etiam ipſæ in tui gratiam compreſſæ, atque uxor &

ια. Βαπτισθῶμεν ἕν, ἵνα νικήσωμεν· μετάσχωμεν καθαρσίων ὑδάτων, ὑσσώπε ῥυπτικωτέρων, αἵματος νομικῆ καθαρωτέρων, σποδῆ δαμάλεως ἱερωτέρων, ῥαντιζούσης τοὺς κεκοινωμένους, καὶ προσκαιρον ἐχούσης σώματος κάθαρσιν, ἀ παντελῆ τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσιν. τί γὰρ ἔδει καθαίρεσθαι τοὺς ἅπαξ κεκαθαρμένους; βαπτισθῶμεν σήμερον, ἵνα μὴ αὔριον [b] βιασθῶμεν. μὴ ἀναβαλώμεθα τὴν εὐεργεσίαν, ὡς ἀδικίαν· μηδὲ ἀναμείνωμεν πλεῖον γενέσθαι κακοὶ, ἵνα [c] πλεῖον συγχωρηθῶμεν· μηδὲ γλιώμεθα [d] χριστοκάπηλοι καὶ [e] χριστέμποροι· μηδὲ φορτισθῶμεν [f] πλέον ἢ δυνάμεθα φέρειν, ἵνα μὴ αὐτάνδρῳ τῇ νηῒ βαπτισθῶμεν, καὶ τὸ χάρισμα ναυαγήσωμεν, ἀνθ' ὧν [g] τὸ πλεῖον ἠλπίσαμεν, τὸ πᾶν ἀπολέσαντες. ἕως ἔτι τῶν λογισμῶν κύριος εἶ, προέσθαι τῷ δωρήματι· ἕως ὕπω νοσεῖς καὶ τὸ σῶμα & τὴν ψυχήν, [h] ἢ δοκεῖς ὅτω τοῖς παροῦσι, κἂν σωφρονῇς· ἕως οὐκ ἐπ' ἄλλοις κεῖται, τὸ σὸν ἀγαθὸν, ἀλλ' αὐτὸς εἶ τούτου κύριος· ἕως οὐ διάφορος ἡ γλῶσσα, οὐδὲ κατεψυγμένη, οὐδὲ ζημιῶται, ἵνα μὴ πλεῖον τι λέγω, τὰ τῆς μυσταγωγίας ῥήματα· ἕως δύνασαι γενέσθαι πιστὸς, οὐκ εἰκαζόμενος, ἀλλ' ὁμολογούμενος· οὐκ ἐλεούμενος, ἀλλὰ μακαριζόμενος· ἕως δῆλόν σοι τὸ δῶρον, ἀλλ' οὐκ ἀμφίβολον· καὶ τοῦ βάθους ἡ χάρις ἅπτεται, ἀλλ' οὐ τὸ σῶμα ἐπιτάφια λούεται· ἕως οὐ δάκρυα περὶ σὲ τῆς ἐξόδου μηνύματα, καὶ ταῦτα εἰς σὴν χάριν τυχὸν [i] ἐπεχόμενα, καὶ γυνὴ, καὶ παῖδες [k] τὴν ἐκδημίαν μεθέλκοντες, καὶ ζητοῦντες

(a) Ζαφῶς οἶδα. Sic plerique Codd. In Ed. *σαφῶς σὺ οἶδα.*

(b) Βιασθῶμεν. *Vi aliquâ cogamur*, id eſt, urgente morbo, vel periculo.

(c) Πλεῖον. In nonnullis, *πλείονα.*

(d) Χριστοκάπηλοι. Hi ſunt qui *Chriſtum*, id eſt, *Baptiſmum* vendunt, eum per voluptatum illecebras prodentes.

(e) Χριστέμποροι. Qui Baptiſmi gratiam pretio redimunt, eamque morbi, vel alicujus periculi occaſione acquirunt.

(f) Πλέον. Quatuor Regg. & Or. 1. *πλεῖον.*

(g) Τὸ πλεῖον. Deeſt *τό* in pluribus Codd.

(h) Η δοκεῖς &c. Bill. *Aut his, qui adſunt, ita eſſe videris* &c. Paſ. exponit: *ὅμως δοκῇς τοῖς ἐφεστῶσι παραπαίειν. Cùm tamen adſtantibus delirare videaris. Multi enim*, ait Elias, *ex febris æſtu inſaniam contraxerunt.*

(i) Επεχόμενα. Colb. f. & Jeſ. *ἐπιχεόμενα*, *profuſæ.*

(k) Εκδημίαν μεθέλκοντες. *Diſceſſum retrahentes*, id eſt, à Baptiſmate ægrotantis animum avocantes, ut extrema ejus verba excutiant, non tam ægro, quàm ſibi ipſis conſulentes.

Baptiſmus non differendus.

ἐξόδῳ ῥήματα· ἕως οὐκ ἰατρὸς ἄτεχνος περὶ σὲ, ὥρας σοι χαριζόμενος, ὧν οὐκ ἔστι κύριος, καὶ νεύματι ταλαντεύων τὴν σωτηρίαν, καὶ φιλοσοφῶν περὶ τῆς νόσου μετὰ τὸν θάνατον, ἢ τοὺς μισθοὺς βαρύνων ταῖς ὑποχωρήσεσιν, ἢ τὴν ἀπόγνωσιν αἰνιττόμενος· ἕως οὐ μάχη βαπτισοῦ καὶ χρηματισθοῦ· τοῦ μὲν, ὅπως ἐφοδίάσῃ φιλονεικοῦντος, τῷ δὲ, ὅπως γραφῇ κληρονόμος, [a] ἀμφότερα τῷ καιρῷ μὴ συγχωροῦντος.

liberi discessum retrahentes, & extrema verba requirentes: quandiù lateri tuo non hæret imperitus medicus, horas tibi largiens, quarum potestas penes eum non est, capitisque nutu salutem velut ad lancem expendens, ac de morbo post mortem disputans, aut recessibus suis mercedem augens, aut deploratum morbum esse significans: quandiù inter eum, qui baptizandi munere fungitur, & quæstuarium nulla pugna est; dum ille morientem viatico instruere, hic hæres scribi contendit, nec utrumque per tempus licet.

ιβ. Τί πυρετὸν ἀναμένεις εὐεργέτην, ἀλλ' οὐ Θεόν; τί καιρὸν, ἀλλ' οὐ λογισμόν; τί φίλον ἐπίβουλον, ἀλλ' ὃ πόθον σωτήριον; τί μὴ τὴν ἐξουσίαν, ἀλλὰ τὴν βίαν; [b] τί μὴ τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ τὴν [b] στενοχωρίαν; τί παρ' ἄλλου δέῃ μαθεῖν τὴν ἔξοδον, ἀλλ' ἐχ ὡς ἤδη παρούσης διανοήσῃ; τί φάρμακα [c] ἐπιζητεῖς, τὰ μηδὲν ὀνήσοντα; τί κριτικὸν ἱδρῶτα, ἴσως παρεστῶτος τῇ ἐξόδῳ; σαυτὸν πρὸ τῆς ἀνάγκης ἰάτρευσον· σαυτὸν ἐλέησον, τὸν γνήσιον τῆς ἀσθενείας θεραπευτήν· σαυτῷ [d] προσάγαγε τὸ ζωτήριον ὄντως φάρμακον. ἕως ἐξ ὑρίας πλεῖς, φοβήθητι τὸ ναυάγιον· καὶ ἧττον ναυαγήσεις, τῇ δειλίᾳ βοηθῷ χρώμενος. πανηγυρισθήτω τὸ δῶρον, ἀλλὰ μὴ θρηνηθήτω· ἐπεργασθήτω τὸ τάλαντον, ἀλλὰ μὴ συγχωσθήτω. [e] γενέσθω τι μέσον τῆς χάριτος καὶ τῆς ἀναλύσεως, ἵνα μὴ ἐξαλειφθῇ τὰ πονηρὰ γράμματα μόνον, ἀλλὰ καὶ μετεγγραφῇ τὰ βελτίονα· ἵνα μὴ τὸ χάρισμα μόνον ἔχῃς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀντίδοσιν· ἵνα μὴ τὸ πῦρ φύγῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς δόξης κληρονομήσῃς, [f] ἢν τὸ ἐπεργάσασθαι [f] τῷ δώρῳ χαρίζεται. ἔστι γὰρ τοῖς μὲν μικροψύχοις μέγα, τὸ φυγεῖν βάσανον· τοῖς δὲ μεγαλοψύχοις, τὸ καὶ τυχεῖν ἀντιδόσεως.

XII. Quid febrim, quæ te beneficio afficiat, expectas, non autem Deum? Quid tempus, non autem rationem? Quid insidiosum amicum, non autem salutare desiderium? Quid vim potiùs, quàm potestatem? Quid rerum angustiam potiùs, quàm libertatem? Quid opus est, ut de exitu tuo ab alio certior fias, ac non ipse potiùs de eo, tanquam jam præsenti, cogitas? Quid medicamenta quæris, nihil profutura? Quid criticum sudorem, cùm fortassè lethalis adsit? Tibi ipsi, priusquàm urgeat necessitas, medere; tuiipsius miserere, qui verus & germanus infirmitatis es medicus; tibi ipsi reverà salutare medicamentum adhibe. Dum secundo vento navigas, naufragium time; & tutior à naufragio eris, adjutorem ac socium tibi timorem asciscens. Lætè atque hilariter Donum celebretur, non autem defleatur: negotiatione accrescat talentum, non autem terrâ obruatur. Inter Gratiam ac mortem, temporis aliquid intercedat, ut non solùm pravæ litteræ deleantur, verùm etiam earum loco meliores inscribantur; nec solùm gratiam habeas, verùm etiam præmium consequaris; nec ignis tantùm supplicium effugias, verùm etiam gloriæ hæreditatem percipias, quam negotiatio dono adjuncta conciliat. Nam parvis quidem atque abjectis animis amplum ac præclarum videtur, pœnam vitare: at qui magno & excelso animo præditi sunt, ad mercedem quoque aspirant.

Periculosum Baptisma in morbo aut alia necessitate susceptum.

Baptismi donum hilariter suscipiendum.

ιγ. Τρεῖς γὰρ οἶδα τάξεις τῶν ζωζομένων, δουλείαν, μισθαρνίαν, υἱότητα. εἰ δοῦλος εἶ, τὰς πληγὰς φοβήθητι. εἰ μισθωτὸς, πρὸς τὸ λαβεῖν βλέπε μόνον. [g] εἰ δὲ ὑπὲρ τούτους, καὶ υἱὸς, ὡς πατέρα αἰδέσθητι. ἔργασαι τὸ καλὸν, ὅτι καλὸν τῷ πατρὶ πείθεσθαι, κἂν εἴ σοι μηδὲν ἔσεσθαι μέλλοι. τοῦτο αὐτὸ μισθὸς, τὸ [h] τῷ πατρὶ χαρίζεσθαι. ὧν ἡμεῖς μὴ κατα-

XIII. Tres enim eorum, qui salutem consequuntur, classes esse scio, servorum videlicet, mercenariorum, & filiorum. Si servus es, plagas metue. Si mercenarius, mercedem duntaxat specta. Sin autem supra hos assurgis, ac filius es, ut patrem reverere. Bonis operibus stude, quia bonum est patri obtemperare, etiamsi ex ea re nihil quæstûs ad te rediturum sit. Hoc ipsum merces est, patri obsequi. Quæ utinam ne contemnamus. Absurdum enim

Tres salvandorum ordines.

(a) Ἀμφότερα. In Ed. sequitur μή, quod auctoritate Codd. delevimus.

(b) Στενοχωρίαν. Sic plures Codd. In Ed. σλενοχωρίαν.

(c) Ἐπιζητεῖς. Regg. b. c. d. Or. 1. &c. ζητεῖς.

(d) Προσάγαγε. Quatuor Regg. πρόσαγε.

(e) Γενέσθω τι μέσον. *Inter Baptismum & mortem*, inquit Nicetas, *aliquid temporis intercedat; ut non modò Sacramentum & peccatorum remissionem, quam affert Baptismus, habeas; verùm etiam mercedem ac remunerationem accipias, ut qui virtutem excolueris.*

(f) Τῷ δώρῳ. Par. τὸ δῶρον.

(g) Εἰ δὲ ὑπέρ. Sic quatuor Regg. Deest δέ in Ed.

(h) Τῷ πατρὶ. Deest τῷ in tribus Regg. & Or. 1.

fuerit, cùm pecunias avidè præripias, sanitatem in longius differre atque extrahere; cùm corpus præpurges, animæ purgationem in aliud tempus reſervare; cùm ex hac terrena ſervitute in libertatem vindicari ſtudeas, ſupernæ libertatis cupiditate minimè tangi; cùm ſtudium & diligentiam omnem adhibeas, ut magnificas ædes incolas, aut ſplendidas veſtes geras, nihil curæ ſuſcipere, ut ipſe ſummo pretio dignus ſis; cùm ad benè de aliis merendum promptus ſis, de teipſo benè mereri nolle. Et quidem ſi tibi pretio hoc bonum comparare liceret, nullis omninò pecuniis parceres: nunc autem, quia gratuita miſericordia proponitur, idcircò tibi prompta & exporrecta beneficentia & liberalitas contemptum parit. Omne tibi tempus ad ablutionem idoneum eſt, quandoquidem nullum tempus, mortis periculo vacat. Cum Paulo, id eſt, cum magna illa voce, ad te clamo: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Quo loco particula, *Nunc*, non certum aliquod tempus, ſed tempus omne deſignat. Et rursùs: *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus*, peccati noctem diſcutiens: quandoquidem *in nocte ſpes mala*, ut teſtatur Iſaias, ac manè accipi conducibilius eſt.

Non contemnenda Dei miſericordia, quia gratuita.

II. Cor. VI. 2.

Eph. V. 14.

Iſai. XXXVIII. 13.

XIV. Sere, cùm ſerendi tempus fuerit, & fruges comporta, & horrea ſolve, cùm tempus hoc poſtularit, & tempeſtivè planta, & uvam maturam detonde, & Veris temperie fretus navem è portu ſolve, rurſúſque oriente hyeme, maríque ſæviente, fac eam in portum ſubducas. Quin tibi quoque, *& belli, & pacis tempus ſit*, & matrimonii ineundi, & à matrimonii opere abſtinendi, & amicitiæ, & diſſidii, ſi quidem ita neceſſe ſit, atque omnis denique rei, ſi Salomoni auſcultandum eſt. Auſcultandum eſt autem; utile enim conſilium proponit. At verò ſalutis tuæ negotium ſemper age, ac quælibet occaſio ſit tibi tempus ſuſcipiendi Baptiſmatis. Si autem ſemper hodiernum diem præteriens, craſtinum obſerves, paulatim differendo, non animadvertis te à pravo illo deludi, ut ita fert illius conſuetudo. Da mihi præſens, inquit, futurum Deo: mihi juveniles annos, Deo ſeniles: mihi voluptates, Deo corpus effœtum, nullíſque uſibus aptum. Verùm, quanto in periculo verſaris? Quot quámque inopinati rerum caſus? Vel bellum

Omnia tempus habent.

Eccle. III. 1. & ſeqq.

Omni tempore ſaluti conſulendum.

φρονοῦντες [a] φαινόιμεθα. ὡς ἐστὶν ἄτοπον, χρήματα μὲν ϖϱοαϱπάζειν, [b] ὑγείαν δὲ ἀναβάλλεσθαι· καὶ ϛώματα μὲν ϖϱοκαθαίϱειν, ψυχῆς δὲ κάθαϱσιν ταμιεύεσθαι· καὶ τῆς μὲν κάτω δουλείας [c] ἐλευθεϱίαν ζητεῖν, τῆς ἄνω δὲ μὴ ἐφίεσθαι· καὶ ὅπως μὲν [d] οἰκήσεις μεγαλοϖϱεπῶς, ἢ ἀμφίεσῃ, ϖᾶσαν ποιεῖσθαι σϖουδήν, ὅπως δὲ αὐτὸς πλείστου ἄξιος ἔσῃ, [e] μηδὲν φϱοντίζειν· καὶ ἄλλους μὲν εὖ ποιεῖν ϖϱόθυμον εἶναι, [f] σαυτὸν δὲ μὴ βούλεσθαι. καὶ εἰ μὲν ὤνιον ἦν σοι τὸ ἀγαθὸν, μηδενὸς ἂν φείδεσθαι χϱήματος· εἰ δὲ ϖϱόκειται τὸ φιλάνθϱωϖον, καταφϱονεῖς τῷ ἑτοίμῳ τῆς εὐποιΐας. ϖᾶς σοι καιϱὸς ἐκϖλύσεως, ἐπειδὴ ϖᾶς ἀναλύσεως. μετὰ Παύλου βοῷ ϛοι, τῆς μεγάλης φωνῆς· ἰδοὺ νῦν καιϱὸς εὐϖϱόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέϱα ϛωτηϱίας· οὐχ ἕνα καιϱὸν, ἀλλὰ ϖάντα τὸν νῦν ὁϱίζοντος. καὶ ϖάλιν· ἔγειϱαι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκϱῶν, καὶ ἐϖιφαύσει ϛοι ὁ Χϱιστὸς, λύων [g] τὴν νύκτα τῆς ἁμαϱτίας· ἐπειδὴ ἐν νυκτὶ ἐλϖὶς ϖονηϱὰ, κατὰ τὸν Ησαΐαν, καὶ [h] τῷ ϖϱωῒ ληφθῆναι λυσιτελέστεϱον.

ιδ'. [i] Σϖεῖϱε μὲν ὅτε καιϱὸς, [k] καὶ συνκόμιζε, καὶ λύε τὰς ἀϖοθήκας, ὅτε τοῦτου καιϱὸς, καὶ φύτευε καθ' ὥϱαν, καὶ ϖειϱέσθω σοι βότϱυς ὥϱιμος, καὶ ἀνάγου θαῤῥήσας ἔαϱι, καὶ ἄνελκε τὴν ναῦν, ϖάλιν δεχομένου χειμῶνος, καὶ τῆς θαλάσσης ἀγϱιουμένης. καὶ ϖολέμου καιϱὸς ἔϛω σοι, καὶ εἰϱήνης, καὶ γάμου, καὶ τῶν οὐ γάμου, καὶ φιλίας, καὶ δϱασϛάσεως, ἂν ταύτης δεήσῃ, καὶ ϖαντὸς ὅλως ϖϱάγματος, εἴ τι τῷ Σολομῶντι [l] ϖειϛέον. ϖειϛέον δέ· καὶ γὰϱ ὠφέλιμος ἡ ϖϱοβούλευσις. ἀεὶ δὲ τὴν σωτηϱίαν ἐϱγάζου, καὶ ϖᾶς ἔϛω σοι καιϱὸς τοῦ βαϖτίσματος ὅϱος. ἐὰν ἀεὶ τὸ σήμεϱον ϖϱοτϱέχων, ἐϖιτηϱῇς τὸ εἰς αὔϱιον, [m] λανθάνεις ταῖς κατὰ μικϱὸν ἀναῤῥοαῖς ὑϖὸ τοῦ ϖονηϱοῦ κλεϖτόμενος, [n] ὥσϖεϱ ἐκείνου τϱόϖος. ἐμοὶ δὸς τὸ ϖαϱὸν, Θεῷ τὸ μέλλον· ἐμοὶ τὴν νεότητα, Θεῷ τὸ γῆϱας· ἐμοὶ τὰς ἡδονὰς, ἐκείνῳ τὴν ἀχϱηϛίαν. ὅσος ὁ ϖεϱὶ σὲ κίνδυνος; ὅσα τὰ

(a) Φαινοίμεθα. Regg. bm. & ph. φαινάμεθα.
(b) Υγείαν. Tres Regg. ὑγιείαν.
(c) Ελευθερίαν ζητεῖν. Par. ἐλευθεριάζειν ζητεῖν.
(d) Οἰκήσεις. Tres Regg. octo Colb. & Or. 1. οἰκήσης.
(e) Μηδέν. Sic quatuor Regg. & decem Colb. In Ed. μηδέ.
(f) Σαυτόν. Sic quatuor Regg. & duodecim Colb. In Reg. bm. & in Ed. ἑαυτόν.
(g) Τὴν νύκτα. Reg. ph. τὸ σκότος, *tenebras.*
(h) Τῷ ϖϱωΐ. Tres Regg. tres Colb. & Or. 1. τὸ ϖϱωΐ.
(i) Σπείρε. Reg. ph. & Par. σπείραι.
(k) Καὶ συνκόμιζε. Sic quinque Regg. & tres Colb. Deeſt καί in Ed.
(l) Πειϛέον. Reg. bm. πιϛέον.
(m) Λανθάνεις. Sic Coisl. 1. Jeſ. & Gabr. Sic etiam legit Billius. Deeſt in Ed.
(n) Ωσπερ. Regg. b. c. d. ὅσπερ. Reg. ph. ὅπερ. Mox, τὸ μέλλον. Sic Codd. Pravè in Par. ed. τῷ μέλλον.

παρ'

a παρ' [a] ἐλπίδα συμπλώματα ; ἢ πόλεμος
ϖδανάλωσεν, ἢ σεισμὸς συνέχωσεν, ἢ θάλασσα ὑπεδέξατο, ἢ θηρίον ἥρπασεν, ἢ νό-
b σος ἀπώλεσεν, [b] ἢ ψὶξ ϖδαδραμοῦσα, τὸ φαυλότατον· τί γὰρ τῶ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον εὐκολώτερον, κἂν μέγα φρονῇς τῇ εἰκόνι ; ἢ
c [c] ποτὸς πλεονάσας, ἢ ἄνεμος κρημνίσας, ἢ
d ἵππος συναρπάσας, [d] ἢ φάρμακον ἐκ ϖρονοίας ἐπιβουλεῦσαν, τυχὸν δὲ κὴ ἀντὶ σωτηρίου φανὲν δηλητήριον, ἢ δικαστὴς ἀπάνθρωπος,
e [e] ἢ δήμιος ἀϖδαίτητος, ἢ τὶ τῶν ὅσα ταχίστην ποιεῖ τὴν μετάστασιν, κὴ βοηθείας ἰσχυροτέραν.

ιε. Εἰ δὲ ϖροκαταλάβοις σεαυτὸν τῇ σφραγῖδι, κὴ τὸ μέλλον ἀσφαλίσαιο τῷ καλλίστῳ τῶν βοηθημάτων κὴ σεβαστοτάτῳ, σημειωθεὶς κὴ ψυχὴν κὴ σῶμα, τῷ χρίσματι κὴ
f τῷ Πνεύματι, [f] ὡς ὁ Ἰσραὴλ πάλαι τῷ νυκ-
g τερινῷ καὶ φυλακτικῷ τῶν ϖρωτοτόκων [g] αἵματι· τί σοι συμβήσεται, καὶ τί σοι πεπραγμάτευται ; τῶν παροιμιῶν ἄκουσον· ἐὰν γὰρ κάθῃ, φησὶν, ἄφοβος ἔσῃ· ἐὰν δὲ καθεύδῃς, ἡδέως ὑπνώσεις. καὶ ϖδὰ τοῦ Δαβὶδ εὐαγγελίσθητι· ὃ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ συμπλώματος, καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ. τοῦτό σοι καὶ ζῶντι μέγιστον εἰς ἀσφάλειαν· πρόβατον γὰρ ἐσφραγισμένον ῥᾴδίως ἐπιβουλεύεται, τὸ δὲ ἀσήμαντον κλέπταις εὐάλωτον· καὶ ἀπελθόντι δεξιὸν ἐντάφιον, ἐσθῆτος λαμπρότερον, χρυσοῦ τι-
h μιώτερον, τάφου μεγαλοϖρεπέστερον, [h] ἀγώνων χοῶν εὐσεβέστερον, ἀπαρχμάτων ὡρίων καιριώτερον, ὧν τοῖς νεκροῖς οἱ νεκροὶ χαρίζονται, νόμον ϖοισάμενοι τὴν συνήθειαν. ϖάντα οἰχέσθω σοι, ϖάντα διαρπαζέσθω, χρήματα, κτήματα, θρόνοι, λαμπρότητες,
i ὅσα τῆς κάτω ϖεριφορᾶς· [i] σὺ δὲ κατάλυσον ἐν
k ἀσφελείᾳ τὸν βίον, μηδὲν [k] ζημιωθεὶς τῶν ἐκ Θεοῦ σοι δοθέντων εἰς σωτηρίαν βοηθημάτων.

ις. Ἀλλὰ φοβῇ, μὴ διαφθείρῃς τὸ χάρισμα, καὶ διὰ τοῦτο ἀναβάλλῃ τὴν κάθαρσιν, ὡς δευτέραν οὐκ ἔχων ; τί δαί ; οὐ φοβῇ,

A oppreſſerit, vel terræ motus obruerit, vel mare exceperit, vel bellua rapuerit, vel morbus extinxerit, vel mica panis, res viliſſima, tranſversè per fauces currens ; (quid enim hominis interitu facilius, quamtumvis ob divinam imaginem glorieris ?) vel immodica crapula, vel ventus in præceps agens, vel equus ſeſſorem ſecum abripiens, vel pharmacum de induſtria ad inſidias comparatum, fortaſsè etiam pro ſalutari peſtiferum inventum, vel inhumanus judex, vel inexorabilis carnifex, vel
B denique quidpiam eorum, quæ celerem mortem, atque omni ope & auxilio validiorem, efficiunt.

XV. At ſi per Baptiſmum teipſum præmunieris, ac pulcherrimo & firmiſſimo auxilio tibi in futurum caveris, animum ſcilicet & corpus unctione & Spiritu conſignans, quemadmodùm olim Iſraël nocturno illo cruore, qui primigenos tuebatur ; quid tibi accidet, & quod tibi præſidium comparatum erit ? Audi Salomonis Proverbia : *Si ſederis*, ait, *intrepidus eris : Si dormieris, ſuavem ſomnum carpes.* Audi
C etiam quid tibi læti nunciet David : *Non timebis*, inquit, *à timore nocturno, ab incurſu, & Dæmonio meridiano.* Hoc tibi & viventi, maximum ad ſecuritatem momentum afferet ; (pecus enim ſignata non facilè inſidiis appetitur, quæ autem minimè ſignata eſt, à furibus facilè capi poteſt ;) & vitâ perfuncto, commodum quoddam, tanquam funebre munus, futurum eſt, veſte ſplendidius, auro præſtantius, tumulo magnificentius, infructuoſis libaminibus religioſius, maturorum fructuum primitiis tem-
D peſtivius, iiſque omnibus rebus, quas mortui mortuis largiuntur, conſuetudinem pro lege obſervantes. Omnia tibi pereant, omnia diripiantur, pecuniæ, prædia, throni, ſplendores, ac cætera, quæ vagæ atque incertæ hujus vitæ ſunt : tu verò ſecurâ & tranquillâ mente diem ultimum claude, nullo ex omnibus, quæ Dei beneficio tibi ad ſalutem conceſſa ſunt, auxilio deſtitutus.

Baptiſmus, in periculis efficax antidotum.

Prov. III. 24.

Pſ. XC. 5.

Unctio Baptiſmalis, maximum in vita & mortis articulo ſolatium.

XVI. At metuis, ne Gratiam corrumpas, ac proindè purgationi moram producis, utpotè nullam alteram jam ultrà ha-

Specioſa Cathecumenorum argumenta.

(*a*) Ελπίδα. Reg. b. ἐλπίδας.
(*b*) Η ψὶξ. Budæus, *aut mica aberrans.*
(*c*) Πότος. In nonnullis, & quidem optimæ notæ, ποταμός, *fluvius exundans.* Sic etiam legit Nicetas.
(*d*) Η φάρμακον &c. Nicetas id exponit de pharmaco conſultò temperato, ſeu veneno, vel de pharmaco ad purgationem quidem & ſalutem, Medicorum opinione, porrecto ; verùm ipſo eventu, exitiale ac lethale invento.
(*e*) Η δήμιος &c. Nicet. ἢ δῆμος, *vel factio plebis inexorabilis*, quâ ſæpè contigit, ut viri inſignes perierint.
(*f*) Ως ὁ. Sic quinque Regg. & novem Colb. Deeſt ὁ in Ed.
(*g*) Αἵματι. Sic plures Regg. & Colb. Or. 1. &c. quorum auctoritate delevimus καὶ χρίσματι & *unctio-nibus*, quæ in Ed. immediatè ſequuntur. Has etiam voces, nec Nicetas, nec Billius agnoſcunt.
(*h*) Ἀγώνων χοῶν εὐσεβέστερον. Schol. τῶν, τοῖς νεκροῖς δεδομένων. *Libamina quæ mortuis offerebantur.* Illa porrò conſtabant vino, melle, lacte & oleo, ac mortuorum ſepulchris à parentibus & propinquis infundebantur. Dicuntur *inſructuoſa*, quòd cadaveribus impenderentur. In his autem erat quædam pietas, idque ſpectat Gregorii comparatio. Billius in notis cum Hervagio, commodiùs legi ἀγώνων, *Certamina*, arbitratur, quia ſcilicet olim varia certamina in funeribus clariſſimorum virorum proponebantur. Sed nihil opus eſt Gregorii ſimilitudinem ad hæc certamina detorquere, ut rectè Combefiſius contra Billium obſervat.
(*i*) Σὺ δέ. Reg. ph. addit, μοί.
(*k*) Ζημιωθείς. Coisl. 1. ζημιωτῆς.

bens? Quid autem? Non vereris, ne per- A
secutionis tempore in periculum adducaris, ac Christo, possessione omnium, quas habes, præstantissimâ, spolieris? Num igitur ob hanc causam à suscipiendo Christianismo refugies? Absit. Non est sani hominis hic metus: desipientis est hæc cogitatio. O incautam, ut ita loquar, cautionem! O ingentes pravi illius versutias!
Diaboli astutia contemnenda.
Verè ille caligo est, & lucem ementitur. Cùm aperto Marte nihil perficit, insidias obscurè tendit; & cùm pravus sit, quasi humanus ac benè affectus, consilium dat, ut B
alterutro certè modo superior omninò discedat, nec ullâ ratione ipsius insidias effugiamus. Id quod hîc quoque perspicuè molitur. Nam cùm tibi in animum inducere nequeat, ut Baptismum palàm apertéque contemnas ac pro nihilo ducas, per fictam cautionem te eò mulctat, ut in eam fraudem, quam metuis, imprudens per metum incidas; & dum times, ne donum corrumpas, ea ipsa de causa ab hoc prorsùs excidas. Atque ille quidem hoc ingenio est, nec unquam versutiæ C
suæ finem statuet, quandiù nos ad cœlum properantes videbit, undè ipse dejectus est. Tu autem, ô homo Dei, fac adversarii insidias cognitas habeas. Etenim adversùs habentem, & de rebus maximis, certamen initur. Ne hostem in consilium adhibeas: ne Fidelis fieri ac nominari parvipendas. Quandiù in Catechumenorum numero es, in pietatis vestibulo versaris.
Cathecumenus in pietatis ac salutis vestibulo positus.
Intrare te oportet, atrium pertransire, Sancta contueri, in Sancta Sanctorum prospicere, cum Trinitate conjungi. Magna sunt ea, ob quæ oppugnaris; magno quoque præsidio opus habes. Quocirca fidei cly- D
peum adversùs eum objice. Timet te cum armis dimicantem; ac propterea te charismate spoliat, ut inermem & incautum faciliùs opprimat. Omnes ætatum gradus, omnia vitæ genera & instituta attingit. Quare omni studio propulsetur.

Baptismus, perutilis ac necessarius juvenibus.
XVII. Juvenis es? Contra pravos affectus, in acie cum subsidio sta, in Dei phalange nomen profitere, adversùs Goliath strenuè pugna, mille, vel decies totidem hostes cape, ac tibi subjice. Ita flore ætatis fruere; nec tuam juventutem marcescere sustine, imperfectâ

μὴ διώκτῃ καιρῷ κινδυνεύσῃς, καὶ τὸ μέγιστον ὧν ἔχεις, ἀφαιρεθῇς Χριστόν; ἆρ' οὖν δι' ἃ τοῦτο φεύξῃ καὶ τὸ γενέσθαι Χριστιανός; ἄπαγε. ἐχ ὑγιαίνοντος ὁ [a]φόβος, a
παραφρονοῦντος ὁ λογισμός. ὦ τῆς ἀνευλαβοῦς εὐλαβείας, εἰ δεῖ τοῦτο εἰπεῖν. ὦ τῶν τοῦ πονηροῦ ζοφισμάτων. ὄντως σκότος ἐστὶ, καὶ φῶς ὑποκρίνεται. ὅταν μηδὲν ἰσχύσῃ φανερῶς πολεμῶν, ἀφανῶς ἐπιβουλεύει. καὶ γίνεται σύμβουλος [b]ὡς χρηστὸς, ὢν πονηρός· b
ἵν' ἑνί γε τρόπῳ πάντως ἰσχύσῃ, καὶ μηδαμόθεν αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν διαφύγωμεν. ὅπερ οὖν κἀνταῦθα ζαφῶς τεχνάζεται. τὸ γὰρ φανερῶς καταφρονεῖν τοῦ βαπτίσματος πείθειν οὐκ ἔχων, ζημιοῖ σε δι' εὐλαβείας τῆς πλαστῆς ἀσφαλείας, ἵν' ὃ [c]φοβῇ γε, τοῦτο λάθῃς c
παθὼν διὰ τοῦ φόβου· καὶ τὸ φθεῖραι τὴν δωρεὰν δεδοικὼς, [d]αὐτῷ τούτῳ τῆς δωρεᾶς d
ἐκπέσῃς. ὁ μὲν οὖν τοιοῦτός ἐστι, καὶ οὔ ποτε παύσεται τῆς ἑαυτοῦ διπλόης, ἕως ἂν βλέπῃ πρὸς οὐρανὸν ἐπειγομένους ἡμᾶς, ὅθεν αὐτὸς [e]ἐκπέπτωκεν. σὺ δὲ, [f]ὦ ἄν- e f
θρωπε τοῦ Θεοῦ, γνῶθι τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ ἀντικειμένου. [g]πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα, καὶ g
ὑπὲρ τῶν μεγίστων, ἡ μάχη. μὴ λάβῃς σύμβουλον τὸν ἐχθρόν. μὴ καταφρονήσῃς τοῦ ἀκοῦσαι καὶ γενέσθαι πιστός. ἕως εἶ κατηχούμενος, ἐν πρόθυροις εἶ τῆς εὐσεβείας. εἴσω γενέσθαι σε δεῖ, τὴν αὐλὴν διαβῆναι, τὰ ἅγια κατοπτεῦσαι, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων παρακύψαι, μετὰ τῆς Τριάδος γενέσθαι. μεγάλα ἐστὶν ὑπὲρ ὧν [h]πολεμῇ· με- D h
γάλης δεῖ σοι καὶ τῆς ἀσφαλείας. πρόβαλοῦ τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως. φοβεῖται σε μετὰ τοῦ ὅπλου μαχόμενον· [i]καὶ διὰ τοῦτο γυμνοῖ i
σε τοῦ χαρίσματος, ἵνα κρατήσῃ ῥᾷόν σου ἀόπλου καὶ ἀφυλάκτου. πάσης ἡλικίας ἄπτεται, πάσης ἰδέας βίου. διὰ πάντων ἀποπροσθήτω.

ιζ. Νέος εἶ; στῆθι κατὰ τῶν παθῶν [k]μετὰ τῆς συμμαχίας, εἰς Θεοῦ παράταξιν k
ἀριθμήθητι, [l]ἀρίστευσον κατὰ τοῦ Γολιάθ, l
λάβε τὰς χιλιάδας, ἢ τὰς μυριάδας. οὕτω τῆς ἡλικίας ἀπόλαυσον· ἀλλὰ μὴ ἀνάσχῃ μαρανθῆναί σου τὴν νεότητα, τῷ ἀτελεῖ

(a) Φόβος. Comb. λόγος, *sermo*.
(b) Ὡς χρηστός. Sic Reg. bm. Coisl. 1. & Comb. Deest ὡς in Ed.
(c) Φοβῇ γε. Deest γε in sex Regg.
(d) Αὐτῷ τούτῳ. Sic plures Regg. & Colb. In Ed. αὐτὸ τοῦτο.
(e) Ἐκπέπτωκε. Regg. a. & bm. ἔπεσεν.
(f) Ὦ ἄνθρωπε. Sic tres Regg. & tres Colb. Deest ὦ in Ed.
(g) Πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα. Fortè legendum, ἐχθραίνοντα, *inimicum*, quamvis Nicetas innuat, hæc verba, πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα ἔρπει ὁ φθόνος, *habentem enim invidia persequitur*, ex Sophocle in Ajacis tragœdia, à Gregorio mutuata fuisse.
(h) Πολεμῇ. Reg. bm. πολεμεῖ.
(i) Καὶ διὰ. Sic quatuor Regg. &c. In Ed. deest καί.
(k) Μετὰ τῆς συμμαχίας. *Cum subsidio*, nempè, Baptismatis. Bill. *Cum auxiliaribus copiis.* Minùs aptè quidem; David enim, non *auxiliaribus copiis*, sed Dei præcipuè auxilio munitus, pugnavit adversùs Goliath. Ea certè Gregorii mens est, ut Christianus Baptismatis auxilio fretus, adversùs diabolum in acie stet.
(l) Ἀρίστευσον. Sic quinque Regg. Coisl. 1. & Or. 1. In Ed. ἀρίστευε.

τῆς πίστεως νεκρωθεῖσαν. γηραιὸς εἶ, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἐγγὺς προθεσμίας; τὴν πολιὰν
a αἰδέσθητι· δὸς ἣν [a]ἀπαιτῇ φρόνησιν, ἀνθ' ἧς νῦν ἔχεις ἀσθενείας· ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις βοήθησον· πίστευσον τῷ γήρᾳ τὴν κάθαρσιν. τί φοβῇ τὰ νεότητος ἐν βαθεῖ γήρᾳ, καὶ ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς; ἢ καὶ σὺ μένεις, νεκρὸς λουθῆναι, οὐ μᾶλλον ἐλεούμενος, ἢ μισούμενος; ἢ ποθεῖς τῶν
b ἡδονῶν [b]τὰ λείψανα, βίου λείψανον ὤν; αἰσχρὸν τὴν μὲν ἡλικίαν παρακμάσαι, μὴ B παῦσαι δὲ τὴν ἀσέλγειαν· ἀλλ' ἢ
c πάσχειν τοῦτο, ἢ δοκεῖν, [c]διαμέλλοντα πρὸς τὴν κάθαρσιν. νήπιον ἔστι σοι; μὴ λαβέτω καιρὸν ἡ κακία· ἐκ βρέφους ἁγιασθήτω, ἐξ ὀνύχων καθιερωθήτω τῷ Πνεύ-
d ματι. [d]σὺ δέδοικας τὴν σφραγῖδα διὰ
e τὸ τῆς φύσεως ἀσθενές; ὡς [e]μικρόψυχος ἡ μήτηρ, καὶ ὀλιγόπιστος· ἡ Ἄννα δὲ, καὶ
f [f]πρὶν ἢ γεννηθῆναι τὸν Σαμουὴλ, καθυπέσχετο τῷ Θεῷ· καὶ γεννηθέντα, ἱερὸν C εὐθὺς ποιεῖ, καὶ τῇ ἱερατικῇ στολῇ συνανέθρεψεν, οὐ τὸ ἀνθρώπινον φοβηθεῖσα, τῷ δὲ Θεῷ πιστεύσασα. οὐδὲν δεῖ σοι θειαμμάτων ἢ ἐπᾳσμάτων, οἷς ὁ πονηρὸς συνεισέρχεται, κλέπτων εἰς ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ σέβας, ἐν τοῖς κουφοτέροις. δὸς αὐτῷ τὴν Τριάδα, τὸ μέγα καὶ καλὸν φυλακτήριον.

g ιη. Τί ἔτι; παρθενίαν ἀσκεῖς; [g]τῇ
h καθάρσει σφραγίσθητι· ταύτην [h]ποίησαι
i τοῦ βίου κοινωνὸν, καὶ συνόμιλον· [i]αὕτη D ῥυθμιζέτω σοι, καὶ βίον, καὶ λόγον, πᾶν μέλος, πᾶν κίνημα, πᾶσαν αἴσθησιν. τίμησον αὐτὴν, ἵνα σε κοσμήσῃ, ἵνα δῶ τῇ σῇ κεφαλῇ στέφανον χαρίτων, στεφάνῳ
k δὲ τρυφῆς [k]ὑπερασπίσῃ σου. δέδεσαι γάμῳ; καὶ τῇ σφραγῖδι συνδέθητι· ταύτην συνοίκισον σεαυτῷ τῆς Σωφροσύνης φύλακα·
l [l]πόσων εὐνούχων οἴει, πόσων θυρωρῶν οὖ-
m σαν ἀσφαλεστέραν; οὔπω Χριστὸ [m]συνεζεύχθης; μὴ φοβηθῇς τὴν τελείωσιν. καθαρὸς E εἶ, καὶ μετὰ τὸν γάμον· ἐμὸς ὁ κίνδυνος, ἐγὼ τούτου συναρμοστὴς, ἐγὼ νυμφοστόλος. οὐ γὰρ, [n]ἐπεὶ ἡ παρθενία τιμιωτέ-
n ρα, ἐν τοῖς ἀτίμοις ὁ γάμος. μιμήσομαι Χριστὸν, τὸν καθαρὸν νυμφαγωγὸν, καὶ

fide mortuam & extinctam. Senilem ætatem agis, nec à neceſſariè præſtituto die longè abes? Canos reverere; prudentiam, quæ à te requiritur, pro ea, quâ nunc teneris, infirmitate, præſta; paucis his diebus, quos reliquos habes, ſuccurre; Purgationem ſenectuti committe. Quid in effœta ſenectute atque extremo vitæ ſpiritu, juvenilis ætatis vitia pertimeſcis? An tu etiam expectas, dum mortuus, non jam miſericordiam magis, quàm tui odium movens, abluaris? An voluptatum reliquias in his vitæ reliquiis expetis? Turpe eſt, cùm ætate conſenueris ac defluxeris, libidine tamen te minimè conſenuiſſe; ſed, vel eâ affici, vel eam certè opinionem, per Baptiſmi dilationem, hominibus præbere. Infans tibi eſt? Ne occaſionem improbitas arripiat: ab infantia ſanctificetur, ab ipſis unguiculis Spiritui conſecretur. At propter naturæ imbecillitatem ſigillum metuis? Quàm imbecillis animi mater es puſillæque fidei! Anna verò Samuelem, priùs etiam quàm procreatus eſſet, *Deo vovit;* atque in lucem editum ſtatim conſecravit, ac cum ſacerdotali ſtola educavit, nihil humani verita, ſed Deo fidem habens. Nihil tibi amuletis, nec incantamentis opus eſt, quibuſcum pravus ille in leviorum hominum animos ſimul irrepit, venerationem Deo debitam furtim ad ſe transferens. Trinitatem ipſi da, magnum, inquam, illud & pulchrum amuletum.

Senibus.

Infantibus.

I. Reg. I. 1c.

XVIII. Quid prætereà? Virginitatem colis? Baptiſmo conſignare: hunc tibi vitæ ſocium & familiarem aſciſce. Hic tibi, & vitam, & verba moderetur, omnia membra, omnes animi motus, omnes ſenſus. Honore eum complectere, ut te ornet, *capitique tuo gratiarum coronam nectat*, & coronâ deliciarum te protegat. Matrimonii vinculis aſtrictus es? Baptiſmo quoque conſtringere: hunc tibi contubernalem adjunge pudicitiæ cuſtodem, innumeris Eunuchis & janitoribus tutiorem. Nondùm carni copulatus es? Ne Baptiſmi perfectionem extimeſcas. Purus ac mundus es, inito etiam matrimonio: in me hoc periculum recipio, ego harum nuptiarum conglutinator, ego auſpex. Nec enim, quia honoratior eſt virginitas, idcircò turpe & ignominioſum eſt matrimonium. Chriſtum imitabor, purum, inquam, illum pronubum & ſponſum, qui, & *miraculum in nuptiis edit*, &

Virginibus.

Eccli. XXXII. 3.

Conjugatis.

Virginitas matrimonio præſtat.

Joan. II. 1. *& ſeqq.*

(*a*) Ἀπαιτῇ. Regg. bm. ph. & Or. 1. ἀπαιτεῖ.
(*b*) Τὰ λείψανα. Sic quatuor Regg. Deeſt τά in Ed.
(*c*) Διαμέλλοντα. Comb. ἐμβραδύνοντα.
(*d*) Σύ. Coisl. 1. σὺ δέ.
(*e*) Μικρόψυχος ἡ μήτηρ. Plures Regg. μικρόψυχος εἶ μήτηρ.
(*f*) Πρὶν ἤ. Deeſt ἤ in pluribus Codd.
(*g*) Τῇ. Reg. ph. καὶ τῇ.
(*h*) Ποιήσαι. Duo Regg. ποίησον.
(*i*) Αὕτη. Nempè, καθάρσις, *lavacrum vitam tibi & ſermones componat.*
(*k*) Ὑπερασπίσῃ. Savil. ὑπερασπιεῖ, *proteget.*
(*l*) Πόσων &c. *Quot putas Eunuchis, quot janitoribus tutiorem?*
(*m*) Συνεζεύχθης. Comb. συνεδέθης.
(*n*) Ἐπεί. Quinque Regg. & Or. 1. εἰ.

conjugium præsentiâ suâ honestat. In id tantùm incumbe,ut purum sit matrimonium, atque ab obscœnarum cupiditatum contagione liberum. Hoc unum posco ; à dono securitatem accipe , ac vicissim istud dono repende , ut certo tempore , quandiù scilicet assignatum fuerit orationi tempus , omni negotio præstabilius , à re uxoria abstineas,idque ex communi pacto & consensu. Non enim legem sancimus, sed consilium damus ; ac quidpiam eorum,quæ tua sunt, ad utilitatem tuam , communémque utriúsque vestrûm securitatem , accipere volumus. Ut autem in summa dicam, nullum vitæ genus est , nullum studium & institutum , cui non hoc conducibilius sit. Qui *conditione liberâ gaudes* , frænum accipe ; qui *servili* premeris , æqualem honoris gradum ; qui in mœrore versaris , solatium ; qui læto atque hilari es animo , disciplinam ; qui rerum inopiâ laboras , opes tutas, nec direptioni obnoxias ; qui divitiis affluis , præclaram facultatum tuarum administrationem. Nihil adversùs animæ tuæ salutem captiosè comminiscere , nihil machinare. Nam licèt aliis fucum faciamus , nobis quidem ipsis nunquam poterimus. Ac profectò adversùs seipsum ludere , admodùm periculosum & stolidum est.

Continentia quandoque à conjugatis colenda.

Gal. III. 28.

Baptismus Magistratibus necessarius.

XIX. At in media hominum frequentia versaris , ac publicarum rerum curâ & administratione inquinaris : atque idcircò metuis , ne misericordia , quam per Baptismum consecutus es, depereat ? Simplici Oratione tecum agam. Forum quoque ipsum , si fieri ꝑtest , cum pulchro comitatu fuge, aquilæ, vel , ut magis appositè dicam , columbæ pennis tibiipsi impositis. (Quid enim tibi cum Cæsare , aut Cæsaris rebus ?) Atque ita fuge, ut non antè conquiescas , quàm eò perveneris , ubi nec peccatum est , nec infuscatio , nec serpens in via mordens , piósque tuos gressus impediens. Abripe animam tuam ex hoc mundo ; fuge Sodomam ; incendium fuge ; irretorto oculo gradere , ne in salis lapidem concrescas. In montem salutis causâ te confer , ne simul corripiaris. Quòd si jam occupatus es, ac necessariis vinculis adstrictus , ita tecum ipse disputa , vel ego potiùs tecum disputabo. Præstat quidem , & bonum consequi, & purgationem tueri ac conservare : verùm si utrumque non datur , illud certè præstat ,

νυμφίον , ὃς καὶ θαυματουργεῖ γάμῳ , καὶ τιμᾷ συζυγίαν τῇ παρουσίᾳ. μόνον ἔστω γάμος [a] καθαρὸς, καὶ πόθοις ῥυπαροῖς ἀνεπίμικτος. ἓν αἰτῶ μόνον· λάβε παρὰ τοῦ δώρου τὴν ἀσφάλειαν, καὶ δὸς τῷ δώρῳ τὴν ἁγνείαν κατὰ καιρὸν, ἕως εὐχῆς πρόκειται πρόφασις , καὶ [b] ἀσχολίας τιμιωτέρα , καὶ ταύτην ἐκ κοινῆς ὁμολογίας καὶ συναινέσεως. οὐ γὰρ νομοθετοῦμεν , ἀλλὰ παραινοῦμεν , καὶ τῶν σῶν τι λαβεῖν ὑπὲρ σοῦ βουλόμεθα , καὶ τῆς κοινῆς ὑμῶν ἀσφαλείας [c] ἕνεκεν. ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰπεῖν , οὐκ ἔστιν οὐ βίος , οὐκ ἐπιτήδευμα , ᾧ μὴ τοῦτο λυσιτελέστερον. δέξαι, [d] ὁ ἐν ἐξουσίᾳ, τὸν χαλινόν· ὁ ἐν δουλείᾳ , τὴν ἰσοτιμίαν· ὁ ἀθυμῶν , τὴν παραμυθίαν· ὁ ἐν εὐθυμίᾳ , τὴν παιδαγωγίαν· ὁ πένης , τὸν ἄσυλον πλοῦτον· ὁ εὐπορῶν , τὴν καλὴν ὧν ἔχεις οἰκονομίαν. μηδὲν ζοφίσῃ , μηδὲν τεχνάσῃ κατὰ τῆς [e] σεαυτοῦ ζωτηρίας. κἂν γὰρ τοὺς ἄλλους παραλογιζώμεθα , ἡμᾶς γε αὐτοὺς οὐ δυνησόμεθα· ὡς τό γε καθ' ἑαυτοῦ παίζειν , λίαν ἐπισφαλὲς καὶ ἀνόητον.

ιθ. Ἀλλ' ἐν μέσῳ στρέφῃ , καὶ μολύνῃ τοῖς δημοσίοις· καὶ δεινὸν , εἴ σοι δαπανηθήσεται τὸ φιλάνθρωπον ; ἁπλοῦς ὁ λόγος. εἰ μὲν οἷόν τε , φύγε καὶ τὴν ἀγορὰν μετὰ τῆς καλῆς συνοδίας , πτέρυγας ἀετοῦ σεαυτῷ περιθεὶς , ἢ περιστερᾶς , ἵν' οἰκειότερον εἴπω· τί γάρ σοι καὶ Καίσαρι , ἢ τοῖς Καίσαρος ; ἕως οὗ [f] καταπαύσῃς , οὗ μὴ ἔστιν ἁμαρτία , μηδὲ μελάνωσις , μηδὲ δάκνων ὄφις ἐφ' ὁδοῦ , κωλύων σου τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα. ἅρπασον τὴν [g] σεαυτοῦ ψυχὴν ἐκ τοῦ κόσμου· φύγε Σόδομα· φύγε τὸν ἐμπρησμόν· ὄδευσον ἀμεταστρεπτὶ , μὴ παγῇς λίθος ἁλός· εἰς τὸ ὄρος ζώζου , μὴ συμπαραληφθῇς. εἰ δὲ [h] προκατέχῃ , καὶ δέδεσαι δεσμοῖς ἀναγκαίοις , ἐκεῖνο σεαυτῷ διαλέχθητι , μᾶλλον δέ σοι αὐτὸς διαλεχθήσομαι. κρεῖσσον μὲν [i] καὶ τυχεῖν τοῦ ἀγαθοῦ , καὶ φυλάσσειν τὴν κάθαρσιν· εἰ δὲ ἀμφότερα μὴ ἐνδέχεται ,

(a) Καθαρός. Reg. bm. Chrys. & Or. 1. λαμπρός , *splendidum matrimonium.*

(b) Ασχολίας. Coisl. 1. ἀσχολία.

(c) Ενεκεν. Deest in tribus Regg. Coisl. 1. & Or. 1.

(d) Ο ἐν ἐξουσίᾳ. Bill. *Qui in potestate & imperio es.* Quantùm conjicere possumus , non agitur hîc de iis qui imperio potiuntur , sed de iis qui conditione *liberâ* , gaudent , seu , qui sui juris sunt , quibus opponuntur , qui conditione *servili* premuntur , juxta illud Apost. ad Gal. III. 28. *Non est servus neque liber; omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.*

(e) Σεαυτῆ. Quatuor Regg. tres Colb. & Or. 1. σῆς. *Nihil adversùs animæ tuæ* &c. Id est , nihil callidioris consilii adversùs tuam ipsius salutem excogita, fingens scilicet te propter Baptismi reverentiam procrastinatione uti , cùm revera eam differendi sacramenti causam habeas , ut liberiùs tuis indulgeas voluptatibus. Nam quamvis alios fefellerimus, conscientiæ tamen nostræ fucum facere non poterimus.

(f) Καταπαύσῃς. Duo Regg. καταπαύσεις. Coisl. 1. & Jes. καταλύσῃς.

(g) Σεαυτῆ. In nonnullis , ἑαυτῆ.

(h) Προκατέχῃ. Or. 1. προκατέχεις.

(i) Καὶ τυχεῖν. Sic sex Regg. & tres Colb. Deest καί in Ed.

κρεῖσσόν

κρεῖσσόν ποτε μικρὰ μολυνθῆναι τοῖς σοῖς δημοσίοις, ἢ παντάπασιν ἐκπεσεῖν τῆς χάριτος· ὥσπερ, οἶμαι, κρεῖσσον ἐπιτιμηθῆναί τι παρὰ πατρὸς καὶ δεσπότου, ἢ ἀπωσθῆναι· καὶ μικρὸν αὐγάζεσθαι, ἢ παντελῶς σκοτίζεσθαι. ζωφρόνων δὲ, ὥσπερ τῶν ἀγαθῶν τὰ μείζω καὶ τελεώτερα, [a] οὕτω καὶ τῶν κακῶν αἱρεῖσθαι τὰ ἐλάττω τε καὶ κουφότερα. διὰ τοῦτο μὴ λίαν φοβηθῇς τὴν κάθαρσιν. κρίνεται γὰρ ἀεὶ μετὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων τὸ κατορθούμενον, παρὰ τοῦ δικαίου καὶ φιλανθρώπου τῶν ἡμετέρων κριτοῦ. καὶ μικρὸν κατορθώσας πολλάκις [b] ὁ ἐν τῷ μέσῳ, [b] πλέον ἔσχε τοῦ ἐν ἐλευθερίᾳ μὴ τὸ πᾶν κατορθώσαντος· ὥσπερ, οἶμαι, παραδοξότερον ἐν πέδαις μικρὰ περβαίνειν, ἢ τρέχειν μηδενὶ βαρούμενον· καὶ διὰ βορβόρου μικρὰ ῥαντίζεσθαι, ἢ καθαρὸν εἶναι διὰ καθαρᾶς ὁδοῦ φερόμενον. τεκμήριον δὲ τοῦ λόγου, καὶ Ραὰβ τὴν [c] πόρνην [c] ἓν ἐδικαίωσε μόνον, ἡ φιλοξενία, τἆλλα οὐκ ἐπαινουμένην· καὶ τὸν τελώνην ἓν ὕψωσεν, ἡ ταπείνωσις, οὐδὲν ἄλλο [d] μαρτυρηθέντα· ἵνα σὺ μάθῃς, σεαυτοῦ [d] μὴ ῥᾳδίως ἀπογινώσκειν.

in rerum publicarum administratione nonnihil interdùm sordium contraxisse, quàm omninò à Gratia excidere: quemadmodùm scilicet à patre & hero quandoque objurgari satius est, quàm domo ejici: & exiguo splendore perstringi, quàm prorsùs obscurari. Prudentum porrò & cordatorum virorum est, ut in bonis meliora & excellentiora, ita in malis minora & leviora eligere. Quocirca ne tantoperè Purgationem formides. Ea enim, quæ rectè & cum laude gerimus, à justo & benigno rerum nostrarum judice semper ad vitæ nostræ studia atque instituta, tanquam ad amussim quandam, exiguntur. Atque ita plerumque accidit, ut qui in civili vita & in medio posita, aliquid honestè & ex virtute fecerit, in meliori causa sit, quàm qui à publicis muneribus feriatus, officio suo non usquequaque perfunctus fuerit: quemadmodùm, ut mea fert opinio, mirabilius est hominem compedibus vinctum nonnihil progredi, quàm nullo onere impeditum, currere: mirabilius item, eum, qui per cœnum incedat, leviter aspergi, quàm eum, qui purâ viâ iter faciat, purum ab omni macula manere. Argumento est Raab meretrix, cui, alioqui parùm laudatæ, hospitalitas sola justitiæ laudem attulit; & Publicanus, quem una tantùm humilitas extulit, nullo alio nomine commendatum; ut tibi documento sit, ne de tua salute temerè desperes.

Baptismus in omnibus vitæ institutis perutilis.

κ. Ἀλλὰ τί μοι πλέον, φησὶ, περκατασχεθέντι διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ τερπνὸν τοῦ ζῆν ἐμαυτῷ διὰ τοῦ τάχους ἀποκλείσαντι, ἐνὸν ἐφεῖναι ταῖς ἡδοναῖς, καὶ τηνικαῦτα τυχεῖν τῆς χάριτος; οὐδὲ γὰρ τοῖς ἐν τῷ ἀμπελῶνι περκεκμηκόσιν ὑπῆρξέ τι πλέον, ἴσου τοῦ μισθοῦ δοθέντος καὶ τοῖς τελευταίοις. ἀπήλλαξας ἡμᾶς πραγμάτων, ὅς τίς ποτε εἶ, ὁ ταῦτα λέγων, μόγις τῆς ἀναβολῆς ἐξειπὼν τὸ [e] ἀπόῤῥητον· καὶ σε [e] τῆς κακουργίας οὐκ ἐπαινῶν, ἐπαινῶ τῆς ἐξαγορεύσεως. ἀλλὰ δεῦρο, καὶ τὴν παραβολὴν ἑρμηνεύθητι, [f] ὡς ἂν μὴ [f] βλάπλῃ τοῖς γεγραμμένοις ἐξ ἀπειρίας. πρῶτον μὲν, οὐ περὶ τοῦ βαπτίσματος ἐνταῦθα ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς πιστευόντων, καὶ εἰς τὸν καλὸν ἀμπελῶνα εἰσερχομένων, τὴν Ἐκκλησίαν. ἀφ' ἧς γὰρ ἡμέρας καὶ ὥρας ἐπίστευσεν ἕκαστος, ἀπ' ἐκείνης [g] καὶ ἀπαιτεῖται τὴν ἐργασίαν. ἔπειτα,

Alia refelluntur argumenta circa Baptismi dilationem.

XX. Verùm, dicet quispiam, quid mihi ex ea re accesserit, si per baptismum præoccupatus fuero, atque omnes vitæ suavitates mihi ipsi ob hujusmodi celeritatem præclusero, cùm voluptatibus interim indulgere liceat, atque ita demùm Gratiam assequi? Neque enim, qui *priores in vineâ laborarunt*, meliori idcircò conditione fuerunt, æquâ nempè mercede postremis quoque persolutâ. Negotio me liberasti, quisquis tandem es, qui talia profers, dum procrastinationis istius arcanum ægrè tandem extulisti: & quamvis consilii tui perversitatem improbem, eo tamen nomine te laudo, quòd eam apertè confessus es. Verùm adesdum, & Parabolæ expositionem accipe, ne ex hoc Scripturæ loco per imperitiam in fraudem incidas. Primum hîc de Baptismo non agitur, sed de his, qui aliis atque aliis temporibus fidem amplectuntur, atque in pulchram vineam, hoc est, Ecclesiam, ingrediuntur. Nam ex qua die atque hora ad fidem quisque accessit, ab eadem quoque hoc ab eo exigitur, ut operi manum admoveat. Deindè, tametsi quantùm ad laboris modum, plus

Matth. xx. 1. *& seqq.*

De vineæ operariis Parabola explicatur.

(a) Οὕτω καί. Sic Reg. ph. & Comb. Deest καί in Ed.
(b) Πλέον. Quatuor Regg. πλεῖον.
(c) Ἓν ἐδικαίωσε μόνον. *Unum solum*, nempè, *hospitalitas*. Sic tres Regg. & tredecim Colb. In Ed. ἐνδικαίωσε μόνον.
(d) Μὴ ῥᾳδίως. Sic tres Regg. In Ed. ῥᾳδίως μή.
(e) Τῆς κακουργίας. Sic plures Regg. & duodecim Colb. Deest τῆς in Ed.
(f) Βλάπλῃ. Reg. ph. Coisl. 1. Or. 1. Comb. βλάπλοιο. *Ne quid damni per imperitiam ex littera accipias.*
(g) Καί. Deest in duobus Regg. & Or. 1.

contulerint, qui priores ingreſſi ſunt, non tamen, quantùm ad bonæ voluntatis menſuram. Eâ etiam ratione, poſtremis fortaſsè amplior merces debebatur, etſi quodammodò abſurdum videri poſſit, quod dico. Nam quòd poſteriùs ingreſſi ſint, ea cauſa fuit, quia poſteriores ad vitis excolendæ operam vocati ſunt. In cæteris autem rebus quantùm alios antecelluerint, videamus. Illi quidem non priùs crediderunt, nec ingreſſi ſunt, quàm ipſis ex conventu merces conſtituta fuiſſet: hi autem nullâ condictâ mercede ad laborem acceſſerunt, quod quidem majoris fidei argumentum eſt. Præterea, illi invidæ, & ad murmurandum proclivis naturæ eſſe inventi ſunt: his nihil tale objicitur. Tum etiam, illis merces erat quod dabatur, etiamſi improbis & malignis: his gratia. Quamobrem ſtoliditatis etiam & amentiæ damnati, ampliori mercede meritò privati ſunt. Quid autem & iis qui tardè venerant factum ſit, conſideremus. Certè æqualem ipſi mercedem acceperunt. Quâ igitur fronte operarum conductorem criminantur, velut in æquæ mercedis perſolutione ab æquitate recedentem? Hæc omnia ſudoris gratiam primis ſubtrahunt, etiamſi priores labore fatigati ſint. Ex eóque efficitur, ut æquali huic mercedis diſtributioni æquitas ſua conſtet, nimirùm animi voluntate cum labore compenſatâ.

Vineæ Parabola ad cunctantes accommodata.

XXI. Sed demus, lavacri quoque vim & facultatem, juxta hanc expoſitionem tuam, Parabolâ deſignari; quid prohibet, quominùs ipſe, & prior ingreſſus, & diei æſtum perpeſſus, poſtremis non invideas, ut humanitate quoque ipsâ & animi facilitate ac benignitate ſuperior ſis, atque remunerationem, non beneficii & gratiæ, ſed debiti loco accipias? Huc etiam accedit, quòd ita demùm operarios mercedem accipere vult Parabola, ſi in vineam ingreſſi fuerint, ac non ab ea aberraverint; quod quidem tibi periculum imminet. Quamobrem ſi tibi exploratum eſſet fore, ut ita ſentiens, ac de labore aliquid malitiosè ſubtrahens, Baptiſmum conſequereris, ignoſcendum tibi eſſet ad hujuſmodi rationes confugienti, ac nonnihil lucri ex Domini benignitate facere cupienti; ut illud non dicam, hoc ipſum ampliùs laborare, amplioris mercedis loco habendum

A εἰ καὶ τῷ μέτρῳ τοῦ [a] μόχθου, πλεῖον a
εἰσήνεγκαν [b] οἱ προεισελθόντες, ἀλλ' οὐχὶ b
καὶ τῷ μέτρῳ τῆς προαιρέσεως· καὶ τυχὸν
τοῖς τελευταίοις, ἐκ ταύτης καὶ πλεῖον
ὠφείλετο, εἰ καὶ παράδοξός πως ὁ λόγος.
τοῦ μὲν γὰρ ὕστερον εἰσελθεῖν, τὸ καὶ
ὕστερον κληθῆναι πρὸς τὴν ἀμπελουργίαν
αἴτιον· τῶν ἄλλων δὲ τὸ [c] διάφορον ὅσον c
ἐπισκεψώμεθα. οἱ μὲν οὐ πρότερον ἐπίστευσαν, οὐδὲ εἰσῆλθον, πρὶν ἢ συμφωνη-
B θῆναι αὐτοῖς τὸν μισθόν· οἱ δὲ ἀσύμφωνοι
τῇ ἐργασίᾳ προσῆλθον, ὃ μείζονός ἐστι
γνώρισμα πίστεως. καὶ οἱ μὲν φθονερᾶς,
καὶ γογγυστικῆς εὑρέθησαν ὄντες [d] φύσεως· d
οἱ δὲ οὐδὲν ἐγκαλοῦνται τοιοῦτον. καὶ
τοῖς μὲν μισθὸς ἦν τὸ διδόμενον, καί περ
οὖσι πονηροῖς, τοῖς δὲ [e] ἡ χάρις· ὥστε καὶ e
ἄνοιαν ἐγκληθέντες, εἰκότως τοῦ πλείονος
ἐστερήθησαν. [f] τί δ' ἂν καὶ αὐτοῖς ὀψι- f
θεῖσιν ἐγένετο, καταμάθωμεν· τὸ ἴσον τοῦ
C μισθοῦ δηλονότι. πῶς οὖν αἰτιῶνται τὸν
ἐργοδότην, ὡς δι' ὃ τὸ τῆς ἰσότητος ἄνισον;
ταῦτα πάντα τὴν τοῦ ἱδρῶτος [g] ὑφαιρεῖ g
χάριν τοῖς πρώτοις, καὶ εἰ προκεκμήκασιν.
[h] ἐξ ὧν ξυμβαίνει καὶ δικαίαν εἶναι τὴν h
τοῦ ἴσου δόσιν, [i] ἀντιμετρουμένης τῷ i
πόνῳ τῆς προαιρέσεως.

κα. Εἰ δὲ καὶ τὴν τοῦ λουτροῦ δύναμιν
ἡ παραβολὴ [k] σκιογραφεῖ, κατὰ τὴν σὴν k
ἐξήγησιν· [l] τί κωλύσειε καὶ προεισελθόντα, l
D καὶ ναυσωθέντα, μὴ βασκαίνειν τοῖς τελευταίοις, [m] ἵν' αὐτῷ τούτῳ πλέον ἔχῃς τῷ m
φιλανθρώπῳ, καὶ χρέος, ἀλλὰ μὴ χάριν
λαβεῖν τὴν ἀντίδοσιν; ἔπειτα εἰσελθόντας
ἐκεῖ λαμβάνειν τοὺς ἐργάτας, οὐ δι' ἁμαρτόντας τοῦ ἀμπελῶνος· ὃ ζοι παθεῖν,
κίνδυνος· ὥστε εἰ μὲν ἦν δῆλον, ὅτι τεύξῃ
τῆς δωρεᾶς, οὕτω φρονῶν, καὶ ὑποκρατῶν
τι κακούργως τῆς ἐργασίας, ζυγγνωστὸν
ἦν ζοι πρὸς τοὺς τοιούτους καταφεύγοντι
λογισμούς, καὶ παρακερδαίνειν τι βουλομένῳ τῆς τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίας·
ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ καμεῖν πλέον,
πλείων μισθὸς τῷ μὴ πάντῃ καπηλικῷ

(a) Μόχθου. Jeſ. κόπου.
(b) Οἱ προεισέλθοντες. Sic quinque Regg. & Or. 1. Deeſt οἱ in Ed.
(c) Διάφορον. Sic ſex Regg. ſeptem Colb. Coisl. 2. &c. In Ed. ἀδιάφορον.
(d) Φύσεως. Coisl. 2. & Or. 1. γνώμης.
(e) Ἡ χάρις. Deeſt ἡ in ſex Regg. tribus Colb. &c.
(f) Τί δ' ἂν καί &c. Bill *Quid autem ipſi quoque accepturi erant, ſi ſeriùs ipſis venire contigiſſet? Æquam utique mercedem.* Non rectè, cùm hæc ad murmuratores detorqueat, quæ ad eos, qui tardè venerant, referenda ſunt.
(g) Ὑφαιρεῖ. Sic Regg. bm. ph. tres Colb. duo Coisl. & Or. 1. In Ed. ὑφαιρεῖν.
(h) Ἐξ ὧν συμβαίνει, καί. In nonnullis, ἐξ ὧν τί συμβαίνει; καί &c.
(i) Ἀντιμετρουμένης. Coisl. 1. ἀντιμετρουμένην.
(k) Σκιογραφεῖ. Duo Regg. & Or. 1. σκιαγραφεῖ.
(l) Τί κωλύσειε. Tres Regg. tres Colb. & duo Coisl. τί κωλύει σε. Or. 1. τί κωλύει καί σε.
(m) Ἵν' αὐτῷ τούτῳ. Duo Coisl. ἵνα αὐτὸ τοῦτο.

τὴν διάνοιαν. εἰ δὲ κίνδυνός σοι, τοῦ ἀμπελῶνος παντελῶς ἐκπεσεῖν διὰ τῆς ἐμπορίας, καὶ εἰς τὸ κεφάλαιον ζημιοῖ τὰ μικρὰ παρεκλέγων· φέρε, τοῖς ἐμοῖς πείσθητι λόγοις, ἀφεὶς [a] τὰς τοιαύτας παρεξηγήσεις καὶ ἀντιθέσεις, ἀσυλλογίστως [b] τῷ δώρῳ προσελθε, μὴ [b] προαναρπασθῇς [c] τῶν ἐλπίδων, καὶ κατὰ σεαυτοῦ [c] λάθῃς τὰ τοιαῦτα σοφιζόμενος.

esse, his quidem certè, qui animo sunt non omninò illiberali & sordido. Cùm autem periculum tibi sit, ne, dum hujusmodi lucra consectaris, à vinea prorsùs excidas, & dum parva & exigua obiter colligis, sorte ipsâ mulcteris; age, verbis meis obtempera, pravísque hisce interpretationibus & oppositionibus missis factis, simplici animo, & citra argutationem, ad Donum accede, ne, antequam spei tuæ compos sias, ex hac vita abripiaris, atque imprudens in perniciem tuam hujusmodi captiones & argutias comminiscaris.

κϛ. Τί δαί; οὐχὶ φιλάνθρωπόν, φησι, τὸ θεῖον; καὶ γνωστικὸν γὰρ ἐννοιῶν, δοκιμάζει τε τὴν ἔφεσιν, καὶ ἀντὶ βαπτίσματος, ποιεῖται τὴν ὁρμὴν τῷ βαπτίσματος. αἰνίγματι λέγεις ὅμοιον, εἰ πεφωτισμένος [d] ἐστὶ [d] Θεῷ, διὰ τὸ φιλάνθρωπον, ὁ ἀφώτιστος, ἢ καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὁ ταύτης τυχεῖν σπουδάζων, δίχα τοῦ προτίλειν τὰ τῆς βασιλείας. ἐγὼ δὲ, ὡς ἔχω περὶ τούτων, εἰπεῖν θαῤῥήσω· οἶμαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων συνθήσεσθαι τοὺς νοῦν ἔχοντας. τῶν τυχόντων τῆς δωρεᾶς, οἱ μὲν παντελῶς ἦσαν ἀλλότριοι τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ζωτηρίας, πᾶν εἶδος κακίας διεξ- [e] ελθόντες, καὶ εἶναι κακοὶ [e] σπουδάζοντες. οἱ δὲ ἡμιμόχθηροί πως, καὶ μέσως ἔχοντες ἀρετῆς καὶ κακίας· οἳ τὸ μὲν κακὸν ἔπραξαν, τῷ πραττομένῳ δὲ οὐ συνήνεσαν, καθάπερ οἱ πυρέττοντες τῷ ἑαυτῶν ἀῤῥωστήματι. οἱ δὲ καὶ πρὸ τῆς [f] τελειώσεως ἦσαν ἐπαινετοί· οἱ μὲν [g] ἐκ φύσεως, οἱ δὲ κατὰ σπουδὴν προκαθαίροντες ἑαυτοὺς τῷ βαπτίσματι· καὶ μετὰ τὴν τελειότητα πεφήνασι κρείττους καὶ ἀσφαλέστεροι· τὸ μὲν, ἵνα τύχωσι τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ δὲ, ἵνα φυλάξωσιν. ἐν τούτοις, βελτίους [h] μὲν τῶν παντάπασι πονηρῶν, οἱ τῆς κακίας τὶ ὑφιέμενοι· βελτίους δὲ [i] τῷ μικρόν τι ὑφιεμένων, οἱ σπουδαιότεροι καὶ [k] προσαρώσαντες ἑαυτοὺς τοῦ βαπ- [l] τίσματος· ἔχουσι γάρ τι [l] πλέον, τὴν ἐργασίαν· οὐ γὰρ, ὥσπερ τῶν ἁμαρτημάτων ἐξάλειψιν ἔχει τὸ λουτρὸν, οὕτω καὶ τῶν

XXII. Quid autem? Nonnè, inquies, benignus & facilis est Deus? Nam & cogitationes humanas cognoscit, & animi nostri desiderium explorat, Baptismíque votum pro Baptismo ducit. Ænigmati simile quiddam narras, si apud Deum, propter ipsius benignitatem, is pro illuminato habetur, qui luminis expers est, aut etiam intra regnum cœlorum est, qui eo frui expetit, cùm interim ea minimè faciat, quæ ad cœleste regnum iter aperiunt. Ego verò, quid de his rebus sentiam, liberè dicam; ac futurum arbitror, ut prudentes viri sententiæ meæ calculum suum addant. Eorum, qui Donum consecuti sunt, alii quidem priùs à Deo & salute sua prorsùs aversi erant, qui videlicet per omnia flagitiorum genera grassabantur, & de industria vitium amplexabantur. Alii quodammodò semimali, ac medio inter virtutem & vitium loco positi; ii nempè, qui tametsi malum perpetrarent, id tamen, quod perpetrabant, minimè probabant, quemadmodùm nec morbum suum qui febri divexantur. Alii etiam ante lustricam initiationem honestè & cum laude vivebant; illi quidem ex bona indole, isti verò quòd ad Baptismum seipsos sedulò ac studiosè præpurgarent: qui etiam post Baptismum præstantiùs adhuc cautiúsque vitam instituunt: illud, ut bonum consequerentur; hoc, ut tueantur atque conservent. In his porrò, ut meliores illi judicandi sunt, qui de improbitate quidpiam remiserunt, quàm qui omninò improbi & scelerati fuerunt: ita iis, qui non omninò effrenatè ac prostitutè peccarunt, illi præferri debent, qui virtutem coluerunt, ac seipsos ante Baptismum velut scopis quibusdam purgarunt. (Habent enim quiddam præter cæteros, nimirùm superioris vitæ studia & labores; non enim, quem-

Triplex genus Baptizatorum.

Impii.

In pietate fluctuantes.

Pii.

Baptismus peccata, non virtutes delet.

(a) Τὰς τοιαύτας. Sic quinque Regg. plerique Colb. & Or. 1. Deest τοιαύτας in Ed.

(b) Προαναρπασθῇς. Quinque Regg. προαρπασθῇς.

(c) Λάθῃς. Sic tres Regg. decem Colb. Or. 1. &c. In Ed. μάθῃς, *perdiscas*.

(d) Θεῷ. Reg. ph. τῷ Θεῷ.

(e) Σπουδάζοντες. Quinque Regg. Or. 1. & Comb. σπουδάσαντες.

(f) Τελειώσεως. Regg. bm. ph. Or. 1. & Comb. τελειότητος.

(g) Ἐκ φύσεως. Bonâ *indole*, seu, *à natura*. Id est, inquit Nicetas, *eâ indole præditi, quæ ægrè ad malum propendeat*. Vetus Schol. interpretatur ἐπιτηδειότητα, *propriâ ac naturali qualitate*; simulque observat, Gregorium non multùm curare verborum proprietatem, præsertim cùm eorum, de quibus est sermo, sensus est manifestus.

(h) Μὲν τῶν. Sic quinque Regg. tres Colb. Or. 1. &c. Deest τῶν in Ed.

(i) Μικρόν τι. Sic quatuor Regg. In quibusdam, μικρόν τε. In Ed. μικρῶν τι.

(k) Προσαρώσαντες. Sic Regg. bm. ph. & Coisl. 1. Sic etiam legit Billius. In Ed. προαρόσαντες. *Quasi aratro proscindentes & excolentes*.

(l) Πλέον. Duo Regg. πλεῖον.

admodùm lavacrum hanc vim habet, ut peccata deleat, ita etiam rectè facta extinguit.) Atque his rursùs anteponendi sunt, qui & Gratiam excolunt, & seipsos ad omnem virtutis elegantiam quàm maximè expoliunt.

Triplex etiam genus non Baptizatorum.

Contemptores.

XXIII. De iis autem, qui Baptismum non assequuntur, alii quidem pecudum omninò, vel ferarum vitam imitantur, prout vel amentiâ, vel animi pravitate laborant; qui scilicet ad cætera mala hoc quoque adjunxerunt, ut nec Baptismum ipsum, ut opinor, magnoperè venerentur, eóque sint animo, ut, si quidem detur, eum non gravatim accipiant; si verò non detur, súsque déque ferant. Alii Donum quidem agnoscunt, atque honore prosequuntur; verùm moras producunt, illi ob ignaviam, isti ob infinita & irrita desideria. Alii ne accipere quidem possunt, vel propter infantiam fortassè, vel propter inopinatum prorsùs & violentum aliquem casum, quo efficitur, ut ne cupientibus quidem Gratiâ potiri liceat. Quemadmodùm igitur in illis permagnum discrimen invenimus, ita etiam inter istos. Nam qui planè Baptismum aspernantur, sceleratiores sunt iis, qui ob infinita ac irrita desideria, vel ob socordiam, à Baptismo suscipiendo retardantur. Atque hi rursùs in graviori crimine sunt, quàm illi, qui per ignorantiam ac tyrannidem à Baptismo exciderunt. Tyrannis enim nihil aliud est, quàm rei alicujus consequendæ inopinatò erepta facultas. Ac futurum existimo, ut primi quidem, cùm aliorum scelerum, tum etiam Baptismi contempti pœnas luant: alii autem pœnas quidem, leviores tamen pendant, ut qui non tam animi pravitate, quàm stultitiâ, à Baptismo aberrarint: postremi denique, nec cœlesti gloriâ, nec suppliciis à justo judice afficiantur, utpotè qui licèt signati non fuerint, improbitate tamen careant, atque hanc jacturam passi potiùs fuerint, quàm fecerint. Neque enim quisquis dignus supplicio non est, protinùs honorem quoque meretur; quemadmodùm ne quisquis honore indignus est, statim etiam pœnam promeretur. Quin ad hunc quoque modum rem expendo. Si eum, qui animo tantùm & voluntate, non autem reipsà, cædem perpetravit, cædis damnandum putas, sit sanè is quoque apud

Ignavi.

Infantes, & alii qui, inopinato casu, Baptismi gratiâ privantur.

Parvuli sine Baptismo morientes, quâ pœnâ mulctati.

κατορθωμάτων ἀναίρεσιν. τούτων δὲ αὐτῶν βελτίους, οἱ καὶ γεωργοῦντες τὸ χάρισμα, καὶ ὅτι μάλιστα εἰς κάλλος ἑαυτοὺς [a] ἀποξέοντες. a

κγ. Ὥστε καὶ τῶν ἀποτυγχανόντων, οἱ μέν εἰσι παντελῶς [b] κτηνώδεις, ἢ θηριώδεις, [c] ὡς ἂν ἀνοίας ἢ πονηρίας ἔχωσιν· οἷς μετὰ τῶν ἄλλων κακῶν, οὐδὲ τὸ χάρισμα, οἶμαι, σφόδρα αἰδέσιμον, ἀλλ' ὄντως χάρισμα, εἰ μὲν δοθείη, σπερχόμενον· εἰ δὲ μὴ δοθείη, [d] παραφρονούμενον. οἱ δὲ γινώσκουσι μὲν, καὶ τιμῶσι τὴν δωρεάν· ἀναβάλλονται δὲ, οἱ μὲν διὰ ῥαθυμίαν, οἱ δὲ [e] δι' ἀπλησίαν. οἱ δὲ οὐδέ εἰσιν ἐν δυνάμει τῷ δέξασθαι, ἢ διὰ νηπιότητα τυχὸν, ἢ τινα τελέως ἀκούσιον [f] περιπέτειαν, ἐξ ἧς οὐδὲ βουλομένοις αὐτοῖς ὑπάρχει τυχεῖν τῆς χαρίσματος. ὥσπερ οὖν ἐν ἐκείνοις πλείστην διαφορὰν [g] εὕρομεν, οὕτω κἀν τούτοις. χείρους μὲν οἱ παντάπασι καταφρονηταὶ τῶν [h] ἀπλησιοτέρων ἢ ῥαθυμοτέρων· χείρους δὲ οὗτοι, τῶν ἐξ ἀγνοίας καὶ τυραννίδος ἀποπιπλόντων τῆς δωρεᾶς. τυραννὶς γὰρ οὐκ ἄλλό τι, ἢ ἀκούσιος διαμαρτία. καὶ ἡγοῦμαι, τοὺς μὲν καὶ δίκας ὑφέξειν, ὥσπερ κἀ τῆς ἄλλης πονηρίας, οὕτω κἀ τῆς τοῦ λουτροῦ παραφρονήσεως· τοὺς δὲ ὑφέξειν μὲν, [i] ἧττον δὲ, ὅτι μὴ κακίᾳ μᾶλλον, ἢ ἀνοίᾳ τὴν ἀποτυχίαν εἰργάσαντο· τοὺς δὲ, μήτε δοξασθήσεσθαι, μήτε κολασθήσεσθαι [k] παρὰ τῷ δικαίου κριτοῦ, ὡς ἀσφαλίστους μὲν, ἀπονήρους δὲ, ἀλλὰ παθόντας μᾶλλον τὴν ζημίαν, ἢ δράσαντας. οὐ γὰρ ὅσις οὐ κολάσεως ἄξιος, ἤδη καὶ τιμῆς· ὥσπερ οὐδὲ ὅσις οὐ τιμῆς, ἤδη καὶ κολάσεως. [l] σκοπῶ δὲ κἀκεῖνο· εἰ κρίνεις φόνου τὸν φονικὸν ἐκ μόνου τοῦ βούλεσθαι, καὶ δίκα τοῦ φόνου, βεβαπτίσθω σοι καὶ [m] ὁ θελήσας τὸ βάπτισμα, δίκα τοῦ βαπτίσματος· εἰ δὲ οὐκ ἐκεῖνο, πῶς τοῦτο, [n] συνιδεῖν οὐκ ἔχω. εἰ βούλει δὲ οὕτως· εἰ ἀρκεῖ σοι πρὸς δύναμιν τοῦ βαπτίσματος

(a) Ἀποξέοντες. In nonnullis, ἀποξέσαντες.
(b) Κτηνώδεις. Gloss. ἄλογοι. *Rationis expertes.*
(c) Ὡς ἄν. Sic sex Regg. tres Colb. &c. Deest ἄν in Ed.
(d) Περιφρονούμενον. In nonnullis, καταφρονούμενον.
(e) Δι' ἀπλησίαν. *Ob infinita & irrita desideria.* Sic Tullius *spes infinitas* appellat *irritas spes.* Billius interpretatur: *ob inexplebilem peccandi libidinem;* quod certè nobis à Gregorii mente alienum videtur. Loquitur enim Theologus de iis, quibus Baptismi desiderium inerat, sed inexpletum adhuc & inefficax; quique cunctando, alias ex aliis nectendo moras, morte demùm præoccupati, gratiâ Baptismi excidebant. Prætereà eosdem Gregorius ait, *leviores pœnas daturos, ut qui non tam animi pravitate, quàm stultitiâ à Baptismo aberrarent.* An verò id dicere licuisset de iis, qui Baptismi gratiâ excidissent *ob inexplebilem peccandi libidinem*, qui contrà pœnâ quàm maximâ profectò essent digni?
(f) Περιπέτειαν. Gloss. σύμπλωμα, ἤτοι σύμβασμα.
(g) Εὕρομεν. Reg. bm. ηὕρομεν.
(h) Ἀπλησιοτέρων Or. 1. ἀπλουστέρων.
(i) Ἧττον. Coisl. 1. ἥττονα. Or. 1. ἧσσονα.
(k) Παρά. Sic omnes optimæ notæ Codd. Mendosè in Ed. περί.
(l) Σκοπῶ. Comb. σκοπῶμεν.
(m) Ὁ θελήσας. Sic plures Regg. quatuor Colb. & Or. 1. In Ed. ὁ ποθήσας.
(n) Συνιδεῖν. In nonnullis, συνειδεῖν.

βαπτίσματος

[a] βαπτίσματος ὁ [a] πόθος, καὶ δι' αὐτῦ τοῦτο δικάζῃ σοὶ τῆς δόξης, ἀρκείτω σοι καὶ πρὸς δόξαν, ἡ τῆς δόξης ἐπιθυμία. καὶ [b] [b] τίς σοι βλάβη, τὸ μὴ τυχεῖν ταύτης, τὴν ἔφεσιν ἔχοντι;

te pro baptizato, qui Baptiſmum citra Baptiſmi ſuſceptionem expetivit: ſin autem illud non admittis, quonam pacto hoc admittas, haud ſanè perſpicio. Aut, ſi magis placet, hoc modo agamus. Si ad vim Baptiſmi obtinendam, ipſius deſiderio teneri ſatis eſſe cenſes, ac propterea de gloria contendis, tibi quoque ad gloriam, gloriæ deſiderium ſufficiat. Quid enim tuâ interfuerit, eâ carere, modò eam habere concupiſcas?

κδ'. Τοιγαροῦν, ἐπειδὴ τούτων ἠκούσατε τῶν φωνῶν, προσέλθετε πρὸς αὐτὸν καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ, δι' ἁμαρτόντα τῆς χάριτος. καὶ δέξασθε τὸν φωτισμὸν ἕως καιρὸς, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταδιώξῃ, καὶ καταλάβῃ χωρίσασα τοῦ φωτίσματος· ἔρχεται νὺξ, ὅτε [c] οὐδεὶς δύναται [c] ἐργάσασθαι, μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν. ἐκείνη Δαβὶδ ἡ φωνή· αὕτη τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς, τοῦ φωτίζοντος πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. [d] [d] οἴεσθε δὲ τὸν Σολομῶντα πικρῶς ὑμῖν ὀνειδίζειν τοῖς ἐργοτέροις ἢ νωθεστέροις· ἕως [e] ποτὲ ὀκνηρὲ κατάκεισαι, λέγοντα; [e] πότε δὲ ἐξ ὕπνου ἀναστήσῃ; τὸ, καὶ τὸ σκήψῃ, καὶ προφασίζῃ προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις. μένω τὰ φῶτα· τὸ Πάσχα μοι τιμιώτερον· τὴν Πεντηκοστὴν ἐκδέξομαι· Χριστῷ συμφωτισθῆναι βέλτιον· Χριστῷ συναναστῆναι κατὰ τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν· τοῦ Πνεύματος τιμῆσαι τὴν ἐπιφάνειαν. εἶτα τί; ἥξει τὸ τέλος ἐξαίφνης ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ οὐ προσδοκᾷς, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκεις· εἶτα φλαγίνεταί σοι, ὥσπερ κακὸς ὁδοιπόρος, ἡ πενία τῆς χάριτος, καὶ λιμώξεις [f] ἐν τοσούτῳ πλούτῳ τῆς ἀγαθότητος. δέον τὰ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις καρποῦσθαι, τοῖς ἀόκνοις τὸν ἀμπτὸν, καὶ τῇ πηγῇ τὴν ἀνάψυξιν, ὥσπερ τὸν [g] διψητικώτατον ἔλαφον, σπουδῇ ταῖς πηγαῖς προσιέχοντα, καὶ σβεννύντα τὸν τοῦ δρόμου κόπον τοῖς ὕδασι· ἀλλὰ μὴ τὸ τοῦ Ισμαὴλ παθεῖν, ἀνυδρίᾳ ξηραίνεσθαι· ἢ τὸ [h] τοῦ μύθου, ἐν μέσῃ πηγῇ [i] διψῇ κολάζεσθαι. δεινὸν παρελθεῖν πανήγυριν, καὶ τηνικαῦτα τὴν φαγματείαν [k] ἐπιζητεῖν. δεινὸν τὸ μάννα φλαδραμεῖν, καὶ τηνικαῦτα τροφῆς ἐφίεσθαι. δεινὸν ὑσλερουλία, καὶ τὸ τηνικαῦτα τῆς ζημίας [l] αἰσθάνεσθαι.

XXIV. Ergo, poſteaquàm hos ſermones audiviſtis, *accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur*, Baptiſmum videlicet non aſſecutæ. Atque illuminationem ſuſcipite, quandiù per tempus licet, *ne vos* à Baptiſmo disjunctos *tenebræ comprehendant. Venit nox, quandò nemo poteſt operari*, nimirùm poſt diſceſſum ex hac vita. Illa Davidis vox eſt; hæc veræ illius lucis, quæ *omnem hominem in mundum venientem illuminat*. Exiſtimate Salomonem his verbis inertiam ac ſocordiam veſtram acriter infectari: *Quouſque tandem piger jacebis? Quandò conſurges è ſomno?* Hoc & illud cauſaris, atque *excuſas excuſationes in peccatis*. Luminum diem expecto: Paſchatis feſtum pluris facio: Pentecoſten expectabo. Cum Chriſto baptizari præſtat: cum Chriſto in reſurrectionis die ad vitam redire: Spiritûs adventum honorare. Quid poſteà? Veniet repentè vitæ finis in die, quam non expectas, & in hora, quam ignoras: ac tum adveniet, quaſi malus viator, Gratiæ inopia, atque in tantis bonitatis opibus fame laborabis. Sed faciendum tibi eſt, ut contraria per contraria colligas, meſſem nempè per diligentiam & induſtriam, ſitíſque reſtinctionem per fontem, atque, *inſtar cervi* graviſſimâ ſiti laborantis, magnâ celeritate ad fontes accurras, contractámque currendo fatigationem aquâ extinguas; non autem, ut *Iſmaëli* accidit, aquæ inopiâ exareſcas; aut, quod Poëtæ fabulantur, in medio fonte ſiti crucieris. Miſerum eſt, cùm nundinæ effluxerint, tum demùm negotiationem quærere. Miſerum eſt, cùm Manna præterierit, tum cibum appetere. Miſerum eſt, ſerum conſilium capere, ac tum damni ſenſu affici, cùm nullâ jam ratione acceptum incommodum ſarciri poteſt, hoc eſt, poſtquam hinc exceſſerimus, acerbéque concluſa fuerint, quæ quiſque in hac vita geſſit, atque, & ſcelerati homines, ſupplicio, & qui ani-

Non confunditur, quiſquis ad Baptiſmum illuminandus accedit.

Pſ. XXXIII. 6.

Joan. XII. 35.

Ibid. IX. 4.

Ibid. I. 9.

Prov. VI. 9.

Pſ. CXL 4.

Miſerrima procraſtinantium conditio.

Pſ. XLII. 2.

(*a*) Πόθος. Coisl. 1. Jeſ. & Oxon. addunt: καὶ διὰ τοῦτο νομίζεις, καὶ δίκαι βαπτίσματος ζήσεσθαι, περίλη λίαν ἡ τῆς δόξης ἀπόλαυσις. καὶ εἰ διὰ τοῦτο. *Eamque ob rem arbitraris, te, etiam abſque Baptiſmo, vitam conſecuturum, fruſtranea valdè eſt gloriæ jucunditas. Quòd ſi idcircò de gloria* &c.

(*b*) Τίς σοι βλάβη τὸ μὴ τυχεῖν. Quatuor Regg. undecim Colb. & Or. 1. τί σοι μὴ τυχεῖν.

(*c*) Ἐργάσασθαι. Reg. ph. & Or. 1. ἐργάζεσθαι.

(*d*) Οἴεσθε δέ. Deeſt δέ in tribus Regg.

(*e*) Πότε. In nonnullis, ἕως ποτε.

(*f*) Ἐν τοσούτῳ. Sic quinque Regg. tres Colb. & Or. 1. In Ed. ὦ τοιούτῳ.

(*g*) Διψητικώτατον. Tres Regg. διψικώτατον.

(*h*) Τοῦ μύθου. Alludit ad Tantali fabulam.

(*i*) Διψῇ. Quinque Regg. δίψει.

(*k*) Ἐπιζητεῖν. Duo Regg. & Or. 1. ζητεῖν.

(*l*) Αἰσθάνεσθαι. Tres Regg. & Comb. ἐπαισθάνεσθαι.

mos purgarint, ſplendore affecti fuerint. Quocirca vobis providendum eſt, ne ad Gratiam cunctanter accedatis; verùm ſummam celeritatem adhibeatis, ne latro vobis antevertat, ne adulter vos prætereat, ne avarus ſuperiori conditione ſit, ne ſicarius bonum illud præripiat, ne publicanus, ne ſcortator, ne denique quiſquam ex iis, qui *per vim in regnum irrumpunt, illúdque rapiunt.* Ultrò enim vim patitur, ac propter bonitatem tyrannidem ſuffert.

Matth. XI.12.

Promptus ad ſcelus, tardus ad virtutem pari vitio laborant.

XXV. Enimverò, ſi mihi auſcultandum putabis, ad ſcelus quidem & fraudem tardus eris, celer autem ad ſalutem. Pari enim in vitio ſunt, promptitudo ad vitium, & ſegnities ad virtutem. Si ad comeſſationem vocatus fueris, ne feſtines; ſi ad fidei abjurationem, fac pedem retrò celerrimè referas; ſi tibi flagitioſorum ac perditorum hominum ſodalitium dixerit: *Veni nobiſcum, particeps eſto ſanguinis, virum juſtum injuſtè in terram abſcondamus;* ne auribus quidem hos ſermones admitte. Ita duas maximas utilitates conſequeris; nam & illis peccatum ſuum indicabis, & teipſum à prava ſocietate eximes. At ſi tibi magnus David dicat: *Venite, exultemus Domino.* Si alius Propheta: *Venite, aſcendamus in montem Domini.* Si ipſe ſalutis noſtræ vindex: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos reficiam:* aut, *Surgite, abeamus hinc, nive ſplendidiùs effulgentes, & ſuper lac coagulati, & ſuper ſapphirum colluſtrati;* ne in contrarium nitamur, ne moram faciamus. Petrum & Joannem æmulemur: ad Baptiſmum, ut illi *ad ſepulchrum* & reſurrectionem, omni feſtinatione properemus, ſimul currentes, certatim currentes, omni contentione in id incumbentes, ut hoc bonum priores occupemus. Ne dixeris: Abi & redi, & cras baptizabor, cùm hodiè beneficio affici queas. Adſit mihi mater, adſit mihi pater, fratres, uxor, liberi, amici, atque omnes quos caros habeo, & tum ſalutem accipiam: nunc autem nondùm mihi ſplendidum fieri vacat. Verendum enim eſt, ne luctûs ſocios accipias, quos te lætitiæ ſocios habiturum ſperaveras. Quamobrem, ſi quidem adſint, pulchrè tecum agi puta; ſin autem abſint, ne eos expectes. Turpe eſt enim dicere: Ubi eſt munus, quod propter Baptiſmum offeram?

Prov. I. 11.

Vocationi divinæ ſtatim obtemperandum.

Pſ. XCIV. 1.

Mich. IV. 2.

Matth. XI.28.

Joan. XIV.31.

Thren. IV. 7.

Joan. XX. 3.

νεσθαι, [a] ὅτε οὐκ ἔστι λύσις ζημίας, μετὰ a
τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν, καὶ τὸν πικρὸν
συγκλεισμὸν τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, καὶ
τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν κόλασιν, καὶ τὴν τῶν
κεκαθαρμένων λαμπρότητα. διὰ τοῦτο μὴ
μέλλετε πρὸς τὴν χάριν· ἀλλ' ἐπείγεσθε,
μὴ λῃστὴς ὑμᾶς προλάβῃ, μὴ μοιχὸς πα-
ραδράμῃ, μὴ ἄπληστος πλεονεκτήσῃ, μὴ
φονεὺς προαρπάσῃ τὸ ἀγαθὸν, μὴ τελώ-
νης, μὴ πόρνος, μή τις τῶν βιαστῶν τῆς βα-
B σιλείας καὶ ἁρπακτῶν. βιάζεται γὰρ ἐκοῦσα,
καὶ τυραννεῖται δι' ἀγαθότητα.

κε. Βραδὺς ἴσθι πρὸς κακουργίαν, ὦ
οὗτος, ταχὺς δὲ πρὸς σωτηρίαν, ἐμοὶ
πειθόμενος· ἴσον γάρ ἐστι κακὸν, ἑτοιμότης
τε πρὸς τὸ χεῖρον, καὶ μέλλησις πρὸς τὸ
βέλτιον. ἐὰν ἐπὶ κῶμον κληθῇς, μὴ ταχύνῃς·
ἐὰν ἐπ' ἄρνησιν, ἀποπήδησον· [b] ἐὰν εἴπῃ σοι b
πονηρὸν ἐργαστήριον· ἐλθὲ μεθ' ἡμῶν,
κοινώνησον αἵματος, κρύψωμεν δὲ εἰς γῆν
C ἄνδρα δίκαιον ἀδίκως· μηδὲ τὰς ἀκοὰς
ὑπόσχῃς. δύο γὰρ τὰ μέγιστα κερδανεῖς·
ἐκείνῳ τε [c] γνωριεῖς τὴν ἁμαρτίαν, καὶ σαυ- c
τὸν ἐξαιρήσεις πονηρᾶς κοινωνίας. ἂν δέ σοι
[d] λέγῃ Δαβὶδ ὁ μέγας· δεῦτε, ἀγαλλιασώ- d
μεθα τῷ Κυρίῳ. ἐὰν δὲ Προφήτης ἄλλος·
δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου. ἐὰν
δὲ αὐτὸς ὁ Σωτήρ· δεῦτε πρός με πάντες
οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ
ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἢ, ἐγείρεσθε, ἄγω-
D μεν ἐντεῦθεν, λαμπροὶ λαμπρῶς ὑπὲρ
χιόνα λάμψαντες, ὑπὲρ γάλα τυρωθέντες,
ὑπὲρ λίθον σάπφειρον αὐγασθέντες· μὴ
ἀντιτείνωμεν, μὴ βραδύνωμεν. γενώμεθα
Πέτρος καὶ Ἰωάννης· ὡς ἐπὶ τὸν τάφον
ἐκεῖνοι καὶ τὴν ἀνάστασιν, οὕτως ἐπὶ [e] τὸ e
λουτρὸν αὐτοὶ σπεύδωμεν, συντρέχοντες,
ἀντιτρέχοντες, ὅπως ἂν τὸ ἀγαθὸν προλά-
βωμεν ἀγωνιζόμενοι. κἂν μὴ εἴπῃς· [f] ἀπελθὼν f
E ἐπάνηκε, κἂν αὔριον βαπτισθήσομαι, δυνατὸς
ὢν σήμερον εὖ παθεῖν· παρέστω μοι [g] μήτηρ, g
παρέστω μοι πατὴρ, ἀδελφοὶ, γυνὴ,
τέκνα, φίλοι, πᾶν ὅ τί μοι τίμιον, καὶ
τηνικαῦτα σωθήσομαι· νῦν δὲ οὔπω μοι
καιρὸς [h] λαμπρύνεσθαι. δέος γὰρ, μὴ h
κοινωνοὺς λάβῃς πένθους, οὓς εὐφροσύνης
κοινωνοὺς ἤλπισας. ἐὰν μὲν παρῶσιν, [i] ἀγα- i

(a) Οὐκ ἔστι. Reg. bm. οὐκ ἔτι, *non adhuc.*
(b) Ἐὰν εἴπῃ. Or. I. ἐὰν εἴποι.
(c) Γνωριεῖς. In nonnullis, γνωρίσεις, &, γνωρίζεις.
(d) Λέγῃ. Reg. ph. λέγει.
(e) Τὸ λυτρόν. Sic quinque Regg. plures Colb. &c. In Ed. Τὸν λυτρόν.
(f) Απελθών. Sex Regg. & Comb. ἐπανελθών.
(g) Μήτηρ. In quibuſdam, πατήρ.
(h) Λαμπρύνεσθαι. Sic Codd. In Ed. λαμπρυνθῆναι.
(i) Αγαπητέον· ἐὰν δὲ ἀπῶσι. Sic quinque Regg. decem Colb. duo Coisl. Jeſ. &c. Græca hæc deſunt in Par. ed. quamvis à Billio latinè reddita.

a πητέον· ἐὰν δὲ ἀπῶσι, μὴ ἀναμείνῃς. [a]αἰσ- A Ubi ſplendida veſtis, in qua explendeſ-
χρὸν γὰρ εἰπεῖν· ποῦ δέ μοι τὸ καρπο-
c b φορούμενον ἐπὶ τῷ [b]βαπτίσματι; [c]ποῦ δὲ
ἡ ἐμφώτειος ἐσθὴς, ᾗ λαμπρυνθήσομαι;
ποῦ δὲ τὰ ῥοὸς δεξίωσιν τῶν ἐμῶν βαπ-
τιστῶν, ἵνα κἂν τούτοις εὐδοκιμήσω; πάνυ
γὰρ, ὡς ὁρᾷς, ἐστὶ ταῦτα τῶν ἀναγκαίων,
d [d]καὶ παρὰ τοῦτο ἡ χάρις ἐλαττωθήσεται.
e μὴ [e]μικρολογοῦ περὶ τὰ μεγάλα· μηδὲν
f [f]ἀγεννὲς πάθῃς. μεῖζον τῶν ὁρωμένων ἐστὶ
τὸ μυστήριον· σαυτὸν καρποφόρησον· Χρι- B
στὸν ἔνδυσαι, θρέψον με πολιτείᾳ· οὕτως
ἐγὼ χαίρω φιλοφρονούμενος· οὕτω κὴ Θεὸς,
ὁ τὰ μέγιστα χαριζόμενος. οὐδὲν τῷ Θεῷ
μέγα, ὃ μὴ καὶ πένης δίδωσιν, ἵνα μὴ
g κἀνταῦθα [g]παρωθῶνται οἱ πένητες· οὐ γὰρ
ἔχουσιν, ὅπως τοῖς πλουσίοις ἀμιλληθῶσιν. ἐν
ἄλλοις μὲν, ἡ διαφορὰ τοῦ πλουτεῖν καὶ τοῦ
πένεσθαι· ἐνταῦθα δὲ, ὁ προθυμότερος,
πλουσιώτερος.

κς. Μηδὲν ἐπεχέτω σε τοῦ προσω· C XXVI. Nihil progreſſum tuum inhi- Nihil ſalute
μηδὲν ἀνθελκέτω ζου τὴν προθυμίαν. ἕως beat: nihil animi alacritatem reprimat. ſublimius.
σφοδρὸς ὁ πόθος, λαβοῦ τοῦ ποθουμένου. Quandiù vehemens eſt deſiderium, id,
ἕως θερμὸς ὁ σίδηρος, τῷ ψυχρῷ στομω- quod deſideras, arripe. Quandiù calet
θήτω, μή τι παρεμπέσῃ μέσον, καὶ διά- ferrum, frigidâ obduretur, ne quid inte-
h κόψῃ τὸν πόθον. Φίλιππός εἰμι· [h]γενοῦ rim accidat, quod animi cupiditatem in-
Κανδάκης. εἰπὲ καὶ αὐτός· ἰδοὺ τὸ ὕδωρ, fringat. Philippus ſum: eſto Candaces. Dic
τί κωλύει με βαπτισθῆναι; ἅρπασον τὸν ipſe quoque: *Ecce aqua, quid me prohibet* *Act.* VIII.
i καιρόν· τῷ ἀγαθῷ [i]περιχάρηθι· καὶ εἰπὼν, *baptizari?* Temporis occaſionem arripe: 36.
βαπτίσθητι, καὶ βαπτισθεὶς ζώθητι· κἂν ob bonum lætitiam concipe: atque hæc
ᾖς Αἰθίοψ τὸ σῶμα, τὴν ψυχὴν λευκάνθητι. D locutus, baptizare; baptizatus, ſalutem
τύχε τῆς ζωτηρίας, ἧς οὐδὲν ὑψηλότερον, accipe; & quamvis corpore Æthiops ſis,
οὐδὲ τιμιώτερον τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. μὴ εἴ- animo dealbare. Salutem conſequere, quâ
πῃς· Ἐπίσκοπος βαπτισάτω με, καὶ οὗτος nihil ſublimius præſtantiúſque eſt, apud Ad ſuſci-
k Μητροπολίτης, [k]ἢ Ἱεροσολυμίτης· οὐ γὰρ eos certè, qui mente præditi ſunt. Ne piendum Bap-
τόπων ἡ χάρις, ἀλλὰ τοῦ Πνεύματος· καὶ dicas: Baptizet me Epiſcopus, atque is tiſmum, non
οὗτος τῶν εὖ γεγονότων· δεινὸν γὰρ, εἰ τῷ Metropolitanus, aut Jeroſolymitanus; inquirenda
βαπτιστῇ τὸ εὐγενές μου καθυβρισθήσεται· (non enim locorum eſt Gratia, ſed Spiri- Miniſtrorum
ἢ πρεσβύτερος μὲν, ἀλλὰ καὶ οὗτος τῶν tûs;) íſque etiam ſit claro & nobili genere dignitas.
ἀγάμων, καὶ οὗτος τῶν ἐγκρατῶν καὶ Ἀγ- ortus; grave enim fuerit, nobilitati meæ
γελικῶν τὴν πολιτείαν· δεινὸν γὰρ, εἰ ἐν E ob ejus, qui baptizat, obſcuritatem, la-
καιρῷ καθάρσεως ῥυπωθήσομαι. μὴ ζήτει bem ac dedecus inferri; aut, ſi Preſbyter,
ἀξιοπιστίαν τοῦ κηρύσσοντος, μηδὲ τοῦ ſaltem qui cælebs ſit, qui continentiæ
βαπτίζοντος. ἄλλος ὁ τούτων κριτὴς, καὶ laude atque Angelicâ vivendi ratione flo-
reat; grave enim fuerit, ſi in purgatio-
nis tempore inficiar atque commaculer.
Ne concionatoris aut baptizantis auctori-
tatem inquiras. Alius horum judex eſt, ac
rerum obſcurarum explorator: quando-
quidem *homo faciem, Deus autem cor* *I. Reg.* XVI. 7.

(*a*) Αἰσχρὸν γάρ. Sic Reg. bm. aliique plures. Deeſt γάρ in Ed.

(*b*) Βαπτίσματι. Quinque Regg. duo Coisl. &c. φωτίσματι, *illuminationi.*

(*c*) Ποῦ δὲ ἡ ἐμφώτειος. Sic Regg. bm. ph. & Comb. Deeſt ἡ in Ed. & in aliis nonnullis, qui etiam pro ἐμφώτειος habent ἐμφώτεος, *veſtis candida*, id eſt, *Baptiſmalis.*

(*d*) Καὶ παρά. Sic plures Regg. & Colb. Coisl. 1. Par. & Comb. Mendosè in Ed. περί.

(*e*) Μικρολογῶ. Sic Regg. bm. ph. duo Coisl. & Comb. In Ed. μικρολόγει.

(*f*) Ἀγεννές. In quibuſdam, ἀγενές.

(*g*) Παρωθῶνται. Sic quinque Regg. plures Colb. Coisl. 1. Jeſ. Comb. &c. Pravè in Ed. παραθῶνται.

(*h*) Γένου Κανδάκης. *Eſto Candaces*, id eſt, Eunuchus Reginæ Candacis à Philippo baptizatus.

(*i*) Περιχάρηθι. Sic Codd. Mendosè in Ed. περιχάρητι.

(*k*) Ἢ. Sic quinque Regg. quatuor Colb. Comb. Sic etiam legit Billius. In Ed. καί.

intuetur. Tibi autem quivis ad purgationem ſatis idoneus eſt, modò inter probatos cenſeatur, ac non apertè condemnatus ſit, atque ab Eccleſia alienus. Qui curatione indiges, in judices judicium ne arripe; nec eorum, à quibus purgaris, dignitates excute, nec inter genitores delectum habe. Eſt quidem alius alio præſtantior, vel inferior: te autem quivis eſt ſuperior. Sic tecum reputa. Sint duo annuli, alter aureus, alter ferreus, atque ambo eandem Imperatoris imaginem inſculptam habeant, ac deindè ceram imprimant. Quid tandem hoc ſignum ab illo ſigno differet? Nihil. Materiam in cera internoſce, quamlibet ſingulari ſolertiâ ſis? Dic, utrùm è duobus ſignis, aureo ſcilicet annulo, an ferreo expreſſum ſit, & quomodò unum idémque ſignum exiſtat? Diſcrimen enim in materia eſt, non in ſigno. Sic tibi quoque omnes, qui baptizandi munere funguntur, idonei habeantur. Quamvis enim alius alium vitæ probitate antecellat, eadem tamen Baptiſmi vis eſt; ac quivis tibi initiator ſit, qui modò eâdem fide informatus eſt.

τῷ ἀφανεσέρων δοκιμασής· ἐπειδὴ ἄνθρωπος μὲν εἰς ϖρόσωπον, Θεὸς δὲ εἰς καρδίαν. σοὶ δὲ πᾶς ἀξιόπιστος [a] εἰς τὴν κάθαρσιν, μόνον ἔστω τὶς τῶν ἐγκρίτων, καὶ μὴ τῶν ϖροδήλως κατεγνωσμένων, μηδὲ τῆς Ἐκκλησίας ἀλλότριος. μὴ κρῖνε τοὺς κριτὰς, ὁ χρήζων τῆς ἰατρείας· μηδὲ [b] φιλοκρίνει μοι τὰς ἀξίας τῶν σὲ καθαιρόντων, μηδὲ διακρίνου ϖρὸς τοὺς γεννήτορας. ἄλλος μὲν ἄλλου κρείττων, ἢ ταπεινότερος· σοὶ δὲ πᾶς ὑψηλότερος. σκόπει δὲ οὕτως· ἔστω χρυσὸς, ἔστω σίδηρος, δακτύλιοι δὲ ἀμφότεροι, καὶ τὴν αὐτὴν ἐγκεχαράχθωσαν εἰκόνα βασιλικὴν, εἶτα κηρὸν [c] ἐντυπούτωσαν· τί διοίσει [d] ἡ σφραγὶς αὕτη τῆς σφραγῖδος ἐκείνης; οὐδέν. ἐπίγνωθι τὴν ὕλην ἐν τῷ κηρῷ, κἂν ἧς σοφώτατος; εἰπὲ, τί μὲν τοῦ σιδήρου, τί δὲ τοῦ χρυσοῦ τὸ ἐκσφράγισμα, καὶ πῶς ἓν ἐσλι; τῆς γὰρ ὕλης τὸ διάφορον, οὐ τοῦ χαρακτῆρος. οὕτως ἔσλω σοι πᾶς βαπλιστής. κἂν τῇ πολιτείᾳ [e] ϖροέχῃ, ἀλλ' ἥ γε τοῦ βαπλίσματος δύναμις ἴσῃ· καὶ τελειοποιός σοι πᾶς ὁμοίως, ὁ τῇ αὐτῇ πίστει μεμορφωμένος.

Dives & pauper, nobilis & ignobilis æquali dignitate & conditione ſunt, cùm Baptiſmum ſuſcipiunt.

XXVII. Ne tuâ dignitate alienum putes, ſimul cum paupere baptizari, qui dives es, Patricius cùm ignobili, herus cum eo qui hactenùs tibi ſervus extitit. Nondùm tantùm te demittes, quantùm Chriſtus, cui hodierno die baptizaris, qui ſalutis tuæ causâ ſervilem quoque formam accepit. Ex quo die per Baptiſmum immutaris, veteres omnes notæ ceſſerunt: unâ formâ omnibus Chriſtus impoſitus eſt. Ne peccatum tuum confiteri grave ducas, ſciens quo pacto Joannes baptizaverit, ut per hujus vitæ pudorem, futuri ſæculi pudorem ignominiámque fugias; (nam hoc quoque ſempiterni illius ſupplicii pars eſt;) ac perſpicuum facias, te ſeriò atque ex animo peccatum odiſſe ac deteſtari, dum illud tanquam contumeliâ dignum traducis, ac velut ludibrio exponis, de eóque triumphum agis. Ne Exorciſmi medicinam reſpuas, nec ob illius prolixitatem animo concidas. Nam id quoque velut lapis quidam Lydius eſt, ad quem exploratur quàm ſincero quiſque pectore ad Baptiſmum accedat. Ecquandò tantùm laboris ſuſceperis, quantùm *Æthiopum regina, quæ ab extremis terræ finibus perrexit, ut Salo-*

Exorciſmus in Baptiſmo.

III. Reg. x. 1. *&ſeqq.*

κζ. Μὴ ἀπαξιώσῃς συμβαπλισθῆναι πένητι, πλούσιος ὢν, ὁ εὐπατρίδης τῷ δυσγενεῖ, ὁ δεσπότης τῷ δούλῳ μέχρι τοῦ νῦν. οὔπω τοσοῦτον ταπεινοφρονήσεις, ὅσον Χριστὸς, ᾧ σὺ βαπλίζῃ σήμερον, ὃς δι' σὲ καὶ δούλου μορφὴν ἐδέξατο. ἀφ' ἧς ἡμέρας [f] μεταποιῇ, πάντες εἶξαν οἱ παλαιοὶ χαρακτῆρες· [g] μιᾷ μορφῇ πᾶσι Χριστὸς [h] ἐπιτέθειται. μὴ ἀπαξιώσῃς ἐξαγορεῦσαί σου τὴν ἁμαρτίαν, εἰδὼς ὅπως Ἰωάννης ἐβάπλισεν, ἵνα τὴν ἐκεῖθεν αἰσχύνην τῇ ἐνταῦθα φύγῃς· ἐπειδὴ μέρος καὶ τοῦτο τῆς [i] ἐκεῖσε κολάσεως· ἵ δείξῃς, ὅτι τὴν ἁμαρτίαν οὕτως μεμίσηκας, ϖαραδειγματίσας [k] αὐτὴν καὶ θριαμβεύσας, ὡς ἀξίαν ὕβρεως. μὴ διαπλύσῃς ἐξορκισμοῦ θεραπείαν, μηδὲ ϖρὸς τὸ μῆκος ταύτης ἀπαγορεύσῃς. βάσανός ἐστι καὶ αὕτη τῆς ϖερὶ τὸ χάρισμα γνησιότητος. τί τοσοῦτον ϖονήσεις, οἷον ἡ τῶν Αἰθιόπων βασίλισσα, ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς [l] ἀναστᾶσα, ἵνα ἴδῃ τὴν Σοφίαν Σολομῶντος; καὶ ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε, ϖᾶσι τοῖς τελείως λογιζομένοις.

(a) Εἰς τήν. In nonnullis, πρὸς τήν.
(b) Φιλοκρίνει. Regg. bm. ph. & Or. 1. φυλοκρίνει.
(c) Εντυπέτωσαν. Tres Regg. & Or. 1. ἐκτυπέτωσαν.
(d) Η σφραγὶς. Sic quatuor Regg. & Or. 1. Deeſt ἡ in Ed.
(e) Προίχῃ. In nonnullis, πρόσχῃ.
(f) Μεταποιῇ. *Immutaris*, id eſt, *renaſceris.*
(g) Μιᾷ μορφῇ. Comb. præfert, μία μορφή, in nominativo caſu.
(h) Επιτέθται. Coisl. 1. τίθται.
(i) Ἐκεῖσε. Or. 1. ἐκεῖθεν.
(k) Αὐτήν. Tres Regg. ταύτην.
(l) Αναστᾶσα. Tres Regg. & Comb. ἀνασᾶσα.

λογιζομένοις. μὴ κατοκνήσῃς, μὴ ὁδοῦ A
μῆκος, μὴ μέτρα θαλάσσης, μὴ πῦρ, εἰ
καὶ τοῦτο ὠφέλειται, μὴ ἄλλο μηδὲν, ἢ
μικρὸν, ἢ μεῖζον τῶν κωλυμάτων, ὥστε
τυχεῖν τοῦ χαρίσματος. εἰ δέ σοι μηδὲν
πονήσαντι, μηδὲ πραγματευσαμένῳ, τυχεῖν
ἔξεστι τοῦ ποθουμένου, πόσης εὐηθείας τὴν
δωρεὰν ἀναβάλλεσθαι; οἱ διψῶντες, φησὶ,
πορεύεσθε ἐφ' ὕδωρ· Ησαΐας διαπελεύεταί
σοι· καὶ ὅσοι μὴ ἔχετε ἀργύριον, βαδίσαντες
[a] ἀγοράσατε, καὶ πίεσθε οἶνον, ἄνευ [a]ἀργυρίου B
τιμῆς. ὢ τοῦ τάχους τῆς φιλανθρωπίας· ὢ
τῆς εὐκολίας τοῦ συναλλάγματος. ὠνιόν
[c] [b] σοι [b]τοῦτο τοῦ θελῆσαι [c]μόνον τὸ ἀγαθόν·
αὐτὴν τὴν ὁρμὴν ἀντὶ τοῦ μεγάλου τιμήματος
δέχεται. διψᾷ τὸ διψᾶσθαι· ποτίζει τοὺς
πιεῖν ἐθέλοντας· εὐεργετεῖται, τὴν εὐεργεσίαν
αἰτούμενος· ὠφέλιμός ἐστι μεγαλόδωρος·
δίδωσιν ἥδιον, ἢ λαμβάνουσιν ἕτεροι. μόνον
[d] μὴ μικρολογίαν καταγνωσθῶμεν [d]τοῦ μικρὰ
αἰτεῖν, καὶ τοῦ διδόντος ἀνάξια. μακάριος, ὃν C
[e] αἰτεῖ πόμα Χριστὸς, ὡς τὴν [e]Σαμαρεῖτιν
ἐκείνην, καὶ δίδωσι πηγὴν ὕδατος ἁλλομένου
εἰς ζωὴν αἰώνιον. μακάριος ὁ σωτείρων ἐπὶ
πᾶν ὕδωρ καὶ πᾶσαν ψυχὴν, αὔριον ἀρου-
μένην καὶ ἀρδομένην, ἣν βοῦς καὶ ὄνος πατεῖ
σήμερον, χέρσον τε οὖσαν καὶ ἄνυδρον,
καὶ ἀλογίᾳ πιεζομένην. μακάριος, ὃς κἂν
[f] [f]χειμάῤῥους ᾖ σχοίνων, ἐξ οἴκου Κυρίου
ποτίζεται, καὶ γίνεται σιτοφόρος ἀντὶ
σχοινοφόρου, καὶ γεωργεῖ τροφὴν ἀνθρω- D
[g] πίνην, ἀλλ' οὐ [g]τραχεῖαν τε καὶ ἀνόνητον.
ὑπὲρ οὗ πᾶσαν εἰσενεκτέον σπουδὴν, ὥστε
μὴ διαμαρτεῖν τῆς κοινῆς χάριτος.

κη. Εστω ταῦτα, φησὶ, περὶ τῶν
ἐπιζητούντων τὸ βάπτισμα. τί δ' ἂν εἴποις
[h] περὶ [h]τῶν ἔτι νηπίων, καὶ μήτε τῆς ζημίας
ἐπαισθανομένων, μήτε τῆς χάριτος; ἢ καὶ
[i] ταῦτα [i]βαπτίσομεν; πάνυ γε, εἴπερ τις
[k] [k]ἐπείγοι κίνδυνος· κρεῖττον γὰρ ἀναισθήτως
ἁγιασθῆναι, ἢ ἀπελθεῖν ἀσφράγιστα καὶ E
ἀτέλεστα. καὶ τούτου λόγος ἡμῖν, ἡ ὀκ-
ταήμερος περιτομὴ, τυπική τις οὖσα σφρα-
γὶς, καὶ ἀλογίστοις ἔτι προσαγομένη· ὡς
δὲ καὶ ἡ τῶν φλιῶν χρίσις, διὰ τῶν ἀναισ-
θήτων φυλάττουσα τὰ πρωτότοκα. περὶ

monis sapientiam videret? Et ecce plus quàm Salomon hîc, saltem apud eos, qui rem perfectè considerant. Ne viæ longinquitatem reformides, nec maris spatia, nec ignem, si adhibeatur, nec aliud quodcunque impedimentum, quò Gratiam consequaris. Cùm autem tibi, nec labore ullo, nec operâ ullâ susceptâ, rei expetitæ compotem fieri liceat, quæ tandem stultitia est, Donum in aliud tempus rejicere? *Sitientes*, inquit, *venite ad aquam*; (sic te hortatur Isaias;) *& qui non habetis argentum, ite & emite, ac vinum*, nullo persoluto pretio, *bibite*. O ingentem benignitatis celeritatem! ô facilem contrahendi rationem! Hoc bonum solâ voluntate vænale tibi proponitur; ipsum animi desiderium Deus ingentis pretii loco habet. Sitit sitiri: bibere volentibus potum præbet: cùm ab eo beneficium petitur, ipse beneficio afficitur: in promptu est ipsius munificentia ac liberalitas: jucundiùs dat, quàm alii accipiant. Hoc unum caveamus, ne jejuni ac minuti animi notam subeamus, parva, Deíque munificentiâ parùm digna postulantes. Beatus ille, à quo, ut ab illa Samaritana, potum Christus poscit, *fontémque dat aquæ in vitam æternam salientis. Beatus, qui seminat super omnem aquam*, & omnem animam, crastino die aratro perstringendam & irrigandam, quam hodiè bos & asinus calcant, utpotè vastam, incultam & aridam, ac brutâ stoliditate laborantem. Beatus, qui licèt *juncorum torrens sit*, *de domo tamen Domini rigatur*, atque ex juncifero frumenti ferax efficitur, pastumque eum, qui hominibus aptus sit, profert, non autem asperum & inutilem. Ac proindè omni curâ & studio nobis est providendum, ne communi hâc gratiâ careamus.

Matth. XIII. 42.

Isai. LV. 1.

Baptismi donum solâ voluntate acquiritur.

Joan. IV. 7. *& seqq.*

Isai. XXXII. 20.

Joel. III. 18.

XXVIII. Sint hæc sanè, dixerit aliquis, quantùm ad eos attinet, qui Baptismum requirunt. Quid autem de iis dices, qui tenerâ adhuc ætate sunt, nec aut damnum aut Gratiam sentiunt? An eos quoque baptizabimus? Ita prorsùs, si quod periculum urgeat. Præstat enim absque sensu sanctificari, quàm sine sigillo & initiatione abscedere. Atque hujus rei ratio nobis est Circumcisio, *die octavo* peragi solita, quæ Baptismi figuram quodammodò gerebat, atque iis, qui rationis adhuc expertes erant, offerebatur; sicuti etiam postium unctio, quæ, rebus sensu carentibus adhibita, Primogenitis salutem

Num Infantes baptizandi.

Circumcisio, Baptismi figura.

Gen. XVII. 12.

(*a*) Αργυρίου. Deest in quinque Regg. Videtur Combefisio glossema esse, aut alia lectio.
(*b*) Τοῦτο. Deest in quinque Regg. & Or. 1.
(*c*) Μόνον. Reg. bm. μόνῳ.
(*d*) Τοῦ. Plures Regg. & Colb. Jes. Comb. &c. τοῦ.
(*e*) Σαμαρεῖτιν. Or. 1. Σαμαρεῖτην.
(*f*) Χειμάῤῥους. In nonnullis, χειμάῤῥοος.
(*g*) Τραχεῖαν τε. Sic tres Regg. & tres Colb. Deest τε in Ed.
(*h*) Τῶν ἔτι νηπίων. In Or. 1. deest τῶν. In nonnullis, νηπίων ὄντων.
(*i*) Βαπτίσομεν. In quibusdam, βαπτίσωμεν.
(*k*) Επείγοι. Reg. bm. ἐπείγει.

afferebat. De reliquis ita cenſeo, ut triennio expectato, aut aliquantò breviori vel longiori temporis ſpatio; (nam tum, & myſtici quiddam audire, & reſpondere poſſunt, ac ſi minùs plenè & exactè intelligunt, imbuuntur tamen & informantur;) ita demùm, magno perfectionis ſacramento, & animas & corpora ſanctificent. Etenim res ita ſe habet. Vitæ quidem actionibus referendis tum demùm obnoxii eſſe incipiunt, cùm & ratio ad plenum accrevit, & myſterium didicerunt; (ætatis enim beneficio hoc habent, ut peccatorum, quæ per ignorantiam admiſerint, rationem reddere minimè cogantur;) at propter inopinatos & repentinos periculorum impetus, quique nullâ ope atque auxilio propulſari queant, Lavacro communiri omninò conducibilius eſt.

Cur exemplo Chriſti non ſit prorogandus Baptiſmus.

Luc. III. 23.

XXIX. At dices: Chriſtus *trigeſimo anno* baptizatur, ídque cùm Deus eſſet: tu verò me Baptiſmum urgere jubes? Cùm Deum dixiſti, quæſtio abs te ſoluta eſt. Nam ille purgatio ipſamet erat, nec purgationis indigebat; verùm tuâ causâ purgabatur, quemadmodùm & carnem ferebat, cùm carnis expers eſſet. Nec verò ei quidquam periculi metuendum erat, Baptiſmum proroganti; quippè qui paſſionis quoque ſuæ arbiter eſſet, quemadmodùm & nativitatis. Tibi autem non leve periculum imminet, ſi hinc, corruptioni ſoli genitus, nec incorruptibilitate indutus, exceſſeris. Quin illud etiam animadverto, quòd illi quidem tempus hoc Baptiſmi neceſſarium erat; tua autem non eadem eſt ratio. Idcircò enim ille trigeſimo denique anno, ac non priùs, ſeſe indicavit, tum ne oſtentator aliquis eſſe videretur; (quo affectu inepti homines ducuntur;) tum quia hæc ætas plenum virtutis argumentum, docendíque maturitatem habet. Jam quoniam ei ſalutiferum mundo ſupplicium ſubeundum erat, omnia profectò, quæ ad paſſionem ſpectabant, ad paſſionem concurrere oportebat, nimirùm oſtenſionem, Baptiſmum, cœleſte teſtimonium, prædicationem, multitudinis concurſum, miracula, & velut corpus unum fieri, non divulſum, nec temporum intervallis disjunctum & interruptum. Etenim ex Baptiſmo & prædicatione excitatus eſt ille *confluentis multitudinis terræ motus*; ſic enim tempus illud Scriptura vocat. Rurſùs ex populi multitudine & frequentiâ,

Matth. XXI. 10.

A δὲ τῶν ἄλλων δίδωμι γνώμην, τὴν τριετίαν ἀναμείναντας, ἢ μικρὸν ἐντὸς τούτου, ἢ ὑπὲρ τοῦτο· ἡνίκα καὶ ἀκοῦσαί τι μυστικὸν, καὶ [a] ἀποκρίνεσθαι δυνατὸν, εἰ καὶ a
μὴ συνιέντα τελέως, ἀλλ' οὖν τυπούμενα· οὕτως ἁγιάζειν καὶ ψυχὰς καὶ σώματα τῷ μεγάλῳ μυστηρίῳ τῆς τελειώσεως. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει· τοῦ μὲν βίου τὰς εὐθύνας τηνικαῦτα [b] ὑπέχειν ἄρχονται, ἡνίκα ἂν ὅ b
τε λόγος συμπληρωθῇ, καὶ τὸ μυστήριον
B μάθωσι· τῶν γὰρ ἐξ ἀγνοίας ἁμαρτημάτων παρὰ τῆς ἡλικίας αὐτοῖς τὸ [c] ἀνεύθυνον· c
[d] τετειχίσθαι δὲ τῷ λουτρῷ, παντὶ λόγῳ d
λυσιτελέστερον, ὅτῳ τὰς ἐξαίφνης [e] συμπιπτούσας ἡμῖν περισβολὰς τῶν κινδύνων, καὶ e
βοηθείας ἰσχυροτέρας.

κθ. Ἀλλὰ Χριστός, φησι, τριακονταέτης βαπτίζεται, καὶ ταῦτα Θεὸς ὤν· καὶ σὺ κελεύεις ἐπισπεύδειν τὸ βάπτισμα; Θεὸν εἰπὼν, λέλυκας τὸ ζητούμενον. ὁ
C μὲν γὰρ αὐτοκάθαρσις ἦν, καὶ οὐκ ἐδεῖτο καθάρσεως· ἀλλὰ σοὶ καθαίρεται, ὥσπερ καὶ σάρκα φορεῖ [f] σοὶ, ἄσαρκος ὤν. οὐδέ τις f
κίνδυνος ἦν αὐτῷ τὸ βάπτισμα παρατείνοντι· αὐτὸς γὰρ καὶ τοῦ παθεῖν ἦν ἑαυτῷ ταμίας, [g] ὥσπερ καὶ τῆς γεννήσεως. σοὶ δὲ, g
οὐδὲ περὶ μικρῶν ὁ κίνδυνος, εἰ ἀπέλθοις τῇ φθορᾷ γεννηθεὶς μόνῃ, καὶ μὴ τὴν ἀφθαρσίαν [h] ἀμφιεσάμενος. σκοπῶ δὲ κἀκεῖνο, h
ὅτι τῷ μὲν ἀναγκαῖος ἦν οὗτος ὁ καιρὸς τοῦ
D βαπτίσματος· σοὶ δὲ οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος. ἀνεδείχθη μὲν γὰρ τριακοστὸν γεγονὼς ἔτος, οὐ πρότερον, [i] τοῦ τε μὴ δοκεῖν ἐπιδεικ- i
τικὸς εἶναί τις· τῶν γὰρ ἀπειροκάλων τὸ πάθος· καὶ ὡς τελείαν βάσανον ἀρετῆς, καὶ τοῦ διδάσκειν καιρὸν ταύτης ἐχούσης τῆς ἡλικίας. [k] ἐπεὶ δὲ παθεῖν ἔδει τὸ τοῦ k
κόσμου σωτήριον πάθος, πάντα συνδραμεῖν ἔδει πρὸς τὸ πάθος ὅσα τοῦ πάθους, τὴν ἀνάδειξιν, τὸ βάπτισμα, τὴν ἄνωθεν
E μαρτυρίαν, τὸ κήρυγμα, τὴν συνδρομὴν τοῦ πλήθους, τὰ θαύματα, καὶ ὥσπερ ἓν σῶμα γενέσθαι, μὴ διεσπασμένον, μηδὲ ἀπερρηγμένον τοῖς ὑστήμασιν. ὃ μὲν γὰρ τοῦ βαπτίσματος καὶ τοῦ κηρύγματος, [l] ὁ τῶν συντρεχόντων σεισμός· οὕτω l

(*a*) Ἀποκρίνεσθαι. Quatuor Regg. ἀποκρίνασθαι.
(*b*) Ὑπέχειν. Coisl. 1. παρέχειν.
(*c*) Ἀνεύθυνον. Schol. ἀτιμώρητον. *Nullo reatu obnoxii teneantur.*
(*d*) Τετειχίσθαι δέ. Sic quatuor Regg. Or. 1. & Comb. In Ed. τετειχίσθαι τε.
(*e*) Συμπιπτούσας. In nonnullis, προσπιπτούσας.
(*f*) Σοι. *In tui gratiam.* Deeſt in tribus Regg. &c.
(*g*) Ὥσπερ καί. Sic plerique Codd. Deeſt καί in Ed.
(*h*) Ἀμφιεσάμενος. Or. 1. ἀμφιασάμενος.
(*i*) Τέ τε. Jeſ. τῷ τε.
(*k*) Ἐπεὶ δέ. Sic quatuor Regg. & Comb. In Ed. ἐπειδὴ δέ.
(*l*) Ὁ τῶν συντρεχόντων σεισμός. *Confluentis multitudinis terræ motus.* Id autem Nicetas ſic exponit: *Ingens mortalium multitudo confluxit, atque, ut inquit*

γὰρ ἡ γραφὴ καλεῖ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον· ἐκ δὲ τοῦ πλήθους, ἡ τῶν σημείων ἐπίδειξις, καὶ τὰ θαύματα τῷ Εὐαγγελίῳ προσάγοντα. ἐκ δὲ τούτων, ὁ φθόνος· ἐκ δὲ τούτου, τὸ μῖσος· ἐκ δὲ τοῦ μίσους, τὸ τῆς ἐπιβουλῆς, καὶ τῆς προδοσίας· ἐκ τούτου δὲ, ὁ σταυρὸς, καὶ ὅσοις σεσώσμεθα. τὰ μὲν δὴ τοῦ Χριστοῦ τοιαῦτα, καὶ οὕτως ἔχοντα, ὅσον ἡμῖν ἐφικτόν· τάχα δ' ἂν τις καὶ ἄλλος εὑρεθείη λόγος τούτων ἀπορρητότερος.

A signorum editio, & miracula, quæ homines ad Evangelium adducebant, extiterunt. Ex his porrò invidia nata est, ex invidia odium, ex odio insidiæ, & proditio. Hinc postremò crux, eaque omnia, quæ nobis salutem pepererunt. Ac Christi quidem res ita se habent, quantùm quidem nobis assequi licet: atque etiam fortassè alia quædam ratio iis, quas commemoravimus, reconditior inveniri queat.

λ. Σοὶ δὲ τίς ἀνάγκη, τοῖς ὑπὲρ σὲ ὑποδείγμασιν ἑπομένῳ, κακῶς βουλεύεσθαι· ἐπεὶ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν τηνικαῦτα ἱστορουμένων ἑτέρως ἢ ὡς τὰ νῦν ἔχοντα φαίνεται, καὶ οὐ συμβαίνοντα τοῖς καιροῖς; οἷον, ἐνήστευσε μικρὸν πρὸ τῆς πείρας, ἡμεῖς πρὸ τοῦ Πάσχα· τὸ μὲν τῶν νηστειῶν a ἓν, οὐ [a] μικρὸν δὲ ἀμφοτέρων τῶν καιρῶν τὸ διάστημα. ὁ μὲν γὰρ κατὰ τῶν πειρασμῶν ταύτας προβάλλεται· ἡμῖν δὲ τὴν συννέκρωσιν Χριστοῦ τοῦτο δύναται, καὶ κάθαρσίς ἐστι προεόρτιος. καὶ ὁ μὲν νηστεύει τεσσαράκοντα ἡμέρας· Θεὸς γὰρ ἦν· ἡμεῖς δὲ τῇ δυνάμει τοῦτο συνεμετρήσαμεν, εἰ καί τινας ἄτλειν ὁ ζῆλος πείθει καὶ ὑπὲρ δύναμιν. πάλιν μυσταγωγεῖ τὸ Πάσχα τοὺς μαθητὰς ἐν ὑπερῴῳ, καὶ b [b] μετὰ τὸ δεῖπνον, καὶ πρὸ μιᾶς τοῦ παθεῖν ἡμέρας· ἡμεῖς ἐν προσευχῆς οἴκοις, καὶ πρὸ τοῦ δείπνου, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν. ἀνίσταται τριήμερος, ἡμεῖς μετὰ πολὺν χρόνον· καὶ οὔτε ἀπέρρηκται τῶν ἐκείνου τὰ ἡμέτερα, οὔτε συνέζευκται χρονικῶς· ἀλλ' ὅσον τύπος τις εἶναι τῶν ἡμετέρων c [c] παραδοθέντα, τὸ πάντη παραπλήσιον d διαπέφευγεν. τί οὖν θαυμαστὸν, [d] καὶ τὸ βάπτισμα παρειλῆφθαι μὲν δι' ἡμᾶς, τῷ χρόνῳ δὲ διαφέρειν; ὃ σύ μοι δοκεῖς ὡς μέγα τι καὶ θαυμαστὸν οἷον προβάλλεσθαι c κατὰ τῆς [e] ἑαυτοῦ ζωτηρίας.

B XXX. Tibi autem quid necesse est, ut dum exempla, quæ te sublimiora sunt, sequeris, malum consilium capias; præsertim cùm, permulta quoque alia ex iis, quæ tum ab eo gesta esse historiæ proditum est, à nostro ritu discrepare, ac tempore dissidere, constet? Exempli causâ: Christus paulò ante tentationem jejunavit; nos ante Pascha. Jejunium unum idémque est; at utriusque temporis non parva est differentia. Ille enim jejunium adversùs tentationum impetus objicit; nobis autem jejunium hoc præstat, ut cum Christo commoriamur, ac festum præcedat purgatio. Jam ille totos quadraginta dies à cibo abstinuit; (Deus enim erat;) nos autem ad virium nostrarum modulum jejunium attemperavimus, etiamsi quidam, zelo impulsi, ultra virium facultatem in jejunando prosiliant. Prætereà, ille Paschatis mysterium Discipulis in cœnaculo tradit, & à cœna, & unico ante passionem die; nos in templis, & ante cœnam, & post Resurrectionem. Ille tertio die à morte ad vitam rediit; nos post diuturnum tempus. Ita ipsius res, nec à nostris penitùs distractæ atque abruptæ sunt, nec rursùs temporibus inter se cohærent; verùm hactenùs nobis traditæ, ut ad earum exemplar ritus nostros conformemus, plenam omnibúsque modis perfectam similitudinem fugiunt. Quid igitur mirum, eum, quamvis salutis nostræ causâ Baptismum susceperit, temporis tamen ratione à nobis differre? Quod tu quidem mihi, velut magnum aliquid & admirandum, adversùs tuam ipsius salutem opponere videris.

Non omnis Christi actio imitanda.

Ecclesiæ ritus observandus.

λα. Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε, τοὺς μὲν τοιούτους λόγους χαίρειν ἐάσατε, αὐτοὶ δὲ τῷ ἀγαθῷ προσπηδήσατε, καὶ διπλοῦν ἀγῶνα ἀγωνιεῖσθε· τὸν μὲν προκαθαίρειν ὑμᾶς αὐτοὺς τῷ βαπτίσματος, τὸν δὲ συντηρεῖν τὸ βάπτισμα· ἐπειδὴ τῆς αὐτῆς ἐστι δυσχερείας, καὶ κτήσασθαί τι τῶν ἀγαθῶν οὐχ ὑπάρχον, καὶ κτηθὲν διασώσασθαι. πολλάκις γὰρ ὁ

E XXXI. Quare, si quid me audiendum putatis, hujusmodi rationes valere jubete, atque ipsi ad bonum hoc prosilite, ac duplex certamen inite; alterum, ut vos ipsos ante Baptismum emundetis; alterum, ut acceptum Baptismum conservetis: quandoquidem ejusdem est difficultatis, & bonum aliquod, quo priùs carebas, adipisci, &, cùm adeptus fueris, conservare. Fit enim plerumque, ut, quod

Baptizandis duplex certamen ineundum occurrit.

Matthæus, commota est, & velut tremore concussa est universa civitas, concurrente videlicet populo ac sese commovente. Vide Or. XXXI. num. 25.

(a) Μικρὸν δέ. Sic plures Codd. In Ed. μικρὸν τῶν δέ.

(b) Μετὰ τὸ δεῖπνον. Sic Reg. ph. & duo Colb. Deest τό in Ed.

(c) Παραδοθέντα. Par. παραδειχθέντα.

(d) Καί. Duo Regg. εἰ καί.

(e) Ἑαυτοῦ. In nonnullis, σεαυτοῦ, &, σαυτοῦ.

ſtudio & induſtriâ partum eſt, ſocordiâ labefactetur; quod autem inertiâ amiſſum eſt, labore & diligentiâ recuperetur. Magnum tibi ad ea, quæ cupis, aſſequenda & retinenda, ſubſidium attulerint vigiliæ, jejunia, chameuniæ, orationes, lacrymæ, commiſeratio erga pauperes, largitio. His rebus, partim pro iis, quæ accepiſti, gratias age, partim etiam ea tuere ac cuſtodi. Habes beneficium, quod te multorum mandatorum ſubmoneat: ne contemptim prætereas. Pauper acceſſit? In mentem tibi veniat, ex quàm gravi paupertate ad quantas divitias provectus es. Pane carens, aut potu, atque etiam fortaſsè *Lazarus* quiſpiam ad domûs tuæ fores provolutus? Moveat te myſtica menſa, ad quam acceſſiſti; panis ille, cujus particeps factus es; calix ille, quem accepiſti, cum Chriſti paſſionibus initiareris. Peregrinus ad genua tua procubuit, domo carens, advena? Per hunc eum excipe, qui propter te peregrinatus eſt, idque in propriis, quique per Gratiam ad te immigravit, téque ad cœleſte domicilium pertraxit. *Zachæum* imitare, illum, inquam, heri publicanum, hodiè magnificum: facultates omnes tuas ingredienti Chriſto offer, ut, licèt corporali ſtaturâ puſillus, animo tamen eveharis, Chriſtum egregiè conſpicatus. Ægrotus proſtat, ac faucius? Moveat te ſanitas tua, & vulnera, quibus te Chriſtus liberavit. *Si videris nudum, operi eum*, tuum incorruptionis indumentum, hoc eſt, Chriſtum, honore proſequens: *Quotquot enim in Chriſtum baptizati ſumus, Chriſtum induimus.* Si *debitorem* nactus ſis, ad pedes tuos ſeſe abjicientem, ſyngraphan omnem, tam juſtam, quam injuſtam, reſcinde. Decem illa talentorum millia, quæ tibi Chriſtus remiſit, in memoriam revoca. Noli te acerbum minoris debiti exactorem præbere, & quidem conſervis, cùm tibi à Domino major ſumma condonata ſit, ne humanitatis quoque illius, quam tibi in exemplum propoſitam haudquaquàm imitatus es, pœnæ à te expetantur.

Baptiſmi recordatio ad virtutis exercitium incitat. *Luc.* XVI. 20.

Luc. XIX. 2. *& ſeqq.*

Iſai. LVIII. 7.

Gal. III. 27.

Matth. XVIII. 26.

XXXII. Sic te compara, ut Lavacrum non modò corpus, ſed imaginem quoque abluat: non modò peccata eluat, ſed mores etiam emendet: non modò priſtinas vitæ ſordes abſtergat, verùm fontem quoque ipſum expurget: non hoc

Baptiſmus priſtinas vitæ ſordes abluit.

A μὲν σπεῦδὴ προσέλαβε, ῥαθυμίᾳ διέφθειρεν· ὃ δὲ ὄκνος ἀπώλεσεν, ἀνεκαλέσατο ἐπιμέλεια. καλόν σοι βοήθημα πρὸς τὸ τυχεῖν, ὧν ἐπιποθεῖς, ἀγρυπνίαι, νηστεῖαι, χαμευνίαι, προσευχαὶ, δάκρυον, οἶκτος τῶν δεομένων, μετάδοσις. τοῦτό σοι [a] φυλάττω, ὧν a τετύχηκας, εὐχαριστήριόν τε ἅμα & φυλακτήριον. ἔχεις πολλῶν ἐντολῶν ὑπόμνημα, τὴν εὐεργεσίαν· μὴ παραδράμῃς. πένης προσῆλθε; μνήσθητι [b] πόσον πλουτήσας, πόσον b
B ἐπλούτησας. ἄρτου δεόμενος, ἢ πόματος, Λάζαρος ἴσως τὶς ἄλλος τοῖς σοῖς πυλῶσι προσερρίμμένος; αἰδέσθητι τὴν μυστικὴν τράπεζαν, ἣ προσῆλθες· τὸν ἄρτον, οὗ μετέλαφας· τὸ ποτήριον, οὗ κεκοινώνηκας [c] τοῖς c
Χριστοῦ πάθεσι τελειούμενος. ξένος προσέπεσεν, ἄοικος, παρεπίδημος; ὑπόδεξαι δι' αὐτὸν τὸν διὰ σὲ ξενιτεύσαντα, καὶ ταῦτα
[d] ἐν τοῖς ἰδίοις, καὶ εἰσοικιθέντα σοι διὰ τῆς d
χάριτος, καὶ πρὸς τὴν ἄνω κατοικίαν ἑλκύ-
C σαντα. γνῶθι Ζακχαῖος, ὁ χθὲς τελώνης, καὶ σήμερον μεγαλόψυχος· πάντα τῇ εἰσόδῳ
[e] τῷ Χριστῷ καρποφόρησον, ἵνα [f] μέγας ἀνα- e f
φανῇς, κἂν μικρὸς ᾖς τὴν σωματικὴν ἡλικίαν, καλῶς Χριστὸν θεασάμενος. ἄῤῥωστος πρόκειται καὶ τραυματίας; τὴν σὴν [g] ὑγίειαν αἰ- g
δέσθητι, καὶ τὰ τραύματα, ὧν σε Χριστὸς ἠλευθέρωσεν. ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε, τὸ σὸν τιμῶν ἔνδυμα τῆς ἀφθαρσίας· Χριστὸς
[h] δὲ τοῦτό ἐστιν· ἐπειδὴ ὅσοι εἰς Χριστὸν h
D ἐβαπτίσθημεν, Χριστὸν ἐνεδυσάμεθα. ἐὰν χρεωφειλέτην λάβῃς προσπίπτοντα, πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον [i] καὶ δικαίαν διάσπασον. μνή- i
σθητι τῶν μυρίων ταλάντων, ὧν σοι Χριστὸς ἐχαρίσατο. μὴ γένῃ πικρὸς τοῦ ἐλάττονος χρέους· καὶ ταῦτα τίσι; τοῖς ὁμοδούλοις, ὁ τὸ [k] πλέον παρὰ τοῦ δεσ- k
πότου συγχωρηθεὶς, μὴ καὶ τῆς ἐκείνου φιλανθρωπίας ὑπόσχῃς δίκην, ἣν οὐκ ἐμιμήσω λαβὼν ὑπόδειγμα.

E λϛ. Γενέσθω σοι τὸ λουτρὸν, μὴ τοῦ σώματος [l] μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰκόνος· l
μὴ τῶν [m] ἁμαρτημάτων ἔκπλυσις μόνον, m
ἀλλὰ καὶ τοῦ τρόπου διόρθωσις· μὴ τὸν
[n] προλαβόντα βόρβορον ἀποκλυζέτω μόνον, n

(*a*) Γενέσθα. Regg. bm. & ph. *γινέσθω.*
(*b*) Πόσον. Coisl. 1. *πόσων.* Mox etiam, *πόσων.*
(*c*) Τοῖς Χριστοῦ. Sic quinque Regg. &c. In Ed. *τῷ Χριστῷ.* Mox, *ξένος.* Sic Coisl. 2. In Ed. *εἰ ξένος.*
(*d*) Εν τοῖς ἰδίοις. *In propriis.* Sic Vulgata. Billius, *in ſuis regionibus.*
(*e*) Τῷ. Deeſt in quinque Regg.
(*f*) Μέγας. Sic plures optimæ notæ Codd. In Ed. [illegible].
(*g*) Υγίειαν. Reg. bm. *ὑγείαν.*
(*h*) Δέ. Deeſt in tribus Regg.
(*i*) Καί. Reg. bm. ἤ. Reg. ph. ἢ *καί.*
(*k*) Πλέον. Regg. b. c. d. *πλεῖον.*
(*l*) Μόνον. Tres Regg. Coisl. 1. & Comb. addunt, ἔκπλυσις. *Non corporis tantùm ablutio ſit, ſed animæ, ſive imaginis.*
(*m*) Αμαρτημάτων ἔκπλυσις. Tres Regg. Coisl. 1. & Comb. ἁμαρτημάτων λύσις, *delictorum ſolutio.*
(*n*) Προλαβόντα. Quatuor Regg. novem Colb. duo Coisl. & Or. 1. *προελθόντα, præteritas ſordes.*

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ τὴν πηγὴν καθαιρέτω· μὴ τὸ καλῶς κτᾶσθαι τυπούτω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ καλῶς ἀποκτᾶσθαι, ἢ, τό γε κυφότατον, τὸ κακῶς κτηθὲν ἀποτίθεσθαι. τί γὰρ ὄφελος σοὶ μὲν συγχωρηθῆναι τὴν ἁμαρτίαν, τῷ δὲ ἠδικημένῳ μὴ λυθῆναι τὴν παρὰ σοῦ ζημίαν· δύο σοι κακῶν ὄντων, τοῦ τε κτήσασθαι μὴ δικαίως, καὶ τοῦ [a] τὸ κτηθὲν κατέχεσθαι; τοῦ μὲν ἄφεσιν ἔλαβες, τὸ δὲ σήμερον ἀδικεῖς. σήμερον γάρ ἐστι παρὰ σοὶ τὸ ἀλλότριον· καὶ οὐκ ἀνῃρέθη τὸ ἁμάρτημα, τῷ χρόνῳ δὲ διεκόπη. τὸ μὲν πρὸ τοῦ βαπτίσματος τολμηθὲν, τὸ δὲ μένον μετὰ τὸ βάπτισμα· τῶν γὰρ ἡμαρτημένων, οὐ τῶν ἁμαρτανομένων τὸ λουτρὸν ἔχει συγχώρησιν. δεῖ δὲ μὴ σοφισθῆναι τὸν καθαρμὸν, ἀλλ' ἐνσημανθῆναι· λαμπρυνθῆναί σε τελείως, ἀλλὰ μὴ χρωσθῆναι· μηδὲ ἐπικάλυψιν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλ' ἀπαλλαγὴν ἔχειν τὸ χάρισμα. μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι· τοῦτο τῆς παντελοῦς καθάρσεως. καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι· τοῦτο τῶν οὔπω τὸ βάθος καθηραμένων. μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν· τρίτη τὶς αὕτη τάξις τῶν ἁμαρτανομένων· ὧν ἡ μὲν πρᾶξις [b] οὐκ ἐπαινετὴ, τὸ δὲ τῆς γνώμης ἀνεύθυνον.

tantùm in animo tibi insculpat, ut bona honestè acquiras; sed ut etiam benè parta amittas, aut, quod levissimum est, malè parta deponas. Quid enim tibi profuerit, ita peccati veniam impetrasse, ut tamen ei, quem læseris, damnum non farciatur; cùm tu duplici scelere constrictus tenearis, altero, quia sceleratis artibus facultates tuas auxisti, altero, quia partas opes retines? Ita, quamvis illa tibi noxa condonata sit, hâc tamen hodierno die adhuc implicaris. Hodiè enim apud te aliena res est; ideóque minimè sublatum & extinctum est peccatum, sed tempore solùm intercisum. Illud quidem ante Baptismum perpetratum est, istud verò post Baptismum manet. Lavacrum enim admissorum peccatorum veniam habet, non eorum, quæ admittuntur. Porrò non fucanda est Purgatio, sed imprimenda; tibíque hoc agendum, ut plenè ac perfectè splendescas, non ut leviter atque in superficiem illinaris; ut Gratia non peccata tantùm obducat, sed ab iis omninò te vindicet. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates:* hoc plenæ & cumulatæ purgationis est. *Et quorum tecta sunt peccata*: hoc iis congruit, quorum intimæ animi partes nondùm purgatæ sunt. *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum*: tertia quædam hæc est peccantium classis; quorum scilicet, tametsi actio minimè laudabilis est, mens tamen culpâ & crimine vacat.

Opes malè partæ restituendæ.

Tres peccantium classes.

Ps. xxxi. 1. *& seqq.*

λγ. Τί οὖν φημὶ, καὶ τίς ὁ ἐμὸς λόγος; [c] χθὲς ἴσθα Χαναναία ψυχὴ, καὶ [c] διὰ τῆς ἁμαρτίας συγκύπτουσα· σήμερον ἀνορθώθης ὑπὸ τοῦ Λόγου. μὴ συγκύψῃς πάλιν, καὶ [d e] εἰς γῆν [d] κλιθῇς, ὥσπερ [e] κύφωνι παρὰ τοῦ [f] πονηροῦ βαρηθεῖσα, καὶ δυσανάκλητον [f] ἔχῃς τὴν ταπεινότητα. χθὲς ἐξηραίνου θάλλουσα [g] τῇ αἱμορροΐᾳ· ἐπήγαζες γὰρ τὴν [g] φοινικὴν [h] ἁμαρτίαν· σήμερον [h] ἀνέθηλας ξηρανθεῖσα. ἥψω γὰρ τῶν Χριστοῦ κρασπέδων, καὶ τὴν ῥύσιν ἔστησας. φύλαξόν μοι τὴν κάθαρσιν, μὴ πάλιν αἱμορροήσῃς, καὶ οὐκ [i] ἰσχύσῃς λαβέσθαι Χριστοῦ, ἵνα κλέψῃς τὴν Σωτηρίαν. οὐ γὰρ πολλάκις φιλεῖ Χριστὸς κλεπτόμενος, καὶ εἰ λίαν ἐστὶ φιλάνθρωπος. χθὲς ἐπὶ κλίνης ἔρριψο παρειμένος καὶ λελυμένος, καὶ οὐκ εἶχες ἄνθρωπον, ἵνα, ὅταν

XXXIII. Quid igitur dico, & quò mea spectat Oratio? Heri *Chananæa* anima eras, & per peccatum *in terram inclinata*: hodiè à Verbo erecta es. Ne rursùs curveris, ac, velut ligneo collari à Diabolo depressa, in terram propendeas, atque ita afficiaris, ut vix erigi & assurgere queas. Heri *sanguinis profluvio* tabescebas; rubrum enim & cruentum peccatum ex te manabat; hodiè siccato profluvio ad pristinum florem rediisti. Contactâ quippè vestis Christi fimbriâ, fluxum compressisti. Fac Purgationem serves, ne alioqui sanguinis defluvio rursùs labores, Christúmque jam, furripiendæ salutis causâ, prehendere nequeas. Neque enim Christus sæpiùs sibi aliquid surripi amat, tametsi mirè benignus & facilis. Heri in lecto jacebas, corpore fractus & solutus, nec hominem præstò habebas, qui, *cùm turbaretur aqua, te in piscinam injiceret*; ho-

Per Baptismum homo erigitur ac roboratur.

Matth. xv. 22. *Luc.* xiii. 11.

Luc. viii. 43. *& seqq.*

Joan. v. 7.

(*a*) Τὸ κτηθέν. Sic plerique Codd. In quibusdam tamen, & in Ed. τὰ κτηθέντα.

(*b*) Οὐκ. Sic quinque Regg. In Ed. οὐδέ.

(*c*) Διὰ τῆς. Coisl. 1. διὰ τάς.

(*d*) Κλιθῇς. Sic plures Codd. In nonnullis, κλιθείς. In Ed. κριθῇς.

(*e*) Κύφωνι. Schol. δεσμωτηρίῳ κυρτώματι, *carceralibus numellis* Hesichius & Suidas id intelligunt de *ligneo collari*, δεσμὸς ξυλινός, undè dicitur, δεδέσθω ὡς κύφωνι, *vinciatur in ligneo collari*. Non igitur rectè Billius, *catenis ferreis*.

(*f*) Ἔχῃς. Reg. c. & Or. 1. ἔξεις.

(*g*) Φοινικὴν. Sic tres Regg. & tres Colb. In Ed. φωνικὴν.

(*h*) Ἀνέθηλας. Bas. ed. ἀνέθαλλες.

(*i*) Ἰσχύσῃς. Sic quinque Regg. tres Colb. & Or. 1. In Ed. ἰσχύσεις.

diè nactus es hominem, eundémque Deum, vel, ut rectiùs loquar, Deum & hominem. Elatus es è grabato, imò grabatum extulisti, ac beneficium acceptum, velut in columna incisum, omnibus spectandum proposuisti. Cave, ne admisso peccato rursùs in grabato, id est, in pessima corporis voluptatibus fracti quiete, jaceas. Verùm, ut es, proficiscere, præcepti hujus memor : *Ecce sanus factus es ; jam noli peccare, ne deterius aliquid tibi accidat*, si post acceptum beneficium malus inveniaris. Magnam hanc vocem, *Lazare veni foras*, in sepulchro jacens audisti. (Quid enim Verbi voce præstantius?) Ac prodiisti, non quatriduò, sed multis diebus mortuus, cum triduano illo simul ad vitam rediens, atque funebribus vinculis solutus es. Cave, ne rursùs emoriaris, iisque, qui *in sepulchris habitant*, aggregeris, ac peccatorum tuorum funibus constringaris ; cùm incertum sit, an rursùs è sepulchro ad vitam excitaberis, usque ad postremam illam & communem resurrectionem, quæ, quidquid factum est, ad judicium adducet, non jam ut curetur, sed ut judicetur, rationémque eorum reddat, quæ rectè vel malè coacervarit.

Joan. v. 14.

Joan. xi. 43.

Ps. lxvii. 7.

Peccati leprâ mundatus, Sacerdoti se ostendat.

Luc. xvii. 12. *& seqq.*

XXXIV. Si *leprâ*, hoc est, deformi pravitate, priùs infectus eras, ac deindè abrasâ ejectâque hâc vitiosâ materiâ, salvam & incolumem imaginem recepisti, purgationem mihi, Sacerdoti tuo, ostende, ut cognoscam, quantùm ea legalem purgationem antecellat. Novem illis ingratis ne te adjungas, verùm decimum tibi imitandum propone ; qui, quanquam Samaritanus esset, alios tamen grati animi officio vicit. Da operam, ne mala vitiligo rursùs erumpat, atque ita afficiaris, ut corporis tui vitio vix ulla medicina possit adhiberi. Nuper avaritia & tenacitas *manum tuam* siccabat ; hodiè eam largitio & beneficentia extendat. Præclara ægræ manûs curatio est, dispergere, dare pauperibus, ea, quibus circumfluimus, ubertim exhaurire, quoad fundum quoque ipsum attigerimus ; (fortasse ex eo quoque alimentum tibi manabit, velut olim *Sarephthanæ*, ac præsertim si Eliam alueris ;) egregias opes existimare, inopiâ propter Christum, qui nostrâ causâ paupertatem subiit, laborare. Si *surdus ac mutus* eras, auribus tuis Verbum insonet ; vel potiùs eum, qui insonuit, retine. Ne

Luc. vi. 6.

III. Reg. xvii. 9.

Baptismo initiatus bonis operibus studere debet.

Marc. vii. 32.

ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, [a]βάλλῃ σε εἰς τὴν κολυμβήθραν· σήμερον εὗρες ἄνθρωπον, τὸν αὐτὸν καὶ Θεὸν, μᾶλλον δὲ, Θεὸν [b]καὶ ἄνθρωπον. ἦρθης ἀπὸ τοῦ [c]κραββάτου, μᾶλλον δὲ, ἦρας τὸν κράββατον, καὶ ἐστηλίτευσας τὴν εὐεργεσίαν· μὴ πάλιν ἐπὶ κραββάτου ῥιφῇς ἁμαρτήσας, [d]τῆς κακῆς τοῦ ζώματος ἀναπαύσεως παρειμένου ταῖς ἡδοναῖς· ἀλλ' [e]ὡς ἔχεις, βάδιζε μεμνημένος τῆς ἐντολῆς· ἰδοὺ ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται, κακῷ φανέντι μετὰ τὴν εὐποιΐαν. Λάζαρε δεῦρο ἔξω, ἤκουσας τῆς μεγάλης φωνῆς ἐν τάφῳ κείμενος. τί γὰρ τοῦ Λόγου μεγαλοφωνότερον; καὶ προῆλθες, οὐ τετραήμερος νεκρὸς, ἀλλὰ πολυήμερος, τῷ τριημέρῳ ζυναναστὰς, καὶ τῶν ἐνταφίων δεσμῶν ἐξελύθης. μὴ νεκρωθῇς πάλιν, μὴ γένῃ μετὰ τῶν κατοικούντων ἐν τάφοις, μηδὲ [f]καταστιγῇς ταῖς σειραῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων· ἄδηλον ὂν, εἰ πάλιν ἐξαναστήσῃ τῶν τάφων, μέχρι τῆς τελευταίας καὶ κοινῆς ἀναστάσεως, ἣ πᾶν τὸ ποίημα ἄξει εἰς κρίσιν, οὐ θεραπευθησόμενον, ἀλλὰ κριθησόμενον, καὶ λόγον ὑφέξον ὧν, εὖ, ἢ κακῶς ἐθησαύρισεν.

λδ. Εἰ λέπραν ἔβρυες τέως τὴν ἄμορφον πονηρίαν, ἀπεξέσθης δὲ τῆς κακῆς ὕλης, καὶ τὴν εἰκόνα ζῴαν ἀπέλαβες, δεῖξον ἐμοὶ τῷ ἱερεῖ σου τὴν κάθαρσιν, ἵνα [g]γνῶ, πόσον τῆς νομικῆς αὕτη τιμιωτέρα. γένοιτο, μὴ τῶν ἐννέα τῶν ἀχαρίστων, ἀλλὰ τὸν δέκατον μίμησαι· καὶ γὰρ εἰ Σαμαρείτης ἦν, ἀλλὰ τῶν ἄλλων εὐγνωμονέστερος. ἀσφάλισαι, μὴ πάλιν κακῶς ἐξανθήσῃς, καὶ δυσθεράπευτον [h]ἕξεις τὴν ἀνωμαλίαν τοῦ ζώματος. ὡρῴην [i]ἐξήραινέ σου τὴν χεῖρα μικρολογία καὶ φειδωλία· σήμερον ἐκτεινάτω μετάδοσις καὶ φιλανθρωπία. καλὴ θεραπεία χειρὸς ἀῤῥωστούσης, σκορπίζειν, διδόναι τοῖς πένησιν, ἐξαντλεῖν ὧν ἔχομεν δαψιλῶς, μέχρις ἂν καὶ τοῦ πυθμένος ἅψώμεθα· ἴσως καὶ οὗτος πηγάσει σοι τροφὴν, καθάπερ τῇ Σαραφθίᾳ, καὶ μάλιστα εἰ [k]τύχοις Ηλίαν τρέφουσα· καλὴν εὐπορίαν εἰδέναι, τὸ δι' Χριστὸν ἀπορεῖν, τὸν δι' ἡμᾶς πλουτεύσαντα. εἰ κωφὸς ἦσθα καὶ ἄλαλος, ὁ Λόγος ἐνηχησάτω σοι· μᾶλλον δὲ, κα-

(a) Βάλλῃ. Quatuor Regg. βυλῇ.
(b) Καὶ ἄνθρωπον. Sic Regg. bm. & ph. Deest καί in Ed.
(c) Κραββάτου. In pluribus scribitur, κραβάττου.
(d) Τῆς κακῆς. In nonnullis, κακιστῆς.
(e) Ὡς ἔχεις. *Ut es*, id est, inquit Nicetas, *sanus & incolumis.*
(f) Κατασφιγγῇς. Sic quatuor Regg. Or. 1. &c. In Ed. κατασφιγχθῇς.
(g) Γνῶ. Coisl. 1. γνῶς.
(h) Ἕξεις. Duo Regg. ἔχῃς.
(i) Ἐξήραινε. Reg. ph. & Bas. ed. ἐξήρανε.
(k) Τύχοις. In nonnullis, τυχῇς.

τάσχε τὸν ἐνηχήσαντα. μὴ κλείσῃς τὰ ὦτα A ad Domini disciplinam & admonitionem, quemadmodùm aspis ad incantationes, occlusas aures habeas. Si *cæcus*, & luminis expers, *illumina oculos tuos, ne unquam in mortem obdormias. In Domini lumine lumen perspice*, in Spiritu Dei Filium intuêre, trinum, inquam, illud & simplex atque indivisum lumen. Si Christum totum admiseris, universas ipsius curationes, quibus sigillatim unusquisque ad sanitatem revocatus est, in animam tuam congeres. Illud modò caveas, ne Gratiæ mensuram ignores, neve tibi *somno dedito*, ac malè securo, zizania hostis superseminet. Illud modò provideas, ne, puritate tuâ Diaboli invidiam subiens, te ipsum rursùs per peccatum miserabilem reddas. Illud modò videas, ne propter bonum opus effusiori lætitiâ gestiens, atque immodicè elatus corruas, dum in altum efferris. Illud modò cures, ut Purgationem summo studio excolere nunquam intermittas, *ascensiones in corde tuo disponens;* atque acceptam Dei beneficio & Gratiâ veniam, curâ & diligentiâ tuearis; ut peccatorum quidem tuorum remissio à Deo proficiscatur, verùm remissionis conservatio, ex te quoque sit.

Luc. XVIII. 35. *Ps.* XII. 4. *Ps.* XXXV. 10.

Quid Baptizato cavendum. *Matth.* XIII. 25.

Ps. LXXXIII. 6.

τοῖς παιδείαν Κυρίου καὶ νουθεσίαν, ὡς ἀσπὶς πρὸς ἐπᾴσματα. εἰ τυφλὸς καὶ ἀφώτιστος, φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς σου, μή ποτε ὑπνώσῃς εἰς θάνατον. ἐν τῷ φωτὶ Κυρίου θέασαι φῶς, ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ τὸν Υἱὸν αὐγάσθητι, τὸ τριαδὸν φῶς καὶ ἀμέριστον. ἐὰν ὅλον εἰσδέξῃ τὸν Λόγον, πάσας τὰς Χριστοῦ θεραπείας ἐπὶ τὴν σεαυτοῦ συνάξεις ψυχήν, ἃς κατὰ μέρος ἕκαστος τεθεράπευται. μόνον μὴ ἀγνοήσῃς B τὸ μέτρον τῆς χάριτος· μόνον μὴ καθεύδοντί σοι καὶ ἀμεριμνοῦντι κακῶς ἐπισπείρῃ ὁ ἐχθρὸς τὰ ζιζάνια· μόνον ἐπίφθονος τῷ πονηρῷ γεγονὼς διὰ τὴν καθαρότητα, μὴ πάλιν σεαυτὸν ἐλεεινὸν καταστήσῃς διὰ τῆς
a ἁμαρτίας· μόνον μὴ τῷ ἀγαθῷ [a] περιχαρὴς, καὶ ὑψωθεὶς ἄμετρα, καταπέσῃς ἐν τῷ ἐπαρθῆναι· μόνον ἀεὶ φιλοπόνει τὴν κάθαρ-
b σιν, ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ [b] τιθέμενος· καὶ ἧς ἔτυχες κατὰ δωρεὰν ἀφέσεως, ταύτην C ἐπιμελείᾳ συντήρησον· ἵνα τὸ μὲν ἀφεθῆναί
c σοι παρὰ Θεοῦ, τὸ σὲ συντηρηθῆναι, [c] καὶ παρὰ σοῦ γένηται.

λε. Γενήσεται δὲ πῶς; ἀεὶ τῆς παραβολῆς ἐκείνης μέμνησο, καὶ σεαυτῷ βοηθήσεις ἄριστά τε καὶ τελεώτατα. ἐξῆλθεν ἀπὸ σοῦ τὸ ἀκάθαρτον καὶ ὑλικὸν πνεῦμα, διωχθὲν τῷ βαπτίσματι. οὐ φέρει τὸν διωγμόν· οὐ
d d δέχεται ἄοικον εἶναι καὶ ἀνέστιον. πορεύεται δι' ἀνύδρων τόπων, καὶ ξηρῶν· θείας ἐπιῤ- D ῥοῆς· ἐκεῖ φιλοχωρῆσαι βούλεται· πλανᾶται ζητοῦν ἀνάπαυσιν, οὐχ εὑρίσκει· βεβαπτισμέναις ἐντυγχάνει ψυχαῖς, ὧν τὴν κακίαν τὸ λουτρὸν ἐξέκλυσεν· φοβεῖται τὸ ὕδωρ· ἐμπνίγεται τῇ καθάρσει, καθάπερ ὁ λεγεὼν
e τῇ θαλάσσῃ. πάλιν ὑποστρέφει [e] πρὸς τὸν οἶκον, ὅθεν ἀνεχώρησεν. ἀναίσχυντόν ἐστι, φιλόνεικόν ἐστι, προσβάλλει πάλιν, πειρᾶται πάλιν. ἐὰν μὲν εὕρῃ Χριστὸν εἰσοικισθέντα, καὶ πληρώσαντα τὴν χώραν ἣν E αὐτὸς ἐκένωσεν· ἀπεκρύσθη πάλιν, ἀπῆλ-
f θεν [f] ἄπρακτον, ἐλεεινὸν ἐγένετο τῆς προπλανήσεως. ἐὰν δὲ σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον τὸν ἐν σοὶ τόπον εὕρῃ, κενὸν καὶ ἄπρακτον, ἕτοιμον ἐπίσης πρὸς ὑποδοχὴν τοῦδε, ἢ τοῦδε τοῦ προπαταλαβόντος, εἰσε-

XXXV. Quomodò autem id assequeris? Fac tibi Parabola illa semper in animo hæreat, & tibi optimè ac præstantissimè consulueris. *Excessit à te impurus & crassus Spiritus*, per Baptismum ejectus ac profligatus. Disrumpitur se in fugam conjectum; non patitur se domo & tecto carere. Ambulat per loca inaquosa, divinoque rore minimè perfusa; illic commorari gestit; vagatur, quærens requiem, non invenit; animas Baptismo consignatas offendit, quarum vitia lotione obruta sunt; aquam perhorrescit; lustricis undis, non secùs ac Legio marinis, suffocatur. Rursùs, in domum, è qua recesserat, revertitur. Impudens est, pervicax est, rursùs impetum facit, rursùs tentat. Ac si quidem Christum in ea inhabitantem invenerit, & locum, quem vacuum reliquerat, ab eo impletum; rursùs propellitur & propulsatur, infectis rebus discedit, oberrationisque nomine miser & calamitosus existit. Sin autem animæ tuæ sedem, scopis quidem mundatam & ornatam, cæterùm vacuam & inertem, atque ad hunc aut illum excipiendum, uter tandem prior invaserit, æquè comparatam repererit, in eam in-

Impuri Spiritûs Parabola.

Luc. XI. 24. *& seqq.*

(*a*) Περιχαρεὶς. Reg. bm. περιχαρῆς.
(*b*) Τιθέμενος. Reg. bm. ἐπιτιθέμενος.
(*c*) Καὶ παρά σε γένηται. Deest καί in Reg. ph. Billius in prima Editione: *tibi ex parte adscribatur.* In secunda: *tum* (tua) *quoque aliqua ex parte sit.* Nihil necesse erat addere, *aliqua ex parte.* Non enim Deus nos salvat sine nobis. Prima Gratia sine nobis; altera non prorsùs sine nobis, sed etiam à nobis.
(*d*) Δέχεται. Reg. Maz. καταδέχεται.
(*e*) Πρὸς τόν. In nonnullis, εἰς τόν.
(*f*) Απρακτον, ἐλεεινόν. Sic duo Colb. & Coisl. 1. In Ed. ἄπρακτος, ἐλεεινός.

ſiliet, & cum majori apparatu immigrabit, ſientque noviſſima tantò pejora prioribus, quantò quidem tum emendationis & præſidii à Baptiſmate ſpes erat: nunc autem perſpicua & manifeſta eſt pravitas, per boni fugam malum attrahens; ob ídque firmior jam & ſtabilior habitatori poſſeſſio.

πήδησεν, εἰσφκίδη μετὰ πλείονος τῆς σφᾶσκευῆς, [a] καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν [b] πρωτέρων. ὅσῳ τότε μὲν ἐλπὶς ἦν διορθώσεώς τε καὶ [c] ἀσφαλείας· νῦν δὲ πρόδηλος ἡ κακία, τῇ φυγῇ τοῦ καλοῦ τὸ πονηρὸν ἕλκουσα· καὶ διὰ τοῦτο [d] βεβαιοτέρα τῷ οἰκήτορι ἡ κατάσχεσις.

Nihil lumine dulcius ac jucundius.

XXXVI. Rursùs enimverò, ac ſæpiùs tibi Luminum memoriam refricabo, ex Litterarum ſacrarum monumentis ea colligens. Nam & ipſe iis commemorandis exhilareſcam. (Quid enim lumine dulcius & jucundius, his qui lumen deguſtarunt?) Et oculos tuos his verbis perſtringam: *Lux orta eſt juſto*, & huic conjuncta *lætitia*. Et, *Lux juſtis omni tempore*. Quin etiam quidam Deum ad hunc modum affatur: *Illuminas tu mirabiliter à montibus æternis;* hoc eſt, ut opinione aſſequor, ab Angelicis Virtutibus, quæ nobis ad optima quæque adjumento ſunt. Jam Davidem quoque his verbis utentem audis: *Dominus illuminatio mea*, & *Salvator meus, quem timebo?* Qui etiam nunc ſibi *lucem & veritatem emitti* poſtulat; nunc ob eam ſibi impertitam gratias agit, cùm *lumen Dei ſuper ſe ſignatum eſſe* ait, hoc eſt, impreſſa & cognita eſſe datæ Illuminationis ſigna. Unum illud lumen fugiamus, quod ex ſævo igne naſcitur. Ne in ignis noſtri lumine ambulemus, & in flamma quam accendimus. Ignem etiam purgantem novi, *ad quem mittendum Chriſtus in terram venit*, qui & ipſe myſticè ignis appellatur. Hujus porrò ignis ea vis eſt, ut craſſiorem materiam, ac vitioſam animi affectionem abſumat, eúmque proindè celerrimè Chriſtus accendi vult. Cupit enim nos quamprimùm beneficio affici; utpotè qui nobis quoque ignis carbones auxilii causâ porrigat. Eſt alter ignis non purgans, ſed ſcelerum vindex; ſive Sodomiticus ille, quem *ſulphure* & procellâ permixtum, Deus in peccatores omnes fundit; ſive ille, qui *Diabolo ejúſque Angelis paratus eſt;* ſive etiam ille, *qui ante faciem Domini procedit, & in circuitu inimicos ejus inflammat;* ſive denique ille omnibus his formidabilior; qui cum *inſomni illo verme* conjunctus eſt, nec unquam extinguitur, verùm in ſceleratorum ho-

Pſ. xcvi. 11.
Iſai. lx. 19.
Pſ. lxxv. 5.
Pſ. xxvi. 1.
Pſ. xiii. 3.
Pſ. iv. 7.
Ignis purgans.
Luc. xii. 49.
Ignis ſcelerum vindex.
Gen. xix. 24.
Pſ. x. 7.
Matth. xxv. 41.
Pſ. xcvi. 3.
Marc. ix. 43.

b α. ΠΕΡΙ τῆς ἑορτῆς βραχέα [b]φιλοσο- φήσωμεν, ἵνα πνευματικῶς ἑορτάσωμεν. ἄλλη μὲν γὰρ ἄλλῳ πανήγυρις· τῷ δὲ c θεραπευτῇ τοῦ Λόγου λόγος, καὶ [c]λόγων ὁ πρὸ καιρῷ πρεπωδέστατος. καὶ οὐδὲν οὕτως εὐφραίνει καλὸν τῶν φιλοκάλων οὐδένα, ὡς τὸ πανηγυρίζειν πνευματικῶς τὸν φιλέορτον. σκοπῶμεν δὲ οὕτως. ἑορτάζει καὶ Ἰουδαῖος, ἀλλὰ κατὰ τὸ γράμμα· τὸν γὰρ σωματικὸν διώκων νόμον, εἰς τὸν πνευματικὸν νόμον οὐκ ἔφθασεν. ἑορτάζει καὶ B d Ἕλλην, ἀλλὰ [d]κατὰ τὸ σῶμα, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ Θεούς τε καὶ δαίμονας· ὧν οἱ μέν εἰσι παθῶν δημιουργοὶ κατ' αὐτοὺς ἐκείνους, οἱ δὲ ἐκ παθῶν ἐτιμήθησαν. διὰ τοῦτο ἐμπαθὲς αὐτῶν καὶ τὸ ἑορτάζειν· ἵν' ᾖ τιμὴ Θεοῦ τὸ ἁμαρτάνειν, πρὸς ὃν καταφεύγει e τὸ πάθος, ὡς σεμνολόγημα. [e]ἑορτάζομεν καὶ ἡμεῖς, ἀλλ' ὡς δοκεῖ πνεύματι. δοκεῖ δὲ, ἢ λέγοντάς τι τῶν δεόντων, ἢ πράττοντας. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἑορτάζειν C ἡμῶν, ψυχῇ τι θησαυρίσαι τῶν ἑστώτων καὶ κρατουμένων, ἀλλὰ μὴ τῶν ὑποχωρούντων καὶ λυομένων, καὶ μικρὰ σαινόντων τὴν αἴσθησιν, τὰ πλείω δὲ, λυμαινομένων τε καὶ βλαπτόντων, κατά γε τὸν ἐμὸν f λόγον. ἀρκετὸν [f]γὰρ πρὸς σώματι ἡ κακία αὐτοῦ. τί δὲ δεῖ τῇ φλογὶ πλείονος ὕλης, ἢ πρὸς θηρίῳ δαψιλεστέρας τροφῆς, ἵνα

(a) Τῇ αὐτῇ &c. Sic plures Regg. plures Colb. & Par. Unus Reg. addit, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, *& in Spiritum ſanctum.* Alter Codex habet: τῇ αὐτῇ ὁμιλία εἰς τὴν Πεντηκοστήν. In Ed. Εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν.

(b) Φιλοσοφήσωμεν. Nicet. φιλοσοφήσομεν.

(c) Λόγων. Savil. λόγος.

E J U S D E M *in Pentecoſten.*

ORATIO QUADRAGESIMA-PRIMA.

Aliàs 44. *quæ autem* 41. *erat, nunc* 1.

Habita Conſtantinopoli in feſto Pentecoſtes anni 381.

A I. DE hoc feſto pauca differamus, ut ſpirituali modo feſtum diem agitemus. Aliud namque alii feſtum eſt: Verbi autem cultori, ſermo; & ex ſermonibus, is, qui tempori maximè congruit. Nec ulla pulchritudo perindè pulchritudinis amantem oblectat, ut feſtorum amantem ſpiritualis celebrandorum feſtorum ratio. Sic autem conſideremus. Feſtos dies Judæus etiam agit, verùm juxta litteram; legem enim corpoream conſectans, ad ſpiritualem legem non pervenit. Feſtos quoque dies Gentilis agit, B verùm juxta corpus, Deoſque ſuos & Dæmones; quorum alii vitioſarum affectionum effectores atque architecti ſunt, quemadmodùm ipſimet aſſerunt, alii ex vitioſis affectionibus honorem conſecuti ſunt. Quamobrem modus etiam ille, quo feſta celebrant, cum vitioſis affectionibus conjunctus eſt; ut hoc ipſum quod peccant, in Dei honorem cedat, ad quem, vitium, quaſi res quædam honeſta & prædicanda, confugit. Feſtos dies nos quoque agitamus, verùm ut Spiritui gratum eſt. Gratum eſt porrò, eam à nobis rationem C iniri, ut eorum, quæ ad feſtum pertinent, vel aliquid dicamus, vel agamus. Nec feriari noſtrum quidquam eſt aliud, quàm animæ aliquid eorum aggerere, quæ firma & ſtabilia ſunt, ac tenentur, non ea autem quæ ſuffugiunt & dilabuntur, levitérque duntaxat ſenſum demulcent, magna verò ex parte, meo quidem judicio, & labefactant, & noxam inferunt. *Sufficit* enim corpori *malitia ſua.* Quid flammæ ampliore materiâ opus eſt, aut belluæ *Matth.* VI. 34.

Feſta, non Judæorum aut Gentilium more, ſed ſpirituali modo celebranda.

(d) Κατὰ τὸ σῶμα. Nicetas ſic exponit: *Secundùm corporeos animi motus, & voluptates, ac ſecundùm obſcænos affectus eorum, qui ab ipſis pro Diis coluntur, à nobis autem pro Dæmonibus habentur.*

(e) Ἑορτάζομεν. Reg. bm. ἑορτάζωμεν.

(f) Γάρ. Deeſt in Reg. ph.

copioſiori alimento, ut effrenatior, ac ratione violentior reddatur?

Septenarius numerus à priſcis hominibus comendatus.

II. Quocircà nobis ſpiritualiter feriendum eſt. Orationis porrò Exordium erit hujuſmodi ; liceat enim hinc auſpicari, etiamſi ab inſtituto argumento hic ſermo nonnihil digredi videatur, atque in ſtudioſorum gratiam elaborare, ut velut condimentum quoddam hujus diei ſolemnitati admiſceamus. Septenarium numerum, ex legis Moſaïcæ præſcripto, Hebræi in honore habent, quemadmodùm poſteà Pythagorei quaternarium, per quem etiam jurare conſueverant; atquè octonarium & tricenarium Simoniani ac Marcioniſtæ, quibus etiam & parem Æonum numerum aſſignant & colunt. Et quidem, quâ proportionis ratione, aut propter quam hujus numeri vim ac potentiam, eum in pretio habeant, haud ſcio, ſed tamen habent.

Deus die ſeptimo ab opere conquievit. *Gen.* I. 1. *& ſeqq.*

Quanquam ea perſpicua cauſa afferri poteſt, quòd cùm Deus *ſex dierum ſpatio* materiam produxiſſet & informaſſet, atque omnis generis ſpeciebus & commixtionibus exornaſſet, mundúmque hunc, quem nunc cernimus, condidiſſet, ſeptimo die ab operibus conquievit, velut ipſum quoque Sabbati nomen indicat, *quietem* Hebræâ linguâ ſignificans. Quod ſi circa hæc ſublimior quædam eſt ratio, alii eam explicent. Porrò hic honor apud eos, non in diebus tantùm eſt, ſed ad annos quoque porrigitur. Ac dierum quidem honor, *Sabbatum* eſt; hoc declarat, quod apud ipſos in perpetuo honore eſt ; cui etiam fermenti ſublatio atque ſubmotio pari dierum numero reſpondet. Annorum autem honor, *ſeptenarius ille remiſſionis annus*. Nec verò in hebdomadis ſolùm, ſed etiam in hebdomadarum hebdomadis, in diebus juxtà atque annis. Enimverò dierum hebdomades *Pentecoſten* pariunt, ſanctum diem apud illos nuncupatum : annorum autem ſeptimanæ, *Jubileum annum*, ſicut ipſi nominant, æquè, tum terræ remiſſionem, tum ſervorum manumiſſionem obtinentem, & prædiorum emptores poſſeſſione ſuâ excedere cogentem. Nam hæc natio, non modò frugum & primogenitorum, ſed dierum etiam & annorum primitias Deo conſecrat. Eo cultu venerabilis ſeptenarius numerus, Pentecoſtes cultum unà ſecum invexit. Septenarius enim in ſeipſum ductus, quinquagenarium gignit, uno die excepto, quem ex futuro ſæculo aſſumpſimus, octavum eundem & primum; vel, ut rectiùs loquar, unum

Gen. II. 3.

Exod. XVI. 26.

Lev. XXV. 4.

Septem dierum hebdomades Pentecoſten pariunt.

Levit. XXV. 8. *& ſeqq.*

μᾶλλον δυσκάθεκτον [a] γένηται, καὶ τοῦ λογισμοῦ βαιότερον ; a

β. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἑορταστέον πνευματικῶς. ἀρχὴ δὲ τοῦ λόγου· ῥητέον γὰρ, καὶ εἰ μικρόν τι παρεκβατικώτερος ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ φιλοπονητέον τοῖς φιλολόγοις, ἵν' ὥσπερ ἥδυσμά τι τῇ πανηγύρει συγκαταμίξωμεν. τὴν ἑβδομάδα τιμῶσιν Ἑβραίων παῖδες, ἐκ τῆς Μωϋσέως νομο- b θεσίας, ὥσπερ [b] οἱ Πυθαγορικοὶ τὴν τε- B τρακτὺν ὕστερον, ἣν [c] δὴ καὶ ὅρκον πε- c ποίηνται· καὶ τὴν ὀγδοάδα καὶ τριακάδα, οἱ ἀπὸ Σίμωνος, καὶ Μαρκίωνος, οἷς δὴ καὶ ἰσαρίθμους τινὰς Αἰῶνας ἐπονομάζουσι, καὶ τιμῶσιν. οὐκ οἶδα μέν οἷς τισι λόγοις ἀναλογίας, ἢ κατὰ τίνα τοῦ ἀριθμοῦ τούτου δύναμιν, τιμῶσι δ' οὖν. τὸ μὲν σαφὲς, ὅτι ἐν ἓξ ἡμέραις ὁ Θεὸς τὴν ὕλην ὑποστήσας τε καὶ μορφώσας, καὶ διακοσμήσας παντοίοις εἴδεσι καὶ συγκρίμασι, καὶ τὸν C νῦν ὁρώμενον τοῦτον κόσμον ποιήσας, τῇ ἑβδόμῃ [d] κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων, ὡς d δηλοῖ καὶ [e] ἡ τοῦ Σαββάτου προσηγορία, e κατάπαυσιν Ἑβραϊκῶς σημαίνουσα. εἰ δέ τις καὶ ὑψηλότερος περὶ ταῦτα λόγος, ἄλλοι φιλοσοφείτωσαν. ἡ τιμὴ δὲ αὐτοῖς, οὐκ ἐν ἡμέραις μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς φθάνουσα. ἡ μὲν οὖν τῶν ἡμερῶν, τὸ σάββατον, [f] τοῦτο δηλοῖ τὸ συνεχῶς παρ' αὐτοῖς f τιμώμενον· καθὸ καὶ ἡ τῆς ζύμης ἄρσις D ἰσάριθμος· ἡ δὲ τῶν ἐτῶν, ὁ ἑβδοματικὸς ἐνιαυτὸς τῆς ἀφέσεως. καὶ οὐκ ἐν ἑβδομάσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑβδομάσιν ἑβδομάδων, ὁμοίως ἔν τε ἡμέραις καὶ ἔτεσιν. αἱ μὲν οὖν τῶν ἡμερῶν ἑβδομάδες γεννῶσι τὴν Πεντηκοστὴν, κλητὴν ἁγίαν παρ' αὐτοῖς ἡμέραν· αἱ δὲ τῶν ἐτῶν, τὸν [g] Ἰωβυλαῖον παρ' αὐτοῖς g ὀνομαζόμενον, ὁμοίως γῆς τε ἄφεσιν ἔχοντα, καὶ δούλων ἐλευθερίαν, καὶ κτήσεων ὠνητῶν ἀναχώρησιν. καθιεροῦσι γὰρ, οὐ [h] γεννημάτων h E μόνον, οὐδὲ πρωτοτόκων, ἀλλ' ἤδη καὶ ἡμερῶν καὶ ἐτῶν ἀπαρχὰς τῷ Θεῷ τοῦτο τὸ γένος. οὕτως ὁ ἑπτὰ τιμώμενος ἀριθμὸς τὴν τιμὴν τῆς Πεντηκοστῆς συνεισήγαγεν. ὁ γὰρ ἑπτὰ ἐπὶ ἑαυτὸν συντιθέμενος, γεννᾷ τὸν πεντήκοντα, μιᾶς δεούσης ἡμέρας, ἣν ἐκ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος προσειλήφαμεν, ὀγδόην

(*a*) Γένηται. Coisl. 1. addit, τὸ κακὸν, *malum*.

(*b*) Οἱ Πυθαγορικοί. Sic tres Regg. quatuor Colb. Or. 1. &c. Deeſt οἱ in Ed.

(*c*) Δή. Deeſt in Reg. bm. & Or. 1.

(*d*) Κατέπαυσεν. Regg. bm. ph. aliique plures, καταπαύει.

(*e*) Ἡ τῦ Σαββάτυ προσηγορία. *Ipſum Sabbati nomen*. In Hæbrea lingua שבת ſignificat *quievit*, ex quo derivatur vox Sabbatum, id eſt, *quies*.

(*f*) Τῶτο δηλοῖ τό. Tres Regg. nonnulli Colb. Or. 1. Comb. & Baſ. τῶτο δὴ τό. Sic etiam legerat Billius.

(*g*) Ἰωβυλαῖον. Quinque Regg. Ἰωβηλαῖον.

(*h*) Γεννημάτων. Plures Regg. γενημάτων.

τε οὖσαν

τε οὖσαν τὴν αὐτὴν ἢ ϖεφότην· μᾶλλον δὲ, μίαν καὶ ἀκατάλυτον. δεῖ γὰρ ἐκεῖσε καταλῆξαι τὸν ἐνταῦθα Ϛαββατισμὸν ϖᾶσι ψυχῶν, ὡς δοθῆναι μερίδα, τοῖς ἑπτὰ, καί γε τοῖς ὀκτὼ, καθὼς ἤδη τινὲς τῶν ϖρὸ ἡμῶν τὸ Σολομώντειον ἐξειλήφασι.

& sempiternum. Illic enim præsens animarum nostrarum Sabbatismus, desinat necesse est, ut detur pars, illis *septem*, & illis *octo*, quemadmodùm jam nonnulli majorum nostrorum hunc Salomonis locum exposuerunt. *Eccle.* XI. 2.

γ. Τῆς δὲ τοῦ ἑπτὰ τιμῆς, ϖολλὰ μὲν τὰ μαρτύρια, ὀλίγα δὲ ἐκ ϖολλῶν ἡμῖν ἀρκέσει. ὡς ἑπτὰ μὲν ὀνομαζόμενα τίμια Πνεύματα. τὰς γὰρ ἐνεργείας, οἶμαι, τοῦ Πνεύματος, Πνεύματα φίλον τῷ Ησαΐᾳ καλεῖν. κεκαθαρμένα δὲ τὰ λόγια τοῦ Κυρίου, κατὰ τὸν Δαβὶδ, ἑπταπλασίως. καὶ ὁ μὲν δίκαιος, ἑξάκις μὲν ἐξ ἀναγκῶν ἐξαιρούμενος, ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ μηδὲ ϖλησσόμενος. ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς, οὐχ ἑπτάκις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ συγχωρούμενος. καὶ μέν τοι ϖάλιν ἐκ τῶν ἐναντίων· ἐπαινετὴ γὰρ καὶ ἡ τῆς κακίας κόλασις· Κάϊν μὲν ἐκδικούμενος ἑπτάκις, τουτέστι, δίκας εἰσϖραττόμενος τῆς ἀδελφοκτονίας· ὁ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, ὅτι ϕονεὺς ἦν μετὰ τὸν νόμον καὶ τὸ κατάκριμα. οἱ δὲ ϖονηροὶ γείτονες ἑπταπλασίονα εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν ἀϖολαμβάνοντες· ἑπτὰ δὲ στύλοις ὁ τῆς Σοφίας οἶκος ὑϖερειδόμενος· τοσούτοις δὲ ὀϕθαλμοῖς ὁ τοῦ Ζοροβάβελ λίθος κοσμούμενος. ἑπτάκις δὲ τῆς ἡμέρας ὁ Θεὸς αἰνούμενος. καὶ μὴν καὶ στεῖρα τίκτουσα ἑπτὰ, τὸν τέλειον ἀριθμὸν, ἢ τῆς ἀτελοῦς ἐν τέκνοις ἀντίθετος.

III. Quanquam autem de septenarii honore multa sint nobis Scripturæ testimonia, pauca tamen è multis producere satis erit. Septem itaque pretiosi Spiritus nominantur. Isaias enim, ut opinor, Spiritûs operationes, *Spiritus* appellare solet. *Eloquia* item *Domini*, juxta Davidem, *septuplum purgata sunt*. Ac justus à necessitatibus *sexies* liberatur, in *septimo* autem ne quidem percutitur. Peccatori autem, *non septies tantùm, sed septuagies etiam septies* noxa remittitur. Ac rursùm ex adversa parte; (nam improbitatis quoque pœna laudabilis est;) de Cain quidem *septies* supplicium sumitur, hoc est, fraternæ cædis ab eo pœnæ repetuntur; de Lamech autem *septuagies septies*, quia, post legem & condemnationem, cædem perpetravit. Eodem pertinet, quod de pravis vicinis scriptum est, eos *septuplum in sinum suum* recipere; quod etiam de *septem columnis*, quibus Sapientiæ domus nititur; quod de totidem *oculis*, quibus Zorobabelis lapis ornatur. Quinetiam, *septies in die* laudatur Deus. Atque adeò sterilis *septem filios*, qui perfectus est numerus, parit, illa, inquam, quæ imperfectæ in filiis opposita erat.

Septem Spiritûs operationes.

Isai. XI. 2.

Ps. XI. 7.

Job. V. 19.

Matth. XVIII. 21. *& seq.*

Gen. IV. 15.

Ibid. IV. 24.

Ps. LXXVIII. 12.

Prov. IX. 1.

Zach. III. 9.

Ps. CXVIII. 164.

I. Reg. II. 5.

δ. Εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰς ϖαλαιὰς ἱστορίας σκοϖεῖν, ἐννοῶ μὲν τὸν ἕβδομον ἐν ϖρογόνοις Ενὼχ, τῇ μεταθέσει τετιμημένον. ἐννοῶ δὲ τὸν εἰκοστὸν ϖρῶτον Αβραὰμ, τῇ ϖατριαρχίᾳ δεδοξασμένον, μυστηρίου ϖρσθήκῃ μείζονος. τριασουμένη γὰρ ἡ ἑβδομὰς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐργάζεται. τολμήσειε δ' ἂν τις τῶν ϖάντα νεανικῶν, καὶ ἐπὶ τὸν νέον Αδὰμ ἐλθεῖν, τὸν Θεόν μου, ἢ Κύριον Ιησοῦν Χριστὸν, ἀϖὸ τοῦ ϖαλαιοῦ καὶ τοδ ὑϖὸ τὴν ἁμαρτίαν Αδὰμ, ἑβδομηκοσϊὸν ἕβδομον ἀριθμούμενον, κατὰ τὴν τοῦ Λουκὰ γενεαλογίαν ἀναϖοδίζουσαν. ἐννοῶ δὲ καὶ

IV. Quòd si veteres etiam historias considerare oportet, animadverto septimum inter primævos homines *Enoch* translationis honore affectum. Animadverto item vigesimum primum *Abraham* Patriarchatu ornatum, mysterii majoris accessione. Septenarius enim, ter in se ductus, numerum hunc efficit. Ausit autem fortassè quispiam, juvenili animi impetu fervens, ad novum quoque Adamum venire, Deum, inquam, meum, & *Dominum Jesum Christum*, qui, juxta retrogradam Lucæ descriptionem, à veteri & sub peccato constituto Adamo, septuagesimus septimus numeratur. Tum *septem illas Jesu filii Nave tubas* mecum reputo, totidémque

Septenarius numerus in Enoch, Abraamo & Christo consideratus.

Gen. V. 24.

Gen. XII. 1. *& seqq.*

Luc. III. 23.

Josue. VI. 3. *& seqq.*

(*a*) Τοῖς ἑπτὰ, &c. Hæc de Eccles. XI. 2. mutuata sunt à Gregorio; & à Patribus explanata, præsertim ab Ambrosio. Lib. V. in Luc. c. 6.

(*b*) Σολομώντειον. Savil. Σολομοντίον.

(*c*) Τῆς δὲ τῶ. Reg. bm. & Paff. τῆς μὲν ἓν.

(*d*) Ως ἑπτὰ, &c. *Ut septem venerandi Spiritus* &c. *Non quòd*, inquit Nicetas, *septem sint Spiritus; unus enim est Spiritus sanctus; sed divinas omnes actiones quæ ipsi insunt, Spiritus, ut opinor, appellat Propheta.*

(*e*) Εξάκις μέν. Deest μέν in Reg. ph. & Savil. Alludit Gregorius ad hæc Jobi, V. 19. *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.*

(*f*) Γὰρ καί. Sic quatuor Regg. & novem Colb. Deest καί in Ed.

(*g*) Αὐτῶν. Deest in pluribus Regg. Alludit ad hæc Ps. LXXVIII. 12. *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum.*

(*h*) Τίκτουσα ἑπτά. *Peperit septem;* nempè Samuelem, qui matri suæ fuit instar numerosæ prolis.

(*i*) Τῆς ἀτελοῦς. *Imperfectæ*, id est, *Phenennæ.*

(*k*) Γὰρ ἡ ἑβδομὰς. Sic Regg. bm. ph. Coisl. 1. Or. 1. Par. Savil. Comb. &c. In Ed. γὰρ ἑβδόμη ἑβδομάς.

circuitus, & dies, & Sacerdotes à quibus muri Jericho quatiuntur. Consimili modo *septenam* Eliæ Prophetæ conversionem, mysticámque illam triplicem insufflationem, quâ Sarephtanæ viduæ filio vita inspirata est, ejusdémque numero parem *super assulas proluvionem*, tum cùm igne divinitùs immisso sacrificium adsumpsit, atque infames Prophetas, qui, ab eo provocati, idem facere nequiverant, obtruncavit. Quo etiam in genere ponenda est *septenaria illa nubis speculatio*, puerulo imperata, & *æqualis* Elisei circum Sunamitidis filium *inflexio*, quâ vitalis halitus suscitatus est. Ad eandem quoque, ni fallor, doctrinam pertinet, (ut *septem hastilibus & lucernis* instructum templi candelabrum præteream,) quòd, & Sacerdos *septem diebus* initiatur, & *septem* item leprosus purgatur, ac totidem *diebus* templum dedicatur. Eodem denique referendum, quòd *septuagesimo anno* populus ex captivitate reducitur, ut quam vim in unitatibus hic numerus habet, eandem quoque in decadibus habeat, ac perfectiori numero septenarii mysterium honoretur. Quid autem longinqua colligo? Jesus ipse, qui pura perfectio est, *quinque panibus* in deserto quinque hominum millia nutrire novit, ac rursùs *septem panibus* quatuor millia. Atque saturitatis reliquiæ, illic quidem duodecim cophini, hîc autem septem sportæ: neutrum, opinor, temerè, nec aliter, quàm Spiritu dignum erat. Quin per te quoque ipse Scripturas pervolvens, multos numeros observaveris, qui profundius aliquid habeant, quàm quod primâ fronte præ se ferunt. Quod autem præsenti tempori commodissimum est, ob has fortassè, vel his proximas, vel etiam sublimiores quasdam, ac diviniores rationes, Pentecostes diem Hebræi colunt, ac nos item colimus; quemadmodùm & nonnullos alios Hebraicos ritus observamus, qui apud illos quidem typicè celebrabantur, à nobis autem mysticè peraguntur. Cùm hæc à nobis de Die dicta sint, ad ea quæ sequuntur, progrediamur.

III. Reg. XVII. 18. & seq.
III. Reg. XVIII. 34.
III. Reg. XVIII. 43. & seq.
IV. Reg. IV. 35.
Septenarius numerus in aliis rebus consideratus.
Exod. XXV. 31.
Lev. VIII. 33.
Exod. XXIX. 30.
III. Reg. VIII. 65.
Jer. XXV. 11. & XXIX. 10.
Matth. XIV. 19.
Ibid. XV. 34.

τὰς ἑπτὰ Σάλπιγγας Ἰησοῦ τοῦ Ναυὴ, καὶ περιόδους τοσαύτας, καὶ ἡμέρας, καὶ ἱερέας, ἐξ ὧν τὰ Ἱεριχούντια τείχη κατασείεται. ὡς δὲ καὶ τὴν [a] ἑβδόμην ἀναστροφὴν, [b] ὥσπερ δὲ μυστικὴν τὴν τριασὴν ἐμφύσησιν Ἡλιοῦ τοῦ Προφήτου, τῷ τῆς Σαραφθίας χήρας υἱῷ [c] τὸ ζῆν ἐμπνεύσασαν, καὶ τοῦ αὐτοῦ τὴν ἰσάριθμον κατὰ τῶν σχιδάκων ἐπίκλυσιν, ἡνίκα πυρὶ θεοπέμπτῳ τὴν θυσίαν [d] ἀνήλωσε, καὶ τοὺς τῆς αἰσχύνης Προφήτας κατέκρινε, τὸ ἴσον οὐ δυνηθέντας ἐκ τῆς [e] περικλήσεως. ὕτω δὲ καὶ τὴν ἑβδόμην κατασκοπὴν τοῦ νέφους τῷ παιδαρίῳ περιστεταγμένην, Ἐλισαίου τε τὴν [f] ἴσην διάκαμψιν ἐπὶ τὸν παῖδα τῆς [g] Σουναμίτιδος, τὴν πνοὴν [h] ζωπυρίσασαν. τὸ δὲ αὐτὸ, οἶμαι, δόγματος, ἵνα μὴ λέγω τὴν ἑπτάπαυλον καὶ ἑπτάλυχνον τοῦ ναοῦ λυχνίαν, ἐν ἑπτὰ μὲν ἡμέραις ὁ ἱερεὺς τελειούμενος, ἐν ἑπτὰ δὲ ὁ λεπρὸς καθαιρόμενος, ἐν τοσαύταις δὲ ὁ ναὸς ἐγκαινιζόμενος. ἑβδομηκοστῷ δὲ ἔτει ὁ λαὸς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπαναγόμενος, ἵν' ὅπερ ἐστὶν ἐν μονάσι, τοῦτο ἐν δεκάσι γένηται, καὶ ἀριθμῷ [i] τελεωτέρῳ τὸ τῆς ἑβδομάδος τιμηθῇ μυστήριον. τί μοι τὰ πόρρω λέγειν; Ἰησοῦς αὐτὸς, ἡ καθαρὰ τελειότης, οἶδε τρέφειν μὲν ἐν ἐρημίᾳ, καὶ πέντε ἄρτοις πεντακισχιλίους· οἶδε δὲ [k] καὶ ἑπτὰ πάλιν τετρακισχιλίους. καὶ τὰ τοῦ κόρου λείψανα, ἐκεῖ μὲν δώδεκα κόφινοι, ἐνταῦθα δὲ σπυρίδες ἑπτά· οὐδέτερον ἀλόγως, οἶμαι, οὐδὲ ἀναξίως τοῦ Πνεύματος. καὶ σὺ δ' ἂν κατὰ σαυτὸν ἀναλογόμενος, πολλοὺς τηρήσαις ἀριθμοὺς, ἔχοντάς τι τοῦ φαινομένου βαθύτερον. ὃ δὲ τῷ παρόντι καιρῷ χρησιμώτατον, ὅτι κατὰ τούτους ἴσως τοὺς λόγους, ἢ ὅτι [l] ἐγγύτατα τούτων, ἢ καὶ θειοτέρους τινὰς, τιμῶσι μὲν Ἑβραῖοι τὴν Πεντηκοστὴν ἡμέραν, τιμῶμεν δὲ καὶ ἡμεῖς· ὥσπερ [m] ἐστὶ καὶ ἄλλα τινα τῶν Ἑβραϊκῶν, τυπικῶς μὲν [n] παρ' ἐκείνοις τελούμενα, μυστικῶς δὲ ἡμῖν ἀποκαθιστάμενα. τοσαῦτα περὶ τῆς ἡμέρας προδιαλεχθέντες, ἐπὶ τὸ ἑξῆς τοῦ λόγου προϊωμεν.

(a) Ἑβδόμην ἀναστροφήν. *Septenam Eliæ incurvationem.* Non legitur septies se incurvasse Eliam super puerum Sarephtanæ viduæ, ut eum à morte revocaret: ait enim Scriptura, III. Reg. XVII. 21. *Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus.*

(b) Ὥσπερ δὲ μυστικὴν τὴν τριασὴν ἐμφύσησιν. Hæc desunt in pluribus Codd.

(c) Τὸ ζῆν ἐμπνεύσασαν. Jes. τὴν ζωὴν ἐμπνέυσαν.

(d) Ἀνήλωσε. Quatuor Regg. & Jes. ἀνάλωσε.

(e) Περικλήσεως. Reg. bm. περισκλήσεως.

(f) Ἴσην διάκαμψιν. *Æqualis inflexio*, seu, *septenaria incurvatio.* Non ait Scriptura, IV. Reg. IV. 35. Eliseum se septies incurvasse super puerum, sed ait tantùm, *puerum septies oscitasse.*

(g) Σουναμίτιδος. Quatuor Regg. &c. Σωμανίτιδος.

(h) Ζωπυρίσασαν. Novem Colb. Coisl. 1. Or. 1. &c. ζωπυρήσασαν. In nonnullis, ζωπυρίσαντα.

(i) Τελεωτέρῳ. Regg. bm. & ph. τελειοτέρῳ.

(k) Καὶ ἑπτά. Sic Regg. bm. ph. Pass. Savil. &c. Deest καί in Ed.

(l) Ἐγγύτατα. Coisl. 2. & Savil. ἐγγυτάτω.

(m) Ἐστὶ καὶ ἄλλά τινα. Sic plures optimæ notæ Codd. In Ed. ἐστὶ τινα ἃ καὶ ἄλλα.

(n) Παρ' ἐκείνοις. *Apud illos quidem figuratè celebrabantur; à nobis autem, re figuratâ in mysterio exhibitâ, peraguntur.* Sic tres Regg. decem Colb. Pass. &c. In Ed. γὰρ ἐκείνοις. Bill. in prima Ed. *Apud illos quidem figurâ tenus celebratos* (ritus;) *à nobis autem mysticè restitutos & perfectos.* Nicetas: *A nobis autem mysticè & verò restituuntur & perficiuntur. Quo in genere est illorum Circumcisio & noster Baptismus, illorum Pascha, Agnus sensibilis, & nostrum Pascha, Christus.*

ε. Πεντηκοστὴν ἑορτάζομεν, καὶ Πνεύ- A
a ματος [a]ἐπιδημίαν, καὶ προθεσμίαν ἐπαγ-
γελίας, καὶ ἐλπίδος συμπλήρωσιν. καὶ τὸ
b μυστήριον ὅσον· ὡς μέγα τε καὶ [b]σεβάσμιον.
c [c]τὰ μὲν δὴ Σωματικὰ τοῦ Χριστοῦ πέρας
d ἔχει· μᾶλλον δὲ, τὰ τῆς Σωματικῆς [d]ἐνδη-
μίας· οἶκτῳ γὰρ εἰπεῖν τὰ τοῦ Σώματος, ἕως
e ἂν μηδεὶς [e]πείθῃ με λόγος, ὅτι κάλλιον
f ἀπεσκευάσθαι [f]τοῦ Σώματος. τὰ δὲ τοῦ
Πνεύματος ἄρχεται. τίνα δὲ ἦν τὰ τοῦ
Χριστοῦ; παρθένος, γέννησις, φάτνη, B
σπαργάνωσις, Ἄγγελοι δοξάζοντες, ποι-
g μένες προστρέχοντες, [g]ἀστέρος δρόμος,
Μάγων προσκύνησις καὶ δωροφορία, Ἡρῴδου
παιδοφονία, φεύγων Ἰησοῦς εἰς Αἴγυπτον,
ἐπανιὼν ἐξ Αἰγύπτου, περιτεμνόμενος,
βαπτιζόμενος, μαρτυρούμενος ἄνωθεν, πει-
h ραζόμενος, [h]λιθαζόμενος δι' ἡμᾶς, οἷς τύπον
ἔδει δοθῆναι τῆς ὑπὲρ τοῦ λόγου κακο-
παθείας, προδιδόμενος, προσηλούμενος,
θαπτόμενος, ἀνιστάμενος, ἀνερχόμενος, ὧν νῦ C
νῦν πάσχει πολλά· παρὰ μὲν τῶν μισο-
χρίστων, τὰ τῆς ἀτιμίας καὶ φέρει, μακρό-
θυμος γάρ· παρὰ δὲ τῶν φιλοχρίστων, τὰ
τῆς ἐπιτιμίας. καὶ ἀναβάλλεται, ὥσπερ
ἐκείνοις τὴν ὀργὴν, οὕτως ἡμῖν τὴν χρη-
στότητα· τοῖς μὲν ἴσως, μετανοίας δίδους
καιρὸν, ἡμῶν δὲ δοκιμάζων τὸν πόθον,
i εἰ μὴ [i]ἐκκακοῦμεν ἐν ταῖς θλίψεσι καὶ τοῖς
k ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν· [k]ὥσπερ ἄνωθεν
θείας οἰκονομίας λόγος, καὶ τῶν ἀνεφίκτων D
αὐτοῦ κριμάτων, οἷς εὐθύνει Σοφῶς τὰ
ἡμέτερα. τὰ μὲν δὴ Χριστοῦ τοιαῦτα· καὶ
τὰ ἑξῆς ὀψόμεθα ἐνδοξότερα, καὶ ὀφθείη-
μεν. τὰ δὲ τοῦ Πνεύματος, παρέστω μοι
τὸ Πνεῦμα, καὶ δίδοτω λόγον, ὅσον καὶ
l βούλομαι· εἰ δὲ μὴ τοσοῦτον, [l]ἀλλ' ὅσος
γε τῷ καιρῷ σύμμετρος. πάντως δὲ παρέσ-
ται δεσποτικῶς, ἀλλ' οὐ δουλικῶς, οὐδὲ
ἀναμένον ἐπίταγμα, ὥς τινες οἴονται.
m πνεῖ γὰρ ὅπου θέλει, καὶ [m]ἐφ' οὓς
βούλεται, καὶ ἡνίκα, καὶ ὅσον. οὕτως ἡμεῖς
n καὶ νοεῖν καὶ λέγειν ἐμπνεόμεθα [n]περὶ
τοῦ Πνεύματος.

V. Pentecoſten celebramus, ac Spiritûs adventum, & præſtitutum pollicitationi exequendæ diem, ſpeíque impletionem. Ac, bone Deus, quantum eſt hoc myſterium! Quàm magnum & venerandum! Corporea Chriſti finem habent, vel, ut rectiùs dicam, ea, quæ ad corporeum ipſius adventum ſpectabant; vereor enim dicere res ad corpus pertinentes, quoad mihi cujuſdam Oratio perſuaſerit, præclarius eſſe corpus depoſuiſſe. Spiritûs autem actiones initium ſumunt. Quænam porrò ea erant, quæ ad Chriſtum ſpectabant? Virgo, Nativitas, præſepe, incunabula, Angeli divinam gloriam prædicantes, Paſtores accurrentes, ſtellæ curſus, Magorum adoratio, & munerum oblatio, infantium cædes ab Herode patrata, ipſe in Ægyptum fugiens, ex Ægypto rediens, circumciſus, Baptizatus, ſupernum teſtimonium conſecutus, tentatus, lapidibus propter nos impetitus, (utpotè quibus afflictionis pro fide ac recta doctrina ſubeundæ exemplum dari oportebat,) proditus, clavis affixus, ſepultus, vitæ reſtitutus, aſcendens; quorum nunc etiam plurima patitur: ab impiis quidem, ea, quæ ignominiam habent, pro ſua quoque lenitate patienter tolerat: à piis autem & Chriſti amore præditis, ea, quæ cum honore conjuncta ſunt. Atque ut illis iram, eodem modo nobis quoque benignitatem differt; hoc fortaſsè conſilio, ut & illis pœnitentiæ ſpatium concedat, & deſiderium noſtrum exploret; num ſcilicet in calamitatibus & certaminibus pietatis causâ ſuſceptis, animis frangemur: quemadmodùm jam olim divinæ diſpenſationis & imperveſtigabilium ipſius judiciorum, quibus res noſtras ſapienter moderatur, eſt ratio. Atque hujuſmodi quidem ſunt, quæ ad Chriſtum pertinent; & quæ poſteà ſequentur, ſplendidiora conſpiciemus, utinámque & ipſi conſpiciamur. Ad Spiritûs autem myſteria explicanda, Spiritus ipſe mihi adſit, tantámque dicendi facultatem tribuat, quantam cupio: aut ſi non tantam, at certè quæ huic feſti celebritati par ſit. Ac profectò aderit heriliter, non ſerviliter, nec juſſum atque imperium, ut quibuſdam videtur, expectans. Spirat enim ubi vult, & ſuper quos vult, & quandò, & quantùm. Ex divino nobis eſt afflatu, ut ſic de Spiritu ſentiamus & loquamur.

Pentecoſte, myſterium magnum & venerandum.

Spiritûs ſancti auxiliũ implorat Gregorius.

(a) Επιδημίαν Plures optimæ notæ Codd. ἐνδημίαν, *Spiritûs præſentiam.*
(b) Σεβάσμιον. In nonnullis, θαυμάσιον.
(c) Τὰ μὲν δή. Sic Reg. ph. Alii τὰ μὲν ἕν. Deeſt δή in Ed.
(d) Ενδημίας. Sic quatuor Regg. Oxon. &c. In Ed. ἐκδημίας, *diſceſſum.*
(e) Πείθῃ. Duo Colb. πείθει. *Quoad mihi cujuſpiam Oratio perſuaſerit. Nunquam autem perſuadebit*, inquit Nicetas. Hîc Gregorius perſtringit Origenem, qui animas corpore detineri docebat, nec niſi eo exutas nativam aſſequi perfectionem.
(f) Τῆ σώματος. Tres Regg. Coisl. 1. Or. 1. &c. τῷ σώματι.
(g) Ασλέρος. Savil. ἀσλέρων.
(h) Λιθαζόμενος. Sic Codd. Pravè in Ed. λιπαζόμενος.
(i) Εκκακῶμεν. Sic plures Regg. Coisl. 1. Par. In nonnullis, ἐκκακῶμεν. In Ed. ἐκκαμῶμεν, *ſuccumbamus.*
(k) Ωσπερ. Comb. ὥσπερ.
(l) Αλλ'. Deeſt in quinque Regg. Or. 1. & Savil.
(m) Εφ' οὓς. Reg. d. ad marg. ἐφ' ὅσους.
(n) Περί. Sic plerique melioris notæ Codd. In Par. ed. παρά. *Sic nos, Spiritu afflati, & cogitamus & loquimur.*

Mali servi, qui in rerum creatarum ordinem Spiritum sanctum rejiciunt.

VI. Qui Spiritum sanctum in rerum creatarum ordinem dejiciunt, contumelioſi ſunt & mali ſervi, atque adeò malorum peſſimi. Malorum enim ſervorum eſt, imperium rejicere, & adversùs dominationem inſurgere, atque id, quod liberum eſt, in eandem ſecum ſervitutis claſſem redigere. Qui autem Deum eum cenſent, divini profectò viri ſunt, ac ſplendido animo præditi. Qui verò etiam appellant, ſi quidem apud viros probos, ſublimes & excelſi ſunt: ſin autem apud abjectos & humi provolutos, haud ſatis prudenter agunt; utpotè qui luto margaritam, & imbecillæ auri tonitrui ſonum, & Solem infirmis oculis, & lacte adhuc utentibus ſolidum cibum committant; cùm eos paulatim ad ulteriora promovere, atque ad ſublimiora provehere conveniat, lumini lumen largiendo, ac veritati veritatem conciliando. Quocirca nos quoque, perfectiori interim ſermone miſſo facto, (nondùm enim tempus id poſtulat,) ad hunc modum cum ipſis diſſeremus.

Macedonianos alloquitur, qui Spiritum ſanctum, nec increatum, nec temporis expertem credebant.

VII. Si quidem, ô viri, nec increatum, nec temporis expertem Spiritum ſanctum creditis, ſpiritu adverſario haud dubiè afflamini: dabitis enim veniam, ſi zelo commotus, aſperius aliquod verbum extulero. Quod ſi hactenùs ſaltem rectè ſentitis, ac bellè valetis, ut manifeſtam impietatem fugiatis, atque eum, qui nos quoque liberos efficit, à ſervili ordine eximatis, quod ſequitur, unà cum Spiritu ſancto ac nobis, expendite. Vos quippè quadamtenùs ipſius participes eſſe confido, ac jam velut cum noſtris ſimul rem conſiderabo. Aut mihi aliquid, quod inter ſervitutem & dominationem interjectum ſit, date, ut illic Spiritûs dignitatem collocem: aut, cùm ſervitutis nomen fugiatis, non obſcurum erit, quo loco atque ordine id, quod exquiritur, ponetis. At ſyllabas moleſtè fertis, atque ad vocem impingitis, *lapiſque offenſionis & petra ſcandali* hoc vobis efficitur, nec mirum, cùm Chriſtus quoque nonnullis ſcandalo fuerit. Humanus is quidem affectus. Verùm ſpiritualiter inter nos hanc controverſiam tranſigamus: fraternæ potiùs caritatis ſtudium, quàm noſtrî amorem præ nobis feramus. Vim divinitatis ac potentiam nobis date, & nos viciſſim divinitatis vocem vobis concedemus. Naturam aliis vocibus, quibus plus

Iſai. VIII. 14. *Rom.* IX. 33.

Fraternâ caritate cum Hæreticis diſputandum.

A

B

C

D

E

5. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οἱ μὲν εἰς κτίσμα [a] καταγοντες, ὑβρισταὶ, καὶ δοῦλοι a
κακοὶ, καὶ κακῶν κάκιστοι. δούλων γὰρ κακῶν, ἀθετεῖν δεσποτείαν, καὶ ἐπανίστασθαι κυριότητι, καὶ ὁμόδουλον ποιεῖν ἑαυτοῖς τὸ ἐλεύθερον. οἱ δὲ Θεὸν νομίζοντες, ἔνθεοι καὶ λαμπροὶ τὴν διάνοιαν. οἱ δὲ καὶ ὀνομάζοντες, εἰ μὲν εὐγνώμοσιν, ὑψηλοί· εἰ δὲ ταπεινοῖς, οὐκ οἰκονομικοί· πηλῷ μαργαρίτην πιστεύοντες, καὶ ἀκοῇ ζαθρᾷ βροντῆς ἦχον, καὶ ὀφθαλμοῖς ἀσθενεστέροις ἥλιον, καὶ τροφὴν στερεὰν τοῖς ἔτι [b] γάλα ποτιζο- b
μένοις· δέον κατὰ μικρὸν [c] προάγειν αὐτοὺς c
εἰς τὸ ἔμπροσθεν, καὶ προβιβάζειν τοῖς ὑψηλοτέροις, φωτὶ φῶς χαριζομένους, καὶ ἀληθείᾳ προξενοῦντας ἀλήθειαν· διὸ καὶ ἡμεῖς τὸν [d] τελεώτερον τέως ἀφέντες d
λόγον, οὔπω γὰρ καιρὸς, οὕτως αὐτοῖς διαλεξόμεθα.

ζ. Εἰ μὲν οὐδὲ ἄκτιστον, ὦ οὗτοι, ὁμολογεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲ ἄχρονον, τοῦ ἐναντίου πνεύματος ζαφῶς ἡ ἐνέργεια· δότε γὰρ πρὸς ζῆλῳ τι καὶ παρατολμῆσαι μικρόν. εἰ δὲ τοσοῦτον γοῦν ὑγιαίνετε, ὥστε τὴν προδήλον φεύγειν ἀσέβειαν, καὶ τῆς δουλείας ἔξω τιθέναι τὸ καὶ [e] ἡμᾶς ποιοῦν ἐλευθέρους, e
τὸ ἔξῆς αὐτοὶ σκέψασθε, μετὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἡμῶν. πείθομαι γὰρ ποσῶς τούτου μετέχειν ὑμᾶς, καὶ ὡς οἰκείοις ἤδη [f] συνδιασκέψομαι. ἢ δότε μοι f
τὸ μέσον [g] τῆς δουλείας, καὶ τῆς δεσποτείας, ἵν' ἐκεῖ θῶ τὴν ἀξίαν τοῦ Πνεύματος· ἢ τὴν δουλείαν φεύγοντες, οὐκ ἄδηλον, [h] ὅποι τάξετε τὸ ζητούμενον. ἀλλὰ h
ταῖς συλλαβαῖς δυσχεραίνετε, καὶ προσπταίετε τῇ φωνῇ, καὶ λίθος προσκόμματος ὑμῖν τοῦτο γίνεται, καὶ πέτρα σκανδάλου, ἐπεὶ καὶ Χριστὸς τισίν. ἀνθρώπινον τὸ πάθος. συμβῶμεν ἀλλήλοις πνευματικῶς. γενώμεθα φιλάδελφοι μᾶλλον, ἢ φίλαυτοι. δότε τὴν δύναμιν τῆς θεότητος, καὶ [i] δώσομεν ὑμῖν τῆς φωνῆς τὴν i
συγχώρησιν· ὁμολογήσατε τὴν φύσιν ἐν

(a) Κατάγοντες. In nonnullis, καταβάλλοντες. Ita olim legebatur in Regg. bm. & ph. Sed nunc alterâ manu, ut in Editis.

(b) Γάλα ποτιζομένοις. In quibuſdam, γαλακτιζομένοις.

(c) Προάγειν. Sic magno conſenſu Codices. In Ed. πρωτάγειν.

(d) Τελεώτερον τέως. Sic quinque Regg. ſex Colb. Or. 1. & Paſſ. Deeſt τέως in Ed.

(e) Ἡμᾶς. Sic Nicetas. Sic etiam legit Billius. In Ed. ὑμᾶς.

(f) Συνδιασκέψομαι. Sic Regg. bm. ph. Savil. &c. Comb. συνδιακεψόμεθα. In Ed. συνδιακέψωμαι.

(g) Τῆς δουλείας. Deeſt τῆς, ſicut & mox ante δεσποτείας, in pluribus Regg.

(h) Ὅποι τάξετε τὸ ζητούμενον. Sav. ὅπη. Deeſt τό in Coisl. 1. *Quod quæritur*, nempè *Spiritus*, de quo quæſtio eſt.

(i) Δώσομεν ὑμῖν &c. *Dabimus vobis vocis veniam; nequaquàm*, ut ait Nicetas, *eam à vobis exigentes.*

ἄλλαις

[a] ἄλλαις φωναῖς, [a] αἷς αἰδεῖσθε μᾶλλον· καὶ
[b] ὡς ἀσθενεῖς ὑμᾶς [b] ἰατρεύσομεν· ἔστιν ἃ καὶ
τῶν πρὸς ἡδονὴν παρακλέψαντες. αἰσχρὸν
μὲν γὰρ, αἰσχρὸν, καὶ ἰκανῶς ἄλογον,
[c] [c] κατὰ ψυχὴν ἐῤῥωμένους, μικρολογεῖσθαι
περὶ τὸν ἦχον, καὶ κρύπτειν τὸν θησαυρὸν,
[d] ὥσπερ ἄλλοις βασκαίνοντας, [d] ἢ μὴ καὶ
τὴν γλῶσαν ἁγιάσητε δεδοικότας· αἴσχιον
δὲ ἡμῖν ὃ ἐγκαλοῦμεν παθεῖν, καὶ μικρο-
λογίαν καταγινώσκοντας, αὐτοὺς μικρολο-
γεῖσθαι περὶ τὰ γράμματα.

η. Μιᾶς θεότητος, ὦ οὗτοι, τὴν Τριάδα
ὁμολογήσατε, εἰ δὲ βούλεσθε, μιᾶς
φύσεως· καὶ τὴν Θεὸς φωνὴν παρὰ τοῦ
Πνεύματος ὑμῖν αἰτήσομεν. δώσει γὰρ, εὖ
οἶδα, ὁ τὸ πρῶτον δοὺς, καὶ τὸ δεύτερον,
καὶ μάλιστα, εἰ δειλία τις εἴη πνευ-
[e] ματικὴ, [e] καὶ μὴ ἔνστασις διαβολικὴ,
τὸ μαχόμενον. ἔτι σαφέστερον εἶπω καὶ
[f] συντομώτερον· μήτε [f] ὑμεῖς ἡμᾶς εὐθύνητε
τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς· φθόνος γὰρ οὐδεὶς
ἀναβάσεως· οὔτε ἡμεῖς τὴν ἐφικτὴν τέως
[g] ὑμῖν [g] ἐγκαλέσομεν, ἕως ἂν καὶ δι' ἄλλης
ὁδοῦ πρὸς τὸ αὐτὸ φέρησθε καταγώγιον.
οὐ γὰρ νικῆσαι ζητοῦμεν, ἀλλὰ προσλα-
βεῖν ἀδελφοὺς, ὧν τῷ χωρισμῷ σπαραττό-
μεθα. ταῦτα ὑμῖν, παρ' οἷς τι καὶ ζωτικὸν
εὑρίσκομεν, τοῖς περὶ τὸν Υἱὸν ὑγιαίνουσιν·
ὧν τὸν βίον θαυμάζοντες, οὐκ ἐπαινοῦμεν
[h] [h] πάντῃ τὸν λόγον· οἱ τὰ τοῦ Πνεύματος
ἔχοντες, καὶ τὸ Πνεῦμα προσλάβετε, ἵνα
μὴ ἀθλῆτε μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίμως,
ἐξ οὗ καὶ ὁ στέφανος. οὗτος ὑμῖν δοθείη
τῆς πολιτείας μισθὸς, ὁμολογῆσαι τὸ
Πνεῦμα τελείως, καὶ κηρύξαι σὺν ἡμῖν τε
καὶ πρὸ ἡμῶν ὅσον ἄξιον. τολμῶ τι καὶ
μεῖζον ὑπὲρ ὑμῶν, τὸ τοῦ Ἀποστόλου
φθέγξασθαι. τοσοῦτον ὑμῶν περιέχομαι,
[i] καὶ [i] τοσοῦτον ὑμῶν αἰδοῦμαι τὴν εὔκοσμον
ταύτην στολὴν, καὶ τὸ χρῶμα τῆς ἐγκρα-
τείας, καὶ τὰ ἱερὰ ταῦτα συστήματα, καὶ
τὴν σεμνὴν παρθενίαν καὶ κάθαρσιν, καὶ
τὴν πάννυχον ψαλμῳδίαν, καὶ τὸ φιλό-
πτωχον, καὶ φιλάδελφον, καὶ φιλόξενον,
ὥστε καὶ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ, καὶ

A tribuitis, confiteamini; ac vos, ut infirmos curabimus, nonnulla vobis grata & jucunda suffurantes. Etenim turpe quidem illud est, turpe, inquam, ac perabsurdum, cùm animo valeatis, circa vocis sonum jejunos & minutos vos præbere, ac thesaurum occultare, quasi aliis eum invidentes, aut metuentes, ne linguam quoque vestram sanctificetis; turpius autem nobis est, eodem vitio teneri, quod vobis objicimus, atque, cùm vestram de minutis rebus contentionem damnemus, minutè B etiam de litteris disputare.

Turpe est, abjectis rebus, de vocibus contendere.

VIII. Trinitatem, ô Viri, unius Deitatis esse fateamini, aut, si magis placet unius naturæ; atque hanc vocem, *Deus*, à Spiritu vobis postulabimus. Dabit enim profectò secundum, qui primum dedit, idque potissimùm, si id de quo pugnatur, spiritualis quædam timiditas fuerit, non autem diabolica contentio. Atque, ut apertiùs & compendiosiùs loquar, sic inter nos agamus, ut nec vos, sublimioris vocis causâ, nos in crimen vocetis; (nec enim invidiâ C & reprehensione premi debet hujusmodi ascensus;) nec nos vicissim eam vocem, cujus modò capaces estis, vobis objiciemus, quandiù alio itinere ad idem hospitium feremini. Non enim victoriam ambimus, sed, ut fratres, quorum disjunctione cruciamur, ad nos redeant, laboramus. Atque hæc ad vos dicta sint, apud quos vitale quidpiam reperimus, quippè qui sanè atque integrè de Filio sentiatis; quorum, cùm vitam mirificè probemus, doctrinam tamen non omni ex parte laudamus; qui cùm ea, quæ sunt Spiritûs, habeatis, Spiritum quoque insuper assumite, D ut non solùm certetis, sed etiam legitimè, cùm hinc quoque coronæ decus comparetur. Hoc vobis morum & vitæ præmium detur, ut Spiritum plenè perfectèque confiteamini, ac nobiscum, imò etiam ante nos, quantùm æquum est, prædicetis. Atque etiam majus quiddam vestrâ causâ dicere, illúdque Apostoli proloqui non dubitabo. Adeò vos amplector atque exosculor; adeò concinnam hanc vestram & compositam vestem revereor, & contractum ex continentia colorem, & sacros hos cœtus, & E venerandam virginitatem ac purgationem, & noctes, quas in Psalmorum cantione insomnes transigitis, & propensum in pauperes, & fratres, & hospites studium atque amorem, *ut anathema* etiam *à Christo*

Benignè cum Macedonianis controversiam init Gregorius.

Macedonianorum vitæ genus, abstinentiam aliasque virtutes laudat Gregorius.

Pro eorum salute anathema esse desiderat.

Rom. IX. 3.

(*a*) Αἷς αἰδεῖσθε μᾶλλον. *Quibus plus tribuitis*; id est, inquit Nicetas, *quas magis honoratis ac veneramini.*

(*b*) Ἰατρεύσομεν. *Curabimus*, more Medicorum, qui dulcia quædam indulgent, ut ægri medicamina admittant, nonnulla etiam grata furtim elargientes.

(*c*) Κατὰ ψυχὴν ἐῤῥωμένους. Bill. *Cùm animo optimè valeatis.* Non certè *optimè* animo valebant quos alloquitur Gregorius.

(*d*) Ἢ μή. Sav. εἰ μή. Mox, δεδοικότας. Sic Codd. In Par. ed. δεδοικότα.

(*e*) Καὶ μή. Sic plures Regg. & Colb. Or. I. &c. In Ed. ἀλλὰ μή.

(*f*) Ὑμεῖς. Deest in pluribus Regg. & Colb. in Coisl. I. Or. I. &c.

(*g*) Ἐγκαλέσομεν. Reg. bm. ἐγκαλέσωμεν.

(*h*) Πάντῃ. Deest in Regg. bm. ph. &c.

(*i*) Τοσοῦτον ὑμῶν αἰδοῦμαι. Macedonianos hîc alloquitur, qui reverà, licèt de Spiritu sancto non rectè sentirent, plurima tamen modestiæ, abstinentiæ, caritatis aliarumque virtutum exempla dabant.

esse, ac nonnihil, ut damnatus, perpeti non recusem; modò nobiscum adjungamini, communibúsque animis Trinitatem celebremus. Nam quid de aliis dicam, perspicuè mortuis, (quos ad vitam revocare, Christi solius est, qui suâ potentiâ mortuos vivificat,) qui loco malè atque improbè distrahuntur, cùm doctrinæ vinculo constricti sint, tantúmque inter se contendunt, quantùm distorti oculi, unam eandémque rem cernentes, ac non obtutu, sed situ duntaxat inter se dissidentes; si tamen illis distortio & perversitas, non autem cæcitas objicienda est? Postquam autem ad vos utcunque disserui, agedum, ad Spiritum jam ipsum redeamus; ac vos jam, ut opinor, dicentem sequemini.

A παθεῖν τι, ὡς κατάκριτος, δέχομαι· μόνον εἰ σταίητε μεθ' ἡμῶν, καὶ κοινῇ τὴν Τριάδα δοξάσαιμεν. περὶ γὰρ τῶν ἄλλων, τί χρὴ [a] καὶ λέγειν, ζαφῶς τεθνηκότων, οὓς Χρισ- a
τοῦ [b] μόνου ἐγεῖραι, τοῦ ζωοποιοῦντος [c] τοὺς b c
νεκροὺς κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν, [d] οἳ κακῶς d
τῷ τόπῳ χωρίζονται, τῷ λόγῳ συνδεδε-
μένοι, καὶ τοσοῦτον πρὸς ἀλλήλους ζυγομα-
χοῦσιν, ὅσον ὀφθαλμοὶ δίστροφοι, τὸ ἓν
B βλέποντες, καὶ οὐ τῇ ὄψει, τῇ θέσει δὲ
στασιάζοντες· εἴ γε καὶ δίστροφὴν αὐτοῖς
ἐγκλητέον, ἀλλὰ μὴ τύφλωσιν; ἐπεὶ δὲ
μετρίως ἐθέμην τὰ πρὸς ὑμᾶς, φέρε, καὶ
πρὸς τὸ Πνεῦμα πάλιν ἐπανέλθωμεν· οἶμαι
δὲ καὶ ὑμεῖς ἤδη συνέψεσθε.

Probatur Spiritûs sancti æternitas.

IX. Spiritus sanctus semper quidem erat, & est, & erit, nec ullo ortu generatus, nec finem habiturus, sed semper cum Patre & Filio conjunctus, atque connumeratus: nec enim conveniebat, ut vel Pater Filio, vel Filius Spiritu sancto unquam careret. Nam alioqui maximum di-
C vinitati dedecus conflaretur, ut quæ ad perfectionem tanquam ex pœnitentia veniisset. Erat igitur semper perceptibilis, non particeps; perficiens, non ab alio perfectus; explens, non expletus; sanctificans, non sanctificatus; deificans, non deificatus: ipse semper, & secum, & cum iis, quibus adjunctus est, idem & æqualis; invisibilis, temporis expers, nullo loco inclusus, immutabilis; qualitate, quantitate, formâ & tactu carens, seipsum movens, ac sempiternum motum habens, arbitrii liber, per se potens, omnipotens; (tametsi ad primam causam, ut omnia ea
D

Spiritus sanctus, lux, & lucis largitor; bonitas, & fons bonitatis.

quæ Unigeniti sunt, ita etiam quæ Spiritûs sancti sunt, referantur;) vita, & vivificans; lux, & lucis largitor; bonitas ipsa, & fons bonitatis; Spiritus rectus, principalis, dominus, mittens, segregans, templum sibi extruens, viam præmonstrans, arbitratu suo operans, gratiásque dividens; Spiritus
Isai. XI. 12. adoptionis, veritatis, *sapientiæ*, *intellectûs*, *scientiæ*, *pietatis*, *consilii*, *fortitudinis*, *timoris*, quemadmodùm numerantur; per quem Pater cognoscitur, & Filius
E glorificatur, & à quibus solis ipse cognoscitur, una classis, unus cultus, una adoratio, potentia, perfectio, sanctitas. Quid pluribus verbis opus est? Omnia, quæcunque Pater habet, sunt Filii, præter-

θ. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν μὲν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε παυσόμενον, ἀλλ' ἀεὶ Πατρὶ καὶ Υἱῷ [e] συν- e
τεταγμένον, καὶ συναριθμούμενον· οὐδὲ γὰρ ἔπρεπεν ἐλλείπειν ποτὲ, ἢ Υἱὸν Πατρὶ, ἢ Πνεῦμα Υἱῷ. τῷ μεγίστῳ γὰρ ἂν ἦν ἄδοξος ἡ θεότης, ὥσπερ ἐκ μεταμελείας ἐλθοῦσα εἰς συμπλήρωσιν τελειότητος. ἦν οὖν ἀεὶ μεταληπτὸν, οὐ μεταληπτικόν· τελειοῦν, οὐ τελειούμενον· πληροῦν, οὐ πληρούμενον· ἁγιάζον, οὐχ ἁγιαζόμενον· θεοῦν, οὐ θεούμενον· αὐτὸ ἑαυτῷ ταυτὸν ἀεὶ, καὶ οἷς συντέτακται· ἀόρατον, ἄχρονον, ἀχώρητον, ἀναλλοίωτον, ἄποιον, ἄποσον, ἀνείδεον, ἀναφὲς, αὐτοκίνητον, ἀεικίνητον, αὐτε-
D ξούσιον, αὐτοδύναμον, παντοδύναμον· εἰ καὶ πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν, ὥσπερ τὰ τοῦ μονογενοῦς ἅπαντα, οὕτω δὴ καὶ τὰ τοῦ Πνεύματος ἀναπέμπεται· ζωὴ, καὶ ζωοποιόν· φῶς, ἡ χορηγὸν φωτός· αὐτοάγαθον, καὶ πηγὴ ἀγαθότητος· Πνεῦμα εὐθὲς, ἡγεμονικὸν, κύριον, ἀποστέλλον, ἀφορίζον, ναοποιοῦν ἑαυτῷ, ὁδηγοῦν, ἐνεργοῦν ὡς βούλεται, διαιροῦν χαρίσματα· Πνεῦμα υἱοθεσίας, ἀληθείας, σοφίας,
E συνέσεως, γνώσεως, εὐσεβείας, βουλῆς, ἰσχύος, φόβου, [f] τῶν ἀπηριθμημένων· δι' f
οὗ Πατὴρ [g] γινώσκεται, καὶ Υἱὸς δοξάζε- g
ται, καὶ παρ' ὧν μόνων γινώσκεται, μία σύνταξις, λατρεία μία, προσκύνησις,

(*a*) Καὶ. Deest in Regg. bm. ph.

(*b*) Μόνου. Sic Regg. bm. ph. aliique plures. In Ed. μόνον.

(*c*) Τοὺς νεκρούς. Sic quatuor Regg. quatuor Colb. Or. 1. Pass. Deest τοὺς in Ed.

(*d*) Οἳ κακῶς &c. Ruff. *Qui malè loco discedunt, cùm perfidiâ consonent.*

(*e*) Συντεταγμένον. Regg. b. c. Cypr. & Par. addunt καὶ συνημμένον. *Quibuscum ejusdem est ordinis, iisque conjunctus & connumeratus.*

(*f*) Τῶν ἀπηριθμημένων. Nicetas addit, παρὰ τῷ Ησαΐᾳ. *Qui apud Isaiam numerati sunt.* Sic passim loquuntur Patres. Minùs rectè Billius: *Quemadmodùm superiùs commemoravimus.* Nihil enim superiùs commemoratum est. Gregorius refert quæ de Christo vaticinans Isaias enumeravit, nempè, & *requievit super eum Spiritus sapientiæ* &c.

(*g*) Γινώσκεται. Tres Colb. & Pass. γνωρίζεται.

δύναμις, τελειότης, ἁγιασμός. τί μοι μακρολογεῖν; πάντα ὅσα ὁ Πατὴρ, τοῦ
a Υἱοῦ, πλὴν [a] τῆς ἀγεννησίας. πάντα ὅσα ὁ Υἱὸς, τοῦ Πνεύματος, πλὴν τῆς γεννήσεως. ταῦτα δὲ οὐκ οὐσίας ἀφορίζει, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, περὶ οὐσίαν δὲ ἀφορίζεται.

b ι. Ὠδίνεις [b] τὰς ἀντιθέσεις; ἐγὼ δὲ τοῦ λόγου τὸν δρόμον. τίμησον τὴν ἡμέραν τοῦ Πνεύματος· ἐπίσχες μικρὸν τὴν γλῶτταν, εἰ δυνατόν. περὶ ἄλλων γλωσσῶν ὁ λόγος· ταύτας αἰδέσθητι, ἢ φοβήθητι, μετὰ πυρὸς
d c [c] ὁρωμένας. σήμερον [d] δογματίσωμεν, αὔριον τεχνολογήσωμεν. σήμερον ἑορτάσωμεν, αὔριον ἀσχημονήσωμεν. ταῦτα μυστικῶς, ἐκεῖνα θεατρικῶς· ταῦτα ταῖς Ἐκκλησίαις, ἐκεῖνα ταῖς ἀγοραῖς· ταῦτα τοῖς νήφουσιν, ἐκεῖνα τοῖς μεθύουσιν· ταῦτα σπουδαζόντων, ἐκεῖνα παιζόντων κατὰ τοῦ Πνεύματος. ἐπεὶ δὲ ἀπεσκευασάμεθα τὸ ἀλλότριον, φέρε,
e [e] καταρτίσωμεν τὸ ἡμέτερον.

ια. Τοῦτο ἐνήργει, πρῶτον μὲν ἐν ταῖς
f Ἀγγελικαῖς καὶ [f] οὐρανίοις δυνάμεσι, καὶ ὅσαι πρῶταί μετὰ Θεὸν, καὶ περὶ Θεόν. οὐ γὰρ ἄλλοθεν αὐταῖς ἡ τελείωσις καὶ ἡ ἔλλαμψις, καὶ τὸ πρὸς κακίαν δυσκίνητον, ἢ ἀκίνητον, ἢ παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἔπειτα ἐν τοῖς πατράσι, καὶ ἐν τοῖς Προφήταις, ὧν οἱ μὲν ἐφαντάσθησαν Θεὸν, ἢ ἔγνωσαν, οἱ δὲ καὶ τὸ μέλλον προέγνωσαν τυπούμενοι τῷ Πνεύματι τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ ὡς παροῦσι συνόντες τοῖς ἐσομένοις. τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις. ἔπειτα ἐν τοῖς Χριστοῦ μαθηταῖς· ἐῶ γὰρ Χριστὸν εἰπεῖν, ᾧ παρῆν, οὐχ ὡς ἐνεργοῦν, ἀλλ' ὡς ὁμοτίμῳ συμπαρομαρτοῦν· καὶ τούτοις τριασῶς, καθ' ὅσον οἷοί τε ἦσαν χωρεῖν, καὶ κατὰ καιροὺς τρεῖς· πρὶν δοξασθῆναι Χριστὸν τῷ πάθει· μετὰ τὸ
g δοξασθῆναι [g] τῇ ἀναστάσει· μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν, ἢ ἀποκατάστασιν, ἢ ὅ τι χρὴ λέγειν. δηλοῖ δὲ ἡ πρώτη τῶν νόσων, καὶ ἡ τῶν πνευμάτων κάθαρσις, οὐκ ἄνευ Πνεύματος δηλαδὴ γενομένη· καὶ τὸ μετὰ τὴν οἰκονομίαν ἐμφύσημα, ζαφῶς ὂν ἔμπνευ-

quàm quòd ingenitus non eſt. Omnia quæcunque Filius, Spiritûs ſancti ſunt, ſi generationem exceperis. Hæc porrò ſubſtantiam non ſecernunt, ut quidem ipſe ſentio, verùm circa ſubſtantiam ſecernuntur.

X. Parturis objectiones? At ego Orationis curſum. Diem Spiritui ſacrum honori habe; linguam paululùm, ſi fieri poteſt, comprime. De aliis linguis ſermo nobis inſtitutus eſt; has venerare, aut metue, utpotè quæ cum igne appareant. Hodiè doceamus; cras argutè & artificiosè diſſeremus. Hodiè feſtum agamus; cras inhoneſtè & indecorè nos geremus. Hæc myſticè, illa theatricè; hæc Eccleſiis, illa foro; hæc ſobriis, illa temulentis; hæc ſeriò agentium ſunt, illa adversùs Spiritum ludentium. Poſteaquàm autem aliena ſubmovimus, age, noſtra componamus.

Honorandus Spiritus ſanctus, ac dies ipſi conſecratus.

XI. Primùm igitur Spiritus ſanctus in Angelicis, & cœleſtibus Virtutibus, iíſque, quæ poſt Deum primæ ſunt, eúmque circumſtant, vim ſuam exercebat. Neque enim aliundè perfectionem & ſplendorem habent, ídque prætereà, ut ad malum ægrè, vel nullo prorsùs modo moveri queant, quàm à Spiritu ſancto. Deindè in Patribus & Prophetis, quorum alii Deum per imaginem viderunt, aut cognoverunt, alii autem etiam res futuras præſciverunt, impreſſam nimirùm per Spiritum ſanctum principem animi partem habentes, & cum futuris tanquam cum præſentibus verſantes. Hujuſmodi quippè Spiritûs vis ac potentia eſt. Tum in Chriſti Diſcipulis; (Chriſtum enim prætermitto, cui aderat, non ut operans, ſed ut æqualem comitans;) iíſque trifariam, prout ipſorum captus ferebat, tribúſque temporibus: nempè, antequam Chriſtus per Paſſionem glorificatus eſſet: poſtquam per Reſurrectionem glorificatus fuit: ac denique poſt ejus ad cœlos Aſcenſionem, ſive reſtitutionem, ſive quocunque alio nomine res ea ſit appellanda. Hoc autem perſpicuè oſtendit, tum prima illa morborum ſpirituúmque depulſo, quæ ſcilicet non abſque Spiritûs numine fiebat; tum illa poſt confectum ſalutis noſ-

Angelicæ Virtutes à Spiritu ſancto perfectionem acſplendorem accipiunt.

Patriarchæ & Prophetæ per Spiritum ſanctũ Deum agnoverunt.

Triplex in Apoſtolis Spiritûs ſancti operatio.

Spiritus ſanctus Dæmonia & morbos depellit.

(a) Τῆς. Deeſt in pleriſque Codd. tum ante ἀγεννησίας, tum ante γεννήσεως.

(b) Τὰς ἀντιθέσεις. Bill. ad marg. ἀντιλογίας, *refutationes.*

(c) Ὁρωμένας. Unus Colb. ὁρμωμένας. *Utpotè cum igne prolapſas.* Bill. *Ut quæ conſpiciantur.*

(d) Δογματίσωμεν. Billius in prima Ed. *Hodiè fidei dogmata proponamus.* Id eſt, ut exponit Nicetas, *fideliter doctrinâ de Spiritu ſancto, quam Scriptura nobis offert, utamur; cras autem artificiosè diſſeremus, & ab honeſto & decoro recedemus; id eſt, argutè & ſophiſticè, & ex dialecticæ artis legibus & methodo diſputationem inſtituemus.* Addit Nicetas: *Hæc verba, doceamus & feſtum agamus, conſulendi animo dicuntur; hæc autem,* artificiosè diſſeremus & ab honeſto & decoro recedemus, *ſunt ironicè loquentis, atque hujuſmodi res averſantis. Undè & turpitudinem & temulentiam eas vocat, atque ad forum & theatra rejicit.*

(e) Καταρτίσωμεν. *Componamus.* Sic magno conſenſu Codd. In Ed. καταρτύσωμεν, *inſtruamus.*

(f) Οὐρανίοις. Regg. bm. ph. Or. 1. Savil. οὐρανίαις.

(g) Τῇ ἀναστάσει. Sic plures Regg. novem Colb. Coisl. 1. &c. Deeſt τῇ in Ed.

træ negotium insufflatio, quæ divinioris A proculdubiò inspirationis specimen habebat; tum postremò præsens hæc ignearum linguarum divisio, quam etiam solemni festo celebramus. Verùm primò quidem, obscurè; deindè, expressiùs; nunc verò, perfectiùs, utpotè qui non jam operatione solâ præsens sit, ut priùs, sed essentiali, ut sic loquar, modo adsit, simúlque versetur. Nam cùm Filius corpoream nobiscum consuetudinem habuisset, Spiritum quoque corporeo modo cerni conveniebat; & cùm Christus ad sese reversus esset, B eum ad nos descendere, & quidem ita, ut &, tanquam Dominus, veniret, &, tanquam Deo nequaquàm oppositus, mitteretur. Etenim hujusmodi voces non minùs concordiam declarant, quàm naturam distrahunt.

σις θειοτέρα· καὶ ὁ νῦν μερισμὸς τῶν πυρίνων γλωσσῶν, [a] ὃ καὶ πανηγυρίζομεν. ἀλλὰ τὸ a
μὲν πρῶτον, ἀμυδρῶς· τὸ δὲ δεύτερον, ἐκτυπώτερον· τὸ δὲ νῦν, τελεώτερον, οὐκ ἔτι ἐνεργείᾳ παρὸν, [b] ὡς πρότερον, οὐσιωδῶς b
δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, συγγινόμενόν τε καὶ συμπολιτευόμενον. ἔπρεπε γὰρ, Υἱοῦ Ϛωματικῶς ἡμῖν ὁμιλήσαντος, καὶ αὐτὸ φανῆναι Ϛωματικῶς· καὶ Χριστοῦ πρὸς ἑαυτὸν ἐπανελθόντος, ἐκεῖνο πρὸς ἡμᾶς κατελθεῖν· ἐρχόμενον μὲν ὡς Κύριον, πεμπόμενον δὲ ὡς οὐκ ἀντίθεον. αἱ γὰρ τοιαῦται φωναὶ οὐχ ἧττον τὴν ὁμόνοιαν δηλοῦσιν, ἢ [c] φύσεις χωρίζουσιν. c

Cur Spiritus sanctus in igneis ac dispertitis linguis, & in cœnaculo apparuerit.

XII. Idcircò, post Christum quidem accedit, ne Paracletus nobis desit: *Alius* autem, ut tu honoris æqualitatem cogites. Quod enim ait, *Alius*, alium, qualis ego sum, constituit. Hoc porrò nomen parem imperii gradum indicat, C non ignominiam. Vox enim, *Alius*, non de alienis, sed de iis, quorum eadem substantia est, usurpatur. Jam verò in *linguis* apparet, propter cognationem eam, quam cum Verbo habet. Cur autem in *linguis igneis?* Utrùm propter purgationem; (ignis autem purgantis Scriptura meminit, quemadmodùm cuivis discere promptum est;) an verò propter essentiam? Deus enim noster *ignis est*, & quidem ignis improbitatem absumens, discrucieris rursùm licèt propter Consubstantialem in angustias redactus. Atque in *dispertitis* quidem *linguis* apparet, ob Gratiarum diversitatem; *sedentibus* autem, propter regiæ dignitatis excellentiam, ejúsque super Sanctos requiem; quandoquidem D Deus quoque pro throno *Cherubinos* habet. In *cœnaculo* verò, (nisi fortè curiosiùs, quàm par sit, ista persequi videor,) propter eorum, qui accepturi sunt, ascensionem, atque à terra subvectionem: nam & cœnacula quædam *divinis aquis*, à quibus Dei quoque laudes celebrantur, tegi audivimus. E Atque ipse Jesus, cùm sublimioribus rebus Discipulos initiaret, mysterium ipsis *in cœnaculo* impertit, ut illud indicetur, & Deum ad nos descendere oportere, quemadmodùm *olim in Moyse* contigisse scimus, & nos ad eum ascendere, sicque Deum cum hominibus consortium inire,

ιϐ. Διὰ τοῦτο, μετὰ Χριστὸν μὲν, ἵνα παράκλητος ἡμῖν μὴ λείπῃ· ἄλλος δὲ, ἵνα σὺ τὴν [d] ὁμοτιμίαν ἐνθυμηθῇς. τὸ γὰρ, d
ἄλλος, [e] ἄλλος οἷος ἐγὼ, καθίσταται. τοῦτο e
δὲ συνδεσμωτείας, ἀλλ' οὐκ ἀτιμίας ὄνομα. τὸ γὰρ, ἄλλος, οὐκ ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων οἶδα λεγόμενον. ἐν γλώσσαις δὲ, διὰ τὴν πρὸς τὸν Λόγον οἰκείωσιν. πυρίναις δὲ, ζητῶ πότερον διὰ τὴν κάθαρσιν· οἶδε γὰρ ὁ λόγος ἡμῶν καὶ πῦρ καθαρτήριον, ὡς [f] πανταχόθεν βουλο- f
μένοις ὑπάρχει μαθεῖν· ἢ διὰ τὴν οὐσίαν. πῦρ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πῦρ κατανα-
λίσκον τὴν μοχθηρίαν, κἂν πάλιν ἀγανακ-
τῇς τῷ ὁμοουσίῳ στενοχωρούμενος. μεριζο-
μέναις δὲ, διὰ τὸ τῶν χαρισμάτων διά-
φορον· καθεζομέναις δὲ, διὰ τὸ βασι-
λικὸν, καὶ τὴν [g] ἐν τοῖς ἁγίοις ἀνάπαυσιν· g
ἐπεὶ καὶ Θεοῦ θρόνος τὰ Χερουβίμ. ἐν
ὑπερῴῳ δὲ, εἰ μή τῳ περιεργότερος εἶναι
δοκῶ τοῦ δέοντος, διὰ τὴν ἀνάβασιν τῶν
δεξομένων, καὶ τὴν χαμόθεν ἔπαρσιν· ἐπεὶ
καὶ ὕδασι θείοις ὑπερῶά τινα στεγάζεται,
δι' ὧν ὑμνεῖται Θεός. καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς ἐν
ὑπερῴῳ τοῦ μυστηρίου κοινωνεῖ τοῖς τὰ
ὑψηλότερα τελουμένοις, ἵνα ἐκεῖνο παρα-
δειχθῇ, ὅτι τὸ μέν τι καταβῆναι δεῖ Θεὸν
πρὸς ἡμᾶς, ὃ καὶ πρότερον ἐπὶ Μωϋσέως
οἶδα γενόμενον, τὸ δὲ ἡμᾶς ἀναβῆναι, [h] καὶ h
οὕτω γενέσθαι κοινωνίαν Θεοῦ πρὸς ἀν-

Act. II. 3. & seqq.

Deut. IV. 24.

Isai. XXXVII. 16.

Act. I. 13.

II. Reg. XVIII. 33.

Act. IX. 37. & seqq.

Luc. XXII. 22. & seqq.

Exod. III. 2.

(a) Ο καὶ πανηγυρίζομεν. Or. 1. ᾧ καὶ πανηγυρίζομεν. *Cui etiam festum diem consecramus.*

(b) Ως. Pass. addit τό.

(c) Φύσεις. Sic plures Regg. octo Colb. Coisl. 2. &c. In Ed. φύσιν.

(d) Ομοτιμίαν. Quinque Regg. decem Colb. &c. ἰσοτιμίαν.

(e) Αλλος οἷος. *Alium, qualis ego sum.* Sic Coisl. 1. Nicet. & Comb. Deest οἷος in Ed.

(f) Πανταχόθεν. Regg. bm. ph. decem Colb. &c. πολλαχόθεν.

(g) Εν τοῖς. Reg. ph. & sex Colb. ἐπὶ τοῖς.

(h) Καὶ ὕστερον γενέσθαι &c. Nicet. συγκιρνωμένην τῇ θείᾳ ἀξιώματος τῇ ἰδιότητι, *divinâ majestate se nostræ vilitati commiscente.* Non benè Billius: *sicque inter Deum & homines consortium iniri, utriusque videlicet dignitate inter se commixtâ;* quasi aliqua esset hominis dignitas cum Deo collata.

ἀνθρώπους,

ἀνθρώπους, τῆς ἀξίας συγκιρναμένης. ἕως δ' ἂν ἑκάτερον ἐπὶ τῆς ἰδίας μένῃ, τὸ μὲν
a [a] περιοπῆς, τὸ δὲ ταπεινώσεως, ἄμικτος ἡ ἀγαθότης, καὶ τὸ φιλάνθρωπον ἀκοινώνητον·
b καὶ [b] χάσμα ἐν μέσῳ μέγα καὶ ἀδιάβατον, οὐ τὸν πλούσιον τοῦ Λαζάρου μόνον, καὶ τῶν ὀρεκτῶν Αβραὰμ κόλπων διεῖργον, τὴν
c δὲ [c] γενητὴν φύσιν καὶ ῥέουσαν, τῆς ἀγενήτου καὶ ἑστηκυίας.

A dignitate commixtâ. Quandiù autem uterque in propriis manserit, Deus scilicet in sua specula, & homo in humilitate sua, nec bonitas miscebitur, nec benignitas communicabitur; sed *erit magnum & inextricabile Chaos interjectum*, non modò Divitem à Lazaro, & expetendo illo Abrahæ sinu dirimens, verùm etiam procreatam & fluxam atque caducam naturam, ab increata & stabili. *Luc.* XVI. 26.

ιγ. Τοῦτο ἐκηρύχθη μὲν ὑπὸ τῶν Προ-
e d φητῶν, [d] ὡς ἐν τῷ· Πνεῦμα Κυρίου [e] ἐπ' B
ἐμέ· καὶ, ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ
f Πνεύματα. καὶ, κατέβη [f] Πνεῦμα Κυρίου, καὶ ὡδήγησεν αὐτούς· καὶ, Πνεῦμα ἐπιστήμης ἐμπλήσαν Βεσελεὴλ τὸν ἀρχιτέκτονα τῆς σκηνῆς· καὶ, Πνεῦμα παροξυνόμενον· καὶ, Πνεῦμα ἐξῆραν Ηλίαν ἐν ἅρματι, καὶ ζητηθὲν παρὰ Ελισαίου διπλάσιον· καὶ, Πνεύματι ἀγαθῷ καὶ ἡγεμονικῷ Δαβὶδ ὁδηγούμενός τε καὶ στηριζόμενος. ἐπηγγέλθη δὲ, ὑπὸ μὲν Ιωὴλ πρότερον· καὶ ἔσται ἐν C
ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, λέγοντος· ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα,
g δηλαδὴ τὴν [g] πιστεύουσαν, καὶ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς· ὑπὸ δὲ Ιησοῦ καὶ ὕστερον, δοξαζομένου τε καὶ ἀντιδοξάζοντος, ὡς τὸν Πατέρα, καὶ ὑπὸ τοῦ Πατρός. καὶ ἡ ἐπαγ-
h γελία, ὡς δαψιλὴς, [h] συνδιαιωνίζειν καὶ συμ-
i παραμενεῖν, εἴτ' οὖν νῦν τοῖς [i] κατὰ καιρὸν ἀξίοις, εἴτε ὕστερον τοῖς τῶν ἐκείσε ἀξιου- D
μένοις, ὅταν ὁλόκληρον αὐτὸ τῇ πολιτείᾳ φυλάξωμεν, ἀλλὰ μὴ τοσοῦτον ἀποβάλωμεν, καθ' ὅσον ἂν ἁμαρτάνωμεν.

XIII. Hic à Prophetis quidem prædicatus est, quemadmodùm ex his Scripturæ locis patet: *Spiritus Domini super me:* &, *Requiescent super eum Spiritus septem*: item, *Descendit Spiritus Domini, & deduxit eos:* ad hæc, *Spiritus scientiæ*, à quo Beseleel, tabernaculi architectus, impletus est: ac præterea, *Spiritus ad iracundiam provocatus:* insuper, *Spiritus qui Eliam in curru extulit*, ac *duplex ab Eliseo* postulatus est: adde *Spiritum bonum & principalem*, quo David deducitur & confirmatur. Promissus autem est; priùs quidem à Joële his verbis utente: *Et erit in novissimis diebus: Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*, scilicet fide præditam, *& super filios vestros & super filias vestras*, & quæ sequuntur; posteà autem ab ipso quoque Jesu, qui, ut *à Spiritu glorificatur*, ita vicissim quoque ipsum glorificat; quemadmodùm & *Patrem glorificat, & à Patre glorificatur.* Et hæc quidem promissio, quàm larga & copiosa est, fore ut *in æternum permaneat;* sive nunc cum his qui per tempus digni erunt; sive in posterum cum his, qui alterius ævi bonis digni habebuntur; posteaquàm videlicet ipsum per honestam & præclaram vitæ rationem integrum servaverimus, ac non hactenùs amiserimus, quatenùs in peccatum prolapsi fuerimus.

Spiritus sanctus à Prophetis prædicatus.
Isai. LXI. 1.
Ibid. XI. 2. & LXIII. 14.
Exod. XXXV. 30. & *seq.*
Isai. LXIII. 10.
IV. Reg. II. 9. & *seqq.*
Ps. I. 14.
Joël. II. 28. & *seq.*
Joan. XVI. 14.
Ibid. VIII. 54.
Ibid. XIV. 16.

ιδ. Τοῦτο τὸ Πνεῦμα, συνδημιουργεῖ μὲν Υἱῷ, καὶ τὴν κτίσιν, καὶ τὴν ἀνάστασιν. καὶ πειθέτω σε τό· τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Πνεῦμά τε θεῖον τὸ ποιῆσάν με· πνοὴ δὲ παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με. καὶ πάλιν, E
ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.
k [k] δημιουργεῖ δὲ τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν. ☪ πειθέτω σε τό· μηδένα δύνασθαι τὴν

XIV. Hic Spiritus, cum Filio quidem rerum creationem & resurrectionem fabricatur. Suadeat tibi istud: *Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Et, *Spiritus divinus, qui fecit me: Flatus omnipotentis, qui docet me.* Et rursùs, *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Est etiam ille spiritualis regenerationis auctor. Hujus rei tibi fidem faciat, quòd Christus ait: *Neminem regnum videre aut accipere posse, nisi qui per Spiritum desuper renatus fuerit*, ac per diurnam & lucidam

Rerum creatio Filio & Spiritui sanc- communis.
Ps. XXXII. 6.
Job. XXXIII. 4.
Ps. CIII. 30.
Joan. III. 5.

(a) Περιοπῆς. Bas. ed. & Comb. περιωπῆς.
(b) Χάσμα &c. *Vorago, hiatus magnus & impermeabilis.* Plures Codices hoc ordine legunt: χάσμα μέγα ἐν μέσῳ.
(c) Γενητὴν.... ἀγενήτου. Sic plerique optimæ notæ Codd. In Ed. γεννητὴν... ἀγεννήτου.
(d) Ὡς ἐν τῷ. Sic Regg. & Colb. plures. In nonnullis, ὡς ἐν τοῖ. In Ed. ἕως ἐν τῷ.
(e) Επ' ἐμέ. Nonnulli Codd. addunt, ἅ εἴρηκεν ἔχρισε με. *Propterea unxit me.* Sic etiam legerat Billius.
(f) Πνεῦμα Κυρίου. In quibusdam, παρὰ Κυρίου.
(g) Πιστεύουσαν. Regg. bm. ph. &c. πιστεύσασαν.
(h) Συνδιαιωνίζειν. Sic Regg. bm. ph. Coisl. 1. &c. In Ed. συνδιαιωνίσει.
(i) Κατὰ καιρόν. *Pro tempore, per tempus.* Minùs aptè Bill. *ad tempus*, quasi Spiritûs gratia ex se *ad tempus* fit.
(k) Δημιουργεῖ δέ. Sic plures Regg. & Colb. Comb. &c. Deest δέ in Ed.

creationem, quâ per ſeſe quiſque fingitur, à priori generatione, quæ noctis arcanum eſt, purificatus fuerit. Hic Spiritus, utpotè ſapientiſſimus, atque hominum amantiſſimus, ſi *Paſtorem* nactus fuerit, pſaltem efficit, pravos Spiritus incantantem, atque Iſraëlis regem deſignat. Si *Caprarium* moros vellicantem, Prophetam reddit. Davidem & Amos cogita. Si adoleſcentem pulchræ indolis acceperit, *Preſbyterorum judicem* conſtituit, ídque ſuprà quàm ætatis ratio ferre videtur. Teſtis eſt Daniel, qui leones in lacu ſuperavit. Si *Piſcatores* invenerit, Chriſto irretit, ut orbem univerſum ſermonis retibus complectantur. Petrum mihi atque Andream accipe, tonitruíque filios, qui ſpiritualia intonuerunt. Si *Publicanos*, ad diſcipulatum elucratur, atque animarum negotiatores efficit. Teſtis Matthæus, heri Publicanus, hodiè Evangeliſta. Si *feroces perſecutores*, zelum commutat, ac Paulos pro Saulis facit, nec minùs pios reddit, quàm impios offenderat. Hic & lenitatis eſt Spiritus; & tamen in eos, qui peccant, incitatur. Proindè lenem ipſum & clementem, non autem iracundum experiamur, dignitatem ipſius confitentes, ac blaſphemiam fugientes, nec eum implacabiliter iraſcentem videre in animum inducamus. Hic me quoque hodierno die præſidentem & audacem præconem reddit: ſi nihil propterea perpeſſurus ſum, Deo ſit gratia; ſi autem perpeſſurus, ſic quoque Deo gratia: alterum, ut iis, qui nobis infeſti ſunt, parcat: alterum, ut nos ſanctificet, hoc videlicet Evangelici miniſterii præmium conſecutos, ut cruentâ morte perfungamur.

Varii ac benigni in homines Spiritûs ſancti effectus.

I. Reg. XVI. 12. *& ſeqq.*

Amos. I. 1.

Daniel. XIII. 45.

Matth. IV. 18. *& 21.*

Matth. IX. 9.

Act. VIII. 3. *& ſeqq.*

XV. At verò *linguis externis*, non autem vernaculis, Apoſtoli loquebantur, ſingularíque miraculo ſermo ab his, qui non didicerant, proferebatur; ſignúmque illud infidelibus erat, non fidelibus, ut infidelium accuſator eſſet, ſicut ſcriptum eſt: *Quoniam in aliis linguis, & in labiis aliis, loquar populo huic, nec ſic exaudient me, dicit Dominus.* Audiebant

Linguis externis, non vernaculis locuti ſunt Apoſtoli. *Act.* II. 4.

Iſai XXVIII. 11. *I. Cor.* XIV. 21.

A βασιλείαν ἰδεῖν ἢ λαβεῖν, ὅς τις μὴ ἄνωθεν ἐγεννήθη Πνεύματι, ☪ τὴν ϖρωτέραν ἀναθαρίσθη γέννησιν, ἣ νυκτός ἐσι μυστήριον, ἡμερινῇ ☪ φωτεινῇ ἁπλάσει, [a] ἣν καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος ἁπλάτλεται. τοῦτο τὸ Πνεῦμα, Σοφώτατον γὰρ καὶ φιλανθρωπότατον, ἂν ποιμένα λάβῃ, ψάλτην ποιεῖ, πνευμάτων πονηρῶν κατεπᾴδοντα, ⸗ βασιλέα τῶ Ισραὴλ [b] ἀναδείκνυσιν. ἐὰν αἰπόλον συκάμινα κνίζοντα, Προφήτην ἐργάζεται. τὸν Δαβὶδ ⸗ τὸν Αμὼς

B ἐνθυμήθητι. ἐὰν μειράκιον εὐφυὲς λάβῃ, ϖρεσβυτέρων ποιεῖ κριτὴν ⸗ παρ' ἡλικίαν. μαρτυρεῖ Δανιὴλ, ὁ νικήσας ἐν λάκκῳ λέοντας. ἐὰν ἁλιέας εὕρῃ, ζαγηνεύει Χριστῷ, κόσμον ὅλον τῇ τῶ λόγυ πλοκῇ συλλαμβάνοντας. Πέτρον λάβε μοι, καὶ Ανδρέαν, καὶ τοὺς υἱὸς τῆς βροντῆς, τὰ πνευματικὰ βροντήσαντας. ἐὰν τελώνας, εἰς μαθητείαν κερδαίνει, ⸗ ψυχῶν ἐμπόρυς δημιυργεῖ. φησὶ Ματθαῖος, ὁ χθὲς τελώνης, ☪ σήμερον Εὐαγγελιστής.

C ἐὰν διώκτας θερμὺς, τὸν ζῆλον μετατίθησι, ☪ ποιεῖ Παύλυς ἀντὶ Σαύλων, ⸗ τοσῦτον εἰς εὐσέβειαν, ὅσον εἰς κακίαν κατέλαβεν. τοῦτο ⸗ Πνεῦμά ἐστι ϖρᾳότητος· ⸗ παροξύνεται τοῖς ἁμαρτάνυσιν. τοιγαρῦν πειραθῶμεν ὡς ϖρᾴυ, ⸗ μὴ ὀργίλυ, τὴν ἀξίαν ὁμολογοῦντες, ⸗ τὸ [c] βλάσφημον φεύγοντες, ⸗ μὴ βουλη- c
θῶμεν ἰδεῖν ὀργιζόμενον ἀσυγχώρητα. τῦτο καμὲ ποιεῖ σήμερον ὑμῖν τολμηρὸν κήρυκα· εἰ μὲν [d] ἔν ἐδὲν πεισόμενον, τῷ Θεῷ χάρις· εἰ d
δὲ πεισόμενον, ⸗ ἔτω χάρις· τὸ μὲν, ἵνα φείσηται τῶν μισύντων ἡμᾶς· τὸ δὲ, ἵν' ἡμᾶς ἁγιάσῃ, μισθὸν [e] τῦτον λαβόντας τῆς ἱερυργίας e
τοῦ Εὐαγγελίυ, τὸ τελειωθῆναι δι' αἵματος.

ιε. Ελάλουν μὲν οὖν ξέναις γλώσσαις, καὶ οὐ [f] πατρίοις, ⸗ τὸ θαῦμα μέγα, λόγος f
ὑπὸ τῶν οὐ μαθόντων λαλούμενος· καὶ [g] τὸ g
σημεῖον τοῖς ἀπίστοις, οὐ τοῖς πιστεύουσι, ἵν' ᾖ τῶν ἀπίστων κατήγορον, καθὼς γέγραπται· ὅτι [h] ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν h
χείλεσιν ἑτέροις, λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ,

(*a*) Ην καθ' ἑαυτόν &c. *Suopte propoſito animique voluntate*, ut ait Nicetas. *Nam Baptiſmi regeneratio libera* &c.

(*b*) Αναδείκνυσιν. Duo Colb. & Jeſ. addunt: ἐὰν νέον ἐκ ποιμένων, ἀρίστεα κατ' ἀλλοφύλων ἐργάζεται. ἔχει τὴν κατὰ τῦ Γολιὰθ νικὴν τῷ Δαβὶδ μαρτυρήσαν τῷ λόγῳ. *Si ex paſtoribus juvenem, extraneis præſtantiorem efficit. Teſtis eſt victoria quam David adversùs Goliath reportavit.* Verùm Nicetas iſta non agnoſcit, nec Ruffinus.

(*c*) Βλάσφημον. Paſſ. *βλασφημεῖν.*

(*d*) Οὖν. Deeſt in Or. I.

(*e*) Τῦτον. Sic Regg. bm. ph. & Savil. In Ed. τῦτο.

(*f*) Πατρίοις. Sic ſex Regg. quatuor Colb. duo Coisl. Par. &c. Mendosè in Ed. μετρίοις.

(*g*) Τὸ σημεῖον. Apoſtolus. I. Cor. XIV. 22. ait: *Linguæ in ſignum ſunt, non fidelibus, ſed infidelibus.*

(*h*) Εν ἑτερογλώσσοις &c. Chryſoſtomus hæc verba Iſaiæ tribuit. Habet enim Iſai. XXVIII. 11. Διὰ φαυλισμῶν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας, ὅτι λαλήσυσι τῷ λαῷ τύτῳ. Quod Vulgata ſic vertit: *In loquela enim labii, & linguâ alterâ, loquetur ad populum iſtum.* Legitur etiam I. Cor. XIV. 21. Εν τῷ νόμῳ γέγραπται· ὃν ἑτερογλώσσοις, καὶ ὃν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τύτῳ. *In Lege ſcriptum eſt: Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic.* Alludit Apoſtolus ad Iſaiæ contextum jam citatum. Mirum igitur videtur, Nicetam de verbis iſtis pronunciaſſe: *Apud Iſaiam non reperiuntur. . . . vel malitiosè ſubmota ſunt, vel per oblivionem tranſmiſſa.*

[a] καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί [a] μου, λέγει A Κύριος. ἤκουον δέ. μικρὸν ἐνταῦθα ἐπίσχες, καὶ διαπόρησον, πῶς διαιρήσεις τὸν λόγον. [b] ἔχει γάρ τι ἀμφίβολον [b] ἡ λέξις, τῇ στιγμῇ διαιρούμενον. ἆρα γὰρ ἤκουον ταῖς ἑαυτῶν [c] διαλέκτοις [c] ἕκαστος, ὡς φέρε εἰπεῖν, μίαν μὲν ἐξηχεῖσθαι φωνὴν, πολλὰς δὲ ἀκούεσθαι, οὕτω κτυπουμένου τοῦ ἀέρος, καὶ, ἵν' [d] εἴπω σαφέστερον, τῆς φωνῆς φωνῶν [d] γινομένων· ἢ τὸ μὲν, ἤκουον, ἀναπαυσέον, τὸ δὲ, λαλούντων ταῖς ἰδίαις φωναῖς, τῷ ἑξῆς προσθετέον, ἵν' ᾖ, λαλούντων φωναῖς, ταῖς ἰδίαις τῶν ἀκουόντων, ὅπερ γίνεται, ἀλλο- [e] τρίαις· [e] καθὰ καὶ μᾶλλον τίθεμαι. ἐκείνως μὲν γὰρ τῶν ἀκουόντων ἂν εἴη μᾶλλον, ἢ τῶν λεγόντων, τὸ θαῦμα· οὕτω δὲ τῶν λεγόντων· οἳ καὶ μέθην καταγινώσκονται, δῆλον ὡς αὐτοὶ θαυματουργοῦντες περὶ τὰς φωνὰς τῷ Πνεύματι.

autem. Verùm hîc paululùm consiste, atque ambige quo modo distinguenda sit Oratio. Textus enim nonnullam ambiguitatem habet, interpunctione dirimendam. Utrùm enim *audiebant suâ quisque dialecto*, ita ut, verbi gratiâ, vox quidem una emitteretur, multæ autem audirentur, sic videlicet pulsato ac perstrepente aëre, pluribúsque vocibus, &, ut magis perspicuè dicam, ex una voce effectis: an potiùs in hoc verbo, *Audiebant*, punctum statuendum est; atque hæc verba, *Loquentes suis linguis*, cum his, B quæ sequuntur, jungenda sunt, ut sic legatur: *Loquentes linguis*, propriis scilicet audientium, hoc est, *externis;* qui etiam sensus mihi magis arridet. Nam in primo quidem sensu, eorum potiùs, qui audiebant, quàm qui verba faciebant, hoc miraculum fuerit; in isto autem, eorum qui loquebantur; utpotè qui etiam temulentiæ insimulantur, haud dubiè, quia ipsi Spiritûs operatione novum quoddam miraculum circa voces designabant.

Act. II. 6. *& seqq.*

15. Πλὴν ἐπαινετὴ μὲν καὶ ἡ παλαιὰ διαίρεσις τῶν φωνῶν· ἡνίκα τὸν πύργον ᾠκοδόμουν οἱ κακῶς καὶ ἀθέως ὁμοφωνοῦντες, ὥσπερ καὶ τῶν νῦν τολμῶσί τινες· τῇ γὰρ τῆς φωνῆς διαλάσει συνδιαλυθὲν τὸ ὁμόγνωμον, τὴν ἐγχείρησιν ἔλυσεν· ἀξιεπαινετωτέρα δὲ ἡ νῦν θαυματουργουμένη. ἀπὸ γὰρ ἑνὸς [f] Πνεύματος εἰς πολλοὺς [f] χυθεῖσα, εἰς μίαν ἁρμονίαν πάλιν συνάγεται. καὶ ἔστι διαφορὰ [g] χαρισμάτων, [g] ἄλλου δεομένη χαρίσματος, [h] πρὸς διάκρισιν [h] τὸ βελτίονος· ἐπειδὴ πᾶσαι τὸ ἐπαινετὸν ἔχουσι. καλὴ δ' ἂν κἀκείνη D λέγοιτο, περὶ ἧς Δαβὶδ λέγει· καταπόντισον, Κύριε, καὶ καταδίελε τὰς γλώσσας αὐτῶν. διατί; ὅτι ἠγάπησαν πάντα τὰ ῥήματα καταποντισμοῦ, γλῶσαν δολίαν· [i] μόνον οὐχὶ φανερῶς τὰς ἐνταῦθα γλώσσας καταιτιώμενος, αἳ θεότητα τέμνουσιν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον.

XVI. Quanquam autem laudabilis quoque fuit vetus illa *linguarum divisio;* C (cùm scilicet malè atque impiè inter se concordes erant, qui turrim extruebant, quemadmodùm nunc quoque quidam facere non verentur;) dissolutâ simul, cum linguarum divortio, animorum concordiâ, susceptum negotium abrupit; laudabilior tamen est ea, quæ nunc insigni miraculo patratur. Ab uno enim Spiritu in multos diffusa, ad unum concentum rursùs connectitur. Atque Gratiarum diversitas est, aliâ Gratiâ opus habens, ad discernendum quænam sit præstantior; quandoquidem nulla est, quæ laude careat. Quin præclara quoque illa divisio dici possit, de qua loquitur David: *Præcipita, Domine, & divide linguas eorum.* Quid ita? Quoniam *dilexerunt omnia verba præcipitationis, linguam dolosam;* tantùm non apertè hujusce loci ac tempestatis linguas accusans, quæ Divinitatem scindunt. Ac de his quidem hactenùs.

Laudabilis ac præclara linguarum divisio.

Gen. XI. 1. *& seqq.*

Ps. LIV. 10.

Ps. LI. 6.

16. Ἐπεὶ δὲ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ εὐλαβεστάτοις Ἰουδαίοις, Πάρθοις, καὶ Μήδοις, καὶ Ἐλαμίταις, Αἰγυπτίοις, καὶ E Λίβυσι, Κρησί τε καὶ Ἄραψι, Μεσοποταμίταις τε καὶ τοῖς ἐμοῖς Καππαδόκαις, ἐλάλουν αἱ γλῶσαι, καὶ τοῖς ἐκ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Ἰουδαίοις, εἴ τῳ φίλον ἔτω νοεῖν, ἐκεῖσε συνειλεγμένοις,

XVII. Quoniam autem habitantibus Jerusalem religiosissimis Judæis, Parthis, Medis, & Elamitis, Ægyptiis & Libycis, Cretensibus & Arabibus, Mesopotamitis & Cappadocibus meis, linguæ loquebantur, atque ex omni gente, quæ sub cœlo est, Judæis, illic (si cui sic cogitare placet) congregatis, operæ pretium fuerit videre, tum quinam hi erant, tum cujus captivitatis. Nam illa Ægyptiaca &

Multiplex Judæorum captivitas.

Ægyptiaca & Babylonica.

(*a*) Μῦ. Deest in Reg. ph.
(*b*) Η λέξις. Deest in Or. 1.
(*c*) Ἕκαστος. Sic plures Codd. In Ed. ἕκαστοι.
(*d*) Γινομένων. Savil. & Comb. γινομένης.
(*e*) Καθὰ καί. Jes. ᾧ καί.
(*f*) Χυθεῖσα. Plures Regg. & Colb. χεθεῖσα.
(*g*) Ἀλλ. Reg. bm. ἀλλ' ἐ. Intelligit Gregorius *linguarum* donum, quod alio, nempè *interpretationis* dono, opus habet.
(*h*) Τῦ. Reg. bm. Par. Pass. τῆς.
(*i*) Μόνον ἐχί. Sic Coisl. 1. Jes. Savil. Pass. &c. In Ed. μονονύ.

Babylonica, præterquàm quòd circumscripta & certo loco definita erat, jam etiam olim per captivorum reditum soluta fuerat. Illa autem Romana, quâ temeritatis & audaciæ adversùs salutis auctorem pœna expetebatur, nondùm acciderat, sed imminebat. Relinquitur igitur, ut hanc captivitatem Antiochicam esse censeamus, iis temporibus non multò antiquiorem. Quòd si cui hæc expositio minùs probatur, ut curiosiùs alieniúsque petita; (neque enim captivitatem hanc veterem esse, neque in multas orbis partes diffusam;) ac probabiliorem quærit, illud fortassè rectiùs fuerit existimare, quòd cùm sæpè atque à multis, hæc natio exilii causâ solum vertere coacta sit, quemadmodùm Esdras litterarum monumentis prodidit, aliæ quidem Tribus in patriam restitutæ fuerint, aliæ verò in exilio relictæ; quibus, ut verisimile est, in multas nationes dispersis, tum temporis quidam adfuerint, & Spiritûs miraculi participes extiterint.

Romana. Antiochica.

ἄξιον ἰδεῖν, [a] τίνες ἦσαν οὗτοι, καὶ τῆς ποίας αἰχμαλωσίας. ἡ μὲν γὰρ εἰς Αἴγυπτον καὶ Βαβυλῶνα [b] περίγραπτός τε ἦν, καὶ πάλαι τῇ ἐπανόδῳ λέλυτο. ἡ δὲ ὑπὸ Ρωμαίων οὔπω γεγένητο, ἔμελλε δὲ, εἴσπραξις οὖσα τῆς κατὰ τὸ Ζωτῆρος θρασύτητος. λείπεται δὴ τὴν ὑφ' Αντιόχου ταύτην ὑπολαμβάνειν, οὐ πολὺ τούτων ὄσαν τῶν καιρῶν πρεσβυτέραν. εἰ δέ τις ταύτην μὲν οὐ προσίεται τὴν ἐξήγησιν, ὡς περιεργοτέραν· οὔτε γὰρ παλαιὰν εἶναι τὴν αἰχμαλωσίαν, οὔτ' ἐπὶ πολὺ τῆς οἰκουμένης χεθεῖσαν· ζητεῖ δὲ τὴν πιθανωτέραν, ἐκεῖνο ἴσως [c] ὑπολαβεῖν ἄμεινον, ὅτι πολλάκις, καὶ ὑπὸ πλειόνων, τοῦ ἔθνους μετανασταντος, ὡς τῷ Εσδρᾳ ἱστόρηται, αἱ μὲν τῶν φυλῶν ἀνεσώθησαν, αἱ δὲ ὑπελείφθησαν· ὧν εἰκὸς διασπαρεισῶν εἰς ἔθνη πλείονα, τηνικαῦτα παρεῖναί τινας, καὶ μετέχειν τοῦ θαύματος.

Peroratio.

XVIII. Atque hæc à nobis perpensa & considerata sint, quæ etiam ejusmodi esse arbitramur, ut doctrinæ studiosi, ea pro superfluis supervacaneísque nequaquàm habituri sint. Quòd si quis aliud quidpiam ad hujus diei solemnitatem contulerit, nobis quoque id collegerit. Sed jam concio quidem solvenda est; (satis enim longè se porrexit Oratio;) festi autem celebratio nunquam abrumpenda. Quin potiùs festum agendum est, nunc quidem corporeo quoque modo, paulò pòst autem omninò Spirituali; illic nimirùm, ubi rationes harum rerum puriùs apertiúsque cognoscemus, in ipso Verbo, & Deo, & Domino nostro Jesu Christo, vero eorum, qui salutem consequuntur, festo & exultatione; cum quo gloria & veneratio Patri cum Sancto Spiritu, nunc & in sæcula sæculorum. Amen.

ιη. Καὶ ταῦτα προεξήτασται τοῖς φιλομαθέσιν, ἴσως [d] οὐ περίεργος. καὶ ὅτι [e] ἂν ἄλλο συνεισφέρῃ τις εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν, καὶ ἡμῖν τοῦτο ἔσται [f] συνειλοχώς. ἡμῖν δὲ τὸν μὲν σύλλογον ἤδη σχολαιτέον· ἱκανὸς γὰρ ὁ λόγος· τὴν δὲ πανήγυριν οὐδέποτε. ἀλλ' [g] ἑορτασταίον, νῦν [h] μὲν καὶ σωματικῶς, μικρὸν δὲ ὕστερον ὅλον πνευματικῶς· ἔνθα καὶ τοὺς λόγους τούτων εἰσόμεθα καθαρώτερον καὶ σαφέστερον, ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ, καὶ Θεῷ, καὶ Κυρίῳ ἡμῶν Ιησοῦ Χριστῷ, τῇ ἀληθινῇ τῶν ζωζομένων ἑορτῇ, καὶ ἀγαλλιάσει· μεθ' ἧς ἡ δόξα καὶ τὸ σέβας τῷ Πατρὶ, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν [i] καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας [k] τῶν αἰώνων. Αμήν.

(a) Τίνες. Plures Codd. addunt τε. In aliis, δέ.
(b) Περίγραπτος. Savil. περιγράπτη.
(c) Υπολαβεῖν. Reg. ph. & Or. 1. ὑπολαμβάνειν.
(d) Οὐ περίεργος. Nicet. *Non superfluè.*
(e) Αν ἄλλο συνεισφέρῃ. Sic plures Regg. & Coisl. 1. In Ed. ἂν συμφέρῃ.
(f) Συνειλοχώς. Sic Bas. Savil. & Pass. In Ed. συνειληχώς.
(g) Εορτασταίον. Pass. addit ἡμῖν. *Festum nobis agendum est.*
(h) Μέν. Deest in Or. 1.
(i) Καί. Nonnulli addunt, ἀεί, *semper.*
(k) Τῶν αἰώνων. *Sæculorum.* Sic Reg. ph. & Coisl. 2. Deest in Ed.

MONITUM

MONITUM

IN ORATIONEM QUADRAGESIMAM-SECUNDAM.

I. *Jam medio circiter Maio anni 381. plerique Orientales Epiſcopi, ad Concilium à Theodoſio Imperatore vocati, Conſtantinopolim advenerant. Damnatâ primùm in Synodo Maximi Cynici ordinatione, Gregorius, licèt clamans & reluctans, unanimi Patrum ſuffragio, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præficitur. Non multò pòſt moritur Meletius Antiochenæ ſedis Antiſtes, vir ſanctitate & doctrinâ conſpicuus, qui paulò antè, concordiæ magis, quàm propriæ utilitati conſulens, Paulinum unà ſecum in Epiſcopali ſede collocari permiſerat, eâ tamen lege, ut, extincto altero, alter ſolus Antiochenæ ſedis Epiſcopus agnoſceretur. Verùm poſt Meletii mortem, juniores Præſules litem hac de re movere cœperunt, & de eligendo ſucceſſore, magno cum tumultu in Synodo tractare aggreſſi ſunt. Gregorius verò pacis & æquitatis ſtudioſiſſimus, quique, defuncto Meletio, primas in Concilio tenebat, ad ſaniorem mentem blandis ſermonibus turbarum artifices revocare conatur. Ob omnium oculos ponit, quanta Eccleſiæ mala peperit præcedens Antiochenum ſchiſma, cujus causâ Oriens ſimul & Occidens in duas jam adverſas partes miſerabiliter ſciſſi fuerant, & quàm graviora adhuc imminerent, ſi Præſul alter Meletii loco ſubrogaretur. Eos igitur amanter hortatur, ut Paulinum jam ſenio gravatum, ſolum abſque Collega ſedere ſinant, ac deindè, cùm iſte è vita exceſſerit, alterum more majorum eligant. At irrita planè fuere illius vota; imò Gregorium obnixè rogant amici, ut cæteris aſſentiatur; quod perhorreſcens Theologus, ſecum tandem abdicandi conſilium iniit, ac de Synodo receſſit. Intereà Conſtantinopolim adveniunt Ægyptii ac Macedones Epiſcopi, qui minùs Gregorio, quàm Orientalibus Præſulibus infenſi, ipſius Electoribus negotium faceſſunt, quòd, contra Eccleſiæ leges & canones, Gregorium jam Saſimorum Epiſcopum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præfeciſſent, aliaque permulta moventes, majus diſcordiarum incendium excitarunt. In tanta rerum confuſione, Gregorius ſolitudinis amore flagrans, ac* veluti generoſus quidam equus, *ut ipſe loquitur,* vinculorum, quibus adhuc tenebatur, impatiens, *arreptâ diſſidiorum occaſione, in mediam proſiliens Synodum, plura, quæ carmine de vita ſua intexuit, præfatus, ſeſe, ut alter Jonas, ad ſedandam tempeſtatem offert, ac diſcedendi facultatem expoſcit. Turbatis ad tale propoſitum Epiſcopis, quidve agerent incertis, licèt nondùm conſentientibus, evaſit Gregorius, eandem diſcedendi licentiam ab Imperatore petiturus. Quam ubi obtinuit, hanc ſubindè præclariſſimam ac celeberrimam Orationem coram centum quinquaginta Epiſcopis, univerſo Clero ac toto fidelium grege habuit.*

Orationis argumentum.

Carm. de vita ſua. verſ. 1838. & ſeqq.

II. *In hac autem Oratione,* quæ, *ut loquitur Baronius,* ſiccis oculis legi non poteſt, *Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſupremum Vale dicturus accedit Orator. Primùm Concilii Patres modeſtè compellat, ac leviter*

Analytica hujus Orationis ſynopſis. Apud Boll. SS. Maii. t. II. pag. 417.

indicans, eos ſanè, non errantem ovem in viam reducturos, ſed Paſtorem peregrè agentem inviſuros, acceſſiſſe, adminiſtrationis ſuæ ac doctrinæ rationem reddere, judiciumque publicè apud omnes ſubire non erubeſcit. Quamobrem gregem ſibi creditum conteſtatur, ut, ſi falſa loquatur, coarguat; ſin autem vera, teſtimonio ſuo confirmet. Deindè tragicâ Oratione deſcribit, quo in ſtatu Conſtantinopolitanum gregem repererit, cùm illius Or. XLII. n. 2. *regimen ſibi fuit commendatum.* Hic grex, *inquit*, exiguus erat & imperfectus, ac ne grex quidem, ſed parvum quoddam ac tenue gregis veſtigium, incompoſitus, Paſtore carens, nullis incluſus terminis, nec caulâ cinctus, oberrans in montibus & ſpeluncis, huc illuc diſperſus atque disjectus. *Harum calamitatum cauſas, ad Chriſtianorum flagitia, ad crudelia præcedentium Imperatorum edicta, ad Hæreticorum invidiam & perſecutiones refert; qui omnes ita Dei benignitatem ad iracundiam provocaverant, ut parùm abfuerit, quin totus Chriſtianus orbis in priſtinas tenebras, multò ſanè nonâ Ægyptiacâ plagâ graviores, mergeretur. Sed talia fando, horreſcit Gregorii mens, ac ideò tam flebile ſpectaculum ab Auditorum oculis retrahit, ut totus in celebranda Dei bonitate & miſericordia immoretur. Hinc Hæreticos objurgat, qui, numerosâ prole inflati, puſillum Gregorii gregem ſuperbè aſpernabantur. Oſtendit, quàm perexiguis incrementis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ grex, inſtar populi Iſraëlitici, ad hanc perfectionem, quæ obtrectatorum ora premit, mirabiliter evectus ſit; nec dubitat, quin Dei auxilio, altiùs etiam progrediatur.* *Ibid.* n. 6. Multò enim mirabilius eſt, *inquit*, quòd ex tantillo ad tantam magnitudinem pervenerit, quàm ut, ex eo ſtatu, quo nunc eſt, ad ſummum ſplendoris gloriæque gradum provehatur, *quòd ſcilicet Deus, non copioſam impietatem aut infinitum pulverem, ſed electionis vaſa computet. Hunc igitur electum gregem, veritatis pabulo enutritum, curis omnibus conſervatum, Concilii Patribus, velut præſtantiſſimum donum, offert Gregorius; eoſque rogat, ut oculos per circuitum tollant, & videant venerabilem Presbyterorum cœtum, Diaconorum modeſtiam, Lectorum concinnitatem, totiuſque plebis diſcendi ſtudium, quibus, veluti floribus, gloriæ coronam, ipſorum ornaturam caput, intexuit.*

Series analyticæ ſynopſis. III. *Quamvis ſola Conſtantinopolitani gregis præſentia & inſpectio, maximum, ac velut in columna inſculptum, tanti Paſtoris doctrinæ apud Concilii Patres eſſet argumentum, nihilominùs tamen fidem ſuam circa ſanctiſſimam Trinitatem apertiùs declarare non dubitat Theologus, ut agnoſcant Præſules, ac judicent, utrùm meritò, necne ipſi invideatur. Patris igitur, & Filii, & Spiritûs ſancti divinitatem, non multis quidem, ſed luce clarioribus argumentis demonſtrat. Venenatos Sabellii Ariique errores obiter carpit; & ipſe mediâ ac regiâ incedens viâ, Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate profitetur. Obſervat tamen Filii generationem & Spiritûs ſancti proceſſionem, nec intellectu comprehendi, nec ullis verbis explicari poſſe, atque contendit, temerè adversùs divinitatem inſurgere, quiſquis eas curioſiùs ſcrutari præſumit. Tum eo utens argumento,* I. *Reg.* XII. 2. *& ſeqq.* *quo* Samuel *olim apud Iſraëlitas, iterùm gregem ſuum conteſtatur, num in aliqua re infidelem Chriſti diſpenſatorem ſeſe exhibuerit, num illius*

damno, privatæ utilitati conſuluerit, num eum moleſtiâ affecerit. At cùm illius agendi ratio, tam in adminiſtrando quàm in docendo, omnis prorsùs vitii ac reprehenſionis expers reperiatur, bonæ diſpenſationis præmium à Concilii Patribus efflagitat. Levate nos, *inquit*, diuturnis laboribus feſſos, ac recreate. Moveat vos hæc canities noſtra. Alium ſubrogate, qui voce non ineruditâ, qui puris ſit manibus, ac curas Eccleſiaſticas vobiſcum ſimul perferre poſſit... Cernite hoc corpus meum, ſenio ſcilicet, morbo & labore confectum. *Eoſdem obteſtatur per ipſam Trinitatem, quam colunt, ut votis non abnuant, ſed ipſi miſſionis libellum præſtent. Hoc unum tantùm expoſcit, ut ſucceſſorem eligant, qui æmulationem potiùs quàm miſericordiam moveat; ac de ſufficiendi Paſtoris dotibus pauca præfatus, extremum tandem Vale Anaſtaſiæ ſuæ, magno S. Sophiæ templo, cæteriſque ſacris illius urbis ædibus dicit. Valedicit etiam ipſi Epiſcopali Cathedræ, Pontificum Concilio, Sacerdotum cœtui, ac reliquis deinceps Eccleſiæ miniſtris, Monachis, Virginibus, Conjugatis, Viduis, Pauperibus, Imperatoribus, Aulicis, Orienti ſimul & Occidenti,* pro quibus, *inquit*, & à quibus oppugnamur. *Demùm exclamans ait:* Valete Angeli hujus Eccleſiæ Præſides: Vale Trinitas ſancta, meditatio mea & decus meum. His velim ſerveris, & hos ſerves, meum ſcilicet hunc populum. Et vos, Filioli, depoſitum, quæſo, cuſtodite: mementote lapidationum mearum &c.

Or. XLII. n. 20.

IV. *Hîc ſiluit Theologus, manu deinceps & attramento pugnaturus; nec ampliùs tanti Veritatis præconis vox Conſtantinopoli perſonuit. Longiùs forſan quàm par erat, hanc analyticam ſynopim protraxiſſe videbimur; ſed plurimùm nobis arriſere, tum ornatiſſimæ hujus Orationis argumentum & ſublimitas, tum præclariſſimum iſtud ac inauditum Gregorii factum, quod Sozomenus admirationis quàm maximè dignum meritò judicavit.* Mihi quidem, *inquit*, ſapientiſſimum hunc virum, tum ob alia multa, tum maximè in hoc negotio mirari ſubit. Nam neque faſtu elatus eſt propter facundiam, nec inanis gloriæ ſtudio ei Eccleſiæ præſidere concupivit, quam penè extinctam & mortuam ipſe regendam ſuſceperat; ſed repoſcentibus (*meliùs dixiſſet*, conſentientibus) Epiſcopis depoſitum reddidit, nihil de multis laboribus ſuis conqueſtus, nihil de periculis, quæ, adversùs hæreſes decertans, ſubierat. *Et certè hac in re eximia humilitatis, modeſtiæ & caritatis ſpecimina præbuit Gregorius; undè poſteris pretioſiſſimam ſui memoriam ſummo jure reliquit. Exiſtimaſſe videtur Baronius hanc Orationem pronunciatam fuiſſe, antequam ab Imperatore Theologus diſcedendi licentiam poſtulaſſet. Verùm huic ſententiæ non favet communis eruditorum opinio. Ipſi etiam Bollandiſtæ ei manifeſtè contradicunt.* Ea eſt, *inquiunt*, Oratio trigeſima ſecunda, (*nunc quadrageſima ſecunda*,) quam præceſſit congreſſus cum Imperatore, ſine cujus licentia non potuiſſet hanc tam ſolemnem abdicationem facere. *Idem ſentit Tillemontius. Prætereà tunc temporis Conſtantinopoli degebat pius Imperator, qui Gregorium benignè exceperat, eumque ſuffragio ſuo in Conſtantinopolitanam ſedem ab Epiſcopis evectum, magno plauſu confirmarat. Nullatenùs igitur Gregorio licuiſſet antè diſcedere, quàm ipſius diſceſſum probaſſet Theodoſius. Ac mirum ſanè videri poteſt, quòd tam*

Quo tempore quove in loco habita hæc Oratio.

Sozom. Hiſt. Lib. VII. c. 7. p. 712.

Boll. Act. SS. ad 9. Maii. pag. 420. Col. 2.

Till. t. IX. pag. 483.

citò Gregorii votis annuerit. Hinc certò constat Gregorium, Theodosii consensu munitum, istud ultimum Vale Constantinopoli pronunciasse labente Junio anni 381. Perseverabat adhuc Synodus. Nam, ut manifestum est ex Epistola Synodica, septimo Idus Julii ejusdem anni ad Theodosium data, Nectarius, post Gregorii discessum, à concilii Patribus Constantinopolitanæ Ecclesiæ præfectus est.

Concil. t. II. pag. 946.

SUPREMUM VALE,

coram centum quinquaginta Episcopis.

Aliàs 32. *quæ autem* 42. *erat, nunc* 45.

ORATIO QUADRAGESIMA-SECUNDA.

Habita Constantinopoli labente Junio 381.

I. QUO pacto res nostræ vobis se habere videntur, ô chari Pastores & Collegæ; quorum & *specioſi pedes sunt, annunciantium pacem & bona*, quibuscum huc veniſtis; &, quantùm ad nos attinet, specioſi, utpotè, ad quos opportunè vos contuliſtis, non ut errantem ovem in viam reducatis, verùm ut Pastorem peregrinum inviſatis? Quo pacto peregrinatio nostra judicio vestro se habet? Et quis *hujus fructus*, vel, ut rectiùs loquar, *Spiritûs in nobis habitantis, quo & semper movemur*, & nunc moti sumus, nihil proprium habere cupientes, nec fortaſsè habentes? Utrùm tandem per vosmetipsos intelligitis, & percipitis, ac benigniores rerum nostrarum censores estis? An contrà nobis faciendum est, ut, quemadmodùm qui militaris imperii, aut gubernationis popularis, aut pecuniarum administrationis rationem expoſcuntur, sic nos quoque eorum, quæ à nobis administrata sunt, rationes publicè vobis reddamus? Nec enim subire judicium erubeſcimus; quandoquidem etiam viciſſim judicamus, atque utrunque cum pari charitate. Vetus autem hæc lex est. Nam etiam Paulus *Evangelium cum Apoſtolis communicabat;* non ut ambitiosè se oſtentaret; procul enim ab omni gloriæ cupiditate remotus est Spiritus; ſed ut, vel confirmaretur quod rectè & cum laude gerebat, vel corrigeretur quod officio deerat; ſi quid tamen hujuſmodi erat in iis, quæ ab eo dicebantur, vel agebantur, quemadmodùm ipse oſtendit, cum de seipso ad hunc modum scribit: *Quoniam & Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjiciuntur*, juxta constitutum Spiritûs ordinem,

Gregorius ſuæ adminiſtrationis rationem reddere paratus.

Fidei doctrina inter Paſtores & cum Paſtoribus conferenda.

Gal. II. 2.

I. Cor. XIV. 32.

[a] ΣΥΝΤΑΚΤΗΡΙΟΣ, εἰς τὴν τῶν ρν. Ἐπισκόπων [b] παρουσίαν.

ΛΟΓΟΣ μϚ.

Α α. ΠΩΣ ὑμῖν τὰ ἡμέτερα, ὦ φίλοι ποιμένες καὶ συμποιμένες· ὧν ὡραῖοι μὲν οἱ πόδες, εὐαγγελιζομένων εἰρήνην καὶ ἀγαθὰ, μεθ' ὧν ἐληλύθατε· ὡραῖοι δὲ τὰ πρὸς ἡμᾶς, οἷς εἰς καιρὸν ἐληλύθατε, οὐχ ἵνα πρόβατον πλανώμενον ἐπιστρέψητε, ἀλλ' ἵνα ποιμένα [c] ἔνδημον ἐπισκέψησθε; πῶς τὰ τῆς ἐνδημίας ὑμῖν ἔχει τῆς ἡμετέρας; καὶ τίς ὁ ταύτης καρπὸς, μᾶλλον δὲ, τοῦ ἐν ἡμῖν Πνεύματος, ᾧ κινούμεθά τε ἀεὶ, Β καὶ νῦν κεκινήμεθα, μηδὲν ἴδιον ἔχειν ἐπιθυμοῦντες, μήτ' ἴσως ἔχοντες; ἆρά γε συνίετε παρ' ὑμῶν αὐτῶν, καταμανθάνετε, καὶ λογισταὶ τῶν ἡμετέρων ἐστὲ χρηστότεροι; ἢ δεῖ, καθάπερ τοὺς στρατηγίας, ἢ δημαγωγίας, ἢ διοικήσεως χρημάτων λόγον [d] ἀπαιτουμένους, δημοσίᾳ καὶ αὐτοὺς d ὑποσχεῖν ὑμῖν τὰς εὐθύνας, ὧν διῳκήκαμεν; οὐ γὰρ αἰσχυνόμεθα κρινόμενοι, ὅτι καὶ κρίνομεν ἐν τῷ μέρει, καὶ μετὰ τῆς αὐτῆς C ἀγάπης ἀμφότερα. παλαιὸς δὲ ὁ νόμος· ἐπεὶ καὶ Παῦλος τοῖς Ἀποστόλοις ἐκοινοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον· οὐχ ἵνα φιλοτιμήσηται· πόῤῥω γὰρ τὸ Πνεῦμα πάσης φιλοτιμίας· ἀλλ' ἵν', ἢ βεβαιωθῇ τὸ κατορθούμενον, ἢ διορθωθῇ τὸ ὑστερούμενον, εἴ ἄρα τὶ καὶ τοιοῦτον ἦν ἐν τοῖς ὑπ' ἐκείνου λεγομένοις, ἢ πραττομένοις, ὡς αὐτὸς παραδηλοῖ περὶ ἑαυτοῦ γράφων· ἐπειδὴ καὶ Πνεύματα Προφητῶν Προφήταις ὑποτάσσεται, [e] κατὰ τὴν e εὐταξίαν τοῦ πάντα καλῶς οἰκονομοῦντος

(a) Συντακτήριος. Hæc vox, ut exponit Nicetas, idem sonat, ac ἀποχαιρετικὸς, id est, ſi loqui fas est, *valedictoria Oratio*. In hac enim Oratione Constantinopolitanæ plebi supremum Vale dicit Gregorius, & ab Epiſcopis centum quinquaginta in Concilio coadunatis discedendi facultatem efflagitat. Quod ipſi conceſſum est. Reg. Henrici codex habet συνακτήριος, pro συντακτήριος. Utraque vox deest in pluribus Codd.

(b) Παρουσίαν. Duo Colb. addunt, ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆ ἁγίας Ἀναστασίας λεχθείς, *ad tumulum ſanctæ Anaſtaſiæ dicta*.

(c) Ἔνδημον. Plures Codd. συνένδημον, quod ſequitur Billius, & vertit: *peregrè, ut vos, agentem*. Nicetas: τὸν ἀπόδημον τῆς πατρίδος ποιμένα. *Paſtorem à patria peregrinantem*.

(d) Ἀπαιτουμένους. In quibuſdam, ἀπέχοντας, *recipientes*.

(e) Κατὰ τὴν εὐταξίαν &c. Bill. *juxta Spiritûs conſtitutionem*. Comb. *juxta Spiritûs diſciplinam*.

καὶ

καὶ δίκαιος Πνεύματος. εἰ δὲ ἐκεῖνος A qui omnia rectè dispensat, & dividit. Quòd
μὲν ἰδίᾳ καὶ τισὶν, ἐγὼ δὲ δημοσίᾳ καὶ si ille quidem privatim & apud quosdam,
πᾶσιν ὑφέχω λόγον, μηδὲν θαυμάσητε. ego autem publicè & apud omnes judicium
καὶ γὰρ χρήζω μᾶλλον ὠφεληθῆναι τῇ subeo, ne id vobis mirandum accidat. Nam
τῶν ἐλέγχων ἐλευθερίᾳ, ἥπερ ἐκεῖνος, ego ea, quæ ex libera reprehensione per-
εἴ τι φαινοίμην ἐλλείπων τοῦ δέοντος, μή cipitur, utilitate magis opus habeo, quàm
πως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον. καὶ οὐκ ille, si qua in re officii partes deseruisse
a ἔστιν ἄλλως [a]ἀπολογήσασθαι, ἢ ἐν εἰδόσι videar, *ne alioqui frustrà curram, aut cu-* Gal. II. 2.
τοὺς λόγους ποιούμενον. *currerim.* Nec verò aliter defensionis mu-
nus rectè suscipi potest, quàm si apud eos,
quibus administrationis meæ ratio cognita
est, sermo habeatur.

β. Τίς οὖν ἡ ἀπολογία; καὶ εἰ μὲν B II. Quæ igitur est nostra defensio? Ac Tristis Constantinopolitanæ Ecclesiæ, Hæreticis florentibus; imago.
ψευδὴς, ἐλέγξατε· εἰ δὲ ἀληθὴς, μαρτυ- si quidem falsa, coarguite; si autem vera,
ρήσατε ὑμεῖς, ὑφὲρ ὧν, καὶ ἐν οἷς ὁ λόγος. testimonio vestro confirmate, vos, in-
ὑμεῖς γάρ μοι καὶ ἀπολογία, καὶ μάρτυρες, quam, quorum causâ, & apud quos hæc
καὶ καυχήσεως στέφανος, ἵνα τολμήσω κἀγώ habetur Oratio. *Vos enim mihi estis*
b τι τῆς τοῦ Ἀποστόλου [b]νεανιεύσασθαι. τοῦτο *defensio, & testes, & gloriæ corona*, ut
τὸ ποίμνιον ἦν, ὅτε μικρόν τε καὶ ἀτελὲς ἦν, ego quoque ex Apostoli verbis aliquid
ὅσον ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις, καὶ οὐδὲ ποίμνιον, audacter usurpem. Hic grex, exiguus Constantinopolitanæ Ecclesiæ grex, exiguus & Pastore carens.
ἀλλὰ ποίμνης τὶ μικρὸν ἴχνος, ἢ λείψανον, quondam erat & imperfectus, quantùm
c [c]ἀσύντακτον, καὶ ἀνεπίσκοπον, καὶ ἀόριστον, quidem oculorum sensu judicari poterat,
μήτε νομὴν ἐλευθέραν ἔχον, μήτε μάνδρᾳ C ac ne grex quidem, sed parvum quoddam
περιεχόμενον, πλανώμενον ἐν ὄρεσι, καὶ & tenue gregis vestigium, aut reliquiæ,
σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, ἄλλο incompositus, Pastore carens, nullis ter-
ἀλλαχοῦ διεσπαρμένον τε καὶ διερριμμένον, minis inclusus, nec pascui liberi jus ha-
d ὡς ἕκαστον ἔτυχε [d]σκεπόμενον, ἢ νεμόμενον, bens, nec caulâ cinctus, *oberrans in mon-* Hebr. XI. 38.
e καὶ [e]διακλέπτον ἀγαπητικῶς τὴν ἑαυτοῦ *tibus, in speluncis & cavernis terræ*, huc
ζωτηρίαν· οἷον ἐκεῖνο τὸν ποίμνιον, ὃ λέοντες illuc dispersus atque disjectus, eóque re-
ἐξῶσαν, ἢ ζάλη διέλυσεν, ἢ σκοτόμαινα dactus, ut, quà quamque ovem fors tu-
f διεσκέδασεν· ὃ θρηνοῦσι μὲν [f]Προφῆται, lisset, contegeretur ac pabularetur, præ-
τοῖς τοῦ Ἰσραὴλ ἀπεικάζοντες πάθεσι, claréque secum agi duceret, si salutem
h g g παραδεδομένου τοῖς ἔθνεσιν· [h]ἐθρηνήσα- D suam surriperet; non secùs videlicet ac
μεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ἐφ' ὅσον θρήνων ἐπράτ- grex ille, quem leones expulerunt, aut
τομεν ἄξια. τῷ ὄντι γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐξώσθημεν tempestas dissolvit, aut caligo dissipavit; Hæreticâ tempestate jactatus.
καὶ ἀπερρίφημεν, καὶ ἐπὶ πᾶν ὄρος καὶ quem & Prophetæ lugent, populi Israë-
i βουνὸν διεσπάρημεν, [i]ὡς ἐν ἐρημίᾳ ποιμένος· litici Gentibus traditi calamitatem ad-
καὶ πονηρός τις χειμὼν κατέσχε τὴν Ἐκκλη- umbrantes; & nos etiam luximus, quan-
σίαν, καὶ δεινοὶ θῆρες ἐπιπεπλώκασιν, οἱ diù luctuoso statu res nostræ fuerunt. Nam
μηδὲ νῦν μετὰ τὴν αἰθρίαν ἡμῶν φειδόμενοι· ipsi quoque reverà expulsi & projecti fui-
k ἀλλ' [k]ἀναισχυντοῦντες εἶναι, καὶ τοῦ καιροῦ mus, atque in montes omnes & colles ob
δυνατώτεροι· καὶ σκυθρωπή τις σκοτόμαινα Pastoris inopiam dispersi; ac dira quædam
ἐπέλαβε πάντα καὶ συνεκάλυψε, πολὺ τῆς tempestas Ecclesiam invasit, & horrendæ
ἐνάτης τῶν Αἰγυπτίων πληγῆς βαρυτέρα, belluæ in nos impetum fecerunt, quæ ne
τοῦ ψηλαφητοῦ λέγω σκότους, ὑφ' οὗ μικροῦ nunc quidem, redditâ serenitate, nobis par-
l δεῖν μηδὲ ἀλλήλους ἰδεῖν [l]ἐδυνήθημεν. cunt; verùm, quâ sunt impudentiâ, po-
tentiores etiam & atrociores, quàm tem-
pus ferat, se præbent: atque tristis quæ-
dam caligo cuncta occupavit & contexit,
multò sanè *nonâ illâ Ægyptiorum plagâ*, Exod. X. 21.
hoc est, palpabilibus tenebris, gravior,
præ qua penè nec alii alios videre potui-
mus.

(a) Ἀπολογήσασθαι. Reg. ph. addit, δικαίως, *justè*, *meritò*.

(b) Νεανιεύσασθαι. Or. 2. παῤῥησιάσθαι, *cum fiducia loqui*.

(c) Ἀσύντακτον. Reg. ph. ἀσύνακτον.

(d) Σκεπόμενον. *Contegeretur*. Sic Reg. ph. Coisl. 2. Or. 2. Par. &c. Nicetas exponit, κρυπτόμενον, *absconderetur*. In Ed. σκοπέμενον, quod vertit Bill. *regeretur*.

(e) Διακλέπτον ἀγαπητικῶς. Sic unus Colb. Gabr. Comb. Sic etiam videtur legisse Nicetas. Deest ἀγαπητικῶς in Ed.

(f) Προφῆται. In sacro textu Ezech. XXXIV. 12. ποιμένες, *Pastores*.

(g) Παραδεδομένου. Sic plures Codd. In Ed. παραδεχομένου.

(h) Ἐθρηνήσαμεν. Sic Or. 2. & Comb. In Ed. ἐθρηνεύσαμεν.

(i) Ὡς ἐν ἐρημίᾳ ποιμένος. Or. 2. ὡς ἐν ἐρημίᾳ ποιμένες. *Quasi in vastitate dispersi Pastores*.

(k) Ἀναισχυντοῦντες. Hìc significare videtur Gregorius, Hæreticorum impudentiam ad id audaciæ prorupisse, ut, ne quidem à pio Imperatore Theodosio, comprimi possit.

(l) Ἐδυνήθημεν. Tres Colb. & Comb. ἠδυνήθημεν.

A Deo ferè derelictus.

III. Atque, ut aliquid, quod majorem commiseratione redoleat, dicam, eo scilicet, qui nos afflixit, tanquam parente, fretus: *Abraham nescivit nos, & Israël ignoravit nos: at tu Pater noster es:* in te oculos conjicimus: præter te alium non novimus: nomen tuum invocamus. *Propterea causam dicam*, inquit Jeremias, *cæterùm judicia loquar ad te. Facti sumus ut à principio, cùm non imperares nobis*, & oblitus es testamenti sancti tui, ac misericordias tuas nobis occlusisti. Propterea opprobrium facti sumus dilecto tuo; nos, inquam, Trinitatis adoratores, perfecti perfectæ divinitatis clientes & supplices; nec eò audaciæ prorumpentes, ut quidquam eorum, quæ supra nos sunt, ad nos detrahamus & dejiciamus; nec ita superbi & arrogantes, ut, quod impiæ linguæ ac Deitatis hostes faciunt, Dominium in servilem ordinem nobiscum redigamus: sed scilicet propter alia scelera nostra, & quia non, ut mandatis tuis dignum erat, vitæ nostræ rationes instituimus; verùm post pravam nostram mentem & cogitationem ambulavimus. Quænam enim alia causa proferri potest, cur hominibus iniquissimis, atque omnium, quos terra fert, sceleratissimis dediti sumus? Primus *Nabuchodonosor* nos obtrivit, ille, inquam, qui post Christum adversùs Christum furore flagravit, atque ob eam causam Christum invisum habuit, quia per eum salutem consecutus fuerat; ac sacros libros cum impiis sacrificiis commutavit. *Devoravit me, in partes distraxit me: contexerunt me tenebræ tenues*, ut, ne lugens quidem, à verbis Scripturæ recedam. *Nisi quia Dominus adjuvit me*, atque ipsum, (qualia Dei judicia!) in Persidem ejectum, iniquorum manibus, ut merebatur, tradidisset, imò sceleratus cruor in ultionem innoxii sanguinis justè effusus fuisset, (hîc solùm justitia quidem longanimitate uti non sustinuit,) *propemodùm habitasset in inferno anima mea.* Secundus nihilo humanior illo fuit, imò eò etiam acerbior, quòd Christi nomen ferens, pseudochristus erat, Christianíque onus simul & dedecus, quibus & facere impium, & pati inglorium erat; quòd ne injuriam quidem accipere viderentur, nec illustre martyrii nomen cruciatibus accederet; verùm hîc quoque fucus veritati fieret, ut qui tanquam Christiani patiebantur, tanquam impii cruciatu afficerentur. Heu me! quia

Isai. LXIII. 16.

Jer. XII. 1.

Isai. LXIII. 19.

A Juliano Apostata obtritus.

Jer. LI. 34.

Jer. LI. 34.

Ps. LIV. 6.

Ps. XCIII. 17.

Ibid. 17.

A Valente Imperatore probo & contumeliis affectus.

γ. Καὶ, ἵν' εἴπω τὶ [a] συμπαθέστερον, ὡς πατρὶ τῷ παραδεδωκότι θαῤῥήσας· Αβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς, καὶ Ισραὴλ οὐκ ἐπέγνω ἡμᾶς· ἀλλὰ σὺ Πατὴρ ἡμῶν εἶ· καὶ πρὸς σὲ βλέπομεν· ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν· τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. διὰ τοῦτο ἀπολογήσομαι, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σὲ, φησὶν Ιερεμίας. ἐγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρξας ἡμῶν, καὶ ἐπελάθου διαθήκης ἁγίας σου, καὶ ἀπέκλεισας ἀφ' ἡμῶν [b] τὰ ἐλέη σου. διὰ τοῦτο ἐγενήθημεν ὄνειδος τῷ ἀγαπητῷ σου, οἱ τῆς Τριάδος προσκυνηταὶ, οἱ τέλειοι τῆς τελείας θεότητος πρόσφυγες· καὶ μὴ τολμῶντές τι τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς εἰς ἡμᾶς [c] κατάγειν· μηδὲ τοσοῦτον ἐπαίρεσθαι κατὰ τὰς ἀθέους γλώσσας καὶ θεομάχους, ὥστε τὴν δεσποτείαν ποιεῖν ὁμόδουλον· ἀλλὰ παρεδόθημεν δηλαδὴ διὰ τὰς [d] ἄλλας ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τὸ μὴ ἀξίως τῶν ἐντολῶν σου ἀναστραφῆναι· ἀλλ' ὀπίσω τῆς διανοίας ἡμῶν τῆς [e] πονηρᾶς πορευθῆναι. διὰ τί γὰρ ἕτερον ἀνδράσιν ἀδικωτάτοις καὶ πονηροτάτοις παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν; [f] ὁ πρῶτος Ναβουχοδονόσορ ἐξέθλιψεν ἡμᾶς, ὁ μετὰ Χριστὸν κατὰ Χριστοῦ μανεὶς, καὶ διὰ τοῦτο μισήσας Χριστὸν, ὅτι δι' αὐτοῦ σέσωστο· καὶ τῶν ἱερῶν βίβλων τὰς ἀθέους θυσίας ἀντιλαβών. κατέφαγέ με, [g] ἐμερίσατό με, ἐκάλυψέ με σκότος λεπτὸν, ἵνα μὴ ἀποσιῶ, μηδὲ θρηνῶν, τῆς γραφῆς. εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἐβοήθησέ μοι, καὶ χερσὶν ἀνόμων δικαίως αὐτὸν [h] παρέδωκεν, ἐκτοπίσας εἰς Πέρσας, οἷα [i] τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, καὶ ὑπὲρ αἱμάτων ἀνοσίων αἷμα ἐχέθη δίκαιον, ἐνταῦθα μόνον οὐδὲ μακροθυμῆσαι [k] ἀνασχομένης τῆς δίκης, παραβραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου. ὁ δεύτερος, [l] οὐδὲν ἐκείνου φιλανθρωπότερος, ὅτι μὴ καὶ βαρύτερος, [m] ὅσῳ τοῦ Χριστοῦ φέρων ὄνομα, ψευδόχριστος ἦν, καὶ [n] Χριστιανοῖς βάρος ὁμοῦ τε καὶ ὄνειδος, οἷς καὶ τὸ ποιεῖν ἄθεον, καὶ τὸ πάσχειν ἄδοξον· τῷ μηδὲ ἀδικεῖσθαι δοκεῖν, μηδὲ τὸ μεγαλοπρεπὲς [o] ὄνομα τοῦ πάσχειν προσεῖναι τὴν μαρτυρίαν· ἀλλὰ κἀνταῦθα κλέπτεσθαι τὴν ἀλήθειαν, πάσχοντας ὡς Χριστιανοὺς, ὡς

(a) Συμπαθέστερον. Par. συντομώτερον, *brevius.*
(b) Τὰ ἐλέη. In nonnullis, τὸ ἔλεος.
(c) Κατάγειν. In quibusdam, καταγάγειν.
(d) Ἄλλας. In nonnullis, πολλὰς, *multa.*
(e) Πονηρᾶς. Deest in Or. 2.
(f) Ὁ πρῶτος. Julianum Imperatorem intelligit.
(g) Εμερίσατο. In quibusdam, ἐμέρισε.
(h) Παρέδωκεν. Or. 2. παραδέδωκεν.
(i) Τὰ τοῦ Θεοῦ. Sic quinque Regg. Deest τοῦ in Ed.
(k) Ανασχομένης. In aliis, ἀνεχομένης.
(l) Οὐδέν. Sic plures Codd. In Ed. οὐδέ.
(m) Ὅσῳ τοῦ. Reg. bm. & tres Colb. ὅσῳ τό.
(n) Χριστιανοῖς βάρος ὁμοῦ τε καὶ ὄνειδος. Sic Reg. bm. aliique plures. In Ed. Χριστιανοῖς ὄνειδος.
(o) Ονομα τοῦ πάσχειν προσεῖναι. Sic Regg. bm. ph. Par. & Gabr. Deest τοῦ πάσχειν in Ed.

ἀσεβεῖς κολάζεσθαι. οἵ μοι, ὅτι ἐπλατήσαμεν ἐν τοῖς κακοῖς, ὅτι πῦρ κατέφαγε τὰ ὡραῖα τῆς οἰκεμένης. τὰ κατάλοιπα τῆς κάμπης κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς, καὶ τὰ κατάλοιπα τῆς ἀκρίδος κατέφαγεν ἡ ἐρυσίβη· εἶτα ὁ βρῦχος, εἶτα
a ἄκ οἶδ' ὅ τι πρὸς τούτοις, [a] καὶ ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ κακῷ φυόμενον. τί ἂν τις ἐκτραγῳδοίη πάντα τὰ τῷ καιρῷ κακὰ, καὶ τὴν τότε κατασχοῦσαν ἡμᾶς, εἴτε εἰσπραξιν χρὴ λέγειν, εἴτε δοκιμασίαν ἢ πύρωσιν; πλὴν ὅτι διήλθομεν διὰ πυρὸς ἢ ὕδατος, ἢ προήλθομεν B εἰς ἀναψυχὴν εὐδοκίᾳ τοῦ σώζοντος Θεοῦ.

b δ'. Αλλ' [b] ὅ μοι λέγειν ἀπ' ἀρχῆς ὁ λόγος ὥρμητο· τοῦτο τὸ γεώργιον ἦν, ὅτε μικρόν τε
c ἦ πενιχρὸν ἦν, [c] ἢ ἐχ ὅπως Θεῷ, τῷ τὸν κόσμον ὅλον γεωργήσαντός τε καὶ γεωργοῦντος τοῖς καλοῖς τῆς εὐσεβείας σπέρμασί τε ἢ δόγμασιν, ἀλλ' οὐδὲ πένητος ἑνὸς τῶν ἐνδεῶν καὶ με-
d τρίων, ὡς γε ἐδόκει· [d] ἀλλ' οὐδὲ γεώργιον ὅλως, οὐδὲ ἀποθηκῶν, οὐδὲ ἄλω τυχὸν,
e οὐδὲ δρεπάνης ἄξιον· οὐδὲ [e] θημὼν, οὐδὲ δράγματα, ἢ δράγματα μικρά τε καὶ ὤωρα, καὶ οἷα τὰ ἐκ δωμάτων, μήτε χεῖρα πληροῦντα
f f τοῦ θερίζοντος, μήτε τῶν παριόντων εὐλογίαν προκαλούμενα. τοιοῦτον ἡμῶν τὸ γεώργιον, τοσοῦτον τὸ θέρος· μέγα μὲν, ἢ εὐσταχυ, ἢ πίον τῷ θεωρητῇ τῷ κρυπτῶν, καὶ τοιούτου γεωργοῦ πρέπον εἶναι, ὃ πληθύνουσι κοι-
g λάδες ψυχῶν καλῶς τῷ λόγῳ [g] γεωργουμένων· οὐ μὴν γνωριζόμενον τοῖς πολλοῖς, οὐδὲ εἰς ἓν συναγόμενον, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν D
h συλλεγόμενον, ὡς [h] καλάμη ἐν ἀμήτῳ, καὶ ὡς ἐπιφυλλὶς ἐν τρυγήτῳ, μὴ ὑπάρχοντος βότρυος. προσθήσειν μοι δοκῶ κἀκεῖνα, καὶ
i λίαν κατὰ καιρόν· [i] ὡς συκῆν ἐν ἐρήμῳ εὗρον
k τὸν Ισραὴλ, καὶ ὡς [k] ῥάγα μίαν ἢ δευτέραν ὥριμον ἐν ἀώρῳ τῷ βότρυϊ, εὐλογίαν μὲν Κυρίου τετηρημένην, καὶ ἀπαρχὴν καθιερωμένην, πλὴν ὀλίγην ἔτι καὶ σπάνιον, καὶ οὐ
l πληροῦσαν σῖτόμα [l] ἔσθοντος· ἢ ὡς σημαίαν ἐπὶ βουνοῦ, καὶ ὡς ἱστὸν ἐπ' ὄρους, ἢ εἴ E τι ἄλλο τῶν μοναδικῶν τε καὶ οὐ πλείοσι θεωρουμένων. ταῦτα μὲν τὰ τῆς προτέρας πενίας καὶ κατηφείας.

ε. Αφ' οὗ δὲ ὁ πλωχίζων καὶ πλουτίζων Θεὸς, ὁ θανατῶν καὶ ζωογονῶν, ὁ ποιῶν

in malis divites & copiosi extitimus, *quia ignis speciosa terræ comedit. Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit rubigo*; tum bruchus, ac posteà nescio quod aliud atque aliud malum subindè exoriens. Quid autem omnia illius temporis mala tragicâ Oratione prosequi attinet, eámque, quæ tum nos invasit, sive pœnam dicere convenit, sive explorationem ac purgationem? Cæterùm *transivimus per ignem & aquam*, ac benignâ Salvatoris voluntate in refrigerium prodiimus.

Joel. I. 19. Ibid. I. 4. Ps. LXV. 12.

IV. Enimverò, ut eò se, undè digressa est, Oratio referat: hæc seges parva quondam & inops erat, ac non modò Deo, qui pulchris pietatis seminibus & doctrinis totum orbem terrarum excoluit, atque excolit, sed ne paupere quidem, ac tenui homunculo digna, ut quidem videbatur: imò nec seges omninò, nec horreis, nec areâ fortasse, nec falce digna: nec etiam acervi, nec *manipuli*, aut certè parvi & immaturi, & quales sunt *tectorum*, nec *messoris manum implentes*, nec eorum, *qui pertranseunt, benedictionem* illicientes. Talis seges, tantilla messis nostra erat; magna tamen, & spicis copiosa, & pinguis, apud eum, qui abscondita intuetur, & tali Agricola digna habebatur illa, quam animarum valles multiplicant, cùm rectâ doctrinâ excoluntur; quamvis nec in vulgus nota esset, nec in unum cogeretur, sed paulatim *colligeretur, non secùs ac stipula in messe, & racemulus in vindemia, cùm nullus est botrus.* Quin illa quoque, & quidem admodùm tempestivè, mihi videor adjecturus: *Ut ficum præmaturam in deserto Israëlem inveni*, & ut unum aut alterum acinum in immaturo botro maturum, *Domini quidem benedictione servatum*, ac primitiis consecratum, adhuc tamen parvum & rarum, nec os comedentis implentem: atque etiam, ut *signiferum lignum in colle, & malum navis in monte*, aut si quid aliud est singulare, nec multis conspicuum. Atque hæc quidem pristina nostra paupertas & mœstitia fuit.

Seges olim parva.

Ps. CXXVIII. 6. & seqq.

Dei tamen oculis magna & copiosa.

Mich. VII. 1. Osee. IX. 10. Isai. LXV. 8. Ibid. XXX. 17.

V. Ex quo autem tempore Deus, qui *pauperem facit & ditat*, qui *mortificat &*

Dei benedictione adau-

(a) Καί. Rejicit Combefisius.
(b) Ο μοι λέγειν. Sic plerique Codd. In Ed. ὃ μὴ λέγειν.
(c) Καί. Deest in nonnullis.
(d) Αλλ' οὐδέ. Sic plerique Codd. Deest ἀλλά in Ed.
(e) Θημών. Reg. bm. θημονιῶν.
(f) Τῷ θερίζοντος. Sic Codd. In Par. ed. θρίζοντος.
(g) Γεωργεμένων. In nonnullis, γεωργέμεναι.
(h) Καλάμη. Reg. bm. καλάμην.
(i) Ως συκῆν. Tres Regg. Or. 2. &c. ὡς σκοπόν, *ut scopum.* Osee. IX. 10. ὡς σκοπὸν ἐν συκῇ πρώϊμον, *ut scopum in ficu temporaneum.*
(k) Ράγα μίαν. Sic plerique Codd. Reg. bm. ῥᾶγα μίαν. In Isai. LXV. 8. ὃν τρόπον εὑρεθήσεται ὁ ῥὰξ ἐν τῷ βότρυϊ. *Quomodò invenietur acinum in botro.* In Ed. conjunctim, ῥαγαμίαν.
(l) Εσθοντος. In nonnullis, ἐσθίοντος.

Ora & multiplicata.

vivificat, qui *solâ voluntate omnia facit atque immutat*, qui *ex nocte diem facit, ex hyeme ver, ex tempestate tranquillitatem, ex siccitate pluviam*; idque plerumque unius justi, diuturnâ persecutione vexati precibus permotus; qui denique *mansuetos in altum suscipit, ac peccatores usque ad terram humiliat*, illud secum dixit: *Videns vidi afflictionem Israëlis*: nec luto, nec laterum conficiendorum labore diutiùs opprimentur: ac locutus visitavit, & visitans salutem attulit, *populúmque suum eduxit in manu potenti & brachio excelso, in manu Moysis & Aaron* electorum suorum. Quid fit, & quid mirum perpetratur? Ea nimirùm, quæ memoriæ prodita, & litterarum monumentis commendata circumferuntur. Nam, ut miracula in via edita, magnúmque illum strepitum taceam, ac rem uno verbo complectar; Joseph *unus in Ægyptum* proficiscitur, ac *sexcenta hominum millia* non multò pòst ex Ægypto excedunt. Quid hoc admirabilius aut illustrius divinæ magnificentiæ argumentum, cùm ex rebus perditis ac deploratis, iter secundis aperire voluerit? Promissionis terra per unum hominem odio habitum sorte distribuitur, atque is, qui venditus fuerat, gentes sedibus pellit, ipséque in gentem magnam constituitur, ac parva illa propago, *vinea lata & palmitibus abundans* efficitur, in eámque magnitudinem evadit, ut & *supra fluvios ascendat, & usque ad mare extendatur*, & *à finibus ad fines* dilatetur, & gloriæ sublimitate *montes* operiat, & *cedrorum* magnitudinem superet, & quidem *cedros Dei*, quicunque tandem montes illi, & quæcunque cedri existimandæ sunt.

I. Reg. II. 6. & seq. Amos. V. 8. III. Reg. XVIII. 45. Ps. CXLVI. 6. Exod. III. 7. Ps. CXXXV. 11. & seq. Ps. LXXVI. 21.

Quemadmodùm Joseph in Ægypto multiplicatus, sic Gregorii grex Constantinopoli.

Gen. XXXVII. 28. Exod. XII. 37. Ps. LXXVIX. 9. & seqq.

VI. Talis quondam hic grex erat, talísque rursum nunc, támque succulentus, latéque se porrigens; ac si nondùm perfectionem assecutus, ad eam tamen quotidianis incrementis progrediens, atque etiam, ut auguror, progressurus. Hoc mihi prædicit Spiritus sanctus, si quid vaticinandi arte valeo, futuráque prospicio. Ac simul ex iis, quæ præcesserunt, spem non dubiam concipio, atque ratiocinatione id percipio, utpotè rationis alumnus. Multò enim mirabilius est, quòd ex tantillo ad tantam magnitudinem pervenerit, quàm ut ex eo statu, quo nunc est, ad summum splendoris gloriæque gradum provehatur. Posteaquàm enim semel ab eo, qui mor-

Ad perfectionem quotidianis incrementis progrediens.

πάντα καὶ μετασκευάζων μόνῳ τῷ βούλεσθαι, ὁ ποιῶν ἐκ μὲν νυκτὸς ἡμέραν, ἐκ δὲ χειμῶνος ἔαρ, ἐκ δὲ ζάλης γαλήνην, ἐκ δὲ αὐχμῶν ἐπομβρίαν· καὶ τοῦτο δι' ἑνὸς δικαίου πολλάκις εὐχὴν ἐπὶ πολὺ διωχθέντος· ὁ ἀναλαμβάνων ταπεινοὺς εἰς ὕψος, καὶ ταπεινῶν ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς, ἐκεῖνο πρὸς [a]αὐτὸν εἶπεν· ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν [b]τοῦ Ἰσραήλ· καὶ οὐ μὴ προσθῶσιν ἔτι τῷ πλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ ταλαιπωρεῖν· καὶ εἰπὼν, ἐπεσκέψατο, καὶ ἐπισκεψάμενος ἔσωσε, καὶ ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν χειρὶ [c]κραταιῷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, [d]ἐν χειρὶ Μωσῆ καὶ Ααρὼν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ. τί γίνεται, καὶ τί θαυματουργεῖται; ἃ βίβλοι καὶ μνῆμαι φέρουσιν. ἐκτὸς γὰρ τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν θαυμασίων, καὶ τῆς μεγάλης ἐκείνης βομβήσεως, ἵν' εἴπω τι συντομώτατον· Ιωσὴφ εἰς Αἴγυπτον εἷς, καὶ μυριάδες ἑξήκοντα [e]μετ' ὀλίγον ἐξ Αἰγύπτου. τί τούτου θαυμασιώτερον, ἢ μεῖζον τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλονοίας τεκμήριον, ὅταν ἐκ τῶν ἀπόρων θέλῃ πόρον δοῦναι τοῖς πράγμασι; καὶ γῆ τῆς ἐπαγγελίας κληροδοτεῖται δι' ἑνὸς μισηθέντος, καὶ ὁ πραθεὶς ἔθνη μεθίστησι, καὶ εἰς ἔθνος καθίσταται μέγα, καὶ ἡ μικρὰ φύλαφυὰς ἐκείνη, ἄμπελος εὐκληματοῦσα γίνεται, καὶ τοσαύτη, ὡς ἐπεμβαίνειν μὲν ποταμοῖς, ἐκτείνεσθαι δὲ μέχρι θαλάσσης, [f]ἐξ ὁρίων εἰς ὅρια [g]πλατυνομένην, καλύπτειν δὲ ὄρη πρὸς ὕψει τῆς δόξης, κέδρων δὲ ὑπεραίρεσθαι, καὶ ταῦτα τῶν τοῦ Θεοῦ, ἅ τινα δὴ τὰ ὄρη ταῦτα, ἢ ἅς τινας τὰς κέδρους ὑπολαμπλέον.

5. Τοιοῦτόν ποτε τοῦτο τὸ ποίμνιον, καὶ τοιοῦτον νῦν, οὕτως εὐεκτοῦν τε καὶ πλατυνόμενον· εἰ δὲ μή πω [h]τελείως, ἀλλ' εἰς τοῦτό γε ταῖς κατὰ [i]μέρος ὁδεῦον προσθήκαις· [k]προφητεύω δὲ, ὅτι καὶ ὁδεῦσον. τοῦτό μοι τὸ Πνεῦμα προλέγει τὸ ἅγιον, εἴ τι προφητικὸς ἐγὼ, καὶ βλέπων τὰ ἔμπροσθεν· καὶ ἅμα τοῖς προλαβοῦσιν ἔχω [l]θαῤῥεῖν, καὶ λογισμῷ γινώσκειν, ὡς λόγου σύντροφος. πολὺ γὰρ παραδοξότερον, ἐξ ἐκείνου τοσαύτην γενέσθαι, ἢ τὴν νῦν οὖσαν, εἰς ἄκρον προελθεῖν λαμπρότητος. ἐξ οὗ γὰρ συνάγεσθαι ἤρξατο πρὸς τοῦ ζωο-

(a) Αὐτόν. Duo Regg. quatuor Colb. & Or. 2. ἑαυτόν. Mox, εἶπεν. Reg. bm. εἰπών.
(b) Τὸ Ισραηλ. Or. 2. τὸ λαῶ μου. *Populi mei.*
(c) Κραταιῷ. Coisl. 2. & Or. 2. κραταιᾷ.
(d) Εν χειρι Μωσῆ καὶ Ααρών. Schol. ἑαυτὸν αἰνίττεται καὶ μεγὰν Βασιλεῖον. *Significat seipsum & magnum Basilium.* Non probamus Scholiastæ sententiam. Id certè alienissimum est à Gregorii mente.
(e) Μετ' ὀλίγον. Reg. bm. μετὰ μικρόν.
(f) Εξ ὁρίων &c. Bill. *A montibus ad montes.*
(g) Πλατυνομένην. Tres Regg. πλατυνομένη.
(h) Τελείως. Duo Regg. & Or. 2. τελείως, *perfectè.*
(i) Μέρος. Savil. μικρόν, *parvis incrementis.*
(k) Προφητεύω δή. Sic duo Regg. tres Colb. duo Coisl. &c. Sic legit Bill. In Ed. καὶ προφητεύσω δέ.
(l) Θαῤῥεῖν. Regg. bm. ph. θάρσει.

γονοῦντος

γονοῦντος τοὺς νεκροὺς, ὀσᾶ πρὸς ὀσᾶ, καὶ ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν, καὶ [a] τοῖς ξηροῖς ἐδόθη Πνεῦμα ζωῆς καὶ παλιγγενεσίας, πᾶσαν, εὖ οἶδα, πληρωθῆναι δεῖ τὴν ἀνάστασιν· ὥστε μὴ ὑφούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς οἱ παραπικραίνοντες· μηδὲ σκιὰν κρατοῦντες, ἢ ἐνύπνιον [b] ἐξεγειρομένων, ἢ αὔρας διαπνεούσας, ἢ νηὸς ἴχνη καθ' ὕδατος, ἔχειν τὶ νομιζέτωσαν. [c] ὀλολυζέτω πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος. τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς παιδευέσθωσαν, καὶ μανθανέτωσαν, ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πλοῦτος· οὐδὲ ἀνέξεται, μὴ ἐν ἑστάσει διακόψαι κεφαλὰς [d] δυναστῶν, ὡς ὁ Αμβακοὺμ φησὶν, [d] ἡ διακοπτομένη θεότης, καὶ διαιρουμένη κακῶς εἴς τε τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον· ὡς ἂν μάλιστα καὶ θεότης ὑβρισθείη καταγομένη, καὶ βαρηθείη κτίσις ὁμοτιμίᾳ θεότητος.

ζ. Δοκῶ μοι κἀκείνης ἀκούειν τῆς φωνῆς, παρὰ τοῦ συνάγοντος τοὺς συντετριμμένους, καὶ τοὺς πεπιεσμένους εἰσδεχομένου· πλάτυνον τὰ σχοινίσματά σου ἔτι· ἐκπέτασον εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερά· πῆξον, τῶν αὐλαιῶν μὴ φείσῃ. ἐγὼ παραδέδωκά σε, καὶ ἐγὼ βοηθήσω σοί. ἐν θυμῷ μικρῷ ἐπάταξά σε, καὶ ἐν ἐλέῳ αἰωνίῳ δοξάσω σε. μεῖζον τὸ μέτρον τῆς φιλανθρωπίας, ὑπὲρ τὸ μέτρον τῆς παιδαγωγίας. ἐκεῖνα, διὰ τὴν πονηρίαν· ταῦτα, [e] διὰ τὴν Τριάδα προσκυνουμένην. ἐκεῖνα, διὰ τὴν κάθαρσιν· ταῦτα, διὰ τὴν ἐμὴν δόξαν· ὃς δοξάζω τοὺς δοξάζοντας, καὶ παραζηλῶ τοὺς παραζηλοῦντας. ἰδοὺ ταῦτα ἐσφράγισται παρ' ἐμοὶ, καὶ ἔτος ἄλυτος νόμος ἀντιμετρήσεως. σὺ δέ μοι περιείχου τῶν τοίχων, καὶ τῶν πλακῶν, καὶ τῆς κεκομψευμένης ψηφίδος, καὶ τῶν μακρῶν δρόμων καὶ περιδρόμων, καὶ χρυσῷ κατελάμπου καὶ περιελάμπου, τὸν μὲν, ὡς ὕδωρ ἔσπειρες, τὸν δὲ, ὡς ἄμμον ἐθησαύριζες· ἀγνοῶν, ὅτι [f] κρεῖσσον ὑπαίθρος πίστις, πολυτελοῦς ἀσεβείας, καὶ πλέους Θεῷ τρεῖς συνηγμένοι [g] ἐν ὀνόματι Κυρίου, [g] πολλῶν μυριάδων ἀρνουμένων θεότητα. ἢ καὶ τοὺς Χαναναίους ἅπαντας προτιμήσεις ἑνὸς τοῦ Αβραάμ; [h] ἢ καὶ [h] τοὺς Σοδομίτας ἑνὸς τοῦ Λώτ; ἢ καὶ Μαδιναίους Μωσέως, τῶν παροίκων καὶ ξένων; τί δαὶ τοὺς μετὰ Γεδεὼν τριακοσίους, τοὺς λάψαντας [i] ἀνδρικῶς, τῶν

tuos ad vitam revocat, ossa cum ossibus, & commissuræ cum commissuris jungi cœperunt, ac *aridis ossibus Spiritus vitæ* & regenerationis datus est, resurrectionem perfectè expleri necesse est: ac proindè, *qui exasperant, non exaltentur in semetipsis;* nec umbram, aut *somnium exsurgentium*, aut auram perflantem, aut navis vestigia aquis impressa tenentes, quidquam se habere existiment. *Ululet pinus, quia cecidit cedrus.* Ex aliorum malis documentum sibi capiant, ac discant, *pauperem nequaquàm in finem usque oblivioni fore;* nec Divinitatem sese diutiùs cohibituram, quin *procerum capita*, ut Habacuc loquitur, cum stupore dissecet, utpotè quæ ipsa quoque dissecta sit, & malè divisa in id quod præest, & quod subest; ut sic maximè, & Deitas contumeliâ afficiatur, in creaturarum ordinem redacta, & res creatæ graventur, Deitati honore adæquatæ.

Spiritus vitæ ossibus aridis datus. *Ezech.* XXXVII. 7. 10.

Ps. LXV. 7.

Ps. LXXII. 20.

Zachar. XI. 2.

Ps. IX. 19.

Habac. III. 13. *& seq.*

VII. Quin illam quoque ejus, qui contritos colligit, & oppressos ad se recipit, vocem mihi audire videor: *Dilata adhuc locum funiculorum tuorum: extende ad dextram & ad sinistram: fige, atriis ne parcas.* Ego tradidi te, & ego auxiliabor tibi. In parva ira percussi te, in sempiterna autem misericordia glorificabo te. Major est mensura benignitatis, quàm mensura correptionis. Priora illa, propter flagitia; hæc, propter Trinitatem adoratam. Illa, ob purgationem; hæc, ob gloriam meam; utpotè qui *glorifico glorificantes me, & ad iram provoco provocantes me. Ecce hæc signata sunt apud me*, atque hæc remunerationis inviolabilis lex est. At tu parietes, & tabulas, & scitè atque eleganter incisos lapides, & longas porticus & ambulacra avidè complectebaris, atque auro fulgebas, & collucebas, illúdque partim aquæ instar spargebas, partim quasi arenam aggerebas; nimirùm ignorans, præstantiorem esse fidem sub dio degentem, quàm copiosam & magnificam impietatem, ac *tres, in nomine Domini congregatos*, plures apud Deum censeri, quàm multos divinitatem abnegantes. An tu universos etiam Chananæos *Abrahamo uni*, antepones? An Sodomitas *uni Lot?* An Madianitas *Moysi?* Peregrinis, inquam, his & hospitibus? Quid? An *trecentos illos viros*, qui cum Gedeone lamberunt, tot hominum millibus, qui terga verterunt, inferiores esse contendes? An *Abrahæ vernaculos*, numero haud

Deus in ira percutit, in misericordia glorificat. *Isai.* LIV. 2. *& seq.*

Præstantior est fides sub dio degens, quàm copiosa ac magnifica impietas.

Matth. XVIII. 20.

Gen. XII. 6. *& seqq.*

Exod. II. 15.

Judic. VII. 5.

Gen. XIV. 14.

(*a*) Τοῖς ξηροῖς. *Aridis ossibus.* Sic Nicetas. Bill. *siccis rebus.*

(*b*) Ἐξεγειρομένων. Sic Reg. bm. duo Coisl. Or. 2. Comb. Sic etiam legit Bill. In Ed. ἐξαγειρομένων, *congregantium.*

(*c*) Ὀλολυζέτω &c. *Ululet pinus*: id est, prolapsis majoribus Hæreticis, minores lugeant.

(*d*) Η διακοπτομένη. Sic duo Coisl. In Ed. ἡ διακοπτομένη.

(*e*) Διὰ τὴν Τριάδα &c. *Propter Trinitatem adoratam*, id est, *propter Trinitatis cultum.*

(*f*) Κρεῖσσον. Or. 2. κρεῖττον.

(*g*) Πολλῶν μυριάδων. Sic Reg. bm. quatuor Colb. & Par. Deest μυριάδων in Ed.

(*h*) Τούς. Deest in quatuor Regg. & Or. 2.

(*i*) Ανδρικῶς. *Forti ac virili proposito.*

multò plures, multis illis regibus, atque innumerabilibus copiis, quas, quamvis ipsi pauci essent, persecuti tamen sunt, atque fugarunt? Illud autem quomodò intelligendum esse censes: *Si fuerit numerus filiorum Israël ut arena maris, reliquiæ salvæ fient?* Quo item modo illud: *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genu ante Baal?* Non est ita, non, inquam, ita est. *Non in pluribus beneplacitum est Deo.*

Isai. x. 22. *Rom.* ix. 27. *III. Reg.* xix. 18. *Rom.* xi. 4. *Ps.* cxlvi. 10.

A ἀποσπαφεισῶν [a] χιλιάδων; τί δαὶ τοὺς οἰκο- a
γενεῖς Αβραὰμ, τοὺς μικρὸν ὑπὲρ τούτους
τῷ ἀριθμῷ τῶν πολλῶν βασιλέων, καὶ τῶν
τοῦ στρατοῦ μυριάδων, ἃς, καί περ ὄντες
ὀλίγοι, κατεδίωξαν καὶ ἐτρέψαντο; ἐκεῖνο δὲ
πῶς νοεῖς, ὅτι ἐὰν γένηται ὁ ἀριθμὸς τῶν
Υἱῶν Ισραὴλ [b] ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ b
κατάλειμμα σωθήσεται; τί δαὶ τό· κατέλιπον
ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵ τινες οὐκ
ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ; οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ
B ἔστιν. οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν εὐδόκησεν ὁ Θεός.

Impius multitudinem numerat, Deus vasa electionis.

VIII. Tu quidem myriades numeras, at Deus eos, qui salutem consequuntur; tu infinitum pulverem, ego electionis vasa. Nihil enim apud Deum ita amplum & magnificum est, ut doctrina perpurgata, & anima veritatis dogmatibus instructa atque perfecta. Etenim Deo quidem, qui *omnia* creavit, & *à quo omnia*, & *in quem omnia*, nullum satis dignum munus offerri potest; non modò si unius hominis opus & divitiæ in eam rem impendantur, sed neque si, omnibus omnium hominum operibus & facultatibus in unum cumulatis, eum quispiam honore afficere velit. *Nonne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus?* Et, *Qualem domum ædificabitis mihi? Aut quis locus requietis meæ?* Quoniam autem infra ipsius dignitatem nobis necessariò subsistendum est, quod secundum est, pietatem à vobis postulo, communes illas apud me, ac æquales divitias, quibus etiam fortassè splendidissimum quemque superabit, qui gravi inopiâ premitur, si animi magnitudine præstet. Voluntatis enim est hæc liberalitas & munificentia, non opum & copiarum. Accipiam quidem hæc quoque, ne dubitetis, de manibus vestris. *Calcare aulam meam non adjicietis, sed calcabunt eam pedes mansuetorum*, qui rectè atque sincerè me agnoverunt, Verbúmque meum Unigenitum, & Spiritum sanctum. Quousque montem sanctum meum hæreditate possidebitis? Quousque arca apud Philistæos? Nunc autem aliquantulùm adhuc in alienis luxuriate, ac libidinem vestram explete. Quemadmodùm enim me repellendi consilium cepistis, *sic ego quoque vos repellam*, dicit Dominus omnipotens.

Isai. xvi. 10. *Ib.* xxvi. 6. *Ose.* iv. 6.

η. Σὺ μὲν ἀριθμεῖς τὰς μυριάδας, Θεὸς
δὲ τοὺς ζωζομένους· ἡ σὺ μὲν τὸν ἀμέτρητον
χοῦν, ἐγὼ δὲ τὰ σκεύη τῆς ἐκλογῆς. οὐδὲν
γὰρ οὕτω Θεῷ μεγαλοπρεπὲς, ὡς λόγος
κεκαθαρμένος, καὶ ψυχὴ τελεία τοῖς τῆς
ἀληθείας δόγμασιν. ἄξιον μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι
τοῦ τὰ πάντα πεποιηκότος, καὶ παρ' οὗ τὰ
πάντα, καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα, δοῦναι Θεῷ
καὶ προσενεγκεῖν· μὴ ὅτι μιᾶς χειρὸς ἔργον ἢ
C περιουσίας, ἀλλ' οὐδ' εἰ πᾶσάν τις τὴν ἐν
ἀνθρώποις εὐπορίαν ἢ χεῖρα εἰς ἓν συνενεγκών,
τιμῆσαι θελήσειεν. οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν
γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; καὶ, ποῖον
οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; ἢ τίς τόπος τῆς
καταπαύσεώς μου; ἐπεὶ δὲ τῆς ἀξίας δια-
μαρτεῖν ἀναγκαῖον, ὃ δεύτερόν ἐστιν, αἰτῶ
παρ' ὑμῶν τὴν εὐσέβειαν, τὸν κοινὸν πλοῦτον
ἐμοὶ καὶ ὁμότιμον, ἐν ᾧ τυχὸν ὑπερβαλεῖταί
καὶ τὸν λίαν λαμπρὸν ὁ πάνυ πένης, ἂν ᾖ
D μεγαλόψυχος. προαιρέσεως γὰρ, οὐκ εὐπορίας
ἡ τοιαύτη φιλοτιμία. [c] λήψομαι μὲν καὶ c
ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, εὖ ἴστε. πατεῖν
τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε, ἀλλὰ πα-
τήσουσιν αὐτὴν πόδες πραέων, τῶν ἐπε-
γνωκότων ἐμὲ, καὶ τὸν μονογενῆ μου Λόγον,
καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑγιῶς καὶ γνησίως.
μέχρι τίνος κληρονομήσετε τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν
μου; μέχρι τίνος ἡ κιβωτὸς πρὸς τοῖς ἀλλο-
φύλοις; νῦν δὲ μικρὸν ἔτι ἐντρυφήσατε τοῖς
E ἀλλοτρίοις, καὶ τοῦ βούλεσθαι ἀπολαύσατε.
ὅτι ὃν τρόπον ἐβουλεύσασθε τοῦ ἀπώσασ-
θαί με, κἀγὼ ἀπώσομαι ὑμᾶς, λέγει Κύριος
παντοκράτωρ.

Pietas, communes Christianorum divitiæ.

Deus Electos suos, Angelorum ministerio, conservat ac protegit.

IX. Hæc, & loquentem audire, & facientem sentire mihi videbar; atque insuper ad populum clamantem, ad hunc, inquam, ex parvo magnum jam & copiosum, & ex disperso satis jam coadunatum, & ex miserabili fortassis invidiosum:

θ. Ταῦτα καὶ ἀκούειν λέγοντος ἐδόκουν,
καὶ ποιοῦντος αἰθάνεσθαι· καὶ ἔτι πρὸς τού-
τοις, πρὸς μὲν τὸν λαὸν βοῶντος, τὸν ἐξ ὀλί-
γου πολὺν ἤδη, καὶ συγκείμενον ἱκανῶς ἐκ
διεσπαρμένων, καὶ [d] ἐξ ἐλεουμένου τυχὸν καὶ d

(a) Χιλιάδων. Sex Colb. μυριάδων.
(b) Ως ἡ ἄμμος Or. 2. ὡσεὶ ἄμμος.
(c) Λήψομαι μέν. In nonnulis, λήψομαι γάρ. Hæc accipiam. Alludit ad Ecclesias, quas Ariani occupaverant.
(d) Ἐξ ἐλεουμένου. In quibusdam, ἐξελεημένου.

ἐπίφθονον. πορεύεσθε δι᾽ τῶν πυλῶν μου, καὶ πλατύνεσθε. μὴ διαπαντὸς δεῖ κάμνειν ὑμᾶς, ἐν σκηναῖς κατοικοῦντας, καὶ τοὺς θλίβοντας ὑμᾶς ὑπερευφραίνεσθαι; πρὸς δὲ τοὺς ἐφεσίους Ἀγγέλους· πέπεισμαι γὰρ ἄλλους a ἄλλης πρεσβατεῖν Ἐκκλησίας, [a] ὡς Ἰωάννης διδάσκει με δι᾽ τῆς Ἀποκαλύψεως· ὁδοποιήσατε τὸν λαῶ μου, καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε, ἵνα μηδὲν ᾖ σκῶλον, μηδὲ κώλυμα τῷ λαῷ τῆς θείας ὁδοῦ καὶ εἰσόδου· b [b] νῦν μὲν ἐπὶ τὰ χειροποίητα, μικρὸν δὲ ὕστερον ἐπὶ τὴν ἄνω Ἰερουσαλὴμ, καὶ τὰ ἐκεῖσε ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ τέλος οἶδα τῆς ἐνταῦθα κακοπαθείας καὶ συντονίας τοῖς καλῶς ὁδεύουσιν. ἐν οἷς ἐστὲ καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ ἅγιοι, λαὸς περιούσιος, βασίλειον ἱεράτευμα, c [c] σχοίνισμα Κυρίου τὸ κράτιστον, ἀπὸ σπα- d γόνος ποταμὸς ὅλος, ἀπὸ σπινθῆρος [d] λαμ- e πὰς οὐράνιος, ἀπὸ κόκκου [e] νάπυος δένδρον, πτηνῶν ἀνάπαυμα.

ι. Τούτους δωροφοροῦμεν ὑμῖν, ὦ φίλοι C f [f] ποιμένες, τούτους προσάγομεν, τούτοις δεξιούμεθα τοὺς ἡμετέρους φίλους, καὶ ξένους, καὶ συνεκδήμους. τούτων οὐδὲν κάλλιον προσ- g ενεγκεῖν [g] εἴχομεν ὑμῖν, οὐδὲ λαμπρότερον, ὧν ἔχομεν τὸ μεῖζον ἐπιζητήσαντες· ἵν᾽ εἰδῆτε καὶ ξένους ὄντας ἡμᾶς καὶ οὐκ ἐνδεεῖς· ἀλλὰ πλουσίους μὲν, πολλοὺς δὲ πλουτίζον- h τας. ταῦτα εἰ μὲν μικρὰ καὶ [h] οὐδενὸς ἄξια λόγου, πεισθῆναι βούλομαι, τίνα τὰ μείζω καὶ λόγου πλείονος. εἰ γὰρ τὸ πόλιν τῆς οἰ- D κουμένης ὀφθαλμὸν, γῆς καὶ θαλάσσης ὅτι κράτιστον, ἑῴας τε καὶ ἑσπερίου λήξεως οἷον σύνδεσμον, εἰς ἣν τὰ πανταχόθεν ἄκρα συν- i τρέχει, καὶ ὅθεν ἄρχεται, [i] ὡς ἀπὸ ἐμπορίου κοινοῦ τῆς πίστεως· εἰ τὸ ταύτην σηρίξαί τε k καὶ [k] θεμεῖσθαι τοῖς ὑγιαίνουσι λόγοις, τῶν οὐ μεγάλων, καὶ ταῦτα, τοσαύταις δονουμένην γλώσσαις, καὶ οὕτω πανταχόθεν, σχολῇ γ᾽ ἂν ἄλλό τι φανείη μέγα καὶ σπουδῆς ἄξιον. I εἰ δὲ τῶν [l] ἐπαινουμένων, δότε τι καὶ ἡμῖν E τῆς ἐπὶ τούτοις φιλοτιμίας, καὶ αὐτοὶ μερίδα τινὰ τοῖς ὁρωμένοις τούτοις συνεισηνέγκαμεν.

ια. Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου,

Incedite per portas meas, & dilatamini. An vos in perpetua ærumna versari oportet, in tentoriis commorantes, eósque, qui vos opprimunt, immodicá lætitiâ efferri? Tum etiam ad Angelos, quibus hujus urbis cura commissa est, his verbis utentem: (nec enim mihi dubium est, quin alii *aliarum Ecclesiarum* Præsides ac patroni sint, quemadmodùm in Apocalypsi Joannes me docet:) *Sternite viam populo meo, lapidésque è via projicite*, ne quod offendiculum aut impedimentum existat, quod divinum populi mei iter atque ingressum remoretur; nunc quidem ad manufacta templa, paulò pòst autem ad supernam Jerusalem, atque illa Sancta Sanctorum, quæ ærumnarum hujus vitæ contentionísque animi finem esse scio, iis, qui rectum iter tenent. *Quo in numero vos quoque estis, vocati Sancti, populus eximius, regale Sacerdotium*, funiculus Domini fortissimus, à gutta fluvius integer, à scintilla flamma sublimis, & in cœlum tendens, *à sinapis grano* arbor, avium requies.

Isai. LXII. 10.

Apoc. II. 1. *& seqq.*

Isai. LXII. 10. *&* LVII. 14.

Rom. I. 6. *I. Petr.* II. 9.

Matth. XIII. 31.

X. Hos vobis largimur, chari Pastores, hos offerimus, his amicos nostros & hospites ac peregrinationis socios excipimus. His nihil pulchrius & illustrius habemus, quod vobis offeramus, cùm id, quod in bonis nostris præstantissimum est, exquisissemus; ut intelligatis, nos, licèt externos ac peregrinos, inopiâ tamen minimè laborare; verùm *pauperes quidem* esse, sed *multos locupletare*. Quæ si parva nullóque in pretio habenda sunt, lubens sanè audierim quænam majora sint, atque amplioris pretii. Etenim, si civitatem, orbis oculum, terrâ marique potentissimam, orientalis atque occiduæ oræ velut nodum & vinculum, ad quam extremi totius terræ fines concurrunt, & à qua, velut à communi fidei emporio, incipiunt; si hanc, inquam, civitatem salutiferâ doctrinâ fulciisse ac firmasse haud magnum atque amplum censeri debet, idque cùm tot linguis omni ex parte agitaretur, vix certè aliud quidquam magnum ac studio dignum videri poterit. Si autem præclarum ac laudabile existimandum est, (liceat mihi quoque per vos nonnihil hoc nomine gloriari,) aliquam ipsi quoque partem his, quæ videtis, contulimus.

II. Cor. VI. 10.

Concilii Patribus electum gregem offert Gregorius.

Constantinopolitana civitas commune fidei emporium.

XI. Tolle per circuitum oculos tuos,

Constanti-

(*a*) Ὡς Ἰωάννης. Angeli, de quibus loquitur Joannes, sunt Episcopi.

(*b*) Νῦν μὲν ἐπί &c. Tunc scilicet, ob edictum à Theodosio 10. Januarii 381. promulgatum, Catholici, pulsis Hæreticis, Ecclesias occupabant.

(*c*) Σχοίνισμα &c. *Funiculus Domini fortissimus*, id est, *pars*, seu *hæreditas Domini præstantissima.*

(*d*) Λαμπὰς οὐράνιος. Nicetas exponit, πυρσὸς μέγας καὶ ἀέριος, *flamma ingens accensa & in aërem sublata.*

(*e*) Νάπυος. Reg. ph. & Or. 2. σινάπυος.

(*f*) Ποιμένες. Gabr. & Bill. addunt, καὶ συμποιμένες, & *Collegæ.*

(*g*) Εἴχομεν. Sic tres Regg. quatuor Colb. & Or. 2. In Ed. ἔχομεν.

(*h*) Οὐδενὸς ἄξια λόγου. Sic plerique Codd. Deest ἄξια in Ed.

(*i*) Ὡς ἀπό. Sic Reg. bm. Deest ἀπό in Ed.

(*k*) Σθενῶσαι. Duo Colb. Gabr. aliique nonnulli, ἐνδυναμῶσαι, *confortasse.*

(*l*) Ἐπαινουμένων. Reg. bm. Or. 1. Gabr. Comb. addunt, καὶ τιμωμένων.

nopolitanæ Ecclesiæ disciplina.

& vide ; quisquis es, qui doctrinæ nostræ censuram facis. Vide textam hanc gloriæ coronam, *pro mercenariis Ephraim, & coronâ contumeliæ.* Vide Presbyterorum concilium, canitie & prudentiâ ornatorum, Diaconorum modestiam, non procul ab eodem Spiritu remotorum, Lectorum concinnitatem, plebis discendi studium, tam in viris, quàm in feminis, virtutis honore paribus : ac rursùs virorum, tam in philosophis, quàm in simplicioribus, omnibus divinarum rerum sapientiâ præditis ; tam in Præfectis, quàm in subditis, hîc videlicet omnibus rectè subjectis ; tam in militibus, quàm in nobilibus, ac studiosis & litteratis, omnibus Dei militibus, cæterà quidem placidis & mansuetis, pro Spiritu autem bellicosis, omnibus superiorem Senatum honore afficientibus, (ad quem non vilis & abjecta littera, sed vivificans Spiritus aditum aperit,) omnibus verè doctis & eruditis, ac Verbi cultoribus ; tum etiam feminis, tam quæ in matrimonii jugo Deo magis quàm carni astrictæ sunt, quàm quæ nuptiarum expertes & liberæ, Deo sua omnia consecrarunt ; ac denique tam in juvenibus, quàm in senibus, quorum alii ad senectutem præclarè gradiuntur, alii vim adhibentes ad comparandam immortalitatem, per meliores spes animo conceptas renovantur.

Isai. XXVIII. 1.

Presbyteri.

Diaconi.

Lectores.

καὶ ἴδε, πᾶς ὁ τῶν ἐμῶν λόγων ἐξεταστής. A
ἴδε τὸν στέφανον τὸν πλακέντα τῆς δόξης,
ἀντὶ τῶν μισθωτῶν Εφραὶμ, καὶ [a] τῷ στεφάνῳ a
τῆς ὕβρεως. ἴδε Πρεσβυτέρων συνέδριον, πολιᾷ
καὶ συνέσει [b] τετιμημένων, Διακόνων εὐταξίαν, b
οὐ πόρρω τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος, Αναγνωστῶν
εὐκοσμίαν, λαοῦ φιλομάθειαν, ὅσον ἐν ἀν-
δράσιν, ὅσον ἐν γυναιξὶ, τὴν ἀρετὴν ὁμοτίμους·
καὶ ἀνδρῶν, ὅσον ἐν φιλοσόφοις, ὅσον ἐν
ἁπλουστέροις, πᾶσι ζοφοῖς τὰ θεῖα· ὅσον ἐν
ἄρχουσιν, ὅσον ἐν ἀρχομένοις, ἐνταῦθα πᾶσι B
καλῶς ἀρχομένοις· ὅσον ἐν στρατιώταις, ὅσον
ἐν εὐγενέσιν, ὅσον ἐν λόγοις καὶ περὶ λόγους,
πᾶσι Θεοῦ στρατιώταις, ἡμέροις [c] τἄλλα, c
πολεμικοῖς ὑπὲρ [d] Πνεύματος, πᾶσι τὴν d
ἄνω τιμῶσι σύγκλητον, εἰς ἣν οὐ τὸ
γράμμα εἰσάγει τὸ πεζὸν, ἀλλὰ τὸ ζωο-
ποιοῦν Πνεῦμα, ἅπασι λογίοις ὡς ἀλη-
θῶς, καὶ τοῦ ὄντως Λόγου θεραπευταῖς·
καὶ γυναικῶν, ὅσον ὑπὸ ζυγὸν, Θεῷ μᾶλλον
C ἢ σαρκὶ [e] συνδεδεμένον, ὅσον ἄζυγον καὶ e
ἐλεύθερον, Θεῷ τὸ πᾶν καθιερωμένον·
ὅσον ἐν νέοις, ὅσον ἐν γέρουσιν, ὧν τὸ μὲν
ἐπὶ γῆρας καλῶς ὁδεύει, τὸ δὲ βιάζεται
μεῖναι ἀθάνατον, ταῖς κρείττοσι τῶν ἐλ-
πίδων ἀνακαινούμενον.

Gregorius curis omnibus gregem suum excoluit.

XII. Hujus coronæ, (quod loquor, non secundùm Dominum loquor, sed tamen loquar,) textoribus nonnihil ipse quoque adjumento fui. Horum quispiam sermonum quoque nostrorum opus est ; non eorum quos temerè jactavimus, sed, quos D amore complexi sumus ; nec meretriciorum, (ut quidam nos proscindens dixit, homo, & sermone, & moribus meretriciis,) verùm admodùm etiam gravium & pudicorum. Horum quispiam mei quoque Spiritûs fœtus ac fructus est, quemadmodùm Spiritus eos, qui animum à corpore abduxerunt, gignere consuevit. Hujus rei non dubito quin candidissimos quosque vestrûm testes habiturus sim, aut etiam omnes, quandoquidem labore nostro omnes exculti estis ; & Trinitatis confessio, sola E est merces, quam à vobis expeto. Non enim aliud quidquam quærimus, aut quæsivimus. Virtutem enim mercedis expertem esse oportet, ut virtus maneat, nihil sibi præter bonum ipsum proponens.

ιϛ. Τούτου τοῦ στεφάνου· ὃ λαλῶ, οὐ
κατὰ Κύριον λαλῶ, λαλήσω δὲ ὅμως·
κἀγώ τι [f] συνεβαλόμην τοῖς πλέκουσι. f
τούτων τὶς καὶ τῶν ἐμῶν λόγων ἔργον,
D οὐχ οὓς ἐρρίψαμεν, ἀλλ' οὓς ἠγαπήσαμεν·
οὐδὲ τῶν πορνικῶν, ὥς τις ἔφη διασύρων
ἡμᾶς τῶν πόρνων καὶ λόγον καὶ τρόπον,
ἀλλὰ καὶ λίαν ζωφρόνων. τούτων τὶς καὶ
τοῦ ἐμοῦ Πνεύματος γέννημα καὶ καρπὸς,
ὡς γεννᾶν οἶδε Πνεῦμα τοὺς ἀπανισταμένους [g] ζώματος. [h] μαρτυρήσωσιν, εὖ οἶδ', g h
ὅτι καὶ ὑμῶν οἱ εὐγνώμονες, ἢ καὶ
πάντες, ἐπεὶ καὶ πάντας ἐγεωργήσαμεν·
καὶ μισθὸς, ἡ ὁμολογία μόνη. οὐ γὰρ
E ἄλλό τι ἐπιζητοῦμεν, ἢ [i] ἐζητήσαμεν. ἄμι- i
σθος γὰρ ἡ ἀρετὴ, ἵνα καὶ ἀρετὴ μείνῃ,
πρὸς τὸ καλὸν μόνον βλέπουσα.

Spiritus sanctus, Gre-

XIII. Vultis juvenilius aliquid adjiciamus ? Videtisne adversarias linguas

ιγ. Βούλεσθε [k] προσθῶμέν τι καὶ νε- k
ανικώτερον ; ὁρᾶτε τὰς ἐναντίας γλώσσας

(a) Τῷ στεφάνῳ. Bas. τὸς στεφάνους. Alludit Gregorius ad hæc verba. Isaiæ XXVIII. 1. *Væ coronæ superbia ebriis Ephraim.*
(b) Τετιμημένων. Or. 2. & Comb. τετιμημένον, *ornatum.*
(c) Τἄλλα. In Coisl. 1. τ' ἄλλα.
(d) Πνεύματος. Reg. bm. τῷ Πνεύματος.
(e) Συνδεδεμένον. Sic nonnulli Codd. In Ed. συνδεδεμέναν.
(f) Συνεβαλόμην. Tillem. συνελαβόμην.
(g) Σώματος. In quibusdam, τῦ σώματος.
(h) Μαρτυρήσωσιν, εὖ οἶδα. Plures Codd. μαρτυρήσουσιν. In pluribus etiam deest εὖ.
(i) Εζητήσαμεν. In nonnullis, ἐπεζητήσαμεν.
(k) Προσθῶμεν. Reg. bm. προσθῶ.

ἡμερουμένας,

ἠμερουμένας, καὶ τοὺς θεότητι πολεμοῦντας A
ἡμῖν ἡσυχάζοντας; καὶ τοῦτο τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦτο τῆς γεωργίας τῆς ἡμετέρας. οὐ γὰρ ἀπαιδεύτως παιδεύομεν, οὐδὲ ταῖς ὕβρεσι βάλλομεν, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ, μὴ τῷ λόγῳ μαχόμενοι, τοῖς δὲ λέγουσι, καὶ τὴν ἀσθένειαν ἔσῖιν ὅτε τῶν λογισμῶν ταῖς ὕβρεσι συγκαλύπτοντες· ὥσπερ τὰς σηπίας λόγος, ἐμεῖν τὸ μέλαν πρὸ ἑαυτῶν, ἵνα τοὺς θηρεύοντας δι-
a φυγωσιν, [a] ἢ τῷ λανθάνειν θηράσωσιν. ἀλλὰ B
τὸ περὶ Χρισῖοῦ πολεμεῖν δείκνυμεν, ἐν τῷ μάχεσθαι κατὰ Χρισῖὸν, τὸν εἰρηνικόν τε καὶ πρᾷον, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βασῖάσαντα. οὔτε εἰρηνεύομεν κατὰ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, ὑφιέντές τι δι' ὀλίγην δόξαν ἐπιεικείας· οὐ γὰρ κακῶς τὸ καλὸν θηρεύομεν· καὶ εἰρηνεύομεν ἐννόμως μα-
b χόμενοι, καὶ εἴσω τῶν ἡμετέρων [b] ὅρων, καὶ κανόνων τοῦ Πνεύματος. περὶ μὲν οὖν τούτων οὕτω γινώσκω, καὶ νόμον τίθημι C
c πᾶσι τοῖς ψυχῶν οἰκονόμοις, καὶ τοῦ [c] λόγου ταμίαις· μήτε τῷ σκληρῷ τραχύνειν, μήτε τῷ ὑπεσταλμένῳ κατεπαίρειν· ἀλλ' εὐλόγους εἶναι περὶ τὸν λόγον, μηδ' ἑτέρῳ τὸ μέτρον ὑπερβαίνοντας.

miteſcentes, atque eos, qui divinitati bellum indixerunt, nihil jam turbarum nobis faceſſentes? Id quoque Spiritûs, id quoque agriculturæ noſtræ eſt. Non enim ſine diſciplina docemus, nec adverſarios contumeliis & conviciis inceſſimus, quemadmodùm pleríque faciunt, non cum ſermone, ſed cum loquentibus confligentes, ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdùm obtegentes; non aliter ac ſepias atramentum ante ſe vomere aiunt, ut piſcatores effugiant, aut ipſæ latendo venentur. Verùm nos pro Chriſto bellum gerere hoc argumento planum facimus, quòd ſecundùm Chriſtum, *qui mitis ac pacatus eſt, atque infirmitates noſtras portavit*, dimicamus. Nec enim, veræ doctrinæ detrimento, paci ſtudemus, nonnihil remittentes, ut facilitatis & manſuetudinis famam colligamus; non enim quod bonum eſt malè aucupamur: & rursùm pacem colimus, legitimè pugnantes, atque intra limites noſtros Spiritûſque regulam noſmet continentes. Ac de his quidem ita ſentio, cunctíſque animarum diſpenſatoribus rectæque doctrinæ arbitris legem ſtatuo; ut nec per duritiam hominum animos exaſperent, nec per ſummiſſionem elatos & inſolentes efficiant; ſed ut prudenter & conſultè in fidei cauſa ſe gerant, nec in horum alterutro mediocritatem excedant.

gorii miniſterio, adverſarias linguas compreſſit.

Matth. XI. 29. *Iſai.* LIII. 4.

Fidei detrimento, non eſt paci ſtudendum.

Lex Paſtoribus præſcripta.

δ'. Δεῖ δὲ ἴσως ποθοῦσιν ὑμῖν καὶ τὸν τῆς πίστεως αὐτῆς ἐπιδείξασθαι λόγον, ἥ τις ποτέ ἐστιν ἡ καθ' ἡμᾶς. ἐγώ τε γὰρ ἁγιασθήσομαι τῇ συνεχεῖ τῆς μνήμης· ὅ
d τε λαὸς ὄντος ὀνήσεται, χαίρων, [d] εἴπερ ἄλλῳ D
τινὶ, τοῖς τοιούτοις λόγοις· καὶ ὑμεῖς ἐπι-
e γνώσεσθε, εἰ μὴ μάτην [e] φθονούμεθα, τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας, τοῖς μὲν ἀμιλλώ-
f μενοι, τοὺς δὲ [f] φθάνοντες. ὥσπερ γὰρ
g τῶν [g] βρυχίων ὑδάτων, τὰ μὲν ἐν βάθει κρύπτεται παντελῶς, τὰ δὲ παφλάζει στενοχωρούμενα, καὶ τὴν ἔκρηξιν ὑποισχνεῖται μὲν ταῖς ἀκοαῖς, μέλλει δὲ ἔτι, τὰ δὲ καὶ ἀναῤῥήγνυται· οὕτω καὶ τῶν
h [h] φιλοσοφούντων περὶ Θεοῦ, ἵνα μὴ λέγω E
τοὺς παντελῶς ἀγνώμονας, οἱ μὲν πάντῃ
i κρύφιον καὶ λανθάνουσαν ἔχουσιν [i] ἐν ἑαυτοῖς τὴν εὐσέβειαν· οἱ δὲ τῆς ὠδῖνος ἐγγὺς, ὅσοι τὸ μὲν ἀσεβὲς φεύγουσι, τὸ δὲ εὐσεβὲς

XIV. Sed jam fortaſsè operæ pretium eſt ipſius quoque fidei doctrinam, quæcunque tandem illa apud nos eſt, cupientibus vobis indicare. Nam, & ipſe per commemorationis aſſiduitatem ſanctitate afficiar: & populus hic utilitatem conſequetur, ex hujuſmodi ſermonibus, ſi qua alia ex re, mirificam voluptatem capiens: & vos agnoſcetis, an non fruſtrà nobis invideatur, dum in manifeſtanda veritate, illos quidem æquare, alios verò antevertere contendimus. Quemadmodùm enim ſubterraneæ aquæ, partim in imo prorsùs occultantur; partim in anguſtias redactæ ebulliunt, atque eruptionem jamjam quidem auribus pollicentur, cæterùm adhuc morantur; partim denique in altum erumpunt: ad eundem modum eorum, qui de Deo philoſophantur, (ut eos, qui omninò improbi ac perfidi ſunt, miſſos faciam,) alii abditam omninò atque occultam ſibi ipſis pietatem habent; alii à partûs doloribus non longè abſunt, ii nimirùm, qui impietatem

Fidei & doctrinæ ſuæ rationem reddit Gregorius.

Tria Paſtorum genera.

(*a*) Η τῷ λανθάνειν θηράσωσιν. *Aut ipſæ latendo venentur*; ac ſic eſcam rapiant, cui ipſæ venatu inſidiantur. Billius legit τὸ λανθάνειν, ac reddit: *aut conſpectum ſui eis* (piſcatoribus) *eripiant.*

(*b*) Ὅρων. Plures Codd. νόμων. In quibuſdam, ὅρων, καὶ νόμων, καὶ κανόνων. *Intra limites, & leges, & regulas.*

(*c*) Λόγου ταμίαις. *Verbi miniſtris*, quibus erogandæ doctrinæ munus commiſſum eſt.

(*d*) Εἴπερ. Duo Regg. & tres Colb. ἤπερ.

(*e*) Φθονούμεθα. Reg. bm. ἐφθονήμεθα.

(*f*) Φθάνοντες. Or. 2. φθάνοντας.

(*g*) Βρυχίων. In quibuſdam, ὑποβρυχίων.

(*h*) Φιλοσοφούντων. Hæc exponit Nicetas, quaſi de omnibus in univerſum Chriſtianis à Gregorio dicta. Verùm de Paſtoribus ac Præfectis Eccleſiaſticis tantùm dicta eſſe liquidò conſtat, & cuique legenti manifeſtum eſt.

(*i*) Ἐν ἑαυτοῖς. Sic permulti Codd. Deeſt ἐν in Ed.

quidem fugiunt, ſed pietatem libero atque intrepido animo minimè prædicant, ſive conſilio quodam in fidei doctrina utentes, ſive ob metum atque ignaviam eô confugientes; verùm animo quidem & mente ſani ſunt, ut affirmant, cæterùm plebis ſanitati minimè conſulunt, perindè atque ipſi ſeſe, non item alios, ſuæ curæ ac fidei commiſſos habeant; alii verò theſaurum quoque in medium proferunt, pietatis fœtum, parturientium inſtar, retinere nequeuntes, nec, quòd ſoli ipſi ſalutem conſequantur, ſalutem exiſtimantes, niſi in alios quoque bonum hoc redundet. Quo in numero utinam ipſe collocer, ac ſi qui mecum laudabili audaciâ præditi, & piam doctrinam profiteri non verentur.

A οὐ παῤῥησιάζονται, εἴτε οἰκονομίᾳ τινὶ χρώμενοι περὶ τὸν λόγον, εἴτε δειλίᾳ πρὸς τοῦτο καταφεύγουσιν· ἀλλὰ τὴν μὲν διάνοιαν ὑγιαίνουσιν, ὥς φασι, τὸν λαὸν δὲ οὐχ ὑγιάζουσιν, ὥσπερ ἑαυτῶν οὐκ ἄλλων πεπστασίαν ἐγχειρισθέντες· οἱ δὲ καὶ δημοσιεύουσι τὸν θησαυρὸν, οὐ στέγοντες τὴν ὠδῖνα τῆς εὐσεβείας, οὐδὲ τὸ μόνοι ζώζεσθαι ζωτηρίαν νομίζοντες, εἰ μὴ καὶ ἄλλοις τὸ καλὸν ὑπερβλύσειεν.
B μεθ' ὧν ἐγὼ τατλοίμην, ἢ οἵ τινες μετ' ἐμοῦ τὴν καλὴν τόλμαν τολμῶντες ὁμολογεῖν τὴν εὐσέβειαν.

Breve Gregorii doctrinæ argumentum, plebs ab eo inſtituta.

XV. Atque unum quidem, idque breve, doctrinæ noſtræ argumentum, ac velut in columna inſculptum, omnibuſque notum, eſt hic populus, adeò verus ac ſincerus Trinitatis adorator, ut ab hac potiùs vita divelli ſe paſſurus ſit, quàm ut trium horum aliquid à divinitate disjungat: eâdem omnes fidei ſententiâ præditi, eodem zelo flagrantes, unâ & eâdem fidei doctrinâ, & inter ſe, & nobiſcum, & cum Trinitate conjuncti atque connexi. Ut autem brevi ſingula percurram, quod principii expers eſt, & principium, & id quod cum principio eſt, unus eſt Deus. Nec verò, *principio carere*, ejus, quod principio caret, natura eſt; aut etiam *ingenitum eſſe*. Nullius enim rei natura ex eo declaratur, quòd dicamus, quid non ſit, ſed quid ſit. Eſt enim ejus, quod eſt, poſitio; non autem ejus, quod non eſt, ſublatio: nec *Principium*, eò quòd principium eſt, ab eo, quod principio caret, dirimitur; non enim principium ipſi natura eſt, quemadmodùm nec illi, quòd principii expers ſit. Circa naturam enim hæc conſiderantur, non autem natura ipſa ſunt. Eodem modo id, quod cum principii experte, & cum principio eſt, nihil omninò eſt aliud, quàm quod illa. Nomen autem principii experti, Pater: principio, Filius: ei autem, quod cum principio eſt, Spiritus ſanctus.

Doctrina de Trinitate.

Trium Perſonarum una natura.

C σύμφρονες, [a] ὁμόζηλοι, ἑνὶ λόγῳ πρός τε ἀλλήλους καὶ πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὴν Τριάδα κρατούμενοι. τὰ δὲ καθ' ἕκαστον, ἵν' ἐπέλθω συντόμως, [b] ἄναρχον, καὶ ἀρχὴ, καὶ τὸ μετὰ τῆς ἀρχῆς, εἷς Θεός. οὔτε τοῦ ἀνάρχου τὸ ἄναρχον φύσις, ἢ τὸ ἀγέννητον· οὐδεμία γὰρ φύσις ὅτι μὴ τόδε ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι τόδε. ἡ τοῦ ὄντος θέσις, [c] οὐχὶ τοῦ μὴ ὄντος ἀναίρεσις. οὔτε ἡ ἀρχὴ, πρὸς ἀρχὴ εἶναι, [d] τοῦ ἀνάρχου διείργεται. οὐ γὰρ
D φύσις αὐτῷ ἡ ἀρχὴ, ὥσπερ οὐδ' ἐκείνῳ τὸ ἄναρχον. [e] περὶ γὰρ τὴν φύσιν, οὐ ταῦτα φύσις. ἢ τὸ μετὰ τὸ ἀνάρχου, ἢ τῆς ἀρχῆς, οὐκ ἄλλό τι, ἢ ὅπερ ἐκεῖνα. ὄνομα δὲ, πρὸς μὲν ἀνάρχῳ, Πατήρ· τῇ δὲ ἀρχῇ, Υἱός· [f] πρὸς δὲ μετὰ τῆς ἀρχῆς, Πνεῦμα ἅγιον. φύσις δὲ τοῖς τρισὶ μία, [g] Θεός. ἕνωσις δὲ, ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ, ᾧ πρὸς ὃν ἀνάγεται τὰ ἑξῆς· οὐχ ὡς συναλείφεσθαι, ἀλλ' ὡς ἔχεσθαι, μήτε χρόνῳ διείργοντος, μήτε θελήματος, μήτε δυνάμεως. ταῦτα γὰρ ἡμᾶς πολλὰ εἶναι πεποίηκεν, αὐτῷ τε ἑκάστῳ πρὸς ἑαυτὸ, ἢ πρὸς τὸ ἕτερον στασιάζοντος. οἷς δὲ ἁπλῆ φύσις ἢ τὸ εἶναι ταυτὸν, τούτοις ἢ τὸ ἓν κύριον.

a

b

c

d

e

f

g

Una autem his tribus natura Deus eſt. Unio verò eſt Pater, ex quo, & ad quem ea, quæ deinceps ſequuntur, referuntur; non ut confundantur ac permiſceantur, ſed ut cohæreant; utpotè quæ, nec tempore, nec voluntate, nec potentiâ ſecernantur ac diſtinguantur. Hæc enim tria, ut multa ſimus, effecerunt, ſingulis nempè, & ſecum, & cum aliis, diſſidentibus. At quibus & ſimplex natura, & eadem eſſentia eſt, his propriè quoque *unius* vox convenit.

(a) Ομόζηλοι. Sic Reg. ph. plures Colb. duo Coisl. &c. In Ed. ὁμόδοξοι, *eâdem opinione, pari gloriâ præditi.*

(b) Ανάρχον. Reg. bm. addit, καὶ ἀρχήν.

(c) Οὐχὶ τοῦ. Regg. bm. ph. & Or. 2. ἢ οὐχ ἡ τοῦ.

(d) Τοῦ ἀνάρχου. Sic tres Regg. quindecim Colb. duo Coisl. & Or. 2. Deeſt τοῦ in Ed.

(e) Περὶ γὰρ τὴν φύσιν, &c. Obſervat Schol. Colb. *Tritheitas*, ſeu, *trium Deorum cultores*, hîc à Gregorio impugnari, cùm doceat Theologus *Perſonarum*, ſeu, *Hypoſtaſeων proprietates* non eſſe *naturam*; ſed conſiderari περὶ φύσιν, id eſt, *circa naturam*, quæ ipſa unica eſt in tribus Perſonis, ac proindè unum Deum efficit.

(f) Τῷ δέ. Duo Regg. & Or. 2. τὸ δέ.

(g) Θεός. Deeſt in Or. 2. Gabr. μία θεότης, *una divinitas.*

15. Τὰς μὲν οὖν φιλονείκους ἐπὶ θάτερα
a μεταklίσεις τοῦ λόγου καὶ [a] ἀντισηκώσεις,
χαίρειν ἐάσωμεν· οὔτε τῷ ἑνὶ Σαβελλίζοντες
κατὰ τῶν τριῶν, καὶ συναιρέσει κακῇ τὴν
διαίρεσιν λύοντες· οὔτε τοῖς τρισὶν Αρειανί-
ζοντες κατὰ τοῦ ἑνὸς, καὶ πονηρᾷ διαιρέσει
b τὸ ἓν [b] ἀνατρέποντες. οὐ γὰρ κακῷ τὸ κακὸν
ἀλλάξασθαι τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ τοῦ καλοῦ
μὴ διαμαρτεῖν. ὡς ταῦτά γε τοῦ πονηροῦ
παίγνια, κακῶς τὰ ἡμέτερα ταλαντεύοντος.
αὐτοὶ δὲ τὴν μέσην βαδίζοντες καὶ βασι- B
λικὴν, ἐν ᾧ καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν ἔσπηεν, ὡς
c δοκεῖ τοῖς [c] ταῦτα δεινοῖς, πιστεύομεν εἰς
Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ὁμο-
ούσιά τε καὶ ὁμόδοξα· ἐν οἷς καὶ τὸ βάπ-
τισμα τὴν τελείωσιν ἔχει, ἔν τε ὀνόμασι
καὶ πράγμασιν· οἶδας ὁ μυηθείς· ἄρνησις ὧν
ἀθεΐας, καὶ ὁμολογία θεότητος, καὶ οὕτω
καταρτιζόμεθα· τὸ μὲν ἓν, τῇ οὐσίᾳ γινώ-
σκοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως·
τὰ δὲ τρία, ταῖς ὑποστάσεσιν, εἴτ' οὖν προ- C
σώποις, ὅ τισι φίλον. μηδὲ γὰρ οἱ περὶ
d ταῦτα ζυγομαχοῦντες ἀσχημονείτωσαν, [d] ὥσ-
περ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας,
ἀλλ' οὐκ ἐν πράγμασι. τί γὰρ φατὲ οἱ
τὰς τρεῖς ὑποστάσεις εἰσφέροντες; μὴ τρεῖς
e οὐσίας ὑπολαμβάνοντες [e] τοῦτο λέγετε; μέγα
f οἶδ' ὅτι βοήσετε κατὰ τῶν οὕτως [f] ὑπειλη-
φότων. μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τῶν τριῶν
δογματίζετε. τί δαὶ οἱ τὰ πρόσωπα; μὴ
g ἓν, οἷον τι σύνθετον, ἀναπλάσετε, ἢ [g] τρι- D
πρόσωπον, ἢ ἀνθρωπόμορφον ὅλως; ἄπαγε,
καὶ ὑμεῖς ἀντιβοήσετε, μηδὲ πρόσωπον, ὅ
τι ποτέ ἐστιν, ἴδοι Θεοῦ, ὃς οὕτως ἔχει. τί
h οὖν ὑμῖν αἱ ὑποστάσεις βάλονται, [h] ἢ ὑμῖν
τὰ πρόσωπα; προσερήσομαι γάρ. τὸ τρία εἶ-
ναι τὰ διαιρούμενα, οὐ φύσεσιν, ἀλλ' ἰδιο-
k i τησιν. [i] ὑπέρευγε. πῶς ἄν τινες [k] συμφρονοῖεν
μᾶλλον καὶ τὸ αὐτὸ λέγοιεν, ἢ οὕτως ἔχον-
τες, κἂν ταῖς συλλαβαῖς διαφέρωσιν; ὁρᾶτε
οἷος ἐγὼ διαλλακτὴς ὑμῖν, πρὸς τὸν νοῦν
ἄγων ἀπὸ τοῦ γράμματος, ὥσπερ τὴν πα-
λαιὰν καὶ τὴν νέαν.

XVI. Ac contentiosas quidem & per- A
tinaces fidei in alterutram partem deflexio-
nes, & compensationes valere sinamus;
nec per unum, ut Sabellius, tria convel-
lentes, & per nefariam contractionem, di-
visionem tollentes; nec rursùs per tria,
Arii instar, unum oppugnantes, ac per
improbam divisionem, unum evertentes.
Neque enim id à nobis quæritur, ut malum
malo permutemus, sed ut à bono minimè
aberremus. Nam profectò Diaboli ludi hæc
sunt, perniciosè res nostras ponderantis.
Nos verò mediâ & regiâ incedentes viâ, B
in qua virtutes quoque, ut harum peritis
placet, sitæ sunt, credimus in Patrem, &
Filium, & Spiritum sanctum, ejusdem sub-
stantiæ & gloriæ; in quibus & Baptismo
sua perfectio constat, tam in nominibus,
quàm in rebus; (hæc non ignoras, quisquis
eo initiatus es;) quippè quod impietatis ab-
juratio, & divinitatis confessio sit, atque
ita perficimur; unum quidem, quoad
essentiam ac divisionis omnis expertem
adorationem, credentes; tria autem, C
quantùm ad Hypostases, sive Personas, ut
nonnulli malunt. Desinant enim, qui de
his inter se contendunt, ineptire, perindè
ac si fidei nostræ pietas in nominibus,
non in rebus, consistat. Quid enim di-
citis, qui tres Hypostases affertis? An hoc
eò dicitis, quòd tres essentias existimetis?
Non est apud me dubium, quin adversùs
eos, qui ita existimant, ingentem cla-
morem excitaturi sitis. Unam enim & ean-
dem horum trium essentiam profitemini.
Quid vos, qui Personas dicitis? Num
unum, velut quiddam compositum, animo
fingitis, ac tres facies, aut humanam om- D
ninò formam habens? Absit, ipsi quoque in-
clamabitis, nec faciem quidem Dei, quæ-
cunque tandem illa est, unquam ille videat,
qui ita sentit. Quid igitur, ut interrogare
pergam, vobis Hypostases volunt, aut vobis
Personæ? Nimirùm tria esse, quæ divi-
dantur, non naturis, sed proprietatibus.
Optimè. An fieri potest, ut quidam magis
inter se concordent, atque idem dicant,
quàm cùm ita sentiunt, tametsi alioqui syl-
labis discrepent? Videte qualem vobis
pacificatorem me præbeam, à littera ad
mentem traducens, quemadmodùm si
quis vetus Testamentum & novum com-
ponat & conciliet.

Catholica fides inter Sabelli & Arii errores mediũ tenet.

Tribus Hypostasibus aut tribus Personis, idem significatur.

(a) Αντισηκώσεις. Nicet. πονηρὰς διορθώσεις. *Inversis quasi ponderibus*, ut fit in lancibus; *librationes* nimirùm Sabellianam inter & Arianam impietatem. Gregorius hîc admonet cavendum, ne, in disceptationibus circa fidei dogmata, his utamur vocibus & argumentis, quæ alterutri errori faveant.

(b) Ανατρέποντες. ἐ γὰρ κακῷ τὸ κακὸν ἀλλάξασθαι τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ τῷ καλῷ μὴ διαμαρτεῖν. ὡς ταῦτα &c. Sic duo Coisl. duodecim Colb. aliique plures. In Par. ed. ita hic locus depravatus legitur: ἀνατρέποντες· ἀλλὰ τῷ καλῷ τὸ μὴ διαμαρτεῖν. ὡς ταῦτα &c.

(c) Ταῦτα. In quibusdam, περὶ ταῦτα.

(d) Ωσπὶρ ὦ. Sic duo Regg. duo Coisl. Or. 2. &c. In Ed. ὡσπὲρ ἄν.

(e) Τοῦτο λέγετε. Sic plures Regg. & Colb. duo Coisl. Gabr. & Comb. Deest τοῦτο in Ed.

(f) Υπειληφότων. Reg. bm. συνειληφότων.

(g) Τριπρόσωπον. *Tres facies habens.* Ludit Gregorius in æquivocatione græci nominis, eò quòd πρόσωπον græcè *faciem* simul & *Personam* significet.

(h) Η ὑμῖν τά. Sic tres Regg. & duo Coisl. Sic etiam legit Billius. Deest ὑμῖν in Ed.

(i) Υπέρευγε. Sic plures Regg. & Colb. duo Coisl. &c. In Ed. divisim, ὑπὲρ εὖγε.

(k) Συμφρονοῖεν. Sic Reg. ph. quinque Colb. Coisl. 2. Bas. Comb. In Ed. σωφρονοῖεν, *modestè se gerant.*

Deus non est creatura.

XVII. Sed eò, undè digressi sumus, redeundum est. Ingenitus quidem, & Genitus, & Procedens, dicantur sanè & intelligantur, si cui nomina fingere libeat: non enim verebimur, ne ea, quæ corpore carent, corporeo modo intelligantur, quemadmodùm iis placet, qui Deitati calumniam inferunt. At creatura, Dei quidem dicatur; nam id quoque nobis amplum & honorificum est: Deus autem, nequaquàm. Alioqui, tum Deum creaturam esse admittam, cùm ipse quoque propriè Deus fuero. Sic enim se res habet. Si Deus est, creatura non est; creatura enim nobiscum est, qui Dii non sumus. Si autem creatura est, utique Deus non est; temporis enim ratione ortum habuit. Quod autem ortum habuit, aliquandò non erat. Quod verò in ea causa est, ut id, quod non erat, eo antiquius sit, hoc certè propriè non est. Quod autem propriè non est, quo tandem modo Deus esse queat? Ergo nec quidquam horum trium creatura est; nec, quod eo deterius, propter me creatum est. Alioqui non modò creatura esset, sed etiam nobis abjectior atque contemptior. Nam si ego ad Dei gloriam conditus sum, hoc autem propter me, (forceps utique propter currum efficitur, aut sera propter januam,) sequitur profectò, ut respectu causæ sim superior. Quantò enim Deus rebus creatis est sublimior, tantò id, quod meâ causâ creatum est, me, qui propter Deum effectus sum, vilius atque ignobilius est.

* Quidquid creatum est, Deus non est.

Dei generatio & processio non curiosè inquirenda.

XVIII. Propterea, Moabitis quidem & Ammonitis nec aditus ad Ecclesiam Dei pateat, hoc est, dialecticis & impiis sermonibus, qui Dei generationem ac processionem, quæ nullis verbis explicari potest, curiosiùs scrutantes, adversùs Divinitatem temerè insurgunt; perindè scilicet, ac si ea, quæ vim omnem & facultatem verborum superant, ab ipsis solis percipi posse oporteat; vel omninò non esse, quoniam ipsi ea intellectu assequi nequeant. Nos autem Scripturæ divinæ vestigiis hærentes, atque obscura loca, quæ cæcutientibus molestiam exhibent, submoventes, consertis manibus salutem retinebimus, priusque omnia audacter perferemus, quàm ut adversùs Deum temerè atque arroganter aliquid aggrediamur. Et quidem Scripturæ testimonia aliis relinquemus, cùm à multis jam sæpè litteris mandata, tum etiam à nobis haud perfunctoriè & negligenter. Ac simul, meâ quidem sententiâ, turpè admodùm fuerit, nunc

ιζ. Αλλ' ἐπανιτέον μοι πάλιν [a] ωεὸς τὸν αὐτὸν λόγον. τὸ μὲν οὖν ἀγέννητον, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκπορευτὸν λεγέσθω τε καὶ νοείσθω, εἴ τῳ φίλον δημιουργεῖν ὀνόματα· οὐ γὰρ δείσομεν μή ποτε [b] νοῆται ζωματικῶς τὰ [c] ἀσώματα, ὅωερ δοκεῖ τοῖς [d] ἐπηρεασταῖς θεότητος. κτίσμα δὲ, Θεοῦ μὲν λεγέσθω· μέγα γὰρ ἡμῖν καὶ τοῦτο· Θεὸς δὲ, μηδαμῶς. ἢ τότε δέξομαι κτίσμα εἶναι Θεὸν, ὅταν κἀγὼ γένωμαι κυρίως Θεός. ἔχει γὰρ οὕτως. εἰ μὲν Θεὸς, οὐ κτίσμα· μεθ' ἡμῶν γὰρ τὸ κτίσμα, τῶν οὐ Θεῶν. εἰ κτίσμα δὲ, οὐ Θεός· ἤρξατο γὰρ χρονικῶς. ὃ δὲ ἤρξατο, [e] ἦν ὅτε οὐκ ἦν. οὗ δὲ ωρεσβύτερον τὸ οὐκ ἦν, τοῦτο οὐ κυρίως ὄν. τὸ δὲ μὴ κυρίως ὂν, πῶς Θεός; οὔτε οὖν κτίσμα τῶν τριῶν, οὐδὲ ἕν· οὔτε, ὃ τούτου χεῖρον, δι' ἐμὲ γενόμενον· ἵνα μὴ κτίσμα ᾖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν ἀτιμότερον. εἰ γὰρ ἐγὼ μὲν εἰς δόξαν Θεοῦ, [f] τοῦτο δὲ δι' ἐμὲ, ἧ [g] πύραγρα δι' τὴν ἅμαξαν, ἢ ὁ ωρίων δι' τὴν θύραν, νικῶ τῇ αἰτίᾳ. ὅσῳ γὰρ κτισμάτων Θεὸς ὑψηλότερος, [h] τοσοῦτον τοῦ δι' Θεὸν ὑωοστάντος ἐμοῦ, τὸ δι' ἐμὲ γινόμενον, ἀτιμότερον.

ιη. Πρὸς ταῦτα, Μοαβίταις μὲν καὶ Αμμωνίταις μηδὲ εἰσιτητὸν εἰς Ἐκκλησίαν ἔστω Θεοῦ, λόγοις διαλεκτικοῖς τε καὶ κακοωράγμοσιν, οἳ γέννησιν Θεοῦ πολυωραγμονοῦντες, ἃ ωρόδον ἄῤῥητον, κατεξανίστανται τολμηρῶς θεότητος· ὡς δέον, ἢ ἐφικτὰ μόνοις εἶναι τὰ ὑωὲρ λόγον, ἢ μηδὲ εἶναι, ὅτι μὴ αὐτοὶ κατειλήφασιν. ἡμεῖς δὲ ταῖς θείαις γραφαῖς ἑωόμενοι, καὶ τὰ ἐγκείμενα σκῶλα τοῖς τυφλώττουσι λύοντες, τῆς ζωτηρίας ἐξόμεθα, [i] πάντα τολμῶντες ωρότερον, ἢ κατὰ Θεοῦ τι νεανιεύεσθαι. τὰς μὲν δὴ μαρτυρίας, ἄλλοις παρήσομεν, πολλοῖς τε λογογραφηθείσας ἤδη πολλάκις, καὶ ἡμῖν οὐ παέργως. καὶ ἅμα λίαν αἰσχρὸν ἐμοὶ γοῦν, νῦν τὰς πίστεις συλλέγειν τῶν πάλαι πεπιστευμένων. τάξις γὰρ οὐκ ἐᾷστη διδάσκειν ωρότερον, εἶτα μανθάνειν, μὴ ὅτι τὰ θεῖα καὶ τηλικαῦτα

(a) Πρός. Reg. bm. ἐπί.
(b) Νοῆται. In nonnullis, νοῆτε.
(c) Ασώματα. *Incorporea.* Sic duo Coisl. &c. Sic etiam legit Bill. & ita legendum ex Gregorii scopo. Mendosè in Ed. σάματα, *corpora*, vel, *ea quæ corpore constant.*
(d) Επηρεασταῖς. Sic Reg. bm. &c. In Ed. ἐπηρεαταῖς.
(e) Ην ὅτε οὐκ ἦν. *Erat cùm non erat.* Ironicè dictum.
(f) Τοῦτο δέ. Sic Reg. ph. Or. 2. &c. Deest δέ in Ed.
(g) Πύραγρα. In nonnullis, περίγρα, ex verbo περιγράφειν, *circuli figuram describere.* Instrumentum est quo utuntur plaustrorum opifices.
(h) Τοσοῦτον. In quibusdam, τοσούτῳ.
(i) Πάντα τολμῶντες πρότερον. Non pauci Codd. πᾶν τολμῶντες πρότερον. Bill. *priùsque in omnem audaciam prorumpemus.* Nicetas sic rectè exponit: *Quodlibet periculum adire audentes, quaslibet ærumnas pati potiùs, quàm adversùs Deum aliquid arroganter dicere.*

τὸ μέγεθος,

a τὸ μέγεθος, ἀλλ' [a] οὐδὲ ἄλλό τι τῶν A earum rerum, quæ jampridem certò explo-
b μικρῶν καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίων. καὶ τὰ [b] ἐκ ratæ ſunt, argumenta colligere. Neque enim optimus ordo eſt priùs docere, ac poſteà diſcere; non dicam divina, & uſque adeò magna & ſublimia, ſed ne aliud quidem quidquam parvum & contemnendum. Offendicula etiam è Scripturis objecta ſolvere, & explanare, non eſt præſentis temporis, ſed majoris & perfectioris ſtudii atque operæ, quàm pro præſenti inſtituto. At fidei quidem noſtræ doctrina, ut ſummatim complectar, talis eſt. Atque etiam hæc ipſa non eò commemoravi, ut cum adverſariis confligerem; (jam enim ſæpè conflixiimus, etſi moderatè;) verùm ut doctrinæ meæ formam vobis oſtenderem, an non veſtrorum dogmatum propugnator ego ſim, atque adversùs eoſdem, & pro iiſdem in acie ſtem.

Diſcendum priùs quàm docendum.

τῆς γραφῆς προσκόμματα λύειν καὶ διαρθροῦν, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ, σπουδῆς δὲ τελεωτέρας καὶ μείζονος, ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν τῆς ὑποθέσεως. ὁ δ' οὖν λόγος ἡμῶν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ περιλαβεῖν, ἔστιν οὗτος. καὶ ταῦτα διῆλθον, οὐχ ἵν' ἀγωνίσωμαι πρὸς τοὺς ἀντιθέτους· πολλάκις c γὰρ ἤδη διηγωνισάμεθα, [c] εἰ καὶ μετρίως· ἀλλ' ἵν' ὑμῖν ἐπιδείξω τὸν χαρακτῆρα τῶν B ἐμῶν διδαγμάτων, εἰ μὴ τῶν ὑμετέρων ἐγὼ συναγωνιστὴς, καὶ κατὰ τῶν αὐτῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἱστάμενος.

XIX. Habetis, ô Viri, noſtri in hanc urbem adventûs Apologiam: quæ ſi quidem laudem meretur, Deo, & vobis, quorum accitu huc veni, gratiam habeo; ſin autem ſpem veſtram minùs implevi, ſic quoque gratiam habeo. Non enim omninò vituperanda eſt, C ut mihi perſuadeo, ac vobis id affirmantibus fidem haud abrogo. Numquid populum hunc per avaritiam circumvenimus? Numquid privatis utilitatibus conſuluimus, quemadmodùm multos facere video? Numquid Eccleſiam moleſtiâ affecimus? Alios quidem fortaſsè, quibus, cùm ſe indictâ causâ victoriam adversùm nos obtinuiſſe arbitrarentur, ſermonem noſtrum objecimus: at vos nihil profectò, quantùm quidem mihi conſcius ſum. *Non bovem veſtrum accepi*, ait magnus Samuel, cum Iſraële propter regem contendens: *non animarum veſtrarum piaculum, teſtis inter vos Deus:* D non hoc atque aliud, plura commemorans, ne ſingulis enumerandis longiùs Orationem producam; verùm purum miniméque adulterinum Sacerdotium cuſtodivi. Quòd ſi principatûs, aut ſublimium thronorum ſtudio ductus ſum, aut Imperatorum aulas calcare appetii, nunquam aliud quidquam ſplendoris conſequi mihi contingat, aut, ſi conſecutus fuero, ſtatim illud projiciam atque amittam.

Gregorius purum ac incorruptum Sacerdotium Conſtantinopoli ſervavit.

I. Reg. XII. 2. & ſeqq.

Nec honores, nec Imperatoris aulam ſectatus.

ιθ. Οὗτος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, ὁ τῆς ἐμῆς Ἀπόλογος παρουσίας· εἰ μὲν ἐπαινετῶς ἔχων, τῷ Θεῷ χάρις, καὶ ὑμῖν τοῖς καλέσασιν· εἰ δὲ τῆς ἐλπίδος ἐνδεέστερον, καὶ οὕτω χάρις. οὐ γὰρ πάντῃ ψεκτῶς, εὖ οἶδα, καὶ ὑμῖν οὐκ ἀπιστῶ λέγουσιν. μή τι τὸν λαὸν τοῦτον ἐπλεονεκτήσαμεν; μή τι τῶν ἡμετέρων ᾠκονομήσαμεν, ὃ τοὺς πολλοὺς ὁρῶ πάσχοντας; μή τι τὴν Ἐκκλησίαν παρελυπήσαμεν; ἄλλους μὲν ἴσως, d [d] οἷς ἐρήμην ἡμᾶς ἡρπέναι νομίζουσι, τὸν ἡμέτερον ἀντεστήσαμεν λόγον· ὑμᾶς δὲ οὐδὲν, ὅσα ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι. οὐ βοῦν ὑμῶν εἴληφα, φησὶ Σαμουὴλ ὁ μέγας, πρὸς τὸν Ἰσραὴλ ὑπὲρ τοῦ βασιλέως διαφερόμενος· οὐ ψυχῶν ὑμῶν [e] ἐξίλασμα, E μάρτυς Κύριος ἐν ὑμῖν· οὐ τὸ, καὶ τὸ, πλείονα λέγων, ἵνα μὴ αὐτὸς ἀπαριθμῶμαι καθ' ἕκαστον· ἀλλὰ καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον τὴν ἱερωσύνην ἐφύλαξα. εἰ δὲ δυναστείαν ἠγάπησα, ἢ θρόνων ὕψος, ἢ βασιλέων πατεῖν αὐλὰς, μηδὲ ἄλλό τι λαμπρὸν ἔχοιμι, ἢ ῥίψαιμι κεκτημένος.

Diſcedendi facultatem pro laborum præmio poſtulat.

κ. Τί οὖν ἐστιν ὅ φημι; οὐ γὰρ ἄμισθος ἐγὼ τῆς ἀρετῆς ἐργάτης, οὐδ' εἰς τοσοῦτον ἀρετῆς ἀφικόμην. δότε μοι τῶν πόνων μισθόν. τίνα τοῦτον; οὐχ ὃν ἄν τινες ὑπολάβοιεν τῶν πάντα ῥᾳδίων· ἀλλ' ὃν ἐμοὶ ζητεῖν

XX. Quid igitur eſt, quod dico? Non enim gratuitus virtutis ſum cultor, nec in eam virtutis magnitudinem perveni. Laborum præmium mihi date. Quod tandem? Non quod nonnulli fortaſsè ex iis, qui ad quidvis ſuſpicandum facilè addu-

(a) Οὐδὲ ἄλλο. In quibuſdam, ὥστε ἄλλο.

(b) Ἐκ τῆς γραφῆς. Regg. b. c. d. tres Colb. & Or. 2. ἐκ τῶν γραφῶν.

(c) Εἰ καὶ μετρίως. Bill. *Etſi leviter & minùs perfectè.* Hanc interpretationem reſpuunt Theologicæ Orationes, in quibus Gregorius, non *leviter*, & *minùs perfectè*, ſed fortiter, moderatè tamen, Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti divinitatem adversùs Hæreticos aſſeruit.

(d) Οἷς ἐρήμην ἡμᾶς. Coisl. 2. & Baſ. οἷς ἐρήμην ὑμᾶς. *Quibus vos cauſam dereliquiſſe exiſtimantibus, noſtrum oppoſuimus ſermonem.* Comb. putat etiam legendum ὑμᾶς, & vertit: *Cùm ſe deſerto vadimonio, nullo ſcilicet ex vobis fidei cauſam ſuſcipiente, victoriam adverſarii vos obtinuiſſe arbitrarentur.*

(e) Ἐξίλασμα. *Sacrificium pro animabus in peccatum lapſis.*

cuntur, existimarint; sed quod mihi tutò postulare licet. Diuturnis laboribus nos levate, ac recreate. Moveat vos hæc canities; sit apud vos honori nostra peregrinatio. Alium subrogate, qui pro vobis vexetur, qui puris sit manibus, qui voce non inruditâ, qui omnibus in rebus vobis obsequi, curásque Ecclesiasticas simul perferre possit; quandoquidem tales præsertim hoc tempus flagitat. At mihi cernitis quo modo corpus etiam hoc se habeat, nimirùm & tempore, & morbo, & labore confectum. Quid vobis timido & ignavo sene opus est, atque in dies singulos, ut ita loquar, non corpore tantùm, sed etiam curis moriente? Qui vix hæc quoque ad vos loquor? Ne magistri voci fidem denegetis; neque enim unquam denegastis. Lassus sum, dum mihi toties mansuetudo crimini vertitur. Lassus sum, dum, & cum sermone, & cum invidia, & cum hostibus, & cum nostris pugno. Illi pectora feriunt, & minùs, quod cupiunt, assequuntur; nam qui apertas inimicitias gerit, facilè caveri potest. Hi autem terga observant, & magis molesti sunt; nam qui minimè suspectus est, lethalius vulnus infert. Quod si etiam nauclerus, & quidem peritissimus essem: atque hinc effusum mare in nos sæviret, ac circum navem æstuaret; hinc verò gravi seditione vectores laborarent, aliíque de alia re contenderent, atque, & sibiipsis mutuò, & fluctibus obstreperent, quandiù tandem ipse obluctari possem ad gubernacula sedens, ut simul, & cum mari, & cum vectoribus pugnarem, atque ex duplici tempestate navem sine periculo eriperem? Quibus etenim omni ratione connitentibus & adjuvantibus, salutem tamen consequi difficile esset; iisdem inter se dissidentibus & confligentibus, quî tandem fieri posset, ut navis pessum non iret?

Qualem successorem cupiat.

Inimicus occultus aperto hoste molestior.

XXI. Quid alia commemorare attinet? Quo tandem modo sacrum hoc bellum feram? Dicatur enim etiam quoddam bellum sacrum, quemadmodùm & barbaricum. Quomodò hos adversis thronis insidentes, atque adversas in pascendo grege partes foventes connectam, atque in unum adducam, populumque simul cum ipsis abruptum, studiisque contrariis distractum; quemadmodùm in iis hiatibus, qui ex terræ mo-

Dissidia inter Sacerdotes & Episcopos ferre non potest Gregorius.

A ἀσφαλές. ἀναπαύσατε τῶν μακρῶν πόνων ἡμᾶς· αἰδέσθητε τὴν πολιὰν ταύτην· τιμήσατε τὴν ξενιτείαν· ἄλλον ἀντεισαγάγετε, τὸν ὑπὲρ [a] ὑμῶν διωκόμενον, ὅς τις a
καθαρὸς χεῖρας, ὅς τις φωνὴν οὐκ ἀσύνετος, ὅς τις ἱκανὸς τὰ πάντα ὑμῖν χαρίζεσθαι, καὶ συνδιαφέρειν [b] τὰς Ἐκκλησιαστικὰς b
φροντίδας· ἐπειδὴ [c] τούτων μάλιστα νῦν ὁ c
καιρός. ἐμοὶ δὲ ὁρᾶτε καὶ τὸ σῶμα ὡς ἔχει τοῦτο, καὶ χρόνῳ, καὶ νόσῳ, καὶ πόνῳ δαπανηθέν. B τί δεῖ γέροντος ὑμῖν δειλοῦ, καὶ ἀνάνδρου, καὶ καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ἀποθνήσκοντος τὴν ἡμέραν, οὐ τῷ σώματι μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς φροντίσιν; ὃς μόλις καὶ ταῦτα ὑμῖν [d] διαλέγομαι; μὴ ἀπιστήσητε d
XVII. Hoc nobis amicitiæ præludium: hinc necessitudinis igniculus: sic mutuo amore fauciati sumus. Posteà hujusmodi quoque quiddam accidit; nam ne hoc quidem prætermitti debet. Haud simplicem D & apertam nationem Armenios esse invenio, quin potiùs, admodùm tectam & simulatam. Tum ergo nonnulli jam olim cum ipso familiaritate & amicitiâ conjuncti, tum adhuc ex patre, tum ex veteri sodalitio, (nam in illa schola instituti fuerant,) ad ipsum per amicitiæ speciem accedentes, (invidiâ autem, non benevolentiâ ducebantur,) contentiosis potiùs, quàm doctis & argutis quæstionibus eum urgebant, ac primo impetu sibi subjicere conabantur, tum quòd egregiam E ipsius indolem jampridem nossent, tum quòd honorem tunc ipsi præstitum permolestè ferrent. Grave enim miniméque ferendum esse judicabant, eos, qui philosophica pallia priores induissent, atque

Armeniorum mores.

Armenii Basilio invident.

(a) Πλησιάσωσι. Sic Or. 2. In Ed. πλησιάζωσι.
(b) Τελετῆς. Sic Regg. a. c. d. Coisl. 2. Pass. & Comb. In Ed. τελευτῆς, *finis, mors.*
(c) Τὸν ἐμόν. Regg. a. c. d. Coisl. 2. Or. 2. & Pass. addunt, σόφον τε, *& sapientem.*
(d) Μόνον. Pass. μόνος.
(e) Προκατειλημμένος. Reg. bm. & Pass. προκατειλημμένοις.
(f) Μόνος σχεδόν. Eadem sic testatur Cyrus Theodorus: Ἀλλ' ἄχρι ταῦτα τῷ σοφῷ Βασιλίῳ μόνῳ φυγόντος τὸς νεηλύδων νόμους. *Hæc usque ad sapientem Basilium, qui solus Tyronum lege liberatus fuit.*
(g) Ἀξιωθεὶς τῆς &c. Sic Regg. a. c. d. Or. 2. & Comb. Deest τῆς in Ed.
(h) Ἔτ' ἐκ τοῦ πατρός. Coisl. 1. εἴτ' ἐκ τοῦ πατρός. Nicet. ἔκ τε τοῦ πατρός. *Qui quondam, in ipsius patris schola, Basilii fuerant condiscipuli.*
(i) Δεῖνον. Sic Regg. a. & bm. In Ed. δεινῶν.
(k) Τρίβωνας, καί. Sic quatuor Regg. Or. 2. & Comb. In Ed. deest καί.
(l) Λαρυγίζειν. Nicetas hanc vocem exponit, κομψῶς λέγειν, *ornatè dicere.*

in funditandis verbis operam antè posuissent, extero & tyroni nequaquàm anteferri. Ego autem, ille Athenarum amans ac stultus, non enim invidiam senseram, frontis involucro fidem habens, Athenarum gloriam in ipsis oppressam & celerrimè contemptam indigno animo ferens, succumbentes jam adolescentes, & terga vertentes, reductâ disputatione suffulciebam, atque auxilii mei momentum ipsis largiens, (in hujusmodi porrò rebus vel perexigua accessio quidvis potest,) *æqualia*, ut ille ait, *prælii capita constitui*. At ubi disputationis arcanum intellexi, quod jam ne contineri quidem poterat, sed perspicuè sese prodebat, repentè mutatus, remigationem ad pupim converti, ab illius partibus stans, ambiguámque victoriam reddidi. Qua ex re, ut erat ingenio inprimis acuto, magnam statim voluptatem cepit, atque alacritate perfusus, ut cum Homericis verbis omninò describam, strenuos illos juvenes disputatione perturbatos insectabatur; nec antè argumentationibus eos ferire destitit, quàm prorsùs in fugam convertisset, victoriámque haud dubiam adeptus fuisset. Hæc altera nobis amicitiæ, non jam scintilla, sed fax clara & sublimis accenditur.

Armenis in disputationem favet Gregorius.

Hom. Iliad. XI. *vers.* 72.

Agnitâ Armeniorum nequitiâ, Basilii partes suscipit Gregorius, eique victoriam asserit.

XVIII. Atque illi quidem sic infecto negotio discesserunt, tum suam temeritatem multùm incusantes, tum insidiarum nomine tantam in me indignationem concipientes, ut etiam apertas mihi inimicitias indicerent, ac proditionem objicerent, non modò eorum, sed ipsarum quoque Athenarum; quoniam primo impetu ab uno homine confutati atque ignominiâ affecti fuerant, & quidem ejusmodi, qui ne fiduciæ etiam tempus habebat. Ipse contrà, (humanus enim affectus est, cùm, magnis quibusdam rebus spe conceptis, in eas subitò incidimus, opinione nostrâ inferiores eas videre,) ipse ejusdem quoque affectûs periculum faciens, mœrebat, angebatur, non habebat quod sibi de adventu suo gratularetur. Quærebat quod spe sibi effinxerat; inanem felicitatem Athenas nominabat. Hæc quidem ille: ego autem maximam mœroris partem ipsi adimebam, tum argumentis congrediens, tum rationibus eum mulcens; cùm, ut res erat, nec hominis mores statim,

Victi Armenii Gregorio irascuntur.

Luget Basilius, quòd res opinione suâ essent inferiores.

γίζειν σφοδρελετήσαντες, μὴ πλέον ἔχοιεν τοῦ ξένου τε καὶ νεήλυδος. ἐγὼ δὲ ὁ φιλαθήναιος καὶ μάταιος, οὐ γὰρ ἠσθόμην τοῦ φθόνου πιστεύων τῷ πλάσματι, ἤδη κλινομένων αὐτῶν, καὶ τὰ νῶτα μεταβαλλόντων, καὶ γὰρ ἐζηλοτύπουν τὸ τῶν Ἀθηνῶν κλέος ἐν ἐκείνοις καταλυθῆναι, καὶ τάχιστα περιφρονηθῆναι, ὑπήρειδόν τε τοὺς νεανίας ἐπαναγων τὸν λόγον, καὶ τὴν παρ' ἐμαυτοῦ ῥοπὴν χαριζόμενος, δύναται δὲ καὶ ἡ μικρὰ σφοδθήκη τὸ πᾶν ἐν τοιούτοις, [a] ἴσας ὑσμίνῃ τὰς κεφαλὰς, τὸ τοῦ λόγου, κατέστησα. ὡς δὲ τὸ τῆς ὀφελέξεως ἔγνων ἀπόῤῥητον, οὐδὲ καθεκτὸν ἔτι τυγχάνον, ἀλλὰ σαφῶς ἤδη παραγυμνούμενον, ἐξαίφνης μεταβαλὼν, [b] πρύμναν τε ἐπρουσάμην, ἐκείνῳ θέμενος, καὶ [c] ἑτεραλκέα τὴν νίκην ἐποίησα. [d] ὁ δὲ ἥσθη τε αὐτίκα τῷ γενομένῳ· καὶ γὰρ ἦν ἀγχίνους, εἰ καί τις ἄλλος· καὶ σφοθυμίας πλησθεὶς, ἵνα [e] τελέως αὐτὸν καθομηρίσω, ἔφεπε κλονέων τῷ λόγῳ τοὺς γεννάδας ἐκείνους, ὦ παίων συλλογισμοῖς, ἕως ἀνῆκεν, ἢ τελέως τρέψασθαι, καὶ τὸ κράτος καθαρῶς ἀναδήσασθαι. οὗτος δεύτερος ἡμῖν τῆς φιλίας, οὐκ ἔτι σωινθὴρ, ἀλλ' ἤδη πυρσὸς ἀνάπλεται σφεριφανὴς ἠ ἀέριος.

ιη. Οἱ μὲν οὖν οὕτως ἀπῆλθον ἄσχετοι, πολλὰ μὲν τῆς σφοπετείας [f] ἑαυτοῖς καταμεμψάμενοι, πολλὰ δὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἐμοὶ δυσχεράναντες, ὡς καὶ φανερὰν ἔχθραν ὁμολογῆσαι, καὶ σφοδοσίαν ἐπικαλεῖν, οὐκ ἐκείνων [g] μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν Ἀθηνῶν· ὡς δι' ἀπὸ τῆς σφότης πείρας ἐληλεγμένων, καὶ ἠσχυμμένων ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς, καὶ ταῦτα μηδὲ τοῦ θαῤῥεῖν καιρὸν ἔχοντος. ὁ δὲ, καὶ γὰρ ἀνθρώπινον τὸ πάθος, ὅταν μεγάλα ἐλπίσαντες ἀθρόως τοῖς [h] ἐλπισθεῖσιν ἐντύχωμεν, ἐλάττω τῆς δόξης [i] ὁρᾶν τὰ φαινόμενα, τοῦτο καὶ αὐτὸς πάσχων, ἐσκυθρώπαζεν, ἐδυσφόρει, τῆς ἐπιδημίας ἑαυτὸν ἐπαινεῖν οὐκ εἶχεν. ἐζήτει τὸ ἐλπισθέν· κενὴν μακαρίαν τὰς Ἀθήνας ὠνόμαζεν. ὁ μὲν δὴ ταῦτα· ἐγὼ δὲ τῆς λύπης ἀφῄρουν τὸ πλεῖστον, καὶ λογικῶς συγγινόμενος, καὶ κατεπᾴδων τοῖς λογισμοῖς· καὶ, ὅπερ ἦν

(*a*) Ισας ὑσμίνῃ &c. Illud ex Homero Iliad. XI. vers. 72. desumptum, ut significet *æquam & ancipitem pugnam*.

(*b*) Πρύμναν τε &c. Proverbium de iis qui cursum reflectunt, qui consilium in diversum mutant, & partes, quas priùs tuebantur, deserunt.

(*c*) Ετεραλκέα τὴν νίκην &c. Sic rectè Nicetas exponit: *ut ad Basilium vergeret victoria meo suffragio effeci*. Hanc esse Gregorii mentem Budæus agnoscit. Cùm enim pro Armenis stando Gregorius æqualem fecisset pugnæ capita; ubi primùm *sese Basilio adjunxit*, θέμενος αὐτῷ, victoriam ipsi tribuit, quam Armenis favendo ancipitem fecerat.

(*d*) Ο δὲ ἥσθη. *Lætatus est*. Duo Regg. ἥσθη; & ad unius codicis Marg. ἥσθετο, *persensit*.

(*e*) Τελέως. Reg. ph. τελείως.

(*f*) Εαυτοῖς. Duo Regg. ἑαυτὰς.

(*g*) Μόνον. Reg. a. μόνων.

(*h*) Ελπισθεῖσιν. Sic Codd. In Ed. ἐπισθεῖσιν.

(*i*) Ορᾶν. Sic plerique ac optimæ notæ Codd. In Ed. ὁρῶντες.

ἀληθὲς,

ἀληθὲς, οὔτε ἦθος ἀνδρὸς εὐθὺς ἁλωτὸν εἶναι, λέγων, ὅτι μὴ χρόνῳ πολλῷ καὶ [a] συνουσίᾳ [a] τελεωτέρᾳ, οὔτε παίδευσιν τοῖς [b] πειρωμένοις, ἐξ ὀλίγων τε καὶ [b] ἐν ὀλίγῳ γνωρίζεσθαι. ὅθεν ἐπανῆγον αὐτὸν εἰς τὸ εὔθυμον, καὶ πεῖραν διδοὺς καὶ λαμβάνων, πλέον ἐμαυτῷ συνέδησα.

ιθ. Ὡς δὲ, προϊόντος τοῦ χρόνου, τὸν [c] πόθον ἀλλήλοις καθωμολογήσαμεν, [c] καὶ φιλοσοφίαν εἶναι τὸ σπουδαζόμενον, τηνικαῦτα ἤδη τὰ πάντα ἦμεν ἀλλήλοις, ὁμόστεγοι, ὁμοδίαιτοι, συμφυεῖς, τὸ ἓν [d] βλέποντες, ἀεὶ τὸν πόθον ἀλλήλοις [d] συναύ- [e] ξοντες θερμότερόν τε καὶ [e] βεβαιότερον. οἱ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων ἔρωτες, ἐπειδὴ ῥεόντων εἰσὶ, καὶ ῥέουσιν ἴσα καὶ ἠρινοῖς ἄνθεσιν. [f] οὔτε γὰρ φλὸξ μένει, τῆς ὕλης [f] δαπανηθείσης, ἀλλὰ τῷ ἀνάπλοντι συναπέρχεται, [g] οὔτε πόθος [g] ὑφίσταται, μαραινομένου τοῦ ὑποκαύματος. οἱ δὲ κατὰ Θεόν τε καὶ σώφρονες, ἐπειδὴ πράγματος ἑστῶτός εἰσι, διὰ [h] τοῦτο καὶ μονιμώτεροι, [h] καὶ ὅσῳ πλέον αὐτοῖς τὸ κάλλος φαντάζεται, τοσούτῳ μᾶλλον ἑαυτῷ τε καὶ ἀλλήλοις συνδεῖ τοὺς [i] τῶν αὐτῶν ἐραστάς. [i] οὗτος τοῦ ὑπὲρ ἡμᾶς ἔρωτος νόμος. αἰσθάνομαι μὲν οὖν ἔξω τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ μέτρου φερόμενος, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς τούτους ἐμπίπλω τοὺς λόγους, οὐκ ἔχω δ' ὅπως ἐμαυτὸν ἐπίσχω τοῦ διηγήματος. ἀεὶ γάρ μοι τὸ παρεθὲν ἀναγκαῖον φαίνεται, καὶ κρεῖττον τοῦ παρελθόντος. κἂν μέ τις ἀπάγῃ τοῦ πρόσω τυραννικῶς, τὸ τῶν πολυπόδων πείσομαι, ὧν τῆς θαλάμης ἐξελκομένων προσέξονται ταῖς κοτύλαις αἱ πέτραι, καὶ οὐ πρὶν ἀφεθήσονται, ἢ παρ' ἀλλήλων τι προσλαβεῖν ἐκ τῆς [k] βίας. εἰ μὲν οὖν [k] συγχωρήσοι τις, ἔχω τὸ ζητούμενον· εἰ δὲ μὴ, παρ' ἐμαυτοῦ λήψομαι.

κ. Οὕτω δὴ τὰ πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες, [l] ἡνίκα τοιαύτας ὑποστήσαντες [l] εὐτειχεῖ θαλάμῳ [m] [m] χρυσέας κίονας, ὅ φησι Πίνδαρος, οὕτως ἤειμεν εἰς τὸ πρόσω, Θεῷ καὶ πόθῳ συνεργοῖς χρώμενοι. ὦ· πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτων

A sed diuturno tempore, ac perfectissimâ familiaritate, vitæque consuetudine, percipi, nec eruditionem iis, qui periculum ipsius faciunt, ex paucis argumentis ac brevi agnosci, dicerem. Hinc eum ad animi tranquillitatem revocavi, ac benevolentiæ specimen simul præbens & accipiens, arctioribus vinculis mecum astrinxi.

XIX. Ut autem temporis progressu desiderium nostrum mutuò inter nos confessi sumus, ac Philosophiam id esse quod à nobis expeteretur, tum verò jam uterque B alteri quidvis eramus, contubernales, convictores, concordes, unum idémque spectantes, ferventius quotidiè ac firmius desiderium nobis invicem colligentes. Etenim corporum amores, quia rerum fluxarum sunt, fluunt quoque ipsi, non secùs ac Veris flores. Nam nec flamma, consumptâ materiâ, remanet, sed unà cum ea extinguitur, nec desiderium, marcescente fomite, subsistit. At pudici & Deo grati amores, quandoquidem rei stabilis & firmæ sunt, propterea diuturniores etiam sunt; C quantóque major pulchritudinis species ipsis objicitur, tantò etiam arctius, & secum, & inter se, earumdem rerum amatores devinciunt. Hæc quippè superni amoris lex est. Equidem me, extra tempus, & extra modum, præcipitem ferri sentio; nec, quonam modo in hos sermones incidam, scio; nec rursùs quonam pacto meipsum ab hujusmodi narratione reprimere queam. Mihi enim, id quod prætermissum est, necessarium semper videtur, præstantiúsque eo quod priùs arripui. Quòd si D quis me vi abducere tentet, ne ulteriùs progrediar, idem mihi, quod polypis, accidet, quorum acetabulis, cùm è cubilibus extrahuntur, petræ adhæresunt, nec priùs divelluntur, quàm ex illa vi quidpiam utrinque acceperint. Proindè si quis mihi hoc concesserit, habeo quod quæro; sin minùs, à me ipso accipiam.

Arctissima inter Basilium & Gregorium amicitia.

Instabiles corporum amores.

Pudici amores stabiles.

XX. Cùm igitur hoc inter nos animo E essemus, talésque *valido thalamo*, ut est apud Pindarum, *aureas columnas subjecissemus*, ita demùm porrò progrediebamur, Deo & desiderio adjutoribus utentes. Heu! Quomodò harum rerum men-

Nulla inter Gregorium & Basilium de doctrina rivalitas.

Pind. Olymp. Od. VI. vers. 1.

(a) Τελεωτέρᾳ. Or. 2. Par. Pass. τελεωτάτῃ.
(b) Ἐν ὀλίγῳ. Sic Or. 2. Par. & Pass. Deest ὦ in Ed.
(c) Καὶ φιλοσοφίαν. Coisl. 1. καὶ τὸ φιλοσοφίαν. Nicetas, τὴν ἄσκησιν τῶν καλῶν, *virtutum* seu *vitæ religiosæ exercitationem* interpretatur. Quâ acceptione Gregorius *Ascetas* Philosophos appellat.
(d) Συναύξοντες. In quibusdam, συναυξάνοντες. Bas. συνάγοντες.
(e) Βεβαιότερον. Reg. c. βιαιότερον.
(f) Δαπανηθείσης. Reg. c. δαπανωμένης.
(g) Ὑφίσταται. Reg. ph. ἵσταται.
(h) Καὶ ὅσῳ πλέον &c. *Quantò magis pulchritudo menti objicitur.* Nimirùm *animæ & virtus*, ut exponit Nicetas.
(i) Οὗτος τοῦ ὑπὲρ ἡμᾶς ἔρωτος νόμος. Nicet. ὁ τοῦ πνευματικοῦ καὶ ἡμετέρου ἔρωτος νόμος. *Amoris spiritualis & nostri lex*, quasi Philosophici & Christiani.
(k) Συγχωρήσοι. Reg. ph. συγχωρήσει.
(l) Εὐτειχεῖ. Sic Regg. a. c. d. bm. undecim Colb. Pindar. &c. In Ed. εὐτυχεῖ, *felici, fortunato.*
(m) Χρυσέας κίονας. Sic tres Regg. & tres Colb. In Ed. χρυσέους κίονας. Juxta Pindarum, Olymp. Ode VI. *aureæ columnæ, præclari cujusque instituti initia sunt.*

tionem ſine lacrymis faciam? Par ſpes doctrinæ, hoc eſt, rei omnium invidioſiſſimæ, nos ducebat; & tamen aberat invidia, æmulatio autem in pretio habebatur. Hoc utrique certamen, non uter primas ferret, ſed uter alteri eas concederet; uterque enim alterius gloriam pro ſua ducebat. Una utrique anima videbatur, duo corpora ferens. Quòd ſi fides iis minimè habenda eſt, qui *omnia in omnibus ſita eſſe* dicunt; at nobis certè credendum eſt, quòd uterque in altero & apud alterum ſiti eramus. Unum utrique opus & ſtudium, virtus erat, & ad futuras ſpes vivere, noſque ita comparare, ut, ante diſceſſum ex hac vita, hinc migraremus. Quod quidem nobis ob oculos ponentes, vitam actionéſque omnes noſtras dirigebamus, tum divini præcepti ductum ſequentes, tum alter alteri virtutis ſtudium exacuentes; atque, niſi hoc arrogantiùs dicere videar, uterque alteri norma & amuſſis eramus, quâ rectum à pravo diſcernitur. Non enim cum ſodalium noſtrorum petulantiſſimis & impudiciſſimis, ſed cum caſtiſſimis conſuetudinem habebamus; nec cum pugnaciſſimis, ſed cum pacatiſſimis, iiſque, quorum conſuetudo maximos fructus afferebat; illud nimirùm exploratum habentes, facilius eſſe vitium contrahere, quàm virtutem impertiri; quemadmodùm etiam facilius eſſe morbo alieno infici, quàm ſanitatem largiri. Diſciplinis porrò, non tam jucundiſſimis, quàm optimis oblectabamur; nam hinc quoque, vel ad virtutem, vel ad vitium, juvenes informantur.

Empedocles & Anaxagoras.

Unum opus & ſtudium utrique virtus erat.

XXI. Duæ nobis viæ notæ erant: altera prima & præſtantior; ſecunda altera, & inferioris pretii: illa quidem ad ſacras ædes noſtras, & ad doctores, qui illic erant, ferebat; hæc autem ad externos præceptores. Cæteras omnes, quæ ad feſta, ſpectacula, celebres conventus, epulas, ducebant, æquo ac libenti animo aliis relinqueramus. Nihil enim, meâ quidem ſententiâ, magni faciendum eſt, quod ad rectè honeſtéque vivendum nihil affert, nec ſui ſtudioſos meliores reddit. Jam cùm aliis alia quædam cognomenta ſint, vel à parentibus accepta, vel ex ſeipſis, hoc eſt, ex propriis vitæ ſtudiis inſtitutiſque comparata: nobis contrà, magna res & magnum nomen erat, Chriſtianos, & eſſe, & nominari; atque eâ re magis efferebamur, quàm Gyges palæ annuli converſione, ſi quidem hoc fabuloſum non eſſet, per quam Lydiorum tyran-

Baſilius & Gregorius feſta, ſpectacula & convivia reſpuunt.

A ἐνέγκω μνήμην; ἴσαι μὲν ἐλπίδες ἦγον ἡμᾶς, πράγματος ἐπιφθονωτάτου, τῶν λόγων· φθόνος δὲ ἀπῆν, ζῆλος δὲ ἐσπουδάζετο. ἀγὼν δὲ ἀμφοτέροις, οὐχ ὅστις αὐτὸς τὸ πρωτεῖον [a] ἔχοι, ἀλλ' ὅπως πρὸ ἑτέρῳ τούτου παραχωρήσειεν· τὸ γὰρ ἀλλήλων εὐδόκιμον ἴδιον ἐποιούμεθα. μία μὲν ἀμφοτέροις ἐδόκει ψυχὴ, δύο σώματα φέρουσα. καὶ εἰ τὸ, πάντα ἐν πᾶσι κεῖσθαι, [b] μὴ πειστέον τοῖς λέγουσιν· ἀλλ' ἡμῖν γε [c] πειστέον, ὡς ἐν ἀλλήλοις, καὶ παρ' ἀλλήλοις ἐκείμεθα. ἓν δ' ἀμφοτέροις ἔργον, ἡ ἀρετὴ, καὶ τὸ ζῆν πρὸς τὰς μελλούσας ἐλπίδας, πρὶν ἐνθένδε ἀπελθεῖν, ἐνθένδε μεθισταμένοις. πρὸς ὃ βλέποντες, καὶ βίον καὶ πρᾶξιν ἅπασαν ἀπηυθύνομεν, παρά τε τῆς ἐντολῆς οὕτως ἀγόμενοι, καὶ ἀλλήλοις τὴν ἀρετὴν παραδήγοντες· καὶ, εἰ μὴ μέγα ἐμοὶ τοῦτο εἰπεῖν, κανόνες ὄντες ἀλλήλοις καὶ στάθμαι, οἷς τὸ [d] εὐθὲς, καὶ μὴ, διακρίνεται. ἑταίρων τε γὰρ ὡμιλοῦμεν, οὐ τοῖς ἀσελγεστάτοις, ἀλλὰ τοῖς σωφρονεστάτοις· οὐδὲ τοῖς μαχιμωτάτοις, ἀλλὰ τοῖς εἰρηνικωτάτοις, καὶ οἷς συνεῖναι λυσιτελέστατον· εἰδότες, ὅτι κακίας ῥᾷον μεταλαβεῖν, ἢ ἀρετῆς μεταδοῦναι· ἐπεὶ καὶ νόσου μετασχεῖν μᾶλλον, ἢ [e] ὑγίειαν χαρίσασθαι. μαθημάτων δὲ οὐ τοῖς ἡδίστοις πλέον, ἢ τοῖς καλλίστοις ἐχαίρομεν· ἐπειδὴ καὶ ντεῦθέν ἐστιν, ἢ πρὸς ἀρετὴν τυποῦσθαι τοὺς νέους, ἢ πρὸς κακίαν.

κα. Δύο μὲν ἐγνωρίζοντο ἡμῖν ὁδοί· ἡ μὲν πρώτη καὶ τιμιωτέρα, ἡ δὲ δευτέρα καὶ οὐ τοῦ ἴσου λόγου· ἥ τε πρὸς τοὺς ἱεροὺς ἡμῶν οἴκους, καὶ τοὺς ἐκεῖσε διδασκάλους φέρουσα, καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἔξωθεν παιδευτάς. τὰς ἄλλας δὲ τοῖς βουλομένοις παρήκαμεν, ἑορτὰς, θέατρα, πανηγύρεις, συμπόσια. οὐδὲν γὰρ, οἶμαι, τίμιον, ὃ μὴ πρὸς ἀρετὴν φέρει, μηδὲ ποιεῖ βελτίους τοὺς [f] περὶ αὐτὸ σπουδάζοντας. ἄλλοις μὲν οὖν ἄλλαι πρωτηγορίαι τινές εἰσιν, ἢ πατρόθεν, ἢ οἴκοθεν, ἐκ τῶν ἰδίων ἐπιτηδευμάτων, [g] ἢ πράξεων· ἡμῖν δὲ τὸ μέγα πρᾶγμα καὶ ὄνομα, [h] Χριστιανοὺς καὶ εἶναι, καὶ ὀνομάζεσθαι· ᾧ πλέον ἐφρονοῦμεν, ἢ τῇ στροφῇ τῆς σφενδονῆς ὁ

(a) Εχοι. In quibuſdam, ἔχει.
(b) Μὴ πειστέον. Reg. bm. μὴ πιστέον. Gregorius hîc carpit Anaxagoram, qui *omnia in omnibus eſſe* docuit; cui licèt fides habenda non eſſet, ſibi tamen Gregorius vult haberi, cùm ſe in Baſilio, & Baſilium in ſe eſſe, profitetur.
(c) Πειστέον. Reg. bm. & Comb. πιστέον.
(d) Εὐθὲς. Coisl. 1. εὐθύ.
(e) Υγίειαν. Reg. bm. ὑγείαν.
(f) Περὶ αὐτό. Paſſ. πρὸς τὸ αὐτό.
(g) Η πραξέων. Paſſ. καὶ πραξέων.
(h) Χριστιανούς. Duo Regg. Coisl. 2. & Paſſ. Χριστιάνοις;

a [a]Γύγης, εἴπερ μὴ μῦθος ἦν, ἐξ ἧς Λυδῶν
b ἐτυράννησεν· ἢ τῷ χρυσῷ ποτε [b]Μίδας,
c [c]δι' ὃν ἀπώλετο ἐπιτυχὼν τῆς εὐχῆς, καὶ
πάντα χρυσὸν κτησάμενος· ἄλλος οὗτος Φρύ-
d γιος μῦθος. τὸν γὰρ [d]Ἀβάριδος ὀϊστὸν τί ἂν
c λέγοιμι τῷ Ὑπερβορέᾳ, ἢ τὸν [e]Ἀργεῖον Πήγασον, οἷς ἐ τοσοῦτον ἦν τὸ δι' ἀέρος φέρεσθαι,
ὅσον ἡμῖν τὸ πρὸς Θεὸν αἴρεσθαι δι' ἀλλήλων,
f ἢ σὺν ἀλλήλοις; εἶπω τι συντομώτερον· [f]βλα-
βεραὶ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἀθῆναι, τὰ εἰς ψυ-
χήν· ἐ γὰρ φαύλως τοῦτο ὑπολαμβάνεται
τοῖς εὐσεβεσ[έροις· ἢ γὰρ πλούτοις τὸν κακὸν
g πλοῦτον, [g]εἴδωλα, μᾶλλον τῆς ἄλλης Ελ-
λάδος, ἢ χαλεπὸν μὴ συναρπασθῆναι τοῖς
τούτων ἐπαινέταις ἢ συνηγόροις· ἡμῖν δ' ἐδε-
μία πρὸς τούτων ζημία τὴν διάνοιαν πεπυκνω-
μένοις καὶ πεφραγμένοις. τοὐναντίον μὲν οὖν,
εἴ τι χρὴ καὶ παράδοξον εἰπεῖν, εἰς τὴν πίστιν
ἐντεῦθεν ἐβεβαιώθημεν, καταμαθόντες αὐτῶν
τὸ ἀπατηλὸν καὶ κίβδηλον, ἐνταῦθα δαιμόνων
καταφρονήσαντες, οὗ θαυμάζονται δαίμο-
h νες. καὶ εἴ τις ἐστὶν, ἢ πιστεύεται [h]ποτα-
i μὸς, δι' ἅλμης ῥέων γλυκὺς, ἢ [i]ζῶον ἐν πυρὶ
σκαῖρον, ᾧ τὰ πάντα ἁλίσκεται, τοῦτο ἥμεν
ἡμεῖς ἐν πᾶσι τοῖς ἥλιξι.

Anidem occupavit : aut Midas auro, quod ipsi interitum accersivit, cùm voti sui compos factus, nihil præter aurum possideret ; quæ & ipsa Phrygia est fabula. Nam quid Hyperborei Abaridis sagittam, aut Argivum Pegasum dicam, quibus non tantùm erat per aërem ferri, quantùm nobis mutuâ operâ & simul ad Deum attolli? Atque, ut rem in pauca contraham, pestiferæ quidem aliis, quantùm ad animæ salutem attinet, Athenæ sunt; (nec enim id à piis viris temerè existimatur;) malis namque opibus, hoc est, Idolis, supra reliquam omnem Græciam affluunt, difficiléque factu est, non simul cum eorum laudatoribus & patronis in errorem abripi ; nobis autem nihil detrimenti ab iis allatum est, utpotè qui animo communiti & obsepti eramus. Quin potiùs, quod vix credibile est, hinc ad fidem confirmati sumus, ipsorum fraudem & impostruram agnoscentes, atque illic Dæmones contemnentes, ubi Dæmones admiratione afficiuntur. Quòd si quis est, aut esse creditur, fluvius, per mare dulcis fluens, aut animal in igne, quo omnia consumuntur, saliens, hoc ipsi inter omnes æquales ac coætaneos eramus.

κ 6. Καὶ τὸ κάλλιστον, ὅτι ἢ φρατρία
τὶς περὶ ἡμᾶς οὐκ ἀγεννὴς ἦν, ὑπ' ἐκείνῳ
καθηγεμόνι παιδευομένη ἢ ἀγομένη, ἢ τοῖς
k αὐτοῖς χαίρουσα· εἰ καὶ πεζοὶ [k]πρὸς Λύδιον
ἅρμα ἐθέομεν, τὸν ἐκείνου δρόμον, καὶ
τρόπον· ἐξ ὧν ὑπῆρχεν ἡμῖν ἐπισήμοις μὲν
εἶναι πρὸς τοὺς ἡμετέροις παιδευταῖς καὶ
συμπράκτορσιν, ἐπισήμοις δὲ παρὰ τῇ
Ελλάδι πάσῃ, καὶ ταύτης μάλιστα τοῖς
γνωριμωτάτοις. ἤδη δὲ καὶ μέχρι τῆς
ὑπερορίας προῆλθομεν, ὡς σαφὲς γέγονεν ἐκ
πλειόνων τῶν ταῦτα διηγουμένων. παρὰ
τοσούτοις μὲν γὰρ οἱ ἡμέτεροι παιδευταὶ,
m l παρ' ὅσοις [l]Ἀθῆναι· παρὰ [m]τοσούτοις δὲ
ἡμεῖς, παρ' ὅσοις οἱ παιδευταὶ, συνακουό-
μενοί τε ἀλλήλοις καὶ συλλαλούμενοι, καὶ

XXII. Illud autem præclarissimum, quòd circa nos quoddam non ignobile sodalitium erat, præceptorem illum habens, ac ducem sequens, iisdémque rebus gaudens ; quamvis alioqui pedites, ut vetus habet proverbium, ad Lydium currum, hoc est, illius cursum & mores, curreremus ; ex quo id nobis contigit, ut, non solùm apud præceptores & socios, sed etiam apud universam Græciam, ac præsertim clarissimos quosque Græciæ viros, clari atque illustres essemus. Quin etiam, ultra Græciæ fines processimus, ut ex multis hæc commemorantibus perspicuum factum est. Nam præceptores quidem nostri apud tot homines celebres erant, apud quot Athenæ : ac nos item, apud quot homines de præceptoribus nostris, apud totidem de nobis etiam, & audiebatur, & prædicabatur ; ac par quoddam non obscurum & incelebre apud eos, inter sydera collocatus est.

Basilius & Gregorius per totam Græciam celeberrimi.

(a) Γύγης. Plato de Republ. 2. & Cicero de Offic. 3. narrant, *Gygem* invenisse annulum, cujus palam cùm ad se converteret, à nemine conspici poterat, eâque arte Lydiorum regnum occupasse.

(b) Μίδας. *Midas* cùm optasset, ut quidquid tangeret, in aurum verteretur, ejus voti compos factus, fame periit, quòd cibi omnes quos attrectaret, in aurum commutarentur.

(c) Δι' ὃν. Sic omnes Codd. In Ed. δι' ὧν.

(d) Ἀβάριδος ὀϊστόν. Narrant Poëtæ hunc Abaridem ab Apolline, cui servierat, sagittam accepisse, cujus operâ totam Græciam peragrabat, ac oracula edebat.

(e) Ἀργεῖον Πήγασον. *Argivum Pegasum.* Sic dictus equus, qui alatus fingitur, & in Helicona evolans, & ungulâ terram feriens, Hypocrenem fontem aperuit. Cùm ei Bellorophon insidens, vellet in cœlum ascendere, Pegasus, excusso sessore, evolavit, &

(f) Βλαβεραί. Sic duo Coisl. &c. In Ed. βλαβερά. Mox, Ὑπολαμβάνεται. Regg. a. bm. ὑπολαμβάνονται.

(g) Εἴδωλα. Sic melioris notæ Codd. In Ed. τὰ εἴδωλα.

(h) Ποταμὸς. *Alpheus* Arcadiæ fluvius hîc intelligitur.

(i) Ζῶον ἐν πυρὶ σκαῖρον. *Animal in igne saliens.* Schol. ἢ Σαλαμάνδρα. *Salamandra*, quæ in ignem injecta, non tantùm non læditur, sed ipsum etiam ignem extinguit, si Plinio fides habeatur. lib. x. c. 66.

(k) Παρὰ Λύδιον ἅρμα. Tanta erat Lydiorum curruum celeritas, ut nullo modo anteverti possent. Hinc proverbium, quo notantur, qui cum multò præstantioribus contendunt.

(l) Ἀθῆναι. Pass. addit, ἠκούοντο, *audiebantur.*

(m) Τοσούτοις. Sic plures Regg. duo Coisl. Or. 2. Par. Pass. &c. In Ed. τοιούτοις.

& eramus, & dicebamur. Nec verò quidquam ejuſmodi apud eos erant Oreſtes & Pylades; nec Molionidæ illi, Homerico verſu celebrati, quos calamitatum ſocietas, atque ars egregiè aurigandi nobilitavit, eodem tempore habenas & flagrum inter ſe partientes. At enim imprudens ipſe in meas laudes prolapſus ſum, quas ne ab alio quidem unquam prædicari ſuſtinui. Nec mirum videri debet, ſi hîc quoque fructum aliquem ex illius amicitia obiter cepi; nam quemadmodùm, cùm viveret, ad virtutem, ita, cùm vitâ exceſſit, ad laudem & commendationem mihi prodeſt. Verùm ad metam rursùm nobis reducenda eſt Oratio.

ξυνωρὶς οὐκ ἀνώνυμος, ᾗ ὄντες παρ' αὐτοῖς; καὶ ἀκούοντες. οὐδὲν τοιοῦτον αὐτοῖς [a] οἱ Ορέσται καὶ οἱ Πυλάδαι· οὐδὲν οἱ [b] Μολιονίδαι, τῆς Ομηρικῆς δέλτου τὸ θαῦμα, οὓς κοινωνία συμφορῶν ἐγνώρισε, καὶ τὸ καλῶς ἅρμα ἐλαύνειν, μεριζομένους ἐν ταυτῷ ἡνίας καὶ μάστιγας. ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ἐμαυτὸν, εἰς τοὺς ἐμοὺς [c] ὑπαχθεὶς ἐπαίνους, ὁ μηδὲ παρ' ἑτέρου ποτὲ τοῦτο [d] δεξάμενος. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ κἀνταῦθα τῆς ἐκείνου φιλίας τὶ παραπέλαυσα, ὥσπερ ζῶντος εἰς ἀρετὴν, οὕτω μεταστάντος εἰς εὐφημίαν. ἀλλ' ἐπὶ τὴν [e] νύσαν ἐπαναγέσθω πάλιν ἡμῖν ὁ λόγος.

Eximiæ Baſilii dotes.

XXIII. Quis prudentiâ perindè canus erat, etiam ante canitiem? Quandoquidem hâc re *ſenectutem* Salomon quoque definivit. Quis, vel ſenibus, vel juvenibus æquè venerabilis, non de noſtræ tantùm memoriæ viris loquor, ſed de iis etiam, qui longo antè tempore vixerunt? Quis doctrinâ propter mores minùs eguit? Quis tamen uberiorem doctrinam cum moribus conjunxit? Quod diſciplinæ genus eſt, in quo verſatus non ſit; atque ita eximiè verſatus, quaſi in eo ſolo elaboraſſet? Sic nimirùm omnia complexus, ut ne unum quidem quiſquam; ſingula rursùs ita ad ſummum, quaſi nihil aliud prætereà didiciſſet. Ad ingenii enim ſolertiam ſtudium accedebat, ex quibus imperium ſcientiis & artibus comparatur. Qui cùm celeritate naturæ propter laborem & contentionem minimè opus haberet, quemadmodùm nec labore propter ingenii magnitudinem; ſic tamen utrumque conjunxerat, ut non ſatis liqueret, utro nomine admirabilior eſſet. Quis in Rhetorica, illâ, inquam, vim ignis ſpirante, cum eo comparandus, tametſi illius mores à Rhetorum moribus diſſiderent? Quis in Grammatica, quæ linguam ad Græciſmum format, hiſtorias colligit, metris præeſt, carminibus leges præſcribit? Quis in Philoſophia, excelsâ proculdubiò ſcientiâ, & ſursùm gradiente, ſive eam partem ſpectes, quæ in actione & ſpeculatione poſita eſt, ſive eam, quæ in logicis demonſtrationibus aut oppoſitionibus & concerta-

Sap. IV. 8.

Baſilius excelluit in Rhetorica.

In Grammatica.

In Philoſophia.

κγ. [f] Τίς μὲν οὕτω πολιὸς ἦν τὴν σύνεσιν, καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς; ἠπειδὴ [g] τούτῳ ὁ Σολομῶν τὸ γῆρας ὁρίζεται. τίς δὲ οὕτως αἰδέσιμος, ἢ παλαιοῖς, ἢ νέοις, μὴ ὅτι τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν ἡμῖν χρόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πλεῖσλον ᾠφειληφότων; τίς μὲν ἧτλον ἐδεῖτο [h] λόγων, ἀλλὰ τὸν τρόπον; τίς δὲ μᾶλλον μετέσχε λόγου, καὶ μετὰ τοῦ τρόπου; ποῖον μὲν εἶδος οὐκ ἐπῆλθε παιδεύσεως; μᾶλλον δὲ, ποῖον οὐ μεθ' ὑπερβολῆς ὡς μόνον; [i] οὕτω μὲν ἅπαντα διελθὼν, ὡς οὐδεὶς ἕν· ὕτω δὲ εἰς ἄκρον ἕκασλον, ὡς τῶν ἄλλων οὐδέν. σπουδὴ γὰρ εὐφυΐᾳ συνέδραμεν, ἐξ ὧν ἐπισλήμαι καὶ τέχναι [k] τὸ κράτος ἔχουσιν. ἤκισα μὲν τάχους φύσεως ἀλλ' [l] τόνον δεόμενος, ἤκισλα δὲ τόνου διὰ [m] τάχος· οὕτω δ' ἀμφότερα συλλαβὼν, καὶ εἰς ἓν ἀγαγὼν, ὥστε ἄδηλον εἶναι, ποτέρῳ τούτων ἐκεῖνος θαυμασιώτερος. τίς μὲν Ρητορικὴν τοσοῦτος, τὴν πυρὸς μένος [n] πνέουσαν, εἰ καὶ τὸ ἦθος αὐτῷ μὴ κατὰ ῥήτορας ἦν; τίς δὲ Γραμματικὴν, ἣ γλῶσαν ἐξελληνίζει, καὶ [o] ἱσλορίαν συνάγει, καὶ μέτροις ἐπισλατεῖ, καὶ νομοθετεῖ ποιήμασιν; τίς δὲ Φιλοσοφίαν, τὴν ὄντως ὑψηλήν τε καὶ ἄνω βαίνουσαν, ὅση τε πρακτικὴ καὶ θεωρητικὴ, ὅση τε περὶ τὰς λογικὰς ἀποδείξεις [p] καὶ ἀντιθέσεις ἔχει καὶ τὰ παλαίσματα, [q] ἣν δὴ Διαλεκτικὴν ὀνο-

μάζουσιν.

(a) Οἱ Ορέσλαι &c. *Oreſtes & Pylades* tanto amore inter ſe complexi ſunt, ut, mortuo Pylade, unà cum eo Oreſtes in infernum deſcenderit.

(b) Μολιονίδαι. *Molionidæ* gemini fratres erant tum corporibus, tum artibus. Gregorius eos à matre *Molionidas* vocat; Homerus verò, Iliad. XI. verſ. 749. & XXIII. verſ. 638. à patre *Actoridas* appellat. Quod errandi occaſionem præbuit Nonno, qui, contra Gregorii mentem, per *Molionidas*, Otum & Ephialtem, duos magnæ proceritatis Gigantes intellexit.

(c) Ὑπαχθεὶς. Or. 2. ἐπαχθεὶς.

(d) Δεξάμενος. Paſſ. καταδεξάμενος.

(e) Νύσσαν. Sic duo Coisl. &c. In Ed. νήσσαν.

(f) Τίς μὲν οὕτω πολιὸς ἦν τὴν σύνεσιν. Sic plures Regg. Or. 2. Par. &c. In Ed. τίς ὕτω πολιὸς μὲν τὴν σύνεσιν.

(g) Τούτῳ. Plures Regg. & Comb. τοῦτο.

(h) Λόγων. Paſſ. λόγε.

(i) Οὕτω μέν. Or. 2. & Paſſ. addunt ἕν.

(k) Τὸ κράτος ἔχουσι. Nicet. κατορθοῦνται, καὶ τὴν ἰσχὺν ἔχουσιν. *Quibus ſcientiæ & artes comparantur, ac vim obtinent.*

(l) Τόνου. Or. 2. & Paſſ. τὸν τόνον.

(m) Τάχος. Or. 2. & Paſſ. τὸ τάχος.

(n) Πνέουσαν. Quatuor Regg. & Or. 2. πνείουσαν. Homerus Iliad. VI. verſ. 182. de *Chimæra* verba faciens, his utitur verbis, quæ ad Rhetoricam traduxit Gregorius.

(o) Ἱσλορίαν. In nonnullis, ἱσλορίας.

(p) Καὶ . . . ἔχει. Regg. d. bm. ph. & Paſſ. ἢ . . . ἔχοι.

(q) Ἣν δή. Comb. reſecat δή.

a μάζουσιν· ὡς ῥᾷον εἶναι τοὺς [a] Λαβυρίν- A tionibus versatur, quam *Dialecticam* vo-
θους διεξελθεῖν, ἢ τὰς ἐκείνου τῶν λόγων cant; in qua adeò excelluit, ut iis, qui cum
ἄρκυς ἐκφυγεῖν, εἰ τούτου δέήσειεν; Ἀστρονο- eo disputabant, facilius esset è Labyrinthis
μίας δὲ, καὶ Γεωμετρίας, καὶ ἀριθμῶν ἀνα- sese extricare, quàm argumentorum ejus
λογίας τοσοῦτον λαβὼν, ὅσον μὴ κλονεῖσθαι laqueos effugere, si quandò res ita postula-
τοῖς περὶ ταῦτα κομψοῖς· τὸ περιττὸν δι- ret? Jam verò Astronomiam, Geometriam, In Astro-
έπτυσεν, ὡς ἄχρηστον τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλου- numerorum proportiones hactenùs didi- nomia & Geo-
σιν· ὥστε μᾶλλον μὲν τὸ αἱρεθὲν τοῦ ciisse contentus, ut non ab iis, qui in hujus- metria.
παρεθέντος ἐξεῖναι θαυμάζειν, μᾶλλον δὲ modi rebus sciti & eruditi sunt exagitaretur;
τοῦ αἱρεθέντος τὸ παρεθέν. ἰατρικὴν μὲν γὰρ quidquid supererat, ut pietatis cultoribus
b καὶ ἡ τῦ σώματος ἐρρῶσθαι, καὶ [b] νοσοκο- B infrugiferum, contempsit; adeò ut, & quod
μία, φιλοσοφίας καὶ φιλοπονίας οὖσαν καρ- elegit, magis admirari ac prædicare liceat,
πὸν, ἀναγκαίαν αὐτῷ πεποιήκασιν· ὅθεν quàm quod reliquit; & rursùs, id quod re-
ἁρξάμενος, εἰς ἕξιν τῆς τέχνης ἀφίκετο· καὶ liquit, majori laude efferre, quàm quod
ταύτης, οὐχ ὅση περὶ τὸ φαινόμενον ἔχει καὶ elegit. Nam Medicinam, quæ Philosophiæ In Medici-
c [c] κάτω κείμενον, ἀλλ' ὅσον δογματικὸν ἢ & laboris atque industriæ fructus est, cor- na, quam
φιλόσοφον. ἀλλὰ τί ταῦτα, καί περ τηλι- poris morbus, ac morbi curatio, necessa- morbi docue-
καῦτα τυγχάνοντα, πρὸς τὴν ἐν τῷ ἤθει τῦ riam ipsi reddiderat; undè exorsus, ad artis runt.
ἀνδρὸς παίδευσιν; λῆρος τοῖς τῦ ἀνδρὸς πε- habitum tandem pervenit. Eam porrò artis
d πειραμένοις [d] ὁ Μίνως ἐκεῖνος, καὶ ὁ Ραδά- partem intelligo, non quæ circa perspicua
e μανθυς, ὃς ἀσφοδελῶν λειμώνων καὶ [e] Ηλυ- C oculisque subjecta & humilia versatur, sed
σίων πεδίων ἠξίωσαν Ελληνες, ἐν φαντασίᾳ quæ in doctrina & philosophia consistit. Sed Basilii vir-
τῦ καθ' ἡμᾶς Παραδείσυ γενόμενοι, ἐκ τῶν quid hæc, tametsi magna & præclara, si tus & doctri-
f Μωσαϊκῶν, οἶμαι, [f] βιβλίων ἢ ἡμετέρων, εἰ cum morum illius doctrina conferantur? na.
καὶ περὶ τὴν κλῆσίν τι διηνέχθησαν, ἐν ἄλ- Qui virtutis ipsius periculum fecerunt,
λοις ὀνόμασι τῦτο φθεγξάμενοι. Minoëm illum ac Rhadamanthum pro nu-
gis habent, quos pratis asphodelo refertis,
& campis Elysiis Græci donandos duxe-
runt, Paradisi videlicet nostri speciem quan-
dam animo intuentes, atque ex Mosaicis,
ut opinor, nostrísque libris, tametsi in no-
mine nonnihil discreparint, aliis tamen vo-
cabulis hoc ipsum indicantes.

g κδ. Εἶχε μὲν [g] οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ XXIV. Atque hæc ita se habebant, Basilius &
h πλήρης παιδεύσεως ἡ [h] φορτὶς, ὡς γοῦν ἐφικ- erátque doctrinæ mercibus onusta navis, Gregorius A-
i τὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει· τὸ γὰρ ἐπέκεινα [i] Γα- quantùm quidem humanæ naturæ assequi thenas relin-
δείρων οὐ περατόν· ἔδει δὲ λοιπὸν ἐπανόδε D datur; neque enim ultra Gades transmeare quere, & per-
καὶ βίου τελεωτέρου, καὶ τοῦ λαβέσθαι τῶν cuiquam concessum est; ac jam faciendum fectiorem vi-
ἐλπιζομένων ἡμῖν καὶ συγκειμένων. παρῆν nobis erat, ut in patriam rediremus, perfe- tam aggredi
ἡ τῆς ἐκδημίας ἡμέρα, καὶ ὅσα τῆς ἐκ- ctiúsque vitæ genus ordiremur, résque spe statuunt.
δημίας, ἐξιτήριοι λόγοι, προπόμπιοι, ἀνα- conceptas, atque inter nos compactas, arri-
κλήσεις, οἰμωγαὶ, περιπλοκαὶ, δάκρυα. peremus. Aderat discessûs dies, & quidquid
k οὐδὲν γὰρ οὕτως [k] οὐδενὶ λυπηρὸν, ὡς τοῖς ad discessum pertinebat, extremæ allocutio-
ἐκεῖσε συννόμοις, Αθηνῶν, καὶ ἀλλήλων nes, prosecutiones, revocationes, gemitus,
l [l] τέμνεσθαι. γίνεται δὴ τότε θεαμά τι complexus, lacrymæ. Nihil enim cuiquam
ἐλεεινὸν καὶ ἱστορίας ἄξιον. περιστάντες ἡμᾶς perindè molestum & acerbum est, ut iis, qui
ὁ τῶν ἑταίρων καὶ ἡλίκων χορὸς, ἔστι δὲ illic simul educati sunt, & ab Athenis, &
ὧν καὶ διδασκάλων, οὐδ' ἂν, εἴ τι γένοιτο, inter se divelli. Tum igitur triste & miserum
μεθήσειν ἔφασκον, ἀντιβολοῦντες, βιαζόμενοι, ac commemoratione dignum spectaculum
accidit. Circumstare nos sodalium & æqua- Sodales ob-
lium, nonnullorúmque etiam magistrorum sistunt.
chorus, prorsùs negare se nobis abeundi
potestatem facturos, obsecrare, cogere, hor-

(a) Λαβυρίνθους. *In Creta insula*, inquit Nonnus, *mons est, in eoque antrum quoddam, cujus aditus & exitus admodùm difficilis atque arduus erat, in quod Minotaurus injectus dicitur. Quoniam ergo ex Labyrintho sese extricare difficile est, idcircò hanc vocem ad eas quæstiones Gregorius accommodavit, è quibus elabendi nulla est ratio.*

(b) Νοσοκομία. Reg. c. νοσοκομεῖα. Potest intelligi dè Leprosorum domo, quam Cæsareæ extruxerat Basilius.

(c) Κάτω. Reg. ph. ἄνω, *sursùm.*

(d) Ο Μίνως &c. *Minos* Rex Cretæ, & *Rhadamantus* Lyciæ Rex, ob singularem justitiam à Plutone inferorum judices constituti, ut narrant Poëtæ.

(e) Ηλυσίων. Dictus est hic locus *Elysius*, quasi ἀλύσιος, vel, ἀπολύσιος τῆς κολάσεως, quòd *à pœna solvat.* Hæc fuit, juxta Poëtas, Beatorum requies & habitatio.

(f) Βιβλίων. Quatuor Regg. & Or. 2. βίβλων.

(g) Οὖν. Deest in Reg. bm. & Or. 2.

(h) Φορτὶς. Reg. ph. φροντὶς, *cura, sollicitudo.*

(i) Γαδείρων. *Gades* locus est inter Hispaniam & Africam, ubi mare permeabile esse negavit Antiquitas. Undè ductum est istud Adagium.

(k) Οὐδενὶ. Reg. ph. ἐδὲ ἕνι.

(l) Τέμνεσθαι. In nonnullis, συντέμνεσθαι.

tari, omnia denique ea, tum facere, tum dicere, quæ verisimile est eos, qui in dolore versantur. Hoc loco faciam, ut & meipsum, & divinam illam ac irreprehensibilem animam, licèt hoc audaciùs aliquantò videri possit, nonnihil accusem. Ille enim, cùm causas exposuisset, cur de reditu suo tam obnixè contenderet, iis, qui eum retinere conabantur, superior extitit; & quanquam ægrè, abeundi tamen facultatem impetravit. Ego autem Athenis relictus sum; partim, ut verè loquar, amicorum precibus emollitus; partim ab ipso quadam ex parte proditus, ut qui eò se adduci passus sit, ut dimitteret non dimittentem, iisque, à quibus trahebar, manus daret. Res profectò, antequam contigisset, incredibilis! Fit enim quasi unius corporis in duas partes sectio, atque utriusque interemptio; aut boum, qui simul nutriti sunt, atque idem jugum traxerunt, disjunctio, lugubre quiddam utriusque causâ mugientium, dissidiumque permolestè ferentium. Nec tamen in longum mihi producta est hæc calamitas; neque enim diutiùs miser conspici, nostræque disjunctionis rationem omnibus reddere, sustinui; sed non ita multo tempore Athenis posteà commoratus, ut præ animi desiderio equum illum Homericum imitor, perfractísque eorum, à quibus retinebar, vinculis, campos pedibus pulso, atque ad sodalem meum impetu feror.

Discedendi facultas Basilio conceditur, negatur Gregorio.

Gregorius Athenas relinquit.

XXV. Domum autem reversi, cùm mundo ac scenæ nonnihil inserviissemus, hactenùs scilicet, ut permultorum desiderio utcumque satisfaceremus; nam ipsi quidem ab ambitione ac theatrica ingenii ostentatione abhorrebamus; juris nostri quamprimùm efficimur, atque ex imberbibus inter viros censemur, fortiùs ac viriliùs ad philosophiam accedentes; non quidem jam corpore, (haud enim sinebat livor,) sed desiderio & amore conjuncti. Ille enim à Cæsariensi civitate, ut alter quispiam conditor & conservator, retinetur; ac deindè, quoniam me carebat, necessarias quasdam peregrinationes, miniméque à propositæ sibi philosophiæ scopo alienas, iniit. At me, & pietas erga parentes, & senilis ætatis cura, & incursantes calamitates, ab illius consortio abstractum tenuerunt; haud rectè id quidem fortasse, nec justè, sed tamen tenuerunt. Atque haud scio, an mihi hinc quoque omnis vitæ difficultas asperitásque orta sit, ac salebrosum ad philosophiam iter fuerit, nec cupiditate

Basilius Cæsaream reversus, quasdam peregrinationes suscipit.

Gregorius in patriam apud seniles parentes retinetur.

πείθοντες· τί γὰρ οὐ λέγοντες; τί δὴ οὐ πράττοντες, [a] ὧν τοὺς ἀλγοῦντας εἰκός; ἐν- a
ταῦθά τι κατηγορήσω μὲν ἐμαυτοῦ, κατηγο-
ρήσω δὲ τῆς θείας ἐκείνης καὶ ἁπλοῦ ψυ-
χῆς, εἰ καὶ τολμηρόν. ὁ μὲν γὰρ, τὰς αἰτίας
εἰπὼν τῆς περὶ τὴν ἐπάνοδον φιλονεικίας,
κρείττων ὤφθη τῶν κατεχόντων· καὶ βίᾳ
μὲν, συνεχωρήθη δὴ οὖν ὅμως τὴν ἀδημίαν.
ἐγὼ δὲ ὑπελείφθην Ἀθήνησι· τὸ μέν τι μα-
λακισθεὶς, εἰρήσεται γὰρ ταληθές· τὸ δέ τι
παρεδοθεὶς παρ' ἐκείνου, [b] πεισθέντος ἀφεῖναι b
μὴ ἀφιέντα, καὶ παραχωρῆσαι τοῖς ἕλκουσι.
πρᾶγμα, πρὶν γενέσθαι, μὴ πιστευόμενον· γί-
νεται γὰρ ὥσπερ ἑνὸς σώματος εἰς δύο τομὴ,
καὶ ἀμφοτέρων νέκρωσις· ἢ μόσχων συντρόφων
καὶ ὁμοζύγων διάζευξις, [c] γοερὸν μυκωμένων c
ἐπ' ἀλλήλοις, ἃ οὐ φερόντων τὴν ἀλλοτρίω-
σιν. οὐ μὴν μακρότερόν [d] μοι τὸ τῆς ζημίας· d
οὐ γὰρ [e] ἠνειχόμην ἐπιπλεῖον ἐλεεινὸς ὁρᾶσθαι, e
ἢ πᾶσι λόγον ὑπέχειν τῆς διαστάσεως· ἀλλ'
ἐπιμείναντά με ταῖς Ἀθήναις χρόνον οὐχὶ
συχνὸν, ποιεῖ τὸν [f] Ὁμηρικὸν ἵππον ὁ πόθος· f
καὶ τὰ δεσμὰ [g] ῥήξας τῶν κατεχόντων, κρο- g
αίνω κατὰ πεδίων, καὶ πρὸς τὸν σύννομον
ἐφερόμην.

κε. Ὡς δ' οὖν [h] ἐπανήκαμεν, μικρὰ τῷ h
κόσμῳ καὶ τῇ σκηνῇ χαρισάμενοι, καὶ ὅσον
τὸν τῶν πολλῶν πόθον [i] ἀφοσιώσασθαι· ἐγὰρ i
αὐτοί γε εἴχομεν θεατρικῶς, οὐδ' ἐπιδεικτι-
κῶς· [k] τάχιστα ἐγνώμεθα ἡμῶν αὐτῶν, καὶ k
τελοῦμεν εἰς ἄνδρας ἐξ ἀγυιέων, ἀνδρικώτε-
ρον τῇ φιλοσοφίᾳ προσβαίνοντες· οὐ σὺν
ἀλλήλοις μὲν ἔτι, οὐ γὰρ ἀφῆκεν ὁ φθόνος,
τῷ πόθῳ δὲ σὺν ἀλλήλοις. τὸν μὲν γὰρ ἡ
Καισαρέων [l] κατέχει πόλις, ὥς τινα δεύτερον l
οἰκιστὴν τε καὶ πολιοῦχον· ἔπειτα ἀδημίαι
τινὲς, ἐπειδή γε ἡμᾶς οὐκ εἶχε, τῶν ἀναγ-
καίων ὑπολαμβάνουσι, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ
τῆς προκειμένης φιλοσοφίας. ἐμὲ δὲ πατέρων
εὐλάβεια, καὶ [m] γηροκομία, καὶ συμφορῶν m
ἐπανάστασις κατασχοῦσα, τοῦ ἀνδρὸς ἀπήγα-
γεν· ἃ καλῶς μὲν ἴσως, οὐδὲ δικαίως, ἀπή-
γαγε δ' οὖν. σκοπῶ δὲ, εἰ μὴ κἀντεῦθέν
μοι πᾶσα ἡ περὶ τὸν βίον ἀνωμαλία καὶ

(a) Ων τὰς. Sic plures Regg. plures Colb. Coisl. 1. &c. In Ed. ὡς τὰς.
(b) Πεισθέντος. Sic quinque Regg. undecim Colb. Coisl. 1. Chrys. Or. 2. Par. Pass. &c. In Ed. πειθόντος.
(c) Γοερόν. Comb. γοερῶς.
(d) Μοι. Reg. c. Coisl. 1. & Pass. addunt, συνέβη, *mihi accidit.*
(e) Ηνειχόμην. Regg. bm. ph. decem Colb. & Pass. ἀνεχόμην.
(f) Ομηρικὸν ἵππον. Vide Homer. Iliad. lib. VI. sub finem.
(g) Ῥήξας. Reg. d. Coisl. 2. διαῤῥήξας.
(h) Επανήκαμεν. Regg. bm. ph. & Or. 2. ἐπανήκομεν.
(i) Αφοσιώσασθαι. Sic Codd. in Ed. ἀφωσιώσασθαι.
(k) Τάχιστα ἐγνώμεθα &c. Nicetas exponit: *citò quietem & tranquillum recuperavimus.*
(l) Κατέχει. Reg. ph. κατεῖχε.
(m) Γηροκομία. Or. 2. γηρακομία.

a δυσκολία συνέπεσε, καὶ τὸ πρὸς [a]τὴν A meâ & animi inſtituto ſatis dignum. Sed res quidem noſtræ, ut Dei voluntas tulerit, ferantur; atque utinam per illius deprecationem meliùs ferantur. Hunc verò, multiplex Dei benignitas, atque erga genus noſtrum cura & diſpenſatio, in multis antè muneribus exploratum, ac quotidiè clariorem illuſtriorémque compertum, in ſacrum intereà Preſbyterorum ordinem adſcribit, ac ſplendidam & celebrem Eccleſiæ facem proponit, atque, per unam Cæſarienſem civitatem, univerſo terrarum orbi prælucet. Quonam autem id modò? Sic nempè, ut eum non ſubitò ad hunc gradum ſubveheret, nec ſimul eum, & ablueret, & ſapientiâ inſtrueret, quemadmodùm pleróſque eorum qui nunc Antiſtitum munus appetunt; verùm ordine, ac ſpiritualis progreſſionis lege, hoc eum honore afficeret.

Baſilius ſacro Presbyterorum ordini adſcribitur.

b φιλοσοφίαν οὐκ εὔοδον, οὐδὲ τῆς [b]ἐπιθυμίας καὶ τῆς ὑποθέσεως ἄξιον. τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα, ὅπη τῷ Θεῷ φίλον, ἀγέσθω· ἄγοιτο δὲ ταῖς ἐκείνου πρεσβείαις ἄμεινον. τὸν δὲ, ἡ πολύτροπος τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία, καὶ περὶ τὸ ἡμέτερον γένος οἰκονο-

c μία, [c]ἐκ πολλῶν τῶν ἐν μέσῳ γνωρίσασα,

d καὶ ἀεὶ λαμπρότερον [d]ἀποδείξασα, λαμπτῆρα τῆς Ἐκκλησίας προτίθησι περιφανῆ τε καὶ περιβόητον, τοῖς ἱεροῖς τοῦ πρεσβυ- B

e τερίου θρόνοις [e]τέως ἐγκαταλέξασα, καὶ, ἐκ μιᾶς τῆς Καισαρέων πόλεως, τῇ οἰκουμένῃ

f πάσῃ [f]πυρσεύουσα. καί τινα τρόπον; οὐ

g σχεδιάσασα τὸν βαθμὸν, ἐδὲ ὁμῶ τε [g]πλύνασα καὶ σοφίσασα, κατὰ τὰς πολλὰς τῶν νῦν τῆς προεδρίας ἐφιεμένων· ἀλλὰ τάξει καὶ νόμῳ πνευματικῆς ἀναβάσεως, τῆς τιμῆς ἀξιώσασα.

κς. Οὐκ ἐπαινῶ γὰρ ἐγὼ τὴν παρ' ἡμῖν ἀταξίαν καὶ ἀκοσμίαν· ἔστιν ὅτε καὶ ἐφ' οἷς προεδρευόντων ἐν βήμασιν. οὐ γὰρ ἁπάντων C τολμήσω κατηγορεῖν, οὐδὲ δίκαιον. ἐπαινῶ τὸν νηίτην νόμον, ὃς τὴν κώπην πρότερον

h [h]ἐγχειρίσας πρῶ νῦν κυβερνήτῃ, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν πρῴραν ἀγαγὼν, καὶ πιστεύσας τὰ ἔμπροσθεν, οὕτως ἐπὶ τῶν οἰάκων καθίζει,

i μετὰ τὴν [i]πολλὴν τυφθεῖσαν θάλασσαν, καὶ τὴν τῶν ἀνέμων δρᾴσκελφιν. ὡς δὲ κἂν τοῖς πολεμικοῖς ἔχει· στρατιώτης, ταξίαρχος, στρατηγός. αὕτη ἡ τάξις ἀρίστη καὶ λυσιτελεστάτη τοῖς ἀρχομένοις. τὸ δ' ἡμέτε- D ρον, πολλοῦ ἂν ἦν ἄξιον, εἰ οὕτως εἶχε. νῦν δὲ κινδυνεύει, τὸ πάντων ἁγιώτατον τάγμα, τῶν παρ' ἡμῖν πάντων εἶναι καταγελαστότατον. οὐ γὰρ ἐξ ἀρετῆς μᾶλλον, ἢ κακουρ-

k γίας, [k]ἡ πρεσβρία· οὐδὲ τῶν ἀξιωτέρων, ἀλλὰ τῶν δυνατωτέρων, οἱ θρόνοι. Σαμουὴλ ἐν Προφήταις, ὁ τὰ ἔμπροσθεν βλέπων· ἀλλὰ καὶ Σαοὺλ, ὁ ἀπόβλητος. Ροβοὰμ ἐν βασιλεῦσιν, ὁ Σολομῶντος· ἀλλὰ καὶ Ιεροβοὰμ, ὁ δοῦλος καὶ ἀποστάτης. καὶ ἰατρὸς E μὲν οὐδεὶς, οὐδὲ ζωγράφος, ὅς τις οὐ φύσεις ἀῤῥωστημάτων ἐσκέψατο πρότερον, ἢ πολλὰ χρώματα συνεκέρασεν, ἢ ἐμόρφωσεν· ὁ δὲ πρέσβρος εὑρίσκεται ῥᾳδίως, μὴ πονηθεὶς, καὶ πρόσφατος τὴν ἀξίαν, ὁμοῦ τε

XXVI. Nec enim mihi perturbatio illa temeritáſque probatur, quæ apud nos nonnunquàm, & in nonnullis Eccleſiæ Præſidibus exiſtit. Non enim eò audaciæ progrediar, ut omnes accuſem; iniquè enim facerem. Verùm nauticam legem laudo, quæ gubernatori futuro primùm remos tradit, deindè ad proram eum collocat, ſicque prioribus muneribus ipſi commiſſis, tandem eum, poſt diuturnam remigationem ac ventorum obſervationem, ad gubernacula conſtituit. Eadem rei militaris eſt ratio: miles primùm, deindè Centurio, tum Imperator. Hic optimus ordo eſt, iiſque, qui ſubſunt, inprimis conducibilis. Quàm præclarè nobiſcum ageretur, ſi idem eſſet rerum noſtrarum ſtatus! Nunc autem periculum eſt, ne ordo omnium ſanctiſſimus, ſit quoque omnium maximè ridiculus. Non enim virtute magis, quàm maleficio & ſcelere, Sacerdotium paratur; nec digniorum, ſed potentiorum, throni ſunt. Samuel inter Prophetas, ille, inquam, futura proſpiciens; ſed & Saül, vilis ille & rejiciendus. Roboam Salomonis filius inter Reges; ſed & Jeroboam, ſervus & apoſtata. Cúmque, nec Medici, nec Pictoris nomen quiſquam obtineat, niſi priùs morborum naturas conſiderarit, aut multos colores miſcuerit, variáſque formas penicillo expreſſerit; Antiſtes contrà facilè invenitur, non elaboratus, ſed recens, quantùm ad dignitatem, ſimul ſatus & editus, quemadmodùm Poëtæ Gigantes finxerunt. Uno die Sanctos fingimus, eóſque ſapientes & eru-

Sacerdotii ordo legi nauticæ & militari ordini comparatus.

Sacerdotii ordo violatus.

(a) Τήν. Deeſt in nonnullis.
(b) Επιθυμίας. Coisl. 1. προθυμίας.
(c) Διὰ πολλῶν &c. Rectè Nicetas: γνώριμον ποιήσασα. *Cùm ex multis interim eum muneribus notum feciſſet, ac illuſtriorem reddidiſſet.*
(d) Αποδείξασα. Reg. d. & Coisl. 2. ἀναδείξασα.
(e) Τέως. *Tamdiù, intered.* Deeſt in Reg. Cypr. nec reddidit Billius.
(f) Πυρσεύσασα. Regg. c. d. Coisl. 2. Or. 2. Par. Paſſ. πυρσεύσασα.
(g) Πλύνασα. Sic undecim Colb. &c. In Ed. πλήνασα.
(h) Εγχειρίσας. Chryſ. ἐγχειρήσας.
(i) Πολλήν. Regg. a. c. d. & Or. 2. πολλά.
(k) Η πρεσβρία. Sic Codd. Pravè in Ed. ἢ πρεσβρία *vel* &c.

ditos esse jubemus, qui nihil didicerunt, nec ad Sacerdotium quidquam priùs contulerunt, præter *Velle*. Atque ille quidem inferiori sede acquiescit, humilísque stat, qui sublimem promeretur, atque & multùm diúque in divinorum sermonum meditatione versatus est, & multùm diúque carni leges sanxit ad spiritui parendum: hic contrà superbè & arroganter præsidet, superciliúmque adversùs meliores attollit, nec thronis intremiscit, nec ex aspectu horrorem concipit, hominem continentiæ studiosum infra se videns; verùm simul cum imperio, sapientiorem quoque se esse existimat; pravè utique sentiens, atque à potentia & auctoritate de mente deturbatus.

A [a]σπαρεὶς καὶ ἀναδοθεὶς, [b]ὡς ὁ μῦθος ποιεῖ τοὺς Γίγαντας. πλάττομεν αὐθημερὸν τοὺς ἁγίους, καὶ Σοφοὺς εἶναι κελεύομεν, τοὺς οὐδὲν Σοφισθέντας, οὐδὲ τοῦ βαθμοῦ προεισενεγκόντάς τι, πλὴν τοῦ βούλεσθαι. καὶ ὁ μὲν στέργει τὴν κάτω χώραν, καὶ [c]ταπεινῶς ἕστηκεν, ὃ τῆς ὑψηλῆς ἄξιος, καὶ πολλὰ μὲν τοῖς θείοις λόγοις ἐμμελετήσας, πολλὰ δὲ τῇ Σαρκὶ νομοθετήσας εἰς ὑποταγὴν πνεύματος· ὁ δὲ [d]Σοβαρῶς προκαθέζεται, καὶ τὴν ὀφρὺν αἴρει κατὰ τῶν βελτιόνων, καὶ οὐκ ἐπιτρέμει τοῖς θρόνοις, οὐδὲ φρίσσει τὴν ὄψιν, τὸν ἐγκρατῆ κάτω βλέπων· ἀλλ' ὁμοῦ πῦρ κράτει, καὶ Σοφώτερον ἑαυτὸν ὑπολαμβάνει, κακῶς εἰδὼς, καὶ τὸ φρονεῖν ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ἀφῃρημένος.

B C D

Basilius virtutum omnium exemplar.

XXVII. At non ita magnus & insignis Basilius; verùm ut aliarum omnium virtutum, sic etiam in his rebus ordinis & disciplinæ exemplar aliis se præbet. Nam cùm priùs sacros libros populo lectitasset, ipse eorum Interpres, nec illud Lectoris officium se indignum duxisset, ita demùm Presbyterorum, ac deindè in Episcoporum cathedra Dominum laudat, non hanc potestatem furatus, nec eâ per vim potitus, nec honorem prosecutus, sed ab honore quæsitus, nec humano favore, sed divinitùs ac Dei gratiâ Sacerdotium consecutus. Verùm de sedis principatu hoc loco nos expectet Oratio; atque in ea, quæ ad inferiorem dignitatis locum pertinet, nonnihil immoremur. Quale enim hoc quoque mihi penè effluxit, in medio eorum, quæ à nobis commemorata sunt, jacens!

κζ. Αλλ' οὐκ ὁ πολὺς [e]οὕτω καὶ μέγας Βασίλειος· ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὕτω καὶ τοῦ περὶ ταῦτα κόσμου, τοῖς πολλοῖς τύπος καθίσταται. τὰς γὰρ ἱερὰς πρότερον ὑπαναγινώσκων τῷ λαῷ βίβλους, ὁ τούτων ἐξηγητὴς, [f]καὶ ταύτην οὐκ ἀπαξιώσας τὴν τάξιν τοῦ βήματος, οὕτως ἐν καθέδρᾳ Πρεσβυτέρων, οὕτως ἐν Επισκόπων αἰνεῖ τὸν Κύριον, οὐ κλέψας τὴν ἐξουσίαν, οὐδ' ἁρπάσας, οὐδὲ διώξας τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς τιμῆς διωχθεὶς, οὐδ' ἀνθρωπίνην χάριν, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ καὶ θείαν δεξάμενος. ὁ μὲν οὖν τῆς προεδρίας λόγος ἀναμενάτω· τῷ δὲ τῆς [g]ὑφεδρίας μικρόν τι προσδιατρίψωμεν. οἷον γάρ με καὶ τοῦτο μικροῦ παρέδραμεν, ἐν μέσῳ τῶν εἰρημένων κείμενον.

Eusebii simultas erga Basilium.

XXVIII. Cum Basilio simultatem quandam is, qui ante ipsum Ecclesiæ præfuit, exercebat; (quibus autem de causis, aut quomodò, silentio dissimulare satius est, cæterùm exercebat;) vir cæterà quidem fortis, ac mirabili pietate præditus, ut illius temporis persecutio, & acris adversùs eum suscepta contentio perspicuè declaravit, sed tamen in Basilio aliquid humani passus. Neque enim vulgares tantùm homines, sed etiam præstantissimos quosque

κη. Εγένετό τις πρὸς τὸν ἄνδρα διαφορὰ [h]τῷ πρὸ τούτου καθηγεμόνι τῆς Εκκλησίας· τὸ μὲν ὅθεν, ᾧ ὅπως, σιωπᾶν ἄμεινον, πλὴν ἐγένετο· ἀνδρὶ τἄλλα μὲν οὐκ ἀγεννεῖ, καὶ θαυμαστῷ τὴν [i]εὐσέβειαν, ὡς ἔδειξεν ὁ τότε διωγμὸς, ᾗ ἡ πρὸς αὐτὸν ἔνστασις, ὅμως δέ τι παθόντι [k]πρὸς ἐκεῖνον ἀνθρώπινον. ἅπτεται γὰρ οὐ τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων ὁ Μῶμος, ὡς

(a) Σπαρείς. Sic decem Colb. Pass. &c. In Ed. παρείς.

(b) Ως ὁ μῦθος &c. Finxerunt Poëtæ Cadmum Agenoris filium, apud Thebas Bœotiæ urbem, draconis à se interfecti dentes seviisse, atque hinc extitisse Gigantes, homines à capite usque ad femur armatos, qui eodem die, inito prælio, omnes sese statim mutuis vulneribus confecerunt, præter quinque qui se Cadmo associarunt.

(c) Ταπεινῶς. Or. 2. ταπεινός. Sic legit Billius.

(d) Σοβαρῶς. Sic Regg. a. c. d. & Coisl. 2. In Ed. σοφῶς.

(e) Οὕτω. Sic Or. 2. & Pass. In Ed. ἕτως.

(f) Καὶ ταύτην &c. *Nec illud Lectoris officium* &c. Is profectò videtur esse Gregorii sensus. Basilius namque Lectoris munus, ac populo in Ecclesia sacros libros legere, non est dedignatus, cùm jam iis exponendis, instar Magistri, par esset. Priùs enim in Lectoris subsellio, deindè Presbyteri sede, demùm inter Episcopos Deum laudavit. Non benè igitur Billius, *Sacerdotii gradum*, interpretatur, quod de *Lectoris officio* scribit Gregorius.

(g) Υφεδρίας. Reg. bm. ὑφιδρείας.

(h) Τῷ πρὸ τούτου. Regg. a. c. d. Bas. Pass. τῷ πρὸ τοῦ. Intelligit Eusebium, qui proximus ante Basilium Cæsariensem Ecclesiam gubernarat; quique fortem ac constantem animum præbuerat in Valentis persecutione adversùs Catholicos.

(i) Εὐσέβειαν. Sic plures Regg. Pass. Comb. &c. Mendosè in Ed. ἀσέβειαν, *impietatem.*

(k) Πρὸς ἐκεῖνον. *Adversùs hunc*, nempè, *Basilium.*

μόνον

μόνον ἂν εἶναι τοῦ Θεοῦ τὸ παντελῶς ἀπ- A viros Momus attingit, ut ſolius Dei ſit
ταιστον καὶ ἀνάλωτον πάθεσι. κινεῖται οὖν omni peccato vacare, atque ab animi
ἐπ' αὐτὸν τῆς Ἐκκλησίας ὅσον ἔκκριτον καὶ perturbatione immunem eſſe. Ac prop-
Ϛοφώτερον· εἴπερ Ϛοφώτεροι τῶν πολλῶν, tereà adversùs eum Eccleſiæ pars ſelec-
a οἱ κόσμου [a] χωρίσαντες ἑαυτοὺς, καὶ τῷ tior & ſapientior concitatur; ſi modò ſa-
Θεῷ τὸν βίον καθιερώσαντες. λέγω δὲ τοὺς pientiores ii habendi ſunt, quàm plerique,
b καθ' ἡμᾶς [b] Ναζιραίους, καὶ περὶ τὰ qui ſeipſos à mundo ſejunxerunt, ac vitam
τοιαῦτα μάλιστα ἐσπουδακότας· οἳ δεινὸν ſuam Deo conſecrarunt. Nazaræos noſ- Monachi Baſilio adhærentes, ab Eccleſiæ corpore ſeſe abrumpere conſtituunt.
c ποιησάμενοι [c] τὸ σφῶν κράτος παριδεῖν trates dico, atque in hujuſmodi rebus
περιυβρισμένον καὶ ἀπωσμένον, φῶγμα maximum ſtudium atque operam ponentes;
τολμῶσιν ἐπικινδυνότατον. ἀπόσασιν ἐννοοῦσι B qui cùm grave atque indignum eſſe du-
καὶ ῥῆξιν τοῦ μεγάλου καὶ ἀστασιάστου τῆς xiſſent, pati, ut is, qui principatum inter
Ἐκκλησίας Ϛώματος, οὐκ ὀλίγην καὶ τοῦ eos obtinebat, contumeliâ & probro affi-
λαοῦ μοῖραν περατεμόμενοι, ὅση τε τῶν ceretur & rejiceretur, periculoſiſſimum
d κάτω, καὶ ὅση τῶν [d] ἐπ' ἀξίαις. ῥᾷστον facinus aggrediuntur. A magno & à ſedi-
δὲ τοῦτο ἦν ἐκ τριῶν τῶν ἰσχυροτάτων. ὅ tione alieno Eccleſiæ corpore deficere,
τε γὰρ ἀνὴρ αἰδέσιμος, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ſeſéque abrumpere conſtituunt, non exi-
ἄλλος τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων, καὶ ἱκανὸς guam quoque plebis partem amputantes,
e θάρσος παρασχεῖν, εἴπερ ἐβούλετο, [e] τῷ tam eorum, qui inferioris ordinis erant, quàm
συστήματι. τόν τε λυποῦντα δι' ὑποψίας qui dignitates gerebant. Id autem tribus de
εἶχεν ἡ πόλις, ἐκ τῆς περὶ τὴν κατάστασιν C cauſis, iiſque firmiſſimis, perfacile erat.
ταραχῆς, ὡς οὐκ ἔννομον, οὐδὲ κανονικῶς Primùm enim Baſilius tantâ apud omnes
μᾶλλον, ἢ τυραννικῶς τὴν προστασίαν veneratione erat, quantâ haud ſcio an
f δεξάμενον. καὶ παρῆσαν τῶν δυτικῶν [f] ἀρ- quiſquam noſtræ ætatis philoſophorum,
χιερέων τινὲς, μεθέλκοντες πρὸς ἑαυτοὺς eámque vim habebat, ut tumultuanti parti,
τῆς Ἐκκλησίας ὅσον ὀρθόδοξον. ſi voluiſſet, animos ac fiduciam afferre po-
tuiſſet. Deindè, qui moleſtiam ipſi exhibe-
bat, ob eum tumultum, qui in ipſius ele-
ctione acciderat, civitati ſuſpectus erat, ut
qui non tam legitimè atque ex Canonum
præſcripto, quàm per vim Præfecturam ac-
cepiſſet. Poſtremò aderant Epiſcopi quidam
ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad
ſuas partes pertrahebant.

κθ. Τί οὖν ὁ γενναδας ἐκεῖνος, καὶ τοῦ XXIX. Quid igitur egregius ille vir; Baſilius ſe in Pontum cum Gregorio recipiens, monaſteria moderatur. *Matth.* XI. 29.
εἰρηνικοῦ μαθητής; οὔτε γὰρ ἀντιτείνειν εἶχε & *Pacifici* diſcipulus? (Nec enim iis, qui
πρὸς τοὺς ὑβριστὰς, ἢ τοὺς σπουδαστὰς, D contumeliâ ipſum affecerant, aut qui ipſi
οὐδὲ πρὸς αὐτοῦ τὸ μάχεσθαι, ἢ διασπᾶν ſtudebant, obluctari poterat; nec illius
τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἄλλως πολε- erat dimicare, aut Eccleſiæ corpus lacerare,
(*d*) Καταλελύκασιν. In nonnullis, καταλελύκεσαν.
(*e*) Ἐγένετο. Tres Regg. Coisl. 2. aliique plures, ἐπεγένετο.
(*f*) Ἡμῶν. Deest in tribus Regg. Or. 2. & Pass.
(*g*) Προσαγούσης. Tres Regg. προσαγαγούσης.
(*h*) Τοῖς δημοσίοις. Nicetas, ἀρχαῖς καὶ διοικήσεσι. Cum *publicis Præfecturis & administrationibus, Ecclesiæ etiam jura dividerentur.*
(*i*) Συνδιαιρεῖσθαι καὶ τὰ ἡμέτερα. Sic sex Regg. In Ed. καὶ τὰ ἡμέτερα συνδιαιρεῖσθαι.
(*k*) Διαιρέσεως. Sic plerique Codd. In Ed. διαιρέσεων.
(*l*) Νέου Μητροπολίτου. Novus ille Metropolita fuit Anthimus, non verò Anthemius, ut perperàm annotat Montacutius.

tur; Ecclesiarum Presbyteri, alii quidem sermonum blanditiis alliciebantur, alii verò immutabantur. Ex quo illud contingebat, ut Ecclesiarum negotia deteriùs se haberent, utpotè quæ in partes ac studia scinderentur. Homines quippè novarum rerum studio quodammodò delectantur, ac libenti animo noxas suas obiter elucrantur; faciliúsque est constituta labefactare, quàm labefactata in pristinum statum reducere. Quod autem illum magis in furorem agebat, Taurici reditus erant, qui ab ipso quidem in transitu cernebantur, ad Cæsarienſem verò devehebantur, ac Sancti Orestis proventus colligere, magni æstimabat: adeò ut ipsius etiam iter facientis mulos aliquandò corripuerit, ac, ne ultrà progrederentur, cum prædatoria manu prohibuerit. Et quàm speciosus his rebus prætextus adhibebatur! *Filii spirituales*, & *animæ*, & *fidei doctrina*, cæteráque hujusmodi cupiditatis inexplebilis integumenta, (res inventu perfacilis;) itémque illud: *Tributum Hæreticis pendendum non esse:* quisquis enim molestiam exhibebat, in Hæreticorum numero habebatur.

Pernicioſa Episcoporum dissidia.

LIX. Nec tamen ille Dei sanctus, ac supernæ Jerusalem verè Metropolites, aut cum iis, qui errabant, abductus est, aut hoc dissimulare ac negligere sustinuit, aut parvum hujus mali remedium excogitavit. Sed perspiciamus, quæso, quàm magnum & admirandum, & illius, quid enim aliud dicam, animâ dignum. Etenim dissidium hoc in Ecclesiæ commodum & incrementum convertit, atque hanc calamitatem quàm pulcherrimè constituit, patriâ nimirùm pluribus Episcopis communitâ. Ex quo tres præclarissimæ res secutæ sunt. Nam & animarum cura major suscepta est: & quælibet civitas proventus suos habuit: & bellum hâc ratione compressum & extinctum est. Hujus consilii vereor ne velut appendix quædam ipse fuerim. Neque enim honestius ac speciosius verbum, quo utar, occurrit. Nam cùm cætera omnia hujus viri facta, suprà quàm dici queat, admirer, unum hoc laudare nequeo; (dolorem enim confitebor, alioqui nec multis incognitum,) eam nimirùm, quam in nos adhibuit, novationem ac perfidiam, cujus mœrorem ne tempus quidem adhuc exhaurire potuit. Hinc enim mihi omnis vitæ inconstantia & perturbatio manavit, quódque philo-

Basilius in Ecclesiæ utilitatem dissidia convertit.

Plures constituit Episcopos.

Gregorius Safimorum Episcopus.

οἱ δὲ ὑπηλλάττοντο. ἐξ ὧν συνέβαινε, καὶ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν χεῖρον ἔχειν διϊσταμένων καὶ τεμνομένων. καὶ γάρ πως ταῖς καινοτομίαις χαίρουσιν ἄνθρωποι, [a] καὶ τὰ σφῶν ἡδέως παρακερδαίνουσι· καὶ ῥᾴον τι καταλῦσαι τῶν καθεστώτων, ἢ καταλυθὲν ἐπαναγαγεῖν. ὃ δὲ πλεῖον αὐτὸν ἐξέμηνεν, [b] αἱ Ταυρικαὶ πρόσοδοι ἢ [c] παρόδιοι, [d] αὐτῷ μὲν ὁρώμεναι, ἐκείνῳ δὲ προσγενόμεναι, καὶ τὸν ἅγιον Ὀρέστην ἐκκαρποῦσθαι, μέγα ἐτίθετο· ὡς καὶ τῶν ἡμιόνων λαβέσθαι ποτὲ τοῦ ἀνδρὸς ἰδίαν ὁδὸν ὁδεύοντος, εἴργων τοῦ πρόσω μετὰ λῃστρικοῦ συντάγματος. καὶ ἡ σκῆψις, ὡς εὐπρεπής· τὰ γὰρ πνευματικὰ τέκνα, καὶ αἱ ψυχαί, καὶ ὁ τῆς πίστεως λόγος, καὶ ταῦτα [e] τὰ τῆς ἀπλοστίας ἐπικαλύμματα, πρᾶγμα τῶν εὐπορίστων, καὶ τὸ, μὴ χρῆναι δασμοφορεῖν κακοδόξοις· πᾶς γὰρ ὁ λυπῶν, [f] κακόδοξος.

νθ. Οὐ μὴν ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ ὄντως Μητροπολίτης, ἢ συναπήχθη τοῖς [g] πλαίουσιν, ἢ παριδεῖν ταῦτα ἠνέσχετο, ἢ μικρὰν τοῦ κακοῦ λύσιν ἐπενόει. ἀλλὰ σκοπῶμεν, ὡς μεγάλην καὶ [h] θαυμασίαν, καὶ τί γάρ, ἢ τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἀξίαν. προσθήκην γὰρ τῆς Ἐκκλησίας ποιεῖται τὴν στάσιν, ᾗ τὴν συμφορὰν, ὡς κάλλιστα διατίθεται, πλείοσιν Ἐπισκόποις τὴν πατρίδα καταπυκνώσας. ἐξ οὗ τί γίνεται; τρία τὰ κάλλιστα· ψυχῶν ἐπιμέλεια πλείων· καὶ τὸ, πόλιν ἑκάστην τὰ ἑαυτῆς ἔχειν· καὶ τὸ, λυθῆναι ταύτῃ τὸν πόλεμον. ταύτης τῆς ἐπινοίας δέδοικα, μὴ καὶ αὐτὸς ἐγενόμην πάρεργον. ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ εἰπεῖν [i] εὐτρεπὲς χρή. πάντα γὰρ τοῦ ἀνδρὸς θαυμάζων, οὐ μὲν οὖν ὁπόσον εἰπεῖν δυνατὸν, ἓν τοῦτο ἐπαινεῖν οὐκ ἔχω, καὶ γὰρ ὁμολογήσω τὸ πάθος, οὐδὲ ἄλλως τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενον, τὴν περὶ ἡμᾶς καινοτομίαν καὶ [k] ἀπιστίαν, ἧς οὐδὲ ὁ χρόνος τὴν λύπην ἀνάλωσεν. ἐκεῖθεν γάρ μοι πᾶσα συνέπεσεν ἡ περὶ τὸν βίον ἀνωμαλία

(a) Καὶ τὰ σφῶν ἡδέως παρακερδαίνουσι. *Sua propria lœto animo lucrantur.* Cùm promiscua plebs Sacerdotes peccantes cernit, id lucrari sibi videtur, ut faciat quod velit, utpotè jam nemo sit, qui ejus peccata coarguat & insectetur.

(b) Αἱ Ταυρικαὶ πρόσοδοι. *Taurici reditus.* Fructus & proventus S. Orestis, per montem Taurum, qui est inter Ciliciam & Cappadociam, devehebantur.

(c) Παρόδιοι. Savil. παραπλοῖοι, *monti adjacentes.* Nicetas exponit παροδεύουσαι, *qui illuc transirent, atque in conspectum Anthimi venientes, ejus cupiditatem moverent.*

(d) Προσγενόμεναι. Plures Regg. & Or. 2. προσγινόμεναι.

(e) Τὰ τῆς ἁπλοστίας. Sic quinque Regg. Deest τῆς in Ed.

(f) Κακόδοξος. Sic duo Coisl. &c. In Ed. κακοδόξως.

(g) Πλαίουσιν. Bas. & Gabr. πλαίσμασι, *offendiculis.*

(h) Θαυμασίαν. Paſſ. θαυμασθήν.

(i) Εὐτρεπές. Regg. bm. ph. & Comb. εὐπρεπές.

(k) Ἀπιστίαν. *Perfidiam*, ac veluti amicitiæ jura violasset: vel, ut exponit Nicetas, *parùm servatam fidem*; minimè verò, *diffidentiam*, ut vertit Billius.

καὶ σύγχυσις, καὶ τὸ φιλοσοφεῖν μὴ δυνη- A σοφhari nequiverim, aut certè non exiſtimer, tametſi de poſteriori non magnoperè laborem; niſi quis tamen hoc à me pro illius Apologia accipiat, quòd ſublimiora, quàm pro hominis conditione, ſentiens, atque hinc, priùs etiam quàm vitâ excederet, digreſſus, omnia ad Spiritum referebat; atque amicitiæ officia, quæ alioqui ſanctè colebat, hîc ſolùm aſpernabatur, ubi Deum anteponi, atque res in ſpe poſitas, quàm fragiles & caducas, pluris facere oportebat.

Baſilius omnivirtutum genere excelluit.

LX. Equidem mihi verendum eſſe video, B ne, dum apud eos, qui omnes illius laudes requirunt, negligentiæ culpam vitare cupio, in immodicæ prolixitatis crimen apud eos incidam, qui mediocritatem laudant, quam nec ille contemnebat, utpotè qui ſententiam hanc, *Modus omnis optimus*, inprimis laudaverit, ac per omnem vitæ curſum obſervaverit. Ego tamen, utriſque perpenſis, nempè & iis, qui brevitatis nimirùm ſtudioſi ſunt, & iis, qui nullâ Oratione ſaturari poſſunt, hunc ferè dicendi modum tenebo. Alii alio quodam virtutis officio funguntur. Nonnulli C etiam ex pluribus virtutis generibus quædam aſſequuntur. Nemo autem eſt, qui per omnia ad ſummum uſque graſſatus ſit, eorum quidem certè, qui nobis noti ſunt. Verùm is apud nos præſtantiſſimus eſt, qui, vel quamplurima præſtiterit, vel unum quàm maximè & præſtantiſſimè. At Baſilius ita omnia peragravit, ut in eo gloriæ materiam quæſiviſſe natura videatur. Id autem ſic perſpiciamus. Laudat quiſpiam poſſeſſionum penuriam, vitámque ſupellectilis expertem, & ſupervacaneis rebus vacuam? Illi D verò quid unquam fuit, præter corpus, ac neceſſaria carnis integumenta? Divitiæ autem illi erant nihil habere, & crux, cum qua ſola ipſius vita verſabatur, & quam majori in pretio habebat, quàm ingentes pecuniæ acervos. Neque enim quemquam, etiamſi maximè cupiat, omnia adipiſci poſſe; poſſe autem omnia contemnere, ſicque omnibus rebus præſtantiorem ſe præbere. Hâc porrò mente præditus, atque ita comparatus, arâ quidem opus non habuit, nec inani gloriâ, nec publico illo præconio: *Crates Cratetem Thebanum libertate donat.* Non enim optimus videri, ſed eſſe, ſtudebat. Nec verò in dolio, atque in medio foro habitabat, ut apud omnes luxum ac delicias ſibi compararet, inopiam

Paupertatem coluit.

Cratetis dictum.

καὶ σύγχυσις, καὶ τὸ φιλοσοφεῖν μὴ δυνηθῆναι, ἢ μὴ νομίζεσθαι, εἰ καὶ βραχὺς τοῦ δευτέρου λόγος· πλὴν εἴ τις ἐκεῖνο δέξαιτο, ἡμῶν τοῦ ἀνδρὸς ὑπεραπολογουμένων, ὅτι μείζω φρονῶν, ἢ [a] κατὰ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τῶν ἐνθένδε πρὶν ἀποβιῶναι μετανασταὶς, πάντα ἐποιεῖτο τῷ Πνεύματος· φιλίαν αἰδεῖσθαι εἰδὼς, ἐνταῦθα μόνον ἠτίμαζεν, οὗ Θεὸν ἔδει προτιμηθῆναι, καὶ [b] πλεῖον ἔχειν τῶν [c] λυομένων τὰ ἐλπιζόμενα.

ξ. Δέδοικα μὲν οὖν, μὴ ῥαθυμίας ἔγκλημα φεύγων, τοῖς τὰ ἐκείνε πάντα ἐπιζητοῦσιν, ἀπληστίας προσπέσω γραφῇ, τοῖς ἐπαινοῦσι τὸ μέτριον, ὃ μηδὲ ἐκεῖνος ἠτίμαζε, [d] τὸ πᾶν μέτρον ἄριστον, ἐν τοῖς μάλιστα ἐπαινῶν, καὶ πάντα τὸν ἑαυτοῦ βίον φυλάξας. ὅμως δὲ ἀμφοτέρους προσφρονῶν, τούς τε λίαν συντόμους, καὶ τοὺς ἄγαν ἀπλήστους, ὡδίπως πῳ λόγῳ χρήσομαι. ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλό τι κατορθοῦσιν· οἱ δὲ τίνα τῶν τῆς ἀρετῆς εἰδῶν ὄντων πλειόνων. ἅπαντα δὲ οὐδεὶς ἐπῆλθε πρὸς τὸ ἀκρότατον, οὐκοῦν τῶν νῦν ἡμῖν γινωσκομένων· ἀλλ' οὗτος ἄριστος ἡμῖν, ὃς ἂν τὰ [e] πλείω τυγχάνῃ κατωρθωκὼς, ἢ ἓν ὅτι μάλιστα. ὁ δὲ οὕτω δὴ πάντων ἀφίκετο, ὡς εἶναι φιλοτιμία τις φύσεως. σκοπῶμεν δὲ οὕτως. ἀκτησίαν τίς [f] ἐπαινεῖ, καὶ βίον [f] ἄσκευον, καὶ ἀπέριτλον; [g] ἐκείνῳ δὲ, τί [g] ποτε ἦν, πλὴν τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἀναγκαίων τῆς σαρκὸς καλυμμάτων; πλοῦτος δὲ, τὸ μηδὲν ἔχειν, καὶ ὁ σταυρὸς, ᾧ συνέζη μόνῳ, ὃν πολλῶν χρημάτων ἐνόμιζεν ἑαυτῷ τιμιώτερον. ἅπαντα μὲν γὰρ οὐδ' ἂν, εἰ βούλοιτό τις, δυνατὸν εἶναι κτήσασθαι· πάντων δὲ εἰδέναι καταφρονεῖν, καὶ οὕτω κρείττω τῶν πάντων φαίνεσθαι. οὕτω δὲ δεδογμένος, καὶ οὕτως ἔχων, βωμοῦ μὲν οὐκ ἐδεήθη, καὶ τῆς κενῆς δόξης, οὐδὲ δημοσίου κηρύγματος τῦ· [h] Κράτης Κράτητα Θηβαῖον ἐλευθεροῖ. εἶναι γὰρ, οὐ δοκεῖν, ἐσπούδαζεν [i] ἄριστος. [i] οὐδὲ πίθον ᾤκει καὶ μέσην τὴν [k] ἀγορὰν, ὥστε [k] πᾶσι πατρυφᾶν, καινὴν

(a) Κατὰ τὰ ἀνθρώπινα. Reg. ph. & Baſ. κατὰ ἄνθρωπον.

(b) Πλεῖον. Quinque Regg. πλέον.

(c) Λυομένων. In nonnullis, βλεπομένων. *Quàm quæ videntur.*

(d) Τὸ πᾶν μέτρον &c. *Modus omnis optimus.* Sententia eſt Cleobuli, unius ex ſeptem Græciæ Sapientibus.

(e) Πλείω τυγχάνῃ. Sic Regg. bm. ph. & undecim Colb. In Ed. πλείονα τυγχάνῃ.

(f) Ασκευον. *Vitam tenuem, ſimplicem, nullo ſumptu & apparatu.*

(g) Ποτε ἦν. Sic quinque Regg. Or. 2. & Jeſ. Deeſt ἦν in Ed.

(h) Κράτης. *Crates*, prædiis relictis, aſcendit in editum locum, ac publicè proclamavit: *Crates Cratetem libertate donat.* Id eſt, à pecuniarum ſervitute ſe in libertatem aſſerit.

(i) Ουδὲ πίθον ᾤκει. Diogenes Cynicus in media urbe dolium habitabat, ut paupertatem in opulentiæ inſtrumentum converteret, atque, ab omnibus ſtipem accipiens, amplè ac profusè viveret.

(k) Πᾶσι πατρυφᾶν. Comb. *ut delicias undequaque quæreret.*

in rerum copiam novo modo convertens : verùm ab omni gloriæ cupiditate alienus, pauper erat & incultus ; atque omnibus facultatibus, quas unquam habuerat, æquo animo projectis, leviter faciléque vitæ pelagus tranſmittebat.

Continentiam dilexit.

LXI. Admiranda res, continentia, & parvo contentum vivere, nec à voluptatibus ſuperari, nec à ventre, tanquam à ſævo & ſordido domino, gubernari ! Quis unquam tantâ inediâ fuit, penè etiam dixerim, quis tam carnis expers ? Nam voracitates & ſaturitates ad eos abjecerat, qui ad brutorum naturam propiùs accedunt, quorúmque ſervilis atque in terram prona vita eſt. Ipſe autem nihil eorum, quæ poſt guttur pari deinceps honore ſunt, magnum eſſe cenſebat ; verùm neceſſariis tantùm cibis, quandiù licuit, vitam tolerabat, atque hunc ſolum luxum norat, nempè à luxu abſtinere, nec ob eam cauſam pluribus rebus indigere ; ſed *lilia & aves*, quibus ſimplex atque artificii expers pulchritudo eſt, & victus facilis atque ex tempore quæſitus, ob oculos habere, quemadmodùm Chriſtus meus monet, qui carnis paupertatem noſtrâ causâ ſubiit, ut nos ipſius Divinitate locupletemur. Hinc illi tunica una, & pallium unum, & ſtratus humi lectulus, & vigiliæ, & illuvies, (illa ejus decora & ornamenta,) & ſuaviſſima cœna & obſonium, panis & ſal, novum, inquam, illud condimentum, & potio ſobria & uberrima, quam nobis nihil laborantibus fontes profundunt. Ex quibus, imò cum quibus, morborum curationes ac medicationes promanarunt, quod commune utriuſque noſtrûm ſtudium fuit. Oportebat enim me, cùm in aliis rebus inferior eſſem, calamitatum ſaltem æquam partem habere.

Luxum ſprevit.

Matth. VI. 26. *& ſeqq.*

Virginitatem in pretio habuit.

LXII. Magna res, virginitas, & cœlibatus, atque in Angelorum, naturæque ſingularis ordine cenſeri, vereor enim dicere Chriſti, qui, cùm propter nos genitos naſci vellet, ex Virgine gignitur, virginitatem velut latâ lege ſanciens, ut hinc abducentem ac mundum conſcindentem ; vel potiùs, mundum ad mundum tranſmittentem, præſentem nimirùm ad futurum. Quis igitur magis quàm ille, aut virginitatem in pretio habuit, aut carni leges impoſuit, ídque, non ſuo tantùm exemplo,

A εὐπορίαν τὸ ἀπορεῖν ποιούμενος· [a] ἀφιλότιμος δὲ, πένης ἦν καὶ ἀνήροτος· καὶ πάντων ἐκβολὴν σλέρξας, ὧν ποτε εἶχε, [b] κούφως διέπλει τὴν τοῦ βίου θάλασσαν. a b

ξα. Θαυμασλὸν ἡ ἐγκράτεια, καὶ [c] ὀλιγαρκεία, καὶ τὸ μὴ κρατεῖσθαι τῶν ἡδονῶν, μηδ', ὡς ὑπὸ πικρᾶς καὶ ἀνελευθέρου δεσποίνης, τῆς γασλρὸς ἄγεσθαι. τίς οὕτω μᾶλλον ἄτροφος ἦν, οὐ πολὺ δὲ εἰπεῖν, καὶ ἄσαρκος ; τὰς μὲν γὰρ πλησμονὰς καὶ τοὺς κόρους τοῖς ἀλογωτέροις B ἀπέῤῥιψε, καὶ ὧν ἀνδραποδώδης καὶ κάτω νενευκὼς ὁ βίος. [d] αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἠδει μέγα τῶν μετὰ τὸν λαιμὸν ὁμοτίμων, ἀλλὰ τοῖς ἀναγκαίοις διέζη μόνον, ἕως ἐξῆν, καὶ μόνην ἠδει τρυφὴν, τὸ μὴ [e] τρυφῶν φαίνεσθαι, μηδὲ δι' τοῦτο δεῖσθαι πλειόνων· ἀλλὰ πρὸς τὰ κρίνα βλέπειν καὶ τὰ πτηνὰ, οἷς ἄτεχνον τὸ κάλλος, καὶ σχέδιος ἡ τροφὴ, κατὰ τὴν C μεγάλην συμφώνησιν τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ, [f] καὶ σάρκα δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος, ἵν' ἡμεῖς πλουτισθῶμεν θεότητα. ἐντεῦθεν αὐτῷ τὸ ἓν χιτώνιον, καὶ τριβώνιον, [g] καὶ ἡ χαμευνία, καὶ ἡ ἀγρυπνία, καὶ ἡ ἀλουσία, τὰ ἐκείνου σεμνολογήματα, καὶ τὸ ἥδιστον δεῖπνον καὶ ὄψον, ὁ ἄρτος καὶ οἱ ἅλες, ἡ καινὴ καρυκεία, καὶ ποτὸν νηφάλιόν τε καὶ ἄφθονον, [h] ὃ γεωργοῦσι πηγαὶ μηδὲν πονουμένοις. ἐξ h ὧν, ἢ μεθ' ὧν νοσοκομίαι καὶ ἰατρεῖαι, τὸ κοινὸν ἡμῶν ἐμφιλοσόφημα. ἔδει γάρ με τῶν D ἀνιαρῶν τὸ ἴσον ἔχειν, τοῖς ἄλλοις λειπόμενον. c

ξβ. Μέγα παρθενία, καὶ ἀζυγία, καὶ τὸ μετ' Ἀγγέλων τετάχθαι, καὶ τῆς μοναδικῆς φύσεως· ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν Χριστόν, ὃς, καὶ [i] γενηθῆναι θελήσας δι' τοὺς γενητοὺς i ἡμᾶς, ἐκ παρθένου γυνᾶται, [k] παρθενίαν k νομοθετῶν, ὡς ἐνθένδε μετάγουσαν, καὶ κόσμον συντέμνουσαν, μᾶλλον δὲ, κόσμον κόσμῳ συναπέμπουσαν, τὸν [l] ἐνεστῶτα τῷ l μέλλοντι. τίς οὖν ἐκείνου μᾶλλον, ἢ [m] παρ- m θενίαν ἐτίμησεν, ἢ σαρκὶ ἐνομοθέτησεν, οὐ

(*a*) Ἀφιλότιμος &c. *Pauper nullâ ambitione, nihil captans*, nec ut Cynici, qui, ementitâ paupertate, ſuis commodis inſerviebant.

(*b*) Κώφως. Reg. d. κῶφος.

(*c*) Ὀλιγαρκεία. In nonnullis, ὀλιγαρκία.

(*d*) Αὐτὸς δὲ οὐδὲν &c. Heinſius exercit. ſacra. p. 51. ſic vertit : *Ipſe verò nihil ex iis æſtimabat, quæ poſtquam guttur tranſierunt ejuſdem pretii ſunt ; cùm neceſſariis, quandiù licuit, ſe tantùm ſuſtentaret.*

(*e*) Τρυφῶν. Unus Reg. τρυφᾷν.

(*f*) Καὶ σάρκα. Paſſ. τε καὶ σάρκα.

(*g*) Καὶ ἡ χαμευνία. *Nudâ humo lectulus.* Sic quinque Regg. & Or. 2. Deeſt καὶ in Ed.

(*h*) Ὃ γεωργοῦσι &c. Budæus Comment. p. 749. ſic hunc locum interpretatur : *Nequaquàm doloribus iis laborantibus, è quibus medicationes & ægrorum curationes natæ ſunt, in quibus diſciplinis vulgò philoſophamur, hoc eſt, ſtudemus.*

(*i*) Γενηθῆναι θελήσας. *Naſci volens.* Plures Regg. novem Colb. Or. 2. Paſſ. γεννηθῆναι δεῆσας, *cùm eum naſci oporteret.*

(*k*) Παρθενίαν νομοθετῶν. Teſtatur Nicetas Baſilium de Virginitate librum conſcripſiſſe. Ait enim, λόγον περὶ παρθενίας συνεγράψατο. Combefiſius legit, ἀσαρκίαν νομοθετῶν. Huic lectioni favet Paſſ.

(*l*) Ἐνεστῶτα. Quatuor Regg. ἑστῶτα.

(*m*) Παρθενίαν. Paſſ. ἀσαρκίαν.

τῷ καθ'

τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐσπούδασε; τίνος οἱ παρθενῶνες, ἢ τὰ ἔγγραφα διατάγματα, οἷς πᾶσαν μὲν αἴσθησιν ἐσωφρόνιζε, πᾶν δὲ μέλος ἐρύθμιζε, καὶ ὄντως παρθενεύειν ἔπειθεν, εἴσω τὰ κάλλη στρέφων ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ἐπὶ τὰ μὴ βλεπόμενα· [a] καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν [b] ὑπομαραίνων, καὶ τὴν ὕλην [b] ὑποσπῶν τῆς φλογὸς, τὸ δὲ κρυπτὸν τῷ Θεῷ δεικνὺς, ὃς μόνος τῶν καθαρῶν ψυχῶν ἐστι νυμφίος, καὶ τὰς ἀγρύπνους ἑαυτῷ συνεισάγει ψυχὰς, [c] ἐὰν μετὰ λαμπρῶν τῶν [c] λαμπάδων αὐτῷ, καὶ δαψιλοῦς τῆς τοῦ ἐλαίου τροφῆς ἀπαντήσωσιν; τοῦ τοίνυν ἐρημικοῦ βίου, καὶ τοῦ μιγάδος, μαχομένων πρὸς ἀλλήλους ὡς τὰ [d] πολλὰ, καὶ διϊσταμένων, καὶ [d] οὐδετέρου πάντως ἢ τὸ καλὸν, ἢ τὸ φαῦλον ἀνεπίμικτον ἔχοντος· ἀλλὰ τοῦ μὲν, ἡσυχίου μὲν ὄντος μᾶλλον, καὶ καθεστηκότος, καὶ Θεῷ συνάγοντος, οὐκ ἀτύφου δὲ, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ἀβασάνιστον καὶ ἀσύγκριτον· τοῦ δὲ, πρακτικωτέρου μὲν μᾶλλον καὶ χρησιμωτέρου, [e] τὸ δὲ θορυβῶδες οὐ [f] φεύγοντος, καὶ τούτους ἀρίστα κατήλλαξεν ἀλλήλοις καὶ [g] συνεκέρασεν· [g] ἀσκητήρια καὶ μοναστήρια δειμάμενος μὲν, οὐ πόρρω δὲ τῶν κοινωνικῶν & μιγάδων, οὐδὲ, ὥσπερ τειχίῳ τινὶ μέσῳ, [h] ταῦτα διαλαβὼν καὶ [h] ἀπ' ἀλλήλων χωρίσας, ἀλλὰ πλησίον συνάψας καὶ διαζεύξας· ἵνα μήτε τὸ φιλόσοφον ἀκοινώνητον ᾖ, μήτε τὸ πρακτικὸν ἀφιλόσοφον· ὥσπερ δὲ γῆ καὶ θάλασσα, τὰ παρ' ἑαυτῶν ἀλλήλοις ἀντιδιδόντες, εἰς μίαν δόξαν Θεοῦ συντρέχωσι.

ξγ. Τί ἔτι; καλὸν φιλανθρωπία, καὶ πολυχοτροφία, καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας βοήθημα. μικρὸν ἀπὸ τῆς πόλεως [i] προέλθε, καὶ θέασαι τὴν [i] καινὴν πόλιν, τὸ [k] τῆς εὐσεβείας [k] ταμεῖον, τὸ κοινὸν τῶν ἐχόντων θησαύρισμα, εἰς ὃ τὰ περιττὰ τοῦ πλούτου, ἤδη δὲ καὶ τὰ ἀναγκαῖα ταῖς [l] ἐκείνου παραινέσεσιν [l] ἀποτίθεται, σῆτας ἀποσειόμενα, καὶ κλέπτας οὐκ εὐφραίνοντα, [m] καὶ φθόνου πάλιν, καὶ καιροῦ [m] φθορὰν διαφεύγοντα· ἐν ᾧ νόσος φιλοσοφεῖται, καὶ

A sed etiam per ea quibus operam dedit? Cujus sunt virginum cœnobia, ac præcepta illa litteris mandata, quibus, & omnes sensus coërcebat, & membra omnia componebat, ac verè virginitatem colere admonebat, pulchritudinem, ab iis rebus, quæ aspectu sentiuntur, ad ea, quæ oculorum obtutum fugiunt, convertens; atque id quidem, quod externum est, debilitans, flammæque materiam subtrahens, quod autem internum & occultum est, Deo, qui solus est purarum animarum sponsus, atque insomnes animas, si modò cum B claris lampadibus & copiosa olei alimonia obviam ipsi prodierint, secum introducit, spectandum offerens? Cùm igitur solitaria vita, & ea, quæ societate gaudet, ut plurimùm inter se dissiderent, ac pugnarent, neutráque omninò, vel commoda, vel incommoda sua pura & immixta haberet; verùm illa magis quidem tranquilla & sedata esset, ac Deo animos copularet, cæterùm ob eam causam fastu non careret, quòd virtus non exploraretur, nec in comparationem veniret; hæc autem magis C quidem actuosa & utilis esset, verùm à tumultibus minùs libera, eas præclarè inter se reconciliavit ac permiscuit, pietatis nimirùm gymnasia & monasteria extruens, non tamen longo intervallo ab iis, qui in sodalitio vivunt, remota, nec, velut muro quopiam interjecto, ea distinguens atque à se invicem separans, verùm propè conjungens ac dirimens: ut nec contemplatio communicationis expers esset, nec actio contemplatione careret; sed quemadmodùm terra & mare, ita etiam hæ duæ vitæ commoda sua inter se communicantes, ad unicam Dei gloriam concurrerent. D

Monasteria extruxit.

Vitam solitariam cum cœnobitica conciliavit.

LXIII. Quid prætereà? Pulchra res, benignitas, & pauperum alendorum studium, atque humanæ infirmitati opem ferre. Paululùm extra civitatem pedem effer, ac novam civitatem conspice, illud pietatis promptuarium, illud commune locupletum ærarium, in quod, non modò redundantes ac superfluæ opes, sed jam necessariæ quoque facultates per illius cohortationes reconduntur, tineas excutientes, fures non oblectantes, invidiæ certamen, & temporis corruptionem effugientes; in quo morbus æquo animo toleratur, & calamitas beata censetur, & misericor-

Pauperibus & ægrotis opem tulit.

(a) Καὶ τὸ μέν. Sic Reg. bm. duodecim Colb. duo Coisl. Pass. &c. Mendosè in Par. Ed. καὶ τὸ μή.
(b) Ὑποσπῶν. In quibusdam, ἀποσπῶν.
(c) Λαμπάδων αὐτῷ. Sic quinque Regg. duo Coisl. & Pass. In Ed. αὐτῷ ponitur post τροφῆς.
(d) Οὐδετέρου. Reg. bm. Or. 2. & Comb. ἑκατέρου.
(e) Τὸ δέ. Sic quinque Regg. duo Coisl. & Pass. Deest δέ in Ed.
(f) Φεύγοντος. Sic plures Codd. In Ed. φεύγοντες.
(g) Ἀσκητήρια &c. Videtur Gregorius hæc strictè accipere, atque intelligere eos, qui singuli in solitudine, semotis arbitris, in virtutis palestra sese exercent. Ad hanc formam instituti videntur Carthusiani & Camaldulenses.
(h) Ἀπ' ἀλλήλων. Sic quinque Regg. &c. In Ed. ἐπ' ἀλλήλων. Mox, χωρίσας, Or. 2. χωρήσας.
(i) Καινὴν πόλιν. Intelligit hospitalem domum, quam Basilius, alendis pauperibus & fovendis ægrotis, extra Cæsarcam construendam curaverat.
(k) Ταμεῖον. Quatuor Regg. Pass. & Comb. ταμιεῖον.
(l) Ἀποτίθεται. Reg. ph. ἀποτίθενται.
(m) Φθορὰν. Quinque Regg. & Pass. φορὰν, onus.

Nihil cum hoſpitali domo à Baſilio conſtructa comparari poteſt.

dia exploratur. Quid cum hoc opere comparem Thebas ſeptem portas habentes, & Ægyptias illas, & muros Babylonicos, & Caricum Mauſoli ſepulchrum, & Pyramides, & Coloſſi æs immenſum, & delubra mirâ magnitudine atque eleganti arte confecta, jam everſa & proſtrata, cæteráque omnia, quæ homines admirantur, atque hiſtoriis prodiderunt; ex quibus omnibus, præter inanem quandam & exiguam gloriam, nulla prorsùs utilitas ad extructores rediit? Mihi verò nulla res perindè admirabilis videtur, atque compendiaria hæc ad ſalutem via, hic facilis in cœlum aſcenſus. Non jam oculis noſtris triſte & miſerandum ſpectaculum proponitur, homines ante mortem vitâ functi, ac pluribus corporis membris mortui, civitatibus, domibus, foro, aquis, hominibus etiam ſibi cariſſimis expulſi, nominibus potiùs quàm corporum lineamentis agnoſcendi: nec in publicis cœtibus & conventibus per ſodalitia & contubernia offeruntur, non jam miſericordiam ob morbum, ſed odium ſui concitantes; miſerabilium cantionum artifices, ſi quibus tamen vox quoque ipſa ſupereſt. Quid res noſtras omnes tragicis verbis proſequar, cùm nulla Oratio huic calamitati par inveniri queat? At ille omnium maximè nobis perſuaſit, ut, cùm homines ſimus, homines ne contemnamus, nec per noſtram in illos crudelitatem, Chriſtum, unum omnium caput, ignominiâ afficiamus; ſed in alienis calamitatibus nobisipſis optimè conſulamus, Deóque miſericordiam, quâ ipſi egemus, fœneremur. Quocirca ne labra quidem vir nobilis, & nobilibus ortus, gloriâque clariſſimus, ægrotis admovere gravabatur; verùm ut fratres amplectebatur, non, ut quiſpiam fortaſsè exiſtimaverit, inanem gloriam captans; (quis enim ab hoc affectu remotior?) verùm per philoſophiam ſuam hoc aliis præſcribens, ut ad ægrorum corporum curationem accedere non vererentur. Ita, non modò loquendo, ſed etiam tacendo, monitoris partes obibat. Nec verò civitas quidem ad hunc modum ſe gerebat, regio autem atque externa loca non item: quin potiùs, omnibus populi Præſulibus commune benignitatis erga pauperes & munificentiæ certamen propoſuit. Et aliorum quidem coqui, & lautæ menſæ, & cupediariorum lenocinia & ſcitamenta, & elegantes currus, & veſtes molles latéque diffluentes: Baſilii autem, ægroti, & vul-

Triſtis Leproſorum imago.

Leproſos, ut fratres, amplectebatur Baſilius.

A συμφορὰ μακαρίζεται, καὶ τὸ συμπαθὲς δοκιμάζεται. [a] τί μοι πρὸς τοῦτο τὸ ἔρ- a
γον, ἑπτάπυλοι Θῆβαι, καὶ Αἰγύπτιαι, καὶ τείχη Βαβυλώνια, καὶ Μαυσόλου Καρικὸς τάφος, καὶ Πυραμίδες, καὶ Κολοσσοῦ χαλκὸς ἄμετρος, ἢ ναῶν μεγέθη καὶ κάλλη τῶν μηκέτι ὄντων, ἄλλά τε ὅσα θαυμάζουσιν ἄνθρωποι, καὶ [b] ἱστορίαις διδάσιν· b
ὧν οὐδὲν τοὺς ἐγείραντας, πλὴν δόξης
ὀλίγης ὤνησεν; ἐμοὶ δὲ θαυμασιώτατον, ἢ
B σύντομος τῆς σωτηρίας ὁδὸς, ἢ ῥᾴστη πρὸς
οὐρανὸν ἀνάβασις. οὐκ ἔτι πρόκειται τοῖς
ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θέαμα δεινὸν καὶ ἐλεεινὸν,
[c] ἄνθρωποι νεκροὶ πρὸ θανάτου, καὶ τετε- c
λευτηκότες τοῖς πλείστοις τοῦ σώματος
μέλεσιν, ἀπελαυνόμενοι πόλεων, οἰκιῶν,
ἀγορῶν, ὑδάτων, αὐτῶν τῶν φιλτάτων,
ὀνόμασι μᾶλλον, ἢ σώμασι γνωριζόμενοι·
οὐδὲ προτίθενται συνόδοις τε καὶ συλλόγοις κατὰ συζυγίαν τε καὶ συναυλίαν,
C μηκέτ' ἐλεούμενοι διὰ τὴν νόσον, ἀλλὰ μισούμενοι· σοφισταὶ μελῶν ἐλεεινῶν, εἴ τισι
καὶ φωνὴ [d] λείπεται. τί ἂν [e] ἅπαντα ἐκ- d e
τραγῳδοίην τὰ ἡμέτερα, οὐκ ἐρκοῦντος τοῦ
λόγου τῷ πάθει; ἀλλ' ἐκεῖνός γε μάλιστα
πάντων ἔπεισεν, ἀνθρώπους ὄντας, ἀνθρώπων μὴ καταφρονεῖν, μηδ' ἀτιμάζειν Χριστὸν
τὴν μίαν πάντων κεφαλὴν διὰ τῆς εἰς ἐκεί-
D νους ἀπανθρωπίας· ἀλλ' ἐν [f] ταῖς ἀλλο- f
τρίαις συμφοραῖς, τὰ οἰκεῖα εὖ τίθεσθαι,
καὶ [g] δανείζειν Θεῷ τὸν ἔλεον, [h] ἐλέου χρή- g h
ζοντας. διὰ τοῦτο, οὐδὲ τοῖς χείλεσιν ἀπηξίου τιμᾶν τὴν νόσον, ὁ εὐγενής τε καὶ τῶν
εὖ γεγονότων, καὶ τὴν δόξαν ὑπερλαμπρος,
ἀλλ' ὡς ἀδελφοὺς ἠσπάζετο, οὐχ ὅπερ ἄν
τις ὑπολάβοι κενοδοξῶν· τίς γὰρ τοσοῦτον
ἀπεῖχε τοῦ πάθους; ἀλλὰ τὸ προεστάναι τοῖς
σώμασιν ἐπὶ θεραπείᾳ διὰ τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας τυπῶν, καὶ φθεγγομένη καὶ σιωπῶσα
διδάσκουσα. καὶ οὐχ ἡ μὲν πόλις οὕτως, ἡ
χώρα δὲ καὶ τὰ ἐκτὸς, ἕτερος· ἀλλὰ κοινὸν
ἅπασιν ἀγῶνα προὔθηκε τοῖς [i] τῷ λαῷ i
προεστῶσι, τὴν εἰς αὐτοὺς φιλανθρωπίαν, καὶ
μεγαλοψυχίαν. καὶ ἄλλων μὲν οἱ ὀψοποιοὶ,
καὶ αἱ λιπαραὶ τράπεζαι, καὶ τὰ μαγείρων
μαγγανεύματα καὶ κομψεύματα, καὶ οἱ

(a) Τί μοι &c. Septem mundi miracula hîc à Gregorio intelliguntur; nempè, Thebæ in Bœotia ſeptem portas habentes, & Thebæ in Ægypto centum portis cinctæ: Muri Babylonii à Semiramide extructi: Mauſoli ſepulchrum in Caria ab Artemiſia uxore conditum: Ægypti pyramides: Coloſſus Rhodius: Romæ Capitolium: Adriani templum apud Cyzicenos.

(b) Ἱστορίαις. Paſſ. ἱστορίαι.

(c) Ἄνθρωποι &c. Comb. legit; ἄνθρωποι νεκροὶ, καὶ πρὸ θανάτου τετελευτηκότες &c. *Homines mortui, & ante mortem pleriſque corporis membris extincti.*

(d) Λείπεται. Paſſ. λείπηται.

(e) Απαντα. Quinque Regg. & Paſſ. πάντα.

(f) Ταῖς ἀλλοτρίαις. Sic plerique Regg. & Colb. Chryſ. Or. 2. Par. Paſſ. &c. Deeſt ἀλλοτρίαις in Ed.

(g) Δανείζειν. Sic Codd. in Ed. δανείζει.

(h) Ελέυ. Or. 2. ἐλέους.

(i) Τῷ λαῷ. Plures Codd. τῶν λαῶν.

φιλόκαλοι δ'ίφροι, καὶ τῆς ἐσθῆτος ὅση μαλακή τε καὶ περιῤῥέουσα· Βασιλείου δὲ, οἱ νοσοῦντες, καὶ τὰ τῶν τραυμάτων ἄκη, καὶ ἡ Χριστοῦ μίμησις, οὐ λόγῳ μὲν, ἔργῳ δὲ λέπραν καθαίροντος.

A nerum curationes, & Chriſti imitatio, non quidem ſermone, ſed opere lepram purgantis.

ξδ. Πρὸς ταῦτα, τί φήσουσιν ἡμῖν οἱ τὸν τύφον ἐγκαλοῦντες ἐκείνῳ καὶ τὴν ὀφρῦν; a οἱ πικροὶ τῶν τηλικούτων κριταὶ, [a] καὶ τῷ κανόνι τοὺς οὐ κανόνας προσάγοντες. ἐστὶ λεπροὺς μὲν ἀσπάζεσθαι, καὶ μέχρι τούτου συνταπεινοῦσθαι, τῶν δὲ ὑγιαινόντων B κατοφρυᾶσθαι; καὶ πήκειν μὲν τὰς σαρκὰς δι' ἐγκρατείας, τὴν ψυχὴν δὲ οἰδαίνειν κενῷ φρυάγματι; καὶ τοῦ μὲν Φαρισαίου καταγινώσκειν, καὶ δυσχεῖσθαι τὴν ἐξ ὄγκου ταπείνωσιν, καὶ Χριστὸν εἰδέναι μέχρι δούλου b μορφῆς κατελθόντα, καὶ τελώναις [b] συνέσθοντα, καὶ νίπτοντα τὰς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ σταυρὸν οὐκ ἀπαξιοῦντα, ἵνα περισπλώσῃ τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν· καί τοι τί τούτου περδοξότερον, [c] Θεὸν σταυρούμενον βλέπειν, καὶ c τοῦτον μετὰ λῃστῶν, καὶ ὑπὸ τῶν παριόντων γελώμενον, τὸν ἀνάλωτον, καὶ τοῦ παθεῖν ὑψηλότερον· αὐτὸν δὲ ὑπερνεφεῖν, καὶ μηδὲν γινώσκειν ὁμότιμον, ὃ δοκεῖ τοῖς ἐκείνῳ βασκαίνουσιν; ἀλλ' οἶμαι τὸ τοῦ ἤθους εὔσταθες, καὶ βεβηκὸς, καὶ ἀπεξεσμένον, τύφον ὠνόμασαν. οἱ δ' αὐτοί μοι δοκοῦσι ῥᾳδίως ἂν, κἀ τὸν ἀνδρεῖον καλέσαι θρασὺν, καὶ δειλὸν τὸν περιεσκεμμένον, καὶ τὸν σώφρονα μισάνθρωπον, καὶ τὸν δίκαιον ἀκοινώνητον. καὶ γὰρ οὐ φαύλως τοῦτό τινες d πεφιλοσοφήκασιν, ὅτι [d] παραπεπήγασι ταῖς ἀρεταῖς αἱ κακίαι, καὶ εἰσί πως ἀγχίθυροι· καὶ ῥᾷστον, ἄλλό τι ὄντα ἕτερον νομισθῆναι τοῖς μὴ τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένοις. τίς γὰρ ἐκείνου μᾶλλον ἢ ἀρετὴν ἐτίμησεν, ἢ κακίαν ἐκόλασεν, ἢ χρηστὸς ὤφθη τοῖς κατορθοῦσιν, ἢ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐμβριθής· οὗ καὶ τὸ μειδίαμα πολλάκις, ἔπαινος ἦν, καὶ τὸ σιωπᾷν, ἐπιτίμησις, οἰκείῳ συνειδότι τὸ κακὸν βασανίζουσα; εἰ δὲ μὴ e [e] στωμύλος τις ἦν, μηδὲ γελοιαστὴς, καὶ ἀγοραῖος, μηδὲ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκων, ἐκ τοῦ πᾶσι πάντα γίνεσθαι, καὶ χαρίζεσθαι, τί τοῦτο; οὐκ ἐπαινετέος μᾶλλον, ἢ μεμπτέος, τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν; εἰ μὴ καὶ τὸν

LXIV. Quid ad hæc nobis dicturi ſunt, qui homini faſtum ſuperciliúmque objiciunt? Iniqui ſanè & acerbi rerum hujuſmodi judices, eóſque, qui regulæ non ſunt, ad regulam admoventes. An verò fieri poteſt, ut qui leproſos deoſculetur, & huc uſque ſe demittat, adversùs ſanos & valentes ſupercilium attolat? Qui carnes continentiâ & inediâ conficiat, inani animi faſtu infletur? Qui Phariſæum damnet, atque illius ex arrogantia depreſſionem commemoret, & Chriſtum ſciat ad formam uſque ſervilem ſeſe demiſiſſe, & cum Publicanis comediſſe, & diſcipulorum pedes abluiſſe, nec crucem recuſaſſe, ut peccatum *meum* affigeret; (quamquam quid hoc mirabilius, Deum, qui capi atque expugnari nequit, ac perpeſſione omni ſublimior eſt, pendentem, & quidem cum latronibus, ac prætereuntium ludibrio expoſitum intueri;) idem tamen ſupra nubes ſeſe efferat, atque omnibus anteponat, quemadmodùm iis videtur, qui ipſius virtuti invident? Verùm illi faſtûs nomen, ut opinor, morum firmitati & innocentiæ impoſuerunt. At iidem homines facilè quoque mihi facturi videntur, ut & fortem, temerarium appellent; & prudentem ac circumſpectum, timidum; & temperantem, agreſtem & inhumanum; & juſtum, illiberalem & ſordidum. Neque enim hoc D quidam malè tradiderunt, *virtutibus finitima & quodammodò vicina eſſe vitia;* nihílque facilius eſſe, quàm ut ab illis, qui hujuſmodi rerum ſcientiam non tenent, res quædam aliud eſſe judicetur, quàm reverà ſit. Quis enim magis aut virtutem coluit, aut vitium coërcuit, vel officio probè functis benigniorem ac ſuaviorem, aut peccantibus ſeveriorem ſe præbuit; utpotè cujus vel pertenuis riſus ſæpè laudatio eſſet, & ſilentium increpatio, in propria nimirùm cujuſque conſcientia culpam explorans ac puniens? Quòd ſi non lepidus E quiſpiam & facetus erat, nec circumforaneus, nec ex eo quòd omnibus omnia fieret, pleriſque gratus & acceptus, quid tum? Nonne laudem potiùs quàm reprehenſionem hoc nomine meretur, ſaltem apud mente præditos? Niſi quis leonem etiam accuſandum putet, quòd non ſimiæ vultum, ſed torvum quendam & horrificum ac re-

Nullo inani faſtu inflatur.

Vitia virtutibus finitima.

(a) Καὶ τῷ κανόνι &c. Sic exponit Græcus Interpres: κανονίζειν αὐτὸν, καὶ ὀρθὸν βελόμενοι, αὐτοὶ ἀνόρθωτοι. Id eſt, *componere atque erigere illum cupientes, cùm ipſi pravi & obtorti ſint.*

(b) Συνέσθοντα. In nonnullis, συνεσθίοντα.

(c) Θεὸν σταυρούμενον. *Deum crucifixum*: ſcilicet ratione carnis aſſumptæ.

(d) Παραπεπήγασι &c. Menander dixit: ἐγγὺς ἀγαθῷ κακὸν παραπέφυκε. *Malum naturâ ſuâ bono propinquum eſt.* Et Ariſtoteles: *Vitia ſunt virtutibus* ἀγχίθυρα, id eſt, *vicina.*

(e) Στωμύλος τις. Deeſt τις in Or. 2.

gium præferat, cujus ipſæ quoque ſaltationes fortes & generoſæ ſunt, & cum admiratione jucundæ; atque etiam hiſtriones, ut ſuaves & humanitatis plenos, admiretur, quoniam populi voluptatibus inſerviunt, colaphóſque ſibi invicem in malam impingendo, ſtrepitúmque ciendo, riſum ei movent. Quanquam etiam, ſi hoc quæramus, quis in cœtibus adeò jucundus, quantùm quidem ipſe cognoſco, qui ipſius maximè periculum feci? Quis in narrando feſtivior? Quis in jocando argutior? Quis in objurgando lenior? Sic ut neque increpatio in temeritatem, neque indulgentia in mollitiem recideret, ſed utriuſque exceſſum fugeret, utroque congruenter & tempeſtivè utens, juxta *Salomonis* leges, qui omnibus rebus tempus conſtituit.

Eccl. III. 1. *& ſeqq.*

λέοντα αἰτιῷτό τις, ὅτι μὴ πιθήκειον βλέπει, ἀλλὰ βλοσυρὸν ϰ᾽ βασιλικὸν, οὗ ϰ᾽ τὰ σκιρτήματα γενναῖα, ϰαὶ μετὰ θαύματος ἀγαπώμενα· ϰαὶ τοὺς ἐπὶ [a] τῆς σκηνῆς θαυμάζοι, ὡς ἡδεῖς τε ϰαὶ φιλανθρώπους, ὅτι τοῖς δήμοις χαρίζονται, ϰαὶ ϰινοῦσι γέλωτα τοῖς ἐπὶ πόῤῥης ῥαπίσμασι ϰαὶ [b] ψοφήμασι. ϰαί τοι ϰᾆν εἰ τοῦτο ζητοίημεν, τίς μὲν οὕτως ἡδὺς ἐν ταῖς συνουσίαις, ὅσα ἐμὲ γινώσϰειν τὸν μάλιστα ἐϰείνου πεπειραμένον; [c] τίς διηγήσασθαι χαριέστερος; τίς μὲν σϰῶψαι παιδευτιϰῶς; τίς δὲ ϰαθάψασθαι ἁπαλῶς; ϰαὶ μήτε τὴν ἐπιτίμησιν θράσος [d] ποιῆσαι, μήτε τὴν ἄνεσιν ἔϰλυσιν, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρων τὴν ἀμετρίαν φυγεῖν, ἀμφοτέροις σὺν λόγῳ ϰαὶ ϰαιρῷ χρώμενον, ϰατὰ τοὺς Σολομῶντος νόμους, παντὶ πράγματι ϰαιρὸν [e] διατάξαντος.

a b c d e

Baſilii eloquentia.

LXV. Sed quid iſta ſunt; præ illius dicendi facultate, palmâque doctrinæ, quâ extremas orbis partes inter ſe conciliavit? Adhuc in montis radicibus verſamur, à vertice remoti: adhuc fretum trajicimus, relicto magno & profundo Oceano. exiſtimo enim, ſi quæ unquam tuba fuit, vel futura eſt, in aërem quàm longiſſimè penetrans, aut vox Dei totum orbem comprehendens, aut univerſæ terræ motus novo quodam & mirando modo exortus, hæc omnia vocem illius ac mentem fuiſſe, tantùm omnes à tergo relinquentem atque infra ſe collocantem, quantùm nos brutorum naturam ſuperamus. Quis ſeipſum magis Spiritui purgavit, atque ita ſe comparavit, ut dignus eſſet, qui oracula divina explanaret? Quis rursùm majori ſcientiæ luce colluſtratus eſt, atque in profunda Spiritûs proſpexit, ac cum Deo, quæ Dei ſunt, exquiſivit? Quis porrò ſermonem habuit animi ſenſa meliùs exponentem, ita ut neutrâ parte, ut plerique, claudicaret, nempè, vel mente ſermone deſtitutâ, vel ſermone qui ad mentis intelligentiam non aſſurgat: verùm parem in utraque re laudem obtineret, párque ipſe ſibi haud dubiè eſſet, ac verè integer & perfectus. Ac quædam Scriptura hoc Spiritui ſancto tribuit, quòd *omnia ſcrutetur, etiam profunda Dei*, non ut ignorans, ſed ut ex eorum contemplatione ſummam voluptatem capiens. Baſilius autem omnia, quæ Spiritûs ſunt, perſcrutatus eſt, ex eóque mores omnes erudivit, ac ſublimiter loqui docuit, hominúmque ani-

I. *Cor.* II. 10.

ξε. Ἀλλὰ τί ταῦτα πρὸς τὴν ἐν λόγοις τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν, ϰαὶ [f] τὸ τῆς διδασϰαλίας ϰράτος τὰ πέρατα οἰϰειούμενον; [g] ἔτι πρὸς τοὺς πρόποδας τοῦ ὄρους στρεφόμεθα, τῆς ἄϰρας ἀπολειπόμενοι· ἔτι πορθμὸν διαπερῶμεν, ἀφέντες τὸ μέγα ϰαὶ βαθὺ πέλαγος. οἶμαι γὰρ, εἴ τις ἐγένετο, ἢ γενήσεται σάλπιγξ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος φθάνουσα, ἢ Θεοῦ φωνὴ τὸν ϰόσμον περιλαμβάνουσα, ἢ σεισμὸς οἰϰουμένης ἔϰ τινος ϰαινοτομίας ϰαὶ θαύματος, ταῦτα εἶναι τὴν ἐϰείνου φωνὴν ϰαὶ διάνοιαν, τοσοῦτον ἅπαντας ἀπολείπουσαν ϰαὶ ϰάτω τιθεῖσαν, ὅσον τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν ἡμεῖς. τίς μὲν ἑαυτὸν ϰαθάρῃρε μᾶλλον τῷ Πνεύματι, ϰαὶ ἄξιον τοῦ διηγεῖσθαι τὰ θεῖα παρεσϰεύασε; τίς δὲ μᾶλλον ἐφωτίσθη φῶς γνώσεως, ϰαὶ διέϰυψεν εἰς τὰ βάθη τοῦ Πνεύματος, ϰαὶ μετὰ [h] Θεοῦ τὰ περὶ Θεοῦ διεσϰέψατο; τίς δὲ λόγον ἔσχεν ἀμείνω τῶν νοηθέντων ἑρμηνευτὴν, ὡς μηδ᾽ [i] ἑτέρῳ σϰάζειν, ϰατὰ τοὺς πολλοὺς, ἢ νῷ λόγον ὐϰ ἔχοντι, ἢ λόγῳ μὴ ϰατὰ νοῦν βεβηϰότι· ἀλλ᾽ ἀμφοτέρωθεν ὁμοίως εὐδοϰιμεῖν, ϰ᾽ αὐτὸν ἴσον ἑαυτῷ φαίνεσθαι, ϰαὶ ὄντως ἄρτιον. πάντα μὲν ἐρευνᾶν, ϰαὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, τῷ Πνεύματι μεμαρτύρηται, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντι, ἀλλ᾽ ὡς ἐντρυφῶντι τῇ θεωρίᾳ. πάντα δὲ ἐϰείνῳ διηρεύνηται τὰ τοῦ Πνεύματος, ἐξ ὧν ἦθος ἅπαν ἐπαίδευσε, [k] ϰαὶ

f g h i k

In explanandâ divinâ Scriptura, ſublimior.

(*a*) Τῆς. Deeſt in pluribus Codd.
(*b*) Ψοφήμασι. Paſſ. σοφίσμασι.
(*c*) Τίς. Plures Codd. addunt, δέ.
(*d*) Ποιῆσαι. Paſſ. ποιεισθαι.
(*e*) Διατάξαντος. In nonnullis, διδάσκοντος.
(*f*) Το τῆς διδασκαλίας &c. *Vis illa doctrinæ orbis fines concilians.*
(*g*) Ετι . . . ἀπολειπόμενοι. Hæc & interjecta deſunt in quibuſdam Codd.
(*h*) Θεῦ. Or. 2. τῦ Θεῦ.
(*i*) Ετέρῳ. Reg. ph. ἑτέρως.
(*k*) Καὶ ὑψηγορίαν ἐδίδαξε. Ait Billius, quaſi ex Niceta, Gregorium his verbis ſignificare voluiſſe, librum de Trinitate à Baſilio fuiſſe ſcriptum; qui liber jam

ὑψηγορίαν

ὑψηγορίαν ἐδίδαξε, καὶ τῶν παρόντων ἀπαν- A mos à rebus præsentibus abstractos ad fu-
a ἐσθησε, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα [a] μετεσκεύασεν. tura traduxit.

ξς. Ἡλίου μὲν ἐπαινεῖται παρὰ τῷ Δα- LXVI. Laudatur apud Davidem Solis pulchritudo, & magnitudo, & cursûs celeritas, & vis ac facultas; quippè qui *sponsum* splendore, *gigantem* magnitudine referat, ac longè latéque progrediendo, tantam vim habeat, ut ab extremis extrema æquè colluſtret, nec locorum intervallis ipſius calor ullo modo minuatur. Basilio autem pulchritudo, virtus fuit; magnitudo, Theologia; cursus, perpetua mentis agitatio, per quotidianos ascensus ad Deum ferens; potentia, doctrinæ semen ac distributio. Itaque ne hoc quidem mihi dicere verendum est, *in omnem terram sonum illius exiisse, atque in fines orbis terræ vim illius verborum*; quod de Apostolis Paulus dixit, à Davide mutuatus. Quænam hodiè alia ullius conventûs lætitia? Quæ conviviorum voluptas? Quæ fori? Quæ Ecclesiarum? Quæ Principum & privatorum deliciæ? Quæ Monachorum, aut eorum qui societate gaudent? Quæ eorum, qui se à negotiis removerunt, vel eorum qui in rebus gerendis versantur? Quæ eorum qui prophanæ, vel eorum qui nostræ disciplinæ studium profitentur? Una, & per omnia, & maxima oblectatio, illius volumina & lucubrationes. Nec scriptoribus materia ulla alia & copia post eum, præter ipsius scripta, suppetit. Silentur vetera, quæcumque in divinorum Oraculorum explanatione à quibusdam elaborata sunt: nova prædicantur; atque is apud nos eruditissimus habetur, qui libros ipsius quàm maximè intelligit, ac linguâ versat, auribúsque instillat. Unus enim, omnium loco, studiosis ad eruditionem comparandam sufficit.

Basilii doctrina per totum orbem insonuit.

Ps. XVIII. 6.

Ps. XVIII. 5. *Rom.* X. 18.

Una & maxima oblectatio, Basilii scripta.

ξζ. Ἐγὼ τοῦτο μόνον αὐτοῦ διηγήσομαι. LXVII. Hoc tantùm de eo dicam. Cùm Hexaëmeron illius in manus sumo, atque in ore habeo, cum Creatore conjungor, ac creationis rationes cognosco, Creatorémque magis admiror ac suspicio, quàm priùs solebam, cùm solo aspectu magistro uterer. Cùm libros eos, quibus Hæreticorum scripta refutat, lego, *Sodomiticum ignem* cerno, quo improbæ ac sceleratæ linguæ in cinerem rediguntur, aut *Chalanæ turrim*, ut malè constructam, ita rectè interruptam atque deletam. Cùm ea, quæ de Spiritu sancto scripsit, evolvo, Deum, quem habeo, nanciscor, veritatem libero

Basilii Hexaemeron.

Scripta adversùs Hæreticos.

Gen. XIX. 24. *Ibid.* XI. 4. *& seqq.*

De Spiritu sancto.

ὅταν τὴν Ἑξαήμερον αὐτοῦ μεταχειρίζωμαι, καὶ διὰ γλώσσης φέρω, μετὰ τοῦ κτίστου γίνομαι, καὶ γινώσκω κτίσεως λόγους, καὶ θαυμάζω τὸν κτίστην πλέον ἢ πρότερον, ὄψει μόνῃ διδασκάλῳ χρώμενος. ὅταν τοῖς ἀντιῤῥητικοῖς ἐντύχω λόγοις, τὸ Σοδομιτικὸν ὁρῶ πῦρ, ᾧ τεφροῦνται γλῶσσαι πονηραὶ E
f καὶ παράνομαι, ἢ τὸν [f] Χαλάνης πύργον, κακῶς μὲν οἰκοδομούμενον, καλῶς δὲ λυόμενον. ὅταν τοῖς περὶ Πνεύματος, εὑρίσκω Θεὸν,

non exstat, nisi fortè per hunc librum Orationes de Theologia intelligendæ sint. Verùm apud Nicetam nihil tale occurrit.

(*a*) Μετεσκεύασεν. Reg. ph. & Pass. περισκεύασεν.

(*b*) Ἐκδιξάμενος. Sic plures Regg. plures Colb. & duo Coisl. In Ed. ἐκλιξάμενος, *deligens*, *colligens*.

(*c*) Μοναστῶν. *Eorum qui solitariam vitam agunt*; ἢ μιγάδων, *aut eorum, qui pari virtutis palæstrâ cum aliis communicant.*

(*d*) Πράγματι. Quatuor Regg. Pass. & Comb. πράγμασι.

(*e*) Γραφεῦσιν &c. Savil. συγγραφεῦσι τίς ἄλλη εὐπορία.

(*f*) Χαλάνης πύργον. Sic Septuaginta vocant turrim illam, quæ turris Babylonica, seu Babel, vocari solet.

& fidenti animo prædico, illius videlicet Theologiæ atque contemplationi insistens. Cùm alias ejus enarrationes perlego, quas iis, qui hebetiori ingenio sunt, explicat, trifariam in solidis cordis sui tabulis describens, eò adducor, ut non in externo litteræ cortice pedem figam, nec verborum tantùm superficiem spectem, sed ulteriùs progrediar, atque ex profundo in profundum transeam, *abyssum per abyssum invocans*, ac per lumen lumen inveniens, quoadusque ad summum tandem verticem pervenero. Cùm Martyrum Encomia lego, corpus contemno, & cum iis, qui laudibus efferuntur, animo versor, atque ad certamen excitor. Cùm Orationes eas, quas de moribus ac benè vivendi ratione scripsit, in manus accipio, animo & corpore purgor, templúmque Dei capax efficior, atque instrumentum musicum à Spiritu pulsatum, divinámque gloriam & potentiam canens; ipsius afflatu corrigor & concinnor, atque divinâ quâdam immutatione alius ex alio efficior.

Scripturarum interpretationes.

Ps. XLII. 8.

Panegyricæ Orationes.

Morales.

ὃν ἔχω, καὶ παῤῥησιάζομαι τὴν ἀλήθειαν, ἐπιβατεύων τῆς ἐκείνε θεολογίας & θεωρίας. ὅταν ταῖς ἄλλαις ἐξηγήσεσιν, ἃς τοῖς μικρὰ βλέπουσιν ἀναπλύσσει, [a] τρισσῶς ἐν ταῖς στερῥαῖς [b] ἑαυτοῦ πλαξὶ τῆς καρδίας ἀπογραψάμενος, πείθομαι μὴ μέχρι τοῦ γράμματος ἵστασθαι, [c] μηδὲ βλέπειν τὰ ἄνω μόνον, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω διαβαίνειν, καὶ εἰς βάθος ἔτι χωρεῖν ἐκ βάθους, ἄβυσσον ἀβύσσῳ προσκαλούμενος, καὶ φωτὶ φῶς εὑρίσκων, μέχρις ἂν φθάσω πρὸς τὸ ἀπρόσιτον. ὅταν ἀθλητῶν ἐγκωμίοις προσομιλήσω, περιφρονῶ τὸ σῶμα, καὶ σύνειμι τοῖς [d] ἐπαινουμένοις, καὶ πρὸς τὴν ἄθλησιν διεγείρομαι. ὅταν ἠθικοῖς λόγοις καὶ πρακτικοῖς, καθαίρομαι ψυχὴν καὶ σῶμα, καὶ ναὸς Θεοῦ γίνομαι δεκτικὸς, καὶ ὄργανον κρουόμενον Πνεύματι, καὶ θείας ὑμνῳδὸν δόξης τε καὶ δυνάμεως· [e] τούτῳ μεθαρμόζομαι, καὶ ῥυθμίζομαι, καὶ ἄλλος ἐξ ἄλλου γίνομαι, τὴν θείαν ἀλλοίωσιν ἀλλοιούμενος.

Exilio damnatur.

Sermones cum judicio disponit.

Ps. CXI. 5.

LXVIII. Quoniam autem Theologiæ mentionem feci, ejusque in dicendo sublimitatis, quâ ille in eo potissimùm argumenti genere usus est, hoc adhuc superioribus adjungam. Simplicibus enim & imperitis utilissimum est providere, ne damno afficiantur, malè & sinistrè de ipso existimantes. Mihi verò ad improbos & malignos Oratio est, qui ex eo quòd alios calumniis incessunt, vitiis suis opem ferre moliuntur. Ille etenim pro recta doctrina, sanctæque Trinitatis conjunctione & condeitate, aut nescio quo magis proprio & perspicuo verbo res ea notari potest, non modò de throno, ad quem ne ab initio quidem cupidè prosiliit, exturbari ac dejici, sed etiam exilio, & morte, atque ante mortem variis cruciatibus affici, prompto alacríque animo tulisset, ac lucro potiùs quàm periculo deputasset. Hoc verò ita esse apertè declarant ea, quæ & fecit, & passus est: ut qui etiam ob veritatis defensionem exilio mulctatus, nihil aliud negotii susceperit, quam uni ex assectis, ut se acceptis pugillaribus sequeretur, imperaret. Cæterùm, *sermones cum judicio disponere*, de Davidis consilio & sententia, necessarium esse judicabat, ac belli tempus, & Hæreticorum principatum aliquantisper

Basilius pro vera doctrina plurima mala tolerat.

ξη. Ἐπεὶ δὲ Θεολογίας ἐμνήσθην, καὶ τῆς περὶ τοῦτο τοῦ ἀνδρὸς μάλιστα μεγαλοφωνίας, ἔτι κἀκεῖνο προσθήσω τοῖς εἰρημένοις. χρησιμώτατον γὰρ τοῖς πολλοῖς, τὸ μὴ βλάπτεσθαι, τὴν χεῖρω περὶ αὐτοῦ δόξαν ἔχοντας. πρὸς δὲ τοὺς κακούργους ὁ λόγος, οἳ τοῖς ἑαυτῶν κακοῖς βοηθοῦσιν, ἐξ ὧν ἄλλοις ἐπηρεάζουσιν. ἐκεῖνος γὰρ, [f] ἕνεκα τοῦ ὀρθοῦ λόγου καὶ τῆς κατὰ τὴν ἁγίαν Τριάδα συναφείας [g] καὶ συνθείας, ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι κυριώτερον χρὴ εἰπεῖν καὶ [h] ζαφέστερον, μὴ ὅτι θρόνων ἐκπεσεῖν, οἷς οὐδὲ ἀπ' ἀρχῆς [i] ἐπεπήδησεν, ἀλλὰ καὶ [k] φυγὴν, καὶ θάνατον, καὶ τὰς περὶ τοῦ θανάτου κολάσεις προθύμως ἐδέξατο ἄν, ὡς κέρδος, οὐ κίνδυνον. δηλοῖ δὲ οἷς τε ἤδη πεποίηκεν, οἷς τε πέπονθεν· ὅς γε καὶ ἐξορίαν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καταγνωσθεὶς, τοσοῦτον ἐπραγματεύσατο μόνον, ὅσον ἐνὶ τῶν [l] ἀκολούθων εἰπεῖν, λαμένῳ τὸ [m] πυκτίον ἀκολουθεῖν. οἰκονομεῖν δὲ τοὺς λόγους ἐν κρίσει, [n] τῶν ἀναγκαίων ἐνόμιζε, πρὸ θείῳ Δαβὶδ περὶ τούτου συμβούλῳ χρώμενος, καὶ μικρὸν ὅσον τὸν τοῦ

(a) Τρισσῶς. *Trifariàm*, id est, historicè, moraliter, & anagogicè, seu mysticè. Malè in Reg. c. τραπῶς.

(b) Εαυτῦ. Pro ἐμαυτῦ, ait Combefisius. *In cordis mei tabulis.*

(c) Μηδὲ βλέπειν τὰ ἄνω. Exponit Nicetas: ὑψηλῶς αὐτὰ θεωρεῖν. *Alto sensu intelligere Scripturas.* Quod ne quidem Gregorio satis est, sed ulteriùs jubet progredi, ut majores semper in Scripturarum intelligentia profectus habeamus.

(d) Επαινυμένοις. Sic sex Regg. decem Colb. Or. 2. Par. Pass. &c. Sic etiam legit Bill. In Ed. ἐπαίνοις.

(e) Τούτῳ. Id est, Πνεύματι. *Hoc Spiritu*, vel, *ipsius* (Spiritûs) *afflatu.* Bill. *Per eas.*

(f) Ενεκα. Sex Regg. & Pass. addunt, μέν.

(g) Καὶ συνθείας. Coisl. 1. καὶ συμφυίας, *concretione.*

(h) Σαφέστερον. Regg. bm. ph. Or. 2. & Par. συναφέστερον.

(i) Επεπήδησεν. Jes. ἐπεδήμησεν. Pass. ἐπεχείρησεν.

(k) Φυγὴν. Sic tres Regg. Coisl. 1. Chrys. Jes. &c. In Ed. φυγεῖν.

(l) Ακολούθων. Or. 2. ἀκολαθέντων.

(m) Πυκτίον. Regg. a. bm. ph. & septem Colb. πλυκτίον.

(n) Τῶν ἀναγκαίων. In quibusdam, τῶν δικαίων, *justum.*

πολέμου καιρὸν διαφέρειν, καὶ τὴν τῶν αἱρε- A
a τικῶν δυνασ⟨τ⟩είαν, ἕως ὁ τῆς ἐλευθερίας[a] καὶ
τῆς αἰθρίας ἐπιλάβοι καιρὸς, καὶ δῶ τῇ
b γλώσσῃ τὴν παῤῥησίαν. [b] οἱ μὲν γὰρ ἐζήτουν
λαβέσθαι γυμνῆς τῆς περὶ τοῦ Πνεύματος
φωνῆς, ὡς εἴη Θεός· ὅπερ ὂν ἀληθὲς, ἀσε-
βεῖς ἐκείνοις ὑπελαμβάνετο, ᾗ τῷ κακῷ σφο-
δρότατῃ τῆς ἀσεβείας· ἵνα τὸν μὲν τῆς πόλεως
μετὰ τῆς Θεολόγου γλώσσης ὑπερορίσωσιν,
αὐτοὶ δὲ κατασχόντες τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ
τῆς ἑαυτῶν κακίας ὁρμητήριον ποιησάμενοι, B
ἐντεῦθεν τὸ λειπόμενον ἅπαν, ὡς ἔκ τινος
ἀκροπόλεως, καταδράμωσιν. ὁ δὲ, ἐν ἄλλαις
μὲν φωναῖς γραφικαῖς, καὶ μαρτυρίαις ἀναμφι-
c λέκτοις ταυτὸν δυναμέναις, [c] καὶ ταῖς ἐκ τῶν
συλλογισμῶν ἀνάγκαις, οὕτως ἦρχε τοὺς ἀν-
d τιλέγοντας, ὥσ⟨τ⟩ε μὴ [d] ἀντιβαίνειν ἔχειν,
ἀλλ' οἰκείαις συνδεῖσθαι φωναῖς, ἥ περ δὴ ᾗ
μεγίσ⟨τ⟩ῃ λόγου δύναμις καὶ σύνεσις. δηλώσει
δὲ καὶ ὁ λόγος, ὃν περὶ τούτου συνέγραψε,
κινῶν τὴν γραφίδα, ὡς ἐκ πυξίδος τοῦ Πνεύ- C
e ματος· τὴν δὲ κυρίαν φωνὴν τέως [e] ὑπερετί-
θετο, σφόδρα τε τὸ πνεύματος αὐτὸ, καὶ
τῶν γνησίων τούτου συναγωνισ⟨τ⟩ῶν χάριν αἰ-
f τῶν, [f] τῇ οἰκονομίᾳ μὴ δυσχεραίνειν· μηδὲ
μιᾶς ἀντεχομένους φωνῆς, τὸ πᾶν ἀπολέσαι
δι' ἀπλησ⟨τ⟩ίαν, τῷ καιρῷ σφαδασυρείσης τῆς
εὐσεβείας. αὐτοῖς μὲν γὰρ οὐδέμιαν εἶναι
ζημίαν, ὑπαλλατ⟨τ⟩ομένων μικρὸν τῶν λέξεων,
g καὶ φωναῖς ἄλλαις τὸ ἴσον [g] διδασκομένοις·
οὐδὲ γὰρ ἐν ῥήμασιν ἡμῖν εἶναι τὴν σωτη- D
ρίαν μᾶλλον, ἢ πράγμασι· μηδὲ γὰρ τὸ
h Ἰουδαίων ἔθνος ἀποβαλεῖν ἂν, εἰ [h] τὴν τοῦ
ἠλειμμένου φωνὴν, ἀντὶ τῆς Χρισ⟨τ⟩οῦ, σφὼ
i ὀλίγον ἐπιζητοῦντες, ἠξίουν μεθ' ἡμῶν [i] τάτ-
τεσθαι· τῷ δὲ κοινῷ μεγίσ⟨τ⟩ην ἂν βλάβην
γενέσθαι, τῆς Ἐκκλησίας κατασχεθείσης.

ξθ. Ἐπεὶ ὅτι γε παντὸς μᾶλλον ἥδει τὸ
Πνεῦμα Θεὸν, δῆλον μὲν ἐξ ὧν, καὶ δημοσίᾳ
τοῦτο πολλάκις ἐκήρυξεν, εἴ ποτε καιρὸς
ἦν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐρωτῶσι σφοδρύμως ἀνωμο- E
λόγησε· σαφέσ⟨τ⟩ερον δὲ πεποίηκεν ἐν τοῖς
πρὸς ἐμὲ λόγοις, πρὸς ὃν οὐδὲν ἀπόῤῥη-
τον ἦν αὐτῷ περὶ τούτων κοινολογουμένῳ·
μηδὲ ἁπλῶς τοῦτο ἀποφημάμενος, ἀλλ' ὃ

tolerare, quoad libertatis ac ſerenitatis tempus ſucceſſiſſet, linguæque libertatem ac licentiam attuliſſet. Illi enim nudam & apertam vocem de Spiritu ſancto, quòd Deus eſſet, arripere ſtudebant; (quod quidem, tametſi verum erat, impium tamen illis, atque improbo impietatis Antiſtiti videbatur;) ut eum quidem cum Theologica lingua civitate pellerent, ipſi autem Eccleſiam occuparent, eámque ſceleris ſui propugnaculum efficerent, atque hinc deindè, velut ex arce quadam, id omne, quod reliquum erat, popularentur. At ille, in aliis quidem vocibus è Scriptura petitis, teſtimoniiſque minimè dubiis, eandem vim habentibus, neceſſariiſque argumentis, adverſarios ita comprimebat, ut nullo modo repugnare ac contrà niti poſſent, ſed, quæ maxima ſermonis virtus & prudentia eſt, propriis vocibus conſtringerentur. Id autem perſpicuè oſtendet is liber, quem hoc argumento edidit, in quo calamum quaſi ex Spiritûs pyxide movet; interim tamen propriam vocem uſurpare differebat, tum ab ipſomet ſpiritu, tum à ſinceris ipſius propugnatoribus illud in gratiæ loco petens, ne hoc ſuo conſilio offenderentur; nec committerent, ut, dum unam voculam mordicùs retinere conarentur, propter inexplebilem cupiditatem omnia perderent, turbulento nimirùm tempore convulsâ ac diſtractâ pietate. Ipſos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, ſi vocabula paululùm immutarentur, modò aliis verbis eadem docerentur; neque enim ſalutem noſtram in verbis potiùs, quàm in rebus conſiſtere; quippè cùm ne Judæi quidem rejiciendi ſint, ſi ad aliquod tempus pro *Chriſti* voce, vocem *Uncti* ſibi concedi poſtulantes, in noſtrum numerum atque ordinem adſcribi velint; at Reipublicæ non poſſe majorem perniciem ac peſtem afferri, quàm ſi Eccleſia ab Hæreticis occuparetur.

Spiritûs ſancti divinitatem, vocibus è Scriptura petitis, adversùs Hæreticos aſſerit.

LXIX. Nam quòd alioquì meliùs quàm quivis alii, Spiritum ſanctum Deum agnoſceret, cùm ex eo perſpicuè conſtat, quòd & hoc ſæpè palàm, quoad per tempus licebat, prædicavit, & privatim apud eos, à quibus interrogabatur, haud cunctanter confeſſus eſt; tum verò in ſuis ad me ſermonibus apertiùs id demonſtravit; (neque enim quidquam unquam, cùm de his rebus mecum colloqueretur, animo tectum

Palàm & privatim cum amicis de Spiritûs ſancti divinitate loquitur.

(a) Καὶ τῆς αἰθρίας. *Et ſerenitatis.* Hæc, quæ in Editis deerant, addidimus ex quinque Regg. decem Colb. Coisl. 2. Or. 2. & Paſſ.

(b) Οἱ μὲν γάρ. Sic Or. 2. & Par. Deeſt γάρ in Ed.

(c) Καὶ ταῖς ἐκ τῶν. Sic tres Regg. Or. 2. & Paſſ. Deeſt ἐκ in Ed.

(d) Ἀντιβαίνειν. Or. 2. ἀντιλέγειν, *contradicere.*

(e) Ὑπερετίθετο. Duo Regg. & Paſſ. ὑπερέθετο.

(f) Τῇ οἰκονομίᾳ μὴ δυσχεραίνειν. *Ne indulgentiâ*, vel *temperamento*, *offenderentur.* Quòd ſcilicet expreſſis verbis Spiritum ſanctum Deum non diceret; quamvis aliis vocibus, eandem vim habentibus, ejus divinitatem prædicaret. Quæ quidem Baſilii agendi ratio ab aliis culpata, Magno Athanaſio probata fuit.

(g) Διδασκομένοις. Coisl. 1. τὸ ἴσον δυναμέναις. *Eandem vim habentibus.*

(h) Τὴν τοῦ. Sic plures Regg. Deeſt τοῦ in Ed.

(i) Τάττεσθαι. In nonnullis, τετάχθαι.

occultúmque habuit ;) non ſimpliciter hoc affirmans, ſed, quod anteà ipſi perrarò acciderat, ſibi rem omnium maximè horrendam imprecatus, nempè, ut ab ipſo Spiritu excideret, niſi cum Patre & Filio Spiritum, ut conſubſtantialem & honore parem, veneraretur. Quòd ſi quis me in tantis quoque rebus illius ſocium admiſerit, aliquid, quòd pleriſque incognitum antè fuit, evulgabo. Nam cùm tempus in ſummas anguſtias nos redigeret, hanc ipſe rationem inibat, ut ſibi quidem diſpenſationem, nobis autem, quos, ob nominis obſcuritatem, nemo in judicium adducturus, patriâque ejecturus eſſet, loquendi libertatem committeret. Atque ita Evangelium noſtrum firmum & validum erat, utriuſque præſidio ſuffultum. Nec verò hæc eò à me commemorata ſunt, ut illius exiſtimationem Oratione meâ defenderem ; præſtantior enim eſt, quàm ut accuſatoribus, ſi qui tamen ſunt, in ipſius famam quidquam liceat ; ſed ne quidam, pietatis normam ac regulam ſolas eas voces, quæ in illius libris reperiuntur, eſſe exiſtimantes, imbecilliorem fidem habeant, eámque de Divinitate differendi rationem, quam ei tempus illud, non ſine Spiritûs numine, afferebat, in pravitatis ſuæ confirmationem trahant ; verùm eorum, quæ ab eo ſcripta ſunt, ſenſum ac ſcopum, quem ſibi, dum hæc ſcriberet, proponebat, expendentes, tum ad veritatem magis accedant, tum iis, qui in impietate verſantur, os obſtruant. Mihi quidem, omnibúſque, quibus carus ſum, utinam adſit illius Theologia. Atque adeò, hujuſce viri, quantùm ad hanc rem attinet, puritati uſqueadeò confido, ut, præter alia omnia, hoc quoque cum eo commune habere non recuſem ; ita ut ille mea, mihi viciſſim illius omnia, & apud Deum, & apud candidiſſimos quoſque homines, adſcribantur. Nam neque Evangeliſtas idcircò inter ſe pugnare dixerimus, quoniam alii in exponenda Chriſti humanitate plus operæ poſuerunt, alii ad explicandam Divinitatis materiam ſe contulerunt ; atque alii ab his rebus, quæ ad intelligentiam noſtram ſeſe accommodant, alii ab iis, quæ captum noſtrum ſuperant, auſpicati ſunt ; ſic videlicet prædicationem inter ſe partiti, ut eorum, qui eam excipiebant, utilitas ferebat, atque ita informati & edocti à Spiritu, qui in ipſorum animis erat.

Baſilius obtrectatorum invidiâ ſublimior.

LXX. Age igitur, cùm multi viri, tum in veteri, tum in novo Teſtamento pietate clari & illuſtres fuerint, Legiſlatores, militares Duces, Prophetæ, Doctores, fortes

Baſilii cum clariſſimis viris collatio.

A μηδέπω πρότερον πολλάκις πεποίηκεν, ἐφ' ὅρκου ποιησάμενος ἑαυτῷ τὸ φρικωδέστατον, αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος ἐκπεσεῖν, εἰ μὴ σέβοι τὸ Πνεῦμα μετὰ Πατρὸς [a] καὶ Υἱοῦ, a
ὡς ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον. εἰ δέ μέ τις δέξαιτο κοινωνὸν ἐκείνου καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις, ἐξαγορεύσω τι καὶ τῶν τοῖς πολλοῖς
[b] τέως ἀγνοουμένων· ὅτι τῷ καιρῷ σλενο- b
B χωροῦντος ἡμᾶς, ἑαυτῷ μὲν [c] τὴν οἰκονομίαν c
ἐπέτρεψεν, ἡμῖν δὲ τὴν παῤῥησίαν, οὓς οὐδεὶς ἔμελλε κρίνειν, οὐδὲ ἀποβάλλειν τῆς πατρίδος, ἀφανείᾳ τετιμημένους, ὡς ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρὸν εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς Εὐαγγέλιον. καὶ ταῦτα διῆλθον, οὐχ ἵνα τῆς ἐκείνου δόξης ὑπεραπολογήσωμαι· κρεῖττων γὰρ τῶν ἐγκαλούντων, εἴπερ τινες εἰσὶν, ὁ ἀνήρ· ἀλλ' ἵνα μὴ τοῦτον ὅρον τῆς εὐσεβείας [d] νομίζοντες, τὰς ἐν τοῖς γράμμασι d
μόνας τοῦ ἀνδρὸς εὑρισκομένας φωνὰς, ἀσθενεσλέραν τὴν πίσλιν ἔχωσι, καὶ ἀπόδειξιν
C τῆς ἑαυτῶν κακουργίας, τὴν ἐκείνου θεολογίαν, ἣν ὁ καιρὸς ἐποίει μετὰ τοῦ Πνεύματος· ἀλλὰ τὸν τῶν γεγραμμένων νοῦν δοκιμάζοντες, καὶ τὸν σκοπὸν ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγράφετο, μᾶλλον τῇ τε ἀληθείᾳ προσάγωνται, καὶ τοὺς ἀσεβοῦντας ἐπισλομίζωσιν. ἔμοι γοῦν εἴη, καὶ ὅς τις ἐμοὶ φίλος, ἡ ἐκείνου θεολογία. καὶ τοσοῦτον θαῤῥῶ τῇ περὶ τὸ πρᾶγμα τοῦ ἀνδρὸς καθαρότητι, ὥσλε καὶ τοῦτο κοινοποιοῦμαι
D πρὸς ἅπασι· κἀκείνῳ μὲν τὰ ἐμὰ, ἐμοὶ δὲ τὰ ἐκείνου λογίζοιτο πρός τε Θεῷ καὶ τῶν ἀνθρώπων τοῖς εὐγνωμονεσλέροις. οὐδὲ γὰρ τοὺς Εὐαγγελισλὰς φαίημεν ἂν ὑπεναντία ποιεῖν ἀλλήλοις, ὅτι οἱ μὲν πρὸς σαρκικῷ τοῦ Χρισλοῦ πλέον ἐνησχολήθησαν, οἱ δὲ τῇ θεολογίᾳ προσέβησαν· καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς, οἱ δὲ ἐκ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἐποιήσαντο τὴν ἀρχήν· οὕτω [e] τὸ e
κήρυγμα διελόμενοι πρὸς τὸ χρήσιμον οἶμαι
E τοῖς δεχομένοις, καὶ οὕτω πρός τοῦ ἐν αὐτοῖς τυπούμενοι Πνεύματος.

ο. Φέρε δὴ, πολλῶν ἐν τοῖς πάλαι καὶ νῦν γεγονότων ἀνδρῶν ἐπ' εὐσεβείᾳ γνωρίμων, νομοθετῶν, στρατηγῶν, Προφητῶν, δι-

(a) Καὶ Υἱῷ. Tres Regg. & Or. 2. καὶ τῷ Υἱῷ.
(b) Τέως. Deeſt in Reg. a.
(c) Τὴν οἰκονομίαν ἐπέτρεψεν. *Sibi diſpenſationem permiſit.* Billius addendo, *verbi*, quod delevimus, huic loco tenebras offudit, nedum aliquid lucis afferret. Non enim agitur de *verbi miniſterio*, ſeu *prædicatione*, ſed de quodam prædicandæ veritatis modo, ut rectè exponit Nicetas, οἰκονομηθῆναι τὴν ἀλήθειαν, quod, probante Athanaſio, ſibi permiſit Baſilius, ne, magno Eccleſiæ damno, è ſua ſede ab Hæreticis pelleretur.
(d) Νομίζοντες. Quatuor Regg. Coisl. 1. Or. 2. & Paſſ. γινώσκοντες, *agnoſcentes.*
(e) Τό. Sic omnes ferè Codd. In Ed. τῷ.

δασκάλων,

δασκάλων, τῶν ἀνδρικῶν μέχρις αἵματος, A
a παρ' ἐκείνοις τὰ ἡμέτερα θεωρήσαντες,
κἀντεῦθεν τὸν ἄνδρα γνωρίσωμεν. Ἀδὰμ
ἠξιώθη Θεοῦ χειρὸς, καὶ παραδείσου τρυ-
φῆς, καὶ θεσπίτης νομοθεσίας· ἀλλ', εἰ μή τι
λέγω βλάσφημον αἰδοῖ τοῦ προπάτορος,
τὴν ἐντολὴν οὐκ ἐφύλαξεν· ὁ δὲ, καὶ ἐδέξατο
ταύτην, καὶ διεσώσατο, καὶ τῷ ξύλῳ τῆς
b γνώσεως οὐκ ἐβλάβη, καὶ τὴν [b] φλογίνην
ῥομφαίαν παρελθὼν, εὖ οἶδα, τοῦ παρα-
δείσου τετύχηκεν. Ἐνὼς ἤλπισε θεσπίτος B
ἐπικαλεῖσθαι τὸν Κύριον· ὁ δὲ, καὶ ἐπικέ-
κληται, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκήρυξεν, ὃ τοῦ
ἐπικαλεῖσθαι πολὺ τιμιώτερον. Ἐνὼχ μετε-
τέθη μικρᾶς εὐσεβείας, ἔτι γὰρ ἐν σκιαῖς
c ἦν ἡ πίστις, ἆθλον [c] εὑράμενος τὴν μετάθε-
σιν, καὶ τοῦ ἑξῆς βίου τὸν κίνδυνον διαπέ-
φευγε· τῷ δὲ, ὅλος ὁ βίος μετάθεσις ἦν, τε-
λείως ἐν βίῳ τελείῳ δοκιμασθέντος. Νῶε
κιβωτὸν ἐπίστεύθη, καὶ κόσμου δευτέρου
σπέρματα ξύλῳ μικρῷ πιστευθέντα, καὶ C
καθ' ὑδάτων σωζόμενα· ὁ δὲ καλακλυσμὸν
ἀσεβείας διέφυγε, καὶ κιβωτὸν σωτηρίας τὴν
ἑαυτοῦ πεποίηται πόλιν, κούφως τῶν αἱρε-
τικῶν ὑπερπλέουσαν, ἐξ οὗ κόσμον ὅλον
ἀνεκαλέσατο.

usque ad sanguinis profusionem, cum illis Basilium nostrum conferamus, atque hinc, qualis fuerit, agnoscamus. Adam Dei manu, ac deliciarum Paradisi, & primâ lege dignus habitus est; ille tamen, ne quid debitæ Parenti nostro reverentiæ contumelioſum dicam, præceptum minimè servavit: hic autem, & illud accepit, & servavit, nec ex scientiæ ligno incommodi quidquam accepit; nec dubito, quin flammeum gladium prætergressus, ad Paradisum pervenerit. Enos primus spe adductus est, ut Dominum invocaret: hic autem, non solùm invocavit, sed, quod invocatione multò præstantius est, aliis quoque prædicavit. Enoch translatus est, exiguæ pietatis præmium, (fides enim adhuc in umbris erat,) hâc translatione consecutus, vitæque sequentis periculum effugit: hujus autem vita omnis nihil aliud quàm translatio erat, quippè qui perfectè in vita perfecta probatus & exploratus fuerit. Noë arcam fidei suæ commissam accepit, & secundi mundi semina parvo ligno credita, atque inter undas conservata: hic autem impietatis diluvium effugit, suámque civitatem arcam salutis effecit, in Hæreticorum undis facilè & leviter supernatantem, atque ex eo universum orbem recuperavit.

Adam. *Gen.* I. 27. *& seqq.*

Enos. *Gen.* IV. 26.

Enoch. *Gen.* V. 21. *& seqq.*

Noë. *Gen.* VI. 13. *& seqq.*

ο α. Μέγας ὁ Ἀβραὰμ, καὶ Πατριάρχης,
καὶ θύτης καινῆς θυσίας, τὸν ἐκ τῆς ἐπαγ-
γελίας τῷ δεδωκότι προσαγαγὼν, ἱερεῖον
ἕτοιμον, καὶ πρὸς τὴν σφαγὴν ἐπειγόμενον·
ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐκείνου μικρὸν, ἑαυτὸν προσ- D
ήγαγε τῷ Θεῷ, καὶ οὐδὲν ὡς ἰσότιμον
ἀντεδόθη· τί γὰρ καὶ ἦν; ὥσθ' καὶ τελει-
ωθῆναι τὸ καλλιέρημα. Ἰσαὰκ ἐπηγγέλθη
καὶ πρὸ γλυέσεως· ὁ δὲ αὐτεπάγγελτος
e d [d] ἦν, καὶ τὴν Ῥεβέκκαν, λέγω [e] δὴ τὴν
Ἐκκλησίαν, οὐ πόρρωθεν, ἀλλ' ἐγγύθεν
ἠγάγετο, οὐδὲ διὰ πρεσβείας οἰκετικῆς,
ἀλλ' ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν καὶ πιστευθεῖσαν·
οὐδὲ κατεσοφίσθη περὶ τὴν τῶν τέκνων προ-
τίμησιν, ἀλλ' ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀπαρ- E
f αλογίστως [f] ἔνεμε μετὰ τῆς τοῦ Πνεύμα-
τος κρίσεως. ἐπαινῶ τὴν Ἰακὼβ κλίμακα,
g καὶ τὴν [g] στήλην, ἣν ἔλειψε τῷ Θεῷ, καὶ
τὴν πρὸς αὐτὸν πάλην, εἴ τίς ποτε ἦν·
οἶμαι δὲ τοῦ ἀνθρωπείου μέτρου πρὸς τὸ
h θεῖον ὕψος ἀντιπαρέκτασις, [h] καὶ ἀντίθεσις,

LXXI. Magnus Abraham, & Patriarcha, & novæ victimæ mactator, eum, quem ex promissione acceperat, beneficii auctori offerens, victimam promptam & alacrem, atque ad cædem properantem. At nec parva Basilii laus est, qui seipsum Deo obtulit, nec quidquam in ejus locum, tanquam ipsi par, (quidnam enim illud esset?) substitutum est, sed plenè perfectéque litatum. Isaac etiam, antequàm in lucem ederetur, promissus est: hic autem spontè seipsum promisit, ac Rebeccam, hoc est, Ecclesiam, non procul quæsitam, sed è propinquo assumptam, uxorem duxit, nec per servorum legationem, sed divino beneficio concessam atque commissam; nec in filiorum prælatione circumventus est, sed unicuique, quod promerebatur, cum Spiritûs judicio & delectu, sine ulla fraude ac circumscriptione, tribuit. Jam verò Jacobi scalam & columnam eam laudo, quam Deo unxit, ejusque etiam cum eo colluctationem, quæcunque tandem illa erat; est quidem, ut ipse opinor, humani moduli cum divina sublimitate comparatio & contentio, undè etiam procreatæ naturæ devictæ notas

Abraham. *Gen.* XXII. 1. *& seqq.*

Isaac. *Gen.* XVIII. 10. XXIV. 3. *& seqq.*

Jacob. *Gen.* XXVIII. 12. *& seqq.*

(a) Παρ' ἐκείνοις. Regg. d. ph. & Pass. παρ' ἐκείνες.
(b) Φλογίνην. Reg. ph. πυρίνην.
(c) Εὐράμενος. Or. 2. εὐρόμενος.
(d) Ην. Deest in Reg. bm.
(e) Δή. Deest in Reg. ph.
(f) Ενεμε. Or. 2. ἔνειμε.
(g) Στήλην. Vulg. *Titulum.*
(h) Καὶ ἀντίθεσις. Sic sex Regg. duo Coisl. Or. 2. Par. &c. Deest in Ed.

gerit. Illius quoque circa ovium greges artificium & felicitatem, & duodecim ex eo natos Patriarchas, & benedictionum partitionem cum egregia futurarum rerum prædictione conjunctam, laudibus eveho. At hujus etiam, non conspectam tantùm, sed & transitam, & per quotidianos virtutum gradus conscensam scalam laudo, & columnam, quam Deo, non quidem unxit, sed erexit, impiorum dogmata ad infamiæ sempiternæ notam inusta continentem, eámque dimicationem, quam, non adversùs Deum, sed pro Deo suscepit, Hæreticorum dogmata dejicientem ac prosternentem; ac prætereà pastoralem illius artem, ex qua locupletatus est, plures oves insignitas, quàm signi expertes adeptus; elegantem item & numerosam sobolem secundùm Deum progenitam, ac denique benedictionem, quâ multos suffulcivit.

A ὅθεν καὶ [a] ἄγει τὰ [b] σύμβολα τῆς ἡτ]ωμένης γενέσεως. ἐπαινῶ καὶ τὴν περὶ τὰ θρέμματα τοῦ ἀνδρὸς εὐμηχανίαν καὶ εὐημερίαν, καὶ τοὺς δώδεκα ἐξ αὐτοῦ Πατριάρχας, καὶ τὸν τῶν εὐλογιῶν μερισμὸν σὺν οὐκ ἀγεννεῖ προφητείᾳ τοῦ μέλλοντος· ἀλλ' ἐπαινῶ καὶ τούτου τὴν οὐχ ὁραθεῖσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ δ]αβαθεῖσαν κλίμακα ταῖς κατὰ μέρος [c] εἰς ἀρετὴν ἀναβάσεσι, καὶ τὴν στήλην, ἣν οὐκ ἤλειψεν, ἀλλ' ἤγειρε τῷ Θεῷ, τὰ τῶν B ἀσεβῶν στηλιτεύουσαν, καὶ τὴν πάλην, ἣν οὐκ ἐπάλαισε πρὸς Θεὸν, ἀλλ' ὑπὲρ Θεοῦ, τὰ τῶν αἱρετικῶν καταβάλλουσαν, τήν τε ποιμαντικὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἐξ ἧς ἐπλούτησε, πλείω τῶν ἀσήμων προβάτων κτησάμενος τὰ ἐπίσημα, τήν τε καλὴν πολυτεκνίαν τῶν κατὰ Θεὸν γεννηθέντων, καὶ τὴν εὐλογίαν, ᾗ πολλοὺς ἐστήριξεν.

Joseph. *Gen.* XLI. 40. *& seqq.*

LXXII. Joseph frumenti distributor fuit, sed Ægypti duntaxat, neque id sæpiùs, nec nisi corporeo modo. At hic, & omnium, & semper, & spirituali modo: quod quidem illâ frumenti distributione, meâ quidem sententiâ, longè præstantius augustiúsque censendum est. Cum Job Ausita, & tentatus est, & superior discessit, confectíque certaminibus, illustri præconio victor pronunciatus est: ut qui nullo incursantium acerbitatum, quæ multæ fuerunt, impetu concussus & labefactatus fuisset, sed tentatorem abundè superasset, atque amicorum calamitatis arcanum ignorantium stultitiam ac temeritatem repressisset. *Moyses & Aaron in sacerdotibus ejus.* Et magnus quidem Moyses, qui Ægyptum vexavit, populum in signis multis prodigiisque servavit, intra nubem processit, duplicem legem sanxit, litteralem nimirùm externè, spiritualem internè. Aaron autem, Moysis, & corpore, & spiritu frater, pro salute populi preces & sacrificia ad Deum adhibens, magni illius & sacrosancti tabernaculi mystes, *quod fixit Dominus, ac non homo.* Utriusque horum ille æmulus fuit, hæreticam & Ægyptiam nationem, non corporeis, sed spiritualibus plagis excrucians; *populum autem acquisitionis, bonorum operum sectatorem* ad promissionis terram ducens, & tabulis, quæ non perfringuntur, sed conservantur, leges, non jam obscuras & abumbratas, sed omni ex parte spirituales, inscribens; atque adeò

Job. *Job.* I. 1. *& seqq.*

Psal. XCVIII. 6. Moyses. *Exod.* VII. 8. *& seqq.*

Aaron. *Exod.* XXIX. 4. *& seqq.*

Hebr. VIII. 2.

Tit. II. 14.

ο 6. Ιωσὴφ ἐγένετο σιτοδότης, ἀλλ' Αἰγύπτου μόνης, καὶ οὐ πολλάκις, καὶ C ζωματικῶς· ὁ δὲ πάντων, καὶ ἀεὶ, καὶ πνευματικῶς, ὅπερ ἐμοὶ τῆς [d] σιτοδοσίας ἐκείνης αἰδεσιμώτερον. μετὰ Ἰὼβ τοῦ [e] Αὐσίτου, καὶ πεπείραται, καὶ νενίκηκε, καὶ ἀνηγόρευται λαμπρῶς ἐπὶ τέλει τῷ ἄθλων, μηδενὶ τῶν τινασσόντων πολλῶν ὄντων κατασεισθεὶς, ἀλλὰ πολλῷ τῷ περιόντι τὸν [f] πειραστὴν καταπαλαίσας, καὶ τῶν φίλων τὴν ἀλογίαν ἐπιστομίσας ἀγνοούντων [g] τὸ τοῦ πάθους μυστήριον. Μωϋσῆς καὶ Ααρὼν D [h] ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ. καὶ μέγας Μωϋσῆς μὲν Αἴγυπτον βασανίσας, [i] λαὸν δ]σώσας ἐν σημείοις πολλοῖς καὶ τέρασι, τῆς νεφέλης εἴσω χωρήσας, νομοθετήσας τὸν δ]πλοῦν νόμον, τόν τε τοῦ γράμματος ἔξωθεν, καὶ ὅσος ἔνδοθεν τὸν τοῦ Πνεύματος. Ααρὼν δὲ Μωϋσέως ἀδελφὸς, καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὸ πνεῦμα, τοῦ λαοῦ προθυόμενος καὶ [k] προσευχόμενος, μύστης τῆς ἱερᾶς καὶ μεγάλης σκηνῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, [l] καὶ οὐκ E ἄνθρωπος. τούτων δὲ ἀμφοτέρων ζηλωτὴς ἐκεῖνος, βασανίζων μὲν, οὐ ζωματικαῖς μάστιξι, πνευματικαῖς δὲ καὶ λογικαῖς, ἔθνος αἱρετικὸν καὶ Αἰγύπτιον· ἄγων δὲ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων, ἐπὶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, πλαξὶ δὲ νόμους

(a) Αγει. Paff. ἀλγεῖ.

(b) Σύμβολα τῆς ἡτ]ωμένης γενέσεως. *Devictæ genituræ notas.* Quibus verbis videtur Gregorius significare hoc prœlio vim liberos procreandi in Jacobo extinctam fuisse, & quidem nullos posteà habuit præter Benjamin, quem tum mater ejus Rachel in utero gestabat.

(c) Εἰς ἀρετήν. Paff. τῆς ἀρετῆς. *Per singularum virtutum gradus.*

(d) Σιτοδοσίας. Reg. ph. σιτομετρίας.

(e) Αὐσίτου. *Ausitâ.* Bill. *Hussitâ;* quod Vulgatæ congruit.

(f) Πειραστὴν. In nonnullis, σοφιστὴν.

(g) Τὸ τῦ πάθους μυστήριον. Sic plures Regg. Coisl. 1. Or. 2. Par Paff. In Ed. τῦ πάθους τὸ μυστήριον.

(h) Εν τοῖς. Sic plures Codd. In Ed. deest ἐν.

(i) Λαὸν. Paff. καὶ λαὸν.

(k) Προσευχόμενος. Sic plures Regg. In Ed. περισυχόμενος.

(l) Καὶ οὐκ. Sic textus sacer, & Reg. ph. Deest καὶ in Ed.

ἐγγράφων, οὐ συντριβομέναις, ἀλλὰ ζωζο- A
b a μέναις, οὐκ ἔτι [a] σκιοειδεῖς, ἀλλ' ὅλον [b] πνευ-
ματικούς· εἰς δὲ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, οὐχ
c ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, [c] πολλάκις δὲ, καὶ καθ'
ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, εἰσιὼν τὴν ἡμέραν,
ὅθεν τὴν ἁγίαν ἡμῖν ἀνακαλύπτει Τριάδα,
καὶ λαὸν καθαίρων, οὐ προσκαίροις ῥαντίσ-
μασιν, ἀλλ' ἀϊδίοις ἁγνίσμασι. τί τὸ κάλ-
λιστον Ἰησοῦ; στρατηγία, καὶ κληροδοσία;
d καὶ γῆς τῆς ἁγίας κατάσχεσις· ὁ δὲ, [d] οὐκ
ἔξαρχος; οὐ στρατηγὸς τῶν διὰ πίστεως B
ζωζομένων; οὐ κληροδότης τῶν διαφόρων
παρὰ Θεῷ κλήρων καὶ μονῶν, ἃς διανέμει
e τοῖς [e] ἀγομένοις; ὥστε κἀκείνην δύνασθαι
f τὴν φωνὴν εἰπεῖν· ὅτι σχοινία [f] ἐπέπεσόν
μοι ἐν τοῖς κρατίστοις. καὶ, ἐν ταῖς χερσί σου
οἱ κλῆροί μου· κλῆροι τῶν χαμαὶ ἐρχομένων,
καὶ ἁρπαζομένων πολλῷ τιμιώτεροι.

ογ. Καὶ, ἵνα τοὺς Κριτὰς παραδράμω-
μεν, ἢ τῶν Κριτῶν τοὺς εὐδοκιμοτάτους,
Σαμουὴλ, ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα C
g αὐτοῦ, καὶ [g] Θεῷ δοτὸς πρὸ γενέσεως,
καὶ μετὰ τὴν γέννησιν εὐθὺς ἱερὸς, καὶ
χρίων βασιλέας καὶ ἱερέας διὰ τοῦ κέρατος.
οὗτος δὲ, οὐκ ἐκ βρέφους Θεῷ καθιερωμένος
h ἀπὸ μήτρας, καὶ [h] μετὰ τῆς διπλοΐδος
ἐπιδεδομένος τῷ βήματι, καὶ βλέπων τὰ
i ἐπουράνια, καὶ χριστὸς Κυρίου [i] ἦν, καὶ
χρίστης τῶν τελειουμένων ἐκ Πνεύματος;
Δαβὶδ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος, οὗ πολλαὶ
μὲν ἱστοροῦνται κατὰ τῶν ἐχθρῶν νίκαι καὶ D
τρόπαια, ἡ πραότης δὲ τὸ ἐπισημότατον,
καὶ πρὸ τῆς βασιλείας ἡ τῆς κινύρας δύνα-
k μις, καὶ πονηρὸν [k] πνεύματος κατεπᾴδουσα.
Σολομὼν πλάτος καρδίας ᾐτήσατο παρὰ
Θεοῦ, καὶ τετύχηκεν, ἐπὶ πλεῖστον προελθὼν
Σοφίας καὶ θεωρίας, ὥστε γενέσθαι τῶν
καθ' ἑαυτὸν ἁπάντων εὐδοκιμώτατος. ὁ μὲ,
τοῦ μὲν τῷ πράῳ, τοῦ δὲ τῇ Σοφίᾳ, κατὰ
τὸν ἐμὸν λόγον, οὐδὲν ἢ μικρῷ λείπεται· ὥσ[τε
l ἐ]ὰν βασιλέων θράσος [l] δαιμονώντων καταμα- E
m λάσειν· κἂν μὴ βασίλιασαν νότῳ μόνον, [m] ἢ τὸν
δεῖνα, κατὰ κλέος τῆς αὐτοῦ Σοφίας ἐκ τῶν
n περάτων τῆς γῆς ἁπαντᾷν, ἀλλὰ [n] κἂν πᾶσι
τοῖς πέρασι τὴν ἐκείνου σοφίαν γνωρίζεσθαι.

in Sancta Sanctorum, non semel quotannis, sed sæpiùs, &, ut ita dicam, quotidiè ingrediens, atque hinc nobis sanctam Trinitatem detegens, ac postremò, non per fluxas & caducas asperſiones, sed per æternas purificationes, populi labes eluens. Quid pulcherrimum habuit Josue? Militare imperium, & portionum distributionem, terræque sanctæ possessionem. Iste verò, nonne Imperator? Nonne Dux eorum, qui salutem per fidem assequuntur? Nonne diversarum hæreditatum ac mansionum, quæ apud Deum sunt, assignator, quas militibus suis distribuit? Adeò ut hâc quoque voce ipse uti possit: *Funes cecide-* *Ps.* xv. 6.
runt mihi in præclaris. Et rursùs: *In ma-* *Ps.* xxx. 16.
nibus tuis sortes meæ; sortes utique iis, quæ humi serpunt, ac diripi possunt, multò præstantiores.

Josue.
Jos. i. 2. *& seqq.*

LXXIII. Atque, ut Judices, & Judicum clarissimos quosque prætereamus, *Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus,* & ante nativitatem donatus, & post nativitatem confestim sacer, ac cornu suo Reges & Sacerdotes ungens. Quid Basilius? Nonne ab infantia, & ab ipsa matrice, Deo consecratus, ac cum diploïde altari oblatus est, & cœlestia perspiciebat, & unctus Domini erat, & unctor eorum, qui ex Spiritu perficiebantur? David inter Reges clarus & celebris, cujus multæ quidem de hostibus victoriæ ac triumphi historiis proditi sunt, & præcipuum decus ac ornamentum est *mansuetudo*, & ante regiam dignitatem vis citharæ malum Spiritum incantans. Salomon cordis latitudinem à Deo postulavit, & obtinuit, eóque sapientiæ & contemplationis progressus est, ut omnes ætatis suæ mortales nominis celebritate superaret. Basilius autem, nisi me opinio fallit, nec illi lenitatis, nec huic sapientiæ laude quidquam, aut minimum certè concedit; adeò ut Imperatorum quoque, qui Dæmonum intemperiis agitabantur, furorem emolliret; nec Regina tantùm Austri, aut quidam duntaxat homines, sapientiæ ipsius famâ commoti, è finibus terræ ad eum se conferrent, sed omnibus orbis finibus sapientia ipsius nota esset. Ac, quæ de Salomone sequuntur, silentio præteribo: sunt autem ea cunctis conspicua

Samuel.
Ps. xcviii. 6.
I. Reg. i. 20. xvi. 13.

David.
II. Reg. v. 1. *& seqq.*
Ps. cxxxi. 1.

Salomon.
III. Reg. iv. 29. *& seqq.*

(*a*) Σκιοειδεῖς. Reg. ph. σκιοείδεσιν.
(*b*) Πνευματικούς. Reg. ph. πνευματικαῖς.
(*c*) Πολλάκις δέ. Pass. ἀλλὰ πολλάκις.
(*d*) Οὐκ ἔξαρχος; *Nonne Princeps, Exarcha?* Alludit forsan ad sedis Basilii dignitatem, quæ totius Ponticæ Diœceseos caput erat.
(*e*) Ἀγομένοις. Nicetas, *iis quos regit*, id est, *subditis.*
(*f*) Ἐπίπεσον. Or. 2. ἐπίπεσε.
(*g*) Θεῷ. Deest in Or. 2. & Bas.
(*h*) Μετὰ τῆς διπλοΐδος. Nicetas exponit, ἱερατικὸν ὠμοφόριον, genus stolæ sacerdotalis apud Hebræos. Dicitur etiam διπλοΐς, *Chlamys*: ut I. Reg. xxiv. 5. ubi David oram Chlamydis Saulis præcidit.
(*i*) Ἦν. Deest in pluribus Codd.
(*k*) Πνεύματος. Reg. ph. δαίμονος.
(*l*) Δαιμονώντων. Plures Regg. δαιμονώντων.
(*m*) Ἢ τὸν δεῖνα. Pass. μηδὲ τὸν δεῖνα.
(*n*) Καί. Deest in quatuor Regg. & Or. 2.

& explorata, etiam ſi nos dicere ſuperſedeamus.

Elias. *IV. Reg.* I. 1. *& ſeqq.*

LXXIV. Eliæ loquendi libertatem, quam adversùs Tyrannos adhibuit, ipſiuſque per ignem raptum laudas? Laudas etiam pulchram Eliſæi hæreditatem, illam nimirùm melotem, quam Eliæ ſpiritus comitatus eſt? Hujus quoque vitam lauda, in igne traductam, id eſt, in tentationum agmine, ac ſalutem per ignem partam, urentem quidem illum, ſed non perurentem, quod eſt *rubi* miraculum, ſublimitúſque illi conceſſam pellem, nimirùm virginitatem. Mitto rore perfuſos in flammis adoleſcentes; & fugitivum Prophetam, in ventre ceti precantem, atque ex beſtiæ præcordiis, quaſi è thalamo, prodeuntem; & juſtum illum, leonum furorem in lacu vincientem. Mitto ſeptem Maccabæorum dimicationem, qui cum ſacerdote & matre in ſanguine, atque omnis generis tormentis conſummati ſunt. Quorum ille tolerantiam æmulatus, gloriam quoque retulit.

Eliſæus. *IV. Reg.* II. 9. *& ſeqq.*

Exod. III. 2.

Tres pueri. *Daniel.* III. 5. *& ſeqq.*

Jonas. *Jon.* II. 1. *& ſeqq.*

Daniel. *Dan.* XIV. 28. *& ſeqq.*

Maccabæi. *II. Maccab.* VII. 1. *& ſeqq.*

Joannes Baptiſta. *Luc.* III. 4.

LXXV. Tranſeo jam ad novum Teſtamentum, ac iis, qui hîc laude atque gloriâ floruerunt, ipſius vitam conferens, ex magiſtris diſcipulum ornabo. Quis præcurſor Jeſu? Joannes, ut vox Verbi, & ut lucerna Luminis, qui coram ipſo & in ventre exiliit, & ad inferos per Herodis furorem tranſmiſſus eſt, ut illic quoque mox venturum prædicaret. Quòd ſi cui audacior fortè videatur hic ſermo, illud prius cogitet, me in hac comparatione non id agere, ut ei, qui inter natos mulierum omnes ſuperavit, Baſilium, vel anteponam, vel exæquem; ſed ut, eum ipſius imitatorem fuiſſe, atque ex ejus forma & charactere nonnihil in ſe ipſo geſſiſſe, oſtendam. Non enim probis viris exiguam laudem affert, ſummorum virorum vel parva imitatio. An non enim philoſophiæ illius ſimulacrum perſpicuè in ſeipſo expreſſit? Ipſe quoque in deſerto habitavit. Ipſe quoque noctu, ut lateret, hominumque fugeret notitiam, aſperâ veſte tectus eſt. Ipſe quoque idem cibi genus adamavit, Deo videlicet per continentiam ſe purgans. Ipſe quoque dignus etiam habitus eſt, qui Chriſti præco fieret, etiamſi non præcurſor; atque ad eum egrediebatur, non ſolùm omnis finitima regio, ſed etiam externa & longè diſſita. Ipſe quoque inter duo teſtamenta medius, illius videlicet litteram evertens, hujus autem ſpiritum in publicum efferens; ac per ex-

καὶ τὰ ἑξῆς παρήσω τοῦ Σολομῶντος· πᾶσι δὲ δῆλα, κἂν ἡμεῖς φειδώμεθα.

οδ. Ἐπαινεῖς Ἠλιὰ τὴν πρὸς τὸς τυράννους παῤῥησίαν, καὶ [a] τὴν διὰ πυρὸς ἁρπαγήν; Ἐλισσαίου τε τὴν καλὴν κληρονομίαν, τὴν μηλωτὴν, ᾗ τὸ Ἠλιοῦ πνεῦμα συνηκολούθησεν; ἐπαινεῖ κἀκείνου τὴν ἐν πυρὶ ζωὴν, τῷ πλήθει λέγω τῶν πειρασμῶν, καὶ τὴν διὰ πυρὸς ζωτηρίαν, καίοντος μὲν, οὐ κατακαίοντος δὲ, τὸ περὶ τὴν βάτον θαῦμα, καὶ τὸ καλὸν ἐξ ὕψους δέρος, τὴν ἀσαρκίαν. ἐῶ τἄλλα, τοὺς δροσισθέντας ἐν πυρὶ νεανίας· τὸν ἐν γαστρὶ κήτους εὐξάμενον Προφήτην φυγάδα, ☪, ὡς ἀπὸ θαλάμου, τοῦ θηρὸς προελθόντα· τὸν ἐν λάκκῳ δίκαιον, λεόντων θράσος πεδήσαντα· ἢ τὴν τῶν ἑπτὰ Μακκαβαίων ἄθλησιν, σὺν ἱερεῖ καὶ μητρὶ τελειωθέντων ἐν αἵματι, καὶ παντοίοις βασάνων εἴδεσιν. ὧν ἐκεῖνος ζηλώσας τὴν καρτερίαν, καὶ τὴν δόξαν ἠνέγκατο.

οε. Ἐπὶ δὲ τὴν νέαν μέτειμι διαθήκην; καὶ τοῖς ἐνταῦθα εὐδοκίμοις τὰ ἐκείνου παρεξετάσας, [b] τιμήσω τὸν μαθητὴν ἐκ τῶν διδασκάλων. τίς Ἰησοῦ πρόδρομος; Ἰωάννης, ὡς φωνὴ Λόγου, καὶ ὡς λύχνος Φωτὸς, οὗ καὶ προεσκίρτησεν ἐν γαστρὶ, καὶ προέδραμε εἰς ᾅδου, διὰ τῆς Ἡρῴδου μανίας παραπεμφθεὶς, ἵνα κηρύξῃ κἀκεῖ τὸν ἐρχόμενον. καὶ εἰ τῷ φαίνεται τολμηρὸς ὁ λόγος, [c] ἐκεῖνο [d] προεξεταζέτω τοῖς λεγομένοις, ὅτι [e] μὴ προτιθεὶς, μηδὲ εἰς ἴσον [f] μετάγων τὸν ἄνδρα τῷ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὑπὲρ ἅπαντας, ταύτην ποιοῦμαι τὴν παρεξέτασιν· ἀλλὰ ζηλωτὴν ἀποφαίνων, καί τι τοῦ χαρακτῆρος ἐκείνου ἐν ἑαυτῷ φέροντα. οὐ γὰρ μικρὸν τοῖς σπουδαίοις, [g] καὶ μικρὰ τῶν μεγίστων ἡ μίμησις. ἢ γὰρ ἐκ ἐναργὴς τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας εἰκὼν ὁ ἀνήρ; καὶ οὗτος ἔρημον ᾤκησε· καὶ [h] τούτῳ [i] τρύχινον ἔσθημα εἶχον αἱ νύκτες, ἀγνοούμενον, ἐκ ἐπιδεικνύμενον· καὶ οὗτος τὴν ἴσην τροφὴν ἠγάπησε, Θεῷ καθαίρων ἑαυτὸν διὰ τῆς ἐγκρατείας· καὶ ὅτος Χριστοῦ κῆρυξ [k] ἠξιώθη γενέσθαι, εἰ καὶ μὴ πρόδρομος· καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν, οὐχ ἡ περίχωρος πᾶσα μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἡ ὑπερόριος· καὶ ὅτος μέσος τῶν δύο διαθηκῶν, τῆς μὲν καταλύων τὸ

(a) Τήν. Deeſt in pluribus Regg. & Or. 2.
(b) Τιμήσω &c. Bill. *Ex diſcipulis magiſtrum ornabo.*
(c) Ἐκεῖνο. Paſſ. ἐκεῖνος.
(d) Προεξεταζέτω. Undecim Colb. & Or. 2. προσεξεταζέτω.
(e) Προτιθείς. Coisl. 1. προτιμηθείς.
(f) Μετάγων. Quatuor Regg. Or. 2. &c. ἄγων.
(g) Καὶ μικρά. Duo Regg. & Or. 2. καὶ εἰ μικρά. Paſſ. κἂν μικρά.
(h) Τούτῳ. Or. 2. τοῦτο.
(i) Τρύχινον. Coisl. 1. τρίχινον.
(k) Ἠξιώθη γενέσθαι. Hæc deſunt in quinque Regg. Or. 2. & Paſſ.

γράμμα,

γράμμα, τῆς δὲ δημοσιεύων τὸ πνεῦμα, καὶ ποιῶν πλήρωσιν τοῦ κρυπτομένου νόμου, τὴν τοῦ φαινομένου κατάλυσιν.

A ternæ & visibilis legis eversionem, occultam legem implens.

ος. Εμιμήσατο Πέτρε τὸν ζῆλον, Παύλου τὸν τόνον, τῶν ὀνομασθῶν καὶ [a] μετωνομασμένων ἀμφοτέρων τὴν πίστιν· [b] τῶν υἱῶν Ζεβεδαίε τὸ μεγαλόφωνον· πάντων τῶν μαθητῶν τὸ εὐτελὲς καὶ ἀπέριττον. διὰ ταῦτά τοι καὶ κλεῖς ὐρανῶν πιστεύεται· κ᾽ ὐχ ὅσον ἀπὸ Ιερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ιλλυρικοῦ, μείζονα δὲ κύκλον τῷ Εὐαγγελίῳ περιλαμβάνει· καὶ υἱὸς βροντῆς, οὐκ ὀνομάζεται μὲν, γίνεται δέ· κ᾽ ἐπὶ τὸ στῆθος Ιησοῦ κείμενος, ἐκεῖθεν ἕλκει τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, καὶ τὸ βάθος τῶν νοημάτων. Στέφανος μὲν γὰρ ἐκωλύθη χρύσθαι, εἰ καὶ πρόθυμος ἦν, ἐπισχὼν αἰδοῖ τοὺς λιθάζοντας. ἔτι δὲ συντομώτερον εἰπεῖν ἔχω, ἵνα μὴ τοῖς καθ᾽ ἕκαστον ἐπεξίω περὶ τούτων. [c] ἐκεῖνος γὰρ, τὸ μὲν ἐξεῦρε τῶν καλῶν, τὸ δὲ ἐζήλωσε, τὸ δὲ ἐνίκησε. πρῶ δὲ δὴ πάντων ἐλθεῖν, τῶν νῦν πάντων ἐκράτησεν. ἓν ἐπὶ πᾶσιν ἐρῶ, καὶ σύντομον.

LXXVI. Imitatus est Petri zelum, Pauli constantiam & firmitatem, ac utriusque, tum nomine, tum nominis mutatione clarissimi, fidem: filiorum Zebedæi grandiloquentiam: Discipulorum omnium frugalitatem & superfluarum rerum contemptum. Propterea *claves etiam cælorum* ipsi committuntur; nec *ab Jerosolyma tantùm usque ad Illyricum*, sed majorem circulum Evangelio comprehendit; & filius tonitrui, non quidem nominatur, sed efficitur; atque ad Jesu pectus positus, illinc vim dicendi & sententiarum profunditatem haurit. Nam Stephanus fieri, quanquam id parato esset animo, prohibitus est; pudore nimirùm ac reverentiâ compresso lapidantium impetu. Atque etiam, ne singula persequar, de his rebus breviùs adhuc & compendiosiùs loqui possum. Ille enim bonorum, alia quidem invenit, alia æmulatus est, alia superavit. In quantum autem per omne virtutis genus grassatus est, omnibus nostræ memoriæ hominibus palmam præripuit. Unum ad omnia adjiciam, idque breve.

Petrus & Paulus. *Act.* IV. 8. *& seqq.* Jacobus & Joannes. *Matth.* XVI. 1. *Rom.* XV. 1. Stephanus. *Act.* VII. 58.

οζ. Τοσαύτη τοῦ ἀνδρὸς ἡ [d] ἀρετὴ, καὶ ἡ τῆς δόξης περιουσία, ὥστε πολλὰ καὶ τῶν ἐκείνου μικρῶν, ἤδη δὲ καὶ τῶν ζωματικῶν ἐλαττωμάτων ἑτέροις [e] εἰς εὐδοξίαν ἐπενοήθη. οἷον; ὠχρότητα λέγω, καὶ χρυσιάδα, καὶ βαδίσματος ἦθος, κ᾽ τὸ περὶ λόγον μὴ ῥᾴχειρον, σύννουν τε, ὡς τὰ πολλὰ, καὶ εἴσω [f] συννενευκός· ὃ τοῖς πολλοῖς μὴ καλῶς ζηλωθὲν, [g] μηδὲ νοηθὲν, σκυθρωπότης ἐγένετο· ἔτι δὲ εἶδος ἐσθῆτος, καὶ σκίμποδος σχῆμα, καὶ τρόπος βρώσεως, ὧν οὐδὲν ἐκείνῳ σπουδῆς ἦν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς [h] ἔχον, καὶ συμπίπτον ὡς ἔτυχε. καὶ πολλοὺς ἂν ἴδοις Βασιλείους [i] ἄχρι τῶ ὁρωμένου, τοὺς ἐν ταῖς σκιαῖς ἀνδριάντας· πολὺ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὸ τῆς ἠχοῦς ὑστερόφωνον. ἐκείνη μὲν γὰ, εἰ κ᾽ τὰ τελευταῖα τῆς φωνῆς, ἀλλ᾽ οὖν ἐναργέστερον ὑποκρίνεται· οἱ δὲ πλεῖον ἀπέχουσι τῶ ἀνδρὸς, ἢ ὅσον πλησιάζειν ἐπιθυμοῦσιν. ἐκεῖνο δὲ ὐκ ἔτι μικρὸν, ἀλλὰ καὶ μέγιστον εἰς φιλοτιμίαν εἰκότως, τὸ τυχεῖν ἐκείνῳ ποτὲ πλησιάσαντας, ἢ θεραπεύσαντας, ἤ τι κατὰ παιδιὰν ἢ σπουδὴν εἰρημένον ἢ πεπραγμένον, φέρειν

LXXVII. Tanta ipsius virtus gloriæque præstantia fuit, ut multa etiam ex parvis illius virtutibus, atque adeò ex corporeis defectibus, ab aliis, ad gloriam nominisque claritatem parandam, excogitata sint. Cujus generis sunt, pallor, barba, certus incedendi modus, tum etiam ad loquendum minimè promptum esse, sed ut plurimùm cogitabundum atque introrsùm collectum; id quod multi non rectè imitantes, nec animadvertentes, in odiosam quandam tristitiam inciderunt. Vestis etiam genus, & lectuli species, & cibi sumendi modus; quorum nihil ille studiosè adhibuit, sed simpliciter, & prout congruebat. Ac multos jam Basilios specie tenus videre licet, statuas nimirùm in umbris; multùm enim fuerit, si repetitam Echus vocem esse dixero. Nam illa, quamvis postremam duntaxat vocis partem, expressiùs tamen effingit: hi autem longiùs ab eo distant, quàm quantùm accedere concupiscunt. Illud verò non jam parvi, sed maximi etiam momenti ad gloriam haud immeritò existimatur, consuetudinem cum eo aliquandò habuisse, aut eum coluisse, aut quidpiam ab eo joco vel serio dictum aut factum, monimenti loco ferre; quemadmo-

Tanta erat de Basilio existimatio, ut quidam honori ducerent ipsius etiam naturæ nævos imitari.

(a) Μετωνομασμένων. *Quorum nomina mutata sunt.*
(b) Τῶν υἱῶν. Sic duo Regg. duo Coisl. & Herv. In Ed. τῶ υἱῶν.
(c) Ἐκεῖνος γάρ. Reg. ph. & Or. 2. ἐκεῖνος μὲν γάρ.
(d) Ἀρετή. Coisl. 1. addit, γέγονεν.
(e) Εἰς εὐδοξίαν &c. Sic olim quidam Aristotelis balbutiem, & Platonis gibbositatem imitabantur.
(f) Συννενευκός. Sic plures Regg. duo Coisl. & Par. In Ed. συννευκός.
(g) Μηδὲ νοηθέν. Hæc desunt in pluribus Regg. Coisl. 1. Chrys. Pass. &c.
(h) Ἔχον καὶ συμπίπτον. Sic Regg. a. bm. ph. duo Coisl. &c. In Ed. ἔχων καὶ συμπίπτων.
(i) Σκιαῖς. Reg. a. σκηναῖς, *tabernaculis.*

dùm ipſe quoque me hoc nomine ſæpè gloriatum eſſe ſcio : quoniam quæ ab illo velut obiter fiebant, multò præſtantiora atque illuſtriora erant, quàm ea in quibus alii elaborant.

Baſilius moriens fidiſſimis diſcipulis manum imponit. *II. Tim.* IV. 7. *Philip.* I. 23. *Deut.* XXXII. 49.

LXXVIII. Cùm autem *curſu conſummato, ac fide ſervatâ, diſſolutionis deſiderio teneretur*, tempúſque coronarum inſtaret, atque illud quidem non audiviſſet : *Aſcende montem, & morere ;* verùm, *Morere, atque ad nos aſcende :* hîc quoque miraculum edit, ſuperioribus haudquaquàm inferius. Nam cùm fermè mortuus & exanimis eſſet, maximáque ex parte vitâ perfunctus, circa extremos ſermones robuſtior fit, ut cum pietatis verbis abſcederet, ac fideliſſimis ſuis cultoribus ad Eccleſiaſticos gradus provehendis manum & Spiritum præberet ; ut ne ſacrario fraudarentur, quos diſcipulos atque in ſacerdotio adjutores habuerat. Ad ea quæ ſequuntur, gravatim quidem, ſed tamen ſe conferet Oratio, licèt aliis potiùs quàm nobis hic ſermo conveniat. Nec enim in dolore philoſophari queo, etſi, ut philoſopharer vehementer contenderim, dum mihi in animo verſatur commune detrimentum, & calamitas ea, quæ univerſum terrarum orbem invaſit.

Baſilii mors.

LXXIX. Jacebat ille extremos ſpiritus ducens, atque à cœleſti choro, ad quem jampridem oculorum aciem intendebat, expetitus. Effuſa autem circum eum erat tota civitas, jacturam hanc ægerrimè ferens, ac diſceſſum, perindè ut tyrannidem, accuſans, ejuſque animam, non ſecùs ac ſi retineri, atque vel manibus, vel precibus cogi poſſet, arripere ſtudens. Dementes enim eos dolor reddebat ; nec quiſquam erat, qui non aliquam vitæ ſuæ partem, ſi fieri poſſet, illius vitæ addere, paratus eſſet. Ut autem ceſſere, (oportebat enim eum mortalem deprehendi,) ipſe tandem hæc verba proferens : *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, inter Angelos, à quibus abducendus erat, animam lætus exhalavit ; non antè tamen quàm ſacro-ſanctâ doctrinâ eos, qui aderant, nonnihil inſtruxiſſet, extremíſque alloquiis meliores effeciſſet. Tum verò miraculum omnium, quæ unquam fuerunt, celeberrimum deſignatur.

Pſ. XXX. 6.

Baſilii funus.

LXXX. Efferebatur vir ſanctus, ſan-

A [a] Ἀπομνημόνευμα· ὥσπερ οὖν κἀγὼ πολλάκις οἶδα καλλωπισάμβυος· ἐπεὶ καὶ τὰ πάρεργα τοῦ ἀνδρὸς, τῶν πονουμένων ἑτέροις πολὺ τιμιώτερα καὶ περιφανέσ]ερα. a

οη. Ἐπεὶ δὲ τὸν δρόμον τελέσας, κὴ τὴν πίσ]ιν τηρήσας, ἐπόθει τὴν [b] ἀνάλυσιν, καὶ b
ὁ τῶν στεφάνων ἐνεισ]ήκει καιρὸς, κἀκεῖνο
μὲν οὐκ ἤκουσεν· εἰς τὸ ὄρος ἀνάβηθι, ⸓ τε-
λεύτα· τελεύτα δὲ, κὴ ἀνάβαινε πρὸς ἡμᾶς·
θαυματουργεῖ τι κἀνταῦθα τῶν προειρημένων
B ἀκ ἔλατ]ον. νεκρὸς γὰρ ὢν ἤδη σχεδὸν, κὴ ἄπνους,
κὴ τὸ τῦ βίυ πλεῖσον καταλελοιπὼς, εὐτονώ-
τερος γίνεται περὶ τὰς ἐξιτηρίους τῶν λόγων,
ἵνα τοῖς τῆς εὐσεβείας συναπέλθῃ ῥήμασι, κὴ
χειροτονίαις τῶν γνησιωτάτων αὐτῦ θεραπευ-
τῶν, τὴν χεῖρα δίδωσι κὴ τὸ Πνεῦμα· [c] ὥσ]ε c
μὴ ζημιωθῆναι τὸ βῆμα τὰς ἐκείνυ μαθητὰς,
κὴ τῆς ἱερωσύνης συλλήπ]ορας. τοῖς δὲ ἑξῆς,
οἰκεῖ μὲν προελθεῖν ὁ λόγος, [d] προσβήσεται d
δὲ ὅμως, εἰ καὶ ἄλλοις μᾶλλον ἡμῶν πρέ-
C πων ὁ λόγος. ἃ γὰρ ἔχω φιλοσοφεῖν ἐν τῷ
πάθει, καὶ εἰ σφόδρα φιλοσοφεῖν ἐσπούδακα,
τῆς κοινῆς μεμνημένος ζημίας, καὶ τοῦ κα-
τασχόντος πάθους τὴν οἰκουμένην.

οθ. Ἐκειτο μὲν ὁ ἀνὴρ τὰ τελευ]αῖα πνέων, καὶ πρὸς τῆς ἄνω χοροσ]ασίας ἐπιζη-
τούμενος, πρὸς ἣν ἐκ πλείονος ἔβλεπεν. [e] ἐγ- e
χεῖτο δὲ περὶ αὐτὸν πᾶσα ἡ πόλις, τὴν ζη-
μίαν ἀ φέροντες, κὴ τῆς ἐκδημίας, ὡς τυραννί-
δος, καταβοῶντες, καὶ τῆς ψυχῆς λαμβανό-
D μενοι, ὡς καθεκτῆς καὶ βιασθῆναι δυναμέ-
νης, ἢ χερσὶν, ἢ δεήσεσιν. ἐποίει γὰρ αὐτοὺς κὴ
πρὸς ἄφρονας τὸ πάθος· κὴ πεφυκέναί τι τῆς
[f] ἑαυτῶν ζωῆς ἕκασ]ος ἐκείνῳ, εἴπερ οἷόν τε f
ἦν, πρόθυμος ἦν. ὡς δὲ ἡτ]ήθησαν· ἔδει γὰρ
αὐτὸν ἐλεγχθῆναι ἄνθρωπον ὄντα· καὶ, [g] εἰς g
χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμα μου,
τελευταῖον εἰπὼν, τοῖς ἀπάγουσιν αὐτὸν Ἀγ-
γέλοις, οὐκ ἀπρὸς ἀναπέψυξεν· ἔσ]ιν ἃ τοὺς
παρόντας μυσ]αγωγήσας, καὶ βελτίους ποιή-
σας ταῖς ἐπισκήψεσι· τότε δὴ θαῦμα γίνε-
ται τῶν πώποτε [h] ῥηθέντων ὀνομασ]ότατον. h

π. Προεκομίζετο μὲν ὁ ἅγιος, χερσὶν ἁγίων

(*a*) Απομνημόνευμα. Reg. ph. *ὑπομνημόνευμα.*

(*b*) Ανάλυσιν. Sic plerique Codd. Sic etiam legit Bill. In Ed. *ἀνάβασιν, aſcenſum.*

(*c*) Ὥσ]ε μὴ ζημιωθῆναι τὸ βῆμα. *Ne ſacrarium*, id eſt, Ordo ſacerdotalis & Clerus, *iis defraudaretur, quos diſcipulos & ſacerdotii adjutores habuiſſet.* Germanus hîc videtur eſſe verborum Gregorii ſenſus. Sic etiam auctor noviſſimæ operum Baſilii Editionis interpretatur, Tom. III. in Baſil. vita. pag. 173. Hanc vir ſanctus cautionem habuit, ne idoneos miniſtros, longo uſu à ſe probatos, ſucceſſor Epiſcopus, non ſine magno Eccleſiæ damno, removeret, quod frequenter accidit.

(*d*) Προσβήσεται. In quibuſdam, *προβήσεται.*

(*e*) Ἐχεῖτο. In nonnullis, *ἰχεῖτο.*

(*f*) Ἑαυτῶν. Paſſ. *ἑαυτῦ.*

(*g*) Εἰς χεῖράς συ &c. Sic accuratè apud Nicetam verba græca diſtinguntur : *Ad extremum, cùm dixiſſet : In manus tuas commendo ſpiritum meum, haud ægrè Angelorum, à quibus abducendus erat, in manibus animam efflavit.* Non rectè Billius, qui hunc locum ſic reddit : *Atque ipſe ad Angelos eos, à quibus abducebatur, poſtremis his verbis habitis : In manus tuas commendo ſpiritum meum, animam lætus exhalavit*, quod profectò à Gregorii mente alienum eſt. Non enim Angelis, ut indicat Billii interpretatio, ſed Deo Baſilius animam ſuam moriens commendavit.

(*h*) Ῥηθέντων. Savil. *μνημονευομένων.*

ὑφούμενος· ὁπουδὴ δ' ἦν ἑκάστῳ, τῷ μὲν A
a κραςπέδου λαβέσθαι, [a] τῷ δὲ σκιᾶς, τῷ δὲ
τοῦ ἱεροφόρου σκίμποδος, καὶ ψαῦσαι μόνον·
b τί γὰρ ἐκείνου τοῦ [b] ἱερώτερόν τε καὶ
καθαρώτερον; τῷ δὲ τῶν ἀγόντων ἐλθεῖν
πλησίον, τῷ δὲ τῆς θέας ἀπολαῦσαι μόνης,
ὡς τι καὶ ἐκείνης πεμπούσης ὄφελος. πλήρεις
c ἀγοραὶ, στοαὶ, [c] διώροφοι, τριώροφοι, τῶν
ἐκεῖνον ὑποδεχομένων, ἡγουμένων, ἑπο-
μένων, παρεπομένων, ἀλλήλοις ἐμβαινόν-
των· μυριάδες γένους παντὸς, καὶ ἡλικίας B
ἁπάσης, οὐ πρότερον γινωσκόμεναι. ψαλμῳ-
δίαι θρήνοις ὑπερνικώμεναι, καὶ τὸ φιλόσο-
φον τῷ πάθει καταλυόμενον. ἀγὼν δὲ τοῖς
ἡμετέροις πρὸς τοὺς ἐκτὸς, Ἕλληνας, Ἰου-
δαίους, ἐπήλυδας· ἐκείνοις πρὸς ἡμᾶς, ὅστις
d πλέον [d] ἀποκλαυσάμενος, πλείονος μετάσχῃ
τῆς ὠφελείας. πέρας τοῦ λόγου, καὶ εἰς κίν-
e δυνον τελευτᾷ τὸ [e] πάθος· συναπελθουσῶν
αὐτῷ ψυχῶν οὐκ ὀλίγων, ἐκ τῆς τῶ ὠθισμῶ
βίας καὶ συγκλονήσεως· αἳ καὶ τῶ τέλους C
ἐμακαρίσθησαν, ὡς ἐκείνῳ συνέκδημοι, καὶ
θύματα ἐπιτάφια, τάχα ἄν τις εἴποι τῶν
f θερμοτέρων. [f] μόλις δὲ τὸ σῶμα διέφυγόν
τὰς ἁρπάζοντας, καὶ νικῆσαν τὰς προπομ-
πεύοντας, ἕτω τῷ τάφῳ τῶν πατέρων δίδο-
ται, καὶ προσλίθεται τοῖς ἱερεῦσιν [g] ὁ ἀρχιε-
g ρεὺς, τοῖς κήρυξιν ἡ μεγάλη φωνὴ, καὶ τοῖς
ἐμοῖς ὠσὶν ἔνηχος, ὁ μάρτυς τοῖς μάρτυσι.
h καὶ νῦν, ὁ μέν ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, κἀκεῖ τὰς
ὑπὲρ ἡμῶν, [h] ὡς οἶμαι, προσφέρων θυσίας, D
k i καὶ τῷ λαῷ [i] προσευχόμενος· ὃν δὲ [k] ἀπολι-
πὼν ἡμᾶς παντάπασιν ἀπολέλοιπεν. ἡμιθνὴς
δὲ Γρηγόριος καὶ ἡμίτομος, τῆς μεγάλης
ἀπερρωγὼς συζυγίας, καὶ βίον ἕλκων ὀδυνηρὸν,
l [l] καὶ οὐκ εὔδρομον, οἷον εἰκὸς τὸν ἐκείνῳ κε-
χωρισμένον, οὐκ οἶδα εἰς ὃ τελευτήσων μετὰ
τὴν ἐκείνου παιδαγωγίαν· ᾧ καὶ νῦν ἔτι νου-
θετοῦμαι, καὶ σωφρονίζομαι διὰ νυκτερινῶν
ὄψεων, εἴ ποτε τοῦ δέοντος ἔξω πέσοιμι. καὶ
οὐκ ἐγὼ μὲν ἕτω θρήνους ἀναμίγνυμι τοῖς
ἐπαίνοις, καὶ λογογραφῶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς
πολιτείαν, καὶ προτίθημι τῷ χρόνῳ κοινὸν
ἀρετῆς πίνακα, καὶ πρόγραμμα σωτήριον πά-
σαις ταῖς Ἐκκλησίαις, ψυχαῖς ἁπάσαις· πρὸς
ὃν βλέποντες, ἀπευθυνοδμεν τὸν βίον, ὡς νό-

ctorum virorum manibus elatus : unuſquiſque autem operam dabat, alius ut *fimbriam*, alius ut *umbram*, alius ut ſa- *Luc.* VIII. 44.
criferum lectulum arriperet, ac vel ſo- *Act.* V. 15.
lùm attingeret; (quid enim illo corpore ſanctius & purius?) alius ut propiùs ad eos, qui corpus ferebant, accederet, alius ut aſpectu ſolo frueretur, tanquam eo quoque utilitatis aliquid afferente. Plena erant fora, porticus, duplicia & triplicia tabulata, hominum deducentium, præeuntium, proſequentium, aſſectantium, ſeſe invicem prementium; multa millia omnis generis & ætatis ante eum diem incognita. Pſalmodiæ gemitibus cedebant, & animi conſtantia doloris magnitudine frangebatur. Certabant noſtri cum exteris, cum Ethnicis, Judæis, advenis; iique viciſſim nobiſcum, utris uberiores lacrymæ uberiorem utilitatem afferrent. Denique dolor ille in periculum deſiit. Multæ enim animæ ex vi protruſionis & compreſſionis unà cum eo exceſſerunt; quæ hujus finis nomine felices prædicatæ ſunt, ut diſceſsûs ipſius ſociæ, atque, ut ferventiorum quiſpiam dixerit, funebres victimæ. Cùm autem corpus vix rapientium manus effugiſſet, ac proſequentes ſuperaſſet, in parentum ſepulchro conditur, ac Sacerdotibus Sacerdotum princeps, Prædicatoribus magna vox, meiſque auribus inſonans, Martyribus martyr adjungitur. At nunc ille quidem in cœlis eſt, illic etiam, ni fallor, ſacrificia pro nobis offerens, & pro populo preces fundens; neque enim ita nos reliquit, ut prorsùs reliquerit. At ego media ex parte mortuus & diſſectus Gregorius, (utpotè à magno illo ſocio abruptus, atque acerbam & miſeram vitam trahens, ut conſentaneum eſt eum, qui ab eo disjunctus ſit,) haud ſcio, quemnam poſt illius diſciplinam finem nanciſcar; à quo nunc quoque per nocturnas viſiones admoneor, & caſtigor, ſi quandò ab officio receſſero. Nec verò ego quidem luctus laudibus adjungo, atque illius vitam Oratione pingo, ac tempori communem virtutis tabulam, ſalutiferúmque omnibus Eccleſiis, omnibúſque animabus exemplum propono; in quod, velut in vivam quandam legem, intuentes, vitam noſtram dirigemus: vobis autem, qui ab ipſo doctrinâ ſacrâ imbuti eſtis, quidquam aliud ſuaſerim, quàm ut eum ſemper ſpectetis, ac, tanquam ipſe,

Baſilius in cœlis ſacrificia pro vivis offert.

Nocturnis viſionibus Gregorium admonet.

(a) Τῷ δέ. Sic plerique Codd. In Ed. τὸ δέ.
(b) Ἱερώτερον. Paſſ. ἁγιώτερον.
(c) Διώροφοι. Reg. ph. & Paſſ. addunt, καί.
(d) Ἀποκλαυσάμενος. Sic plures Regg. & Colb. Or. 2. Paſſ. Nicet. & Billius ipſe. In Ed. ἀπολαυσάμενος.
(e) Πάθος. Nicet. πρᾶγμα. *Res in periculum deſinit.*
(f) Μόλις. Quatuor Regg. duo Coisl. Or. 2. &c. μόγις.
(g) Ὁ ἀρχιερεύς. Regg. a. c. d. & Or. 2. ὁ ἱερεύς. Nicetas ſic exponit: *Patri ſacerdoti, & avo Martyri ſub Maximino adjungitur.*
(h) Ὡς. Deeſt in Or. 2.
(i) Προσευχόμενος. Sic plerique Codd. In Coisl. 2. ὑπερευχόμενος. In Ed. προευχόμενος.
(k) Ἀπολιπών. Or. 2. ἀπολείπων.
(l) Καί. Paſſ. addit ὡς.

& vos videat, & à vobis videatur, Spiritu instruamini.

Omnes civitatis ordines compellat Orator.

LXXXI. Adeste jam, ac me circumsistite, omnis illius chorus, tam qui sacrarii estis, quàm qui inferioris ordinis; tam qui ex nostris, quàm qui ex exteris; encomium mecum conficite, alius aliam quampiam illius virtutem exponentes, & conquirentes: qui thronis insidetis, legislatorem; qui Rempublicam geritis, civitatis principem, ac velut conditorem; plebeii, moderatorem; litterarum studiosi, præceptorem; virgines, pronubum; conjugatæ, pudicitiæ magistrum; solitarii, eum qui vobis pennas addebat; cœnobiaci, judicem; simplices, itineris ducem; speculationis amantes, Theologum; hilares, frænum; calamitosi, solatium; senes, baculum; juvenes, pædagogum; pauperes, largitorem; locupletes, dispensatorem. Quin mihi quoque videntur & viduæ patronum suum laudaturæ, & orphani patrem, & pauperes pauperum amatorem, & peregrini hospitalem, & fratres fratrum amatorem, & ægrotantes medicum, cujuscunque volueris morbi & medicinæ, & sani sanitatis custodem; omnes denique eum, qui omnibus omnia factus est, ut omnes, aut certè quamplurimos, lucrifaceret.

Basilium alloquitur.

LXXXII. Habes hæc à nobis, Basili, hoc est, à lingua quondam tibi suavissima, atque honore & ætate æquali. Quæ si ad virtutis tuæ meritum propè accesserint, beneficium id tuum est; te enim fretus, hanc Orationem institui. Sin autem longè infra dignitatem & spem tuam substiterint, quid facerem, homo & senectute, & morbo, & tui desiderio confectus? Quanquam Deo quoque gratum est, quod pro viribus efficitur. Tu verò, sacrum & divinum caput, è cœlo nos, quæso, inspice, carnisque stimulum, à Deo nobis ad disciplinam datum, aut precibus tuis siste, aut certè, ut cum forti animo perferamus, persuade: atque omnem nostram vitam ad id, quod maxime conducibile est, dirige: nósque, posteaquàm ex hac vita migraverimus, illic quoque tabernaculis tuis excipe; ut simul viventes, & sanctam

μον ἔμψυχον· ὑμῖν δὲ συμβουλεύσαιμ' ἂν ἄλλό τι τοῖς τὰ ἐκείνου τετελεσμένοις, ἢ πρὸς αὐτὸν ἀεὶ βλέπειν, καὶ ὡς ὁρῶντος καὶ ὁρωμένου, πρὸς Πνεύματι καταρτίζεσθαι.

πα. Δεῦρο [a] δὴ περιστάντες με πᾶς a
ὁ ἐκείνου χορὸς, ὅσοι τοῦ βήματος, καὶ ὅσοι τῶν κάτω· ὅσοι τῶν ἡμετέρων, καὶ ὅσοι τῶν ἔξωθεν· τὴν εὐφημίαν μοι συνεργάζεσθε, ἄλλος ἄλλό τι τῶν ἐκείνου καλῶν διηγούμενοι, καὶ [b] ζητοῦντες· οἱ τῶν θρόνων, τὸν b
νομοθέτην· οἱ τῆς πολιτείας, τὸν πολιστήν· οἱ τοῦ δήμου, τὴν εὐταξίαν· οἱ περὶ λόγους, τὸν παιδευτήν· αἱ παρθένοι, τὸν νυμφαγωγόν· αἱ ὑπὸ ζυγὸν, τὸν ζωφρονιστήν· οἱ τῆς ἐρημίας, τὸν πλερωτήν· οἱ τῆς ἐπιμιξίας, τὸν δικαστήν· οἱ τῆς ἁπλότητος, τὸν ὁδηγόν· οἱ τῆς [c] θεωρίας, τὸν θεολόγον· οἱ ἐν εὐθυ- c
μίᾳ, τὸν χαλινόν· οἱ ἐν συμφοραῖς, τὴν παράκλησιν· τὴν βακτηρίαν, ἡ πολιά· τὴν παιδαγωγίαν, ἡ νεότης· ἡ πενία, τὸν
πριστήν· ἡ εὐπορία, τὸν οἰκονόμον. δοκοῦσί μοι καὶ χῆραι τὸν προστάτην ἐπαινέσεσθαι· καὶ ὀρφανοὶ, τὸν πατέρα· καὶ πλωχοὶ, τὸν φιλόπλωχον· καὶ τὸν φιλόξενον, οἱ ξένοι· καὶ ἀδελφοὶ, [d] τὸν φιλάδελφον· οἱ νοσοῦντες, d
τὸν ἰατρὸν, ἢν βούλει νόσον καὶ ἰατρείαν· οἱ ὑγιαίνοντες, τὸν φύλακα τῆς ὑγείας· οἱ πάντες, τὸν πάντα πᾶσι γενόμενον, ἵνα κερδάνῃ τοὺς πάντας, ἢ πλείονας.

πβ. Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν, [e] ὦ Βασίλειε, e
τῆς ἡδίστης σοί ποτε γλώττης, καὶ ὁμοτίμου, καὶ ἥλικος. εἰ μὲν τῆς ἀξίας ἐγγὺς, σὴ τόδε χάρις· σοὶ γὰρ θαῤῥῶν, τὸν περὶ σοῦ λόγον ἐνεστησάμην. εἰ δὲ πόῤῥω καὶ παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος, τί χρὴ παθεῖν, καὶ γήρᾳ, καὶ νόσῳ, καὶ τῷ σῷ πόθῳ [f] τετρυχωμένους; πλὴν f
καὶ Θεῷ φίλον τὸ κατὰ δύναμιν. σὺ δὲ ἡμᾶς ἐποπτεύοις ἄνωθεν, ὦ θεῖα καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, καὶ τὸν δεδομένον ἡμῖν [g] παρὰ g
Θεοῦ σκόλοπα τῆς ζαρκὸς, τὴν ἡμετέραν παιδαγωγίαν, ἢ στήσαις ταῖς σεαυτοῦ πρεσβείαις, [h] ἢ πείσαις καρτερῶς φέρειν· καὶ h
[i] τὸν πάντα βίον ἡμῖν διεξάγοις πρὸς τὸ i
[k] λυσιτελέστατον. εἰ δὲ μετασταίημεν, δέξαιο k
κἀκεῖθεν ἡμᾶς ταῖς [l] σεαυτοῦ σκηναῖς, ὡς ἂν l
ἀλλήλοις συζῶντες, καὶ συνεποπτεύοντες

(a) Δή. Reg. ph. addit ξυ.
(b) Ζητοῦντες. In quibusdam, ζηλοῦντες.
(c) Θεωρίας. Reg. ph. θεολογίας.
(d) Τὸν φιλάδελφον. Sic quinque Regg. Or. 2. Pass. & Comb. Deest τὸν in Ed.
(e) Ω Βασίλειε. Reg. ph. addit ἐρανοφάντορ, *O Basilii altissimè resplendens.*
(f) Τετρυχωμένους. Sic plures Regg. duo Coisl. &c. In Ed. & in nonnullis Codd. τετρυχωμένος.
(g) Παρὰ Θεοῦ. Sic duo Regg. Or. 2. Pass. &c. In Ed. περὶ Θεοῦ.
(h) Ἢ πείσαις. Comb. ἢ καὶ νῦν πείσαις.
(i) Τὸν πάντα. Comb. τὸν πάροντα, *præsentem.*
(k) Λυσιτελέστατον. Or. 2. λυσιτελέστερον.
(l) Σεαυτοῦ. Or. 2. ἑαυτοῦ.

τὴν ἁγίαν

τὴν ἁγίαν καὶ μακαρίαν Τριάδα, καθαρώτερόν τε καὶ τελεώτερον, ἧς νῦν μετρίως δεδέγμεθα τὰς ἐμφάσεις, ἐνταῦθα στήσωμεν τῆς ἐφέσεως, καὶ ταύτην λάβοιμεν,
a ὧν πεπολεμήκαμεν καὶ [a] πεπολεμήμεθα, τὴν ἀντίδοσιν. Σοὶ μὲν οὖν οὗτος παρ' ἡμῶν ὁ λόγος· ἡμᾶς δὲ τίς ἐπαινέσεται μετὰ σὲ τὸν
c b βίον [b] ἀπολείποντας; εἰ καί τι ὠφελήσομεν ἐπαίνου τοῖς λόγοις ἄξιον, [c] ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· Ἀμήν.

ac beatam Trinitatem, cujus nunc exiguam ſpeciem & imaginem accepimus, puriùs pleniúſque cernentes, deſideriis noſtris finem ſtatuamus, ac bellorum eorum, quæ intulimus, vel pertulimus, hoc præmium referamus. Atque hanc quidem à nobis Orationem habes: nos autem, vitam poſt te cum morte commutantes, quis laudaturus eſt? ſi quid tamen laude dignum habeamus, quod Orationi ſuppeditare poſſimus, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula. Amen.

(a) Πεπολεμήμεθα. Coisl. 1. πολεμήμεθα.
(b) Ἀπολείποντας. Tres Regg. &c. ἀπολιπόντας.
(c) Ἐν Χριστῷ &c. Hæc & ſequentia deſunt in pleriſque Codd.

MONITUM

IN ORATIONEM QUADRAGESIMAM-QUARTAM.

Orationis argumentum.

I. *In hac Oratione, quæ* in novam Dominicam *inscribitur, Redemptionis nostræ Encænia laudibus exornat Gregorius. Primùm statuit, quàm vetus sit illa lex, quâ Encæniorum celebritas præscribitur; ac plurimis subindè Scripturarum testimoniis ostendit, quanti nostrâ referat, ut festivitatem illam humili corde ac purâ mente celebremus. Encænia siquidem spectanda sunt, ut typus, seu figura innovationis nostræ, quâ à peccati vetustate ad Gratiæ novitatem translati sumus. Per hanc enim innovationem, novæ creaturæ efficimur; ac proindè Encæniorum festum agitantes, salutis quoque nostræ Encænia colimus. Hinc Christianos omnes hortatur, ut, depositio veteri homine, in vitæ novitate ambulent. Deindè ex variis tempestatum conversionibus, quæ certo & constanti motu sibi mutuò succedunt, atque innovantur, renovationis nostræ exemplum desumit, moxque ornatâ & eleganti descriptione, Veris amænitatem prædicat. Paucis demùm de sancto Martyre Mamante prolatis, rursùs omnium animos excitat, ut, in hac vita præclarè mutati & innovati, ad novam vitam, in qua*

Just. Concil. t. v. p. 695. Leont. Bibl. Patrum Lugd. t. ix. p. 681. Cotel. t. iii. Monum. Græcorum p. 701.

suave ac sempiternum Ver efflorescit, transmitti mereantur. Cognita & laudata fuit hæc Oratio à veteribus, imprimis à Justiniano & Leontio Byzantino. Imò sanctus Nilus depromptam ex istius Orationis numero septimo sententiam, ipse quoque suis honorificè intexuit. Nam de ira *agens, sic loquitur:* Ira, quemadmodùm ait ille magnus in Theologia vir Gregorius, tibi sit contra solum serpentem, quo periisti.

Quo tempore, quove in loco dicta hæc Oratio. Nicet. Arg. in hanc Or.

II. *Non liquidò constat, utrùm Gregorius, ante, vel post suum ex urbe Constantinopoli reditum, hanc Orationem pronunciaverit. Eam affirmat Nicetas* Nazianzi dictam, in sancti Martyris Mamantis templo, urbi proximo, *cujus festum tunc temporis, & ad usque Nicetæ ætatem, in Dominica Paschati proxima, quam Græci* novam Dominicam *appellant, mirâ incolarum frequentiâ celebrabatur. Hanc opinionem confirmare videntur hæc Theologi verba:* Nunc Martyres sub dio populum retinent. Or. xliv. n. 12. *Quæ exponens Nicetas, addit:* Partim propter vernale tempus, hyemalis tristitiæ nihil habens; partim ob concurrentium multitudinem, quæ tanta est, ut domus eos, nec tegere, nec suscipere queant. Nicetas, Comm. in hanc Or. *Istam Interpretis sententiam, quoad locum, libenter amplectimur. Verùm non ita facilè ex eodem Interprete conjicere possumus, quo anno habita fuerit hæc Oratio. Idem enim Nicetas ex his Theologi verbis:* Quo ex numero (*Martyrum*) unus quoque est meus ille laureatus Mamas; meus enim, etsi non apud me; faceſſat invidia *&c. concludit, præsente Basilio pronunciatam fuisse. Addit enim:* Cæterùm, quia præsente Basilio Magno hanc Orationem habebat Gregorius, propterea scitè adjunxit: Faceſſat invidia; quasi diceret: Ne mihi succenseas, divine Basili, si quod tuum est, mihi benevolentiæ affectu vindico meumque nomino. *Verùm profectò*

Or. xliv. n. 12.

Nicetas, Comm. in hanc Or.

nonnihil aſperitatis nobis redolere videtur iſta doctiſſimi viri interpretatio; nec intelligere poſſumus, quo pacto hæc Theologi verba, (Faceſſat invidia,) ad præſentem Baſilium referri poſſint. Num igitur Baſilium erga amicum invidiæ motibus affectum credemus, aut ſuſpicabimur? Num Gregorius ipſe tam injurioſa de amico perſenſerit? Abſit, ut tantorum virorum gloriam vel leviſſimâ livoris nebulâ obſcuremus. Libenti potiùs animo fateamur, nihil ex hac Oratione elici poſſe, quod certò tempus, quo habita fuerit, deſignet. Non enim citata verba ad Baſilium referenda exiſtimamus. Illum certè, ſi interfuiſſet, de more compellaſſet Gregorius. Conjicimus igitur cum Tillemontio, ad annum *383. collocari poſſe; quamvis non diffiteatur vir doctus potuiſſe ante Gregorii ſenioris obitum pronunciari. Hinc non malè concludendum putamus, Orationem iſtam habitam fuiſſe 16. Aprilis anni 383. in quo Paſcha 9. ejuſdem menſis incidebat.*

Till. t. IX. §. XCIV. p. 529.

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΑΙΝΗΝ [a] ΚΥΡΙΑΚΗΝ. IN NOVAM DOMINICAM.

ΛΟΓΟΣ μδ.

ORATIO QUADRAGESIMA-QUARTA.

Aliàs 43. *quæ autem* 44. *erat, nunc* 41.

Habita 16. Aprilis anni 383, in Eccleſia S. Mamantis prope Nazianzum.

Lex vetus de Encæniis honorandis conſtituta, & Scripturarum teſtimoniis confirmata.

α. [b] ΕΓΚΑΙΝΙΑ τιμᾶσθαι, παλαιὸς νόμος, καὶ καλῶς ἔχων· μᾶλλον δὲ, τὰ νέα τιμᾶσθαι δι' ἐγκαινίων· καὶ τοῦτο, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ἑκάστης τοῦ ἐνιαυτοῦ περιτροπῆς τὴν αὐτὴν ἡμέραν [c] ἐπαγούσης, ἵνα μὴ [d] ἐξίτηλα τῷ χρόνῳ γένηται τὰ καλὰ, μηδὲ παραῤῥυῇ λήθης βυθοῖς ἀμαυρούμενα. ἐγκαινίζονται μὲν πρὸς Θεὸν νῆσοι, [e] τῷ Ησαΐᾳ ὥσπερ ἀνέγνωμεν, ἅς τινας δὴ τὰς νήσους ταύτας ὑπολητέον· οἶμαι δὲ τὰς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίας ἄρτι καθισταμένας, καὶ τῆς ἁλμυρᾶς ἀπιστίας ἀνακυπτούσας, καὶ πῆξιν λαμβανούσας, τῷ Θεῷ βάσιμον. ἐγκαινίζεται δὲ τεῖχος χαλκοῦν, παρ' ἄλλῳ Προφήτῃ· [f] οἶμαι δὲ, ψυχὴ σιδηρᾶ, καὶ [f] χρυσοειδὴς, καὶ [g] ἀρτιπαγὴς [g] εἰς εὐσέβειαν. ᾄδειν δὲ τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν κελευόμεθα, [h] εἴτε οἱ εἰς Βαβυλῶνα, καὶ τὴν πονηρὰν σύγχυσιν [i] κατασυρέντες ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, [i] ἔπειτα πρὸς τὴν Ιερουσαλὴμ ἀνασωθέντες· κἀκεῖ μὲν οὐ δυνάμενοι τὴν θείαν ᾄδειν ᾠδὴν, ὡς ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, ἐνταῦθα δὲ νέαν ᾠδὴν

A I. DE Encæniis honorandis lex vetus eſt, eáque præclarè conſtituta; vel potiùs, de rebus novis per Encænia honore complectendis; ídque non ſemel, verùm ſæpiùs, nimirùm quâlibet anni converſione diem eundem advehente, ne alioqui res pulchræ progreſſu temporis evaneſcant, atque oblivionis gurgite obſcuratæ dilabantur. *Innovantur* quidem *ad Deum inſulæ*, quemadmodùm apud Iſaiam legimus, quæcumque tandem illæ inſulæ exiſtimandæ ſunt; ut autem ipſe opinor, B Gentium Eccleſiæ recèns conſtitutæ, atque ex ſalſa & amara infidelitate emergentes, ac firmitatem accipientes, Dei inceſſibus aptam & congruentem. Innovatur etiam, apud alium Prophetam, *murus æreus;* hoc eſt, ni fallor, anima firma & aurea, recénſque ad pietatem compacta. Præterea, *canticum novum Domino canere* jubemur, tam qui in Babylonem pravamque confuſionem à peccato pertracti, ac deindè in Jeruſalem incolumes reverſi ſumus; (atque illic quidem, ut *in terra aliena*, canticum divinum canere minimè poteramus, hîc autem novam cantionem, vitæque rationem inſtituimus;) quàm qui in virtute perſtitimus, novóſque ſubindè in ea progreſ-

Iſai. XLII. 1.

Jerem. I. 18.

Pſ. CXLIX. 1.

Pſ. CXXXVI. 4.

(*a*) Κυριακήν. Nonnulli addunt, καὶ εἰς τὸ ἔαρ, καὶ εἰς τὸν μάρτυρα Μάμαντα· τῇ γὰρ νέᾳ κυριακῇ ἐπιτελεῖται ἡ μνεία αὐτῶ ἐν Καισαρείᾳ. *In novam Dominicam, & in Ver, & in Martyrem Mamantem; in nova enim Dominica, ipſius memoria Cæſareæ celebratur.*

(*b*) Εγκαίνια. *Encænia.* Hoc nomine ſignificatur dedicatio cujuſcumque rei; ſeu feſtum quo qualiſcumque res innovatur, ſive templum, ſive domus &c. Sacer erat apud Judæos dies Encæniorum, ob memoriam inſtaurati templi poſt captivitatem.

(*c*) Επαγούσης. Duo Regg. quinque Colb. &c. ἐπανα-γούσης, *reducente.*

(*d*) Εξίτηλα. Ea dicuntur propriè, juxta Nicetam, quæ florem amiſerunt.

(*e*) Τῷ Ησαΐᾳ. In Septuaginta legitur: Εγκαινίζεσθε πρὸς μὲ νῆσοι. *Innovamini ad me inſulæ.* Vulgata: *Taceant ad me inſulæ.*

(*f*) Χρυσοειδὴς. *Auri colorem referens.* Suſpicatur Combefiſius Gregorium ſcripſiſſe Χαλκοειδὴς, *æris firmitatem habens.* Nec immeritò, hanc enim vocem exigit Metaphora.

(*g*) Εἰς. In nonnullis, πρός.

(*h*) Εἴτε οἱ. Sic quinque Regg. duo Coisl. Or. 1. & Comb. In Ed. deeſt οἱ.

(*i*) Επειτα πρὸς τὴν Ιερουσαλὴμ ἀνασωθέντες. Hæc deſunt in Paſſ.

fus facimus ; cujus virtutis muneribus , A sancti & innovatoris Spiritûs ope, jam perfuncti ſumus , ac etiam nunc fungimur.

καὶ πολιτείαν ἱστάμενοι· εἴτε οἱ μείναντες ἐν τῷ καλῷ , καὶ προκόπτοντες· καὶ τὸ μὲν κατορθωκότες ἤδη , τὸ δὲ κατορθοῦντες , ᾧδε τοῦ [a] ἁγίου καὶ καινοποιοῦ Πνεύματος. a

Encæniorum ſolemnitas, ſacrarum ædium cordiſque innovationem complectitur.

II. Tum etiam *tabernaculum teſtimonii* innovatur, & quidem magnificis ſumptibus , quod Deus oſtendit, & Beſeleel confecit, & Moyſes fixit. Jam regnum quoque Davidi innovatum eſt, neque id ſemel , ſed priùs *cùm ungeretur*, ac poſteà , *cùm Rex ſalutaretur. Facta ſunt* etiam *Encænia Jeroſolymis , & hyems erat* , nimirùm infidelitatis , Jesúſque aderat, Deus & templum , Deus tempore omni antiquior , & templum recèns factum , uno eodémque die ſolutum , ac tertio pòſt die excitatum , atque in ſæcula manens , ut ipſe ſalutem conſequar , atque à veteri lapſu revocer , ac per hujuſmodi beneficium inſtauratus , nova creatura efficiar. Quin divinus quoque David *cor mundum in ſe creari , ac ſpiritum rectum in viſceribus innovari* poſtulat , non quòd non habeat ; (quis enim habere poſſit , ſi tantus vir eo careat?) ſed quòd pro novo id ducat , quod nunc quotidiè accreſcit. Sed quid mihi plura Encænia colligere neceſſe eſt , cùm præſentia declarare promptum ſit , eáque , quæ hodierno die , vitæ poſt mortem adjuncti , celebramus? Encænia , Encænia , hoc feſtum eſt , Fratres. Identidem enim hoc verbum præ voluptate repetatur. Et quænam illa? Qui ſcitis , docete : qui ñeſcitis , auribus innovemini.

Exod. xxxi. 7. *&* xxxv. 30. *&* ſeqq.
I. Paralip. xi. 3. *&* ſeqq.
Joan. x. 22.
Pſ. l. 12.

β. Ἐγκαινίζεται δὲ ἡ σκηνὴ τῆ μαρτυρίᾳ, καὶ λίαν πολυτελῶς , ἣν Θεὸς παρέδειξε , καὶ Βεσελεὴλ ἐτελείωσε , καὶ Μωσῆς ἐπήξατο. ἐγκαινίζεται δὲ ἡ βασιλεία Δαβὶδ , καὶ οὐχ ἅπαξ , ἀλλὰ χριομένου τὸ πρότερον , καὶ ἀναγορευομένου τὸ δεύτερον. ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν Ιεροσολύμοις, B [b] καὶ χειμὼν ἦν , ὁ τῆς ἀπιστίας , καὶ Ιησοῦς b παρῆν , ὁ [c] Θεὸς καὶ ναὸς , Θεὸς αἰώνιος , c ναὸς πρόσφατος , [d] ὁ αὐθημερὸν λυόμενος , d καὶ τριήμερος ἀνιστάμενος , καὶ μένων εἰς τοὺς αἰῶνας , ἵν' ἐγὼ ζωθῶ , καὶ τοῦ παλαιοῦ πλώματος [e] ἀνακληθῶ , καὶ γένωμαι καινὴ κτίσις , δι' ἧς τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας ἀναπλατύομενος. ἐπιζητεῖ δὲ ὁ θεῖος Δαβὶδ καρδίαν καθαρὰν ἐν ἑαυτῷ C κτιζομένην , καὶ Πνεῦμα εὐθὲς τοῖς ἐγκάτοις ἐγκαινιζόμενον· οὐχ ὡς οὐκ ἔχων , τίς γὰρ , εἰ μὴ Δαβὶδ ὁ τοσοῦτος ; ἀλλ' ὡς καινὸν γινώσκων τὸ νῦν [f] ἀεὶ προστιθέμενον. e
καὶ τί δεῖ μοι πλειόνων ἐγκαινίων , ἐνὸν τὰ παρόντα γνωρίσαι , καὶ ἃ σήμερον [g] πανηγυρίζομεν , τῇ ζωῇ μετὰ θάνατον πλησιάσαντες ; ἐγκαίνια , ἐγκαίνια [h] ἡ πανήγυρις , h
ἀδελφοί. λεγέσθω γὰρ πολλάκις ὑφ' ἡδονῆς. καὶ τίνα ταῦτα ; οἱ μὲν εἰδότες , διδάξατε · D οἱ δὲ ἀγνοοῦντες, τὴν ἀκοὴν ἐγκαινίζεσθε.

Deus lumen primum & inacceſſibile.

III. Lumen erat inacceſſibile , ac ſucceſſioni minimè obnoxium , Deus , nec principium habens , nec finem habiturum , nec in dimenſionem cadens , perpetuo fulgore rutilans , trino ſplendore micans, atque ejuſmodi , ut paucis , imò ne paucis quidem , perſpicua ſit ipſius magnitudo. Secunda autem lumina , primíque Luminis radii , Virtutes ipſum circumſtantes , atque adminiſtri Spiritus. At noſtrum lumen , non modò ſeriùs ortum habuit , ſed etiam nocte ſcinditur , noctémque viciſſim æquis E partibus ſecat , oculis concreditum , ac per aërem fuſum , atque id , quod dat , accipiens. Nam oculis liberam cernendi facultatem præbet , & primum ab oculis cernitur , rebúſque iis , quæ ſub aſpectum

Angeli ſecundum lumen , ſeu, radii primi luminis.

Tertium lumen , Sol viſibilis.

γ. [i] Φῶς ἦν ἀπρόσιτον , καὶ ἀδιάδοχον , i
ὁ Θεὸς , οὔτε ἀρξάμενον , οὔτε παυσόμενον , οὔτε μετρούμενον , ἀειλαμπὲς , τριλαμπὲς , ὀλίγοις ὅσον ἐστὶ θεωρούμενον , οἶμαι δὲ , οὐδὲ ὀλίγοις. καὶ φῶτα δεύτερα , τοῦ πρώτου φωτὸς ἀπαυγάσματα , αἱ περὶ αὐτὸν Δυνάμεις , καὶ τὰ λειτουργικὰ Πνεύματα. τὸ δὲ παρ' ἡμῖν τοῦτο φῶς , οὐχ ὕστερον ἤρξατο μόνον , ἀλλὰ καὶ νυκτὶ τέμνεται , καὶ τέμνει νύκτα [k] ἰσομοιρίᾳ , k
ὄψει πιστευθὲν , καὶ ἀέρι [l] χυθὲν , καὶ l
λαμβάνον ὃ δίδωσιν. ὁρᾷν τε γὰρ ὄψει παρέχει , καὶ πρῶτον ὁρᾶται [m] παρὰ τῆς m
ὄψεως , καὶ τοῖς ὁρατοῖς περιῤῥέον , [n] παῤῥη- n

(*a*) Ἁγίου. Deeſt in quatuor Regg. &c.
(*b*) Καὶ χειμών. Sic quatuor Regg. Paſſ. Comb. & Joan. x. 22. Deeſt καί in Ed.
(*c*) Θεὸς καὶ ναός &c. In nonnullis , Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· Θεὸς ὑπερχρόνιος , ἄνθρωπος πρόσφατος. *Deus & homo; Deus omne tempus ſuperans , homo recèns dictus.*
(*d*) Ο αὐθημερόν. Alludit ad hæc verba Joan. ii. 19. *Solvite templum hoc , & in tribus diebus excitabo illud.*
(*e*) Ἀνακληθῶ. In quibuſdam , ἀνακαινισθῶ , *innover.*
(*f*) Ἀεί. Deeſt in quinque Regg. duodecim Colb. Paſſ. &c.
(*g*) Πανηγυρίζομεν. Regg. bm. ph. &c. πανηγυρίζομενοι. Comb. ἑορτάζομεν.
(*h*) Η πανήγυρις. Unus Colb. ἡ παροῦσα πανήγυρις, *præſens feſtivitas.*
(*i*) Φῶς ἦν. Nicetas , quem ſequitur Billius , φῶς ἓν , *lumen unum.*
(*k*) Ισομοιρίᾳ. Reg. ph. ἐν ἰσομοιρίᾳ.
(*l*) Χυθέν. Quatuor Regg. Paſſ. Savil. &c. χεθέν.
(*m*) Παρά. Or. i. διά.
(*n*) Παρρησίαν. Nicetas exponit , φανέρωσιν , *manifeſtationem.*

σίαν

εἶαν χαρίζεται. βουληθεὶς γὰρ ὁ Θεὸς τόνδε τὸν κόσμον συστήσασθαι, τὸν ἐξ ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων συνεστηκότα, τὸν μέγαν καὶ
a θαυμαστὸν τῆς μεγαλειότητος [a] αὐτοῦ κήρυκα, τοῖς μὲν ἀϊδίοις αὐτός ἐστι φῶς, καὶ
b οὐκ [b] ἄλλο. τί γὰρ ἔδει φωτὸς δευτέρου τοῖς τὸ μέγιστον ἔχουσι; τοῖς κάτω δὲ καὶ περὶ ἡμᾶς, πρώτην ἐκλάμπει τὴν τοῦ φωτὸς τούτου δύναμιν. καὶ γὰρ ἔπρεπε τῷ μεγάλῳ φωτὶ, τῆς δημιουργίας ἐκ φωτὸς ἄρξασθαι, ᾧ λύει τὸ σκότος, καὶ τὴν ἐπέχουσαν τέως ἀκοσμίαν καὶ ἀταξίαν.

cadunt, circumfusum, fiduciam affert. Nam cùm Deus hunc ex visibilibus & invisibilibus rebus constantem mundum, hunc, inquam, magnum & admirabilem majestatis suæ præconem, fingere ac construere voluisset, Æternis quidem nullum aliud lumen quàm seipsum præbuit. Quid enim secundo lumine opus iis erat, qui maximum habebant? Inferioribus autem atque humanis primam hujus luminis vim protulit. Conveniebat quippè magno Lumini, opificium suum à lumine auspicari, quo tenebras, vastámque illam rerum congeriem & confusionem omnia occupantem, solvit ac depellit.

Primitivum lumen, incorporeum, nec à Sole productum.

δ'. Καὶ τοῦτο οὐκ ὀργανικὸν ἀπ' ἀρχῆς ἀναδείξας, οὐδὲ ἡλιακὸν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος,
c ἀλλ' ἀσώματον, [c] καὶ ἀνήλιον· ἔπειτα δὲ καὶ ἡλίῳ δοθὲν, καταφωτίζειν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ἐπειδὴ γὰρ τοῖς ἄλλοις τὴν ὕλην προϋποστήσας, εἰδοποίησεν ὕστερον, ἑκάστῳ τάξιν, ἢ σχῆμα, ἢ μέγεθος περιθεὶς, ἵνα θαυματουργήσῃ τι μεῖζον, ἐνταῦθα τὸ εἶδος τῆς ὕλης προϋπεστήσατο· εἶδος γὰρ ἡλίου τὸ φῶς· μετὰ δὲ τοῦτο τὴν ὕλην ἐπάγει, τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ἡμέρας δημιουργήσας τοῦτον τὸν ἥλιον. οὕτω τὸ πρῶτον ἐν ἡμέραις ἀριθμεῖται, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τῆς ἑβδόμης καὶ καταπαυσίμου τῶν ἔργων ἡμέρας, αἷς
d καταμερίζεται τὰ [d] γινόμενα, λόγοις ἀῤῥήτοις τασσόμενα, καὶ οὐκ ἀθρόως ἀνα-
e διδόμενα τῷ πάντα δυνατῷ Λόγῳ, [e] καὶ ᾧ τὸ νοῆσαι μόνον, ἢ εἰπεῖν, ἔργον ἐστὶ παριστάμενον. εἰ δὲ τελευταῖος ὁ ἄνθρωπος ἀνεδείχθη, καὶ ταῦτα χειρὶ Θεοῦ καὶ εἰκόνι τετιμημένος, θαυμαστὸν οὐδέν. ἔδει γὰρ, ὥσπερ βασιλεῖ, προϋποστῆναι τὰ βασίλεια, καὶ οὕτως εἰσαχθῆναι τὸν βασιλέα πᾶσιν
f ἤδη δορυφορούμενον. [f] εἰ μὲν οὖν ἐμείναμεν, ὅπερ ἦμεν, καὶ τὴν ἐντολὴν ἐφυλάξαμεν, ἐγενόμεθα ἂν ὅπερ οὐκ ἦμεν, τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς προσελθόντες, μετὰ τὸ ξύλον τῆς γνώσεως· καὶ τί γεγονότες; ἀπαθανα-
g τισθέντες, καὶ Θεῷ πλησιάσαντες. [g] ἐπεὶ δὲ τῷ φθόνῳ τοῦ πονηροῦ, θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ ὑφεῖλε δι' ἧς τῆς ἀπάτης τὸν ἄνθρωπον, δι' τοῦτο τῷ ἡμετέρῳ πάθει

IV. Nec verò id organicum à principio, nec, meâ quidem sententiâ, solare protulit, verùm incorporeum, nec à Sole productum; sed posteà ad orbem terrarum illustrandum Soli traditum est. Nam cùm in aliis rebus hanc rationem tenuisset, ut materiam priùs conderet, ac deindè eam formâ convestiret, ordine videlicet, figurâ, ac magnitudine unicuique rei impositis, hîc, ut majoris cujusdam miraculi specimen ederet, formam materiâ priorem protulit; (forma enim Solis, lumen est;) ac posteà materiam induxit, Solem hunc nimirùm, diei oculum, fabricatus. Ita procreato lumine, primum quiddam inter dies numeratur, & secundum, & tertium, ac sic deinceps usque ad septimum operumque cessationis diem, quibus ea, quæ creata sunt, dividuntur ac distinguuntur, arcanis rationibus ordinata & constituta, nec confertim in rerum naturam ab omnipotenti illo Verbo producta, cujus sola etiam cogitatio, vel solus sermo, confectum opus repræsentat. Quòd si homo postremus creatus est, idque cùm Dei manu atque imagine ornatus sit, nemini mirum videri debet. Construendum enim priùs, tanquam Regi, palatium erat, atque ita Rex introducendus, omni jam suo satellitio stipatus. Quòd si, quod eramus, permansissemus, ac præcepto paruissemus, effecti utique fuissemus, quod non eramus, atque ad lignum vitæ post scientiæ lignum accessissemus. Quid autem effecti? Immortales, ac Deo propiùs adjuncti. Quoniam autem Diaboli invidiâ mors in mundum intravit, hominémque per fraudem illexit ac circumvenit, idcircò Deus passione nostrâ patitur, nimirùm homo factus, eóque paupertatis sese dejicit, ut caro compingatur, quò nos

Cur homo postremus à Deo creatus.

Cur Deus homo factus.

(a) Αὐτῦ. Duo Colb. Comb. &c. ἑαυτῦ.
(b) Ἄλλο. Tres Regg. quatuor Colb. & Comb. ἄλλος.
(c) Καὶ ἀνήλιον. Bill. & *Solis expers.*
(d) Γινόμενα. Regg. c. d. ph. Savil. &c. γενόμενα.
(e) Καὶ ᾧ τό. In nonnullis, ᾧ καὶ τό.
(f) Εἰ μὲν οὖν ἐμείναμεν &c. Hunc locum sic exponit Nicetas: *Homo, nec actu mortalis, nec immortalis creatus est; verùm medius inter Deum & materiam factus, in ea causa erat, ut, si divino præcepto paruisset, Deo uniretur, atque in immortalitatem assereretur. Sin autem legem infregisset, morti obnoxius efficeretur, ac pro impassibili, passibilis, pro immortali, mortalis fieret.*
(g) Ἐπεὶ δὲ τῷ φθόνῳ. Sic tres Regg. tres Colb. Pass. &c. In Ed. ἐπεὶ γὰρ φθόνῳ.

ejus paupertate ditemur. Hinc mors, & sepultura, & resurrectio. Hinc nova creatura, & festum festo succedens, ac rursùs ego festum diem agito, salutis meæ Encænia celebrans.

πάσχει Θεὸς, γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ πλωχεύει [a]τῷ Ϛάρξ παγῆναι, ἵν' ἡμεῖς τῇ a
ἐκείνου πλωχείᾳ πλουτήσωμεν. ἐντεῦθεν θάνατος, καὶ ταφὴ, καὶ ἀνάστασις. ἐντεῦθεν ἡ καινὴ κτίσις, καὶ μεθέορτος ἑορτὴ, καὶ πάλιν ἐγὼ πανηγυριστὴς, ἐγκαινίζων [b]τὴν b
ἐμαυτοῦ Ϛωτηρίαν.

Nova Dominica, dominicæ Resurrectionis Encænium.

V. Quid igitur, dixerit quispiam? Nonne prima Dominica Encænium erat, ea, inquam, quæ sacro-sanctam illam noctem, & luminum gestationem excepit? Quid igitur hodiernæ Dominicæ hoc tribuis, ô festorum amans, & permulta festorum gaudia comminiscens? Respondeo. Illa salutifera erat, hæc salutis Natale: illa erat sepulturæ & resurrectionis confinium, hæc secundæ omninò creationis est; ut, quemadmodùm prima creatio initium à Dominica die accepit; (id quod ex eo perspicuè liquet, quòd septimus ab ea dies Sabbatum efficitur, quòd ab operibus requiem affert;) sic etiam rursùs secunda ab eadem Dominica incipiat, ut quæ prima sit earum, quæ ipsam sequuntur, atque octava ab iis diebus, qui antè fluxerunt, sublimi utique sublimior, & admirabili admirabilior. Ad supernæ siquidem vitæ statum spectat; quem etiam mihi divinus ille Salomon designasse videtur, cùm præscriberet, ut partem *septem* daremus, id est, huic vitæ; atque etiam *octo*, hoc est, futuro ævo. Id porrò fiet, si & hîc honestis actionibus incubuerimus, & in altero sæculo velut in integrum restituti fuerimus. Quin magnus etiam ille David eidem diei Psalmos *de octava* accinere videtur, quemadmodùm & huic Encæniorum diei Psalmum alium nuncupat, *Innovationem quandam domûs* nominans: quæ quidem domus ipsi sumus, qui Dei templum, & esse, & dici, atque adeò fieri, digni habiti sumus.

Eccle. XI. 2.

Ps. VI. XI. *&c.*

Ps. XXIX.

ε. Τί οὖν, φησίν; οὐχ ἡ πρώτη Κυριακὴ τὸ ἐγκαίνιον ἦν, ἡ μετὰ τὴν ἱερὰν νύκτα καὶ λαμπαδουχίαν; ἀλλὰ τῇ σήμερον τοῦτο δίδως, B [c]ὦ φιλέορτε σὺ, καὶ πολλὰς ἐπινοῶν φαι- c
δρότητας; ἐκείνη τὸ Ϛωτήριον ἦν, αὕτη [d]δὲ d
τὸ τῆς Ϛωτηρίας γενέθλιον· [e]κἀκείνη μέν e
ἐστι μεθόριον τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως, αὕτη δὲ καθαρῶς τῆς δευτέρας [f]γενέσεως· ἵν', ὥσπερ ἡ πρώτη κτίσις τὴν f
ἀρχὴν ἀπὸ Κυριακῆς λαμβάνει· δῆλον δέ· ἀπὸ γὰρ ταύτης ἑβδόμη τὸ σάββατον γίνεται, κατάπαυσις οὖσα τῶν ἔργων· οὕτω καὶ ἡ δευτέρα πάλιν ἐκ τῆς αὐ- C
τῆς ἄρχηται, πρώτη οὖσα τῶν μετ' αὐτὴν, καὶ ὀγδοὰς ἀπὸ τῶν πρὸ αὐτῆς, ὑψηλῆς ὑψηλοτέρα, καὶ θαυμασίας θαυμασιωτέρα. πρὸς γὰρ τὴν ἄνω φέρει κατάστασιν· ἣν καὶ ὁ θεῖος Σολομῶν αἰ- g
νίττεσθαί μοι δοκεῖ, διδόναι μερίδα [g]τοῖς
ἑπτὰ, τῷ βίῳ τούτῳ, νομοθετῶν· καί γε τοῖς ὀκτὼ, τῷ μελλόντι· ἐκ τῆς ἐντεῦθεν εὐπραγίας, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀποκαταστάσεως. ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ τῇ αὐτῇ προσάδειν ἔοικε τοὺς [h]περὶ τῆς ὀγδόης h
ψαλμοὺς, ὥσπερ καὶ τῇ τῶν ἐγκαινίων ἡμέρᾳ ταύτῃ ψαλμὸν ἕτερον, [i]οἴκου τινὰ i
ἐγκαινισμὸν ὀνομάζων· ὅς τις ἐσμὲν ἡμεῖς, [k]οἱ Θεοῦ ναὸς εἶναί τε καὶ ἀκούειν ἠξιωμένοι k
καὶ γίνεσθαι.

Ps. XXIX.

Depositio veteri homine, in vitæ novitate ambulandum.

Ephes. IV. 22. *Rom.* VI. 4.

VI. Encæniorum rationem habetis. At vos innovemini, ac, *depositio veteri homine, in novitate vitæ* rationes vestras instituite, omnibus rebus, ex quibus mors oritur, frænum injicientes, omnia membra coërcentes, pravam omnem ligni manducationem detestantes, aut etiam evomentes, atque ob id solùm vetera memoriâ tenentes, ut ea fugiatis. Pulcher erat ad aspectum, & bonus ad esum fructus ille, qui

ς. Ἔχετε τῶν ἐγκαινίων τὸν λόγον. ἀλλ' ἐγκαινίζεσθε, καὶ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀπορρίψαντες, ἐν καινότητι ζωῆς πολιτεύεσθε, πᾶσι χαλινὸν ἐπιθέντες, ἐξ ὧν ὁ θάνατος, πάντα τὰ μέλη παιδαγωγήσαντες, πᾶσαν τὴν πονηρὰν τοῦ ξύλου βρῶσιν μισήσαντες, [l]ἢ ἐμέσαντες, καὶ δι' ἃ l
τοῦτο μόνον μεμνημένοι τῶν παλαιῶν, ἵνα

(*a*) Τῷ σάρξ. Sic legerat Savilius ex conjectura; quam duo Codices, alter Reg. alter Jes. confirmant. In Ed. τὸ σάρξ.

(*b*) Τὴν ἐμαυτῦ. Sic plerique Regg. In Ed. ἐμαυτῦ τήν.

(*c*) Ω. Sic Codd. In Ed. ὦν. Mox, φαιδρότητας. *Festivas celebritates.* Non rectè Bill. *animi hilaritates.*

(*d*) Δέ. Deest in pluribus Codd.

(*e*) Κἀκείνη. Or. I. κἀκεῖ, & *illic.*

(*f*) Γενέσεως. Pass. γεννήσεως. Nova creatio una est, per gratiam scilicet & gloriam, imperfecta & perfecta, ad quam spectat octava, futurum scilicet ævum, quod post istud præsens nos est excepturum.

(*g*) Τοῖς ἑπτά. Eccle. XI. 2. *Da partem septem, necnon & octo, quia ignoras quid futurum sit mali super terram.* Septem *præsentem vitam*, octo *futuram* significat.

(*h*) Περὶ τῆς ὀγδόης. Plures Psalmi præferunt hunc titulum: *Pro octava.* Sic Psal. VI. XI. &c.

(*i*) Οἴκου τινά. Pass. οἴκου τινός. Psalmus XXIX. habet pro titulo: *In dedicatione domûs David.*

(*k*) Οἱ Θεῦ ναός. Legitur I. Cor. III. 16. *Nescitis, quia templum Dei estis vos.* Et II. Cor. VI. 16. *Vos estis templum Dei vivi.*

(*l*) Ἢ ἐμέσαντες. *Aut evomentes.* Hæc desunt in plerisque optimæ notæ Codd.

φύγωμεν. ὡραῖος ἦν εἰς ὄρασιν, καὶ καλὸς εἰς βρῶσιν, ὁ ἐμὲ θανατώσας καρπός· φεύγωμεν τὰς εὐχροίας, εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς βλέπωμεν. μή σε νικησάτω κάλλους ἐπιθυμία, μηδὲ συναρπασθῇς [a] σοῖς βλεφάροις, εἰ δυνατὸν, μέχρι καὶ παροράματος, τὴν Εὔαν ἐνθυμηθεὶς, τὸ γλυκὺ δέλεαρ, τὸ τιμώμενον φάρμακον. πῶς γὰρ σώσει ῥᾳδίως ἡ ἀλλοτρία, ὃν ἀπώλεσεν ἡ ἰδία; μὴ [b] γλυκανθήτω [b] σοὶ φάρυγξ, οὗ κατασύρεται πᾶν τὸ διδόμενον· καὶ ὠνὶν ληφθῆναι, τιμώμενον· μετὰ τὸ λαβεῖν, ἀτιμάζεται. ἡ ὄσφρησις ἐθήλυνέ σε; φεῦγε τὰς εὐωδίας. τῇ ἁφῇ κατεμαλακίσθης; ἀπόταξαι ταῖς λειότησι, καὶ ταῖς ἁπαλότησιν. ἡ ἀκοὴ [c] παρέπεισε; θὲς [c] θύραν τοῖς ἀπατηλοῖς λόγοις καὶ περιέργοις. ἄνοιγε σὸν στόμα λόγῳ Θεοῦ, ἵν' ἑλκύσῃς Πνεῦμα, μὴ σπάσῃς θάνατον. ὅταν τί σε δελεάζῃ τῶν ἀπειρημένων, μνήσθητι ὅς τις ἦς, καὶ ὅθεν [d] ἀπόλωλας. ἐὰν μικρόν τι τοῦ λόγου [d] παρεκτραπῇς, πρὸς ἑαυτὸν ἐπανάγου, πρὶν παντελῶς ἔξω πεσεῖν, καὶ κατενεχθῆναι [e] [e] πρὸς θάνατον, καὶ γενοῦ καινὸς ἀντὶ παλαιοῦ, καὶ ψυχῆς ἑόρταζε τὰ ἐγκαίνια.

mihi mortem intulit; proindè colorum nitorem fugiamus, ad nos ipsos oculos convertamus. Cave, ne te pulchræ atque eximiæ formæ cupiditas superet, neque tuis abripiaris palpebris, ne quidem, si fieri potest, ad tenuem furtivumque contuitum; quod quidem assequêris, si Evam tibi animo proposueris, dulcem illam illecebram, carum venenum. Quonam enim modo aliena facilè huic saluti erit, quem sua perdidit? Ne dulcedine perfundantur fauces tuæ, in quas volvitur quidquid porrigitur: & quod, antequàm accipiatur, in pretio est; idem acceptum, vilescit & contemnitur. Odoratus te effeminavit? Odorum suavitates fuge. Tactu emollitus es? Lævitati omni ac mollitiei nuntium remitte. Auditus in fraudem te induxit? Fraudulentis, & curiosis, ac supervacaneis sermonibus ostium claude. Verbo Dei os tuum aperi, ut *Spiritum attrahas*, non autem mortem haurias. Cùm quidpiam eorum, quæ interdicta sunt, te illicit, in mentem tibi veniat, quinam eras, & undè perieris. Si vel tantillùm à ratione deflexeris, ad teipsum redi, priusquàm penitùs excidas, & in mortem proruas; atque ex veteri novus efficere, animæque Encænium celebra.

Ps. CXVIII. 131.

ζ. Ὁ θυμός ἔστω σοὶ κατὰ μόνου τοῦ [f] ὄφεως, δι' ὃν [f] ἐξέπεσες. τὸ ἐπιθυμητικὸν τετάσθω σοὶ πᾶν πρὸς Θεὸν, μὴ πρὸς ἄλλό τι τῶν ἐπιβούλων καὶ σφαλερῶν. ὁ λογισμὸς πᾶσιν ἐπιστατείτω, καὶ μὴ καθελκέσθω τὸ κρεῖττον ὑπὸ τοῦ χείρονος. μὴ μισήσῃς σου τὸν ἀδελφὸν, καὶ ταῦτα δωρεὰν, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ σὸς ἀδελφὸς ἐγένετο, Θεὸς ὢν καὶ δεσπότης. μὴ φθονήσῃς πρᾶ κατορθοῦντι, ὁ φθονηθεὶς, καὶ φθονεῖσθαι πεισθεὶς, καὶ διὰ τοῦτο κατενεχθείς. μὴ ἀτιμάσῃς δάκρυον, ὁ πολλῶν ἄξια δακρύων πεπονθὼς, εἶτα ἠλεημένος. μὴ ἀπώσῃ πένητα, ὁ πλουτήσας θεότητα· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ μὴ πλουτήσῃς [g] κατὰ τοῦ πένητος. καὶ τοῦτο [g] γὰρ πολὺ παρὰ τῶν [h] ἀνορέστων. μὴ [h] ἀτιμάσῃς ξένον, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἐξενίτευσεν, οὗ πάντες ἡμεῖς ξένοι καὶ πάροικοι, μὴ ἀποξενωθῇς τοῦ παραδείσου καθὼς τὸ πρότερον. μετάδος πρᾶ δεομένῳ στέγης, σκέπης, τροφῆς, ὁ τούτοις ἐντρυφῶν, καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν. μὴ [i] ἀγαπήσῃς τὸν πλοῦτον, εἰ μὴ [k] βοηθῇ

VII. Ira tibi adversùs serpentem solum existat, per quem excidisti. Omne desiderium tuum ad Deum tendatur, non ad aliud quidquam insidiosum ac periculosum. Ratio omnibus præsit; neque id, quod excellentius est, ab inferiori deorsùm trahatur. Fratrem tuum, & quidem immerentem, odio ne habeas, pro quo Christus mortem obiit, ac frater tuus; cùm Deus ac Dominus esset, effectus est. Rectè & ex virtute aliquid gerenti ne invideas, qui ex invidia laborasti, atque animum induxisti, ut tibi invideri crederes, eamque ob causam corruisti. Lacrymam ne asperneris, qui multis lacrymis digna perpessus es, ac posteà misericordiam consecutus. Pauperem ne repellas, qui Deitatis opes accepisti; sin minùs, at certè in pauperis detrimentum ne dives sis. Nam id quoque ab hominibus inexplebili cupiditate correptis impetrare, permultùm est. Peregrinum ne contemnas, pro quo Christus, cujus nos omnes hospites & advenæ sumus, peregrinatus est, ne à Paradiso, ut priùs, peregrineris. Egenti tectum, cibum, vestem impertiaris, qui in his deliciaris, etiam ultra necessitatem. Divitias ne ames, nisi paupe-

Totis desiderii viribus adDeum contendendum.

Colenda misericordiæ opera.

(*a*) Σοῖς βλεφάροις. Sic Regg. c. d. ph. decem Colb. &c. In Ed. τοῖς βλεφάροις.
(*b*) Σοί. Tres Regg. & Pass. σοῖ.
(*c*) Θύραν. Sic quatuor Regg. Pass. Comb. &c. In Ed. θύρας.
(*d*) Παρεκτραπῇς. Plerique Codd. παρατραπῇς.
(*e*) Πρός. Savil. εἰς.
(*f*) Ἐξέπεσες. Reg. bm. ἐξέπεσας.
(*g*) Γάρ. Deest in quatuor Regg. &c.
(*h*) Ἀτιμάσῃς. Savil. ἀτιμάσεις.
(*i*) Ἀγαπήσῃς. Savil. ἀγαπήσεις.
(*k*) Βοηθῇ. In nonnullis, βοηθεῖ.

ribus opem ferant. Remitte, cùm tibi remissum sit: miserere, cùm misericordiam consecutus sis: benignitate, dum licet, benignitatem compara: cura, ut omnis tibi vita, omnisque studiorum ac disciplinæ ratio innovetur.

Gregorius leges constituit conjugatis, virginibus &c.

VIII. Quæ sub jugo estis, Deo quoque nonnihil date: jam enim aliis obstrictæ estis. Virgines, omnia Deo offerte: solutæ quippè estis. Servam voluptatem ne sufferemini, libertate mulctatæ, ex eo quòd cum iis habitetis, qui mariti quidem non sunt, sed tamen viri. Ut quispiam assiduis voluptatis monimentis prematur, haud sustineo; eam quoque familiaritatem, quæ per aërem contrahitur, odi ac detestor. Proceres, potentiorem timete: qui sublimibus soliis insidetis, sublimiorem. Ne quid admireris, quod non permaneat: ne contemnas, quod certum & stabile sit: ne quidquam arctiùs constringas, quod, cùm manibus tenetur, effluit: ne quid ex iis, quæ non in invidia, sed in odio sunt, expetas: ne magnoperè te efferas, ut ne profundiùs dejiciaris: ne animos hinc attollas, quòd malis præstantior appareas; verùm id tibi molestiam pariat, quòd à probis superearis. Proximi tui lapsum ne ride; verùm tu, quàm poteris tutissimè, transi, atque interim humi jacenti manum porrige. Nec, cùm mœrore afficeris, secundarum rerum spem abjice, nec, cùm prosperis rebus frueris, mœrorem. Annus unus quatuor partes vehit, atque unicum temporis momentum multas rerum mutationes. Fac, ut & sollicitudo voluptatem, & spes melior tristitiam reprimat. Sic innovatur homo: sic Encæniorum dies celebratur, hujus-

Deut. XVI. 16. modi deliciis, hujusmodi epulis. *Non apparebis*, inquit, *in conspectu meo vacuus*; verùm si quid pulchri habes, tecum feres. Nunc verò novus, moribus alius, totus in

II. Cor. V. 17. virum alterum mutatus, appareas. *Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova.* Hoc festo, muneris loco, præclaram mutationem offer, ac ne sic quidem magnificè

Ps. LXXVI. 11. de te sentias; verùm dic cum Davide: *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*, à quo promanat, quidquid ab hominibus rectè & cum laude geritur. Non vult sermo, ut in eodem semper statu maneas, sed ut perpetuo ac laudabili motu agiteris, ac nova prorsùs creatura sis; quod quidem assequêris, si, vel in peccatum lapsus, ad bonam frugem te referas; vel, cùm ex virtute aliquid geris, cursum adurgeas.

πένησιν. ἄφες, ὁ ἀφεθείς· ἐλέησον, ὁ ἠλεημένος· κτῆσαι τῷ φιλανθρώπῳ τὸ φιλάνθρωπον, ἕως καιρός· πᾶς ὁ βίος ἐγκαινιζέσθω ζοὶ, πᾶσα πολιτείας ὁδός.

η. Αἱ ὑπὸ ζυγὸν, δότε τι καὶ Θεῷ· [a] προσείληφθε γάρ. αἱ παρθένοι, τὸ πᾶν Θεῷ· λέλυσθε γάρ. μὴ γίνεσθε κλέπτριαι δούλης ἡδονῆς, φυγοῦσαι τὴν ἐλευθερίαν, ἐκ τοῦ συνοικεῖν, οὐκ ἀνδράσι μὲν, ἀνδράσι δ' ὅμως. οὐ δέχομαι κάμνειν ἀεὶ τοῖς τῆς ἡδονῆς ὑπομνήμασι· μισῶ καὶ τὴν δι' ἀέρος συνήθειαν. οἱ δυνάσται, φοβεῖσθε τὸν δυνατώτερον· οἱ τῶν ὑψηλῶν θρόνων, τὸν ὑψηλότερον. μὴ θαυμάσῃς μηδὲν, ὃ μὴ παραμένει· μὴ παρίδῃς, ὃ μένει· μηδὲ περισφίγξῃς μηδὲν, ὃ διαῤῥεῖ κρατούμενον· μὴ ζηλώσῃς [b] τι τῶν οὐ φθονουμένων, ἀλλὰ μισουμένων· μὴ ἐπαρθῇς μέγα, ἵνα μὴ μεῖζον κατενεχθῇς· [c] μὴ φρόνει, τῶν κακῶν φαίνεσθαι κρείττων· λυποῦ δὲ, τῶν ἀγαθῶν ἡττώμενος· μὴ γελάσῃς πλῶμα τοῦ πέλας· διάβαινε δὲ ἀσφαλῶς, ὅση [d] σοὶ δύναμις, ἀλλὰ καὶ δίδου χεῖρα χαμαὶ κειμένῳ. μήτε ἀθυμῶν, ἀπελπίσῃς εὐημερίαν· μήτε πράττων καλῶς, ἀθυμίαν. εἷς ἑνιαυτὸς τέσσαρας ὥρας φέρει, καὶ μία ῥοπὴ καιροῦ, πολλὰς πραγμάτων μεταβολάς. ἐπικοπλέτω σοι, μέριμνα μὲν ἡδονὴν, λύπην δὲ, ἡ κρείττων ἐλπίς. οὕτως ἐγκαινίζεται ἄνθρωπος, οὕτως τιμᾶται ἡ τῶν ἐγκαινίων ἡμέρα, τοιαύτῃ τρυφῇ, τοιούτοις ἐδέσμασιν. οὐκ ὀφθήσῃ, φησὶ, κενὸς ἐναντίον μου· ἀλλ' εἴ τι καλὸν, μετὰ σεαυτοῦ φέρων. νῦν δὲ ὄφθητι καινὸς, τρόπον [e] ἕτερος, [f] ὅλως ἠλλοιωμένος. τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. τοῦτο τῇ ἑορτῇ καρποφόρησον, τὴν καλὴν ἀλλοίωσιν ἀλλοιώθητι, καὶ μηδὲ οὕτω μέγα φρονήσῃς· ἀλλὰ φθέγξαι τὸ τοῦ Δαβίδ· αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου, παρ' οὗ πᾶν ἀνθρώποις τὸ κατορθούμενον. [g] οὐ βούλεταί σε ὁ λόγος ποτὲ ἐν ταυτῷ μένειν, ἀλλὰ ἀεικίνητον εἶναι, εὐκίνητον, πάντως νεόκτισλον· ἂν ἁμαρτάνῃς, ἐπιστρέφοντα· εἰ κατορθοῖς, ἐπιτείνοντα.

(a) Προσείληφθε. Sic Regg. bm. ph. aliique plures. In Ed. *προείληφθε. Præoccupatæ enim estis.*

(b) Τι τῶν ὐ φθονεμένων &c. *Quæ invidiæ obnoxia sunt*, id est, præclara & laudabilia, consectare; quæ autem, non invidiosos, sed invisos homines faciunt, hoc est, vitia, ne expetas.

(c) Μὴ φρονεῖ, τῶν κακῶν &c. Sic tres Regg. &c. In Ed. *μὴ τῶν κακῶν φρονεῖ.*

(d) Σοι. Deest in nonnullis.

(e) Ετερος. In quibusdam, ἕτερον.

(f) Ολως. Tres Regg. Coisl. 2. Pass. ὅλος.

(g) Οὐ βέλεται &c. *Non vult sermo*, (id est, Scriptura, sacra doctrina,) *ut umquam in eodem statu permaneas. Aurea sententia*, inquit Combefisius, *nec benè à Billio expressa.* Sic enim Billius: *Nec verò eò hæc Oratio pertinet, ut eodem semper statu maneas.*

θ. Χθὲς

θ. Χθὲς πίστιν εἶχες τὴν τῶν καιρῶν, A
a σήμερον τὴν τοῦ Θεοῦ [a]γνώρισον· μέχρι
τίνος ἐπ' ἀμφοτέραις χωλανεῖς ταῖς ἰγνύαις;
μέχρι τίνος οἰκονομήσεις; καὶ οἰκοδομῆσαί
ποτε προθυμήθητι· χθὲς τὸ δοκεῖν τις
ἐτίμας, σήμερον τὸ εἶναι προτίμησον. μέχρι
ποῦ τὰ ἐνύπνια; καὶ ἡ ἀλήθεια ποτε
b [b]σπουδασθήτω σοι. χθὲς ἧσθα θεατρικὸς,
c σήμερον φάνηθι [c]θεωρητικός· χθὲς λοίδορος,
ἰταμὸς, σήμερον εὔφημος, ἥμερος· χθὲς
d [d]κωμαστὴς, σήμερον σωφρονιστής. σήμερον B
οἰνοπότης, αὔριον ὑδροπότης. σήμερον κα-
ταστρωταλῶν ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, καὶ
τὰ πρῶτα μύρα χριόμενος, αὔριον χαμεύνης
καὶ ἄγρυπνος· ἀντὶ γελοιαστοῦ, σύννους·
ἀντὶ καλλωπιστοῦ, δυσείμων· ἀντὶ γαύρου
καὶ ἀλαζόνος, εὐτελὴς τὸ φαινόμενον· ἀντὶ
e [e]χρυσορόφου, στενόχωρος· κάτω νεύων,
ἀντὶ ὑψαύχενος. ἐὰν οὕτω διανοῇ, καὶ οὕτω
ποιῇς, ἔσται σοι ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ ἡ γῆ
f καινὴ, τά τε ἄλλα, καὶ [f]τὸν τούτων λόγον C
καταλαμβάνοντι.

IX. Heri ad temporis arbitrium fidem tuam accommodabas; hodiè Dei fidem cognosce. Quousque utroque poplite claudicabis? Quousque dispones? Tandem aliquandò alacriter ædifica. Heri alicujus pretii haberi, magni ducebas; hodiè reipsà esse, pluris facito. Usquequò insomnia? Sit quoque tibi aliquandò curæ veritas. Heri spectaculorum studio flagrabas; hodiè contemplationis studiosum te præbe. Heri conviciator, petulans eras; hodiè placidus, laudator. Heri comessator eras; hodiè gravitatis & temperantiæ magister. Hodiè temulentus; cras abstemius. Hodiè in lectis eburneis lasciviens, ac primariis unguentis delibutus; cras humum pro lecto habens, atque insomnem noctem ducens; pro scurra & faceto, cogitabundus; pro ornato, & vestium elegantiam nimiùm ambitiosè consectante, pannis indutus; pro superbo & arrogante, vilis, quantùm ad externam speciem; pro laquearibus aureis, angustè habitans; pro sublimi, ac cervicem attollente, humi vultum demittens. Hoc si animo fueris, atque ita feceris, *cælum tibi novum erit, & terra nova*, nimirùm, ut alia, ita horum etiam rationem intelligenti. *Isai. LXV. 17.*

ι. Ἀλλ' ἀπίωμεν ἤδη, καὶ τῷ καιρῷ τὰ
εἰκότα συνεορτάσοντες. πάντα γὰρ εἰς καλὸν
τῇ πανηγύρει συντρέχει καὶ συναγάλλεται.
ἴδε γὰρ οἷα τὰ ὁρώμενα. ἡ βασίλισσα τῶν
ὡρῶν τῇ βασιλίδι τῶν ἡμερῶν πομπεύει, καὶ
δωροφορεῖ παρ' ἑαυτῆς πᾶν ὅ τι κάλλιστον &
τερπνότατον. νῦν οὐρανὸς λαμπρότερος· νῦν
ἥλιος ὑψηλότερος καὶ χρυσοειδέστερος· νῦν σε- D
g λήνης κύκλος [g]φανότερος, καὶ ἀστέρων χορὸς
καθαρώτερος. νῦν αἰγιαλοῖς μὲν κύματα σπένδεται, ἠλίῳ δὲ νέφος, ἀέρι δὲ ἄνεμοι, γῇ δὲ
φυτοῖς, φυτὰ δὲ ὄψεσι. νῦν πηγαὶ λαμπρότερον νάουσι· νῦν δὲ ποταμοὶ δαψιλέστερον,
h τῶν χειμερίων [h]δεσμῶν λυθέντες. καὶ λειμὼν
εὐωδεῖ, καὶ φυτὸν βρύει, & κείρεται πόα, &
ἄρνες ἐπισκιρτῶσι χλοεραῖς ταῖς ἀρούραις. ἄρτι
μὲν ναῦς ἐκ λιμένων ἀνάγεται σὺν κελεύσμασι, καὶ τούτοις ὡς τὰ πολλὰ φιλοθέοις, καὶ E
τῷ ἰσλίῳ πλέρεται· καὶ φιλοσκιρτᾷ δελφὶς,
ἀναφυσῶν ὡς ἥδιστον καὶ ἀναπεμπόμενος, καὶ
i συμπαίπει πλωτῆρας [i]σὺν εὐθυμίᾳ. ἄρτι
δὲ γεωργὸς ἄροτρον πήγνυται, ἄνω βλέπων,
καὶ τὸν καρποδότην ἐπικαλούμενος, & ὑπὸ ζυγὸν
l k ἄγει βοῦν [k]ἀρότην, καὶ τέμνει [l]γλυκεῖαν αὖ-

Elegans Veris descriptio.

X. Sed jam ad ea, quæ temporis sunt, celebranda, nos conferamus. Commodùm enim omnia ad hoc festum concurrunt, simúlque lætantur. Vide enim qualia sint, quæ oculis offeruntur. Princeps anni pars principi dierum pompam peragit, ac quidquid pulcherrimum & suavissimum habet, à seipsa tribuit. Nunc cœlum splendidius; nunc Sol sublimior, aureoque nitore rutilantior; nunc Lunæ orbis clarior, & siderum chorus purior. Nunc, & fluctus cum littoribus, & nubes cum Sole, & venti cum aëre, & terra cum stirpibus, & stirpes cum oculis, in gratiam redeunt. Nunc fontes limpidiùs fluunt, nunc flumina uberiùs, nimirùm hybernis vinculis soluta. Nunc, & pratum suaviter olet, & plantæ pullulant, & herba detondetur, & in virentibus arvis agni saltitant. Nunc navis cum celeusmatibus, iisque ut plurimùm piis ac religiosis, è portu solvit, velóque, tanquam pennis, cingitur; ac per gyrum assultat etiam delphinus, jucundissimum quiddam insufflans, seséque in altum evehens, & gaudio gestiens, vectores prosequitur. Nunc aratrum agricola compingit, oculos in altum tollens, frugúmque datorem invocans, ac bovi aratori jugum innectit, dulcémque sulcum proscindit, ac

(a) Γνώρισον. Sic Regg. bm. ph. duo Coisl. &c. In Ed. γνώρισλον.
(b) Σπεδασθήτω. Sic Codd. In Ed. σπεδασλήτω.
(c) Θεωρητικός. Combef. πανηγυρικός. *Festi studiosum.*
(d) Κωμαστής. Sic Codd. Mendosè in Par. ed. κωμασλής.
(e) Χρυσορόφου. Sic Codd. In Ed. χρυσοφόρου.
(f) Τὸν τούτων. Sic nonnulli Codd. In quibusdam, τῶν τούτων. In Ed. τῶν τούτων.
(g) Φανότερος. Reg. bm. aliique Codd. φανέστερος.
(h) Δεσμῶν. Pass. ὀδῶν.
(i) Σὺν εὐθυμίᾳ. Coisl. 1. σὺν εὐφημίᾳ.
(k) Ἀρότην. Regg. bm. ph. ἀρότης.
(l) Γλυκεῖαν. In Nonnullis, βαθεῖαν, *profundum.*

ſpes lætas fovet. Nunc paſtor & bubulcus fiſtulas aptant, ac paſtorale carmen inſpirant, atque inter plantas & petras vernum tempus tranſigunt. Nunc plantarum cultor plantam curat, & auceps calamos conſtruit, ac ramos ſuſpectat, & pennam avium ſtudiosè explorat. Nunc piſcator profundum aquæ perſpicit, ac rete ſuum repurgat, & petris inſidet.

Admirabilis apum ſolertia.

XI. Nunc ſedulæ apes, ſolutis pennis, & relictis alvearibus, ſapientiæ ſuæ documentum præbent, atque ad prata convolant, floréſque diripiunt : & aliæ quidem cellulas elaborant, ſexangulas & inter ſe oppoſitas fiſtulas attexentes, rectáſque lineas angularibus alternantes, non minùs ad operis elegantiam, quàm ad ſecuritatem : aliæ verò mel in horrea recondunt, atque hoſpiti ſuo dulcem fructum & inaratum proferunt. Utinam nos quoque, qui Chriſti apiarium ſumus, ac tale tum ſapientiæ, tum induſtriæ & laboris exemplum accepimus, eas imitemur. Jam avis nidum conſtruit, atque alia quidem redit, alia immigrat, alia circumvolat, ac nemus cantu ſuo implet, hominémque garritu demulcet. Omnia Deum laudant, & vocibus mutis concelebrant. Propter omnia enim gratiæ Deo per me habentur ; atque ita illorum laudatio, mea efficitur, nimirùm à quibus ego laudis argumentum capio. Nunc quidem omne animantium genus ridet, atque omnibus ſenſibus paſcimur. Nunc etiam ſuperbus equus, & jubam arrigens, ſtabulum faſtidit, ac, perfractis vinculis, per campos laſciviùs fertur, atque in fluminibus geſtit, ſeſéque oſtentat.

Martyrum certamina, in illorum feſtivitatibus, Chriſtianis propoſita.

XII. Quid cætera commemorem? Nunc Martyres ſub dio populum retinent, ac pompam agunt, ſplendidiſque ſedibus piam plebem & Chriſti amantem convocant, ac certamina ſua in publicum proponunt. Quo è numero unus quoque eſt meus ille laureatus, (meus enim, etſi non apud me, faceſſat invidia, ſcientibus loquor,) Mamas ille inſignis, & Paſtor, & Martyr ; qui priùs quidem cervas mulgebat, ad ſanctum virum novo & inuſitato lacte alendum certatim properantes ; nunc autem Metropolis plebem paſcit, hodiéque multis hominum millibus undecumque accurrentibus Ver innovat, tum virtutis pulchritudine

λακα, ᾗ ταῖς ἐλπίσιν εὐφραίνεται. ἄρτι δὲ ποιμὴν ⸋ βυκόλος ἁρμόζονται σύριγγας, ᾗ νόμιον ἐμπνέουσι μέλος, ᾗ φυτοῖς ᾗ πέτραις ἐνεαρίζουσιν. ἄρτι δὲ φυτὸν φυτουργὸς θεραπεύει, ⸋ ἱξευτὴς καλάμους οἰκοδομεῖ, ⸋ ὑποβλέπων πλόκους, ᾗ ἀμφιεργάζεται πλεκὸν ὄρνιθος. ᾗ ἁλιεὺς βυθοὺς διορᾷ, ᾗ δίκτυον ἀνακαθαίρει, καὶ πέτρας ὑπερκαθέζεται.

ια. Αρτι μὲν ἡ φιλεργὸς μέλισσα, τὸ πλεκὸν [a] ἐκλύσασα, καὶ τῶν σίμβλων ἀπανασᾶσα, τὴν ἑαυτῆς Σοφίαν ἐπιδείκνυται, καὶ λειμῶνας ἐφίπλαται, καὶ συλᾷ τὰ ἄνθη· καὶ ἡ μὲν πονεῖ τὰ κηρία, τὰς ἐξαγώνους καὶ ἀντιθέτους σύριγγας ἐξυφαίνουσα, καὶ τὰς εὐθείας ταῖς γωνίαις ἐπαλλάττουσα, ἔργον ὁμῶ κάλλους καὶ ἀσφαλείας· ἡ δὲ [b] τὸ μέλι ταῖς ἀποθήκαις ἐναποτίθεται, καὶ γεωργεῖ τῷ ξενίζοντι καρπὸν [c] γλυκὺν καὶ ἀνήροτον. ὡς ὄφελόν γε καὶ [d] ἡμεῖς, ὁ Χριστῦ μελισσῶν, καὶ τοιῦτο λαβόντες Σοφίας καὶ φιλοπονίας ὑπόδειγμα. ἄρτι δὲ παλιὰν ὄρνις πήγνυται, καὶ ὁ μὲν ἐπανέρχεται, ὁ δὲ εἰσοικίζεται, ὁ δὲ περιΐπλαται, καὶ καλαφωνεῖ τὸ ἄλσος, καὶ περιλαλεῖ τὸν ἄνθρωπον. πάντα Θεὸν ὑμνεῖ καὶ δοξάζει φωναῖς [e] ἀλαλήτοις. ἐπὶ πᾶσι γὸ εὐχαριστεῖται δι' ἐμῦ Θεός· καὶ ὕτως, ὁ ἐκείνων ὕμνος, ἡμέτερος γίνεται, παρ' ὧν ἐγὼ τὸ ὑμνεῖν λαμβάνω. νῦν μὲν γελᾷ πᾶν ζώων γένος, καὶ πᾶσαν αἴσθησιν ἐστιώμεθα. νῦν δὲ ὑψαύχην ἵππος ᾗ ἀγέρωχος, τοῖς οἴκοις δυσχεραίνων, ⸋ τὰ δεσμὰ τυραννήσας, κροαίνει κατὰ [f] πεδίον, ᾗ ποταμοῖς ὡραΐζεται.

ιβ. Τί τἆλλα; νῦν Μάρτυρες αἰθριάζουσι, καὶ πομπεύουσι, καὶ [g] λαμπροῖς τοῖς βήμασι συγκαλοῦσι λαὸν φιλόχριστον, καὶ τοὺς ἄθλους δημοσιεύουσι. τούτων εἷς ἐστὶ καὶ ὁ ἐμὸς στεφανίτης· [h] ἐμὸς γὸ, εἰ καὶ μὴ παρ' ἐμοὶ, [i] πιπλέτω φθόνος, εἰδόσι λέγω· Μάμας ὁ θεοβόητος, καὶ ποιμὴν, καὶ μάρτυς· ὁ πρότερον μὲν τὰς ἐλάφους ἀμέλγων κατεπειγομένας ἀλλήλων, ἵνα [k] ξένῳ γάλακτι τραφῇ δίκαιος· νῦν δὲ ποιμαίνων λαὸν [l] Μητροπόλεως, καὶ τὸ ἔαρ ἐγκαινίζων σήμερον ταῖς πολλαῖς χιλιάσι τῶν

(a) Εκλύσασα. *Solutis pennis.* Sic plures Regg. & Colb. Sic etiam legit Billius. In Ed. ἑλκύσασα, *detractis pennis.*

(b) Τὸ μέλι. Sic quinque Regg. Deeſt τό in Ed.

(c) Γλυκύν. Savil. ἡδύν.

(d) Ημεῖς. Sic tres Regg. Coisl. 1. Comb. &c. In Ed. ὑμεῖς.

(e) Αλαλήτοις. *Ineffabilibus, ſermonis expertibus.*

(f) Πεδίον. In nonnullis, πεδίων.

(g) Λαμπροῖς τοῖς βήμασι. *Splendidis altaribus*, ſeu, *ædibus*, quæ in Martyrum memoriam, Deo eorum nomine conſecrata fuerant, ubi ſacra eorum pignora erant condita.

(h) Εμὸς γάρ. *Meus enim.* S. Mamas erat Cappadox, idcircò Gregorius *ſuum* appellat.

(i) Πιπλέτω φθόνος. *Faceſſat invidia.* Nicetas hunc locum ad Baſilium Magnum præſentem refert ; ac ſic exponit : *Quia præſente Baſilio Magno hanc Orationem habebat Gregorius, propterea ſcitè adjunxit :* Faceſſat invidia : *quaſi diceret : Ne mihi ſuccenſeas, divine Baſili, ſi quod tuum eſt, benevolentiæ affectu mihi vindico, meumque nomino.* Vide Mon. n. 2.

(k) Ξένῳ. Sav. ὦν ξένῳ.

(l) Μητροπόλεως. Per Metropolim Cæſaream intelligit, ubi pretioſæ S. Mamantis reliquiæ ſervabantur.

a πανταχόθεν ἐπειγομένων, [a] διάφορόν τε ἀρετῆς κάλλεσι, καὶ ποιμέσιν ἄξιον, καὶ b [b] λόγοις ἐπινικίοις. ἔτι δὲ συντομώτερον εἰπεῖν, νῦν ἔαρ κοσμικὸν, ἔαρ πνευματικὸν, ἔαρ ψυχαῖς, ἔαρ σώμασιν, ἔαρ ὁρώμενον, ἔαρ ἀόρατον· οὗ κἀκεῖθεν μεταλάβοιμεν ἐνταῦθα καλῶς ἀμειφθέντες, καὶ καινοὶ c πρὸς τὸν καινὸν βίον [c] παραπεμφθείημεν, d ἐν Χριστῷ Ιησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, [d] ᾧ πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός· Αμήν.

A varium, tum Paſtoribus dignum, tum ſermonibus in ipſius triumphi laudem conſecratis. Atque ut paucioribus adhuc verbis rem complectar, nunc Ver mundanum, Ver ſpirituale, Ver animis, Ver corporibus, Ver viſibile, Ver inviſibile: quo utinam in altero ævo participes efficiamur, præclarè in hac vita mutati, ac novi ad novam vitam tranſmittamur in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria, honor & imperium cum ſancto Spiritu, ad gloriam Dei Patris. Amen.

(*a*) Διάφορον. Coisl. 1. Paſſ. &c. διαφόροις. Ver præſtans, tum virtutum ornamentis, tum Paſtoribus dignum, qui ad Martyris feſtum conveniebant.

(*b*) Λόγοις. Sic tres Regg. novem Colb. Coisl. 1. &c. *Tum ſermonibus ejus triumpho dicatis, in ejus triumphi memoriam.* In Ed. λόγος.

(*c*) Παραπεμφθείημεν. In quibuſdam, μεταπεμφθείημεν.

(*d*) Ω πᾶσα δόξα &c. Or. 1. ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. *Cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum.*

MONITUM

IN ORATIONEM QUADRAGESIMAM-QUINTAM.

Orationis argumentum.

I. *Hac alterâ* in ſanctum Paſcha *inſcriptâ Oratione, toti demùm ac genuinæ Gregorii Orationum collectioni finis imponitur. Nam quæ ſequuntur Orationes, mox in prævia & unicuique annexa admonitione, inter ſpuria Theologi opera, plurimis argumentis, rejiciendas probabimus. Id autem modò mirabile prorsùs videri debet, quòd ex tanta tamque mirifica Gregorii Orationum ſerie, prima & ultima,* in ſanctum Paſcha *inſcribantur, ſicque cæteras omnes veluti complectantur & comprehendant. Sacrum etenim Paſcha, quod ter in*

Or. XLV. n. 2. *iſta Oratione, à Theologo noſtro,* in ſanctiſſimæ Trinitatis honorem, *eleganter repetitur,* eſt, *ut ipſe loquitur,* feſtivitatum feſtivitas, ac celebritatum celebritas. *Conſentaneum igitur erat, ut tantus divini Verbi præco os ſuum in ſacri Paſchatis laudem aperiret ac clauderet. Nec mirum, ſi, Cygni inſtar, ſuaviores in iſta Oratione, quàm in prima, ſonos edat ac moduletur. In priori namque, paucis quidem, ut vidimus; in iſta verò, totas animi ac pietatis vires colligens, Paſchatis dignitatem & excellentiam fuſiori ſermone commendat. Primùm ipſius nomen ab Hebræo nomine derivatum oſtendit, utpotè*

Ibid. n. 10. tranſitum *ſignificans, cùm ſcilicet* ex Ægypto in Chananæam regionem migrarunt Iſraëlitæ. *Deindè è lege ſcripta, ac legalibus ſacrificiis ad tempus conceſſis, Auditorum animos ad altiora evehit, eoſque ad Evangelium & ad novæ legis ſacrificia allicit. Hinc mirum in modum ſapientiæ Dei profunditatem, ac inveſtigabilium ipſius judiciorum divitias extollit. Qualis autem fuerit legalis agnus, ipſe, Allegoriarum ope, ingeniosè aperit, & ad Chriſtum, verum utique agnum, eleganter accommodat. Mox, brevi factâ myſteriorum Dei enumeratione, peramanter exclamat :* O Paſcha, magnum & ſacrum Paſcha, totiuſque

Ibid. n. 30. mundi piaculum... O Verbum Dei... hanc velim Orationem, non ut primitias, ſed ut extremam fortaſsè oblationem noſtram habeas.

Quo tempore quove in loco dicta hæc Oratio.

II. *Heu ! nimiùm verè his verbis, ſui corporis diſſolutionem imminere prænunciavit S. Doctor. Non enim diù huic Orationi ſuperfuit vir ſanctitate & eloquentiâ præſtantiſſimus, cujus profectò dies ad multos annos protrahi deſideraſſemus. Et certè, quamvis modò magnam ſuſcepti oneris partem ex humeris deponamus, ægrè tamen tantos tamque ſalubres pietatis ac doctrinæ rivos claudimus. Cæterùm ex dictis manifeſtum eſt, hanc Orationem extrema Gregorii vitæ tempora ſpectare. Quo autem præcisè anno pronunciata fuerit, id certò nobis affirmare non licet. Conjicimus tamen ad annum 385. collocari poſſe, triennio circiter antè quàm è vivis excederet. Quod verò ad locum ſpectat, Nicetæ aſſentimur. Ait enim Gregorium,* poſt ſuum ex urbe Conſtantinopoli reditum, hanc Orationem elaboratè conſcriptam, Arianzi pronunciaſſe.

pronunciasse. *Sic etiam censet Billius, & adnotat mendosè legi in Codice Reginæ,* ἐν Ναζιανζῷ. Neque enim, *inquit*, hanc urbem Gregorius prædium paternum vocasset. *In Codice verò, quo utebatur, scriptum erat* Αζιανζῷ. *At ignorat, quis litteram,* ν, *superposuerit; cùm minimè hæc littera supplenda esset, sed potiùs littera,* ζ, *in,* ρ, *commutanda. Arianzum enim locus erat, non multùm à Nazianzo dissitus, in quo villam habebat Theologus, quemadmodùm testatur Gregorius Presbyter in ipsius vita. Undè non immeritò colligimus, Arianzi habitam fuisse hanc Orationem anno circiter 385. Notandum superest, duo insigniora hujus Orationis loca ex Oratione trigesima octava,* in Christi Nativitatem, *verbo ad verbum desumpta fuisse. Utrùm autem id factum fuerit ab ipso Gregorio, an amanuensium incuriâ contigerit, prorsùs ignoramus. In notis hæc loca observabimus.* Bill. arg. in hanc Or.

ΕΙΣ ΤΟ [a]ΑΓΙΟΝ ΠΑΣΧΑ. IN SANCTUM PASCHA.

ΛΟΓΟΣ μϛ.

ORATIO QUADRAGESIMA-QUINTA.

Aliàs 42. *quæ autem* 45. *erat, nunc Epistola* 243.

α. ΕΠΙ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, A I. *SUPER custodiam meam stabo*, inquit admirandus Habacuc. Ego quoque cum ipso hodiè, datâ mihi per Spiritum sanctum potestate ac contemplatione, quasi è specula diligenter observabo, & mecum ipse considerabo, quidnam mihi spectandum proponetur, & quid dicetur. Et steti, ac speculatus sum: & ecce vir sedens super nubes, atque hic perquàm sublimis; & facies ejus, ut facies Angeli; & amictus ejus, *ut splendor fulguris discurrentis*; & extulit manum suam ad Orientem, & clamavit voce magnâ. Vox ejus, ut vox buccinæ; & in circuitu ejus, quasi multitudo cœlestis exercitûs, & dixit: Hodiè salus mundo, tam visibili, quàm invisibili. Christus ex mortuis; simul surgite. Christus ad sese; redite. Christus ex sepulchro; peccati vinculis solvamini. Portæ inferi aperiuntur, & mors opprimitur, & vetus Adam deponitur, & novus perficitur; si quæ nova in Christo creatura, renovemini. Hæc quidem ipse dicebat: illi autem idem canebant, quod antè, cùm Christus nobis per terrenam Nativitatem apparuit: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Cum quibus ipse quoque inter vos hæc loquor; atque utinam vocem Angelicæ parem accipiam,

Habita Arianzi anno circiter 385.

Gregorius, ut alter Habacuc, speculatur. *Habac.* II. 1.

Nahum. II. 4.

b φησὶν ὁ θαυμάσιος [b]Αββακούμ. κἀγὼ μετ' αὐτοῦ σήμερον, τῆς δεδομένης μοι παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐξουσίας καὶ θεωρίας, καὶ ἀποσκοπεύσω καὶ γνώσομαι, τί ὀφθήσεται, καὶ τί λαληθήσεταί μοι. καὶ ἔστην, καὶ ἀπεσκόπευσα· καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ τῶν νεφελῶν, καὶ οὗτος ὑψηλὸς σφόδρα· καὶ ἡ ὅρασις αὐτῷ, ὡς ὅρασις Αγγέλου· καὶ ἡ στολὴ

c αὐτοῦ, ὡς φέγγος ἀστραπῆς [c]διερχομένης· καὶ ἐπῆρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ κατ' ἀνατολὰς, καὶ B ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ. φωνὴ αὐτοῦ, ὡς φωνὴ σάλπιγγος· ἡ κύκλῳ αὐτοῦ, ὡς πλῆθος οὐρανίου στρατιᾶς, καὶ εἶπεν· σήμερον σωτηρία τῷ κόσμῳ, ὅσος τε ὁρατὸς, ἡ ὅσος ἀόρατος.

d Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, συνεγείρεσθε· [d]Χριστὸς εἰς ἑαυτὸν, ἐπανέρχεσθε· Χριστὸς ἐκ τάφων, ἐλευθερώθητε τῶν δεσμῶν τῆς ἁμαρτίας. πύλαι ᾅδου ἀνοίγονται, καὶ θάνατος

e καταλύεται, ἡ ὁ παλαιὸς Αδὰμ [e]ἀποτίθεται, [f]καὶ ὁ νέος συμπληροῦται· εἴ τις ἐν C

f Χριστῷ καινὴ κτίσις, ἀνακαινίζεσθε. ταῦτα ὁ μὲν ἔλεγεν· οἱ δὲ ἀνύμνουν, ὅπερ καὶ πρότερον, ἡνίκα ἡμῖν ἐπεφάνη Χριστὸς διὰ τῆς κάτω γεννήσεως, τό· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ,

Receptus autem, ad dexteram Patris consedit. Redite igitur vos quoque ad veterem splendorem & dignitatem, ac divinæ imaginis decus.

(a) Αγιον. Deest in Reg. ph. aliisque pluribus.

(b) Αββακούμ. Reg. ph. Or. 1. & Comb. Αμβακούμ.

(c) Διερχομένης. *Discurrentis.* Sic Vulgata & Nobilius. Bill. *pertranseuntis.*

(d) Χριστὸς εἰς ἑαυτόν &c. Nicetas: *Christus ad sese rediit.* Quod exponens, adjungit: *id est, ad divinitatis suæ amplitudinem & dignitatem; quâ, propter dispensationem, ad exiguum tempus spoliatus atque exinanitus fuerat.*

(e) Αποτίθεται. Reg. bm. ἀποτίθεται. Alludit ad hæc Apostoli verba Eph. IV. 22. *Deponere vos secundùm pristinam conversationem* &c.

(f) Καὶ ὁ νέος συμπληροῦται. Hæc desunt in Reg. bm.

omnésque orbis terræ fines circumſonantem.

Paſcha, feſtivitatum feſtivitas.

II. Paſcha Domini, Paſcha, iterúmque Paſcha dicam, in honorem Trinitatis. Hæc nobis feſtivitatum feſtivitas, & celebritatum celebritas, tantò cæteris omnibus, non ſolùm humanis & è terra ortis, ſed iis êtiam, quæ ipſius Chriſti ſunt, ac propter ipſum celebrantur, ſuperior, quantò ſol ſtellas antecellit. Præclara quidem nobis quoque fuit heſterna candidæ veſtis ac luminum geſtatio, (quam privatim juxtà publicéque peregimus, omne genus hominum fermè, atque omnes magiſtratu & dignitate inſignes, largo igne noctem colluſtrantes,) magnúmque illud lumen referens, quod, vel cœlum orbem univerſum ſiderum ſuorum pulchritudine illuſtrans, ſupernè nobis trajicit, vel ſupercœleſte eſt, tum in Angelis, quæ prima poſt primam lucida natura eſt; (nam illinc ſplendorem trahunt;) tum in ipſa Trinitate, à qua lumen omne productum eſt, ab indiviſibili lumine diviſum atque honoratum. At hodierna præclarior & excellentior. Nam heſternum lumen magni illius luminis exſurgentis prænuncium erat, ac veluti profeſta quædam animorum voluptas. Hodiè autem ipſam Reſurrectionem celebramus, non jam in ſpe poſitam, ſed jam ortam, mundúmque totum ſibi conciliantem. Enimverò alius aliud quiddam huic tempori donet, ac munus feſtivum offerat, vel parvum vel magnum, modò ſpirituale, Deóque gratum, unuſquiſque pro virium ſuarum ratione. Nam dignum munus offerre vix ipſi quoque Angeli poſſint, illi, inquam, primi, & intelligentes, & puri, ſupernæque gloriæ ſpectatores, ac teſtes; ſi tamen his quoque omnibus numeris abſoluta Dei laudatio conceſſa eſt. Nos autem ſermonem, quo nec pulchrius quidquam habemus, nec præſtantius, conferemus; præſertim Verbum laudantes, ob beneficium, quod ab eo ad naturam ratione utentem profectum eſt. Hinc autem exordiar. Facere enim nequeo, quin de magna victima, & die omnium dierum maximo, ſermones, victimæ cujuſdam inſtar, offerens, ad Deum excurram, atque illinc exordium ducam. Ac vos, & mentem, & aures, & intellectum perpurgate,

Paſcha; Chriſti reſurrectione, non in ſpe poſitam, ſed jam ortam indicat.

Paſcha; dies omnium maximus.

καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. μεθ' ὧν κἀ αὐτὸς ἐν ὑμῖν ταῦτα φθέγγομαι· εἴη δὲ κἀ φωνὴν λαβεῖν τῆς Ἀγγελικῆς ἀξίαν, κἀ πάντα περιηχοῦσαν τὰ πέρατα.

β. Πάσχα Κυρίου, Πάσχα, καὶ πάλιν ἐρῶ Πάσχα, [a] τιμῇ τῆς Τριάδος. αὕτη ἑορτῶν ἡμῖν ἑορτὴ, καὶ πανήγυρις πανηγύρεων, τοσοῦτον ὑπεραίρουσα πάσας, οὐ τὰς ἀνθρωπικὰς μόνον καὶ [b] χαμαὶ ἐρχομένας, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰς αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ ἐπ' αὐτῷ τελουμένας, ὅσον ἀστέρας ἥλιος. καλὴ [c] μὲν κἀ ἡ χθὲς ἡμῖν [d] λαμπροφορία κἀ φωταγωγία, ἣν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ συνεσῆσάμεθα, πᾶν γένος ἀνθρώπων μικροῦ καὶ ἀξία πᾶσα, δαψιλεῖ τῷ πυρὶ τὴν νύκτα [e] καταφωτίζοντες, καὶ τοῦ μεγάλου φωτὸς ἀντίτυπος, ὅσον τε οὐρανὸς ἄνωθεν φρυκτωρεῖ, κόσμον [f] ὅλον αὐγάζων τοῖς παρ' ἑαυτοῦ κάλλεσι, καὶ ὅσον ὑπερουράνιον, ἔν τε Ἀγγέλοις τῇ περφύτῃ φωτεινῇ φύσει μετὰ τὴν περφύτην, τῷ ἐκεῖθεν [g] πηγάζεσθαι, καὶ ὅσον ἐν τῇ Τριάδι, παρ' ἧς φῶς ἅπαν συνέσῆκεν, ἐξ ἀμερίστου φωτὸς μεριζόμενον καὶ [h] τιμώμενον. καλλίων δὲ ἡ σήμερον, κἀ περιφανεστέρα. ὅσῳ χθὲς μὲν πρόδρομον ἦν τοῦ μεγάλου φωτὸς ἀνισταμένου τὸ φῶς, καὶ οἷον εὐφροσύνη τὶς προεόρτιος. σήμερον δὲ τὴν ἀνάστασιν αὐτὴν ἑορτάζομεν, οὐκ ἔτι ἐλπιζομένην, ἀλλ' ἤδη [i] γεγενημένην, καὶ κόσμον ὅλον ἑαυτῇ συνάγουσαν. ἄλλος μὲν οὖν ἄλλό τι τῷ καιρῷ καρποφορείτω, [k] κἀ δωροφορείτω δῶρον ἑόρτιον, ἢ μικρὸν, ἢ μεῖζον, τῶν πνευματικῶν τε καὶ Θεῷ φίλων, ὅπως ἂν ἕκαστος ἔχῃ δυνάμεως. τῆς γὰρ ἀξίας, μόλις ἂν καὶ Ἄγγελοι τύχοιεν, οἱ περφῆτοι, καὶ νοεροὶ, καὶ καθαροὶ, [l] καὶ τῆς ἄνω δόξης ἐπόπται καὶ μάρτυρες· εἴπερ καὶ τούτοις τὸ πᾶν [m] ἐφικτὸν τῆς ὑμνήσεως. ἡμεῖς δὲ λόγον εἰσοίσομεν, ὧν ἔχομεν τὸ κάλλιστόν τε καὶ τιμιώτατον, ἄλλως τε καὶ Λόγον ὑμνοῦντες, ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς λογικῆς φύσεως. ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν. οὐδὲ γὰρ ἀνέχομαι τοὺς περὶ τοῦ μεγάλου θύματος, καὶ τῆς μεγίστης ἡμερῶν θύων λόγους, μὴ πρὸς Θεὸν ἀναδραμεῖν, κἀκεῖθεν ποιήσασθαι

(a) Τιμῇ. Sic plures Regg. In Ed. τιμή.

(b) Χαμαὶ ἐρχομένας. *E terra ortis, originem ducentibus.* Bill. *humi defixis.*

(c) Μέν. Plures Codd. addunt, ξύν.

(d) Λαμπροφορία. *Candidæ veſtis geſtatio.* Alludit hîc Gregorius ad candidas Neophitorum veſtes. Bill. *facium & luminum geſtatio.*

(e) Καταφωτίζοντες. In nonnullis, καταφατίσαντες.

(f) Ολον. Sic Codd. In Ed. ὅλων.

(g) Πηγάζεσθαι. Coisl. 1. Or. 1. Jeſ. Hervag. &c. αὐγάζεσθαι, *ſplendorem efficiunt, clareſcunt.*

(h) Τιμώμενον. In nonnullis, τεμνόμενον, *præciſum.* Quam lectionem probat Combefiſius, utpotè quæ magis Gregorium ſapiat.

(i) Γεγενημένην. Sic plures Codd. In Ed. γεγεννημένην.

(k) Καὶ δωροφορείτω. Hæc deſunt in nonnullis.

(l) Καί. Deeſt in quatuor Regg. quinque Colb. & Comb.

(m) Εφικτόν. Unus Codex addit, ἰσῆλίν.

τὴν ἀρχήν. καί μοι καθήρασθε καὶ νοῦν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν, ὅσοι τρυφᾶτε τὰ τοιαῦτα· ἐπειδὴ περὶ Θεοῦ καὶ θεῖος ὁ λόγος· ἵν' ἀπέλθητε τρυφήσαντες ὄντως τὰ
a μὴ κενούμενα. [a]ἔσται δὲ ὁ αὐτὸς πληρέστατός τε ἅμα καὶ συντομώτατος, ὡς μήτε τῷ ἐνδεεῖ λυπεῖν, μήτε ἀηδὴς εἶναι διὰ τὸν κόρον.

qui in hujuſmodi rebus delicias poſitas habetis; (quandoquidem de Deo, ac divina eſt hæc Oratio;) ut veris deliciis, non autem evaneſcentibus expleti, diſcedatis. Erit autem Oratio noſtra ſimul & pleniſſima, & contractiſſima; ut nec ob defectum moleſta ſit, nec ob ſaturitatem tædium afferat.

b γ. [b]Θεὸς ἦν μὲν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ
c ἔσται· μᾶλλον δὲ, [c]ἔστιν ἀεί. τὸ γὰρ ἦν, ἢ ἔσται, τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τμήματα, καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως· ὁ δὲ ὢν ἀεὶ, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει, τῷ Μωϋσεῖ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους. ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι, μήτε ἀρξάμενον, μήτε παυσόμενον, οἷόν τι πέλαγος οὐσίας ἄπειρον καὶ ἀόριστον, πᾶσαν ὑπερεκπίπλον ἔννοιαν, καὶ χρόνου, καὶ φύσεως· νῷ
d μόνῳ [d]σκιαγραφούμενος, καὶ τούτῳ λίαν
e ἀμυδρῶς καὶ μετρίως, [e]οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, ἄλλης ἐξ ἄλλου φαντασίας συλλεγομένης, εἰς ἕν τι τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα, πρὶν κρατηθῆναι φεῦγον, καὶ πρὶν νοηθῆναι διαδιδράσκον· τοσαῦτα περιλάμπον ἡμῶν τὸ ἡγεμονικὸν,
f καὶ ταῦτα [f]κεκαθαρμένον, ὅσα καὶ ὄψιν, ἀστραπῆς τάχος οὐχ ἱσταμένης· ἐμοὶ δοκεῖν,
g ἵνα τῷ λητῷ μὲν ἔλκῃ πρὸς [g]ἑαυτό· τὸ γὰρ τελέως ἄληπτον, ἀνέλπιστον, καὶ ἀνεπιχείρητον· τῷ δὲ ἀλήπτῳ, θαυμάζηται· θαυμαζόμενον δὲ, ποθῆται πλέον· ποθούμενον δὲ, καθαίρῃ· καθαῖρον δὲ, θεοει-
h δεῖς [h]ἐργάζηται· τοιούτοις δὲ γενομένοις, ὡς οἰκείοις ἤδη προσομιλῇ· τολμᾷ τι νεανικὸν ὁ λόγος· Θεὸς θεοῖς ἑνούμενός τε καὶ γνωριζόμενος· καὶ τοσοῦτον ἴσως, ὅσον ἤδη
i γινώσκει [i]τοὺς γινωσκομένους. ἄπειρον οὖν τὸ θεῖον καὶ δυσθεώρητον· καὶ τοῦτο πάντῃ καταληπτὸν αὐτοῦ μόνον, ἢ ἀπειρία· κἄν
l k τις [k]οἴηται τῷ ἁπλῆς εἶναι φύσεως, ἢ [l]ὅλον ἄληπτον εἶναι, ἢ τελέως ληπτόν. τί γὰρ
m ὂν ἁπλῆς ἐστὶ φύσεως, [m]ἐπιζητήσω-

III. Deus & ſemper erat, & eſt, & erit; vel, ut rectiùs loquar, ſemper *Eſt*. Nam *Erat* & *Erit*, hujus noſtri temporis, fluxæque & caducæ naturæ ſegmenta ſunt. Ille autem ſemper *eſt*, atque hoc modo ſeipſum nominat, cùm in monte Moyſi oraculum edit. Univerſum enim eſſe in ſeipſo complectitur, quod nec principium habuit, nec finem habiturum eſt, quaſi pelagus quoddam eſſentiæ immenſum & interminatum, omnem tum temporis, tum naturæ cogitationem ſuperans; mente ſolâ is adumbratus, & quidem perexiguè ac perobſcurè, non ex his, quæ in ipſo ſunt, ſed quæ circa ipſum, aliâ nimirùm ex alia imagine collectâ, ad unum aliquod veritatis ſimulacrum exprimendum, quod, priuſquàm teneatur, effugit, & priuſquàm intellectu percipiatur, ſeipſum fugâ proripit; tantùm principem noſtrî partem, eámque purgatam, colluſtrans, quantùm oculorum aciem perſtringit fulguris celeritas haudquaquàm permanentis; ut, meo quidem judicio, quatenùs comprehendi poteſt, nos ad ſe trahat; (quod enim nullo modo percipi poteſt, id nec ſperat quiſquam, nec ad id adnititur; (quatenùs autem capi nequit, admirationem ſui excitet, atque ex ipſa admiratione vehementiùs deſideretur, deſideratus purget, purgans autem Deo ſimiles efficiat, cúmque id conſecuti fuerimus, jam velut cum familiaribus colloquatur, (metuo ne hoc audaciùs à me dictum videri poſſit,) Deus Diis unitus & innoteſcens, ac tantùm fortaſsè, quantùm jam eos, qui cognoſcunt, cognitos habet. Immenſus igitur eſt Deus, & ad contemplandum difficilis, ídque ſolùm in eo planè comprehendi poteſt, quòd immenſus ſit; quamlibet aliquis exiſtimet, eum, quia ſimplicis naturæ ſit, rationem hanc habere, ut vel nullo omninò modo comprehendi poſſit, vel plenè per-

Deus ſemper eſt. *Exod.* III. 13. *& ſeq.*

Mente ſolâ adumbratus.

Immenſus & infinitus.

(*a*) Ἔσται... διὰ τὸν κόρον. Hæc & interjecta deſunt in pleriſque Codicibus. Ea tamen agnoſcit Nicetas.

(*b*) Θεὸς ἦν μὲν ἀεί &c. Hæc & ſequentia uſque ad finem numeri noni, verbo ad verbum habentur in trigeſima octava Oratione *de Chriſti Nativitate*. Utrùm autem id factum fuerit ab ipſo Gregorio, an amanuenſium lapſu contigerit, incertum.

(*c*) Ἔστιν ἀεί. *Semper eſt*. Auguſtinus de vera Relig. c. XLIX. ſic loquitur: *Nihil præterit in æterno, & nihil futurum eſt; quia & quod præterit, eſſe deſinit; & quod futurum eſt, nondùm cœpit. Æternitas autem tantummodò eſt: nec fuit, quaſi non ſit; nec erit, quaſi adhuc non ſit.*

(*d*) Σκιαγραφούμενος. Sic plures Regg. & Colb. Par. &c. In Ed. σκιαγραφόμενον.

(*e*) Οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτόν. *Non ex ſuis*. Id eſt, non ipsâ eſſentiâ, ſecundùm quam Deus à nobis comprehendi nequit; ſed ex effectibus, ſeu operibus à nobis laudatur.

(*f*) Κεκαθαρμένον. Reg. ph. Savil. & Comb. κεκαθαρμένων, *cùm purgati fuerimus*.

(*g*) Ἑαυτό. Reg. ph. & Or. 1. ἑαυτόν.

(*h*) Ἐργάζηται. Comb. ἀπεργάζηται.

(*i*) Τοὺς γινωσκομένους. *Qui cognoſcunt*, non, *cognoſcuntur*, ut Billius. Alludit enim Gregorius ad hæc Apoſtoli verba, I. Cor. XIII. 12. *Tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum*.

(*k*) Οἴηται τῷ. Jeſ. Par. & Savil. οἴεται τό.

(*l*) Ὅλον. Par. ὅλως.

(*m*) Ἐπιζητήσωμεν. Sic Regg. hm. ph. &c. Sic etiam Billius. In Ed. ἐπιζητήσομεν.

fectéque comprehendi queat. Quid enim sit ille, natura simplex, exquiramus. Neque enim simplicitas illi natura est, quandoquidem nec compositis sola compositio.

Immensitas bifariam consideratur, ratione principii, & ratione finis.

IV. Jam verò, cùm immensitas bifariam consideretur, nempè & principii, & finis ratione; (nam quod supra hæc est, nec his continetur, immensum est;) cùm in superius profundum mens aspexit, in formis illis, quas sibi de Deo effingit, non habens ubi consistat & innitatur, immensum hoc exitûsque expers, *Anarchum*, hoc est, *principio carens*, appellavit: cùm autem ad inferiora hæc, & posteriora, *Immortale* atque *interitûs expers*: cùm autem utrúmque contraxerit, & collegerit, *Æternum*. Æternitas enim, nec tempus, nec temporis pars ulla est; nec enim in mensuram cadit; sed quod nobis tempus est, Solis motu definitum, hoc Æternis ævum est, nimirùm ille quasi temporalis quidam motus, & intervallum, quod simul cum æternis extenditur. Atque hæc nobis in præsentia de Deo dicta sint. Neque enim plura differere hujus est temporis; quandoquidem nobis hoc loco, non de Dei natura, sed de œconomia instituta est Oratio. Deum porrò cùm dico, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum dico; nec ultra hæc sese diffundente Deitate, ne Deorum turbam inducamus; nec rursùs intra hæc finita atque restricta, ne Divinitatis inopiâ premi judicemur, vel propter unius principatum Judaismo faventes, vel propter effusam Deorum multitudinem Gentilismo. Nam utrobique malum æquale est, tametsi in contrariis reperiatur. Sic nimirùm Sancta Sanctorum, quæ etiam à *Seraphinis* obteguntur, ac tribus sanctificationibus in unam dominationem & deitatem coëuntibus, celebrantur; quemadmodùm & alius quidam ante nos pulcherrimè & sublimissimè philosophatus est.

Quid Æternitate intelligatur.

Tota Trinitas, unus Deus est.

Isai. VI. 2. *& seq.*

V. Quoniam autem bonitati minimè satis erat suâ ipsius solùm contemplatione moveri, sed bonum diffundi ac propagari oportebat, ut plura essent, quæ beneficio afficerentur, (id enim summæ bonitatis erat,) primùm Angelos, & cœlestes Spiritus cogitavit; atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo conficiebatur, ac Spiritu perficiebatur; atque ita secundi splendores procreati sunt, primi splendoris administri; sive spiritus mente præditos, sive ignem tanquam materiæ & corporis exper-

Omnis creatura à Dei benignitate originem ducit.

Angelorum creatio.

A μεν· οὐ γὰρ δὴ τοῦτο φύσις αὐτῷ, ἡ ἁπλότης, εἴπερ μηδὲ τοῖς συνθέτοις, [a] τὸ εἶναι μόνον συνθέτοις.

δ. Διχῇ δὲ τοῦ ἀπείρου θεωρουμένου, κατά τε ἀρχὴν, καὶ τέλος· τὸ γὰρ ὑπὲρ ταῦτα, καὶ μὴ ἐν τούτοις, ἄπειρον· ὅταν μὲν εἰς τὸν ἄνω βυθὸν ὁ νοῦς ἀποβλέψῃ, οὐκ ἔχων ὅποι στῇ καὶ ἀπερείσηται ταῖς περὶ Θεοῦ φαντασίαις, τὸ ἐνταῦθα ἄπειρον καὶ ἀνέκβατον, ἄναρχον προσηγόρευσεν· B ὅταν δὲ [b] εἰς τὸν κάτω, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον· ὅταν δὲ συνέλῃ τὸ πᾶν, αἰώνιον. αἰὼν γὰρ, οὔτε χρόνος, οὔτε χρόνου τι μέρος· οὐδὲ γὰρ μετρητόν· ἀλλ' ὅπερ ἡμῖν ὁ χρόνος, ἡλίου φορᾷ μετρούμενος, τοῦτο τοῖς ἀϊδίοις αἰὼν, [c] τὸ συμπαρεκτεινόμενον [d] τοῖς οὖσιν, οἷόν τι χρονικὸν κίνημα καὶ διάστημα. ταῦτά μοι περὶ Θεοῦ [e] πεφιλοσοφήσθω τανῦν. οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ ταῦτα καιρὸς, ὅτι μὴ θεολογία τὸ C προκείμενον ἡμῖν, ἀλλ' [f] οἰκονομία. Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, λέγω Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος· οὔτε ὑπὲρ ταῦτα τῆς θεότητος χεομένης, ἵνα μὴ δῆμον Θεῶν εἰσαγάγωμεν· οὔτε ἐντὸς τούτων ὁριζομένης, ἵνα μὴ πενίαν θεότητος κατακριθῶμεν, ἢ διὰ τὴν μοναρχίαν [g] Ιουδαΐζοντες, ἢ διὰ τὴν ἀφθονίαν Ελληνίζοντες. τὸ γὰρ κακὸν ἐν ἀμφοτέροις ὅμοιον, κἂν [h] ἐν τοῖς ἐναντίοις εὑρίσκηται. οὕτω μὲν οὖν τὰ ἅγια τῶν D ἁγίων, ἃ καὶ τοῖς Σεραφὶμ συγκαλύπτεται, καὶ δοξάζεται τρισὶν ἁγιασμοῖς, εἰς μίαν συνιοῦσι κυριότητα καὶ θεότητα· [i] ὅπερ καὶ ἄλλῳ [k] τινὶ τῶν περὶ ἡμῶν πεφιλοσόφηται κάλλιστά τε καὶ ὑψηλότατα.

ε. Επεὶ δὲ οὐκ ἤρκει τῇ ἀγαθότητι τοῦτο, τὸ κινεῖσθαι μόνον τῇ ἑαυτῆς θεωρίᾳ, ἀλλ' ἔδει χεθῆναι τὸ ἀγαθὸν καὶ ὀδεῦσαι, ὡς πλείονα εἶναι τὰ εὐεργετούμενα· τοῦτο γὰρ τῆς ἄκρας ἦν ἀγαθότητος· πρῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς Αγγελικὰς Δυνάμεις καὶ οὐρανίους· ᾗ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, Λόγῳ συμπληρούμενον, ᾗ Πνεύματι τελειούμενον· ᾗ οὕτως ὑπέστησαν λαμπρότητες δευτεραι, λειτουργοὶ τῆς πρώτης λαμπρότητος, εἴτε

(a) Τὸ εἶναι μόνον. Sic Coisl. 2. In Ed. μόνον τὸ εἶναι.

(b) Εἰς τὸν κάτω. Regg. bm. ph. &c. εἰς τὰ κάτω. Gloss. εἰς τὰ μέλλοντα, *ad ulteriora*, *ad futura*.

(c) Το συμπαρεκτεινόμενον. *Illud ævum quod simul cum existentibus rebus extenditur.*

(d) Τοῖς οὖσιν. Comb. *Spiritualibus.*

(e) Πεφιλοσοφήσθω τὰ νῦν. In nonnullis, πεφιλοσοφείσθω τὸ νῦν.

(f) Οἰκονομία. *De œconomia;* id est, inquit Nicetas, *de Incarnationis consilio & œconomia disserere proposuimus. Ex quibus forsan colligendum esset, hæc ex Oratione de Nativitate excerpta, ab amanuensibus huc fuisse translata.*

(g) Ιουδαΐζοντες. Judæi unam tantùm in Deo Personam agnoscebant.

(h) Εν. Deest in Regg. c. d. & Jes.

(i) Οπερ καί. Duo Colb. & Or. 1. ὃ καί.

(k) Τοὶ τῶν. Sic Regg. d. ph. Or. 1. &c. In Ed. deest τῶν. Budæus intelligit *Dionysium.* Regius Mazarinus & Nicetas, *Athanasium*, quibus assentimur.

νοερὰ

νοερὰ πνεύματα, εἴτε πῦρ, οἷον ἄϋλον καὶ ἀσώματον, εἴτέ τινα φύσιν ἄλλην, ὅτι
b a [a] ἐγγυτάτω τῶν εἰρημένων [b] ταύτας ὑποληπτέον. βούλομαι μὲν εἰπεῖν, ὅτι ἀκινήτους πρὸς τὸ κακὸν, καὶ μόνην ἐχούσας τὴν τοῦ καλῶ κίνησιν, ἅτε περὶ Θεὸν ὕσας, καὶ τὰ πρῶτα ἀπ Θεοῦ λαμπομένας· τὰ γὰρ ἐνταῦθα δευτέρας ἐλλάμψεως· πείθει δέ με, μὴ ἀκινήτους,
c ἀλλὰ [c] δυσκινήτους, καὶ ὑπολαμβάνειν ταύτας καὶ λέγειν, ὁ δι' τὴν λαμπρότητα ἑωσφόρος, σκότος δι' τὴν ἔπαρσιν καὶ ὀλόμβρος καὶ λε- B
γόμβρος, αἵ τε ὑπ' αὐτὸν ἀποστατικαὶ δυνάμεις, δημιουργοὶ τῆς κακίας τῇ τοῦ καλοῦ φυγῇ, καὶ ἡμῖν πρόξενοι.

5. Οὕτω μὲν οὖν ὁ νοητὸς αὐτῷ καὶ δι' ταῦτα ὑπέστη κόσμος, ὡς ἐμὲ γοῦν περὶ τούτων φιλοσοφῆσαι, μικρῷ λόγῳ τὰ μεγάλα σταθμώμενον. ἐπεὶ δὲ τὰ πρῶτα καλῶς εἶχεν αὐτῷ, δεύτερον ἐννοεῖ κόσμον, ὑλικὸν & ὁρώμενον· καὶ οὗτός ἐστι, τὸ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς,
d [d] καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημά τε καὶ σύγκριμα· ἐπαινετὸν μὲν τῆς καθ' ἕκαστον εὐφυΐας, ἀξιεπαινετώτερον δὲ τῆς ἐξ ἁπάντων εὐαρμοστίας καὶ συμφωνίας, ἄλλου πρὸς ἄλλό τι καλῶς ἔχοντος, καὶ πάντων πρὸς ἅπαντα, εἰς ἑνὸς κόσμου συμπλήρωσιν· ἵνα δείξῃ, μὴ μόνον οἰκείαν ἑαυτῷ φύσιν, ἀλλὰ καὶ πάντῃ ξένην ὑποστήσασθαι δυνατὸς ὤν. οἰκεῖον μὲν
e θεότητος, αἱ νοεραὶ φύσεις, καὶ νῷ μόνῳ λητταί· [e] ξένον δὲ παντάπασιν, ὅσαι ὑπὸ τὴν αἴσθησιν· καὶ τούτων αὐτῶν ἔτι πορ- D
ρωτέρω, ὅσαι παντελῶς ἄψυχοι καὶ ἀκίνητοι.

A tem, sive aliam quandam naturam proximè ad eas, quas diximus, accedentem, eos existimare oportet. Gestit quidem animus dicere ad malum immobiles, ac solummodò ab bonum propensos, utpotè Deum circumstantes, ac primario Dei fulgore collucentes; (hæc enim inferiora secundæ illuminationis sunt;) verùm, ut non omninò immobiles, sed ægrè mobiles existimem ac dicam, mihi persuadet ille, ob splendorem, Lucifer, qui propter superbiam caligo effectus est, ac nominatur, & rebelles Angeli ei subjecti, vitii per boni fugam architecti, ejusdémque nobis auctores.

VI. Sic igitur atque ob has causas; mundus is intellectualis, ab eo creatus est, quantùm quidem ipse de his rebus philosophari queo, exiguâ Oratione res magnas expendens. Posteaquàm autem primas partes præclarè constitutas vidit, alterum mundum, materiâ constantem & aspectabilem cogitavit, hanc nimirùm ex cœlo, & terra, & his rebus, quæ eorum complexu continentur, coagmentationem & concretionem: laudabilem illam quidem, ob singularem partium elegantiam; verùm laudabiliorem, ob eam, quæ ex universis existit, concinnitatem atque concordiam, aliâ re videlicet ad aliud quiddam pulchrè quadrante, atque omnibus ad omnia scitè convenientibus, ad unius mundi ornatum omnibus numeris absolvendum; ut perspicuum faceret, se, non modò sibiipsi cognatam & propinquam naturam, sed etiam omninò alienam posse procreare. Divinitatis enim propinquæ sunt intelligentes naturæ, quæque mente solâ percipi queunt; alienæ autem omninò, quæcunque sub sensus cadunt; atque his adhuc remotiores, quæ animâ omni & motu carent. Visibilis mundi creatio.

f ζ. [f] Νῶς μὲν ἤδη & αἴσθησις, ἅτως ἀπ'
g ἀλλήλων [g] διακριθέντα, τῶν ἰδίων ὅρων ἐντὸς εἰστήκεισαν, καὶ τὸ τοῦ δημιουργοῦ Λόγε μεγαλεῖον ἐν ἑαυτοῖς ἔφερον, σιγῶντες ἐπαινέται τῆς μεγαλεργίας, καὶ διαφρύσιοι κήρυκες. ἔπω δὲ ἦν κρᾶμα ἐξ ἀμφοτέρων, οὐδέ τις E
μίξις τῶν ἐναντίων, Σοφίας μείζονος γνώρισμα, καὶ τῆς περὶ τὰς φύσεις πολυτελείας· οὐδὲ ὁ πᾶς πλοῦτος τῆς ἀγαθότητος γνώριμος. τοῦτο δὴ βεληθεὶς ὁ τεχνίτης ἐπιδεί-

Homo, ex visibili & invisibili natura creatur.

(a) Ἐγγυτάτω. In nonnullis, ἐγγυτάτων.
(b) Ταύτας. Sic sex Regg. Par. Jes. Bas. &c. Pravè in Ed. ταῦτα.
(c) Δυσκινήτους. Sic Regg. c. d. ph. Savil. &c. In Ed. δυσκυνήτους.
(d) Καὶ τῶν ἐν μέσῳ. *Et rebus mediis*, nimirùm aëre & aquâ, quæ inter cœlum & terram continentur. Nam *mundus*, ut ait Aristoteles, *est coagmentatio ex cœlo & terra naturisque intermediis.*
(e) Ξένον. Sic Regg. bm. ph. Coisl. 1. &c. Pravè in Par. ed. ξένε.
(f) Νῶς μὲν ἤδη καὶ αἴσθησις. *Mens jam & sensus.* Intelligit Gregorius Angelos & visibilem mundum à Verbo creatos, qui, vocis organo destituti, opificis sui gloriam tacitè enarrabant, cùm nondùm homo creatus esset.
(g) Διακριθέντα. Sic plerique melioris notæ Codd. In Ed. διακριθέντες.

animal unum ex utroque, ex invisibili scilicet ac visibili natura, hominem dico, fabricatur; atque à materia quidem, jam antè productâ, sumpto corpore, à se autem insito spiraculo, (quod quidem *intellectualem animam*, *Deique imaginem* Scriptura vocat;) velut alterum quendam mundum, in parvo magnum, in terra collocat, Angelum alium, mixtum adoratorem, visibilis naturæ spectatorem, intellectualis mystem, eorum, quæ in terra sunt, Regem, superis autem subditum, terrenum & cœlestem, caducum & immortalem, visibilem & intelligibilem, medium inter magnitudinem & humilitatem, eundem spiritum & carnem; spiritum propter gratiam, carnem ob elationem: illud quidem, ut maneat, eúmque, cujus beneficiis ornatus est, concelebret; hoc autem, ut vexetur, ac vexationibus admoneatur, & de magnitudine sibi placens erudiatur & coërceatur; animal hîc variè gubernatum, atque aliò demigrans, &, quod mysterii extremum est, animi ad Deum nutu & propensione divinitatem consequens. Eò enim mihi veritatis splendor ille, quem hîc exiguè haurimus, tendit, ut Dei claritatem, & videam, & sentiam, dignam eo, qui & constrinxit, & dissolvet, ac rursùs excellentiùs sublimiúsque constringet.

Gen. I. 27. *&* II. 7.

Homo terrenus simul & cœlestis.

ξασθαι Λόγος, καὶ ζῶον ἓν ἐξ ἀμφοτέρων, ἀοράτου τε λέγω καὶ ὁρατῆς φύσεως, δημιουργεῖ, τὸν ἄνθρωπον· καὶ ᾧδὲ μὲν τῆς ὕλης λαβὼν τὸ σῶμα ἤδη προϋποστάσης, παρ' ἑαυτοῦ δὲ [a] πνοὴν ἐνθεὶς, ὃ δὴ νοερὰν ψυχὴν καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος, οἷόν τινα κόσμον ἕτερον, ἐν μικρῷ μέγαν, ἐπὶ τῆς γῆς ἵστησιν, Ἄγγελον ἄλλον, προσκυνητὴν μικτὸν, ἐπόπτην τῆς ὁρατῆς κτίσεως, μύστην τῆς νοουμένης, βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς, βασιλευόμενον ἄνωθεν, ἐπίγειον καὶ ἐράνιον, πρόσκαιρον καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοούμενον, [b] μέσον μεγέθους καὶ ταπεινότητος, τὸν αὐτὸν πνεῦμα καὶ σάρκα· πνεῦμα μὲν διὰ τὴν χάριν, σάρκα δὲ διὰ τὴν ἔπαρσιν· τὸ μὲν, ἵνα μένῃ, καὶ δοξάζῃ τὸν εὐεργέτην· τὸ δὲ, ἵνα πάσχῃ, καὶ [c] πάσχων ὑπομιμνήσκηται, καὶ παιδεύηται τῷ μεγέθει [d] φιλοτιμούμενος· [e] ζῶον ἐνταῦθα οἰκονομούμενον, καὶ ἀλλαχοῦ μεθισταμένον, καὶ πέρας τοῦ μυστηρίου, τὴν πρὸς Θεὸν νεῦσιν θεούμενον. εἰς τοῦτο γὰρ ἐμοὶ φέρει τὸ μέτριον ἐνταῦθα φέγγος τῆς ἀληθείας, λαμπρότητα Θεοῦ καὶ ἰδεῖν καὶ παθεῖν ἀξίαν τοῦ καὶ συνδήσαντος, καὶ [f] λύσοντος, καὶ αὖθις συνδήσοντος ὑψηλότερον.

Arbitrii libertate donatus. *Gen.* II. 15. *& seqq.*

VIII. Hunc arbitrii libertate donatum, ut bonum non minùs illius esset, qui elegisset, quàm ejus, qui semina præbuisset, *in Paradiso*, (quicunque tandem erat Paradisus ille,) collocat, plantarum immortalium cultorem, hoc est, fortasse divinarum cogitationum, tam simpliciorum, quàm perfectiorum, nudum per simplicitatem, & vitam artificio carentem, atque omnis integumenti & munimenti expertem. Talem enim esse conveniebat eum, qui primùm esset creatus. Ac legem, quasi materiam, libero arbitrio tradit. Lex autem illa, præceptum erat, quo præscribebatur, tum quibus arboribus ei utendum esset, tum à qua manus abstinendæ. Ea porrò erat scientiæ arbor, non illa quidem, aut malè à principio consita, aut per invidiam interdicta; (ne illuc linguas suas Dei hostes injiciant, nec serpentem imitentur;) sed bona quidem tempestivè percepta; (contemplationis enim, ut ipse contemplando assequor, hæc arbor erat, ad quam iis solis tutus

Lex, quasi materia, libero arbitrio tradita.

η. Τοῦτον ἔθετο μὲν [g] ἐν τῷ Παραδείσῳ, ὅς τίς ποτε ἦν ὁ Παράδεισος οὗτος, τῷ αὐτεξουσίῳ τιμήσας, ἵν' ᾖ τοῦ ἑλομένου τὸ ἀγαθὸν οὐχ ἧττον, [h] ἢ τοῦ φυτεύσαντος τὰ σπέρματα, φυτῷ ἀθανάτων γεωργὸν, θείων ἐννοιῶν ἴσως, τῶν τε ἁπλουστέρων, καὶ τῶν τελεωτέρων, γυμνὸν τῇ ἁπλότητι, καὶ ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, καὶ δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος· τοιοῦτον γὰρ ἔπρεπεν εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς· καὶ δίδωσι νόμον, ὕλην τῷ αὐτεξουσίῳ. ὁ δὲ νόμος ἦν ἐντολὴ, ὧν τε μεταληπτέον αὐτῷ φυτῶν, καὶ οὗ μὴ προσαπτέον. τὸ δὲ ἦν, τὸ ξύλον τῆς γνώσεως, ὅτε φυτευθὲν ἀπ' ἀρχῆς κακῶς, οὔτε ἀπαγορευθὲν φθονερῶς· μὴ πεμπέτωσαν ἐκεῖ τὰς γλώσσας οἱ θεομάχοι, μηδὲ τὸν ὄφιν μιμείσθωσαν· ἀλλὰ καλὸν μὲν εὐκαίρως μεταλαμβανόμενον· [i] θεωρία γὰρ ἦν τὸ φυτὸν, ὡς ἡ ἐμὴ θεωρία, οἷς μόνοις [k] ἐπιβαίνειν

(a) Πνοὴν ἐνθεὶς. Sic Coisl. 1. Or. 1. Comb. &c. Sic etiam legit Bill. In Par. ed. ζωὴν ἐνθεὶς, *insitâ vitâ*.
(b) Μέσον. Sic Codd. Mendosè in Ed. μίσους.
(c) Πάσχων. Reg. ph. πάσχον.
(d) Φιλοτιμούμενος. Regg. bm. ph. & Savil. φιλοτιμούμενον.
(e) Ζῶον ἐνταῦθα &c. Id est, animal quod in hac vita, providentiâ, lege, & consilio regatur, & ad aliam vitam transferatur.
(f) Λύσοντος.... συνδήσοντος. Sic plures optimæ notæ Codd. In Ed. λύσαντος... συνδήσαντος.
(g) Ἐν τῷ. Sic Regg. bm. ph. Or. 1. &c. Deest τῷ in Ed.
(h) Ἢ τοῦ. Comb. ἢ ἀπὸ τοῦ.
(i) Θεωρία. *Contemplatio.* Id est, inquit Nicetas, *altior quædam cognitio, iis conveniens, qui sensus exercitatos habent.*
(k) Ἐπιβαίνειν. Sic tres Regg. In Ed. ἐπιβαίνει.

ἀσφαλὲς, [a] τοῖς τὴν ἕξιν τελειωτέροις· οὐ καλὸν δὲ τοῖς ἁπλουστέροις ἔτι, καὶ τὴν ἔφεσιν λιχνοτέραις· ὥσπερ οὐδὲ τροφὴ τελεία λυσιτελὴς τοῖς [b] ἀπάλοις ἔτι, καὶ δεομένοις γάλακτος. ἐπεὶ δὲ φθόνῳ διαβόλου, καὶ γυναικὸς ἐπηρείᾳ, ἧν τε ἔπαθεν, ὡς ἀπαλωτέρα, καὶ ἣν προσήγαγε, ὡς πιθανωτέρα· φεῦ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας· ἐμὴ γὰρ ἡ τοῦ προπάτορος· τῆς μὲν ἐντολῆς ἐπελάθετο τῆς δοθείσης, καὶ ἡτλήθη τῆς πικρᾶς γεύσεως· ὁμοῦ δὲ τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου, καὶ τοῦ Παραδείσου, καὶ τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν κακίαν ἐξόριστος γίνεται, καὶ τοὺς δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας, ἴσως τὴν παχυτέραν σάρκα, καὶ θνητὴν, καὶ ἀντίτυπον· καὶ τοῦτο πρῶτον γινώσκει τὴν ἰδίαν αἰσχύνην, καὶ ὑπὸ Θεῷ κρύπτεται. κερδαίνει μέν τι κἀνταῦθα, τὸν θάνατον, καὶ τὸ διακοπῆναι τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακόν. καὶ γίνεται φιλανθρωπία, ἡ τιμωρία. [c] ἕτω γὰρ [c] πείθομαι κολάζειν Θεόν.

est ascensus, qui animi habitu perfectiori sunt;) haudquaquàm autem bona simplicioribus adhuc animis, atque appetitu avidiori præditis; quemadmodùm nec perfectus ac solidus cibus iis conducit, qui tenerâ adhuc ætate sunt, lactéque opus habent. Postquam autem *Diaboli* invidiâ, & fraude factâ mulieri, quam, & ut mollior passa est, &, ut ad persuadendum accommodatior, admovit; (ô infirmitatem meam! meam enim duco primi parentis infirmitatem;) accepti mandati oblitus, & huic gustui acerbo acquievit, tum simul & à ligno vitæ, & à Paradiso, & ab ipso Deo propter peccatum expellitur, & pelliceas tunicas induit, hoc est, fortassè crassiorem carnem, & mortalem, ac refractariam; primúmque turpitudinem suam agnoscit, & à Deo se abscondit. Atque hîc quoque tamen mortem, ac peccati præcisionem elucratur, ne malum immortale sit. Ita pœna ipsa in misericordiam cessit. Sic enim Deum supplicia inferre censeo.

Primi parentis lapsus. *Gen.* III. 1. *& seqq.*

E Paradiso expellitur.

θ. Πολλοῖς δὲ παιδευθεὶς πρότερον ἀντὶ πολλῶν τῶν ἁμαρτημάτων, ὧν ἡ τῆς κακίας ῥίζα ἐβλάστησε, κατὰ διαφόρους αἰτίας καὶ χρόνους, λόγῳ, νόμῳ, Προφήταις, εὐεργεσίαις, ἀπειλαῖς, πληγαῖς, ὕδασιν, ἐμπρησμοῖς, πολέμοις, νίκαις, ἥτταις, σημείοις ἐξ οὐρανοῦ, σημείοις ἐξ ἀέρος, ἐκ γῆς, ἐκ θαλάττης, ἀνδρῶν, πόλεων, ἐθνῶν, ἀνελπίστοις μεταβολαῖς, ὑφ' ὧν ἐκτριβῆναι τὴν κακίαν τὸ σπουδαζόμενον ἦν· τέλος, ἰσχυροτέρου δεῖται φαρμάκου ἐπὶ δεινοτέροις τοῖς ἀῤῥωστήμασιν, ἀλληλοφονίαις, μοιχείαις, ἐπιορκίαις, ἀνδρομανίαις, τὸ πάντων ἔσχατον τῶν κακῶν καὶ πρῶτον, [d] εἰδωλολατρίαις, καὶ τῇ μεταθέσει τῆς προσκυνήσεως ἀπὸ τοῦ πεποιηκότος ἐπὶ τὰ κτίσματα. ταῦτα, ἐπειδὴ μείζονος ἐδεῖτο τοῦ βοηθήματος, μείζονός καὶ τυγχάνει. τὸ δὲ ἦν, αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ πρωταιώνιος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀσώματος, ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχὴ, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ [e] ἀρχετύπου, [f] ἡ μὴ κινουμένη σφραγὶς, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, ὁ τοῦ Πατρὸς ὅρος καὶ λόγος, ἐπὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα χορεῖ, καὶ [g] σάρκα φορεῖ διὰ τὴν σάρκα, [g] καὶ ψυχῇ νοερᾷ διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν μίγνυται, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀναναθαίρων, καὶ πάντα

IX. Multis autem priùs modis, propter multa peccata, quæ ex vitii radice pullularunt, secundùm diversas causas & tempora castigatus, sermone, lege, Prophetis, beneficiis, comminationibus, plagis, aquis, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, signis è cœlo, signis ex aëre, ex terra, ex mari, hominum, urbium, gentium insperatis mutationibus, quæ omnia eò tendebant, ut malitia contereretur; validiori tandem medicamento propter graviores morbos opus habere cœpit, nimirùm ob mutuas cædes, adulteria, perjuria, præposteram libidinem, &, quod omnium malorum extremum ac primum est, Idolorum cultum, adorationísque à Creatore ad creaturas translationem. Quæ quoniam majus auxilium requirebant, majus etiam acceperunt. Hoc autem erat ipse Dei Filius, ille sæculis antiquior, ille invisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ & immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus & ratio, ille, inquam, ad imaginem suam se confert, carnémque carnis causâ gerit, & cum intellectuali anima propter animam meam jungitur, ut simile per simile repurget, atque humana omnia, excepto peccato, susceperit; conceptus quidem ex virgine, animo & carne à Spiritu præpurgata; nam & generationem honore affici, & virginitatem præ-

Homo, ob peccatum, lege, Prophetis castigatus, majori auxilio indigebat.

Majus illud auxilium fuit ipse Dei Filius.

Dei Filius, è virgine conceptus, humana omnia, excepto peccato, suscipit.

(a) Τοῖς ... τελειωτέροις. Regg. bm. ph. & Savil. τὲς τελειωτέρες.
(b) Ἀπάλοις. Sic quatuor Regg. sex Colb. &c. In Ed. ἁπλοῖς, *simplicibus*.
(c) Πείθομαι. Comb. ἐγὼ πείθομαι.
(d) Εἰδωλολατρίαις. Reg. ph. & Or. I. εἰδωλολατρείαις.
(e) Ἀρχετύπου. Coisl. I. addit, κάλλους. *Pulchritudinis archetypi expressio.*
(f) Ἡ μή. Sic Regg. bm. ph. & Savil. In Ed. ἡ μή.
(g) Καὶ ψυχῇ νοερᾷ. Par. καὶ ψυχὴν νοερὰν.

ferri oportebat; progreſſus autem Deus cum aſſumpta humanitate, unum ex duobus inter ſe contrariis, carne nimirùm & ſpiritu, quorum alterum deitatem dedit, alterum accepit. O novam & inauditam mixturam! ô admirandam temperationem! Qui eſt, fit: qui increatus eſt, creatur: qui nullo loco contineri poteſt, interventu animæ intellectualis, inter divinitatem carníſque craſſitiem interjectæ, contiPauper factus, alios ditat. netur. Qui alios ditat, pauper efficitur; carnis enim meæ paupertatem ſubit, ut ego Deitatis ipſius opes conſequar. Qui plenus eſt, exinanitur; ſuâ enim gloriâ ad breve tempus exinanitur, ut plenitudinis ipſius ego particeps efficiar. Quænam hæ bonitatis divitiæ? Quodnam erga me myſterium? Divinam imaginem accepi, nec cuſtodivi. Ille meam carnem accipit, ut & imagini ſalutem, & carni immortalitatem afferat; ſecundum conſortium nobiſcum init, & quidem priori longè admirabilius. Tum enim id quod præſtantius erat, nobis impertiit; at nunc ejus, quod deterius eſt, particeps ipſe fit. Hoc priori illo divinius; hoc apud cordatos viros multò ſublimius.

A γίνεται, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, ἄνθρωπος· κυηθεὶς μὲν ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα ϖεϱιαθαρθείσης τῷ Πνεύματι· ἔδει γὰϱ, καὶ γέννησιν τιμηθῆναι, καὶ παρθενίαν ϖεϱτιμηθῆναι· ϖεϱελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς ϖεϱσλήψεως, ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, [a] σαρκὸς καὶ πνεύματος, ὧν τὸ μὲν a ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη. ὦ τῆς καινῆς μίξεως· ὦ τῆς ϖαϱαδόξου κράσεως· ὁ ὢν, γίνεται· καὶ ὁ ἄκτιστος, κτίζεται· καὶ ὁ ἀχώϱητος, χωϱεῖται, B διὰ μέσης Ψυχῆς νοεϱᾶς μεσιτευούσης θεότητι, καὶ σαρκὸς παχύτητι· καὶ ὁ πλουτίζων, πτωχεύει· πτωχεύει γὰϱ τὴν ἐμὴν σάρκα, ἵν' ἐγὼ [b] πλουb τήσω τὴν αὐτῆ θεότητα. Ϛ ὁ πλήϱης, κενοῦται· κενοῦται γὰϱ τῆς ἑαυτῆ δόξης [c] ἐπὶ μικϱὸν, ἵν' c ἐγὼ τῆς ἐκείνου μεταλάβω [d] πληϱώσεως. τίς ὁ d πλοῦτος τῆς ἀγαθότητος; τί τὸ ϖεϱὶ ἐμὲ τοῦτο μυστήϱιον; μετέλαβον τῆς εἰκόνος, καὶ οὐκ ἐφυλαξα· μεταλαμβάνει τῆς ἐμῆς σαρκὸς, ἵνα καὶ τὴν εἰκόνα σώσῃ, καὶ τὴν σάρκα ἀθανατίσῃ. C [e] δευτέϱαν κοινωνεῖ κοινωνίαν, πολὺ τῆς ϖϱοτέ- e ϱας ϖαϱαδοξοτέϱαν· ὅσῳ τότε μὲν τῷ κϱείττονος μετέδωκε· νῦν δὲ μεταλαμβάνει τοῦ χείϱονος. τοῦτο τοῦ ϖϱοτέϱου θεοειδέστεϱον· τοῦτο τοῖς νοῦν ἔχουσιν [f] ὑψηλότεϱον. f

Paſcha litterali ac ſpirituali ſenſu conſideratum.

X. Sed quorsùm hæc; dicturus eſt fortaſsè quiſpiam ex his, qui majore erga feſtum ſtudio ducuntur, fervidioríque animo præditi ſunt? Equum ad metam ſtimula; de iiſque, quæ hujus feſti ſunt, & ob quæ hîc aſſidemus, Orationem ad nos habe. Ita verò faciam, etſi paulò al- D tiùs exorſus ſum, ſic nimirùm & ratione & amore perpellentibus. Nec verò abs re, ut opinor, fuerit, ſtudioſis & honeſti cupidis hominibus de nomine ipſo Paſchæ quædam præfari. Id enim non contemnendum additamentum auribus fuerit. Hoc Paſcha, hoc, inquam, magnum & venerandum, *Phaſcha* ab Hebræis juxta eorum *Exod.* XII. 11. linguam nominatur; quæ vox *tranſitum* ſonat, hiſtoricâ quidem ratione, propter Iſraëlitarum ex Ægypto in Chananæam regionem fugam & migrationem: ſin autem ſpiritualem ſenſum ſpectemus, propter noſtram ex his inferioribus ad ſuperiora, atque ad promiſſionis terram progreſſionem & aſcenſum. Quod verò in permultis Scripturæ locis accidiſſe com-

1. g Ἀλλὰ τί τούτων ἡμῖν, τάχα ἂν εἴποι g τις τῶν λίαν φιλεόϱτων καὶ θεϱμοτέϱων; κέντει τὸν ϖῶλον ϖεὶ τὴν νύσσαν· τὰ τῆς ἑοϱτῆς ἡμῖν φιλοσόφει, καὶ οἷς ϖϱοκαθεζόμεθα σήμεϱον. τοῦτο δὴ καὶ ϖοιήσω, καὶ εἰ μικϱὸν ἄνωθεν ἠϱξάμην, ἔτω τῷ λόγου καὶ τῷ ϖόθου βιασαμένων. οὐ χεῖϱον ᾗ ἴσως τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλοκάλοις ϖεὶ τῆς ϖϱοσηγοϱίας αὐτῆς τὸ Πάσχα βϱαχέα [h] διαλαβεῖν. γένοιτο h γὰϱ ἂν οὐ φαῦλον τοῦτο ταῖς ἀκοαῖς ἐπεισόδιον. τὸ Πάσχα τοῦτο, τὸ μέγα τε καὶ σεβάσμιον, [i] Φάσκα τοῖς Ἑβϱαίοις ϖϱοσαγοi ϱεύεται, κατὰ τὴν ἐκείνων φωνήν· δηλοῖ ᾗ ἡ φωνὴ τὴν διάβασιν· ἱστοϱικῶς μὲν, διὰ τὴν ἐξ Αἰγύϖτου ϖϱὸς τὴν Χαναναίαν [k] φυγὴν Ϛ k μετανάστασιν· ϖνευματικῶς ᾗ, διὰ τὴν ἐκ τῶν κάτω ϖεὸς τὰ ἄνω, καὶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ϖεϱίοδον καὶ ἀνάβασιν. ὅϖεϱ δὲ ϖολλαχοῦ τῆς γϱαφῆς συμβὰν εὕϱομεν, ἀϖὸ τῶν ἀσαφεστέϱων μεταϖοιηθέντα τινὰ τῶν

(a) Σαρκὸς καὶ ϖνεύματος. Optimè Nicetas exponit, ἀνθϱωϖότητος καὶ θεότητος, *cum divinitate & humanitate.*

(b) Πλουτήσω. Reg. ph. ϖλουτίσω.

(c) Ἐϖὶ μικϱόν. *Parumper, tantillùm, paululùm ſuâ majeſtate exinanitur*, nempè per Incarnationem.

(d) Πληϱώσεως. Reg. d. ϖληϱότητος.

(e) Δευτέϱαν. Sic Regg. bm. ph. Savil. &c. In Ed. δευτέϱων.

(f) Ὑψηλότεϱον. Hîc deſinunt, quæ ex Or. XXXVIII. mutuata ſuperiùs notavimus.

(g) Ἀλλὰ τί τούτων.... βιασαμένων. Hæc & interjecta rursùs deſumpta ex Or. XXXVIII. ſub finem n. 10. Par. ἀλλὰ τί τοῦτο.

(h) Διαλαβεῖν. Reg. bm. ϖϱοδιαλαβεῖν.

(i) Φάσκα τοῖς Ἑβϱαίοις. Sic tres Regg. tres Colb. & Jeſ. Quam lectionem, ex ſequentibus, genuinam arbitramur. Hebræi namque hoc feſtum nuncupabant, פסח, id eſt, *Pheſach*, *Phaſe*, *Phaſcha*: græcè, διάβασις; latinè, *tranſitus*. In Ed. Πάσχα τοῖς Ἑβϱαίοις.

(k) Φυγὴν καί. Savil. φυγήν τε καί.

ὀνομάτων

a ὀνομάτων ἐπὶ τὸ σαφέστερον, ἢ τῶν [a] ἀγροι- A perimus, ut vocabula quædam ab obſcu-
κοτέρων ἐπὶ τὸ εὐσχημονέστερον, τοῦτο riori ſenſu ad apertiorem, atque ab du-
καὶ ταῦθα τεθεωρήκαμεν. τοῦ γὰρ σωτηρίου riori ſono ad elegantiorem immutata ſint,
b [b] πάθους ὄνομα τοῦτο εἶναί τινες νομίσαντες, idem hîc quoque contigiſſe animadverti-
c εἶτα [c] ἐξελληνίζοντες τὴν φωνὴν, κατὰ τὴν mus. Quidam enim ſalutiferæ paſſionis no-
τοῦ Φῖ πρὸς τὸ Πῖ, καὶ τοῦ Κάππα πρὸς men hoc eſſe arbitrati, ac deindè per
τὸ Χῖ μεταποίησιν, Πάσχα τὴν ἡμέραν litteræ φ in π, & κ in χ mutationem, hanc
προσηγορεύκασιν. σαφαλαβοῦσα δὲ ἡ συνήθεια vocem ad linguam Græcam accommo-
τὴν φωνὴν, ἰσχυροτέραν ἐποίησε, προστρε- dantes, hunc diem *Paſcha* nominarunt.
χούσης τῆς τῶν πολλῶν ἀκοῆς, ὡς εὐσεβεσ- Atque hæc vox poſteà conſuetudine atque
τέρῳ τῷ ῥήματι. B uſu confirmata eſt, multitudine videlicet
hoc verbum, ut magis pium, calculo ſuo
comprobante.

ια. Πάντα μὲν οὖν τὸν νόμον, σκιὰν XI. Enimverò legem univerſam, *futu-* Univerſa lex
εἶναι τῶν μελλόντων καὶ νοουμένων, ὁ θεῖος *rorum*, atque eorum, quæ animo & ra- vetus, futuro-
Απόστολος πρὸ ἡμῶν ἀπεφήνατο. καὶ ὁ tione intelliguntur, *umbram* fuiſſe, divi- rum umbra
χρηματίσας πρὸ τούτου τῷ Μωϋσεῖ Θεὸς, nus Apoſtolus ante nos pronunciavit. Ac fuit; quamvis
ἡνίκα περὶ τούτων ἐνομοθέτει· ὅρα γάρ, Deus etiam, qui Moyſi antè oracula edi- difficile ſit,
φησι, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν dit, cùm de his rebus leges illi præſcri- cuique figuræ
δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει· σκιαγραφίαν τινὰ beret: *Vide*, inquit, *ut omnia facias juxta* Allegoriam
καὶ προχάραγμα τῶν ἀοράτων παραδεικνὺς *Coloſ.* II. 17. excogitare.
τὰ ὁρώμενα. καὶ πείθομαι, μηδὲν εἰκῆ, *exemplar, quod tibi in monte oſtenſum eſt;* *Exod.* XXV.
d μηδὲ ἀλογίστως, μηδὲ [d] χαμερπῶς τούτων C ea nimirùm, quæ aſpectu ſentiuntur, quaſi 40. *& ſeqq.*
διατετάχθαι, μηδὲ ἀναξίως τῆς τοῦ Θεοῦ adumbrationem quandam, & delineatio-
νομοθεσίας, καὶ τῆς Μωϋσέως ὑπουργίας· nem earum rerum, quæ oculorum ſenſum
καὶ σαλεπὸν ἑκάστῃ τῶν σκιῶν, ἑκάστην fugiunt, eſſe oſtendens. Atque illud per-
e ἐφευρεῖν θεωρίαν [e] εἰς λεπτὸν καταβαίνοντα, ſuaſum habeo, nihil temerè, nec inconſi-
ὅσα τε περὶ τῆς σκηνῆς αὐτῆς, καὶ deratè, nihil humiliter atque abjectè, nihil
f f μέτρων, καὶ ὕλης, καὶ τῶν αἰρόντων ταῦτα denique Deo legiſlatore ac miniſtro Moyſe
Λευιτῶν τε καὶ λειτουργῶν, ὅσα τε περὶ parùm dignum, indictum atque conſtitu-
g θυσιῶν, καὶ καθαρσίων, καὶ [g] ἀφαιρεμάτων tum eſſe; tametſi difficile factu ſit, ut
νενομοθέτηται· καὶ μόνοις εἶναι θεωρητὰ τοῖς ſuam cuique umbræ ac figuræ Allegoriam
κατὰ Μωϋσέα τὴν ἀρετὴν, ἢ ὅτι ἐγγυτάτω D excogitemus, minutatim ad ſingula deſ-
τῆς ἐκείνου παιδεύσεως. ἐπεὶ καὶ ἐν αὐτῷ cendentes, quæ tum de arca ipſa, &
τῷ ὄρει Θεὸς ἀνθρώποις φαντάζεται, τὸ menſuris, & materia, & Levitis ac Mini-
h μέν τι καταβαίνων αὐτὸς [h] τῆς οἰκείας περιω- ſtris eam geſtantibus; tum etiam de ſa- Deus à
i πῆς, τὸ δὲ ἡμᾶς ἀνάγων ἐκ τῆς [i] κάτω- crificiis & luſtrationibus atque oblationi- mortali natu-
θεν ταπεινώσεως, ἵνα χωρηθῇ μετρίως γοῦν bus lege ſancita ſunt: quæ quidem iis ra leviter con-
k [k] θνητῇ φύσει, καὶ ὅσον ἀσφαλὲς, ὁ ἀχώρη- ſolis conſpicua ſunt, qui virtute Moyſem cipitur.
τος. οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως ἐν περινοίᾳ Θεοῦ referunt, vel ad ejus eruditionem proximè
γενέσθαι σώματος ὑλικοῦ καὶ δεσμίου νοῦ accedunt. Nam in ipſo quoque monte
πάχος μὴ βοηθούμενον. τότε τοίνυν, οὐ Deus hominibus apparet, partim de ſpe-
πάντες τῆς αὐτῆς ἀξιωθέντες φαίνονται cula ſua ipſe nonnihil deſcendens, par-
τάξεώς τε καὶ στάσεως· ἀλλ' ὁ μὲν τῆς, ὁ tim nos ex terrena depreſſione in altum
δὲ τῆς, πρὸς μέτρον, οἶμαι, τῆς ἑαυτοῦ evehens, ut à mortali natura leviter ſal-
καθάρσεως ἕκαστος. οἱ δὲ καὶ παντάπασιν tem, & quatenùs tutum eſt, incompre-
henſibilis ille concipiatur. Neque enim
aliter terreni corporis ac mentis vinctæ
craſſities Deum concipere poteſt, niſi
divinitùs adjuvetur. Tunc igitur, non
eodem ſtatu atque ordine omnes dignos
habitos fuiſſe conſtat; verùm hunc alio,
illum alio, unumquemque, ut opinor, pro
purgationis ſuæ modo ac ratione. Quidam

(*a*) Αγροικοτέρων. Sic Codd. In Ed. ἀγροικωτέρων.
(*b*) Πάθους ὄνομα &c. Vox *Paſcha* ab hebræo nomine פסח, *Phaſe*, ſeu *Phaſcha*, id eſt, *tranſitus*, derivatur. Apud Græcos, longiùs aberrarunt, qui, linguæ hebraicæ imperiti, vocem Φάσκα, à verbo græco πάσχειν, *pati*, deduxerunt. Hinc Gregorius dicit: *Per litteræ φ in π, & κ in χ mutationem, hanc vocem ad linguam græcam accommodantes, hunc diem Paſcha nominarunt.* Clarior autem fuiſſet hic locus, ſi Theologus dixiſſet: *Per litteræ* פ *in* π, *&* ח *in* χ *mutationem, hanc vocem,* פסח, *ad linguam græcam accommodantes* &c.
(*c*) Εξελληνίζοντες. In nonnullis, ἑλληνίσαντες.
(*d*) Χαμέρπως τούτων. Sic Regg. bm. ph. aliique plures, decem Colb. &c. Deeſt τούτων in Ed.
(*e*) Εἰς λεπτὸν &c. *Minutatim ad ſingula deſcendentes.* Billius: *ſubtiliter ad ea omnia deſcendentes.*
(*f*) Μέτρων. *De menſuris, dimenſionibus.* Bill. *de modo.*
(*g*) Αφαιρεμάτων. *De ſubductis victimarum partibus, & Sacerdoti adſcriptis.*
(*h*) Τῆς. In quibuſdam, ἐκ τῆς.
(*i*) Κάτωθεν. In nonnullis, κάτω.
(*k*) Θνητῇ φύσει. *A mortali natura.* Quidam Codd. γενητῇ φύσει, *à creata natura.* Sic legit Billius.

etiam prorsùs arcebantur, ipsíque vocis ex alto duntaxat audiendæ poteſtas fiebat, nimirùm iis, qui belluinis erant moribus, diviníque myſteriis indigni.

In Allegoriis media quædam via tenenda eſt.

XII. Nos tamen mediâ quâdam viâ inter eos, qui craſſiore omninò ingenio ſunt, & eos, qui nimio contemplationis & Anagogiæ ſtudio ducuntur, incedentes, ut nec prorsùs inertes ac torpidi maneamus, nec rursùs curioſiores ſimus, quàm par ſit, atque à propoſito argumento excidamus & evagemur; (alterum enim Judaicum quodammodò & abjectum, alterum ineptum & ſomniorum conjectore dignum eſt, ac utrumque parem reprehenſionem meretur;) ad hunc modum de his rebus, pro virium noſtrarum modulo, non nimis abſurdè nec ridiculè diſſeremus. Ita enim exiſtimamus: quandoquidem nos per peccatum ab initio lapſi, atque voluptatis illecebrâ uſque ad Idolorum cultum ac nefarios cruores ſurrepti fueramus, per viſcera miſericordiæ Dei Patris noſtri, qui hominis, tanti manûs ſuæ opificii, jacturam facere non ſuſtinuit, revocari ac in priſtinum ſtatum reſtitui oportebat. Quonam igitur pacto illum reformari, quidve fieri? Negligi quidem acriorem medicinam, utpotè ad perſuadendum minus idoneam, & quæ, ob diuturniorem animi tumorem, excæcare poſſit, leni autem ac benigno medicamine procurari, ut erigeretur. Neque enim plantam incurvam, ſubitam inflexionem, manûſque erigentis violentiam ferre; ſic enim potiùs fore, ut lædatur atque infringatur, quàm ut erigatur; nec equum præferocem, ac jam ætate aliquantò provectiorem, fræni tyrannidem perferre, niſi blandâ quâdam & adulabundâ manu permulceatur. Propterea nobis, adjumenti causâ, Lex datur, velut maceria quædam, inter Deum atque Idola interjecta, ab his quidem nos abducens, ad illum autem revocans. Ac paulum quiddam primò indulget, ut majus accipiat. Sacrificia ad tempus concedit, ut Deum in nobis inſerat; ac poſteà, cùm commodum fuerit, ipſa quoque ſacrificia de medio tollat, mirâ ſapientiâ per tacitas ſubtractiones animos noſtros ſenſim im-

Homo Dei miſericordiâ à peccato revocatus.

Planta incurva non facilè erigitur.

Lex, adjumenti causâ, hominibus data.

ἀτελληλαμένοι, καὶ μόνης ἀκούειν τῆς ἄνωθεν φωνῆς συγχωρεύμενοι, ὅσοι θηριώδεις τὸν τρόπον, καὶ θείων μυστηρίων ἀνάξιοι.

ιϛ. Ὁμως δὲ μέσην χωροῦντες ἡμεῖς τῶν τε πάντῃ παχυτέρων τὴν δίαιταν, καὶ τῶν [a] ἄγαν θεωρητικῶν τε καὶ ἀνημένων, ἵνα μήτε παντελῶς ἀργοὶ καὶ ἀκίνητοι μένωμεν, μήτε περιεργότεροι τοῦ δέοντος ὦμεν, καὶ τῶν προκειμένων ἔκπλωτοι καὶ ἀλλότριοι· τὸ μὲν γὰρ Ἰουδαϊκόν πως καὶ ταπεινὸν, τὸ δὲ ὀνειροκριτικὸν, καὶ ὑποίας ἀμφότερα κατεγνωσμένα· οὕτω περὶ τούτων διαλεξόμεθα, κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτὸν, καὶ οὐ λίαν ἔκτοπον, οὐδὲ τοῖς πολλοῖς καταγέλαστον. [b] ἡγούμεθα γὰρ, ἐπειδὴ πεσόντας ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας τὸ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ διὰ τῆς ἡδονῆς κλαπέντας μέχρις εἰδωλολατρείας, καὶ τῶν ἀθέσμων αἱμάτων, ἔδει πάλιν ἀνακληθῆναι, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐπαναχθῆναι, διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, οὐκ ἀνασχομένου ζημιωθῆναι τοσοῦτον ἔργον τῆς οἰκείας χειρὸς τὸν ἄνθρωπον. πῶς οὖν ἀναπλασθῆναι, καὶ τί γενέσθαι; τὸ μὲν σφοδρὸν τῆς [c] ἰατρείας ἀποδοκιμασθῆναι, ὡς οὔτε πεῖσον, καὶ προσπαλῖξαι δυνάμενον, διὰ τὴν ἐκ τοῦ χρόνου φυσίωσιν, τῷ δὲ ἡμέρῳ καὶ φιλανθρώπῳ τῆς θεραπείας οἰκονομηθῆναι πρὸς ἐπανόρθωσιν. μηδὲ γὰρ [d] ἂν πλόρθον λοξὸν ἐνεγκεῖν ἀθρόαν [e] μετάκλισιν καὶ βίαν χειρὸς ἀπευθυνούσης· θᾶττον μὲν τ' ἂν πληγῆναι, ἢ ὀρθωθῆναι· [f] μήτε ἵππον θερμὸν καὶ ὑπερήλικα χαλινοῦ τυραννίδα, δίχα τινὸς κολακείας καὶ ποππυσμάτων. διὰ τοῦτο δίδοται νόμος ἡμῖν εἰς βοήθειαν, οἷόν τι διατείχισμα, μέσον Θεοῦ καὶ εἰδώλων, τῶν μὲν ἀπάγων ἡμᾶς, πρὸς δὲ τὸν ἐπανάγων. καὶ συγχωρεῖ τι μικρὸν ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα τὸ μεῖζον λάβῃ. συγχωρεῖ τὰς θυσίας τέως, [g] ἵν' ἐγκαταστήσῃ Θεόν· ἔπειτα, ἡνίκα καιρὸς, καταλύσῃ καὶ τὰς

(a) Ἄγαν θεωρητικῶν &c. Combefiſius hunc locum ex Budæo ſic reddit: *Qui valdè ſpirituales ſunt, provectique animi, altiſſimos ex Scripturis ſenſus eliciunt.*

(b) Ἡγούμεθα &c. *Difficilis & obſcura*, inquit Nicetas, *hujus loci videtur eſſe ſententia, quia longis Hyperbatis conciſa eſt hæc periodus. Hunc autem ſenſum habet. Exiſtimamus*, inquit, *quoniam uſque ad Idololatriam prolapſi fueramus, atque excitari nos erigique oportebat, idcircò nobis veterem legem datam eſſe, cùm alia multa præcepta, quæ nos ab Idolorum cultu abducebant, complectentem, tum ea etiam, quæ ad ſacrificiorum rationem pertinebant* &c. Billii verò interpretatione omnia diſturbantur. Sic enim vertit: *Quandoquidem enim nos, ab initio per peccatum lapſos, atque à voluptate uſque ad Idolorum cultum ac nefarios cruores, ſurreptos & circumſcriptos, propter viſcera miſericordiæ Dei Patris noſtri, tanti manûs ſuæ opificii, hoc eſt, hominis, jacturam facere non ſuſtinentis, revocari, atque in veterem ſtatum reſtitui oportebat, hanc in eo inſtaurando rationem initam eſſe exiſtimamus, ut, acriore atque aſperiore medicinâ improbatâ, (ut quæ non modò fidem faciura, ſed, propter contractum temporis diuturnitate tumorem, fortaſſe etiam morbum exulceratura eſſet,) leni ac facili medicamenti genere ipſius reſipiſcentia procuraretur: neque enim* &c.

(c) Ἰατρείας. Coisl. 1. addit, τέως, *interim.*

(d) Ἂν. Deeſt in Or. 1.

(e) Μετάκλισιν. Sic Reg. ph. octo Colb. Par. &c. *Inflexionem in alteram partem.* Id Ed. verò, μετάκλησιν, *citationem.*

(f) Μήτε ἵππον. Sic Reg. ph. tres Colb. &c. In Par. ed μήτε ἵππα.

(g) Ἵν' ἐγκαταστήσῃ. Comb. *Ut Deum conſtituat, ut Dei ſenſum Religionemque ſtatuat.*

θυσίας, ζοφῶς ὑπαλλάτ]ων ἡμᾶς ταῖς A mutans, atque ad Evangelium traducens,
[a] κατὰ μικρὸν [a] ὑφαιρέσεσι, καὶ μετάγων ἐπὶ jam ad obediendum exercitatos & assue-
τὸ Εὐαγγέλιον ἤδη γεγυμνασμένους πρὸς factos.
εὐπείθειαν.

ιγ. Οὕτω μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα, εἰσῆλ- XIII. Sic igitur atque his de causis, Lex scripta, & varia hujus legis sacrificia.
θεν ὁ γραπτὸς νόμος, συνάγων ἡμᾶς εἰς Lex scripta introducta est, ad Christum
Χριστὸν, καὶ οὗτος τῶν θυσιῶν ὁ λόγος, nos deducens: atque hæc, ut mea fert
[b] [b] ὡς ὁ ἐμὸς λόγος. ὡς ἂν δὲ τὸ τῆς Σοφίας sententia, sacrificiorum est ratio. Ut autem
βάθος μὴ ἀγνοῇς, καὶ τὸν πλοῦτον τῶν sapientiæ Dei profunditatem, atque im-
ἀνεξιχνιάστων αὐτοῦ κριμάτων, οὐδὲ ταύτας perveſtigabilium ipsius judiciorum divitias
παντελῶς ἀνιέρους ἀφῆκεν, οὐδὲ ἀσυντελεῖς, B intelligas, ne ea quidem mysterii prorsùs
οὐδὲ μέχρι ψιλοῦ προϊούσας τοῦ αἵματος· expertia & inutilia, & in nudo ac simplici
[c] [c] ἀλλὰ τὸ μέγα καὶ ἄθυτον ἱερεῖον, ἵν' οὕτως sanguine defixa reliquit: verùm magna
εἴπω, ὅσον ἐπὶ τῇ προφτῃ φύσει, ταῖς illa, &, quantùm ad primam naturam,
νομικαῖς θυσίαις ἐγκαταμέμικται, καὶ οὐ immactabilis, ut ita loquar, victima, lega-
μικροῦ μέρους τῆς οἰκουμένης, οὐδὲ πρὸς libus sacrificiis immixta est; illa, inquam,
ὀλίγον, ἀλλὰ παντὸς τοῦ κόσμου καὶ non exiguæ cujusdam partis orbis terra-
[d] διαιωνίζον καθάρσιον. [d] διὰ τοῦτο λαμβάνεται rum, nec ad exiguum tempus, sed totius
πρόβατον μὲν, διὰ τὴν ἀκακίαν, καὶ τὸ mundi nunquam intermoritura expiatio.
ἔνδυμα τῆς ἀρχαίας γυμνώσεως. τοιοῦτον Proindè *agnus* quidem accipitur, propter Qualis agnus legalis, utpotè Christi figura. *Exod.* XII. 2. *& seqq.*
γὰρ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν σφάγιον, ἔνδυμα ἀφ- C innocentiam veteríque nuditatis indumen-
[e] θαρσίας, καὶ ὂν, [e] καὶ καλούμενον. τέλειον tum. Talis enim est victima illa pro nobis
δὲ, οὐ διὰ τὴν θεότητα μόνον, ἧς οὐδὲν cæsa, quæ incorruptionis indumentum, ut
[f] [f] τελεώτερον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν προσληψιν reverà est, appellatur. *Perfectus* autem, Perfectus.
τὴν χρισθεῖσαν θεότητι, καὶ γενομένην ὅπερ non modò propter divinitatem, quâ nihil
[g] τὸ [g] χρῖσαν, καὶ θαῤῥῶ λέγειν, ὁμόθεον. perfectius, sed etiam propter humanitatem
[h] ἄῤῥεν δὲ, [h] ὡς ὑπὲρ τοῦ Ἀδὰμ προσαγό- divinitate unctam, idémque effectam,
[i] μενον, [i] μᾶλλον δὲ, τοῦ στερῤῥοῦ τὸ στερῤῥό- quòd id à quo uncta est, atque, ut audacter
τερον, τοῦ πρώτου πεσόντος ὑπὸ τὴν loquar, ὁμόθεον, id est, *simul Deum. Masculus* Masculus.
ἁμαρτίαν, καὶ ὅτι μάλιστα μηδὲν θῆλυ, autem, ut qui pro Adamo potissimùm of-
[k] μηδὲ ἄνανδρον ἐν ἑαυτῷ φέρον· ἀλλὰ [k] καὶ D feratur, verùm illo firmo firmior, cùm
ἐκραγὲν βίᾳ δεσμῶν παρθενικῶν τε καὶ ille primus in peccatum lapsus sit; atque
μητρικῶν, κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν, καὶ τεχθὲν imprimis quòd nihil muliebre, nihil molle
ἄρσεν ἐκ τῆς Προφήτιδος, ὡς Ησαΐας atque effeminatum gestet; verùm & virgi-
εὐαγγελίζεται. ἐνιαύσιον δὲ, ὡς ἥλιον neis & maternis vinculis pro potestate ac
δικαιοσύνης, ἢ ἐκεῖθεν ὁρμώμενον, ἢ πρὸς vi eruperit, & *masculus*, ut annunciat *Isai.* VIII. 3.
[l] [l] ὁρωμένῳ περιγραπτὸν, καὶ εἰς ἑαυτὸν Isaias, *ex Prophetissa natus sit. Anni-* Anniculus.
[m] [m] ἐπιστρέφοντα· στέφανόν τε χρηστότητος *culus* porrò, ut sol justitiæ, vel è cœlo
εὐλογούμενον, καὶ πανταχόθεν ἴσον ἑαυτῷ progrediens, vel, quantùm ad partem eam,
καὶ ὅμοιον· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὡς quæ oculis cernitur, circumscriptus ac
[o] [n] [n] ζωογονοῦν τὸν τῶν [o] ὡρετῶν κύκλον, ἠπίως definitus, & ad seipsum rediens: atque
ἐπιμιγνυμένων καὶ κιρναμένων ἀλλήλαις, item ut *benignitatis corona benedicta*, *Ps.* LXIV. 12.
omníque ex parte sibi similis & æqualis:
ac præterea ut virtutum, quæ amicitiæ
ordinísque lege leniter placidéque inter
se conjunguntur & commiscentur, orbem
progignens. *Immaculatus* insuper & in- Immaculatus.
corruptus, ut qui nævos, & vitia, & sor-
des à peccato manantes, curet. Quamvis
enim *peccata nostra susceperit*, & morbos *Isai.* LIII. 4.
portaverit, ipse tamen nihil eorum, quæ

(*a*) Υφαιρέσεσι. Coisl. 1. addit, καὶ ὑφέσεσι. *Subtractiones & immunitiones.*

(*b*) Ως ὁ ἐμὸς λόγος. Hæc desunt in Or. 1.

(*c*) Ἀλλὰ τὸ μέγα &c. Vide Dominum Arnaud in hanc Orationem, de perpetua Ecclesiæ fide circa Eucharistiam, Tom. II. lib. 6. cap. 10. pag. 673.

(*d*) Διά. Or. 1. καὶ διά.

(*e*) Καί. Or. 1. addit, ἀεί, *semper.*

(*f*) Τελεώτερον. Reg. bm. τελειότερον.

(*g*) Χρῖσαν. Sic Regg. bm. ph. Coisl. 2. &c. Mendosè in Par. ed. χρῖζαν.

(*h*) Ως ὑπέρ. Sic Regg. bm. ph. aliique plures. Sic etiam legit Billius. Pravè in Ed. ὥσπερ.

(*i*) Μᾶλλον δὲ τοῦ. Regg. bm. ph. &c. μάλιστα τοῦ.

(*k*) Καὶ ἐκραγὲν βίᾳ. *Vi eruperit*, id est, *vi naturæ illatâ, illæsâ matris virginitate.* Bill. *violenter eruperit.*

(*l*) Ορωμένῳ. Sic Regg. c. d. ph. tres Colb. Coisl. 2. Jes. Sic etiam legit Billius. In Ed. ὁρμωμένῳ, *à progrediente descriptus.*

(*m*) Επιστρέφοντα &c. In nonnullis Codd. ἐπισπρέφων, στέφανος . . . εὐλογούμενος . . . ἴσος . . . ὅμοιος &c.

(*n*) Ζωογονῶν. *Vitali fœtu progignens.* Quinque Regg. ζωογονοῦν.

(*o*) Ωρετῶν. Coisl. 1. ὡρῶν, *anni temporum*, quæ inter se leniter commiscentur. Neque enim subita ab uno contrario ad alterum fit mutatio; nec, ut observat Nicetas, qui hunc etiam locum *de virtutibus* exponit, statim ab æstate ad hyemem transimus.

curationis indigent, perpeſſus eſt. *Tentatus eſt enim per omnia pro ſimilitudine noſtra, cæterùm abſque peccato.* Ille enim, qui *lucem in tenebris lucentem* perſecutus eſt, eam haudquaquàm comprehendit.

Heb. IV. 15.

Joan. I. 5.

XIV. Quid prætereà? *Menſis* quidem *primus*, vel *menſium* potiùs *principium* inducitur; ſive quiſpiam ab initio apud Hebræos id fuerit, ſive ex ea re poſteà factus ſit, atque ab hoc myſterio hoc acceperit, ut princeps eſſet. *Decimâ* autem *menſis*: quia hic numerus omnium abſolutiſſimus, nimirùm ex unitatibus unitas prima perfecta, & perfectionis parens. Aſſervatur porrò *in quintum diem*, fortaſsè quia victima mea id habet, ut ſenſus expurget, à quibus peccatum oritur, & circa quos bellum committitur, utpotè peccati aculeum admittentes. Deligitur autem, non ſolùm *ex agnis*, ſed etiam ex deteriori genere, *ex hœdis* ſcilicet, qui ſiniſtrâ manu ſunt; quia non pro juſtis duntaxat, ſed etiam pro peccatoribus mactatur; ac fortaſsè ipſorum potiùs causâ, quandoquidem majori miſericordiâ opus habemus. Illud autem minimè mirandum eſt, quòd maximè quidem per ſingulas domos ovis requiritur; ſin minùs, at certè per domos familiarum ob paupertatem erogatus: quandoquidem optimum eſt, potiſſimùm quidem ſibi quemque ad perfectionem ſufficere, ſeſeque hoſtiam ſanctam viventem vocanti Deo offerre, atque ejuſmodi, quæ ſemper, & per omnia conſecretur: ſin id non datur, eorum ſaltem operâ & adjumento ad eam rem uti, qui virtute nobis conſanguinei ſunt, moribuſque perſimiles. Hoc enim mihi ſignificare videtur, quòd vicinos ſacrificii participes fieri Deus præcipit, ſi ita opus fuerit.

Allegoriarum ſeries circa Agnum legalem.

Exod. XII. 2. *& ſeqq.*

Cur hœdus in ſacrificiis legalibus deligatur.

Exod. XII. 5.

Matth. XXV. 33.

XV. Hinc ſacra nox, noctiſque hujus, quâ præſens vita ſuffunditur, inimica, in qua primigenæ tenebræ depelluntur, atque omnia in lucem & ordinem formámque prodeunt, ac confuſio ea, quæ priùs vigebat, ornatum accipit. Hinc Ægyptum fugimus, hoc eſt, triſte nóſque perſequens peccatum, ac Pharaonem inviſibilem tyrannum, & ſævos operum præfectos, ad ſupernum mundum migrantes: ac luto & conficiendorum laterum labore liberamur,

Sacrâ Paſchatis nocte, primigenæ tenebræ depelluntur.

νόμῳ φιλίας καὶ τάξεως. ἄμωμον δὲ καὶ ἀκίβδηλον, ὡς θεραπευτικὸν μώμων, καὶ τῶν ἀπὸ κακίας ἐλατ]ωμάτων καὶ μολυσμάτων. εἰ γὰρ καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν, ἀλλ᾽ οὐκ αὐτός τι πέπονθε τῶν θεραπείας ἀξίων. ἐπειράσθη μὲν γὰρ κατὰ πάντα, καθ᾽ ὁμοιότητα τὴν ἡμετέραν, χωρὶς ἁμαρτίας δέ. ὁ γὰρ διώξας τὸ φαῖνον ἐν τῇ σκοτίᾳ φῶς, οὐ κατέλαβεν.

ιδ. Τί ἔτι; μὴν μὲν εἰσάγεται πρῶτος, μᾶλλον δὲ, ἀρχὴ μηνῶν· εἴτέ τις τοῦτο παρ᾽ Ἑβραίοις ὢν ἀπ᾽ ἀρχῆς, εἴτε ὕστερον ἐντεῦθεν γενόμενος, καὶ ὥσθ᾽ ἁπλῶς τοῦ μυστηρίου τὸ εἶναι πρῶτος λαβών. τῇ δεκάτῃ δὲ τοῦ μηνός· οὗτος γὰρ ἀριθμῶν πληρέστατος, ἐκ μονάδων πρώτη μονὰς τελεία, καὶ γεννητικὴ τελειότητος. διατηρεῖται δὲ εἰς πέμπτην ἡμέραν, ἴσως ὅτι καθαρτικὸν, αἰσθήσεων τὸ ἐμὸν θῦμα, ἐξ ὧν τὸ πλαίειν, καὶ περὶ ἃς ὁ πόλεμος, εἰσδεχομένας τὸ κέντρον τῆς ἁμαρτίας. ἐκλέγεται δὲ, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀρνῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ χείρονος εἴδους, καὶ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς τῶν ἐρίφων, ὅτι μὴ ὑπὲρ τῶν δικαίων μόνον, ἀλλὰ [a] καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν σφαγιάζεται· τάχα δὲ ὑπὲρ τούτων καὶ πλέον, ὅσῳ καὶ μείζονος χρήζομεν τῆς φιλανθρωπίας. θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, εἰ μάλιστα μὲν κατ᾽ οἶκον ἕκαστον ἐπιζητεῖται τὸ πρόβατον, εἰ δὲ μὴ, καὶ κατ᾽ οἴκους πατριῶν, διὰ πενίαν ἐρανιζόμενον· ἐπειδὴ κρατίστου, μάλιστα μὲν αὐτὸν ἕκαστον ἀρκεῖν ἑαυτῷ πρὸς τελείωσιν, καὶ θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν προσάγειν τῷ [b] καλοῦντι Θεῷ, πάντοτε καὶ διὰ πάντων καθιερούμενον· εἰ δὲ μὴ, καὶ συνεργοῖς εἰς τοῦτο κεχρῆσθαι, τοῖς κατ᾽ ἀρετὴν ὁμογενέσι καὶ [c] ὁμοτρόποις. τοῦτο γάρ μοι δοκεῖ βούλεσθαι, τὸ κοινωνεῖν τοῖς ἧττον τοῦ θύματος, εἰ δεήσειεν.

ιε. Ἐντεῦθεν [d] ἡ ἱερὰ νὺξ, καὶ τοῦ παρόντος βίου τῆς κεχυμένης, τῆσδε νυκτὸς ἀντίπαλος, καθ᾽ ἣν τὸ προτόγονον λύεται σκότος, καὶ εἰς φῶς ἅπαντα, καὶ τάξιν, καὶ εἶδος ἔρχεται, καὶ κόσμον ἡ πρὶν ἀκοσμία λαμβάνει. ἐντεῦθεν Αἴγυπτον φεύγομεν, τὴν σκυθρωπὴν καὶ διώκτριαν ἁμαρτίαν, καὶ Φαραὼ τὸν ἀόρατον τύραννον, καὶ τοὺς πικροὺς ἐργοδότας, πρὸς τὸν ἄνω

Magnum diſcrimen reperitur inter præſentem vitam, & tenebras quibus præſens vita ſuffunditur. *Nox ſacra*, de qua agitur, inimica quidem eſt tenebrarum, vitii, peccati, ignorantiæ, quæ vitam noſtram obſident; ſed ipſius præſentis vitæ multùm amica eſt.

(a) Καὶ. Savilius addit, ὑπὲρ.
(b) Καλοῦντι. Hervag. ζῶντι, *viventi.*
(c) Ὁμοτρόποις. Or. I. ὁμοιοτρόποις.
(d) Ἡ ἱερὰ νύξ &c. Bill. *Sacra nox, & præſentis vitæ, hoc eſt, ſuffuſæ hujus noctis, inimica* &c. Hâc interpretatione vir doctus non ſatis Gregorii mentem aperit.

μετασκευαζόμενοι

μετασκευαζόμενοι κόσμον· καὶ τοῦ πηλοῦ, A
a καὶ τῆς πλινθείας ἐλευθερούμεθα, [a] τῆς
τε τοῦ ἀχύρου καὶ σφαλερᾶς τοῦ ζαρκίου
τῆδε συστάσεως, καὶ μηδ' ὅσον ἀχυρώδεσι
λογισμοῖς ἐπὶ τῶν πολλῶν κρατουμένης. ἐν-
τεῦθεν ὁ ἀμνὸς σφαγιάζεται, καὶ σφραγί-
b ζονται τῷ τιμίῳ αἵματι θυρεαὶ [b] καὶ λόγος,
εἴτ' οὖν ἕξις καὶ ἐνέργεια, αἱ τῶν ἡμετέρων
d c θυρῶν [c] παραστάτιδες, λέγω δὴ [d] τῶν τοῦ
νοῦ κινημάτων τε καὶ δογμάτων, καλῶς
ἀνοιγομένων, καὶ κλειομένων ἐκ θεωρίας, B
ἐπειδὴ μέτρον ἐστί τι καὶ καταλήψεων.
ἐντεῦθεν ἡ τελευταία καὶ βαρυτάτη τοῖς διώκ-
ταις πληγὴ, καὶ νυκτὸς ὄντως ἀξία· καὶ
θρηνεῖ τὰ πρωτότοκα τῶν οἰκείων λογισμῶν
καὶ θρέξεων Αἴγυπτος· ὃ καὶ σπέρμα
e Χαλδαϊκὸν [e] ἐξαιρόμενον τῇ γραφῇ καλεῖται,
f καὶ νήπια Βαβυλώνια τῇ πέτρᾳ [f] προσκρο-
τούμενα καὶ λυόμενα· καὶ βοῆς πάντα μεσᾶ,
g καὶ κραυγῆς [g] Αἰγυπτίοις· καὶ ἡμῶν ἀποχω-
ρήσει τηνικαῦτα ὁ ἐκείνων ὀλοθρευτὴς, αἰδοῖ C
καὶ φόβῳ τοῦ χρίσματος. ἐντεῦθεν ἄρσις
τῆς ζύμης ἑπταήμερος· οὗτος γὰρ μυστικώ-
τατος ἀριθμῶν, καὶ τῷ κόσμῳ τούτῳ
h [h] σύσοιχος· τῆς παλαιᾶς δὲ ὀξώδους κακίας,
οὐ γὰρ τῆς ἀρτοποιοῦ τε καὶ ζωτικῆς· ἵνα
μηδὲν Αἰγύπτιον ἐπισιτιζώμεθα φύραμα, δὲ
λείψανον Φαρισαϊκῆς καὶ ἀθέου διδασκαλίας.

paleari nimirùm & inſtabili carnis hujus conſtitutione, quæ ne aceroſis quidem rationibus in multis validior eſt. Hinc agnus mactatur, atque actio & contemplatio, ſeu habitus & actus, pretioſo ſanguine ſignantur; nam hi oſtiorum noſtrorum poſtes ſunt, hoc eſt, mentis agitationum & dogmatum, quæ ex contemplatione rectè aperiuntur atque claudantur, quandoquidem comprehenſionum quoque modus quidam eſt. Hinc poſtrema, & perſecutoribus graviſſima plaga, noctéque profectò digna: ac cogitationum ſuarum actionúmque primogenita luget Ægyptus, (quod & *ſemen Chaldaicum* ſublatum atque oppreſſum Scriptura vocat, & *puerulos Babylonios ad petram alliſos* & ſolutos,) atque clamore & vociferatione apud Ægyptios omnia perſonant: ac tum à nobis illorum exterminator ſecedet, unctionis metu ac reverentiâ. Hinc *fermentum ſeptem dierum ſpatio* ſubmovetur; (hic enim numerus omnium maximè myſticus, atque huic mundo conſociatus;) hoc eſt, vetus & acida pravitas; (non enim illud, quod panem efficit ac vitale eſt;) ut ne quod *Ægyptiacæ* conſperſionis viaticum, nec ullas *Phariſaicæ* & impiæ doctrinæ reliquias nobis paremus.

Agnus mactatur, & oſtiorum poſtes ſanguine ſignantur.

Mors primogenitorũ, ultima Ægypti plaga.

Judith. v. 6.

Pſ. CXXXVI. 8. *& ſeq.*

Exod. XII. 19.

Exod. XII. 19.

Matth. XVI. 6.

15. Καὶ οἱ μὲν θρηνείτωσαν· ἡμῖν δὲ ὁ
ἀμνὸς βρωθήσεται· τὸ πρὸς ἑσπέραν μὲν,
i ὅτι [i] ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰώνων τὸ Χριστοῦ D
1 k πάθος· [k] ἐπεὶ καὶ κοινωνεῖ [l] τῷ μυστηρίου
τοῖς μαθηταῖς ἐν ἑσπέρᾳ, λύων τὸν σκότον
τῆς ἁμαρτίας. ἐχ ἑψόμενος δὲ, ἀλλ' ὀπτώ-
m μενος· ὡς ἂν μηδὲν ἀθεώρητον, [m] μηδ' ὑδα-
n ρὲς ὁ λόγος ἡμῖν [n] ἂν ἔχῃ, μηδ' εὐδιάλυτον,
o ἀλλ' [o] ὅλος συνεστὼς ᾖ, καὶ στερρὸς, καὶ τῷ
καθαρτικῷ πυρὶ δεδοκιμασμένος, καὶ παν-
p τὸς ὑλώδους ἐλεύθερος, καὶ ἀπέριτλος, καὶ
τοῖς καλοῖς ἀνθραξὶ βοηθώμεθα, τὸ φλογο-
τικὸν ἡμῶν ἀνάπτουσι καὶ καθαίρουσι, τοῦτ' E
τὸ πῦρ ἐλθόντος βαλεῖν ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ τοῦ
μοχθηρῶν ἕξεων ἀναλωτικὸν, καὶ τὴν ἄναψιν
ἐπισπεύδοντος. ὅσον μὲν οὖν ζαρκώδες τὸ λό-

XVI. Atque illi quidem lugeant: nos autem agnum comedamus; *ad veſperam* quidem, quoniam in ſæculorum fine Chriſti paſſio contigit; ſiquidem veſpere quandoque, peccati videlicet caliginem diſcutiens, Diſcipulis ſacramentum impertitur. Non *elixum* autem, ſed *toſtum*; ut ne quid ſpeculationis expers atque aquoſum nobis fidei doctrina habeat, nec ejuſmodi, ut facilè diſſolvi queat, ſed tota denſa & ſolida, atque igne purgante explorata, & ab omni craſſiore ac ſuperflua materia pura & libera ſit, utque bonis illis carbonibus, intellectum noſtrum accendentibus, & purgantibus, ab eo adjuvemur, qui idcircò *in terram venit*, ut ad improbas animi habitudines abſumendas *ignem mitteret*, ejúſque accenſionem adurgeret. Quidquid porrò *carneum* & eſculentum habet doctrina, cum inteſtinis abditíſque mentis par-

Agnus Paſchalis ad veſperam comedendus.

Exod. XII. 18.

Non elixus, ſed toſtus.

Exod. XII. 9.

Luc. XII. 49.

Totus vorabitur.

Exod. XII. 8. *& ſeqq.*

(*a*) Τῆς τε τῆ ἀχύρῳ &c. *Atque his paleis, & levi, ſtramineâ, lubricâque infidæ carnis hujus conſtitutione*, &c.
(*b*) Καὶ λόγος. *Sermo*, vel, *ratio*.
(*c*) Παρασλάτιδες. Sic Regg. bm. ph. Coisl. 1. Comb. &c. In Ed. παρασλάδες.
(*d*) Τῶν τῆ νῆ κινημάτων. Sic quinque Regg. Or. 1. Comb. &c. Deeſt τῶν in Ed.
(*e*) Ἐξαιρόμενον. Quatuor Colb. & Or. 1. ἐξαιρούμενον.
(*f*) Πρόσκροτούμενα. Nicet. προσκρούμενα.
(*g*) Αἰγυπλίοις. Comb. τοῖς Αἰγυπλίοις.
(*h*) Σύσοιχος. *Ejuſdem cum hoc mundo ordinis. Tum quia*, inquit Nicetas, *ſeptem dierum ſpatio mundus omnibus ſuis numeris abſolutus eſt, tum quia expletis ſeptem annorum millibus, mundi finis futurus eſt.* Anonymus in Reg. a. διὰ τὸ ἑπλὰ αἰῶσι τὸν κόσμον περιορίζεσθαι.
(*i*) Επί. Sic Codd. Mendosè in Par. ed. ἐπεί.
(*k*) Επεί. Sic Codd. Pravè in Par. ed. ἐπί.
(*l*) Τῆ μυσηρίῳ. Sic Regg. bm. ph. Or. 1. &c. Deeſt τῆ in Ed.
(*m*) Μηδ' ὑδαρές. Jeſ. μηδ' ὑδαρῶδες.
(*n*) Αν. Deeſt in ſex Regg. & Or. 1.
(*o*) Ολος. Or. 1. ὅλως.

tibus comedetur & abſumetur, atque ad ſpiritualem concoctionem digeretur, ad caput uſque ac pedes, hoc eſt, primas de Divinitate contemplationes, & poſtremas Incarnationis meditationes. Nec verò quidquam efferemus, nec *uſque ad manè* relinquemus, quoniam nec ad exteros magna noſtrorum myſteriorum pars efferenda eſt, nec ultra hanc noctem purgatio ulla ſupereſt, nec in iis qui Verbi participes fiunt, procraſtinatio laudem habet. Quemadmodùm enim præclarum ac Deo gratum eſt, ut ira per omnem diei curſum minimè duret, verùm *ante ſolem occidat*, ſive id temporali modo, ſive anagogico intelligas; (nec enim nobis iraſcentibus juſtitiæ ſolem occumbere tutum eſt;) ita nec hujuſmodi eſcam pernoctare, nec in poſterum diem recondi expedit. Quidquid autem *oſſeum* miniméque ad edendum aptum eſt, hancque rationem habet, ut difficillimè intelligi queat, id nec confringetur, hoc eſt, malè dividetur atque intelligetur; (mitto enim dicere, quòd, *nec*, quantùm ad hiſtoricum ſenſum, *os Jeſu confractum eſt*, idque cùm carnifices ipſius mortem ob Sabbatum adurgerent; nec projicietur & raptabitur, *ne ſancta canibus dentur*, ac ſceleratis Verbi diſcerptoribus, quemadmodùm *nec porcis* quod in Verbo ſplendidum & gemmeum eſt, verùm igne abſumetur, quo & holocauſta, à Spiritu omnia ſcrutante & ſciente attenuata & ſervata, non autem in aquis pereuntia, nec diſperſa; quemadmodùm *vituli* illius ab Iſraël tumultuariè confecti caput à Moyſe in diuritiæ illius probrum ſparſum eſt.

Nec quidquam ex eo in poſterum diem recondetur. *Exod.* XII. 10.

Epheſ. IV. 26.

Quidquid oſſeum eſt igne abſumetur. *Exod.* XII. 46.

Joan. XIX. 33.

Matth. VII. 6.

Exod. XXXII. 19. & *ſeqq.*

XVII. Ne modus quidem manducationis prætereundus eſt, cùm nec Lex ipſa eum prætermiſerit, ſed contemplationem in verbis & littera eouſque elaboraverit. Victimam enim *feſtinanter* abſumemus, & *azymos panes cum lactucis agreſtibus* comedentes, & *lumbis accincti*, & *calceamentis inſtructi*, ac denique, ſenum more, *baculum* geſtantes. *Feſtinanter* quidem, ne in eam culpam incidamus, à qua Loth divino interdicto avocabatur; ne circumſpiciamus, ne ſtemus in omni circumjacente regione; in montem, ſalutis causâ, confugiamus, ne

Modus quo Paſchalis agnus eſt comedendus. *Exod.* XII. 3. & *ſeqq.*

Feſtinanter.

γου καὶ τρόφιμον, μετὰ πᾶσ [a] ἐντοσθίων καὶ πᾶσ a
κρυφίων τῦ νοὸς βρωθήσεται καὶ ἀναλωθήσεται,
καὶ εἰς πέψιν πνευματικὴν ἀναδοθήσεται,
ἄχρι κεφαλῆς καὶ ποδῶν, πᾶσ τε [b] πρώτων πρὸ b
θεότητος θεωρημάτων, καὶ πᾶσ τελευταίων
τῆς [c] σαρκώσεως φροντισμάτων. οὐκ [d] ἐξοί- c d
σομεν δὲ οὐδὲν, οὐδὲ εἰς τὸ πρωὶ καταλεί-
ψομεν· ὅτι μηδὲ ἐκφορὰ τοῖς ἔξω τὰ πολλὰ
πᾶσ ἡμετέρων μυστηρίων, μηδὲ ὑπερὲ τὴν νύκτα
ταύτην ἔστι τὶς κάθαρσις, καὶ τὸ τῆς ἀναβο-
λῆς οὐκ ἐπαινετὸν τοῖς τῦ Λόγου μεταλαμ- B
βάνουσιν. ὥσπερ γὰρ τὴν ὀργὴν μὴ διημερεύειν,
ἀλλὰ προκαταλύειν ἡλίου [e] καλὸν, καὶ πᾶσ Θεῷ e
φίλον, χρονικῶς τε καὶ ἀναγωγικῶς· ἐπιδύε-
σθαι γὰρ ὀργιζομένοις ἡμῖν οὐκ ἀσφαλὲς τὸν
τῆς δικαιοσύνης ἥλιον· οὕτω τὴν τοιαύτην
βρῶσιν μὴ [f] διανυκτερεύειν, μηδὲ εἰς τὴν ἑξῆς f
ἀποτίθεσθαι. ὅσον ᾖ ὀστῶδες καὶ ἄβρωτον,
καὶ ἡμῖν δυσθεώρητον, οὐδὲ συντριβήσεται, κα-
κῶς διαιρούμενον καὶ νοούμενον· ἐῶ γὰρ λέγειν,
ὅτι μηδὲ, κατὰ τὴν ἱστορίαν, [g] τοῦ Ιησῦ συνε- C g
τρίβη, καὶ τοί γε τῷ θανάτου τοῖς σταυρω-
ταῖς ἐπισπευδομένου, διὰ τὸ Σάββατον·
[h] οὐδὲ ἀποῤῥιφήσεται καὶ [i] περισυρήσεται, ἵνα h i
μὴ δοθῇ τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, & κακοῖς τοῦ
Λόγου σπαράξαις, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς χοίροις
τὸ λαμπρὸν τῷ Λόγῳ & μαργαρῶδες· ἀλλὰ
πυρὶ καταναλωθήσεται, [k] πᾶσ & τὰ ὁλοκαυ- k
τώματα, τὰ πάντα ἐρευνῶντι καὶ εἰδότι Πνεύ-
ματι λεπτυνόμενα καὶ σωζόμενα, οὐκ ἀπολλύ-
μενα καθ' ὑδάτων, οὐδὲ σπειρόμενα· ὥσπερ ἡ D
κεφαλὴ τοῦ μόσχου τῆς Μωϋσέως, ἡ σχε-
διασθεῖσα πρὸ Ισραὴλ, εἰς ὀνειδισμὸν [l] τῆς I
σκληρότητος.

ιζ. Αξιον δὲ μηδὲ τὸν τῆς βρώσεως τρό-
πον παραδραμεῖν, ὅτι μηδὲ ὁ νόμος, ἄχρι καὶ
τούτου, τὴν θεωρίαν φιλοπονῶν ἐν πᾶσ γράμ-
ματι. [m] ἀναλώσωμεν γὰρ τὸ θῦμα κατὰ σπου- m
δὴν, καὶ ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων [n] συνέσθοντες, n
καὶ τὰς ὀσφύας περιζωσμένοι, καὶ τὰ ὑποδή-
ματα περικείμενοι, καὶ πρεσβυτικῶς βακτη- E
ρεύοντες. κατὰ σπουδὴν μὲν, ἵνα μὴ πάθω-
μεν ὅπερ ὁ Λὼτ ἐκεῖνος ἀπηγόρευται πρὸς
τῆς ἐντολῆς· μὴ περιβλεψώμεθα, μὴ στῶμεν
ἐν [o] πάσῃ τῇ περιχώρῳ· εἰς τὸ ὄρος [p] ὄσσω- o p

(*a*) Εντοσθίων. Coisl. 2. aliique nonnulli, ἐντοσθιδίων. Or. 1. ἐνδοσθίων.
(*b*) Πρώτων. Reg. bm. πρῶτον.
(*c*) Σαρκώσιως. Reg. bm. σαρκός.
(*d*) Εξοίσομεν . . . καταλείψομεν. Reg. ph. & Coisl. 1. ἐξοίσωμεν . . . καταλείψωμεν.
(*e*) Καλόν. Nonnulli addunt, τι.
(*f*) Διανυκτερεύειν. Sic Reg. ph. & Or. 1. In Ed. διανυκτεύειν.
(*g*) Τῦ Ιησῦ. In nonnullis, τὸ Ιησῦ.
(*h*) Οὐδέ. Or. 1. οὔτε.
(*i*) Περισυρήσεται. Or. 1. περισυρίσεται.
(*k*) Πᾶσ καὶ τά. Sic Regg. bm. ph. novem Colb. Comb. &c. In Ed. ᾗ καὶ τά.
(*l*) Τῆς σκληρότητος. Sic quinque Regg. &c. Deeſt τῆς in Ed.
(*m*) Αναλώσωμεν. Quatuor Regg. ἀναλώσομεν.
(*n*) Συνέσθοντες. Comb. ἔσθοντες.
(*o*) Πάσῃ. Sic Codd. In Ed. πᾶσι.
(*p*) Αποστραφῶμεν. Colb. b. ἀναστραφῶμεν.

θῶμεν, μὴ συμπαραληφθῶμεν τῷ Σοδομιτικῷ καὶ ξένῳ πυρὶ, μηδ' εἰς σήλην ἁλὸς παγῶμεν, ἐκ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐπιστροφῆς, ὅπερ ἐργάζεται μέλλησις. ἐπὶ ᾧ πικρίδων, διὰ τὸ πικρὸν τοῦ κατὰ Θεὸν βίου, καὶ πρόσαντες, τοῖς ἐρχομένοις μάλιστα, καὶ ἡδονῶν ὑψηλότερον. εἰ γὰρ καὶ χρηστὸς ὁ νέος ζυγὸς, καὶ τὸ φορτίον ἐλαφρὸν, ὥσπερ ἀκούεις· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐλπίδα τοῦτο καὶ τὴν ἀντίδοσιν, πολλῷ τῆς ἐνταῦθα κακοπαθείας οὖσαν δαψιλεστέραν· ἐπεὶ ἄλλως γε, τίς οὐκ ἂν εἴποι, πολὺ τῷ νομικῶν διατάξεων τὸ Εὐαγγέλιον ἐργωδέστερον εἶναι καὶ μοχθηρότερον; τοῦ γὰρ
a νόμου τὰ τέλη [a] τῶν ἁμαρτημάτων κωλύοντος, ἡμεῖς καὶ τὰς αἰτίας, ὡς πράξεις σχεδὸν, ἐξ-
b καλούμεθα. οὐ [b] μοιχεύσεις, φησὶν ὁ νόμος· σὺ δὲ, οὐδὲ ἐπιθυμήσεις, ἐκ περιέργου θέας καὶ
c φιλοπόνου φλέγων [c] τὸ πάθος. οὐ φονεύσεις, ἐκεῖνος· σὺ δὲ, οὐδὲ ἀντιπλήξεις, ἀλλὰ καὶ
d σεαυτὸν ἐμπαρέξεις τῷ παίοντι. [d] ὅσον ταῦτα ἐκείνων φιλοσοφώτερα; οὐκ ἐπιορκήσεις,
e ἐκεῖνος· [e] σὺ δὲ, οὐδὲ ὁμῇ τὴν ἀρχὴν, οὐ μικρὸν, οὐ μεῖζον, ὡς τοῦ ὅρκου τὴν ἐπιορκίαν τίκτοντος. οὐ συνάψεις οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, ἐκεῖνος, κὴ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν, καταδυνασ τεύων τοῦ πένητος· σὺ δὲ, ἀποθήσῃ κὴ τὰ δικαίως κτηθέντα προθύμως, καὶ γυμνωθήσῃ τοῖς πένησιν, ἵνα κούφως τὸν σταυρὸν αἴρῃς, καὶ πλατήσῃς τὰ μὴ ὁρώμενα.

11. Ὀσφῦς δὲ, τοῖς μὲν ἀλόγοις, ἄνετος ἔστω καὶ ἄδετος· οὐδὲ γὰρ λόγον ἔχουσι, τὸν
f κρατοῦντα τῶν ἡδονῶν· ἔπω λέγω, ὅτι καὶ κεῖνα ὅρον οἶδε τῆς φυσικῆς κινήσεως· σοὶ ᾧ ἀνα-
g σταλλέσθω [f] ζώνη καὶ σωφροσύνη τὸ ἐπιθυμητικὸν κὴ χρεμετιστικόν· [g] ὡς ἡ θεία φησὶ γραφὴ, τὸ τοῦ πάθους αἰσχρὸν διασύρουσα· ἵνα καθαρῶς ἑορτάσῃς τὸ Πάσχα, νεκρώσας τὰ μέλη, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν Ἰωάννου ζώνην μιμούμενος, τοῦ ἐρημικοῦ, κὴ προδρόμου, κὴ μεγάλου τῆς ἀληθείας κήρυκος. οἶδα καὶ ζώνην ἄλλην, τὴν στρατιωτικὴν λέγω κὴ ἀνδρικὴν, καθ' ἣν εὐ-
h ζωνοι Συρίας καὶ μονόζωνοί τινες ὀνομάζονται· καθ' ἣν καὶ τῷ Ἰωὴλ χρηματίζων φησὶν ὁ Θεός· μὴ, ἀλλὰ ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφῦν σου, καὶ δός μοι ἀπόκρισιν ἀνδρικήν· [h] ἦν καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ ὡμολόγησε ζῶσθαι δύναμιν ἐκ Θεοῦ μεγαλαυχεῖ,

Sodomitico illo & inuſitato igne ſimul involvamur, nec propter noſtram in deterius converſionem, quæ ex cunctatione naſci ſolet, in *ſalis ſtatuam* concreſcamus. Cum *lactucis* autem *agreſtibus*, quoniam vita divinæ legi conſentanea, iis præſertim qui incipiunt, acerba & ardua eſt, voluptatibúſque ſublimior. Nam etſi novum *jugum ſuave eſt, & onus leve*, ut ex Scriptura audis; id tamen propter ſpem fit ac mercedem, hujus vitæ moleſtiis & ærumnis longè uberiorem: alioqui enim quis non Evangelium legalibus præceptis multò laborioſius atque ærumnoſius eſſe dixerit? Nam cùm Lex peccatorum duntaxat fines prohibeat, nobis ipſæ etiam cauſæ, propemodùm ut actiones, crimini vertuntur. *Non adulterium commites*, inquit Lex: at tu, *ne concupiſces* quidem, ex curioſo ac ſtudioſo contuitu animi affectum incendens. *Non occides*, ait illa: at tu, *ne, ſi feriaris quidem, referies*, quin potiùs percutienti teipſum expones. Quantò tandem hæc illis ſapientiora? *Non pejerabis*, inquit illa: at tu, *penitùs nec jurabis, nec parvum, nec magnum;* quòd ſcilicet ex juramento perjurium naſcatur. *Non junges domum cum domo*, ait illa, *nec agrum cum agro*, tyrannide pauperem opprimens: at tu, libenti animo, juſtis etiam rationibus quæſitas opes excuties, atque *in pauperum ſubſidium* ſpoliaberis, ut leviter crucem tollas divitiáſque ab aſpectu remotas aſſequaris.

Gen. XIX. 24.
Ibid. XIX. 26.
Cum lactucis agreſtibus. Exod. XII. 8.
Lex nova cum veteri comparata. Matth. XI. 20.
Exod. XX. 14. Matth. V. 28.
Exod. XX. 13. Matth. V. 39.
Iſai. V. 8.
Matth. XIX. 21.

XVIII. Jam *lumbi*, mutis quidem animantibus remiſſi ac ſoluti ſint: neque enim illis ineſt ratio, quæ voluptatibus imperet; quanquam hæc quoque motûs naturalis libidiniſque modum norunt. Tibi autem per zonam ac temperantiam reſtringatur pars illa, quæ libidine æſtuat, ac velut *hinnitum* edit; (nam hoc verbo Scriptura, hujus affectûs turpitudinem exagitans, utitur;) ut, *mortificatis membris, quæ ſunt ſuper terram*, Paſcha purè comedas, ſolitarii illius *Joannis* & Præcurſoris, magníque veritatis præconis, præcinctionem imitans. Sed & aliam zonam novi, nimirùm militarem & virilem, juxta quam *Euzoni Syriæ & Monozoni* quidam nominantur; ac Deus ipſe Jobum alloquens: *Nequaquàm*, inquit, *verùm accinge ut vir lumbos tuos*, & da reſponſum virile; quibus etiam viribus beneficio divino *accinctum ſe eſſe* David gloriatur, ac Deum

Lumbi zonâ caſtitatis ſunt præcingendi. Exod. XII. 11.
Jer. V. 8.
Coloſſ. III. 5.
Matth. III. 4.
Zona militaris. IV. Reg. V. 2.
Job. XXXVIII. 3.
Pſ. XVII. 33.

(a) Τῶν. Sic Codd. in Ed. τῶ.
(b) Μοιχεύσεις. Savil. μοιχεύσῃς.
(c) Τὸ πάθος. *Animi affectum*, id eſt, *libidinem.*
(d) Ὅσον ταῦτα ἐκείνων. In nonnullis, ὅσῳ ταῦτα ἐκείνων &c. *Quantò hæc exquiſitioris & ſeverioris diſciplinæ.* Billius in prima Ed. *Quantò tandem hæc illis altiora ac difficiliora.*
(e) Σὺ δέ &c. Bill. *At tu, nec ullo modo jurabis.*
(f) Ζώνη καὶ σωφροσύνη. Par. ζωνὴν καὶ σωφροσύνην.
(g) Ὡς ἡ θεία &c. Alludit ad hæc verba Jerem. v. 8. *Unuſquiſque ad uxorem proximi ſui hinniebat.*
(h) Ἦν καὶ ὁ θεῖος Δαβίδ. Intelligit hæc Davidis verba, Pſal. XVII. 40. *Præcinxiſti me virtute ad bellum.*

quoque ipſum *potentiâ indutum atque accinctum* inducit, nempè adversùs impios: niſi tamen malit quiſpiam potentiæ exuberantiam ac veluti reſtrictionem his verbis ſignificari: quo etiam ſenſu, *lumine, ſicut veſtimento*, amictus dicitur. Inſuperabilem enim potentiæ ipſius ac luminis vim quis ſuſtinebit? Quæro quid lumbis cum veritate commune ſit, & quæ Pauli mens fuerit, cùm diceret: *State igitur ſuccincti lumbos veſtros in veritate?* Num fortè quòd ſpeculatio concupiſcentiam coërceat, nec aliorsùm ferri ſinat? Nec enim fieri poteſt, ut qui rei cujuſpiam amore flagrat, parem ad alias voluptates vim habeat.

Pſ. XCII. 1.

Quid ſit lumbos cum veritate ſuccingi.

Epheſ. VI. 14.

XIX. Jam qui terram ſanctam ac divinis veſtigiis impreſſam contacturus eſt, *calceamenta ſolvat*, quemadmodùm & Moyſes ille in monte, ut nihil mortuum ferat, nec inter Deum atque homines intermedium. Conſimili modo ſi quis diſcipulus *ad prædicandum Evangelium* mittitur, frugalitati ac ſimplicitati ſtudeat: quippè quem, præter id quòd nec æs, nec baculum, nec duplicem tunicam habeat, etiam nudis pedibus iter facere oporteat, ut *pulchri pedes evangelizantium pacem*, & quodlibet aliud bonum, appareant. At verò qui Ægyptum ac res Ægypti fugit, *calceos* ſumat, ut tutus ſit, cùm ab aliis rebus, tum à ſcorpiis & ſerpentibus, quos permultos Ægyptus alit, ut ab iis, qui calcaneum obſervant, & quos *calcare* juſſi ſumus, minimè vulneretur. Jam de *baculo* atque ejus ſignificatione ita ſentio. Nam cùm alter ſulciendi vim habeat, alter Paſtoris & Doctoris proprius ſit, atque oves ratione præditas convertat, in viámque reducat; hîc Lex fulcientem baculum tibi præſcribit, necubi animo titubes, dum Dei ſanguinem, & Paſſionem, & mortem audis, ac dum Dei patronus atque defenſor videri cupis, impiè corruas. Quin potiùs, ſine pudore ac dubitatione corpus ede, ſanguinem bibe, ſi modò vitæ deſiderio teneris, nec ſermonibus de carne fidem abrogans, nec ad eos, qui de paſſione habentur, impingens. Innixus ſta, firmus & ſtabilis, atque ita comparatus, ut nulla in re quatiaris ab adverſariis, nec verborum lepore atque illecebris abripiaris. In faſtigio tuo ſta, *in atriis Jeruſalem* pedes ſtatue, in petra ſuffulci,

Calceamenta ſolvenda.

Exod. III. 5.

Luc. X. 3. *& ſeqq.*

Iſai. LII. 7.

Exod. XII. 11.

Luc. X. 19.

Baculus duplex.

Exod. XII. 11.

Pſ. CXXI. 2.

A [a] καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν εἰσάγει ἐνδεδυμένον δύ- a
ναμιν & περιεζωσμένον, δηλαδὴ κατὰ τῶν
ἀσεβῶν· εἰ μή τῳ φίλον, τὸ περιὸν τῆς δυνά-
μεως, ἢ οἷον ἀνεσταλμένον, ἕτω περιδηλῶ-
σθαι, καθὸ & φῶς ἀναβάλλεται, ὡς ἱμάτιον.
τὸ γὰρ ἄσχετον αὐτῷ τῆς δυνάμεως ἢ τῷ
φωτὸς τίς ὑποστήσεται; ζητῶ, τί κοινὸν
ὀσφύϊ & ἀληθείᾳ; τί δαὶ τῷ ἁγίῳ Παύλῳ
νοεῖται τὸ φάσκειν· στῆτε οὖν [b] περιεζωσμένοι b
τὴν ὀσφῦν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ; μή ποτε ὡς τῷ
B θεωρητικοῦ τὸ ἐπιθυμητικὸν περισφίγγοντος,
ἢ οὐκ ἐῶντος ἀλλαχοῦ φέρεσθαι; ὃ γὰρ ἐθέ-
λει τὸ περί τι διακείμενον ἐρωτικῶς, πρὸς τὰς
ἄλλας ἡδονὰς τὴν αὐτὴν ἔχειν δυνάμιν.

ι Θ. Τὰ δὲ ὑποδήματα, ὁ μὲν τῆς ἁγίας
γῆς καὶ θεοσεβοῦς φαύειν μέλλων, ὑπολυ-
έσθω, [c] καθὰ καὶ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ἐπὶ τοῦ c
ὄρους, ἵνα μηδὲν νεκρὸν φέρῃ, μηδὲ μέσον
Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. ὡς δὲ καὶ εἴ τις μα-
θητὴς ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον πέμπεται, φιλο-
C σόφως [d] καὶ ἁπερίτλως· οὗ [e] δεῖ πρὸς τῷ d e
ἀχάλκῳ, ἢ ῥάβδῳ, ἢ μονοχίτωνι, ἔτι ἢ
[f] γυμνοποδεῖν, ἵνα φανῶσιν οἱ πόδες ὡραῖοι f
τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, καὶ ἄλλο πᾶν
ἀγαθόν. ὁ δὲ φεύγων Αἴγυπτόν τε καὶ τὰ
Αἰγύπτια, ὑποδεδέσθω τῆς τε ἄλλης ἀσφα-
λείας ἕνεκα, καὶ τῆς πρὸς τοὺς σκορπίους,
καὶ τοὺς ὄφεις, οὓς καὶ πολλοὺς Αἴγυπτος
τρέφει, ὥστε μὴ βλάπτεσθαι παρά τῶν τη-
ρούντων τὴν πλέρναν, οὓς πατεῖν ἐκελεύσθη-
D μεν. περὶ ᾗ τῆς βακτηρίας ἕτως ἔχω, καὶ τῷ
g περὶ ταύτην αἰνίγματος· τὴν μὲν ὑπερεισι- g
κὴν οἶδα, τὴν ᾗ ποιμαντικήν τε καὶ διδασ-
καλικὴν, καὶ τὰ λογικὰ πρόβατα ἐπιστρέφε-
σαν· ἀλλὰ ζοὶ νῦν τὴν ὑπερείδουσαν ὁ νόμος
διακελεύεται, μήπου τὸν λογισμὸν ὀκλάσῃς,
αἷμα Θεοῦ, ἢ πάθος ἀκούων, ἢ θάνατον,
μήπου περιενεχθῇς ἀθέως, ὡς Θεοῦ συνή-
γορος· ἀλλ' ἀνεπαισχύντως καὶ ἀνενδοιάστως,
φάγε τὸ σῶμα, πίε τὸ αἷμα, εἰ τῆς ζωῆς
E ἐπιθυμητικῶς ἔχεις, [h] μήτε τοῖς περὶ σαρκὸς h
ἀπιστῶν λόγοις, μήτε τοῖς περὶ τὸ πάθος
βλαπτόμενος. ἐρηρεισμένος ἵστασο, πάγιος,
βεβηκὼς, ἐν μηδενὶ σαλευόμενος ὑπὸ τῶν ἀν-
τικειμένων, μηδὲ πιθανότητος λόγοις πα-
ρασυρόμενος. ἐπὶ τὸ ὕψος σεαυτῷ στῆτι, ἐν

(a) Καὶ τὸν Θεόν &c. Sic in Pſal. XCII. 1. *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.*

(b) Περιεζωσμένοι. Tres Regg. & novem Colb. περιεζωσάμενοι.

(c) Καθά. Or. 1. καθώς.

(d) Καὶ ἀπερίτλως. Deeſt in Jeſ.

(e) Δεῖ. In nonnullis, χρή.

(f) Γυμνοποδεῖν. Sic tres Regg. Coisl. 1. Or. 1. Par. &c. In Par. ed. γυμνοποδεῆ.

(g) Περὶ ταύτην. Coisl. 1. & Jeſ. περὶ ταύτης.

(h) Μήτε τοῖς περὶ σαρκὸς &c. Bill. in prima Ed. *Nec doctrinæ carnis fidem abrogans, nec Paſſionis ſermonibus offenſus.*

ταῖς

ταῖς αὐλαῖς Ιερυσαλὴμ σῆσον τὲς πόδας, A ut tui ſecundùm Deum greſſus non mo-
a [a] ἐπὶ τῆς πέτρας ἔρεισον, ἵνα μὴ ζαλεύηται veantur.
σε τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα.

κ. Τί φῄς; ὕτω ταῦτα ἔδοξεν, Αἴγυπ- XX. Quid ais? Itáne fixum ac decre- Vaſa aurea
τον ἐξελθεῖν, τὴν σιδηρᾶν κάμινον, καταλι- tum eſt, ut ex Ægypto, hoc eſt, *ex for-* ab Ægyptiis
b πεῖν σε τὴν ἐκεῖσε [b] πολυθεΐαν, καὶ ὑπὸ *nace ferrea*, excedas, impiúmque Deorum petenda.
c Μωϋσέως ἀχθῆναι, καὶ τῆς [c] ἐκείνυ νομο- multorum cultum illic vigentem relin- *Deut.* IV. 20.
θεσίας καὶ σρατηγίας; εἰσηγοῦμαί τι καὶ quas, atque à Moyſe, ipſiuſque legibus
τῶν οὐκ ἐμῶν, μᾶλλον δὲ, καὶ λίαν ἐμῶν, ἂν ac militari imperio ducaris? Conſilium
πνευματικῶς θεωρῇς. χρῆσαι παρ' Αἰγυπλίων quoddam tibi porrigo, nequaquàm meum,
σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ· μετὰ τούτων ὁδευ- imò admodùm quoque meum, ſi rem
σον· ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐφοδιάσθητι, μᾶλλον ſpiritualiter expenderis. *Vaſa aurea &* *Exod.* XI. 2.
δὲ, τῶν σῶν· χρεωσλεῖταί σοι μισθὸς τῆς δου- B *argentea* Ægyptiis commodato pete: cum
λείας καὶ τῆς πλινθείας· σόφισαί τι καὶ σὺ his te itineri committe: ex alienis fa-
περὶ τὴν ἀπαίτησιν· καλῶς ἀποσλέρησον. ἔσλω cultatibus viaticum tibi para, imò ex
τελαλαιπώρηκας ἐνταῦθα, τῷ πηλῷ μαχόμε- tuis potiùs. Servitutis enim ac confec-
νος, τῷ μοχθηρῷ τύτῳ καὶ ῥυπαρῷ σώματι, torum laterum merces tibi debetur. Cal-
καὶ πόλεις οἰκοδομῶν ἀλλοτρίας καὶ σφαλερὰς, lidè tu quoque aliquid circa mercedis fla-
ὧν ἀπολεῖται τὸ μνημόσυνον μετ' ἤχυς. τί δαί; gitationem comminiſcere: pulchrè frauda.
προῖκα ἐξέρχῃ καὶ ἀμισθί; τί δαί; καταλεί- Eſto ſanè, gravibus hîc laboribus vexa-
ψεις Αἰγυπλίοις καὶ ταῖς ἀντικειμέναις δυνά- C tus es, cum luto colluctans, id eſt,
μεσιν, ἃ κακῶς ἐκτήσαντο, καὶ χεῖρον δαπανή- cum ærumnoſo & impuro corpore, ac
συσιν; οὐκ ἔσλιν ἐκείνων· ἐσύλησαν, ἥρπασαν domos alienas & caducas extruens, qua-
d τῦ εἰπόντος· [d] ἐμόν ἐσλι τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμόν rum memoria cum ſonitu perit. Quid?
ἐσλι τὸ χρυσίον, καὶ δώσω αὐτὸ ᾧ βέλομαι. Gratíſne & abſque pretio egrederis? Quid?
χθὲς ἦν ἐκείνων· συνεχωρείτο γάρ. σήμερον An Ægyptiis & adverſariis poteſtatibus ea
σοὶ προσάγει ὃ δίδωσιν ὁ δεσπότης, καλῶς relinques, quæ malè adepti ſunt, ac pe-
χρησομένῳ καὶ σωτηρίως. κτησώμεθα ἡμῖν αὐ- jus conſument? Nullum jus in ea habent;
τοῖς φίλυς ἐκ τῦ Μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵν' ſacrilegio compilarunt, eripuerunt ei, qui
ὅταν ἐκλίπωμεν, ἀντιλάβωμεν ἐν καιρῷ dixit: *Meum eſt argentum, & meum eſt* *Agge.* II. 9.
κρίσεως. *aurum, dabóque ei, cui voluero.* Heri illa *Daniel.*IV.14.
D poſſidebant; ſic enim permittebatur. Hodiè
ea tibi Dominus offert ac tradit, honeſtè
& ad ſalutem uſuro. *Amicos nobis de* *Luc.* XVI. 9.
Mammona iniquitatis comparemus, ut,
cùm defecerimus, in judicii tempore re-
cipiamus.

κα. Εἰ μέν τις εἶ Ραχὴλ, ἢ Λεία, ψυχὴ XXI. Si Rachel quædam es, aut Lia; Idola furri-
Πατριαρχικὴ καὶ μεγάλη, καὶ τὰ εἴδωλα hoc eſt, Patriarchica & magna anima, patris pienda ac de-
κλέψον, ἅπερ ἂν εὕρῃς τοῦ σοῦ πατρὸς, quoque tui *Idola*, quæcunque inveneris, lenda.
οὐχ ἵνα φυλάξῃς, ἀλλ' ἵν' ἀφανίσῃς. εἰ ſurripe, non ut ſerves, ſed ut deleas. Si *Gen.* XXXI.
δὲ Ισραηλίτης ζοφὸς, πρὸς τὴν γῆν τῆς autem ſapiens Iſraëlitis, ad terram promiſ- 19.
ἐπαγγελίας μετενέγκε· καὶ περὶ τούτων ὁ ſionis transfer; eóque nomine diſcrucietur
διώκτης ἀλγησάτω, καὶ γνώτω κατασοφισ- perſecutor, atque ex fraude ſibi facta hoc
θεὶς, ὅτι μάτην ἐτυράννει καὶ κατεδουλοῦτο intelligat, quòd tyrannide ac ſervitute me-
τοὺς κρείττονας. ἂν οὕτω ποιῇς, καὶ οὕτως liores fruſtrà opprimebat. Hoc ſi feceris, *Exod.* XIII. 12.
ἐξέλθῃς Αἴγυπλον, εὖ οἶδα, στύλῳ πυρὸς E atque ita ex Ægypto exceſſeris, *ignis*, mihi *& ſeqq.*
καὶ νεφέλης ὁδηγηθήσῃ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, crede, ac *nubis columna* tibi die ac nocte
ἔρημος ἡμερωθήσεται, θάλασσά σοι τμη- iter præmonſtrabit, deſertum mitigabitur,
θήσεται, Φαραὼ βαπλισθήσεται, ἄρτος mare tibi ſcindetur, Pharao demergetur,
ὀμβρήσει, πέτρα πηγάσει, Αμαλὴκ κατα- panis pluet, petra ſcaturiret, Amalec op-
πολεμηθήσεται· οὐχ ὅπλοις μόνον, ἀλλὰ primetur; non armis tantùm, ſed etiam ho-
e καὶ [e] πολεμίαις χερσὶ δικαίων, εὐχὴν ὁμοῦ ſtilibus juſtorum manibus, precationem
τυπούσαις, καὶ σταυροῦ τρόπαιον τὸ ἀήτη- ſimul atque inſuperabile Crucis trophæum
ſignantibus; *fluminis curſus* inhibebitur, *Joſu.* III. 15.
Sol ſiſtetur, Lunæ curſus reprimetur, muri, *& ſeqq.*
nullis etiam machinis admotis, corruent,
crabrones præcurrent, viam Iſraëli mu-

(*a*) Ἐπὶ τῆς πέτρας. *In petra*, id eſt, *in Chriſto*, juxta Apoſt. I. Cor. x. 4. Petra *autem erat Chriſtus.*

(*b*) Πολυθεΐαν. Coisl. 1. & Or. 1. addunt, ἀθεΐαν, *impiam, ſacrilegam.*

(*c*) Ἐκείνυ. Or. 1. ἐκεῖσι.

(*d*) Ἐμόν ἐσλι τὸ ἀργύριον. Sic nonnulli Codd. Deeſt ἔσλι in Ed.

(*e*) Πολεμίαις χερσί. Coisl. 1. ἀπολέμοις πολεμίαις, *imbellibus juſtorum pugnantium armis.*

nientes, atque alienigenas arcentes; reliqua etiam omnia, quæ poſt hæc, & ſimul cum his, memoriæ prodita ſunt, ne nimis longum ſermonem producam, Dei beneficio tibi concederentur. Ac tale eſt feſtum, quod hodierno die agitas; tali epulo, tum natalitio, tum funebri, quantùm in te eſt, accipias, ob eum, qui, tuâ causâ, & natus, & paſſus eſt; tale tibi Paſchatis myſterium. Hæc Lex adumbravit; hæc Chriſtus perfecit, ille, inquam, litteræ abrogator, ille Spiritûs initiator, qui, ut ex eo, quòd paſſus eſt, ad patiendum nos erudit, ita ex eo, quòd glorificatus eſt, hoc nobis affert, ut ſimul glorificemur.

Chriſti ſanguis, pretium noſtræ redemptionis.

XXII. Enimverò alienum non fuerit, rem ac doctrinam inquirere, à multis quidem neglectam, meo autem judicio, ſtudiosè perquirendam. Eccui enim ille pro nobis ſanguis, & quam ob cauſam fuſus eſt, ille, inquam, magnus & nobilis Dei, tum Pontificis, tum victimæ ſanguis? Nos enim à Diabolo detinebamur, utpotè qui vænundati eſſemus ſub peccato, ac vitium cum voluptate commutaſſemus. Quòd ſi redemptionis pretium non alii ulli, quàm ei, qui captivos tenet, perſolvitur, quæro cui tandem oblatum eſt, & quam ob cauſam? Si pravo illi, ô gravem contumeliam! ſi non à Deo ſolùm, ſed Deum quoque ipſum pro redemptionis pretio latro accipit, adeóque inſigne & excellens tyrannidis ſuæ præmium, cujus causâ nobis quoque parci æquum erat: ſi autem Patri, primùm quomodò id factum eſt? Nec enim ab ipſo tenebamur. Deindè, quæ ratio afferri poteſt, ut Unigeniti ſanguine Pater oblectetur, qui ne Iſaac quidem à patre oblatum acceperit, ſed ariete, in rationalis victimæ locum ſubſtituto, ſacrificium permutarit? Perſpicuum utique eſt, Patrem quidem accepiſſe, non tamen quòd petierit, aut eo opus habuerit, verùm certâ conſilii ratione & diſpenſatione, & quia, per humanitatem à Deo aſſumptam, homini ſanctitatem afferri oportebat; ut, tyranno per vim ſuperato, nos liberaret, atque ad ſe per mediatorem Filium reduceret, hoc, ad Patris honorem, cui in omnibus rebus cedere perſpicitur, diſ-

Deo Patri à Chriſto oblatus.

Certâ conſilii ratione & diſpenſatione Pater Chriſti ſacrificium accipit.

A τον· ποταμὸς ἀνακοπήσεται, ἥλιος σήσεται, σελήνη σχεθήσεται, τείχη κατενεχθήσεται, καὶ δίχα μηχανημάτων, σφηκίαι προδραμοῦνται, ὁδοποιοῦσαι τῷ Ισραὴλ, καὶ τοὺς ἀλλοφύλους [a] ἀνείργουσαι· τἆλλά τε ὅσα ἐπὶ a
τούτοις καὶ σὺν τούτοις ἱστόρηται, ἵνα μὴ μακρὸν ἀποτείνω λόγον, ταῦτά Θεοῦ σοι δοθήσεται. τοιαύτην ἑορτὴν ἑορτάζεις σήμερον·
[b] τοιοῦτον ἐστιᾷ τὸ ἐπὶ σοὶ τοῦ γεννηθέντος b
γενέθλιον, καὶ τοῦ [c] παθόντος ἐπιτάφιον· c
B τοιοῦτόν σοι τὸ τῆ Πάσχα μυστήριον. ταῦτα ὁ νόμος ὑπέγραψε· ταῦτα Χριστὸς ἐτελείωσεν, ὁ τοῦ [d] γράμματος καταλυτὴς, ὁ τελειωτὴς d
τοῦ Πνεύματος, ὃς οἷς ἔπαθε, τὸ πάσχειν διδάσκων, οἷς ἐδοξάσθη, τὸ συνδοξασθῆναι χαρίζεται.

κϐ. [e] Εστι τοίνυν ἐξετάσαι πρᾶγμα καὶ e
δόγμα, τοῖς μὲν πολλοῖς παρορώμενον, ἐμοὶ δὲ, καὶ λίαν ἐξεταζόμενον. τίνι γὰρ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν αἷμα, καὶ περὶ τίνος ἐχέθη, τὸ
C μέγα καὶ περιβόητον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀρχιερέως, καὶ θύματος; [f] κατειχόμεθα μὲν γὰρ ὑπὸ f
τοῦ πονηροῦ, πεπραμένοι ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀντιλαβόντες τῆς κακίας τὴν ἡδονήν. εἰ δὲ τὸ λύτρον, οὐκ ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ κατέχοντος γίνεται, ζητῶ τίνι τοῦτο εἰσηνέχθη, καὶ δι' ἣν τινα τὴν αἰτίαν; εἰ μὲν τῷ πονηρῷ, φεῦ τῆς ὕβρεως· εἰ μὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν λύτρον ὁ ληστὴς λαμβάνει, καὶ μισ-
D θὸν οὕτως [g] ὑπερφυῆ τῆς ἑαυτοῦ τυραννίδος, g
δι' ὃν καὶ ἡμῶν φείδεσθαι δίκαιον ἦν· εἰ δὲ τῷ Πατρὶ, πρῶτον μὲν πῶς; οὐχ ὑπ' ἐκείνου γὰρ ἐκρατούμεθα. δεύτερον δὲ, τίς ὁ λόγος, μονογενοῦς αἷμα τέρπειν Πατέρα, ὃς οὐδὲ τὸν Ισαὰκ ἐδέξατο παρὰ τοῦ πατρὸς προσφερόμενον, ἀλλ' ἀντηλλάξατο τὴν θυσίαν, κριὸν ἀντιδοὺς τοῦ λογικοῦ θύματος; ἢ δῆλον, ὅτι λαμβάνει μὲν ὁ Πατὴρ, [h] οὐκ h
αἰτήσας, οὐδὲ δεηθεὶς, ἀλλὰ δι' τὴν οἰκονομίαν, καὶ [i] τὸ χρῆναι ἁγιασθῆναι τῷ ἀνθρω- i
πίνῳ τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον· ἵν' αὐτὸς ἡμᾶς ἐξέληται, τοῦ τυράννου βίᾳ κρατήσας, καὶ πρὸς [k] ἑαυτὸν ἐπαναγάγῃ δι' τοῦ Υἱοῦ μεσι- k

(a) Ανείργυσαι. Comb. ἀπείργυσαι.
(b) Τοιῦτον ἑστιᾷ. Legendum videtur, τοιῦτον ἑστιᾶς. *Talibus epulis Natalitia & funus illius, qui pro te natus & paſſus eſt, celebra.*
(c) Παθόντος. In quibuſdam, θανόντος, *mortuus eſt.*
(d) Γράμματος. Bill. *Legis.*
(e) Εστι τοίνυν. Or. 1. ἔστι λοιπόν. *Cæterùm.*
(f) Κατειχόμεθα. Comb. ἐκρατούμεθα.
(g) Υπερφυῆ. Reg. ph. ὑπερφυᾶ.
(h) Οὐκ αἰτήσας &c. Or. 1. addit δέ. Obſervat Scholiaſtes, duplex eſſe redimendi genus; alterum, *quo pretium ei, à quo qui captus tenetur, ſolvitur, & pecuniâ ab eo redimitur*; alterum, *quo quis pro reo pati ſuſtinet in ipſius unius commodum.* Sic Chriſtus pro nobis cruciatus pertulit, ac ſic ejus paſſione nihil Diabolo datum. Prætereà ſanguis Chriſti Patri oblatus eſt, *non quòd Unigeniti Filii cruore effuſo delectaretur*, ut his verbis declarat idem Scholiaſtes: ὅτε τῷ Πατρὶ αἷμα τῦ μονογενῦς προσφέρεσθαι ὑποτιθέμεθα. Sed indicat, Filium ſuâ ſponte hominis reatum in ſe tranſtuliſſe ac mortem ſubiiſſe, ut hominem redimeret, ac cum Deo in gratiam reſtitueret, illatamque divinæ majeſtati injuriam farciret.
(i) Τὸ χρῆναι. Reg. ph. & Or. 1. τῷ χρῆναι.
(k) Εαυτόν. Sic plures Regg. & Colb. Coisl. 1. &c. In Ed. αὐτόν.

τεύσαντος, καὶ εἰς τιμὴν τοῦ Πατρὸς τοῦτο A
οἰκονομήσαντος, ᾧ τὰ πάντα ϖαραχωρῶν
φαίνεται. τὰ μὲν δὴ Χριστοῦ τοιαῦτα, καὶ
τὰ πλείω σιγῇ σεβέσθω. ὁ δὲ χαλκοῦς ὄφις
a [a] κρεμᾶται μὲν κατὰ τῶν δακνόντων ὄφεων,
b [b] οὐχ ὡς τύπος δὲ τοῦ ὑϖὲρ ἡμῶν ϖαθόντος,
ἀλλ' ὡς ἀντίτυπος· καὶ ζώζει τοὺς εἰς αὐτὸν
ὁρῶντας, οὐχ ὅτι ζῇ ϖιστευόμενος, ἀλλ'
c ὅτι νενέκρωται, καὶ συννεκροῖ τὰς [c] ὑϖ'
αὐτὸν δυνάμεις, καταλυθεὶς, ὥσϖερ ἦν ἄξιος.
καὶ τίς ὁ ὠρέϖων αὐτῷ ϖαρ' ἡμῶν ἐϖιτά- B
φιος; ϖοῦ σου, Θάνατε, τὸ κέντρον; ϖοῦ
σου, Ἅδη, τὸ νῖκος; τῷ σταυρῷ βέβλησαι, ᾧ
d ζωοϖοιῷ τεθανάτωσαι. [d] ἄϖνους, νεκρὸς,
e ἀκίνητος, ἀνενέργητος, καὶ, εἰ [e] τὸ σχῆμα
f ζώζεις ὄφεως, ἐν ὕψει [f] στηλιτευόμενος.

g κγ. [g] Μεταληψόμεθα δὲ τοῦ Πάσχα,
νῦν μὲν τυϖικῶς ἔτι, καὶ εἰ τοῦ ϖαλαιοῦ
γυμνότερον· τὸ γὰρ νομικὸν Πάσχα, τολμῶ
καὶ λέγω, τύϖου τύϖος ἦν ἀμυδρότερος·
μικρὸν δὲ ὕστερον, τελεώτερον καὶ καθαρώ- C
τερον, ἡνίκα ἂν αὐτὸ ϖίνῃ καινὸν μεθ' ἡμῶν
ὁ Λόγος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς, ἀϖο-
καλύϖτων καὶ διδάσκων, ἃ νῦν μετρίως
ϖαρέδειξεν. καινὸν γάρ ἐστιν ἀεὶ, τὸ νῦν
γνωριζόμενον. τίς δὲ ἡ ϖόσις καὶ ἡ ἀϖόλαυ-
σις, ἡμῶν μὲν τὸ μαθεῖν, ἐκείνου δὲ τὸ
διδάξαι, καὶ κοινώσασθαι τοῖς ἑαυτοῦ μαθη-
ταῖς τὸν λόγον. τροφὴ γάρ ἐστιν ἡ δίδαξις,
καὶ τῷ τρέφοντος. ἀλλὰ δεῦρο, καὶ ἡμεῖς τοῦ
νόμου μεταλάβωμεν εὐαγγελικῶς, ἀλλὰ μὴ D
γραϖτῶς· τελείως, ἀλλὰ μὴ ἀτελῶς· ἀϊδίως,
ἀλλὰ μὴ ϖροσκαίρως. ϖοιησώμεθα κεφαλὴν,
μὴ τὴν κάτω Ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ τὴν ἄνω
Μητρόϖολιν· μὴ τὴν ὑϖὸ στρατοϖέδων νῦν
ϖατουμένην, ἀλλὰ τὴν ὑϖ' Ἀγγέλων δοξα-
ζομένην. θύσωμεν, μὴ μόσχους νέους, μηδὲ
ἀμνοὺς κέρατα ἐκφέροντας καὶ ὁϖλὰς, ϖαρ'
οἷς ϖολὺ τὸ νεκρὸν καὶ ἀναίσθητον· ἀλλὰ
θύσωμεν τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, ἐϖὶ τὸ
ἄνω θυσιαστήριον, μετὰ τῆς ἄνω χοροστασίας. E
διέξχωμεν τὸ ϖρῶτον καταϖέτασμα, τῷ
δευτέρῳ ϖροσέλθωμεν, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων
ϖαρακύψωμεν. εἴϖω τὸ μεῖζον, ἡμᾶς αὐτοὺς
θύσωμεν τῷ Θεῷ· μᾶλλον δὲ, θύωμεν καθ'
ἑκάστην ἡμέραν ἢ ϖᾶσαν κίνησιν. ϖάντα ὑϖὲρ

pensantem. Ac de Christo hæc nobis dicta sint, aliáque multò plura silentii honore afficiantur. At verò, *serpens æneus* adversùs serpentum morsus suspenditur, non tamen ut Christi pro nobis passi typus, verùm ut antitypus: atque iis qui ipsum intuentur, salutem affert, dum non vitâ frui, sed mortuus esse, ac subditas sibi potestates secum interimere creditur, oppressus nimirùm & extinctus, sicut merebatur. Et quod tandem illi congruens epitaphium canemus? *Ubi est, Mors, stimulus tuus? Ubi tua, Inferne, victoria?* Crux te prostravit, vitæ auctor tibi necem attulit. Exanimis es, mortuus, immobilis, iners, serpentis licèt figuram serves, in sublimi loco ignominiosè pendes.

Serpens æneus, non Christi typus, sed antitypus. *Num.* XXI. 8. *& seqq.*

Osee. XIII. 14. I. *Cor.* XV. 55. Crucis victoria.

XXIII. Jam verò Paschatis participes erimus, nunc quidem adhuc typicè, tametsi apertiùs, quàm in veteri Lege; (legale siquidem Pascha, nec enim dicere verebor, figura erat figuræ obscurior;) aliquantò pòst autem perfectiùs & puriùs, tum videlicèt cùm Verbum *novum illud nobiscum in regno Patris bibet*, patefaciens ac docens, quæ nunc minùs plenè demonstravit. Novum enim illud semper est, quod nunc intelligitur. Quænam autem illa sit potio atque perceptio, discere nostrûm est, illius docere, discipulísque suis hanc doctrinam impertiri. Doctrina enim, ejus quoque, qui alit, cibus est. Age verò, nos quoque Legis participes efficiamur, verùm evangelicè non litteraliter, perfectè non imperfectè, sempiternè non temporariè. Caput nobis efficiamus, non terrenam Jerusalem, sed cœlestem Metropolim; non eam, inquam, quæ nunc ab exercitibus calcatur, sed quæ ab Angelis laude & prædicatione effertur. Mactemus, non *vitulos novellos*, nec agnos *cornua producentes & ungulas*, quæ magna ex parte mortua sunt, ac sensu carent; verùm Deo in superno altari cum cœlestibus choris *sacrificium laudis immolemus*. Penetremus primum velamen, ad secundum accedamus, in Sancta Sanctorum prospiciamus. Atque, ut majus aliquid dicam, immolemus nos Deo; imò, singulis diebus nosmetipsos motusque omnes immolemus. Omnia pro Verbo excipiamus, per passiones passionem imitemur, per sanguinem sanguinem honoremus, Crucem alacres conscendamus. Dulces sunt

Pascha, in veteri lege, figura erat figuræ obscurior.

Matth. XXVI. 29.

Legis participes simus, non litterâ, sed spiritu.

Sacrificium laudis Deo immolandum. *Ps.* LXVIII. 32.

Ps. XLIX. 14.

Humiliter in Sancta Sanctorum prospiciédum.

(a) Κρεμᾶται. Reg. bm. aliique nonnulli, κρεμνᾶται.
(b) Οὐχ ὡς τύπος, &c. *Gregorius*, inquit Nicetas, *serpentem æneum Christi typum haudquaquàm esse censet; (neque fas est ac pium perversum spiritum Christi typum vocari;) verùm antitypum, id est, contrariam figuram. Etenim serpens à principio homini exitium attulit, Christus autem postea salutem.*
(c) Ὑπ' αὐτόν. Sic Regg. bm. ph. Or. 1. Comb. &c. In Ed. ὑπ' αὐτοῦ.
(d) Ἄπνους. Plures Codd. addunt, εἶ.
(e) Τό. Reg. bm. τί.
(f) Στηλιτευόμενος. Bill. *Decoris & ignominiæ notis inustus.*
(g) Μεταληψόμεθα. Reg. ph. μεταληψώμεθα, *participes simus.*

clavi, tametsi valdè acerbi. Præstat cum Christo, & pro Christo pati, quàm cum aliis in deliciis versari.

Christus in cruce, adorandus.

Luc. XXIII. 26.

Ibid. XXIII. 40.

Isai. LIII. 12.

XXIV. Si Simon Cyrenæus sis, *crucem tolle*, ac sequere. Si, ut latro, cruci simul affixus fueris, ut vir probus, *Deum agnosce:* si ille quoque propter te tuúmque peccatum *cum iniquis reputatus sit*, tu propter illum justus fias. Adora tuâ causâ suspensum; & pendens ipse, lucri aliquid ex ipsa quoque improbitate collige: morte salutem eme: cum Jesu Paradisum ingredere, ut intelligas, quibus bonis excideras. Pulchritudines illas contemplare: murmuratorem cum sua blasphemia foris mori sine.

Luc. XXIII. 50. *& seqq.*

Si *Joseph Arimathæus* sis, ab eo, qui cruci affixit, *corpus pete:* tuum fiat mundi piaculum. Si Nicodemus sis, nocturnus ille Dei cultor, *funebribus unguentis* ipsum unge. Si Maria quædam sis, si alia Maria, si Salome, si Joanna, diluculo lacrymas profunde. Fac, ut prima *sublatum lapidem*, Angelos etiam fortassè, atque adeò Jesum ipsum, videas. Nonnihil loquere; vocem auscultа. Si audieris: *Noli me tangere*, procul sta, Verbum venerare, non autem mœre. Novit enim à quibus primùm conspiciendus sit. Resurrectionis encænium celebra: Evæ succurre, quæ primùm lapsa, prior quoque Christum salutavit, ac Discipulis indicavit. Petrum vel Joannem imitare, ad sepulchrum propera, *simul ac certatim currens*, atque honestâ æmulatione contendens. Quòd si celeritate antevertaris, studio vince, non inclinato corpore in monumentum introspiciens, sed in ipsum ingrediens. Quod si, Thomæ instar, *à cœtu Discipulorum*, quibus apparuit Christus, abfueris, posteaquàm videris, ne rei fidem abroges. Quod si id tibi fidem non facit, narrantibus saltem crede. Si ne his quidem, at certè clavorum impressionibus fidem habe. Si in infernum descendat, simul descende. Ea quoque mysteria cognosce, quæ Christus illic designavit, quod duplicis descensûs consilium, quæ ratio fuerit: utrùm omnes sine ulla exceptione adventu suo salvos fecerit, an illic quoque eos duntaxat, qui crediderunt.

In morte, funebribus unguentis ungendus.

Joan. XIX. 39.

Marc. XVI. 1.

Joan. XX. 17. *& seqq.*

In Resurrectione, celebrandus.

Joan. XX. 2.

Ibid. XX. 24. *& seqq.*

τοῦ Λόγου δεχώμεθα, πάθεσι τὸ πάθος μιμώμεθα, αἵματι τὸ αἷμα ζημιύνωμεν, ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνίωμεν προθυμοι. γλυκεῖς οἱ ἥλοι, καὶ εἰ λίαν ὀδυνηροί. τὸ [a] γὰρ μετὰ Χριστοῦ πάσχειν, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ, τοῦ μετ' ἄλλων τρυφᾶν αἱρετώτερον.

κδ'. Αν Σίμων ἦς Κυρηναῖος, τὸν σταυρὸν ἆρον, καὶ ἀκολούθησον. ἂν συσταυρωθῇς [b] ὡς ληστὴς, ὡς εὐγνώμων τὸν Θεὸν γνώρισον· εἰ κἀκεῖνος μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη δι' σὲ καὶ τὴν σὴν ἁμαρτίαν, σὺ γενοῦ δι' ἐκεῖνον ἔννομος. προσκύνησον τὸν δι' σὲ [c] κρεμασθέντα, καὶ κρεμάμενος· κέρδανόν τι καὶ ἀπὸ τῆς κακίας· ὤνησαι τῷ θανάτῳ τὴν ζωτηρίαν· εἰς τὸν Παράδεισον εἴσελθε μετὰ Ιησοῦ, ὥστε μαθεῖν ὧν ἐκπέπλωκας. τὰ ἐκεῖ κάλλη θεώρησον· τὸν γογγυστὴν ἄφες ἀποθανεῖν ἔξω, μετὰ τῆς βλασφημίας. κἂν Ιωσὴφ ἦς [d] ὁ ἀπὸ Αριμαθαίας, αἴτησαι τὸ σῶμα πρὸ τοῦ σταυροῦντος· σὸν γενέσθω τὸ τοῦ κόσμου καθάρσιον. κἂν Νικόδημος ἦς, ὁ νυκτερινὸς θεοσεβὴς, μύροις αὐτὸν ἐνταφίασον. κἂν Μαρία τις ἦς, [e] κἂν ἡ ἄλλη Μαρία, κἂν Σαλώμη, κἂν Ιωάννα, [f] δάκρυσον ὀρθρία. ἴδε πρωΐτη τὸν λίθον ἠρμένον, τυχὸν δὲ καὶ τοὺς Αγγέλους, καὶ Ιησοῦν αὐτόν. φθέγξαί τι· φωνῆς ἄκουσον. ἂν ἀκούσῃς· μή μου ἄπτου, πόρρω στῆθι, σεβάσθητι τὸν Λόγον, ἀλλὰ μὴ λυπηθῇς. οἶδε γὰρ οἷς ὀφθῇ πρῶτον. ἐγκαίνισον τὴν ἀνάστασιν· τῇ Εὔᾳ βοήθησον, [g] τῇ πρώτῃ πεσούσῃ, τῇ πρώτῃ Χριστὸν ἀσπάσασθαι, καὶ γνωρίσαι τοῖς μαθηταῖς. γενοῦ [h] Πέτρος, ἢ Ιωάννης· ἐπὶ τὸν τάφον ἐπείχθητι, ἀντιτρέχων, συντρέχων, τὴν παλὴν ἅμιλλαν [i] ἀμιλλώμενος. κἂν προληφθῇς τῷ τάχει, τῇ σπουδῇ νίκησον, μὴ παρακύψας εἰς τὸ μνημεῖον, ἀλλ' ἔνδον γενόμενος. κἂν ὡς Θωμᾶς ἀπολειφθῇς, τῶν μαθητῶν συννηγμένων, οἷς Χριστὸς ἐμφανίζεται, ὅταν ἴδῃς, μὴ ἀπιστήσῃς· κἂν ἀπιστήσῃς, τοῖς λέγουσι πίστευσον· εἰ δὲ μηδὲ τούτοις, τοῖς τύποις τῶν ἥλων πιστώθητι. ἂν εἰς ᾅδου κατίῃ, συγκάτελθε. γνῶθι κἀ τὰ ἐκεῖσε τῆ [k] Χριστοῦ μυστήρια, τίς ἡ οἰκονομία τῆς διπλῆς καταβάσεως, τίς ὁ λόγος· ἁπλῶς σώζει πάντας ἐπιφανείς, ἢ κἀκεῖ τοὺς [l] πιστεύοντας.

(a) Γάρ. Deest in Regg. ph. Or. 1. aliisque nonnullis.
(b) Ως ληστής. Reg. ph. ὡς ὁ ληστής.
(c) Κρεμασθέντα. In nonnullis, σταυρωθέντα, *cruci affixum.*
(d) Ο ἀπὸ Αριμαθαίας. Plures Colb. Or. 1. Comb. &c. ὁ Αριμαθαίος.
(e) Κἂν ἡ ἄλλη. Sic quinque Regg. duodecim Colb. &c. Deest ἡ in Ed.
(f) Δάκρυσον ὀρθρία. Coisl. 1. & Comb. δάκρυσον, ἀκολούθησον πρὸς ταφον, ἀπάντησον ὀρθρία. *Plora, ad sepulchrum sequere, o curras diluculo.*
(g) Τῇ πρώτῃ. Sic Codd. Deest τῇ in Ed.
(h) Πέτρος ἦ. In nonnullis, Πέτρος καί.
(i) Αμιλλώμενος. Or. 1. ἀμιλλώμενοι.
(k) Χριστοῦ. Reg. b. duo Colb. & Or. 1. Θεοῦ, *Dei.*
(l) Πιστεύοντας. In quibusdam, πιστεύσαντας.

κε'. Κἂν

κε. Κἂν εἰς οὐρανοὺς ἀνίῃ, συνάνελθε· A γενοῦ μετὰ τῶν παραπεμπόντων Ἀγγέλων, ἢ τῶν δεχομένων. ἀρθῆναι ταῖς πύλαις, [a] διακέλευσαι, ὑψηλοτέραις γενέσθαι, [a]ἵν' ἐκ τοῦ παθεῖν ὑψηλότερον δέξωνται. ἀπόκριναι τοῖς ἀποροῦσι διὰ τὸ σῶμα, καὶ τὰ τοῦ [b] πάθους σύμβολα, οἷς μὴ [b]κατελθὼν συνανέρχεται, καὶ διὰ τοῦτο πυνθανομένοις· τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; ὅτι Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς ἐν πᾶσί τε οἷς ἀεὶ πεποίηκε, καὶ ποιεῖ, καὶ πρὸ νῦν B πολέμῳ καὶ τροπαίῳ περὶ τῆς ἀνθρωπότητος· καὶ δὸς τῷ διπλῷ τῆς ἐρωτήσεως [c] διπλῆν τὴν ἀπόκρισιν. κἂν [c] θαυμάζωσι, [d] λέγοντες, κατὰ τὴν Ἡσαΐου [d] δραματουργίαν· τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδὼμ, καὶ τῶν γηΐνων; ἢ, πως ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια τοῦ ἀναίμου καὶ ἀσωμάτου, ὡς ληνοβάτου, καὶ πλήρη ληνὸν πατήσαντος; προβαλοῦ τὸ ὡραῖον τῆς σολῆς τοῦ πεπονθότος σώματος, πρὸ παθεῖ καλλωπισθέντος, καὶ τῇ θεότητι C λαμπρυνθέντος, ἧς οὐδὲν ἐρασμιώτερον, οὐδὲ ὡραιότερον.

[e] κς. [e]Πρὸς ταῦτα τί φασιν ἡμῖν οἱ συκοφάνται, οἱ πικροὶ τῆς θεότητος λογισταὶ, οἱ κατήγοροι τῶν ἐπαινουμένων, οἱ σκοτεινοὶ περὶ τὸ φῶς, οἱ περὶ τὴν Σοφίαν ἀπαίδευτοι, ὑπὲρ ὧν Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανε, τὰ ἀχάριστα κτίσματα, τὰ τοῦ πονηροῦ πλάσματα; τοῦτο ἐγκαλεῖς Θεῷ τὴν εὐεργεσίαν; διὰ τοῦτο μικρὸς, ὅτι διὰ σὲ ταπεινός; ὅτι D ἐπὶ τὸ πλανώμενον ἦλθεν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς, ἐφ' ὧν ἐθυσίαζες, καὶ πλανώμενον εὗρε, καὶ εὑρὼν, ἐπὶ τῶν ὤμων ἀνέλαβεν, ἐφ' ὧν καὶ τὸ ξύλον, καὶ λαβὼν ἐπανήγαγεν ἐπὶ τὴν ἄνω ζωὴν, καὶ ἀναγαγὼν τοῖς μένουσι συνηρίθμησεν; ὅτι λύχνον ἧψε, τὴν ἑαυτοῦ Σάρκα, & τὴν οἰκίαν ἐσάρωσε, τῆς ἁμαρτίας τὸν κόσμον ἀποκαθαίρων, καὶ τὴν δραχμὴν ἐζήτησε, τὴν E βασιλικὴν εἰκόνα συγκεχωσμένην τοῖς πάθεσι, καὶ συγκαλεῖ τὰς φίλας αὐτῷ δυνάμεις ἐπὶ τῇ τῆς δραχμῆς εὑρέσει, καὶ κοινωνοὺς ποιεῖται τῆς εὐφροσύνης, ἃς καὶ τῆς οἰκονο- [f] μίας μύσιδας πεποίηκε; ὅτι τῷ [f] προδρόμῳ λύχνῳ τὸ φῶς ἀκολουθεῖ τὸ ὑπέρλαμπρον,

XXV. Si in Cœlos aſcendat, ſimul aſcende: comitantibus vel excipientibus Angelis te adjunge. Portis, ut *attollantur* ac ſublimiores fiant, impera, quò à paſſione ſublimiorem capiant. His, qui propter corpus & Paſſionis ſigna, quæ in deſcenſu non allata, ſecum aſcendens tulit, mente dubiâ & ancipiti ſunt, atque ideò percunctantur: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Reſponde: *Dominus fortis & potens*, tum in iis omnibus, quæ ſemper fecit, & facit, tum in præſenti bello ac trophæo, pro humana natura erecto; ac duplici interrogationi reſponſum duplex repende. Quòd ſi, ſecundùm dramaticam illam apud Iſaiam perſonarum loquentium inductionem, admiratione defixi, dixerint: *Quis eſt iſte, qui de Edom*, rebúſque terrenis *venit?* Aut, quomodò rubra ſunt ejus, qui ſanguinis ac corporis expers eſt, veſtimenta, non ſecùs ac vinitoris, qui torcular plenum calcaverit? Stolæ corporis paſſi pulchritudinem ex adverſo profer, quod per Paſſionem exornatum eſt, ac per Deitatem, quâ nec amabilius quidquam, nec pulchrius, explenduit.

In Aſcenſione glorificandus.

Pſ. XXIII. 7.

Ibid. XXIII. 8.

Iſai. LXIII. 1. *& ſeqq.*

XXVI. Quid ad hæc nobis Sycophantæ dicunt, acerbi, inquam, iſti Divinitatis expenſores, rerum honeſtarum & laudabilium reprehenſores, circa lucem tenebroſi, circa ſapientiam imperiti, pro quibus Chriſtus gratis mortuus eſt, ingratæ creaturæ, pravi illius figmenta? Siccine Deo beneficium crimini vertis? Eóne parvus eſt, quia propter te humilis, quia ad ovem errantem *bonus ille Paſtor* venit, animam ſuam pro ovibus ponens, *ad montes & colles, in quibus ſacrificabas*, & errantem invenit, & inventam, iiſdem humeris, quibus & crucis lignum, ſuſtulit, & acceptam, ad ſupernam vitam reduxit, eóque ſubvectam eodem numero atque ordine collocavit, quo eas, quæ minimè aberrarunt? Quia *lucernam*, hoc eſt, carnem ſuam, *accendit; & domum everrit*, mundum ſcilicet à peccato repurgans, & drachmam, regiam videlicet imaginem fœdis affectibus obrutam, conquiſivit, atque amicas ſibi virtutes ob repertam drachmam convocat, lætitiæque participes facit, quas Incarnationis quoque conſcias effecerat? Quia lucernam præviam Lux illa clariſſima ſequitur, & vocem Verbum, & pronubum ſponſus, Domino populum eximium comparantem, atque ad Spiritum per aquam præpurgantem? Hæc-

Chriſtus pro Hæreticis gratis mortuus eſt.

Joan. X. 11.

Oſee. IV. 13.

Luc. XV. 8.

(*a*) Ἵν' ἐκ τοῦ. Coisl. 1. ἵνα τὸν ἐκ τοῦ.
(*b*) Κατελθών. Coisl. 1. συγκατελθών.
(*c*) Θαυμάζωσι λέγοντες. Savil. Θαυμάζοντες λέγωσι.
(*d*) Δραματουργίαν. Gregorius hîc non intelligit falſam compoſitionem, quales ſunt actus fabuloſi quibus dramatica Poëmata conficiuntur; ſed genus ſcribendi ita inſtitutum, ut Perſonas loquentes habeat, quemadmodùm in Iſaiæ verbis habentur.
(*e*) Πρὸς ταῦτα τί φασιν ἡμῖν οἱ συκοφάνται &c. Hæc & ſequentia uſque ad finem ferè numeri 29. verbo ad verbum mutuantur ex Or. XXXVIII. num. 14 & 15.
(*f*) Προδρόμῳ λύχνῳ. *Lucernam præviam*, id eſt, *Joannem Domini Præcurſorem.*

Humilitas ad exaltationem ducit. *Joan.* XIII. 4. *& ſeqq.*

cine Deo objicis ? Et idcircò inferiorem eum eſſe cenſes, quia *linteo præcingitur, ac Diſcipulorum pedes abluit*, optimamque exaltationis viam oſtendit, nimirùm humilitatem ? Quia propter inclinatam in terram animam ſe dejicit, ut peccati mole deorsùm vergentem ſecum attollat ? Quonam autem pacto illud quoque non reprehendis, quòd cum Publicanis, & apud Publicanos comedit, & Publicanos Diſcipulos efficit, ut ipſe quoque aliquid lucretur? Quid tandem ? Peccatorum ſalutem. Niſi quis fortè eo nomine medicum accuſet, quòd ad corporis morbos ſe demittat, fœtoremque perferat, ut ſanitatem ægrotis largiatur : atque eum etiam, qui humanitate ac miſericordiâ permotus, in foveam ſeipſum inclinat, ut *prolapſum jumentum*, quemadmodùm lege *Deuter.* XXII. 4. ſancitum eſt, ſervet.

καὶ τῇ φωνῇ ὁ Λόγος, καὶ τῷ νυμφαγωγῷ ὁ νυμφίος, κατασκευάζοντι Κυρίῳ λαὸν περιούσιον, καὶ ϖερκαθαίροντι ἐπὶ τὸ Πνεῦμα δι᾽ ὕδατος. ταῦτα ἐγκαλεῖς [a]τῷ Θεῷ; [a]

[b]διὰ ταῦτα ὑϖολαμβάνεις χείρονα, ὅτι [b]
λεντίῳ διαζώννυται, καὶ νίπτει τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ δείκνυσιν ἀρίστην ὁδὸν ὑψώσεως, τὴν ταπείνωσιν ; ὅτι [c]διὰ τὴν [c]
συγκύπτουσαν χαμαὶ ψυχὴν ταπεινοῦται, ἵνα καὶ συνυψώσῃ τὸ κάτω νεῦον ὑϖὸ τῆς ἁμαρτίας; ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ κατηγορεῖς, ὅτι
Ⓒ μετὰ τελωνῶν ἐσθίει, Ⓒ ϖαρὰ τελώναις,
Ⓒ μαθητεύει τελώνας, ἵνα Ⓒ αὐτός τι κερδάνῃ; τί τοῦτο ; τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν Ⓒωτηρίαν. εἰ μὴ καὶ τὸν ἰατρὸν αἰτιῶτό τις, ὅτι συγκύπτει ἐπὶ τὰ πάθη, καὶ δυσωδίας ἀνέχεται, ἵνα δῶ τῆν ὑγίειαν τοῖς κάμνουσι· καὶ τὸν ἐπικλινόμενον βόθρῳ [d]διὰ [d]
φιλανθρωπίαν, ἵνα τὸ ἐμπεπλωκὸς κτῆνος κατὰ τὸν νόμον ἀνασώσηται.

Chriſtus, miſſus ut homo, ſitivit, eſurivit, flevit.

XXVII. Miſſus quidem eſt, verùm ut homo; nam duplex in eo natura erat; ſiquidem, juxta naturæ legem, & fatigatus eſt, & fame ac ſiti laboravit, & angore affectus eſt, & lacrymas fudit. Quòd ſi etiam ut Deus, quid propterea? *Miſſionem*, Patris beneplacitum interpretare, ad quem ſua quoque refert, tum ut principium temporis expers honoret, tum ne Deo adverſari videatur. Nam alioqui, ut traditus *Act.* X. 14. fuiſſe dicitur, ita *ſeipſum tradidiſſe* ſcribitur : atque ut à Patre ad vitam revocatus, & ſuſceptus fuiſſe, ita *ſeipſum quoque à* *Eph.* IV. 8. *& ſeqq.* *morte excitaſſe*, rurſúſque in cœlum aſcendiſſe, prædicatur. Illa beneplaciti; hæc poteſtatis. At tu ea quidem, quæ minuunt, atque extenuant, profers; quæ autem efferunt, præteris : atque id quidem expendis, quod paſſus ſit ; quod autem ſpontè, non adjungis. Proh, qualia Verbum nunc quoque patitur ! Ab aliis ut Deus honoratur & contrahitur : ab aliis, ut caro, contemnitur, ac ſeparatur. Utris ampliùs iraſcetur? Vel potiùs, utris condonabit, iiſne qui malè contrahunt, an qui ſcindunt? Nam & illos dividere, & hos contrahere oportebat; illos, inquam, numero, hos Deitate. Impingis ad carnem ? & Judæi quoque ad eam impegerunt. Num

κζ. Ἀπεστάλη μὲν, ἀλλ᾽ ὡς ἄνθρωπος· διπλοῦς γὰρ ἦν· ἐπεὶ καὶ ἐκοπίασε, καὶ ἐπείνησε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἠγωνίασε, καὶ ἐδάκρυσε, νόμῳ [e]φύσεως. εἰ δὲ καὶ ὡς [e]
Θεὸς, τί τοῦτο ; τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς, ἀποστολὴν εἶναι νόμισον, ἐφ᾽ ὃν ἀναφέρει τὰ ἑαυτοῦ, καὶ ὡς ἀρχὴν τιμῶν ἄχρονον, καὶ τοῦ μὴ δοκεῖν εἶναι ἀντίθεος. ἐπεὶ καὶ ϖαραδεδόσθαι λέγεται, [f]ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν [f]
ϖαραδεδωκέναι γέγραπται· καὶ ἐγηγέρθαι ϖαρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἀνειλῆφθαι, ἀλλὰ καὶ [g]ἑαυτὸν ἀνεστακέναι, καὶ ἀνεληλυθέναι [g]
πάλιν· ἐκεῖνα τῆς εὐδοκίας, ταῦτα τῆς ἐξουσίας. σὺ δὲ, τὰ μὲν ἐλαττοῦντα λέγεις, τὰ ὑφοῦντα δὲ ϖαρατρέχεις· καὶ ὅτι μὲν ἔϖαθε, λογίζῃ· ὅτι δὲ ἑκὼν, οὐ [h]ϖροστίθης. [h]
οἷα πάσχει καὶ νῦν ὁ Λόγος. ὑϖὸ μὲν τῶν, ὡς Θεὸς τιμᾶται καὶ [i]συναλείφεται· ὑϖὸ [i]
δὲ τῶν, ὡς Ⓒὰρξ ἀτιμάζεται καὶ [k]χωρίζε- [k]
ται. τίσιν ὀργισθῇ πλέον ; μᾶλλον δὲ, τίσιν ἀρῇ, τοῖς συναιροῦσι κακῶς, ἢ τοῖς τέμνουσι ; καὶ γὰρ κἀκείνους διαιρεῖν ἔδει, καὶ τούτους συνάπτειν· τοὺς μὲν, τῷ ἀριθμῷ,

Hæretici, animi perverſitate, Judæos, Dæmones incredulitate, ſuperant.

Galat. IV. 4.

(*a*) Τῷ Θεῷ. Deeſt τῷ in pluribus Codd.

(*b*) Διά. In nonnullis, καὶ διά. Sic legit Billius.

(*c*) Διὰ τὴν συγκύπτουσαν &c. Hîc per Allegoriam indicat Gregorius, *mulierem inclinatam*, nec caput erigere valentem, de qua Lucas XIV. 11. ſignificare *humanam naturam*, quæ præ peccati gravitate deorsùm tendit ac deprimitur.

(*d*) Διά. Reg. bm. addit, τήν.

(*e*) Φύσεως. Plures Regg. novem Colb. &c. σώματος, *corporis*.

(*f*) Ἀλλὰ καὶ ἑαυτόν &c. Scribitur apud Joan. X. 18. *Nemo tollit eam* (animam) *à me ipſo, & poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterùm ſumendi eam.*

(*g*) Εαυτόν. Sic plures Regg. plures Colb. &c. In Ed. αὐτόν.

(*h*) Προσλίθης. Reg. bm. προσλιθεῖς.

(*i*) Συναλείφεται. *Confunditur, in unum contrahitur ;* nempè à Sabellio, qui Filium, ut Deum honorans, ipſum cum Patre in unam Perſonam contrahebat. Bill. *connectitur.*

(*k*) Χωρίζεται. *Separatur ;* nempè ab Arianis, qui impiè contendebant, Filium diverſam à Patre naturam habere.

τοὺς δὲ, τῇ θεότητι. προσκόπτεις τῇ σαρκί; τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι. ἢ καὶ Σαμαρείτην ἀποκαλεῖς; καὶ τὸ ἐξῆς σιωπήσωμαι. ἀπιστεῖς τῇ θεότητι; τοῦτο οὐδὲ οἱ δαίμονες. ὦ καὶ δαιμόνων ἀπιστότερε σὺ, καὶ Ἰουδαίων ἀγνωμονέστερε. ἐκεῖνοι τὴν τοῦ Υἱοῦ προσηγορίαν, ὁμοτιμίας φωνὴν ἐνόμισαν· οὗτοι τὸν ἐλαύνοντα Θεὸν ᾔδεσαν· ἐπείθοντο γὰρ ἐξ ὧν ἔπασχον. σὺ δὲ, οὐδὲ τὴν ἰσότητα δέχῃ, οὐδὲ ὁμολογεῖς τὴν θεότητα. κρεῖττον ἦν σοι περιτετμῆσθαι καὶ δαιμονᾶν, ἵν' εἴπω τι καὶ γελοίως, ἢ ἐν ἀπροβυστίᾳ καὶ ὑγιείᾳ δέχεσθαι πονηρῶς καὶ ἀθέως. ἀλλ' ὁ μὲν πρὸς ἐκείνους πόλεμος, ἢ καταλυέσθω, ὀψὲ γοῦν σωφρονήσαντας εἴπερ ἐθέλοιεν, ἢ ἀναβεβλήσθω μὴ βουλομένων, ἀλλ' ἐχόντων ὡς ἔχουσιν. [a] πάντως δὲ οὐδὲν [b] δείσομεν, ὑπὲρ τῆς Τριάδος, [b] μετὰ τῆς Τριάδος ἀγωνιζόμενοι.

Samaritanum etiam vocabis? Nam quod sequitur, tacebo. Deitati fidem abrogas? Hoc ne Dæmones quidem ipsi fecerunt. Ita & judicii perversitate Judæos, & incredulitate Dæmones superas. Illi enim *Filii* vocabulum, æqualitatis vocem esse censuerunt: hi autem eum, à quo fugabantur, *Deum agnoverunt*; doloribus nimirùm, quos sentiebant, fidem ipsis facientibus. At tu, nec æqualitatem admittis, nec Deitatem confiteris. Satius tibi fuerat circumcisum esse, ac Dæmonis intemperiis agitari, ut ridiculè aliquid dicam, quàm in præputio, & incolumi valetudine, pravè atque impiè sentire. Sed bellum hoc, quod cum illis gerimus, vel comprimatur, si seriùs quidem, sed tamen aliquandò, meliorem mentem induere velint; vel, si id facere recusent, atque in sententia maneant, in tempus aliud differatur. Nec enim profectò quidquam extimescemus, pro Trinitate, & cum Trinitate dimicantes. *Joan.* VIII. 48.

κη. Νῦν δὲ ἀναγκαῖον ἡμῖν οὕτω κεφαλαιῶσαι τὸν λόγον. γεγόναμεν, ἵν' εὖ [c] πάθωμεν· εὖ πεπόνθαμεν, [c] ἐπειδὴ γεγόναμεν. τὸν Παράδεισον ἐπιστεύθημεν, ἵνα τρυφήσωμεν. ἐντολὴν ἐλάβομεν, ἵν' εὐδοκιμήσωμεν ταύτην φυλάξαντες· οὐκ ἀγνοοῦντος [d] τοῦ Θεοῦ τὸ ἐσόμενον, [d] ἀλλὰ νομοθετοῦντος τὸ αὐτεξούσιον· ἠπατήθημεν, [e] ἐπειδὴ ἐφθονήθημεν· ἐνηστεύσαμεν, ἐπειδὴ μὴ ἐνηστεύσαμεν, τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως ὑποκρατηθέντες. ἀρχαῖα γὰρ ἦν ἡ ἐντολὴ, καὶ ἡμῖν ὁμόχρονος ψυχῆς τις οὖσα παιδαγωγία, καὶ τρυφῆς σωφρόνισμα· ἣν ἐπετάχθημεν εἰκότως, ἵν' ὃ μὴ φυλάξαντες ἀπεβεβλήκαμεν, φυλάξαντες ἀπολάβωμεν. ἐδεήθημεν Θεοῦ σαρκουμένου καὶ νεκρουμένου, ἵνα ζήσωμεν· συνενεκρώθημεν, ἵνα καθαρθῶμεν· συνανέστημεν, ἐπειδὴ συνενεκρώθημεν· συνεδοξάσθημεν, ἐπειδὴ συνανέστημεν.

XXVIII. Nunc autem nobis faciendum est, ut Orationem in summam ita colligamus. Creati sumus, ut beneficio afficeremur: beneficium accepimus, postquam creati sumus. Paradisus fidei nostræ commissus est, ut deliciis frueremur. Mandatum accepimus, ut, eo servato, gloriam assequeremur; non quòd Deus id, quod futurum erat, ignoraret, sed quòd arbitrio legem præscriberet. Decepti fuimus, quoniam commodis nostris invisum est. Excidimus, quoniam mandatum transgressi sumus. Jejunavimus, quoniam non jejunavimus, ligni nimirùm scientiæ suavitate deliniti ac devicti. Antiquum enim hoc mandatum erat, nobísque contemporanea quædam animæ disciplina, ac deliciarum castigatio: quod non abs re nobis indictum est, ut quod eo non servato perdidimus, servato recuperemus. Opus habuimus Deo, qui carnem acciperet ac moreretur, ut vivamus. Commortui sumus, ut purgemur; simul resurreximus, quoniam simul mortui sumus; simul glorificati sumus, quoniam simul resurreximus.

Homo creatus, mandatum accipit.

Ob mandati transgressionē labitur.

Christi morte sublevatur.

κθ. Πολλὰ μὲν δὴ τοῦ τότε καιροῦ τὰ θαύματα· Θεὸς σταυρούμενος, ἥλιος σκοτιζόμενος, καὶ πάλιν ἀναφλεγόμενος· ἔδει γὰρ τῷ κτίσῃ συμπαθεῖν καὶ τὰ κτίσματα· καταπέτασμα σχιζόμενον, αἷμα καὶ ὕδωρ τῆς πλευρᾶς χεόμενον· τὸ μὲν, ὡς ἀνθρώπου, τὸ δὲ, ὡς ὑπὲρ ἄνθρωπον· γῆ σειομένη,

XXIX. Quamvis autem permulta illius temporis miracula fuerint: Deus nempè in cruce pendens, Sol obscuratus ac rursùs inflammatus; (nam creaturas quoque Creatori condolere oportebat;) velum scissum, sanguis & aqua ex latere profluentes; alterum, ut hominis; alterum, ut humanâ conditione majoris; terra tremore concus-

Varia, Christo moriente, miracula.

(a) Πάντως δέ. Sic Reg. ph. Sic etiam videtur legisse Bill. Deest δέ in Ed.

(b) Μετὰ τῆς Τριάδος. *Cum Trinitate*, id est, *auspice Trinitate.*

(c) Ἐπειδή. Coisl. 1. ὅτι.

(d) Ἀλλὰ νομοθετοῦντος τὸ αὐτεξούσιον. *Sed quòd arbitrio legem præscriberet;* id est, *ipsum arbitrium legi subjiceret*, lege *frænaret.* Non rectè Billius: *quòd libertatem arbitrii lege sanciret;* quasi liberum arbitrium non esset vis nativa hominis, sed aliquod factitium, præcepto constitutum, & lege sancitum.

(e) Ἐφθονήθημεν. Sic plures Regg. & Colb. Coisl. 1. Par. Comb. &c. Sic etiam legit Bill. In Ed. ἐφθονήσαμεν.

ſa, petræ propter petram perruptæ, mortui ad fidem poſtremæ & communi reſurrectioni aſſerendam reſurgentes; ſigna partim ad ſepulchrum, partim poſt ſepulchrum edita, quæ, quis eſt, qui pro dignitate laudare queat? Nullum tamen cum ſalutis meæ miraculo conferendum eſt; in quo exiguæ cruoris guttæ orbem univerſum inſtaurarunt, atque idem, quod lacti coagulum, hominibus præſtiterunt, in unum nos conjungentes & conſtringentes.

Sacrum Paſcha totius mundi piaculum.

XXX. At, ô Paſcha, magnum, inquam, & ſacrum Paſcha, totiúſque mundi piaculum! Te enim quaſi vitâ præditum alloquar. O Verbum Dei, & lux, & vita, & ſapientia, & potentia! Omnibus enim nominibus tuis oblector. O magnæ illius mentis ſoboles, & progreſſio, ac ſignaculum! O Verbum intellectile, & homo aſpectabilis, qui omnia potentiæ tuæ verbo devincta portas: hanc velim Orationem, non ut primitias, ſed ut extremam fortaſsè oblationem noſtram habeas, quam tibi duplici nomine offero, tum ut pro acceptis beneficiis tibi gratias agam, tum ut ſupplex rogem, ne ad ſacras & neceſſarias curas, in quibus omnis vita noſtra verſata eſt, quidquam afflictionis adjicias; ac corporis in nos tyrannidem, (quæ quanta ſit, vides, Domine, quamque me curvet,) vel ſententiam tuam, ſi quidem à te purgemur, ſiſtas atque comprimas. Quòd ſi, qualem expetimus, vitæ finem nanciſcamur, atque in cœleſtia tabernacula recipiamur, illic quoque tibi fortaſsè ſuper altari tuo ſancto grata ſacrificia offeremus, ô Pater, & Verbum, & Spiritus ſancte; quia tibi debetur omnis gloria, honor, & imperium, in ſæcula ſæculorum. Amen.

πέτραι [a] ὑπὲρ τῆς πέτρας ῥηγνύμεναι, νεκροὶ a
ἀνιστάμενοι εἰς πίστιν τῆς τελευταίας καὶ b
κοινῆς ἀναστάσεως· [b] τὰ ἐπὶ τῷ τάφῳ σημεῖα, τὰ μετὰ τὸν τάφον, ἃ τίς ἂν ἀξίως ὑμνήσειεν; οὐδὲν δὲ οἷον τὸ θαῦμα τῆς ἐμῆς ζωτηρίας· ῥανίδες αἵματος ὀλίγαι κόσμον ὅλον ἀναπλάττουσαι, καὶ γίνονται καθάπερ ὀπὸς γάλακτι πᾶσιν ἀνθρώποις, εἰς ἓν ἡμᾶς συνδέουσαι καὶ συνάγουσαι.

λ. Αλλ' ὦ Πάσχα, τὸ μέγα καὶ ἱερὸν,
καὶ παντὸς τοῦ κόσμου καθάρσιον· ὡς γὰρ B
ἐμψύχῳ σοι προσλέξομαι. ὦ Λόγε Θεοῦ, καὶ
φῶς, καὶ ζωὴ, καὶ σοφία, καὶ δύναμις·
χαίρω γὰρ πᾶσι σου τοῖς ὀνόμασιν. ὦ νοῦ
τοῦ μεγάλου γέννημα, καὶ ὅρμημα, καὶ
ἐκφράγισμα. ὦ Λόγε νοούμενε, καὶ ἄνθρωπε
θεωρούμενε, ὃς πάντα φέρεις [c] ἀναδησάμενος c
τῷ ῥήματι τῆς [d] δυνάμεώς σου· νῦν μὲν ἔχοις d
τὸν λόγον τοῦτον, οὐκ ἀπαρχὴν, ἀλλὰ
συμπλήρωσιν ἴσως τῆς ἡμετέρας καρποφορίας,
χαριστήριον τὸν αὐτὸν καὶ ἱκέσιον, μηδὲν C
κακοπαθεῖν ἡμᾶς ἔξω τῶν [e] ἀναγκαίων καὶ e
ἱερῶν, οἷς συνεζήσαμεν· καὶ [f] στήσαις τῷ f
σώματι τὴν καθ' ἡμῶν τυραννίδα, ὁρᾷς ὅσην,
Κύριε, καὶ ὡς κάμπτουσαν, ἢ τὴν σὴν
ψῆφον, εἰ παρὰ σοῦ καθαιρούμεθα. εἰ δὲ
καταλύσαιμεν ἀξίως τοῦ πόθου, καὶ δεχ-
θείημεν ταῖς οὐρανίαις σκηναῖς, τάχα σοι
καὶ αὐτόθι θύσομεν δεκτὰ ἐπὶ τὸ ἅγιόν σου
θυσιαστήριον, ὦ Πάτερ, καὶ Λόγε, καὶ
[g] Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅτι σοὶ [h] πρέπει πᾶσα g h
δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος, εἰς τοὺς [i] αἰῶνας i
τῶν αἰώνων· Αμήν.

(a) Ὑπὲρ τῆς πέτρας. Hæc deſunt in pluribus Codd.

(b) Τὰ ἐπὶ τῷ τάφῳ σημεῖα. Intelligit Gregorius prodigia, quæ in Chriſti ſepultura, & poſt ipſam contigere. Quæ omnia ritè explicat Nicetas.

(c) Αναδησάμενος. Par. ἀναδυσάμενος.

(d) Συ. Deeſt in pluribus Codd.

(e) Αναγκαίων. Reg. ph. addit, τῶν ὑπὲρ τῶν σῶν ἐντολῶν, καμάτων, καὶ πόνων ἱερῶν, οἷς &c. *Ne ad neceſſarios labores pro præceptis tuis, paſtoraleſque curas ac moleſtias, in quibus* &c.

(f) Στήσαις. Savil. σῴσαι.

(g) Πνεῦμα. Reg. bm. & Or. 1. τὸ Πνεῦμα.

(h) Πρέπει. Deeſt in Regg. bm. ph. & duobus Coisl.

(i) Αἰῶνας τῶν αἰώνων. Sic duo Coisl. Or. 1. & Hervag. Sic etiam legit Bill. In Ed. deeſt, τῶν αἰώνων.

APPENDIX

APPENDIX

TOMI PRIMI.

MONITUM.

I. *In vulgatis hactenùs Gregorii operum Editionibus, quædam reperiuntur opuſcula, quæ, cùm falsò Theologo noſtro adſcribantur, in Appendice hujus Editionis collocanda judicavimus. Ac primò quidem inter ſpuria Gregorii opera reponendam putamus hanc lucubratiunculam, cujus inſcriptio :* Σημασία εἰς τὸν Ιεζεχιήλ. Significatio, *ſeu potiùs*, obſervatio, annotatio in Ezechielem. *Eam eſſe* Gregorio prorsùs indignam *Tillemontius pronunciavit. Et ſanè, perperàm nobis Orationis nomen ſibi vindicare videtur. Rectiùs enim inſcriberetur :* Breves & indigeſtæ annotationes in Ezechielem, & alia quædam Scripturæ loca. *Id certè colligitur, tum ex hujus opuſculi forma & ſerie, tum ex iſto Codicis maximi Colbertini Scholio, in quo legimus :* οὐ μόνον τῷ Ιεζεχιήλ εἰσιν αἱ σημειώσεις, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων τινῶν γραφικῶν. Annotationes iſtæ, non ſolùm circa Ezechielem verſantur, ſed etiam circa alia quædam Scripturarum loca. *Mirum profectò videri debet, quòd tam informis fœtus Gregorio tribuatur, ac inter peregregias ipſius Orationes locum obtinuerit. Quotquot enim ſunt in arte Critica magiſtri hunc fœtum ex Theologi noſtri operibus expunxerunt. Billius ipſe eruditorum ſententiam calculo ſuo confirmavit.* Dubitant Græci, *inquit*, an hæc lucubratiuncula Gregorio tribuenda ſit. Et ſanè, hîc ita involuta & intricata ſunt omnia, imò ita inverſa & confuſa, ipſeque ſtylus adeò ſalebroſus ac perturbatus, ut mihi hoc opuſculum tanti auctoris nomen nullo modo ſuſtinere poſſe videatur.

Quid de iſto opuſculo ſentiunt eruditi.

Till. t. IX. pag. 464.

Bill. Arg. hujus Or.

II. *Deindè ad confirmandam noſtram hac de re opinionem, accedit etiam teſtimonium hujus Scholii :* Ισλέον, ὅτι οὗτος ὁ λόγος ἀμφιβάλλεται. Sciendum hanc Orationem in dubium revocari. *Prætereà deſideratur in nonnullis optimæ notæ Codicibus hoc opuſculum ; nec legitur in duobus primis Coisliani codicibus Bibliothecæ Sangermanenſis. Idcircò illud meritò repudiamus ; neque enim his omninò movemur, quæ Scholiaſtes Colbertini maximi, jam præcedenti numero citatus, poſt laudata verba immediatè ſubjungit :* Ισως δὲ ὁ πάντα ἅμα εὑρὼν, οὕτως ἐπέγραψε, διὰ τὸ ἐνιότε καὶ τὸν Πατέρα οὕτως εὑρεῖν ἐπιγράψαντα, ἐν ᾧ εἰώθει παρασημειῶσθαι σχεδαρίῳ· πρῶτον σημειωσάμενον τὰ εἰς τὸν Ιεζεχιὴλ, παρένθετα δὲ καὶ ἄλλας γραφικὰς σημειώσεις, ὡς ἐν σχεδαρίῳ· ὁμολογηθέντι δὲ παρὰ πάντων τῷ ἁγίῳ τέτῳ εἶναι· ἴσως ὡς ἰδιαγράφῳ αὐτῷ

Codicum & Scholiaſtarum teſtimonia.

ὄντι, ἢ καὶ ἄλλως πως ὡμολογημένῳ. Forsan autem is, qui omnia invenit, simul hoc titulo prænotavit, propterea quòd Patrem (*Gregorium*) sic etiam prænotasse repererit in eo libello, in quo hujusmodi observationes describere solebat; priùs scilicet observationibus in Ezechielem digestis, tumque, ut in libello, etiam in alia Scripturæ loca insertis; qui libellus omnium communi calculo existimatur Sancti hujus esse fœtus; forsitan ut qui ejus manu fuerit exaratus, sive re aliter exploratâ. *Verùm, nemo est qui non videat, hîc Scholiastam plura conjectando loqui; quamvis doceat extitisse libellum, communi omnium sententiâ Gregorio nostro adscriptum, in quo suas in varia Scripturæ loca observationes describere solebat. Sed ex dictis manifestum est, communem eruditorum sententiam hac in re esse præferendam, utpotè quæ validioribus nitatur argumentis. Cæterùm, quis fuerit hujus opusculi auctor, ignoratur.*

Aliàs; *Or.* 47.

SIGNIFICATIO IN EZECHIELEM.

[a] ΣΗΜΑΣΙΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΕΖΕΧΙΗΛ. a

Quid intelligat Ezechiel per quatuor illa animalia.

EXISTIMAMUS per *hominem*, vim rationalem intelligi; per *leonem*, irascibilem; per *vitulum*, concupiscibilem; per *aquilam*, conscientiam, quæ reliquis immineat, quæ à Paulo *Spiritus hominis* dicitur; per eum qui insidet, Patrem; per spiritum, Spiritum sanctum; per nubem, Filium. Ab aquilone, id est, à prima institutione ad excellentiora progredientem. Jam splendor dicitur, quia homo illuminatur; ignis, propter correctionem; fulgurans, quia per intervalla pœnæ infliguntur; Electrum, animæ à vitiis repurgatæ statum significat. Illud autem notandum, hominis similitudinem præcedere. Porrò natura omnis rationis particeps spiritualibus pennis instructa est. Mutuò autem se constringunt, propter societatem & concordiam. Manus verò hominis sub pennis, propter ordinis rationem & disciplinam. Firmamentum additur, propter soliditatem ac firmitatem. Iris autem, propter pacem & fœdus à Deo nobiscum initum. Sapphirus autem arcana designat; crystallum, puritatem, animíque affectionem ab omni fraude alienam. Adhæc recti pedes dicuntur, propter incedendi facultatem & constantiam. Ignis in medio convolutus, non autem remissus & diffluens. Splendor autem, propter quietis finem. Jam pedum vestigium, ut quidem Symmachus reddidit, vituli, propter agriculturæ laborem: ut autem Aquila exposuit, rotundum, quia figura ea omnes pulchritudine vincit. Præterea forma rotarum, ut explicat Symmachus, hyacinthina. Revertebantur autem, instar for-

Ezech. I. 5. *& seqq.*

I. Cor. II. 11.

ΝΟΜΙΖΟΜΕΝ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸ λογικόν· τὸν λέοντα, τὸ θυμικόν· τὸν μόσχον, τό ἐπιθυμητικόν· τὸν ἀετὸν, τὴν συνείδησιν [b] ἐπικειμένην τοῖς λοιποῖς, ὅ b ἐστι Πνεῦμα φησὶ Παύλου λεγόμενον τοῦ ἀνθρώπου· τὸν ἐπικαθεζόμενον, τὸν Πατέρα· τὸ δὲ πνεῦμα, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὴν δὲ νεφέλην, τὸν Υἱόν· ἀπὸ Βορρᾶ δὲ, ἀπὸ τῆς εἰσαγωγικῆς, ἐπὶ τὰ κρείττονα ὁδεύοντα. φέγγος, διὰ τὸ φωτίζεσθαι· πῦρ B δὲ, διὰ τὴν παίδευσιν· τὸ ἐξαστράπτον, ὅτι ἐκ διαλειμμάτων αἱ κολάσεις· τὸ δὲ κεκαθαρμένον τῆς ψυχῆς, ἤλεκτρον λέγεται· σημειοτέον, ὅτι τὸ τοῦ ἀνθρώπου ὁμοίωμα c [c] προηγεῖται. πᾶσα δὲ ἡ λογικὴ φύσις c πτερουμένη ἐστὶ πτεροῖς πνευματικοῖς. συσφίγγουσι δὲ ἀλλήλους, διὰ τὸ κοινωνικὸν καὶ τὴν ὁμόνοιαν. χεὶρ δὲ ἀνθρώπου ὑποκάτω, διὰ τὸ εὔτακτον. τὸ δὲ στερέωμα, διὰ τὸ στερρόν· Ιριν δὲ, διὰ τὴν εἰρήνην καὶ C διαθήκην τὴν πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. σάπφειρος, τὰ ἀπόρρητα· κρύσταλλος, τὸ καθαρὸν καὶ ἄδολον. [d] ὀρθοὶ οἱ πόδες, διὰ d τὸ βάσιμον καὶ μόνιμον. πῦρ ἐν μέσῳ συστρεφόμενον, οὐχὶ χαῦνον καὶ διαῤῥέον. φέγγος δὲ, διὰ τὸ τέλος τῆς ἀναπαύσεως. τὸ ἴχνος δὲ τῶν ποδῶν, ὡς μὲν ὁ Σύμμαχος, μόσχου, διὰ τὸ γεωπόνον· ὡς δὲ Ακύλας, στρογγύλον, διὰ τὸ κάλλιστον τῶν σχημάτων. e [e] τὸ εἶδος δὲ τῶν τροχῶν, ὡς μὲν ὁ Σύμ- e

(a) Σημασία. *Observatio, annotatio.*

(b) Επικειμένην. *Quæ reliquis immineat.* Bill. *incumbentem.*

(c) Προηγεῖται. *Præit, prior venit, præponitur ordine narrationis.*

(d) Ορθοὶ. Savil. Ὀρθιοι.

(e) Το εἶδος δὲ τῶν τροχῶν &c. Billius Comment. in hunc locum ait: *Perspicuum est quædam verba hîc de-*

μαχος, ὑακίνθινον. ἀνέκαμπτον δὲ, ὡς εἶδος τοῦ Βεζὲκ, ὡσεὶ δυσοδοῦντα, τὸ ὅλον τοῦ φωτὸς μὴ ἔχοντα, ἀλλ' ὡς εἶδος τοῦ Βεζὲκ, ὅ ἐστι τῆς ἀστραπῆς. ἐὰν μὲν ἀπαρτίσῃ τὸ ὁμοίωμα τοῦ ἀνθρώπου, κυριεύει τῶν ἄλλων ἀνθρώπων· εἰ δὲ μὴ, τὸ ἐναντίον συμβαίνει. ἔχει τὶ ὁ λέων, τὸ γαῦρον, τὸ εὔτονον, ἵνα καλῶς αὐτῷ χρησώμεθα. τὸν δὲ μόσχον, ἵνα δεόντως ἐπιθυμῶμεν. Ησαΐας λέγει· ἁγιάσεις αὐτὸν ἐν πυρὶ καμένω. ἀπὸ ὀσφύος, καὶ ἄνω, ἤλεκτρον· τὰ γὰρ ἄνω οὐ δεῖται κολάσεως. ἀπὸ ὀσφύος, καὶ κάτω, πῦρ, τὰ ἡδυσμάτων φαύλων· ταῦτα δὲ κολάσεως δεῖται. τὸ Πνεῦμα πρῶτον ἐξαίρει καθαίρον· εἶτα τοὺς μὴ καθαρθέντας ἐκ τούτου, τὸ πῦρ καθαίρει. τὸ δὲ φέλγος, χρηστὸν τέλος. τοιαῦται γὰρ αἱ κολάσεις. εἷς ὅρος δημιουργοῦ, τὸ τὴν ὑποκειμένην ὕλην, ὡς βούλεται, καὶ ὡς ἐνδέχεται τῇ τέχνῃ ποιεῖν· ὥσπερ ὁ Θεὸς ἀγαθὸς καὶ σοφὸς, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς, οὕτως καὶ δημιουργός· ἐπειδὴ ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος· ἡμεῖς γὰρ σύνθετοι ὑπάρχοντες, οὐχ οὕτως ἐσμέν. ἐδικαιώθη ἡ Σοφία ἀπὸ πάντων τέκνων αὐτῆς, τοὺς σοφοὺς τὰ τέκνα λέγων. καὶ πάλιν αὐτὸς αὐτοῖς ὁ Σωτὴρ φησὶν ἐν τῷ· σοφώτεροί εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς, ἐν τῇ γενεᾷ αὐτῶν. υἱοὺς φωτὸς λέγων, τοὺς πεφωτισμένους τῇ γνώσει. καὶ, ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς, οὐ τὸ κατὰ φύσιν λέγων, ἀλλ' ὅτι ἐν ἀληθείᾳ ὑπεύθυνοι ὀργῆς τυγχάνουσιν οἱ ἁμαρτάνοντες. καὶ περὶ τοῦ Ιούδα γέγραπται, ὅτι υἱὸς ἀπωλείας· ἀπωλείας δὲ υἱὸν αὐτὸν εἶπε, τῷ τὰ τῆς ἀπωλείας πεπραχέναι. Ησαΐας ἔτεσι τρισὶ γυμνὸς καὶ ἀνυποδέσταμæ Bezec, velut iter ægrè facientes; quoniam totam lucem non habent, sed instar formæ Bezec, id est, fulguris. Ac si quidem omnibus suis numeris partibúsque absolvatur hominis similitudo, aliis hominibus dominatur; sin secùs, contrarium contingit. Jam verò leo aliquid habet, ferocitatem nempè & superbiam, ut eo rectè commodéque utamur. Vitulum autem, ut rectè atque honestè concupiscamus. Ait Isaias: *Sanctificabis eum in igne ardenti.* A lumbis, & suprà, electrum; superiores etenim partes coërceri nihil necesse est. A lumbis, & infrà, ignis; nimirùm gignendi actiones. Atque hæc coërcitione & castigatione opus habent. Cæterùm Spiritus primùm purgando elevat; ac deindè eos, qui ab hoc purgati non fuerint, ignis purgat. Tum splendor faustum ac jucundum finem significat. Hujusmodi enim sunt pœnæ & castigationes. Unus est opificis scopus, ut subjectam materiam, arbitratu suo, atque, ut per artem licet, fabricetur. Quemadmodùm Deus bonus & sapiens est, non autem sicut nos, ita etiam opifex est, seu conditor; quippè qui simplex est, & compositionis expers; nos autem, qui compositi sumus, haudquaquàm ita sumus. *Justificata est sapientia à filiis suis*, sapientes videlicet filios dicens. Ac rursùs idem Salvator ipsis dicit, sic loquens: *Sapientiores sunt filii hujus sæculi filiis lucis in generatione sua:* per *filios lucis* eos intelligens, qui scientiæ luce collustrati sunt. Apostolus quoque his verbis utitur: *Eramus naturâ filii iræ*, non quòd ex natura, sed quia verè rei sunt, iræque obnoxii, qui peccant. Quinetiam de Juda scriptum est, quòd *perditionis filius sit*: quo loco perditionis filius idcircò dicitur, quòd pestiferum facinus admiserit. Isaias tribus annis nudus & sine calceamentis vitam transegit. Moysem ferunt, post audita Dei oracula, nunquam

Luc. VII. 35. Luc. XVI. 8. Ephes. II. 3. Joan. XVII. 12.

siderari. Nam particula μὲν indicat alteram clausulæ partem deesse. Id verò negat Combefisius, qui alterum membrum à Billio desideratum reperit in his verbis: ἀνέκαμπτον δὲ ὡς εἶδος τῆ Βεζέκ. Quæ altera expositio est, non quidem ex Aquilæ versione, ut putavit Bill. sed ex Theodotionis interpretatione sumpta, ut auctor est Hieronymus: *ὡσεὶ δυσοδευῦντα. Quasi malam & difficilem viam nacta, eaque ægrè incedentia.* Reg. h. ad marg. *ἀντὶ τῆ οὐκ εὐοδέμενον. Pro non rectè incedentia.*

(*a*) Τὸ ὅλον. In nonnullis, τὸ τέλος, *lucis perfectionem.*

(*b*) Κυριεύει τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Legendum putamus: Κυριεύει τῶν ἄλλων ζώων. *Aliis animantibus dominatur.* Nam si vulgatam lectionem conservamus, *aliis hominibus dominatur*, quis igitur erit illorum verborum sensus? Num, ut perfecta sit hominis similitudo, cæteris hominibus dominari debet? Nemo prorsùs id fatebitur. Ex consequentibus desumendus est sensus. Hìc propriæ singulis animantibus dotes referuntur. Ac, sicut homo habet, ut cæteris animantibus dominetur, ita leo, ut sit viribus fidens, superbus; & vitulus, ut igne sanctificetur. Quibus si homo congruè utatur, virtute emicabit; sin autem malè, vitio sordescet. Nam homo, vel dominatur affectibus, vel ipsis est mancipatus. Si primùm, perfecta est ipsius similitudo; sin secùs, ipsi, more brutorum, agere continget, ac proindè perfecta non erit ipsius similitudo.

(*c*) Εχει τὶ ὁ λέων, τὸ γαῦρον. *Habet leo quòd sit ferox, acer, superbus, cæterorum se regem animantium sentiens.* Bill. *Jam verò leo aliquid habet, alacritatem nempè & acrimoniam.* Haud scio, utrùm quispiam ipsi assentiatur, cùm ait in notis, τὸ γαῦρον hìc non tam significare *superbiam*, ut vertit Volfangus, quàm *elati animi alacritatem.*

(*d*) Απὸ ὀσφύος, καὶ ἄνω, ἤλεκτρον. Hìc *per lumbos*, intelligit Propheta partem eam, in qua libidinis ardor existit. Superiores autem partes puras esse designat, ac puritate electro similes.

(*e*) Χρηστὸν. Sic Regg. bm. hu. & Coisl. 3. In Ed. χρητὸν.

(*f*) Τοιαῦται γὰρ αἱ κολάσεις. Juxta Combefisium, hìc desinat periodus; nec sequentibus jungenda cum Billio, qui vertit: *Hujusmodi enim sunt supplicia, in quibus inferendis, id unum sibi summus rerum opifex proponit, ut subjacentem materiam* &c.

(*g*) Ανυποδέστατος. Reg. hu. & Jes. ἀνυπόδητος.

cum uxore consuetudinem habuisse, nec liberos procreasse. Quod autem ad hunc locum attinet: *Abominatio desolationis stans in loco sancto*, aiunt fore, ut Jerosolymitanum templum rursùs extruatur, atque Antichristus à Judæis Christus credatur, in eoque sedeat, totiúsque orbis terrarum Rex esse videatur. Porrò ad mundi desolationem & vastitatem veniet. Abominatio siquidem desolationis est. Feruntur tres illi pueri, in Babylone *in fornacem conjecti*, Ezechiæ filii fuisse, atque Ezechielem Jeremiæ servum priùs extitisse.

Matth. XXIV. 15.

Dan. III. 19. & *seqq.*

τος διήγαγε. τὸν Μωσέα, φασὶν, μετὰ τὸ ἀκοῦσαι τῆς χρησμῶν τοῦ Θεοῦ, μηκέτι ἅψασθαι τῆς γυναικὸς, μηδὲ τεκνοποιῆσαι. βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, φασὶν, ὅτι ὁ ναὸς ὁ ἐν Ιεροσολύμοις οἰκοδομηθήσεται ὕστερον, ὡς τοῦ Αντιχρίστε πιστευθησομένου ὑπὸ Ιουδαίων Χριστοῦ εἶναι, καὶ καθεδησομένου, καὶ δόξοντος ὅλης τῆς οἰκουμένης εἶναι βασιλέως. ἥξει δὲ ἐπ' ἐρημίᾳ τοῦ κόσμε· βδέλυγμα γάρ ἐστι τῆς ἐρημώσεως. λέγονται οἱ τρεῖς παῖδες, οἱ ἐν Βαβυλῶνι, καὶ κατὰ τὴν κάμινον, παῖδες εἶναι τοῦ Εζεχίου, καὶ Ιεζεχιὴλ δοῦλος γεγενῆθαι πρότερον Ιερεμίου.

MONITUM

MONITUM

IN SEQUENTEM METAPHRASIM.

I. *ERUDITORUM auctoritate & rationibus ducti, hanc in Eccleſiaſten Metaphraſim Gregorio Thaumaturgo, Neocæſareæ in Ponto Epiſcopo, reſtituimus. Nullus enim eſt dubitandi locus, quin ipſe verus ac germanus iſtius opuſculi parens ſit agnoſcendus. Id primùm probatur Euſebii teſtimonio, qui, de Gregorio Thaumaturgo verba faciens, hæc habet:* Ingenii ſui nobis maxima in parvo monumenta reliquit. In Eccleſiaſten namque Metaphraſim magnificentiſſimè ſcripſit. *Idem Hieronymus teſtatur.* Theodorus, *inquit*, qui poſteà Gregorius appellatus, Neocæſareæ Ponti Epiſcopus... ſcripſit Metaphraſim in Eccleſiaſten, brevem quidem, ſed valdè utilem. *Billius apertè declarat, in controverſia eſſe apud Græcos, an hoc opus ſit Gregorii Theologi fœtus. Deindè ſubjungit:* Certè in eo libro, qui, à permultorum veterum opuſculorum collectione, μικροπρεσβυτικὸν dicitur, non Gregorii Nazianzeni, ſed Neocæſarienſis nomen præfert. *Demùm Tillemontius ipſe opuſculum iſtud eidem Gregorio Neocæſarienſi*, nemine reclamante, *adſcriptum aſſerit. Obſervandum prætereà, hanc Metaphraſim jam inter alia Gregorii Neocæſarienſis Epiſcopi opera Moguntiæ anno 1604. à doctiſſimo Gerardo Voſſio vulgatam fuiſſe. Ex quibus profectò conſtare debet, iſtud opuſculum, non ad Gregorium Theologum, ſed ad Thaumaturgum pertinere.*

Quis hujus in Eccleſiaſten Metaphraſis auctor.

Euſeb Hiſt. lib. VII. c. 25.

Hier. Scrip Eccl. p. 121. t.

Bill. Monit. in hanc Or.

Till. t. IX. p. 464.

Gerard. Voſſ. t. I. p. 149.

II. *Cur igitur, dicet forſan aliquis, in plurimis Codicibus ac Editis, hæc Metaphraſis inter Gregorii Orationes locum occupat? Sic optimè reſpondet Billius, ejuſque reſponſionem ultrò amplectimur.* Non eſt dubium, *inquit vir eruditus*, quin verus iſtius Metaphraſis auctor ſit Gregorius Neocæſarienſis. Quod autem huic quoque noſtro adſcripta fuerit, commune nomen in cauſa fuit. Nec verò hoc cuiquam mirum videri debet. Frequenter enim in ſcriptis Eccleſiaſticis accidit, ut idem liber duobus atque etiam pluribus attribuatur... Quoties idem accidere videmus, temporum infelicitati, & amanuenſium aut librariorum incuriæ id aſſignandum eſt. *Deindè duo profert hujus rei exempla à ſe inter legendum annotata, & addit:* Plura hujuſmodi deprehendet, qui antiquos Scriptores ſedulâ manu verſabit. *Eadem propemodùm argumenta reperire eſt apud Gerardum Voſſium, Gregorii Neocæſarienſis operum editorem, in Cenſura circa hanc Metaphraſim. Cæterùm, quamvis ſtylus iſtius opuſculi non uſquequaque referat elaboratum illud dicendi genus, quod paſſim in Theologi noſtri ſcriptis elucet, nihilominùs tamen plurima ſunt, quæ virum pietate & doctrinâ eximium redolent, multúmque corrigendis moribus inſervire poſſunt. Totum Eccleſiaſtes librum in duodecim Capita diviſum, brevi quidem, ſed accuratâ omnibuſque ingeniis accommodatâ interpretatione percurrit. Idcircò hanc Metaphraſim, utpotè valdè utilem, iis præcipuè, qui virtutem ſectantur, legendam præbemus.*

Cur in Gregorii Theologi codicibus reperiatur hæc Metaphraſis.

Bill. Monit. in hanc Or.

Gerard. Voſſ. cenſura hujus Metaphraſis t. I. p. 167.

[a] METAPHRASIS *in Ecclesiasten.*

[a] ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ εἰς τὸν Ἐκκλησιαστήν.

Alias, Or. 53.

Vana omnium hominũ negotia & studia.

Eccle. cap. 1. 1. & seqq.

I. HIS verbis Salomon, *Davidis Regis & Prophetæ filius*, Rex mortalium omnium clarissimus, & Propheta sapientissimus, universam Dei Ecclesiam affatur: Quàm vana & inutilia sunt omnia ea hominum negotia & studia, quæ in humanis rebus suscipiuntur. Nemo enim est, qui utilitatem ullam cum iis conjunctam esse dicere possit, quæ homines humi reptantes & corporibus & animis perficere contendunt, rebus caducis & temporariis addicti, supra sydera autem generoso animæ oculo ne tantillùm quidem aspicere volentes. Ac mortalium vita conteritur, die diei succedente, anni tempestatum annorumque conversionibus, Solisque certo ac definito cursu, nunc accedente, nunc sensim recedente. Nec dissimilis est hæc res torrentium transitui, cum magno strepitu ac tumultu in immensum maris profundum illabentium. Et quidem ea, quæ hominum causâ à Deo creata sunt, eadem manent, velut scilicet, quòd à terra gignantur, quòd in terram abeant, quòd terra ipsa firma & stabilis sit, quòd Sol, eâ totâ decursâ, ad eundem rursùs terminum circumvolvatur, & venti consimiliter, fluviique itidem tanto numero in mare influentes, & venti incurrentes, nec ipsam fines suos excedere cogant, nec ipsi rursùs legem sibi constitutam infringant.

α. ΤΑΔΕ λέγει [b] Σαλομὼν, ὁ τῦ Δαβὶδ βασιλέως καὶ Προφήτου παῖς, ἁπάσῃ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, παρὰ πάντας ἀνθρώπους βασιλεὺς ἐντιμότατος, καὶ Προφήτης ζοφώτατος· ὡς κενὰ καὶ ἀνόνητα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματά τε καὶ σπουδάσματα, ὅσα ἀνθρώπινα. [c] οὐδὲ γὰρ ἔχει τις εἰπεῖν ὄφελός τι τούτοις παρεσπρτημένον, ἅπερ ἄνθρωποι περὶ γῆν ἕρποντες καὶ [d] σώμασι καὶ ψυχαῖς, ἐκτελέσαι σπεύδουσι, τῶν μὲν παρεσκαίρων ἡτλημένοι, ἀνωτέρω δὲ τῶν ἄστρων τῷ γενναίῳ τῆς ψυχῆς ὄμματι, οὐδ' ὁτιοῦν κατιδεῖν βουλόμενοι. καὶ κατατρίβεται ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, καὶ ὡρῶν καὶ ἐνιαυτῶν περιόδους, ἡλίου τε δρόμους περιωρισμένους, τῶν μὲν παραγινομένων, τῶν δὲ ὑπαπαιρόντων. ἔοικε δὲ τὸ πρᾶγμα χειμάρρων παρόδῳ, ἀμετρήτῳ θαλάσσης ἐμπιπλόντων βυθῷ σὺν ταράχῳ πολλῷ. καὶ τὰ μὲν δι' ἀνθρώπους ὑπὸ Θεοῦ γεγονότα, μένει τὰ αὐτὰ, οἷον τὸ ἀπὸ γῆς γεννᾶσθαι, τὸ εἰς γῆν ἀπιέναι, τὸ αὐτὴν ἑστάναι τὴν γῆν, τὸ τὸν ἥλιον ἅπασαν αὐτὴν ἐπιπεριόντα, πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν περιτρέχειν ὅρον, [e] καὶ τὰ πνεύματα ὡσαύτως, τούς τε ποταμοὺς τοσούτους εἰς θάλασσαν ἐκδιδόντας, καὶ τοὺς ἀνέμους ἐμπίπλοντας, μὴ ἀναγκάζειν αὐτὴν ὑπερβαίνειν τὰ αὐτῆς μέτρα, μηδὲ αὐτοὺς παρανομεῖν.

Incertæ hominum cogitationes.

Inexplebilis loquendi, audiendi & videndi cupiditas.

Nihil novum.

II. Atque hæc sanè, quæ nobis ad hanc vitam usum & adjumentum afferunt, ita decreta sunt & constituta. At quæ ab hominibus excogitantur, tam res quàm verba, modum nullum habent. Ac verborum magna quidem est copia; at fructus nullus ab errante loquacitate & nugacitate. Verùm, ita naturâ comparata est hominum ratio, ut inexplebilis sit eorum & loquendi & audiendi sitis; ac præterea vanis oculis ea omnia, quæ accidunt, intuendi cupiditas. Quid autem in posterum fieri queat, quod non jam confectum fuerit, aut geratur ab hominibus? Quid novum, quod nondùm experimento compertum fuerit,

β. Καὶ τὰ μὲν ὡς εἰς τουτονὶ συντελοῦντα ἡμῖν τὸν βίον, οὕτως ἄραρε· τὰ δ' ὑπ' ἀνθρώπων [f] ἐπιτεχνώμενα, ῥήματά τε καὶ πράγματα, μέτρον οὐκ ἔχει· καὶ λόγων πολὺς μὲν ὅμιλος, ὄνησις δὲ οὐδεμία ἀπὸ τῆς [g] πεπλανημένης φλυαρίας· ἀλλ' ἄπληστόν ἐστι τὸ τῶν ἀνθρώπων φῦλον, πρός τε τὸ λέγειν, πρός τε τὸ ἑτέρου λέγοντος ἀκούειν· ἔτι δὲ, καὶ τὸ ὄμμασιν εἰκαίοις ἕκαστα τῶν παραπιπτόντων ὁρᾶν γλίχεσθαι. [h] καὶ τί ἂν γένοιτο ὕστερον, ὅπερ οὐκ ἤδη [i] τετέλεσται, ἢ πραχθείη

(a) Μετάφρασις. *Metaphrasis*, id est, *translatio*, *interpretatio*.

(b) Σαλομών. Reg. bm. & Coisl. 3. Σολομών.

(c) Οὐδὲ γάρ. Reg. bm. οὐ γάρ.

(d) Σώμασι. Coisl. 3. & Or. 1. σώματι.

(e) Καὶ τὰ πνεύματα. *Et venti consimiliter.* Id est, circumeant lustrentque terram, quemadmodùm de Sole dictum est. Hæc à Billio prætermissa.

(f) Επιτεχνώμενα. Sic Regg. b. hu. tres Colb. & Coisl. 3. In Ed. ἐπιτεχνάμενα.

(g) Πεπλανημένης. Reg. hu. πεπλημμελημένης.

(h) Καὶ τί ἄν. Sic Regg. bm. hu. Coisl. 3. &c. Deest καί in Ed.

(i) Τετέλεσται. Sic Reg. hu. Coisl. 3. &c. In Ed. τέλεσται.

ϖρὸς ἀνθρώπων ; τί καινὸν, τὸ μηδέπω εἰς πεῖραν ἐλθὸν, ὅτου καὶ μνησθῆναι ἄξιον ; a ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι, οὐδὲν, ὅτι δ' ἂν [a]εἴπῃ τὶς, ϖρόσφατον ἢ καινὸν ἀναλογιζόμενος, εὑρήσει, μηδὲ τοῖς πάλαι ἀγνωστον. ὥσϖερ δὲ τὰ ϖρότερα λήθῃ κέκρυϖται, οὕτω καὶ b τὰ ἐνεστῶτα, εἰς τοὺς μετέπειτα [b]χρόνους ἀμαυρωθήσεται. καὶ οὐκ αὐτοσχεδιάζω ταῦτα νῦν ἐκκλησιάζων· ἀλλά μοι βασιλείαν Ἑβραίων ἐν Ἱεροσολύμοις πεπιστευμένῳ, ἱκανῶς ἅπαντα πεφρόντισται. ζητήσας δὲ B c [c]μεμελημένως, καὶ σοφῶς κατανοήσας τὴν ϖερὶ γῆν φύσιν ἅπασαν, ποικιλωτάτην ἔγνων, ὡς ἀνθρώπῳ δέδοται ϖονεῖν ἐπὶ γῆς, ἄλλοτε ἀλλοίᾳ καμάτῳ ϖροφάσει ἐγκαλινδουμένῳ εἰς τὸ μηδέν· ϖνεύματος δὲ ἀλλοκότου καὶ μυσαροῦ τὰ κάτω ἅπαντα πλήθει, ὥστε μὴ εἶναι αὐτὰ ἀνακτήσασθαι, ἀλλὰ μηδὲ d [d]ἐνθυμηθῆναι τὸ ϖαράπαν, ὅση τὰ κατὰ ἀνθρώπους ϖράγματα κατείληφεν ἀτοπία. λογισάμενος γάρ ποτε ἐγὼ κατ' ἐμαυτὸν, C καὶ οἰηθεὶς, ὡς ἁπάντων εἴην τότε τῶν ϖρὸ ἐμαυτοῦ γεγονότων ἐνταυθοῖ ζοφώτερος, ἔγνων ϖαραβολάς τε συνεῖναι καὶ ϖραγμάτων e φύσεις. ὡήθην δὲ [e]τηνάλλως ἐπὶ τούτῳ φέρεσθαι, καὶ σοφίᾳ μὲν γνῶσιν ἕπεσθαι, f [f]γνώσει δὲ καὶ πόνους ἑπακολουθεῖν.

dummodò insigne sit & memorabile? Ut quidem mea fert opinio, quisquis secum reputabit atque considerabit, nihil novum aut recens dictum inveniet, prisćisque incognitum. Quemadmodùm autem præterita oblivione tecta sunt, sic præsentia quoque progressu temporis ad posteros in obscuritatem ibunt. Nec verò temerè hæc nunc dico, Ecclesiastem agens; verùm mihi Hebræorum regnum Jerosolymis fidei meæ commissum habenti, diligenter & accuratè omnia cogitata & perpensa sunt. Porrò ingeniosè totam rerum terrenarum naturam quàm maximè variam perscrutatus, atque sapienter contemplatus, comperi, datum esse homini in terra laboribus vexari, aliàs aliâ ærumnæ occasione frustrà involuto: Spiritu autem prodigioso & execrando omnia hæc inferiora plena sunt, adeò ut ea recolligere nemo queat, imò ne omninò quidem cogitare, quanta res humanas absurditas invaserit. Nam cùm mecum ipse aliquandò reputassem, atque existimassem, me omnibus, qui ante me fuissent, hac in re sapientiorem esse, in animum induxi, tum Parabolas intelligere, tum rerum naturas. Cæterùm incassùm mihi ad eam rem animum conferre visus sum, quòd, ut sapientiam scientia sequitur, ita scientiæ comites sunt labores.

Omnium rerum oblivio.

Homo super terram laboribus vexatur.

Salomonis sapientia & studium.

γ. Τοῦτο δὴ τοῦθ' οὕτως ἔχειν νομίσας, ἔγνων ἐπὶ ἑτέραν ἰδέαν τραπέσθαι βίου, καὶ ἐκδοῦναι μὲν ἐμαυτὸν τρυφῇ, πεῖραν δὲ λαβεῖν ἡδονῶν ποικίλων. νῦν τοίνυν συνῆκα, D ὡς τὰ τοιαῦτα μάταια σύμπαντα· καὶ γέλωτα μὲν εἰκῇ φερόμενον ἐπέσχον, ἡδονὴν δὲ ϖρὸς τὸ σωφρονεῖν ἐκόλασα, ϖικρῶς ἐπιτιμήσας αὐτῇ. λογισάμενος δὲ, ὅτι ψυχὴ δύναται στῆσαι μεθύουσαν καὶ ῥέουσαν, ὥσϖερ οἶνον, σώματος φύσιν, ἐγκράτεια δὲ δουλοῦται ἐπιθυμίαν, ϖροεθυμήθην κατιδεῖν, τί ϖοτε εἴη ϖροκείμενον ἀνθρώποις σϖουδαῖον, καὶ τῷ ὄντι καλὸν, ὃ καταϖράξονται ἂν ἐν τούτοις τὸν βίον. διεξελή- E g λυθα γὰρ τὰ λοιπὰ σύμπαντα, g ὅσα ἀξιάγαστα νομίζεται, οἴκων τε ὑϖερυψήλων ἀνορθώσεις, καὶ φυτείας ἀμπέλων, ἔτι δὲ ϖαραδείσων κατασκευὰς, καὶ ϖαντοίων δένδρων καρποφόρων κτήσεις καὶ ἐπιμελείας· ὅϖου δὲ καὶ δεξαμεναὶ μεγάλαι ϖρὸς ὑϖο-

III. Hæc igitur ad hunc modum se habere arbitratus, alterum vitæ genus capessere proposui, deliciisque memet tradere, variásque voluptates experiri. Verùm nunc omnia hæc vana esse intellexi: atque hinc risum solutum, temeréque vagantem compescui, hinc voluptatem ad temperantiam coërcui, acerbéque ei succensui. Cùm autem eam vim esse animæ cogitassem, ut temulentam corporis naturam, atque instar vini diffluentem, sistere possit, rursúsque continentiâ cupiditatem subjici ac servitute premi, perspiciendum mihi esse constitui, quidnam tandem hominibus propositum sit serium, veréque bonum & honestum, quod in hac vita conficiant. Nam reliqua omnia, quæ præclara & admiratione digna censentur, percurri, velut excelsissimarum ædium erectiones, & vitium consitiones, atque insuper hortorum structiones, frugiferarúmque omnis generis arborum possessiones, studiosásque excultiones: ubi etiam ingentes lacus ad aquarum exceptiones confecti sunt, ad ube-

Deliciarum ac voluptatum vanitas.

Eccle. C. II. 2. *& seqq.*

(*a*) Εἴπῃ τις. Sic plures Codd. In nonnullis, εἴποι τις. Deest τις in Ed.

(*b*) Χρόνους. Sic Reg. hu. In Ed. χρόνῳ.

(*c*) Μεμελημένως. Sic Reg. hu. Coisl. 3. &c. In Ed. μεμελημένος.

(*d*) Ἐνθυμηθῆναι. Sic Regg. bm. hu. tres Colb. Coisl. 3. &c. In Ed. ἀναθυμηθῆναι.

(*e*) Τηνάλλως. Coisl. 3. τὴν ἄλλως.

(*f*) Γνώσει δὲ. Sic Reg. bm. & Coisl. 3. Deest δὲ in Ed.

(*g*) Οσα ἀξιάγασλα. Sic plures Codd. In Ed. ὅσ' ἀξιάγασλα.

Salomonis divitiæ & opulentia.

rem & copiosam arborum rigationem distributi. Jam verò famulorum quoque agmine septus fui, tum servis, tum ancillis, eósque partim externè comparavi, partim apud me natos possedi. Quinetiam plures quadrupedum animantium greges, tum boum, tum pecudum, in meam, quàm in cujusdam eorum, qui olim extiterunt, potestatem venerunt. Sed & auri & argenti thesauri mihi affluebant, utpotè qui Reges omnes eò adduxissem, ut mihi & munera afferrent, & tributa penderent. Præterea chori complures ad meam oblectationem agitabantur, virorum simul & feminarum, concinnissimum cantum & modulatissimum efficientium. Convivia porrò & pincernas, (nam ea in hanc voluptatis partem retuleram,) ex utroque hominum sexu delectos, & eximios, ne numero quidem complecti possim, adeò his omnes, qui ante me Jerosolymis regnarunt, antecellui.

A δοχὰς ὑδάτων κατεσκευάσθησαν, εἰς δαψιλῆ
ὀρδείαν τῶν φυτῶν ἀπονενεμημέναι. [a] περι- a
ριεβαλόμην δὲ καὶ οἰκετῶν πλῆθος, θε-
ράποντας καὶ θεραπαίνας· ἄλλους μὲν
ἔξωθεν κτησάμενος, ἄλλους δὲ καὶ παρ'
ἐμαυτῷ γενομένους καρπωσάμενος· ζώων
δὲ τετραπόδων ἀγέλαι, πολλαὶ μὲν
βουκολίων, πολλαὶ δὲ ποιμνίων ὑπὸ τὴν
ἐμὴν ἦλθον ἐξουσίαν, παρ' ὁντινοῦν τῶν
πάλαι. [b] θησαυροὶ δὲ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου b
B περισσέρρεον, [c] δωροφόρους τέ μοι καὶ δασ- c
μοφόρους, τοὺς ἁπάντων βασιλεῖς πεποιη-
μένῳ. χοροί τε [d] συνεκροτοῦντο παμπληθεῖς, d
ἀρρένων δέ τε ὁμοῦ καὶ θηλειῶν, εἰς τὴν
ἐμὴν τέρψιν, παναρμόνιον [e] ἐκπονούντων e
ᾠδήν. συμπόσιά γε μὴν καὶ οἰνοχόους εἰς
τοῦτο ἀπέταξα τῆς τρυφῆς μέρος, ἐξ ἑκατέ-
ρου γένους ἀνθρώπων ἐξειλεγμένους, οὐδ' ἂν
καταλέγειν ἔχοιμι, τοσοῦτον [f] ὑπερέβαλον f
τοὺς πρὸ ἐμοῦ βασιλεύσαντας Ἱερουσαλήμ.

Sapientia deliciis imminuitur, dum vitiosa cupiditas crescit.

IV. Hinc autem contingebat, ut mihi & sapientia imminueretur, & vitiosa cupiditas crescceret. Nam cùm, omnibus oculorum illecebris, & impotentibus petulantibúsque cordis desideriis undique incurrantibus, totas habenas permisissem, ac voluptatum spei meipsum dedissem, miseris omnibus deliciis animi voluntatem astrinxi. Meæ namque cogitationes eò infelicitatis prolapsæ sunt, ut hæc honesta & egregia, dignáque, quæ facerem, arbitrarer. Tandem verò expergefactus, atque oculis restitutus, ea quæ in manibus habebam, ærumnosa simul acerbitatísque plena esse perspexi, spiritûsque non boni opificia. Neque enim ullum hominum studium vitæque institutum comprobandum mihi nunc videtur, nec recto judicio expetendum. Proindè mente collectis, & sapientiæ bonis, & stultitiæ malis, meritò hunc virum ingenti admiratione dignum censuerim, qui cùm præceps ferretur temeréque vagaretur, posteà mente receptâ ad virtutem officiúmque rediit. Prudentia enim & dementia magno interstitio disjunctæ sunt; nec minùs inter utramque est discriminis, quàm inter diem & noctem. Quocirca, qui virtutem amplexus est, haud mihi ab eo differre videtur, qui rem unamquamque perspicuè cernit, sursúmque prospectat, clarissimæque lucis tempore iter facit.

C δ. Εἶτα συνέβαινε, τὰ μὲν τῆς Σοφίας
μοι ἐλαττοῦσθαι, πληθύνειν δὲ τὰ τῆς οὐκ
ἀγαθῆς ἐπιθυμίας. παντὶ γὰρ ὀφθαλμῶν
τε δελεάσματι, καὶ καρδίας ἀκράτοις ὁρ-
μαῖς ἐφιεὶς πανταχόθεν περισπιπλούσαις,
ἡδονῶν ἐλπίσιν ἐμαυτὸν ἐκδεδωκώς· καὶ
πάσαις τρυφαῖς [g] δειλαίαις, τὴν ἐμαυτοῦ g
[h] ἐγκατέδησα περαίρεσιν. οὕτω γάρ μου αἱ h
ἐνθυμήσεις, εἰς δυσπραγίαν ἠνέχθησαν, ὡς
ταῦτα μὲν εἶναι καλὰ, ταῦτα δέ μοι περι-
D ήκειν δαπανᾶσθαι νομίζειν. εἶτα ποτὲ
ἀνανήψας ἐγὼ καὶ ἀναβλέψας, κατεῖδον
ἅπερ ἐν χερσὶν εἶχον, μοχθηρά τε ὁμοῦ
καὶ παγχάλεπα, πνεύματος οὐκ ἀγαθοῦ
ποιήματα. οὐδὲν γὰρ ὅτιῶν [i] ὑπ' ἀνθρώ- i
πων ἠρημένον ἀποδεκτὸν εἶναί μοι νῦν κατα-
φαίνεται, καὶ περισπούδαστον ὀρθῷ λο-
γισμῷ. συλλογισάμενος οὖν τά τε Σοφίας
ἀγαθὰ, καὶ τὰ ἀφροσύνης κακὰ, εἰκότως
ἂν ἱκανῶς θαυμάζοιμι ἄνδρα [k] τοῦτον, ὅς k
τις φερόμενος ἀλόγως, ἔπειτα ἑαυτοῦ
λαβόμενος, εἰς τὸ δέον [l] ἐπιστρέψει. φρονή- l
σεως γὰρ καὶ ἀφροσύνης πολὺ τὸ μέσον, δια-
φορὰ δὲ ἀμφοῖν τοσαύτη, ὅση περ ἡμέρας
πρὸς νύκτα. ἔοικε τοίνυν, ὁ μὲν ἀρετὴν

Omnia, præter sapientiam, ærumnosa & acerbitatis plena.

Prudentia & dementia magno intervallo disjunctæ.

(a) Περιεβαλόμην. Nonnulli Codd. περιεβαλλόμην.
(b) Θησαυροὶ δέ. Sic plures Codd. In Ed. θησαυροί τε.
(c) Δωροφόρους τε. Sic legit Billius, atque hanc lectionem exigit sacer textus & Orationis series. Fatemur tamen in pluribus Codd. & in Ed. legi δορυφόρους, *satellites*.
(d) Συνεκροτοῦντο. Sic Regg. b. hu. Coisl. 3. Comb. &c. In Ed. συνεκρῶντο.
(e) Εκπονούντων. Jes. ἐκφονούντων.
(f) Υπερέβαλον. Reg. bm. & Coisl. 3. ὑπερέβαλλον.
(g) Δειλαίαις. Reg. bm. Savil. Comb. δειλαῖος, *miser*.
(h) Εγκατέδησα. Sic Regg. bm. hu. tres Colb. Coisl. 3. &c. Sic Bas. ed. & ita videtur legisse Bill. In Ed. Par. ἐγκατέδυσα, *immersi*.
(i) Υπ' ἀνθρώπων ἠρημένον. Sic Regg. bm. hu. Coisl. 3. &c. In Par. ed. ὑπὸ ἀνθρώπων ἠρημέναν.
(k) Τοῦτον. Sic plures Codd. In Ed. τοιοῦτον.
(l) Επιστρέψει. Regg. bm. hu. ἐπιστρέψῃ.

ἠρημένος,

ἠρημένος, τρανῶς τε ἔκαϛα καὶ ἄνω βλέπον-
a τι, [a] τάς τε ἑαυτοῦ πορείας λαμπροτάτου
b φέγγος καιρῷ πεποιημένῳ. [b] ὁ δ' αὖ κακίᾳ
ἐμπεπλεγμένος καὶ πλάνῃ παντοίᾳ, ὡς ἐν
c [c] σκοτομήνῃ πλανωμένῳ, τυφλός τε ὢν τὴν
περόσοψιν, καὶ ὑπὸ τῆς σκότους τῶν πραγμάτων
ἀφῃρημένος. τέλος δὲ ἐπινοήσας ἑκατέρου τῶν
βίων τούτων ἐγὼ τὸ διάφορον, εὗρον ὕστερον
οὐδέν· καὶ ὡς κοινωνὸν ἀφρόνων ἐμαυτὸν κατα-
στήσας, τὰ τῆς ἀφροσύνης ἐπίχειρα δέξομαι.

ε. Τί γὰρ ἢ τῶν σοφισμάτων ἐκείνων ἀγα-
θὸν, ἢ ποία ὄνησις τῶν πολλῶν λόγων, ὅπου
γε τὰ φλυαρίας ῥεύματα, ὥσπερ ἐκ πηγῆς,
ὁρμᾶται τῆς ἀφροσύνης; σοφῷ δὲ καὶ ἄφρονι
κοινὸν οὐδέν, οὐ κατὰ ἀνθρώπων μνήμην, οὐ
κατὰ Θεοῦ ἀμοιβήν. τῶν δ' ἐν ἀνθρώποις
πραγμάτων, ἔτι ἄρχεσθαι δοκούντων, ἤδη
τὸ τέλος ἐπιλαμβάνει ἁπάντων. Σοφὸς δὲ
οὐδέποτε ἀσυνέτῳ τοῦ αὐτοῦ κοινωνεῖ τέλους.
ἐμίσησα τοίνυν καὶ τὸν σύμπαντά μου βίον,
d [d] τὸν ἐν τοῖς ματαίοις ἀναλωθέντα, ὃν διή-
γαγον τοῖς περὶ γῆν πόνοις πεφορτισμένος. ὡς
e γὰρ συνελόντι φάναι, πάντα μοι [e] λυπηρῶς
ἐκπεμόχθηται ὁρμῆς ἀλογίστου γενόμενα ποιή-
ματα· καὶ διαδέξεταί τις αὐτὰ ἕτερος, εἴτε
Σοφὸς, εἴτε ἠλίθιος, τὰς ψυχρὰς τῶν ἐμῶν
f καμάτων ἐπικαρπίας. [f] ἀποβαλλομένῳ δέ μοι
ταῦτα καὶ ἀπορρίψαντι, κατεφάνη τὰ τῷ ὄντι
ἀγαθὰ πεφυκότα ἀνθρώπῳ, Σοφίας τε
g γνῶσις, καὶ κτῆσις ἀνδρείας. εἰ δέ τις [g] τούτων
μὲν οὐκ ἐφρόντισεν, ἕτερος δὲ ἐπλούτησαι, ὁ τοι-
οῦτος εἵλετο μὲν πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, με-
τῆλθε δὲ κακίαν ἀντὶ χρησότητος, καὶ μόχ-
θον ἀνθ' ἡσυχίας, ταράχοις ποικίλοις περι-
h ελκόμενος, νύκτωρ τε & [h] μεθημέραν συνε-
χόμενος ἀεὶ, σώματός τε ἐπείγουσι καμάτοις,
καὶ ψυχῆς φροντίσιν ἀδιαλείπτοις, σφαδαζού-
σης αὐτῷ τῆς καρδίας ἀλλοκότων ἕνεκα πραγ-
μάτων. οὐ γὰρ τὸ τέλειον ἀγαθὸν περὶ βρῶσίν
τε καὶ πόσιν ἱζάνει, εἰ καὶ μάλισα ἐκ Θεοῦ
ἀνθρώποις γίνονται αἱ τροφαί. οὐδὲν γὰρ τῶν
πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν δεδομένων ἔξω τῆς αὐτοῦ
ὑπάρχει προνοίας. ἀλλ' ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ,
Σοφίας ἐκ Θεοῦ τυχὼν, εὐφροσύνης ἔτυχεν
οὐρανίου· ὁ δ' αὖ πονηρὸς, θηλάτοις ἐλαυ-
νόμενος κακοῖς, πλεονεξίαν νοσῶν, πολλά τε
ἀθροῖσαι σπουδάζει, καὶ τὸν ὑπὸ Θεοῦ τε-

A Contrà, qui ſe vitio, atque omnis generis erroribus implicuit, haud abſimilis eſt homini in profunda caligine oberranti, quippè qui cæcitate affectus ſit, atque à negotiorum tenebris exoculatus. Denique utriuſque hujus vitæ differentiam animo affecutus, nihil poſteà reperi; quin illud potiùs fore, ut ſi me ad ſtultorum ſocietatem & ſodalitium contuliſſem, ſtultitiæ præmia ferrem.

B V. Quid enim ex argutiis illis commodi referri, aut quid fructûs ex prolixis ſermonibus colligi poteſt, cùm quidem loquacitatis importunæ flumina ab inſipientia, velut à fonte, oriantur? Sapienti porrò & ſtolido nihil commune eſt, nec quantùm ad hominum memoriam, nec quantùm ad Dei remunerationem. Res autem omnes humanas, cùm adhuc oriri videntur, jam finis arripit. Sapiens porrò ejuſdem cum ſtolido finis nunquam eſt particeps. Quare vitæ omnis meæ odio flagrare cœpi, quam in
C rebus vanis traduxeram, atque conſumpſeram, terrenis laboribus intabeſcens. Etenim, ut uno verbo complectar, omnia mihi magna cum moleſtia elaborata ſunt, præcipiti animi impetu ita me pertrahente; atque ea alius excepturus eſt, ſapiens an excors & ſtolidus, neſcio, frigidos, inquam, laborum meorum fructus. His autem excuſſis atque projectis, mihi vera bona hominibus propoſita apparuerunt, hoc eſt, ſapientiæ cognitio, & fortitudinis adeptio. Quòd ſi quis, harum curâ neglectâ, cujuſpiam alius rei cupiditate incitatur, hic & mala bonis anteponit, &
D malitiam pro benignitate conſectatur, & ærumnam pro quiete, variis tumultibus diſtractus, noctu atque interdiu divexatus, tum urgentibus corporis laboribus, tum perpetuis animæ curis, pectore illi ob abſurda negotia ingemiſcente & palpitante. Neque enim ſummum & perfectum bonum in eſculentis & poculentis conſiſtit, etſi alioqui maximè Dei beneficio alimenta mortalibus contingunt. Nihil enim eorum,
E quæ nobis ad ſalutem data ſunt, citra ipſius providentiam exiſtit. Verùm probus quidem vir, ſapientiámque Dei dono conſecutus, cœleſti voluptate fruitur: improbus autem malis divinitùs immiſſis ſtimulatus, avaritiæque morbo correptus, multa congerere ſtudet, atque eum, quem Deus honore affecit, in Domini omnium conſpectu probris inceſſere feſtinat, dona

Sapienti & ſtolido nihil commune.

Vera hominum bona.

Cuncta ad ſalutem data, à Dei providentia proveniunt.

(a) Τάς τε. Sic Codd. In Ed. τῆς τε.
(b) Ο δ' αὖ. Reg. hu. ὁ δὲ οὖν.
(c) Σκοτομήνῃ. Reg. b. & Baſ. σκοτομαίνῃ.
(d) Τόν. Deeſt in Reg. hu.
(e) Λυπηρῶς. Reg. bm. & Or. 1. λυπρῶς.
(f) Ἀποβαλλομένῳ. Sic Reg. bm. Coisl. 3. &c. Sic legit Bill. In Ed. ἀπολαβομένῳ. *Hæc ea conſecutus cùm accepiſſem* &c.
(g) Τούτων. Colb. 3. τούτου.
(h) Μεθημέραν. In nonnullis diviſim, μεθ' ἡμέραν.

inutilia porrigens, insidiosa simul & vana animæ suæ miseræ studia faciens.

Temporis ac rerum humanarum inconstantia & varietas. *Eccle. Cap.* III. 1. *& seqq.*

VI. Enimverò hoc tempus rebus inter se maximè contrariis plenum est; partu scilicet & morte, stirpium ortu & interitu, curationnibus & cædibus, extructione ædium & eversione, gemititibus & risu, planctu & saltationibus. Nunc quispiam terræ fructus colligit, nunc rursùs ejicit: nunc mulierem deperit, atque insano amore complectitur, nunc eam infensè odit & aversatur: nunc aliquid quærit, nunc amittit: nunc diligenter asservat, nunc projicit: nunc interficit, nunc trucidatur: nunc loquitur, nunc silentio acquiescit: nunc amat, nunc odio insectatur. Res enim humanæ, nunc bello afflictantur, nunc tranquillæ & pacatæ sunt; tantáque est earum inconstantia, ut quæ modò secundæ esse videbantur, celeri momento in certissima mala delabantur. Ac proindè vanis laboribus exerceri desinamus. Hæc enim omnia, ut mihi quidem videtur, ad homines virulentis aculeis concitandos posita sunt; atque perversus quidem explorator occasionísque captator huic sæculo inhiat, Dei figmentum delere ac perdere omni contentione adnitens, ut qui à principio ad extremum usque cum eo confligere instituerit. Persuasum itaque habeo, animi hi-

Animi hilaritas, maximum hominibonum.

laritatem & beneficentiam, maxima homini bona esse, atque adeò brevem hanc solam voluptatem divinitùs obvenire, si rebus gerendis justitia præeat. At verò æternarum rerum corruptionísque expertium, quas Deus firmissimè constituit, nec aliquid detrahere, nec addere quisquam potest. Verùm formidolosæ simul & admirabiles illæ sunt: atque eæ quidem, quæ jam fuerunt, stabiles manent; quæ autem futuræ sunt, jam secundùm præscientiam extiterunt. Cæterùm is, qui injustè læsus est, Deum auxiliatorem ac vindicem habet. Porro in inferis partibus supplicii barathrum vidi, impios excipiens; piis verò altas sedes assignatas.

Apud Deum omnia æqualia sunt.

Illud quoque cogitavi, apud Deum æqualia omnia esse, existimari & judicari, idem esse justos & injustos, idem animalia ratione utentia, & bruta; tempus enim omnibus æquè admensum esse, & mortem impendere; idémque apud Deum esse ho-

A τιμημένον ἐναντίον τοῦ πάντων δεσπότου ὀνειδίσαι σπεύδει, δῶρα φερτείνων ἄχρηστα, δολερά τε ὁμοῦ καὶ μάταια τῆς ἑαυτῆ ἀθλίας ψυχῆς σπουδάσματα πεποιημένος.

5. Χρόνος δὲ οὗτος πάντων γέμει τῶν ἐναντιοτήτων· [a] τοκετῶν, εἶτα θανάτων, a
βλαστήσεως φυτῶν, εἶτα ἀνατροπῆς, ἰάσεων καὶ ἀναιρέσεων, οἴκων τε ἀνορθώσεως καὶ καταλύσεως, κλαυθμῶν καὶ γελώτων, κοπετῶν καὶ [b] ὀρχημάτων. νῦν μὲν συνάγει τὶς τὰ b
B ἀπὸ γῆς, νῦν δὲ ἐξέβαλε· καὶ ποτὲ μὲν ἐπιμέμηνε γυναικὶ, ποτὲ δὲ αὐτὴν ἀποστυγεῖ· ℂ
νῦν μὲν ἐζήτησέ τις ὁτιοῦν, νῦν δὲ ἀπώλεσε· καὶ νῦν μὲν ἐφύλαξε, νῦν δὲ [c] προήκατο· c
ἄλλοτε ἀπέκτεινεν, ἄλλοτε ἐφονεύθη· ἐλάλησεν, εἶτα ἡσύχασεν· ἠγάπησεν, εἶτα ἐμίσησε. τὰ γὰρ ἐν ἀνθρώποις πράγματα, ποτὲ μὲν πολεμεῖται, ἄλλοτε δὲ εἰρηνεύεται, ὀξυρρόπως τῶν πραγμάτων ἐξ ἀγαθῶν εἶναι δοκούντων εἰς ὁμολογούμενα κακὰ μεταπιπ-
C τόντων. παυσώμεθα τοίνυν ἐξ ἀνονήτων μόχθων. [d] ταῦτα γὰρ ἅπαντα, ὡς γε μοι δοκεῖ, d
κέντροις ἰοβόλοις ἀνθρώπους ἐξοισθρεῖν [e] ἐτέθη· καιροσκόπος δή τις πονηρὸς τὸν αἰῶνα τοῦτον περικέχηνεν, [f] ἀφανίσαι ὑπερδιατεινόμενος τὸ τοῦ Θεοῦ πλάσμα, ἐξ ἀρχῆς [g] αὐτὸ g
μέχρι τέλους πολεμεῖν ἡρημένος. πέπεισμαι τοίνυν τὰ μέγιστα ἀγαθὰ ἀνθρώπῳ εὐθυμίαν καὶ εὐποιΐαν ὑπάρχειν, καὶ μέν τοι καὶ τὴν πρόσκαιρον ταύτην ἀπόλαυσιν ἐκ Θεοῦ φέρε-
D σθαι [h] μόνον, εἰ δικαιοσύνη τῶν [i] πράξ- h i
εων ἡγοῖτο. [k] τῶν δὲ αἰωνίων καὶ ἀφθάρτων k
πραγμάτων, ὅσα ὁ Θεὸς παγίως ὥρισεν, οὔτέ τι ἀφελεῖν, οὔτέ τι προσθεῖναι δυνατὸν ᾧ τινι οὖν. ἀλλ' ἔστιν ἐκεῖνα φοβερά τε ὁμοῦ καὶ θαυμαστά· καὶ τὰ μὲν γενόμενα ἔστηκε· τὰ δὲ ἐσόμενα, ἤδη κατὰ τὸ προεγνῶσθαι, γεγένηται· Θεῷ δὲ κέχρηται ὁ ἀδικούμενος βοηθῷ. εἶδον ἐν τοῖς κάτω μέρεσι, κολάσεως μὲν βάραθρον τοὺς δυσσεβεῖς δεχόμενον, εὐ-
E σεβέσι δὲ χῶρον ἕτερον ἀνειμένον. ἐλογισάμην δὲ πάντα ὅμοια ὑπάρχειν πρὸς Θεῷ, νομίζεσθαι καὶ κρίνεσθαι, ταυτὸν εἶναι δικαίους καὶ ἀδίκους, λογικὰ καὶ ἄλογα· χρόνον τε γὰρ ἅπασιν ὁμοίως ἐπιμετρῆσθαι, καὶ

(a) Τοκετῶν &c. Non malè Volfangus: *Quæ jam nascuntur, paulò post moriuntur; quæ plantantur, postea evelluntur.* &c.

(b) Ορχημάτων. Sic Reg. hu. Coisl. 3. Or. 1. &c. Pravè in Ed. ὀρχησμάτων.

(c) Προήκατο. *Prodit, præmittit.* Reg. bm. προσήκατο, *admittit, non repudiat.*

(d) Ταῦτα. Regg. bm. hu. ταύτη.

(e) Ετέθη· καιροσκόπος δή &c. In Reg. hu. sic legitur: ἐτέθη καιρὸς· κόπος δέ.

(f) Αφανίσαι. Or. 1. ἀφανίσει.

(g) Αὐτό. Reg. hu. αὐτῷ.

(h) Μόνον εἰ δικαιοσύνη. Reg. hu. μόνον ἡ δικαιοσύνη. *Modò rebus gerendis præeat justitia.*

(i) Πραξέων. Reg. bm. πραγμάτων.

(k) Τῶν δέ. Reg. bm. & Or. 1. τῶν τε.

θάνατον ἐπηρτῆθαι· ταυτόν τε εἶναι πᾶσι A
Θεῷ κτηνῶν τε καὶ ἀνθρώπων φύλα, διαφέρειν δὲ ἀλλήλων μόνῳ τῷ ἐνάρθρῳ τῆς φωνῆς, συμβαίνειν δὲ αὐτοῖς ἅπαντα ὡσαπλήσια, καὶ τὸν θάνατον χωρεῖν, οὐδὲν μᾶλλον
a ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζώων, [a] ἥπερ καὶ ἐπ' ἀνθρώπους. πνεῦμα γὰρ πᾶσιν ὅμοιον εἶναι, καὶ πλέον ὑπάρχειν ἐν ἀνθρώποις μηδὲν, ἀλλὰ
b πάντα [b] ἑνὶ λόγῳ εἶναι μάταια, ἀπὸ τῆς αὐτῆς γῆς λαβόντα τὴν σύσλασιν, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν γῆν ἕξοντα τὴν ἀνάλυσιν. ἄδηλον γὰρ B
εἶναι περί τε τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, εἰ ἀναπτήσονται ἄνω, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ὡς τὰ ἄλογα κέκτηνται, εἰ κάτω διαῤῥυήσονται.
c [c] καί μοι ἐδόκει, μηδὲν ἕτερον ὑπάρχειν ἀγαθὸν, εἰ μὴ τρυφὴ καὶ τῶν παρόντων χρῆσις. οὐ γὰρ εἶναι πάλιν ὠήθην, ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν τούτων ἐλθεῖν δυνατὸν, ἅπαξ ἀνθρώπῳ θανάτου γευσαμένῳ.

ζ. Ἀπὸ δὲ τούτων ἁπασῶν ἐμαυτὸν ἐπισλρέψας τῶν ἐννοιῶν, κατεσκεψάμην καὶ ἀπ- C
εσλράφην πάντα εἴδη συκοφαντιῶν, τὰ ἐν ἀνθρώποις πλαζόμενα· ἐξ ὧν τινες μὲν ἀδικούμενοι δακρύουσι, καὶ θρηνοῦσι βίᾳ καταβεβλημένοι, τῶν ἐπαμυνόντων ἢ ὅλως ὠδαμυθησομένων αὐτοὺς πάσης πανταχόθεν κατεχούσης ἀπορίας. οἱ δὲ χειροδίκαι εἰς ὕψος αἴρονται, ἐξ οὗ καὶ πεσοῦνται. τῶν δὲ ἀδίκων καὶ θρασέων, οἱ μὲν ἀποθανόντες, ἄμεινον ὠδὲ τοὺς μέχρι νῦν ζῶντας ἐφαξαν. αἱρετώτερος δὲ τούτων ἀμφοτέρων, ὁ ὅμοιος αὐτοῖς ἐσό- D
μενος, μηδέπω δὲ γεγονὼς, ὅτι οὔπω τῆς κατὰ ἀνθρώπους ἥψατο πονηρίας. φανερὸν δέ μοι ἐγένετο, καὶ ὁπόσος ἀνδρὶ φθόνος ὠδὲ τῶν πέλας ἕπεται, οἶστρος ὑπάρχων πονηροῦ πνεύματος· καὶ ὅτι ὁ ὑποδεξάμενός τε αὐτὸν, καὶ οἱονεὶ ἀγκαλισάμενος, οὐδὲν ἕτερον ἔχει, ἢ τὸ διεσθίειν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ διαφρίειν τε καὶ δαπανᾶν μετὰ τοῦ σώματος ἑαυτοῦ, λύπην ἀωδαμύθητον τὴν τῶν ἄλλων εὐωχίαν τιθέμενος. ἕλοιτο δ' E
ἄν τις εὖ φρονῶν θατέραν ἐμπλῆσαι τῶν χειρῶν σὺν ῥᾳστώνῃ καὶ πραότητι, ἥπερ ἀμφοτέρας σὺν μόχθῳ, καὶ δολεροῦ πνεύματος πανουργίᾳ.

η. Ἐστι δέ τι καὶ ἕτερον, ὅπερ οἶδα συμβαῖνον παρὰ τὸ προσῆκον, ἄνδρος ἕνεκα αἱρέσεως οὐκ ἀγαθῆς, ὃς μεμονωμένος πάντοθεν, καὶ οὔτε ἀδελφὸν ἔχων, οὔτε

minum & jumentorum genus, ſolâ tantùm articulatâ vocis prolatione inter ſe differre, reliqua autem omnia ipſis eodem modo contingere, nec mortem magis in cætera animalia, quàm in homines graſſari. Omnibus enim æqualem ſpiritum eſſe, nec quidquam omninò ampliùs homines habere, ſed cuncta, eâdem ratione, vana eſſe, ab eadem terra coagmentationem habentia, atque in eandem terram dilapſura. Incertum enim eſſe, tum de humanis animabus, an ſurſùm convolaturæ ſint, tum de reliquis, quas animalia ratione carentia acceperunt, an deorsùm diffluxuræ ſint. Ac mihi nullum aliud bonum eſſe videbatur, quàm deliciæ, & præſentium commodorum uſus. Neque enim fieri poſſe putavi, ut quiſquam rursùs ad fruendas voluptates accedat, poſteaquàm mortem ſemel deguſtarit.

VII. Ab his omnibus cogitationibus animum revocans, conſideraveri, atque averſatus ſum omnia ſycophantiarum genera inter homines graſſantia; ex quibus nonnulli injuriâ affecti, lacrymas fundunt & ingemiſcunt, per vim dejecti, ſummâ undique circumventi indigentiâ, ut nemo ſit, qui eorum cauſam tueatur, aut certè afflictis ſolatium afferat. Qui verò jus in manibus habent, in ſublime vehuntur, ob eámque cauſam corruent. Enimverò ex conſceleratis & audacibus, ii, qui ex hac vita migrarunt, meliori conditione ſunt, quàm qui etiamnum vivunt. Utriſque autem præferendus, qui ſimilis eorum futurus eſt, nec creatus adhuc eſt, quoniam hominum improbitatem nondùm attigit. Perſpicuum mihi quoque factum eſt, quanta proximorum invidia probum virum ſequatur, œſtrum exiſtens impuri ſpiritûs: quódque is, qui hanc ſuſceperit, ac velut pectore complexus fuerit, nihil aliud habet, quàm quòd animam ſuam exeſt & diſſecat, ſimúlque cum corpore abſumit, mœrorem acerbiſſimum ac ſolatii omnis expertem, aliorum proſperitatem exiſtimans. Atqui præoptarit vir ſapiens & cordatus alteram manum cum facilitate & lenitate implere, quàm utramque cum ærumna & fraudulenti ſpiritûs calliditate & verſutia.

Detrectatorum genus peſſimum. *Eccle. Cap.* IV. 1. *& ſeqq.*

Virum probum ſequitur invidia.

VIII. Eſt & quiddam aliud, quod præter fas & æquum homini ob improbam voluntatem contingere ſcio, qui undique ſolus relictus, nec aut fratrem aut filium habens, facultatibus autem & copiis af-

Improba avari voluntas.

(a) Ηπερ. Regg. bm. hu. εἴπερ.
(b) Ενι λόγῳ. *Perindè, eâdem ratione.* Bill. *ut uno verbo dicam.*
(c) Καί μοι. Sic Or. 1. & Baſ. In Ed. & in nonnullis Codd. καὶ ὅ μοι.

fluens; inexplebili cupiditate ardet, nec beneficentiæ atque humanitati seipsum ullo modo tradere cupit. Ex eo igitur lubens quæsiverim, quam ob causam laboribus se conficiat, boni quidem aliquid facere summoperè fugiens, multiplicibus autem quæstûs alicundè faciendi cupiditatibus distractus. Quantò tandem hoc meliores, qui vitæ societatem inierunt, ex qua optimos fructus decerpere queant? Duobus enim viris, rebus iisdem rectè incumbentibus, etiamsi alteri quidpiam adversi accidat, tamen haud leve subsidium in sodali & contubernali suo positum habet. Gravissima autem est calamitas homini adversâ fortunâ utenti, carere amico, qui jacentem luctúque afflictum excitet ac recreet. At qui contubernii necessitudine juncti sunt, & prosperi successûs voluptatem sibi invicem conduplicant, & rerum præter voluntatem fluentium tempestatem leniunt; adeò ut & diu mutuâ libertate splendescant, & noctu honestate & gravitate fulgeant. Contrà, qui vitam ab omni hominum societate semotam ducit, horridum vitæ genus degit, non intelligens, eum temerè ac periculosè sibi consulere, qui multos homines mutuo præsidio circumseptos adortus fuerit, ac prætereà funem triplici nexu contextum haudquaquàm facilè perfringi solere. Ego verò juvenem pauperem, modò prudentiâ ornatum, seni Regi stolido antepono; cui in mentem non venit, fieri posse, ut quispiam ex carcere ad regni gubernacula constituatur, ipse autem posteà iniquo principatu justè exturbetur. Nonnunquàm enim evenit, ut qui juveni quidem, cæterùm cordato, subsunt, mœstitiâ vacent, ii omnes præsertim, qui sub sene Rege versati sunt. Nam qui posteà in lucem prodierunt, quoniam alterius periculum non fecerunt, ne hunc quidem laudare possunt, abducti videlicet inconsulto consilio, adversariique spiritûs impetu præcipites acti. Quisquis autem Ecclesiastæ munere fungeris, illud ob oculos habeto, ut & rectum vitæ iter teneas, & pro stultis preceris, ut, acceptâ prudentiâ, malorum actiones vitare sciant.

Amico carere, gravissima calamitas.

Juvenis pauper, modò prudentiâ ornatus, Regi seni & stolido præferendus.

IX. Linguæ autem parcere præclarum est, atque ad loquendi studium gravitatem constantiámque cordis adhibere. Non enim nos inconsulto loquendi studio te-

Lingua moderanda. *Eccle. Cap.* v. 1. *& seqq.*

A υἱὸν, κτήμασι δὲ πολλοῖς [a] εὐδηνούμενος, [a]
[b] ἀπληστίᾳ συζῶν, χρηστότητι ἑαυτὸν οὐδὲ [b]
[c] ὅλως ὁτιοῦν ἐπιδοῦναι θέλει. ἡδέως οὖν [c]
ἂν αὐτὸν ἐροίμην, ὅτου χάριν ὁ τοιοῦτος
μοχθεῖ, τὸ μὲν ἀγαθόν τι δρᾶσαι φροτρο-
πάδην φεύγων, ποικίλαις δὲ τοῦ χρημα-
τίσασθαί ποθεν ἐπιθυμίαις διασπώμενος.
πολλῷ δὲ [d] τούτου βελτίους, οἳ κοινωνίαν [d]
ἅμα βίου ἐστείλαντο, ἐξ ἧς καρποῦντο ἂν
τὰ βέλτιστα; δύο γὰρ ἀνδρῶν τοῖς αὐτοῖς
B πράγμασιν ὀρθῶς προσκειμένων, εἰ καὶ
θατέρῳ τινὶ προσπέσῃ τι, ἀλλὰ μὴν οὐ
μικρὰν ἐπικουρίαν ἔχει, τὸν αὖ πρὸς συνόντα.
μεγίστη δὲ [e] καὶ συμφορὰ ἀνθρώπῳ δυσπρα- [e]
γοῦντι, καὶ ἡ ἐρημία τοῦ ἀναπτησομένου.
οἱ δ' αὖ ὁμοδίαιτοι, καὶ τὴν εὐπραγίαν
αὐτοῖς ἐδιπλασίασαν, καὶ πραγμάτων
ἀβουλήτων χειμῶνα παρεμυθήσαντο, ὥστε
καὶ [f] μεθημέραν τῇ ἐπ' ἀλλήλοις λαμπρύ- [f]
νεσθαι παῤῥησίᾳ, καὶ νύκτωρ [g] φαιδρότητι [g]
C σεμνύνεσθαι. ὁ δὲ βίον ἀκοινώνητον ἕλκων,
φρικώδη τινὰ ἑαυτῷ διεξάγει ζωὴν, οὐκ
ἠσθημένος, ὡς εἰ καὶ ἐπίθοιτό τις ἀνθρώ-
ποις συμπεφραγμένοις, θρασέως καὶ οὐκ
ἀσφαλῶς [h] βουλεύεται, καὶ ὅτι οὐδὲ σχοῖνος [h]
τριπλῇ ῥᾳδίως ἀποῤῥήγνυσθαι πέφυκεν.
ἐγὼ δὲ προκρίνω νέον πένητα σώφρονα,
γέροντος βασιλέως ἄφρονος, ᾧ ἐνθύμιον οὐ
γεγένηται, ὡς δυνατόν ἐστι, τῶν μὲν ἐκ
τοῦ δεσμωτηρίου τινὰ εἰς τὸ βασιλεῦσαι
D καταστῆναι, αὐτὸν δὲ τῆς ἀδίκου δυνασ-
τείας, δικαίως ὕστερον ἐκπεσεῖν. συμβαίνει
γὰρ τοὺς ὑπὸ τῷ νέῳ μὲν, ἔμφρονι δὲ,
τασσομένους, ἀλύπους εἶναι, [i] τοὺς ὅσοι [i]
προγενέστεροι. οἱ γὰρ μετέπειτα γενόμενοι,
διὰ τὸ ἑτέρου ἀπειράτως ἔχειν, οὐδὲ τοῦτον
ἐπαινεῖν δύνανται, ἀγόμενοι τε γνώμῃ
ἀλογίστῳ, καὶ ὁρμῇ πνεύματος ἐναντίου.
ἐκκλησιάζων δὲ περὶ ὀφθαλμῶν ἔχε [k] τόν τε [k]
ἑαυτοῦ βίον ὀρθῶς διαπορεύεσθαι, καὶ ὑπὲρ
E τῶν ἀφρόνων εὔχεσθαι, ὅπως ἐπίσταιντο
σύνεσιν λαβόντες ἐκκλίνειν τὴν πρᾶξιν τῶν
πονηρῶν.

θ. Γλώσσης δὲ φείδεσθαι καλὸν, καὶ
εὐσταθούσῃ χρῆσθαι καρδίᾳ ἐν τῇ περὶ
λόγους σπουδῇ. οὐ γὰρ χρὴ ἀλογίστως

(a) Εὐδηνέμενος. Sic Coisl. 3. & Bas. ed. Sic etiam legit Billius. In Par. ed. εὐθυνέμενος.
(b) Απλησλίᾳ συζῶν. *Cum inexplebili cupiditate vivens.*
(c) Ολως ὁτιεν ἐπιδῶναι. Regg. bm. hu. & Or. 1. ὅλως τι οὖν δῶναι.
(d) Τότε. Reg. hu. τότες.
(e) Καί. Deest in Regg. bm. hu. & Or. 1.
(f) Μεθημέραν. Or. 1. divisim, μεθ' ἡμέραν.
(g) Φαιδρότητι σεμνύεσθαι. Regg. bm. hu. Coisl. 3. duo Colb. σεμνότητι φαιδρύνεσθαι.
(h) Βελεύεται. Regg. bm. hu. & Or. 1. βελεύσεται.
(i) Τὲς ὅσοι προγενέσλεροι. *Quotquot ætate superiores.* Bill. *Saltem majores natu.* Hieronymi versionem *Comment. in Eccles.* in textu retulimus, ut plana esset sententia ac perfecta.
(k) Τόν τε. Sic Regg. bm. hu. & Or. 1. In Ed. τόν θ'.

αὐτῶν

[a] αὐτῶν ἔχοντα, κἂν [a] ἄτοπα ᾖ τὰ ἐπὶ νοῦν ἐλθόντα, ταῦτα προΐεσθαι δεῖ τῆς φωνῆς· ἀλλ' ἐνθυμουμένους, ὅτι εἰ καὶ πολὺ ἀφεστήκαμεν οὐρανοῦ, γινώσκειν χρὴ, ὅτι ἐπ' ἐπηκόῳ φθεγγόμεθα Θεοῦ· καὶ ἔστι λυσιτελὲς λαλεῖν ἀπερισκέπτως. ὥσπερ δὲ φροντίσι ψυχῆς ποικίλαις παρέπεται ὀνειράτων [b] παντοδαπὴ φαντασία, οὕτω καὶ ἀφροσύνῃ φλυαρία συνέζευκται. ἐπαγγελία δὲ δι' εὐχῆς γινομένη, τέλος λαμβανέτω δι' [c] ἔργου. ἀφρόνων δὲ ἴδιον, [c] τὸ ἀποβλήτους εἶναι. σὺ δὲ, ἀληθὴς ἔσο, γινώσκων ὡς πολλῷ ἄμεινον μὴ εὔξασθαί σε, μηδὲ ὑποσχέσθαί τι δρᾶσαι, ἢ εὐξάμενον, εἶτα [d] παραλιπεῖν. δεῖ δὲ παντοίως φεύγειν [d] τὴν τῶν οὐ καλῶν ῥημάτων ἐπιῤῥοὴν, ὡς ἀκουσομένου Θεοῦ. τῷ γὰρ ταῦτα ἐνθυμουμένῳ, πλέον οὐδέν ἐστιν, ἢ τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν [e] ἑαυτοῦ ἔργων ὑπὸ Θεοῦ διαφθειρομένων. ὥσπερ γὰρ τὰ πολλὰ ἐνύπνια μάταια, οὕτω καὶ τὰ πολλὰ ῥήματα. φόβος δὲ Θεοῦ, ἀνθρώπων σωτήριος, σπάνιος δέ. ὅθεν οὐ χρὴ θαυμάζειν ἀφορῶντα πρός τε πένητας συκοφαντουμένους, καὶ πρὸς δικαστὰς παραλογιζομένους. χρὴ δὲ ἐντρέπεσθαι, τὸ τῶν δυνατωτέρων μείζονας εἶναι δοκεῖν. κἂν γὰρ ἐγγένηται τοῦτο, ἀλλ' οὖν τῶν ἐσομένων σοι φοβερῶν, οὐ ῥύσεταί σε ἡ καθ' αὐτὴν πονηρία.

neri oportet, eáque, quæ in mentem veniunt, quamvis abſurda, proferre atque emittere: verùm illud cogitare, quòd, licèt magno intervallo à cœlo diſtemus, certum eſt tamen ſermones noſtros à Deo exaudiri; atque utile eſt lapſum in loquendo cavere. Quemadmodùm enim varias animæ curas multiplex inſomniorum ſpecies ſubſequitur, ſic quoque ſtultis verbis nugacitas conjuncta eſt. Pollicitatio porrò voto facta finem per opus accipiat. Eſt hoc ſtultorum proprium, ut rejectitii ſint. At tu, verax eſto, ſciens longè tibi ſatius eſſe non vovere, nec facturum aliquid polliceri, quàm, poſt conceptum votum, id relinquere. Omni autem ratione fugiendum eſt turpium verborum profluvium; nec enim Deo inaudita erunt. Nam ad eum, qui hæc cogitat, nulla alia utilitas redit, quàm ut ſentiat opera ſua à Deo labefactari atque corrumpi. Ut enim pleraque inſomnia vana ſunt, ſic etiam pleraque verba. Timor autem Dei, hominibus quidem ſalutaris, cæterùm rarus. Quocirca nihil eſt, cur mireris, ſi & pauperes calumniis oppreſſos, & judices legibus impoſturam facientes videris. Cavendum porrò eſt, ne iis, qui potentiâ præſtant, majores eſſe videamur. Nam etiamſi hoc acciderit, tamen ex horrendis cruciatibus, in quos incidemus, nequaquàm nos improbitas ipſa per ſe liberabit.

Turpia verba fugienda.

ι. Ὥσπερ δὲ κτῆμα τὸ ἐξ ἁρπαγῆς βλαβερώτατον καὶ ἀνοσιώτατον, οὕτω καὶτ ἀνδρὶ ἐπιθυμητῇ χρημάτων, οὐκ [f] ἐγγίνεται [g] κόρος, οὔθ' ἡ ὧδὰ τῶν πέλας εὔνοια, [g] κἂν [h] ὅτι οὖν μάλιστα πάμπολυ ἀργύριον [h] ἐπικλήσωνται. τοῦτο μὲν γὰρ μάταιον. ἀγαθότης δὲ, τοὺς συνόντας αὐτῇ ὑπερευφραίνουσα, ἀνδρείους ἀπεργάζεται, τοῦ καθορᾶν ἕκαστα τῶν πραγμάτων παρέχουσα τὴν δύναμιν. μέγα δὲ καὶ τὸ μὴ προσλετηκέναι τοιαύταις φροντίσιν. ὁ μέν γε πένης, κἂν δοῦλος ᾖ, καὶ μὴ ὑπερεμπλήσας τὴν ἑαυτοῦ γαστέρα, προσηνοῦς μεταλαμβάνει τῆς διὰ τοῦ ὕπνου ἀνέσεως· πλούτου δὲ ἐπιθυμία σύνεστι ἀγρυπνίαις καὶ καμάτοις ψυχῆς. τί δ' ἂν γένοιτο τούτου ἀτοπώτερον, ἢ τὸ μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας ἀποθησαυρίζοντα τὸν πλοῦτον συντηρεῖν, μυρίων ἑαυτῷ

X. Quemadmodùm autem facultates raptu collectæ, ac per vim extortæ, pernicioſiſſimæ & ſceleratiſſimæ ſunt; ſic etiam homini pecuniarum cupiditate flagranti, nunquam ſatietas, nec proximorum benevolentia provenit, quamlibet maximam vim argenti poſſideat. Hoc enim vanum eſt & inane. At probitas familiares ſuos majorem in modum oblectat, fortéſque efficit, rem unamquamque perſpiciendi facultatem præbens; ſed & hujuſmodi curis minimè contabuiſſe, animumque defixiſſe, magnum cenſendum eſt; Enimverò pauper, licèt ſervitute prematur, ventremque ſuum nequaquàm largiùs impleverit, tamen ſuavis ſomni quiete fruitur; opum autem cupiditas indivulſas comites habet vigilias & animæ labores. Quid porrò abſurdius eſſe queat, quàm cum magno ſtudio & cura reconditas opes conſervare, ac ſexcentorum malorum occaſiones ſibiipſi cuſtodire? Ac divitias qui-

Avaritia inſatiabilis.

Pauper ſuavi ſomno fruitur.

(a) Ατοπα ᾖ. Sic plures Codd. Mendosè in Ed. ἄτοπα ἦ. Reg. hu. ἄτοπον ᾖ.
(b) Παντοδαπὴ φαντασία. Sic nonnulli Codd. In Ed. παντοδαπῆ φαντασίᾳ.
(c) Τό. Deeſt in Or. 1.
(d) Τὴν τῶν. Sic duo Regg. tres Colb. &c. Deeſt τήν in Ed.
(e) Εαυτῦ. Reg. hu. αὐτῦ.
(f) Εγγίνεται. Sic Regg. bm. hu. & Or. 1. In Ed. ἐκγίνεται.
(g) Κἂν ὅτι οὖν. Sic tres Colb. In. Ed. κἂν ὁτιῶν.
(h) Επικτήσωνται. Sic Regg. bm. hu. &c. In Ed. ἐπικτήσονται.

dem illas labefactari & perire neceſſe eſt, ſive ei, qui has adeptus eſt, liberi ſint, ſive nulli : ipſum autem, vel invitum ac repugnantem, talem in terram cadere atque diſcedere oportet, qualis erat cùm in hanc lucem prodiit. Ita vacuis manibus abſceſſurus, peccatum ſuum augebit, perindè atque hoc non cogitans, nativitati ſimilem vitæ finem ſibi imminere, ſeque inani labore torqueri ; atque in quendam potiùs venti impetum, quàm ſuo ipſius ſtudio inſerviens, totam vitam ſuam, tum in impuriſſimis libidinibus, tum in temerariis cupiditatibus, ac prætereà in mœroribus morbiſque conſumit. Atque, ut compendio dicam, hujuſmodi homini dies tenebræ ſunt, ac vita luctus, quanquam illud bonum eſt ac minimè rejiciendum. Dei enim hoc donum eſt, ut quiſpiam laboribus ſuis cum animi oblectatione perfruatur, divinitùs acceptas ac non vi exceptas opes poſſidens. Neque enim ille mœroribus affligitur, nec, ut plurimùm, pravis deſideriis ſervit : quin potiùs, beneficentiis vitam ſuam metitur, in omnibus rebus animi tranquillitate fruens, atque ob Dei donum lætitiâ geſtiens.

A φυλάσσοντα κακῶν ἀφορμήν ; καὶ τὸν μὲν πλοῦτον ἐκεῖνον ἀνάγκη ἀπολέσθαί ποτε ἢ διαφθαρῆναι, εἴτε γένοιτο τῷ κτησαμένῳ τέκνα, εἴτε καὶ μή· αὐτόν τε, εἰ καὶ μὴ βούλοιτο, προσήκει τοιοῦτον εἰς τὴν γῆν πεσεῖν καὶ ἀπελθεῖν, οἷος καὶ ὁπότε εἰς τὸ εἶναι παρὼν ἐτύγχανε· κεναῖς δὲ χερσὶν ἀπιέναι μέλλων, αὔξει τὴν ἑαυτοῦ κακίαν, ὥσπερ οὐκ ἐνθυμούμενος, ὅτι ἐπίκειται αὐτῷ τέλος τοῦ βιοῦ τῇ γενέσει ὅμοιον, καὶ ὅτι
B ἀνόνητα μοχθεῖ, εἰς δέ τινα μᾶλλον ἀνέμου ὁρμὴν, ἥπερ τῇ ἑαυτοῦ σπουδῇ χαριζόμενος, καταναλώσας τὸν ἑαυτοῦ βίον σύμπαντα, ἔν τε ἐπιθυμίαις ἀνοσιωτάταις, καὶ ἐν ὁρμαῖς ἀλόγοις, ἔτι δὲ λυπαῖς καὶ ἀῤῥωστίαις. καὶ συνελόντι φᾶναι, σκότος μέν εἰσι τῷ τοιούτῳ αἱ ἡμέραι, πένθος δὲ ἡ ζωὴ, ἀγαθόν γε μὴν ἐκεῖνο καὶ οὐκ ἀπόβλητον. Θεοῦ γάρ ἐστι δῶρον, τὸ δυνηθῆναι ἀπολαῦσαι ἄνθρωπον τῶν ἑαυτοῦ καμάτων ἐν
C εὐφροσύνῃ, θεόσδοτα καὶ οὐχ [a] ἁρπακτικὰ a
δεξάμενον κτήματα. οὔτε γὰρ λύπαις οὗτός γε νοσεῖ, οὔτε ὡς ἐπὶ πολὺ ἐνθυμήσεσι πονηραῖς δουλεύει· συμμετρεῖται δὲ τὸν ἑαυτοῦ βίον εὐποιΐαις, τοῖς πᾶσιν εὐθυμούμενος, καὶ ἀγαλλόμενος τῇ τοῦ Θεοῦ δωρεᾷ.

Frequens apud homines infelicitas. *Eccle.* C. VI. 1. *& ſeqq.*

XI. Jam verò infelicitatem apud homines maximè graſſantem Oratione perſequar; cùm nimirùm Deus cuipiam omnia, quæ ipſi cordi erant, abundè ſuppeditaverit, nec ullâ omninò re ex omnibus, quæ animum cupiditate tentant, eum ſpoliaverit, D non opibus & facultatibus, non gloriâ & ſplendore, non reliquis aliis omnibus, quæ mortales ad ſtuporem uſque admirantur. Ille autem omnibus rebus circumfluens, quaſi hâc unâ calamitate divinitùs inflictâ teneatur, quòd earum fructu careat, alii ſua aſſervat, inutilis prolapſus & ſibi & proximis. Hoc ſanè, argumentum magnum ſignumque perſpicuum extremæ cujuſdam infelicitatis eſſe, cenſeo. Quin illum quoque hominem, qui plurimorum liberorum pater ſine ulla offenſione nominatus, vitâque in longum productâ, benignitate tamen animum tanto tempore non expleverit, mortis interim periculo haudquaquàm facto, hunc quidem, nec numeroſæ prolis, nec diuturnitatis vitæ nomine, beatum duxerim : imò verò, fœtum è materno ventre præmaturè dejectum atque abortu egeſtum, ipſe præferendum puto.

ια. Παρέξομαι δὲ τῷ λόγῳ τὴν μάλιστα ἐπιπολάζουσαν ἀνθρώποις κακοπραγίαν· ὅταν Θεὸς μὲν τὰ καταθύμια αὐτῶν ἅπαντα
b ἐπιχορηγήσας, μηδὲ οὑτινος οὖν τῶν εἰς b
E ἐπιθυμίαν ἐλθόντων αὐτὸν ἀφέληται, μὴ περιουσίας, μὴ πολυδοξίας, μὴ τῶν λοιπῶν περὶ ὅσα ἄνθρωποι ἐπλόηνται. ὁ δὲ τοῖς πᾶσιν εὐθηνούμενος, ὥσπερ τούτῳ μόνῳ θεηλάτῳ κακῷ συνεχόμενος, c τὸ μὴ ἀπο- c
λαύειν, ἑτέρῳ τὰ αὐτοῦ ταμιεύεται, d πε- d
σὼν ἄκαρπος καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς πλησίον. τοῦτο μέγα τεκμήριον καὶ ἔλεγχον περιφανῆ ὑπερβαλλούσης ἐγὼ τίθεμαι πονηρίας. ἄνδρα τε ἐκεῖνον, ὃς πλείστων πατὴρ ὀνομασθεὶς
E τέκνων ἀσινῶς, βίους δὲ χρόνον μακρὸν, οὐκ ἐπλήσθη χρησιότητος τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοσοῦτον, θανάτου πεῖραν οὐ λαβὼν, τοῦτον ἔγωγε, οὔτε τῆς e πολυπαιδίας, οὔτε τῆς e
πολυημερίας ζηλώσαιμι ἄν· καὶ f προκρίνω f
δὲ αὐτοῦ ἄωρον γαστρὸς μητρώας ἐκπεσὸν ἔμβρυον. ἐκεῖνο γὰρ, ὥσπερ ἦλθε ματαίως,

(a) Αρπακτικὰ δεξάμενον κτήματα. Reg. hu. & tres Colb. ἁρπακτὰ δεξάμενον χρήματα.

(b) Επιχορηγήσας. Reg. hu. χορηγήσας.

(c) Τὸ μὴ ἀπολαύειν, ἑτέρῳ τὰ αὐτῦ ταμιεύεται. Sic Reg. hu. & Coisl. 3. Sic etiam legit Bill. In Ed. τῷ μὴ ἀπολαύειν, ἑταίρῳ τῷ αὐτῦ ταμιεύσεται.

(d) Πεσών. Prolapſus, id eſt, *moriens*, vel *mortuus*. Nam *de morte* hîc ſermo eſt.

(e) Πολυπαιδίας. . . πολυημερίας. Sic Codd. Pravè in Ed. πολυπαιδίας. . . πολυμερίας.

(f) Προκρίνω. Sic Reg. hu. Coisl. 3. tres Colb. &c. In Ed. προκρίνων.

οὕτως ἄπεισι καὶ λαθραίως ἐν ἀμνηστίᾳ, A Ille enim, ut incaſsùm venit, ita clanculùm etiam & cum oblivione diſcedit, non deguſtatis hujus vitæ malis, nec Sole proſpecto. Quod quidem levius eſt, quàm quod improbo illi ac flagitioſo homini accidit, qui, licèt in mille annos vitam ſuam propagarit, vitæ tamen commoda non agnovit. Utriuſque porrò finis, mors. Cæterùm hîc maximè ſtultus convincitur, quòd nullius cupiditatis ſaturitate capiatur. At prudens & moderatus his affectibus minimè involutus tenetur. Ferè fit autem, ut vitæ rectitudo & integritas hominem ad paupertatem ducat. Multos verò de mentis gradu dejiciunt procacium oculorum aſpectus animam incitantes, ac per inanem videndi cupiditatem ad inutile ſtudium pertrahentes. Enimverò ea, quæ nunc facta ſunt, jam cognita ſunt; perſpicuumque eſt, hominem iis, quæ ſupra ſe ſunt, reluctari atque obſiſtere non poſſe. Cæterùm nugæ & ineptiæ inter homines verſantur, eorum, qui iis utuntur, amentiam augentes.

οὐχ ἁψάμενον κακῶν, οὐδὲ προσβλέψαν ἡλίῳ.
a a τοῦτο κουφότερον, ἅτερ τῷ πονηρῷ, κἂν χιλίοις ἔτεσι τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀναμετρησαμένῳ, ἀγαθότητα μὴ ἐπιγνῷ· τέλος δὲ ἀμφοῖν, θάνατος. ἐλεγχομένου ἄφρονος, μάλιστα τῷ πλησμονὴν μηδεμίας λαμβάνειν ἐπιθυμίας. ὁ δὲ σώφρων τούτοις οὐκ ἐνίσχεται τοῖς πάθεσιν. ὡς δ' ἐπὶ τὸ πλεῖστον εὐθύτης ζωῆς ἄνθρωπον τῇ πενίᾳ ὁδηγεῖ. ἐξίστησι δὲ πολλοὺς, ὀφθαλμῶν λίχνων B θεάματα, τὴν ψυχὴν ἐρεθίζοντα, ἐπ' ἀνόνητον σπουδὴν ἕλκοντα, διὰ τῆς τοῦ ὀφθῆναι κενῆς ἐπιθυμίας. τὰ μέν τοι νῦν γεγεννημένα ἤδη ἔγνωσται, καὶ σαφὲς τυγχάνει, ὡς τοῖς ὑπὲρ αὐτὸν ἄνθρωπος ἀντιτάσεσθαι οὐχ οἷός τε. φλυαρίαι γε μὴν κατὰ ἀνθρώπους στρέφονται, τὴν τῶν χρωμένων ἄνοιαν ἐπαυξανόσαι.

Ille enim, ut incaſsùm venit, ita clanculùm etiam & cum oblivione diſcedit, non deguſtatis hujus vitæ malis, nec Sole proſpecto. Quod quidem levius eſt, quàm quod improbo illi ac flagitioſo homini accidit, qui, licèt in mille annos vitam ſuam propagarit, vitæ tamen commoda non agnovit. Utriuſque porrò finis, mors. Cæterùm hîc maximè ſtultus convincitur, quòd nullius cupiditatis ſaturitate capiatur. At prudens & moderatus his affectibus minimè involutus tenetur. Ferè fit autem, ut vitæ rectitudo & integritas hominem ad paupertatem ducat. Multos verò de mentis gradu dejiciunt procacium oculorum aſpectus animam incitantes, ac per inanem videndi cupiditatem ad inutile ſtudium pertrahentes. Enimverò ea, quæ nunc facta ſunt, jam cognita ſunt; perſpicuumque eſt, hominem iis, quæ ſupra ſe ſunt, reluctari atque obſiſtere non poſſe. Cæterùm nugæ & ineptiæ inter homines verſantur, eorum, qui iis utuntur, amentiam augentes.

b ιβ. Μηδαμῶς γὰρ πλέον τι [b] ὠφελημένος τοῦ γινώσκοντος τὰ αὐτῷ συμβησόμενα παρὰ τὸν βίον καταθύμια· θῶμεν γὰρ τοῦτο· ὅμως c δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων [c] περιεργία ἐπιτεχνᾶται, ὡς καὶ τὰ μετὰ θάνατόν τινος ἑκάστῳ ἐσόμενα, πολυπραγμονεῖν τε καὶ δοκεῖν εἰδέναι. μνήμη δὲ ἀγαθὴ ψυχῇ προσηνεστέρα, ἅτερ σώματι ἔλαιον, καὶ βίου ἔξοδος ἀμείνων γενέσεως· καὶ αἱρετώτερον πενθεῖν, ἢ κωμάζειν, καὶ τὸ παρεῖναι τοῖς λυπουμένοις, ἢ τοῖς μεθυσκομένοις. ἔστι γὰρ ὅτω· λαβόντα d τινὰ τοῦ βίου τέλος, μὴ εὐλαβηθῆναι [d] περὶ τῶν ἀμφ' αὐτόν. γέλωτος δὲ θυμὸς ἔμφρων e [e] προτιμότερος. αὐστηρᾷ γὰρ διαθέσει προσώπου, κατορθοῦται ψυχή. αἱ μὲν τοίνυν τῶν σοφῶν ψυχαὶ σκυθρωπάζουσι καὶ συστέλλονται, αἱ δὲ τῶν ἀφρόνων ἐπαιρόμεναι διαχέονται. πολὺ δέ ἐστιν εὐκταιότερον ἐπίπληξιν σοφοῦ ἑνὸς δέξασθαι, ἢ ὅλου χοροῦ ἀνθρώπων f φαύλων καὶ δυσηνίων ᾀδόντων [f] γενέσθαι ἀκροατήν. τῶν γὰρ ἀφρόνων ἀνθρώπων ὁ γέλως, ἀκανθῶν πολλῶν λαμπρῷ πυρὶ καιομένων ἦχῳ προσέοικεν. ἄθλιον δὲ καὶ τοῦτο, κακόν γε μὴν μέγιστον ἡ συκοφαντία· αὕτη γὰρ σοφῶν ἐπιβουλεύει ψυχαῖς, καὶ ἐπιχειρεῖ διαφθείρειν g τὴν γενναίαν ἕνστασιν τῶν ἀγαθῶν. [g] λόγων δὲ οὐκ ἀρχόμενον, ἀλλὰ παυόμενον ἐπαινεῖν προσήκει. καὶ τὸ μέτριον ἦθος ἀποδέχεσθαι, καὶ

XII. Nam cùm nihilo majorem utilitatem is percipiat, qui ea, quæ ex animi ſententia ſibi in vita eventura ſunt, perſpecta habet; (fingamus id enim;) tamen hoc quoque hominum curioſitas comminiſcitur, ut ea etiam, quæ poſt mortem alicujus futura ſunt, anxiè inquirant ac ſcire videantur. Porrò fama bona ſuavior eſt animæ, quàm oleum corpori, & vitæ exitus melior nativitate: atque optabilius eſt lugere quàm comeſſari, ac mœrentibus adeſſe quàm ebrietati ſtudentibus. Sic enim ſe res habet: quòd ſi quis hunc vitæ finem D nactus fuerit, de his, quæ circa ſe ſunt, nec timore nec ſollicitudine afficiatur. Conſimili modo prudens ira riſui præferenda eſt. Severâ enim vultûs habitudine anima ad rectum honeſtumque componitur. Ac ſapientum quidem animæ triſtitiâ contrahuntur, ſtultorum autem lætitiâ elatæ diffunduntur. Atqui multò magis optandum, ſapientis unius objurgationem excipere, quàm totius chori improborum & miſerorum hominum cantantium auditorem fieri. Stolidorum etenim hominum riſus, ſpinarum multarum, quæ ingenti E flammâ exuruntur, ſonitui haud abſimilis eſt. Eſt autem & hoc miſerum, ſed profectò graviſſimum malum eſt calumnia: hæc enim ſapientum animabus inſidias ſtruit, ac generoſam bonorum virorum conſtantiam labefactare molitur. Porrò autem hunc laudibus efferre convenit, non qui initium, ſed qui dicendi finem facit.

Hominum curioſitas. *Eccle. C.* VII. 1. *& ſeqq.*

(*a*) Τῶτο κρφότερον. Reg. hu. Coisl. 3. tres Colb. τότω κρφότερον.
(*b*) Ωφελημένω. Reg. hu. Coisl. 3. &c. ὠφελημένοι.
(*c*) Περιεργία. Sic Codd. In Ed. περιεργίᾳ.
(*d*) Περὶ τῶν. Sic Reg. hu. Coisl. 3. &c. In Ed. περὶ τόν.
(*e*) Προτιμότερος. Sic Reg. hu. tres Colb. Coisl. 3. &c. In Ed. προθυμότερος.
(*f*) Γενέσθαι. In nonnullis, γινέσθαι.
(*g*) Λόγων. Coisl. 3. λόγον.

Morum etiam moderatio laudibus complectenda, non elatio & arrogantia. Insuper animi furorem summo studio frenare & coërcere necesse est, nec promptè & temerè in iram ruere, cui stulti serviunt. Errant autem qui meliorem vitam majoribus nostris datam esse affirmant; nec intelligunt sapientiam opum copiâ longè præstantiorem esse, tantoque clariorem, quantò argentum umbrâ suâ splendidius apparet. Vita enim hominis, non ex caducarum & fragilium opum collectione & possessione, verùm ex sapientia provenit. Quis autem, quæso, tantam tamque benignam Dei providentiam verbis consequi poterit? Aut quis ea, quæ summa cum ratione à Deo neglecta esse videntur, revocare? Ego verò, minùs rectè id quidem faciens, omnia consideravi, & justum in justitia constanter perstantem, nec ab ea per omnem vitæ cursum desciscentem, imò etiam propter eam insidiis petitum, & injustum simul cum improbitate sua morientem.

A μὴ τὸ μετεωριζόμενον ἢ [a] τετυφωμένον. πάνυ δὲ χρὴ θυμῷ φείδεσθαι, καὶ μὴ εἰς ὀργὴν προχείρως καταφέρεσθαι, ἥτινι ἄφρονες δουλεύουσιν. ἁμαρτάνουσι δὲ οἱ λέγοντες, τοῖς [b] προτέροις ἀμείνονα δεδόσθαι βίον, καὶ οὐ συνίασιν, ὅτι πάμπολυ διαφέρει σοφία τῆς τῶν χρημάτων περιουσίας, καὶ τοσοῦτόν ἐστι φανερώτερα, ὅσον ἄργυρος λαμπρότερος φαίνεται τῆς ἑαυτοῦ σκιᾶς. ζωὴ γὰρ ἀνθρώπου, οὐκ ἐξ ἐπικήρου πλούτου κτήσεως, ἀλλ' ἐκ σοφίας περιγίνεται. B τίς δὲ ἢ δυνήσεται, εἰπέ μοι, τὴν τοσαύτην ἢ ὅτω χρηστὴν τῷ Θεῷ πρόνοιαν ἐξειπεῖν; ἢ τίς ἀναλέσασθαι τὰ δοκοῦντα παρημελῆσθαι ὑπὸ Θεοῦ δικαίως; πράττων δὲ οὐκ ὀρθῶς πρότερον ἔγωγε κατενόησα τὰ σύμπαντα, ὡς δίκαιον ἐμμένοντα τῇ δικαιοσύνῃ, ὡς μέχρι θανάτου μὴ ἐξιστάμενον, ἀλλὰ ἢ δι' αὐτὴν ἐπιβουλευόμενον, καὶ ἀσεβῆ συναποθνήσκοντα τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ.

Non plus sapere quàm oportet.

XIII. Illud autem homini justitiâ prædito videndum est, ne admodùm talis esse videatur, nec supra modum sapiens; ne si qua in re offenderit, multis partibus copiosiùs peccet. Illud etiam tibi cavendum, ne audax & temerarius sis; ne alioqui te intempestiva & præmatura mors abripiat. Maximum autem bonum, Deum complecti & apprehendere, atque in eo manentem, ab omni peccato abstinere. Res etenim maculæ omnis expertes impurâ manu contrectare nefarium & execrabile est. Qui autem cum Dei timore cedit, seque submittit, adversa omnia effugit. Sapientia auxilii in civitate plus potest, quàm potentissimorum hominum acies. Quæ etiam plerumque iis, qui ab officio aberrarunt, justè ignoscit. Nemo enim est, qui non interdùm labatur. Est autem tibi providendum, ne ad impiorum sermones ullo modo accedas; ne maledicta in te jactata tuismet auribus hauriens, quemadmodùm improbi servi nugas, atque ex ea re animo commorsus, in multis postea actionibus ad regerenda convicia & execrationes ipse quoque abducaris. Hæc omnia ego noram, sapientiam à Deo consecutus, quâ deindè amissâ, jam mei similis esse nequibam. Sapientia enim à me in infinitam longitudinem fugit, & in immensam profunditatem, ut mihi eam arripere ultrà non liceret. Quare ab ea quoque inquirenda omninò abstinui; jamque nec in animo habebam, impiorum amentias, & vana consilia, & vitam miserè palantem considerare.

ιγ. Χρὴ δὲ δίκαιον ὄντα, μὴ πάνυ τοιοῦτον εἶναι δοκεῖν, μηδὲ ἄγαν σοφὸν καὶ ὑπερμέτρως· ὅπως μή τι πλαίσας, πολλαπλασίονα ἁμαρτήσῃ. καὶ μὴ ἔσο τολμηρὸς καὶ προπετὴς, μή σε θάνατος ἁρπάσῃ ἄκαιρος. μέγιστον δὲ ἀγαθὸν ἀντιλαμβάνεσθαι Θεοῦ, ἢ ἐν τούτῳ ὄντα μηδὲν ἁμαρτάνειν. τῶν γὰρ ἀμιάντων χειρὶ ἀνάγνῳ ψαύειν μυσαρόν. ὁ δὲ μετὰ φόβου Θεοῦ ὑπείκων, ἅπαντα διαφεύγει τἀναντία. σοφία δὲ βοηθείας, σλίψεις ἀνδρῶν τῶν [c] δυνατωτάτων ἐν πόλει μείζονα δύνα- c

Sapientia acie præstantior.

ται· ἢ καὶ συγγινώσκει [d] δικαίως πολλάκις D τῶν δεόντων ἀποτυγχάνουσιν. ἁπλαισίος γάρ ἐστιν, οὐδὲ εἷς. ἀσεβῶν δὲ λόγοις, ἐδ' ὁπωσοῦν τι χρὴ προσιέναι, ὅπως μὴ τῶν κατὰ σὲ λόγων αὐτήκοος γενόμενος, ὥσπερ δάλου πονηρᾶς φλυαρίας, ἔπειτα δηχθεὶς τὴν καρδίαν, ὕστερον ἐν πολλαῖς πράξεσιν εἰς τὸ ἀντικαταράσασθαι, καὶ σὺ ἐκτραπῇς. ἔγνων δὲ ταῦτα ἐγὼ ἅπαντα, σοφίαν ἐκ Θεοῦ λαβών, ἣν ὕστερον ἀποβαλὼν, οὐκ ἔτι οἷός τε ἦμην ὅμοιος εἶναι. ἔφυγε γὰρ ἀπ' ἐμοῦ σοφία εἰς μῆκος ἄπειρον, καὶ εἰς βάθος ἀμέτρητον, ὡς μὴ εἶναι αὐτῆς λαβέσθαι μηκέτι· ὥστε ὕστερον καὶ [e] τοῦ ἐπιζητεῖν αὐτὴν, τέλειον ἀπεσ- e χόμην· καὶ ἔτε ἐνεθυμούμην ἔτι τοῦ κατανοεῖν τὰς τῶν ἀσεβῶν ἀφροσύνας, καὶ βουλὰς ματαίας, καὶ [f] ἀλύοντα βίον. ὕτω δὲ διακεί- f μενος, εἰς αὐτὰ [g] δινέχθην, καὶ ἐπιθυμίᾳ g

(a) Τετυφωμένον. Sic Codd. In Ed. τετυφωμένων.
(b) Προτέροις. Reg. hu. εὐπορωτέροις, *ditioribus*, quod quidem cum iis, quæ sequuntur, consentaneum est.
(c) Δυνατωτάτων. Reg. hu. δυνατωτέρων.
(d) Δικαίως. Reg. hu. δικαίοις.
(e) Τοῦ ἐπιζητεῖν αὐτήν. Sic Coisl. 3. Deest αὐτήν in Ed.
(f) Ἀλύοντα. In uno Cod. ad marg. γρ. λυόμενον.
(g) Δινέχθην. Coisl. 3. & tres Colb. ἰνέχθην.

συσχεθεὶς

συσχεθεὶς θανατηφόρῳ, ἔγνων τὴν γυναῖκα, A
a [a] σαγήνην τινα, ἢ εἴ τι ἕτερον τοιοῦτον ὑπάρχουσαν. καρδία μὲν γὰρ αὐτῆς σαγηνεύει τὸς
b παριόντας· [b] χειρὶ δὲ χεῖρα συνάψασα μόνον, κατέχει, ἢ εἰ δεσμοῖς περιβάλλουσα εἶλκε.
c [c] μόνως δ' ἂν ἀπ' αὐτῆς ῥυσθείης, τὸν Θεὸν ἵλεω καὶ ἐπιόπτην ἐσχηκώς. ὡς ὅ γε ἁμαρτίᾳ δεδουλωμένος οὐκ ἂν ἐκφύγοι. ζητήσας δ' ἐγὼ διὰ πασῶν γυναικῶν σωφροσύνην αὐτῶν, εὗρον ἐν ὀδεμιᾷ. καὶ ἄνδρα μέν τις ἐν χιλίοις γνοίη ἂν σώφρονα, γυναῖκα δὲ ὅ. κατενόησα δὲ ἐκεῖ- B
d νο μάλιστα, ὅτι ἄνθρωποι ὑπὸ Θεοῦ ἁπλοῖ ταῖς ψυχαῖς γινόμενοι, [d] ἑαυτοῖς ἐπισπῶνται λογισμοὺς ποικίλους, καὶ ζητήσεις ἀπεράντους, καὶ σοφίαν ζητεῖν προσποιούμενοι, περὶ ῥήματια κατατρίβονται.

Sic autem animo constitutus, in hæc devolutus sum; ac mortiferâ cupiditate correptus, mulierem cognovi, hoc est, sagenam quamdam, aut si quid aliud est hujusmodi. Cor etenim ejus prætereuntes irretit; ac si vel manum tantùm manui connexuerit, non minùs arctè retinet, quàm si vinculis constrictos traheret. Nec verò ab ea aliter liberari queas, quàm Deum propitium, ac benigno oculo intuentem nactus. Nam qui peccati servitute premitur, haudquaquàm effugerit. Porrò cùm per omnes mulieres earum pudicitiam quæsivissem, in nulla reperi. Ac pudicum quidem virum inter mille fortasse repereris; mulierem autem minimè. Illud verò maximè animadverti, quòd homines animis simplices à Deo creati, varias cogitationes rationisque discursus, atque infinitas quæstiones sibiipsis attrahunt, quique sapientiæ studium & inquisitionem profitentes, circa dictiunculas tempus terunt.

Cor mulieris.

e [e] Σοφία δὲ ἐν ἀνθρώπῳ ἐξεταζομένη, καὶ διὰ προσώπου φαίνεται φωτίζουσα τὸν κεκτημένον. ὥσπερ οὖν ἀναίδεια μίσους εὐθὺς C ὀφθέντα ἄξιον ἐκεῖνον ἐλέγχει, ᾧπερ ἐνῴκησε. πάνυ δὲ χρὴ, ἐπιμελῶς τοῖς τοῦ βασιλέως προσέχειν λόγοις, ὅρκον δὲ ὁκ παντὸς τρόπου φεύγειν, μάλιστα τὸν εἰς Θεοῦ ὄνομα γινόμενον.
f [f] ἐφίστασθαι δ' ὐδαμῶς προσήκει λόγῳ πονηρῷ· ἀλλὰ φυλάττεσθαι ἅπασαν τὴν εἰς τὸν δεσπότην βλασφήμιαν. οὐ γὰρ δὴ ἐπάγοντός τι μέμφεσθαι ὑπάρξει, οὐδὲ ἀντιλέγειν τοῖς τοῦ μόνου δυνάστου ἢ βασίλεως δόγμασι. βέλτιον δὲ ἢ λυσιτελέστερον ἐμμένοντα ταῖς ἱεραῖς ἐντολαῖς, D λόγων τῶν πονηρῶν ἐκτὸς καθεστάναι. σοφὸς γὰρ ἀνὴρ ἐπίσταται, καὶ προγινώσκει τὴν εἰς καιρὸς κρίσιν, ὅτι δίκαια ἔσται. πάντα γὰρ τὰ ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων πράγματα περιμένει τὴν ἄνωθεν κόλασιν· πλὴν ὅ γε πονηρὸς οὐ λίαν γινώσκειν ἔοικεν, ὅτι, πολλῆς ἐπ' αὐτῷ ὔσης προνοίας, ὐδὲν ὁτιοῦν εἰς τὸ μετέπειτα λήσεται. οὐ γὰρ οἶδε τὰ ἐπιόντα. ὐδὲν γὰρ αὐτῶν κατ' ἀξίαν τις ἀναγγεῖλαι δυνήσεται· ὅτι οὐχ ὅτως τις ἰσχυρὸς ὑπάρξει, ὡς τὸν ἀφαιρούμενον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Αγγελον κωλῦσαι δύνασθαι, ὐδέ τις ὅλως μεθόδος εὑρεθείη ἂν τοῦ παρα-

XIV. Sapientia autem hominis explorata lucet in vultu ejus, illustrans eum, qui eam possidet. Quemadmodùm contrà, impudentia eum, in quo domicilium habet, statim ut visus est, odio dignum esse coarguit. Regis sermonibus diligenter advertere convenit, ac jusjurandum omni ratione fugere, idque præsertim, quod in Dei nomine concipitur. Interim tamen æquum fuerit nullatenùs sermoni malo insistere; verùm cavere, ne blasphemiam ullam in Dominum effundamus. Non enim de eo pœnam aliquam infligente queri licebit, nec unius illius Domini & Regis placitis obsistere. Melius autem & conducibilius fuerit, sacro-sanctis mandatis acquiescentem, ab improbis sermonibus removeri. Sapiens enim vir tempestivum illud judicium justum fore scit atque prænoscit. Omnes enim vitæ humanæ res supernam castigationem manent; verùm improbus haud admodùm scire videtur, quòd, cùm multa super se Dei providentia sit, nihil prorsùs in posterum ei obscurum erit. Non enim scit, quæ posteà futura sunt. Neque quisquam est, qui aliquid eorum pro dignitate exponere queat; quoniam nemo tantis viribus futurus est, ut Angelum, animam suam eripientem, arcere ac prohibere possit, nec ars omninò ulla & astutia invenietur, quæ mortis tempus

Sapientia hominis lucet in vultu ejus. *Eccle. Cap.* VIII. 1. *& seqq.*

Mors nullâ arte expellitur.

(a) Σαγήνην τινα. Sic Jes. atque illius Codicis ope depravatum hunc locum emendamus. In Ed. & pluribus Codd. γῆν τινά, *terram quandam*, quod nullatenùs cum sequentibus concinit.

(b) Χειρὶ δὲ χεῖρα. Coisl. 3. χεῖρα δὲ χεῖρας.

(c) Μόνως. Sic Reg. hu. In Ed. μόνος.

(d) Εαυτοῖς ἐπισπῶνται. Sic Coisl. 3. In Ed. ἑαυτῆς ἐπισπῶνται

(e) Σοφία δὲ ἐν ἀνθρώπῳ &c. Elegans hæc est Græcorum elocutio, pro σοφία τοῦ ἀνθρώπου, *sapientia hominis*, ut in Vulgata. Bill. *Sapientia autem, cùm in homine exploratur, ipsum quoque Domini vultum perspicuè collustrat.*

(f) Εφίστασθαι δ' οὐδαμῶς προσήκει λόγῳ πονηρῷ. Sic profectò emendandus hic locus, tum ex Sacro Textu juxtà LXX. Eccles. VIII. 2. in quo legitur: μὴ στῇς ἐν λόγῳ πονηρῷ. *Ne stes in verbo malo.* Et Vulgata: *Neque permaneas in opere malo*: tum ex Orationis serie, quæ ὐδαμῶς exigit. Quis enim sensus erit, si legatur, ut in Ed. ἐφίστασθαι δὲ ὅμως προσήκει λόγῳ πονηρῷ, & vertatur, cum Billio: *Interim tamen æquum fuerit sermoni malo imminere.* Quis virtutis amans talia proferentem libenter audiet? Præterea, ad Marg. unius Regii Codicis legitur: γρ. ἀλλαχοῦ· ἐφίστασθαι δ' ὐδαμῶς προσήκει. καὶ ἑτέρωθι· δ' ὐ μόνον προσήκει &c. *Scribitur alibi: Non omninò convenit stare* &c. *Et in alio loco: Non solùm pravo sermoni insistere non convenit* &c.

repellat, ac velut exceptione ſubmoveat; verùm, quemadmodùm captis in medio bello fuga omnis undique præcluſa perſpicitur, ſic omnis hominis impietas ſimul perit. Enimverò quoties contemplor, quæ & quanta mortales in proximorum perniciem ſtudiosè excogitarunt, totus obſtupeſco. Illud quidem compertum habeo, priùs quoque ex hac vita abripi impios ac de medio tolli, eò quòd vanitati ſeipſos dediderunt.

Dei providentia & clementia.

XV. Quoniam enim Dei providentia, propter ſummam animi æquitatem & patientiam, haudquaquàm omnes confeſtim perſequitur, nec pravus ſtatim poſt admiſſa flagitia pœnis afficitur, ob eam cauſam ſibi fas eſſe putat vir improbus diutiùs peccare, quaſi innoxius diſceſſurus: illud videlicet non intelligens, quòd etiam, poſt longum à perpetrato ſcelere tempus, Dei ſcientiam non effugiet. Illud verò præſtantiſſimum bonum eſt Dei metu affici, à quo cùm impius exciderit, haud diù ſtultitiâ ſuâ abutetur. Peſſima autem & falsa opinio per homines plerumque graſſatur, tum de juſtis, tum de injuſtis; de utriſque enim contraria exiſtimant. Nam, & qui juſtitiâ præditus eſt, non talis habitus eſt; & rursùs impius, prudens exiſtimatus eſt. Quem quidem errorem inprimis gravem eſſe ſtatuo. Quin etiam aliquandò ſummum bonum in cibo & potu poſitum eſſe judicavi; eumque Deo cariſſimum, qui toto vitæ ſpatio his, quàm maximè fieri poteſt, frueretur; atque hujuſmodi hilaritatem unicum vitæ ſolatium arbitratus ſum. Ac proindè in nullam aliam rem, quàm in hanc opinionem incumbebam, ut nec noctu nec interdiu quidquam eorum, quæ ad delicias à mortalibus inventa ſunt, mihi interdicerem, ab eoque me abducerem. Cæterùm hoc cognovi, quòd quiſquis ſe his rebus inquinaverit, nullo quamlibet longo labore, verum bonum unquam reperiet.

Non unus eſt juſti & impii finis. *Eccle. Cap.* IX. 1. *& ſeqq.*

XVI. Tum enim homines omnes iiſdem rebus dignos habitos eſſe putabam. Ac ſi quis ſapiens juſtitiæ curam geſſiſſet, atque ab injuſtitia receſſiſſet, animique dexteritate & facilitate omnium odium fugiſſet, (quod quidem Deo gratum eſt,) hic mihi inanem laborem ſuſcipere videbatur. Denique unum eundemque finem eſſe arbitrabar, juſti & injuſti, boni & mali, puri & impuri, Deo ſupplicantis, minimeque ſupplicantis. Nam cùm injuſtus & probus, pejerator, & jusjurandum omne fugiens, ad eundem finem ſpe atque opinione meâ contenderent, ſubibat animum ſiniſtra

γράψαθαί πως τὸν καιρὸν τῆς τελευτῆς· ἀλλ' ὥσπερ ἐν πολέμῳ μέσῳ ληφθέντα, ἄφυκτα πανταχόθεν ἐστὶν ὁρᾶν, ἀσέβεια δὲ πᾶσα ἀνθρώπῳ συνεξόλλυται. καὶ ἐκπέπληγμαι δὲ, ὁπότ' ἂν ἀπίδῳ, οἷα καὶ ὅσα εἰς βλάβην τῶν πέλας ἄνθρωποι ἐπιτετηδεύκασιν. ἐπίσταμαι δὲ © προαναρπαζομένους ἐντεῦθε τοὺς ἀσεβεῖς, μὴ γινομένους ἐκποδῶν, ἀνθ' ὧν ἑαυτοὺς ματαιότητι δεδώκεσαν.

ιε. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐφ' ἁπάντων μετέρχεται ἡ τοῦ Θεοῦ προνοια, ὀξέως δι' τὴν πολλὴν ἀνεξικακίαν, οὐδὲ παραυτίκα τιμωρεῖται ἐπὶ ταῖς πλημμελείαις, τούτου χάριν οἴεται δεῖν ὁ πονηρὸς ἀνὴρ ἁμαρτάνειν ἐπὶ πλεῖον, ὡς ἀθῶος ἀπαλλάξων· οὐ συνιεὶς, ὅτι © μετὰ πάμπολυν χρόνον ἀδικήσας οὐ λήσεται. ἀγαθόν γε μὴν μέγιστον, εὐλαβεῖσθαι Θεὸν, οὗ περ ἀσεβῆς ἐκπεσὼν, οὐ πολὺν χρόνον τῇ ἑαυτοῦ μωρίᾳ καταχρήσεται. χειρίστη δὲ καὶ ἐψευσμένη δόξα ἀνθρώπους ἐπινέμεται πολλάκις, περί τε δικαίων καὶ ἀδίκων· ὑπολαμβάνουσι γὰρ περὶ ἑκατέρων τἀναντία. καὶ δίκαιός γε τὶς ὢν, οὐ τοιοῦτος ἔδοξε· καὶ πάλιν ἀσεβὴς, ἄμφρων ἐνομίσθη. ταύτην ἔγωγε τὴν πλάνην, χαλεπὴν ἐν τοῖς μάλιστα τίθεμαι. ἔδοξα δέ ποτε τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, βρῶσιν εἶναι καὶ πόσιν· κἀκεῖνον θεοφιλέστατον, ὃς ἂν τούτων ἀπολαύῃ παρὰ [a] τὸν βίον, ὡς οἷόν τε καὶ μάλιστα, καὶ παραμυθίαν τῆς ζωῆς, τὴν τοιαύτην εὐθυμίαν μόνην ἡγησάμην. καὶ τοίνυν προσεῖχον οὐδενὶ ἑτέρῳ, ἢ τῇ οἰήσει ταύτῃ, ὡς μήτε νύκτωρ, μήτε μεθημέραν ἁπάντων, ὅσα πρὸς τρυφὴν ἀνθρώποις εὕρηται ἐμαυτὸν [b] ἀπάγειν. ἔγνων τε τοσοῦτον, ὅτι ἐν ἐκείνοις τὶς ἐμφύρων, οὐδαμῶς δυνήσεται, οὐδὲ πολλὰ μοχθήσας εὑρεῖν τὸ ὄντως ἀγαθόν.

ις. Ὡμην γὰρ ἅπαντας τότε τῶν αὐτῶν ἀνθρώπους ἠξιῶσθαι, καὶ εἴτέ τις σοφὸς, δικαιοσύνης μὲν ἐπεμελήθη, ἀδικίαν δὲ ἐξετράπη, καὶ ἔχθραν ἔφυγε, πρὸς ἅπαντας δεξιὸς ὢν, ὅπερ ἐστὶν ἀρεστὸν Θεῷ, οὗτος ματαιοπονεῖν ἐφαίνετο. τέλος δὲ ἦν ἐδόκει δικαίου τε καὶ ἀσεβοῦς, ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ, καθαροῦ τε καὶ ἀκαθάρτου, καὶ Θεὸν ἱλασκομένου, καὶ μή. ὅτε γὰρ ἄδικος καὶ ὁ ἀγαθὸς, ὅτε ἐπίορκος καὶ ὁ τέλεον ὅρκον ἐκτρεπόμενος, εἰς ταυτὸ τέλος

(a) Τὸν βίον. Plures Regg. & Colb. τὸν αὐτῷ βίον.

(b) Ἀπάγειν. Sic Reg. hu. & Coisl. 3. InE d. ἐπάγειν.

ἐλαύνειν ἠλπίζετο, κατάγνωσίς τέ τις
b a [a]ὕπεισι [b]τοῦ εἰς ὅμοια τελευτᾶν ἅπαντας.
γινώσκω δὲ νῦν, ὡς ἀφρόνων ταῦτα ἐνθυμήματα, καὶ πλάναι, καὶ ἐξαπάται. καὶ
πολλὰ λέγουσιν, ὡς ὁ ἀποθανὼν οἴχεται
τέλεον· καὶ προτιμητέον τὸν ζῶντα τοῦ
τεθνηκότος, κἂν ἐν σκότῳ κείμενος ᾖ, κἂν
κυνὸς τρόπον, τὸν βίον διαπορεύηται, παρὰ
τὸν λέοντα τὸν τεθνηκότα. οἱ μὲν γὰρ
ζῶντες τοῦτο γοῦν ἐπίστανται, ὅτι τεθνή-
ξονται· οἱ δὲ νεκροὶ, οὐδ' ὁτιοῦν γινώσ- B
κουσιν. ἀμοιβαὶ δὲ οὐδενὸς πρόκεινται μετὰ
c τὸ [c]ἀποπληρῶσαι τὸ χρεών. ἥ τε ἔχθρα
καὶ ἡ φιλία, ἥ πρὸς τοὺς τεθνηκότας, τέλος
ἔχει. ἐκείνων γὰρ, εἴτε ζῆλος, ἐξέλιπεν·
εἴτε βίος, ἠφάνισται. μέτεσθι δὲ οὐδενὸς τῷ
ἅπαξ ἐντεῦθεν ἀπελθόντι.

ιζ. Ταῦτα ἡ πλάνη ἐπᾴδουσα ἔτι, καὶ
τοιαῦτα συμβουλεύει· τί πράττεις, ὦ οὗτος,
καὶ οὐ τρυφᾷς, οὐδὲ ἐμφορῇ μὲν ἐδεσμάτων
d παντοίων, οἴνου δὲ [d]παρεμπίπλασαι; οὐκ C
αἰσθάνῃ, ὡς σὺ Θεῷ ταυτὶ δέδοται πρὸς ἀπό-
λαυσιν ἀνεπικώλυτον; περιβαλοῦ ἐσθῆτα νεό-
πλυτον, καὶ μύρῳ τὴν κεφαλὴν χρισάμενος,
ὅρα τὴν γυναῖκα ταύτην, καὶ ἐκείνην δὲ, μα-
ταίως τὸν μάταιον πάρελθε βίον. ἕτερον γὰρ
οὐδὲν ὑπολείπεταί σοι παρὰ ταῦτα, οὐκ ἐν-
e θάδε, οὐδὲ μετὰ θάνατον. ἀλλὰ πράττε τὰ
προσῆκοντα. ὅτε γὰρ λογισμὸν σέ τις τούτων
εἰσπράξεται. οὔθ' ὅλως γινώσκεται ἐκτὸς ἀν-
θρώπων τὰ ὑπ' ἀνθρώπων [e]γινόμενα. ᾅδης δὲ, D
ὅ τί ποτε ἠ ἔστιν, εἰς ὃν ἀπιέναι λεγόμεθα,
σοφίας καὶ αἰσθήσεως ἀμοιρεῖ. ταῦτα μὲν οἱ
μάταιοι. ἐγὼ δὲ εὖ οἶδα, ὡς ὅτε οἱ κυφότατοι
f δοκοῦντες τὸν μέγαν δρόμον ἐκεῖνον [f]ἀνύσουσιν,
ὅτε οἱ δυνατοὶ καὶ φοβεροὶ, παρὰ ἀνθρώποις
δεδοξασμένοι, τὸν φοβερὸν πόλεμον νικήσουσιν.
ἀλλ' οὐδὲ ἐν ἐδωδῆς πλήθει φρόνησις δοκι-
μάζεται, οὐδὲ σύνεσις πλούτῳ κοινωνεῖν εἴωθεν.
οὐδὲ συγχαίρω τοῖς οἰομένοις ἅπαντας τῶν
ὁμοίων τεύξεσθαι. πάνυ δὲ ὑπνώττειν ἐοί- E
κασιν οἱ τὰ τοιαῦτα ἐνθυμούμενοι, καὶ μὴ λο-
γιζόμενοι, ὡς δίκην ἰχθύων καὶ ὀρνέων ἀνάρ-
πασοι γινόμενοι, ἐν κακοῖς κατατριβήσονται,
ἄφνω τῆς ἀξίας λαχόντες ἐπιτιμίας. ἐγὼ δὲ
σοφίαν οὕτω τι μέγα ἡγοῦμαι, ὡς καὶ πόλιν
μικρὰν ὑπ' ὀλίγων μὲν οἰκουμένην, ὑπὸ δὲ με-
g γάλου πολιορκουμένην βασιλέως χειρὶ, πολλὴν

quædam cogitatio, omnes in eadem de-
sinere. Nunc verò perspectum habeo,
stultorum esse has cogitationes, ac fraudes
& impostoras. Ac multis verbis illud occi-
nunt, eum, qui mortem obiit, omninò
interire; ac viventem mortuo præferen-
dum esse, etiamsi in tenebris jaceat, etiamsi
canino more vitæ iter traducat, supra leo-
nem mortuum. Etenim eos qui vitâ fruun-
tur, hoc saltem scire, quòd morituri sint;
eos autem, qui vitâ functi sunt, nihil
prorsùs cognoscere. Præmia porrò pœ-
nasque nullas post expletum vitæ cursum
proponi. Odium insuper & benevolentiam
erga eos, qui vitam cum morte commu-
tarunt, finem habere. Eorum enim, tum
invidiam atque æmulationem defecisse,
tum vitam obscuratam & extinctam esse.
Postremò nullius rei eum participem esse,
qui semel ex hac vita migrarit.

XVII. Hæc error accinens, hujus- Erroris verba.
modi quoque consilium porrigit: Heus tu,
quid facis, an non deliciis indulges, nec
omnis generis eduliis ingurgitaris, vinoque
te immodicè exples? An non intelligis tibi
hæc divino munere concedi, ut arbitrio
tuo ac sine impedimento fruaris? Ves-
tem recèns sordibus detersam indue, capi-
teque unguentis delibuto, hanc atque illam
mulierem cerne, vanamque vitam inaniter
transige. Nihil enim præter hæc tibi re-
liquum est, nec in hac vita, nec post mor-
tem. Facito igitur, quæ temerè & ultrò
occurrunt. Neque enim rationem horum
quisquam à te exiget; nec hominum fa-
cta nisi apud homines, ullo modo cog-
noscuntur. Orcus autem, quicunque tandem
ille est, ad quem abire dicimur, sapien-
tiæ & sensûs est expers. Atque hæc vani
homines loquuntur. Ego verò certum ha-
beo, nec eos, qui pedum levitate præs-
tare videntur, magnum illum cursum per-
acturos; nec eos, qui potentes & formida-
biles apud homines habiti fuerint, bellum
illud formidabile confecturos. Nec verò
prudentia in ciborum copia exploratur,
nec sagacitas quidquam commune habere
cum opibus consuevit. Nec iis gratulan-
dum puto, qui omnes ad eadem perventu-
ros esse arbitrantur. Gravi enim sopore op-
pressi mihi videntur, qui res hujusmodi
cogitant, nec secum reputant fore, ut,
piscium aviumque instar abrepti, in malis
versentur, ac subitò pro scelerum merito
pœnas luant. Enimverò sapientiam tanti
facio atque æstimo, ut parvam etiam ci-
vitatem à paucis habitatam, atque adeò à
magno Rege cum exercitu circumsessam,

(a) Υπεισι. Reg. hu. ἔπεισι.
(b) Τοῦ. Tres Colb. τοὺς.
(c) Αποπληρῶσαι. Reg. hu. ἀποφλῆσαι.
(d) Παρεμπίπλασαι. Reg. hu. & tres Colb. ὑπερεμπίπλασαι.
(e) Γινόμενα. Sic Reg. hu. & Coisl. 3. Deest in Ed.
(f) Ανύσουσιν. Reg. hu. Coisl. 3. &c. ἀνοίσουσιν. Sed error videtur.

magnam & frequentem exiſtimem, ſi vel pauperem unum ſapientem virum civem habeat. Hic enim tum ab hoſtium impetu, tum ab aggeribus & cuniculis civitatem ſuam incolumem tueri poſſit. Et quamvis alii pauperem illum ſapientem non agnoſcant, ego tamen ſapientiæ vires populari huic potentiæ longè antepono. Verùm hîc quidem jacet & contemnitur ſapientia, quæ cum paupertate conjuncta eſt. At poſteà audietur, altiorem vocem edens, quàm Principes & tyranni, malorum cupiditate flagrantes. Sapientia enim ferro etiam ipſo fortior eſt; ſtultitia autem unius multis periculum accerſit, etiamſi multùm contemptibilis ſit.

Sapientiæ ſimul & ſtultitiæ meminiſſe non eſt congruens. *Eccle. Cap.* x. 1, *& ſeqq.*

XVIII. Nam muſcæ in unguentum prolapſæ & ſuffocatæ, indecorum ſuavis illius liquoris aſpectum & unctionem reddunt; ſapientiæ autem & ſtultitiæ ſimul meminiſſe nihil convenit. Sapiens quippè ad res dextras & honeſtas ſibiipſi dux eſt; ſtultus autem ad lævas propendet, nec unquam ad res præclaras duce ſtultitiâ utetur. Quin ipſius quoque cogitationes vanæ ſunt, ſtultitiâ oppletæ. Quod ſi te, ô amice, ſpiritus hoſtis aliquandò adortus fuerit, forti animo reſiſte, ſciens Deum vel ingentem peccatorum multitudinem benignitate ſuâ condonare poſſe. Tyranni autem, patriſque omnis improbitatis, hæc opera fuerint, ſtultum quidem in ſublime attolli, prudentiæ autem opibus affluentem deprimi: & peccatorum quidem ſervos equis vectos, ſacro-ſanctos verò homines, pedibus iter inhoneſtè facientes, conſpici, improbis exultantibus. Quòd ſi quis alteri inſidias moliatur, imprudens ſibiipſi primo & ſoli inſidias ſtruit. Qui autem alterius ſecuritatem evertit, in ſerpentis morſum incidet. Quin etiam is, qui lapides extrahit, laborem haud parvum ſufferet; & qui ligna conſcindit, ſuiſmet inſtrumentis periclitabitur. Quòd ſi fortè ſecuris è manubrio exilierit, perturbabitur qui huic operi incumbit, haudquaquàm in bonum comportans, ſuaſque injuſtas & brevi perituras vires ipſe adaugens.

Vir probus & ſibi & proximo bona operatur; contrà ſtultus & improbus.

XIX. Eſt verò furtivus & clandeſtinus ſerpentis morſus: incantatores, (vani enim ſunt,) nihil ſolatii afferent. Verùm vir bonus, tum ſibi, tum proximis bona operatur: contrà ſtultus, per ineptam ſuam loquacitatem, in perniciem

A ἢ μεγάλην ἡγῆμαι, εἰ καὶ [a] ἕνα σοφὸν ἄνδρα πολίτην ἔχοι πένητα. δύναιτο γὰρ ἂν ἔτος ἢ ἐκ τῶν πολεμίων, ἢ ἐκ τῶν χαρακωμάτων τὴν ἑαυτῆ διασῶσαι πόλιν. καὶ ἄλλοι μὲν τὸν σοφὸν ἐκεῖνον οὐ γινώσκουσι πένητα. ἐγὼ δὲ καὶ πάνυ προκρίνω τὴν ἐν σοφίᾳ ἰσχὺν ταύτης τῆς δημώδους δυνάμεως. ἀλλ' ἐνθάδε μὲν ἀτιμάζεται σοφία πενίᾳ συνοικοῦσα· ἀκουσθήσεται δὲ μετέπειτα ὑπερφωνοῦσα δυνάσλας καὶ τυράννους κακῶν ὀρεγομένους. σοφία

B γὰρ καὶ σιδήρου δυνατωτέρα· ἀφροσύνη τε ἑνὸς πολλοῖς κίνδυνον ἐργάζεται, κἂν πολὺ εὐκαταφρόνητος ᾖ.

ιη. Καὶ γὰρ μυῖαι ἐμπεσοῦσαι μύρῳ ⓒ ἐναποπνιγεῖσαι, ἀσχήμονα τῆ ἡδέος ἐκείνου χρίσματος, τήν τε ὄψιν, καὶ τὴν [b] χρίσιν ἐρ- b γάζονται· σοφίας δ' [c] οὐδὲν καὶ ἀφροσύνης ἐοικὸς ἐν c ταυτῷ μεμνῆσθαι προσῆκον. ὁ μέν γε σοφὸς ἑαυτὸν ἐπὶ δεξιὰ τῶν πραγμάτων ὁδηγεῖ· ἄφρων δὲ εἰς [d] ἀριστερὰ ἀπονένευκεν, ὅθ' ἕστιν d

C ὅτε καλῶν ὁδηγῷ πραγμάτων ἀφροσύνη χρήσεται. μάταια δὲ αὐτῆ καὶ τὰ ἐνθυμήματα, ἀφροσύνης ἀναπεπλησμένα. εἰ δὲ καὶ πνεῦμά σοι ποτὲ, ὦ φίλος, πολέμιον προσπέσοι, ἔνστηθι ἐῤῥωμένως, γινώσκων, ὡς καὶ πολλῶν ἁμαρτημάτων πλῆθος, Θεὸς ἱλάσασθαι δύναται. τυράννου δὲ ἔργα ταῦτα, ἢ πατρὸς πάσης πονηρίας, τὸν μὲν ἄφρονα εἰς ὕψος αἴρεσθαι, τὸν πλέσιον δὲ φρονήσει ταπεινοῦσθαι· καὶ δόλος μὲν ἁμαρτιῶν [e] ἐπὶ ἵππων φερομένους, e

D ἄνδρας δὲ ἱερεῖς βαδίζοντας ἀτίμως ὁρᾶσθαι, τῶν πονηρῶν γαυρουμένων. εἰ δέ τις ἑτέρῳ ἐπιβουλεύει, λέληθεν [f] αὐτὸν ὡς ἑαυτῷ πρώτῳ f καὶ μόνῳ ἔνεδρον ἐργάζεται. ὁ δὲ καθαιρῶν ἄλλοι ἀσφάλειαν, περιπεσεῖται ὄφεως δήγματι. [g] ἀλλὰ καὶ ὁ λίθος ἐξαιρούμενος, ὑποί- g σει πόνον οὐ μικρόν· ἀλλὰ καὶ σχίζων ξύλα, ἐν αὐτῷ πῃ οἰκείῳ ὄπλῳ τὸν κίνδυνον οἴσει. ἐὰν δὲ συμβῇ τῆ σκελεῆ τὸν πέλεκυν ἐκπηδῆσαι, θορυβηθήσεται ὁ ταῦτα ἐργαζόμενος,

E οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ συγκομίζων, ἢ ἐπαύξων αὐτὸς τὴν ἑαυτῆ ἄδικον καὶ ὠμόμορον δύναμιν.

ιθ. Ὄφεως δὲ δῆγμα λαθραῖον· ἐδὲν παραμυθήσονται οἱ ἐπᾴδοντες· μάταιοι γάρ εἰσιν. ἀλλ' ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται αὐτῷ τε καὶ τοῖς πλησίον· ὁ δὲ ἄφρων εἰς ὄλεθρον ἐμπεσεῖται διὰ τῆς αὐτῆ φλυαρίας.

(*a*) Ενα σοφόν &c. *Archimedem* intelligit.
(*b*) Χρίσιν. Reg. b. & Colb. 3. χρῆσιν.
(*c*) Οὐδὲν ... προσῆκον. Combefiſius legit: ἐδὲν .... ἀπροσῆκον. *Nihil diſſentaneum, incongruens, inconcinnum eſt. Nam ſi legatur*, inquit, οὐδὲν προσῆκον, *nihil congruens eſt, tum auctori adverſatur, tum Sacro textui, in quo ſic mixtæ ſtultorum ac impiorum voces ſacris ipſis, & ex mente auctoris ac Spiritûs ſancti arte ſacrâ, ut contraria juxta ſe poſita magis eluceſcant.*
(*d*) Αριστερά. Reg. hu. ἀριστεράν.
(*e*) Επὶ ἵππων. Sic Reg. hu. tres Colb. &c. In Ed. ἐπὶ ἵππον.
(*f*) Αὐτόν. Reg. hu. ἑαυτόν.
(*g*) Αλλὰ καί. Sic Reg. hu. &c. In Ed. ἀλλὰ μή.

καὶ

καὶ ἅπαξ ἀνοίξας τὸ στόμα, ἄρχεται ἀφρόνως, καὶ παύεται ταχέως, διὰ παντὸς ἐνδεικνύμενος τὴν ἑαυτῆ ἄνοιαν. ἀνθρώπῳ δὲ ἀδύνατόν τι γνῶναι, ἢ παρὰ ἀνθρώπου μαθεῖν τὰ ἀπ' ἀρχῆς, ἢ τὰ ἐσόμενα. τίς γὰρ ἔσται ὁ μηνύσων; ἄνθρωπος δὲ, ὃς οὐκ οἶδεν εἰς τὴν ἀγαθὴν πορευθῆναι πόλιν, κάκωσιν ὑπομένει τοῖς τε ὀφθαλμοῖς, καὶ τῷ παντὶ προσώπῳ. πόλει δὲ ἐκείνῃ κακὰ προλέγω, ἧς ὅ τε βασιλεὺς νέος, ἢ οἱ ἄρχοντες γαστρίμαργοι. μακαρίζω δὲ γῆν τὴν ἀγαθὴν, ἧς βασιλεύει ὁ τῆ ἐλευθέρᾳ υἱός· ἔνθα εὐκαίρως ἀπολαύσουσιν ἀγαθῶν οἱ ἐκεῖσε ἄρχειν ἠξιωμένοι. ὀκνηρὸς δὲ καὶ ἀργὸς οἶκον [a] ἐλατ[ε]ῖσι, χλευασθαὶ γενόμενοι, καὶ εἰς τὴν ἑαυτῶν λαιμαργίαν τοῖς πᾶσι καταχρώμενοι, ἀργυρίῳ ἀγώγιμοι, ἕνεκα ὀλίγου τιμήματος, πάντα αἰσχρῶς καὶ ταπεινῶς πράσσειν ὑπομένοντες. βασιλεῖ δὲ, καὶ ἄρχουσιν, ἢ δυνάσταις ὑπακούειν προσήκει, καὶ οὐκ ἀνεχθάνεσθαι, οὐδ' ὅλως λυπηρόν τι εἰς αὐτοὺς ῥῆμα ἀποῤῥίπτειν. δέος γὰρ, μὴ τὸ καὶ καταμόνας εἰρημένον εἰς φανερόν πως ἔλθῃ. τῷ γὰρ μόνῳ, ἢ πλουσίῳ, καὶ μεγάλῳ βασιλεῖ ἄγγελοι ὀξεῖς καὶ ὑποπτεροι ἅπαντα διακομίζουσι, πνευματικὴν ὁμοῦ καὶ λογικὴν τελοῦντες ὑπηρεσίαν.

ruet. Cùm semel os aperuerit, stultè orditur, & statim dicendi finem facit, stoliditatem suam perpetuò ostendens. Fieri autem minimè potest, ut homo ea, quæ à principio fuerunt, aut posteà futura sunt, cognoscat, & ab homine discat. Quis enim erit, qui indicet? Homo autem, qui in bonam civitatem proficiscì nescit, & oculis & toto vultu afflictatur. Huic autem civitati mala prænuntio, cujus & Rex adolescens, & Principes ventri dediti. Contrà, bonam illam terram beatam prædico, cujus ingenuus vir regnum tenet; ibi tempestivè bonis fruuntur, qui illic Præfecturi & dignitatibus ornati sunt. At piger & ignavus domum minuunt, derisores & scurræ facti, atque ad ingluviem suam rebus omnibus abutentes, argento ductiles, exigui pretii causâ, turpiter & abjectè quidvis facere sustinentes. Regi autem & Præfectis aut proceribus obedientem esse convenit, ac non ipsis in offensam venire, nec molestum ullum verbum in eos projicere. Periculum enim est, ne id etiam quod occultè ac remotis arbitris dictum fuerit, in lucem fortè veniat. Etenim soli, & diviti, & magno Regi nuncii celeres & pennati omnia perferunt, spirituali simul & rationali ministerio fungentes.

κ. Κοινωνεῖν γε μὴν ἄρτου καὶ τῶν ἀναγκαίων, ἃ πρὸς τὸν βίον ἀνθρώποις, δίκαιον. εἰ γὰρ καὶ παραυτίκα τισὶ δόξεις ἀπολλύναι, ὥσπερ ὕδατι τὸν ἄρτον παραδιδοὺς, ἀλλ' ἓν προϊόντος τοῦ χρόνου, οὐκ ἀνόνητός [b] σοι φανεῖται ἡ φιλανθρωπία. δίδου δὲ ἀφειδῶς, καὶ μέριζε τὰ σαυτοῦ πολείοσιν. οὐ γὰρ ἐπίστασαι τί ποτε ἡ ἐπιοῦσα ἐποίησεν ἡμέρα. κατέχουσι δὲ οὐδὲ νεφέλαι τὸν ἑαυτῶν πολὺν ὑετὸν, ἀλλὰ τὸν ὄμβρον ἐπὶ γῆν ἀφιᾶσι· καὶ οὐδὲ δένδρον εἰς ἀεὶ ἕστηκεν, ἀλλὰ, κἂν ἄνδρες αὐτοῦ φείσωνται, ἀνέμῳ γοῦν ἀνατραπήσεται. πολλοὶ δὲ βούλονται καὶ τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐσόμενα προγινώσκειν, καί τις εἰς τε νεφέλας ἀφορῶν, καὶ περιμένων ἄνεμον, ἀμήτου ἢ λικμήτου ἀπέσχετο, ἐπὶ μηδενὶ πεποισμένος, μηδὲ γινώσκων τι τῶν ἐκ Θεοῦ ἐσομένων· ὥσπερ οὐδὲ οἶον ἡ κυοφορῦσα τέξεται. σπειρὰς δὲ ἐν καίρῳ, συγκόμιζε τοὺς καρποὺς, ὁπότ' ἂν τούτου καιρὸς ἐνστῇ. ἄδηλον γὰρ, ὁποῖα αὐτῶν ἔσται ἀμείνω τῶν φυέντων. γένοιτο δὲ ἅπαντα εἰς ἀγαθόν. λογιζόμενος δέ τις, ὡς καλὸς μὲν ὁ ἥλιος, ἡδὺς δὲ οὗτος ὁ βίος, ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ

XX. Justum est autem egenti panem, & ea, quæ ad vitam tuendam necessaria sunt, impertiri. Quamvis enim id statim perdidisse quibusdam videaris, quemadmodùm si panem in aquam conjecisses, tamen temporis progressu, beneficentiam tibi haudquaquàm infrugiferam fuisse comperies. Munificè autem largire, ac pluribus tua divide. Non enim tibi notum est, quid tandem postera dies efficiet. Nam, nec nubes copiosam suam pluviam retinent, sed imbrem in terra fundunt; nec arbor perpetuò stat, verùm, etsi homines ei parcant, à vento certè convelletur. Jam multi, quæ à cœlo eventura sint, præscire gestiunt, nec deest, qui in nubes intuens ventumque expectans, à messe aut ventilatione abstinuerit, rei videlicet vanissimæ fidem adjungens, nec eorum, quæ divinitùs futura sunt, quidquam cognoscens; quemadmodùm nec quid mulier prægnans paritura sit. Cùm autem sementem tempestivè feceris, fructus collige, atque comporta, cùm hujus rei tempus advenerit. Incertum est enim, quænam ex his quæ consita sunt, meliora futura sint. Utinam autem omnia benè succedant. At enimverò cùm quispiam animo reputat, quòd & sol pulcher, & suavis hæc vita, &

Eleemosina. *Eccle. Cap.* XL. *&seqq.*

(a) Ελατῶσι. Reg. hu. & tres Colb. ἐλατῶσαι.

(b) Σοι. Reg. hu. σε.

bonum longa tempora in perpetuis voluptatibus explere, & res horrenda mors, malumque ſempiternum, atque in nihilum ducens, faciendum ſibi cenſet, ut præſentibus vitæ commodis, ſpeciemque jucunditatis habentibus, perfruatur. Atque etiam juvenes admonet, ut ætatis flore abutantur, animas ſuas ad omne voluptatis genus remittentes, atque ut cupiditatibus ſuis obſequantur, & quæ ipſis viſa fuerint, faciant, & quæ oblectationem afferunt, ſpectent, & quæ aliter ſe habent, averſentur. Ad quem hoc tantùm dixerim: parùmſa næ mentis es, ô homo, qui Dei horum omnium vindicis judicium non expectas. Sed & flagitioſa eſt comeſſatio, & libido, & impura corporum noſtrorum contumelia peſtilens. Juventutis enim aſſecla eſt ſtultitia: ſtultitia autem ad exitium ducit.

Dies Domini formidoloſus.

Eccle. Cap. XII. 1. *& ſeqq.*

XXI. Operæ autem pretium eſt, dum juvenili adhuc ætate flores, Dei timore affici, priuſquàm malis teipſum tradas; priuſquàm veniat dies Domini magnus & horrendus, cùm jam nec ſol, nec luna, nec reliqua ſydera ſplendebunt; verùm ſupernæ Virtutes in illa rerum omnium tempeſtate atque tumultu movebuntur, hoc eſt, Angeli orbis cuſtodes, ut & viri præpotentes conquieſcant, & mulieres operandi finem faciant, in obſcuras & caliginoſas ædium partes fugientes, januis omnibus clauſis; ac mulier quædam molæ operam dare ob metum deſinens, perexili voce, inſtar tenuiſſimæ aviculæ, utetur; atque omnes impuræ mulieres in terram corruent, & urbes, & earum Magiſtratus immanes & ſanguinarii, ſupernum ſupplicium expectantes, ingruente acerbiſſimo & cruento tempore, quaſi florente amygdala, continuiſque pœnis incumbentibus, velut numeroſo quodam volantium locuſtarum agmine, ac de medio ejectis & ſublatis flagitioſis hominibus, haud ſecùs ac nigrâ quâdam & deſpicabili capparide. At vir quidem probus in domum ſuam ſempiternam lætus proficiſcetur; improbi autem ſua omnia planctibus implebunt, nec jam argentum reconditum, nec probatum aurum utilitatis quidquam habiturum eſt. Magna enim plaga omnia occupabit, ad hydriam etiam uſque ad fontem aliquem ſtantem, & rotam vehiculi, quam in ciſternæ concavitate relictam eſſe contigerit, hoc nimirùm ablutionem ferente ſæculo, tum converſionis atque jactationis, tum ejus vitæ, quæ per aquam comparatur, tempus prætergreſſo.

A πολυχρόνιον γενέσθαι δμαπαντὸς εὐφραινόμενον, καὶ ὡς φοβερὸν ὁ θάνατος, καὶ ἀΐδιον κακὸν, καὶ εἰς τὸ μηδὲν ἄγων, οἴεται χρῆναι, πάντων μὲν ἀπολαύειν τῶν παρόντων, καὶ δοκούντων ἡδέων. συμβουλεύει δὲ καὶ τοῖς νέοις, τῇ ἑαυτῶν ὥρᾳ [a] καταχρῆσθαι; a ἀνέντας τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς εἰς πᾶσαν ἡδονὴν, καὶ χαρίζεσθαι μὲν ἐπιθυμίαις, πράττειν δὲ τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα, μὴ βλέπειν τὰ τέρποντα, καὶ ἀποσπρέφεσθαι τὰ μὴ
B οὕτως ἔχοντα. πρὸς ὃν τοσοῦτον λέξω· ὅτι ἀνοηταίνεις, ὦ οὗτος, μὴ προσδοκῶν τὴν ἐφ' ἅπασι τούτοις ἐκ Θεοῦ κρίσιν ἐσομένην. πονηρὸν δὲ ἀσωτία καὶ ἀσέλγεια, καὶ ῥυπαρὰ σωμάτων ἡμετέρων ὕβρις ὀλέθριος. νεότητι μὲν γὰρ ἄνοια παρέπεται· ἄνοια δὲ ἄγει εἰς ὄλεθρον.

κα. Χρὴ δὲ ἔτι νέον ὄντα φοβεῖσθαι Θεὸν, πρὶν ἢ ἑαυτὸν παραδοῦναι κακοῖς, πρὶν ἐλθεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ μεγάλην ἡμέραν
C καὶ φοβερὰν, ὁπότε ἥλιος μὲν οὐκέτι λάμψει, οὐδὲ σελήνη, οὐδὲ οἱ λοιποὶ ἀστέρες· κινηθήσονται δὲ αἱ [b] ὑπέρτεροι b δυνάμεις, ἐν ἐκείνῳ τῷ τῶν ὅλων χειμῶνι καὶ ταράχῳ, οἱ κοσμοφύλακες Ἄγγελοι, ὡς παύσασθαι μὲν ἄνδρας δυνάστας, παύσασθαι δὲ καὶ γυναῖκας ἐργαζομένας, φευγούσας εἰς τὰ σκοτεινὰ τῶν οἰκημάτων, κεκλεισμένων ἁπασῶν τῶν θυρῶν· καί τις γυνὴ τοῦ ἀληθεῖν ἀποσχομένη διὰ τὸ δέος, ἰσχνοτάτῃ φωνῇ χρήσεται, ὥσπερ λεπτότατον
D ὄρνεον· ἅπασαι δὲ ἄναγνοι γυναῖκες εἰς γῆν πεσοῦνται, καὶ πόλεις, καὶ αἱ τούτων χῶραι αἱ μιαιφόνοι, περιμένουσαι τὴν ἄνωθεν κόλασιν, ἐνστάντος καιροῦ πικροτάτου καὶ αἱματώδους, ὥσπερ ἀνθοῦντος ἀμυγδάλου, καὶ συνεχῶν ἐπικειμένων κολάσεων, ὥσπερ πλήθους [c] ἐφιππαμένων ἀκρίδων, καὶ ἐκπεσόντων ῥιπτουμένων τῶν παρανόμων, ὥσπερ μελαίνης καὶ εὐκαταφρονήτου κατακάρεως.
E καὶ ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ εἰς αἰώνιον οἶκον τὸν ἑαυτοῦ χαίρων πορεύσεται· οἱ δέ γε φαῦλοι πάντα τὰ αὐτῶν ἐμπλήσουσι κοπρίου μενοι, καὶ οὔτε ἀργύριον ἀποτεθησαυρισμένον, οὔτε χρυσίον δόκιμον ἐπωφελὲς ἔτι. μεγάλη γὰρ ἅπαντα καθέξει πλημμὴ, καὶ μέχρις ὑδρίας ἑστώσης πρός τινι κρήνῃ, καὶ τροχοῦ ὀχήματος, ὃν ἂν τύχῃ καταλελεῖφθαι ἐν τῷ κοιλώματι, [d] παυσαμένης χρόνων τε περι-

δρομῆς, καὶ τῆς δι' ὕδατος ζωῆς, παροδεύσαντος τοῦ λουτροφόρου αἰῶνος.

(a) Κάταχρῆσθαι. Reg. hu. *κατακιχρῆσθαι.*
(b) Υπέρτεροι. Reg. hu. *ὑπέρτεραι.*
(c) Εφιππαμένων. Reg. hu. *ἀφιππαμένων.*
(d) Παυσαμένης χρόνων τε &c. Sic Reg. hu. Coisl. 3. &c. Pravè in Ed. *παυσαμένης χρόνου τε.*

κϐ. Ανθρώπων δὲ ἐπὶ γῆς κειμένων μία A Ζωτηρία, εἰ ἐπιγνοῖεν αὐτῶν αἱ ψυχαὶ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀιαπλαῖεν, ὑφ' οὗ καὶ γεγέννηται. λέγω τοίνυν αὖθις, ἃ καὶ πρότερον εἴρηκα, πάνυ ματαίως ἀνθρώπους διακεῖσθαι, καὶ μήτε ὑπερβολὴν ὅλως ἐνδέχεσθαι τῶν ἐπινοουμένων πραγμάτων τὴν ματαιότητα. περιττὸς δέ μοι ὁ κάματος ἐκκλησιάζοντι σοφῶς, ὅτι διδάσκειν ἐπιχειρῶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀδιδάκτως καὶ ἀνιάτως ἔχοντα. δεῖ δὲ ἀνδρὸς γενναίου, πρὸς τὸ συνιέναι B λόγους σοφίας δυνηθῆναι. ἐγὼ δὲ ἤδη πρεσβύτης ὢν, καὶ μακρὸν βίου διελθὼν χρόνον, a [a]ἔκαμνον εἰς τὸ ἀνευρεῖν τῷ Θεῷ ἀρεστὰ δι' ἃ τῶν τῆς ἀληθείας μυστηρίων. ἐπίσταμαί τε ὡς ἐπεγείρει ψυχὰς, καὶ νύττει οὐχ ἧττον τὰ τῶν σοφῶν παραγγέλματα, ἢ διατίθεται σώματα βουκέντρῳ, ἢ ἥλῳ ἐμπερονηθέντα. δώσουσι δέ τινες τὰ σοφὰ ἐκεῖνα διδάγματα, παρ' ἑνὸς ἀγαθοῦ λαβόντες ποιμένος καὶ διδασκάλου, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς C στόματος ἅπαντες αὐτοῖς συμφώνως δαψιλέστερον τὰ πιστευθέντα διηγούμενοι. λόγων δὲ πολλῶν οὐδὲν ὄφελος, οὐδέ σοι συμβου- b [b]λεύω, ὦ φίλος, ἀνόνητα καταγράφειν τὰ παρὰ τὸ προσῆκον, ἐν οἷς τοῦ κάμνειν εἰκῆ ἐστιν οὐδὲν πλέον. ἀλλά μοι λοιπὸν ἐπιλόγου δεήσει τοιοῦ δέ τινος· ὅτι, ὦ ἄνθρωποι, ἰδοὺ διαῤῥήδην ὑμῖν & συντόμως προαγορεύω, φοβεῖσθαι μὲν Θεὸν τῶν πάντων δεσπότην τε ὁμοῦ καὶ ἐπόπτην, τηρεῖν δὲ αὐτοῦ καὶ D τὰ παραγγέλματα, πείθεσθαι δὲ, πάντα τινὰ μετέπειτα καὶ κριθήσεσθαι, καὶ κατ' ἀξίαν ἀπολήψεσθαι ἕκαστον τῶν αὐτοῦ ἔργων τὴν ἀμοιβὴν ἀγαθῶν τε ὁμοῦ καὶ φαύλων.

XXII. Hominibus porrò in terra jacentibus hæc una ſalutis ratio eſt, ut eorum animæ eum agnoſcant, atque ad eum convolent, à quo creatæ ſunt. Itaque, ut ea, quæ priùs dixi, repetam, admodùm vanè mortales affecti ſunt, tantaque eſt rerum, quæ ab illis excogitantur, vanitas, ut ad illius magnitudinem accedere nihil omninò poſſit. Ac mihi quoque inanis ac ſupervacaneus labor ſuſcipitur, ſapienter & eruditè concionanti, quippè qui populum hunc docere aggrediar, ita miſerè perditèque affectum, ut nec doctrinam nec curationem admittat. Opus eſt autem viro forti & generoſo, ad hoc ut ſapientiæ ſermones intellectu aſſequi queat. Ego verò jam grandis natu, longumque vitæ ſpatium emenſus, in iis, quæ Deo grata & accepta ſunt, per veritatis myſteria exquirendis, animum defatigavi. Illud autem exploratum habeo, animos non minùs exſtimulari ſapientum præceptis, quàm ſolent corpora ſtimulo, aut clavo confixa & perforata. Nonnulli autem ſapientiſſima illa documenta à bono uno paſtore & magiſtro accepta, quaſi ex uno ore omnes atque inter ſe concordes dabunt, creditam ſibi doctrinam copioſiùs exponentes. Cæterùm multorum verborum nullus eſt fructus, nec tibi, vir amice, auctor fuero, ut ea, quæ minùs convenit, inutili operâ conſcribas, ex quibus præter inanem laborem nihil commodi capiatur. Reliquum jam eſt ut hujuſmodi quodam epilogo utar: O homines! en vobis apertè breviterque denuncio, ut Deum omnium Dominum & inſpectorem timeatis, ejuſque præcepta ſervetis, vobiſque perſuadeatis, omnia poſteà judicium ſubitura, atque unumquemque operum ſuorum, tam bonorum quàm malorum, mercedem pro dignitate acceptu-

Quæ hominibus ſalutis ratio.

rum.

(a) Εκαμνον. Reg. hu. & tres Colb. ἔκαμον.

(b) Τὰ παρά. Sic Reg. hu. &c. In Ed. τὸ περί.

MONITUM

IN PRIMUM DE FIDE ORTHODOXA TRACTATUM.

Variæ de istius Tractatûs auctore eruditorum opiniones.

I. *De istius Tractatûs auctore variæ fuerunt eruditorum sententiæ. Alii quidem latino, alii autem græco idiomate primitùs conscriptum asseruere. Hinc, prout diversa erat illorum opinio, alii ad Latinum, alii ad Græcum Scriptorem opusculum istud retulerunt. Qui pro Græco Scriptore stabant, causam suam tuebantur hoc præcipuè Augustini contextu, in quo S. Doctor de modo, quo Deus olim Patriarchis apparuerit, loquens, ait:* Gregorius etiam Sanctus, Episcopus Orientalis, apertissimè dicit, Deum naturâ invisibilem, quandò Patribus visus est, sicut Moysi, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicujus conspicabilis materiæ dispositione assumptâ, salvâ suâ invisibilitate, videri potuisse. *Undè, re in utramque partem nondùm satis discussâ, diù pro certo habitum est, Gregorium nostrum istius fœtûs verè Parentem esse; nec tantùm ipsis id asserere satis fuit; imò & hujus opusculi græcè, ut dictitabant, à Theologo conscripti, Ruffinum Interpretem nominarunt. Quamobrem, cùm opus istud jam primùm Argentorati prodiisset anno 1508. ac posteà Lipsiæ anno 1522. demùm inter Gregorianas Orationes vulgatum est hâc Epigraphe decoratum:* Divi Gregorii Episcopi Nazianzeni de fide, Ruffino Presbytero interprete, Tractatus.

Aug. Epist. CXLVIII. novæ Ed. n. 10.

Bill. ed. t. I. p. 722.

Tractatus iste latinè tantùm conscriptus.

II. *Verùm rectiùs sanè ii conjectarunt, qui, quamvis non diffiterentur, Gregorium nostrum* pluribus in locis *de eadem quæstione disseruisse, non indè tamen, admissâ etiam Augustini auctoritate, intulerunt, Tractatum istum Theologo adscribendum esse. Ipsis enim verisimilius visum est, Augustinum ad quædam alia Gregorii Orationum loca alludisse; cùm præsertim certissimè constaret, nusquam extitisse hujus Tractatûs græca, nec quemquam hactenùs repertum, qui ea se præ manibus habuisse gloriatus sit. De Ruffino autem Interprete, idem hîc dicendum, quod de sequenti Tractatu adnotat Usserius. Ait enim, se collectiones Manuscriptorum operum Gregorii, quæ Ruffinus latinè reddidit, manibus versasse, nec uspiam apparere istud opusculum. Undè concludit vir doctus,* non auctorem magis Gregorium, quàm Ruffinum illius interpretem censendum esse. *Nec audiendus Natalis Alexander, qui superfluâ subtilitate auguratur, primævum istius Tractatûs Scriptorem latinum fuisse; sed opus, posteà græco idiomate donatum, latinum tandem interpretem habuisse Ruffinum. Inconcussum igitur videri debet, Tractatum istum, non græcè, sed latinè tantùm conscriptum, in lucem prodiisse. Quod quidem aliis etiam nonnullius momenti argumentis probari potest. Nam primùm in hoc opusculo Scriptura sacra veteri lectione, quam* Italicam *vocant, citatur. Tum, de* Ratione *agens auctor, sic ait:* Ratio, quæ apud Græcos λόγος nuncupatur. *Et alibi de* Consubstantialitate *loquens:* Hoc est, *inquit*, quod Græci ὁμοούσιον appellant. *Undè Quenellius:* Viden, *inquit*, ut latinè primùm scriptus libellus?

Or. XXVIII. n. 17. † Or. XXXII. n. 16.

Usser. ad calcem opusc. de Symb.

Natal. Alex. Hist. Eccl. Sæc. IV. art. 22. n. 2.

Tract. n. 11. & n. 13.

Quenel. Lyr. Differt. XIV. p. 720.

Quis hujus Tractatûs auctor.

III. *Posthabitâ igitur, quæ pro græco Scriptore pugnabat, opinione, ad Latinum sese unanimi ferè consensu converterunt eruditi. Sed, in assignando*

assignando vero ac germano istius Tractatûs auctore, alii in alias abiere sententias. Chiffletius quidem illum suo Vigilio Tapsensi, in Affrica Episcopo, tribuere nititur. Quenellius verò, Chiffletii sententiam impugnans, plura congerit, ut Gregorio Bœtico, seu Eliberitano, in Provincia Bœtica Episcopo, adscribat. Priores Ambrosii Editores inter Mediolanenses Episcopi opera fœtum istum collocarunt. At posteriores nostri in Appendicem, velut spurium, rejecerunt. Tillemontius in eandem, ac Quenellius, sententiam inclinat, & Gregorio Eliberitano attribuit. Persensit tamen vir eruditus, stylum nonnihil Phœbadii Aginnensis Episcopi dicendi rationem sapere. Hâc Tillemontii conjecturâ, nostri historiæ Galliæ litterariæ conscriptores, ad quæstionem istam maturiùs expendendam impulsi, litem demùm componere videntur. Multiplici enim argumento, tum ex collatione istius opusculi cum altero Phœbadii Tractatu, tum ex forma & notis, quibus, in litterariis disputationibus, vera à falsis secernuntur, deducto, Tractatum istum Phœbadio restituere conantur. Longioris sanè ac fastidiosæ forsan esset operæ hîc recensere, quæ ad suam confirmandam sententiam de hac quæstione scripserunt. Ad opus ipsum lectorem remittimus. Legat & judicet. Nos verò eorum rationibus adducti, Phœbadium Aginnensem Episcopum, ut verum hujus opusculi auctorem, agnoscimus.

Chiffl. Vindiciis Vigil. Quenel. diss. XIV. Nova Ambr. Ed. t. II. part. 2. p. 343. Tillem. t. IX. p. 558 & 727. Gall. litter. Hist. t. I part. 2. p. 266. & seqq.

IV. *Cæterùm de istius Tractatûs excellentia conjicere licet, ex variis eruditorum conatibus, qui ipsum ad auctores, tum pietate, tum doctrinâ conspicuos, referre tentarunt. Scriptus videtur contra Arianos, qui Filii substantiam cum Paterna eandem esse inficiabantur. Ipsi enim vocem* ὁμοούσιον, ejusdem substantiæ, *rejiciebant, ut* ὁμοιούσιον, similis substantiæ, *inducerent. Jampridem adversùs eosdem Hæreticos libellum ediderat auctor istius Tractatûs, in quo nonnulla à quibusdam, velut superflua aut ambigua, reprehensa sunt. Idcircò* eadem, *ut ipse loquitur*, planiori sermone in isto Tractatu digerit, ut sensûs sui simplicitatem ostendat, ac legentibus scrupulum amputet. *In Bibliotheca veterum Patrum editus reperitur prior ille libellus contra Arianos, quem, ut cum Hieronymo loquamur*, Phœbadius Agenni Galliarum Episcopus edidit. *Addit etiam S. Doctor, quod quidem ad rem nostram plurimùm valet :* dicuntur & ejus esse alia opuscula, quæ necdùm legi. *Quidni igitur in illorum opusculorum numero, quæ nondùm legerat Hieronymus, Tractatum istum reponamus? Tanta siquidem est istius cum altero affinitas, ut nullo modo alter ab alio divelli posse videatur. Prior libellus, juxta Galliæ litterariæ Historicos, scriptus videtur anno 357. vel saltem 358. iste verò anno 360, aut 361. Cùm autem in præcedentibus Editionibus mutilatus ac multis mendis scatens prodierit iste Tractatus, Billianum exemplar cum novissimo Ambrosii exemplari, utpotè accuratiori, contulimus, & textum, quoad fieri potuit, in integrum restitui curavimus.*

Istius Tractatûs argumentum. Tract. n. 2. Bibl. vet. Patrum t. IV. p. 300. Hieronym. Script. Eccles. p. 145.

(a) DE FIDE ORTHODOXA CONTRA ARIANOS. a

TRACTATUS PRIMUS.

Alìds Or. 49.

Vera Nicænæ Synodi circa Trinitatem confeſſio.

I. (b) FIDES conſcripta apud Nicæam à rectè credentibus Epiſcopis trecentis decem b & octo. Credimus in (c) unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium c & inviſibilium factorem, & unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium Dei, natum de Patre unicum, hoc eſt, de ſubſtantia Patris: Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verum de Deo vero, natum non factum: *unius ſubſtantiæ* cum Patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον: per quem omnia facta ſunt, ſive quæ in cœlo, ſive quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, paſſus eſt, reſurrexit tertiâ die, aſcendit ad cœlos, indè (d) venturus d judicare vivos & mortuos. Et Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt: *Erat quandò non erat, & priuſquàm naſceretur, non erat;* (e) *& mutabilem, vel convertibilem eſſe* e *Filium Dei*, hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia. Amen.

Prologus.

II. Amore Catholicæ fidei ductus, jampridem adversùs Arianos libellum edideram, quem cùm amico legendum dediſſem, quia placuit, credidit tranſcribendum. A quo hoc ego magnoperè poſtulavi, ut interim, diſſimulato auctore, doctis viris & prudentibus legeret; ut ſi quem moviſſet, quòd illic plus aut minùs poſitum videretur, poſſet plurimorum conſilio emendari. Nemo eſt enim, qui ſibi tam arroganter ſummam doctrinæ cœleſtis aſſumat, ut putet ſe omnia myſteria liquidò comprehenſa retinere, cùm Paulus Apoſtolus dicat: *Qui ergo putat ſe aliquid ſcire, necdùm ſcit, quemadmodùm oporteat ſcire.* Et, *Modò per ſpeculum in ænigmate videmus, tunc facie ad faciem.* Sin verò cunctis omnia, quæ illic ſcripta erant, juxta fidem veram conſtare viderentur, tum & ipſe petentibus non negaret. Quod eum ita feciſſe, manifeſtum eſt. Et quia res digna, tam (f) Catholicæ confeſſioni, quàm hæreticæ reſponſioni, univerſorum judicio æſti- f mata eſt, multi eum vel legere vel deſcribere voluerunt. Sed non defuit, qui, vel pro ſtudio doctrinæ, vel pro caritatis officio, ea, quæ à nobis dicta ſunt, ſcrupuloſiùs retractaret, & quædam ille, vel ſuperflua, vel ambigua diceret, quæ aliter poſſint à quibuſdam, quàm à me dicta ſunt, accipi. Proindè rursùs ea ipſa planiori ſermone in hoc libello digeſſi, ut, & ſimplicitatem ſenſûs mei oſtenderem, & ſcrupulum legentibus amputarem. Nam hoc eſt quod aiunt poſſe reprehendi, quòd, ubi Verbum Dei (g) ex perſona Filii po- g ſuimus, tale hoc verbum intelligere putemus, quale Grammatici tradunt, ſpiritu oris aërem offenſum, intelligibilem auditu. Sed nos *ſapientiam, non hujus mundi quæ deſtruitur,* ſed illam, quæ ex Deo eſt, novimus, quæ Verbum Dei Deum (h) eſſe inſinuat, h cùm dicit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Undè mirari me fateor, hoc ita ſentiri potuiſſe, quaſi nos perſonam propriam Verbi, quod eſt Filius, negaremus, (i) quem i tot locis verum Filium, de vero Patre natum, non factum ingeſſimus. Nemo verbo tenus nominat, quem verè eſſe in perſona ſua ſæpiùs profitetur. Nam quomodò, aut verum Filium, aut verum Patrem confeſſi ſumus, ſi non verè proprietatem perſonarum, tam Patris quàm Filii ſervavimus?

Nemo tam arrogans, qui putet ſe omnia myſteria liquidò comprehenſa retinere.

I. Cor. VIII. 2.

Ibid. XIII. 12.

Planiori ſermone exponenda ſunt, quæ obſcuriori dicta fuerant.

I. Cor. II. 6.

Joan. I. 1. *& ſeqq.*

Pater & Filius, etſi duo nomina, ratione tamen & ſubſtantiâ, unum ſunt.

III. Sed quia unius Dei vocabulum diximus, Perſonas negaſſe putamur; & hinc veriſimile viſum eſt, quod poſuimus. Nos Patrem & Filium ita nominamus, ut unum Deum in his perſonis & nominibus aſſignemus. Porrò iterùm Pater & Filius, etſi duo nomina appellantur, ratione tamen & ſubſtantiâ unum ſunt. Et cùm Patrem & Filium ſtatuo, unitatem aſſigno generis. Hæc omnia intelligi poſſe æſtimata ſunt, quaſi iſta

(a) *De fide Ortodoxa* &c. Sic Codd. & veteres Ed. In nonnullis: *de Filii divinitate & conſubſtantialitate.* In Bill. ed. *De Fide.*

(b) *Fides conſcripta... & octo.* Hæc & interjecta deſunt in Ambr. Ed.

(c) *Unum.* Deeſt in Ambr. Ed.

(d) *Venturus.* Ambr. addit, *eſt.*

(e) *Et mutabilem.* Ante has voces, legitur in formula Nicæna, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας. *Aut ex alia Hypoſtaſi, aut eſſentia.* Quæ quidem Librariorum potiùs oſcitantiâ, quàm Scriptoris conſilio excidiſſe arbitramur. Auctor enim videtur, hâc præſertim *Synodi* auctoritate niti, cùm *Hypoſtaſis* nomen *ſubſtantiam* perſæpè interpretetur.

(f) *Catholicæ confeſſioni* &c. Fortè ab Auctore ſcriptum: *Res digna tam Catholicæ confeſſionis, quàm Hæreticæ reſponſionis.*

(g) *Ex perſona Filii.* Quenellius differt. XIV. putat legendum: *Pro perſona Filii.*

(h) *Eſſe.* Deeſt in Ambr. Ed.

(i) *Quem tot... ingeſſimus.* Hæc & interjecta deſunt in Ambr.

vocabula inter Patrem & Filium ita posita sint, ut est Nomen & Cognomen, unius tamen personæ; cùm ex superioribus aut inferioribus dictis potuerit hæc suspicio non admitti. Qui enim Filium Dei non aliundè natum dixeram, quàm propriè de Patre, totum de toto, integrum de integro, perfectum de perfecto, consummatámque virtutem; quomodò potui ipsum Patrem, ipsum sibi Filium ponere, & hoc modo unam personam duobus nominibus appellare; quippè cùm & hanc sectam, id est, Sabellianam, in eodem libello damnaverim, & personarum distinctionem secundùm vocabulum scripserim? Nam & nemo pro una persona potest, *unum sunt*, dicere, vel unitatem generis, nisi personis assignare. Quis autem Catholicorum ignorat, Patrem verè esse Patrem, Filium verè Filium, & Spiritum sanctum verè esse Spiritum sanctum? Sicut ipse Dominus ad Apostolos suos dicit: *Euntes, baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.* Hæc est perfecta Trinitas in unitate consistens, quam scilicet unius substantiæ profitemur. Non enim nos secundùm corporum conditionem, divisionem in Deo facimus; sed secundùm divinæ naturæ potentiam, quæ in materia non est; & nominum personas verè constare credimus, & unitatem divinitatis esse testamur. Nec
a extensionem (*a*) partis alicujus ex Patre, (ut quidam putaverunt,) Dei Filium dicimus,
b nec verbum sine re, (*b*) velut sonum vocis accipimus; sed tria nomina & tres personas, unius esse essentiæ, unius majestatis atque potentiæ credimus. Et ideò unum Deum confitemur, quia unitas majestatis, plurium vocabulo Deos prohibet appellari. Denique Patrem & Filium catholicè nominamus; duos autem Deos dicere, nec possumus, nec debemus; non quòd Filius Dei Deus non sit, imò verus Deus de Deo vero; sed quia non aliundè, quàm de ipso uno Patre, Dei Filium novimus, perindè unum Deum dicimus. Hoc enim Prophetæ, hoc Apostoli tradiderunt, hoc ipse Dominus docuit, cùm dicit: *Ego & Pater unum sumus: Unum* ad unitatem divinitatis, ut dixi, refert: *Sumus* autem, personis assignat. Sic & Apostolus ait: *Unus est*, inquit, *Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum; sed non in omnibus est scientia.* Qua de re explanatis his verbis, quæ scrupulum, non mihi, qui scio quod dixerim, sed aliis inferebant, puto occasionem malæ interpretationis fuisse sublatam. Nam & Professio fidei manifesta est, & Persona cum vocabulis constat,
c & una Divinitas assignata est. Vel si (*c*) est adhuc aliquid, quod legentibus ambiguum videatur in verbis, ad sensus debent verba conferri; quia non simplicitas verborum, sed mali intellectûs obstinatio culpam olet. At cùm sensus noster cum veritate concordet,
d (*d*) & verba debent cum ratione sinceriſſima. Undè à simplicitate Christiana Academicus disputator abscedat.

Sabellii error.

Matth. XXVIII. 19.

Trinitas perfecta in unitate consistit.

Deus verus de Deo vero.

Joan. X. 30.

I. Cor. VIII. 6. *& seq.*

Non in verbis, sed in sensu hæresis est.

IV. Multas quidem & graves Hæreses novimus à plurimis ebullire, &, veneni vice,
f e ad intimum pectus (*e*) cancri sui virus infundere. Sed (*f*) vinci vel facilè possunt, vel
g facilè vitari. (*g*) Quarum primâ propositione, omne consilium pectoris proditur. At verò hi, quibus multa nobiscum paria sunt, facilè possunt innoxias mentes, & soli Deo
h (*h*) deditas, fraudulentâ societate percutere, dum malorum suorum virus, per bona nostra defendunt. Nihil enim periculosius his Hæreticis esse potest, qui cùm integrè per
i omnia decurrant, uno tamen verbo, ac si veneni guttâ, (*i*) meram illam ac simplicem fidem Dominicam, & exindè Apostolicæ traditionis inficiunt. Undè vehementer nobis cavendum est, ne se vel sensibus, vel auribus nostris hujusmodi aliquid latenter insinuet;
k quia nihil tam cogit in mortem, quàm (*k*) sub obtentu fidei, integritatem ejusdem fidei
l violare. Ut enim gypsum aquâ permixtum, (*l*) lactis colorem mentitur, ita hîc per verisimilem confessionem, traditio inimica suggeritur. Qua de re, non similitudo
m confessionis, sed sensus mentis est ponderandus, (*m*) quo confessio ipsa firmatur. Denique si diligentiùs & accuratiùs attendatis, cur (*n*) voluerint de Evangelica & Apostoo lica fide, (*o*) ac æquè Patrum traditione, unius essentiæ nomen auferri, proculdubiò
p probatis, hæresim Arianam subtili (*p*) compendio breviatam, sublato hoc nomine introq missam. Ne hoc quidem (*q*) ego suspicione aut opinione collectum affirmo, nec, ut
r ipsi putant, Academicus disputator assisto, (*r*) ut simplices sensus verborum subtilitate
s contorqueam; sed ut contortos, & pravos, (*s*) & tenui argumento compositos, in lucem

Omnes Hæreses, vel facilè vinci, vel facilè vitari possunt.

Cavendum; ne sub obtentu fidei, fidei integritas violetur.

(*a*) *Partis.* Sic Ambr. In Bill. ed. *patris.*
(*b*) *Velut.* Ambr. *Ut velut.* &c.
(*c*) *Est.* Deest in Ambr.
(*d*) *Et verba debent.* Suplendum, *concordare.*
(*e*) *Cancri.* Ambr. *canceris.*
(*f*) *Vinci.* Ambr. addit, *illi.*
(*g*) *Quarum.* Ambr. *quorum.* Ad Hæreticos refert, quod Billiana Editio ad Hæreses.
(*h*) *Deditas.* Sic Ambr. In Bill. ed. *debitas.*
(*i*) *Meram.* Sic Ambr. In Bill. ed. *veram.* Mox, *Dominicam.* Ambr. *Dominicæ.*
(*k*) *Sub obtentu fidei, integr tatem ejusdem fidei violare.* Ambr. *sub obtentu fidei, fidemviolare.*
(*l*) *Lactis colorem.* Ambr. *lac colore.*
(*m*) *Quo.* Sic Ambr. In Bill. ed. *quia.*
(*n*) *Voluerint.* Sic Ambr. In Bill. ed. *voluerunt.*
(*o*) *Ac æquè Patrum* &c. Ambr. *Et de Patrum traditione substantiæ nomen auferri.*
(*p*) *Compendio breviatam.* Sic Ambr. In Bill. ed. *compendio, brevi jam sublato* &c.
(*q*) *Ego suspicione* &c. Codd. Læt. & Tell. *Ego suscipio, nec aut opinione* &c. Melius omnes Ed. ut in textu.
(*r*) *Ut simplices sensus verborum.* Sic Ambr. Deest, *sensus* in Bill. ed.
(*s*) *Et.* Deest in Ambr.

cognitionis exponam, quò faciliùs poſſit cognita & comperta iniquitas ab omnibus
Hæreticorum ſcopus. evitari. Quæ etenim cauſa, (*a*) quæve ratio extitit, ut quod docendum, & quod credendum cunctis Eccleſiis fuerat traditum, quódque Patres noſtri, Apoſtolici viri, contra univerſas Hæreſes, & maximè Arianam, quaſi quendam obicem veritatis, quo omnes aditus peſtiferæ doctrinæ obſtruerent, (*b*) ſancto Spiritu mundati, catholicâ ratione poſuerunt, (*c*) nunc magno niſu ab his, qui nunc elogio Arianæ labis addicti ſunt, laboretur auferri; niſi ut Filium Dei mutabilem & convertibilem, utpotè (*d*) non de propria Patris ſubſtantia conſtitiſſe confingant: (*e*) cui & initium ex tempore, & ortum ex nihilo, & nomen (*f*) ex altero habere ſemper docuerunt, propter quod ſæpè damnati ſunt, nunc jam liberè & ſecurè (*g*) cunctis Eccleſiis tradere & inſinuare poſſint? Videtis ergo omnia eos in tractatu ipſorum, non Evangelicâ fide, ſed ſubdolâ malignitate ad ſeducendos ſimplices quoſque poſuiſſe. (*h*) Undè non tam ſuſpectum, quàm manifeſtum omnibus eſſe debet, ita eos Deum (*i*) ex Deo poſuiſſe, (ut Arius tradere ſolebat,) ut ex Deo factus ſit, non de Deo natus. Qui ſi natus eſt, unius ſubſtantiæ eſt: Si factus eſt, verus Filius non eſt: Et ſi verus Filius non eſt, nec etiam verus Deus eſt. Aut ſi verus Deus eſt, & de Patre non eſt, duo ſunt, habentes ſinguli & voluntates proprias, & imperia diverſa. Vel ſi concordiâ tantùm & ſocietate unum ſunt, non tamen & ſubſtantiâ verus, *Exod.* VII. 1. ut jam dixi, Deus non erit. Sic erit *Deus, ut Moyſes Pharaoni*, poteſtate, non genere. *Iſai.* I. 2. Filius quoque ita credendus erit, ut per Iſaiam populo dictum eſt: *Filios generavi, &* *Pſ.* LXXXI. 6. *exaltavi.* Et alibi: *Dii eſtis, & Filii altiſſimi omnes* vocamini. Sed & primogenitus ita *Exod.* IV. 23. habebitur, quo modo & Iſraël à Deo *primogenitus Filius*, appellatus eſt. Necnon & *Coloſ.* I. 15. *primogenitus totius creaturæ*, quaſi in ordine factorum primogenitus habeatur, ut ex eo ſeriem quandam creandis mundi rebus aſſignent.

Sublato *unius ſubſtantiæ* vocabulo, ſimilitudo pro veritate ponitur.

V. Denique ſublato, ὁμοούσιον, id eſt, *unius ſubſtantiæ* (*k*) vocabulo, ſimilitudinem genitoris poſuerunt, cùm aliud ſit ſimilitudo, aliud veritas. Nam & *homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei* factus eſt, (*l*) nec tamen Deus eſt; nec quòd Deus eſt, homo extitiſſe credendus eſt. Ita & Filium Dei ſimilem volunt, ut eum aliundè ſimilem, non de ipſa una ſancta & beata Patris ſubſtantia dicant. Qui ſi de Patris ſubſtantia non eſt, ex *Gen.* I. 26. ἐκ ὄντων eſt, id eſt, ex *nullis exſtantibus*, ut idem Arius dixit. Sublato enim illo quod (*m*) ex Patre eſt, undecunque fuerit Filius, neceſſe eſt ut & initium ex nihilo, & ortum ex tempore habeat; nihil enim ſine initio, niſi ſolus Deus. Undè & Filius, ſicut ipſe Do- *Joan.* X. 30. minus, ait: *Ego & Pater unum ſumus.* Quod ideò dixit, ut duarum perſonarum voca- *Pſ.* XLIV. 1. bula, (*n*) in unius Deitatis majeſtate demonſtraret; ſicut & Propheta ex voce Dei: *Eructavit*, inquit, *cor meum Verbum bonum, dico ego opera mea Regi.* Vides ergo hoc *Verbum bonum* Filium Dei eſſe, quem non aliundè, quàm de paterno pectore, &, ut ita dixerim, de utero cordis Dei credimus (*o*) extitiſſe. Et proindè eum Regem appellavit, quia *Joan.* XVII. 22. ipſe eſt (*p*) Rex Regum, & Dominus Dominorum, cui & opera divina ſubjecta ſunt: *Om-* *Ibid.* I. 1. & *ſeqq.* *nia*, inquit, *Patris, mea ſunt.* De hoc & Evangeliſta: *In principio*, inquit, *erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Igitur quod in principio erat, ſemper fuiſſe credendum eſt. Sed nec aliundè eſſe, (*q*) quàm ex eo qui principium non habet, id eſt, de corde Patris; quia *eructavit*, inquit, *cor meum Verbum bonum.* Non enim dixit: In principio factum eſt Verbum, ſed, *in principio*, inquit, *erat Verbum.* Quodcunque principium Verbi aſſignare volueris, præjudicatum habebis, quia *in principio*, inquit, *erat;* non quòd duo principia ex rerum diverſitate dicamus; ſed quia Sermo Filius ſemper cum Patre eſt, & de Patre natus eſt; ac proindè cujus origo principium non habet, ſempiternus cum Patre credendus eſt; quia nec Pater poteſt unquam ſine Filio nominari, nec Filius ſine Patre vocari; ac per hoc (*r*) ſemper Filius, quia ſemper Pater. Et *Deus*, inquit, *erat Verbum.* Quod Deus eſt, ſemper eſt, ne, ſi ſemper non fuerit, verus Deus eſſe non poſſit. Sicut in

Verbum in principio erat, non igitur factum.

(*a*) *Quæve ratio extitit.* Sic Ambr. In Cod. Tell. & Amerb. *Quæ vera ratio exiſtit.* In Bill. ed. *Quæ verò ratio* &c. Mox, *& quod credendum.* Sic Ambr. Deeſt & in Bill. ed.

(*b*) *Sancto Spiritu mundati.* Vigiliana ed. *Spiritu ſancto inundati.*

(*c*) *Nunc magno niſu ab his qui nunc elogio.* Ambr. *Non ſine magno niſu ab his qui elogio* &c. Obſervant Ambr. Editores, *Elogium* aliquandò idem ſignificare, ac *formula quædam condemnationis.*

(*d*) *Non de propria* Sic Ambr. In Bill. ed. Deeſt, *de.*

(*e*) *Cui & initium.* Sic Ambr. In Bill. ed. *Et qui initium* &c.

(*f*) *Ex altero habere ſemper docuerunt.* Ambr. *Ex altero, ut ſemper docuerunt.*

(*g*) *Cunctis Eccleſiis.* Ambr. *incunctanterque Eccleſiis.*

(*h*) *Undè non tam.* Ambr. *Non jam tam* &c.

(*i*) *Ex Deo . . . non de Deo.* Ambr. *De Deo . . . non ex Deo.*

(*k*) *Vocabulo* &c. Rom. Chifflet. & Ambr. editiones: *Vocabulo*, ὁμοούσιον, *id eſt, ſimilem factori ſuo, poſuerunt.* Vetus autem Ed. & Codd. *Vocabulo*, ὁμοούσιον, *ſimilem geſtori ſuo, poſuerunt.*

(*l*) *Nec tamen* &c. Sic Ambr. In Bill. ed. *Nec tamen quod eſt Deus, hoc etiam homo conſtitiſſe credendus eſt.*

(*m*) *Ex Patre eſt.* Ambr. *Pater eſt.*

(*n*) *In unius Deitatis majeſtate.* Sic Ambr. In Bill. ed. *unius Deitatis majeſtatiſque* &c. Læt. Cod. *unius Deitatis majeſtatem monſtraret.*

(*o*) *Extitiſſe.* Ambr. *Natum.*

(*p*) *Rex Regum* &c. In Ambr. ed. hæc ſic leguntur: *Rex Regum: Deum Dominum, cui omnia divina opera ſuccumbunt, qui dixit: Omnia quæ Pater habet mea ſunt.*

(*q*) *Quàm ex eo qui principium non habet.* Sic Ambr. In Bill. ed. *quàm de Deo quod principium non erat.*

(*r*) *Semper Filius . . . ſemper eſt, ne.* Sic Ambr. Hæc & interjecta deſunt in Bill. ed.

Sophiæ

Sophiæ nomine, quia ſecundùm Apoſtolum, *ipſe eſt Sapientia Patris. Ego*, inquit, *ex ore Altiſſimi prodivi.* Non ergo aliundè quàm de Patre, quia ſemper cum Patre. Et ideò *Sapientia Dei* appellatur, ut nunquam Pater ſine Sapientia, hoc eſt, ſine Filio ſuo eſſe credatur. Hæc eſt illa Sapientia ineffabilis, quæ (*a*) *initio viarum Dei* apud Salomonem, vel condita, vel genita, vel creata deſcribitur. Quam tamen ſic *conditam* dicit, ut ſemper eam cum Deo fuiſſe (*b*) demonſtret. Quod enim initium Deo (*c*) dabit, ut initium, [(*d*) quod Chriſtus Jeſus Sapientia Patris ſit, & nunquam Pater ſine Sapientia ſua ſit,] poſſit Sapientiæ ipſius conſignare? Non enim ita Deus Sapientiam ſuam condidit, quaſi aliquandò ſine Sapientia fuerit: ſed cùm initium viarum (*e*) ſuarum dicat, initium motus operis alicujus oſtendit; ut hoc initium habeat Sapientia Dei, quod de Deo proceſſit ad creanda omnia, tam cœleſtia (*f*) quàm terrena, non quomodò cœpit eſſe. Ita creata eſt Sapientia, imò genita; non ſibi, quia ſemper erat, ſed his quæ ab ea fieri oportebat, ut quia qualis & quanta eſſet ſciri non poterat, de effectu operum ſuorum, virtus ejus & potentia noſceretur, (*g*) ut dum Conditorem de conditis æſtimamus, tum magis timeamus, cùm facta miramur.

I. Cor. I. 24. *Eccle.* XXIV. 5. *Prov.* VIII. 22.

VI. (*h*) Cæterùm, ſi tu ita creatam Sapientiam dicas, ut Filium Dei creaturam intelligas; occurrit tibi Apoſtolus, condemnans eos qui creaturam colunt, dicens: *Propter quod tradidit illos Deus in deſiderium cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis; qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & ſervierunt creaturæ potiùs quàm Creatori, qui eſt benedictus Deus in ſæcula.* Hæc eſt, inquam, illa Sapientia Dei, quæ dicit: *Ego ex ore Altiſſimi prodivi*, univerſitatis conditrix & effectrix, id eſt, Filius Dei, *per quem omnia, & in quo omnia;* quia, ut Apoſtolus dixit, *in ipſo conſtituta ſunt univerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive Throni, ſive Virtutes, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo condita ſunt, & ipſe eſt ante omnia, & omnia in ipſo conſtant.* Hinc & Salomon: *Cùm ſit*, inquit, *una, omnia poteſt; & permanens in ſe, omnia innovat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert.* Quod confirmans Apoſtolus, ait: *In interiori homine habitare Chriſtum;* ut per quem à principio omnia facta ſunt, per ipſum & in fine cuncta ſalventur.

Sapientia non creata, ſed ab æterno. *Rom.* I. 24-25. *Eccle.* XXIV. 5. *I. Cor.* VIII. 6. *Coloſ.* I. 16. *Sap.* VII. 27. *Eph.* III. 16. *& ſeq.*

VII. (*i*) Si dicis mihi ὁμοούσιον, (quod eſt *unius eſſentiæ* nomen,) ob hoc nominari non oportere, quia in Scripturis divinis non contineatur; quæro autem, ô Homo, qui hoc prohibes, utrùm ideò nominari non debeat, quia ſcriptum non eſt, an quia credi ita non liceat? Quod ſi ita credendum eſt; cur non ita profitendum? *Corde enim*, inquit Apoſtolus, *creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Aut ſi ideò nominandum non eſt, quia nec ita credendum, obtinuit Arianæ labis aſſertio, quæ ideò Patrem & Filium unius (*k*) eſſentiæ denegavit, quia Filium Dei modò ex nihilo, modò ex Patre, ſed ab alia ſubſtantia, quandò voluit, & quomodò voluit, & undè voluit, factum inducit, dummodò aliundè eum, & non de eo, quod Pater eſt, extitiſſe confingat. Quem etſi natum dicit, ſed hoc dicto tenus, quia rursùs omne quod natum eſt, factum intelligit, eò quòd & nos à Deo geniti appellemur, quos conſtat eſſe facturum. Vel ſi Arianus non es, & verum Filium, de vero Patre natum, non factum, agnoſcis, cur non eum cum Patre (*l*) unius ſubſtantiæ confiteris? Fruſtrà times, ô Homo, profiteri quod credis: & fruſtrà credis, ſi ita non profiteris: & meritò Hæreticus denotaris. Et quanquam (*m*) nunc immutaveris dictum, quo putaris prohibuiſſe Dei Filium nuncupari facturum; ſed cùm ſubjungis: *Sicut aliquid horum quod factum eſt;* ex aperto oſtendis, non ob hoc facturum dici (*n*) noluiſſe, quaſi non debeat factus intelligi; ſed non ita factum vis, ſicut aliquid horum quod factum eſt, ſed tamen factum. Aliter enim dicis factum, utpotè perfectam creaturam, per quem facta ſunt omnia; dummodò & ipſum factum intelligas, licèt non ita ut cætera. Sed ut ad id revertar quod dicis in Scripturis divinis, ὁμοούσιον, id eſt, *unius eſſentiæ* vocabulum, non inveniri, finge hoc interim ſic ſit, ut ubicunque *ſubſtantia* legitur, res Dei, non

Unius eſſentiæ nomen conſervandum. *Rom.* X. 10.

(*a*) *Initio.* Ambr. *Initium.* Annotant tamen Editores, *Initio* legi in Codd. & in vet. ed.

(*b*) *Demonſtret.* Ambr. *Oſtendat.*

(*c*) *Dabit... Poſſit.* Ambr. *dabis... poſſis.*

(*d*) *Quod Chriſtus... ſine Sapientia ſua ſit.* Hæc & interjecta deſunt in Ambr.

(*e*) *Suarum.* Sic Ambr. Deeſt in Bill. ed.

(*f*) *Quàm terrena* &c. Hæc ſic leguntur in Ambr. *Quàm terreſtria, non quo cæperit eſſe in Deo. Creata eſt ergo Sapientia* &c.

(*g*) *Ut dum* &c. Ambr. *ut quod de conditis æſtimamus, tunc magis timeremus* &c.

(*h*) *Cæterùm ſi tu... in ſæcula.* Sic Ambr. Hæc deſunt in Bill. ed.

(*i*) *Si dicis mihi.* In Ambr. ed. ſic legitur: *Sed dicis mihi* ὁμοούσιον, *id eſt*, unius ſubſtantiæ *nomen, ob hoc potiùs quàm Creatorem adorant, ſervantes eadem utique quæ Apoſtolus* Philip. II. 10. *dixit:* Ut in nomine Jeſu omnes genuflectant, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur. *Et Moyſes* Deut. XXXII. 43. Adorent eum omnes Angeli Dei. *Et David* Pſ. LXXI. 11. Omnes Reges adorabunt eum. *Quod quidem in Scripturis non diceretur, ſed quia ipſe eſt Sermo Filius omnium opifex. Sed dicis* ὁμοούσιον *nominari non oportere, quia... quæro & ego, ô Homo* &c.

(*k*) *Eſſentiæ.* Ambr. *Subſtantiæ.*

(*l*) *Unius ſubſtantiæ confiteris?* Ambr. *unam ſubſtantiam dicis?*

(*m*) *Nunc immutaveris.* Tell. Cod. & Vigil. ed. *non immutaveris.* In Ambr. deſunt *nunc* & *non.* Sed adnotant Editores, *non immutaveris*, haud recto ſenſu dici.

(*n*) *Noluiſſe.* Sic Ambr. In Gill. & Rom. & Bill. edd. *voluiſſe.* Quod Ambr. Editores *perperàm* dici putant.

Deus accipiatur. Quid quòd & aliud tu, quod ſcriptum non eſt, pariter profiteris, id eſt, Deum ex Deo, & lumen ex lumine? Quid ad hæc dicis? Aut totum mecum tene, aut totum omitte. Si unius ſubſtantiæ vocabulum ideò times dicere, quia ſcriptum non eſt, timere identidem debes, Deum ex Deo, & lumen ex lumine profiteri. Sed ego probo Deum de Deo, lumen de lumine, & unius ſubſtantiæ vocabulum, in Scripturis (*a*) Dominicis contineri. Cùm enim ipſe Dei Filius, qui Deus eſt, in Evangelio ſuo dicat: *Ego de Deo Patre exivi*, jure & meritò Deum de Deo profitemur; quia de Deo Patre Filium Dei, Deum verum de Deo vero natum eſſe cognoſcimus; ſed non eo genere, ut nos *Dii* ſumus appellati, vel ut Moyſes *Pharaonis Deus* ſit dictus; (*b*) ſed quia verus Filius de vero Patre natus, non factus eſt, verè & confidenter Deus de Deo dicendus eſt. Sic & lumen de lumine, quod ſcriptum non eſt, mecum quidem dicis, ſed mecum omninò non ſentis. Et quia ſcriptum eſt, de Patre Deo: *Lux eſt*; & de Filio: (*c*) *Erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum*: &, *Lux lucet in tenebris*, id eſt, Chriſtus in ſæculo, & *tenebræ eam non ſunt aſſecutæ*; ii ſcilicet homines, quorum cor ignorantiæ tenebris obcæcatum, Chriſtum (*d*) verum Deum, & verum Dei Filium non agnovit. Sed ipſe Dominus: *Ego ſum*, inquit, *lux mundi. Qui me ſecutus fuerit, non ibit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.* Ergo quia lumen Pater, & lumen Filius, rectè lumen de lumine (*e*) credimus. Tu autem non lumen de lumine, ſed lumen ex lumine ita aſſeris, quaſi à Patre, qui verum lumen eſt, aliud lumen ſit factum, quod de ipſa Patris ſubſtantia non ſit; ſed ſicut aliud quodlibet lumen, quanquam à Deo ſit factum, longè tamen aliud ſit ab eo, qui fecerit. Et ideò *lumen ex lumine*, non *de lumine* dicis. Cùm ergo hæc quæ prælocutus ſum, licèt mecum ita non intelligas, tamen quomodocunque ea ipſa pronuncias, cùm ſcripta non ſint, cur non & unius ſubſtantiæ vocabulum, quod in Scripturis non putas contineri, mecum pariter profiteris; niſi quia tu (*f*) illic habuiſti, quomodò malignos ſenſus tuos occultâ fraude in utroque contegeres, ut mecum hoc ipſum ſono vocis exprimeres, & tamen longè dicti intelligentiam ſeparares? Sicut & illi Hæretici, qui reſurrectionem carnis negant, & ad decipiendas animas ſimplices, *Væ* dicunt his qui in carne non reſurgunt. Sed ſi diſcutias eos, cur hoc dixerint, cùm ſcias illos carnis reſurrectionem omninò negare, dicent tibi: Væ illi utique erit, qui in carne baptizatus non fuerit, ut anima ipſius, dum in corpore eſt, de morte delictorum ſuorum, & ſepulchro criminum, per Baptiſmum in eadem carne (*g*) reſurgat. (*h*) Sicut ergo hi verbo tenus defendunt; nam ipſius carnis ſalutem excludunt; ita & hi per veriſimilem confeſſionem, innocentium mentes occultâ fraude ſeducunt: & ut ſolet lethale poculum, mellis dulcedine temperatum, ſuavitate fallente, perimere; ſic & hoc malum per blandimenta aurium, audientium ſenſus quâdam labe contaminans, contagione (*i*) adhærentes inficit.

Unius ſubſtantiæ vocabuli in Scripturis continetur.

Joan. XVI. 27. *& ſeqq.*

Pſ. LXXXI. 6.

Exod. IV. 25.

Lumen de lumine quomodò intelligendum.

Joan. I. 9.

Joan. VIII. 12.

Hæreticorum ſenſus à Catholicorum ſenſu alienus.

VIII. Denique & nunc potuiſſent ὁμοούσιον, ſicuti & cætera verbo tenus nominare, ſi habuiſſent, quomodò illud ad aliam intelligentiam ſævo ſenſu perverterent. Sed cùm viderent ſe in hoc verbo concludi, nullam omninò mentionem hujus rei fieri voluerunt, ne, aut profitendo crederent, aut credentes profeſſi viderentur; ſubtili ingenio excuſantes, quòd aut ſcriptum non eſſet, aut Deum in ſubſtantia dici non oporteret, ne corporeus crederetur. Deus etenim, inquiunt, efficit, ut ſit ſubſtantia, non tamen ut ipſe Deus in ſubſtantia deputetur. Quippè aiunt, cùm omnis ſubſtantia contraria recipiat; Deus verò, qui nihil diverſum admittere poteſt, ſubſtantia dici non debet. Ignoſcerem tibi, ſi hoc ſimpliciter diceres, ſi (*k*) rationem rei velles ſcire, ſi rudis ad hanc quæſtionem accederes, ſi non ipſe eſſes, qui ſemper, vel de alia ſubſtantia, vel de nullis exſtantibus, Dei Filium aſſereres. At cùm idem ipſe ſis, qui hinc ſæpè convictus, ſæpè confeſſus, ſæpè (*l*) negando, ſæpiùs ut aliter immutando damnatus ſis, qui etiam nunc vi, ambitione & potentiâ (*m*) Regum exagites, ac turbes omnia, quomodò me putas ignoſcere tibi poſſe, frequentiùs eadem retractanti? Sed ne videatur hæc perverſitas præjudicata magis quàm examinata damnari, breviter tibi de hac oppoſitione reſpondeam. Prohibes itaque in Deo ſubſtantiam nominari, quaſi omne quod ſubſtantia dicitur, res ipſa unius generis habeatur. An ignoras aliter cœleſtia, aliter etiam terrena conſtare, ſed & in ipſis cœleſtibus atque mundanis rebus magnam differentiam intereſſe? Aliter enim Angeli, aliter ſingulæ quæque virtutes conſtitutionum ſuarum

Hæretici ideò vocem ὁμοούσιον repudiant, quòd eam in pravo ſenſu detorquere non poſſunt.

(*a*) *Dominicis.* Sic Tell. Cod. & Bill. ed. Deeſt in Ambr. ed.

(*b*) *Sed quia verus* &c. In Ambr. *Sed quia verus eſt Filius, de vero Patre natus eſt; verè* &c.

(*c*) *Erat lux vera quæ* &c. Sic Ambr. In Bill. ed. *hoc verum lumen, quod* &c.

(*d*) *Verum Deum.* Sic Ambr. Deeſt *verum* in Bill. ed.

(*e*) *Credimus. Tu autem non lumen de lumine.* Hæc deſunt in Ambr.

(*f*) *Illic.* Sic Ambr. In Bill. ed. *in illis tuis.*

(*g*) *Reſurgat.* Sic Ambr. In Bill. ed. *reſurrectionem negat.*

(*h*) *Sicut ergo* &c. Hæc in Ambr. ed. ſic leguntur: *Solius enim animæ per lavacri vitalis gratiam, reſurrectionem in carne defendunt; nam & ipſius carnis ſalutem excludunt. Et hi per veriſimilem confeſſionem* &c.

(*i*) *Adhærentes.* Ambr. *Vitii adhærentis.*

(*k*) *Rationem rei.* Sic Ambr. Deeſt *rei* in Bill. ed.

(*l*) *Negando.* Ambr. *negaſti.*

(*m*) *Regum;* Deeſt in Ambr.

ſubſtantias acceperunt, ſicuti Apoſtolus ait: *Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum.* Sic & in hoc mundo, ut diverſa genera ſunt rerum, ita & diverſa
a corpora animantium. (*a*) Et omnia ſui cujuſque generis ſubſtantiâ noſcuntur, ſicut Apoſtolus dicit: *Non omnis caro una atque eadem caro.* *I. Cor.* XV. 41 *Ibid.* XV. 39.

IX. Si ergo ea, quæ à Deo facta ſunt, diverſas qualitates ſubſtantiarum ſuarum habent, tu putas in Deo talem eſſe ſubſtantiam, qualem habet aliquid horum, quod factum eſt, ut poſſit contraria recipere? Abſit. Quæ eſt enim ſubſtantia Dei, niſi ipſum quod Deus eſt, ſimplex, ſingulare, purum, nullâ concretione permixtum, limpidum, bonum, perfectum, beatum, integrum, ſanctum, totum? An tu putas inane aliquid eſſe & vacuum, quod Deus eſt? Hoc enim dici, blaſphemia eſt, ut inane putetur, per quem cuncta conſiſtunt, qui omnia verbo edidit, ratione compoſuit, virtute perfecit;
c b cujus nutu & imperio univerſa (*b*) geruntur, cuncta deſerviunt. (*c*) Et benè quod de Deo in lege ſcriptum eſt: *Ego ſum, qui ſum.* Et, *Qui eſt, miſit me.* Et ipſe Salvator Dominus: *Hæc eſt*, inquit, *vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem*
d *miſiſti Jeſum Chriſtum.* Eſt ergo (*d*) in ſubſtantia eſſentiâ ſuâ Deus, cujus cognitio, vita æterna eſt; qui tantus eſt, quantus dici non poteſt; qui tunc dignè æſtimatur, cùm inæſtimabilis dicitur. Eſt utique, velis ac nolis. Ergo ipſum quod eſt, hoc erit
e ſubſtantia hujus rei, quæ eſſe defenditur. Quod tamen, ut jam dictum eſt, (*e*) quantum & quale ſit, nec mente concipi, nec ſenſu æſtimari, nec animo definiri poteſt, dum-
f modò conſtet eſſe quod eſſe creditur, ut de eo ipſo quod Deus eſt, indè ſit Filius, (*f*) & verus ſit Filius, & verus ſit Pater in Filio, & Filius in Patre. Hoc erit ὁμοούσιον, id eſt,
g *unius* (*g*) *eſſentiæ* cum Patre, ſicut ipſe Dominus ait: *Ego in Patre, & Pater in me.* Et, *Ego & Pater unum ſumus.* Et, *Ego de Deo Patre exivi.* Et, *Qui me videt, videt & Patrem:* non immeritò, quia Filius Dei de Deo Patre natus eſt, & ideò de unitate ſubſtantiæ, & de majeſtate Divinitatis unum ſunt, ſicuti & Jeremias Propheta ait: *Quis ſtabit in ſubſtantia Domini?* Et iterùm apud eundem: *Et ſi ſtetiſſent in ſubſtantia mea, avertiſſem eos ab ſtudiis eorum peſſimis.* Et apud Salomonem: *Subſtantia mea, dulcedo mea eſt.* *Jer.* XII. 22. *Sap.* XVI. 21.

Dei ſubſtantia, ipſe Deus omni boni genere perfectus.

X. Cùm ergo hanc unitatem ſubſtantiæ in Patre & Filio, non ſolùm Propheticâ, ſed & Evangelicâ auctoritate cognoſcas, quomodò dicis in divinis Scripturis ὁμοούσιον, non inveniri, quaſi aliud ſit ὁμοούσιον, quàm quod dicit: *Ego de Deo Patre exivi.* Et, *Ego & Pater unum ſumus:* vel quod Prophetæ ex aperto ſubſtantiam Dei intimarunt?
h Hæc eſt autem (*h*) omnis ratio in Patre & Filio, ut unitatem ſubſtantiæ credas, licèt rem ipſam, quæ eſt inenarrabilis, definire non poſſis; ut, ſive lumen de lumine dicas,
i (*i*) ſive virtutem de virtute, ſive ſpiritum de ſpiritu, ſive Deum de Deo, quodcunque de Deo dixeris, unius tamen eſſentiæ Patrem & Filium credas, id eſt, de eo ipſo quod
k Pater eſt, Filium (*k*) natum intelligas. Nam ſi aliquam comparationem de his rebus quæ videntur, in eo facias, ipsâ diſſimilitudine rerum, non rationem oſtendes, ſed
l altercationem diſputationis induces, (*l*) ut cujus voce deſcriptum eſt: *Cui me compa-*
m *rabitis?* Ac proindè Deus, cui aſſimilari nihil poteſt, ſufficiat credi (*m*) quod eſſe ſen-
n titur, quia ipſe credi ſe voluit, non indicari, (*n*) nec examinari. Denique, de hoc ipſo quod mecum profiteris, ſi aliquam ſimilitudinem velis in Deo conferre, neſcio an quod comparaveris, poſſis expreſſiùs definire; ut putà cùm dicis: *Lumen ex lumine.* Si ad explanandum illud ſcrupuloſâ narratione cogaris, quæro, quomodò lumen ex lumine credas? Utrùm quaſi lucernam ex lucerna, vel quaſi ſolem ex ſole; ut aut duas lucernas, aut duos ſoles, quaſi duos Deos ſub hoc exemplo inducas? Aut ſplendorem luminis ejuſdem de lumine, vel claritatem ſolis de eodem ſole fulgentem, lumen de lumine conſignes, ut in matrice luminis Patris figuram aſſimiles; Filium verò in ſplendorem ejuſdem claritatis oſtendas, quòd de eo Propheta dixerit: *Apud te* *Pſ.* XXXV. 10.
eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Vel Salomon cùm dicit: *Candor eſt lucis* *Sap.* VII. 26.
æternæ, & ſpeculum ſine macula, Dei majeſtas & imago bonitatis illius. Vel Apoſtolus hinc prædicaverit, Salvatorem noſtrum *imaginem eſſe inviſibilis Dei*, eò quòd & imago ſolis *Coloſ.* I. 15.
lux ſua ſit, quæ de eodem ſole procedit. Sed quanta ad hæc reſponderi poſſunt, quæ

Subſtantia in Patre & Filio unica.

(*a*) *Et omnia* &c. In Ambr. ſic legitur: *& omnibus ſui cujuſque generis ſubſtantia, ſicut Apoſtolus* &c.

(*b*) *Geruntur.* Ambr. *reguntur.*

(*c*) *Et benè* &c. In Ambr. *Et benè de Deo legis ſcriptum.*

(*d*) *In ſubſtantia eſſentiâ ſuâ.* Sic Ambr. Annotant Editores hanc eſſe lectionem omnium ed. & Cod. Læt. Vigil. Ed. reſecuit *Eſſentiâ ſuâ*, pro quibus Tell. Cod. ſubſtituit *ſententiâ ſuâ.* In Bill. ed. deeſt *ſubſtantia.* Cæterùm recepta lectio idem ſignificat, ac ſi ſcribatur: *in ordine ſubſtantiæ per eſſentiam ſuam.*

(*e*) *Quantum & quale ſit.* Sic Ambr. In Bill. ed. *quantus & qualis ſit.*

(*f*) *Et verus ſit Filius.* Ambr. *ut verus ſit Filius.*

(*g*) *Eſſentiæ.* Ambr. *Subſtantiæ.*

(*h*) *Omnis ratio.* Ambr. *nominis ratio.*

(*i*) *Sive virtutem de virtute . . . . ſive Deum de Deo, quodcunque de Deo* &c. Ambr. *Sive Verbum de Verbo . . . ſive Dominum de Domino, quodcunque de eo dixeris.*

(*k*) *Natum.* Deeſt in Ambr.

(*l*) *Ut cujus voce deſcriptum eſt.* Sic Codd. ac plures Ed. In Bill. & Vigil. Ed. *Et quia ex voce Dei ſcriptum eſt.*

(*m*) *Quod eſſe ſentitur* &c. Ambr. *Quod ipſe ſentitur, quem ipſe* &c.

(*n*) *Nec examinari.* Deeſt in Ambr.

II. Tim. II. 23. *lites generant*, quod Apoſtolus prohibet, longum eſt dicere: quippè cùm conſtet lumen illud, quod (*a*) Deus eſt, æſtimari, comprehendi & definiri non poſſe, (*b*) nec debere ex his, quæ in mundo ſunt, majeſtati divinæ aliquid comparari; quia nihil de omnibus iſtis, quæ videntur aut dicuntur, ſecundùm hoc quod Deus eſt, condignâ ſimilitudine æſtimari poteſt, quippè cùm ipſis intellectibus & ſenſibus major ſit. (*c*) Et ideò præmonui, ut tantùm de unitate ſubſtantiæ crederes, & verum Filium de vero Patre cognoſceres; de qualitate autem rei requirere non deberes, quia quale aut quantum ſit, ſcire non potes. Hoc enim Prophetæ, hoc Apoſtoli prædicarunt. a b c

Deus eſt incomprehenſibilis.

XI. Denique pro captu, pro viribus, pro fide noſtra intueamur, Deus quid ſit, & videamus, an ei aliquid poſſit comparari. (*d*) Certè hoc eſt Deus, quod cùm dicitur, non poteſt dici: cùm æſtimatur, non poteſt æſtimari: cùm definitur, ipsâ definitione creſcit: qui cœlum manu ſuâ cooperuit, pugno omnem mundi ambitum concludit: (*e*) quem totum omnia neſciunt, & metuendo ſciunt: cujus nomini & virtuti famulatur hic orbis, & ipſa elementorum ſibi ſuccedentium momentanea viciſſitudo teſtatur. Hoc inquis. Vide ergo, ſi poteſt aliquid eſſe, cui poſſit Pater & Filius comparari, quia talis eſt Filius, qualis & Pater. Non enim ipſe unum cum Patre ſe diceret, niſi talem ſe (*f*) de Patre, qualis eſt & Pater, ſciret. Ratio quædam eſt, quæ apud Græcos nuncupatur λόγος, quæ inter Patrem & Filium, perſonas vel vocabula diſtinguit, quia & ipſe Filius *Ratio* dicitur. Quæ tamen *Ratio* multis nominibus appellatur, modò *Verbum*, modò *Virtus*, modò *Sapientia*, modò *Dextera*, modò *Brachium*, modò *Margarita*, modò *Theſaurus*, modò *Retia*, modò *Aratrum*, modò *Fons*, modò *Petra*, modò *Lapis angularis*, modò *Agnus*, modò *Homo*, modò *Vitulus*, modò *Aquila*, modò *Leo*, modò *Via* & *Veritas* & *Vita*. Et ita cùm ſit Deus omnia in omnibus, ut per hæc vocabula divinarum diſpoſitionum myſteria cognoſcantur, non ut ipſa majeſtas Filii Dei propriè definita monſtretur. d e f

Filii nomina.

Explanantur nomina, quibus Filius Dei nuncupatur.

XII. (*g*) Hic eſt enim Filius Dei, eo quòd Pater eſt alius idem, per quem facta ſunt omnia. (*h*) Nam & ob hoc, *Verbum* nuncupatur, (*i*) quia ſemper in Patre, & de Patre, & nihil ſine eo Pater juſſit, aut fecit. *Virtus* dicitur, quia propriè de Deo eſt, & omnis poteſtas Patris in ipſo conſiſtit. *Sapientia* appellatur, (*k*) quia non aliundè quàm de Patre veniens, credentibus arcana cœleſtia reſeravit. *Dextera* nuncupatur, quia per eum omnia divina opera perfecta ſunt. *Brachium* dicitur, quia ab ipſo omnia continentur. *Margarita* appellatur, ut nihil illo pretioſius habeatur. *Theſaurus* dicitur, ut in ipſo omnes opes & divitiæ regnorum cœleſtium reconditæ cognoſcantur. *Retia* dicitur, quia per ipſum, & in ipſo de mari ſæculi, diverſa gentium multitudo, more piſcium, (*l*) per Baptiſmum in Eccleſia congregatur, ubi bonorum malorúmque diſcrimen agnoſcitur. *Aratrum* nuncupatur, quia ſigno crucis ejus, dura pectora ſubiguntur, ut neceſſario ſemini (*m*) ipſa præparentur. *Fons aquæ vivæ* appellatur, quia ex eo (*n*) ſapientium corda cœleſtis aquæ gratiâ irrigantur. *Petra* dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam præſtat. *Lapis angularis* dicitur, quia utroſque parietes novi & veteris Teſtamenti, ipſe unus & mediator in ſemetipſo continens, copulavit. *Agnus* appellatur, ut innocentia Chriſti & paſſio demonſtretur. *Homo* dicitur, quia ſecundùm carnem propter nos homines naſci dignatus eſt. *Vitulus* dicitur, quia propter noſtram ſalutem (*o*) immolari ſuſtinuit. *Aquila* dicitur, quia poſt venerabilem Reſurrectionem, ut rex alitum, ad Patris revolat ſedem. *Leo* eſt dictus, quia ipſe eſt Rex Regum, qui mortem ac (*p*) diabolum virtutis ſuæ poteſtate comminuit. *Via* eſt, quia per ipſum ad Patrem acceſſus eſt. *Veritas* eſt, quia mendacium neſcit. *Vita* eſt, (*q*) quia dat vitam, & ipſum hæc univerſa ſignificant. Vides ergo per hæc vocabula, ſignificationes diſpoſitionum & operum divinorum præoſtenſas, non tamen (*r*) ipſum Deum propriè definitum. Eſt ergo Pater Deus, immenſus, æternus, incomprehenſibilis, inæſtimabilis. Eſt & Filius Deus, & Dominus noſter, tantus quantus & Pater, ſed non aliundè quàm de Patre; quia *ego*, inquit, *de Deo Patre exivi*, hoc eſt, lumen de lumine. g h i k l m n o p q r

Joan. I. 1. *Rom.* I. 16. *Luc.* XI. 19. *Pſ.* CXVII. 16. *Joan.* XII. 38. *Matth.* XIII. 46. *Matth.* XIII. 44. *Joan.* XXI. 11. *Joan.* IV. 14. *I. Cor.* X. 4. *I. Petr.* II. 7. *Joan.* I. 36. *Joan.* IX. 11. *Deut.* XXXII. 11. *Iſai.* XXI. 8. *Joan.* XIV. 6.

Unus Deus.

XIII. Sed ne ex eo occaſionem aliquam Hæreticus capiat, cùm duo nomina, vel

(*a*) *Deus.* Sic Ambr. Deeſt in Bill. ed.

(*b*) *Nec debere ex his ... aliquid* &c. Ambr. *Nec verè aliquid ex his* &c.

(*c*) *Et ideò præmonui* &c. In Ambr. ſic legitur: *Ideò præmonuit, ut Divinitatem ſubſtantiæ crederes* &c.

(*d*) *Certè hoc eſt Deus* &c. In Ambr. *Certè hic eſt, de quo & cùm dicitur* &c.

(*e*) *Quem totum.* Sic Ambr. Deeſt *totum* in Bill. ed.

(*f*) *De Patre.* Deeſt in Ambr.

(*g*) *Hic eſt enim* &c. In Ambr. ſic legitur: *Quid eſt enim Filius de eo quod Pater eſt? Alius idem. Nam* &c.

(*h*) *Nam & ob hoc, Verbum nuncupatur.* Sic Tell. Cod. Vigil. & Ambr. ed. In Bill. ed. *Nam hoc Verbum nuncupatur.*

(*i*) *Quia ſemper in Patre* &c. Ambr. *Quia ex proprio divino ore proceſſit, & nihil Pater ſine eo aut juſſit, aut fecit. Virtus dicitur, quia verè de Deo, & ſemper cum Deo eſt, & omnis* &c.

(*k*) *Quia non aliundè* &c. Ambr. *Quia de corde Patris adveniens* &c.

(*l*) *Per Baptiſmum.* Ambr. *per aquam Baptiſmatis.*

(*m*) *Ipſa.* Sic Vigil. & Ambr. ed. Deeſt in Bill.

(*n*) *Sapientium corda.* In Ambr. ed. *Sitientia corda.*

(*o*) *Immolari.* Ambr. *pati.*

(*p*) *Diabolum.* Ambr. *Zabulum.* Quo quidem nomine Phæbadius in libro contra Arianos *Diabolum* vocare ſolet.

(*q*) *Quia dat vitam ... ſignificant.* In Ambr. legitur tantùm: *quia ipſe univerſa vivificat.*

(*r*) *Ipſum Deum.* Sic Ambr. Deeſt, *Deum*, in Bill. ed.

duas

a duas perſonas, id eſt, Patris & Filii ſtatuo, (*a*) quaſi duos Deos dicam; ut illi duos ex diverſitate confingunt: nos verò Patrem & Filium ita nominamus, ut unum Deum in his perſonis & nominibus conſignemus. Viderint Philoſophi, viderint Hæretici,
b (*b*) diſcipuli Philoſophorum, cum Diis, & nominibus, & cœlis ſuis, apud quos iſte numerus Deorum, poteſtatum diverſitate, variatur; *nobis tamen unus Deus eſt Pater*, ut Apoſtolus dixit, *ex quo omnia, & nos in ipſo: & unus Dominus Jeſus Chriſtus*, Deus Dei Filius, *per quem omnia, & nos per ipſum.* Nam per duo, quid aliud intelligitur, quàm duorum per partes diviſa ſubſtantia, & cum ipſis nominibus diſſociata natura
c agendi ac (*c*) jubendi, tam voluntas quàm imperia diviſa? Porrò Pater ac Filius, etſi duæ perſonæ creduntur, ratione tamen & ſubſtantiâ unum ſunt. Nam inæqualium ſocietas, melioris offenſa eſt, & injuria ejus qui verus Deus eſt, ſi ei non verus alius
d comparatur. (*d*) Deum, cui injuſtè comparat, violat. Cùm autem ego Patrem & Filium ſtatuo, unitatem generis aſſigno. Etſi illa in perſonis divido, diſcretio tamen perſonarum rursùs eadem nomina in unitatem ſui, naturalis fœderis lege, conſignat. Undè & tantus eſt Filius, quantus videbitur Pater: totus de toto, integer de integro, perfectus de perfecta conſummatáque virtute, ſicut Apoſtolus dicit ad Coloſſenſes: *In quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitat. Qui eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive Throni, ſive Dominationes*, &c. Et Jeremias receptiſſimus Prophetarum, hanc unitatem Deitatis in Patre & Filio ſciens, ait: *Hic eſt Deus noſter, & non reputabitur alius abſque illo. Qui invenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſibi.* Et, *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.* Et hoc ipſum prædicat Iſaias, dicens: *Hæc dicit Dominus Deus: Fatigata eſt Ægyptus, & negotiatio Æthiopum, & Sabaim, viri excelſi ad te tranſient, & tui erunt ſervi: & poſt te ambulabunt, vincti compedibus, & te deprecabuntur, quoniam in te eſt Deus, & non eſt alius præter te. Tu enim es Deus Salvator Iſraël, &*
e *neſciebamus.* Quod ne putes, me eo ſupercilio dixiſſe, quo (*e*) Sabellius fertur, qui
f ipſum Patrem, ipſum Filium profitetur, non ita nos totum (*f*) in unam eſſentiam cogimus, ut aliorum Hæreticorum fraude capiamur; ſed quia ipſo nomine perſonarum
g auctoritas indiſcreta cognoſcitur, & Filius non genere, ſed (*g*) perſonaliter à Patre
h nominatur. Proindè totum Patri adſcribimus, (*h*) quod eſt Filii; & totum Filio, quod Patris eſt. Nihil enim non videbitur Patris, quod judicabitur Filii; nec Filii, quod
i (*i*) judicabitur Patris, quia unitas majeſtatis non ſinit Deos plurali vocabulo nuncupari: quippè cùm conſtet, Patrem & Filium unius eſſe ſubſtantiæ, undè uterque unus Deus eſt dictus; illud ante cuncta metuentes, ne, ſi Pater & Filius unum non ſunt, in
k invidiam recurrat auctoris interpolata nativitas. Hoc enim placuit Hæreticis, (*k*) ut Deus ille omnipotens, inviſibilis, immenſus, degeneraret in Filio, non modò poteſtate,
l ſed & conditione mutatâ, quaſi non potuerit Pater de ſemetipſo talem habere (*l*) Filium,
m qualis ipſe eſt. Et proindè nos Filium verum, (*m*) de vero Patre natum, non factum, unius ſubſtantiæ cum Patre, defendimus. Et hoc eſt, quod Græci ὁμοούσιον appellant,
n id eſt, (*n*) aliud ipſum, ut audientia nominum perſonæ fierent, & non ut ſubſtantiam vocabula ſeparent.

I. Cor. VIII. 6.

Coloſ. II. 9.

Baruch. III. 36. *& ſeqq.*

Iſai. XLV. 14.

Plures Dii eſſe non poſſunt.

o XIV. Sed ut omne myſterium hæreſis Arianæ (*o*) tradatur, cur noluit Filium Dei de Patris ſubſtantia credi, breviter intimabo. Aiunt enim: Cùm ſit Deus Pater, omnipotens, inviſibilis, inconvertibilis, immutabilis, perfectus, ſemper idem, æternus: Filius verò viſibilis, quia ſæpè à Patribus viſus eſt, & convertibilis atque mutabilis,
p quia in variis figuris ſingulis quibuſque ſeſe monſtravit. (*p*) Quia ſi de Patris, inquiunt, ſubſtantia eſſet, fieri poſſet, ut & carnem aſſumeret, & inviſibilis tamen atque
q immutabilis cerneretur; ſed potiùs (*q*) in ea qualitate quâ Pater eſt, permanſiſſet, ex cujus ſubſtantia erat; quia quod de Patre eſt, nec videri, nec mutari, nec converti poſſe credendum eſt. Accedit ad cauſam, quia cùm illapſus eſt in Mariam, cùm Virginis uterum opplevit, aliud utique ex illa, quàm quod venerat, natum eſt. Undè jam, inquiunt, corrupta ſubſtantia ſtatum vertit, ordinem perdit, continuò immu-

Cur Arius neget Filium de Patris ſubſtantia eſſe.

(*a*) *Quaſi duos Deos dicam* &c. Sic Ambr. In Bill. ed. *Quaſi duos Deos ex diverſitate confingam.*

(*b*) *Diſcipuli Philoſophorum* &c. In Ambr. *Diſcipuli eorum, qui poteſtatum diverſitate variantur.*

(*c*) *Jubendi.* Sic Ambr. In Bill. ed. *Juvandi.*

(*d*) *Deum.... violat.* Hæc & interjecta deſunt in Ambr.

(*e*) *Sabellius fertur.* Sic Ambr. In Bill. ed. *Sabellius, frater.*

(*f*) *In unam eſſentiam.* Ambr. *In unam ſententiam.*

(*g*) *Perſonaliter.* Sic Ambr. In Bill. ed. *Perſonâ alter.*

(*h*) *Quod eſt Filii.... quod Patris.* Ambr. *quod eſt Filius... quod Pater.*

(*i*) *Judicabitur.* Ambr. *defenditur.*

(*k*) *Ut Deus... degeneraret.* Sic Ambr. In Bill. ed. *ut ſi ſit Deus... degeneraretur.*

(*l*) *Filium.* Deeſt in Ambr.

(*m*) *De vero Patre* &c. In Ambr. ſic legitur: *de vero Patre, qui ſemper fuit, & eſt unius ſubſtantiæ.*

(*n*) *Aliud ipſum* &c. Ambr. *cum uno aliud ipſum, ut Perſonæ audientia nominatim fierent.*

(*o*) *Tradatur* &c. Ambr. *Traducam, cur nolint* &c.

(*p*) *Quia ſi de Patris... fieri poſſet* &c. Ambr. *Qui ſi de Patris... nunquam fieri poſſet, ut ante carnis aſſumptionem, aut viſibilis, aut mutabilis cerneretur.*

(*q*) *In ea qualitate.* Ambr. *in æqualitate.*

tatione ipsâ (*a*) formatus de Deo in hominem, de Spiritu in carnem; & utique a
tranſlatio omnis, interemptio eſt priſtini. Ac per hoc aiunt: Si Filius de Patris
ſubſtantia eſſet, (*b*) poſſet etiam Pater minor videri ſubſtantiæ ſuæ vel tranſlatione, b
vel ſine. Et proindè Filium ex alia ſubſtantia credere maluerunt, quæ verti, & mutari,
& videri poſſet, quia hæc de Patris ſubſtantia credi non liceat. Hæc eſt cauſa erroris,
hæc origo hæreſis Arianæ, dum non intelligunt virtutem Dei, neque tanti ſacramenti
diſpoſitionem agnoſcunt, ut Deum humanis conditionibus comparent.

Quomodò Filius Dei olim Patribus apparuit.

XV. Quibus primo in loco reſpondendum eſt, Filium Dei non ita viſum, ut Deus
erat, (*c*) ſed ut homo capere poterat de Deo. Deindè in variis figuris non mutabilem e
& convertibilem ipſum, ſed eſſe hoc potentiæ Dei, ut, cùm ſe ſingulis, prout vult,
revelare dignatur, habitum mutet, non ſubſtantiam vertat; nec proprietatem qualitatis
amittat, ſed juxta meritum videntis, temperamentum majeſtatis adhibeat; ipſe tamen
idem, ut ſemper eſt, in ſubſtantiæ ſuæ proprietate permaneat, ſicut ſcriptum eſt:
Pſ. CI. 27. & *ſeqq.* *Mutabis eos, & mutabuntur; tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.*
Nam etſi multa ſunt ex his, quæ in hoc mundo videntur, quæ ex alio convertuntur in
aliud, ut deſinant eſſe quod erant, & hoc ſint quod retrò non fuerant; ut limus,
cùm in hominem figuratur, limus eſſe jam (*d*) deſinit; ut lutum figuli, cùm ſolidatur d
in teſtam; ut lapis, cùm diſſolvitur coctus in calcem; ut arena, cùm mutatur in vitrum,
& cætera, quæ longum eſt recenſere. Sed multùm intereſt, ſtulte Hæretice, inter ea
quæ facta ſunt, (*e*) & eum qui fecit; cùm omnia, quemadmodùm voluit, fecit. Quæ e
autem facta ſunt, adſcriptæ conditioni deſerviunt; qui verò fecit, ſuæ voluntatis &
proprii juris eſt; neque poteſt in aliud (*f*) quàm quod eſt, aliquo cogente, mutari; f

Angelorum Apparitiones.

ſed prout vult, & cui vult, ſeſe demonſtrat. Nam ſi Angeli in figura hominum ſæpè
ſunt viſi, & tamen aliud non ſunt, quàm quod eſſe norunt, neque ſubſtantiam mutant,
cùm formam humani corporis ſumunt, quantò magis ipſe Dominus noſter, qui omnia
fecit, qui ipſis Angelis, ut hoc poſſent, ſuâ inſtitutione conceſſit? Huc accedit,
quòd Filium Dei, ut jam dictum eſt, ita viſum à Patribus approbamus, ut non
totum in illo, quod eſt Deus, videretur; ſed ut diſpoſitiones rerum futurarum, quæ
ſuis quibúſque temporibus complendæ erant, in illo per imaginem cernerentur. Nam
quis Filium Dei videre potuit, antequàm conſpicabilem materiam, (*g*) quæ ei g
Gen. XVIII. 1. & *ſeq.* complacuit, aſſumpſit, vel ipſum hominem induere dignatus eſt? (*h*) Qui ſi *Abrahæ* h
viſus eſt, ſed in forma humani corporis viſus eſt, (*i*) quo ſcilicet, poſtremis temporibus i
in homine venturus eſſe, oſtenderetur. Jacob etiam alibi in Angelo, alibi æquè videtur
in homine. Qui ideò ſe in Angelo demonſtravit, ut nuncium ſe magni conſilii indicaret;
in homine verò, cum quo colluctatus fuiſſe deſcribitur, ut imaginem futuræ colluctationis, quam cum Iſraël habiturus erat, cùm ſecundùm hominem (*k*) adveniſſet, k
præcipuè indicaret. Sed ut Deum crederet, cum quo tanto certamine ſub figura hominis
Gene. XXXII. 24. luctabatur, Iſraël, id eſt, *homo videns Deum*, nomen accipit. *Vidi enim*, inquit,
Ibid. XXXII. 30. *Deum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea.* Et utique figuram hominis viderat,
Exod. III. 2. quam Deus Dei Filius induerat. Moyſi *in rubo* in flamma ignis apparuit, ut lumen
II. Cor. II. 16. credentibus, incredulis judicium oſtenderet; quia Chriſtus credentibus ſalus eſt, non
Exod. XIII. 21. credentibus pœna, ut Apoſtolus dicit: *Aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in*
mortem. Populum Iſraël *in columna nubis* per diem, & per noctem in columna ignis,
quaſi dux itineris præcedebat, ut Baptiſmi gratiam per nubem, & donum ſancti Spiritûs
I. Cor. X. 2. per ignem oſtenderet. Undè & Apoſtolus Paulus *in nube Patres baptizatos* ſcribit; &
Act. II. 5. Spiritum *ſicut ignem* eſſe, Apoſtolorum Acta declarant. Vides ergo per omnia, (*l*) Hære- l
tice, characteres divinarum diſpoſitionum in honore Dei Patribus præoſtenſos, non tamen
ipſum Deum, ut eſt propriè revelatum. Denique cùm Moyſes rogaret, ut faciem Dei
purè videret, quid ad illum continuò dixit Deus? *Non poteris videre faciem meam; non enim videbit homo faciem meam, & vivet.* Hoc ipſo quòd negatur aſpectus,
claritas (*m*) aſſignatur, quæ ſcilicet tanta eſt, quanta credenda eſt, quæ (*n*) inviſibilis m n
indicatur.

Moyſis laus.

XVI. Cùm ergo Moyſes, (*o*) qui, & ſitum cœli, & ordines mundi, & elementorum o
vices, totius denique orbis ornamenta digeſſerit, (*p*) indicarit, expreſſerit; cui ipſe p

(*a*) *Formatus.* Ambr. *Formandus.*
(*b*) *Poſſet etiam* &c. Ambr. *Jam & Patrem minorem videri ſubſtantiæ ſuæ, vel traditione, vel ſine.*
(*c*) *Sed ut homo capere poterat de Deo.* Sic Ambr. In Bill. ed *ſed ut homo poterat.*
(*d*) *Deſinit.* Ambr. addit: *Aut piſces, aut aves, cùm de aqua procedunt, ex eo jam non aqua, quia aliud.*
(*e*) *Et eum qui fecit* &c. Ambr. *Et eum qui omnia, quemadmodùm voluit, fecit.*
(*f*) *Quàm quod eſt.* Sic Ambr. In Bill. ed. *Quàm eſt.*
(*g*) *Quæ ei complacuit.* Ambr. *Sicut ei placuit.*
(*h*) *Qui ſi* &c. Ambr. *Qui etſi.*
(*i*) *Quo ſcilicet . . . oſtenderetur.* Sic Ambr. In Bill. ed. *Quod ſcilicet . . . venturus eſſet, oſtendit.*
(*k*) *Adveniſſet, præcipuè indicaret.* Sic Ambr. In Bill. ed. *Accepiſſet, perſpicuè indicaret.*
(*l*) *Hæretice, characteres . . . Patribus præoſtenſos.* Sic Ambr. In Bill. ed. *Signa . . . Patris præoſtenſa.*
(*m*) *Aſſignatur.* Sic Ambr. In Bill. ed. *indicatur.*
(*n*) *Inviſibilis.* Sic Ambr. In Bill. ed. *inviſibiliùs.*
(*o*) *Qui & ſitum cœli* &c. Sic Ambr. In Bill. *Qui ſcilicet cœli ordines, mundi elementorum vices* &c.
(*p*) *Indicarit, expreſſerit* &c. Sic Ambr. In Bill. *indicari expreſſerit, qui ipſe* &c.

a Dominus (*a*) teſtimonium perhibuit, dicens: *Nemo erit ex Prophetis, ut ſervus meus Moyſes, cui facie ad faciem, & ore ad os locutus ſum;* Deum tamen purè videre non potuit. Meritò quidem Prophetiæ omnis dignus, ſed non uſque adeò, ut intueri Deum poſſit, qui homo tantummodò eſſet. Et utique hæc omnia Filii verba defendimus, b quem in monte Sina cum Moyſe locutum eſſe ſcimus, qui agendis (*b*) explendíſque rebus à Patre advenerat. Quia omnia à principio per ipſum ordinari, explicari, & c manere convenerat, ut habendi Filii hæc præcipua ratio conſtaret; & tamen ſic (*c*) ejus d Incarnatio accipiatur, ut alicujus conſpicabilis, ut dixi, materiæ (*d*) diſpoſitio aſſumpta videretur, ſalvâ ſcilicet inviſibilitate ejus, quam à conſpectu omnium majeſtas interfuſa ſepoſuit. Non enim ſic humanis aſpectibus revelatus eſt, ut tota in illo Deitas appareret; ſed ad vicem ſpeculi, cùm conceptos intra lucem ſuam vultus, quaſi ad plenam e effigiem hominis includit, ita majeſtatis ejus præeunte fulgore, (*e*) intra id viſum eſt, quod imaginem veritatis, non ipſum Deum propriè demonſtraret. Sic & cùm hominem f induere dignatus eſt, non labem æternitati intulit, (*f*) ut Spiritus ſe mutaret in carnem, ſed ut ſuſceptio hominis immortalitatem atque æternitatem cœleſtis vitæ præſtaret. Nam etſi Apoſtolus ſemetipſum exinaniſſe dicit, formam ſervi ſuſcipiendo; non utique ſic exinanitum accipiemus, ut aliud, quàm quod fuerat, idem Spiritus fieret; ſed ut, ſepoſito interim majeſtatis ſuæ honore, humanum corpus indueret, quo ſuſcepto, ſalus gentium fieret. Ut enim ſol, cùm in nube tegitur, claritas ejus comprimitur, non cæcatur; & lumen illud, quod toto orbe diffuſum, claro ſplendore cuncta perfundit, parvo admodùm obſtaculo nubis includitur, non aufertur; ſic & homo ille, quem Dominus Jeſus, Salvatórque noſter, id eſt, Deus Dei Filius, induit, Deitatem in illo non intercepit, ſed abſcondit.

Num. XII. 7 & ſeq.

Chriſti Incarnatio.

Exinanitio.

XVII. Denique cùm ſe *in monte* paululùm extra ipſum hominem extuliſſet, fulgore luminis ejus penè obcæcati Apoſtoli, in terram, quippè homines, ceciderunt, periclitati de vita, niſi eis Dominus, compreſſo rursùs majeſtatis ſuæ honore, ut miſericors, ſubveniſſet, ſecundùm illam ſententiam Scripturæ divinæ, dicentis: *Deum nemo vidit, & vixit.* Ut ergo claritas ſolis, cùm non uſque ad noſtros emicat viſus, ſibi ſalva eſt, quia quod non videtur, infirmitatis eſt noſtræ, quorum oculos g nubium texit obſcuritas; ita (*g*) & majeſtas illa divina, quæ, ut dixi, corpus induerat, h probat ſe non ſuo detrimento (*h*) proprio latuiſſe fulgore, ſed carnis, ut dixi, beneficio; cujus causâ Filius Dei filius hominis eſſe ſuſtinuit. Nempè enim de Spiritu Dei Virgo i concepit; & quod concepit, hoc peperit, id eſt, (*i*) Deum, carni & animæ ſuæ, id eſt, homini, ut jam dixi, perſonæ unitate ſociatum, ſicut ipſe ait: *Quod naſcitur de* k *carne, caro eſt; & quod naſcitur de Spiritu, Spiritus eſt;* (*k*) quia Deus Spiritus eſt, & de Deo natus eſt. Sicuti & Angelus ad Mariam Virginem dixit: *Spiritus Dei veniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Propterea & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur* l *Filius Dei.* Vides ergo (*l*) ipſum Verbum, ipſum Dei Filium veniſſe in Virginem, & m (*m*) indè Dei & hominis Filium proceſſiſſe; nec tamen ipſo indumento carnis, Dei Filium eſſe mutatum, ſed eundem ipſum eſſe in homine, qui fuerat ante mundum n (*n*) apud Patrem Deus, *per quem facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil,* ſicut Evangeliſta ait: *Mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit.* Cæterùm o amentia eſt credere, poſſe ab eo liberari, (*o*) qui ut liberaretur, miſſus eſt; qui ut naſceretur, oppreſſus eſt; qui ut ad immortalitatem redigeret, tranſiit ad mortem. Sed p abſit, Hæretice, ut (*p*) ſenſûs tui iniquitas à Catholicis admittatur. Nos enim credimus q immutabilem & inconvertibilem, (*q*) ſicut Patrem, ita & Spiritum ſanctum, & Filium Dei. Qui cùm hominem induit, non ſtatum vertit, non ordinem perdidit, non r ſubſtantiam immutavit, (*r*) ſed indumento ejuſdem corporis, æterno claritatis ſuæ lumine illuſtrato, virtute ad nos per tramitem corporis ejus lux ſancti Spiritûs, & æternæ vitæ gratia redundavit. Quem etſi paſſum credimus & ſepultum, ſed homo ille paſſus eſt, quem Filius Dei ſuſcepit, quem induit, quem portavit. Sed quia

Transfiguratio.

Matth. XVII. 6.

Exod. XXXIII. 20.

Joan. III. 6.

Luc. I. 35.

Joan. I. 10.

(*a*) *Teſtimonium perhibuit.* Sic Ambr. In Bill. *teſtimonium omnium perhibuit.*

(*b*) *Explendis.* Ambr. *explicandis.*

(*c*) *Ejus Incarnatio accipiatur.* Ambr. *viſus accipitur.*

(*d*) *Diſpoſitio.* Ambr. *diſpoſitione.*

(*e*) *Intra id viſum eſt, quod.* Sic Ambr. In Bill. ed. *infra id, via eſt, ut* &c.

(*f*) *Ut Spiritus ſe* &c. Ambr. *ut Spiritum in carnem mutaret, ſed ut ſucepto homini immortalitatem* &c.

(*g*) *Et Majeſtas ... induerat.* Hæc & interjecta deſunt in Ambr. Annotatur tamen ea legi in Vigil. ed.

(*h*) *Proprio latuiſſe fulgore.* Ambr. *proprii latuiſſe fulgoris.*

(*i*) *Deum, carni* &c. Ambr. *Deum homini ſuo, ut jam dixi, ſociatum.*

(*k*) *Quia Deus Spiritus eſt, & de Deo* &c. Sic Ambr. In Bill. *Quia Spiritus eſt, ex Deo natus eſt.*

(*l*) *Ipſum Verbum* &c. Ambr. *ipſum Spiritum, id eſt, Filium Dei veniſſe ad Virginem* &c.

(*m*) *Indè Dei* &c. Sic Ambr. In Bill. ed. *In Dei* &c.

(*n*) *Apud Patrem Deus.* Ambr. *cum Patre, per quem* &c.

(*o*) *Qui ut liberaretur* &c. Ambr. *Qui ut liberaret, amiſſus eſt ... ut immortalitatem reciperet, tranſivit ad mortem.*

(*p*) *Senſûs tui iniquitas.* Ambr. *Senſus tuæ iniquitatis.*

(*q*) *Sicut Patrem* &c. Ambr. *Verbum & Spiritum, id eſt, Filium Dei.*

(*r*) *Sed indumento* &c. Ambr. *ſed illuvias ejuſdem corporis æterno claritatis ſuæ lumine illuſtravit, ut ad nos per tramitem ... vitæ gratia redundaret.*

totum ad auctorem referebatur, quidquid ille homo patiebatur, ideò mors & passio
In Christo duplex natura, & una persona. Domini (*a*) dicebatur. (*b*) Etenim in Christo, sicut gemina & duplex, divina scilicet humanáque substantia, ita una eadémque Persona. Sed constat immortale esse, quod Dei est; hominis, quod caducum. Tertiâ quoque die resurrexit, non Deus in homine, sed homo potiùs in Deo. Ascendit in cœlos, obtulit Patri suo (*c*) humanam illam, quam susceperat pro hominum salute, naturam, gratissimum munus. Consedítque ad
Ps. CIX. 1. dexteram Patris, secundùm quod scriptum est: *Dixit Dominus Domino meo: Sede ad dexteram meam.* Misit nobis Spiritum sanctum de propria sua, & ex una eadémque substantia, protectorem, (*d*) signatorem, & ductorem in vitam æternam, sicut scriptum
Joël. II. 29. est ex voce Dei: *Effundam de Spiritu meo super servos meos, & ancillas meas.*
Isai. LVII. 16. Et iterùm: *Spiritus ex me prodibit.* Et ipse Dominus Salvatorque noster: *De meo,*
Joan. XVI. 15. inquit, *accipiet;* ex eo utique quod est Filius, (*e*) quia & Filius de eo quod Pater est. Exindè præfinito tempore venturus, vivos mortuósque judicaturus, ut reddat credentibus præmia, non credentibus verò supplicia. Cujus regnum æternum, immortale, nec initium habet, nec finem. Cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Conclusio. XVIII. Hæc qui legis, per Deum obsecro, ne simplicitatem sensûs in ambiguum torqueas, aut aliàs quàm dicta sunt trahas, quia nos Patrem, verum Patrem confitemur: & Filium Dei, verum Filium Dei: & Spiritum sanctum, verè Spiritum sanctum credimus: tres Personas unius substantiæ, & unius Divinitatis confitentes: Sabellii autem, & Photini, necnon Arii sectam, & si qua alia sunt, quæ contra regulam veritatis veniunt, condemnamus. Nicænæ autem Synodi Tractatum, omni animi nisu ex tota fide servantes, amplectimur. Hunc enim Tractatum scimus contra omnes Hæreses invictâ veritate oppositum.

(*a*) *Dicebatur.* Ambr. *judicatur; nam constat* &c.
(*b*) *Etenim... una eademque Persona.* Hæc & interjecta desunt in Ambr.
(*c*) *Humanam illam* &c. Ambr. *hominem illum*, &c.
(*d*) *Signatorem.* Ambr. *Sanctificatorem.*
(*e*) *Quia & Filius.* Sic Ambr. Hæc desunt in Bill. ed.

MONITUM

MONITUM

IN ALTERUM DE FIDE ORTHODOXA TRACTATUM.

I. *Quæ de præcedenti Tractatu, in Monito ipſi affixo, ſtatuimus, ſatis profectò indicant, quid de iſto ſentire debeamus.* Uterque enim, *ut cum Quenellio loquamur,* in ſtyli ſimilitudine convenit... uterque Nicæni Symboli fidem explicat; *ac proindè uterque, cùm tanta ſit inter eos affinitas, unum eundemque parentem agnoſcere debet. Cùm igitur conſtet, præcedentem Tractatum, & primitùs latinè conſcriptum, & Phœbadium Aginnenſem Epiſcopum habere auctorem, manifeſtum arbitramur, idem de iſto ſubſequenti judicium eſſe ferendum.*

Quis iſtius Tractatûs auctor.

Quenell. Leo. diſſert. XIV. p. 720.

II. *Putavit Quenellius, præcedentem Tractatum iſtius ſubſequentis Apologeticum eſſe. Ait enim:* Sed quod attendi velim, unus alterius explicatio eſt & Apologeticus, prior poſterioris. *Undè concludit:* Sit igitur certum fixumque unius auctoris eſſe geminum hunc de fide Nicæna Tractatum, nulluſque ſeparet, quod non materiæ ſolùm affinitate conjunctum eſt, ſed & Scriptoris ipſius conſilio, & ſcripti materiâ, quæ quidem poſtulat, ut quod poſteriori loco poſitum eſt hactenùs, ſuperiorem deinceps obtineat, cùm & priùs ſcriptum ſit, & alterius ſit ſcripti materies, & demùm priùs legi debeat, ut alter meliùs intelligatur.

Quenellii ſententia de iſto Tractatu.

Quenel. Leo. diſſ. XIV. p. 721 & 722.

III. *Hanc ſententiam impugnant Galliæ litterariæ Conſcriptores, duobuſque potiſſimùm argumentis oſtendunt, Tractatum iſtum nullatenùs præ ſe ferre notas, quibus deſignatur libellus ab Auctore primùm contra Arianos editus, & cujus defenſionem in præcedenti Tractatu aggreditur. Phœbadio namque, præter ambigua quædam & ſuperflua, objectum fuerat, quòd in primo libello, ubi* Verbum Dei *pro Perſona Filii poſuerat, tale hoc Verbum intelligere putaret, quale Grammatici tradunt,* aërem *ſcilicet* Spiritu oris offenſum. *Deindè, quòd, cùm* unius Dei *vocabulum dixiſſet,* Perſonas *negaſſe putaretur: aut, ſi* Patrem & Filium *nominaſſet, id acceptum ſit, quaſi iſta vocabula, ita poſita eſſent,* ut nomen & cognomen unius Perſonæ. *Undè mirari ſe fatetur Auctor, hoc ita accipi potuiſſe, quaſi Perſonam propriam Verbi, quod eſt Filius, negaret, quem tot locis verum Filium, non factum, ſed de vero Patre natum ingeſſerat. Nam, ut addit,* nemo verbo tenus nominat, quem verè eſſe in Perſona ſua ſæpiùs profitetur. *Verùm in iſto breviori Tractatu, nihil tale occurrit; nec ſuperfluitatis quidquam aut ambiguitatis circa Nicænam fidem reprehendendum reperitur. Brevem quidem, ſed claram & diſtinctam Catholicæ fidei expoſitionem continet; ſeu potiùs, præcedentis Tractatûs ſummaria Confeſſio eſt. Prætereà, ut obſervant Galliæ litterariæ Conſcriptores, affirmat Auctor, ſe nominatim* in priori libello Sabellianam Hæreſim damnaſſe; *quod quidem tribus in locis factum videmus in primo Phœbadii Tractatu contra Arianos, quodque in iſto poſteriori incaſsùm perquirimus. Hinc penitùs corruit Quenellii conjectura.*

Impugnatur Quenellii ſententia duobus argumentis.

Hiſt. Gall. litt. t. 1. part. 2. p. 280.

Primum argumentum.

Præced. Tract. n. 3.

Ibid. n. 2.

Hiſt. Gall. litt. t. 1. part. 2. p. 281.

Secundum argumentum.

Præced. Tract. n. 3.

IV. *Ut autem de iſta quæſtione mentem noſtram paucis aperiamus,*

Sententia noſtra.

Bibl. veter. Patrum t. IV. p. 300.

Phœbadio Aginnenſi Epiſcopo tres adſcribendos putamus de fide Nicæna contra Arianos Tractatus. Primum legas velim in Bibliotheca veterum Patrum. Scriptus eſt adversùs Epiſcopos ſecundæ formulæ Sirmienſis Auctores. Alter verò, & quidem præcedentis Apologeticus, ille eſt, quem in iſta Appendice priori loco collocavimus. Tertius denique, iſta eſt ſubſequens ac brevis Nicænæ fidei Confeſſio, quæ profectò haberi debet, velut ſumma, ſeu compendium Dogmatum, quæ jam in præcedentibus libellis à Phœbadio Aginnenſi pertractata fuerant.

DE FIDE ORTHODOXA
CONTRA ARIANOS.

TRACTATUS SECUNDUS.

Alias, Or. 50.

Confeſſio Orthodoxæ Fidei.

CREDIMUS in unum Deum, Patrem omnipotentem, & in unigenitum Filium ejus Jeſum Chriſtum, Deum & Dominum Salvatorem noſtrum, & Spiritum ſanctum, Deum: non tres Deos, ſed Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum unum Deum eſſe confitemur. Non ſic unum Deum, quaſi ſolitarium, nec eundem qui ipſe ſibi Pater ſit, ipſe & Filius; ſed Patrem verum, qui genuit Filium verum, ut eſt Deus de Deo, lumen de lumine, vita ex vita, perfectum de perfecto, totum à toto, plenum à pleno: non creatum, ſed genitum: non ex nihilo, ſed ex Patre, unius ſubſtantiæ cum Patre: Spiritum verò ſanctum, Deum, non ingenitum neque genitum: non creatum, nec factum; ſed Patris & Filii, ſemper in Patre & Filio coæternum veneramur. Unum tamen Deum, quia ex uno Patre totum quod Patris eſt, Deus natus eſt Filius, & in Patre totum quod ineſt, totum genuit in Filium. Pater Filium generans, non minuit, nec amiſit plenitudinis ſuæ Deitatem. Totum autem quod Deus Pater eſt, id eſſe & Filium ab eo natum certiſſimè tenentes, cum Spiritu ſancto unum Deum piiſſimè confitemur. Credimus Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, Dei Filium, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlis & in terra, viſibilia & inviſibilia, propter noſtram ſalutem deſcendiſſe de cœlo: qui nunquam deſierit eſſe in cœlo, & natum de Spiritu ſancto ex Maria Virgine: Verbum caro factum eſſe, non amiſiſſe quod fuerat, ſed cœpiſſe eſſe quod non erat: non Deum mutatum, ſed Deum permanentem; etiam hominem natum; non putativè, ſed verè; non aëreum, ſed corporeum; non phantaſticum, ſed carneum; oſſa, ſanguinem, ſenſum, & animam habentem. Ita verum hominem, verum Deum, unum eundémque verum hominem & verum Deum intelligimus, ita ut verum Deum, verum hominem fuiſſe nullo modo ambigamus confitendum, hunc eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, adimpleſſe Legem & Prophetas, paſſum ſub Pontio Pilato, crucifixum, ſecundùm Scripturas tertiâ die à mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum in cœlos, ſedere ad dexteram Patris; indè venturum judicare vivos & mortuos. Expectamus in hujus morte & ſanguine emundatos, remiſſionem peccatorum conſecutos, reſuſcitandos nos ab eo in his corporibus, & in eadem carne quâ nunc ſumus, ſicut & ipſe in eadem carne quâ natus, & paſſus, & mortuus eſt, reſurrexit, & animas cum hac carne, vel corpora noſtra accepturos; ab eo autem vitam æternam præmium boni meriti, aut ſententiam pro peccatis, æterni ſupplicii.

Finis Tomi primi.

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

Littera M. *Monitum, aliæ Majuſculæ partem paginæ; Litteræ minuſculæ Notas deſignant.*

A.

AAaron, Moyſis non minùs pietate quàm corpore frater. 242. C. 826. D. Sacerdotum ſanctiſſimus. 242. C. Moyſi pro lingua D. Ad vocationem promptus, quia vocantis ope confidebat. 64. B. Ad montem accitur. 377. A. Aaron inter eos qui ad montem acciti erant, quo tempore Deus Moyſi miracula edebat. 55. C. Extra nubem & in propinquo, dum Deus Moyſi loqueretur. 590. D.

Aaron perilluſtris vir, cum filiis ſuis, Sacerdotii oleo delibutus. 248. D. Unguentum in Aaronis caput uſque ad barbam & veſtem defluit. *ibid.* C. Aaron primus eorum qui à Moyſe conſecrati ſunt. 590. E. Magni illius & ſacro-ſancti tabernaculi Myſtes. 826. B.

Aaron, & ii omnes qui populi antiſtites fuerunt, non ſine laboribus & ſudoribus præfecturæ munus obierunt. 38. C. Aaron ſecundùm Moyſen primas apud Deum obtinet. 56. A. Nec tamen filiis ſaluti eſſe poteſt. *ibid.* Aaron & Hur Moyſis manus in monte ſuffulciunt. 248. D. Aaron alter, Gregorius ſenior. 199. D. Item Gregorius Nyſſenus. 242. D. Aaronis æmulus Baſilius Magnus. 826. D.

Abaridis Hyperborei ſagitta. 786. A. Baſilius & Gregorius cùm ea comparantur. *ibid.*

Abelis munus acceptum, quare. 88. A. Abelis vox per tacitum cruorem audita. 311. C.

Abiron. *Vide* Dathan.

Abiud & Nadab alieno igne conſumpti, atque idem exitii quod & impietatis locum ac tempus nacti. 58. A.

Abjuratio impietatis & divinitatis confeſſio, in Baptiſmo, quænam. 759. B.

Abominatio deſolationis, quid. 872. A.

Abraham ſolus, Chananeis univerſis præſtantior, 753. Peregrinus fuit. 610. A. Ex fide juſtificatus. 509. C. Fidei teſtis, juſtitiæ laudem ex fide conſecutus. 258. B. Abraham Deum, non ut Deum vidit, ſed ut hominem aluit. 509. C. Cur Dei filium in corporis humani forma vidit. 902. C. Cur vigeſima prima generatione patriarchatu ornatus. 733. D. Filio, præter ætatem, donatus, ad confirmationem alterius ſeminis promiſſi. 85. E. F. Abraham, & Patriarcha, & novæ victimæ mactator. 825. C. Eum quem ex promiſſione acceperat, beneficii auctori obtulit. *ibid.* Novam & inauditam victimam Chriſtique figuram. 509. C.

Abrahæ ſacrificium, quo filium Deo libentiùs obtulit, quàm ab eo primum acceperat. 323. E. Abrahæ ſacrificio præſtantius quod Machabæorum mater obtulit, niſi tamen hoc audacius dictum. 289. A. Abrahæ vernaculi, quamvis pauci eſſent, innumerabiles copias fugarunt. 753. E. & *ſeq.* Abrahæ ſinus, quicumque tandem ille eſt. 209. C. Expetendus. 741. A. Miſericordes excipiet. 370. C.

Abrahamicus pater ab exilio redux ſaxis excipitur. 607. A. *Vide* Euſebius Samoſatenſis.

Abrahamo ſimilis, Gregorius ſenior. 59. C. 221. A. Item Baſilius Magnus. 825.

Abſalon parricida per Davidem excuſatus. 414. D. Abſalon non magis à patre defletus, quàm pax abſens à Gregorio Theologo. 414. B. Abſalonis manus cum illo, proverbium. 394. D.

Abſtractio mentis quanta in duobus philoſophis. 111. C.

Academicus diſputator, à Chriſtiana ſimplicitate abſcedit. 805. C.

Accaron. Ethnici, Juliano extincto, non ampliùs muſcam quærent, Deum Accaron. 166. D.

Accuſator, ſi falſa objiciat, non nos ſed ſeipſum lædit. 420. A. Si vera, nos ipſos potiùs quàm eum accuſemus; à nobis enim illi ſermonis materia ſubminiſtratur. *ibid.* B.

Achab, ea vinea Naboth hortum facit, luxus ornamentum, muliebres delicias. 631. A. Achab, crudelis Rex. 149. A. Achab alter, Julianus Apoſtata. *ibid.*

Acheron. *Vide* Pyriphlegetontes.

Achilles, unde ſic dictus, & qua ratione à Centauro educatus. 779. a.

Acrimonia. Non omnis animorum acrimonia in vitio ponenda. 581. C. Sed ea tantum quæ inſcitiam & temeritatem conjunctam habet. *ibid.* Acrimonia animi, cùm ad pietatem acceſſit, zelum parit. 456. C.

Actæones in felices venatores. 775. C.

Actio ſine fide accepta Deo non eſt. 475. B. Mortua eſt. 728. D. Actio ſermone deſtituta, & ſermo actione carens, æquè imperfectæ res. 803. D. Actiones Chriſti ita noſtrorum exemplaria ſunt, ut tamen plenam perfectamque ſimilitudinem fugiant, quare. 715. D. Actionis referendæ capaces infantes, quâ ætate. 714. A. Actione ſpeculatio comparatur. 721. C.

Actoridæ, quinam apud Homerum. 788. A.

Actuum Apoſtolorum liber, quid de Athenienſibus narret. 393. B.

Acus. *Vide* Camelus.

Adad, adversùs Iſraelem ſuſcitatus. 811. A.

Adam Dei figmentum. 562. E. Adam ſolus à Deo effictus, non tamen ſolus homo. Ita in Divinis, Pater ſolus ingenitus, & tamen Filium Divinitatis conſortem habet. 531. A. Primus Adam, apud Gregorium, Adam innocens. 677. C. Mandatum accepit; non quòd Deus futurum ignoraret, ſed quòd arbitrio legem præſcriberet. 867. C. *Vide* Primus homo.

Adamus per voluptatem & mulierem circumventus. 637. E. Eo adductus ut Deitatem ſibi invideri credat. 638. A. Diabolus in Paradiſum adverſus eum irrepſit. 442. D. Adamus, Evam pro ſocia, hoſtem expertus eſt. 334. E. Primâ lege dignus habitus, præceptum minimè ſervavit. 825. A. Sub peccato conſtitutus. 733. D. E Paradiſo exturbatus. 24. D. Caſus illius ac pœnæ cui addictus eſt, brevis enarratio. 678. B. & *ſeq.* Pœna cui ob mandati violationem obnoxius fuit, in miſericordiam ceſſit. 851. B.

Adamus ſibi & poſteris cœlum clauſerat. 688. A. Eidem participavimus, à ſerpente in fraudem inducti, & per peccatum morte affecti. 609. D. In eo mortui ſumus. 665. B. Per cœleſtem Adamum ſaluti reſtituti ſumus. 609. D. Pronuntiata in Adamum ſententia, quâ ratione in paſſione Chriſti reſciſſa. 685. E. Chriſtus propter Adamum, hoc eſt, propter eum qui ſub peccato factus eſt. 24. A. Novus Adam Chriſtus. 542. D. Chriſtus, noſtri cauſa, novus Adam, ac Deus adversùs peccatum patibilis. 540. B.

Adamus alter, in externa Chriſti Domini facie, conſpicuus. 442. D. Chriſtus Adam alter. 678. A. Poteſtas tenebrarum in Adamum viſibilem impetum faciens, in Deum incurrit, ac ſuperatur. *ibid.* Vetus Adam, undè exciderat, à Chriſto reductus, & ad illud vitæ lignum adductus, à quo ſcientiæ lignum malè perceptum nos removerat. 25. A. Adam vetus totus in Baptiſmo ſepultus. 687. A.

Adami & Evæ ſoboles, Seth. 562. E. Adam & Seth, non diverſæ naturæ, etiamſi primus à Deo effictus, alter ab Adamo & Eva procreatus. 685. A. Quid indè adversùs Macedonianos colligi poſſit. *ibid.* Adamus Chriſti morte ſalvatus. 439. E. Adamo Baſilius Magnus comparatur. 825. A.

Adamas & Magnes. Naturam eorum imitatur Athanaſius; percutientibus Adamas, & diffidentibus Magnes effectus. 406. E. Adamas percuſſus nec contuſus, eorum qui ex

vulgi contagione detrimentum non accipiunt, imago. 458. D.
Administratores Reipublicæ ab expilatione abstineant. 370. A.
Admiratio. Nihil admiratione dignum quod non permaneat. 840. B.
Adolescentes in flammis rore perfusi. 828. B. Adolescentes Athenienses, quo studio in sophistas tenerentur. 781. E. Spartani, in Dianæ festo virgis lacerati. 109. B. Adolescentes nugis Delphicis ornati. 450. C.
Adonæus, nomen Juliano Apostatæ inditum. 115. B.
Adoratio cur Spiritui sancto debita. 574. C. Cur creaturæ deneganda. 806. E. Adoratio Romanorum Imperatorum eorumque imaginis. 116. D. Adoratio Idolorum cum ritu Romano à Juliano Imperatore permixta. 117. B.
Adorare & orare spiritu, quid. 563. D.
Adoranda tota Trinitas. 194. A.
Adorandus qui nostra causa suspensus est. 864. B.
Adorantes in Filio Patrem, in Spiritu sancto Filium. 450. D.
Adorata in Trinitate unitas. 194. A.
Adventus Christi Monarchiæ Romanorum epocha. 94. C. Adventûs Christi in Jerusalem, cum reditu Athanasii comparatio. 405. A. Adventus Christi secundus postremo terræ motu designatur. 402. A. Inopinatus erit. 728. E.
Adversarius. Satis superque est unus adversarius. 539. A. Adversariis potestatibus bellum indicendum. 424. D.
Adversam fortunam ferre faciliùs esse videtur, quàm secundam conservare. 415. D. Adversa Deo pars, Diabolus. 187. E. Adversæ res secundis plerumque utiliores. 23. B. Adversa, cùm absunt, contemnere; & cùm adsunt, succumbere turpissimum. 478. B. In adversis promptissimum & fortissimum solatium, Dei recordatio. 319. A.
Adulterium in muliere pœnam constitutam habet; non in viro. 649. C. Lege utique humanâ, & minimè probandâ. *ibid.* Secùs lege divinâ constitutum. *ibid.* d. 650. A. Adulterium dicitur omne scelus in divinum numen commissum, quare. 657. E. Adulterium in ligno. *ibid.* Adulterium, quidam cultus. 656. A. Ne animo adulterium committas, corpore castitatem colens. *ibid.*
Advocatio Christi, ut intelligenda. 550. B.
Adytum horrendum in quod Julianus Apostata descendit. 102. B.
Æacidæ, nihil essent in comparatione parentum Basilii Magni. 772. D.
Ægra anima Deo propinqua. 321. A.
Ægrotus, quibus de causis curandus. 716. C. *Vide* Morbus, Pauper.
Ægyptiacæ plagæ in Ecclesiam, ab Hæreticis, introductæ. 596. A. A Christianis, sub Juliano Apostata, cur & quomodo provocatæ. 165. B. Ægyptiaca tyrannide, hoc est, ferrea fornace, Israelitæ oppressi. 190. B.
Ægyptii, litterarum, ut quibusdam videtur, inventores. 136. A. Osiridis cultores. 680. B. De vasis aureis & argenteis ab Ægyptiis commodato petendis, consilium etiamnum datur, spiritualiter intelligendum. 861. B. Ægyptii mari rubro cooperti atque obruti. 83. C.
Ægyptii populorum optimus, & Christi amantissimus. 621. C. Gregorii Theologi populus: quibus de causis. *ibid.* Classis frumentariæ quam in urbem Regiam ducere solebant, elegans & magnifica descriptio. 622. C. Ægyptii fide ac verbi prædicatione per totum orbem celeberrimi. 619. C. Cur optimi fructuum largitores à Gregorio Theologo appellati. *ibid.* e. Populos multos, & urbes magnas corporaliter, universum vero terrarum orbem spiritualiter alunt. 620. A. Catholicis Constantinopolitanis, nulla multitudinis Arianorum habita ratione, adjunguntur. 622. C. Ægyptii & Macedones Gregorium præter Canonem, Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfectum expostulant. 745. A. *Vide* Gregorius Theologus.
Ægyptiorum Deus, Serapis. 621. E. Plagra numerosa. 86. B. Plagæ in Israelitarum gratiam inflictæ. 190. C. Errores in fugam versi ab eo qui in Ægyptum pulsus est. 537. D. Ægyptiorum Dii à Christo superati. 621. C. *Vide* Hircus, Apis, Isis, Osiris, Serapis. Juliano Apostata extincto, à Christianis, irrisi. 169. B. Deorum illorum nomina. *ibid.*
Ægyptus à Josepho empta. 799. A. Propter Hebræos cruciatur. 445. C. Quærulis & murmuratoribus Israelitis, solitudine melior, & optabilior. 774. C. A Christo ditata, ipsum vicissim alit. 619. A. Frumentis nimirum quæ ex ea Constantinopolim asportantur. *ibid.* Ægyptus à Gregorio Alexandrinæ Sedis invasore vastata. 398. B.
Ægypti amœnitates & divitiæ. 619. A. Pyramides. 818. A. Cum hospitali domo à Basilio constructa haud comparandæ. *ibid.* Ægypti Rector Palladius. 604. D.b. Præfectus secundò Philagrius. 404. B. Vinea ex Ægypto, hoc est, ex tenebrosa impietate, translata. 165. C.
In Ægypto, Christus rectè adoratur & colitur. 675. A. Si diuturniorem in Ægypto moram faciat, ex Ægypto vocandus est. *ibid.*
Æmulatio virtutem parit. 454. C.
Æones Valentinianorum fabulosi. 614. C. 560. E. Æones Marcionitarum triginta & octo. 732. B.
Aer pro Deo habitus & cultus. 506. C. Uberrimus & copiosissimus thesaurus. 518. B. Variæ de eo quæstiones. *ibid.* C. Cùm respirandi facultatem largitur, sicque vitam conservat, parentum erga filios amorem imitari videtur. 188. D. Aer Crucis signo sanctificatus, cùm Judæi, ab instauratione templi sui, miraculo prohibiti sunt. 151. B.
Ætas plenum virtutis argumentum docendique maturitatem habens, trigesimus annus. 714. D. Quid commodi verus philosophus ex juvenili ætate percipiat. 479. D.
Æternitas, quid. 667. E. Æternitatis, temporis, & ævi differentia. *ibid.* Æternitas & tempus in quo differunt. 848. B. Æternitas quid, ex S. Augustino. 847. c.
Æternus. Quod æternum est, non protinus quoque principio, id est, origine caret. 525. A.
Æthiops atrum colorem vel ignis ardorem non abjiciens, cujus imago. 105. c. Ecquando tantùm laboris pro Christo suscepimus, quantùm Æthiopum Regina, ut Salomonis sapientiam audiret? 712. E.
Aetius ficto subdoloque animo ab Arianis damnatur. 400. d.
Ætna. Empedocles in ardentem Ætnam, se præcipitem dedit, quare. 104. c.
Ætneus ignis, Juliani Apostatæ furoris imago. 120. B. Gigantis pœnas dantis anhelitus. C. Ex fabula Græcorum quam Gregorius fugillat. *ibid.* f.
Ævum, in quo à tempore differt. 667. E. Ab æternitate. 848. B.
Affectus. Quorum communis est spiritus, horum affectus quoque communis. 471. B. Quibus autem idem affectus est, eadem etiam ad credendum propensio. *ibid.* Plerique homines, alios affectibus suis metiuntur. 105. A. Affectus amputandi, tam spirituales quàm corporales. 659. C. Affectuum omnium iniquissimus simul & æquissimus; quis. 637. D.
Afflictio nonnumquam commodum est ad salutem pharmacum. 190. B. Afflictio plerumque prospero rerum eventu præstabilior. 810. D. Afflictis cito & in hilaritate succurrendum. 282. E. Afflictorum lacrymæ non spernendæ. 839. D.
Agenoris filius, draconis dentes sevit, ex quibus gigantes extiterunt. 792. b. Fabulæ hujus applicatio ad eos qui citiùs antistites & sacerdotes consecrant. 791. E.
Aglaophon incredibili quadam elegantium formarum pingendarum & sculpendarum peritiâ claruit. 515. D.
Agnus, Paschæ victima, Christi figura; quare perfectus, masculus, anniculus, immaculatus. 855. C. Quare mense primo, à decima mensis, ad quintam decimam; & ex hædis qui sinistrâ manu sunt. 856. B. Reliquarum ejus figurarum moralis explicatio. 857. & *seqq.* Agnus, Christi nomen, quare. 556. A. Cur Filius Dei hoc nomine vocatus. 900. D.
Agricultura ab Athenienſibus, siquidem ipsis fides est, inventa. 136. D.
Agrigentinorum tyrannus, Phalaris. 125. k.
Alacritas. Nihil persecutorem ita superat, ut patientis alacritas. 455. E. Alacritas animi mortuos excitat; quâ ratione. 800. A.
Alcmœones nihil essent in comparatione majorum Basilii Magni. 772. D.
Alexander Constantinopolis Episcopus, magnus Trinitatis propugnator & præco. 635. B. Oratione ad Deum fusâ, impietatis ducem Arium oppressit. *ibid.*
Alexander Magnus, victo Poro vitam dedit, & Indorum regnum ipsi restituit, quare. 96. A.
Alexandria, doctrinæ omnis officina. 201. C. Ea in urbe, omnes obscuri & incogniti propter ipsius magnitudinem. D. Alexandria Constantinopoli æqualis, vel certè statim post eam numerata, omnibus rebus urbes omnes antecellit. 456. B. Nihil tam proprium habet quàm acerrimum erga Christianam Religionem studium. *ibid.* C.
Alexandrinus populus orbi universo comparatus. 389. D. Alexandrina Ecclesia, quibus malis à Palladio duce affecta. 463. C. e. *Vide* Palladius. Alexandrinæ sedis invasores, Georgius. 394. B. Gregorius Cappadox. 395. B. Lucius. 462. B.
Alexandrini per sexus & ætates atque artes divisi, cùm civitas eorum publico honore aliquem excipit. 404. E. In eos à quibus injuriam acceperunt acerbissimi. 403. B. Quod pœnarum genus à Georgio Athanasii adversario exegerint. *ibid.*
Alexandrinorum erga Christianam Religionem studium, à voluntate quidem principium ducens, à natura postea confirmatum. 456. C. Alexandrinorum, crudelitas in Christianos, sub Juliano Imperatore. 121. B. Temporis licentiâ immoderatè

immoderatè abuntur, & templum Dei cruore victimarum & Christianorum implent. *ibid.*
Alimenta pauperibus in unum coactis, à Basilio distributa. 798. D.
Aliptes. Cyprianus (Carthaginensis) in exilio positus, aliptem fidelibus se præbet. 447. A. Aliptæ virtutis erant, qui, sub Maximini persecutione, Martyrium non usque ad mortem passi fuerant. 773. C.
Alius: vox non de alienis, sed de iis quorum eadem substantia est, usurpata. 740. C.
Allegoria. In allegoriis media via tenenda, quænam. 854. A. Rerum honestarum significationes & species, turpitudine vacare debent. 466. B. In Christianorum allegoriis nec externa species indecora est; & quod occultatur admirandum est. 143. D. Contrà in allegoriis quibus Ethnici Deorum suorum flagitia excusare nituntur. 144. B. Allegorica Dei nomina, Spiritus, Ignis, Lux, &c. cur ei attributa. 505. B.
Alphæus, Arcadiæ fluvius. 787. h.
Altare aliud est, cujus figuræ sunt ea quæ nunc videntur. 483. C. Huic astabimus, & in eo sacrificium offeremus tantò iis quæ nunc offeruntur præstantius, quantò veritas umbræ antecellit. *ibid.* D. Altare adversùs altare à Maximi Cynici sectatoribus erectum. 485. A. Altaris Ministrorum inopia, multis de causis sublevanda. 475. E. Quænam istæ causæ. *ibid.*
Amabilis. Eundem simul & amabilissimum & castissimum esse, haud facilè contingit. 334. A.
Amalec per crucem, Moysis manibus adumbratam, oppressus. 249. A.
Ambitio, malorum parens. 483. B.
Ambrosius (S.), quid de Constantio Augusto honorificè dicat. 76. M.
Amicitiæ commoda. 880. B. Amicitiæ non posthabendus Spiritus sanctus. 240. D. Amicitiæ lex apud Christianos, quisque ipse est, quâ ratione. 146. C. Nihil amicitiâ venerabilius. 239. A.
Amici fidelis excellentia. 241. A. Præcipuè si Lucis Filius sit & homo Dei. 242. A. Amico carere gravissima calamitas est. 880. A. Amici ex Mammona iniquitatis comparandi. 861. C. Amicorum mundanorum lacrymas, luctus ac gemitus, ut Diaboli illecebram, vitæque ad Deum ferentis impedimentum præterire suadebat Cyprianus. 447. D.
Ammon & Apamon, miseri nautæ, Constantinopolim ex Ægypto missi, ut Maximi Philosophi cœptis adessent. 617. M.
Ammonitæ, quibus ne Domini quidem Ecclesiam ingredi licebat, in ea quæ apud Catholicos sanctissima sunt, irrumpunt. 51. A. Ammonitis comparantur qui dialecticis & impiis sermonibus adversùs divinitatem insurgunt. 760. D.
Amnes, nonnisi quatenus id expedit, redundantes, pacis & concordiæ documenta sunt. 189. B.
Amœnitates Veris ad Encæniorum festum concurrentes. 841. C.
Amor, dulcis tyrannus. 472. D. Contemptus in zelotypiam convertitur. 70. D. Amor erga susceptos liberos, feram & agrestem vitam ad humanitatem excoluit. 586. A. Amor non minus inter instituti ejusdem sodales, quàm inter consanguineos & affines coalescit. 440. B. Amor linguam acuit; ad accusandum promptissimus & acutissimus est. 70. D.
Amor divinus animis nostris per Ordinem infixus. 586. A. Amor mutuus, quasi datâ lege, promulgatus, cùm Deus caritas dici voluit. 246. C. Legis observatione magis quàm Legislatoris laude, amor in eum declarandus. 71. D. Quis ovium erga Pastores amor esse debeat. 72. A. Qui vero Dei amore præditi sunt, bono conjungi propter bonum ipsum exoptant; non autem propter honores in altero ævo reconditos. 104. D.
Amor nostri præposterus plurimum ad virtutem impedimenti affert. 21. E. Amor Socraticus præ verecundia non omnino descriptus. 110. E.
Beatus. Duplici nomine beatus prædicari debet, cui, purissimæ luci, quantum humanæ naturæ datum est, commisceri licuerit. 387. A. Hominem ante mortem, beatum prædicare non oportet 301. B. Mortuo fideli optandum ut statim beatorum virorum gloriam & splendorem spectet. 209. C.
Beelzebut: cùm iniquâ regulâ, hoc est contentione atque iracundia utimur, nunc ei, nunc Jesu, eandem adversùs malos spiritus & morbos potentiam adscribimus. 417. D.
Bel. Juliano extincto, rursus Ecclesia canit: cecidit Bel. 166. C.
Belial. Ubi Belial adversùs Christum aciem instruit, ne animos nostros frangi atque expugnari sinamus. 447. D.
Bella ex cupiditate orta. 373. B. Bellum hoc unum agnoscamus quod cum adversariis potestatibus (diabolo) committitur. 424. D. Belli cum diabolo gerendi necessitas, originalis peccati pœna est. 373. B. Belli interni descriptio. 54. D. Bellum inter spiritum & carnem. 249. B. In hoc certamine, corpus, ægrotante anima, bellè habet; anima autem floret, cùm voluptates decedunt, atque unà cum corpore marcescunt. *ibid.*
Bellum inter Christianos quam difficile deponatur & conquiescat. 53. F. 54. A. Bellum quoddam, sacrum dicatur, quemadmodùm & Barbaricum. 762. D. Bellum sacrum illud est quod Gregorius inter Sacerdotes & Episcopos ferre non potuit. *ibid.* Bello ac paci tempus à Salomone statutum. 423. E. Bellum, pace à Deo disjungente laudabilius. 52. B.
Benedicere. Cùm Gregorius senior gratiarum actionis verba in Mysterii celebratione protulisset, ac populum benedixisset, in lectulum se conjecit. 350. C.
Benedictio patris firmat domos filiorum. 64. E. 649. D. Obedientiam habes, benedictionem redde: verba Gregorii ad patrem. 64. D. Benedictionem, quam qui prætereunt agricolis impertire solent, non accipere, quid sit, & quam acerba res. 303. D. Gregem scitè pascere, in benedictione apud veteres positum erat. 65. B.
Benedicti panes. Nonnæ morbo decumbenti in somnis visum est, Gregorium panibus pro suo more benedictis eam aluisse. 531. C.
Beneficium Dei est, quod sumus, quod Deum cognoscimus, & quod ei offeramus, habemus. 368. D. Cùm à Deo beneficium petitur, ipse beneficio afficitur. 713. B. Non minuta Deoque parum digna beneficia postulanda. *ibid.* Beneficii gratia celeritate conduplicatur. 284. E. Lætandum est, cùm beneficium damus. 285. A. Dei erga nos beneficiorum elegans & compendiosa descriptio. 273. A.
Bene mereri. Homo nihil tam divinum habet quàm de aliis benè mereri. 276. B.
Benevolentia erga homines pulchra res est; testis Jesus, qui nostrî causa homo factus est. 258. D. Benevolentiæ divinæ testimonia. 319. A. Benevolentiâ pudor incutitur, cùm, oblatâ ulciscendi potestate, noxa condonatur. 324. B.
Benignitas necessaria, non libera, legis est, non consilii. 285. B. Benignitas hîc impendatur, priusquam in altero sæculo vitæ rationes referamus. 324. E. Deus, pro collatis in nos beneficiis, benignitatem à nobis viciſſim reposcit. 273. D. Nihil tam divinum homo habet quàm benignitatem ac beneficentiam. 323. D. Benignitate Deus maximè delectatur. 324. A.
Berenices coma quid in comparatione crucis in cœlo fulgentis. 150. C.
Beseleel, divini Tabernaculi fabricator. 803. E. Antistitum exemplar. *ibid.*
Bethleem propter Eden; res parva & conspicua, propter magnam & ab oculis remotam. 24. B. Bethleem, cur totius terræ Metropolis dicta. 342. A. Bethleem honoranda, quæ nos in Paradisum reduxit. 674. C.
Bideitæ. *Vide* Macedoniani.
Bilis: quænam ejus utilitas, ex proverbio Græcorum. 426. C. d.
Binarium in Trinitate superatum, quare. 430. C.
Bonum. Deus in Bonum & Opificem malè divisus. 624. C. Bonum diffundere ac propagare summæ bonitatis erat; hinc Angelorum & hominum creatio. 848. E. Boni nomen obtinere non debet, quod dominos suos haudquaquam meliores efficit. 456. E. Bonum quod à natura proficiscitur laudem non meretur; id solum laude dignum quod à libera voluntate fluit. 656. A. Bonum in nobis non partim gratia, partim liberum arbitrium operantur. 20. h. Boni propter se studium, constans & stabile est. 641. C. Quæ per se bona sunt, nisi benè tractentur, boni gratiam amittunt. 490. C.
Bonum maximum est Deum complecti, & in eo manentem ab omni peccato abstinere. 884. C. Bonorum cœlestium maximum est ut sciamus quomodò natura divina eadem, & unitas intelligatur, & Trinitas reperiatur. 485. C. Summum bonum in voluptate constituit Epicuri philosophia. 111. A. Bonorum humanorum optimum, eruditio. 777. E.
Bonorum hujus vitæ fragilitas & inconstantia. 366. A. Communis est hominum infelicitatis principium. 882. D. Ejusdem est difficultatis bonum aliquod adipisci, & adeptum conservare. 715. E. Cur alii bonis hujus vitæ affluant, alii malis premantur, inscrutabile divinæ sapientiæ mysterium. 279. D. Apud Deum æquabile quidquam habet id quod nobis inæquale esse videtur. 280. A. Nulla hujus vitæ bona hominibus certa & diuturna. 271. A. Ut, perspecta eorum omnium instabilitate, ad futuræ vitæ portum contendamus. *ib.* B. Bona hujus vitæ non magis possidentium quàm sperantium propria. 365. E. Bona præsentia, id est, felicitatem præsentem, retinere difficilius est quàm absentia adipisci. 92. A. Bonorum partem Deo consecrare, Gregorii ævo satis frequens. 776. B.
Bonus. Deus solus bonus est, id est, summè bonus. 549. C. Bonus ille est ad quem bonitatis Dei rivus secundario cursu dimanavit. *ibid.* D. Bonorum quanta paucitas. 42. A.
Brachium: cur Filius Dei hoc nomine vocatus. 900. C.
Briareus. *Vide* Gigantes. Briarei manus publicis bonis injicere, proverbium. 334. B.
Buccæ Juliani Apostatæ indecorè tumentes. 161. B.
Buthœnas, Herculis cognomen, quare. 146. B. Buthœnas Deus, conviciis apud Lindios colebatur. 134. A. *Vide* Hercules.
Bythus & Sige, Valentini Eones. 614. C.
Byzantium, urbs totius Europæ principatum tenens. 202. E. Totius Orientis. 780. D. *Vide* Constantinopolis.

C.

Cadmus, Agenoris filius. 792. b.
Cædes ingens à promiscua plebe in Christianos furente perpetrata, sub Juliano Imperatore. 126. D. Præfectus qui eam vindicare voluerat, exilio mulctatus. 127. A.
Cæremoniæ baptismi explicantur. 728. E.
Cæsari reddenda quæ sunt Cæsaris; & quæ sunt Dei Deo. 370. A.
Cæsarea (Palestinæ an Cappadociæ) litterarum ac doctrinæ Metropolis. 779. D.
Cæsarea Cappadociæ, ob fidei fervorem, ad seditionem proclivis. 354. A.
Cæsareæ cives de Episcopi creatione inter se contendunt. 353. E. Virum eligunt vita & moribus eximium, divino tamen baptismo nondum consignatum. 354. B. *Vide* Gregorius senior. Cæsariensibus bellum illatum ab Arianis. 795. C. Cæsariensis civitas fame laborans. 798. C. Basilii studio sustentatur. *ibid.* D.
Cæsarius, Gregorii Theologi frater. Parentes ejus mirificis omnium laudibus ad cœlum evecti, nec minus virtutis quàm senectutis nomine venerandi. 199. C. Cæsarius, piissimè à parentibus educatus. 200. E. Ingenii celeritate ac magnitudine plurimos post se relinquit.

201. B. Alexandriam doctrinæ causa proficiscitur. 20. C. Ea in urbe improbos vitat, & optimorum familiaritati se adjungit. *ibid.* Nullus eo præsidibus carior, ob temperantiam illustrior, ob ingenii sagacitatem clarior. *ibid.* D. Omnia doctrinæ genera ut unum excolit, & singula rursum ut omnia. *ibid.* E. Quidquid in humanis disciplinis bonum est, colligit; quidquid noxium, effugit ac reprobat. 202. A. Omne virtutis ac disciplinæ genus in animam suam colligit, ut omnis generis merces in navem onerariam. *ibid.* C.

Cæsarius & Gregorius; hic ex Græcia, ille Alexandriâ, eodem tempore, licet non ex compacto, Byzantium appulsi. 202. E. Cæsarius publicis, quos civitas offerebat, honoribus, Gregorii consilium anteponit, eique domum redeunti comes adjungitur. 203. D. Postea gloriæ cupiditate ductus, atque, ut aiebat, quò urbi præsidio esset, in Aulam se confert. 204. A. Quæ res parentibus & Gregorio non admodùm grata fuit. *ibid.*

Cæsarius, sæcularis vitæ genus sic amplexus est, ut tamen Deo viveret. 204. B. Primum inter medicos gradum obtinet, & in amicorum numero apud Imperatorem habetur. *ibid.* C. Cratete simplicior, cùm magnis quotidie dignitatibus ornaretur, majoribus tamen dignus videbatur. *ibid.* D. Ipsi ad dignitatem hoc primum erat quod Christianus esset & nominaretur. 205. A. Cætera ludus quidam ac nugæ ipsi fuerunt. *ibid.*

Cæsarius, fidem ejurare à Juliano Apostata compulsus, clypei vice magnum Verbum obtendit. 206. A. Certamini præsides, hinc Christus, illinc Diabolus. *ibid.* B. Utrinque theatrum spectantium, atque uter vinceret, magis laborantium quàm illi quos spectabant. *ibid.* Victor Cæsarius, nec sic quidem ejicitur, Imperatore doctrina ejus frui & ornari gestiente. 206. D. Celeberrimum Juliani de Gregorio patre ac de filiis ejus dictum. *ibid.* E. Cæsarius ad secundum adventum reservatus. *ibid.* Ad suos redit, victor incruentus, atque ob ignominiam clarior. 207. A.

Cæsarius, Juliano in Perside prostrato, in Aulam rursum receptus. 207. C. Inter Imperatores certamen erat, quisnam Cæsarium sibi magis adjungeret. *ibid.* Præfecturam in Bithynia gessit, in pecuniarum collectione ac thesaurorum cura positam. *ibid.* E. De ea præfectura variæ criticorum sententiæ. 196. M. Hanc illi velut majorum dignitatum præludium esse Imperator voluit. 207. E. Cæsarius, terræ motu Nicææ exorto, ferè solus incolumis evadit, ipsâ ruinâ protectus. 208. A. Totum se supernæ patriæ adjungere animo constituit. *ibid.* Morbo correptus obit. *ibid.* B. Ann. 368 exeunte vel 369 ineunte; sed non in patria sua. 195. M. Post mortem clarus, & Gregorio in somnio sæpè visus est. 213. D. Funebre munus ei Gregorius offert, quale. 208. E. Anniversarios ei honores & commemorationes spondet. 209. C.

Oratio ad Cæsarii parentes consolatoria. 210. A. Prima consolationis ratio ex humanæ vitæ brevitate. *ibid.* & *seq.* Secunda, ex malis quibus Cæsarius ereptus est. 211. D. Tertia; si quæ bona Cæsarius amisit, malorum quæ illis admixta sunt expers est. 212. A. Quarta, ex beatitudine quæ Justorum animas & eorum corpora manet. 213. A. Quinta, ex spe renovationis totius mundi, in qua Cæsarium non jam peregrinantem, sed clarum, illustrem & excelsum videbunt. *ibid.* D. Gravis ad auditores exhortatio. 214. & *seqq.* Precatio ad Deum pro anima Cæsarii. 216. A.

Cæsarius alter à Gregorii fratre. 197. M.

Caïn ad inferendam fratri necem invidiâ impulsus. 638. A. De Caïn septies supplicium sumitur, hoc est fraternæ cædis ab eo pœnæ repetuntur. 733. B.

Calamitas iis qui ea afficiuntur commodo sæpè atque utilitati est. 166. A. Reges quoque humiles & abjectos reddit. 810. B. Calamitatis publicæ causa, in peccata populorum conjicienda. 312. C. Calamitate Deus alios castigat, alios erudit. 306. D. Quanta infelicitas ejus qui non calamitate melior evadit. 307. A. Calamitatem misericordia fistit. 320. D In calamitate publica, quid populo, quid Sacerdotibus agendum. 309. A. B. C. Calamitatum origo quænam. 235. E.

Calceamenta solvere quid sit. 860. B.

Calcei à quibus & quando sumendi. 860. C.

Calculorum præstigiæ à Juliano adhibitæ. 160. C. Calculorum inventores Eubœi. 136. A. Calculorum inversio, à quibus, & quandonam fiat. 416. l. 417. A.

Calix. In calamitate publica doceat Pastor quomodò ira quæ appellatur calix in manu Domini, & calix ruinæ qui ebibitur, peccatis proportione respondeat. 302. A.

Calumnia, sapientum animabus insidias struit. 883. E. Ab improbis adhibita, ut vitiis suis opem ferant. 822. C.

Camelum acu admitti, naturâ impossibile, Deo volenti possibile. 546. D.

Cancer, animal, organum & sidus; tres cancri, etsi connumerentur, non ejusdem substantiæ sunt. 568. C. Hinc argumentum connumerationis ab Eunomianis propositum corruit. *ibid.* D.

Candaces, ut à Catechumenis imitandus. 711. C.

Canis: cur philosophi Cynici hoc nomine vocati? 454. b. Canis terrestris & marini exemplum quo fine ab Eunomianis adductum. 533. B. Canis terrestris, marinus & cœlestis; tres canes connumerantur, nec tamen ejusdem substantiæ sunt. 568. C. *Vide* Cancer.

Canitiei quippiam & palloris philosophum decet. 482. D.

Cantica graduum, quænam. 475. c. Quinam ea canere mystico sensu dicantur. *ibid.* Cantica Canticorum, quare sic dicta. 652. D.

Cappadocia, regio sacra & apud omnes pietatis laude clara. 394. C. Cappadocum nihil tam proprium quàm fidei firmitas. 796. B. Cappadocia, non minus juvenum quàm equorum bona nutrix. 772. C. Obsonio falso utitur. 798. D. Duas in provincias quo tempore divisa. 813. E.

Capricornus in siderum numerum adscriptus, quid in comparatione crucis in cœlo fulgentis. 150. C.

Captivitas Judæorum multiplex. 743. E. Captivitatis Babylonicæ descriptio. 190. B. & *seq.*

Caput nostrum, quomodò & qua de causa purificandum. 722. D. Caput non sit qui vix aut manus aut pes, aut vilius quoddam corporis membrum est. 369. C.

Caritas, Legis ac Prophetarum summa. 416. C. Caritatis, spei, & zeli comparatio. 425. C. Pulchra res est caritas; ejus testis Apostolus, qui Israëlis causa gravius aliquid adversùs se proloqui non dubitavit. 258. C. Testis Deus ipse qui caritas appellatur. *ibid.* Si quis roget quidnam sit quod adoramus, promptum est respondere quod sit caritas. 416. B. Deus noster caritas est, eoque nomine magis delectatur. *ib.* Quid causæ est, cur, qui caritatem colimus, mutuis odiis flagramus? *ibid.* C.

Deus caritas appellatur, per ipsum quoque vocabulum nos admonens, ut virtutem illam quæ propriè Dei est comparare studeamus. 187. C. Caritatis parens, imò ipsa caritas Deus. 246. C. His nominibus præcipuè delectatur, ut per ipsa quoque vocabula, mutuum amorem, quasi latâ lege, promulget. *ibid.* Servorum, & filiorum Dei discrimen ex timore & caritate. 389. C. Caritas non est, si faciliora quispiam sibi ipsi det, asperiora proximo tribuat 362. A.

Caritas, ut summa Legis & Prophetarum finis, ita præceptorum omnium primum maximumque censenda est. 260. C. Hujus præcipua pars in eo sita, ut pauperes amore & benevolentia complectamur. *ibid.* Ex caritate ad pauperes accedendum. 277. B. Omnia caritatis officia, quæcumque sint, Christus in se recipit. 476. B. Caritas animis infixa, naturæ vim obtinet. 426. A.

Carmelus Eliæ, à Gregorio Theologo cogitatus, postquam Safimorum Episcopus consecratus est. 239. B.

Carmina à vetula muliere primum inventa, quâ ratione. 136. C.

Caro Christi, propter eam quæ animæ cupiditati obsecuta est, simulque condemnata. 24. A.

Caro, nubis cujusdam instar, animæ lumen obscurat, nec divini radii splendorem purè intueri finit. 682. A. Multiplici ratione in virgine superatur. 653. A. Carnis humanæ constitutio, ita plerumque imbecillis ut paleari ratiocinio vincatur. 857. A. Carni Deus jungitur. 23. D.

Carpocrates aliique multi, bellum pro Bono adversùs Creatorem gesserunt. 460. A. Eorum nugæ atque præstigiæ, suomet tandem, ut æquum erat, Profundo absorptæ, ac Silentio traditæ. *ibid.*

Carus, Imperator à Persis oppressus. 152. E.

Castalia, extincto Juliano Imperatore, rursus filetur & silet. 170. D. Castalii fontis latices. 679. D.

Castigatio veniâ interdum præstabilior. 321. B. Paternæ benevolentiæ argumentum. 311. A. Iis qui malo aliquo afficiuntur commodo sæpè atque utilitati est. 166. A. Castigatio quælibet in hac vita levis est, in comparatione malorum quæ impios manent. 304. B.

Castitas. Paulus castitatem viro & mulieri, velut lege, præscribit; quo tandem modo. 650. B. Corpore castitatem colens ne animo adulterium committat. 658. A.

Castus. Eundem simul & amabilissimum & castissimum esse haud facile contingit. 334. A.

Casus inopinati, mortem afferentes, enumerantur. 701. A. Rerum procreatio atque productio, casui vel fortunæ minimè tribuenda. 508. B.

Catechumenus in pietatis veſtibulo adhuc verſatur. 702. C. Ante baptiſmum ſe emundet. 715. E. Catechumeni in Cæſarienſem Epiſcopum ordinatio, cogente urbis populo facta. 354. C. Epiſcoporum, & Gregorii ſenioris contrariæ de hac ordinatione ſententiæ. *ibid.* D.
Cathedra pontificalis, invidioſum & periculoſum faſtigium. 767. A.
Catholici, propter alia ſcelera ſua, Arianis perſecutoribus à Deo traditi. 750. C. In ira parva percuſſi, in ſempiterna miſericordia glorificandi. 753. C. Eccleſiis, domibus, & ipſis ſolitudinibus pulſi. 764. D.
Catholicorum exilia ſub Arianis principibus. 764. C. Catholicorum & Arianorum in urbe Regia comparatio. 613. C. Catholici, omnibus licet deſtituti, hæreticis longè ditiores. *ibid.*
Caupones veritatis, quinam. 34. D. Quidam Chriſto, cauponum & negotiatorum inſtar, abutuntur. 697. C.
Cauſa non ſemper effectu ſuo antiquior. 525. A. Quidquid alicujus rei causâ factum eſt, abjectius eſt eo propter quod factum eſt. 430. C. Quod alterius causâ creatum eſt, eo abjectius eſt. 760. B. Quo ſenſu Deus Pater dicatur cauſa divinitatis in Filio & Spiritu Sancto. 379. l. 380. c.
Cauſa Dei per ſilentium & quietem non prodenda. 402. B. In cauſa Dei, quiſquis affectu ſincero Deum colit, etſi naturâ manſuetus, verè pugnax efficitur. 186. D.
Cautio incauta. 702. A.
Cecropidæ, quinam. 772. D. Nihil eſſent in comparatione majorum Baſilii Magni. *ibid.*
Celeritas præceps, ubinam maximè periculoſa. 522. A. Celeritas in verbis cavenda. 594. A.
Celeus, Eleuſinæ rex ac Triptolemi pater. 679. A.
Celeuſmata pia & religioſa, cùm naves è portu ſolvebant adhiberi plerumque ſolita. 841. D.
Centaurus, heroum ſui temporis præceptor. 779. A.
Centurio, cur Chriſti potentiam requirit, & præſentiam illius deprecatur. 235. C. Laudabili timore perterritus, medicum in ædes ſuas non admittit. 682. C. Medicinam expoſcens, medicum non admittit, tanquam ejus præſentiâ indignus. 378. A.
Cephas. Eccleſia, Gregorii ævo in multos Cephas diviſa. 582. D.
Cerberus apud inferos tria & ſimilia capita habens. 127. D.
Cerdo hæreticus, *Vide* Carpocrates.
Cereris vagationes, & turpiſſima facta. 679. A. Quantùm myſteria noſtra ab hujuſmodi ſacris abhorreant. *ibid.*
Cereorum ignes in funeribus Chriſtianorum. 157. D.
Cerinthus hæreticus, *Vide* Carpocrates.
Certaminum, quibus hæreſis vincitur, præmium, cœli regnum eſt, ac Deum effici, omnis doloris ſenſu ſublimiorem. 455. D. Certaminum equeſtrium ſpectatores, ut ridiculè ſe gerebant. 781. E.
Cervæ, Iphigeniæ ſubſtituta. 775. D.
Cervi ſeipſos Martyribus in obſonium offerunt. 775. B.
Chæreus locus, diei unius itinere: Alexandriâ diſtans. 405. b. Nilus ab eo Alexandriam influit. *ibid.* Populus, Nili fluminis inſtar, effuſus, & retroacto curſu fluens, Athanaſio ab exilio redeunti ad eum locum obviam occurrit. 405. A.
Chalanæ turris; id eſt turris Babel. 821. f. In ea linguæ hominum diviſæ ſunt. 399. D. In Eccleſia denuò excitatur, & linguas dividit. 591. B.
Chaldæi vel Cyprii, ſacrificiorum prophanorum inventores. 137. A. Chaldæorum Aſtrologia. 680. A. Chaldaicum ſemen, quid juxta Scripturam. 857. B.
Chamæleon, in quidvis facilè mutatus, ut aiunt, atque colores omnes, candore uno excepto, ſuſcipiens, cujus imàgo. 105. D.
Chamos. Aurum & argentum, non ſecus atque olim Ethnici execrandum Chamos, adoramus. 314. A.
Chananæa mulier depreſſa, miſericordiam implorans, & micas expoſcens, eorum exemplar qui pœnitentiæ baptiſmo tinguntur. 689. A. Chananæa anima, hoc eſt, per peccatum in terram inclinata. 717. D. Chananæi univerſi, Abrahamo uni non anteponendi. 753. E.
Charybdis, æquorea peſtis Scyllæ oppoſita. 128. A.
Cherubim duo, ſeparatim à Moyſe numerati. 567. D. Quid indè adversùs connumerationis argumentum, ab Eunomianis propoſitum. *ibid.* Cherubini ab Ezechiele deſcripti. 510. C. Cherubinos pro throno Deus habet. 740. D. Pro vehiculo. 510. C.
Chimæra Patarica, tria ac diverſa capita habens. 127. D.
Chirographa impietatis ab Orthodoxis per Arianos exacta. 805. B.
Chiron Centaurus, Achillis præceptor. 779. a.
Chriſtiana Religio, ſanctiſſima vitæ præcepta tradit. 146. C. Præceptorum illorum expoſitio. *ibid.*
Chriſtianiſmus non perſonarum dignitate, ſed fide inſignitur. 807. B.
Chriſtiani à Chriſto cognomen habent. 93. D. Gens toto paſſim orbe lucens, regale Sacerdotium. *ibid.* Chriſtiani nomen ideò venerabile, quia Chriſtus Deus. 656. C. Si creaturam colerem, Chriſtianus utique non appellarer. *ibid.* Chriſtiani, ob licentiam & honores, in inſolentiam prolapſi. 91. D. Quam in adverſis gloriam collegerant, in ſecundis rebus diſſiparunt. 92. C. Chriſtiani quibus de cauſis à Gentilibus ſpreti. 163. A.
Chriſtiani ſub Juliano vexati, quibus de cauſis. 100. A. Quas fraudes Julianus firmioribus Chriſtianis nectat. 117. A. Chriſtiani, contumeliæ causâ, Galilæi à Juliano Imperatore vocati. 112. D. Ut ita vocarentur publicâ lege decrevit. 114. C. Cur Chriſti appellationem eis præripere cogitaverit. *ibid.* Chriſtiani ſub Juliano Apoſtata humanioribus litteris, & ſermonibus interdicti. 132. C. Eos idem Imperator omni libertate & fiducia ſpoliare, foris & tribunalibus arcere, & omni præſidio legum privare conſtituebat. *ibid.* B. Quod nec Diocletianus, nec Maximinus in animum induxerunt. *ibid.* A. Ethnici perſecutores quantùm Chriſtianis inferiores. 125. C. Chriſtiani, florentibus rebus, erga Ethnicos manſueti & faciles. 130. E. Nulli aliquid ſimile intulerunt, qualia multa ab Ethnicis, ſub Juliano Auguſto, vel patrata vel denuntiata fuerant. 131. B.
Chriſtiana vita voluptatibus ſublimior, iis præſertim qui incipiunt acerba & ardua eſt. 859. A. Suavis tamen propter ſpem ac mercedem. *ibid.* Chriſtiani hominis eſt ſalutem tantùm ob oculos ſibi proponere; quæ autem ad eam nihil adjumenti afferunt, aſpernari. 341. D. Chriſtianus homo, multo altiora ſapit & quærit, quàm qui in Republica verſatur. *ibid.* Chriſtianis beatiſſimum eſt quod pro Chriſto patiantur. 100. E. Jucundius eſt pietatis causâ pati, quàm aliis in gloria verſari. 104. D. De illis ſermo eſt qui verè Chriſtiani ſunt. *ibid.* Chriſtianos, quantumvis fortes, ſui tantùm rationem habere non oportet, ſed perſecutoribus quoque parcere. 122. D.
Chriſtiani, externam rituum ſpeciem ita curant, ut in interno homine plus operæ ſtudiique ponant. 141. A. Ipſis lex virtutis eſt ne leviſſimis quidem vitiis ſuccumbere. 146. D. Non in virtute proficere, & in eodem ſtatu hærere, in vitio ponunt. 147. B. Chriſtianus in eodem ſtatu ne maneat: perpetuo motu agitetur: in peccatum lapſus, reſipiſcat; cùm ex virtute aliquid gerit, curſum adurgeat. 840. E. In Chriſto nuſquam exul; nuſquam peregrinus. 465. c.
Chriſtianis etiam peccati cauſæ crimini vertuntur. 859. B. Quantum apud eos pudicitiæ ſtudium. 146. C. Chriſtiani multi extremam inopiam, inſtar omnium opum, philoſophiâ colunt. *ibid.* D. Eam ſibi vim adhibent, ut penè carnis omninò expertes eſſe videantur. *ibid.* Chriſtiani comicis cavillis, Gregorii ævo laceſſiti. 52. D. Ob inteſtina bella. 53. A.
Chriſtianorum lingua, ne falsas Religiones inſectetur, impediri non poteſt. 174. B. Ut nec Nili cataractæ, aut Solis radius inhiberi. *ibid.* Chriſtianorum ritus, ipſis aptiſſimè congruunt: nec magis humanis ingeniis, quàm vi divina, & temporis firmitate vigorem adepti ſunt. 139. C. Ideò Ethnicis inimitabiles. *ibid.*
Chriſtus heri & hodiè corporaliter, idemque ſpiritualiter. 556. B. Spitualis legis conſummator & finis. 23. D. Litteræ abrogator & Spiritûs initiator 862. A. Verus panis, & veræ vitæ auctor. 258. A. Caput noſtrum. 12. D. Martyrum primus. 439. D. Princeps Paſtorum. 64. E. Aliis in ruinam, aliis in reſurrectionem poſitus. 322. B. Credentibus ſalus eſt, non credentibus pœna; aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. 902. D.
Chriſtus magnus Deus, magna hoſtia, magnus Pontifex. 56. D. In ipſo duo unita, & ambo Deus; duæ naturæ, non duo filii. 646. D. Chriſtus Deus & homo. 537. C. Utriuſque in eo naturæ indicia. *ib.* & 538. A. Deus & homo; unum ex utroque, & utrumque per unum. 23. D. Quibus verbis Neſtorius atque Eutiches percelluntur. *ibid.* p. Ut in eo gemina & duplex, divina ſcilicet & humana ſubſtantia, ita una eademque perſona. 904. A. Utriuſque naturæ diſcrimina. *ibid.* Chriſtus humana omnia, excepto peccato, ſuſcipit. 851. E. Oleo exultationis perfuſus, cùm Pater humanitatem divinitate unxit, ut faceret utraque unum. 241. B.
Chriſtum Deum negans, Dæmonibus incredulior. 673. D. Chriſtus Filius Dei, quomodò ab aliis Chriſtis differt. 555. D. Chriſti multi pro uno ab hæreticis introducti, quales. 582. D. Chriſtus matris expers quatenus Deus, patre carens quatenus homo. 556. A. Quatenus

Dei Verbum, id quod erat exinanivit; quod non erat assumpsit. 646. D. Hæc exinanitio, quasi gloriæ submissio, & imminutio; nimirum respectu nostri, propter servi formam assumptam. 647. C.
Varia nomina quibus Christus appellari solet, explicantur. 647. E. Varia ejus nomina, ob duplicem naturam, sedulo distinguenda. 545. B. Alia humanitatis, alia Verbi sunt propria. *ibid.* Quædam de eo dicta secundum humanitatem, ipsi quoque Verbo tribui possunt. *ibid.* Missus est ut homo. 673. A. Etiam ut Deus mitti potuit, quâ ratione. *ibid.* Cùm Patrem dicit majorem, ea vox ad causam (seu principium generationis æternæ); cum æqualem, hæc ad Verbi naturam referenda. 544. E. Patrem Deum suum vocat, non ratione Verbi, sed humanitatis. 545. B. Patrem autem dicit, non humanitatis, sed Verbi respectu. *ibid.* Extremum diem, non ut Dei Filius, sed ut homo, ignoravit. 551. B. Vel eatenus ignoravit, quatenus non aliter cognovit quàm Pater. *ibid.* C.
Christus, propter nos servus effectus. 592. A. Magnum ipsi atque amplum Dei Filium nominari, quo sensu. 541. C. Nomen accepit quod est super omne nomen; id est, Deus. *ibid.* D. Dominus & Christus factus est, operâ quidem ejus qui genitus est, bona autem voluntate genitoris. *ibid.* Varia ejus nomina, ut homo est, explicantur. 555. C. Quæ nomina ejus perpetienti humanitati adscribenda. 551. E. Propter nos ad formam usque servilem seipsum exinanivit. 438. D. Subjectio ejus, Paternæ voluntatis adimpletio. 542. E. Quo sensu inobediens dicatur. *ibid.* D. Patri subjicit omnia & viciſſim ei Pater. 543. A. Mysteriorum ejus synopsis. 735. B. Mysteria ejus, salva divinitate, accipienda sunt, quâ ratione. 903. A.
Christus nativitatis suæ arbiter. 714. C. Qua de causa ex Virgine conceptus. 852. A. Quamvis ex semine David nominetur, non ideò viros honore prætulit. 650. B. Ex Virgine quoque nascitur; quod & pro mulieribus valet. *ibid.* Juxta retrogradam Lucæ descriptionem, à veteri & sub peccato constituto Adamo septuagesimus septimus numeratur. 733. D. Cur descriptionis tempore natus. 372. A. *Vide* Descriptio. Lux in tenebris lucet, id est, Christus in sæculo. 898. B.
Christus à Magis cum stella concurrentibus adoratur. 686. A. A Simeone in ulna accipitur. *ibid.* Eum Anna vetula & casta femina confitetur. *ibid.* In Ægyptum fugatus, regionem illam ditat. 619. A. Proficiebat ætate & sapientia, quomodò id accipiendum. 800. D. Christus baptisatus ut homo, ut aquis ipsis sanctitatem afferret. 538. A. Christi baptisma numeris omnibus absolutum. 688. D. Circumstantiarum ejus explicatio. *Vide* Baptisma. Cur non ante trigesimum annum baptisatus. 714. C. & *seq.*
Christus miraculum in nuptiis edit, & conjugium præsentiâ suâ honestat. 703. E. Unde invidia in eum exorta; unde odium, insidiæ, proditio, crux, & ea omnia quæ nobis salutem pepererunt. 715. A. Ex populi frequentia, signorum editione & miraculis quæ homines ad Evangelium adducebant. *ibid.* Vim nominis ejus Dæmones reformidant. 114. C. Quibus de causis loca sæpè commutaret. 645. A. & *seq.* Quò præcipua illius opera tendant. 646. A. 647. D. Omnia omnibus efficitur. 645. B.
Christus quasdam quæstiones solvere, quasdam, velut obstructo interrogantium ore, comprimere solet. 648. D. Varia benignitatis ejus exempla. 613. A. Samaritanus, & Dæmonium habens, à Judæis vocatus, nec erubescit, nec de conviciatoribus suis queritur. 115. C. Qua de causa Didrachmum pendit. 372. A. *Vide* Didrachmum. Transfiguratio ejus, salva divinitate accipienda est, quâ ratione. 903. C. Apostoli fulgore luminis ejus penè obcæcati. *ibid.* Non omnes discipuli ad hujus miraculi spectaculum admissi, quare. 591. D Quo consilio discipulorum pedes abluerit, aliaque multa præstiterit. 866. A.
Christus, nostri causa dictus est maledictum & peccatum, ac novus Adam effectus. 542. D. Pro nobis maledictum & peccatum. 646. A. Martyrii quoque ac sanguinis baptismo baptisatus. 688. D. Cùm voluntate solâ nos redimere posset, pro iniquitatibus nostris ad mortem usque ductus est, quare. 372. B. Passionis suæ arbiter quemadmodùm & nativitatis. 714. C.
Christus, magna, &, quantùm ad primam naturam, immactabilis victima; totius mundi numquam intermoritura expiatio. 855. B. Agno paschali præfigurata. *ibid.* C. Crucem non recusavit, ut peccatum meum affigeret. 819. C. Crucem conscendens, peccata nostra secum, ut illic interirent, duxit. 115. C. Manus illius pro impiis, & propter eos, clavis confixæ. 108. B. Pro eorum, à quibus in crucem agebatur, salute, lacrymas fundit. 115. D. In Cruce pendens, à latrone Deus agnitus. 864. A.
Christus nec à Patre, nec à sua divinitate in passione derelictus, sed quatenus nostra repræsentavit. 543. B. Nos enim eramus derelicti prius atque contempti. *ibid.* In passione Christi, dum adversarius in Adamum visibilem impetum facit, in Deum incurrit ac superatur. 678. A. Quomodò ex his quæ passus est obedientiam didicit. 543. B. Quomodò ipse tentatus potest iis qui tentantur auxiliari. 544. B. Miracula quæ mortis ejus tempore facta sunt. 867. E. Cum salutis nostræ miraculo minimè conferenda. 868. A.
Christi non typus sed antitypus erat serpens æneus. 863. A. Cruciatibus ejus omnes nos instaurati. 609. C. Exiguæ sanguinis ejus guttæ orbem universum instaurarunt. 868. A. Ne odio habens fratrem tuum pro quo Christus mortem obiit, frater noster, cùm Deus ac Dominus esset, effectus. 839. D. Pro peregrinis peregrinatus est. *ibid.* E. Pro hominibus æquè mortuus est. 372. D. Utrumque sexum, passione suâ, salute donavit. 650. A. Voluntas ejus, cum tota deificata sit, Deo non adversatur. 578. A. Pro hæreticis gratis mortuus est. 672. B. 865. C. Utrùm omnes sine ulla exceptione adventu suo salvos fecerit. 864. E. An in infernum descendens, illic quoque eos dumtaxat salvos fecerit qui crediderant. *ibid.*
Christi passio in sæculorum fine contigit. 857. D. Passionibus suis omnia metitur, arte quadam humanitatis & benevolentiæ erga genus nostrum. 543. E. Ex suis nostra æstimat, expensa cum passionibus virium imbecillitate. *ibid.* Corpus illius passum, per passionem exornatum est, ac per deitatem explenduit. 865. C.
Christus propter iniquitates nostras ad mortem ductus; sepultus, ut mortem gustaret. 728. A. Ad vitam rediit, atque in cœlos ascendit, ut nos humi jacentes secum ducat. *ibid.* B. Gloriosus & illustris rediturus; non quidem carneus, nec tamen corpore vacans; sed augustius diviniusque corpus habens, quale ipse solus novit. *ibid.* Ob id ab hæreticis contemptus, propter quod honorari debuerat. 647. C. Ad hæreticos ejus divinitati, ob ea quæ passus est, detrahentes, apostrophe. 865. D.
Christi mysteria, quot festos dies suppeditant! 674. A. Unus eorum scopus, nostra perfectio & instauratio. *ibid.* B. Eorum finis, hominem Deum efficere, ac supernam beatitudinem ipsi comparare. 23. C. 24. D. Eo tendunt ut ei similes efficiamur. 5. B. Christus in omni sua ætate, ac in omnibus mysteriis, Christianorum exemplar; quod per partes ostenditur. 675. A. Christo, Deo, Hostiâ, & Pontifice nemo dignus, nisi qui priùs seipsum Deo hostiam viventem & sanctam obtulerit. 56. D. Christus, quâ ratione imitandus. 715. D. Actiones ejus ita nostrarum exemplaria sunt, ut tamen plenam perfectamque similitudinem fugiant, quare. *ibid.* Ille tertio die à morte ad vitam rediit; nos post diuturnum tempus: alia exempla. *ibid.* Christus, ex eo quod passus est, ad patiendum nos erudit. 862. B. Ex eo quod glorificatus est, hoc nobis affert ut simul glorificemur. *ibid.* Baptisatum cum Christo sepeliri oportet, Filium Dei esse, atque adeò Deum ipsum. 215. A. Ethnicis ostendamus quid illos Dæmones doceant, quid Christus nos erudiat. 172. C. Eos qui secundum Christum vivunt, Scriptura pro Christis agnoscit. 391. D.
Christus omnia caritatis officia in se recipit. 476. B. Eorum qui rectè esuriunt cibus & annona est. 619. B. Christi benigni benigna sunt omnia. 613. B. Christi benignitas imitanda. 372. C. Christum in interiori homine habitare Apostolus ait; quo sensu. 897. C. Christum è cœlo deducere, quid sit. 596. B.
Christus interpellat pro nobis, id est, mediationis ratione supplicat. 550. B. Intercedit, ut homo, pro nostra salute. *ibid.* Advocatio ejus, ut intelligenda. 550. D. Qualia ab hæreticis patiatur. 673. A. Ab impiis etiamnum accipit quæ ignominiam habent. 735. B. A bonis, quæ cum honore conjuncta sunt. *ibid.* Quo consilio illis iram, istis præmium differt. *ibid.* Regnabit usque ad restitutionis tempora, & regni ejus non erit finis. 541. E. Quâ ratione hæc duo constent. 542. A. Regnare duplici modo dicitur: uno ut omnipotens ac volentium nolentiumque Rex; altero ut subjectionem in nobis gignens. *ibid.* B. Inopinatò ut sponsus adveniet. 729. A. Ut erit omnia in omnibus. 544. C.
Christi gladius, quid. 582. E. Christi nomen, Gregorii ævo, Dæmones fugabat. 53. B.
Chrysippi solutiones. 596. A. Chrysippi philosophi in verbis novandis curiositas à Luciano irrisa. 458. k. Chrysippi, quid Julianum Impe-

ratorem edocuerint. 96. D.
Cibus idem eſt corpori, quod animæ ſermo. 317. A. Cibo ſolido quinam indigeant. 34. D.
Cicadæ lyra, & voces, quibus viatorem proſequitur. 514. D. Quis lyram cicadis in pectore dedit, & cantus illos atque garritus quos in arborum ramis fundunt? 514. D.
Cicatrix peccati, poſt juſtificationem refricata, non niſi cum multis gemitibus & lacrymis ægrè tandem obducitur. 696. B.
Cidaris Pontificum capiti impoſita. 241. A.
Circenſes ludi: Conſtantinopolitani cives ita circa eos inſaniunt, ut eos pro vita & ſerio quodam inſtituto habeant. 643. B.
Circulatores, Eunomianorum exemplar. 488. C.
Circumciſio, baptiſmi quædam figura. 713. E. Circumciſio à Paulo primùm admiſſa, deindè ſublata. 572. D.
Citharæ Davidicæ vis malum ſpiritum incantans. 827. D.
Civile diſſidium externo bello magis odioſum. 138. A. Ut carnes proprias morſibus appetere horribilius eſt quàm alienas. *ibid.*
Civitas. De civitate ſua gloriari quàm inſulſum. 610. C. Civitas quænam optimè gubernetur. 424. A. Civitatis ſupernæ felicitas expetenda. 370. B.
Clamor ſpiritualis, per quem res alioquin minus exaudibiles cognoſcuntur. 301. D. Per quem Deus tacentem quoque Moyſen audivit. *ibid.*
Cleanthis puteus, ab Ethnicis commendatus. 112. A.
Clementia. Grave ac periculoſum eſt ignoſcendi aſſiduitate clementiam exhaurire, quare. 321. C.
Cleobulus, unus ex ſeptem ſapientibus. 815. d.
Cleombrotus ad præcipitium, ex libri Platonis lectione, impulſus. 109. B.
Clericus (Joannes) Gregorii malefidus aut imperitus interpres. 329. M.
Clericorum tres tantùm gradus, poſt Epiſcopum, in Eccleſia Conſtantinopolitana. 756. A.
Coches arx Cteſiphonti addita, quam firmiorem reddit. 153. D. *Vide* Julianus.
Cocytus, Ethnicorum terror. 173. C.
Cœleſtis gloria, donum Dei & virtutis præmium. 20. E.
Cœlibatus, magna res eſt, qua in Angelorum ordine cenſemur. 816. D. *Vide* Matrimonium.
Cœlum. Quis cœlum circumegit ac tornavit? Imò quid cœlum ipſum? 519. C. Cœlum rato ordine, aëri lucem, terræ pluvias impertiens, benevolentiæ legibus teneri videtur. 188. D. Cœlum pro Deo habitum & cultum. 504. C.
Cœna. Ne eos imitemur qui ad cœnam Evangelicam invitati non venerunt. 69. E.
Cœnaculum. Cur Chriſti myſterium diſcipulis in cœnaculo apertum. 740. E.
Cœnobia, virginibus à Baſilio Magno conſtructa. 817. A.
Cœnobitarum & Eremitarum inter ſe diſſimilitudo. 397. D.
Cogitatio utilis ac neceſſaria, Deum ſermones noſtros audire. 881. A. Cogitatio Divina. *Vide* Verbum. Cogitationes ſtultorum. 887. A.
Cognatio præſtantior inter eos qui ſecundum virtutem progeniti ſunt. 291. A.
Cognitio Dei, beatitudo eſt. 432. D. f. Cognitio rerum creatarum, nec exacta, nec abſoluta; harum ſolas umbras tenemus. 499. A.
Colloqui & congredi cum Deo quis debeat. 377. E.
Coloſſi æs immenſum. 818. A.
Columba, diluvii finem nuntiat. 688. B. Cur in ejus ſpecie Spiritus Sanctus viſus eſt. *ibid.* Non ideò Spiritûs Sancti divinitati detrahendum. *ibid.* Columbæ pennæ cur à David expetitæ. 318. A.
Columna ſalis verè immortalis eſt, animæque in vitium relabentis accuſatrix. 310. B.
Columna à Jacob uncta, fortaſſe ut lapidem ſalutis noſtræ causâ unctum ſignificaret. 509. C. Columna nubis interdiu obumbrans; & columna ignis noctu ſplendens 86. B. Columnæ ſeptem quibus ſapientiæ domus nititur. 733. C. Columna Herculeis columnis ſublimior ac ſplendidior, duplex in Julianum Apoſtatam invectiva. 176. A Columnæ aureæ, quid apud Pindarum. 785. m.
Coma. In eos qui ad paſtorale munus nihil aliud contulerunt quam quod comam raſerint. 473. D. Flavæ comæ pudicas mulieres non ornant. 223. D.
Commemorationes anniverſariæ pro defunctis. 209. C.
Commiſeratio in cadentem inimicum, iis qui ſtant lege præſcripta. 100. E.
Communio hæreticorum ut virus viperæ fugienda. 605. A.
Comparatio de his quæ videntur, in Deo minimè facienda. 899. D. 900. A.
Comprehendere. Nec Deus, nec ipſa creaturæ natura hominis ingenio comprehendi poteſt. 522. C.
Concilium Nicænum, divinitatis doctrinam certis finibus ac verbis circumſcribit. 460. D. Nicæni Concilii tractatus. 904. B. Fides, ſeu Fidei Confeſſio. 894. A.
Concilium Seleucienſe, Chalanæ turris, ſive Caiphæ concilium quo Chriſtus condemnatur. 399. D. Piam & veterem doctrinam ſuſtulit. *ibid.* E. *Vide* Seleucia.
Concilium Presbyterorum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ a Gregorio commendatum. 756. A.
Concionandi provincia, quando & a quibus ſuſcipienda. 686. C.
Concordia, rerum creatarum ornamentum. 423. D. Concordiæ bonum a Trinitate exorditur: cui nihil æquè proprium eſt ac naturæ unitas, & in ſeipſa concordia. *ibid.* C. Exiguum concedamus, ut concordiam, quæ majus bonum eſt, recipiamus. 424. D. Concordiam privatim non publicè bonam exiſtimare, abſurdum eſt. 423. E. *Vide* Pax.
Concors. In hoc uno concordes erant Ariani quod in publicis conventibus ſeipſos jactarent. 433. A. Malè concordes erant qui turrim extruebant; quemadmodum nunc quoque quidam facere non verentur. 743. C.
Condemnare. Malus celerrimè adducitur ut bonum etiam virum condemnet; contra, vir probus ne malum quidem facilè condemnaverit. 305. A. Hujus diſcriminis cauſæ. *ibid.* B.
Condonatio perſæpè magni ad ſalutem momenti eſt ei qui injuriam intulit. 348. A.
Confeſſio peccati, magna vitii medicina. 312. C. Confeſſio publica peccatorum, baptiſandis propoſita, quare. 712. D.
Confuſio totam hanc rerum machinam in fine diſſolvet. 585. C. Confuſionis & perturbationis incommoda. *ibid.* B.
Congredi & colloqui cum Deo quis debeat. 377. E.
Conjugatorum inter ſe officia. 650. B.
Conjugium bonum a Deo conciliatur. 334. C. Chriſti præſentiâ honeſtatum. 703. E. Conjugium Gregorii ſenioris & Nonnæ præſtantiſſimum. 334. D. Conjugii felicis exemplum in Baſilii Magni parentibus. 776. D.
Connumerari, quid ſit. 566. E. Eunomiani ſola conſubſtantialia connumerari falsò dicunt. 567. A. Quid inde contra Fidem deducant. *ibid.* Refelluntur. *ibid.*
Conſcientiæ propriæ reatus magna pœna eſt. 172. B.
Conſiderationis expers eſt improbitas. 96. D.
Conſilium. Miſerum eſt conſilium ſerum capere, ac tum damni ſenſu affici, cum nulla ratione ſarciri poteſt. 709. D.
Conſolationis ratio multiplex iis propoſita, qui mortuos parentes aut conſanguineos lugent. 210. A. & *ſeq.*
Conſtantinopolis, urbs poſt Romam prima. 643. A. De primatu cum ea contendit. *ibid.* Circa ludos circenſes aliaque ſpectacula inſaniens. *ibid.* Ut aliis, ita divinis rebus illudebat. 419. C. Situs illius amœniſſimus. 608. A.
Conſtantinopolis, quibus titulis inſignita. 755. D. Fidei velut emporium commune. *ibid.* Zelum habet, etſi non ſecundum ſcientiam. 767. D. Martyrum parens. 629. B. Eorum cultu, Arianis rerum potientibus, orbata. *ibid.* Ob Eccleſias Arianis ereptas & Catholicis reſtitutas, exultat, honoremque priſtinum martyribus defert. *ibid.*
Conſtantinopolis Eccleſiæ ſtatus, cùm Gregorius illuc advenit 749. B. & *ſeq.* Seges quondam parva, ſed Dei oculis magna. 751. C. Status illius variis ſub figuris a Gregorio deſcriptus. *ibid.* Ut ſeges illa poſtmodum crevit. 752. A. Quam ſpem Gregorius de illa conceperit. *ibid.* Omnes hujus Eccleſiæ ordines commendat. 756. A. Tres tantum in clero, poſt Epiſcopum, gradus recenſet, presbyterorum, diaconorum & lectorum. *ib.*
Conſtantinopolitani Catholici, ab omni hæreſum ſpecie alieni. 614. C. Eorum religioſi mores. 608. C. Maximi Cynici artibus deluſi, quaſi tenelli boves vinculis ſoluti, à legitimo paſtore diſtracti. 485. A. Grex numero quidem anguſtus, at pietate ampliſſimus, quo tempore Gregorius huic Eccleſiæ præſidebat. 469. C. Ea in Gregorio amant propter quæ ab æmulis oppugnatur. 637. B. Erga eum affecti, ut ferrum erga magnetem. 634. A. Quare. 636. C.
Conſtantinopolitanos diſputandi cupiditas & linguæ prurigo invaſerant, & in exſequendis Chriſtianæ vitæ officiis ſegniores effecerant. 402. C. Eorum rixæ. 375. M.
Conſtantinopolitana ſedes, Archiſacerdotalis. 636. A.
Conſtantini Magni ſtatua equeſtris. 607 I.
Conſtantius Imperator diviniſſimus, Chriſtique amantiſſimus. 93. A. Omnes tum ſuæ, tum ſuperioris memoriæ Imperatores, animi ſolertiâ longè antecellit: plura ejuſdem argumenti. *ibid.* Chriſti hæreditatem pro viribus auxit; & eo

nomine deceſſores ſuos gloriâ ſuperavit. 78. D. Chriſtianos creſcere, atque in ſummam gloriæ potentiæque amplitudinem pervenire cupiebat. 94. B. Altiùs, & magis regiè de his cogitans quàm plerique ſoleant, quare. *ibid.* C.

Conſtantius non tanto apud veteres, quanto apud nos odio flagravit. 75. M. Cùm Romæ ageret, contaminari ſe putavit ſi aram victoriæ videret. 76. M. Ob leges pro Chriſtiana Religione datas, Conſtantino æquiparandus. 76. M. Ab Hilario & Athanaſio laudatus. *ibid.* Etſi Conſubſtantialis vocem non admiſit, ſenſum tamen illius ſincerè confeſſus eſt. 77. M. A Gregorio Theologo, factorum omnium neſcio, laudatus, poſtea vituperatus. *ibid.*

Conſtantius Arianæ impietati auctoritatem præbet. 460. D. Si Catholicis moleſtus fuit, non Religionis contemptu id fecit; cur ergo. *ibid.* D. Ejus in Catholicos agendi ratio, ſimplicitati tribuitur. 399. A. Quòd nempe zelum haberet, ſed non ſecundum ſcientiam. *ibid.*

Conſtantius, qua mente Gallum & Julianum a cognatorum cæde ſervaverit. 87. D. Gallo Cæſare interempto, Julianum ei ſubſtituit. 92. E. *Vide* Julianus. Conſtantius Julianum fovendo & Cæſarem creando, ignorantiâ lapſus eſt. 78. D. Stultitiæ a quibuſdam inſimulatur. 95. C. Quòd Juliano, ob Galli necem, hoſti effecto, vires per commiſſum imperium addiderit. *ibid.* Accuſatio diluitur, quibus argumentis. *ibid.* E. & *ſeq.*

Conſtantius inutili pœnitentia, ut ferunt, in extremo vitæ ſpiritu affectus. 402. E. Quòd nimirum propinquis ſuis necem intuliſſet; Julianum Apoſtatam extuliſſet; ac novis fidei dogmatibus ſtuduiſſet. 403. A. Obviam Juliano cum exercitu procedens, obit. 99. A. Juliano tamen ſibi ſucceſſore deſignato. *ibid.* k.

Conſtantii funeris deſcriptio. 159. D. Celebri pompa deducitur, productis per totam noctem canticis, & cereorum ignibus, ut in Chriſtianorum more poſitum. *ibid.* Corporis elatio conjunctam cum mœrore celebritatem habet. 158. A. Deducitur ad patriam civitatem. *ibid.* Cùm corpus Tauri juga ſuperaret, vox quædam, ſi multorum narrationi fides eſt, è ſummis locis audiebatur, pſallentium & proſequentium. *ibid.* Angelicarum fortè virtutum. *ibid.* Ut ad Regiam urbem acceſſit, totius exercitûs ſatellitio exceptum eſt. *ibid.* C. Julianus ipſe novus Imperator, ut exanimi corpori, detracto diademate, demiſſoque, ut decebat, aſpectu, obviam procedat, a militibus admonitus atque coactus. 159. A. Illudque ad ſepulchrum & nobile Apoſtolorum fanum proſequatur. *ibid.*

Conſtantii anima à Gregorio interpellata. 78. C.

Conſuetudo temporis longinquitate confirmata, pro lege habita eſt. 506. D. Hinc idololatria lege conſtituta. *ibid.*

Conſuetudo. (Familiaritas.) Nihil refert cum quibus conſuetudinem habeamus; modò in communi hominum cœtu tanquam in ſecreto vivamus; atque inter eos qui minimè philoſophantur, philoſophiæ ſtudia colamus. 458. C.

Contemplatio. Ad contemplationem aſſurgere volenti, neceſſaria ſunt timoris rudimenta. 681. E. Quibus gradibus ad contemplationem aſcenditur. 681. E. & *ſeq.* Contemplatio, non unica ad ſalutem via. 601. B.

Contemptus. Mœror ex contemptu noſtri ſuſceptus, quandoque in zelotypiam exardeſcit. 70. D. Quidquid facilè percipitur, facilè quoque in contemptum venit. 282. A.

Contentio & iracundia, iniquæ judiciorum regulæ. 417. D. Contentiones inter Chriſtianos, quouſque progrediantur. *ibid.* B. Graviſſima eorum incommoda. 418. C. 419. B. *Vide* Diſſidium. Bellum.

Continentia, certo tempore, idque ex communi pacto & conſenſu, matrimonio junctis, non lege, ſed conſilio proponitur. 704. A.

Contraria per contraria procurare, Dei ſapientia novit. 445. C. Contraria interdum æquè mala ſunt. 848. C. Contrariorum mixtio in homine. 850. A.

Contritus. Dei contritos colligentis, & oppreſſos ad ſe recipientis allocutio. 753. C.

Converſio ad Deum, rari omninò exempli eſt. 448. B. Veræ converſionis ſigna. 718. D.

Coquorum præfectus Nabuzardan. 806. B. Coquorum præfectus Demoſthenes, ad ignem ſibi congruentem à Baſilio Magno miſſus, quare *ibid.*

Cor contritum: hoc nomine vocatur ſacrificium purgationis quod Deus à nobis requirit. 300. C. Cor ſenſu præditum, oſſium tinea, ut Salomoni & veritati placet. 803. A. Cor mulieris prætereuntes irretit. 885. A. Cor & inteſtina, quâ ratione per baptiſmum luſtranda. 723. B.

Corona gloriæ texta, pro mercenariis Ephraïm, & corona contumeliæ; (id eſt, clerus Eccleſiæ Catholicæ clericis Arianis ſubrogatus). 756. A. Omnia hominum convicia unicâ ſpineâ coronâ quæ victori noſtro coronam detraxit, & per quam Sancti, vitæ aſperitate, velut coronâ ſe redimiri ſentiunt, minoris habenda. 612. E. Coronâ laneâ cinctus per Platonem Homerus; atque dimiſſus, ne juvenibus noxius & exitioſus eſſet. 458. b. Coronæ adversùs pugnantes comparantur. 80. D. Non autem ſupra ſedentes. *ibid.*

Corpus materiæ expers ac volubile quidam ſibi finxerunt. 501. A. Corpus non eſt Deus; idque multiplici ratione probatur. *Vide* Deus. Corpora ex materia & forma conſtant. 430. D.

Corpus humanum, ærumnoſum, abjectum, & infidum. 261. B. Ejus cum anima luctationis deſcriptio. *ibid.* *Vide* Homo, Bellum, Anima. Corpus curandum eſt propter eum qui illud animæ conjunxit. 262. B. Corporis afflictatione Deus maximè conciliatur. 444. A. Corpore ſublimior Baſilius, etiam antequam hinc migraret. 771. D. Corpus animæ vinculum appellat. *ibid.* E. Corpus humanum ad gloriæ cœleſtis hæreditatem, ab anima, poſt reſurrectionem, admittendum. 213. B. Quanta illius in hoc ſtatu agilitas & ſubtilitas futura ſit. *ibid.* C.

Corpus Chriſti. Quâ ratione educari oporteat Antiſtites futuros, & magnum Chriſti corpus tractaturos. 389. C. Corpus ejus eſt Eccleſia. 586. C. Omnes corpus unum in Chriſto ſumus. 587. A.

Correctio. Ab eo qui correctionem adhibet, quæ ratio tenenda. 599. B. Correctio ea utilis & fructuoſa, quæ per confeſſionem ac publicam ignominiam, contemptioremque victûs rationem efficitur. 599. E.

Corrigia calceamenti Chriſti, quid ſignificet. 687. E.

Corripi à viro juſto ſatius eſt, quàm ab improbo inungi. 347. C.

Corruptio. Humana vita à corruptione matre noſtra incipit, per corruptionem graditur, & in corruptionem definit. 361. C. Corruptio ultima nihil aliud quàm rerum omnium confuſio. 585. B.

Corybantes, Rheæ ſacerdotes. 678. D.

Cotus. *Vide* Gigantes.

Crates, prædiis relictis, publico præconio libertatem oſtentat. 111. A. Cratetis dictum, de ſeipſo libertate donato. 815. D. Cratetis matrimonium commune. 459. D.

Creatio, ex Dei bonitate decreta. 668. C. Creatio Angelorum & hominum, qua de cauſa. 848. B. Quis creationis noſtræ finis. 681. C. Ut Deum laudemus, & per bona opera imitemur. *ibid.* & 685. B. Ut deificemur. 147. D. Ut beneficio afficiamur. 867. C.

Creatura proprie non eſt. 760. B. Creaturæ arcanis rationibus ordinatæ & conſtitutæ ſunt, nec confertim in rerum natura productæ. 837. C.

Creavit ac gignit me: quomodò hæc intelligenda. 540. E. Primum ad humanitatem à Chriſto aſſumptam: alterum ad æternam & incomprehenſibilem Verbi generationem referendum. 541. B.

Crede Chriſtianorum. *Vide* Julianus.

Credentibus ſalus, & non credentibus pœna, Chriſtus. 902. D.

Credere in aliquid & credere de aliquo non idem eſt; illud enim Divinitati convenit, hoc rei cuilibet. 560. A.

Cretenſis Labyrinthus. 516. A.

Crimen quodcumque in Deum commiſſum, cur fornicatio & adulterium dicatur. 657. E.

Criminatio injuſta eſt, cùm ob multorum, vel quorumdam culpam univerſus ordo in invidiam & crimen vocatur. 420. D. Criminatio ſacerdotibus illata, non in eis ſiſtit, ſed quandoque in Religionis myſterium tranſit. 420. D.

Crines. In crinibus ſitum robur, unum ex antiquis miraculis quæ potentiam Dei teſtantur. 86. C.

Crœſus Solonem turpiter ejecit, quare. 110. E.

Cruciatus. Chriſtus Deus, per ſuos cruciatus, nos quoque ad ſubeundos cruciatus erudit. 455. C.

Crumena Chriſti nos ad pauperes alendos exhortatur. 285. B.

Crux Chriſti, longè antè adumbrata, cum Aaron & Hur Moyſis manus in monte ſuffulciebant. 249. A. Quibus de cauſis Chriſtus eam conſcenderit. 449. E. *Vide* Serpens, Lignum. Peccatum ligno crucis affixum eſt. 439. E. Crux mortem proſtravit. 863. B. Ad honorandas Chriſti paſſiones alacriter conſcendatur. 863. E. Dulces clavi, tametſi valdè acerbi. 864. A. Crux Chriſti quandoque per differendi facultatem evacuatur. 597. B. Nonnunquam ſermonis ornatu. 539. B.

Crucem coronatam Juliano ſacrificanti extis oſtenſam eſſe fertur. 101. D. Quæ ſigni hujus interpretatio ab impietatis magiſtro. *ibid.* Crucis ſignum Dæmones & ſpectra quæ Julianum terruerant, diſſipavit. 102. D.

Crucis ſignum in cœlo, ſub Juliano Apoſtata, cùm Judæi ab inſtauratione templi ſui, repentina terræ agitatione

agitatione prohibiti ſunt. 150. B. Idem ſignum in veſtibus eorum qui hæc narrabant vel audiebant. *ibid.* C. *Vide* Judæi.
Cteſiphon, arx Perſiæ firmiſſima. 153. C. *Vide* Julianus.
Cubicularii Imperatoris; an Principi fideles, incertum; Deo autem magna ex parte infidi. 767. C.
Cunctatio, in ſalutis negotio quàm periculoſa. 859. A.
Cupiditas, bellorum parens. 373. B. Cupiditas, apud Chriſtianos, penè ut actio plectitur. 146. C.
Hæretici, ſycophantæ. 865. C. Aliis etiam titulis à Gregorio deſignati. *ibid.* Eorum variæ de Chriſto ſententiæ. 673. C. Pro uno Chriſto, multos introducunt. 582. D. Quid eos induxit ut Chriſtum propriè Deum eſſe negarent. 545. C. Chriſtus pro hæriticis gratìs mortuus eſt. 672. B. 865. C. Ob id ab hæreticis contemptus propter quod honorari debuerat. 647. C. Qualia ab eis patiatur. 673. A. Hæretici inter ſe concordes, ac diſcordes. 556. A. Inſtar fluviorum, qui à ſe diviſi rursùs coëunt. *ibid.* B. Quibus in rebus conſentiant, aut in quibus contendant, planè intelligi nequit. *ibid.*

Hæreticorum, qui prioribus ſæculis Eccleſiam turbaverant, nugæ ac præſtigiæ ſuomet Profundo abſorptæ ac Silentio traditæ. 460. A. Quænam in his Profundi ac Silentii vocibus alluſio. *ibid.* b. Hæreticorum communio ut viperæ virus fugienda. 605. D. Non corpus lædit, ſed intimos animæ receſſus inficit. *ibid.* Eccleſias ab hæreticis occupari, maxima Reipublicæ pernicies eſt. 823. D. *Vide* inſuper Ariani, Eunomiani, Sabelliani, Macedoniani.

Hebræi, litterarum, ut quibuſdam videtur, inventores. 136. A. Ut nomen *Jehova* reverebantur. 552. d. Quidquam Deo inferius, iiſdem ac Dei nomen litteris ſcribi non ſuſtinebant. *ibid.* B. Juvenes ſuos à quibuſdam Scripturæ libris arcebant. 600. D. Non cuivis ætati quamlibet partem Scripturæ legere concedebant. 35. D. Idque non lege, ſed conſuetudine introductum. *ibid.* 0. Ægyptus propter eos cruciatur, mare ſcinditur, ſolis curſus inhibetur. 445. C. Hebræorum ritus quâ ratione à Chriſtianis celebrati. 734. D.

Hecatæ caliginoſa ſpectra. 679. C.

Heli ſacerdos, quibus verbis utatur filios ſuos increpans. 170. B. Sceleris eorum pœnas ſolvit. 377. C.

Heliodorus presbyter, ſub Valentis Ariani perſecutione, mediis in fluctibus igne conſumptus. 461. f.

Heliopolitarum in Chriſtianos concurſio, ſub Juliano Imperatore. 121. C.

Heraclidæ, Herculis poſteri. 772. m. Nihil eſſent in comparatione majorum Baſilii Magni. *ibid.* D.

Heraclitus, ob humanas miſerias flere ſolitus. 112. A.

Hercules Buthœnas dictus, id eſt, boum vorator. 146. B. Triveſperus. *ibid.* A. Herculis rogus undè excitatus. 108. D. Ejuſdem ortus & infortunia. *ib.*m. Turpia certamina. 146. A. Herculeæ columnæ. *Vide* Columna.

Hercules, extincto Juliano Apoſtata, rursùs furit, vel furere deſiit. 168. E.

Hermaphroditus Deus à Valentino & Marcione inductus. 560. E.

Hero. Heronis nomine inſcripta oratio, quâ Gregorius Maximum laudat. 451. M. Auctorum ea de re opiniones. *ibid.* *Vide* Maximus cynicus.

Heronis ſcripta. 212. B.

Herodes perſecutor. 108. B. Furit, & in odium Redemptoris, eos qui redimendi erant è medio tollit. 371. C. Infantes occidit. 735. B. Herodis furor in Joannem. 828. C. Si ad Herodem adductus fuerit Chriſti diſcipulus, plerumque ne verbum quidem unum reſpondeat, quare. 675. B.

Herodiani de cenſu Chriſtum interrogant. 648. D.

Herodiadis ſaltatio inhoneſta non imitanda. 171. D. Baptiſtæ necem attulit. *ibid.*

Herodotus memorabile quiddam de Samiorum tyrannide ſcripſit. 157. C. Herodoti linguam exoptat Gregorius, ut improbitatem Juliani futuro tempori tradat. 126. A.

Heroes Paganorum. Quod in ipſis maximè ſpecioſum eſt, fide caret; quod autem creditur, probrum & contumelia eſt. 772. D. Heroes ac Dæmones calamitatibus tantùm & fabulis celebritatem conſecuti. 455. C. Heroes, à Centauro educati. 779. A. Heroes in Baſilii Magni genere multi. 772. B.

Heſiodi Theogonia, & alia commenta. 141. B.

Hexaëmeron Baſilii Magni creationis rationes aperit. 821. D.

Hieronymus (S.) Epiphaniorum vocem aliter ac Gregorius intelligit. 662. M.

Hippocratis & Galeni, & eorum qui ipſis adverſantur dogmata non ampliùs pertractare, nulla Cæſario medico vitâ functo calamitas eſt, quare. 212. B.

Hircus, Ægyptiorum Deus. *Vide* Mendeſium. Hircus Mendeſius. 680. B.

Hiſtiæi Samii à Perſis defectio, & Herodoti ea de re ſententia. 157. C.

Hiſtoriæ

Hiſtoriæ ſacræ non temerè, aut ad oblectationem ſolam, fabularum Gentilium inſtar, conſcriptæ. 60. B. Sed ut in eis ſubmonitiones & documenta habeamus. *ibid.* C.
Holocauſtum. Simus holocauſta ratione prædita. 723. E.
Homerus, divinarum comœdiarum & tragœdiarum ſcriptor. 142. A. Hujuſmodi fabularum expoſitio. *ibid.* B. Refelluntur qui abſtruſiorem & abſconditum in eis ſenſum eſſe volunt. 143. C. Homerus voces quaſdam vocibus noſtris præſtantiores diis attribuit. 135. B. Cùm Arcadicam quæſtionem ſolvere non poſſet, præ mœrore obiit. 111. s. Homerus coronâ laneâ per Platonem cinctus, atque dimiſſus. 458. b.
Homo, animal ex inviſibili & viſibili natura, mente ac ſenſu, fabricatum. 850. A. Contrariorum mixtio, & ſapientiæ ſublimioris argumentum. 849. E. Priuſquam crearetur, omnes ſummæ bonitatis divitiæ nondum apparuerant. *ibid.* Homo, velut Angelus alter, ſuperis ſubditus, rex eorum quæ in terra ſunt. 850. B. Quo Dei conſilio mentem & corpus, atque arbitrii libertatem acceperit. *ibid.* C. Homo, animal ex inviſibili ac viſibili natura, Verbo artifice, fabricatum : ex corpore & ex Dei ſpiraculo, quod intellectualem animam Deique imaginem Scriptura vocat. 669. D. Homo mundus alter, in parvo magnus; mixtus adorator. *ibid.* & 850. B. Aliæ hominis egregiæ dotes, & excellentiæ ejus inſignia. *ibid.*
Homo, animal caducum & immortale, Deum attingens nec comprehendens, appropinquans & procul recedens. 49. B. Mixtus adorator, viſibilis naturæ ſpectator, intellectualis myſtes. 850. A. Parvus mundus, qui variis affectibus tanquam legibus gubernatur. 513. D. Parvus & magnus, humilis & excelſus, mortalis & immortalis, terrenus & cœleſtis. 214. E. Φῶς, id eſt, lumen dictus, quòd ratione præditus ſit. 693. E. Hominis mirabilia. 597. C. Hæc etſi quis cognovit, adhuc timeat Religionis myſteria inveſtigare. 598. B.
Homo creatur, divinâ manu & imagine ornatus, ut non ſuperi tantùm, ſed etiam inferi adoratores eſſent. 685. B. *Vide* Creatio. Homo fabricatus. 850. A. Ut Verbum artifex omnes bonitatis divitias oſtenderet. 849. E. Rerum omnium, quæ in terra ſunt, dominus & rex à Deo conſtitutus. 273. C. Hominem poſt alia omnia creatum eſſe mirum videri non debet. 837. D. Priùs tanquam regi conſtruendum palatium erat. *ibid.* Hominis vita ex ſapientia provenit. 884. B. Homines, ſublimes & excelſi creati, quare. 367. B.
Primus homo in Paradiſo collocatus, plantarum immortalium cultor. 670. B. Hoc eſt fortaſsè, divinarum cogitationum. *ibid.* Hominem primum qualem creari decebat. *ibid.* Vitii & infirmitatis expertem eſſe conveniebat. 850. D. Hominum communis infelicitas, undè. 882. D. Homo, ſi quod erat permanſiſſet, effectus fuiſſet quod non erat; immortalis ac Deo adjunctus fuiſſet. 837. E. Invidiâ Diaboli à Conditore ſuo miſerè ſeparatus. 685. B. Lex, quaſi materia, ejus libero arbitrio tradita, quid præſcriberet. 670. C. Ut primus homo ejus memoriam abjecit & ab eſca victus eſt. *ibid.* Quas hujus peccati pœnas dedit, in miſericordiam ceſſerunt. *ibid.* & *ſeq.*
Homines liberi ſunt; ex eadem terræ maſſa coagmentati, & ejuſdem vitæ hæredes. 372. C. Quòd alii imperio teneantur, dum alii imperant, grave jugum & primi peccati pœna eſt; cui nihil acerbitatis à rerum adminiſtratoribus addendum. *ibid.* Homo in labore & ærumna naſcitur, vivit & moritur. 373. B. Homo Nautilus terreſtris dictus, quare. 517. E. Labori natus. 473. D. Pauci ſunt homines Dei, quamvis omnes Dei figmentum. 387. C. Novarum rerum ſtudio quodammodo delectantur. 814. A. Homines quibuſdam Dæmonibus necare, apud Ethnicos in more poſitum. 278. C. Quænam ab omnibus hominibus vehementer expetantur. 396. B. Hominis modum excedit omni vitio carere. 310. C. Homini magnum eſt, ſi minùs ut nihil peccet; ſaltem cum peccat, emendari atque ad viam reduci. 13. A.
Hominis inſtauratio. Quemadmodùm nos primùm creavit Deus, ita creatos inſtauravit, ac refinxit. 695. B. Et quidem figmento diviniori, primumque figmentum ſuperanti. *ibid.* Hominis reformationem quo pacto fieri oportuit. 854. C. Homo Deus eſſe jubetur. 806. E. Hominem Deum fieri oportet, quâ ratione. 215. A. Quatenus id aſſequatur. 847. D. Quo ſenſu ſpeculum Dei fiat. 376. f. Nihil tam divinum habet quàm benignitatem ac beneficentiam. 323. D. Homo apud te jumento vilior non eſt, ô homo, quod cùm in foveam incidit aut aberravit, erigere ac reducere tibi lex præſcribit. 278. A. Homo calamitoſis fit Deus, Dei miſericordiam imitando. 276. B. Quæ homini ſalutis ratio. 891. A. Hominem cum Chriſto ſepeliri oportet; filium Dei eſſe, atque adeò Deum ipſum. 215. A. Cur Filius Dei homo vocatus. 555. C. 900. C.
Homoouſios quid ſit. 899. B. Admitti debet, etiamſi non in Scripturis repertum. *ibid.* C. In Scripturis invenitur. *ibid.*
Homoouſion, id eſt, aliud ipſum. 901. C.
Homonymia inter Deum Patrem & Filium, ab Eunomianis per fraudem introducta. 533. D. 534. A. Eunomiani ab uno homonymiæ gere ad aliud, ratiocinando tranſire convicti. 533. D.
Honeſtum. Si honeſtum alterius causâ ſectemur, virtus inſtabilis eſt. 641. B.
Honor. Qui latebras quærunt ut præſtantiori honore digni habeantur, cum iis comparati qui eximias formas paululùm oſtenſas ſtatim ex oculis ſubducunt. 636. E.
Horrea divitum, Baſilii Magni cohortationibus aperta. 798. C.
Horrendorum quæ peccatores manent enumeratio. 311. C. D.
Hoſpites apud Scytas occiſi. 679. C.
Hoſpitalis domûs, à Baſilio Magno propè Cæſaream conſtructæ, luculenta deſcriptio. 817. D. Nullum ex ſeptem orbis miraculis ei comparandum. 818. A.
Hoſpitalitatis cultor, Lot Sodomita. 258. C. Hoſpitalitas Raab meretrici, alioquin parùm laudatæ, juſtitiæ laudem attulit. 705. C.
Humanitas à Deo propter nos ſuſcepta. 541. A. 548. B.
Humani generis lapſus & redemptio in ſumma declarantur. 867. C. Humanæ res velut orbis quidam volvuntur. 319. E. Mutationi obnoxiæ ſunt. 320. A. Humanæ affectiones, quo ſenſu Deo tribuantur. 570. B.
Humeri, ut & qua de cauſa purgandi. 722. D.
Humilis ac Deo ſubmiſſus facilè contemnitur. 69. B.
Humilitas publicanum extulit, nullo alio nomine commendatum. 705. C. Humilitatem gloria comitatur. 92. A. Humilitatem præ ſe ferre, & in divinis diſputationibus tyrannidem ſibi vindicare turpiſſimum eſt. 592. D. Humilitatis ac modeſtiæ laus, cui præcipuè tribuenda. *ibid.* C. Humilitatis exempla multa paſſim extant, ac præ aliis omnium Salvator. 259. D. Humilitatis falſæ deſcriptio. 345. A. B.
Hur, Moyſis manus cum Aarone in monte ſuffulciens. 248. D.
Hydram nemo unquam lenem & manſuetam dixit, quòd novem capita pro uno proferret. 127. D. Hâc ſimilitudine refelluntur qui Julianum à perſecutionis crimine vindicant, quare. *ibid.*
Hyems impietatis invida & inamœna. 85. D.
Hymni, pro tympanis in Chriſtianorum feſtis aſſumendi. 171. C.
Hypoſtaſis nomine, ſubſtantia ſive eſſentia quandoque intellecta. 894. e. Catholica vocis illius explicatio. 759. D. Hypoſtaſis, ſive perſona. 684. A. Eſſentia una & tres hypoſtaſes piè ab Orientalibus dicebantur, quòd primum Divinitatis naturam; alterum trium perſonarum proprietates declararet. 409. D. Hypoſtaſim ab eſſentia diſtinguere Latini non poterant. *ibid.* E. *Vide.* Latini. Hypoſtaſes tres, ſive tres perſonæ in uno Deo confitendæ; & quidem unaquæque cum ſua proprietate. 379. E.
Hypſiſtarii, unde ſic dicti. 328. M. 333. C. Variæ de illis opiniones. 328. M. Hypſiſtarii, radix minimè laudabilis, ex gentili errore & legali vanitate conflata. 333. B. Idola rejicientes, ignem & lucernas colunt. *ibid.* Sabbatum & quandam à nonnullis cibis abſtinentiam obſervantes, Circumciſionem aſpernantur. *ibid.*

J.

Jacob, patris benedictionem ſurripiendo, rem bonam non benè per inſidias captavit. 59. D. Quod tamen ab Auguſtino excuſatum. *ibid.* I. Sublimem quandam ſcalam & aſcendentes Angelos in ſomnis conſpicatus eſt. 509. C. Columnam non ſine myſterio quodam unxit. *ibid.* Fortaſſe ut lapidem ſalutis noſtræ causâ unctum ſignificaret. *ibid.* Cuidam loco nomen impoſuit, *Domus Dei.* *ibid.* D. Aut *Facies Dei*, quare. *ibid.* C. Pro pietatis præmio, Iſraëlis nomine nuncupatus. *ibid.* D. Nec ipſe, nec quiſquam eo ſublimior, gloriari potuit ſe totam Dei naturam vidiſſe. 509. E. Jacobi ſcala & cum Deo colluctatio, quæcumque tandem illa ſit. 825. E. Fortè humani moduli cum divina ſublimitate comparatio. *ibid.* Jacob pro duabus virginibus, quatuordecim annis Laban Syro ſerviens, labore non frangebatur, quare. 472. C. Duodecim Patriarcharum parens. 825. A. Non tantis lacrymis venditum Joſephum revocabat, quantis Gregorius pacem abſentem. 414. B.

Jacobi circa oves artificium, felicitas, duodecim ex eo nati Patriarchæ, benedictionum partitio cum egregia futurorum prædictione conjuncta. 826. A. Jacob alter, Basilius magnus, quare. 825. E.
Jannis & Jambris arrogantia, non jam adversùs Moysen, sed adversùs veritatem arma induentium, atque adversùs sanam doctrinam insurgentium. 32. C.
Idololatræ magis contemnendi quàm ea quæ ipsi adorabant. 507. C.
Idololatriæ origo. 506. B. Genus multiplex. *ibid.* C. Idololatriæ consuetudo temporis longinquitate firmata, pro lege habita est. *ibid.* D. Subsidium ei & patrocinium ex fabulis. *ibid.* E.
Idolorum cultus, omnium malorum extremum ac primum. 671. B.
Jebus, Jerusalem effecta. 766. D.
Jehova, quid significet. 552. d. Quanta apud Hebræos hujus nominis reverentia. *ibid.*
Jejunare. Christus paulò ante tentationem jejunavit; nos ante Pascha. 715. B. Jejunium unum idemque est; at utriusque temporis non parva est differentia. *ibid.* Ille jejunium adversùs tentationum impetus objicit; nobis autem jejunium hoc præstat, ut cum Christo commoriamur, ac festum præcedat purgatio. *ibid.* C. Ad virium nostrarum modulum jejunium attemperavimus. *ibid.* Quidam tamen ultra virium facultatem in jejunando profiliunt. *ibid.*
Jephte: sacrificio illius magnificentius erat quod Machabæorum mater obtulit, quare. 296. E.
Jeremias, receptissimus prophetarum. 901. B. Prophetarum omnium ad commiserationem propensissimus. 317. A. Non sorte quadam ac fatali lege sanctificatus. 655. C. Prophetiæ munus priùs subire non audet, quàm vim & facultatem à Deo acceperit. 64. B. Quomodo sacerdotes malos reprehendat. 46. C. Matri succensèt, se in lucem editum dolens. 211. B. Quousque Jerosolymam defleat. 166. A. Rebus inanimis luctum imperat, ac muros ad lacrymas invitat. *ibid.* Jeremias alter ad comploranda quæ orthodoxi Alexandrini sub Valentis persecutione passi sunt adhibendus. 464. C.
Jeremiæ Threnorum lectio lacrymas movet. 191. C. Jeremiam aliquem exoptat Gregorius, qui lamentationes suas Ecclesiæ calamitatibus exæquare possit. 393. B.
Jeroboam, peccati servus: quis eo nomine à Gregorio signetur. 638. C.
Jerusalem à gentibus conculcata. 415. A. Templum illius, si quibusdam fides est, rursùs extruendum, & sedes Antichristi futurum. 872. A. Jerosolymæ solum, quatenus Judæis sub Romanorum jugo pateat. 191. D. Per diem dumtaxat ipsis conspicuum est, ut solitudinem ejus lugeant. *ibid.* Jerusalem superna, una excelsis viris patria. 611. B. Jerusalem quæ mente percipitur, una est magnorum & excelsorum virorum patria. 447. B. Civis illius Christus est, & concives Ecclesia primitivorum. 221. C.
Jesu, filius Nave, successor Moysis ab ipso Moyse designatus. 248. D. Septem tubis, totidemque sacerdotibus muros Jericho evertit. 733. E. 734. A.
Jesus, nostri causâ homo factus. 258. D. *Vide* Christus. Filius Dei. Incarnatio.
Jesus pura perfectio est. 734. C. Cur baptismi aquâ tinctus, superno testimonio coronatus, tentatus. 24. C. Eum qui vicerat devincit. *ibid.* Jesus baptizatur, simul descendamus, ut simul etiam ascendamus. 686. B. Omnium ejus baptismi circumstantiarum moralis explicatio. *ibid.* & *seq.* Jesus baptizat in Spiritu. 688. D. Jesus qui piscatores elegerat, ipse quoque piscatur. 645. A. Alia multa de Jesu. *ibid.* & *seqq.*
Jesus à navigio per Petrum ablegatus, quare. 378. A. Quid discipulis suis ad prædicationem eos mittens præscribat. 47. A. Exemplo suo testis est pulchram rem esse fraternum amorem. 258. C. Benevolentiam erga homines. *ibid.* D. Longanimitatem. *ibid.* Corporis castigationem. 259. B. Orationem & vigiliam. *ibid.* Castimoniam & virginitatem. *ibid.* C. Humilitatem. *ibid.* D. Inopiam & pecuniarum contemptum. *ibid.* E. Cùm sublimioribus rebus discipulos initiaret, cur mysterium eis in cœnaculo impertit. 740. E. Ei qui à Petro percussus fuerat aurem restituit. 258. E. Jesu præcursor Joannes. 828. C.
Jezabel, in diebus Eliæ, adversùs prophetas Domini cædem anhelans. 630. E. Cur eam inspirata divinitùs historia proscindit. *ibid.* Naboth vineam mœrenti Achab tradidit, ut ex vinea hortum faceret, luxûs ornamentum, muliebres delicias. 631. A. Jezabeli similes Arianæ mulieres. 630. E. Quare. 631. A.
Ignavia nimiæ curiositati præponenda. 593. B.
Igniculus veritatis post primam Valentis persecutionem superstes, Basilius Magnus. 805. D.
Ignis pro Deo habitus & cultus. 506. C. Utrùm Angelos velut ignem materiæ expertem & incorporeum existimare oporteat. 668. C. *Vide* Angeli. Ignis purgans, ad quem mittendum Christus venit in terram: quæ vis ac virtus ejus. 720. D. Scelerum ultor, quotuplex. *ibid.* Ignis Sodomiticus, quem sulphure & procellâ permixtum Deus in peccatores omnes fundit. *ibid.* Ignis Diabolo & Angelis præparatus *ibid.* Ignis divinitus immissus Eliæ sacrificium absumit. 734. A. Ignis sempiternus. 721. A. Alius eo mitior. *ibid.* Ignis æterni baptisma. 690. E. Deum tanquam ignem videt, qui eum ut lucem minimè cognovit. 387. C.
Ignorantia ad Prælatorum purgationem non sufficit, si in hæreticorum fraudem inciderint. 401. B. Vulgo fortasse ignoscendum, si fraudem hæreticorum per errorem admiserit; at doctori quo tandem modo id concedatur? *ibid.* C. Romanorum legem nemini, quamlibet rustico & indocto, ignorare licebat. *ibid.* Nulla lex exstat, quæ criminibus ex juris ignorantia commissis opituletur. *ibid.* Qui Arianæ fraudis auctoribus scienter manus dederunt, minus excusabiles quàm qui ex ignorantia iisdem assensum præbuerunt. *ibid.* D.
Illuminatio, baptismi nomen, quare. 693. A. Varia & multiplex in baptismo. 721. E.
Imago. Dei Filius imago Patris & bonitatis. 535. E. Homo, Dei manu & imagine ornatus. 685. B. Imago Dei in homine, spiraculum Dei corpori insitum, seu anima rationalis. 669. D. Imago Dei à nobis accepta nec custodita; quomodo restituta. 852. B. Imaginis divinæ conservatio, vera nobilitas. 221. C. Imago nulla ex rebus creatis assumpta, Deitatis ac Trinitatis veritatem assequi potest. 432. A.
Imagines Imperatorum adorari solitæ, quò cumulatior ipsis Imperatoribus veneratio redderetur. 116. D. Quid imaginibus illis Imperatores, pro suo quique affectu, appingi gauderent. *ibid.*
Imitatio. Probis viris non exiguam laudem affert summorum virorum vel parva imitatio. 828. D.
Immensitas Dei, ratione principii & finis consideranda. 848. A.
Imperator subditis suis se Deum præbeat. 642. C. Alia ejus officia. *ibid.* Inter postremos apud Deum censeri satius est & sublimius quàm apud terrenum Imperatorem primas ferre. 204. A. Imperatores ab Arianis contumeliosè spreti. 764. E. Publicis statuis apud Romanos ornati. 116. D. Quænam his imaginibus Imperatores appingi gauderent. *ibid.* Imperatore indignum est conatus suos & intentiones arte occultare. 117. D.
Imperatoriæ largitionis dies, tum anniversarius, tum ex tempore, aliqua de causa institutus. 117. E.
Imperium sacerdotale regali præstantius ac perfectius. 323. A. Imperii Ecclesiastici quò major dignitas, eò majus periculum est. 17. B. Imperium Romanorum, antè adventum Christi, in unius principatum non planè devenerat. 94. C. Cum adventu Christi simul ingressum est: cum Christianorum rebus incrementum simul accepit. *ibid.* Ab extera natione vastatur, ob improbitatem Christianorum & vigentem adversùs Trinitatem impietatem. 415. B. Imperium & philosophiam in unum coire oportere, sententia est pravo consilio à Juliani amicis usurpata. 97. E.
Imperare omnes velle, & neminem imperium suscipere par malum est. 13. A. Imperandum subditis tanquam conservis. 314. C.
Impietas, ad excogitanda mala solers & ingeniosa, atque ad aliquid aggrediendum mirè audax. 394. B. Paris impietatis est, vel Sabellii more personas divinas connectere, vel Arii instar naturas distinguere ac separare. 576. C. Multa ferenda priusquam alios impietatis damnemus. 599. C. Impietatis chirographa ab Episcopis exacta post Seleucienſe Concilium. 400. C.
Impius. Gravis error cum impius prudens æstimatur. 886. C. Impii serò damnum suum intelligent. 729. B. Supplicii baratrum impiis in inferno destinatum. 878. D. Impiorum, qui nihil præter hanc vitam cogitant, vani sermones. 890. A. Omninò fugiendi. 884. D. Eorum, inter morbi cruciatus, confessiones & inutiles pœnitentiæ. 148. B.
Impossibile dicitur, quod habitâ virium, temporis ac personæ ratione, fieri non potest. 546. A. Quod plerumque non fit. *ibid.* Quod justitiæ atque rationi adversatur. *ibid.* A quo nostra voluntas abhorret. *ibid.* C. Quod cum Dei voluntate fieri possit, naturâ non potest. *ibid.* D. Quod nullâ omninò ratione fieri potest. *ibid.* E.
Impostura Dæmonis in quo posita. 507. C. Facilè impostura facit quidquid delectat. 149. C.
Improbitas, flammæ comparata quæ materiam, cujus fœtus est, absumit. 426. A. Considerationis ex-

pers. 96. D. b. Improbitatem non ſuſpicatur, cujus animus ab improbitate liber ac purus eſt. 94. E.
Improborum calamitates & nocendi prurigo. 877. E.
Impudentia eum, in quo domicilium habet, odio dignum eſſe coarguit. 885. C.
Impuro rem puram attingere periculoſum. 489. C. Ut ægris oculis ſolis radios intueri. *ibid.*
Incantamentis opus non eſt ad infantium conſervationem. 703. C. Diabolus cum incantamentis illis in leviorum hominum animos irrepſit. *ibid.*
Incarnatio Filii Dei, quo ſummæ bonitatis conſilio peracta. 851. D. Hujus myſterii conſilium fuit, ut hominem inſtauraret, Deique notam in nobis geramus, tantùm ab eo informati, ut ex ipſo ſolo agnoſcamur. 215. B. Ut nobis ſalus pareretur. 541. A. Incarnationis cauſa, Dei benignitas in hominem, invidiâ Diaboli à Conditore ſuo miſerè ſeparatum. 685. B. Incarnationis totius œconomia medicinæ loco nobis eſt. 25. A. Myſterium hoc exponitur. 685. C. In eo Deus homo efficitur. *ibid.* Deus noſtrâ causâ humanitatem ſuſcipit. 215. A. Jeſus noſtri causâ homo factus. 258. D. Verbum Dei, compoſitum, noſtrâ causâ inanitum, imò etiam humanatum. 537. A. Cur deindè exaltatum. *ibid.* Quod erat permanſit, quod non erat aſſumpſit. *ibid.* B. In principio ſine cauſâ, propter quam eſſet. *ibid.* d. Qua de cauſa poſtea natus. 537. B. Cur humanitas in unam cum eo perſonam aſſumpta. *ibid.* C. 541. A.
Incarnatio, nova & inaudita mixtura, & admiranda temperatio. 671. D. 852. A. Alia hujus diſpenſationis miracula. *ibid.* Divinæ bonitatis in eodem myſterio divitiæ. 671. D. & *ſeq.* Citra hæreſim Arianam accipienda, quâ ratione. 903. A. In ea Dei Filius hominem induit. *ibid.* B. Id eſt, carni & animæ, perſonæ unitate, ſociatus eſt. *ibid.* C. Humanam naturam ſuſcepit pro hominum ſalute. 904. A. Dei Filius, noſtri causâ, hominis quoque filius factus eſt. 727. D. Arcano modo, ac ſine ulla ſpurcitie ex Virgine Maria progreſſus. *ibid.* Totus homo, idemque Deus, pro toto homine læſo. 728. A. Impatibilis divinitate, patibilis aſſumptæ humanitatis ratione: alia ejuſdem argumenti. *ibid.* In Incarnatione procreatio virginitati admixta. 685. C. Angelicæ virtutes ac poteſtates Incarnationis conſciæ fuerunt. 865. E. Incarnationis reprehenſores, circa lucem tenebroſi, circa ſapientiam imperiti; ingratæ creaturæ, Diaboli figmenta. 672. B. Alia multa ejuſdem argumenti. *ibid.*
Incertum & inæquabilitas proſperitatis humanæ. 270. B. Inſtabilibus ventis fides potius haberi poſſit. *ibid.* A. Ideò à Deo permiſſa ſunt, ut iis perſpectis ad futuræ vitæ portum contendamus. 271. A.
Inceſſus. Modum quendam ac decorum in inceſſu tenendum eſſe. 491. C.
Incunabulum quoddam ſapientiæ, timor Domini. 389. B.
Indigentia, cupiditatis mater. 373. B.
Infantes ſine baptiſmo defuncti, ſupplicio non affecti, quare. 708. D. Quando baptiſandi. 713. & *ſeq.* Quando referendis actionibus obnoxii. 714. A. *Vidè* Baptiſmus. Infantes ab Herode occiſi, ut coætanea Chriſto victima, & pro eo cæſa, venerandi. 675. A. a.
Infelicitatis apud homines maximè graſſantis principium. 882. D.
Infirmitas fratris quâ ratione toleranda & curanda. 600. A. Infirmitates fraternæ, quatenus tolerandæ & curandæ. *ibid.*
Ingenitum & Deus idem non ſunt. 531. E. Ingenitum & genitum inter ſe opponuntur, ut habitus & privatio. *ibid.* Ingeniti vox in Scriptura non exſtat; ſed ex ea colligitur. 570. D.
Inimicitia. Ob inimicitiam facilè decipimur; non ſecus ac ii qui vertigine laborant. 417. E. Abſurdum fuerit exiſtimare, dum inimicitiarum & ſimultatum amore tenemur, Deo qui pro nobis mortuus eſt, rem gratam fieri. 424. C.
Inimicus minimè ſuſpectus lethalius vulnus infert. 762. C. De inimici caſu lætari lex vetat. 100. E.
Iniquitas ex Babylone à ſenioribus judicibus egreſſa. 45. A. De quibusnam illud hodieque intelligendum. *ibid.*
Initiationes ſuperſtitioſæ à Thracibus inventæ. 137. A.
Injuria. Referendæ injuriæ poteſtas, ſatis gravis pœna in eos qui injuriam intulerunt. 764. E. Injuriarum condonatio, cum eas ulciſcendi poteſtas adeſt, rari admodum exempli. 172. A.
Innovare. Quibus virtutum operibus nos innovari oporteat. 838. D. 840. A. 841. A. Innovatæ apud Iſaïam inſulæ, Gentium Eccleſiæ recèns conſtitutæ. 835. B. Innovatus, apud Jeremiam, murus æreus, anima firma, recenſque ad pietatem compacta. *ibid.* *Vide* Encænium.
Ino Græcorum, eadem quæ Iſis Ægyptiorum. 621. B.
Inobediens Chriſtus quo ſenſu dicatur. 542. D.
Inobedientia. Graves pœnæ graveſque minæ adversùs inobedientiam intenduntur. 62. D.
Inopia eorum qui altari miniſtrant quibus de cauſis ſublevanda. 475. E. Turpe ſanè eſt hæc & miniſtros altarium expoſcere, & fideles non elargiri. 476. A. Inopiâ preſſus quibuſnam divitiis ſplendidiſſimum quemque ſuperare poſſit. 754. D. Inopia externa à Chriſtianis multis, inſtar omnium opum, colitur. 146. D.
Inſanire. Libenter omnibus omnia concedimus, hâc lege & conditione ut nobiſcum inſaniant. 418. A.
Inſolentia comitem habet calamitatem. 92. A.
Inſulæ innovatæ, quid apud Iſaïam. 835. B.
Intellectualia: mens per res ſenſibiles ad ea evehitur. 505. A. Intellectualia percipere quantumvis in ſeipſam collecta mens humana contendat, ſenſibile quoddam ſemper irrepit. 505. B. Intellectualibus, abſque rerum corporearum adminiculo, mente conjungi, iis impoſſibile qui corporibus conjuncti ſunt. *ibid.* Hinc allegorica Dei nomina, Spiritus, Ignis, Lux &c. *ibid.*
Intemperantia & libido corporis, ſapientes etiam viros furore afficit. 442. A. Equulei petulantis & indomiti more, rationem ſecum arripit. *ibid.*
Invidia probum virum ſequitur. 879. D. Fructuum ejus demonſtratio ab exemplis. 637. E. & *ſeq.*
Invidus ſpiritus cum virtute decertans in homine juſto. 396. E.
Invocationis Sanctorum exemplum 450. D. Item beatæ Mariæ. 443. B.
Joanna, diluculo lacrymas profundens, Chriſtianis imitanda proponitur. 864. C.
Joannes-Baptiſta, vir inter natos mulierum maximus. 610. B. In lucem editus Zachariæ ſilentium ſolvit. 182. E. Vox eſt & lucerna, Verbi luciſque prævia. 183. A. 369. E. Præcurſor Jeſu, ut vox Verbi, & ut lucerna luminis. 828. C. Coram ipſo in ventre exiliens, & ad inferos per Herodis furorem tranſmiſſus. *ibid.* Quas functiones obierit. 865. E. Lucerna antè lucem; vox antè Verbum; mediator antè mediatorem; medius inter vetus & novum Teſtamentum. 387. E. Quid militibus præſcribat. 369. E. Joannis baptiſma, nec judaïco more, nec tamen in Spiritu collatum. 688. D. Joanni mors illata per ſaltationem. 171. D. Martyrii ſui, & illud ſecuturæ paſſionis Chriſti præſcius fuit. 687. C. Novus Elias, & plus quàm propheta, quare. *ibid.* Deſertum ejus à Gregorio exoptatum. 239. B. Reliquiæ, ſub Juliano Apoſtata, igni traditæ. 167. a. Joannis-Baptiſtæ æmulus Baſilius Magnus. 828. D.
Joannes Evangeliſta, cur Verbi præcurſor à Gregorio appellatus. 411. e. Excelſum & ſublime de Verbo inſonat. 626. B. Qui heſternâ die Joannes erat. *Vide* Diſſidia.
Job, ad cruciatum poſtulatus. 442. D. Tentatus, confectiſque certaminibus victor pronunciatur. 826. C. Calamitatis ejus deſcriptio. 396. B. In eo virtus cum invido ſpiritu multis de cauſis decertabat. *ibid.* E. In fine certaminis, ſanctus vir illuſtri præconio victor pronuntiatur. 397. A. In calamitatibus philoſophatur. 266. D. Theologus memoriæ lapſu verba ejus Salomoni tribuit. 373. f.
Joël ſacerdotibus luctum indicit. 42. B. Altaris miniſtros, premente fame, in luctu verſari jubet. *ibid.*
Jonas, fugitivus propheta. 828. B. Fugiebat à facie Domini, vel potiùs fugere putabat. 60. D. Triduanâ ſepulturâ, majoris myſterii figuram gerente, comprehenſus. *ibid.* Ideò fugit, & Ninivitis prædicare diſtulit, quòd Iſraëlis prolapſionem perſpiceret, & gratiam propheticam ad Gentes migrare ſentiret. 62. A. Ob eam cauſam veniâ fortaſsè dignus. *ibid.* C. Jonam concionantem audiamus, ne igne & ſulphure velut aquis obruamur. 310. A.
Jonathas non magis defletus à Davide, quàm pax abſens à Gregorio Theologo. 414. B.
Joppe. Jonas in Joppem, & Joppe rursùs in Tharſum, quâ causâ ductus. 61. A. Joppe apud Hebræos gaudium ſignificat. 62. B.
Jordanis curſus interciſus. 86. C. Aquæ, Chriſti baptiſmo purificatæ. 673. D. Quare. 687. B.
Joſeph aſcendit in Bethleem, ut cum Maria ſibi deſponſata uxore profiteretur. 371. B.
Joſeph Patriarcha: ejus hiſtoriæ ſynopſis. 86. A. Odio habitus ac venditus. 752. C. In eo elucet divinæ munificentiæ argumentum, cùm ex rebus perditis ac deploratis iter ſecundis aperire vult. *ibid.* B. In Ægyptum à Deo ductus; in femina exploratus &c. 445. B. Frumenti diſtributor, ſed Ægypti dumtaxat, neque id ſæpius, nec niſi corporeo modo. 826. C. Ex ſervo frumenti diſtributor, & innumerabilium copiarum pater. 610. A. Benignitate Ægyptum emit. 799. A. Joſeph alter Ægyptiis, Petrus

Alexandrinus, Athanasii successor. 620. C. Josepho similis Basilius Magnus. 798. E.
Joseph Arimathæus, ut imitandus. 864. B.
Josephi Judæi liber de imperatrice ratione, à Gregorio laudatus. 287. C. Qui hesternâ die Joseph erat. *Vide* Diffidia.
Josue, populi antistes. 38. C. Tubæ illius septem. 733. E. Militare imperium habuit, & portionum distributionem. 827. A. *Vide* Jesu filius Nave.
Jovianus: vir ut aliis rebus, ita pietate clarus & insignis. 156. D. Juliano Imperatore in expeditione Persica mortuo, Imperator in ipsis castris, atque in ipsa periculorum flamma renuntiatur. *ibid.* Cladis hæres effectus. *ibid.* E. Nec manus cum Persis conferere, nec progredi ullo modo potest. *ibid.* Castra movere copiasque reducere satagit. *ibid.* Totus in eo est ut exercitum servet, nervosque Romanis relinquat. 157. B. Fœdera cum Persis inire cogitur, conditionibus turpibus sanè, Romanorumque potentiâ indignis. *ibid.* Hoc nisi fecisset, ne ignifer quidem, ut dici solet, exercitui superfuisset. *ibid.* A. Alia in Joviani excusationem. *ibid.* B.
Jovianus mirâ pietate animique lenitate præditus. 408. A. Veritatem in sexcentas opiniones distractam quærit, ut aut universum orbem conciliet, aut optimæ parti se adjungat; excelsè simul ac magnificè de rebus maximis cogitans. 408. C.
Iphigenia virgo, cùm Dianæ in sacrificium offerretur, qua ratione è periculo extracta. 775. g. Fit Dianæ sacerdos, & hospites ei immolare discit. *ibid.*
Ipse dixit, summum Pythagoricis dogma, aureisque carminibus præstantius. 133. A. Verborum illorum sensus. *ibid.* B. Recens arrogantia. 494. D.
Ira citò compressa, apis aculeo similis. 346. D. Adversùs dæmonem solum gerenda. 839. C. Irâ & mœrore impletur Gregorius propter Christum, quare. 647. C. Eorum qui per iræ impotentiam cæcutiunt agendi ratio. 406. B. Ira, calix in manu Domini appellatur. 300. A. Doceat Pastor quomodo peccatis proportione respondeat. *ibid.* Ira Dei in confessione præoccupanda. 309. D. Ira, Dei naturæ repugnat. *ibid.* E. Quo sensu Deum irasci Scriptura dicat. 570. B. Iræ Divinæ quandam fæcem audimus, hoc est, commotionis adversùs eos qui eâ digni sunt residuum. 346. C.
Iracundia & contentio, iniquæ judiciorum regulæ. 417. D.
Iris, pacis ac fœderis à Deo nobiscum initi signum. 870. B.
Isaac, antequam in lucem ederetur, promissus. 825. D. A patre oblatus, à Deo non acceptus, ariete in locum ejus substituto, & sacrificio permutato. 862. D. Basilius magnus ei comparatus, quare. 825. D.
Isagogicus Eunomianorum libellus. 523. B.
Isaïas, vocis sublimitate prophetas omnes antecellit. 78. C. Ad vocationem promptè obedivit, quia vocantis ope confisus. 64. B. Dominum in gloriæ throno sedentem vidit. 510. C. Quid sit illa visio incertum. *ibid.* D. Cæterùm nec Isaïas, nec alius ejusdem ordinis, Dei naturam aut vidit, aut aliis patefecit. *ibid.* Quam orationem adhibuerit, cùm Dei gloriam & cingentes eum Seraphinos conspexit. 235. B. Quinam ab eo ventriloqui dicantur. 35. a.
Isis Ægyptiorum, eadem quæ Ino Græcorum: ejus sacra. 621. B. Infortunia. 680. B.
Ismaël potione refectus, Ecclesiæ per Athanasium refectæ imago. 389. D.
Israël, primogenitus filius appellatus; sed non eodem sensu quo Christus Dominus. 896. B.
Israël populus, quare Filium Dei per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis vidit. 902. D. Vultûs Mosaïci gloriam ferre non potuit. 682. B. Infans, dum lege teneretur. 181. D.
Israëlitæ obdurati. 589. C. Quot & quantis virtutibus ornati, & Dei beneficiis affecti, dum pacem inter se & cum Deo habuerunt. 190. B. Quot & quanta perpessi, postquam in seipsos furere & in multas partes dividi cœperunt. 190. E. & *seq.* *Vide* Captivitas. Israëli à prophetis objiciebatur quòd filios suos & filias dæmoniis immolarent. 166. D. Israëli, seminis & radicis loco, relicti præsules, qui post Seleucienſe Concilium Arianorum fraudi restiterunt. 401. A.
Israëlitarum sub Romanis quanta depressio. 191. C.
Isthmica pinus miseros adolescentes olim ornabat. 450. C.
Ithamar, Aaronis filius, sacerdotii oleo delibutus. 248. D.
Ithyphalli: turpe nomen quod pudor exponere non finit. 114. D.
Jubilæus annus. *Vide* Annus.
Judæus, in festis celebrandis litteræ soli addictus. 731. A.
Judæi, Dei hostes. 108. B. Per totum orbem hospites & peregrini. 415. A. A Juliano Imperatore in Christianos immissi; templi scilicet instaurationem ex libris suis fatalem esse persuasi. 149. B. In id opus & manu multâ, & animi alacritate ac labore incumbunt. *ibid.* C. Uxores eorum, omni ornatu in operis structuram collato, nec teneris membris parcentes, pietatis officiis sese fungi existimant. *ibid.* Repentinâ terræ agitatione simul unà repelluntur. *ibid.* D. Vicinum templum ingredi conantes, ignis è templo occurrens alios absumit, alios præcipuis membrorum partibus truncat. 150. A. Hoc uno jam ore omnes referunt. 149. D. Nec fidem quisquam derogare potest. 150. B. Clarius adhuc miraculum, lux in cœlo crucem in orbem describens. *ibid.* Aër eodem signo sanctificatus. 151. B. Vestes eorum qui hæc narrabant vel audiebant crucis notis consignatæ. *ibid.* Infideles multi, hoc miraculo perculsi, ad sacerdotes properant, & baptismo purificantur. *ibid.* D. Astrologi, Astronomi & Mathematici ad hujus signi contemplationem provocati. 150. C.
Judaïca parcitas est, si ingenito solo Divinitatem circumscribamus. 379. C. Judaïcæ sapientiæ est, relictis rebus syllabas consectari. 571. B.
Judaïsmus & Gentilismus è diametro oppositi. *Vide* Gentilismus. *ibid.* Judaïsmus, Theologiæ morbus, cujus Arius Alexandrinus auctor. 30. A.
Judas, cur filius perditionis dictus. 871. D. Invidiâ laqueo dignus & proditor effectus. 638. B. Judæ imitator Julianus. 108. B. Nisi quòd non laqueo, ut Judas, pœnitentis animi significationem dedit. *ibid.* Judas alter, Maximus cynicus. 483. E.
Judex. Homo rerum suarum tardus judex. 589. A. Idemque alienarum diligens explorator. *ibid.* Judices non judicandi. 369. C. Judices, populi Hebræorum antistites. 38. C. Judices multi magnis & excelsis viris graviſſima quæque faciliùs condonant, quàm humilibus quidquam leviſſimi momenti. 243. C. Judicum iniquitas, apud Deum expostulandi causa. 42. D.
Judicium. Dei de nobis judicium magis curandum, quàm mortalium omnium in unum coactorum. 640. B. Judicia Dei tum universam rerum machinam, tum res quoque nostras gubernantis, cur inaccessa & inscrutabilia. 320. B. Ultimi Dei judicii descriptio. 305. B.
Iniquæ judiciorum regulæ. *Vide* Contentio. Iracundia. Inimicitia. Aspectus. Insanire. Criminatio. Vertigo. Impostura.
Judico amantes & non amantes de iisdem rebus non eadem judicant. 417. E. 418. A.
Jugum Christi suave & onus leve; quâ ratione. 859. A.
Julianus Imperator, draco, Apostata, magna mens, Assyrius, communis omnium hostis. 78. B. Mala quæ fecit, quare lugenda. 100. A. Gregorii duæ in eum orationes scriptæ tantummodò, non coram habitæ. 75. M. Julianus, exercitu in proceres armato, cum Gallo fratre servatus, nec Deo ob salutem, nec Imperatori per quem salutem acceperat, gratias habuit. 86. C. Inde mali labes. *ibid.* C.
Julianus & Gallus, velut generis reliquiæ, à Constantio ad Imperium servati. 87. D. Splendidè in imperatoria domo educati. *ibid.* E. Christianæ philosophiæ operam dederunt, & in clerum ascripti divinos libros plebi lectitarunt. 88. A. Gallus naturâ ferocior, verè tamen pietatem colens: Julianus mansuetudinis obtentu morum pravitatem occultans. *ibid.* C. Ambo æqualibus expensis, non pari voluntate, Ædem Sacram extruunt. *ibid.* D. Galli munus, ut Abelis, acceptum, Juliani repudiatum. 89. A. Idque miraculo declaratum. *ibid.* Miraculum, novum illud quidem, sed tamen verius quàm mirabilius. *ibid.* C. Complures ejus testes oculatos Gregorius offert. 90. D.
Julianus Christi discipulus fuerat; multaque ad salutem spectantia partim dixerat, partim audierat. 100. E. Ad virilem ætatem progressus, majorem impietatis partem, id exigente Imperatoris disciplinâ, occultat. 91. A. Quæ tamen interdum sese prodit. *ibid.* B. Instar ignis in materia latentis, & aquæ in subterraneis compressæ. 90. E. Fidis amicis mentis arcanum aperit. 91. B. De Religione disputando plus quàm æquum est, pro Ethnicis contendit. *ibid.* Iis omnibus gaudet quibus morum impietas exprimitur. *ibid.* Gallo fratre Cæsare facto, pro animi libidine perniciosis studiis & præceptoribus operam dat. 91. C. Siderum scientiam & præstigiarum artem colit. *ibid.* Magistri

ejus

ejus ex triviis & barathris collecti. 96. D. Dum Athenis versaretur, Gregorii Theologi eruditionem & pietatem cognovit. 206. B. Multa mala Imperio Romano portendere Gregorio visus est. 161. D. Quæ morosi & commotioris ingenii signa præberet. 162. A. Gregorii verba, ut hæc conspexit: *Quantum malum sibi alit Romanum Imperium. ibid.* C. Eorum testes appellat Gregorius, quotquot Athenis cum eo erant. *ibid.* B.

Julianus Gallo fratri, ob illicitas molitiones interempto, in Cæsarea dignitate succedit. 92. E. Constantii deliberatione. 93. D. Constantius ob id per apostrophen à Gregorio increpitus. *ibid.* A. Tum excusatus, ob lenitatem & probitatem quæ minimè suspicax est. 94. E. 95. E. Julianus Epaminondas & Scipiones intuitus, iter cum exercitu carpit, victum tenuem amplectitur, eorum belli gerendi rationem laudibus effert. 109. C. Ne ad intuendas Christianorum philosophorum, id est, Monachorum, virtutes compellatur. 110. A. Quibus ex rebus benevolentiam concipere debuit, ex his ad majus odium incensus est. 96. D. Hæc eum philosophi docuerunt. *ibid.* Non tam de fratris interitu, quàm de secundis Christianorum rebus dolebat. 97. D. Fratrem ut hostem, propter Religionem, habebat. *ibid.* Philosophiam & imperium in unum coïre oportere dictitans, quare. *ibid.* E.

Julianus, primus Christianorum ut adversùs Imperatorem rebellaret in animum induxit. 137. C. Ut quondam Scytharum servi adversùs dominos suos rebellasse feruntur. *ibid.* Primum illius arrogantiæ facinus fuit, quod sibi ipse diadema imposuit. 98. A. Tum ab Occidente pedem movet; quo prætextu; quo fine. *ibid.* B. Ingenti celeritate regionem suam & Barbaricæ oræ partem aliquam peragrat; transitumque, fallendo potiùs quàm vincendo, rapit. *ibid.* D. Aulæ imminere incipit, Dæmonum promissis fretus, an structis Constantii vitæ insidiis. 99. A. Progredientem exercitus Constantii circumstat, eique fugam omnem præcidit. *ibid.* C. Interea Constantius obit, de sua in Julianum benignitate se excusans. *ibid.* D. Quem tamen sibi successorem designat. *ibid.* k. Julianus, ut Constantii corpus celebri pompâ delatum ad urbem Regiam accessit, ei obviam procedere cogitur. 159. A. Detracto diademate, demissoque, ut decebat ante Imperatorem, aspectu. *ibid.*

Julianus vix imperium adeptus est, cum impietatem palàm profitetur. 101. A. Initiationi Christianæ execrabilem initiationem opponit; impuro sanguine baptismum abstergit. *ibid.* Quidquid sanctitatis per baptismum & Eucharistiam contrahere potuerat, eradere conatur. *ibid.* B. Per incisiones & sacrificia imperialem aulam constituit. *ibid.* Rumor de coronata cruce, quam ipsi sacrificanti victimarum exta ostenderunt. *ibid.* D. Gregorius hac de re dubii & ancipitis animi. *ibid.* B. Prodigium, si falsum est, in auras abeat. 102. A. Julianus in aditum horrendum, impostore comite, descendit. *ibid.* B. Spectris & nescio quibus nugis perterritus, seipsum cruce signat. *ibid.* D. Cedunt Dæmones; rursùs audacia, terrores, signaculum, Dæmonum fuga. *ibid.* Sinistra veritatis interpretatio ab antistite sacrorum. *ibid.* E. Julianus ad exitii voraginem ductus, ab eo die Dæmonibus oppletus. 103. A. Enthusiasmis adscriptus. *ibid.* B. *Vide* Enthusiasmus.

Julianus, primus Imperatorum Christianorum adversùs Christum furore percitus. 407. B. Statim atque Imperator declaratus, erga Constantium improbè, erga Deum improbiùs se gerit. *ibid.* Persecutionem omnium quæ fuerunt teterrimam excogitat, certaminis honores martyribus invidens. *ibid.* C. Julianus, Ecclesiæ persecutor. 103. B. Vim non benè successuram animadvertit, quare. *ibid.* C. Callidè & artificiosè bellum gerit. *ibid.* D. Delatos martyribus honores invidet. 104. A. Quò plura adversùs honores illos comminiscitur, hos eò majores reddit. *ibid.* B. Maximæ stoliditatis per apostrophen arguitur, quod Christi hæreditatem & mysteria tollere aggressus sit. 107. D. *& seq.* Nec magnos Christi pugiles veritus sit. 108. C. Neniarum quas, spretâ Religione, admiratur, descriptio & irrisio. 109. A.

Julianus, ante omnia gloriam Christianorum nominisque celebritatem insectatur. 105. A. Impietatem Edicto non profitetur; verùm turpiter & ignavè pietatem vexat. *ibid.* B. Vim & tyrannidem populari turbæ permittit, velut propositâ lege non scriptâ id se velle promulgans. *ibid.* C. Suadendi partes sibi assumit, crudeli usus lenitate & violentâ persuasione. *ibid.* D. Æthiopis instar ignis ardorem non abjicientis. *ibid.* C. Aliæ comparationes. *ibid.* Christianis, in quidvis, præter clementiam, se vertit. *ibid.* E. Melampo vel Proteo similis. 118. B. Christianos, contumeliæ causâ, Galilæos vocat. 112. D. Ita vocari lege constituit. 114. B. Quod perquam juvenile ac leve, & Imperatore indignum. *ibid.* Absurdè cogitavit nomen illud pudori vel dolori futurum esse Christianis. 115. E. Multa nomina, ab ejus vita petita, Christianis adversùs eum suppeterent. *ibid.* A. Victimarius, Pisæus, Adonæus & Tauricremus à quibusdam appellatus est. *ibid.* B. Mira est hujus rei facilitas. *ibid.* Id verò ad scenam & theatra remittendum. 116. A.

Julianus Christianos sceleratum agmen vocat, quo dissoluto Romanum Imperium in prisca felicitate cerneretur. 137. D. Hæc verba improbitatem lenitate tectam resipiunt. 138. A. Stratagemate omnibus persecutoribus familiari, à domesticis exordium sceleris ducit. 106. B. Ex Magnatibus qui benevolo erga Constantium animo fuerant, alios interficit, alios expellit. *ibid.* C. Præcipua judiciorum illorum causa, Christianismus. *ibid.* Militum partem non minimam ad se pertrahit. *ibid.* D. A multis, tum proceribus tum plebeiis, ut levis quædam machina à firmissimo muro, repellitur. 107. A. *Vide* Cæsarius. In Labarum vexillum audaciâ effertur. *ibid.* B. Leoninæ pelli vulpinam, aut Minois larvam injustitiæ prætexens, leniter vim affert. 116. B. Imaginibus suis Dæmones adjungit, ut cum eo Dæmones honorentur, aut ipse affectus contumeliâ videatur. 117. B. Fraus ad notandum infamiâ perpetuâ Imperatorem abundè sufficiens. *ibid.* D. Hunc impietatis laqueum pauci effugiunt; ob eam rem pœnis addicti. *ibid.* C. Pietatis pars videbitur in condenda illius temporis tragœdia vel comœdia laborare. 116. B.

Julianus fraudem militibus donativum accepturis facit, ut idolis thus incendant. 118. C. Exercitus totus parvo igne atque auro, ac per exiguum suffitum corruit. *ibid.* Hoc nefario consilio perfecta sunt quæ Persarum myriades & omnia tormenta efficere non potuissent. *ibid.* E. Milites quidam, agnitâ fraude, eam detestantur. 119. B. Eorum ad Christum oratio. *ibid.* C. Ad Julianum. *ibid.* D. Exilio tantùm mulctati, ne Martyres fiant. 120. A. Julianus vim ad impietatem accipit ex petulantia Christianorum. 91. D. Ejus persecutio sæviissima. 461. A. Hoc unum proceribus ad gloriam abundè fuit, quòd Imperatoris voluntatem suâ crudelitate superassent. *ibid.* B. A Dæmonibus sæpè prostratus, ab eis gratiam inire studet. 112. C. Versutis ac sophisticis argutiis persecutionem tegit. 353. A. Nunc allicit, nunc comminatur. *ibid.* Præfectus militum ab eo missus, Nazianzenum templum sibi tradi exposcit. *ibid.* C. Gregorio seniori urbis Episcopo cedit, alioquin calcibus cædendus. *ibid.*

Juliani furor varius & inconstans; Ætneo igni similis. 120. B. Edicta in ædes sacras proponit. *ibid.* E. Seditionum pluribus in locis adversùs Christianos hinc exortarum lamentabilis enarratio. 121. *& seqq. Vide* Alexandrini. Gazæi. Heliopolitæ. Arethusii. Provinciæ præfectum exilio mulctat, quòd, seditione in Christianos exortâ, multis Christianorum in judicium raptis, in nonnullos etiam Gentilium animadvertisset. 127. A. *Nihil grave* esse judicat, *si manus una gentilis decem Galilæos interfecit. ibid.* B. Nullum persecutionis Edictum hoc verbo expressius & formidabilius. *ibid.* Quàm incautè ac imprudenter auctorem illius à persecutionis crimine quidam absolvant. 127. C. Adhuc inhumaniora facere instituit. 128. D. Alia iniquè peragit, alia spe & minis velut adumbrat. *ibid.* Draconi & fulmini hac in re similis. *ibid.* Quæ nec Diocletianus, nec quivis collegarum ejus in animum induxerunt, hæc ille cogitabat. 129. A. Consilia ejus adversùs Christianos. 352. E.

Julianus Christianos libertate spoliare, ab omnibus conventibus, foris, publicis cœtibus, ipsisque adeò tribunalibus arcere constituebat. 129. B. Insulsæ rationes quibus consilium illud culpâ vacare contendit. *ibid.* D. Scripturæ loca profert, quibus injurias ulcisci prohibemur, & similia. 130. A. Ratiocinationis hujus lepida & solida refutatio. *ibid.* C. *& seq.* Quo prætextu Christianos humanioribus litteris tum docendis, tum discendis interdixerit. 79. D. Quo fine id egerit, obscurum non est; at indè timiditas ejus & ignavia claresc unt. 80. A. Christianos Atticè loqui prohibuit; ne vera loquerentur non impedivit. 80. B. Nihil est in quo magis, quàm in litterarum doctrina Christianis interdicenda, iniquum se præbuerit. 131. E. Latâ lege sermones Christianis eripuit. 132. C. Indè factum est ut quâ re sibi maximè gloriandum existimabat, in ea maximè ineptiret. *ibid.* D. Sermones & *Græcari*, Gentilium; stoliditatem & rusticitatem, Christianorum esse contendit. *ibid.* E. Nec quidquam aliud, quàm *crede* sapientiæ Christianorum esse. 133. A.

Refellitur. 1°. Sermones & Græciſmum quorumdam præ aliis eſſe, inſulſa eſt opinio. *ibid.* C. 2°. *Crede* Chriſtianorum Pythagorici non irriſerint, quibus *ipſe dixit* dogmatum omnium maximum eſt. *ibid.* A. 3°. *Crede* Chriſtianorum divinæ eſt auctoritatis. *ibid.* B.

Julianus invidiâ in Athanaſium concitatur. 407. A. Chriſtianos imperio ſubjicere parvum ducit; Athanaſium ſuperare glorioſum. *ibid.* D. Palàm apertèque eum à civitate exturbat. *ibid.* Rapſaces alter. 138. C. Ut omnes alliciat, blandè loquitur, & Chriſtianorum inſtituta imitari cogitat. *ibid.* D. Non tamen ultra cogitationis ſomnum procedit. 139. B. Ethnici, nonniſi ſimiarum inſtar, Chriſtianorum ſanctiones, divinâ poteſtate vim adeptas, imitari poſſunt. *ibid.* C. Idque Julianus expertus eſſet. *ibid.* Conventûs Ethnicorum, ad imitationem Eccleſiæ Chriſtianæ ordinati, & eorum quæ ibi docerentur, longa & ridicula deſcriptio. 140. C. & *ſeqq.*

Julianus ſic animo comparatus erat, ut ad præſentes acerbitates aliquid quotidie gravius excogitaret. 147. E. Duorum juvenum, ſub ejus perſecutione, conſtantia. 175. A. Furit in dies vehementiùs adversùs Chriſtianos, non ſecus ac fluctus ſuper fluctus excitans. 148. D. Alia ejus facinora, quibus deſcribendis Herodoti ac Thucydidis otium & linguam adhiberi oporteret. 126. A. Orontes fluvius nocturnas cædes, ſociâ Imperatoris operâ, occultat. *ibid.* Concavæ ac ſemotiſſimæ Aulæ partes, lacus, putei, foſſæ, myſteriis ſcatent diſſectorum puerorum & virginum ad magicas operationes. *ibid.* B. Hæc omnia premere atque occultare ſatagebat. *ibid.* Quæ in Cæſarienſes ob dirutum Fortunæ templum admiſit, ei objicere fortaſſe non æquum fuerit, quare. 126. C.

Julianus Miſopogonem adversùs Antiochenſes, qui barbam ejus irridٍent, unà cum Libanio componit. 175. C. Opus, vivente Juliano, ab adulatoribus commendatum; eo extincto, ut mera barba cum ſuis auctoribus ſpretum. *ibid.* In eo Julianus magnopere ſe inflat, quòd nunquam ex nimia ſaturitate cruditatem contraxerit. *ibid.* D. Quòd Chriſtianos tam acerbè vexaverit, conſultò præterit. *ibid.* Gregorii ea de re ſententia. 176. A. Julianus Judæorum quoque nationem in Chriſtianos immittit. 149. A. Inveterato noſtrî odio in eorum pectoribus clam flagrante utitur. *ibid.* B. Eorum in patriam reditum, & templi inſtaurationem ex ipſorum libris fatalem eſſe affirmat; idque facilè perſuadet. *ibid.* Miraculorum, quibus in id opus incumbentes repulſi ſunt, enarratio. *ibid.* C. *Vide* Judæi.

